Digitized by Google

68
6MF
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
IV. 9. i

32.1.2.

5-12-A-1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Googl

Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. inscr. ex biblio. Mureti

T. LIVII PATAVINI,

Hiſtoriarum ab vrbe condita,

LIBRI . QVI . EXSTANT

X X X V

CVM . VNIVERSAE . HISTORIAE . EPITOMIS

Caroli Sigonij Scholia,

quibus ijdem libri, atque epitomae partim emendantur, partim etiam explanantur,

Ab Auctore multis in partibus aucta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

MAXIMILIANI II

EX . PRIVILEGIO

IMP . CAES . AVG.

VENETIIS ∞ D LXXII

In Aedibus Manutianis.

CAROLVS SIGONIVS BERNARDINO LAVREDANO ANDREAE F. PATRICIO VENETO S. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

OMNES artes, BERNARDINE, iuuenis ornatiſsime, quae maiorum noſtrorum uel excellenti ingenio partae, uel ſummo labore traditae exiſtimantur, duabus potiſsimum de cauſsis eximio quodam a nobis (ut opinor) ſtudio celebrantur; quarum una eſt utilitatis, altera uoluptatis. Etenim, ſi recte attendamus, nihil eſſe intelligemus, cur ea, quae ab antiquiſsimis philoſophis acutiſsime, aut a uetuſtiſsimis poetis amantiſsime ſcripta ſunt, tanti a nobis fiant, quam quod partim ad noſtros animos excolendos, atq. ad ueritatis, & ſummi boni cognitionem tranſducendos, partim ad eoſdem relaxandos, atq. hilaritate honeſtiſsimā perfundendos magnum momentum habent. Quod idem in ceteris etiam artibus euenire, ut tum ad uitae praeſidium, tum ad animi remiſsionem a nobis adhibeantur, ſatis eſſe cuique perſpicuum poteſt. Quod ſi ita eſt, profecto nobiliſsimum ipſum hiſtoriae ſtudium omnium nobis merito maxime retinendum, atque tractandū eſſe uidetur, quod ea memorabiles clariſsimarum quarumq. rerum euentus, quae a priſcis hominibus omni virtutis genere cumulatis geſtae ſunt, non ſine magna noſtra tum uoluptate, tum utilitate tradantur. Etenim ſi propter cauſſarum explicationem, rerumq. ac conſiliorum rationem tantopere libri expetuntur philoſophorum, quid eſſe tandem hiſtoria optabilius poteſt, in qua ueterum prudentiſsimorum hominum cū in Rep. tum in re militari egregia inſtituta, praeclari potentiſsimorum populorum mores, praeſtantiſsima denique eorum in omni recta actione conſilia demonſtrantur? Sin autem ob inconſtantem rerum humanarum naturam, ac crebras fortunae uiciſsitudines eleganter a poetis expreſſas eorum nos fabulae adeo tenent, atque delectant, una certe hiſtoria hac ratione omnium omnibus uideri iucundiſsima poteſt, in qua uariae regnorum, ac rerumpublicarū mutationes, admirabiles praeſtantium uirorum caſus, ancipites proeliorum euentus, nec opinatae denique uictoriae continentur. Atque hoc quidem cum in omni hiſtoria uerum, tum in ea ueriſsimum eſſe perſpicitur, quae in excellentiū praeſertim uirorum,

rorum, abſque illuſtrium Rerumpublicarum, quales multas ſuperiora tulerunt ſaecula, rebus geſtis explicandis uerſatur. Inter quas, uel ſi omnem priſcorum memoriam repetamus, nullam eſſe reperiemus, quae cum Romana ipſa uel rerum claritate, uel uirtutis amplitudine, uel imperij magnitudine comparanda ſit. Nam quid aut populi Rom. res geſtas cum Graecorum rebus, qui ijs etiam regibus paruerunt, qui populi Rom. armis ceſſerunt, aut Poenorum, qui uel florenti rep. ſaepius uicti, atq. agris, ſtipendioque multati tandem ſub Romani nominis ditionem peruenerunt, aut horum grauitatem, atque iuſtitiam cum illorum leuitate, atq. perfidia, aut denique eorum anguſtias reip. cum huius imperij amplitudine conferamus? ut quemadmodum omnium populorum, regum, & gentium laudem, uirtute, factis, atque imperio unus poſt hominum memoriam hic populus ſuperauit, ſic qui res eius geſtas memoriae prodiderunt, qui prope innumerabiles fuiſſe feruntur, communi omnium conſenſu reliquis excellere uideantur. Sed neſcio quonam factum ſit fato, ut, cuius imperij nulla prope nobis hoc tempore clara ad conſpectum ueſtigia uetuſtas inimica reliquerit, eiuſdem illuſtria ad famam etiam monumenta aut crudeliſſime abſumpſerit, aut certe tam foede multarit, ac deprauarit, ut omnino non ipſi ſolum ſanctiſſimo imperij ſolo, ſed eius etiam clariſſimo nomini bellum ab ea illatum acerrimum eſſe uideatur. Qua tamen in re grauius nos profecto, (ſi uere iudicandum eſt) quam tanti populi fama, uulnus accepimus. Illius enim eam animis noſtris antiquae Maieſtatis imaginem funeſtae hae, quaecumque ſunt, reliquiae obtulerunt, ut ampliſſimam, ac prope incredibilem praeſtantiſſimi cuiuſdam imperij ſpeciem mente, ac cogitatione comprehenderimus. Nos autem interea tot exemplorum ad imitandum, conſiliorum ad praecauendum, ſcriptorum ad dicendum fructu uberrimo aut prorſus caremus, aut ea certe ita manca, ac deformata, uix ut agnoſcantur, habemus. Ego uero & cetera omnia, & ea maxime, quae a T. Liuio memoriae prodita de hac Rep. perpetua quadam hiſtoriarum ſerie fuerant, ulla eiuſmodi eſſe calamitate affecta, indigniſſime fero; quem quidem inter omnes unum uariam, multiplicemq. doctrinam, atque induſtriam ad ſcribendum uideo contuliſſe. Nam ceteri quidem, quantum ipſe intelligere poſſum, plerique uel annales tantummodo ſcripſerant, uel hiſtorias ſcripſerant illi quidem, uerum eas aut non tam alte repetierant, aut non tam longe produxerant, aut denique nec tam copioſe, nec tam ornate, nec ad res ipſas ſub oculos ponendas, quae maxima hiſtorici laus eſt, tam accommodate tractarant. Factum eſt autem, ut ingentis

illius

illius prope librorum corporis uix particulam quandam fortuna miſerrimo quaſi quodam ex naufragio conſeruarit; ſed eam ita decurtatam, & laceram, ut ad deplorandas Romanae linguae calamitates, non ad eius opes inſpiciendas data nobis illius eſſe munere uideatur. Quamobrem eorum ego ſemper ſtudium ſummopere laudandum eſſe putaui, qui cum ingenio, & rerum cognitione florerent, in huius uelut tempeſtatis tabulis colligendis, id eſt in his librorum reliquijs emendandis, atque ab atrociſſima uetuſtatis iniuria uindicandis ſibi elaborandum eſſe duxerunt, cum ijdem illi ſimul & principis quondam terrarum populi famae, cuius nunc paucis tantum, iiſq mendoſis in libris egregiae laudes, et praeſtantiſſima facta commemorantur, et praeſentium, ac futurorum hominum utilitati, qui hinc uel ad agendum, uel ad dicendum utiliſſima peterent documenta, conſulerent. Quorum uirorum inſignis ipſe ad laudem labor cum omnium credo hominum, tum meo certe in perpetuum, qualecumque erit, iudicio, atque praeconio celebrabitur. Sed quoniam in tanta uetuſtate, & tanta monumentorum, ac tam uaria labe, omnia ab ijs loca uel temporum, uel rerum uitio purgari non potuiſſe uidebam, immo uero multas adhuc tamquam uetuſti cuiuſdam aedificij labefactatas ſupereſſe partes, quae aut in totum reſtituendae eſſent, aut certe adminiculo aliquo fulciendae, dignam eſſe rem iudicaui, in qua magnorum uirorum exemplo nonnullum & ipſe ſtudium collocarem; non quod ingenio, aut induſtria plus me illis profecturum eſſe confiderem, ſed quod cum multis, quibus illi caruiſſent, ad Romanam antiquitatem cognoſcendam praeſidijs abundarem, quod illi multis in locis efficere nequiuiſſent, id eorum me ope non difficile praeſtiturum eſſe non deſperarem. Neque uero longe aliter res, quam futurum ſpe, animoq. conceperam, contigit. Etenim cum me ad Liuianos ipſos libros, atque adea, quae a ceteris ad eos corrigendos edita ſunt, legenda intentiore, quam umquam antea, animo contuliſſem, tum tam multa loca, quae illi aut obſcura parum intellexiſſent, aut deprauata praeteriſſent, aut integra corrupiſſent, inueni, ut iam mihi non Liuij magis, cuius ornatiſſima ſcripta tam turpibus foedata uulneribus uiſerentur, quam noſtra ipſorum miſerabilis eſſe condicio uideretur; quibus de unoquoq. tanti auctoris uerbo aut obſcuro, aut ſuſpecto eſſet merito laborandum. Nam praeter uitioſiſſima Romanorum magiſtratuum, atque adeo ipſorum etiam opidorum, fluminum, atque locorum nomina, & tempora ipſa omni fere ex parte labantia, quae una prope Romanam hiſtoriam continere uidentur: multas praeterea uoces deeſſe, multas ſupereſſe, alias luxatas,

alias aut praue interpunctas, aut prodigioſe deformatas, ſententiam ſaepe aut nullam, aut alienam, ſcriptorem ſui diſsimilem, ſibi repugnantem, multo etiam, quam natura eius tulit, in ſcribendo duriorem alieno eſſe uitio animaduerti. Quas labes nec Valla, nec Sabellicus, nec Rhenanus, nec Gelenius, nec Glareanus, qui partim ingenio, partim manuſcriptorum librorum auctoritate nixi in huius hiſtoriae correctione magna cum induſtriae laude uerſati eſſent, aut non uidiſſent, aut neglexiſſent, aut certe locupletibus teſtimonijs deſtituti non ſuſtuliſſent. Quas omnes cum mihi, quoad poſſem, delendas eſſe ſtatuerem, feci illud, quod uix fieri poſſe ante credideram, ut omnia rerum Romanarum monumenta diligentiſsime perluſtrarem. Itaque coniecturis primum ijs, quas iam ex diuturna Romanae antiquitatis obſeruatione firmaueram, deinde ſcriptorum librorum auctoritate fretus, quos quamplurimos, & quam optimos potui undique conuocaueram, lapidibus praeterea uetuſtis, & maxime conſularibus Capitolinis, nummiſq. argenteis, quo in monumentorum genere incorruptam maxime latere ueritatem animaduerteram, poſtremo Graecorum libris tam ijs, qui proxime typis impreſsi, quam qui adhuc tantum ſcripti leguntur, ducibus, atque auctoribus uſus, non pleroſque ſolum eorum locorum aut ab alijs deprauatos emendaui, aut minus intellectos explanaui, aut omiſſos attigi, ſed immutatam etiam ab ijs & rerum, & nominum, & temporum rationem, & conſtantiam priſtinam, quoad potui, reuocaui. Neque uero tam in XXX primis libris, quos alij ſuis ante me correctionibus illuſtraſſent, quam in quinque extremis nuper inuentis, & in epitoma ipſa etiam mendoſiſsima laboraui, ex qua fructum percipi uel uberrimum poſſe, praeſertim ubi Liuiana deſideraretur hiſtoria, ſenſeram. Et quoniam ad Romanam intelligendam hiſtoriam nihil tam aptum eſſe, quam rectam annorum, temporumq. deſcriptionem, iudicabam; qua in re diſſidentes inter ſe ueteres auctores eſſe comperiebam; dedi etiam operam, ut, quod Glareanus ante me fecit, ne hac quidem in parte hiſtoriae Liuianae deeſſem. Cuius quidem eruditiſsimi uiri labore facile contentus eſſe poteram, niſi ab eo in tota ipſa re diſſenſiſſem. Neque enim Liuium in numerandis ab vrbe condita annis eadem ratione uſum, qua ceteros, eſſe reperiebam. Qua ille opinione ductus, dum eorum auctoritatem ad Liuianam Chronologiam conſcribendam adhibuit, in eam ſaepe ſe neceſsitatem induxit, ut, dum aliorum numeros ſequitur, omnino Liuianos aut negligere, aut immutare coactus fuerit. Quod illi profecto in ea Chronologia committendum non erat, quam ipſe ſe Liuianae praeſertim

tim hiſtoriae comparare profiteretur. Accedit, quod dum nimium ſuum ille uoluit in ea re ſtudium indicare, cognomina multa, atq. iteratorum, & multiplicatorum honorum notas magiſtratibus ipſis affixit, quae non ſolum ſtudioſe a Liuio praeteritae, ſed ab ipſius etiam Liuij ſententia, atq adeo ab ipſa hiſtoriae ueritate remotae eſſe uidentur. quo factum eſt, vt noua mihi quoque ad Liuianam hiſtoriam Chronologia ex Liuij potiſsimum ſententia fuerit comparanda. Atque haec quidem omnia cum in unum tandem quaſi corpus magno ſtudio redegiſſem, ac breuibus praeterea explicationibus, ne quem fallerem, ratione conſilij, factiq. mei expoſita, diligentiam, induſtriamque in hoc genere meam ſigillatim probaſſem; haud mihi committendum eſſe putaui, ut ea, qualiacumque eſſent, tibi iamdiu cupienti, atque petenti diutius deberem. Tantum autem apud me rectiſsima tua uoluntas ualuit, ut, quae ſcripſiſſem, ea non ſolum ad tuam, & eorum, qui Latinae linguae, & antiquitatis Romanae ſtudio tenerentur, utilitatem, libentiſsime ederem, ſed tuo etiam ornatiſsimo nomini ſtudioſiſsime conſecrarem. quamquam iure hoc quidem. Neque enim mihi ſecus faciendum erat, quam ut cuius tu laboris auctor ſociuſq. fuiſſes, eius etiam fructus in tuo potiſsimum nomine appareret. quandoquidem tu non ſolum cohortatione tua me iam inde ante etiam, quam Venetias commigrarem, ad tantum laborem ſuſcipiendum uehementiſsime impuliſti, ſed poſt quoque aſsiduum te prope mihi in ſcriptis libris colligendis ſocium adiunxiſti. Nummi uero aenei, atque argentei, ceteraq. antiquitatis monumenta, quae clariſsimus uir Andreas pater tuus plurima, eaq pulcherrima ſummo ſumptu, ac ſingulari diligentia ex tota prope Europa, Aſiaq. collegit, mihi dies, noctesq. ita, cum haec conſcriberem, patuerunt, ut uere lucubrationes hae non mea magis induſtria, quam ueſtra, nec ex mea potius domo, quam ex ueſtra, quaſi ex aliqua nobiliſsima omnis antiquitatis officina, prodire uideantur. quo quidem in ſtudio adeo ille intentus eſt, ut, poſtquam a reip. adminiſtratione, a qua iampridem ipſe ſua ſponte receſsit, ad otium, & quietem ſe contulit, nihil ſibi antiquius eſſe ſtatuerit, quam ut litteras has, & ſimul omnem uetuſtatis memoriam excitaret, ac te, geminumq fratrem tuum Petrum, tui ut ore, ſic uirtute, ac probitate ſimillimum, & his litteris, & hac diſciplina imbuendos, erudiendoſque curaret. Quare quod ſtudium ueſtra maxime familia fouit, eius (ut dixi) fructus ueſtro etiam potiſsimum nomini iure meo quidem iudicio deberi uidetur. Nolito enim putare, me aut ueſtrorum erga me beneficiorum, aut huius totius officij mei tam iniquum aeſtimatorem eſſe, ut eorum me

ne

ne particulam quidem hoc, quantumcumque eſt, munere conſequi poſſe ſperem quorum tanta in omni humanitatis genere magnitudo eſt, ut me, quia ad referendam gratiam imparem eſſe intelligo, uitae prorſus pigeat meae. Neque uero mihi tantum etiam tribuo, ut quamquam floreſcenti tuae laudi maxime faueo, eam tamen hoc tenui ſcripti genere apud homines commendare, aut ampliorem reddere me poſſe exiſtimem; quippe quae a ſumma nobilitate profecta, egregijs paternae educationis inſtitutis innixa, excellentis denique ingenij, atque admirabilis induſtriae praeſidijs confirmata ipſa per ſe ſine alterius adminiculo ingredi, & iam latius per ora uirum excurrere non ullius indigens praeconij coepit. Te uero potius adoleſcentem hortabor, uel (ut aiunt) currentem incitabo, ut, quod iamdiu facis, & his ſtudijs, & hac praeſertim lectione hiſtoriae delecteris, quippe quae utilia ſuppeditare documenta poßit, unde tibi, & tuae Reip quod imitere ſumas; ad quam et ſi propter aetatem nondum acceßiſti, tamen his tantae Reip. exemplis instructum, quae una poſt homines natos totum fere terrarum orbem, dum ſanctißimis ciuilis concordiae legibus ſtetit, latißime armis, imperioq; complexa eſt, ad iſtam tuam unam in terris hodie bene conſtitutae ciuitatis imaginem capeſſendam accedere, multum arbitror profuturum. Mihi quidem ualde laboratum eſt, ut & tibi, & ceteris, qui eiuſmodi ſcriptoris ſtudio eſſent deditis, faciliorem ad hunc intelligendum aditum praepararem. quod ſi qua ex parte hac mea induſtria fuero conſecutus, ſummum me laboris mei fructum cepiſſe putabo: ſin minus; mihi tamen gratum erit, ſi me ſaltem uoluiſſe homines intellexerint. Fuit enim difficile in tanta librorum, rerumque mole me aut ſemper uigilare, aut etiam uigilantem, quae miris quibuſdam uetuſtatis inuoluta ſunt tenebris, explicare. quam multos tamen locos aut uitioſos a mendis, aut obſcuros ab iniquis reprehenſionibus, & ineptis interpretationibus uindicarim, qui haec legent, facile cognoſcent. quae cum ceteros, tum te in primis, qui me ſaepe laborantem uidiſti, atque aequiſſimum quemque alienae induſtriae iudicem, ſummopere credo eſſe comprobaturum. Vale.

Venetijs, M D L V. Nonis Maij.

VETERVM . SCRIPTORVM
DE . T. LIVIO . TESTIMONIA
AB . ALDO . MANVTIO
PAVLLI . F. ALDI . N.
COLLECTA

EX . VELLEIO . PATERCVLO

Hiſt. lib. 2.

PAENE ſtulta eſt inhaerētium oculis ingeniorum enumeratio: inter quae maxime noſtri aeui eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriuſque, & conſecutus Salluſtium Liuius, Tibulluſquae & Naſo perfectiſſimi in forma operis ſui. nam uiuorum ut magna admiratio, ita cenſura difficilis eſt.

EX . QVINCTILIANO

Lib. 2. c. 5.

LIVIVS a pueris magis legendus, quam Salluſtius: & hic hiſtoriae maioris eſt auctor; ad quem tamen intelligendum, iam profectu opus ſit.

Lib. 1. c. 5.

Pollio deprehendit in Liuio Patauinitatem.

Lib. 8. c. 1.

In T. Liuio, mirae facundiae uiro, putat ineſſe Pollio Aſinius quandam Patauinitatem.

Lib. 9. c. 2.

Apud hiſtoricos reperiuntur obliquae allocutiones: ut in T. Liuij primo ſtatim libro, Vrbes quoque ut cetera ex infimo naſci.

Lib. 9. c. 4.

T. Liuius hexametri exordio coepit, Facturus ne operaepretium ſim. nam ita edidit: eſtque melius, quam quo modo emendatur.

Lib. 10. c. 1.

Neque illa Salluſtiana breuitas, qua nihil apud aures uacuas, atque eruditas poteſt eſſe perfectius, apud occupatum uarijs cogitationibus iudicem, & ſaepius ineruditum, captanda nobis eſt: neque illa Liuij lactea ubertas ſatis docebit eum, qui non ſpeciem expoſitionis, ſed fidem, quaerit.

Ibidem.

At non hiſtoria ceſſerit Graecis: nec opponere Thucydidi Salluſtium uerear, nec indignetur ſibi Herodotus aequari T. Liuium, cum in narrando mirae iucunditatis, clariſsimiq. candoris, tum in concionibus, ſupra quam narrari poteſt, eloquentem: ita dicuntur omnia cum rebus, tum perſonis, accommodata: ſed affectus quidem, praecipue eos, qui ſunt dulciores, ut parciſſime dicam, nemo hiſtoricorum commendauit magis. ideoq. im-

mortalem illam Salluſtij uelocitatem, diuerſis uirtutibus, conſecutus eſt. nam mihi egregie dixiſſe uidetur Seruilius Nonianus, pares eos magis, quam ſimiles: qui & ipſe a nobis auditus eſt, clari uir ingenij, & ſententijs creber, ſed minus preſſus, quam hiſtoriae auctoritas poſtulat.

Ibidem.

Fuerit igitur breuitas illa tutiſſima, quae eſt apud Liuium in epiſtola ad filium ſcripta, legendos Demoſthenem, atque Ciceronem: tum ita ut quiſque eſſet Demoſtheni, & Ciceroni ſimillimus.

EX. CORNELIO. TACITO

Ann. lib. 4.

T. LIVIVS, eloquentiae, ac fidei praeclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeianum eum Auguſtus appellaret: neq. id amicitiae eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipſum Caſsium, hunc Brutum nuſquam latrones, & parricidas, quae nunc uocabula imponuntur, ſaepe ut inſignes uiros, nominat.

EX. IVSTINO

Hiſt. lib. 38.

POMPEIVS Trogus in Liuio, & Salluſtio reprehendit, quod, conciones directas, ac orationes operi ſuo inſerendo, hiſtoriae modum exceſſerint.

EX. SENECA

Nat. q. lib. 5. c. 18.

NVNC, quod de Caeſare maiore uulgo dictitatum eſt, & a T. Liuio poſitum in incerto eſſe, utrum illum magis naſci Reip. profuerit, an non naſci, dici etiam de uentis poteſt.

Lib. 1. de Ira.

Non eſt, quod exiſtimes, uerum eſſe, quod apud diſertiſsimum uirum Liuium dicitur: Vir ingenij magni magis, quam boni. non poteſt illud ſeparari. aut nec bonum erit, nec magnum.

Epiſt. lib. 16. ep. 100.

Nomina adhuc Liuium. ſcripſit enim & Dialogos, quos magis philoſophiae annumerare poſsis, quam hiſtoriae, & ex profeſſo philoſophiam continentes libros. huic quoque dabo locum. uide tamen, quam multos antecedat, qui a tribus uincitur, & tribus eloquentiſsimis. ſed non praeſtat omnia. non eſt fortis oratio eius, quamuis elata ſit: non eſt uiolenta, nec torrens, quamuis effuſa ſit: non eſt perſpicua, ſed pura. &c.

Cont. lib. 5. cont. 25.

T. Liuius tam iniquus Salluſtio fuit, ut hanc ipſam ſententiam & tamquam tranſlatam, & tamquam corruptam, dum transfertur, obijceret Salluſtio. nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat. laudat, quem non timet; & facilius putat, poſſe a ſe Salluſtium uinci, ſi ante a Thucydide uincatur.

EX. SVETONIO

In Calig.

COGITAVIT de Homeri carminibus abolendis. cur enim ſibi non licere dicens, quod Platoni licuiſſet, qui eum e ciuitate, quam conſtituebat, eiecerit. ſed & Virgilij, & T. Liuij ſcripta, & imagines, paullum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoueret: quorum alterum ut nullius ingenij, minimaeq. doctrinae; alterum ut uerboſum in hiſtoria, negligentemq. carpebat.

EX . FLAVIO . VOPISCO

In vita D. Aureliani.

NEMO ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non aliquid eſt mentitus. in quo Liuius, in quo Salluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifeſtis erroribus conuincerentur.

In vita Probi.

Salluſtius, Liuius, Tacitus, Trogus, diſertiſsimi uiri.

EX . D. HIERONYMO

Ad Paullinum.

AD T. Liuium, lacteo eloquentiae fonte manantem, de ultimis Hiſpaniae, Galliarumque finibus quoſdam uenire nobiles legimus: &, quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. habuit illa aetas inauditum omnibus ſaeculis, celebrandumque miraculum, ut, tantam urbem ingreſsi, aliud extra urbem quaererent.

EX . STATIO

Sil. lib. 4.

SED tuas artes puer ante diſcat:
Omne queis mundi ſenium remenſus,
Orſa Salluſti breuis, & Timaui,
Reddis alumnum.

Petrarca, non per ipſum Liuium, ſed per faſtidioſam legentium deſidiam, hiſtoriae in Decades diſtributionem factam eſſe arbitratur.

PETR. nel Trionfo della Fama. Cap. 3.

Criſpo Salluſtio, & ſeco a mano a mano
Vno, che gli hebbe inuidia, & uidde'l torto,
Cioe'l gran Tito Liuio Padouano.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM

AB . VRBE . CONDITA .

LIBRI . PRIMI EPITOME

ADVENTVS Aeneae in Italiam, & res ab eo geſtae, Aſcanij regnum Albae, & Siluij Aeneae, ac deinceps Siluiorum regum primo libro continentur. Numitoris filia a Marte compreſſa nati Romulus, & Remus. Amulius obtruncatus. Vrbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima ſpolia Ioui Feretrio lata. In curias populus diuiſus. Fidenates & Veientes uicti. Romulus conſecratus. Numa Pompilius ritus ſacrorum tradidit, Iano templum conſtituit: eiuſq. portam pacatis omnibus circa populis primus clauſit. Cum dea Egeria ſibi congreſſus nocturnos eſſe ſimulans, feroces populi animos ad religionem perpulit. Tullus Hoſtilius Albanos bello petijt. Poſt haec tergeminorum pugna. Horatius abſolutus. Metij Fuffetij ſupplicium. Alba diruta. Albani in ciuitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad poſtremum fulmine abſumptus eſt. Ancus Marcius caerimonias a Numa inſtitutas renouauit. Latinis uictis, & ad ciuitatē adſcitis montem Auentinum aſſignauit. Politorium urbem Latinorum bello repetitam, quam Priſci Latini occupauerant, diruit. Pontem ſublicium in Tiberim fecit. Ianiculum collem urbi addidit. Fines imperij protulit. Oſtiam condidit. Regnauit annos XXXIII. Eo regnante Lucumo Damarati Corinthij filius à Tarquinijs, Etruriae ciuitate, Romam uenit, & in amicitiam Anci receptus Tarquinij nomen ferre coepit, & poſt mortem Anci regnum excepit. Centum additis patrum numerum auxit. Latinos ſubegit. Circum deſignauit. Ludos edidit. Sabinorum bello petitus, equitum centurias ampliauit. Tentandae ſcientiae cauſſa Attij Nauij auguris, conſuluiſſe fertur, an id, de quo cogitaret, effici poſſet. quod cum ille fieri poſſe reſpondiſſet: iuſsiſſe cū nouacula cotem praecidere: idque protinus ab Attio factum. Sabinos praeterea acie uicit. Vrbem muro circumdedit. Cloacas fecit. occiſus eſt ab Anci filijs, cum regnaſſet annos XXXIIX. Succeſsit ei Ser. Tullius natus ex captiua nobili Corniculana, cui puero adhuc in cunis poſito caput arſiſſe traditum eſt. Veientes atque Etruſcos proelio fudit. Cenſum primus omnium egit. Luſtrum condidit, quo cenſa LXXX ∞ eſſe dicuntur. Claſſes, centuriaſq. deſcripſit. Pomerium protulit. Colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Eſquilinumque adiecit. Templum Dianae cum Latinis in Auentino fecit. interfectus eſt a L. Tarquinio Priſci filio, conſilio filiae ſuae Tulliae, cum regnaſſet annos XXXIV. poſt hunc L. Tarquinius Superbus neque patrū, neque populi iuſſu regnum inuaſit, quo die ſcelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. Armatos circa ſe ad cuſtodiam corporis ſui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volſis geſſit: & ex eorum praeda templum Ioui in Capitolio fecit. Terminus, & Iuuentas non addixere: quorum arae moueri non potuerunt. Filii Sexti Tarquinij dolo Gabios in poteſtatem ſuam redegit. Huius filijs Delphos profectis, & conſulentibus quis eorum regnaturus eſſet Romae dictum eſt eum regnaturum, qui primum matrem oſculatus eſſet. quod reſponſum cum ipſi aliter interpretarentur: Iunius Brutus, qui cum iis profectus erat, prolapſum ſe ſimulauit, et terram oſculatus eſt. idq. factum eius euentum rei comprobauit. nam, cū impotenter ſe gerendo Tarquinius Superbus omnes in odiū ſui adduxiſſet: ad ultimū, propter expugnatā nocturna ui a Sexto filio eius Lucretiae pudicitiā; quae uocato patre ad ſe Tricipitino, & uiro Collatino, obteſtata ne inulta mors eius eſſet, cultro ſe interemit; Bruti opera maxime expulſus eſt; cum regnaſſet annos XXV. Tunc conſules primum creati ſunt, L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

RERVM . ET . VOCVM

apud T. Liuium

INDEX . COPIOSISSIMVS

ABACI ex Aſia Romã aduecti 316.e
Abbaſſum opidum 212.k
Abdera expugnata ac dirept a 358.g.h
abderitae legati querellã de Hortenſio apud Senatum deponunt ibidem
abderitarum ager Romanis tranſeunti bus pacatus 318.e
abietis in claſſe Scipioni paranda uſus 222.k
aborigines populi 1. *Graecorum fides erga Aeneam* 1.b
abrogari leges an aliquando poſſint 268.b.c
abrupolis a Perſeo regno expulſus 352.e.358.d
de abſente rege Philippo ſenatus ſtatuere non uult 327.a
abſentes etiam Romani honores gerebant 262.a
abſentium criminatores, praeſentium uerecundia cohibentur 62.b
abydi dedendae conſilium 299.b.i
abydum oppugnat Philippus 246.e
abydenorum miſerabilis exitus 246.k.& 247.a
academiae Gymnaſium 248.a
acanthum op. captũ ac direptũ 252.e
acarnania in poteſtatem Romanorum uenit 262.a
acarnaniã Aetoli populantur 210.b
acarnanes populi 212.e
acarnanes ab Aetolis diſsidentes 190.d
acarnanes foederi Philippi Macedonis cũ Romanis adſcripti 226.g
acarnanes ſe Romanis excuſant de perperam deſignatis 356.f
acarnanum coniuratio in bellum ituro rum 190.h
acarnanum gens a Romanis tentata 261.b
acarnanum in bello caeſorum elogium 190.b
acarnanum populi ultio de duob. adoleſcentibus ciuibus ſuis Athenis occiſis 246.c
accepti in ciuitatem uindicta liberati 15.e
accenſi 90.e.91.d
accidens clamor, hoc eſt auditus, ſeu perueniens 234.a.b
accillae urbs 169.i
accius Nauius augur 9.d
accius Tullus Volſcus 21.d. *eius dolus* 21.i.k
accolae a uicinis aut duri aut molles redduntur 385.a.b
accua opidum 166.e
accuſator idem & iudex 34.f
accuſatorib. ac delatorib. ſuis corã rñdere Marcellus nõ detrectat 191.i.k
accuſatorius ſpiritus Appij Clau. 26.d
acedux Hiſpanus nobilis 142.a
acerrae ab Hannibale diripiũtur ac incenduntur, reaedificantur 198.a
acerrani Romani facti 93.b
acharrae p deditionẽ receptae 256.a
achaei a Philippo Corinthum & Argos repetunt 226.g
achaei finibus ſuis Macedonibus interdicunt 283.a
achaei ſtuditores 315.k
achaei in foedus Philippi Macedonis cum Romanis adſcripti 226.g
achaei Lacedaemoniis bellũ indicunt 316.e. *eorũ diſceptationes* 332.h
achaei Phthiotae Theſſalis dati 265.k
achaei in uerba Philippi quotãnis iurare ſoliti 254.c
achaei ut ad Romanam ſocietatem adducti ſint 257.b
achaei Zacynthum recipiunt 298.k
achaeorum aduerſus Philippũ prouidentia 239.c & dein.
achaeorum agri a Nabide populantur 283.a
achaeorum cum Nabide bellum 273.a.283.b.284.a.b.c
achaeorum auctoritas apud Quinctiũ 264.g. *et apud Romanos* 316.f
achaeorum calamitas 205.d. *perplexitas* 251.d
achaeorum conciliũ 257.b.c.d.205.f
achaeorum conſultatio de bello Macedonico 349.e.f.g
achaeorum cum Attalo ac Rhodijs ſocietas 288.e
achaeorum erga Romanos gratitudo 276.i. *fides* 281.e
achaeorum opprobratio aduerſus Romanos 329.f.330.a
achaeorum gentis decus 301.e
achaeorum honor a Quinctio 265.a
achaeorum portus 298.k
achaeorum proſpera pugna 206.a
achaeorum ſitus 295.a
achaeorum terror ibidem
achaeorum timor ab Romanis 212.g
achaeorum urbes ab Aetolis ſtantes 291.d
achaeos in medio quietos optat Antiochus dũ cũ Romanis bellet 288.a
achaeos ſibi ſocios Philip. adiungit 254.d
achaicum concilium 294.i
achelous amnis 36.f
acheron fl. 98.a.b
achillis fuga 344.b.c
acies Romana 28.c.104.c.110.k
acies Romana aduerſus aciem Antiochi qualis fuerit 304.k
aciei inſtructio 92.b.138.d
aciei Romanae confuſio ad Thraſimenum 118.e
acies binae hoſtiles hinc inde pductae, toto die otioſae 213.d.e
acie pugnaturorum religio ac ſacra 102.b
acilia lex 34.d
acilij abruptũ rñſum, ac minae in Aetolorũ uictorũ cũctatione 294.e.f
acilij ĩ Aetolia expeditiones 298.c.d
aciliani annales 233.f.281.g
achradina Syracuſanorum 166.b. *capitur* 169.c
achradinae praefecti proditio 180.h
181.a.b. & deinde
achradinae Syracuſanae munitio 180.i
acrea promontorium 358.f
acrephia & Coronea Boeotiae urbes 151.e.f
acrocorintho pſidiũ imponũt 264.g.h
actores fabularum ijdem olim erant et auctores 79.c
actium acarnaniae portus 385.b
actutum fore 216.k
ad arma ſollẽne ĩ bellis pclamari 30.k
addictorum uincula 76.i
addicendi mos 74.k
non addicunt aues Fabio ſacrificanti in ſimulata deditione Metapontinorum 202.a
adherbal Carthaginienſis ſpor 218.a
admittere ad animum 105.a
admittere auium auguralium 47.a
admodũ nullã, hoc eſt fere nullã 344.k
admirationem ut ſibi pararit Scipio iunior 189.k.190.a
adria Tuſcorum colonia 63.i
adriani, coloni Romani 200.b
adoleſcens ultro a ſcorto adamatus, ab ea heres inſtitutus 324.e

adoleſcentis regis aetas adulatoribus obnoxia 163.e
adoleſcentis rei patrocinia 30.d
adoleſcentes ſeptemdecim annorum in militiam allecti 148.k
adoleſcentibus magis, quam ſenibus, ignoſci 18.a
adoleſcentiae ferocia ſibi ipſi pernicioſa 159.b
adoleſcentiae negligētis & luxurioſae nota 199.d
adorantium more pacem petunt Carthaginienſes 136.i.k
adoreus mons 313.b
adramiteum urbs 301.e
aduerſa fortiter ferebãt Rom. 361.d
aduerſa ſecundis illi Romanis permiſcebant 207.b
aduerſae res religionũ admonent 67.f
aduerſitate Romanorũ mutatae uolũtates Graecorum 279.a
aduerſus aliquem obedienter quid facere 357.a
aduerſus aliquẽ pacem colere, hoc eſt, paciſci cum aliquo 380.a
adulationes odioſae 103.k
adulterij multa apud Roma. 119.a
aduenam omnes 180.a
aedes damnati ob regni affectati ſuſpicionem, publice diruta 31.i
aedes Iunonis Monetae in arce 85.c
aedes ſacrae multae de caelo tactae 312.d.e
aedes Matutae matris 60.g. ab incendio intacta 76.a
aedium in edito loco ponendarum ſuſpicio 15.i.k
aediles ludis maximis faciẽdis ſe patriciis iuuenes offerunt 78.e
aediles ludos ſcenicos primum faciunt 171.f
aedilis ante legitimã aetatem factus P. Cornelius Scipio 173.f
aediles curules primi Romae 78.a
aedilis curulis ſimul praeturam obire non poterat 330.e
aediles curu. & aediles plebis 210.a
aediles curules partim aediles patricii, partim plebeii 203.e
aedilicia largitio 150.g
aedilicii ſcribae et uiatores aerariũ ſuppilant 242.a
aedium ſceleratorum hominum diruendarũ mos. 94.e. uide Aequimeliũ.
aegates inſulae 126.b
aegates ad inſulas male pugnatum a Carthaginienſibus 132.d
aegeleos urbs opprimitur 252.f
aegeria nympha Numae 5.a
aegienſes ſuaſores 315.d
aegimurus inſula 231.g
aeginium opidum 256.c
aeginium opidum recipitur 291.f. diripitur & 383.c & dein.
aegium opidum 212.d. 287.k. 316.a
aegri cupidi cõparatio cũ militib. 57.d
aegritudinis ſimulandae fraus 275.a
aegritudini corporum opem miam eſſe deorum pacem ac ueniam 7.b
aegrorum militum colligẽdorum cura apud Romanos 304.a
aegypti opes inter Philippũ Macedonẽ et Antiochũ Syrum diuiſae 246.b
aegypti reges Romanis gratulantur 298.b
aemilia lex 107.g.h. trib. 317.g
aemulatio ducum inter ſe, quam pernicioſa. 194.b
aemus mons 338.a.d
aemilius praetor Siciliam adminiſtrat 134.b
aemilius Regillus in portu Epheſino naues diripit 303.g
aeneas cuius filius 1.g. ubi ſitus 1.b
aeneas Aeniae conditor 335.e
aeneae ſacrificatur quotãnis apud Aeniam 334.f
aeneae in excidio Troiano parcitũ 1.b
aeneae iactatio, & in Italiam aduentus ibidem
aeneas Siluius 3.k
aenea ſigna tria Cereri et Libero ac Liberae poſita 208.k
aenea ſigna quinque ex mulctaticio argento in aerario poſita 253.c
aenei orbes ex bonis commiſſis 94.d
aeniae urbis ſitus 340.c
aenianes 211.b
aeneſidemi Dymaei praefecti Achaeorũ praeſidij apud Argiuos, mira animi obſtinatio in oppetenda morte 258.k
aeniade Acarnanibus attributi 352.a
aeniorum urbs direpta 383.d
de Aeno & Maronea urbibus controuerſia 327.b
aeno & Maronea praeſidia Antiochi deducta 30.g.k
aetna urbs in Sicilia 170.b
aetneſium perfidia in Romanos 170.c
eorum clades 170.d
aenũ capit Philippus Macedo 146.g
aeolis & Ionia Toliſtobogijs attributa 313.b
aeolidis tumultus 299.b.c.d
aepulo regulus Hiſtrorum 347.a. ſe occidit ibidem
aequicoli populi 8.h. 154.a
aequimelium quod ſit 46.f
aequi Latinos bello petunt 30.d
aequi Romanorum audacia territi fugiunt 20.g. 21.c.d
aequi & Volſci a Rom. caedũtur 22.g
aequi rebellant 40.d. 52.e. 113.b
aequi a Romanis pulſi 28.c.d.f. 51.i 52.h. 53.e
aequi & Volſci Hernicos uexant, et Romanos 29.a. 41.c.d
aequi a Tuſculanis ſub iugũ miſſi 32.g rebellant 35.e
aequi populati 32.h. fugantur ac caeduntur 34.b. 63.d
aequi fere quotannis bellum aduerſus Romanos excitabant 52.e. 110.d 111.b
aequi prope ad internecionem deleti 111.e. triumphati 112.a
cum Aequis Romani pacẽ faciunt. 12. i. eorum defectio 335.g. ſtrages 62.i.k
aequis induciae octennes pactae 40.d
aerarium ſe aperturũ cõfidẽter ait Scipio in quaeſtorũ haeſitãtia 321.f.g
aerarium ſanctius 200.c
aerarij Romani inopia 165.i.k. 166.a
aerarius factus Mamercus Aemilius dictator 38.b
aerarij multi facti & tribu moti 165.i
aerarios relinquere 222.g
aes alienum paternum luiturus filius, in nexum ſe dat 96.b
aes graue ſ. luſtris in aerariũ conuectũ ad militum ſtipendia 55.b
aeris alieni inuidia 22.f. ea ſeditiones concitat 71.e.f
aeris alieni miſeria 71.e.i. & deinceps grauatio 74.b
aeris alieni in plebe leuandi ratio 79.a f. 82.a
aeris ſeſtertium tricies octoginta millia in aerarium illata 212.a
aerea erant arma primae claſsis Romanorum 10.a
aerea ſigna fabrefacta in triumphum ducta 277.a
aereorum naſorum crepitus ab imbelli multitudine in commiſſione pugnae 185.e.f
aeropus mons 305.a
aeſculapius peſtilentiae ergo accerſendus decernitur 123.f. Romam aduectus 226.a
aeſculapium propugnaculum 310.b
aeſculapij templum Epidauri 383.a
aeſtatis medium peſti obnoxium. ſi accedant alia incommoda 301.h
aeſtiuis noctibus ſomnus paullo ante lucem ſuauiſſimus 309.i.k
aeſtratum campus 306.h
aeſtraeam Paeoniae urbs 337.b

aeſtus maris, arbitrium moderandi naues adimit 219.f
aeſtus refluxum naturalem uento etiã adiutum Scipio deorum opem interpretatur 195.i
aetas animum minuit 73.b
aetatis flos proſtitutus 238.e.f.i
aetatis maioris in regni ſucceſsione momentum 333.b
aetati immaturae populus Ro. imperium arduum committit 189.b.c
In aetatem uenire 52.a.54.c
aetnae ignes 191.g
aethalia inſula 300.a
aetoliae tumultus 309.k.310.a.311.k
aetoli Attalo regi ſummũ gentis ſuae magiſtratum deferunt 205.d
aetoli pacis cõcilium interturbant 205.f
aetoli animos attollunt. 230. k. ſunduntur 212.c
aetoli belli Macedonici et pacis cauſſa 244.k
aetoli ab Roma. legato redarguuntur 249.b
aetoli ab Romanis ſpẽ magis quã auxilium capiunt 252.e. a Senatu Romano inclemẽter accepti 245.b.tãquam hoſtes dimiſsi 293.d.e
aetoli in Macedoniam transſcendunt 255.k.256.a.b
aetoli ingenio inquieti 266.b.271.h latrones 272.a.b. uani & ingrati 292.f. linguam tãtum Graecorum habẽt, ſicut ſpeciem hominum, cetera barbari & monſtra 272.b.c
aetoli Romanos de Lacedaemone Nabidis in poteſtate relicta criminantur 275.f
aetoli Romanis infeſti 281.b.285.k 298.d.e
aetoli Romanis cauſſam uictoriae in Graecia praebuerunt 281.b.282.b
aetoli in umbilico Graeciae 282.d
aetoli ultro ſibi bellum inferẽtes 289.f.292.e
aetoli Philippum uicere 290.b
aetoli ſeſe dedunt 293.k
aetoli amphilochiã recipiunt 310.d.e
aetoli pacẽ a Ro. petunt 311.d.b
aetoli Perſeo magis quam Romanis addicti 351.k
aetoli et Boeoti ĩ exercitu Perſei 360.i
aetolorum amicitiam affectant Romani 179.d.273.h.k
aetolorũ ac Romanorũ foedus 190.d
aetolorum defectio a Philippo 190.f
aetolorũ bellum aduerſus Acarnanes 191.e.f
aetolorum & Philippi Macedonis bellum 205.e
aetolorum ferocia 205.d.275.f
aetolorum concilium 190.b.211.g
aetolorum in hoſtico neglegẽtia ac clades 251.e.f
aetolorum clades 251.g.h
aetolorũ praetor Phaneas quae repetat a Philippo 260.e
aetolorum obmurmuratio in publica Graeciae pace 264.i
aetolorũ animi ab Romana ſocietate alienati 265.b.267.f. eorumdẽ furor aduerſus Romanos 285.e
aetolorum audax conſilium. Ibidem
aetolorum Alexameni ſtipatorum caedes 285.b
aetolorum uana promiſſa 292.a. pertinacia 209.i.210.k
aetolorum legatio ad Acilium conſulẽ 185.b
aetolorum animi fracti 294.e. deſperatio & dein. 290.k
aetolorum a Philippo rege crimina 294.f.h
aetolorum principes tres & quadraginta in latomias a Romanis coniecti 298.b
aetolorum uexatio 298.g
aetolorũ imprudentia in uenia erroris ſeu culpae a Romanis petẽda 307.b
aetolorum res 310.c.d
aetolorum metus a Romanis Ibidem
aetolorum animi indomiti ac immutabiles 311.f
aetolorum cõmotio unde fuerit 311.b
aetolorum pacis condiciones Ibid.
aetolorum in ſe uerſus furor 350.b
aetolorum ſeditionis cõpoſitio 351.b
aetolorum criminatio 363.b
aetolorum cauſſae exitus 385.a
aetolis plus abſtulit Philippus ſocius, quam hoſtis 260.g
aetolis iratus T. Quinctius 295.c
aduerſus aetolos bellũ decernit 307.a
aetolos Philippus quibus uult condicionibus adigit 226.d
aetolos Philippus ad petendam pacem compellit 295.a
affinis noxae 325.a.b
afri & Numidae, incertae fidei ingenia 245.b.224.e
afri leuium corporum homines 113.g
africa prouincia P. Scipioni deſtinatur 332.f
africae prouinciae cura apud Romanos 233.k
africae prouinciae difficultas 221.e
africanae lxiii. ludis circenſibus exhibitae 371.d
africani cognomen unde natum 341.b
africum bellum 238.e.f
africi belli difficultas 221.e
africam prouinciam ſibi decerni Cn. Lentulus Cos. optat 241.c
africam P. Scipio affectat 215.a
agamemnonia claſsis 384.e.f
agaſſa urbs Romanis deditur 369.e
agaſſae inſula direpta 384.c
agathocles Syracuſanus trãſgreſsione ĩ Africã, bellũ a Sicilia auertit 222.e
agatirna Siciliae 200.f
agatirnae incolae, colluuies hominum 294.g
agema, ala mille equitum 292.i.b
agema legio 335.c
agema Perſei 149.g
ageſimbrotus Orei praefectus 252.e
ageſimbrotus praefectus claſsis Rhodiae 260.c
ageſipolis Lacedaemonius exſul 260.b
ageſipolis Rhodus uerba de bello Macedonico 378.c
agere condiciones pacis 315.a
agere ictum 362.g
ager bene meritis de republica aſsignabatur 289.b.253.a.253.b
ager Campanus diuiſus 275.k
ager in quo caſtra Hanibal habebat urbem obſidens, nihilo minoris Romae publice emptus 186.k
ager populo diuiſus 271.k
ager ſacer 317.k
ager ueteranis militibus aſsignatus 247.d
agri amiſsi indignatio apud Latin. 175.g
agricultor 339.f
agri diuiſi inuidia 11.a.12.c.21.b.i
de agri finibus contentio inter Carthaginienſes & Maſſaniſſam 337.a
agri Liguſtici & Gallici diuiſio 351.f
agri publici a priuatis diſterminatio in Campania 351.a
agri Romani terminus, Italia 198.i
agri uiritim diuidendi fax 261.d
ex agro accerſitus Romanis dictator L. Quinctius Cincinnatus 33.c
agrorum modus praeſcriptus 76.f eius exceſſus multatus 87.f
agros Roma. bello non habitabant 213.g
agraria lex 23.c. tribunicium uenenũ 25.e
agrariae legis auctor tribunus plebis Trib. pontificius 23.c
agrariae legis deſiderium 27.b
agrariae legis dulcedo. 151.e.f. mẽtio. 27.g. promulgatio. 22.i. 58. k. ſtimuli. 25.g. tumultus. 26.k. 51.i. 54.b. 53.i.k. 69.b. 60.k
agreſtium terror 28.e

aglaſpides 377.e.f
agminis ducendi ſollertia, et locorum capiendorum ualebat Philopoemen 284.a
agnus biceps cũ quinque pedib. 259.f cum duob. capitibus 255.b.cũ ſuil lo capite 245.k.cũ ubere lactãti natus 297.b.idẽ mas et femina 213.e
agni mactandi in ſponſionibus militaribus ritus 246.b
agragantinum bellum 233.i
agragantum Himilco recipit 169.i
agragãtum Romanis proditur 194.d.e
agranonitae Illyrici 384.b.c
agrianes populi 360.b
agrianes propugnatores Caſandreae 371.c
agriani ſuperati 360.a.b
agrippa Furius cos. 41.d
agrippa Menenius 45.g.Lanatus 46.a.52.e.52.k.
agrippa Tiberij filius 2.k
aggredienda non eſſe quae efficere non poſſis 166.c
aharna opidum 117.g
aius Locutius deus 67.b
ala ſacra 362.b.364.c
alabanda opidum 374.c.d
alabandorum legati ad Cn. Manlium Volſonem cos. 312.a.b
alabandenſium erga Romanos obſeruatio 365.f.g.& deinde
alanderſi 313.e
alarij equites 341.i
alatrinates Hernici 337.d
alba Latini filius 2.k
alba longa ab Aſcanio condita 2.k
alba opidum a Lauinio ortum 5.i
alba deſeritur ac diruitur 187.b
alba, Romana colonia 199.i.227.a
albae reges oẽs Siluij cognominati 2.b
albana arx 105.e
albana ſacra 7.k.8.a
albani ĩ Romanorũ imperiũ cedũt 6.g
albani lacus prodigium 59.g.b
albani montis ſacra 67.g
albani Romam tranſducti 342.k
in Albano mõte triũphandi ritus ſine publica auctoritate 263.b.354.g
albanorum ac Romanorum bellum 5.i
albanorũ principes in patres lecti 7.b.
albanorum ſtirps, Romani 5.i
albij, Galeni & Atrij Vmbri exitus 218.c
albingauni Ligures 247.e
albis equis uehẽdi magnificentia 61.f 163.a
albo polire 343.g
albula, qui & Tiberis 2.k
album inueſtimentum petitionis cauſſa ſumi uetatur 48.e
alce urbs in Celtiberia 343.d.e.Romanis deditur ibid.e
alcibiades & Areus capitis damnati 329.k
abſoluti 330.d
alcon Saguntinus 127.c.d
alexamenus Aetolus Lacedaemonis capiendae auctor 285.b. Leius caedes ibidem 286.b
alexander Acarnan relicto Philippo Antiochum ſecutus 282.d. eius mors 293.b
alexãder Aetolorũ princeps in Philippũ inuehitũ 260.c.Idem in Athenienſes & Romanos inuehitur 272.a
alexãder Berroeus hõ nefarius 339.b
alexander Epiri rex 89.k.103.k
alexãder Epirenſis Sãnites et Lucanos bello uincit 93.g.eius mors 95.c.d.e
alexãder Magnus diuina ſtirpe natus creditus 89.k.189.b
alexandri Magni mr̃ Olympias 95.f
alexandri Magni cum Romanis ducibus comparatio 103.g.& dein.
alexandri Magni indoles 103.i
alexandri Magni uitia 103.k.praeſtãtia, ac uirtus 281.b.380.c
alexandri magni copiae 104.e
alexandria Aegypti conditur 95.a
alexandria Troas 285.i
alexandrinorum legatorum ſordes & abiectio 272.b
alia fluuius 64.g
alia fluuius, & Alienſis dies 74.k
aliẽſis clades 64.g.68.g.174.f.313.d
aliẽſis clades uirtute compenſata 81.b
aliẽſi pugnae, Cãnenſis ſimilis 373.b.c
alienae inimicitiae aut inuidiae ſeruiẽdum non eſſe 331.b.c
alieni aeris ſtimulis acerrimi 103.k
alienos ritus, mores, leges, ac linguam recipere nolũt Crotonienſes 162.b
alienis malis doceri, exemplum utiliſſimum 131.e
alienis oculis regi qui debeat impudenter, aliorum gubernationem ſuſcipere uelle 229.a
allatrare quemquam 320.k
alliſae Samnitium urbs 95.f
alliſae de Samnitibus captae 109.a
alliſates ſubiguntur 109.i
Allobrogum ſitus 130.f
Allucius adoleſcens Celtiberorũ princeps 196.b
alimne urbs 312.e
aliphera urbs 254.c
aliphera a Megalopolitis redditũ 110.d
alius ſuper alium 332.e
almana urbs 365.b
alopeconneſũ Philippus recipit 246.g
alorci Hiſpani ad Saguntinos in ultima rerum deſperatione oratio 127.d
alpes Gallos primum trãſiſſe 130.e.f
alpes quindecim diebus ab Hannibale ſuperatae 131.b.i
alpes Gallorum terminus 333.f
alpinarum gentium origo 63.b
alpium uia inacceſſa 63.k.130.a.b
alpium difficultas eleuatur 213.g.b
alpium horror 130.i.earum tranſitus difficultas 130.k
amadocus dux Thracum a Philippo captus 329.f
amarinthis diana 286.d
ambarri Galli 63.k
ambigatus Celtarũ Gallorũ rex 63.k
ambitionis minimae homo 155.g.b
ambitus lex 83.e.338.k
ambo, pro ambos 341.b.i
ambracia opidũ 256.d.295.b.310.f obſidetur. Ibid. an ui capta 323.e
ambraciae ornamenta 312.a
ambracienſium eadem quae & Aetolorum cauſſa 319.b
ambracienſium querella de M. Aemilio 319.a.b
ambracienſes Romanis ſe permittunt. 311.f.g
ambraciẽſes triumphati 318.i.omnia ijs reſtituta. Ibidem.k. 310.f
ambracius ſinus 256.d
ambryſus urbs recepta 257.a
ameriola opidum 9.g
amici Perſei male multantur 384.k 385.a & dein.
amicitia quib. rebus uioletur 274.a
amicitiae immortales, inimicitiae mortales eſſe debent 342.i.k
amicitias regũ ac ciuitatum triũ ſoederum genere aliquo ſanciri 277.i
aminãder Athamanũ rex 205.e.226.f Romanis conciliatũ 248.b cũ cõiuge ac liberis regno ſuo excedit fugitãs 296.b.310.b.c.legatus a Quinctio cos. Romam proficiſcitur 261.b
aminander & Aetoli Antiocho ſe iungunt 290.e.f
aminander pacem ab Romanis petit 309.e.f.310.d.e
aminander Romanis ſe iungit 296.b 311.f
aminandri honos a Quinctio conſule 265.a
aminandri exſiliũ Ambraciae 311.g
aminandri expeditiones 256.a. 390.i
aminandri uxor Apamia 287.k
amiternum opidum de Samnitibus recipiunt Romani 121.c

amnes

amnes perennes uelut areſacti 49.d
amoenitates ac uoluptates militibus fortibus ſugiendae 313.e.f.
amoris impotentia, 37.e.45.b.291.e 200.b
amoris ignaui exprobratio 292.e
amatori amata ſua nihil gratius 196.a.k
amphilochia ab Aetolis recipitur 311.e
amphilochus uates 373.a
amphipolis urbis 303.b.e.372.i
amphiſſa urbs Aetoliae oppugnatur 298.f
amulius Numitorē fratrē regno pellit ac iterimit 21.k. eius mors.2.d.e
amunitium Promontorium 262.a
amuſitus Auſetanorum princeps ad Haſdrubalem profugit 136.f
anabura op. 312.i
anatis fl. 166.f
ancac op. 138.b
anchorarum praeciſio in metu. 221.d
ancilia 5.e.67.g
ancilium motus iter exercitus remoratur 303.a
ancus Martius tertius Romanorum rex 8.b
anci Martij regis filij tutoris fraude regno pulſi, iniuriam uindicare uolūt, eorumq. facinus ac ſtratagema 10.a.b. exſilium 10.c
ancona urbs 336.f
ancyra opidum 314.i
andania opidum 311.e
androcles pfectus claſsis Perſei 336.e
androgini ſexu inter marem ac feminā ambiguo 200.b.207.b.c.245.k
andronicus Macedo quidā populabūdos Romanos ad Epheſum male excipit 300.a. eius prudentia 371.b mors 385.d
andronodorus Syracuſanus 166.i
andronodorus & Zoilus tutores Hieronymi Siciliae regis 192.i.k
andronodori tutoris regij ambitio 193.a. mors 167.g
androſthenes praeſidij Macedonici in Corintho dux 143.b
andrus inſula 139.a.293.a.b.
angis iubatus aureis maculis ſparſus. 182.e.367.a
anguis prodigioſus 13.e
anguis quadrupes 347.c
anguis ſpecie conſuetudinem cum nobilibus mulieribus Iuppiter olim habere creditus 189.a.b
angues in bello praelati 82.g
angues piſciū more laſciuiētes 198.d
anguium portentum 177.c
anguſtiae pugnantibus incommodae 274.k.275.a
anicius ex Macedonia in Italiam redit 385.b
anicij de Illyrijs uictoria 375.f. triumphus 386.a
anienſis tribus 114.i
animus Romanorum in utraq. fortuna idem 306.b
animus ſaepe alibi quam corpus eſt 202.d
animus uetuſta memorando antiquus fit 367.a
animi ferocia ſimul cum corpore labāte labaſcit 8.a.73.b.i
animi religione, ut corpora morbis, infeſtati 49.e.288.k
animi uincuntur, ubi cetera uincuntur 227.k
ad animum admittere 82.k
anitorgis opidum Hiſpaniae 181.g
annales funeſti 57.g
annalium familiae cognomen unde natum 342.e
annonae caritas 34.a.114.c
annonae caritatē fames excipiēs 21.e
annonae compreſſae damnati frumentarij 316.k
annonae cura 16.a
annonae utilitas 238.i.241.i.253.d
annonae utilitas in hominum frequentiſſimo cōuentu ex Europa et Aſia 385.d
anni principium olim erat kalendis Sextilibus 29.a
anno ſextodecimo poſt Punica bella pax Italiae reddita 237.k
anno uno Roma ex ruinis refecta 69.e.f
annorū limitatio in magiſtratus petituris quando primum facta 343.e
annorum numeri indices claui apud Volſinios 29.c
annuo ſtipendio annua etiam opera reſpondeat 57.a
annis quadraginta & ſex minores nonnana militiae dare cogebāt 367.b.c
annis tredecim Carthaginienſes in Hiſpania tumultuati 214.d
anniuerſarium Cereris ſacrum Cannēſi clade intermiſſum 148.g
anquirere pecunia capite 185.b
anquiſitio capitis in pecuniariam multam uerſa 25.d
anſeres Iunoni ſacri in Capitolio 66.f
anſerum clangore ſeruatum Capitolium Ibid.
ex ante ad V. Idus octobris 8.b
antemnates populi 3.e
antemnates uicti, & in ſocietatem a Romanis accepti 3.f
antenor claſſis Perſei pfectus 374.f.g
antenor Troianus 1.e.
antenoris praefecti claſſis Perſei fuga 380.d
antenoris recepti crimine Antiſſa urbs euerſa 385.e
antepilani in militia 91.e
anticyra urbs 190.i. capitur 190.k
anticyra Phocidis capta 257.a
antigonea urbs 359.b
antigoniae fauces 254.d
antigonus Echecratis filius Philippi regis amicus 344.a. eius mors 344.i
antigonus Macedoniae rex 257.k 272.i
antigoni regis praeclarum praeceptū 338.b
antimachiale ſacrae praefecti mors 364.c.d
antinoi & Theodoti Paſſaronenſium metus ab Romanis 383.k.384.a
antiochus a Romanis obiurgat 265.k & uiciſsim Romani ab Antiocho 266.a
antiochus aduerſus Romanos ſolicitatur 281.e.282.d.373.g
antiochus Aegypto excedit 372.i
antiochus ad liberandam Graeciam accerſitus 285.d
antiochus amore capitur 290.k
antiochus Aſiam aduerſus Romanos munit 296.f
antiochus Attali regnū infeſtat 255.a
antiochus de morte filij ſui Antiochi ſuſpectus 281.k
antiochus de pace cum Romanis agere uult 301.a.b.304.b.306.a
antiochus pacem omnibus modis ab Romanis optat 306.e.f
antiochus & Aetoli Romanis ſuſpecti 266.b.e
antiochus i Europā trāſgreditur 255.b
antiochus ſocius et amicus p.ro.254.e Romanis ſuſpectus 263.i
antiochus Syriae rex Alexandriam obſidens 372.b
antiochus Syriae rex Philippo Macedoni foederatus 246.b
antiochus rex uirga circumſcribitur a Popillio legato Rom. 380.b
antiochus triumphat 306.f
antiochi bello parta Romanis 318.b
antiochi conſiliū Demetriade de bello cū Romanis gerēdo 289.k.290.a
antiochi copiarum iactatio 287.b.i.k
antiochi de pecunia inquiſitio 321.d.e
antiochi deiectus animus 292.e
antiochi exercitus diſpoſitio aduerſus Romanos 305.a.b.d
antiochi munitio aduerſus Romanos 298.k

298.k.304.b
antiochi otium ac ſecuritas 297.b
antiochi regis molimina 355.i.motus 265.b.301.a.b
antiochi regis conatus 265.b
antiochi cauſſa coram legatis Rom. diſceptatur 282.a
antiochi clades 209.d.304.k.305.k 306.a
antiochi clades maritima a tẽpeſtate 266.a.b
antiochi copiae nauales aduerſus Romanos 287.b
antiochi de copijs ſuis et uiribus iactatio 287
antiochi de pace ab Romanis impetrãda ſpes quib. in rebus fuerit 304.d
antiochi dominium quam uaſtum fuerit 322.c.d
antiochi exercitus a Romanis militibus contemptus 305.a
de antiochi exercitu manubiae, ſpda, & ſpolia quanta fuerint 306.e.f
antiochi regis expeditiones 242.e
antiochi filia Ptolemaeo Aegypti regi nubit & dein. 281.e.f
antiochi filij Ardues ac Mithridates 262.e.f
antiochi filij mors 259.b.c
antiochi humanitas erga filiũ P. Cornelij Scipionis captiuum 304.b
antiochi in thermopylis acies 292.b
antiochi infida pax 274.e
antiochi inopia & anguſtiae 188.d
antiochi regis legatio ad Romanos 457.d.178.g
antiochi legatorum in Senatu Ro. petitio 308.g
antiochi regis legatis a Romanis reſponſa 264.k
antiochi mollities 292.f.molimina ad bellum 287.a
antiochi obſeruatio mandatorum Romanorum 175.b
antiochi perplexitas 302.f.paenitentia & reſipiſcentia 292.a
antiochi proſperitas belli initio 288.g et dein. 290.f.g
antiochi regis ſimulatio aduerſus Ptolemaeum 456.g
antiocho pacis condiciones dicuntur 306.a
antiocho in amicitiam Ro. recipiendo leges dicuntur 277.k
antiocho pax a Senatu negatur 301.c.pax datur 308.g.317.e
antiocho ſe iungit Hannibal 267.g
antiocho regi Antiochi regis filio ſocietas cũ Romanis innouat 351.k
antiochum et Ptolemaeum uinicẽ bellantes dirimunt Romani 265.k
cum Antiocho nouũ bellum inſtauratur 295.k
antipatria urbs diruitur & incẽditur 248.f
antipater filius fratris antiochi 305.e
aſiaticae orae ad Helleſpontum praefectus 311.g
antipater princeps legationis Antiochi ad Senatum Ro. 380.b
antipatri praefecti Perſei mors 368.d
antiſſa Lesbi urbs diruta 462.d
antium colonia deducta 27.e.28.d.e
antium ex Volſcis captum 92.i
antii opidi deditio 27.f
antiates aduerſus Romanos inſurgunt 54.b.55.a
antiates Romanis ſe dedunt 76.a
antiates Volſci fuſi 21.a.b
antiatium & Latinorum ſeditio 76.a
antiatium hoſtilis aduerſus Romanos animus 85.a.92.e
antiatium nauibus roſtra in foro facta 93.b
antiatibus mari interdicitur 93.b
antiatibus patroni legibus ſtatuendis a Romanis dati 104.b
anuli aurei & phalerae a nobilibus poſitae prae indignatione promotionis plebeiorum 111.f
anuli ſignatorij ducis ab hoſte capti in fraudem abuſus 204.i
anulorũ aureorũ modus qui Romanis detracti ſint in Cãnẽſi pugna 149.g
anulorum aureorum poſitio, & ueſtis mutatio 367.g
anulos geſtare quibus permiſſum eſſet Romae 149.f
anxur colonia miſſa 94.b
anxur, nunc Tarracinae 55.e eius direptio ibid. f.59. d.eo colonia miſſa 94.i
anxuris ſitus 59.b
anxure caeditur praeſidium Romanũ 58.f.c.
aous amnis 254.d
aoum ad amnem pugnae difficultas 320.c
apamea urbs 281.g.306.a.312.f.d
apelles & Philocles necis Demetrij exſecutores 394.c
apellis mors 351.b
apennini tranſitus quam difficilis Hãnibali fuerit 135.i.137.e
aperãtia urbs recipitur 378.f.310.e
aperantij Perſeo ſociantur 368.i
apium examinis prodigium 135.i 164.c.204.b.i
aphir rex profugus 278.i
aphrodiſias caſtellum 242.g
aphrodiſias Crete capitur 301.g
apparatus bellicus Carthaginis nouae 308.f
apparatus claſſis in Africam a Scipione tranſuehendae 222.b
apparere Conſulibus lictores xxiv. 25.a.k
apparitores unde ſint ſumpti 2.e
appendix belli 110.i.k
appendices Olcadum & Vaccaeorum 125.i
appiae uiae municipia 193.g
appiolae opidum ui captum 9.b
appiorum peruicacia 107.b
appius Clauſus, quidem & Claudius, Sabinus, Romam transfugit 18.c 113.f
ap. Claudius Appij F. Cos. 18.f.26.b praefectus 30.b
ap. Claudius Cos. cum L. Volumnio plebeio homine 115.b
ap. Claudius Cos. primus bellum Carthaginienſibus intulit 143.b
ap. Claudius Craſſus Cos. 84.c
ap. Claudius Craſſus nepos patriciam dignitatem propugnat 77.i
ap. Claudius Craſſus trib. mil. 56.d
ap. Claudius dictator dictus 80.d
ap. Claudius in carcerẽ cõiectus 39.e
ap. Claudius interrex 114.c
ap. Claudius nepos tribunis coercẽdis uelut unus par 56.b
ap. Claudius decemuir 34.e.f. 137.a
ap. Claudius praetor Siciliam adminiſtrat 863.d
ap. Claudius Pulcher Cos. 173.f. 326.i
praetor 187.b.trib. mil. 148.b. 240.b.i
ap. Claudius unde caecus factus 106.b
appij Claudij ingenium 18.k.195.b.i.38.g
appij Clau. ambitio inter plebeios 34 b.i
appij Clau. cenſoris ferocia 107.g
ap. Clau. cenſura, et alia opera 106.b
appij Clau. conſilium de tribunicia poteſtate 33.d
ap. Claud. ferocia 26. i. k. ſuperbia 116.b
ap. Clau. imp. uulnus impetum Romanorum remoratur 185.b
appij Claudij in media pugna uotum 116.e
appij Claud. inſectatio 26.a
appij Claud. libido & dein. 36.a.b
appij Claud. nepotis aſtutia 53.a
appij praenomine Claudij ingenium ſubito mutatum 34.e

appij Claudij prudentia 351.b.ſaeuitia 26.d
app. Claudij Pulchri uirtus aduerſus Ligures 229.d
appio Claudio dies dicta 26.i
ap. Claudio reo, gens omnis Claudia ueſtem mutauit 73.a
app. Claudij mors 26.i. eiuſque laus funebris ibi. & 39.b. 84.f
app. Herdonius Sabinus 30 k.31.a eius mors.31.g
apolecti (ita enim legendum) delecti Aetolorum 172.e.294.f
apollo Cumanus lacrymans 367.a
apollo delphicus laeta Romanis pollicetur 226.a
apollinis Delphici oraculum 13.a.b 158.g
apollo medicus 343.f.g
apollo zerynthius 318.d
apollinis aedes dedicata 49.c.83.f
apollinis ager redemptus 261.b
apollinis aureum donum ex decima praedae Veientanae ut conflatum ſit 62.a
apollinis oraculum 312.c
apollinis promontorium 228.d
apollini ut ſacrificaretur 176.c.d
apollinare ſacrum 113.e
apollinaris Circus 40.b
apollinares ludi praedicuntur 176.c quando primum facti 203.i.k
apollinares ludi facti 190.b.200.d.e 241.k
apollonia urbs 212.g.251.d
apolloniatae a Philippo rege Macedonum obſidentur. 170.b.i.k.eorum ager uaſtatur 206.e
apolloniatae ſe bellicis munimentis de hoſtico inſtruunt 171.a
apolloniatarum auxilia Romanis aduerſus Perſea 362.b
apollonidis Syracuſani nobilis concio in Syracuſarum tumultu 168.b
apuani Ligures domiti 210.d. 341.k
apologus Menenij Agrippae de uẽtre & ceteris humanis corporis partibus 20.i.k
aporidos come 312.i
appuleius Panſa cos. 112.k
apſus fl. 246.a
apulum bellum 98.c
apuli ad Poenos deficiunt 152.k
apuli fuſi 115.a
apulia perdomita 104.g
apuliae motus 162.b
aqua Albana cruenta fluens 200.c
aqua ex flumine Loracinae Antiũ deducta 365.a
aqua in paluſtris exercitum ſequens 373.d
aqua opido obſeſſo abſciſſa 347.b
aqua publica in priuatum auerſa, ademta 231.k
aqua V. & XL. dierum in nauibus impoſita in Africam cum Scipione trãiecturis 776.f.g
aquae calidae fonte manantes 143.i
aquae in urbẽ adducẽdae ſe obijcit M. Licinius Craſſus 343.g
aquarum intemperies annonam urget 238.i.241.k.280.a
aquarum inundatio 282.i.315.f
aquarum paenuria 49.e
aquationis ergo pugna 285.b
aquilae mirum prodigium in Lucumone 7.i
aquileia colonia deducta 333.g.338.k.340.d
aquileienſium colonia infirma 364.d
aquilij fratres 15.a
aquilo in ſeptẽtrionem uerſus 299.k
aquilonia Samnitium 121.a comburitur 122.f
aquitaniam ſibi ſubigit Hannibal 129.i
ara Herculis maxima 2.b.106.g
ara mirabilis, cuius cinerem nullus uentus moueat 142.f.g
arabes camelis uecti, gladijs praelongis armati 192.d
arachthus fluuius 368.g
aradij & Sidetae pop. 288.b
araris ac Rhodani commiſſio 130.f
aratorum patris ac filij caedes 257.k
arbiter factus Hannibal aequum iudicat 130.g
arbor felix 61.d
arbor quercus uice deum appellata 33.a
arbores hieme deuſtae 342.g
arborem qui ſerat, fructum ex ea eſſe debere 117.c
arborum male praeciſarum lapſu obrutus Rom. exercitus 156.a
arcades, rerum naualium imperiti 170.e.f
arcae lapideae ex alta terra effoſſae 339.f
arcani celandi religio 121.a
arcana regum per regios ſatellites facile produntur 274.b
arcanorum expiſcandorum fraus 338.c.d
archidamus Aetolorum dux 254.a 368.g
archidami Aetolorum legati ab Achaeis poſtulata 288.b
archimedis Syracuſani mathematici induſtria admirabilis 169.d.e. & dein. Eius infelix exitus & dein. 181.e
archippus Arginorum dux 288.b
arcis Tarentinae fortitudo 175.k
arcis Tarpeiae proditio 3.g
arcem aut Capitolium nemo habitare Romae permiſſus poſt Mãlium ca. 73.d
archo matrona nobilis calamitoſa 334.e
arconis Xenarchi praetoris fratris oratio 348.g
arcus interdiu ſereno caelo ſuper aedẽ Saturni in foro extẽdi uiſus 349.b
ardea Romana colonia 199.c.227.a
ardea Rutulorum urbs 13.c.126.d.e
ardeatium defectio 43.b.44.i.45.f
ardeatium cuſtos Camillus exſul. 65.i
ardeatium legatio de iniuria 44.i
ardor militum refrigeſcere non ſinendus 304.k
ardues Antiochi filius 262.f
arduorum locorum praeſidia 313.i
arethon amnis 310.g
arethuſa fons 181.b
arens & Alcibiades capitis damnati 329.b absoluti 330.e
argei, ſacrorum faciendorum loca 5.a
argentariae nouae apud Romanos 343.g
argentanum Bruttiorum op. 237.g
argentea uaſa in cella Iouis 117.b
argentum bigatum 265.g
argentum in Oringenſi agro Hiſpaniae foditur 211.c
argentum nondum ſignatum 55.b
argenti ab Antiocho Romanis pẽdendi ſumma 317.g
argenti in aurum commutati in pẽſione Aetolorum, proportio 311.k
argenti ſpargendi ad ineſcandũ aſtus 145.k
pro argenteis decem unus aureus 312.b
argi in poteſtate Philippi 259.a.e in poteſtate Nabidis 271.k
argi in tutela Iunonis 272.a
argorum nobilitas 344.i
ab Argis bellum in Nabidem conuertitur 273.d
argis oriundi Macedoniae reges 205.e.f.258.d
argiui Spartanum praeſidium expellunt 275.d
argiuorum proditio 258.i
arginorum uiri ſpoliati a Nabide, feminae ab illius uxore 261.b. & dein.

arginis libertas per Romanos reſtituta 275.e
argithea urbs, Athamaniae caput 310.b
argos Amphilochium 311.b
argos Romanis cedit Nabis 190.e
argyraſpides Antiochi milites 305.d
ariarates Cappadociae rex 303.g. pecunia noxa ſuã Romanis luit 317.d.a Romanis in amicitiã accipitur 318.a in ſocietatem Eumenis ſe inuexit Macedonico bello 355.e
ariaratis regis filius puer Romam adducitur 129.a
aricia oppugnata 17.b
aricini fuſi ibidem
aricini in ciuitatem accepti 93.a
aricini inter hoſtes Romanos 92.b
aricinorum atque Ardeatium de finibus cõtẽtio ad Romanos diſceptatores defertur 42.f
arietis fruſtratio 363.g
ariminum, olim Gallia dicta 220.d
ariminenſes, coloni romani 200.f
ariſthenus Achaeorum pr. Romanorũ fautor 257.d 272.d
ariſtheni praetoris Achaeorum inſectatio aduerſus Aetolos 272.b
ariſtodemus Cumarum tyrannus 17.g 20.f.g
ariſtomachus Crotonenſis plebis princeps Poenos Crotonis potentes efficere cupit 162.e
ariſton tragicus actor 167.e
ariſtonis cuiuſdam Tyrij, Hannibalis nuncij aſtutia 278.f.g.h.279.f
ariſtoteles praefectus regis Antiochi apud Chalcidenſes urbem deſerit 293.d
arma capere niſi Romanorum permiſſu non licebat Romanorum ſocijs 20.a.d
arma de publico dabantur 31.a
arma & equitum cẽteraq. militiae inſtrumẽta tradunt Siculi, qui cũ Scipione militare detrectant 223.h.i
arma & ſigna militib. ſuppeditabant Romani 148.h.i
arma ferre potentes omnes milites cõſcripti 28.g.h
arma foris quam domi potentiora 233.a.b
arma Gallorum deuictorum uno in cumulo concremata 314.i
arma ob grauitatem fugam impedientia. 305.k
arma Hiſpanis omnibus cis Iberũ Cato adimit 270.c.d
arma hoſtium lecta Vulcano conſecrata 347.d
arma Liguribus adẽpta 322.k. Caenomanis item ibid.e
arma Macedonum deuictorum in unũ aceruum cogeſta, combuſta 385.f
arma qui prior intuliſſet, ab eo iniuria orta 255.e
arma ſacra de tholo detracta in patriae pro pugnatione 156.g.h
arma ſingularum claſsium 10.e
arma ſponte crepitum facientia 256.f.g
armorum ac bellorum cauſſa alijs alia 308.c
armorum ademptorum Gallis indignatio 333.d
armorum ademptorum indignitas 196.f
armorum captiuorum ſplendor et opulentia 224.b.c.
armorũ hoſtilium cõcrematio 179.i. 313.g.h.347.b.c.
armentarium Chalcidis incenſum 247.k
armatarum legionũ ſpectra 164.d.e
armatura leuis promptiſsimum genus ad laceſſendum certamen 369.h
armatus, us. ui. armorũ genus ſeu ſpecies 305.e
armatus tyrannus Nabis cum inermi conſule Rom. in colloquium uenit 261.d
armes praefectus Punici praeſidij in Carthagine noua 196.f
armenes Nabidis tyrãni filius in triũpho Quinctij tranſductus 277.b
in Armiluſtro pluuia lapidea 196.f
arnienſis tribus 69.h
arnus fluuius 136.i
arpi Romanis commeatum parce ſuppeditant 102.g
arpi Romanis reſtituuntur 272.d.e
arpinates ciues Romani facti 111.k
arpinum de Samnitibus captum 111.b
arretini pacem a Romanis petunt 120.h
arretinorum in fide uacillatio ut coercita 203.k
arretium Etruriae 108.k
arſia ſilua 15.b
artes militares non eaedem & imperatoriae 179.f
artatus amnis 368.c
artena Volſcorum urbs capta 54.k
artetarus Illyricus a Perſeo occiſus 353.b
artifices improbi 54.e.f
artifices ſecum plurimos habebat Scipio 232.c
artona, Latina urbs 246.f
aruerni Galli. 64.a Haſdrubalem ſecuti 207.g
arundinacearum caſarum incenſio milites turbat 283.i
aruns Cluſinus uinum Gallis primus inuexit 63.b
aruns Porſenae filius 17.d
aruns Tarquinius 11.a eius mors 15.g
Vide augures & auguria.
arx Corinthi mirabilis 384.e
aſcanius Aeneae filius 1.g
aſclepiodotus Perſei dux 369.e.f
aſcordus fluuius 370.f
aſcuris palus 369.e
aſena urbs capitur 156.g
aſianae rei deſcriptio 210.c.h.& dein.
aſia exercitus Romanos emollijt 191.e
aſia in ſocietatem belli aduerſus Perſea ab Romanis ſollicitatur 227.e
aſia omni quae cis Taurũ montem eſt, Antiochus decedere iubet 306.b
aſia tota Romanis cedit 324.i
aſiae aditus Romanis patefactus per Eumenem 304.b
aſiae ciuitates liberae factae 264.d
aſiae ciuitates nõ perpetuo tenore ſemper ſub eiuſdem ditione fuerunt 282.b
aſiae ciuitates Romanis deditur 306.b, 324.b
aſiae deuictae nuncium Romam affertur 307.e
aſiae & Syriae tumultus 297.k. 298.a
aſiae ingenia 312.b. 383.b.d
aſiae motus 265.g.& dein.
aſiae omnes populi Romã legatos mittunt 306.f
aſiae opes ſecum trahentes Romam domum repetunt 318.b.& dein.
aſiae opulẽtia 288.a ubertas et amoenitas 312.k.313.f
aſiae uictoria ab Romanis in ipſa Aſia parta 309.e
aſiam Galli inter ſe diuiſam uectigalem faciunt 312.k.313.a
aſiam Philippus ſollicitat 243.i
in Aſiam ab Aegypti regibus uocantur Romani 298.b
in Aſiam tranſitu Romanis permiſſo Aſiae uelut poteſtas permiſſa 304.c.f
de Aſia Romanos non quieturos Hannibal prouidet 295.g
aſiaticus dictus L. Cornelius Scipio 309.e
eius uirtus 322.c.d.e
aſiatici triumphi ſplendor 30.b

aſiatico ab exercitu luxuria peregrina urbem inuecta 322.k
aſiatici graeci, leue genus hominum 292.e
aſiatici mitiſſimi 313.b.c
aſianorum contemptus Romanis 304.k
aſinus tripes 354.e
aſinaus mons 253.b
aſſiduitas in oculis hominũ obuerſandi, uelut cõtemptum ac ſatietatem magnorum uirorum facit 280.b
aſylorum religio 289.a
aſylum Romulus aperit 3.f
aſopus fl. 22.k
aſpendus pax data 3
aſper unde dictus L. Trebonius 41.d
aſſcripti Lacedaemoni's ſerui a tyrannis, comprehenſi & uenditi 316.i
aſſes uiceniquini & ſemiſſes in millia aeris ſoluti 324.a
aſta opidum capitur 226.b
aſtapa urbs 220.b. ſine praeda militũ ferro ignique abſumpta 215.b
aſtij Thraces 318.b
aſtragos caſtellum 262.b
aſtronomicae peritiae utilitas 377.a
aſtura fl. 92.b
aſtutia & auaritia Perſei regis aduerſus Gentium 374.e
aſtutia obſtringendi populi 291.d
atalanta inſula 286.d
atellanae unde inuentae 79.f
atellani liberi eſſe iuſſi 192.d
athacum urbs 250.b
athamanes deduntur 292.f.g
athamania omnis in ditionem Philippi redigitur 292.i.327.a
athamaniae tumultus 310.c
athamanum poſtulata aduerſus Philippum 327.f
athamanum uirtus aduerſus Macedones 310.c
athamanibus nonnulla opida eripiuntur 291.f.g
athanagiam in deditionem recipit Scipio 303.d
athenaeus Attali frater 312.e
athenaeus idem Eumenis regis frater 384.e
athenagoras Philippi regis praefectus 248.b.251.a
athenagoras Philippi dux 254.d
athenaeum caſtellum 310.a
athenarum celebritas 384.d. periculum 246.g.h.247.k.288.e
athenienſes auxilium ſibi aduerſum Philippum petunt 245.b
athenienſes litteris ac uerbis bellũ gerunt 251.k.252.a
athenienſes Macedonibus finibus ſuis interdicunt 349.d
athenienſes pro Aetolis apud conſulem Ro. intercedũt 298.f.g.311.a
athenienſes pro Romanis uerba in Panaetolico cõuentu habent 285.b.c
athenienſes Rhodios ciuitate donant 246.e.f
athenienſes taxantur 272.a
athenienſium clades 244.b
athenienſium cum Philippo belli origo 246.b.f.248.a.251.k.257.b.c
athenienſium erga Romanos gratitudo & beneuolentia 272.a.365.f
athenienſium honos 264.d. dignitas 28.b.c mores 383.b.d
athenienſium inuidia aduerſus principes ſuos 386.g
athenienſium in Sicilia tranſgreſſio 222.c
athenienſium leges Romani ſibi deſcribendas curant 34.c
athenienſium querimonia in Panaetolio de Philippo rege 249.c
athenienſium uexatio a Philippo, Romanos aduerſus illũ excitat 243.k
athenienſibus ſuppetias ferunt Attalus & Rhodij 246.c.d
athletarum primum certamen Romae 326.f & dein.
atho mons, qui & Aeneae 385.a
atilius praetor Lilybaei 144.a
atina & Calatia captae 220.g
atintanes Macedoni regi accedunt 226.g
atintania Macedonia regio 385.a
atlesbis Thracum regulus 251.k
atrace urbs 290.i
atrium regium incenſum 191.a
atrius Vmber, abominandi nominis dux 217.i
attalis tribus 246.e
attalus Aſiae rex 312.k.317.k
attalus & Sulpicius copias ſimul iungunt 206.a.b
attalus, Eumenis frater, Romanorum amicus 318.b.c. 288. in ſocietatẽ belli a conſule Ro. accerſitur 312. b.c. fratri ſuo non ſatis fidus 352.i 385.b. illi conciliatur. 382. Pergami obſidetur 300.k
attalus rex foederi Romanorum cum Philippo Macedone adſcriptus 326.f
attalus rex populabundus 211.g. Opuntios diripit 212.a.b
attali ac Romanorum expeditiones 252.b.c.254.k.255.a
attali ceſſatio in adiuuandis Abydenis 243.e
attali claſſis, uiginti quinqueremes 256.e
attali conſtantia 372.b.c
attali donum Romanis, corona aurea 259.c.d
attali et Rhodiorum cunctatio 246.f
attali Eumenis patris commendatio 307.g
attali fuga 212.c
attali iuuenis honos ac laus 314.i
attali legati quae repetãt a Philippo 260.c.h
attali oppugnatio in Oreo urbe 252.f
attali regis conatibus obſtat Philippus rex 205.e
attali regis exceptio Athenis quã feſtiua fuerit 246.d.e
attali regis fortis animus aduerſus Gallos 313.b
attali regis munificentia erga Sicyonios 261.b
attali regis querimonia de Antiocho apud Romanos 254.k.255.a
attali regis mors 262.i
attanes Turdetanorũ regulus 214.b
attica terra 208.f
atticae terrae ſepulcra & templa magnifica 248.f
atticae leges Romam allatae 34.d
atticus ager ſterilis 266.e
atys Albae filius 1.k
auaritia & luxuria, diuerſa uitia. 268.e
auaritia in regibus turpis 275.d
auaritia magiſtratuũ Romanorum Hiſpaniam adminiſtrantium apud Senatum defertur 364.i
auaritiae caecitas. 81.g. pernicioſa 386.b.216.f
auaritiae Romanorum calumniatio 169.b
auctoratus ſigno ſuo proditor 299.d
auctorum inter ſe diuerſitas 18.f
auctoritatis pondus 283.b
audacia conſilia nonnunquam magis placent 183.h
audacia pauore tutior 102.d.e
audacia nonnunquam prudens in exitu eſt 300.a
audena amnis 348.e
audientiam facere 367.f
audientium aures et animi ut ſint, ita dicentium uerba plerumque accipi 358.f
audito Machanidam refugiſſe 212.e
auentinum milites Romani occupant 36.k
auentinum Politorianis populis incolendum datum 8.f

auenti-

auentinum publicatur 346
auentinus collis unde dictus 2.a
auertere praedam 299.a
auerni lacus 164.k
aues addicere & admittere 9.d. 12.i.k.202.a
aues aeſtiuae 57.e
aues nidos relinquentes 198.
auium obſeruatio in bello 47.a.202.a
auferre uelut de ſpatio 286.g
aufidena in Samnio a Romanis ui capitur 114.c
aufidus amnis 146.f
auginus mons in Liguria 323.a
auguralis artis aſſertio 9.d
augurandi ritus 5.a.b
augures primi de plebe 113.g
augures religionis cuſtodes 49.g
augures, ſacerdotes erant 232.k
augurum auctoritas 44.g
augurum & pontificum numerus 113.a
augurum habitus 113.d
augurum ſacerdotium unde manarit 5.a.b.9.d
augurium capiunt Romulus et Remus in urbe condenda 2.e
augurii obſeruatio in bello 47.a
auguriorum ſtudioſi Celtae 63.k
auguriorum uſus 202.a
augusti contemporaneus Liuius 47.d
aulerci Galli 63. k
aulis opidum Antiocho aperitur 288.g
aulidis portus 384.d
a. Acilio ex Aetolia triumphus decernitur 306.f
a. Baebii crimen, ac damnatio 236.e
a. Bacculonii ſigniferi fortitudo 345.b
a. Aelius Ligur conſul 352.e
a. Aeternius Cos. 34.b.trib.pl.41.b
a. Atilius Rom. claſsis praefectus in Graeciam ad tuendos ſocios mittitur 282.b
commeatum Antiochi intercipit 293.c
a. Atilius Serranus pr. 280.i
a. Cornelius trib.mil. 76.b
a. Cornelius Aruina dictator 98.b
a. Cornelius Coſſus. Cos. 49.d.53.b 71.b.mag.equitum.84.i.trib.mil. 47.b.185.d
a. Cornelius Mammula propr. Sardiniae 255.d.e.188.f
a. Cornelius pontifex max. 48.b
a. Cornelius quaeſtor 32.b
a. Hoſtilii militaris diſciplina 369.c
a. Manlius decemuir 24.e
a. Manlius trib. mil. 55.i.58.a.68.i. 70.i.73.d.76.b
a. Manlii trib.mil. mors 204.b
a. Manlius Volſco conſul 344.k
a. Poſtumius Albinus cenſor 350.i.c
a. Poſtumius Albinus Luſcus conſul. 340.g
a. Poſtumius dictator. 186. eius uirtus ibi b. 18.f
a. Poſtumius Regillenſis trib. mil. 59.k.73.g
a. Poſtumius Tubertus mag. equitum 47.k. dictator 47.g
a. Sellius trib.pl. 24.b
a. Sempronius Cos. 18.f
a. Sempronius Atratinus tri.mil.cõſ. pot.44.g.50.e
a. Sempronius Cos. 21.d
a. Seruilius dictator 47.f
a. Valerius Publicola trib. milit. 11. 66.b.176.b
Virginius Cos.19.i.25.b.27.b
Virginius trib.pl. 30.c.d.38.f.63.a
a. Virginius triumuir 27.k
auli Virginii criminatio 31.i.63.a
aures & animi audientium ut ſint, ita dicta plerumque accipi 358.b
aurinx urbs Hiſpaniae 170.f
aurum a ſociis oblatum Romani non accipiebant 145.b
aurum contemnunt Romani 237.b
aurum de Gallicis ſpoliis in Capitolio ſacratum 83.b
aurum Iouis a muribus roſum 203.b
aurum uiceſimarium 200.e
auri cupiditate ambuſti milites 206.f
auri et argenti metalla interdicta Macedonibus 384.i.k
auri Gallici falſum crimen 70.b
auri inopia apud Romanos 62.a.b. 67.c
auritus 285.b
auro et argento caelata ſcuta 309.f
auro militantes Galli 374.c
in Auro praeter manus pretium nihil intertrimenti fit 269.e
a Gallis obſidionem ſuam redimũt Romani 65.b
aurata ſigna fornicibus impoſita 263.b
aurata ſtatua quando primum in Italia poſita 340.e
auream & argenteam aciem ferreae & horridae ſaepe cedere 121.e
aureae paterae ad Cereris poſitae 117.b.c
aureae quadrigae in Capitolio poſitae 130.k
aurearum coronarum triumpho Aſiatico praelatarum ingens numerus 309.d
aureus unus pro argenteis decem 278.k
aurunca urbs a Sidicinis deleta 93.e
aurunci a Romanis funduntur 17.b 19.f
. ſubiguntur 85.b
auruncum bellum 160.a
aurunci opidum ſuum deſerunt 93.e
auruncorum & Sidicinorum bellum 93.c
auſetani, Hiſpaniae populi, Ilergetum uicini 224.a. ad Catonem deficiũt 271.b
Romanis deduntur 136.f. ab Hannibale ſubiguntur 129.b.136.f
auſona urbs 105.b
auſones cum urbe ſua capti 93.d.e 105.b.i
auſpicato omnia faciendi mos unde inoleuerit 9.d 78.d
auſpicato omnia gerunt Romani 320.b.c
auſpicium mentitus pullarius 121.f.g
auſpicii uitium ominoſum 240.f
auſpicio in controuerſo nõ obauditum a Papirio Curſore 122.c
auſpicia alternantia 204.f
auſpicia penes quos fuerint Romae 78.d
auſpicia, plebeiorum non eſſe 44.d
auſpiciorum uiolationis & neglectus malum 81.i.k.136.d
auſpiciorum obſeruatio in ſuſcipiendo bello Macedonico ab Romanis 356.c.d
auſpiciorum religio 146.b.158.g. utilitas. 202.a
auſpiciorum religio ducibus in aciem deſcenſuris 121.f
auſpiciorum repetitio 96.e.97.a
auſticula urbs a Romanis recepta 159.g
auxilia ultima apud Romanos 77.e
auxiliares omnes apud Lacedaemonios electi 316.b.i
auxitre bonis auſpicibus 230.b
axius amnis 333.d.374.c.384.b
axylos terra 313.g
alyatti op. 313.g
azorum opidũ Perſeo deditur 361.c

B

BAcchanaliorum ortus ſcelera ac flagitia, & eorum indicium 321.g.& dein, 324.b
Bacchanalia omnia diruta 326.b 231.e
Bacchanalium conditores & ſacerdotes 325.k
Bacchanalium ſemina 337.i
Bacchanalium ſacrum 324.d.325.e

bacchium

bacebium inſula 300.e
balu cuiuſdam Campani ingratitudo 178.a eiuſdē turpis fuga 178.b.c
barbia lex 242.f
baetis amnis, idem & Certius 214.b.216.b
baetula urbs 102.i.214.a
bagrad a fluuius 238.f
balanos Gallorum regulus 371.i
balari fuſi fugatique 120.i
baleares inſulae duae 220.b
baleares pacem a Cn.Scipione petunt 141.b
baleares funditores 135.d
balearibus funditoribus meliores 315.k
balbus mons 231.b
ballista mons in Liguria 323.b.341.k.387.e
balneis incluſos apud ſe comprehenſos Romanos Cāpani feruore & aeſtu ſuffocant 151.h.i
baphyrus amnis 370.d
barbae demulcendae indignatio 65.f
barbae et capilli promiſſio, ſupplicum habitus 372.b
barbana urbs 375.c
barbanus fl. 375.d
barbari erāt Hiſpani Romanis 202.e
barbari ſerui amor erga dominum 125.e
barbarorum fluxa fides 181.b.215.a.229.e
barbarorum negligentia ſoluta 210.b
barbaris, pro legibus ſunt imperia dominorum & regum 196.a
barboſthenes mons 284.a
barchina factio 125.e.242.i
barchinorū inquietudo 126.g.255.f praeſtantia 213.k
barcillas Pocotarches magiſtratus 263.i.eius caedes 263.i.287.i.289.i
bardo & Cardo opida 262.k
bargusii in Hiſpania 128.e. ab Hannibale ſubiguntur 129.b
bargulum op. 226.f
bargylleticus ſinus 300.g
baſilicae quando coeperint 197.g
baſilica Porcia 331.g. Sempronia 362.d
baſilica poſt argentarias nouas 343.g
baſſinia urbs 375.a
baſtarnae auxiliares Philippi regis 334.i
Iſtrum tranſitiunt 344.f
baſtarnarum potentia 348.f
bato Longari filius Romanis conciliatur 248.b
begorrites lacus 277.b
belbinates ager Lacedaemonijs reſtitutus 316.i
bellaces quam pacati magis propitios habebant deos Romani 31.k
bellaturos ſe cum Romanis aientes, ſi uires ſuppeterent 343.a
belligenus honos 189.b
bellona dea 116.e. eius aedes 112.i
belloueſus ac Sigoueſus fratres Galli Ambigati regis ex ſorore nepotes 63.k
bellum a Conſule Romano nullo iure gentium multis populis innoxijs illatum 319.e
bellum adortus, tempeſtate caeli impeditur 27.a
bellum an pacem mallent, in ſinu ſe portare. Q. Fabius Rom. legatus Carthaginienſibus dicit 128.b
bellum armis arcere iniuſſu Romanorum Latinis non licebat 31.i
bellum cum Antiocho geſturi Romani auſpicia ſumunt 288.k
bellum ex momento paruarum rerum plerumque pendet 177.i.368.k
bellum in hoſtico magis, quam in suis finibus geras 244.k
bellum maxime memorabile Punicū 125.c
bellum multiplex Romanis incumbēs 58.f
bellum nauale Romanorum cum Antiocho 303 c.d.e
bellum non ſemper moras patitur 252.k
bellum quibus neceſſarium, iuſtum 99.g
bellum ſe ipſum alet, Catonis dictum 269.k
bellum Veiens 23.a
belli adminiſtratio haudquaquam ſacilis 52.f.g
belli alea uaria 193.d.220.b
belli auctores xliij. ſecuri percuſſi 230.c
belli etiam iura eſſe, ut pacis 62.e
belli gloriam in uno rege eſſe debere 287.b
belli impedimētum, reuocatio prioris conſulis anno ſui magiſtratus finito, uix dum inchoatis rebus 259.e
belli impenſas refundere Romanis iubetur Antiochus 306.b
belli indicendi ritus 8.c.d.244.k 289.f
belli ius multa perperam facta defendit 192.a
belli iuſta Romani aduerſus Carthaginienſes obſeruant 127.k
belli longinquitas commercium ſermonum facit 13.d.69.g
belli Macedonici origo 130.c
belli Mars communis 113.g.h.193.d.
belli nunciatio quibus eſſet facienda 319.f
belli optionem pro uinculis, captiuis montanis Hannibal offert 132.b.c
belli ſopiendi aſtus maximus Tuſculanorum 74.e
bello a maioribus ſubacta, an iure repetant filij 282.a
bello Actiaco finito Ianus clauſus 5.c
bello bene geſta, pacem aequiorem dant 152.k
bello grandi inſtante Romanorum religio 288.d.e
in bello nihil tam bene eſt, quod nō magnae rei momentum faciat 177.i.256.b
de bello prius Senatus conſulebatur, quam ad populum rogatio ferretur. 382.b
bello quae maxime polleant 103.g
bella bellis ſerebantur apud Romanos 74.i.k
bella iniuſſu ſenatus geri non poterāt a magiſtratibus Romanis 219.e
bellorum impenſis indigna eſſe ſaepe quae petantur 239.g
bellorum longorum commeatus liberiores 13.d.59.g
bellicus apparatus Carthaginis nouae 196.a
belluarum captarum ferocitas paulatim miteſcit 313.f
benefacta multa uno delicto perimi 383.e
beneficij memoria crimen remoratur
beneficij memoria etiam hoſti grata 258.e
beneficij memoria quantum poſſit in bellis 153.b
beneficia in uenia petenda non recenſenda 306.k
beneficia populi Romani gratuita 388.a
beneuentum op. olim Maleuentum 106.e
beneuentani, coloni Romani 200.b
beneuentanorum humanitas erga milites Romanos 165.f
bergitani in poteſtatem Romanorum iterum redigūtur 270.b
beroea urbs Macedoniae 384.i
beroea urbs Romanis deditur 378.b
beſidiae op. Bruttiorum 237.g
beſſi opidum Thraciae 333.c
beſtiae ferae cibum ad fraudem ſuam poſitum aſpernantur 349.d

bendos

beudos urbs 312.k
beuus fl. 249.k
bibere ſemel atque iterum ſtatim poſcentes ligati ab imperatore ad quē miſſi erant 343.a.b
bigati quingenti ſtrenuo militi honoris ergo donati, & equus eximius 253.k
bigatum argentum 263.e
bigerra Hiſpaniae urbs 171.c
bileſtages Ilergetum regulus 270.b
bimenſis & anni tempus 381.g
biſaltarum robur 364.e
biſaltae fruſtra a uicto Perſeo tentati 378.c
bithynia omnis Nicomedi cedit 313.a
bitis regis Thracum filius in cuſtodia mittitur 387.b
bituriges, Celtarum caput 63.k
blattius ac Daſius Salapiae principes ſe inuicē Hannibali accuſant 193.f
blandae op. 166.d
bloſiorum fratrum coniuratio 114.k
bocchar Maurorum rex 230.b
bocchar praefectus regis Syphacis 231.c
boebe palus 251.e
boeotarches magiſtratus 263.i.358.i
boeotiae motus 358.h.i.
boeoti foederi Philippi Macedonis cū Romanis adſcripti 226.g
boeotorum animus a Romanis alienus 263.i. eorum caſtigatio 293.b
boeotorum cum Antiocho conciliatio 289.k, cum Perſeo 352.k
boeotorum in re dubia cūctatio 288.f
boeotos Quinctius cōſul multat de militum Romanorum iniuria 264.c
boij Alpes transgreſſi 64.b
boij animos addunt Hānibali, ut in Italiam ire pergat 130.d
boij & Inſubres a Romanis deficiunt 129.d
boij & Sallyi & Iluates colonias Romanas uexant 245.d
boij fuſi 266.c.275.g.280.b.296 a.d
boij morae impatientes 252.d
boij pugnam detrectant 279.g.h
boij Romanos caedunt 265.d. Romanis ſe dedunt 286.b. triumphantur 296.d
boiorum aduerſus Poſtumium Cos. uictoria 154.k
boiorum ager colonis Latinis diuiſus
in Boiorum agrum coloniae deductae 30.b 309.b
boiorum defectio 283.a
boiorū deſperatio ac diſſipatio 260.a
boiorum exercitus aduerſus Romanos 259.g.h
cum Boijs Romani decertant 244.a
in Boios Romani ducunt 295.k
boiorix Boiorum regulus 276.b
bomilcar nouam claſſem a Carthaginiēſibus accipit 180.d. eam in Italiam affert 180.e
bomilcaris fuga 170.a.179.k.180.e
bononiam colonia Latina deducta 39.b
a Bononia ad Arretium uſque uia militari opere perducta 323.a
bonum Romanum maximum, arma, et uirtus 80.b
bona Porſenae regis uendendi ritus 17.c
bona quam mala ſegnius ſentiuntur 237.i
bonorum publicationes poſt ſupplicia 35.e.99.f
bonis hominis uendendis, eius poſſeſſio arguitur 322.d
bora mons Macedoniae 384.i
boſtar Saguntinus cuſtos Hiſpanorum obſidum 142.a. Hannibalis legatus 158.e
boſtaris & Hannonis Capuae incluſorum litterae ad Hannibalē 187.e
bos auratus 46.f
bos equuleum pariens 158.i
bos eximius Marti immolatus 87.f
bos femina locuta 29.k 366.k
bos locutus 155.a 200.d.213.e 347.e.349.b.c
bos locutus, Roma caue tibi 288.e
bos prodigioſa magnitudine Sabinis nata 10.i
bos prodigioſe ſcandens 139.b 295.i
bouis tergo ſecto quantum ſpatij complecti potuerint, Carthaginiēſibus datum 278.i
boues albae 139.f
boues albae feminae in Iunonis ſacrificio 307.c
boues centum honoris ergo ſeruatori exercitus dati, & corona aurea 87.f
boues in muneribus militum qui bene pugnaſſent 84.i.196.e
boues peſte correpti 349.a
boum centum ſacrificium a Scipione factum 120.b
boum cornib. faces ac faſces uirgultorum alligat Hannibal, incendiumque ad fallendum hoſtem 140.k. 141.a
boum editus pro lignis 230.b.c
bouianum opidum Samnitium opulentiſſimum 106.d.e.107.b. captum 111.b.114.e
bouillarum uia ſilice ſtrata 232.
brancus Allobrox 130.g
brennus Gallorum regulus 64.b.i 12.k
briniates pop. 348.f
brixia Caenomanorum caput 259.i
brixiani Galli 229.f
bruanna urbs 251.a
brundiſini, coloni Romani 200.b
brundiſium, idem quod & Brunduſiū 356.f
brutus cur dictus Iunius Tarquinius 13.b.c
brutus uindex idem libertatis & cuſtos 14.e. eius honos. ibi. ingenium nouum 13.h ſeueritas 15.d
bruti uxor, Vitelliorum ſoror 15.a
bruttij Crotonē oppugnare nolunt, ſed de Hannibale addubitant 162.e Bruttij, extremus Italiae angulus, Hannibalis perfugiū 210.e 213.i
bruttij Graecis & odio ſunt & metui 161.i.276.a
bruttij Hannonis auxilium implorant in obſidione arcis Crotonienſis 262.f
bruttij in deditionem Romanorum redeunt 201.e
bruttij inter latrocinia militiam exercent 213.i.225.a
bruttiorum a Romanis defectio 244.i 132.i.k.155.c.201.b.
bruttiorum coniuratorum quaeſtiones perfectae 253.b
bruttiorum maxima pars ad Romanos deficit 237.g
bruttiorum urbes aliquot a Romanis recipiuntur 232.i
brutulus Papius Romanis exanimis deditus 100.e
budares & Beſaſides Hiſpanorum imperatores 266.b
bullinu pop. 375.b
buſae cuiuſdam matronae Canuſinae erga Romanos humanitas 148.d
buſta gallica unde dicta Romae 61.i 140.f
buthrotus amnis 225.d
buxentum opidum 259.g. eo colonia deducta 276.e
buxenti colonia deſerta inſtaurata 384.k
bylazora Paeoniae locus 374.c
byrſa Carthaginienſium 267.g
byzantium Gallis tenens 312.k

C

CAcus paſtor, abactor, ab Hercule caeſus 2.g
cadaueris humani in priuatis aedibus

aedibus inuēti ac effoſsi actio 34.f
cadauera in peſte paſsim iacentia 349.a
cadauera ſubmerſa alligatis ſaxis aut amphoris 264.b
caduceatoris mittendi fraus 251.i
caecitas Appij Claudij unde uenerit 107.h
caedes prima Romae 6.g.h
caedibus in capta urbe ac diripienda temperatum 179.i
caeditius praenomine M. de plebe homo rem portentoſam nūcians ſpretus 63.f
caelum ardens 28.k.29.k.137.g 245.k.255.b.388.a
caeli chaſma 137.g
caelum mutatum mores non mutat 308.e
caelo etiam mores mutantur 313.e
caelibatus interdictio 385.b.c
coelius mons urbi additur 7.b
caementa non calce durata, ſed interlita luto 227.b
caeni Thraces 318.b
caere opidum 1.b
caeneum Euboeae urbs 293.b
caeninenſes po.3.c.e caeduntur a Romulo ibid.e
caenomani arma ſibi adempta a M. Furio pr. recuperant 323.b
caenomani auxiliares Romanorum 248.f
caenomani cum Boijs & alijs quibuſdam colonias Romanas uexant 270.e.f
caenomani Inſubres fallunt 259.i.k
caenomani Inſubribus ſe aduerſus Romanos iungunt ibidem
caere delata ſacra Rom.po.in tumultu Gallico 65.d
caerimoniarum cultu Romam creuiſſe 78.d.e
caerimoniarū neglectus 60.b.139.d
caerimoniae caeleſtes a Numa inſtitutae 5.e.f
caerimoniarum uel minimarum omiſſio ſacrificia uitiat 347.i
caerites bellum Romanorum aduerſus ſe, ſupplicijs ac precibus auertunt 88.e
caerites ſocij Ro. appellati, & quare 169.i
caerites Tarquinienſibus conſanguinitate iuncti 83.e
caeſariei promiſſae ornamentū 219.d
caeſo duellius Xuir 34.k.triumuir coloniae deducendae 93.f.g
caeſo Fabius Cos. 22.k.24.d.e
caeſonis Fabij uirtus 23.b
caeſo Quinctius iuuenis ferox 31.a reus 30.g.h.i
caeſonis filij laus 31.b
caeſonis pater L. Quinctius Cincinnatus Cos 31.b
caeſonianum crimen 33.c
caicus amnis 301.a.304.g
c.Aemilius cos. 112.a
c.Aemilius trib.mil. 62.b
c.Ahala Seruilius magiſter equitum 54.h trib.mil.ibid.h
c. Appius praefectus a Boijs caeſus 243.i
c.Aurelij conſulis querimonia de triūpho L. Furio praetori permiſſo 252.i
c.Albius Calenus gregarius miles ſeditionis auctor 216.k
c.Aquillius cos 22.g
c.Arrius Vmber, ſeditionis auctor 216.k
c.Atilius praetor Ro.L. Manlio pr. in auxilium aduerſus Gallos miſſus 129.f.g.Eius notium 136.b
c.Atinius Labeo pr. 213.b
c.Atinius Labeo trib.pl.262.k. Eius uirtus 276.d
c.Aurelius Cotta Cos. 244.d 252.i
c.Aurelius Cotta praetor 238.k
c.Aurunculeius pr. 198.k tertiae legionis trib. 208.b
c.Baebius Pamphilus pr. 254.b. Eius clades 253.e
c.Centronius propraetor 139.a
c.Calpurnius Piſo conſul 339.f. Eius mors 341.b
c.Calpurnius pr.198.d.eius uirtus aduerſus Hiſpanos 329.g. triumphus 33.e
c. Canuleius trib.pl. 43.e
c.Caſsius Longinus conſul.355.h.Eius criminatio 365.f. temeritas 364.b.i
c.Catinij pr.mors 326.e.f
c.Cicereij pr. uictoria aduerſus Corſos 352.a
c.Claudius Appij.F.Cos.30.i.augur 266.h
c.Claudius Appij patruus 35.i
c.Claudius Centho dictator 275.a
c.Claudius Cicero trib.pl. 34.b
c.Claudius Hortator magiſter equitum 93.d
c.Claudius Nero Cos. 206.k.cenſor 232.g.367.a
c.Claudij Neronis praeſtantia 206.d
c.Claudius precator pro Ap. Claudio 39.e
c.Claudius Pulcher conſul 346.e.eius apud milites contemptus & irriſio 347.a.triumphus 346.e.uirtus ac laus 347.b.c
c.Claudius Regillenſis 39.d
c.Clulius Albae rex: 5.b. eius mors 5.k
c.Cornelij Cethegi uirtus 253.b
c.Curtius 44.g
c. Decimii Flaui uirtus aduerſus elephantos Hannibalis 201.c
c.Decimii legati in Rhodios humanitas 380.f
c.Domitius Cn.F.Caluinus aedilis curulis 135.d
c.Fabius Ambuſtus quaeſtor 54.d 55.i trib.mil.58.e 61.g.h magiſter eq.105.a
c.Fabii adoleſcentis ſtrenuum factum 67.g
c.Fabii Dorſuonis mira ſtrenuitas ſeu audacia magis 66.e
c.Fabricius Luſcinus legatus L.Scipionis 298.e
c.Flaminius cos.137.b 135.g.318.g quaeſtor 196.f
c.Flaminii conſulis inuidia apud Senatum et unde.136.i 137.f.ſuperbia, ferocia, ac deorum contemptus 138.b temeritas 145.a
c.Flaminii copiae in Hiſpaniam profecturi 280.c
c. Flaminii res in citeriori Hiſpania 280.d in Liguria 323.b
c.Flaminii triumphus 353.f
c.Fulcinius lega.Rom.a Fidenatib.caeſus 46.b
c.Fuluius Flaccus legatus 199.f
c. Fuluius legatus Capuam capit 187.k 188.a eius ſeueritas ibidem b.c
c.Furius Pacilius Cos.45.g 53.k cenſor 47.i trib.mil. 49.g
c.Genucius augur 113.g Cos. 79.g
c.Hadrianus trib.pl. 198.k
c.Horatius cos. 26.a.b
c. Horatii Puluilli auguris mors 34.d
c.Hoſtilius Tubulus pr. 198.k Eius uirtus aduerſus Hannibalē 207.k
c.Iulius cos.34.e 37.k 41.b dictator 83.b
c.Iunius Bubulcus dictator 112.a
c.Iulius Tullus Rom.legatus a Fidenatibus caeſus 46.b
c.Iulius Tullus trib.mil. 55.a
c.Iunius Bubulcus cos.104.g 106.f.i dictator 106.f mag. equitum 109.e
c.Lacerius trib.pl.cooptatus 58.b
c.Laelius claſsis in Africam tranſeuntis praefectus 342.b

c.Laelius

c.Laelius conſul 297.c
c.Laelius hipponenſem agrum populatur 224.c
c.Laelius hiſtoricus 204.i
c.Laelius orator ad Syphacem cum donis miſſus 215.g
c.Laelius in Africam praedatum exit 224.a
c. Laelij praefecti claſsis honorarium 196.e
c.Laetorius legatus 178. k. propraetor 199.c
c.Licinius trib.pl. 20.i
c.Licinius Caluus cos 74.b
c.Licinius Craſſus conſul 372.e
c.Licinius magiſter equitum 77.f
c.Licinius Stolo plebeius L.Fabij Ambuſti gener 76.d.79.d idem primus de plebe mag.eq. 112.d
c. Licinius Stolo ſua ipſe lege damnatus 81.b
c.Licinius Stolo trib.pl.76 f.i.78.e.f.
c. Liuij in Helleſponto expeditiones 299.a.b
c.Liuij praefecti Romanae claſsis expeditio aduerſus Antiochū 296. g.b et dein.
c.Liuius Salinator pr. 238. k conſul 316.i alacriorum equitum praefectus 279.k
c.Lucretius pr. praefectus claſsis aduerſus Perſea 248.a
c.Lucretij criminatio apud Senatū per Chalcidenſium legatum 366.a
c.Lutatius primum bellum Punicum finiuit 321 .f. 220.c. 221 .b. 386.b
c.Lutatij conſulis foedus cum Carthaginenſibus 128.c.238.a
c.Lutatij ex ſeruitute liberatio 237.f
c.Maenius cos 92.g.dictator 105.k
c.Manlius Attelio Curio max.fit primus de plebe 199.c
c.Manlius cos.25.f.g trib.mil. 75.f
c.Marcius augur 113.g
c.Marcius cos 82.e
c. Marcius Figulus praetor claſsis praefectus 368.k
c.Marcius Rutilius cenſor 123.c cos. 85.c.107.g dictator primus ex plebe & cenſor 82.b.83.i.113.i pontifex 113.g
c.Marcius trib.pl. 68.f
c.Menenius cos. 34.d
c.Minucij Numatij mors 147.e
c.Mucij adoleſcentis uirtus et audacia 16. b & dein.
c.Nero turpiter ab Haſdrubale illuſus 207.k
c.Octauius Sardiniae praetor 233.e
c.Oppij tribuni pleb.lex de ornatu muliebri 267.b
c.Papirius C.F.Sacerdos 173.e.f
c.Papirius L. F.Maſſo decemuir ſacrorum 173.f
c.Perſius,uir impiger 182.b
c.Petilius Libo cos 81.b.85.a.94.f
c.Plautius cos. 85.a
c.Pontius Samnis,Herennij F. 99.f
c.Popillius Laenas conſul 352.e
c.Popillij aduerſus Antiochum expeditio 380.e
c. Popillii Sabelli equitis uirtus 415.b
c.Publicij trib.pl.odiū aduerſus Marcellum 203.c
c.Quinctius Cincinnatus 75.i
c.Scribonius Curio maximus 266.e
c.Sēpronius Atratinus cos.50. b. i.k
c.Sempronius Blaeſus diem Cn.Fuluio dicit ob exercitum amiſſum 184. i
c.Sempronius cos.reus 50.k. 52.b.
c.Sergius trib.mil. 74.b
c.Seruilius Caſca trib.pl. 173.k
c.Seruilius cos. 24.g
c.Seruilij Gemini pont. max. mors 283.b
c.Seruilius Hahala cos.a.magiſter equitum 46.c 66.b 206. b trib. mil. 54.b.58.a.e
c.Seruilius praetor 213.e
c.Seruilius Q. Seruilij Priſci f. trib. mil. 52.f
c.Seruilius trib.pl.aut aedilis iure eſſe non poterat:quod pater eius in hoſtium poteſtate eſſet 203.e
c.Sextilius trib.mil. 75.e
c.Sicinius trib.pl. 38.b
c.Sulpicius Camerinus cenſor 74.b
c.Sulpicius cos. 105.e
c.Sulpicius dictator 81.f
c.Sulpicius Galba pontifex 242.a
c.Sulpicius Gallus conſul 388. a trib. mil. Lunae defectum militibus praedicit 376.b.i
c.Sulpicij de Gallis triumphus 82.d
c.Sulpicius Longus cos. 93.c
c.Sulpicius Paeticus cos. 82.i
c.Sulpicius trib.mil. 73.f
c.Terentillus Arſa trib.pl. 29.g
c.Terentij Iſtrae ouatio 405.b
c. Terentius Varro Conſul creatus 144.b
c. Terentius Varro dictatorem dicit 155.g
c.Terentius Varro legatus 238.b 245.g
c.Terentius Varro, patre lanio natus 143.a nobilitatem inſectat 145.g
c.Terentij Varronis in Cānenſi clade fuga 147.e
c.Trebonius trib.pl. 58.f
c.Tullius cos. 47.f
c.Valerius Flaccus flamen dialis inuitus inauguratus 199.e
c. Valerius Laeuini filius Aetolorum adiutor 311.d
c.Valerius Potitus trib.mil. 53.c 55.b.i.76.b.i
c.Veturius cos.41.d. g. trib. mil. 76.b.i
c.Vetuſius cos. 18.a
c.Vrſanius trib.pl. 96.b
calagurris opidum Celtiberiae 226.i
calamitas noſtra non ſemper nimis detegenda 151.e
calatiae muri facti 267.e
calatini liberi eſſe iuſsi 192.i
calauij Campani meen diarii 191.b
calauij Ouius & Nouius mortem ſibi conſciſcunt 105.k
calauris amnis 312.g
cales urbs Auſonum capta 93.d
cales colonia deducta 93.d 97.c 227.b
caletranus ager 333.f.g
calidae aquae 238.e
callicratis in Achaeorum concilio oratio 349.e
callicula mons 140.g
callidromos Oetae uertex 23.b
callifae Samnitium opidum 95.g
calligenis medici aſtutia 344.e
callipeuce ſaltus 370.a
callipolis Philippo deditur 246.g
callithera opidum 256.a
calo coniurationis index 163.b
calonum habitu exploratores miſsi 233.k
caloenus ager a Samnitibus uaſtatur 116.d
calores fl. 164.k
calpurnii Flammae uirtus 149.b
calycadnum promontorium 317.f
camars opidum 117.b
cambunii montes 361.c.369.e
cameli Dromades in acie Antiochi 304.e
cameria uetus urbs 9.g
camertes Vmbri 108.f
camertibus aequum cum Romanis foedus 121.a
camillus dictator dictus 65.i
camilli dictatoris uirtus ac promptitudo 140.e.f
camilli praeſtantia 70. b. criminatio 62.b.triumphus 69.c uirtus aduerſus Gallos 67.b.uirtus in remittendis Faleriorum liberis ſibi proditis 62.e eius laus ibid.f & dein.
camilli uirtus iam ſenio confecti 70.d

camoenarum

camoenarum lucus 5.g
campani a Samnitibus victi, auxilium ab Romanis petunt 85.e.f
campani Hannibalem arceſſunt 151.g. 164.g
cāpani Capuani Tuſcis veteribus adhaeſerunt 217.i
campani condicionem optabilem, propoſitam a Romanis, cum probris contemnunt 179.a
campani Cumanos ſuae ditionis facere moliuntur 158.g
campani equites tres capti ab Hannibale adornantur ut populares ſuos in fidem Hannibalis adducant. 140.b
campani equites trecenti praeſidia Romanorum in Siculis urbibus 151.e
campani ex obſidione in Romanos erūpunt 185.e.f
campani quidem in vindictam incendunt Romam 191.b
campani liberi eſſe iuſsi 192.b
campani non alibi quam ubi liceret habitare permiſsi 222.b
campani praeſidium Punicum intra urbem ſuam recipiunt 265.a
campani Romae cenſiti 315.g
campani Romanis infeſtiſsimi 191.b
campani Samnites odere 132.e
campani ſe Romanis dedunt 85.b
campanorum ager diviſus 276.i
campanorum aliquot equitum de Romanis fiducia 172.e
campanorum caedes 91.i
campanorum coertio 191.b
campanorum deditio qualiter facta 181.c
campanorum equitum honos 94.c
cāpanorum erga Romanos poſt Cannēſem pugnam animus 151.e.f
campanorum fames 176.e
campanorū laſcivia ac luxuria 151.d
campanorum legatio in ſenatu Ro. expoſita 192.e.f
campanorum miſeratio erga Romanos e furculis Caudinis everſos 46.c
campanorum mollities 85.a
campanorum multa a Romanis 192.b
campanorum nobiles familiae 151.k 152.a
campanorum odium adverſus Romanos 192.g perfidia 187.a
campanorum omnium duae ſolae mulieres Romanis aequae 187.a
campanorum perfidiae metus 187.b
campanorum ſenatorum de ſupplicio quid ſtatutum 188.b
campanorum ſocordia 176.f
campanorum ſtrages 158.i.k
campanorum ſupplicatio ad Laevinū cos. 191.b
campanorum ultio digna 249.f
campanis equitibus civitas datur 92.d
campanis quam benefici fuerint Rom. 151.e
campanis habitatio aſsignata 192.b
campanis Romanas uxores ducere permittitur 317.b
campanos ne a Romanis deſciſcant, quid contineat 151.d
campana hiberna Hannibalis militem frangunt 154.g
campana ſuperbia 100.k
campanorum rerum conſtitutio 192.f.g
campanus ager divenditus 223.a
campanus ager fruendus locatur 254.e
campani agri vaſtatio 161.e
campanum vulgus venditum 188.e
campi Macri 348.d
campus Martius qui ſit, & unde ita dictus 15.c
canae urbs 296.b
canaſtrum Pallenes regionis 252.a
canaſtreum promontorium 374.c
candidae veſtis ſymbolum 382.f
candidis indui in ambitione vetitum 48.d
candidati conſulatus clariſſimi 280.g
candor Gallorum 324.g
canendi ad tibiam in ſatyris ritus 79.e
caniculae ortu frigora brumalibus ſimilia 338.b
canis ſectio in luſtrando exercitu 334.k
cannenſis calamitas Romanis exprobratur 163.d
cannenſis cladis auctori Terentio Varroni gratiae actae 149.k
cannae vicus 146.e
cannenſis cladis exegeſis 146.e.g.h & dein. 147.e 151.f
cannenſis clades Carthaginienſibus exponitur 152.i.k
cannenſis cladis excuſatio a militibus 174.e
cannenſis cladis magnitudo 149.c.d
cannenſis cladis occaſione multi ſocii a Romanis deficiunt 149.a
cannenſis cladis vaticinium 176.c
cannenſis militis labor 189.b
cannenſis exercitus ignominia 184.k
cannenſis exercitus M. Valerio cum L. Cincio datus 199.d
cannenſis exercitus reliquiae cum Scipione in Africam tranſiiciunt 229.g
cannenſis pugnae reliquiae in Sicilia militare iubētur donec in Italia bellum ſit 156.b.165.i 175.d
cannenſis victoriae elevatio 153.b
cannenſi cladi aequa clades Poenis reddita 176.b
cannenſi clade ſegnius bellū erat inter Romanos et Carthaginienſes 158.g
cannenſes milites, duarum inſtar legionum 191.f
cannenſium legionum equitibus equi adempti 200.e
cannenſium militum commendatio 229.g.b
canetus vicus iuxta Padum 129.g
cantherius in foſſa, proverbium 161.d
cantus ſeu ululatus & clamor Gallorum proelium ineuntium 313.c
canum ſolicitudo in nocturno ſtrepitu 66.f
canuſini in deditionem populi Romani veniunt 104.c
canuſiam perfugiunt reliquiae Cannenſis pugnae 147.f
cappadoces auxiliares Antiochi 305.d
capenates & Faliſci Etruriae populi Romanis infeſti 58.b caedunt 58.e 60.b 61.b
capenates ſubacti 61.b
capenam ad portam convenire iubentur quoties ſenatum convocarent ſenatores 178.a.b
capillus i Herculis aede enatus 253.i
capitum Romanis eripere tentant Samnites 96.d
capitales cauſſas ſolus per ſe Tarquinius Superbus iudicabat 11.b
capitalia auſi 194.e
capitolii inauguratio 68.d
capitolii cuſtodum pavor in urbe a Gallis capta 65. e eorundem fortitudo atque pertinacia 65.b.i
capitolii ſigna tempeſtate deiecta 342.g
capitolium a ſervis occupatur 29.k
capitolium & arcem Romani adverſus Gallos tueri ſtatuunt 64.g
capitolii limina aenea 117.e
capitolii purgatio atque luſtratio 31.g
capitolii Romani capiendi difficultas 64.g 65.b
capitolii Romani magnificentia 69.g
capitolii ſervator de ſaxo Tarpeio praecipitatus 73.b
in capitolio aut arce nemo habitare permiſſus poſt Manlii Capitolini ſcelus

ſcelus 73.c
capitolinus cliuus ſilice ſtratus 350.f
capitolini cognomen Manlio datum 72.d
capitolini Iouis aedis futurae fundamenta iaciuntur 9.g
capitolini ludi 67.i
capra ſex haedos pariens 282.i
caprae palus 4.f
caprae lanatae 337.g
capris L. ſacrificatum 381.i
captiuae amore uictor captus 235.b.i
captiuae mulieris facinus memorabile 314.k
captae urbi uictor illacrymat 181.f
captiui regis humiliatio 379.k
captiui Romani induſtria 93.e
captiui Mutinenſes a Liguribus cum foeda laceratione interficiuntur 348.c.
captiui Romanorum in anguſtijs uiae impeditioris caeſi 364.e
captiui Romanis maxime uiles 149.a
captiui ſub corona uendebātur 134.d
captiuorum apud Hannibalem ex Cannenſi clade oratoris M. Iunij in ſenatu oratio 149.a
captiuorum indulgenter aliquando habendorum aſtus 209.i
captiuorum commutandorū inter Poenos & Romanos ratio 142.e
captiuorum Poenorum ingens numerus 244.d
captiuorum pretia 148.k
captiuorum redimendorum conſuetudo alligatur 149.a
captiuorum Romanorum ac uenditorum per Graeciam ingens numerus 276.i
captiuorum Romanorum apud Hannibalem miſeriae 140.e
captiuorum Romanorum memorabile facinus 116.f. 165.d.e
captiuorum ſimul plurium ſeparandorum ratio 158.e
captiuorum ſingulorum redimendorū pretium inter Romanos & Poenos 142.e
captiuis ſuis minus aequi Romani 148.k 150.b
captiuos Italici nominis homines Q. Fabius Labeo in Creta conquirit 309.f
captiuitate ac ſeruitute erepti Terentij Culleonis gratitudo 243.f
capua unde dicta 50.h
capua a Romanis obſidetur 178.k 185.g.h
capua capta, propter agri ſui fertilitatem ſeruata eſt 194.a
capua, Hannibali Cannae 160.k
capua Italiae caput 153.c
capua prouincia una legione obtinebatur 203.f
capua, Campani populi ſepulcrum 260.c.d
capuae uoluptates 88.a 149.c humiliatio 188.f
capuae ager ſub Tifatis uenditus 234.g
capuae expugnandae cura Romanis 184.e
capuae murus de caelo tactus 200.c
capuae praefecti primum creati 104.f
capuam Hannibal Carthagini aequare ſolebat 177.a
capuam deſerit Hannibal 186.a.b
capuana coniuratio 105.k et deinde. 197.k 198.a
capuſa Deſaleis filius 253.b
caput Haſdrubalis ante hoſtium ſtationes proiectum 210.d.e
caput hoſtium ducis a ſe uicti, Boij purgant et caluam auro caelant, ex ea que bibant 154.b
caput humanum integra facie in uacie dis templi Iouis Tarpeij fundamentis inuentum 12.k
caput ſtupratoris ſui praeciſum mulier captiua ad uirum ſuum apportat 315.a
capitis obuoluendi in reis mos 150.f
capitis uelandi mos in fetialibus 8.d
capita deorum in lectis ſe auertentia 344.k
capita hoſtium deuictorum lanceis infixa, & in pectoribus equorum ſuorum pendētia geſtabant Galli Senones 117.f
capita hoſtium praecidenda, libertatis praemium uolonibus militibus propoſita 165.a
capitum olim radendorum mos 277.a
capys Atis filius 2.k
caralitis palus 312.g
caraleis urbs 159.b
caranus primus Macedonum rex 324.a
carauantis & Carauantium urbes 375.a.b
carauantius frater Gentij regis 375.e triumphatus 388.a
carcer ab Rhodijs refractus, & Philippi captiui enuſſi 203.e
carcer Romae in media urbe 8.g. 39.f
carceres in Circo quando primum ſtatuti 95.b. 350.b
carceres priuati 76.k
cardo & Bardo opida 262.k
cares ac Lycij liberi eſſe iuſſi 272.a
cares & Cilices in exercitu Antiochi 305.e
caritas annonae, deinde fames 21.c
carmenta Euandri mater fatiloqua 2.b
carmen canentes uirgines ter nouenae in ſacrificio Iunonis 207.k
carmen deteſtationis 121.b
carmen precationis adhiberi ſolitum in concionibus 325.c
carmina piacularia a quibus ſcripta 245.k
carminum militarium iocus 213.a
carnis in Latinis ferijs dandae mos 253.i
carnis, in nominatiuo 298.a
carni, populus Illyriorum 365.f
carnis pluuia 29.k
carnutes Galli 63.k
carnus, untis, Illyrici urbs 364.i
carpere agmen & exercitum 194.e lacerare 198.b
carpeſiorum gentis urbes aliquot ad Romanos deficiunt 156.e
carpetania regio Hiſpaniae 348.c
carpetani in ditionem Hannibalis ueniunt 126.b. 128.a
carpetani milites Hannibalem in itinere deſerunt 129.b
carptim conuenire, & uniuerſim conuenire 217.b
ex carris et eſſedis pugnantes Galli Romanos terrent 118.f
carſeoli Romana colonia 113.d 114.e 199.i 227.a carteia op. 218.d 383.b
carteiam urbem Hannibal expugnat 290.e.f
carthalo nobilis Carthag. 374.e
carthago poſt multa Romanis illata bella libera cum legibus eſt 308.g
carthaginis calamitatem praedicit Hāno 126.b
carthaginis fortunam agnoſcit Hannibal 200.h
carthaginis ingratitudo aduerſus Hānibalem 320.f
carthaginis ſitum contemplatur Scipio 241.c carthago noua 125.i 215.a
carthaginis nouae ſitus, eiuſque opulentia 195.a b oppugnatio ibid.
carthaginem nouam oppugnaturi Scipionis ad milites oratio 195.b
carthaginienſis ditionis urbes omnes Scipio ſubigit 234.d
carthaginienſem agrum populātur Romani 201.d
carthaginienſes argentum haud ſatis probum in ſtipendium Romam aduehunt

nebunt 195.d
carthaginienſes auxilia in Hiſpania conductiri, capti a Saguntinis 238.b
carthaginienſes,inducias uiolãt 238.e
carthaginienſes in Hiſpaniae finem perfugiunt 213.i inde pelluntur 214.g
carthaginienſes licet aliquas uictoriolas aduerſus Romanos habuerint,tãdem tamen ſuccumbunt 153.b.c
carthaginienſes nouam claſſem Bomilcari dant 180.d
carthaginienſes pacẽ ab Scipione orãt 236.g
carthaginienſes quae ab Romanis mala acceperint 127.g.h 132.e
carthaginienſes Romanorũ amicitiam petunt,accipiuntque 84.k 85.a
carthaginienſes Romanis gratulantur, & coronam auream mittunt 87.k
carthaginien. Romanis inferiores 224.f
carthaginienſes Romanis nondum ſuſpecti exercitum in Siciliam tranſiiciunt 49.c
carthaginienſes ſupplementum Hannibali in Italiam mittunt poſt Cannẽſem uictoriam 153.d.e
carthaginienſes ut Romanis occurrãt, conſultant 224.b
carthaginiẽſium ac Romanorũ diſpar ingenium in ducibus male adminiſtrantibus 218.c.d 162.d
carthaginienſium aeſtimatio de euentu belli Scipionis cum Hannibale ex Italia in Africam reuocato 236.d.e
carthaginienſium alacritas in belli denunciatione ab Romanis 128.d
carthaginienſium ambiguitas 245.e
carthaginienſium clades 171.d 201.i 234.d
carthaginienſium clades de Romanis compenſatae 148.e
carthaginienſi.claſſis aduerſus orã Italiae & dein 133.k
carthaginienſium cum Hieronymo Syracuſano foedus 163.d cum Syphace rege 229.d
carthaginienſium difficultas in penſione pecuniae qua multati erant ab Romanis ſoluenda 243.a.b.53.k
carthaginienſium erga Romanos obſeruatio 289.g 265.d
carthaginienſium & Maſſaniſae cõtentiones 337.e 354.b.e
carthaginienſium & Romanorum inuicem notae uires & artes 125.h
carthaginienſiũ et Romanorum res uariis caſibus miſtae 193.d
carthaginienſiũ exercitus tres in Hiſpania 181.f
carthaginienſium imperatores prauo conſilio,licet proſpero euentu, rem gerentes in crucem aguntur 149.c 207.f
carthaginienſium ingratitudo 202.e 240.k rebellio 241.i
carthaginienſium in acie perturbatio 240.k inter ſe diuiſio 228.k
carthaginienſium legati urbem ingredi uetantur 238.a. ſine reſponſo dimiſſi 238.c
carthaginienſium legati uere de pace cum Romanis agunt 242.h
carthaginienſium legatorum pulſatores Romani illis traditi & Carthaginem auecti 318.g
carthaginienſium molimina 298.f & deinde
carthaginienſium reſponſio ad legatos Romanorum de Sagunto capto 128.b.c
carthaginienſium ſuperbia & crudelitas 222.b 225.g
carthaginiẽſi.terror ac pauor 224.e.f 230.f.e.tumultus & ſtudia ac partes 234.f
carthaginienſibus ad Romana moenia ſedentibus, alia porta exercitus in Hiſpaniam ductus 305.k
carthaginienſibus bellũ indicitũ 127.i
carthaginienſibus bellum primus Ro. intulit Ap.Claudius cos. 243.i
carthaginiẽſi.C.obſides redditi 240.a
cum Carthaginiẽſibus foedus tertio renouatum 110.i
carthaginienſibus legati ab Roma mittuntur cum querella de Hamilcare, illorum ciue, qui relictus in Gallia, nouum bellum excitet 170.e.illorũ reſponſum 109.b
carthaginienſibus pacis condiciones a Scipione datae 241.g 242.k 243.a
cum Carthaginiẽſibus Romani ſine ira de imperio et gloria certabat 215.e
carthalo nobilis Carthaginiẽſis 100.g eius mors 169.f
carueutana arx 54.c.g
caryſtus urbs 256.f 352.a
caryſtii pop. 163.a 286.d
caſa Romuli 68.b 241.b
caſandrea urbs 212.b 252.d 371.b.e
caſandre Philippi fautor Maronitas prodit 329.d.e
caſca Seruilius praenomine C. trib. pl. 173.k
caſibus oĩa humana ſubiacere 359.k
caſilinum op. 140.g 154.k Hãnibal fruſtra oppugnat 155.g a Romanis recipitur 166.b
caſilinorũ obſidio,neceſſitas, ac fames 154.i.k
caſinas ager & Caſilinas differunt 140.h
caſsignatus alae Gallorũ praefectus de exercitu Ro.caeditur 362.g
caſſii Altini Arpin.dubia fides 122.a
caſinum colonia deducta 106.g
caſtella dẽſiora ante Veios facta 60.h
caſtellani deuii 319.d
caſtellani Ilotae 172.b
caſtimoniae praetextus in nefario ſcelere 324.d
caſtitatis commendatio 13.d
caſtigationis modus quidam aduerſus ingratos colonos 183.e
caſtoris aedes dedicata 22.k
caſtra Numidarum incenſa 192.b
caſtra octo mil.paſ.a Roma ponit Hannibal 152.f.g
caſtra,portus exercitus 377.a.b.c.d
caſtra Pyrrhi,locus quidam 233.h
caſtris iiſdem manentibus exercitus duplicatus 209.d
caſtrum altum,locus caedis magni Hamilcaris 171.b
caſtrum Mutilũ in Boiis 244.a 265.f
caſtrorum metandorum induſtriae monentum 284.c
caſtrorum magnus neglectus 284.h
caſtrorum porta decumana 119.f
caſtrorum portorium Puteolis locatũ fruendum 254.g
caſtrorum ſuorum incendẽdorum aſtus 105.d
caſtulo urbs Hiſp.nobilis 171.c 215.e
caſtulonenſis ſaltus 141.b
caſtulonenſium defectio ad Poenos 15 .e eorundem diuiſio 215.f
caſuum humanorum exempla illuſtria 387.d.e.f
cataphracti loricati 287.k equites 305.d
cataractae portarum ſuſpẽſiles 205.a
catellis ac fibulis donati equites 327.i
catena ſplendidior, ſed grauior 286.e
catenarum & uinculorũ metus 295.f
carmelus Hiſtriorum regulus 347.d
cato orator grauis 268.i
cato ſuarum laudum haud ſane detrectator 269.k 270.i
catonis de Hiſpanis uictoria 269.i.k 270.k
catonis encomium 271.b
catonis in bello aduerſus Hiſpanos uirtus 270.d.e.f
catonis perplexitas 270.e
catonis Porcii laus 330.i

catonis Porcij praeno. M. ſanctitas 259.d
catonis ſeueritas in luxum Roma. 268.d
catonis triũphus 276.b Vide M. Cato.
cauea theatri 277.c Caueae ferreae 350.e
caudinae furculae 99.b.102.k
caudina pax 99.f & dein. 9.d
caudinae cladis memoria 280.k
caudinae ignominiae ultio 102.k. 103.a.b
caudini Samnitis clades 166.e
caunij pop. 262.b ab Rhodijs deſciſcũt 383.i
cauiorum populus 275.a.b
caulonia urbs in Bruttijs 200.g
cauſſa legis mutata, lex etiam mutãda 269.d.e
cautio publicanorum reipublicae commodantium 161.g
cautior eo quiſque eſt, quo minus animi habet 299.k
cedere intra finem iuris ſuis 307.i
celandae rei, paucitas aptior, quam gerendae 310.a
celeres, cuſtodes corporis Romuli 4.f
cella una non niſi uni deo dedicanda 203.a
celelates ſe Romanis dedunt 259.b
celene urbs 212.d
celeritas boni nuncij uix fidẽ meretur 210.b
celeritatis maximum eſſe momentum 33.f 140.d.e.f malum 249.d
celeritatem ſuam ſibi fruſtra eſſe indignatur Philippus 212.f
celetrum opidum 251.d
celoces piraticae 302.k
celtae, tertia Galliae pars 63.i
celtarum propagatio ibidem
celtiberia, inter duo maria 210.b
celtibericum bellum 141.k
celtiberi in plio cõcurſare ſolẽt 214.a cuneis pugnant 229.b
celtiberi milites pretio a Roma. auertuntur per Haſdrubalem Barchinũ 181.g
celtiberi Romanos caedunt 337.e
celtiberi Romanis foederati Carthaginienſes infeſtant 141.i
celtiberi Romanis ingẽti agmine occurrunt 324.f. eorum clades ibi. 343.f
celtiberi mercenarij milites 173.b. 181.g. 234.f. 271.a.c
celtiberi triumphati 331.f. 346.e
celtiberorum aduerſus Scipiones perfidia 221.e.f caedes 234.g
celtiberorum caedes ac fuga 326. 340.a.b.c 341.i 343.b 349.e
celtiberorum motus 339.b rebellio 350.d
cenchrea opidum 212.g
cenchreae captae 358.e
cenchreae Corinthiorũ emporiũ 368.i tariliter a Macedonibus defenſum ibidem k
cennon opidum Antiatum 27.c
cenſi Romae, Romam commigrantes, a patrijs ſuis repetiti 346.f
cenſor alter alterum notat 232.h
cenſor Cato formidabilis 331.c
cenſori defuncto numquam alius ſufficitur 63.e. 74.i. 108.a
cenſores concordes & aequi 254.e.f 352.e g
cenſores creati nondum cõſules 200.d
cenſores electi mutuo odio diſſidentes, inito magiſtratu conciliati 342.f
cenſores primi Romae 45.a
cenſorum electorum primus actus 342.h.i
cenſoribus P. Furio & M. Atilio a L. Metello trib. pl. dies dicit 171.f
cenſoria animaduerſio urbẽ uitijs purgat 165.i
cenſoria nota uirtutem nõ abolet 49.f
cenſoria uis uni & eidem iterũ permitti non debebat 155.g
cenſura Appij Claudij 106.c
cenſura, ex quinquennali, annua, ſeu ſemeſtris facta 48.a
cenſura inſtaurata, & cenſores creati 75.b
cenſura populari aurae obnoxia eſſe non debet 280.d
cenſura triſtis & aſpera 331.f
cenſura uelut otioſa 199.a
cenſurae ambiendae contentio 330.b
cenſurae apud Romanos initium 45.a
cenſuram ſolus Appius gerit 108.e
a cenſu maxime & Senatus & iudices legendi, & potentiores faciendi, & quare 277.a
cenſus populi ubi primum actus 47.i
pro cenſus modo imponebantur onera Romanis 216.k
cenſus Romae primus 10.g
cenſus ubi quis eſſet, ibi manere debere 266.d
cenſum Seruius Tullius rex inſtituit 10.b.c
centum annorum indutiae 4.c
centum Patres a Tarqui. Priſco creati 9.b
centum Senatores Romuli 3.a
centuria immunis militia 10.d
centuria iuniorum, & centuria ſeniorum 189.k. 190.a
centurias explere 306.k
centurio nexus liberatus a Manlio 69.e
centurionis in comitio uox 68.e
centurionis Ro. ac Latini pugna 91.e
centuriones ac duplicarij ſecuri percuſſi 26.b
cenus, uitis, fl. 272.i
cephallenia inſula 316.f
cephalleniae fretum 300.c
cephallenia urbs 291.c
cephalo Tegmonis opidi princeps a popularibus occiditur 384.a
cerae ducena millia pondo a Corſis uictis exacta 352.a
cercetius mons 264.f
cercinium opidum captum atque incẽſum 251.e
cercinna inſula 267.d
cercuri nauium ſpecies 264.e
cerdiciates ſe Romanis dedunt 259.b
cerdubellus Caſtulonẽſis Tunicũ praeſidium Romanis prodit 215.k
cereris aedes 212.f
cereris initia 252.b
cereris ſacrum intermiſſum 148.g 269.d
cereris templum non initiatis ingredi non licebat 246.c
cereri conſecratum peculium filij a patre caeſi 22.i
cerialia ludi facta 242.b
cernere hereditatem 335.e
certamina Iſtmiorum 264.g
in certaminibus etiam ludicris uulgus fere deteriori parti fauet 363.e
certima Celtiberorum urbs 343.a
ceruae lupũ fugientis per medios exercitus Iſeſtos delatae prodigiũ 107.d
ceſtroſphendorum telum 364.b
chalcis urbs 211.i eius ſitus 213.a euripus 286.e. turbatio 212.a.b 286.c.d 287.e & deinde
chalcis ac Demetrias a Romanis retinentur 264.g
chalcis Euboica 94.i 261.b
chalcis opidum recipitur 247.i
chalcidenſis hoſpitis cuiuſdam cena 288.c
chalcidenſes Romanis portas aperiunt 293.c
chalcidenſium in fide Philippi conſtantia 212.b
chalcidenſium legatus Miccion lectica in ſenatum illatus 365.k
charicltus Rhodius quidã claſſis Rhodiae coactor 302.a.e
chalcioecon Mineruae tẽplum 386.b
charilaus Palaepolitanus 95.b
charopus Epirotes ſpeculator Vilij cõſulis 254.e

charo-

charopus Epirotarum princeps Romanis fauet 255.f
chaunus mons 343.f
chaus amnis 212.e
chelidonium promontorium 246.c
cherſoneſus Romanis ſubiecta 370.b 304.e
cherſoneſum Galli armis poſsident 312.k
cherſoneſi urbes Antiocho deduntur 265.i
chium opidum, horreum Ro. 302.i
chium promontorium 366.e
chium urbs a rege ſuo Philippo euerſa 260.f
chiorum apud Romanos honor 317.k
chyretiae Theſſaliae a Romanis capiũtur 291.f
cibaria V & XL. dierum in Africam portat Scipio 229.i
cibi ac potus modus 125.f
cibyra urbs 300.a
cicatrices, aduerſo corpore exceptae, decori ſunt 387.c
cimbis, prope Gades locus 219.k
cimetra Samnitium urbs capta 115.d
cimina ſilua 109.a 108.f.k. *eius anguſtiae* 108.f.g
cincibilus Gallorum rex 351.a
cinciae legis ortus 268.f
cingilia Veſtinorum capta 94.a
cincius hiſtoricus 79.b
circamoerium 10.b
circeis colonia 13.a
circeij & Velitrae a Romanis deficiũt 73.d
circeij in Volſcorum poteſtatem rediguntur 22.b
circeij Romana colonia 199.i
circeis colonia 227.a
circenſium ludorum magnificentia 372.g
circus Apollinaris 40.e
circus Flaminius 38.
circus maritimus apud Hernicos 110.d
circi ſpectacula primũ ac diu ſola fuerunt 79.d
circo maximo locus deſignatus 9.c
cirtaei funditores 305.e
cirtha, regia Syphacis 235.f
ciſſeus mons 211.k
ciſtophorum CCXLIIX. millia in aerarium illata triumpho A. Acilij de Antiocho 306.f
citium Macedoniae opidum 370.b
citius mons 368.f
ciuitas magna nulla diu quieſcere poteſt 243.c
ciuitas nulla eſt ſine improbis quibuſdam ciuibus 383.b
ciuitas ſapientum 190.b
ciuitas, urbis magnitudine augetur 10.i
ciuitatis Romanae donum, Praeneſtini quidam milites haud magni faciunt 155.b
ciuitatis immortalitas 73.k
ciuitatis Romanae iuri leges ſuas praeferunt Hernici 110.i
ciuitatis mutandae licentia coercita 34.h.c
ciuitatem Romana dare magnum ducebant Romani 151.e.f
ciuitatum arbitrium penes Romanos 319.k
ciuitatum Aſiaticarum aliae alia cõditione eſſe iubentur 317.i.k
ciuitates magnas & opulentas, minores aliae ſequuntur 359.a
ciuitates ſeruas liberare magnificum 308.b
in ciuitates ſuas repetuntur qui eas deſerunt 346.f.g.h
ciuis difficilius regatur, quam hoſtis ſuperetur 23.c
ciuis optimus Romae qui eſſet, Matrem deum hoſpitio excipere debebat 226.a
ciues nonnunquam ſui a populis repetiti, qui Romam ſe contuliſſent 346.f
ciues Romani haberi uolunt Latini, qui nomina in coloniam Rom. dediſſent 275.f
ciues, ſe ipſos, uxores & liberos potius perdentes, quam in hoſtium manus ueniant 246.h.i
ciuiſmarus Gallorum regulus 171.e
clades Poenorum maxima 210.a
cladis Poenorum nuncij Romae laetiſſime excepti 322.f
clamor in bellis 129.h.i.k
clamor proelium ineuntium 185.e
clamor Romanorum in bello 99.k 100.a
clamoris alacritas ac conformitas in bello quid portendat 50.k
clamoris congruentis ac conſoni uis in bellis 240.k.339.c
claſsis in aere uiſa 351.c
claſsis Poenorum clades 234.c
claſsis prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta & earum arma 10.e.f
claſſis diſperſae colligẽdae ſignũ 306.i
claſſis P. Cornelij Scipionis in Hiſpaniam 189.c.e
claſsis Punica diſsipata a Romanis 134.d.211.f
claſsis Punicae 80. nauiũ clades 205.e
claſsis Romana 203.g
claſsis Romana quando primum ſocijs naualibus priuata impenſa paratis, completa 164.f
claſsis Rõana aduerſus Perſeũ 362.b
claſsis Romanae in Africam expeditio 222.b
claſsis Romanae in Aſiam expeditio 295.e.f & dein.
claſſes Romanae ſaepe ex Sicilia ĩ Africam profectae 229.i.k
claſsis Scipionis in Africam tranſiecturi deſcriptio 229.f.g
claſsium cura apud Romanos 194.a
claſsium ex cenſu deſcriptio 10.d
claſtidiũ Hannibali parua mercede ꝓditur a praefecto 133.k 134.b
claſtidium Ligurum opidum ſe Romanis dedit 259.f
claſtidium opidum incenſum 260.a
claudae naues 302.b
claudia gẽs patriciatus aſſertrix 77.i
claudia gens, peregrina 43.i
claudiae gentis nobilitas 39.b 53.b
claudiae Quinctiae matronae pudicitia aſſerta 227.a
claudia tribus, uetus 127.c
claudij Aſelli Romani equitis uirtus 151.d.e
claudius Craſſus trib. mil. 50.e
claudius hiſtoricus 183.g
claudius Nero grauiter a Marcello cõſule obiurgatur 166.c
claudij Neronis conſulis laus 212.k 213.a
claudio Neroni turpiter imponit Haſdrubal 188.g.h
claues portarum urbis et arcis Aennẽſes a praefecto Romano fruſtra repoſcunt 170.c & dein.
clauibus portarum Arretij amiſsis, Romani nouas omnibus portis imponunt 104.a
claui figendi cauſſa dictator dictus 207.f 208.f
claui a dictatore figendi in peſtilentiae ſedatione conſuetudo 79.g
clauorum in praeruptis ſcãdendis uſus 215.i
clauſula fluuius 375.e
clazomenij immunitate donati 317.k
clementiae fructus 273.d
clementiae opinione nonnunquam pugnant Romani 367.e
clementiã principio Hannibal ſimulat 134.a
cleomedon Philippi legatus 257.g
cleomenes primus Lacedaemoniorum tyrannus 272.g
cleone opidum 272.d
cleonymus Lacedaemonius Graecorũ dux,

dux, Eius fuga 112.e
cleopatra Alexandri Epirenſis uxor 91.f
cleopatra et Ptolemaeus Alexādriae reges 198.c.
cleopatra Ptolemaeorum ſoror 380.g
cleuas Perſei praefectus 368.f eius uirtus 368.i
clmae urbs 190.i clitae 371.c
cliternum opidum expugnatum 172.e
cliuus publicus Romae exuſtus 238.b
cloaca maxima Romae 12.k
cloacae deterſae 232.a.
cloacae Romae factae 8.h
cloacinae aedes 37.e
cloeliae uirginis Romanae facinus memorabile 17.b
cloelij, Albani 7.b
clodius Licinius hiſtoricus 329.b
cluilius et cluilia foſſa 5.k
cluilius Volſcorum dux triumphatus 45.e
clupea urbs 205.d 331.d
cluſium Galli oppugnant 63.b.i
cluſium quod & Camars 117.b
cluſini a Gallis bello petiti Romanos inuocant 64.b
cluſinorum potentia 16.c
cluuianorum caedes 107.b
clypea aerata duodecim poſita 317.c
clypea argentea 277.b
clypea inaurata in faſtigio Iouis poſita 280.i
clypea inaurata Ioui poſita 286.k
clypeus inſignis Barchini Haſdrubalis 183.g
clypeus Martius ibid.
clytus Acarnanum praetor Philippo conciliatur 291.c
cn. Baebius Pamphilus cos. 334.g
cn. Baebius tribunus plebis 331.h 332.i
cn. Claudius Appij filius Cētho interrex 144.e
cn. Cornelius Cethegus cos. 259.e 275.i
cn. Cornelius Coſſus tribunus mil. 53.c.d.54.b.55.i.58.f
cn. Cornelius Dolabela rex ſacrorum 206.i
cn. Cornelius Flaccus aedilis 238.k
cn. Cornelius Lentulus cos. 242.c 263.h
cn. Cornelij Lentuli tribuni militum nobilis animus 147.d
cn. Cornelius Scipio a Celtiberis deſeritur 181.i
cn. Cornelius Scipio Hiſpalus conſul 347.f.g eius mors 347.k
cn. Cornelius Scipio, P. frater, aduerſus Haſdrubalem mittitur 130.b.i
cn. Cornelius Scipio uulneratur 182.a
cn. Cornelij triumphus 274.b
cn. Domitius Ahenobarbus aedilis, 266.e. cos. 198.a 275.g
cn. & P. Scipionum laus 122.b
cn. & Q. Ogulnij aediles 117.c
cn. Fabius Vibulanus cos. 51.i. tribunus militum 55.b
cn. Fuluius cos. 114.i
cn. Fuluij militum ignominia 198.b.i
cn. Flauius Cn. F. ſcriba 111.e
cn. Fuluius Cētimalus cos. 184.b exercitus amiſſi reus 184.i
cn. Fuluius pr. ab Hannibale uictus 197.g
cn. Fuluij proconſulis negligentia 197.f mors. 197.g
cn. Fuluij praetoris turpis fuga 79.g
cn. Fuluius propraetor 142.f
cn. Genucius plebeius tribunus mil. 59.d.60.d.e
cn. Heluius trib. mil. 237.e
cn. Iulius Mento cos. 48.e
cn. Magius Atellanus Capuae medixtuticus 160.b
cn. Manlius Capitolinus 85.c
cn. Manlius cos. 23.d.81.d.82.e. in ſenatu de rebus ſuis geſtis redarguitur 319.d
cn. Manlius legatus 238.b
cn. Manlij conſulis uirtus 24.a mors ibid.b
cn. Manlij reſponſum ad L. Aemilium triumphum illius impedientem 319.g
cn. Manlio proconſuli triumphus negatur 319.b
cn. Manlius Volſo conſul 306.i eius in Gallograecia res geſtae 323.18. triumphus ibid.k
cn. Marcius Coriolanus 21.b
cn. Octauius pr. 220.d eius triumphus de Perſeo 387.b
cn. Ogulnius trib. pleb. 113.a
cn. Plautius cos. 94.b
cn. Papius, & Kaeſo Quinctius Flamininus duumuiri aedem Concordiae faciendam locant 144.d
cn. Quinctius Capitolinus primus aedilis curulis 79.c
cn. Scipio a Poenis obſeſſus 171.c
cn. Scipio primus in Hiſpaniam profectus 263.f 136.c
cn. Scipionis res fortiter geſtae in maritimo Hiſpanico 141.d.e et deinceps
cn. Scipionis uirtus 171.c uulnus, ibidem mors 182.f
cn. Sempronius Blaeſus legatus Q. Fuluij dictatoris 198.b
cn. Sempronij Tuditani praetoris in Hiſpania clades 263.f
cn. Sergius Plancus praetor 244.e
cn. Sergius tribunus mil. 69.b
cn. Seruilius cos. 135.g
cn. Seruilius Geminus cos. 143.k, 144 b. 232.k dictator 242.a
cn. Seruilius Caepio cos. 232.k. d pōtifex 173.f praetor 220.d
cn. Seruilius cos. in Africam profectus iniuſſu ſenatus, reuocatur 238.c
cn. Seruilij ex ſeruitute liberatio 236.k
cn. Seruilij mors 120.g
cn. Siccius trib. pleb. 26.e
cn. Sicinius praetor paludatus prouinciam Macedoniam accipit 355.g
cobulatus amnis 312.b
codrio opidū Romanis deditur 244.b
coela Euboicus ſinus 249.f
coeletae Thraces 318.e
coelimōtana porta fulmine icta 280.f
cognito eſſe 374.b
cohors, ſexcenti homines 223.a
colcas, duodetriginta opidis in Hiſpania regnans, Romanorum ſocius 213.k
collatia urbs Sabinis adempta 9.f
collatiae urbis motus 13.e
collatinus, Lucretiae maritus 13.f
collatinus Tarquinius, Egerij filius 13.d
collatio uoluntaria ampliſſima priuati cuiuſque abundantiſſimū facit aerarium 193.e
collegarum ſaepe iteratorum cōcordia 117.b
colloquium Hannibalis & Scipionis 139.f
colloquium Philippi regis & T. Quinctij conſulis Romani 260.a
colloqui hoſtilis ac ſimulati nulla fides 260.b 314.k.315.a
colloquij inter eiuſdē criminis reos captiuos diremptio 241.k
colloquij inter Perſea & Romanum legatum, obſides 357.k
colonia Latina in agrum Ferentinum deducta 280.f
coloni maritimi inuiti in naues impoſiti 289.f
coloni noui Roma miſſi Fidenas, a Fidenatibus caeſi 49.b
coloni Romani longiſſime miſſi 105.i
coloni Romani Romanis tamquam parentibus amorem liberorum debēt 199.i
colonorum numerus, coloniis quibuſdā petentibus, auctus, quibuſdam negatus 253.k
colonis equitibus Bononiā deductis ſeptuagena iugera, ceteris quinquagena

…ſunt data 309.b
coloniae Antemnas & Cruſtuminum ductae 3.f.g
coloniae Romanae,uacationis ſuae ius ad ſenatum deferre coguntur 307.d
coloniae Romanorum uariae deductae 13.a.199.b.27.b.a
coloniae Romanis fideles,et coloniae infideles 199.i.k 200.a
coloniae quinque in oram maritimam deductae 259.f
coloniarum auxilium Romanis negantium catalogus 199.b
coloniarum duodecim cenſus primum actus 232.g
colonorum Romanorũ caeſorum ultio 105.f.g
colonias finibus ſuis imponi indignabantur populi Romani hoſtes 112.a
colonias in ſingulas tricenae familiae mittuntur 259.g
colonias Latinas quae milites dare abnuiſſent,Romani uexare pergunt 309.g
colophon uetus opidum 392.g obſidetur 303.g
colophonii Nortij habitatores immunitate donati 317.k
colophoniorũ ſitus 302.g eorum oppugnatio ab Antiocho 302.h. 303.g
color ex recenti uia aduſtior 209.e
columen,loci nomen 32.g
columna aurea ſolida 162.f
colũna roſtrata ad imũ fulmine diſcuſſa 354.e
combolomarus regulus 313.k
combulteria urbs a Romanis recepta 159.g
commeatus circa uiam militibus expoſiti 186.e
comenſis ager bello infeſtatur 265.e
comenſes triumphati 265.g
cõmentarium Eumenis de apparatib. belli,quod Perſeus moliebatur 351.i
comeſſandi mos a conuiuio 369.a
cominium caeritum opidum 176.k
cominium opidum Samnitium Romani oppugnant 121.d.k expugnant 122.e.f
comitium quando primum tectum 206.k
comitia curiata & centuriata 57.e.d
comitia per tribunos pleb. impedita 254.f
comitia conſularia qui haberet,an conſul creari poſſet 198.h
comitijs tributis tribuni pl. creati 26.e
comum opidum capitur 265.f
commune malum etiam qui inter ſe diſſident, concordes repellunt 244.e.f
communis curae neglectus,priuatas ẽt res perdit 111.d
communis utilitas, maximum ſocietatis uinculum 290.b
communicari,in uoce deponenti ſeu cõmuni 47.i
compactum, pactum inuicem factum 58.i
comparatio de cibo cum ueneno permiſto,& legibus utilibus ac inutilibus 78.a
compedes captiuorum, decem pondo 259.e
compedes Graeciae quae ſint 291.b
compotes ſui mentes faciendi ſuperſtitio 94.a
compulſus regulus 313.f
compulteria opidum 166.d
conciliabula Romae interdicta 329.e
conciliabulorum mala 154.f
concilium Aetolorum panaetolion 248.k
concilium Graeci ineunt aduerſus Attalum & Romanos 205.f
concilium ſanctius,apolecti 298.i
in concione media intermortuus Eumenis pater 307.h
concionalis ſenex 42.g.b
concionantes, in concionem uocatos, uel collectos 325.e.f
concocta concilia 336.a
concoquere ſenatorem 46.e
concordiae aedes 111.f 144.d 155.e 335.f
concordiae bonum 158.g 275.g. 335.e.383.f
concordiae laus 117.h
concordi collegio nihil firmius ad Rempublicam tuendam 116.k
cõcordes fratres 335.b milites 117.b
concordibus magiſtratibus optime rempublicam geri 70.a.b
condemnati,magiſtratibus gerendis indigni 244.b
condimentis uariandi cibi ratio 288.e
conditiones pacis Saguntinis re deſperata propoſitae 127.e
conditum luſtrum quare dicatur 10.g
cõgiarijs demeritus populi fauor 309.e
coniugij ambitio 145.e.d
coniugum ac liberorum amor 202.h
coniugum et liberorum ac ſeniorum in aliam regionem metu belli trãſmiſſio 190.h
coniuges ſuas ac liberos ſuos Neſatij a Romanis obſeſſi ipſi mactant, & e muris ab hoſtes praecipitant 347.b
coniurati in tormentis pertinacia, & malitia 163.b
coniuratio in bellum proficiſcentium, nõ niſi uictores ſe redituros 190.b
coniuratio in Hieronymum Siculorum regem indicatur 163.b
coniuratio ſeruorum Etruriam infeſtam habet 265.e
coniurationum clandeſtinarum detectio 324.b
connocondylum opidum 327.f
conuium opidũ Perſeus recipit 36.i. e eius ſitus 363.e
connubij neceſſitas 3.a
connubia a finibus Rom.petunt 3.b.c
connubia aut adimebant aut permittebant uictis a ſe populis Romani 110.i
connubia extra fines ſuos Macedonibus interdicta 384.i
connubia Patres ex ſe plebeijs negant 42.b.tandem permittunt 45.
connubiorum ſocietatis bonos 151.e
connubiales leges 43.k 44.a
conſcientia ſcelerũ quid agat 215.e.f
conſcientiae propriae metus 263.k
cõſciẽtiae rectae mira ſimulatio 253.i
conſecrare bona alicuius 367.e
conſentia Bruttiorũ urbs 232.i ad Romanos deficit 237.f 154.e
conſentia de Samnitibus capta 157.a.d. 211.b
conſentinus ager depopulatus 213.g
conſentini & Terinei in fidem Romanorum redeunt 173.g.i
cõceſſorem pauperem diuites aſpernantur 277.e
conſortionis ſociabilis bonum 335.b
conſilium arcanum,conſilium ſanctius 285.g
conſilium audaciae plenum 285.g.h
conſilium fidele quod maxime ſit 300.d
conſilium non magis quam lingua principibus Athaeorum deeſt 369.i
conſilium ſanctius Carthaginenſium xxx.ſeniores 236.g
conſiliũ celandi aſtutia 285.g
conſiliũ fraude initi exitus 286.a.b
conſilio prauo geſta,quãquam proſpere euenerint, Carthaginienſes cruce multant 310.b
cõſilia audacia prima ſpecie laeta, tractu dura,euentu triſtia 285.d
conſilia calida uix eſſe proſpera 285.d
conſilia ex rebus ſumuntur 145.e

conſilia ex euentu non probanda, aut improbanda 292.c
conſilia in re graui non eſſe praecipitāda 250.i
conſilia mala plerumque uincunt 178.a
conſilia quaeque fortiſſima, in aſperis rebus optima 183.c.d
conſiliorum malorum receptus 217.b
conſualia, ludi Neptuno equeſtri ſacri 3.a
conſuetudinis uis 199.f
conſuetudine labor fit lenior 285.i
conſules quando coeperint 43.i
conſul de plebe primus creatus L. Sextius 78.a.b
conſul dignitate exſutus 76.i
conſul idem intra decem annos refici non poterat 114.g
conſul tamquam trib. pleb. patres exagitans 92.f
conſul honore deiectus tandem reuocatus 206.e.f
conſul dignitatis ſuae oblitus circum forum concurſans 318.i
conſul ex equo in pedes deſiliens, ante legiones pugnam init 86.c.d
conſul qua die creabatur, ſenatum habebat 190.k
conſul creatus 157.b 306.i
conſulis ac tribuni rixa 26.i.k
conſulis ad bellum ituri atque inde redeuntis caerimoniae 359.b.i.287.b
conſulis dignitas 171.k
conſulis eligendi poteſtas unde & penes quem 42.b
conſulis prioris reuocatio inchoatis rebus inchoatis, ſaepe impedimento rei bene gerendae erat 258.f
conſulis ſtolidi & temerarij irriſio 345.i
conſulis Terentij Varronis fugientis a Cānēſi clade 47.f comites 147.f ei gratiae actae 149.d
conſuli in prouinciam proficiſcenti, magiſtratus prouinciae obuiā ire quando primum iuſſi, et cetera obſequia praeſtare 152.g
conſulem alterum de plebe fieri cupiūt tribuni plebis 42.b
conſulē alterum ex ſe creari Campani paciſcuntur, ut opē Romanis ferant 151.g
conſules a tribunis in uincula duci poterant 48.g
conſules ambo ad Trebiam contra Hānibalem coniunguntur 134.e.f
conſules ambo eodem bello mortui 206.f
conſules ambo ſub iugum miſſi 100.b
conſules ambo patricij aegre creati 83.c
conſules creati inuicem inimici, propter patriam in amicitiam redeunt 244.f
cōſules ex patricijs fere lecti 43.i 83.b eorum alter plebeius 76.e 83.b 329.a
conſules creati cum prouocatione 381.k
conſules duo alternis diebus imperantes 146.h.i
conſules quo die magiſtratum inibant, Ioui ſingulos boues immolabant 347.f
conſules, regia poteſtas 100.e
conſules reficere populo licebat, quos & quoties uellet 198.i
conſules rei, honoribus abſtinendum ſuadent 25.f.g
conſulum ab urbe in prouincias proficiſcentiū caerimoniae 346.i 368.b 387.b
conſulum dignitas decemuiris defertur 34.d.e
conſulum duorum bonum 17.k
conſulum duorum poteſtas par 42.c
conſulum & tribunorum pleb. altercatio 367.b
conſulum imperium repulſum & contemptum 25.k eorum creatio inſtaurata 62.k
conſulum in loco tribuni militum adminiſtrant rempublicam 44.c
conſulum inſignia paria 164.a
conſulum inter ſe ad Trebiam de pugna contra Hannibalem, diſſenſio 134.h.i
conſulum miſeriae per tribunos 25.h
cōſulum primorum creatio 13.k.14.a
conſulum, qui Hannibali opponerētur, creandorum ſolicitudo 163.b
conſulibus moderator ac magiſter appoſitus 17.k
conſulibus morbo implicitis, auſpicia per interregnum renouata 63.d
conſulibus omnium poteſtas permiſſa 206.f
conſularis dignitatis abrogatae reſtitutio 44.d
conſulare imperium annuum 14.f
conſulare imperium eiſdem in alterum annum prorogatum 144.d
cōſularis imperij inuidia 29.f et dein.
conſularis magiſtratus inſtauratio 44.h.i
conſularis maieſtas quanta eſſe debeat 26.e
conſularis nominis inuidia 34.g
conſulares leges 39.a
conſularia ingenia 117.a
conſularia comitia 63.c.d
conſularium comitiorum ambitio 280.g
conſularia comitia inſtaurata 98.g
conſulatus an alicui continuari poſſet 198.g
conſulatus idibus Martijs inibatur 244.d
conſulatus plebi inuiſus 62.i
conſulatus ambitio 306.f
conſulatus gerendi difficultas in tribunicia ſeditione 25.g
cōſulatus ineundi auſpicium kalendae Quintiles 94.d
conſulatum nemo plus quam annum geſſit 103.a
conſulatum non niſi per gradus honorum peti debere 254.f
conſulatum oblatum differt Q. Fabius 113.g. recuſat T. Manlius Torquatus 189.b
conſulatum patricij uindicant 81.b 84.c
de conſulatu tentatio inter patricios ac plebem 82.i.83.g
conſulatus quinque continui in uno Quinctio 45.f
contagio peſtilentiae 180.b
contemptus hoſtis ſaepe cruentum certamen edit 133.b
corenaebra urbs capta ac diruta 69.f
contentionis ardor ſaepe iuriſiurandi religionem negligit 196.e
continens finibus, id eſt adhaerens 384.k
continentia & temperantia maxime gloriatur Scipio 236.f
contrebia urbs 340.e
controuerſioſa res 43.g
controuerſia Carthaginiēſium cū Maſſaniſa, indiſcuſſa ab Romanis arbitris relicta 278.f
controuerſiae ferro decretae 216.e
conuentus mirabilis hominum ex Europa & Aſia 385.g
conuentus non temere Romae habebātur 325.e
conuiuium Hānibalis apud Campanos 152.a.b
conuiuium inſtruere, & ludos parare, eiuſdem eſſe, qui bello ſciret uincere 385.e
conuiuij hilaritas, et inde malū 335.a
conuiuijs & comeſſationibus crudelitas abeſſe debet 331.e
copais palus 264.e
cooptati tribuni pleb. 58.b
copia faſtidium facit 27.k
copia praeſens, non perpetua 140.f

copiae

copiae Romanorum ad Cannas quantae fuerint 144.i
copiarum diuiſio pernicioſa nonnunquam eſt 183.c
copiarum ſuarum exiguitatem Antiochus ſocus excuſat 287.c
coquus quãdo in pretio haberi coeptus 323.i
coraceſium urbs 262.f
corax mons 294.b
corbis & Orſua patrueles fratres monomachia decertant 216.b
corbio op. Romanis admittur 245.f expugnatur 34.a.231.b
corcyra urbs 214.b 369.c
corinthus Achaiae 26.i.b. Achaeis redditur 264.g & dein.
corinthus in poteſtate Philippi 258.k
corinthus Nibidi Lacedaemonio fiduciaria datur a Philippo 291.c
corinthi oppugnatio 258.e. liberatio. 258.i
corinthi ſplendor 269.c 384.e
corinthum agrum populãtes Romani, a Philippo rege ad naues compulſi 205.b
corioli oppugnantur 21.a.b.capiuntur ibi.b.Romanis adimuntur 22.b
coriolanus Romanis infeſtus 22.c.d.e Romanis matronis pacatur 271.d
coriolani mors 22.e
cormaſa urbs 312.b
corneliae & Fabiae gẽtis nomẽ 290.e eius familiae ſplendor 314.b
cornelia tribus 317.c
cornicines & tibicines 10.e.f
corniculum urbs 9.g
cornua bouis portẽtoſae magnitudinis 10.i
cornus opidum in Sardis 159.b recipitur ibid.k
corona aurea Ioui dicata 47.d.371.i Saguntinis Ioui Capitolino Romam dono miſſa 220.c
corona aurea C.pondo a Philippo Romam miſſa 295.b
coronae muralis aureae praemiũ animos militum accendit 154.g
ſub Corona uenditi in libertatem reſtituti 365.d.e
coronae aureae cxxiij. in triumpho praelatae 342.e
coronae aureae xlix.triumpho Aemilij Regilli tranſductae 309.d
coronatus populus ludos Apollinares ſpectabat 176.c.d
coronati in ſupplicationibus maiores annis duodecim 341.h
coronati ob res bello bene geſtas 123.d
coronati ſacrificabant 152.i
coronea urbs 289.k
coronei & Haliarti populi 359.d
coronenſis agri uexatio 209.e
corpus ob debitum necti non debere 96.d
corpus redditũ, animus retẽtus 334.i
corpus uiolatum, animus inſons 13.g
corporis cuſtodes 250.b.habebat Romulus 4.f.g
corpora praeualida ſuis ipſa uiribus onerantur 243.d
de corporibus ducum caeſorum pugna inter milites 104.k
corragus Macedo 312.e Eumenis praefectus 364.f
corrhagum caſtellum capitur 246.b
corribilio regulus uiuus captus 283.a
corſorũ caedes 340.f.352.a. defectio 335.k
cortona Etruriae urbs 96.f.108.k
cortnoſſa urbs capta ac diruta 69 f
coruini cognomen unde natum 84.k
coruus in puluinario Iouis ſedens 136.g
corui cantus in proelij commiſſione 131.g.h.i
coruus pro Romano aduerſus Gallum propugnans 7.a & dein.
corui aurum edentes 233.f
coryceus portus 212.e
corycum Teiorum promontorium 262.g.299.k
corylenus urbs capitur 301.g
cos nouacula diſciſſa 9.d
coſſa opidum 102.b
coſſam Hannibal recipit 121.k
coſſani coloni Romani 290.b
coſſana colonia aucta 263.d
coſtoci fuga 377.b
cotton urbs capitur 218.c
cotys Thrax Odryſarum rex 360.i 356.b.a Romanis redarguit 387.i.k
cranon opidum ab Antiocho recipitur 290.i
cranonij populus Cephalleniae 315.h
crapulae malum 345.i
crapulae ſtatim a uictoria, malum 345.f.g
ſub Crate necare 53.g
cratera aurea Delphos Apolli. miſſa 62.a
cratera aurea donũ Apollini Delphos miſſa, a Liparenſium piratis excipitur 62.g
creare ſe magiſtratum licitum nõ erat 34.i
credi ſibi uult quiſque 142.b non credimus facile quae uolumus uera eſſe 73.f
creditae pecuniae ius non idem ſocijs Romanis erat, quod ipſis Romanis 280.c
creditorum ius in debitores ſuos Romae 19.f
cremandorum mortuorum hominum mos 66.h.i
cremera fl. 24.h
cremerenſis clades 68.i.109.d
cremona colonia in agrum Gallicum ducta 129.d
cremona periclitatur ab Hamilcare 245.d
cremonenſes coloni Romani 200.b.eorum colonia aucta 306.g
cremonenſes ac Placentini pileati currum triumphantis conſulis ſequuntur 263.b
cremonenſes ac Placentini in colonias ſuas redire iubentur 213.f
cremonis iugum 245.c
crepidae et pallium Graecorum Romanis imperatoribus indecora 228.f
crepitus aeris in territãdis hoſtibus 298.d
cretacea pluuia 163.e
in Cretam inſulam Q. Fabius trãſiens, ut captiuos Italici generis homines ſeruitute eripiat 310.a.b
cretenſes ſagittarij 250.e.g.251.g 304.e.314.e
cretenſium animus erga Romanos 365.i
cretenſium furor 350.e
cretenſes capti ab Hannibale dimiſſi 198.b
creuſa opidum 369.c
creuſa Theſpienſium emporiũ 293.d
creuſa uxor Aeneae 1.b
criminis inuidia pecunia redẽpta 30.g
criminoſorum inquirendorum ac coercendorum ratio 325.i
criſpini cõſulis uulnus ac mors 203.k 204.a
criſtatae galeae ad quid 109.f. 121.e
crito Berreus Philippi Macedonis legatus ad Hannibalem 159.g
crotonienſe bellum 162.f.g.228.b
crotonem colonia deducta 275.b
crotonem urbẽ Bruttij recipiũt 257.d
crotoniatae nauibus impoſiti Locros deuehuntur 162.b
cruci affixi perfugae Romani a Carthaginienſibus Romanis redditi 243.b
crudelitas ab epulis abeſſe debet 331.d
crudelitas repentina in miſerationem conuerſa 170.b
cruenta pluuia 144.d
cruſtumeria capta 18.b
cruſtumerium opidum 9.g

cruſtumini populi 3.c. e.a Romanis ſubacti. 3.g
cruſtumini montes 64.g
cuballum Gallograeciae caſtellum 313.g
culca & Luſcinus reguli 263.a
culinaris ratio nõ eadem ſemper apud Romanos 323.i
culpae confeſsio nonnumquã plus proſit, quam beneficij collati commemoratio 294.d
culpam ſuam omnes homines facile eleuant 217.b.c
cultus alius quam militaris in legato Romano damnatus 228.d
cultus corporis in errorem ducit 16.i
cultus & habitus nationem arguit 198.e
cultus aequalitatis bonum 268.f
cultus amoenioris, in femina ſuſpicio 52.d.73.d
cultus luxurioſi inuidia 163.a
cumae a Campanis capiuntur 52.k ab Hannibale oppugnantur 158.k 159.a
cumani unde oriundi 94.i. municipes Romani 157.b
cumanorum ius 92.k
cumanos ſuae ditionis facere Campani moliuntur 158.g.h
cunctatio Fabii a magiſtro equitum in calumniam rapitur 140.b.141.d 118.i
cunctationis conſilia criminantur 140.d
cunctationis in bello ratio 118.f.i
cunctationis ſuae cauſſam militib. reddit Aemilius 338.b
cunctator ingenio ne fuerit Fabius, an ſtudio 238.b
cuneo impreſsionem facere 341.b
cuneo pugnare 328.b
cuniculus difficilis actu 60.i
cuniculo ſuffoſſi Veij capiuntur 61.a
cuniculorum agendorum aſtutia 48.g deprehenſa & deſecta 311.c
cupiditas nimia cum hoſte confligendi, pernicioſa nonnumquam 204.i.k 206.b
cupiditas regnandi furia 216.b
cupiditas res gerendi diſſimulata, aliquando plus promouet 283.e
cupiditatis nimiae malum 366.e
cupiditatem humanam quae maxime incitent 76.f
cupiditates prius natae ſunt, quam leges, quae eas frenarent 268.d.e
cupreſſea ſimulacra Iunonis 207.e
cures, Quirites dicti 4.a
curiae unde dictae ibidem
curia hoſtilia 7.b
curiata lex de Camillo lata 67.a
curiatij, Albani 7.b
curiatij & Horatij fratres tergemini 6.b & dein.
curio maximus 168.g.266.e.f
curionis maximi comitia 199.e
curſor cur dictus L. Papirius 103.e
curtius lacus unde appellatus 4.a 80.b
curulis aedilitas quando inſtituta 79.b
curulis ſellae honos 111.f
curules magiſtratus toto quinquennio nulli creati 76.g
cuſibi Oretanorum opidum capitur 283.b
cuſtodiae carcere emiſſae 159.c
cuſtodiae ſimulatae fraus 272.i
cuſtodiam captiui regis nimis laxam redarguit Aemilius in Sulpicio 384.g
cuſtodijs uincula dempta in ſacro dijs placandis facto 59.e
cutina Veſtinorum capta 96.f
cyatis ars Samatorum 316.a
cycladum freta 295.b
cycliadas Aetolorum princeps 248.c.d.exſul.257.b.260.c
cydas Eumenis amicus Cretenſis 373.i
cydoniatae aduerſus Gotynios & Gnoſios pugnant 309.g
cylarabis gymnaſium 272.e
cymae ad Seleucum deficiunt 299.i
cymei immunitate donati 317.k
cymenas & argeas opidorum potiuntur Aetoli 355.k
cynoſarges 248.b
cynoſcephale 262.a
cynum emporium 212.b
cypaera caſtellum ab Antiocho capit 207.c
cyphara ab Aetolis capiuntur 256.a
cyprius uicus 11.f
cypſela urbs 218.a Philippo recipitur 246.g
cyrene urbs 152.g
cyrus unde tam magnus fuerit 103.b
cyretiae ui captae & direptae 251.e. Perſeo deditae 361.c
cyſſus, untis, portus Erythraeorum 295.i
cythaeronis ſaltus 247.e
cythnum opidum fruſtra ab Attalo oppugnatur 252.c

D

Dahae milites 288.a.304.i
damaratus Corinthius 8.b
damaratae Hieronis filiae uxoris Andronomi Syracuſani ſuperbia ac pertinacia, mors 167.b
damippus Lacedaemonius a Romanis captus, occaſionem Syracuſarum recipiendarum Romanis praebuit 179.d
damiurgi magiſtratus Achaeorum 315.f.258.c
damoclis Argiui adoleſcentis temeritas morte multata 272.d.a
damocritus Aetolorũ praetor 254.k 251.d.251.k.285.b. in Romanorum manus deditur 293.k. gladio ſe transfigit 306.f
damnata uoti ciuitas mirum furit 61.k
dampetia Bruttiorum opidum 237.g
damnari uotorum, eſt contingere quae optes uouendo, ut uoti exſplere obligeris 209.a
daorſei immunes eſſe iubentur 384.b
dardanicum bellum 348.f
dardanum urbs Aſiae 304.f. libertate donatur 317.k
dardani a Baſtarnis uincuntur 348.f
dardani Macedoniam uaſtant 262.a 344.f
dardanorum delendorum conſilium Philippi 344.f
dardanorum pugnandi mos 251.i.k. eorum motus 206.a
darius rex praeda utrius, quam hoſtis 103.k
darſa urbs metu Romanorum ab incolis deſerta 312.b
daſius & Blattius Salapiae principes ſtudiorum contrariorum 193.f
daſſaretij populus 249.h
daſſaretij uici ab Eropo capti 206.a
daulis urbs capta 257.a
deae Idaeae Romã allatae dona a frequenti populo data 227.a
debellato, impersonaliter & abſolute 208.e 234.g
debitorum ſubleuandorum ratio 279.i
debitis innexorum dura apud Romanos condicio 18.i.75.f.76.b
decembribus idibus conſulatus initus 50.b
decedere officio, officium non praeſtare 199.k
decem fere mittebantur legati ab Romanis

manis in rebus arduis 263.c
decem tabularum leges 74.d
decennalis obſidio Veiorum 61.d.e
decemuirales leges 39.g
decemuir ſacris faciundis C. Laetorius 199.e
decemuiri inuicem accuſabant 34.d
decemuirorum creatio & abrogatio 34.e.& dein. 38.g.43.i
decemuirorum imperium 4.i.34.f. immane facinus 36.d
decemuirorum terror 34.a. eorum ſupplicia 39.b
decima praedae Veientanae Apollini uota ut ſolueretur ratio 61.g.63.a
decimae frumenti exactae 289.c
decimatio militum 26.f
decius conſul ſe deuouet 59.i. idem facit eius filius 118.b
decius Iubelius trib. mil. ſeditioſus 217.i
D. Iunius Brutus Scaeua legatus 227.a. Cos. 122.e
decius Magius reus agitur 152.g
decij Magij Campani fides erga Romanos 151.b.i
D. Quinctij hominis noui uirtus 197.g. mors 193.i
decocta quarta pars argenti Carthaginienſis 253.k
decreſſent, pro decreuiſſent 316.c 337.a
decreta ſua et conſulta tollere, leue eſt 32.c
decumana porta caſtrorum 119.f
decurſio exercitus, torneamentorum (ut uocant) inſtar b. 228.b 285.i.334.k
decurſiones militum in funeribus principum uirorum 178.i
decurſus equitum ac peditum Rom. hoſtium legatis exhibitus 343.b
dedala caſtrum 301.i
dedicare aram aut templum quibus liceret 111.e.f
dedicatio ſacrarum aedium 277.c. aedis Iunonis reginae. 76.g. aedis matris Magnae Ideae 255.i. aedium duarum Iouis 286.k
aedis Iouis Capitolini 16.a
dediti triumphati ac uenditi 85.b
deditus ultro, nihil hoſtile illaſum 234.d. 303.k
deditio Campanorum qualiter facta 192.f
deditio Poſtumij conſulis a Samnitibus ſpreta 102.c
deditionis forma 9.f.g
deditionis ſpes expugnationem opidi remoratur 281.f
deditionis ſimulandae fraus 202.a
deditas urbes diripi non ſolere 303.i
defectio militum quo modo uindicata 217.c
defectionis auctor re male uertente in puteum apertum ſe praecipitat 201.i
defectionis auctor multatus 100.c
defectionis auctores, in deditionem poſtulati, ipſi ultro proficiſcuntur fide accepta, ne quid prius patiantur, quam cauſſam dixerint 316.f
defectionis auctores pacem formidant 73.f
defectionis rei corpora ſua ſubtrahũt, bona relinquunt 232.e
erga defectores infidos Romana ſeueritas 387.e.g
deficientes ad Romanos rebus integris, meliori conditione habentur 384.b
defendenda prius noſtra, quam aliena oppugnanda 220.k
defungi periculo 320.f
defungi fortunam calamitate, &c. 387.g
delectus ex parte populi factus 52.f
delectus difficultas Romae 175.b
delectus militum acerbiſsimus 79.b
delectus noua forma Romae 148.k
delectus omnis generis hominum habitus 116.g
delectum militum impediebant tribuni pleb. quoties uellent 49.e.74.k 78.a.c
deli regio uentoſiſsima 295.b
deli exornatio 348.i. ſanctitas 374.e
delium Apollinis templum 288.b
delium Boeotiae 351.b
delphi a Gallis ſpoliati 319.b
delphi umbilicus orbis terrarum 319.k
delphorum oraculum inclytum 13.b 59.h.138.e
delphicum oraculum conſulunt legati Romanorum de matre Idaea recipienda 226.a
delphos ne ſpolient Galli, tẽpeſtate prohibentur 343.g
delubrum Matutae ab igne immune 76.a
demetriacus ſinus 211.k
demetrias Theſſaliae urbs 206.b
211.g.261.b.264.g. regia Macedonum 284.i. in poteſtatem Aetolorum redacta 205.h. Philippus recipit 211.g.295.c
demetrij Philipppi regis Macedonum minoris filij commendatio ac praeſtãtia. 264.i.277.e.f.295.b.329.f.332.b.333.a.b. inuidia & criminatio apud patrem per Perſea fratrem ſuum 334.b.i.k.335.b.6.k. & dein. mors. 337.k.338.a.f.g. 345.b.d. 349.f. deſiderium eius apud patrem 344.a. 345.b
demetrius Pharius a Romanis bello uictus 144.c
demetrium portus 388.a
democrates Hannibalis praefectus Tarenti occiditur 201.i
democratis claſsis 193.g
dena millia grauis aeris, magna apud antiquos ſumma uidebatur 52.e
cum dentibus nata puella 349.b
denthelетae opidum Thraciae 333.d
a Philippo rege ſocio ſpoliantur 338.f
deperire amore 201.g
derriopum Paeoniae regio 333.d
deſalces patruus Maſaniſſae 220.g
deſcenſus quam adſcenſus Alpium difficilior 131.c
deſcenaris bouis iecur defluens 347.b
deſciſcentium a ſuis uaecordia 76.k
deſiſtere negotio 309.d
deſperatorum hominum furor 303.i
deſperatis rebus, honeſta utilibus cedunt 253.e
deſperatio ſalutis animos nonnũquam facit 371.a
deſperationis comes temeritas 119.f
deſudaba Mediae urbs 374.c
deſultorum binos equos in bello trahentium dexteritas 157.a
detergere pinnas murorum 310.b
detergere remis & remos 302.b
deterioribus ac infirmioribus fere uulgus fauet 263.f
detractionis ultio 299.b.c. & dein.
detrectare uirtutes 320.d
deuotio mirabilis perire potius cupientium ac conflagrare, quam in hoſtiũ manus uenire 216.c.d
deuotio Deciorum 91.e.118.b
deuotionis faciendae ritus 91.e.k

tius mira uis 118.i
deuouere quibus licitum ſit in bello 92.a
deus deo natus Romulus 4.f
dij antiqui Romanorum fictiles 268.e
dij colendi qui ſint 225.g
dij deaeque 353.c
dij de caelo non deſcendunt, ut quemquam iuuent 72.f
dij foederum uiolatorib. infeſti 242.k
dij immortales iidem ubique 351.e
dij ipſi ſe manibus ſuis non ulciſcuntur, ſed, &c. 51.b
dij maximum rerum humanarum momentum 96.k
dij non omnia eidem dant 147.i
dij plus hominibus mortalibus timendi 330.b
dij pro Thracibus aduerſus Baſtarnas pugnantes 343.g
dij qui colerentur, S.C. Romae cautum
dij quos praecipue placarent Romani in rebus affectis 49.e
dij Tarentinorum in modum pugnantium facti, illis uelut iratis in direptione urbis relicti a Fabio Coſ. 301.k
dij ſuarum iniuriarum ultores 227.k templorum ſuorum uindices 228.a
deorum ablatorum indignatio 318.k
deorum alio transferendorum mos ac religio 61.c.d
deorum aſsidua cura 5.f
deorum cultores maximi priſci Romani. 31.a. 32.e. 65.b. 85.b. 164.e 228.k. 306.c. 380.g. nihil niſi dijs praeeuntibus attentabant 320.b 387.b
deorum cultoribus omnia proſpera 67.e
deorum cultus, reuerentia etiam in hoſte 67.b
deorum neglectus malum 67.e
deorum ſimulacra in lectis lectiſternij ſollemnitate ſe auerterunt 232.k
deorum inuocatio in delendis Veijs 61.a
deorum metus multitudinem maxime continet 5.k
deorum monitis ſe regi Scipio ſimulat 192.b
deorum nouorum, aut noua ſuperſtitione ueterum prohibitus. 42.d
deorum omnia plena apud Romanos 67.f. 68.d
deorum ſpoliatorum ultio 225.g
deorum timoris praetextus, quam ſor midandus 325.g
deorum placandorum ritus apud Romanos 59.e
deum ira longior 387.d
deum noua piacula 49.d
deum opem implorant Romani, humanis auxilijs deſtituti 29.e
dijs alijs aliter ſacrificauit Romulus 2.f
dijs duobus, niſi certis, una hoſtia fieri non poſſe 104.c
dijs grates pro uictoria agunt Rom. 213.k
dijs nouis in urbem adducendis matronae Romanae adhibitae 268.k
dijs ſimillimus iuuenis Scipio a quibuſdam dictus 196.k
dijs ſimillimi niſi Gallis Romanorum ſeniores in anguſtis ſuis ueſtibus 65.e
deos perinde a plebeijs coli poſſe atque a patricijs 196.e
deos tantum immortales timeo, inquit Philippus Maced. 260.d
dexagoridas & Gorgopas Gythei oppidi praefecti 273.c
dextras uictrices conſulum a prouincijs redeuntium populus Romanus contingere gaudet 212.i
diadematis nudia 163.i
diales flamines ad ſenatum ingredi poſſent 199.e
diana amaryntis 286.d
diana Tauropolos 378.a
dianae Epheſiae templū celebre 10.i
dianae Romanae templum 10.k
dianium 11.g
diaphanes Achaeorū praetor T. Quinctio parens a Meſſene exercitum abducit 295.k. eius uirtus 301.e.f
diaphanes & Lycortas Achaeorum legati ad Romanos 316.f
dicaſtas Philippi regis 260.g
dici & exprobrari non indignandum, quae ſcelerate facta ſunt 218.a
Dictatoris primum creandi mentio 17.k. 20.b. 35.g. eius terror ac poteſtas 17.k. 74.g. 97.a.b. a quo diceretur 49.e. & quando 95.b 109 b. a populo creari non poterat 139.b. in rebus trepidis tanquam ultimum refugium erat 33.b. 54.b 68.k. eius imperium pro numine obſeruatum 72.f. 97.g. 154.i. eius iniuſſu nihil poterat inferior magiſtratus 81.e. extra Romanum agrū dici non poterat 239.e. duo eſſe nō poterant 155.f. ſine magiſtro equitum eſſe non poterat. ibidem. eius iniuſſu magiſtro equitū cū hoſte cōfligere non licebat 143.a. eam legē ſpreuit Q. Aulius Caeretanus magiſter equitū 104.i. et M. Minucius 142.f.g. & L. Papirius 96.e. f. dictator quaeſtionib. exercendis creatus 104.i. claui in peſtilentia figendi cauſſa dictus 106.f
dictator conſules creat 98.d
dictator de plebe primus 82.g
dictator & conſul populares 92.g
dictator dictatori ſubiectus 77.f
dictatoris & magiſtri equitum imperium aequatum 143.b. reuocatum. ibid. & 220.k
dictatori conſul cum lictoribus occurrere non poterat 139.g
dictatorum Romanorū ueterum moderatio 97.e
dictatura ſine prouocatione 32.a
dictaturae ſpecies ingens 139.g. eius terror 75.a
dictaturae tempus 104.b
dictu pleraque quam factu faciliora 250.b
didas Paeon, praetor regis Philippi Demetrij interfector 338.b. f. 369.e
dies religioſi 68.b
die medio ſerena, repentina obſcuritas oborta 298.i
difficultates inexpugnabiles ſtatim omittendae 212.b
dignitatum diſcrimen Seruius Tullius inſtituit 10.i
dimallum oppidum 226.f
dimae Phrygiae urbs 312.i
dinarchi Aetolorum praefecti legatus 368.k
dinocrates Meſſeniorum praetor 340.a. Philippi praefectus 263. b. eius fuga ibidem d.
diocles praefectus equitum Aetolorum 285.d
diodori Amphipolis praefecti prudentia 378.a.b
dionyſij tyrāni luxuria 163.a. eius uox de retinenda tyrannide 166.k
dionyſodorus Attali legatus 260.e
dioxippus praefectus auxiliarium militum apud Athenas 248.a
dipylos porta quaedam Athenarum Ibidem
dirae parricidii ultrices 344.d
dirae populi in regē, a dijs exauditae 334.f
dirigere fines 327.i
diſciplinae militaris ſeueritas 90.b 91.f. 97.g. ſoluta 114.h. 240.e. 38.f
diſcordiae malum 23.e. 41.f. 116. 335.a
diſcrimina ordinum, concordiae publicae minuenda eſſe 277.d

diſpoſi-

diſpoſitorum equorum celeritas 298.i
diſerte ſcribere 294.g
diſſenſionis patrum ac plebis foeditas 41.g.h & dein.
diuerbia 79.f
diuini iuris auctor Numa 84.f
diuina ſtirpe ſe genitum credi uoluit Scipio 189.k. & diuinitus oracula accipere.ibi.
diuinarum rerum cura 24.g
diuinatio ex inſomnijs 21.g.h
diuitibus munia portoria & tributa impoſita, immuni plebe 10.f.16.e
diuitiarum aeſtimatio apud antiquos 33.c.52.d
diuitiarum malum 1.c
diuitias hoſtibus oſtentare non debemus 109.f
diuitijs & luxuria corrupti Rom. 268.i
diuitijs regna parantur 262.i
diuorum ac dearum paria in lectiſternijs collata 139.d
dium opidum ab incolis deſertum metu Romanorum 36.f. recipitur ab ipſis incolis. ibidem. b
dolabrae calonum ad uallum proruendum 108.k
doliche opidum 368.k
dolium fumum grauem edens 311.d
dolus peſſimus ſeruilis 12.a
non dolo ſolitos uincere ueteres Romanos, ſed uirtute 368.d.e
dolones 295.i.303.e
dolopes liberi facti 265.a. ad Aetolos deficiunt 310.e. Perſeo non parent 349.c. ab eo euaſtantur 359.b.c
dolopiam Philippus recipit 295.c.a
Perſeo ſubigitur 349.g
domi feliciter res gerentes Romani, foris male gerunt, & contra 207.i
domini nomen odioſum 327.i.k
domini ultor ſeruus fortiſſimus 125.e
dominorum nomen inuidioſum aduerſus uxores 352.g
domus diruitae monumentum 46.f
dona Maſſaniſſae ab Rom. miſſa 245.g
dona Romanorum ad exteras gentes 198.c
donuca mons Thraciae mirae altitudinis 343.b
dorimachus Aetolorum princeps 202.k
doriſcon caſtellum Philippus recipit 246.g
dorulacus Boiorum dux 276.b
draudacum caſtellum 368.b
dromades Antiochi 305.d
druentia fl. 230.g
drymae opidum 212.e
drymuſa inſula 317.k
dubijs dijs quidquam agere, hoc eſt de quibus dubites 97.b
ducarius Inſuber C. Flaminium Cos. transfigit 138.g
duellum Romanorum cum Antiocho 289.a
duodecim tabulae, leges decemuirales 38.b.i
duorum ciuium occiſorum ultio, bellū graue excitant 246.d
duorum imperatorum pari poteſtate, diſcordia in belli adminiſtratione quam pernicioſa 52.f.g
duo ſimul reges Lacedaemoniorum 335.d
duplicarij 26.f
duronia mater P. Aebutij 324.d
duronia urbs Samnitium expugnata 121.d
duumuiri nauales a populo creati 106.k
duumuiri ſacrorum faciendorum in decem uiros mutati 77.b.78.f
dux itineris falſi in crucem ſublatus 140.b
dux temerarius ſuorum cladi ſupereſſe non ſuſtinens 168.e
dux uincentium ipſe captus 332.d
ducis aegritudine ſoluta militaris diſciplina 334.b
ducis amiſſi terror 118.g.h
ducis amor milites facile allicit 117.b
ducis boni diſciplina quantum conferat 182.f
ducis boni munus 108.d.e.188.g
ducis in acie caeſi occultādi ac diſſimulandi concilium 31.f.348.d 300.d
ducis creandi contentio pernicioſa 22.g
ducis feroci milites exſultans 138.b
ducis inſcij malum 168.f
ducis laus maxima 86.f
ducis obiurgatio militibus acerbiſſima 192.h
ducem hoſtium prolapſum ac ſemimortuum hoſtes ſubleuant 332.d
duces bellorum a quibus monendi 373.e
duces clariſſimi indigna & inhonora morte ſublati 332.k
duces illuſtriſſimi Hannibal & Scipio 239.f
duces ipſi ſuis etiam corporibus non ſolum conſilio pugnantes 18.a
duces magni aggredi non debent quae perficere non poſſunt 166.c
duces militares robur ſuum maius externis auxilijs habere debent 181.i
duces non temere de euentu conſiliorū aut ſuorum, aut hoſtium pronunciare debent 145.b
duces ob male rem geſtam rei 97.f 184.h.185.b
duces primi pugna olim capeſſebant 18.f
duces Romani in acie caeſi 184.i
ducum acta reſcindendo, ſegniores in poſterum alij fiunt 192.d
ducum clariſſimorum mors eodem anno 332.g
ducum diſcordiae malum 58.b. 145.k
ducum inter ſe Romanorum & Poeni exiſtimatio 132.c
ducum odio ſe uinci milites patiuntur 36.c.d.98.d
ducum Romanorum praeſtantiſſimorum catalogus 103.b
ducibus quam exercitibus ualidior erat Romana res 23.b
dymae urbs a Philippo Macedone oppugnatur 209.i
dymaei Philippo obnoxij 189.g
dymenſes funditores 315.k
dyrrhachium, idem & Epidamnum 368.f

E

Ebutia anus antiqui moris femina 324.g
ebrietatis profundiſſimae exemplum 88.e
ebura opidum Celtiberiae 339.i
eburnei dentes ∞ CC XXXI. 309.f
ebuſum inſulam populantur Romani 141.b
echedemus legatus Aetolorū 186.e.f
ecetra Volſcorum urbs 30.a.75.g
ecetrani Volſci 28.c
edeſco Hiſpanus ad Rom. inclinat 202.b
edeſſa regio Macedoniae 373.i
edis in nominandi caſu 351.c
egentium ac humilium dediticiorum contemptus 94.c
egerius dictus arune Lucumonis frater 8.e
egerius Tarquinij Priſci nepos 9.f
elatio Phocidis urbs. 212.e. eius obſidio 257.a. expugnatio 258.b
elaea urbs 296.k
elaeenſium uexatio 301.d
elei a ceteris Achaeis diſſidentes 246.i.k. Antiocho ſe ſociant 289.b

elei foederi Romanorum cum Philippo Macedone adſcripti 226.g
eleorum de Alipbera urbe contentio 254.e
eleus campus 368.i
elephanti a uectoribus plures quam ab hoſtibus caeſi 209.i
elephanti Afri Indicis inferiores 705.b
elephanti Hannibalis 125.k.126.a 201.c.e.236.g.calamitate tempeſtatis abſumpti non pauci 136.a
elephanti Antiochi 305.b.e. omnes Eumeni dono dati ab Romanis 317.i
elephanti omnes Antiocho adimuntur 317.b
elephanti caſtellorum ſpeciem praebentes 214.c
elephanti in acie nomen tantum ſine uſu 338.d. eorum in acie pernicies 209.b.237.d.e.241.b.291.k. uitandorum ratio 305.i
elephanti in Romanis copiis 250.d.91 g.305.a
elephanti in triumpho ducti, Punicae uictoriae ſignum 189.b
elephanti ut facile interimãtur 135.d 209.b
elephantorum conſternatio 234.f 240.g
elephantorum grex 305.c
elephantorum ſtrages & caeſorum moles 171.d.185.f.b.i
elephantorum ſtridor equos maxime terret 135.d.237.e.369.k
elephantorum terror frontalibus & criſtis armatorum & turritorum 305.b
elephantorũ tranſiiciendorum flumen, ratio 130.a. montibus deducendorum 369.k.370.a
elephantos decem Romanis mittit Maſſaniſa 269.c
elephantino capite puer 200.d
eleuſine caſtellum 248.b.c.f
eleutta opidũ Philippus recipit 251.c
elicius Iuppiter 5.f.eius fulmen 8.b
elimea urbs 251.c
elimaei ſagittarii 304.e
elimiotis Macedoniae regio 385.a
elis & Meſſene, Aetolorum fautrices urbes 294.f
elim Romani obtinent 205.k
elitouius Germanorum dux 64.a
elonicus Baſtarnarum dux 344.i
eloquentes uiros magis foro, quam bello aptos eſſe 117.a
lonicus Gallorum Regulus 334.e
emathia, olim Paeonia 334.d
emeriti milites Scipionem in Aſiam ſequuntur quamplurimi 288.c
emerſio lunae in lucem ſuam 376.i
eminentia omnis odioſa 320.c
emittere de manibus 299.i
emolumentum ſine opera non eſt 56.i
emporia regio 268.b
emporiae, urbs Graeca 189.d. 271.d. deſcriptio 269.b
emporitani Hiſpani in deditionem Romanorum ueniunt 270.b
emporium celebre & frequens tribus maribus 313.i
emporium extra portam trigeminam lapide ſtratũ, & ſtipitibus ſaeptum 350.e
emporium opidum 135.g
empulum de Tiburtibus a Romanis receptum 82.k
enipeus amnis 370.e
ennii poetae auctoritas 238.i. eius ſtatua inter Scipiones 321.b
eordia urbs 361.c
eordei Macedoniae populi 384.k
epanterii montani 223.b
ephcſus Eumeni attributa 318.a
ephcſi oppugnãdae conſilium 216.h.i
epicides Sydon 180.f
epicides Acradinam Syracuſarum contra Romanos propugnat 179.k 180.a.eius fuga 180.f.194.c. ſuperbum reſpõſum ad legatos Romanorum 138.e
epicrates Rhodiorũ praefectus 247.d
epidamnũ olim Dyrrhachium 284.b
epidaurum nobile opidum 384.e
epipolae, Syracuſarum locus 169.d
epirus 211.i.244.g
epiri ciuitates, quae Perſeum iuuerãt, ſpoliatae 385.b
epirum Romani placant 384.b
epirotae foederi Philippi Macedonis cũ Romanis adſcripti 218.b.c. a Romanis deficiunt 206.b. ueniam infidelitatis ſuae ab Romanis impetrãt 256.b.295.g
epoſſognatus regulus 313.i
epulae in propatulo ianuis apertis factae 176.f
epulae permiſſae militibus 165.f
epulae quando coeperint Romae diligẽtius apparari 314.i.k
epularũ & poculorum feſtiuitas a crudelitate abeſſe debent 331.e.f
epulandum ſtatim a uictoria, & genio indulgendum non eſſe 345.g.b
epulones triumuiri quando primum facti 266.c.d.342.b
epulum inſtruere, & ludos parare eius dẽ eſſe, q. uincere bello ſcnex 385.g
epulum Iouis 232.k.242.b.254.i
eques quidam ipſe, equuſq. fulmine icti 263.g
equitis, fidiſſimi ſuo regi, exemplum 250.g
equitis Rom. uirtus ac praeſtantia 182.g
equites ac pedites extra ordinem Reipublicae operam ſuam pollicentes 57.i
equites legionarii, & alarii 341.b
equites, poſt ſe in equis ſuis ſingulos pedites agiles uehentes 185.c. 345.g
equites primi, deinde pedites in ſuffragium uocabantur 10.f
equites triplex ſtipendium merebant 59.e
equitum cenſus 332.c
equitum centuriae tres a Romulo conſcriptae.4.b.ampliatae 9.d
equitum decem turmae ex Albanis lectae 7.b
equitum Numidarum deformitas in ſpeciem 230.i
equitum Romanorum probitas 57.i alacritas 109.d
equitum tranſuectionis inſtitutio 111.f
equitum trecentorum uoluntariorum ala apud Scipionem fortiſſima 223.b
equitum uirtus inſignis in pedes ſe dantiũ in re paene deplorata 17.d.51.a.80.f.224.d.328.b
equitibus equi adempti 275.k
equeſtris Romani exercitus deſcriptio 10.f
equeſtres uecae 200.e.275.b
equeſtrium certaminum irritamentum 235.d
equeſtribus proeliis Campani ualebant. 185.d
equitatus Poenorum imminutus 193.b
equitatus Rom. robur uelut Romanorum 363.b
equitatu inuictus Hannibal 146.e
equitatu praeſtabat Romanus Poenis 133.g
equuleus cum quinque pedibus natus 233.f.245.f.253.i
equus C. Flaminii conſulis repente corruens, & ipſum in caput effundens 138.a
equus publicus a Cenſoribus dabatur 326.e
equus tenax non parens, frenis aſperioribus caſtigandus 325.b
equum dictatori adſcẽdere ſine permiſſu

ſu publico non licebat 153.a
equo merere, ſeu ſtipendia facere, quando primum coeperint equites Romani 57.i.k.200 f.324.c
equo rapide circumacto excuſſus Cos. T. Manlius, paullo poſt moritur 114.a
equi notae cauſſa adimebantur ignauis equitibus 165.i.200.e
equi publici, & equi priuati 200.e 222.g
equi territi uincula abrumpentes 301.e.f
equi unde emerentur & alerentur Romanis equitibus 10.f
equorum alborũ quadrigae inuidioſae 163.a.magnificentia 94.b
equorum captorum ingens numerus 232.i
equorum commercium permiſſum 600.f
equorum diſpoſitorum celeritas 298.i
equorum effrenatorum uis maior 50.b
equorum hinnitus & fremitus ut excitetur 27.d
equorum in alpibus trepidatio & clamor 131.b
equorum ingentem uim abigit Hannibal 166.f
equos binos trahentium deſultorum mos 157.a
equos deiectis equitibus uacuos capientes pedites 284.c
equos uendere, quos publicos habebãt, uuicem cogunt Liuius et Nero cenſores 253.a.b
equis infrenis pugnandi ritus 50.c
erduaca urbs 251.c
erea & Triphylia Achaeis redduntur 212.g
eretria opidum uaſtatum 255.k 356.b
ergauica Romanis deditur 343.e
ericinium opidum recipitur 292.e
erigonius amnis 251.a.333.d
eritium opidum Theſſaliae a Romanis capitur 291.f
eriza, urbs, a Romanis capta 312.f
erupus & Dardas, Epirotarum praetores 226.f
eropus Lychnidum in Macedonia capit. 206.a
erroris in nomine, pernicies 128.i
errore ex alieno queſtum facientes 173.e
errore hoſtium utendum in uictoriam 209.c
erythrae Aetolorum 212.g
erythrarum promontorium 274.b
erythraeorum apud Romanos honor 317.k
ad erycem montem calamitas Carthaginienſium 128.k.132.f
eſquiliae urbi additae 10.h
eſſernini, coloni Romani 200.b
eteſiarum tempus 301.k
ethopia, Athamaniae urbs 310.b
etleua Gentij uxor 375.f
etouiſſa urbs 129.a
etruria in officio contenta timore iudiciorum 332.a
etruriae concilium 47.k
etruriae fertilitas 68.d.115.d.137.k 117.c.opes 1.b
etruriae motus metu compreſſus 203.e.204.e
etruriae praecipua opida omnia a Romanis capta 108.d.e.pacem a Romanis petunt 109.f
etruſcus uates ſenior fatum patriae ſuae prodit 59.i.k
etruſcum bellum 83.c.108.g.114.c 115.h.116.i.123.c.d.e
etruſcum frumentum 451.k
etruſci populi 166.a
etruſci, auguriorum periti 8.i.ludiones 79.d.religionibus diditi, earumque periti 56.d.eorum litteris inſtituebantur pueri Romani 108.e
etruſci Gallis ingentem pecuniam numerant 113.k.114.a
etruſci ab Aricinis uicti, inermes Romam perfugiunt 17.e
etruſci aduerſus Romanos armãtur 16 e.23.e.82.h.114.d.119.a.10.g
etruſci praedatores caeſi 16.f
etruſci Romanis formidabiles 101.g
etruſci Tiberim tranſeunt 25.a.a Romanis uincuntur 16.b.108.e.f.foedus a Romanis petunt 109.k
etruſci & Samnites caeduntur 116.b & dein.
etruſci & Veientes Romanis inſultant 23.g
etruſci & Vmbri agris ſuis pelluntur 23.e.64.b.47.h.49.i.70.b. 147.e
etruſci caeſi 108.d.112.k.123.b
etruſcorum ac Latinorum pax 1.k
etruſcorum imperium 63.h.i
etruſcorum motus coercitur 203.d.e
etruſcorum rex communiter ex xij populis creabatur 2.k
in etruſcos ac Vmbros inquiſitum aduerſus defectionis auctores 213.c
ab etruſcis Romani multa mutuati ſunt in magiſtratuum inſtitutione 2.k
euander Arcas 2.c.g
euander Cretenſis ſceleris Perſei aduerſus Eumenem miniſter 353.f 362.k.homicidij reus 379.f.g.a Perſeo occiditur ibi.
euboea inſula 247.g.288.b
euboeenſis 211.g
euboicarum ciuitatum conuentus 276.k
euboicus ſinus Coela dictus, nautis ſuſpectus 252.h
eudamus praefectus Rhodiae claſſis 299.k.300.e.f.302.g.303.c
eudieru turris 369.f
euentus belli, aequus iudex in foederis rupti ultione 126.i
euentus conſilia probare aut improbare non debet 208.g
euentus nuſquam minus quam in bello reſpondet 239.k.240.a
euentus proſper prauo conſilio geſta apud Carthaginienſes non excuſat 320.a.b
euentus ſtultorum magiſter 145.e.f
euerſa & Gallicritus Thebani a Perſeo ſublati 353.b.c
euganei ab Henetis pulſi 1.d
eugenium opidum 226.g
euhydrium opidum uaſtatum 255.k
eumenes Attali filius 264.e.Antiochi hoſtis 281.f.Ariaratis filiam uxorem ducit 317.i.mortuus creditus 353.k.379.e.f.Pergami obſeſſus 354.b.Perſea Romanis ipſe defert 352.c.prope ut uictima caeſus 358.f.g.Liuio aduerſus Antiochũ ſe ſociat 295.f.Romam proficiſcitur 306.e.f.ſollicitatur ut a Romanis deficiat 373.h
eumenis ab Romanis honos 318.a 339.b.317.k.353.k.in Romanos beneficentia 307.i.obſequium erga Romanos 304.g
eumenis acta bello Macedonico 37.e.f.g.h
eumenis caſus ac uulnus 353.e.f
eumenis & Attali fratrum regum concordia 335.e
eumenis et Attali copiae aduerſus Perſeum 349.e
eumenis & Pharnacis regum legationes Romam 334.a
eumenis imperium modeſtum 351.h
eumenis in Perſea regem ira et odium 354.a
eumenis inconſtantia 372.k
eumenis oratio in ſenatu de Perſeo 352.g & dein.
eumenis prudentia in fraterna beneuolentia conſeruanda 382.c

eumenis querella aduerſus Philippum ad legatos Romanorum 327.b. & dein.
eumenis regis induſtria aduerſus quadrigas falcatas Antiochi 305.f.i
eumenis regis oratio ac gratulatio in ſenatu Romano 307.f. eiuſdem petitio in Senatu 307.g.308.a.b
eumenis regnum infeſtatur 300.i.k 301.a
eumeni Aſia attributa 309.i.k
eunomus Theſſalorum praetor 202.k
euocati ex Veijs dij 61.a
eupalium urbs 190.a
eupolemus Aetolorum dux 310.g
euphranor Perſei dux 371.g
euphranoris praefecti Dolopum mors 358.f
euripi fretum 212.b. Graeciam mari claudit 247.g. eius ſpectaculum 384.d
euromenſium urbs 260.e
europa finiri Romanorum imperium Antiochus optat 304.c
europae Aſiaeque conuentus mirum poſt victoriam Macedonicam 273.d
europae circumiacentia Rom. ſubiecta 308.d
eurotas amnis 271.k
euryalus tumultus Syracuſis 179.i
eurylochus Magnetum princeps 207.a.c.d.445.d.exſul. 285.f. Antiochi fautor 287.e. eius mors 295.d
eurymedon amnis 266.c.301.k
euthymidas Chalcidis princeps 286.c
eurymene urbs 327.c
exauctorati qui necdum militauerant, ſed ſacramento tantum dixerant 346.a
exaugurandi ſacrata uos 13.c
excellentiae inuidia 320.g
excetra meretrix dicta 324.g
exemplum primorum ac optimatium, plebem ſecum trahit 55.b
exempla alienorum malorum nos prudentiores facere deberent 257.k 258.a
exercitus Hannibalis quam uarius fuerit 213.g
exercitus Romanus quo militum numero conſtet 91.d
exercitus amiſſi rei fiebant nonnunquam duces 184.b
exercitus a periculo liberari gratitudo 33.i
exercitus augendi ſpecies 290.b
exercitus diductio ac diſtractio pernicioſa 111.c.208.b.185.e
exercitus dirimendi aſtutia 118.b
exercitus et a caſtris, et a nauibus ſuis abductus, ut in uirtute ſola ſpem collocaret 270.b.i
exercitus ex uarij generis hominibus conſcriptus, uix ſatis fidus 279.e.f
exercitus feſſus plauſtris repetitus 51.f
exercitus imperatori rebellis 23.c
exercitus in odium imperatoris uinci cupiens 26.d.27.a
exercitus in opidis hibernare uetitus 189.i
exercitus ſibi ducem uel inuitum legit 88.f
exercitus ducisque concordiae bonum 26.i
exercitus duo conſulares in una caſtra coacti 209.c
exercitus indignatio 189.i
exercitus legendi noua ratio 109.d
exercitus pedeſtris Rom. inſtitutio 10.e
exercitus perdentium multa 97.f
exercitus per ſuam ditionem tranſmittendi merces Aminandro, inſula Zacynthos a Philippo 295.a 294.k
exercitus profligati inſtauratio 74.b.c
exercitus Romani collocatio aduerſus Hannibalem in Africa 240.e.f.g
exercitus Romani paruitas 117.f
exercitus Romani victi pudor 101.b
exercitus victi ſpecies 147.i
exercitum itineribus ac mutatione locorum ſalubriorem eſſe Q. Fabius dictitabat 117.b
exercitus Romanorum ad Cannas inſtructio 146.a
exercitus Romani quamplurimi 82.c.d.e
exercitus tres Carthaginienſium 181.f
exercitus ſuos ne deſererent, potius in acie caedi eligentes duces 184.k
exercitus ſuos Scipio ſimulacrum pugnae edere iubet 229.a
eximebant religionem augures 49.g
exiſtimationem ſibi parandi ratio 189.b
exodia quae dicantur 79.f
explorandi animi Philippi regis conſilium 207.e
exploratores Hannibalis a Scipione per caſtra Romana ducti, & remiſſi 338.b
exſecrabilis deuotio Abydenorum 246.g
exſecrationes Athenienſium aduerſus Philippum 252.a
exſecratio militum ſub Scipione 197.a
exſules fide data in patriam redeuntes, in porta ciuitatis interfecti 350.b
exſules Lacedaemonij a Nabide pulſi, Romanis ſe ſociant aduerſus Nabidem 272.f
exſulum & ſeruorum coniuratio 31.b
exſulum fides 95.f
exſulum inuidia quantum acerbitatis accendat 316.e.g.b
exſulum Lacedaemoniorum caedes ab ipſis Lacedaemonijs excuſatur 230.e & dein.
exſulum Laconicorum amicus Philopoemen 316.c
exſulum Laconicorum metus apud Lacedaemonios ibidem
exſulum reducendorum inuidia 316.f
exſulum Romanorum uirtus in bello Latino aduerſus Romanos 18.d
exſulum Thebanorũ reuocatio 368.b
exſulibus coniuges ſuae reſtitutae 374.b.i
exſulibus non omnem locum admi poſſe 357.i.k
exſilium, capitalis poena 185.b
exſilium Tarquinij Superbi 17.f
exſilio crimina nonnunquam luebantur 30.b
externa quatenus tractet Liuius 332.i
externis auxilijs proprium robur maius eſſe debet 181.k
apud exteros ut maxime latere ac fallere poſsis 107.g.b
extorum crudorum in mare projiciendorum mos ſoluente claſſe 230.a
extraordinaria cura 189.b

F

Fabiae gentis gloria 23.i. ſacrum 66.c.67.f.68.b
fabius Kaeſo & L. Valerius quaeſtores 22.i
fabiae gentis nomẽ plebi inuiſum 22.k. patribus gratum & illuſtre. 23.d. populare 24.d
fabia gens ultro Veiens belli ſibi a Senatu depoſcit. 24.e. eorum caedes 25.a.99.a
fabius unus ex Fabijs reliquus 27.i.k
fabij tres trib. milit. conſul. poteſt. 64.e
fabius Cos. ab Hannibale dictus Romanus Hannibal 202.a
fabij dictatoris cognomine Cũctatoris animi robur 373.d. cum Hannibale conflictationes 167.e.& dein. eius facetum

facetum dictum de M. Liuio praefecto arcis Tarentinae. 224. a. eius liberalitas erga patriam 142. d. prudentia ac dexteritas in ſeruando Minucii exercitu 142. f. h. prudentia amorq. patriae ingratae 143. b eius praeclare geſta 266. a. et dein. eiuſdem criminatio 142. h. et dein. religio & abſtinentia 190. g. h
fabij Maximi Rulliani, praen. Quincti uirtus 96. g. h. eiuſdem criminatio 97. b. c. d
fabius Pictor ſcriptorum antiquiſſimus 10. f
fabius praenomine Q. Gallorum ducem legatum occidit 64. d
fabij Ambuſti praenom. M. filij 64. b
fabius Max. Fabij F. tri. mil. Cos. 148. a. 157. i. eius religio 202. a abſtinentia 201. e. f. cunctatio 240. b 141. f 220. i. 238. i
fabraterni & Lucani in fidem Romanorum ſe dedunt 94. a
fabre aduerbium ſeparatum 212. k
fabri Locrenſes a militibus Romanis capti 325. b
fabrum cẽturiae in prima claſſe 93. a
fabulae Graecae 232. b. c
fabularum agendarum initium Romae 79. f
facere ſtrenue, quam dicere ſcite, laudabilius 116. a
faces ardentes in bello praelatae 50. a 82. g
faces plures per caelum lapſae 349. b
fucinus lacus 55. a
facta non dicta ducum exercitus magis conſiderat 86. e
factorum oſtentator Romulus 3. f.
factionis Barchinae poteſtas apud Carthaginienſes 125. d
factionum inteſtinarum pernicies 45. a. & dein. 315. k
factionum mala 315. i. k
falaricae teli deſcriptio 126. f
falcatae quadrigae Antiochi 305. d
falerina tribus 104. g
falernus ager 140. g. eius diuiſio 92. d
faliſcus ager populationibus uaſtatur 114. e
faliſcum bellum 82. g. 94. i. 128. i
faliſci cum Etruſcis arma aduerſus Romanos iungunt 128. b
faliſci foedus a Romanis petunt 87. k 123. e. Romanis ſe dedunt 62. f. g
faliſcorum ager populatione uaſtatus 83. f. 114. e
faliſcorum fuga ac caedes 59. e. f
faliſcorum ludi litterarij magiſtri dolus ac proditio 62. d
faliſcorum puerorum proditio 62. d. 82. g
falſa ueris permiſta, ueris ſimilia habentur 228. f
fama in maius omnia auget 130. g 216. g
fama potior Republica eſſe nemini debet 243. i. 259. b
famae celeritas 166. g. uanitas 186. e
famae damnum maximum eſſe 42. h
famae ſuae obtrectatoribus Aetolis T. Quinctius ſaluti eſt 295. c. et dein.
famae ubi ſtandum 80. c
famam alterius ſuae famae damno fugillans, ſtultus 232. b
fames 21. c. 54. b
fames Capuanorum 187. e. exercitus Punici 223. c. d
fames diuturnae obſidionis malum 176. d
fames, & ut ei proſpectum 48. c
fames etiam beſtias accendit 176. e
fames ingens in urbe 45. b
fames Romanorum in Capitolio obſeſſorum, eiuſque diſſimulandae aſtus 66. i
fames, ultimum humanorum ſuppliciorum 131. e. 154. i. k
famis uis ac rabies 21. e. f
famem natura uinci non ſinit 66. k
fame dedita Hannibali Nuceria 153. i
fame Petellini expugnantur 157. e
familia una Fabiorum totius ciuitatis onus ſubit 24. e
familiae alio migrantes, a patria repetitae 346. f. g. h
famoſa mulier, ſcortum 331. e
fanum cum luco utrumque ſanctum 248. g
fanum, templi locus 120. k
fani religio tutelae eſt 379. e
fanorum ſpoliatorum ultio 225. g
fanorum profanatio, & expiatio 67. b
farris librae honoris ergo liberatori ſuo a legionibus collatae 87. g
faſces a populo fracti 37. g
faſces ac ſecures, ornamenta imperij in tergum uſurpatorum uerſa 216. k
faſcium ac ſecurium multiplicatio 34. a
faſti & nefaſti dies a Numa facti 471. d
faſtus regij inuidia 163. a
fatale pignus imperij Rom. in aede Veſtae 191. d
fatalis Romae clades 63. g. 64. c
fati neceſſitas 10. d. 142. f. 174. f
fata in occulto eſſe ſinenda 129. a
fata uitando incurruntur 95. d
fata urbis Romae 1. k. 64. c
fatales libri 331. c
fatis debebatur Romanae urbis origo 2. a
fatigare deos uotis ac ſupplicijs 210. a
fax ingens in caelo ardens 233. f. 348. a. 366. k. 381. e. f
fax prodigioſa ab ortu ſolis in occidentem porrigi uiſa 226. i
fauces Hiſpanas Gallis iungentes 129. a
faucia curia 109. d
faucula Cluuia Romanorum amatrix 192. g
faueria opidum Hiſpanorum ui capitur 347. b
fauni aedes dedicata 277. c
fauni inſula 266. f
fauor plus quam aetas ualens 189. i
fauſtulus paſtor 2. d
fautores Perſei multantur 385. a & dein.
felix unde dictus Sylla 243. f
felſina opidum Inſubriae 265. f
feminarum in oppugnatione Lamiae opidi uirtus ac induſtria 298. d
fenectani campi 92. e
ferae beſtiae cibum ad fraudem ſuam poſitum aſpernantur 349. f
ferae clauſtris & uinculis coercitae, ferociores 282. a. 290. d
ferae latibula ſua & catulos tutantur 187. g.
feralia feſta 279. g
ferentani Romanis in deditionem ueniunt 103. c
ferentinae lucus 11. i
ferentinates populi 133. g. ius nouum tentant 275. f
ferentini pacem a Romanis petunt 111. e
ferentinum opidum de Volſcis captum 50. g. 80. h. ab habitatoribus ſuis deſertum 122. d
ferentinum Samnitium a Romanis capitur 115. g
feretrij Iouis templum 3. f. g
feriarum conſtituendarum cauſſa dictator dictus 85. d
ferire iubentis uox in multitudine irata facile exaudita 284. d
feroniae fanum 7. i
ferrariae & argentariae in Hiſpania 271. h
feſcennini uerſus 81. k
feſtinatio improuida eſt & caeca 145. h
feſti diei celebritas, occaſio capiendarum

…rum Syracuſarum 279.c.d
feſti diei negligentia 94.c
feſto die negligentia cuſtodum Anxur oppidum captum 59.d
fetialium collegium 289.f
fetialium ius unde manarit 6.c.8.d 50.e.244.k.245.a.263.i.326.c
ficana urbs capta a Romanis 8.g
fictilia Romanorum in opulentia deriſui haberi coepta 278.e
fictionum ac mendaciorum uſus in bellis 121.k
ficulnea urbs 9.g
ficulenſis ſeu Nomentana uia 38.c
ficus Ruminalis ſeu Romularis 2.b. 117.c
fidenae, Romana colonia, a Romanis deficiunt 46.b. a Romanis captae 47.i
fidenarum obſidio. 21.g. expugnatio, direptioque 50.c
fidenate bellum 4.c.46.i.k
fidenates agrum Romanum populantur 47.g. eorum a Romanis defectio 56.k.57.a
fidenates bona pars Latine ſciebant 7.b.c
fidenates colonia Romana 7.a
fidenates & Veientes aduerſus Romanos conſpirant 49.b
fidenates fuſi ac caeſi 49.h.i.339.h
fides cum fortuna mutabilis 95.d. 218.a
fides habita, fidem ipſam obligat 142.a.b
fides, poena exſoluta 76.c
fides publica priuatis difficultatibus potior 84.k
fides uiolata a Gallis 129.f.g
fidei commendatio 62.g
fidei damnum maximum eſſe 42.b
fidei regnum Hannibal parum fidebat 332.b
fidei ſocialis obſeruantiſſimi Saguntini 126.c
fidei ſollenne a Numa inſtitutum 5.g
fidem cum fortuna facile mutant Barbari 142.a.215.a
fidem unde ne ſperes, ubi ſeruituti eum eſſe uelis 94.g
fidē iuratis captiuis ſuis Romanis Hānibal habet, dum redemptionis pretium quaeſitum eunt 149.a
fidior, oris 334.d
fiduciae mirae exemplum in magiſtratus publici percuſſore 263.i.k
fiduciaria Corinthi traditio 261.b
filia per patris iuſſu ſuo caeſi corpus carpentum admitti iubet 11.f.g
filius ab hoſtibus ſine pretio receptus, inuidiae Scipioni eſt 320.e
filius aduerſus patrem dignitatem ac reuerentiam magiſtratus illaeſam ſeruans 171.k
filius a patre ſecuri percuſſus, quod iniuſſu ſuo, licet feliciter, pugnaſſet 48.f.g
filius Ariarathi regis Romae educatus 354.c
filius cuius pater in hoſtium poteſtate eſſet, trib. pleb. aut aedilis eſſe iure non poterat 203.c
filius dolo patrē falſo criminans 12.d
filius ex captiuitate aegroto patri reſtitutus ſalutem illi affert 304.g
filius iuſſu patris occiditur 358.g
filius patris imago 60.d
filius patri longe diſpar in fide colenda 152.a.e
filius patrem referens 125.g
filij caritati publica utilitas praelata 97.g
filij de morte ſuſpectus Hiero rex 157.f
filij deſiderio Philippus emoritur 344.k
filij erga durum patrem animus piiſſimus 79.k
filij honor patrem uellicans 333.b
filij mors repentina patrem ab inſtituto non reuocat 16.a
filij Paulli, Aemilij praemature ambo e uita erepti 387.e
filij pietas erga matrem 22.e
filij ſcelere interrupti dolor apud patrem 343.a.c
filium pater caedit, eiuſque peculium Cereri conſecrat 22.i
filij principum accuratius inſtituuntur 62.d
filiorum calamitatis dolore pater ſe laqueo ſuſpendit 355.i.k
filiorum uitia cum natura ingenita, quomodo patres tractare debeant 79.i
filios ipſe pater ſupplicio affici iubet 15.d.91.b
filijs iniquior pater in iudicium uocatus 79.i
fieri hoſtia, hoc eſt ſacrificari 170.e
fimus bubulus pro lignis 313.f
fines paullatim proferendo priuati de agro publico adimunt 351.a
finium lis inter ſocios, turpiter a Romanis deciſa 42.f & dein.
finium iure quaſdam cauſſas uelut diſceptari 278.h
firmani, coloni Romani 206.b
flaccus Valerius Rom. legatus ad Carthaginien. in cauſſa Saguntinorum 126.k
flagitijs unum addit Philipp. Macedo 205.b
flamē dialis abnoctare nō poterat 67.i
flamen dialis aſſiduus creatus 5.d.e
flamen dialis inaugurari cogitur C. Valerius Flaccus 199.e
flamen dialis iurare in leges non poterat 254.c
flamen Martis 5.e
flamen Quirini 5.e
flamen Quirinalis dicto audiens pontifici maximo iubetur eſſe 307.e
flaminibus ſenatum ingredi licere deſierat 199.d.e
flaminia prata olim, nunc Circus Flaminius 38.i
flaminij caeſi corpus non inuentum 138.b
e flamma aurum rapientes ambuſti milites 216.f
flamma circum caput cōcionantis Marcij fuſa 221.d
flammis in prioris nauium praelata terrorem hoſti facit 299.i
flammis collucens acies 310.k
flauia lex 99.b
flauij Lucani defectio ad Poenos 177.e.f
floronia & Opimia Veſtales ſtupri compertae 148.i
flos exercitus lectus, duplo etiā quam alij ſtipendio 80.g
flumentana porta 73.c.280.f
flumine ſecundo ſatis obſeſſis [illegible] ratio 254.i.k
fluuiatilis pugna 125.k
fluuius cruentus fluens 193.k
foedus cum Carthaginienſibus tertio percuſſum 120.i.k
foedus inter Romanos et Carthaginienſes a conſule C. Lutatio ictum Romani irritum habuere 128.d
foedus cum Romanis ictum Philippus rex bis quotidie relegebat 372.c
foederis rupti expiationis ſpretae malum 106.a.b
foederis rupti ultores dij 75.f.121.f.126.g.h.142.f
foederis rupti ultio 90.e.f.100.d
foedera Hamilcaris ſcripta manu 132.f
foedera omnia eodem modo fiunt, ſed alia alijs legibus 6.c
foederū feriendorum ritus 6.c.326.d
foederum inter Romanos & Carthaginienſes diſceptatio 128.d.e
foederum tria genera 377.i.k
foederum uiolandorum artifices callidi Romani 102.a

foederi-

fœderibus paciſcendis tunicae nonnũquam in milites exigebantur a uictis 109.k
femina fœminas ſpolians 261.h
femina, turbae initium 11.b
feminae captiuae memorabile facinus 314.k
feminarum concitatio Romae de Oppia lege 267.h & dein
feminae coguntur cibaria in caſtra ferre 375.g
feminae etiam & pueri urbem propugnant 215.b
feminarum dolor a Thraſimena clade 229.d.e
feminarum honeſtarum preces non inerſundae 269.a
feminarum uirtus 27.b
feminis magiſtratus contingere nõ poſſunt, munditiae poſſunt 269.e
feminas ſuas ac pueros caedentes ipſi ciues ut ne in hoſtium manus uenirent 216.e.f
fenebris rei cura apud conſules 83.g
fenebres leges 280.e
feneratio uetita 89.a
feneratoris libidinoſi inaudita impotentia 90.b
feneratoribus dies dicta 85.d. quidem multa dicta, et quid ex ea pecunia factum ſit 117.c
in feneratores iudicia exercita 286.k
fenoris coertio 269.d
fenoris iniuſti malum 351.h
fenoris moles in plebe Romana 72.f 74.i.k. leuatis 280.c
fetus inſuetos animalia edere, portentum 217.h.i
fontinalis porta 280.i
fons Herculis cruentis maculis fluens 127.f
fons ſubterraneus 164.d
fores medium in quas tribuni militum ingrederentur, percutiendi mos 76.d
fores ex aede Lunae ablata, & templo Cereris affixa, tempeſtate 334.b
fori ornandi in ſupplicationibus cõſuetudo unde manarit 109.b
fori in Circo facti 13.a
fori, loca in ludis ſpectandi 9.b
fori piſcatorij tabernae 343.g
fori publici 252.b
formae muliebris potentia 45.b
formiana ſaxa 140.k
formianis ciuitas ſine ſuffragio data 93.b. ſuffragij ius accipiunt 317.b
formoſiſſimae uirgines patribus deſtinatae in raptu Sabinarum 3.b
fornicem ante Capitolium excitat Scipio Africanus 298.b
fornices duo in foro boario ex manubijs Hiſpanicis facti 263.b
fortis fortunae aedes Romae 124.k 199.e
fortium uirorum omnia eſſe 64.d
fortes fortuna iuuat 96.e.275.c
fortuna belli uaria 193.d.e
fortuna bona, et bona mens, raro ſimul hominibus dantur 241.i
fortuna conſilium, uirtutem, ac rationem ſequitur 50.i.60.h
fortuna equeſtris 341.i
fortuna ex ſummo retro uolui ſolet 387.b
fortuna fortes adiuuat 96.e
fortuna nimis beata, nonnunquam malos exitus habet 61.c
quem fortuna numquam decepit, haud temere incerta caſuum reputat 239.b
fortuna plus humanis conſilijs pollet 377.e
fortuna Primigenia 272.e.367.a eius aedes
fortuna Romam tuetur 29.b
fortuna ut habenda 387.d
fortuna utraque pares animos habent Romani 306.c
fortunae aedes 174.k. de caelo tacta 203.b
fortunae equeſtris aedes ſplẽdidiſſima 342.f. 351.d
fortunae facies mutata 67.a
fortunae muliebris templum Romae 22.g
fortunae mutabilitas 379.e
fortunae proſperae & aduerſae commiſtio 387.d.e
fortunae ſerenitati nimis confidendum non eſſe 363.d
fortunae ſeu fati uis 64.i.103.g
fortunae ſponſionibus inſatiabilis humanus animus 45.k
fortunae tenuis euectio 185.k
fortunae maximae minime credendum 240.a
fortunam magnam parare, difficile eſſe 166.i
fortunam ſibi ipſe faciens 330.i
fortunam ſuam ignorantis ſtultitia cõmiſeratione indigna 379.e
cum fortuna barbari fidem mutant 202.g
cum fortuna mutatus animus 368.g
forum piſcatorium 291.b
foſſa Cloelia 5.k
foſſa Graeca in agro Campano 223.a
frater fratrem regni ergo tollit 374.k
frater Horatius ſororem ſuam coram omnibus occidit 6.h
frater maior minori auxilio eſſe debet 337.a.b. minorem in officio contine 380.f
frater minor prae maiore regnans 372.h
frater non filius apud Numidas in regno ſuccedit 230.g
fratris in fratrem fraus 334.i
fratris pro fratre ſtudium uel neglecta dignitate 312.i
fratres de regni contentione diſſentientes 130.g
fratres diſſidentes, metu communis hoſtis conciliantur 278.e.f
fratrum impiorum infelices euentus 382.d
fratrum inter ſe collaudatio 11.f. inter ſe concordia 297.g
fratrum inter ſe duorum de imperio monomachia 216.b
fratrum inter ſe infidelitas 353.g
fratrum regum concordia quam utilis, & contra quam pernicioſa diſcordia 382.d
fratrum tergeminorum Albanorum ac Romanorum certamen 6.e.f
fratrum ultus minime inuicem frater 335.a
fraternae diſcordiae malum 335.e
fraus ac dolus, ars minime Romana 12.e
fraus capitalis noxa 153.e
fraus fidem ſibi in paruis praeſtruit, ut poſtea magis fallat 221.a
fraus fraude eluſa 204.i.k
fraus in Rempublicam commiſſa diſſimulata 173.e
fraus ſeipſam nonnumquam detegit 372.a
fregellae occupantur 102.c. recipiuntur 106.f
fregellas colonia deducta 94.g
fregellani agri populatio per Hannibalem 223.f
fregellani, coloni Romani 200.b
frenare clauſtra maris 300.e
frenorum equis detrahendorum mos in pugna 82.k.96.f
freſilia Marſorum urbs 112.f
fretus cum dandi caſu, freta ſocietati 94.e
fretum & aeſtus in mari arbitrium moderandi naues adimit 218.f
Fricium opidum Theſſaliae ex Romanis capit 291.f
frigoris & famis incommodum in exercitu 135.a

friniates Ligures ſubacti 321.i.k
fruges mutato ſolo ac caelo degenerāt 313.d
frugum inopia prae ſiccitate 408.d. 37.d.54.a
frumentarius diues 46.f
frumentarij, & frumenti inopia 451.b
frumentarij ob annonam compreſſam multati 316.k
frumentum duplex militibus datum 309.f
frumentum hoſtium demunt Romani 366.b
frumenta ex agris in urbes conuehuntur 158.a
frumentum populo uicatim deſcriptū 238.b
frumentum pro uectura nautis relictū 241.i
frumentū a foederatis Romani petunt, ſed pro quo pretium ſoluant 205.b
frumentum unde peterent Romani 47.g.54.a.b
frumenti inopia 21.e.*releuata* 25.e
frumenti per fluuium mittendi ratio 154.k
frumenti utilitas 244.e.253.b
fruſinates male a Romanis multati 111.k
fuat, pro fuerit, antique 176.f
fuga non ſemper felix 212.f
fugae militum in acie ſiſtendae ratio 18.d
fugae & receptus ſpes militibus nunquam adimenda 300.c.d.e
fugientis exercitus Antiochi turba et calamitas 304.i.k
fugientes ex acie milites partim a ſuis trib. caeſi, partim minis & uerberibus in aciem redire coacti 304.i
fugientes impares ſe hoſtibus uelut fatentur 212.f
fugientium e bello calamitas 377.g
fugitiui milites puniti 60.g
fulmen Ioui factum aureum L. pondo 137.g
fulminis prodigia 263.i
fulmine ictus Romulus Siluius 2.a
fulmine icti aliquot homines 144.k
complures milites 119.d
fulmine multa tacta 164.c.174.k
fulminum procella 342.g
fulminum procurandorum atque eliciendorum ratio a Numa praeſcripta 5.g
fuluius cōſul. uide M. Fuluius nobilior
fuluius praetor populo Reipub. neceſſitatem indicat 161.f
fuluij fama ſeneſcens 203.b
fumi indicium 129.i.255.g
funſulae opidum 166.d
fundae praeualidae deſcriptio 215.k
fundanorum dux Vitruuius Vaccus 94.a
fundani in Romanorum poteſtatem ſe dedunt 48.g
fundanis ciuitas ſine ſuffragio data 93.b
funditores maximi 220.b.226.a
funditores uelut nimbum immittentes ſagittas & glandes 291.b
funditorum in bellis momentum 315.i
funebres laudationes matronarum unde manarint 67.c
funebres laudes hiſtoriam rerum nonnunquam uitiant 98.b
funebres ludi 253.a
funebria iuſta a Numa inſtituta 5.e
funus conſulis quadrātibus a plebe collatis curatum 31.g
funus hominis mortui perſecutis muliſum datum 421.e
funus hoſtis celebrat Hannibal
furculae Caudinae 99.f.*earum clades* 174.f
furiae genti Gallicae bella fato data 253.a
furij, idem & Fuſij 28.e
furij legati caedes 28.b
fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut praeſidio decedit 157.b

G*Abinus cinctus* 91.b
gabij dolo capti a Tarquinio Superbo 12.f
gabios Romani recipiunt 121.b
gadibus excluditur Mago 219.k
gadibus Herculi uota exſoluit Hannibal 128.b
gaditana proditio detecta 218.d
gaditani ad Romanos tranſire affectant 216.b. *Romanis deduntur* 220.a
eorum indignatio aduerſus Magonem 219.k.220.a
gala Maſſanſae pater 173.d.230.g
Numidarum rex 202.k
galbus Carpetorum dux 156.e
galeae ad quid criſtatae 109.f
galeagra turris 179.d
galeria tribus iuniorum 198.b
galeſus fl. 175.i
gallia olim Ariminum dicta 303.b
galliae fertilitas 63.k
galliae per mediterranea Hannibal in Italiam proficiſcitur 230.g
gallicum bellum 78.f.81.e.f.84.a
gallicus tumultus 81.f.*Romanis ſemper formidabilis* 94.d.114.a 118.b
gallicus tumultus a Macedonico bello Romanos in ſe uertit 245.d
gallica arma, et ornamenta 66.i
gallica bella Furiae genti fato data 253.a
gallica ſpolia 80.k.153.d
gallicis bellis Ligurum bella cōiuncta 296.b
gallina in marem uerſa, & contra 137.g
gallograeci milites 209.a.303.b. 312.a.b.313.d.319.e.171.e.d
gallus & Galla uiui ſub terram in ſacrificium demiſſi 262.c.d
galli cuiuſdam Boij perfugae miserandus exitus 331.f
galli praepotentis cuiuſdā audacia aduerſus Romanos 80.k
galli praeferocis cuiuſdam pugna cum M. Valerio Coruino 84.g
gallorum deſcriptio 66.a.200.b
gallorum genera tria 313.a
galli, animis indomitis 312.b.320.a
aeſtus impatientes 276.c.279.k
armati in concilium ueniunt 128.f
armorum auidi ſunt 127.i.k.*auidiſſima rapiendi gens* 315.f
auri auidi 128.g.*bellicoſi* 299.a *cātāt, acclamāt in bello* 95.a. 129.k
feri ac feroces ſunt 320.g.361.a 285.k.*impetu feriuntur, & morae impatientia* 82.a. 107.e.279.i 313.c.*nudantur in bello* 314.c.*intolerātiſſima laboris corpora* 137.i.209.i. 276.d.e. *magno corpore ſunt* 80.k.319.e. *pugnaces* 63.k *religioſi* 66.c.d. *religionem uiolāt* 343.a *robuſti* 236.e. 301.a.312.k *terribiles* 313.b.*& dein.*
galli Alpes incolentes 130.f.g
galli Alpes tranſcendunt, & repelluntur 343.k.63.b.i.k.64.a
galli trāſitū Hānibali pmittunt 129.a
odiſſe Hannibalem incipiunt 137.f
galli inopia agrorum extorres in Aſiā penetrant 313.e
galli Aſiae terribiles 313.a.317.c.d 262.i.266.d
galli Boij triumphati 296.d
galli Brenno duce Romā capiunt 641.d.*& dein.*
galli Brenno duce ad Dardanos penetrant 312.k
galli Brixiani 129.f
galli Delphos ſpoliare uolentes, tempeſtate repulſi 343.k

galli

galli ex eſſedis & carris pugnantes 344.k
galli, Etruriae noui accolae 60. d. Aſiae accolae 349.g. Macedoniae incolae 385.a
gallorum & Etruſcorũ pactiones 113 k, 114.a
galli Inſubres 265.d.276.a
galli fanatici deum matris ſacerdotes 298.h.313.h.i
galli mercenarij milites in exercitu Hãnibalis 129.g.156.k. Antiochi 75.b. Haſdrubalis 206.g. Gentij regis Illyriorum 366.b. Perſei regis Macedonum 369.b.371.i. Magonis 223.b. Poenorum ſeu Carthaginienſium 175.f. Rhodiorum 262.e 115.b. Tuſcorum 115.b. auxiliares inter Romanas copias 129.g
galli multi nobiles triumphati 262.i
galli, nudi ſupra umbilicum in Cannenſi pugna 177. a. non niſi in pugna nudantur 314.d
galli Romanis ignoti 63.g. a Romanis ſollicitati, ne Poenis tranſitum dent, riſu Romanos excipiunt 128.f
galli ad Romanos inclinant aduerſus Poenos 134.e.g.224.i.k. pollicentur 371.i
galli a Romanis auertuntur 81.b
galli aduerſus Romanos feroces 112.i
galli in armis ius ſe ferre Romanis reſpondent 77.b
galli ius gentium erga Romanos uiolant 129.f
galli Romam infeſto agmine petunt 64.f.81.b
galli Romanorũ oſores 240.g.319.h Romanis terrori ſunt 64. i.94.d 110. a. 209. b. cum Romanis pugnant 276. c. d.e. & dein. 314. b. et dein. a Romanis ſuperantur 201. b.66.b.67.a.84.h.118. k. 119.a 196.g.314.c
galli ſinguli a ſingulis Rom. uicti 313.c.d
galli pacem ab Romano conſule petunt 315.g
galli trans pontem Anienis caſtra metantur 80.b
galli ciſalpini a Romanis deficiunt 371.i
galli tranſalpini in Venetiam tranſgrediuntur 326.b. opidũ in agro Aquileienſi moliuntur 331.i. Marcello ſe dedunt 333.d
galli Tuſcos expellunt 309.b
gallorum aduerſus Romanos iniurios modeſtia 31.e
gallorum enſes 246.b
gallorum fuga ac clades 80. k. 84.e 159.g.247.e.271.g. 313.i.314.f 315.e.374.g
gallorum in bello multitudo 84.e. in bellis conſuetudo 118.e
gallorum in diripienda urbe ac incendenda moderatio, cautioque 65.f
gallorum militum modeſtia aduerſus fallacem nuncium 374.b
gallorũ querimonia in ſenatu de Marcello conſule 333.d
gallorum, qui ad Poenos defecerant, agri populati 213.d
gallorum ſeditio, & rurſus coitio 313.a
gallorum Senonum uictoria aduerſus Romanos 118.b
gallorum uires conſul aduerſus eos pugnaturus, apud milites ſuos eleuat 313.e
gallis non fortuna modo ad Alliam ad erat, ſed etiam militaris peritia 64.h
gallis leges ac fines a Manlio conſule praeſcribuntur 318.a
gallos belluas uocabant Romani 84.b
gallos primo impetu ardere 118.e
gallos ulciſci nolunt Romani, donec Hannibali occurrant 156.b
gallos Hãnibal ſibi donis cõciliat 129 a.113.d
de Gallis uictoria Romanorum, gratior Aſiaticis populis erat, quam de Antiocho 317.c.d
ganymedes praefectus Ptolemaei, proditor 246.g
garitenis mors 258.a
garuli pop. cis Apenninum 348.f
gaudio repentino perinde ac luctu exſpirantes feminae 139.a
gaulotus regulus 314.b
gaureleos portus Andri inſulae 251.b
gaurus mons 86.c
gaza Perſei Pellae in mare deiecta 370. k. per urinatores extracta ibidem
geganij Albani 7.b
gellius Egnatius Samnis 115.g.116.b eius caedes 118.k
gelo, Hieronis regis filius maximus natu a Romanis deficit 157. e. eius mors. ibid. & 163.a
gemini infantes expoſiti, a lupa aliti 2.b
geminorum inter ſe fratrum contentio 2.d
geminius Metius Tuſculanus 90.i
generi inuidia ſoceri ſublati 334.d
generoſius eſt quidq. in ſua ſede 314.f
generoſitas militum Romanorũ 158.i
geneſius amnis 338.b
genio deo hoſtiae maiores caeſae. 136.i
gens uicta, translata 229.k.230.a
gentem ſimul totam periculo obijciendam non eſſe 338.a
gentium diſcrimina confundenda non eſſe 5.f
gentium mores uarij 383.c
gentilicia ſacra 67.f
gentis Illyriorum rex 342.b. & dein. Romanis ſuſpectus 355. e. eius in bello Macedonico animus 356.h eiuſdem regia 367 k. eum ſibi adiũgit Perſeus 368.c.d.373.f
gentius Romanorum legatos ad ſe miſſos in cuſtodiam conijcit 74.e liberantur 374.e.375.e.f
gentius in praetoris Ro. poteſtatem uenit 375.d.380.a
genua a Magone capitur 253 b. aedificatur 233.d
geraeſtus Euboeae portus 252.d
geraeſticus Teiorum portus 303.a
gergithum Ilienſibus attributum 317.k
gerion urbs a ſuis deſerta 141. c. horreum Hannibalis 142.e
germani Alpes ſuperant 64.a
gerundium cum caſu ſui uerbi 176.f
gerrhunium caſtellum capitur 248.g
geryon ab Hercule caeſus 2.d
giſgo Hannibalis legatus 65.b
giſgo pacem cum Romanis diſſuadet 241.g
glabrioni prima omnium ſtatua aurata in Italia poſita eſt 340.e
gladiatoris armorum uſus 470.i
gladiatorium munus datum 253.b 350.c
gladiatorium munus Graecis exhibitũ, primo magis terrori fuit, quam uoluptati 348.i
gladiatorium munus Scipio edit, uarũ, & illuſtre 216.a
gladiatorium ſpectaculum ex captiuis montanis Hannibal ſuis militibus exhibet 132.f. & dein.
gladiatorũ ſpectaculi foeditas ſcorto per indigniſſimum facinus exhibita 331.e
gladiatoriũ ſpectaculũ magnũ 331.h
gladiatorium, ſubſtantiue 375.e
gladij praelongi 305.e
gladij diſcingendorum militum nota 234.e
glarea marginatae uiae 350.e
gliſcens ſeditio 351.f

gloriae cupiditas 183.k.210.e.221.k
gloriam qui ſpernit, conſequitur 24.c 145.g
gomphi pop. 251.c.256.a.291.f
gonni opidum 291.a
gordiutichos 312.e
gordium opidum 313.b
gorgopas Gythei opidi praefectus ſocium ſuum Dexagoridam interficit 273.c
gracchus Cluilius Aequorum princeps 33.a
gradus a Tiberi in adſcenſum emporij facti 350.f
gradus honorum adipiſcendorũ 143.a 198.b.254.b
graeca calliditas 359.f
graecae res 238.i
graeca gens, omnium eruditiſſima 324.b
graecae fabulae 222.c
graecarum artium opera quando primum mirati Romani 183.b
graecarũ urbiũ a Romanis liberarum eſſe iuſſarum catalogus 264.d.i
graecas res perſcribit Liuius 238.g.h 286.g
graecas urbes Poeni tentant 162.a
graece peritus Paullus Aemil. 379.k
graecia maior 244.i
graeciae amator atque adeo liberator T. Qu. 295.d.e
graeciae aſſertores Rom. 262.g.273.i 276.h.i.278.b.c.282.a.283.a.b 284.k.292.f.g
graeciae bella inteſtina 84.k
graeciae ciuitatum auxilia Romanis data aduerſus Perſeum 362.b
graeciae compedes 261.b
graeciae conuentus ad Iſthmia 244.g
graeciae cum Romanis pax 226.b
graeciae & Aſiae illecebrae 268.e
graeciae libertatis diſceptatio 244.b
eius libertatis indicium 287.b
graeciae magni ludi 385.f 295.e.f.g.211.f.h.359.a
graeciae quies ac gaudium de libertate ſua 244.i.271.b
graeciam circumit Paullus Aemilius 300.f.g
graecus et Graeca uiui ſub terrã in ſacrificium demiſſi 147.k.148.i
graeci ſermonis ubertas 200.d
graeci etiam imperatoris nomen in rege ſuo uſurpant 287.e
graeco ritu ſacra facere 144.g
graeci aliquando rerum potiti 308.b
graeci in poteſtatem Romanorum ueniunt 95.i
graeci Italiam mari infeſtant 112.a
inde arcentur 84.i
graeci lingua magis quam factis ſtrenui 94.i
graeci Romanorum ſignorum et armorum inſolentes 252.c
graecorum animi liberi nati 308.b
graecorum leges ſibi deſcribendas Romani curant 34.c
graecorum moris curam non magnopere habent Romani 294.c
graecorum monita a T. Quinctio de Graecia decedente 276.f.g.h
graecorum mors in conciliis 257.f
graecorum obſtinatio in obſidenda Troia 57.b
graecorum per colonias, Romani pacatum iter faciunt 318.e
graecorum principum tria genera in Macedonico bello & eius fine 385.a.b
graecorum res, a Romanis neglectae, Aetolos male habent 326.d
graecorum Romanis ſubactorum inter ſe diſſidia 385.b
graecis Cumanis permiſſum, ut publice latine loquerentur 342.b
graecis litteris inſtituebãtur pueri Romani 108.d
graecos bello petunt Romani 64.d
graeculus ſacrificulus ac uates 324.b
graeci belli cũ Antiocho finis 295.b
graminea corona obſidionalis 87.g
gratia obloquendo quaeſita 288.c
gratiae uis, non aequi 33.k
grauiſcae colonia deducta 339.f
greges ſine cuſtode paſcentes, & ultro ad ſtabula redeuntes 162.i
gregarij milites ſeditionis auctores in exercitu P. Scipionis in Hiſpania 152.b
grumentum opidum obſidetur 207.k
gubernandum e terra non eſſe 339.b.c.d
gubernatoris opera maxime in tempeſtatibus neceſſaria eſt 163.a
guluſſa Maſſaniſſae filius 354.i.364.k
in gymnaſiis Graecorum inambulare Romanis imperatoribus indecorum 328.f
gyrto urbs 290.i.361.k
gytheum opidum 273.b. Romanis deditur 273.d.274.c.a Nabide tyranno oppugnatur 283.c.284.a

H

Habere bonum animum 361.a
habitus mentiti uelamentum 108.g
habitus ſeruilis mendacium 233.i
hadrumetum opidum 239.d
hala Seruilius mag. equitum 52.i
haliacmon fl. 361.c
haliartum oppugnatur 362.e
halicarnaſſenſes 262.i
halys fluuius 313.b
halope capta 361.k
hamae urbs 158.g
hamilcar, Hannibalis pater 125.d. Mars alter 126.i.a Ro. uictus 132.f
hannibalem iureiurando adigit hoſtem Romani populi fore 261.f
hamilcar Bomilcaris filius 161.b.
hamilcar Giſgonis filius Sempronio traditur 134.e
hamilcar Poenus claſſem in Sardiniã traiicit. 158.k. nouo exercitu collecto praeter omnium ſpem graſſatur. 245.d. in triumphum traducitur 263.b
hamilcar praefectus praeſidij Locrenſis 225.d
hamilcaris magni clades 171.b 259.k
hamilcaris progenies inquieta 126.g
hamilcaris mors 247.f
hannibalis ad Spoletum clades 252.a
hannibalis negligentia 148.g
hannibalis uirtutes, ac uitia 125.c
hannibal Carthaginienſium dux 125.a
hannibal a praefectis praeſidij Capuani acriter arguitur 187.c
hannibal ab Italia ut abſtrahatur 221.g
hannibal ad Antiochum perfugit 241 h.267.f
hannibal admirandus 313.g
hannibal adoleſcens nobilis 143.d
hannibal altero oculo capitur 138.e
hannibal anno toto quietus 213.g
hannibal bello ſe uictũ fatetur 241.c
hannibal Carthaginẽ reuocatur 237.g
hannibal Carthaginien. inuiſus 194.k 195.a
hannibal cladem ad Nolam accipit 154.b
hannibal colloquium cum Scipione habet 239.d.e
hannibal commercio Villij Romani uilior Antiocho eſt factus 281.g
hannibal cum Scip. primum confligit 133.b
hãnibal curas et copias partitũ 128.b.i
hannibal de Cumis fugatur 159.d
hannibal domi a Romanis accuſatur concitandi Antiochi crimine 267.b
hannibal dubitat, an in Italiam ire pergat 130.c.d
hãnibal e naui pugnãs 302.b.k. eius fuga

ga 302 b.
hannibal exercitui ſuo ſpectaculum nouum exhibet 132.b
hannibal et fama, et uiribus ſeneſcens 223.g
hannibal & Marcellus pares 204.c
hannibal exitum uitae ſuae proſpiciebat 332.g.h
hannibal Fabij artibus utitur 142.f
hannibal fugatur 159.g
hannibal Gallorum animos occupat 128.g
hannibal Gallorum inſidijs petitur 117.e
hannibal Herculi uota exſoluit 128.b.c
hannibal imperator primum ſalutatus 125.e
hannibal incolumi exercitu ex Italia in Africam tranſuehit 239.b
hannibal in femore uulneratur 126.d
hannibal in Hiſpaniam mittitur 125.g
hannibal iracundus erat 151.k
hannibal magnam militum partem in trāſcēdis Alpibus amiſit 108.k
hannibal Marcellum coſ. fugit 197.b
hannibal, maximus Romanis terror 290.d
hannibal, natus hoſtis Romanorum 281.c
hannibal non a Romanis, ſed a Senatu Carthaginienſi uictus 237.g
hannibal non contemnendus 221.b
hannibal nouennis aduerſus Romanos odium iurat et hoſtilitatem 125.c. 290.d
hannibal nouennis domo profectus 241.f
hannibal numquam ullum erratum ob rectorum ſibi ducum temere abire permiſit 163.f
hannibal obſidionem Romae ſoluit 187.a
hannibal odio Romanis erat 220.e
hannibal pacis uelut condiciones Scipioni proponit 240.b
hannibal praetor 266.k
hannibal qua aſtutia auaritiam ſuam texerit 172.a
hannibal qua tranſierit Alpes 131.i
hannibal quam cito in Italiam uenerit 127.b.c
hannibal quattuordecim annos in Italia fuit 243.i
hannibal quincto menſe a Carthagine noua in Italiam uenit 245.b
hannibal rerum ſuarum monumentum Punicis litteris inſculptum, aram Iunoni Laciniae dedicat 223.c
hannibal rerum urbanarum inſolens, belli peritus 241.g
hānibal Romam caput belli petere pergit & dein. 186.a
hannibal Romanorum legatos non admittit 126.a
hannibal Romanis cunctationem opprobrat 139.i.k
hannibal Romanis portis obequitat 186.d
hannibal Romanos captiuos multos Graecis uendidit 273.c
hannibal ſauciatur 126.d.135.b
hannibal ſe depraedicat 133.a
hannibal ſenex in patriam reuerſus, unde puer egreſſus erat 239.g
hannibal ſibi in primis cōſulit in foederibus cum populis ad ſe deficientibus ſanciendis 158.c
hannibal ſimul et Romani copijs in aciem pro Roma eductis, imbre pugnare prohibentur 187.b
hannibal ſua fraude captus 104.k
hannibal tamquam furia ac fax belli 135.d
hannibal Tarentinis admirabilis 175.k
hannibal ter Romanos uicerat, cum Philippus Macedonū rex ad eū legatos mitteret 158.b
hannibal tranſitus quoſdam pretio emit 156.k
hannibal 36. anno poſtquam Carthagine profectus eſt, eo reuocatus 241.c
hannibal ubi ſit, ibi caput belli eſſe 221.g
hannibal ubi ſit, pacem ibi Romanis eſſe non poſſe 306.d
hannibal uelut obſeſſus 254.e
hannibal uictus & Scipio uictor iterum committuntur Antiochi bello 297.f.h
hannibal uincere ſciebat, non uictoria uti 147.i
hannibal uires ſuas omnes in unum cōtrahit 210.d
hannibal uix pubes militiae aſſueſcit 125.f
hannibal urbem obſidens, tabernas argentarias, quae Romae in foro erāt, in caſtris ſuis uendit 186.k
hannibal unus intolerandus Italiae hoſtis 157.i
hannibal uno proelio aduerſo ictus, timidior factus 303.b
hannibalis a Tarento capto ad populum concio 175.b
hannibalis acies aduerſus Scipionem 240.g
hannibalis ad Scipionem oratio 239.g
hannibalis aduerſus Romanos indignatio 132.a
hannibalis agmen 131.c
hannibalis animus in auaritiam et crudelitatem praeceps 193.f. in diuerſa diſtractus 184.b.d
hannibalis anguſtiae 146.k
hannibalis anxietas de Capua perdita 193.f
hannibalis apud Antiochum regē pretium 277.e.f. 278.e. contemptus 281.e. conciliatio. ibid.
hānibalis artes, fraus, aſtutia, & inſidiae 131.c.162.e.204.c.267.c
hannibalis aſtus in eliciendo ad pugnā Fabio dictatore 140.i
hannibalis aſtutia in inuidia Fabio conflanda 142.d
hannibalis auaritia & crudel. 149.e. 172.a
hānibalis aſtutia in militum animis ſibi conciliandis 125.g.129.h.i
hannibalis auctoritas 126.g
hannibalis clades 155.h.i.85.c.201. c.d.207.b.238.f
hannibalis clementia in captiuos Italici nominis 160.f
hannibalis comitas, ac pollicita 152.e
hannibalis condicio in Italia 145.c
hannibalis cōuiuium apud Campanos, ipſi periculoſum 152.e
hannibalis copiae Iberum tranſuectae 129.a
hannibalis copiae in Italiam tranſgreſſae 121.i
hannibalis copiae aduerſus Flaminiū 137.g
hannibalis copiae 35. c. millia hominum 126.i
hannibalis criminatio in Senatu Carthaginienſi 126.i
hannibalis crudelitas 172.a
hannibalis cum Scipione primum in ingreſſu Italiae dimicaturi concio ad milites ſuos 132.g
hannibalis de ſe iudiciū 132.k.133.a 137.g.168.e.f
hannibalis de ſe purgatio apud Antiochum 282.f
hannibalis deſiderium apud Carthaginienſes 234.i
hannibalis eleuatio per Thoantem Aetolum apud Antiochum regem 287.a
hannibalis errata 154.g.h
hannibalis & Verminae Syphacis filij uictorum nuncium Romae apertum. 242.b
hannibalis ex Italia depellendi glori 221.a

hannibalis exercitus malis indomitus luxuria emollitur 134.f
hannibalis exſilium 321.e
hannibalis fama Romae 132.b
hannibalis fauor in ſenatu Carthaginienſi 126.i.k
hannibalis fratres ambo caeſi 239.k
hannibalis fraus 185.a
hannibalis fraus in adulterinis litteris confingendis 202.a
hannibalis fuga ac clades 129.a 241.e
hannibalis fuga e Carthagine 267.e
hannibalis humanitas erga ſeminecem hoſtem 154.b
hannibalis iamiam uenenum hauſturi uerba 173.d
hannibalis in acie inſtruenda peritia 241.e
hānibalis in Africam appulſus 228.f
hannibalis in Italiam iter 130.f.g
hannibalis indoles 125.f
hannibalis inopia 134.a.144.b. 243.i.k
hannibalis inſidiae detectae 146.b
hannibalis introitus in Capuam celebratus 152.k
hannibalis Italia decedentis exſecrationes 237.g
hannibalis iter in Alpibus 243.k
hannibalis iudicium de optimo imperatore 281.g
hannibalis iudicium Romani magni ſecuti 200.e
hannibalis legati ad Philippum Macedonum regem 158.e
hannibalis militum cunctatio in ingreſſu Italiae 130.a
hānibalis modeſtia in agro Tarentino 166.e
hannibalis opprobria aduerſus Romanos 160.i
hānibalis oratio de bello ab Antiocho ſuſcipiendo 290.a
hannibalis perfidia 132.d.135.b. 138.g
hannibalis periculum ac timor, & fuga 224.e.f
hannibalis peritia & exercitatio militaris 239.a.b. eius res clarae ibidem
hannibalis pollicita militibus 133.b
hannibalis patiētia inuincibilis 137.k
hannibalis praeſens animus 175.k
hannibalis prouidentia 296.f.298.e
hannibalis prudentiam ſero agnoſcit Antiochus 292.a
hannibalis riſus in publica Carthaginienſiū maeſtitia reprehenſus, eiuſq. ea de re reſponſum 243.c
hānibalis Roma diſcedentis iter 287.e
hānibalis ſimulata benignitas erga captiuos ex Cannenſi clade 149.a
hannibalis ſollertia 209.e
hannibalis ſpes tanta non erat, quanta ſucceſſit 222.c.d
hannibalis ſpem de Roma potiēda quae minuerint 299.g
hannibalis ſtratagema in facibus boū cornibus alligatis incendendis per nocturnas tenebras 140.h
hannibalis tempora grauiſſima 155.g
hannibalis tirocinium 125.f.g
hannibalis uires eleuantur 160.i.k
hannibalis uultus formidabilis 152.d
hānibalis terror apud Romanos 29.b
hannibalis uiſum in quiete 129.a
hannibali comperta omnia quae apud Romanos agerentur 143.d
hānibali paria nō audere, Romanis indecorum 222.f
hannibali reſiſtunt. 224.f. milites Caſilini 255.a
hānibali tradēdi Tarenti fraus 175.b
hannibalem accuſant Carthaginienſes apud Scipionem 236.g
hannibalem culpant Carthaginienſes 237.i.238.a
hannibalem iureiurando calide uiolando fraudantes, rei 165.k
hannibalē prius Italia exigendum cenſet Fabius Cunctator, quam bellum in Africam portandum 221.a.b
hannibalem ſibi dedi ab Antiocho Romani petunt 306.d.317.b
hannibalem ſuum Romani habent, Hānibalis dictum de Fabio 202.a
de Hannibale Romanis dedendo conſultatio 126.i
cum Hannibale iuſtam pugnam detrectant Romani 144.b
hannibales paene duo in Italia, ipſe, & Hamilcar 208.k
hannibalis mors 332.f.333.a.
hanno, Hannibali aduerſatur 125.b
Aquitaniae praeficitur ab Hānibale 129.b
hanno Bomilcaris filius 129.i
hanno Campanos uel in fame negligentes obiurgat 176.g
hanno Carthaginienſiū imperator Mutinis opera maxime utitur 194.b.c
hanno in Haſdrubalis occiſi locū ſufficitur a Carthaginienſibus 210.b
hanno captus 136.d.159.k.160.h 161.b
hanno Romanos caedit 166.d
hannonis de foedere rupto ab Hannibale, querimonia 126.g
hannonis oratio in ſenatu Carthaginienſi 125.f.153.f
hannonis Poeni clades ac fuga 159.d 194.c.218.d
hannonis mors 230.f.232.a
harmonia Gelonis filia 167.e. eius mors 167.g
harpagones 235.b
harpali legati Perſei ferocia 353.d
harpaſus fl. 212.e
harſicora Sardorum princeps ad Poenos deficere uult 158.a. Sardorum iuuentutem armat 158.i. mortem ſibi conſciſcit 167.f
haruſpices, conſulunt Romani de bello cum Antiocho gerendo 288.k
haruſpices omnes Etruſci erant 59.b
haruſpicum monita uſui ſunt 202.a
Vide, Augures, & auguria.
haſdrubal, Hamilcaris gener 125.d
Hannibalis frater 128.k
haſdrubal capitur 159.k
haſdrubal circumſpectus 209.d
haſdrubal cognomento Caluus 158.a
haſdrubalis Calui afflictatio in mari 158.g
haſdrubal cum exercitu deletus 213.b
haſdrubal cum Scipione confligere detrectat 211.a
haſdrubal & Scipio eodem lecto apud Syphacem accumbunt 215.d
haſdrubal Giſgonis, & Haſdrubal Hamilcaris 189.e
haſdrubal Giſgonis filius copias nouas colligit 213.d
haſdrubal Giſgonis F. filiam ſuam Syphaci elocat 229.c.d
haſdrubal Giſgonis filius tertius Carthaginienſium dux 171.b
haſdrubalis Giſgonis ſucceſſor Hanno 210.e
haſdrubalis Giſgonis & Magonis conſilium ac deliberatio de Hiſpania tuenda, & bello mouendo 203.a
haſdrubal Hoedus 243.h
haſdrubal in ſaltu deprehenſus 188.g.h
haſdrubal nouas copias in terram exponit 192.g. rurſum nouas colligit 214.b
haſdrubal Romanos caedit 156.e
haſdrubalis aduerſus Romanos acici ordo 156.k
haſdrubalis aduerſus Scipiones copias 156.d
haſdrubalis apophthegma 242.k
haſdrubalis Barchini clypeus 184.g
haſdrubalis caedes 294.k
haſdrubalis cum Cn. Scipione in Hiſpania pugna 130.e.f.g

haſdrubalis cum Romanis conſulibus Liuio & Nerone pugna 209.f.g
haſdrubalis & Romanorum foedus 125.d.e
haſdrubalis exercitus ad Anitorgin oppidum 181.f
haſdrubalis exercitus male a Scipione excipitur 214.e.f
haſdrubalis fraus & aſtutia 189.g.b 229.d.
haſdrubalis foeda fuga. 157.a 202.b. 209.d.e.214.e.f.g.b.i.234.d
haſdrubalis gloria 208. b.i. *nobilitas* 230.c
haſdrubalis trãſitus in Italiam 199.a 206.b.207.f.g.210.e.231.g
haſdrubalis nuncij & literae ad Hannibalem intercepti 208.e.f
haſdrubalis uirtus, eiuſque laus 209.g
haſdrubali occurrit Scipio 194.f.g
haſdrubalem Hiſpani deſerere uolunt 202.b
haſdrubalẽ ſibi Scipio dexteritate ſua conciliat 215.d
haſdrubalis mors 125.e.209.k
haſta ardens, incolumis manens 367.a
haſta ſe ipſam cõmouens 136.g.164.d
haſtae uſus in bello indicendo 8.e
haſtae praelogae ſariſſae 305.b.311.d
haſtarum abiectarum impedimenta 284.g
haſtarum ſpicula ardentia 263.c
ex haſtis uallum 291.b
haſtati 91.d.356.k
hebrus fluuius 317.c
Hedui Galli 63.k
Hegeae Neapolitani mors 149.c
Hegeſiis Rhodij prudentia pro patria ſua 359.a
Helleſpontes Trocmis Gallis attributus 313.a
helleſpontum Romani tuto tranſiciũt 304.a
helleſpõtiacae expeditiões Liuij 294.b *& dein.*
hemerodromi, ſpeculatores Athenienſium 225.c
henetis op. 1.e
hepteres & hexeres naues 301.k
heraclea, Hieronis filia uxor Soſippi 267.g
heraclea Minoa urbs 183.k.292.c.*ſitus* 293.a.371.b.*diripitur* 294.a i.326.k
heraclea, quae & Sintice, regio Macedoniae 384.b
heracleam Himilco recipit 169.d
heracleenſe concilium 211.i
heraclides quidam Byzantius Antiochi legatus de pace ad Romanos miſſus 304.b
heraclides praefectus claſſis Philippi 246.f.249.k.252.e.254.d
heraclitus Scotinus Philippi Macedonum regis legatus ad Hannibalem 243.a.b
herbeſum recipiunt Romani 169.g
hercates pop. 348.e
hercules Alpes ſuperauit 63.k
hercules Cacum occidit 2.g.b
hercules in deorum numero 2.b. *corpus eius mortale crematum* 294.g
hercules ut ab Euandro agnitus Iouis filius 2.b
herculis aedes rotunda 116.b. *ara maxima* 106.i. *templum* 248.b
herculis itinerum aemulus Hannibal 132.f
herculis ſignum in Herculis aede poſitum 316.k. *eiuſdem ſimulacrum magnum in Capitolio poſitũ* 111.b
herculi in Oeta ſacrificat M' Acilius 294.b. *eidem uota exſoluit Hannibal* 128.d
herculaneum Samnitium capitur a Romanis 122.i
hercynnae templum 384.d
herdonea urbs ab Hannibale incenditur 197.f. *& dein.*
herdonius 31.a. *uide, Appius Herdonius*
herea & Nemea ludiera 305.f
herea Peloponneſi urbs 245.a
herennij Baſsi Nolani reſponſum ad Hannonẽ de prodẽda Nola 160.g
herẽnij Põtij Samnitis prudẽtia 101.a
hermãdica & Arbacala urbes ab Hãnibale captae 125.i
hermaphroditus 200.d.207.b.245.k
hernici cum Volſcis bellum aduerſus Romanos moliuntur 201.e. *uincuntur* 22.g. *foedus cum Romanis icitũr ibid.*
hernicũ bellũ iuſſum 80.c.d.e. *et dein.*
hernici deuicti 8.i.e.82.d
hernicorum populorum diuerſa conditio 110.i
herodici Theſſalorum principis mira calamitas a Philippo rege 334.e
herodorus Cianus mercator 286.b
herodorus Demetrij amicus in carcerẽ coniectus miſere enecatur 338.f
herſilia Romuli coniux 3.e
hetriculum Bruttiorum op. 237.g
hexapylum Syracuſarum 166.b
hexeras maximae formae naues 301.k
hiatus terrae uaſtus in medio foro Romano 80.b
hibernacula quando primum Romanae aedificari coepta 56.f
hibernare in opidis uetiti milites 184.e g.189.i
hiemem triſtem peſtilẽs aeſtas excipit 59.d
hieme etiam niuoſa bellum gerunt Romani 122.c
hieme mouet Perſeus 367.k.368.a
hieme opera belli Scipio non remittit 233.f
hiemalis militiae indignatio apud tribunos 50.f
hiems bello delecta 248.g
hiems bellis & obſidioni incommoda 56.e.253.i.261.a.244.a.290.k 291.a.304.k.316.e
hiems frigore, gelu, ac niuibus inſignis 59.c.d.343.g
hiera come fano Apollinis inclyta 312.c
hiero, Syracuſarum rex 135.a, *a Poenis uexatur* 144.k
hieronis amor erga Romanos 144.k. *beneuolentia* 144. a *beneficẽtia* 155. e 59.f. *fides* 162.k. *obſeruatio* 193.d *caritas apud Syracuſanos* 163.a.b
hieronis domus non nota tota deiectionis ab Romanis expers 157.e
hieronis regis Siciliae mors Romanis damnoſa 157.e
hieronis regis teſtamentum publice recitatum 162.i
hieronis regis memoria 180.k
hierocles Agragantinus, Zacynthi[illegible] lae praefectus 365.a
hieronymus Syracuſanorum tyrannus Carthaginienſibus foederatur 163.b.d *eius mors* 163.d.e.f
hilermus rex unus captus 280.d
himera amnis Siciliam diuidẽs 16[illegible].d 153.a
himilco Hannibali aduerſatur 154.a *Hiſpaniae praeficitur obiit[illegible]* 156.i
eius aduerſus Romanos copiae [illegible] b *Romanis proditur* 216.a. *Eius mors* 180.b
hioſtus Harſicorae filius adoleſcens ſuſus fugatuſque 155.[illegible]
hippagogi naues 374.b
hippias Berreus Phalangitarum Perſei praefectus 360.b.369.g
hippo regius in Africa 224.c
hippocrates & Epicides foederat[illegible] Syracuſarum tyrannum & Hannibalem mediatores 169. *Syracuſanos pro Hannibale ſolicitant* 167.d
Syracuſis praetores creãtur 166.b
hippocratis mors 18[illegible].c
hipolochus Scotuſſae praefectus Antiocho deditur 37[illegible].b

bipponates Hannibalis dux, qui & Muttines 183.i.k
birpini ad Romanos deficiũt 202.e. eorum tria opida Romani ex defectione recipiunt 150.d
birpinum agrum populatur Marcellus 160.b
biſpala Fecenia, ſcortum nobile Bacchanaliorum index 325.d. eius honos 220.g
biſpanae res maiores Italicis 161.g
biſpania bello infeſtatur 141.d
biſpania bello reparando aptiſſima 213.k
biſpania Carthaginienſibus liberata 224.k. 215.a
biſpania duae prouinciae facta 304.a
biſpania multas turres locis altis poſitas habet 141.d
biſpania omnis cis Iberum domita 270.k. 271.a
biſpania orrientalis Romanae ditionis 210.b
biſpania prima continentis prouinciarum Romanis inita, ultima ab Augusto Caeſare perdomita 213.k
biſpania ulterior in officio continetur a P. Cornelio Scipione 171.a
biſpania uſque ad Oceanum Romanis ſubdita 220.g
biſpania aſperitates 210.b
biſpaniae cura tanta Romanis, quanta Italiae 188.k
biſpaniae & Africae defendendae non eadem Carthaginienſibus ratio 221.f
biſpaniae motus 224.a
biſpaniae oſides Hannibali, Sagunti cuſtodiebantur 141.k
biſpaniae paene amiſſae 182.f
biſpaniae populi paene oẽs ad Romanos deficiunt 141.g. 161.g.b
biſpaniae praeſidia ab Hannibale 128.i.k
biſpaniae prouinciae facilitas 221.d. difficultas 213.i.k
biſpaniae regulos Romani in fidem ſuã acceperunt, & ibi reliquerunt 219.a
biſpaniam prouinciam ſuſcipere cunctantur principes Romani 188.k
biſpaniorum mutatio 193.a
biſpanicae res uariae 171.a. 181.f. 213.i.k. triſtes 263.f. 306.g
biſpanicum bellum 181.g. 210.b.i. 263.f
biſpanienſis gladius 80.k. 146.b 250.g
biſpanienſis pecuniae ſumma in aerarium illata 263.f.g.b
biſpani ex exercitu Haſdrubalis capti, ſine pretio domum dimiſſi 202.i. Scipionem regem appellant ibid.
biſpani fera et bellicoſa gens 269.b ob arma ſibi adempta mortem ſibi cõſciſcunt 370.k. agiles ſunt 141.c inquieto & auido in nouas res ingenio 141.i
biſpani in ſocietatem a Romanis ſolicitantur 128.e.f. 136.c. eam reſpuũt 128.d. ad Romanos a Poenis deficiunt 156.f. 157.a. 202.b. Romanos caedunt 215.k
biſpani milites Hannibalis 128.b. robur exercitus Hannibalis 201.c
biſpani milites uinci in Hiſpania, quã trahi in Italiam malunt 156.f
biſpani propter obſides ſuos Hannibali obnoxij 142.a
biſpani propter rebellionem multati 224.c
biſpani Scipionum morte doluerunt 182.f
biſpani triumphati 346.c.d
biſpani decẽ & octo annis bello a Poenis uexati 127.i
biſpanorum clades 171.b. 219.b c. 224.d. 353.b. 328.g
biſpanorum ac Ligurum clades 209.g
biſpanorum Celtiberorum clades 320.e
biſpanorum in flumine Rhodano trãſiciendo induſtria 129.i
biſpanorum in pugna Cannenſi cultus 146.b
biſpanorum militum uirtus 172.d.e 213.i. 209.f
biſpanorum motus, ac clades 266.f & deinde.
biſpanorum querellae de magiſtratuũ Romanorum auaritia 364.k
biſpanorũ regulus Thurrus captiuus 344.e
biſpanorum Vaccaeorum caedes 344.f
biſpanis mulieribus mixti Romani milites ingentem progeniem excitant 365.a
biſpanis omnibus cis Iberum arma adimit Cato 271.b
biſtoriae temporum uariatio unde ſit 98.c
biſtoriae ueteris obſcuritas 103.c
biſtoriae uſus 1.d
biſtorici multi uana ſequuntur 138.b
biſtoricorum nouorum de ſe opinio 1.b
biſtrici belli conſilium 345.b
biſtria tota in ditionem Romanam uenit 347.c.d
biſtri caſtris Romanorum potiti plenis omnium rerum commeatu, epulis in perniciem ſuam indulgent 345.f.g.
biſtri & Illyrici nihil prae Poenis 104.c.
biſtrorum clades 345.i. 346.k
biſtrionis nomen unde deriuetur 79.a
bolo opidum Hiſpaniae expugnatur 283.a
bomerus poeta 258.f
bomo unus Romanum exercitum ludificatur 182.a.b.c
bominis unius uirtus interdum maximum momentum habet 108.a. 169.e.f.g
bominem improbum non accuſari tutius eſt, quam abſolui 268.g
bominem ſecuri percuti uidere cupienti ſcorto Flamininus paret 331.d.e
bomines candidati caelo uiſi 164.d
bomines quarum rerum maxime ſint cupidi 75.f
bomines quattuor uiui, duo mares, & duae feminae, in locum ſubterraneũ ſaxo cõſaeptũ demiſſi in ſacrificiũ 148.i
bomines pro uiris contra mulieres ac pueros diſtinctum 22.d
bominum ferociam etiam cum tempore & loco mutari 313.e
bominum immolatio in Bacchanalibus 324.k. 325.a
bominum multitudo mari comparata 217.g
bominũ multitudo ut paretur 326.k
bominum nouorum ambitio coercita 82.d
bomicidae cuiuſdam mira fiducia 263.i.k
bomicidium falſo obiectũ Kaeſoni Quinctio 30.d.e
bomicidij abominatio apud ueteres. 379.f
bomicidij cogitatio animum perturbat 385.k
boneſtorum ſtudioſi Romani 278.a
bonoraria militum 222.d
bonos uirtutem excitat 17.a.b
bonori & Virtuti aedes uota, dedicari impeditur a pontificibus 204.c
bonore ſuo dignos Romani non fraudabant 200.a.b
bonores, magnos animos faciunt 50.f
bonorum gradus Romae 8.b. 113.c. 143.b. 254.f
bonores detrectant, qui in ſpem bonorum alti ſunt 186.a
bonores petere plebeijs in mentem non uenit 76.a
bonoſcam capiunt ac diripiunt Romani

ni 141.g

hounnes Dardanorũ princeps 575.a

horis ſex durans pugna 98.i

horatia lex 38.k

horatius ſororem interficit 6.b. eius parricidij reus abſoluitur 6.i.k

horatiae uirginis caedes 6.b

horatij Coclitis uirtus 16.d.e.f

horatij & Curiatij tergemini fratres 6.b. eorum monomachia. ibi.e.f

horatij Puluilli coſ. conſtantia 16.a

hordeum pro tritico militibus ignauis datum 201.a

horreum op. Romanis deditur 384.b

hortana urbs 24.a

hortenſij crudelitas aduerſus Abderitanos 365.d

hoſpitalis foederis contemptor Badius Campanus 178.a.et dein.

hoſpitalitas Romanorum erga Etruſcos 17.c. ab hoſpite proditus Hannibal 332.i.k

hoſpitij neceſſitudo Perſei cũ Q. Marcio praetore illum oppugnante 357.i

hoſpitij religio 122.c

hoſtia in ore Tiberis condita 8.g

hoſtias praebere coguntur inſtaurando ſacrificio, quorum culpa inſtaurandum eſſet 347.g

hoſtijs humanis ſacrificatum Romae 141.e

in hoſtico laxius uiuentes milites, quã in pacato 216.b

hoſtis contempti aut neglecti malum 182.i

hoſtis prouocandi & in bellum eliciendi ratio 138.a.343.c

hoſtem frangendi ratio 118.e.f

hoſtem in aeſtũ diei extrahendi aſtus 214.e

hoſtem in inſidias prolectandi ratio 339.i.240.h.340.a

hoſtem ſuum Marcellum conſulem mortuum Hannibal ſepelit 204.i

hoſtes deprehenſi ut tractãdi 100.a.b

hoſtium conſilia anteuertenda 298.c

hoſtium ſpolia quibus dijs dicentur 385.f

hoſtium ſpolia Vulcano cremat Marcellus 158.i

hoſtibus ſaeuiendi aut praedandi occaſionem, ſui ac ſuarum fortunarum incendio praeripientes 216.b.c

hoſtes in patriam admittas, an in hoſtium legiones inducas, multum inter eſt 244.f

hoſtilia decreta Athenienſium aduerſus Philippum 352.a

hoſtilis colloquij nulla fides 260.c

hoſtiles in terras tranſgreſſi imperatores multi mala excepti 221.e

hoſtius Hoſtilius Romanorũ princeps 3.b

hoſtius Lucretius Tricipitinus coſ. 49.d

humana uictima pro libidine ſcorti mactata 331.e.f

humanae hoſtiae mactatae 319.k

humanis hoſtijs ſacrificatum Romae 148.i

humani cadaueris in priuatis aedibus inuenti deleſſi actio 34.f

humani ingenij in uetita inclinatio 128.k

humani ingenij mira uis 169.e

humanarum rerum maximum momẽtum ab dijs eſt 99.f

humanorum caſuum exempla illuſtria 380.a.b.387.d.e

humanis corporibus ueſci milites ſuos docuit Hannibal 151.f

humor terrae ingenitus 49.e

hyampolis urbs recepta 257.a

hybriſtas Lacedaemonius pirata 300.c

hydrela Caria 308.k

hydruntum Italiae op. 293.d

hyla & Magella Siciliae urbes ad Poenos deficiunt 189.i

hypata urbs 292.c

hypatei populus 291.k

hypatei exſules contra fidem datam occiſi 350.b

hyrcanus campus 304.b

hyrienſes obſidione exempti 312.b

I

IActantiae regiorum miniſtrorum uanitas 287.k.288.a

iacula & ſagittae in tenebris parũ proſint 376.d

iamphorina, caput regionis Medicae 190.g

ianiculum urbi adiectum 8.g. a Tuſcis captum 25.e

ianuae omnium aedium Romae quibuſlibet adire uolentibus patefactae 59.e

ianus, pacis ac belli index 5.c

iani tres facti 350.f

iaſſum urbs precibus Rhodiorum ſeruatur 300.b

ibe ciuitas 216.b

ibera urbs 256.b

iberus amnis Carthaginienſium imperium ac Romanorum terminabat 125.e.270.e. eum Hannibal trãſiit 129.a

icilia familia Patribus infenſiſſima 54.c.& dein.

idaea Mater 226.a. ut a Romanis recepta 226.k.295.b

ideae Matris aedes dedicatur 295.b

idus Decembres magiſtratus ineundi auſpicium 50.b.58.d.h

idus Maiae magiſtratibus ineundi ſollemnes 34.k

idus Martiae magiſtratus ineundi principium 137.e.340.c

idus Quinctiles tranſuectionis equitũ ſollemnes 111.g

iecur bouis immolati defluens 347.b

iecoris ſine capite portentum 204.f 347.b

ieiunij indictio 295.k

ignauiam ſuam ut luerent milites 286.c

ignis de nauibus praeferendi terror 303.c

ignis ſe ipſi ante inijcientes hoſtium metu 216.f

in ignem ſe praecipitant Saguntinorũ primores 127.b

ignes caeleſtes hominum ueſtimenta afflantes 326.g

ignes per caelum ſparſi 233.f

ignium crebrorum per noctem in caſtris accendendorum aſtus 137.b 145.k.291.a

ignium ex edito faciundorum ſignum 212.b

ignibus ac facibus armatus exercitus 50.a

ignotarum rerum maior eſt terror 224.g

ignominia ſub iugum miſſorum 100.g

ilercaonenſes pop. 141.b

illergetes latrones magis quam milites 218.b

illergetes Hannibal ſibi ſubigit 128.k 129.a

illergetes ulciſcitur Scipio 218.b

illergetum clades 219.b

illergetum uexatio 136.e.f.

illergetibus Cato imponit 270.d

illiberis op. 213.f

ilion urbs ui capitur 310.f

ilipa urbs 279.e

ilium urbs 299.e

ilienſe bellum 337.i

ilienſes cum Balaris Sardiniam inuadunt 346.c. fuſi fugatique 347.h.i

ilienſes foederi Romanorum cum Philippo adſcripti 180.c

ilienſes Romanos ab ſe oriundos uenerantẽ 321.b. et cõtra 317.k.318.a

illiturgi oppidum, quod & Iliturgis dicitur 254.c. Hiſpanum a Poenis oppugna-

oppugnatur 161.b fortiter a Romanis defenditur 171.c
illiturgitanorum Hiſpaniae populorũ defectio, ac ſcelera aduerſus Romanos 215.a
eorum ultio 215.b.k
illiturgi opidum recipitur 270.a
ilotae, caſtellani, agreſte genus 272.e
illuſtres uiri inter ſe noti 90.h
illyrici deſcriptio & ordinatio per Romanos 381.k 384.b
illyrij feroces 292.e
illyrij liberi eſſe iubentur 384.a
illyrici ſolitudines 368.e
illyrij Perſei fautores multantur 385.b
illyriorum claſsis aduerſus Roman. 345.b.c
illyrici belli confectio 375.e
illyricae uictoriae gaudium 379.c
ilua inſula 242.a
iluates Romanis infenſi 245.d 255.g
in deditionem Ro. ueniunt 260.a
ilucida opidum captum 281.d
imagines triumphali ornatu 321.h
imaginum diuorum apud antiquos ueneratio 61.d. e earum corruptarũ inuidia ac ſcelus 249.d
imber repente effuſus pugnam dirimit 214.g
imbris grandinoſi procella Romanos ac Poenos iamiam conflicturos dirimit 186.k
imbris niuoſi frigus acerrimum 138.b
imbris opportunitas in Arpis capiendis 172.b
imbris uehementia mirabilis 135.i
imbrium inſula 286.e
immittere Dardaniam, pro in Dardaniam 349.g
immobilia etiam in uotis dijs nuncupandis comprehendi 61.i
immolandi mos Romanorum antequã bello decernerent 91.c
immolati a Tarquinienſibus CCCVI. equites Romani 82.c eorum ultio 83.b
immortalitatis cupido apud antiquos 44.g
immortalitatis fautor Romulus 2.k
immunes etiam militare 48.b
impedita multa natura, conſilio expediuntur 175.k 176.a
impenſae belli non redditae, belli indicendi cauſſae 18.a
impenſae neceſſariae faciendae detrectationis malum 369.k
imperium, aliquando penes Graecos 308.f
imperium nullum cuiquam iniuſſu populi deferri poterat 184.f
imperium quod ſit longiſſimum 92.i
imperij acerbi & auari malum 157.k
imperij cupiditas quantum inter mortales malum 216.b.c
imperij inſignia uenerabilem regem faciunt 2.k
imperij uis in obedientium conſenſu cõſiſtit 26.f
imperij caput atque arcem Romam futuram prodigium 12.i
imperij Romani conſtituendi difficultas 85.c
imperij Romani protenſio ominata ad ortus uſque ſolis 292.g id imperiũ orbis terrarum accepit 384.a
de imperio certabant Roma & Carthago urbes admodum diſsitae 207.f
imperia & regna uel maxima ſub multis caſibus eſſe 359.d
imperia magna diuturna non eſſe 47.k
quid prohibeat ea immortalia eſſe 23.d
imperia Manliana 91.b
imperijs primis ſtatim obediendo, iugũ magis accipitur 316.d
imperator, exercitus amiſsi reus 184.b.i & deinde
imperator imperatori par opponendus 163.g
imperator inter milites pugnans, multum illis animi addit 195.g
imperatoris arbitrio non militum urbes diripi debere 120.e
imperatoris exemplum milites ſequuntur 184.i
imperatoris iniuſſu nemini in bello hoſtem adoriri licebat 49.b
imperatoris munus 375.k
imperatoris nomen Graeci in Antiocho rege uſurpant 203.i
imperatoris noui ad nouos milites oratio 132.b
imperatoris odium apud milites 23.c 26.d 36.c 98.c caritas 51.b
imperatoris ueteris auctoritas 376.f
imperatoris uultus terribilis militibus ſeditioſis 217.d
imperatorem ſe appellari, non regem, uult Scipio 202.i
imperatores ab exercitibus legi, exemplum malum 184.e
imperatores ambitioſi & ſeueri quantum differant 386.f
imperatores Carthaginienſium prauo conſilio licet proſpero euentu rem gerentes cruce multantur 320.a.b
imperatores iniuſſu Senatus triumphãtes 120.i
imperatorum maximorum collatio iudice Hannibale 281.g
imperioſi cognomen odioſum 79.h unde manarit 49.c
imperitandi uiciſsitudo, libertatem alit 35.b
impetrabilis ueniae ſpes 295.c
impetu ſolo primo pugnare ueros milites non debere, ſed praeſtare, et uel taedium morae perferre 54.d
improbe facti ignominia 113.g
improbum hominem tutius eſt non accuſari, quam abſolui 268.g
in ante dies 367.f.g
in poteſtate eſſe 325.b
inaugurandi religio 342.b
incendendae propriae rei aſtus in deſperatione 275.k
incendium in urbe Roma foedum 238.i 107.b.i.k 138.i 73.k.172.c
incendij nocturni pauor 234.b
incendio alieni iudicij conflagrare 323.b
incertae pecuniae notũ an ſuſcipi poſſet 245.c
incibuli opidum a Poenis obſidetur 161.b
includi in ualles 318.g
incommodum alienum, occaſionem ſuã Romani facere nolunt 55.a
inconſcius, non conſcius 131.c
index coniurationis aduerſus Hieronymum Siciliae regem, calo quidam 163.b
index ſceleris eſſe qui poſſet, ſublatus 329.b 333.g
index orationis, inſcriptio 321.b
indicis in detegendo ſcelere metus 324.g.h
indicibus ſcelerum & coniurationum praemia Romani dabant 191.a.b 198.a 258.b.c
indicium ſumi 129.k
indictio belli ubi fieri debeat 289.e.f
indigeminus cuiuſdam coniurati fraus 163.g
indiges Iuppiter dictus Aeneas 1.i
indibilis Ilergetum regulus 196.h.i
indibilis & Mandonij fraus 221.f
indibilis & Mandolius ad Romanos a Poenis deficiunt 212.b.c
indibilis in Hiſpania nouum bellum cõcitat 224.c
indibilis Mandonium fratrem ad ueniam petẽdam ad Scipionem mittit 219.c
indibilis Sueſſetanorum dux aduerſus Romanos 181.k
indibilis regis mors 224.c.d
indignari uicem alterius 338.f

indoles

indoles Romana 100.k
indutiae Carthaginienſib. datae 341.a
induſias uiolant Carthaginienſes 258.e
induſiae centum annorum 4.e 83.a
induſiarum commodum nonnunquam 359.d
induſiarum uiolatione ius gentium uiolatur 339.b.c
induere ſe hoſtis 377.g
indulgentia Patrum erga plebem 16.c.d
indus fluuius unde dictus 312.f
inermibus parcendum 61.c
infans in utero matris clamans 164.d
infans quadrimo maior et androgynos natus 207.a
infans ſemeſtris triumphum clamans 136.b
infantes etiam caeſi in hoſtilis urbis expugnatione 216.a
inferiori quod uelis iniungere, primus ipſe obeas 142.a
infirmiores ac deteriores fere apud uulgus fauorem magis inueniunt 363.f
infirmitatis cuſtos diſciplina 269.i
infirmorum populorum metus & adulatio 289.k
ingauni Ligures 222.k foedus cũ Romanis iciunt 221. c in deditionem ueniunt 338.g
ingenium Hannibalis uerſatile 125.c
ingenium cuique ſuum audaciam aut pauorem facit 185.a
ingenium etiam caelo mutatur 313.d
ingenium uerſatile 330.i
ingenia feruida ac praepropera, ſaepe damnoſa in bellis 206.b
ingenia mobilia 305.e
ingenui pueri decem, & totidem uirgines patrimi & matrimi ad ſacrificium adhibiti 298.a.b
ingratis etiam benefaciunt Romani 295.c
ingreſſus Attali in Athenas ut a populo exceptus 246.d
inguinum tumor in Paullo Aemilio corpus nudantae apertus riſum mouens 27.i.a
inimicus non contemnendus etiam ſi inferior 50.b
inimici aduerſus inimicum rerum mirus animus 321.i
inimici de inimico teſtimonium glorioſum 329.e
inimicorum reconciliationes 343.i.k
inimicitiae inter illuſtres uiros 314.e 332.d 343.i.k
inimicitiae mortales eẽ debẽt 343.i.k
inimicitijs alienis ſeruiendum non eſſe 331.b
inimicitijs priuatis reſpub. potior habita 321.b
initia, religionis praecepta 324.c
initia Cereris 252.b
iniuſſu imperatoris aduerſus hoſtẽ pugnare non licet 90.b
innocentia uix uſquam conſtat 14.k
innocentis condemnati ultio 136.b
inuocatio deorum 7.d
inuus, Pan Lycaeus 2.c
inops conſilii dies 260.k
inops regio miluẽ parcimonia adſtringit 323.b
inopiam ſimulans tyrannus 129.c
inquiſitio ſeu quaeſtio de uita cuiuſque et moribus Romae ſtatim oppreſſa 106.c
inquiſitionis faciendae modus 336.a
inſani, montes 242.a
inſidiae, Hãnibalis artes 143.b. 204.c ut eas ipſe uitarit 137.e
inſidiae Eumeni a Perſeo ponuntur 353.f.g
inſidiae inſidiatoribus ipſis pernicioſae 107.c. & dein.
inſidias ut hoſtis incidat, ratio 24.i
inſignia & iura regia apud eos. remãſerunt 14.f
inſinuare animis ſuſpicionem, hoc eſt ſubire 341.b
inſontes pro ſontibus in tormẽtis a peruicaces indicati 143.b
inſubres qui dicantur 64.a.b
inſubres & Boij a Romanis deficiunt 129.c
inſubres Galli. 236.c. 253.k.a Caenomanis falluntur 259.e
inſubrum clades 259. i fuga 265. c
inſubres triumphati 265.f
inſuere impenſam publicam rei priuatae 343.f
inſula in medio Tiberi 123.d
inſula in mari enata 358.b
inſula ponte continenti iuncta 384.d
inſula, ubi Arar et Rhodanus confluũt 130.g
intemelij Ligures 342.a
interãna colonia Romanas 120.g 227
interkalatũ, et interkalares kalendae 366.b 388.c
interkalares menſes 5.d
intercessio ſublata 34.a
interceſſionis tribuniciae uis 76.g
interfari aliquem 294.e
interpretationes legum & iuriſiurandi olim non tam temere fiebãt 32.a
interregnum Romae primum 4. k alterum et dem. 629.f 52.a 53.g 68.b 83.f.i. 101.b 114.b
interreges deinceps plurimi 60.e 63.d 78.g 82.i 93.d
introitus Hannibalis in Capuam celebritas 141.k
inuidia aliena ſplendorem quaerentes 321.b
inuidia caeca eſt 310.i
inuidia media intacta relinquens, ſumma petit 96.i 386.a
inuidia tempore ſeneſcit 229.b
inuidiae faciendae ratio 142.d
inuidiae malum 71.b 194.b.c
inundatio aquarum. Vide, Aquarum inundatio
iocus regi indecorus 291.i
iocorum militarium carmina 213.a
iocorum procacitatis in femina ſuſpicio 52.d.e
iolenſes a Romanis caeſi 339.a
ion Theſſalonicenſis pueros regios Macedones Octauio tradit 379.k
ira die lenitur 229.b
ira uires aequat 118.i
ira ſine uiribus uana 8.f
irae uis 265.f
irae & auaritiae impotentia 304.a
irae frenum ponẽdum pro utilitate ſua 151.a 168.a
irae impotentes Galli 64.c
irae mouendae in plebe aſtutia 21.g.h
iratis ſub Romanis melius habituros Locrenſes ſpondet Scipio, quam ſub amicis Carthaginiẽſibus habuerint 225.f
ireſiae opidum uaſtatum 255.k
iſalca Getulorum militum praefectus ex copijs Hannibalis 154.f
iſidorus praefectus X. nauium Antiochi regis 293.b
iſſa opidum 366.c.d
iſſenſes & Taulantij immunes iubentur eſſe 384.b
iſſenſes Illyriorum fraudem Romanis detegunt 355.d
iſſeorum lembi 251.c
iſmenias pr. Thebanorum 358.i
iſthmi mirum 384.e
iſthmiorum ludicrum 264.g
iſtricum bellum 334.d. 339.a
italia prouincia Hannibali decernitur 125.e
italia ſupero et infero mari tanquam inſula cingitur 64.i
italiae aditus difficultas 307.f
italiae ciuitatem unus ac cõmunis uelut morbus, plebis ab optimatibus diſſenſio 162.e
italiae poſt Cannenſem cladem deferendae conſilia & auctores 147.k 148.a 165.i 200.e

italiae diſcrimen ſecundo Punico bello uertebatur 132.e
italiae inuadendae conſilium Philippi 344.e.f
italiae uaſtitatis typus Hannibali in ſomnis indicatus 129.a
italiam militibus ſuis Hannibal ex promontorio quodam in Alpibus demõſtrat 121.e.f
italiam quando primum ingreſſi ſint Galli 62.h
italiam ſpectare uolentibus Saguntinis duces in id dati 220.b
italia excedere iubentur Galli 334.d
in italia Italiae hoſtibus bella gerenda Hannibalis ſententia 278.e
italorum optimates ac Senatus Romanis fauebant, plebs Poenis 162.e
italicis omnibus praeter Romanos benignus uideri Hannibal cupiebat 153.k 160.f
itineris ardui difficultatem rei alicuius miraculo emenſi, opinionem uulgatam haud fere conuellunt, ne ludibrio ipſi ſint 338.d
itineris dux in errorẽ pertrahens, uirgis caeſus in crucem ſublatus 140.e
itineris dux uinctus 255.g
iubellius Taurea eques Campanus nobilis 152.b. *eius ferocia* 161.d.e *mors* 188.c
iudices a reo & concione deſtituti 220.g
iudices annis ſingulis legendi 266.a
iudices iidem Carthagine perpetui 267.b
iudices in rem ſuam litem uertere non debere 42.b
iudices non conſules appellabãtur, ſed praetores 39.a
iudicum ordinis inter ſe conſenſus et factio aduerſus omnes 266.k
iudicium ui ac minis cohibitum 79.k
iudicio proprio quemque alterum diligere aut odiſſe debere, non alieno nutu 323.g
iudicia capitalia ſolus per ſe Tarquinius Superbus agebat 11.b
iugera agri quinadena in ſingulos pedites colonos Vibonem deductos data 385.b
iugulum 11.b 335.f
iugum ut fiat 33.b *eius ſubeundi ignominia* 100.b 103.b e
iulia alpis 64.a
iuliae gentis auctor 1.i
iulias ante kalendas meſſis Romae 158.a
iulus, qui & Aſcanius 1.i
iulus trib. mil. 69.f
iumenta ſingula opidis, per quae legati Romani repente miſſi tranſibãt, imperabantur 351.b
iuniores ſacramento adigebantur ad bellum apud Romanos 75.i
iunius Brutus Scaeua cos. 90.d
iunii Bruti mors 15.g.h
iuniorũ praerogatiua cẽturia Romae 181.k
Iuno Veiis delendis euocata 61.a *in Auentinum tranſlata* 61.a
iunonis aedes 63.c 67.g *donũ* 137.g.h *bouos* 136.b
iunoni ut facerent Romanae matronae 207.b.c
iunonis Laciniae delubrum ab Hannibale uiolatum 237.b
iunonis Laciniae tẽplum 162.f *de caelo tactum* 298.a *ſemidetectum* 351 d.e. *eius ſpoliati ultio* 355.k
iunoni Laciniae aram Hannibal dedicat 223.d *delubrum eius uiolas* 237.b
iuno regina, Iuno ſoſpita 137.b *eius aedes de caelo tacta* 207.b
iunonis ſoſpitae ſimulacrum lacrymãs 337.b
iunoni Monetae aedes uota, & aedificata 85.c. *dedicata* 277.b.c
iuppiter Elicius 5.f *Feretrius* 3.18.b *Nicaeus* 368.g. *Olympius* 384.e *Stator* 120.f *Victor* 118.k, 122.c
iuppiter indiges dictus Aeneas 1.i
iuppiter in ſomnis apparens 21.b
iouis aedes de caelo tacta 171.b 199. a 296.k
iouis aedes in Capitolio facta 343.g
iouis aedis culmẽ fulmine ictum 198. c.d
iouis cella, & eius quadrigae 117.c
iouis epulũ 67.h 173.g 206.k 232. k 244.i
iouis opt. max. templum dedicatum 90.e
iouis porta Capuae 187.k
iouis ſignum de caelo tactum 200.c
iouis Tarei templum 12.i
iouis templi amplitudo 12.e
iouis Trophonii templum 384.d
ioui Capitolino duae aedes dedicatae 283.f
iuramenti foederibus interponendi ritus 317.b
iurant in uerba Conſulis milites pugnaturi 23.g.b
iurare pro altero nonnumquã permiſſũ 253.d
iureiurare, iureiurando affirmare 347.i
ius ciuile Cneus Flauius ſcriba inuulgauit 111.e
ius gentium fortuna uindicans 315.b
ius gratiae non dandum 355.k
ius id eſt, quod poſtremum populus iubet 107.b
ius Latine uendendi praeconibus poteſtas permiſſa 342.f
ius qua re conſtet 198.f
iuris diuini condendi auctor Numa 10.d
iuris & eloquentiae periti urbi ac foro magis apti, quam bello 117.a
iuris humani uiolatoribus Fabiis honorem habitum Galli indigne ferunt 64.d.e
iuris peritia praeditus facile hominem eius imperitum perturbat 26.b
iura etiam Romana late pollebant 104.b
iura populis in primis dedit Romulus 2.k
ius iurandum a po. Ro. per Brutũ exactum 14.f
iuſiurandum & ſacramẽtum militare duo ſunt 144.a
iuriſiurandi ad altaria faciẽdi, ac ſimul ſacra tangendi ritus 125.d
iuriſiurandi fraude uiolandi reis equi adempti 155.k
iuriſiurãdi religio nonnumquam ardore contentionis negligitur 197.f
iuriſiurandi reuerentia apud Romanos 31.g
iuſiurandum Hãnibali datum dolo fallens, illi deditur 150.e
iuſtitium in magnis tumultibus indicebatur 28.d 48.b 85.g
iuuenilis ſimplicitas inſidiis ac dolo obnoxia 338.e
iuuenilis temeritatis exitus 73.i.k 74.a.b.c
iuuenis minus conſtantia multos alios a deſperatione reuocat 147.k
iuuenes legati Carthaginienſium refutati 243.b
iuuenes, reſp. uires 56.f
iuuentas in Capitolii inauguratione non mota 68.d *eius aedes dedicata* 295.i
iuuentus Romana rarior 207.d
iuuentutis inopia Romae 287.b

K

Kalendae intercalares 379.k
kalendis Quinctilibus magiſtratus initus 63.d 94.d
kalendis octobribus magiſtratus initus 58.d

L

Labeates Illyrici 384.b
labeatis palus 385.c
labici Romanis adimuntur 22.c
labor et uoluptas ſocietate quadam naturali inter ſe iunguntur 57.a
labor urens 293.g
lac interamnae fluxit 276.a
lactea pluuia 200.d
lactentibus res diuina facta 268.b
lacedaemon corona obſidentium cincta, & oppugnata 275.a.b.c
lacedaemon et Argi, clariſſima Graeciae lumina 273.i
lacedaemon urbs fortis 274.b eius muri diruti 316.i in poteſtate Nabidis 275.e
lacedaemonis diſciplina 384.e 387.g
lacedaemonis urbis turbatio 285.d
lacedaemonem ſeruare mauult Quinctius, quam eius excidio Nabin opprimere 276.g
lacedaemonij ſocietatem Achaeis renunciātes, Romanis ſe dedūt 316.d & deinde
lacedaemoniorum clades 284. i 292.b
lacedaemoniorum cum Achaeis diſſenſiones 329.b.i 332.b
lacedaemoniorum opes minuendi auctor Achaeis Philopoemen 316.c
lacedaemoniorum querimonia apud Romanos de malis ſuis 329.c
lacedaemoniorum ſimul duo reges 335.d
lacetani, deuia et ſilueſtris gēs 270.g eorum opidum capitur ibid.b
lacetanorum clades 136.f
laciniae Iunonis fanum 162.f
lacinio opido copias Hannibal admouet 202.c
laconica breuitas 273.h
laconica reſp. qualis 273.h
laconum ſpolia in aede Iunonis 112.d
lacumaces Capuſae filius regno pellitur a Maſſaniſa 230.b
lacus Albani prodigium 59.b et dein. 60.g
lacus Curtij hiſtoria 80.b
lacus fucinus 55.b
lacus Oſtiae de caelo tactus 200.c
lacus Regillus in agro Tuſculano 17.g 18.b
lacus Timaui 351.i
lacus Vadimonis 109.d
laelio ſine haud temere quidquam magni molitur Scipio 201.c 232.b Vide, C. Laelius
laetitia ſine auctore derepente enata 378.i
laetitiae retentis occupatio 153.d
lagos urbs ab incolis metu Romanorū deſerta 312.g
lamia urbs 205.d.211.c.294.b 298.d.326.k
lampſacus & Smyrna controuerſae inter Romanos & antiochum 282.a
lampſacus urbs Antiocho deditur 266.b
lampſacenorum erga Romanos obſeruatio 365.b
lampter quare dicta Phocaea urbs 303.b
lana pulla, terra enata 351.e
laniandi corporis humani exemplum primum ac ultimū apud Romanos 7.e
lanij filius ad conſulatum prouectus 143.b
lanuuium, idem & Admetium 69.a
lanuuij ſtrepitus in aede Iunonis Soſpitae ſine cauſſa editus 226.i
lanuuinus magiſtratus ferias Latinas celebrans 347.b
lanuuini inter hoſtes Romanos 92.b
lanuuini a Romanis deficiunt 73.d ciuitate donantur 93.a
lapathus, uitis, qui & charax 369.f
lapicidae 13.a
lapicini pop. 348.a
lapidatum de caelo, ſeu pluuia lapidea de caelo cadens 174.k 226.a i 351.c 367.a
lapis de caelo cadens 346.g
lapides ardentes de caelo lapſi 137.f
lapis ſacer 264.b
lapides atri, locus in Hiſpania 183.g
lapides populus 365.e
lapidū pluuia 7.k 85.c 136.g 144.k 157.g 190.e 207.a 241.k 276.a 280.i 295.k 275.b 326.h
lapidibus etiam ſepulcrorum & templorum non parcit Philippus 248.c
laqueis arietum ictus excepti 293.f
larium permarinum aedes dedicata 343.b
largitiones Romanis ſuſpectae 22.g.h
lariſſa arx 258.i
lariſſa Cremaſte oppugnatur & capitur 252.e 362.e praeſidio Romano munitur 291.a
lariſſa Theſſaliae caput 290.e 291.f a Romanis capitur 364.f
lariſſeos Antiochus demereri cupit 307.e & dein.
lars ſeu Lartes Tolumnius Veientium rex 46.b 55.d. eius caedes 47.b
lartes Porſena Cluſinorum rex 16.a
las uicus maritimus in Laconia 316.c.d
laſciuia militaris depicta 265.g
latinae coloniae deductae 277.d 342.a
latinae coloniae, quae milites Romanis dare detrectaſſent, multatae 226.d
latina colonia libertinorum in Hiſpania 365.a
latinarum feriarum conceptionis non rite factae malum 60.a
latinae celebratae & inſtauratae 60.g 253.a 298.a 319.a 347.f 357.b tempeſtate turbatae 342.b
latini qui primi dicti 2.h
latini priſci. 1.k a Tarquinio domiti 9.f
latinus Laurentum rex, et Aborigines aduerſus Troianos aduenas concurrunt 1.e
latinus Siluius, Latinorum rex 1.k
latinorum regum genealogia ibidem.
latini agrum Romanum incurrunt 8.c
foedus cum Romanis percutiunt, & eorum partim in urbem accipiuntur ibid. 8.d.e
latini arma iniuſſu populi Rom. nec pro ſe tuendis ſumere poterant 31.i
latini ciues ſuos domum repetunt 323.c
latini & Hernici beniuolo erga Romanos animo 395.g. eorum defectio 68.k 70.d 71.e
latini & Sidicini Samnites bello moleſtant 50.h
latini a Volſcis ad bellum aduerſum Romanos fruſtra ſolicitantur 18.f
latinorum cum Romanis bella, & ab ijs clades 8.c 9.g 17.i 18.e 70.d 75.k 76.b 91.h i grauis multa 93.b
latinorum cum Romanis foedera 8.c. 12.b 21.a.b.81.c
latini in coloniam Romanam nomina dantes, ciues Romani haberi nolunt 275.g in ciuitate accipiuntur 342.k
latini milites cum Romanis militibus permiſcentur 12.d
Latini omnes in deditionem Romanorū ueniunt 81.c 92.d i
latini pari diſciplina cum Romanis rē militarem adminiſtrant 91.c.d
latini Romanorum hoſtes 75.e k Romanis parere detrectātes 84.e Romanis

nis inſidi 89.a de ſuo corpore alte-
rum conſulem creari uolunt 90.a.d
non permittitur illis nec in ſenatum el
legi 155.f
latinorum aduerſus Romanos & Vol
ſcos indignatio 76.a
latinorum arma 91.e fortitudo 91.i k
& dein.
latinorum ciuitates ſubactae quas poe
nas dederint 92.k.93.a
latinorũ fautor Tarquinius Superbus
11.i
latinorum principes Romam euocati
89.k
latinum bellum 17.k eius difficultas
90.g
latini agri diuiſio 92.c.d
latini nominis captiuos Hannibal ſine
pretio dimittit 138.i
latium totum ſub imperium Rom. red-
actum 10.e
latine publice loqui Cumanis permiſſũ
302.e
latomiae ſeu latumiae 191.a 258.k
298.b
latonae ſacra ut fierent 176.d
latrocinia Boeotorum aduerſus Roma
nos 264.a & dein.
latrones Eumeni regi inſidiantes
359.b.i
laudibus gaudent militum animi
27.h.i
lauici capti ac direpti 52.k
laulcana colonia deducta ibidem
lauicanis bellum indicitur 52.e
lauicani bello uicti 52.e.k
launia Aeneae uxor 1.g
lauinium opidum unde 1.g.5.i
lauinium Romanis adimitur 22.e
lauiniorum ac Romanorum foedus 4.b
laurea in puppi nauis enata 152.i
laurearum in manibus praeferendarũ
in ſupplicationibus ritus 341.g
laureae coronae geſtandae ritus ſacrifi
cantibus 252.b
laureatae litterae & tabellae 62.i
378.e
laurens ager ab Aenea occupatus
1.g
laurentes cũ Romanis foedus renouant
92.d
laurentia Fauſtuli paſtoris uxor 2.b
lautiae loca 355.e
lautulae prope Anxur locus 88.c
106.e.324.e
lautum, pro lotum 324.k
lechaeus portus Corinthi 370.b
lectica in ſenatum delatus Chalciden-
ſium legatus 365.k
lecticula in aciem illatus Cn. Scipio cõ
fligit 171.e
lecto eodem apud Syphacem accum-
bũt Scipio & Haſdrubal 291.a
lecti aerati 323.i
lectiſternium quando primum in urbe
factum 59.e inde ſaepe iteratum
79.d 95.g 137.i k 139.f
344.k
lecton promontorium 300.b
lectorius legatus 226.e trib.pleb. col-
lega Voleronis 25.i.k
legatus a tribunis & tribunicijs mili-
bus male tractatus 22.b 226.e
legati Aetolorum ab Acarnanibus in
tercepti 311.e
legati Aſiae & Graeciae Romae
365.g
legati, conſulis triumphum impedien-
tes 207.c
legati decem decreti Aſiae rebus diſce
ptandis ac componendis 308.h.i
legati & munera Romanorum ad Sy-
phacem regem 198.b
legati externorum a Senatoribus Ro-
manis in Senatu interrogari pote-
rant praetoris permiſſu 238.a
legati in Africam queſtum de Hamilca
re mittuntur 245.g
legati in Aſiam ad matrem Idaeam pe
tendam deſtinati 246.a.b
legati iure gentium ſancti 227.g corũ
uiolatorum ſcelus 4.a.b 46.i 64.c
126.e.f 129.e 238.e.f 319.b
legati Graecarum urbium ad Senatum
Rom. 328.f
legati Latinorum & Hernicorum ad
Romanos 39.b
legati Macedonum & Poenorum ca-
ptiui Romam perducti 159.e
legati Maſſaniſae in Senatu Roma.
354.i.k
legati Syphacis ad Romanos 198.b
legati Philippi Macedonum regis ad
Hannibalem miſſi, & inde redeun-
tes, in Romanos incidunt 158.b
& deinde
legati Rhodiorum munus ab Romanis
accipere nolunt 371.e
legatus Romanorum ad quercum uer-
ba faciens 33.a
legati Romani repente aliquo miſſi ſin-
gula iumenta per opida, qua iter il
lis erat, imperabant 351.b
legati Romanorum a Veientibus caeſi
47.k
legati Romanorum ad Carthaginiẽſes,
abſpſis uiolati 238.e.f & contra
Carthaginienſium ab Romanis
206.b
legati Romanorum ius gentium aduer
ſus Gallos uiolant 64.c.d & contra
Galli aduerſus illos 129.f
legatorum admittendorum ius gen-
tium eſſe 126.b id Hannibal uiolat
126.f.g
legatorum Antiochi re male geſta ad
conſulem Rom. oratio 306.b corũ
honos 351.k
legatorum Certinienſium ſimplicitas
343.a.b
legatorum raritas Romae 54.a
legatorum reuerentia etiam in re peſſi
ma deprehenſorum 15.b
legatorum Romanorum diſceptationẽ
ſubterfugit Antiochus 281.k
legatorum ultro citroque mittendorũ
fraus 181.a 233.b 338.i
legatos ſociorum ut honorent Romani
220.b
legationis ius externis, non ciuibus, cõ
paratum erat 72.e
legationis longinquae honos ac merces
34.e
legationi perplexae dilatio praeſtenda
289.b
legationes tranſmarinae ad Romanos
multae 331.b & Romanorum ad
tranſmarinos 337.k
legio linteata 121.c
legio non eodem ſemper numero conſta
bat 245.c 275.a 217.i 366.i.
373.e
legio una tota, hominum milia quat-
tuor, i foro Romano ſecuri percuſſa
217.i
ignominia affecta 342.k
legione una obtenta Capua 203.g Gal
lia duabus 136.a 276.e Romanum
imperium non uno ſemper numero,
nunc XVI. legionibus defenſum
239.a nũc XIIX.164.e nunc XX.
& CLX longis nauibus 233.f 190
g.203.g.h nunc XXI.nunc XXIII.
173.h 184.g 206.k
legiones decem, exercitus magnus
94.k
legiones fere quattuor ſcribebãt exer
citibus Rom. 91.e
legionum diuiſio inter dictatorem &
magiſtrum equitum 173.h
legionum robur 314.e
legionum Scipionis numerus 229.g
legionibus quattuor Galli de Latino
agro eijciuntur 83.k 84.a
legionarij equites 342.k
lembi piraticae 302.i
lemnus inſula 211.g
leonatus et Traſippus Elyeſtae cetrato
rum Perſei duces 360.b
leon Iceſiae filius Athenienſis legatus

pro Aetolis apud Romanos interce dit 311.i
leonte quodam accuſante Apollodorus Athenarum turbator in exſiliũ actus 288.e
leonides lacedaemonius praefectus D. Graecorum in exercitu Perſei 360.h.i
leontia urbs 170.i
leontinorum tumultus 166.b 168.e.f
leptis ciuitas 278.h
leuis armaturae momentum ad principale robur exercitus 314.e
letemaſtus Cretenſis Cretenſium dux 284.d
letum capturum ominatus (quae uox & montem in Liguria, qui oppugnabatur, & mortem ſignificat) in pugna occiditur 347.i.k
leucadia 261.k
leucadis urbis ſitus 261.k eius expugnatio 262.a
leucadij, Acarnaniae caput 291.c 385.d
leucates promontorium 303.d
leues milites qui dicerentur 91.c
leuini Conſulis res geſtae ac prudentia 191.d.e.193.b
leui ligures pop. 64.b
leuſines ſitus 380.i
leuſus Cretenſis 312.c
lex Aemilia. uide, Aemilia lex. & ita in reliquis, in ſuo quamque nomine, unde dicta eſt
lex regia 269.b
lex ſacrata 48.f
lex ut bona ſit, non neceſſe eſt ut omnibus ſit commoda, ſed maiori parti 268.d
legi antiquae noua abrogat 107.i
leges abrogandas non eſſe 114.g
leges a Graecis petunt Romani 34.e
leges conſulares 34.b decemuirales 39.g. Regiae 68.a tribuniciae 35.hi
leges inexorabiles 14.k
leges plebi ſecundae, nobilitati aduerſae 92.g
leges Romanorum, XII. tabulae 68.a
leges Solonis quõ a Romanis tranſcriptae, & Romae propoſitae 34.c.e
leges ſuas quam ius ciuitatis Romanae malunt Hernici 110.i
leges ſuas tollere, leue eſt 22.g
legum ac poenarum metu excluſo, fide ac iureiurando uiuens Romanus 5.f
legum ac rogationum ferendarum modus 382.b
legum corrector unus, Vſus 385.e
legum et iuriſiurandi interpretationes olim non ita temere fiebant 31.g.h
legum non eſſe omnium eandem conditionem 269.a.b
legum publicitus proponendarum ad examen mos 34.f
legibus de ferendis contentio, & tandẽ conſenſus 34.b.c
legibus obtemperandum eſſe 46.c.d etiam eminentiſſimo cuique 320.f
legibus, populi maxime coaleſcunt 2.k
legumlator Appius Claudius cum latronibus in uinculis 39.g
libellis & palaeſtrae operam dare, Ro. imperatori indecorum 228.f
liberi & Liberae aedes 350.f
libero et Liberae, ac Cereri ſigna aenea tria poſita 263.e
libera ciuitas, & rex, natura inter ſe inimica 114.b 373.g
liberae ciuitatis iura omnibus aequa eſſe 46.d
liberarum ciuitatum malum 168.d
liberi fere legebantur milites, non ſerui, niſi neceſſitas cogeret 168.b
liberi patrem ſequuntur 44.b
liberi qui ſunt, etiam alios liberos eſſe uelint 308.b
liberos natos populos ſeruire Romani nolunt 46.c
liberorum educatio pauperibus ſatis ſtipendiũ eſt 16.c
liberorum proditione patres in poteſtatem uenire 62.d
liberum concilium 315.e
liberalitas matronarum Romanarum in publico diſcrimine 268.k
libertas multis ciuitatibus a Romanis reſtituitur 263.k
libertas nimis auide appetita, in ſeruitutem excidit 34.a
libertas plebis oppreſſa 34. a inſtaurata libertas Romanis reſtituta 14.e
libertas ut optime conſtitui poſsit 77.e
libertatis aedes & atrium 165.g
libertatis auctores Graecis Romani 327.d eam Achaei calumniantur 330.a
libertatis cauſſa, quam ſeruitutis, honeſtior 378.c
libertatis cupiditas uel mortem negligit 116.e
libertatis cupido, & audacia 94.g 119.e
libertatis dulcedo 16. b 166.g 265.b ſtimulus 155.b.i & dein.
libertatis fruges 14.e
libertatis gratia, omnium rerum minime diuturna 327.g
libertatis iocorum ſuſpitio in uirgine 52.d
libertatis origo unde numeranda apud Romanos 14.e
libertatis praeſidia, tribunicium auxilium & prouocatio 38.e
libertatis ſtudioſi, Romanae ciuitate digni 94.g
libertatis initio difficilis 41.d
libertatis uanus titulus Graecis ab Romanis oſtentatus arguitur 368.b
libertati ut maxime proſpiciatur 48.a
libertate ſeruis proponit Appius Herdonius 31.a
libertatem non ſeruitutem gentibus afferebant Romanorum arma 382.a
libertate modice utendum 276.g
libertinae mulieres donum Feroniae deae faciunt 250.k
libertinae mulieris honos ob indicium 225.i
libertini etiam in militiam ſuccenturiati 216.g 139.g 356.f
libertini ĩ quattuor tribus urbanas deſcripti 381.b
libertinorum filij in ſenatũ per primũ Appium Claudium allecti 111.g
libertum ſe Pop. Romani Pruſias rex fert 388.d
libido Philippi Macedonis 103.g
libido, quae reges Roma exegit, eadem decemuiros etiam expulit 36.e
libitina funeribus non ſufficiens 337.b 349.a
librales paterae aureae Carthagine inuentae 196.b
librarij mendum 311.g
libri fatales, & fatidici 139.d 176.b
libri lintei 46.a 47.i
libri Numae Pompilij in arca lapidea ſub terra inuenti 339.f.g in comitio publice combuſti b
librorum pernicioſorum inquiſitio 166.d
libri uaticini, & ſacrificandi artem tradentes, ad praetorem perlati 173.e
libui Galli 64.b 131.k
libyphoenices 128.k
licentia ſacra ac profana ſpoliandi unde Romae coeperit 183.b
licinia lex 83.g.h.k.155.a
liciniae familiae laus 61.d
licinius Craſſus pont. max. 174.c 245.c
licinius Meneniuſtrib. mil. 74.b 75.f
licinij hiſtorici fides eleuata 80.h
licinium genus 112.e
licitorus, pro eo cui licitum erit futurum 357.e
lictores anteibant conſules ad bellum proficiſcentes 117.f
lictorum duodecim numerus unde ſumptus 2.k

lictores CXX. cum decemuiris 33.k
lictores conſulum, plebis homines 25.b
lictores conſulum uiolati, & faſces fracti 26.a
lictores tribunorum, illos praeeuntes, fores aedium, in quas illi diuerterẽtur, percutere ſolebant 76.d
lignator, pabulator 315.b
lignis carens terra 313.f
liguria duobus ſimul conſulibus prouincia decreta 318.g
liguriae aſperitas 322.i
ligur, hoſtis Romanis uelut utilis 322.i
ligures a Romanis coerciti 328.i.k
ligures aduerſus Romanos excitati b.337.f 245.d 280.i.k
ligures Alpini 333.b
ligures Apuani alio translati 341.k
ligures, durum in armis genus 187.d
ligures e montibus in agros campeſtres deducti 341.d.e 343.i
ligures in exercitu Hannibalis 128.k 144.c
ligures in fidem Hannibalis tranſeunt 136.a b.225.i.k
ligures latrones, foedifragi 339.d
ligures multi in libertatem reſtituti 354.b
ligures omnes dediti 423.e 297.i 340.e 341.e 352.b
ligures Romanos male excipiunt 180.i.k
praetorem Baebium caedunt 186.a
ligures ſubacti in campeſtria deducti 341.e.d 343.e
ligures triumphati 343.g 347.e.f
ligurum bella Gallicis ſemper iuncta 296.b
ligurum caedes ac fuga 282.k 283.a 285.f 296.a 339.e.d 343.i 347.d.b 348.e 352.a 354.f
ligurum celeritas 322.k feritas 348.e aduerſus Romanos fraus 328.b triumphantur 340.e.f
ligurum in Italiam excurſiones 277.f 279.g
ligurum rebellio et excurſio 346.e.f.g 348.b.c
ligurum ualles 318.g.h
liguribus belli cauſſa numquam deerat 322.k
liguſtini montes 369.g
liguſtici belli fama gliſcens 318.b
lilaeum opidum 293.b
lilybaetanus conuentus frequentiſſimus in apparatu Africani belli 229.f.g
lilybaeum promontorium 214.g Carthaginienſes capere nituntur 134.e
limnaea urbs recipitur 291.g
lamina Capitolii aenea facta 117.b
lincestae, Macedoniae populus 385.a
lingones Alpes tranſgreſſi 64.b
lingos mons 255.b
lingua in altum eminens 371.e
lingua mille paſſuum excurrens urbs 303.g
linguae ac nominis momentum 244.i
linguae damnum naturale 79.i
linguae ineptitudo animo non ſufficiens 26.b
linguae in irriſu extendendae mos 80.k
linguae ſimilis conciliatio 249.a.b
linguam tantum & ſpeciem hominum habentes quidam, cetera ferae & monſtra 272.b
linteata legio 121.c
linteatarum cohortium Samnitiũ ſtrages 122.a
lintei libri 44.i 46.a 47.d
linterni arenae 141.c
lintres nauium uice 129.g
liparae inſulae 134.g
liparenſium piratae 62.b
liris fl. 116.b 93.e
lis de finibus inter ſocios Romanos turpiter a Romanis deciſa 42.f
liſſum opidum 375.a
litabrum opidum Hiſpaniae expugnatum 282.a
litana ſilua, ubi Rom. exercitus a Gallis occiſus 156.a 271.b 275.i
litatio, & perlitatio 348.g
liternum colonia deducta 275.k
liternus fluuius 259.g
liternum ſeu Literninum exſilii Scipionis Africani locus 319.k & ſepulturae eiuſdem 274.e
litora crebris ignibus fulgentia 138.f
litterae ac nuncii Haſdrubalis ad Hãnibalem intercepti 208.f.g
litterae et tabellae laureatae uictoriã nunciantes 378.i
litterarum adulterinarum ſupponendarum aſtus 168.k 341.e 378.b
litterarum inuentor Euander 2.f
litterarum de rebus arcanis dãdarum periculum 12.c 264.f 277.f
litterarum falſarum fingendarum artifex Hannibal 317.d
litterarum raritas 79.f.g
litterarum uenialium praeceptum feſtinatione ſupplicii antecuerſum 188.a.b
liuburnum Ligurum opidum ſe Romanis dedit 259.g
lituus auguralis 5.a.b
liuius poeta primus fabulam populo Romano dedit 79.e eius carmina 206.k
liuius quo tempore fuerit 47.d Romanas duntaxat res ſcribere ſtatuerat 350.c
liuius Salinator unde dictus 332.g
liuii & Neronis cenſorum ſimultas 332.b
liuii ſaeculum 1.e 47.d
liuii ſaeculo reſp. Romana turbabatur 1.e
loci grauitas, peſti obnoxia 301.k
loci inaugurandi mos ubi cum populo agi poſſet 32.a
loci momentum uel in iudicio ferendo 73.b.c 75.a 84.a
loci religio indutias hoſtibus commixtis praebens 374.i
loca mores mutant 308.e 63.i
locorum capiendorum momentum in bellis 284.a
locorum diuiſio in ſpectaculis ſpectandis 275.i.9.k
locis ſanctitate ac diuitiis inſignibus etiam miracula affinguntur 359.b
locationum publicarum abſtinentia Romae 364.a
locrenſes Romanis portas claudunt 160.a.b Poenis ſe dedunt 357.d 162.a
locrenſes, male a Carthaginienſibus habiti, peius a Romanis habentur 225.b.c.d.e & deinde
locrenſium legatorum de Plemnio & militibus Romanis in Senatu Rom. querellae 227.e.f. & dein.
locrenſibus libertas, leges, ſenatus, reſtituuntur 228.k
locri pop. in Bruttiis. eorũ obſidio, eiuſque ſolutio 205.a
locutus deus 67.c.i
locuſtarum nubes, ac uis ingens 233.f 251.e
lomnorius, ac Lutarius, reguli Gallorũ 312.k 313.a
longula, opidum Volſcorum 21.a Romanis admitur 22.c
longuntucam op. Romani capiunt 141.g
loratinae flumen 364.d
loricati cathaphracti 387.k
loryma portus 300.k
lua mater dea 89.f
lucam colonia deducta 346.g
lucani a Romanis tueri ſe petunt aduerſus Samnites 114.c
lucani & Apuli in fidem Romanam ueniunt 95.g
lucani in ditionem Romanorũ redeunt 214.d

Lucanorum defectio 201.e 244.i 96.d
lucanorum ſeditiones cõpreſſae 116.i
lucerani in poteſtatem Romanorum ueniunt 103.a
luceres equites 4.6.9.e
luceriae obſides Caudini ſeruabantur 102.a
lucerina uictoria 120.a.f
lucerini ad internecionem a Romanis caeſi, 105.i
lucerini,coloni Romani 200.b 105.i
luci ac fana ſacroſancta 288.g
luci & ſiluae caeſae ut reſtituantur 260.h
luci Iunonis Laciniae mera paſcua 162.f
l.Aebutius cos.29.a eius mors ibid.b
l.Aemilius cos.22.k 24.h.25.f. triũuir menſarius factus 155.e equeſtri 180.h 183.g
l.Aemilius Mamercus cos.79.b.g dictator 89.d 95.b
l.Aemilius Papus praetor 220.d
l.Aemilius Paullus collega Terentij Varronis in conſulatu 143.g 309.b 333.b 372.e Vide,L.Paullus Aemilius
l.Aemilius Regillus 248.b 254.i 298.e 300.e 309.d
l.Aemilius Scaurus exercitui Helleſpontum tranſiicendo praeficitur 303.g
l.Aemilius trib.mil. 62.3.b 8.b 69.b 73.d.f 76.f
l.Aemilij propraetoris aduerſa cum Luſitanis pugna 306.g
l.Alum hominis plebeij erga ſacerdotes ac Veſtales & ſacra po.Ro.reuerentia 65.e
l.Albinus trib.pl. 21.a
l.Allienus Aedilis pleb. 34.b
l.Annius Setinus Latinorum praetor 89.k & dein. 90.f
l.Anicii expeditiones 383.k eiuſdem de Gentio rege Illyriorũ triumphus 388.a
l.Antiſtius trib.mil. 75.e
l.Apuſtius legatus 159.e.f
l.Apuſtius legatus Sulpicij cos. 248.g l.Scipionis 299.e eius mors 300.b
l.Appuleius Saturninus ptor 388.e
l.Aquillius augur 206.i
l.Aquillius Coruus trib.mil. 69.f
l.Arrianus trib.pl. 198.b
l.Atilius plebeius trib.mil. 59.d
l.Atilius praeſidij Locrẽſis praefectus Rhegium deuehitur 151.b
l.Atilius trib.mil.conſ.pot.44.g 60.d trib.pleb. 106.k
l.Atilij adoleſcentis oratio prudens 379.f
l.Atilij quaeſtoris mors 147.e
l.Attij trib.ſecundae legionis uirtus 345.h
l.Aurunculeius cos. 297.e praetor 306.g
l.Bantius Nolanus Hannibalis fautor 153.h
l.Baebius Diues pr.307.e eius mors 309.a
l.Brutus filios patriae immolat 97.b
l.Caecilius Metellus de deſerenda patria cogitat 148.g in officio continetur 48.e
l.Caecilius Metellus reus 122.h eius ignominia 200.e 171.f
l.Calpurnius legatus Romanus ad Achaeos 257.e
l.Cantilius ſcriba pontificum,Veſtaliũ ſtuprator, uirgis ad mortem uſque caeſus 148.i
l.Canulius trib.pleb. 173.i
l.Cincius Alimentus hiſtoricus 131.i
l.Cincius praetor 191.e
l.Coelij legati infelix conatus 368.g
l.Comini trib.mil.uirtus 96.g
l.Cornelius Lentulus cos. 94.a pont.max.302.e ſacrorum x.uir. 172.f
l.Cornelius Maluginenſis cos. 32.d 35.k
l.Cornelius Merula cos. 277.e
l.Cornelius Scipio cos. 83.k 114.e 277.e
l.Cornelius Scipio Aſiaticus dictus 310.d eius de Aſia triumphi ſplendor 310.f
l.Duronius Illyrij praetor 342.b
l.Fuluius cos. 99.f
l.Furius conſul 43.b e. trib. militum 73.g 76.b
l.Furius aduerſus Gallos Gremonem obſidentes ducit 247.e.d
l.Furius Camillus dictator 84.d conſul ibi 92.g 96.d
l.Furius Medullinus trib.mil.conſ.po. 48.e 50.e 53.b 54.d 55.b.i 59.e.g.k 62.b
l.Furius pr.Siculus 155.d
l.Furio Purpureo trib.militum 198.d praetor 130.f 133.b cos. 263.a
l.Furij Purpureonis rogatio 321.d
l.Furij Bibaculi mors 147.e
l.Furius trib.mil. 76.b
l.Furius triũphum petit 252.i 253.a
l.Geganius trib.mil. 78.g
l.Genucius cos.99.d 111.k primus de plebe conſul 68.f
l.Horatius Barbatus trib.mil. 50.e
l.Horatius Puluillus trib.mil. 69.i
l.Hortenſius trib.pleb. 52.h
l.Hortenſij criminatio a prouincialibus Chalcidenſibus 365.a
l.Hoſtilius Mancinus a Numidis occiditur 140.b
l.Icilius ſponſus Virginiae 36.f et deinde.trib.pleb. 38.i
l.Iulius cos. 49.c
l.Iulius eques fulmine ictus cum equo 263.g
l.Iulius magiſter equitum 48.b
l.Iulius trib. milit. 46.b 58.f 59.k 75.f
l.Iunius Brutus cos.13.b eius ardens animus in ſtupro Lucretiae 13.g Vide,Brutus.
l.Lentuli conſilium in Furcis Caudinis 100.d.e
l.Lentulus Indibili Illergeti occurit 224.b
l.Lentuli oratio 247.e
l.Licinius trib.mil. 183.f
l.Lucretius Flauus cos. 62.k
l.Lucretius trib.mil. 73.d.f
l.Lucretius Tricipitinus cos.26.e eius triumphus 29.i
l.Mamilius Tuſculanus ciuitate donatus 33.i
l.Mamilius Tuſculi dictator 31.e 32.k
l.Manlius Acidinus Indibili Hiſpano occurrit 224.a a M.Porcio Laeca trib.pl.impeditur ne ouet 254.eius aduerſus Celtiberos pugna 327.d
l.Manlius Capitolinus trib.mil. 51.b
l.Mãlius Imperioſſus dictator claui figẽdi cauſſa dictus 79.g eius odium ibid.
l.Manlius praetor cum Gallis pugnat 129.e
l.Manlius proconſul ouat 323.k
l.Manlij Torquati pontificis mors 239.a
l.Marcius ad oppugnandum Caſtulonẽ Hiſpaniae opidum miſſus 215.f inde ad Barbaros 216.a
l.Marcij Septimij F.equitis Rom.res fortiter geſtae 182.g.i calumniatio 184.b uirtus 193.a 216.e 221.e
l.Mecilius trib.pleb. 26.e
l.Menenius Lanatus cos. 45.b
l.Menenius trib.pleb. 81.e
l.Metellus notam ſuam aduerſus cenſores ulciſcitur 171.f
l.Metelli,& Poſtumij Albini certamẽ 378.f

l. Minucius annonae praefectus 45.i cos. 32.k a Quinctio Cincinnato dictatore ereptus ex obſidione 90.i
l. Minucius x. uir. 34.k
l. Minucius Myrtilus Carthaginienſibus in ſupplicium traditus 318.b
l. Minucij honorarium 46.f
l. Nautius cos. 32.k
l. Numitorius 26.e
l. Numitius Circeienſis Latinorũ praetor 89.k
l. Opinij Panſae quaeſtoris mors 119.g
l. Oppius Salinator 283.e
l. Oppius trib. pleb. 259.e
l. Papirius Craſſus cos. 49.d 94.a dictator 92.e
l. Papirius Curſor trib. mil. conſ. po. 69.i 70.k 77.e trib. pleb. 73.f magiſter equitum 92.e dictator 96.e 109.c conſ. 92.e 106.f e. aedilis curulis 113.i praetor 123.e
l. Papirij Curſoris laus 102.f.g 121.a uirtus 140.f
l. Papirius Mugillanus cos. 44.i 48.f 102. cenſor 45.a trib. milit. 51.b interrex 52.a
l. Papirius trib. mil. 69.i 77.c
l. Papirius trib. pleb. 73.f
l. Paullus Aemilius a Liguribus obſeſſus 338.k eiuſdem de illis uictoria 337.b.i 338.d
l. Paulli Aemilij in Macedoniam copiae 274.g eius in concione oratio 273.k
l. Paulli Aemilij laus 385.d. e mors 147.d Vide, L. Aemilius Paullus.
l. Petillij ſcribae in agro inuenti libri uaticini 339.f
l. Pinarius cos. 25.k magiſt. equitum 79.g
l. Pinarius Mamercus trib. milit. conſ. po. 48.c
l. Pinarij Romani praefecti Aennae urbis in Sicilia uirtus ac prudentia 159.d.e & dein.
l. Plautius Venox Cos. 94.a 104.g
l. Pomponius Veientanus 172.f a Carthaginienſibus captus 159.c
l. Pompeij tribuni militum anguſtiae 363.a
l. Popilius Volſcus trib. mil. 59.c
l. Porcius Licinius conſul 329.b praetor 307.c
l. Poſtumius cos. 110.k cos. III. abſens creatur 155.k cũ exercitu deletus 155.k 156.a
l. Poſtumius Albinus Gallus pr. 144.b conſul 125.g 392.a flamen Martialis in auguratu 381.g
l. Poſtumius Megillus propraetor 118.c cos. 119.c
l. Poſtumius Megillus interrex comitia habens, ipſe conſul creatus 198.i
l. Poſtumius Regillenſis trib. mil. 73.g
l. Poſtumius Sp. Seruilij cos. legatus 123.e
l. Poſtumius trib. mil. 66.f
l. Publicus Bibulus trib. mil. 148.a
l. Quinctius Cincinnatus 30.f cos. 31.b dictator 33.f 46.b magiſter equitũ 50.e 52.b 69.b 75.i eius expeditiones 255.k
l. Quinctij expeditio aduerſus Lacedaemones 272.a.b
l. Quinctius Cincinnati filius 46.h
l. Quinctij Cincinnati triumphus 33.i
l. Quinctius Flamininus augur 173.f conſul 197.a praetor 253.d claſſis praefectus 259.g
Quinctij praetoris triumphus 331.c
l. Quinctius Flamininus ſenatu motus 331.c
l. Rammius Brundiſij princeps 353.f
l. Roſcius Romanorum legatus a Fidenatibus caeſus 46.b
l. Sempronius Atratinus cos. 44.i cenſor 45.a
l. Sergius Fidenas cos. 46.b.i 49.d tribu. mil. conſ. po. 48.c 52.f.g trib. mil. 52.f.k 59.k
l. Seruilius Structus trib. mil. 52.k
l. Sextius ſtrenuus adoleſcens trib. pl. 76.c.i 78.e.f
l. Sextius primus de plebe conſul creatus 78.b
l. Scipio Oringin Hiſpaniae urbem oppugnat 211.c
l. Scipio Romam nuncius Hiſpaniae receptae mittitur 214.k
l. Scipio cum P. Scipione in Africam proficiſcitur 229.i.k
l. Scipio reus 320.f
l. Scipio fratri ſuo Publio aequatur 322.b.c
l. Scipionis candor erga fratrem ſuum P. Scipionem 321.a
l. Scipionis ludi 227.a
l. Scipioni Graecia prouincia decernitur 296.b
l. Scipioni Aſiatico equus ademptus cenſura 331.f
l. Scribonius Libo 277.e triumuir menſarius 323.c praetor 226.d
l. Siccij caedes deformis 36.e
l. Stertinius aerarium auget 150.b
l. Sulpicius cos. 80.h
l. Tarquinius Collatinus cos. 13.i.k
l. Tarquinius conſulatu ſe abdicat 14.k
l. Tarquinius magiſter equitum 33.d
l. Tarquinius Priſcus dictus Lucumo 8.i
l. Tarquinius Priſci Tarquinij filiuſne, an nepos 11.a
l. Tarquinij Superbi regnum 13.b exſilium 12.i
l. Tarquinius ex peregrino Romanus rex factus 43.h.i
l. Terentius Maſſaliotes aedilis 353.d
l. Titinius plebeius trib. mil. 59.d. 60.d
l. Trebonius trib. pleb. 41.b
lucius et Aruns Tarquinij duas filias Tarquinij priſci uxores accipiunt 10.c
l. Valerius C. F. Tappo triumuir 306.h cenſor Catonis collega 331.a
l. Valerius cos. 23.a 26.i 47.d tribunus plebis 73.d
Valerius Flaccus magiſter equitum 101.c
Valerius Flaccus praetor 253.d trib. plebis 267.i
l. Valerius F. L. Furij legatus 247.d
l. Valerius Flaccus cos. 206.c
l. Valerij Flacci de Boijs uictoria 271.b
l. Valerij Flacci pontificis mors 341.c
l. Valerius interrex 60.g
l. Valerius Potitus trib. mil. 65.a 68.d. cos. 63.d 69.b interrex 58.e.f 59.g 74.b
l. Valerij Potiti generoſus animus 35.g
l. Valerius Publicola trib. milit. 69.b 62.b
l. Veturius trib. milit. 78.f cos. 213.c uir 33.c
l. Veturius Philo cenſor 198.i.k dictator 144.f magiſter equitum 226.d pr. 98.k legatus 210.d eius laus 213.c
l. Villius Tappulus aedilis pl. 173.g
l. Villius Tappulus pr. 253.d
l. Virginius cos. 47.g
l. Virginius, pater Virginiae uirginis 36.f. & dein.
l. Virginius trib. mil. 68.h.i 209.c
l. Volumnius cos. de plebe 93.f 115.c
lucretia quo terrore expugnata 13.f eius commendatio 12.i mors 13.g.h
lucretius praefectus urbis 13.k
l. Lucretius Tricipitinus trib. mil. 69.f
lucretij praetoris inuidia apud tribunos plebis 364.d
lucri caeca cupiditas pernicioſa 167.f & dein.

luctus

luctus memorabilis 15.b
luctus ſimulandi fraus 269.d
luctus publico edicto finiri iuſſus 269 d 147.b 155.b
lucumo Aruntis Cluſini uxorem corrumpit 63.b
lucumo et Aruns Demarati Corinthij filij 8.a
lucumonis ambitio 8.b
ludi Apollinares 199.b 176.c
ludi Apollinares aquarum magnitudine tranſlati, ſubito in circum reducti 241.k
ludi a P. Cornelio Scipione in Africa uoti, facti 253.b
ludi Capitolini 67.c
ludi funebres 253.d 331.i
ludi Ioui uoti facti, & eorum ſumptus 341.g
ludi magiſtri Faliſci fraus ac proditio 62.d
ludi magni 60.g 48.a uoti 245.d 323.f
ludi magni facti 232.f 205.d 63.d 275.a
ludi magni Graeciae 385.f
ludi magni Ioui uoti 159.e.f
ludi magni Romae inſtaurati 21.g eorum ſumptus 323.f.g eorum Ioui uouendorum formula 228.i
ludi maximi 78.b
ludi Megaleſia celebrati 227.a
ludi nimium ſumptuoſi nō Italiae ſolum, ſed etiam prouincijs graues 341.g
ludi per dies decem Ioui facti 352.f
ludi plebeij facti 173.a 206.k 213.e 226.d 241.k 253.d 254.i 266.e
ludi prae laetitia uictoriae Macedonicae relicti 378.i
ludi promiſcue diu ſpectati 275.k 277.d
ludi publici toti Graeciae Amphipoli facti poſt deuictum Perſea 273.e
ludi quatriduani in circo facti 239.b
ludi Romae ſollennes & annui inſtituti, Romani & magni dicti 9.c
ludi Romani celebrati 157.f 173.g 198.b 253.d 254.i
ludi Romani et plebeij inſtaurati 203.e 232.k 263.e 318.g
ludi Romani inſtaurati 206.k 213.e 241.k 253.d 254.i 259.e
ludi Romani ſcenici facti 244.d 343.b 351.f
ludi ſcenici quando primum facti 79.f 171.f 294.i
ludi Scipionis uotiui celebrati 222.i 229.b
ludi Taurilia facti 326.g
ludi uotiui facti 82.d 275.k per decē dies facti 341.g.h
ludorum Apollinarium dies certus ſollemnisque ſtatutus eſt 203.k
ludorum apud priſcos conſuetudo 370.i
ludorum celebritas 50.e.f
ludorum initium Romae 79.e.f
ludorum intermiſſorum indignatio 56.d.e
ludorum licentia & remiſſio nonnunquam pernicioſa 205.f
ludorum Nemeorum celebritas ex uictoria de Romanis 205.h
ludorū ſumptus circumſcriptus 341.h
ludorum uotorum a decemuiris, celebratio 45.g
ludos finitimis populis Romulus indicit 3.b
ludis ira deorum non placata 79.g
ludibria oculorum et aurium ſaepe pro ueris credita, prodigia putantur 171.a
ludibrium hoſtis regis metuens mulier morte anteuertit 334.g
ludicrae artis ignominia 79.f
ludicrum certamen ſerium effectum 335.a
ludicrum Iſthmium prae gaudio libertatis paruum habitum 264.i
ludiones ex Etruria acciti Romam 69.d
ludionum oblectamenta conuiualia 323.i
lumma in claſſe Scipionis 229.k
luna pernox 255.g
luna, ſeu lunae portus 269.g 326.f
luna ſub urbem ſolis ſubiens media die tenebras facit 398.a
lunae aedes in Auentino 334.b
lunae caſus inter imbrem 137.g
lunae defectu crepitus aeris ſilenti nocte editus 185.b
lunae duae interdiu ortae 137.f
lunae eclipſim futuram praedicit C. Sulpicius Gallus militibus 376.b
lunarem annum deſcribit Numa 5.d
lunenſis ager 277.i
lunenſium & Piſanorum de agro contentio 281.c
lupa abiectis pueris uagientibus mammas ſummittit 2.b
lupa meretrix ibid.
lupercal ludicrum 2.b.c
lupus interdiu Romae uiſus et agitatus 346.b
lupus Martius 118.b
lupus per medios exercitus euadens 118.b
lupus Romae in Capitolium penetrat 259.g
lupus urbem ingreſſus uigili gladium e uagina aufert 136.g uigilem laniat 207.a
lupus urbem ingreſſus 263.g
lupi duo Formias oppidum ingreſſi, obuios laniant 259.g
lupi ferrei, machinulae 211.d
luporum prodigia 33.k 133.f
lupis comparati Romani 41.f
luſcinus & Culca reguli 262.k
luſitani fracti & triumphati 231.e & dein. 346.d
luſitanorum clades 279.d 326.e
luſitanorum uictoria aduerſus Romanos 305.h
luſtrandi exercitus ſollemne 312.h 334.k
luſtratio urbis 137.b 280.f
luſtrale ſacrificium 7.d
luſtrum conditum quod appellatur 10.g.h
luſtrum conditum 30.e 113.i 123.f 206.k 351.e 312.k
lutarius ac Lomnorius reguli 313.a
lutatij conſulis in conficiendo bello celeritas 140.f
luxuria Antiochi & eius exercitus 291.b
luxuria & auaritia contraria uitia 268.g
luxuria non irritata tolerabilior, quā legis uincula ſo uta 268.g
luxuriae peregrinae origo ab exercitu Aſiatico inuecta 323.i
luxurians laetitia 153.b
luxus hiberni malum 291.b
lyaconia Romanis ſubiecta 308.d
lychnidum de Philippo rege captum 300.e
lyciam ſibi adiungunt Romani et dein.
lyceum incenſum 206.a
lycij Rhodijs attributi 371.e. ab Rhodijs bello laceſſiti 350.c
lyciorum fuga 291.b
lyciorum querella de Rhodijs apud Romanos 346.c
lyciſcus Aetolorum praetor 33.a
lychnidion oppidum 365.d
lyco Achaeus 359.e
lyco oppidum in Hiſpania 306.g
lycortas Megalopolitanus equitū praefectus 284.d
lycortas praetor Achaeorū 329.g.h
lycurgus tyrannus 272.g eius diſciplina octingētis annis obſeruata abrogatur 316.b
de ea re querella 329.b 330.a
lycus flumen 312.b
lydia & Ionia Eumeni datae 308.i

lyſimachia Aetoliae urbs 60.f.g Seleuci regia 281.i a Thracibus deleta 266.b reſtituta 265.i
lyſimachia a Romanis recipitur 303.f Eumeni attribuitur 318.a
lyſimachiae clauſtra 304.e
lyſimachiam Galli capiunt 312.e
lyſimachus a Seleuco uictus & caeſus 278.a
lyſinia urbs ſe Romanis dedit 312.i

M

MAcedões, graues accolis 190 d. graues domini 209.b. feroces 392.c
macedones Achaeorum & Athenienſium finibus interdicti 349.e
macedonũ merita de Achaeis 349.k
macedones & Illyrij liberi eſſe iubentur 382.b 384.g
macedones & Thraces cum Romanis aduerſus Antiochum 305.b
macedones legati de Philippo omnia pollicentur 263.d
macedones impenſa regia armati 248.k
macedones reges uiginti fuerunt 380.e
macedones Rom. multo impares 104.e.f
macedonum animos Philippus ſibi cõciliat 254.d
macedonum ad Cynocephalas caeſorũ oſſa lecta 290.f
macedonum arma 104.e uires ac uirtus 87.b 360.b
macedonum clades ac fuga 212.a 250 i 310.e.362.d.377.i
macedonum criminatio aduerſus Romanos in Panaetolio 248.d refutatio 249.e
macedonum imperium a quibus auctũ 294.a.b
macedonum impotentia aduerſus Athamanas 309.k unde expelluntur 310.a
macedonum legati in ſenatum Romanum introducti 242.f
macedonum maximae unquam copiae 359.b
macedonum more armati Aſiani quidam in acie Antiochi 305.b
macedonum mos in luſtrando exercitu 334.k
macedonum nomen illuſtraturum ſe Philippus iactat 246.k
macedonum phalanx anguſtus claudi non amat 251.b quamdiu ſtipata eſt, inuicta eſt 262.c
macedonũ regum antiquorum uirtus ac gloria 260.d 281.b maieſtas 351.b
macedonum translatorum degeneratio 310.b
macedonia omnis intra biduum Romanis deditur 377.i
macedonia populationibus infeſtatur 248.g 251.b
macedoniae accolarũ de Philippo querimoniae 331.k
macedoniae diuiſio 382.a 384.b k
macedoniae pax datur 263.d
macedoniae reguli Romanis conciliantur 248.g
in Macedoniam tumultuantem legati ab Romanis mittuntur 329.b.c & dein.
macedonicum bellum 170.b. i pacem Punicam excepit 143.c quando et unde coeperit 243.c 245.d maius Antiochi bello 262.d. XV. diebus a Paullo Aemilio cõfectum 388.f
macedonici belli cura & apparatus 348.f 354.g 372.e.f
macedonici belli augurium 244.e eiuſdem moles et exſpectatio quãta fuerit 161.f 354.i k eius delectus 266.e
macedonici belli prima mentio, eiuſq. metus 242.b eius ſeminaria 317.b 337.i ſtatus 372.i k finis 380.b
macedonicum mare 371.b
macedonicae uictoriae laetitia ante eius nuncium percepta 378.i
macedonicorum ſpoliorum ſpectaculum 385.f.g
macracome opidum 256.a
macra fluuius 328.k
macri campi 380.i
macris inſula 300.a 303.a
maeandri fl. altitudo 312.c fontes. ibid.d
machanitas Lacedaemoniorum tyrannus 205.d 211.f eius conatus 212.e
machinatio pro machinis 200.e
maduateni Thraces 205.g
madytos op. Philippo deditur 246.g
de Maronea & Aeno urbibus controuerſia 327.i
medi in Thracia 211.g
medi in Macedoniam incurrere ſoliti 206.g
in Maedicam exercitum Philippus ducit 338.a
maenalus mons 272.k
maenium atrium 331.c
maeſia ſilua Rom. agro adiecta 10.b
magaua mons 313.f
magella ad Poenos deficit 189.b
magiſter equitum primus 21.f. ſecundus ibid.g
magiſter equitũ de plebe primus 91.a
magiſtri equitum a dictatore metus 96.i.k 97.a
magiſter equitum dictatori in imperio aequatus 142.k 143.a.b.c
magiſter idem et comes puerorum, eos prodit 62.c.d.e
magiſtratus, patriae poteſtatis auctoritate minui non debet 171.k
magiſtratuũ ſolitudo Romae per quinquennium 75.g
magiſtratus plebeius nullus auſpicato creabatur 78.d
magiſtratus continuati inuidia 318.g & dein.
magiſtratus ſui oſor populus, correctus 150.k 151.a
magiſtratu abdicare ſe uolens, prohibetur 194.k
magiſtratu cito ſe abdicantes 107.k 108.a
magiſtratu functis dies dicebatur, ſiquid deliquiſſent 24.b
magiſtratus patricij & plebeij 35.g
magiſtratus quando inirent qui creabãtur 101.b
magiſtratus uitio creati malum 60.a
magiſtratuũ alias aliorum creatio 3.i
magiſtratũ creandorũ ſolitudo 163.g
magiſtratuum defunctorum inſtauratio 186.i
magiſtratuum electio ut fieret Romae 198.g
magiſtratum gerere non poterat ultra quinque dies, qui in leges non iuraſſet 253.d
magiſtratuum immutatio apud Romanos 34.d.e
magiſtratuum plebeiorum tributis comitijs creandorum lex 25.k
magiſtratus criminandi ratio 278.f & dein.
magiſtratus duos eodem tempore gerere non licebat, nec eundem iterum niſi praeterito decẽnio 89.a 218.d
magiſtratus magnos diuturnos eſſe nõ debere 48.a
magiſtratus ſine prouocatione eſſe non debere 38.b 39.a
magiſtratibus ac principibus coercendis etiam populi ac urbes coercentur 227.b
magiſtratibus concordibus optime adminiſtratur reſpublica 70.a
magiſtratibus ineundis ſollemnes Idus Maiae 33.k
magiſtratibus in prouincias profectu-ris

ris omnia ex praeſcripto a Romanis praeſtabantur 351.b 366.g
magiſtratibus minoribus uigiliae committebantur 325.i
magiſtratibus parendum eſſe 46.d
magiſtratibus quibuſdam Roma procul abire non licebat 289.e
magium Decium accuſat Hannibal in ſenatu Campano 153.e
magnanimitas Romanorum circa dona ſociorum 144.c.k
magnetarches magiſtratus ſummus apud Magnetes 284.k 265.a
magnetes liberi facti 265.a ingrati erga Romanos 284.k altercatio cum Villio 286.f
magnetum concilium Demetriade indictum 284.i
magneſia urbs 292.a 295.i 299.f
magneſia ad Sipylum, & Magneſia ad Maeandrum 304.b 306.a
magni campi in Africa 234.g
magni ludi Veiente bello uoti, facti 63.c
magniloquentia legatorum Rhodienſium in ſenatu Rom. 371.k 372.a
magnus unde dictus Pompeius 243.f
mago Hamilcaris filius, eiuſq. res geſtae 158.e 159.k 195.e 196.a 211.d 213.k 218.g 219.f 219.k 223.a 237.c 247.i
mabarbal Himilconis filius 127.c eius conſilium Hannibali ſtatim ut a Cānenſi uictoria Romam peteret, auditum non eſt 147.b
maiae idus magiſtratibus ineundis ſollennes 34.k
maieſtas ſine uiribus parum tuta 26.a
maieſtatis contemptus in furore militū accenſo 224.b
maieſtatis priſtinae memoriā afflicta fortuna, miſericordiam commouet 329.k
maleae promontorium 274.a
maledicentiae ultio 299.b.c & deinc.
maleuētum urbs, poſtea Beneuētum dicta 106.f
mali lapſus, Pollentiae ſignum deijcit 323.k
maliacus ſinus 205.d 291.k
malitioſa ſilua 7.k
malleoli 311.a
maloea urbs deditur 251.e 291.f diripitur 363.e
malum notum, & cui iam aſſueueris, tolerabile maxime 151.a
mala praeuiſa minus terrent 52.b
malorum imminentium praeſagitio 182.b.c
malorum conſiliorum receptus 217.a.b
malis indomitus exercitus Hānibalis, bonis nimis corrumpitur 154.g
mamercus Aemilius dictator 46.i 47.k 49.g
mamertini Meſſanam in Sicilia incolis extorſerunt 237.i
mamertinorum periculum Romanos ſollicitos habuit 240.c
mamilius Octauius Tuſcus gener Tarquinii 17.f
manciporum cenſura 331.f
mandonius Hiſpanorum regulus 13.e.f. 202.e 217.c 218.g 224.d
manduria Salentinorum opidum a Q. Fabio conſule capitur 201.e
manere ad ſigna 254.b
manipulus militum 91.d
manitii ſcribae Caſilini uirtus 155.b
manium placandorum ritum Numa inſtituit 5.g
manliana imperia 49.c
manliana ſeditio 72.e
manlianus ſaltus 340.f
manlij Capitolini popularitas, ipſi exitioſa 52.g. et dein. 72.d 73.c
manlius Cnaeo cenſor 83.k
manni ſerui indicium de incendio Romano 191.c
manus ad digitos uſq. inuoluēdae in re diuina facienda, mos 5.g
manus praeciſae ſpeculatori deprehēſo 144.c
manus propriae ſignum in proditione maximum uinculum 299.d
manus transfugis Numidis a Romanis praeciſae, & ita redacti ad ſuos 187.d
manum ſuam ipſe ultro igni C. Mucius inycit 16.k
manu unica puer natus 282.i. 349.b
manus ferreae unci ad naues ſiſtendas ac comprehendendas 296.a
manus inceſtas ad ſacra afferri non debere 267.b
manus non temere deorum ſignis admouebant antiqui 61.c.d
manumiſſorum uiceſimae lex 82.f
marcellus Claudius praetor ac cos. Rom. eiuſq. res geſtae 153.f. 160.i.k 164.k. 169.e 179.e.f.g. 181.e. 183.h. 191.f.g. 192.e. 197.h. 200 f.h. 203.c.d. 204.h. 223.i
marcius Marci filius pontifex a Numa lectus 6.c
marci praenomen de gente Manlia ſublatum 73.d
marcolica urbs Hiſpāiae capta 379.d
m. Aburius trib. pleb. 323.d
m. Acilius Glabrio trib. pleb. 241.g. decemuir ſacrorum 253.d. praetor 265.d. conſul. 283.f. 291.g. 309.d 340.b
m. Acutius trib. pl. cooptatus 58.h
m. Aemilius Cos. 54.b
m. Aemilius Lepidus 137.e. 190.b. 246.i. 318.g. 323.b. 333.g. 343.g. 358.g. 367.d
m. Aemilij Numidae pontificis mors 190.c
m. Aemilius Mamercus 55.i. 58.f
m. Aemilius Papus dictator 99.f
maximus Curio 198.k eius mors ibidem
m. Aemilius Paullus magiſter equitū 113.c
m. Aemilius praetor, homo religioſus, religionibus in urbe praefectus 139.f 176.b
m. Aemilius Regillus flamen Quirinalis 163.b eius mors 226.d
m. Aemilius M. Lepidi filius tribunus mil. 305.i
m. Aemilij mors 301.i
m. Albinus trib. mil. 75.c
m. Atinius Turinorum praefectus 177.b
m. Antonius magiſter equitum 94.a
m. Atilius praetor 347.k
m. Atilius Regulus 93.e 119.e 130.e 142.k 144.b 155.e 164.f
m. Atilij calamitas 221.d 240.a uirtus 222.b
m. Atilius Serranus triumuir coloniae deducendae 306.g
m. Atilij mors 317.c
m. Aurelius Cotta 179.b 232.k 238.k 242.e.f b 253.d 278.f
m. Baebius Pamphilus 280.i 337.g
m. Bloſius praetor Campanus 151.k
m. Caecilius Metellus praetor 213.b legatus L. Furij 247.d
m. Caeditius plebeius portentum nuncians propter humilitatem ſpretus 63.f
m. Catonis auctoritas, toga candida eleuata 309.e
m. Cincius trib. pleb. 123.d
m. Centenij Penulae ſtoliditas 178.d mors 133.e
m. Cincius Piſarum praefectus 277.f
m. Claudius libidinis Appij Claudij adminiſter 36.g
m. Claudius Marcellus 93.e 144.i 148.b 157.i 190.a
m. Decius trib. pl. 243.c
m. Duillius 26.e 38.c 39.b.i. 40.k 41 d 3 b.c

b.c 82.e 265.g
m. Aebutius Helua triumuir coloniae Ardeam deducendae 45.g
m. Claudij Virginiae aſſertoris exſiliū 39.i
m. Coriolani mors 22.b
m. Cornelius Cethegus cenſor 200.d
cos. 226.d
m. Cornelius Maluginenſis decemuir 34.i
m. Cornelius pro cos. 228.b
m. Cornelius trib. mil. 76.b 78.b
m. Cornelij praetoris uirtus 289.b
m. Coſconius trib. mil. 237.d
m. Curtij uirtus 80.b
m. Fabius cos. 23.d.b
m. Fabius aduerſus dictatorem populum appellat 97.i
m. Fabius Ambuſtus 64.b 73.d.g 76.d.e.b 81.b 180.g.i 99.b
m. Fabius Buteo ſine magiſtro equitū dictator dictus 155.g
m. Fabius kaeſo 108.e
m. Fabij kaeſonis frater cos. 23.a
m. Fabius dictator 83.k
m. Fabius Dorſuo cos. 85.b
m. Fabius trib. mil. 76.i
m. Fabius Vibulanus trib. mil. con. pot. 48.c.53.d cos. 45.f
m. Flauuleius centurio 23.i
m. Flauius trib. pleb. 99.i
m. Follius Flaccina 48.c 104.f 106.f
m. Fuluius Centimalus praetor 280.i
m. Fuluius Nobilior 266.e 280.d 293.e 306.i 310.f 313.b 319.b 321.f 342.a
m. Fuluius Paetus cos. 113.b
m. Fuluius trib. mil. 114.i
m. Fundanius aedilis pleb. 173.g trib. pleb. 268.b
m. Furius Camillus 56.d 58.f 59.g 60.e 86.f 62.b 63.f 66.d.e 67.b 68.b 69.b 72.f 73.g 74.c.d 78.c.f 79.b 174.a 206.f 323.b
m. Geganius Macrinus 41.e 44.b 46.i 47.i 78.f
m. Genucius cos. 41.i
m. Heluij oratio 270.a
m. Horatius Puluillus cos. 16.a 33.k
m. Horatius Barbatus 35.g 38.g 75.g
m. Iulius Tullus trib. mil. 51.d
m. Iunius Brutus conſul 261.b
m. Iunius dictator 148.k 153.d 157.i
m. Iunius Silanus 153.g 189.c 263.d
m. Laetorius primipili Centurio 19.g
m. Laelius cos. 168.f
m. Licinij Strabonis tribuni militum mors 345.e.
m. Liuius Salinator 107.g 204.b 206.d 207.k 212.i.k 223.c 232.f.g 245.i
m. Liuius Denter cos. 111.k 112.a pontifex 113.g
m. Liuius Macatus famae reus, a m. Liuio defenſus 206.e.f
m. Lucretij praetoris uictoriae 363.b.i
m. Manlius Capitolinus 47.i 52.b 63.d 66.g 69.b 70.k 72.k
m. Manlius Tullus cos. 18.b
m. Marcellus, & eius res geſtae 157.f 164.a 166.g 189.f.g 190.k 213.e 114.f.b 205.b
m. Marcij regis ſacrorū mors 171.f.g
m. Marcius Ralla 236.c
m. Matieni exſilium 252.e
m. Menenius trib. pleb. legis agrariae lator 54.b 69.b
m. Metelli trib. pleb. indignatio aduerſus Fabium 142.b
m. Metilius legatus 178.k
m. Minucius Cos. 18.f 21.d
m. Minucius feſſus augur 113.g
m. Minucius Rufus magiſter equitum 140.d.e 143.b.c 142.i
m. Menius trib. milit. 237.e trib. pl. 321.b 333.a
m. Ogulnius 189.b
m. Oppius & Sex. Manlius XX. tribunorum militarium praefecti 38.b
m. Papirius Craſſus 45.g
m. Papirius Mugillanus trib. mil. 52.f.k
m. Petilius Cos. 105.e
m. Pinarij praetoris aduerſus Corſos, uictoria 140.f
m. Pomponius Matho magiſter equitū 144.e
m. Pomponius Matho conſul 136.d 226.d 229.i 230.a
m. Popilius Laenas cos. 81.d 82.g 83.k 106.g 350.g 352.a.c 354.g
m. Porcius Cato 229.i 266.a 267.k 269.g 280.g 293.d 311.c.d 331.b 245.c
m. Poſtumius Regillenſis 49.g 51.g 53.e.g.b
m. Poſtumius Albinus trib. mil. 56.d
m. Poſtumij Pyrgenſis publicani fraus 173.i.k
m. Quinctilius Varus trib. mil. 56.d
m. Rabuleius decemuir 34.k
m. Sempronius Tuditanus Conſul 326.i
m. Sergius Maluginenſis decemuir 34.k
m. Sergius Fidenas trib. militum 56.g 58.b 225.b
m. Sergius Sylus legatus 377.e
m. Seruilius magiſter equitum 238.d
eius cādor in defenſione Paulli Aemilij 386.d
m. Seſtius Sabinus aedilis 238.k
m. Sextilij Fregellani animus in Romanos 200.a
m. Statilius praefectus mil. 146.b.c
m. Silanus aduerſus Hannonem Toeunum a Scipione miſſus 210.i
m. Terentius Varro taxatur 218.a
m. Titinius magiſter equitum 112.a
m. Trebonius trib. mil. conſ. pot. 73.d
m. Tuccius praetor 297.e propr. 334.a
m. Valerius Fetialis 6.c. cos. 17.g 20.d. eius mors 29.d
m. Valerius Valerij F. cos. 34.a 39.k 40.a 106.g 112.k 113.g 114.b 190.a 198.d
m. Valerius magiſter equitum 8.f trib. mil. 114.i praetor 109.i 107.b
m. Valerius Coruinus 85.a 84.k 85.d 93.e 86.c 88.f 101.c
m. Valerius Laeuinus 155.k 189.e 211.f 223.c 227.d 244.c 253.c.d 348.b
m. Valer. Max. 59.g 61.g 112.e
m. Valer. Meſſalla 198.g 316.b
m. Valer. Publicola 82.83.c
m. Valer. M. Voleſi nepos 17.k 2.k
m. Veturius trib. mil. 59.d
m. Volſcius fictor 30.f falſi teſtimonij reus 32.b 33.i
marene regio 364.e
mare Hadriaticum 63.i
mare ardens 157.i
mare pedibus tentantium ac ingredientium ſimilitudo 243.i
mare Romanus creditur ab Antiocho 303.g
mare uentis dubijs uoluitur 217.b
maris clauſtra frenare 217.b
maris quieti ac tempeſtatibus agitati comparatio cum populo ex ſe quieto, et hortationibus ac pollicitis ſeu etiam minis ac malis ab uictus cōmoto 311.i
mari non minus quam terra pollēt arma Romana 296.f
mari potitur Romanus 211.f.g
mari pugnare uolentium commoda 285.b.i
marginare uias 350.f
marius Alfius Campanorum ſummus magiſtratus 258.i eius mors ibid.k
maritus nouus nuptialibus epulis ſaginatus

...natus 292.f
marius ab uxore ueneno ſublatus 350.c
maritorum miſeria in petacitate uxorum 268.g
maritimi coloni uel inuiti in naues impoſiti bello Antiochi 289.e
maronea de Samnitibus recapta 309.b expugnata 246.f praeſidus Antiochi liberata 309.b
maronitae populus 263.k male a Philippo mulctantur 329.c.d
marrucini pacem & amicitiam a Romanis petunt 111.e
martis aedes dedicata 69.b de caelo tacta 203.b
martis ſigni ſudor 203.b
martis uiri Romani 314.a
martis uotum, amplius faciendum eſſe 139.d
martem patrem geminorum ſuorum Rhea Siluia ueſtalis iactat 2.a
martem ſui generis auctorem populus Romanus facit 1.c
martius campus qui fuerit 15.a
martius Coriolanus hoſtis tribunicia poteſtatis 21.d exſulat 21.f
martij equitis Rom. gloria ac prodigiũ 183.g 189.d
marcius Rutilius 83.d
marcius ſaltus unde dictus 326.e
marcius uates 375.a
martiana carmina 176.b
marſi a Romanis deuicti 109.i.k 111.e 112.e
marſyas amnis 312.d
marſyas cum Apolline certans ibid.
martij anni Romanorum 139.i
martus idibus conſulatus initus 184.a
maſculae Veneris abuſus 125.e.f
maſaeſylorum deſcriptio 215.a 231.f 235.d
maſgaba Maſaniſſae regis filius 381.c
maſſiniſſa, eiuſque res 172.b.i. 81.a 198.f 202.k 214.a.k 219.f 222.d 234.g.b.i 231.d.e.f.h. 235.d 236.b.c.d 243.d 245.f 259.d 278.b 287.g 308.a 354.k 356.a 365.i 381.c
maſſilienſes unde oriundi 64.a 269.b 308.f
maſſilienſes Romanorum ſocij 128.g 189.d 308.f
maſſilienſes Romanis aduentum Hãnibalis nunciant 206.i
maſſilienſium immutatio 377.a eorũ de Liguribus querella 337.f
maſſyli gens 172.b
matalus Regulus Hannibali ducem itineris in Italiam ſe iungit 130.d
matris deum, lapis quidam ſacer in Peſinunte Phrygiae 226.c ut a Romanis recepta 227.b eius aedes 232.g
matris oſculandae oraculum 13.c
matris reuerentia ac pietas 22.e
matris periclitantis cum puellis uirginibus deprecatio miſerabilis 167.i
matris indignatio de communi filia ſe non conſcia marito deſponſa 322.a
materina, Vmbrorum quaedam plaga 110.b
matrimonia Vide, Connubia.
matronae Romanae templa omnia complentes 94.d 176.f 210.b.c
matronae probri accuſatae 119.d 173.g
matronae Romanae obuiã matri deum eunt 226.k 227.a
matronarum Romanarum luctus annuus 15.b
matronarum honos 62.a 67.b 81.a
matronarum Romanarũ benignitas ac liberalitas erga patriam 62.a 67.c 69.e 137.b 268.k
matronarum Romanarum arrogans cõtentio 17.a.b deſolatio & ululatus 147.a.b tumultus in legis Oppiae contentionem 267.i
matronarum Romanarum priſcarum modeſtia 268.f
matuta mater 60.g eius aedes 61.f 174.k
matutae aedes ab incendio ſeruata 80.d 85.b
matutae Iunonis aedes dedicata 277.c
maruſij ubi ſiti 172.k
maximi cognomẽ unde coeperit 238.i
medeo urbs 375.f 291.d 373.g
medeonij ab Antiocho occupantur 291.d
medi in acie Antiochi 305.c
medidae regionis caput Iamphorinia 190.g
mediaſtuſticus ſummus Campanorum magiſtratus 185.k
medicus uitae Pyrrhi inſidians, ab Romanis illi proditus 359.f
medici quiete nonnunquam plus proſunt, quam mouendo agendoque 141.c
medici regis Philippi Calligenis aſtutia 344.e
medij ſedere qui uolũt inter bellantes, uictoris ſaepe praeda fiunt 258.b
mediolanum a quibus conditum 64.a
mediterranei, rerum naualium imperiti 283.g.b
meduacus amnis 112.b
medullia opidum 9.g
medium reſponſum, id eſt ambiguum 330.g
mendacij in bello uſus 60.d 121.k
mendacij poenam uincula non mereri 72.d
megaleſia ludi 227.a 277.d
megalopolis urbs 354.d
megalopolitani ab Antigono reſtituti 258.d eorũ honor a Perſeo 348.b
megara diripitur 17.a.i
megeſtes portus 301.i
melan amniculus 293.f 318.a
melae opidum Samnitum 166.d
meles de Samnitibus ui capta 197.e
meliboea opidum 291.f 371.f 378.d
meleſſes populi 211.e
melita inſula 134.e
melioribus parendi conſilium, fidei maximum uinculum 130.c
mendidium templum 318.c
menelis maritimus uicus 350.d
menelais urbs 327.f
menenius Agrippa orator ad plebem, quae in ſacrum montem ſeceſſerat 20.g eius mors 21.c eiuſdem honor 25.d
menetas Epirota nauarchi praefect. 294.e
meninx inſula uaſtatur 143.k
menippus Philippi regis dux 206.b 211.i
menippus Antiochi legatus 277.d 285.b 290.k
mens peccat, non corpus 14.d
menſium alienatarum reſtitutio 93.k
mentis aedes 139.e.g 157.h
menſarij quinqueuiri creati 83.g
menſarij triumuiri creati 155.e
mentiſſa opidum 188.g
mercenarius conſul 319.d
mercenarij militis ignominia in inopia aerarij 166.a
mercenarium militem quando habere coeperint Romani 172.e
mercenarijs militibus res ſuas gerebãt Carthaginienſes 195.d 221.c
mercenariorum militum in acie locus 241.c
mercenarijs militib. maxime fidit Nabis tyrannus 284.a
mercurij aedes 22.d promontorium 230.c
mercurius Teutates, Tumulus Carthaginis nouae 195.f
meretricula ultro adoleſcentulũ amãs 324.d
merici Hiſpani proditio 181.a eius honor 189.b
meſſenes Peloponneſiacae urbis oppugnatio ac direptio 157.k 294.i

meſſenii foederi Romanorum cum Philippo Macedonic adſcripti 226.f
meſſenii in Romanorum poteſtatem ueniunt 294.i.k
meſſeniorũ ab Romanis defectio 332.e d.332.g
meſsis execrabilis in flumen abiecta 15.c
metalla noua inſtituit Philipp. 327.a
metalla auri & argenti interdicta 385.i
metalli Macedonici uectigal ſublatum 382.a
metapontinorum fraus aduerſus Romanos 177.a.b 202.a
metapontinos Hãnibal in agrum Bruttium tranſducit 210.e
metaurus fluuius 209.f
metia tribus 95.b
metilius trib.mil. 53.a
metius Curtius Sabinorum princeps 4.h
metius Suffetius dictator Albinorum 5.k
eius proditio ac ſupplicium 7.e
metrodorus Rhodius ſocietatem cum Perſeo Rhodiorum facit 37?.b
metropolis Theſſaliae Ro.dedit 281.d
metropolis caſtellum ab Antiocho capit 290.i Romanis deditur 291.b
metropolitanus campus 312.i
metus alienus audaciam nobis facit 33.b
metus ſemper in deteriora interpres 209.a omnia in maius auget 224.f
metu regnũ ſuũ tutabatur Tarqu. Superbus 11.g
meuania Vmbrorum urbs 110.a
mezentius Etruſcorum rex 1.b
mezetullus Numida regum ſuorum inimicus 230.g
miccius ſeu Mictiõ Chalcidis princeps 386.d 288.f legatus lectica in ſenatum Romanum illatus 365.k
mileſii immunitate donati 317.k eorũ erga Romanos obſeruatio 365.h
miles uetus animum celeriter colligit 299.g
miles uetus ex Hiſpaniis dimiſſus 259.g
miles uetus inuitus nullus Macedonico bello ductus 245.a
militis ac ducis mutua agnitio multũ habet momenti in bello 246.c.d
militis fortis ac ſtrenui oratio 357.a
militis munus 275.i.k
militis pda fraudati indignatio 22.k
militis ſcripti nomen non delebatur, niſi ipſo uolente 141.d
militis ſtrenui demerendi ratio 153.b
militem horridum eſſe debere, nõ caelatum auro & argento 109.f
milite & equite non niſi Romano, & Latini nominis utebantur Romani 145.a
milite ſuo non mercenario Romani utebantur 222.d
milites aetate graues bini in iumenta oneraria ad expeditionem celerem impoſiti 345.b
milites Cannenſis cladis reliquiae bello aliquo depoſcunt ignominiã luere 174.e.f.g
in milites culpam exercitus amiſsi imperator reiicit 185.a
milites imperatoris ſui culpam luunt 184.k
milites cupiditate pugnae ardentes 23.b.i refrigeſcere non ſinendi 304.k
milites ducem imitantur 291.b
milites in Phocaeae direptione praetori non obaudiunt 303.k
milites fere ingenui legebãtur 174.c.d
milites miſsionem petentes 340.g.h
milites mercatores ac negotiatores 58.b
milites praedam uendere coguntur, ne alibi, quam in armis, animum habeant 116.g
milites praeſtare debebant Romanis coloni Romani, ſi neceſsitas cogeret 199.i
milites procul a domo meliores 129.c
milites quando primũ iureiurando adacti a tribunis militum 141.b
milites quomodo pro ignauia ſua ſatiſfacerent 174.d
milites Romani paſsim a Boeotis opprimuntur imprudentes 264.a
milites ſe cum armis & aliis oneribus de montibus prouoluentes 370.a
milites ſinguli Cannenſes Scipioni inſpecti 229.k
milites trecentos circa ſe inermes Scipio ad quid habuerit 223.h.i
milites unde ſuffecerint toties uictis Volſcis & Aequis 71.b
milites uoluntarii Scipionis in Sicilia lecti 223.b
milites ut tibi conciliēs 98.d 129.b
militum aduerſus imperatorem odium 23.c.d 26.e 36.c 98.d
militum aduerſus Scipionem obmurmuratio 216.i
militum amiſſo duce uirtus 7.c.d.e 420.c
militũ alacritas in propugnatione patriae 186.e
militum animus torpens & diffidens aegre in pugnam exacuitur 120.d
militum Hannibalis concordia, patientia, ac tolerantia 313.h
militum auaritia inſatiabilis 385.i
militum carmina in ducis ſui triũpho 323.i
militum concordiae utilitas 158.b
militum conſolatio, ac laudatio 196.e
militum decimatio 26.f
militum deſolatio ſub nouo duce multo ignobiliore 182.b
militum deprehenſorum ſtupor 99.k 100.a militum donaria 132.g 213.a 265.g 276.b 277.b 309.f 329.i 342.e
militum exaſperatorum leniendorum ratio 216.k
militũ exercitatio ſub Scipione 197.a
militum ignauorum multa 145.f.g
militum ignauiae aliquot belli 174.e
militum impetus ducem auferens, perniciem ſibi parit 178.g
militum in Macedoniam portandorum delectus difficultas 356.c.d
militum in triumphis honos 386.i
militum ira & auaritia non ſemper imperatorum iuſſui cedit 303.k
militum laſciuia ac iocus poſt bene rẽ geſtam 145.g
militum laſciuia ac diſſolutio 216.h.i proteruia ex otio 386.d
militum laudatio 312.b
militum modeſtia 163.k 215.a patiẽtia, ac labor 215.a ſeditio 254.a
militum plectendorum mos apud Romanos 184.f
militum paenitentia de ſeditione & defectione cogitata 217.e
militum praeda immenſa 385.i
militum praeſidiariorum inſolentia 225.g
militum Romanorum a Samnitibus uictorum pudor 100.f & dein.
militum Romanorũ generoſitas 158.b
militum Romanorum extra Italiã militantium murmuratio 199.h
militum Romanorum inter ſe altercatio, rixa, ac pugna 225.k
militum ſacramento adigendorum mira religio 121.a.b
militum a Scipione in Africam portandorum numerus 229.g
militum ſingulorum captiuorum redemptio, argenti pondo bina & ſelibrae 142.e
militum trepidãtium in acie ac fugientiũ terga haſtilibus caedunt 279.k
militum uictorũ olim praemia 119.b
militibus in dimittendis aſtutia Hannibalis 129.b

milites-

militibus unumquam praeda expugnati opidi permittenda 293.k
militibus ueſtimenta donantur 299.a
militib. ueteranis ager diuiſus 245.b
militantium obtrectatores 274.d
militare coacti etiam qui nondum aetate militares eſſent 174.e
militares artes aliae atque imperatoriae 178.e
militares uiri factis magis, quam uerbis freti 117.c.d
militaria aera, ſtipendium militare 49.e.59.b
militaria munera an Alexander Magnus melius adminiſtraret, quā Ro. duces 103.i
militaris conſpiratio ut coercita 87.g.h
militaris diſciplinae ſeueritas 97.h.i
militaris exercitu ſimulacrum 370.i
militaris fortitudinis praemium 87.g
militaris libido, & auaritia 314.k
militaris oratio 31.e.h
militaris praerogatiua 125.f
militaris ſeceſſio quantum momenti habuerit 89.a
militia ignominioſa 229.g
militiae detrectatio acerrimum telum aduerſus patres 42.a
militiae per hiemem intermiſſio 56.e
militiae uacationem coloniae Romanae niſi permiſſu Romanorum nō habebant 227.a
militiam detrectantes a cenſoribus notati 165.i
militiam detrectantes ut dimiſſi a Scipione 223.h.i
milionia Marſorū urbs 226.g.233.e
in millia aeris uicenquini & ſemiſſes soluti 324.a
miluius ponit 209.g
mincius amnis 259.i
minerua Alcis 360. b Itonea 293.b
praeſes arcis Athenienſium 249.d
praeſes arcis Ilienſis 304.g
mineruae inuentionum numerus 79.g
mineruae promontorium 337.b
mineruae ſacrificat Liuius 299.h.e
minio princeps amicorum Antiochi 281.k.282.b.307.e
minius Cerrinius Campanus Ardeam in uincula mittitur 326.c
minius & Herennius Cerrinij Bacchanarum ſacerdotes 324.k.326.e
minores pontifices 148.i
minturnae colonia 116.b
minucia Veſtalis propter mundiorem cultum ſuſpecta ſtupri 93.d
minucius cum Hannibale proſpere pugnat 142.i.144.f
minucij erroris confeſſio 143.g
miracula nonnūquam locis inſignibus affinguntur 162.f.g
a miraculo dicti Thaumaci 254.b
miranda ac uelut prodigioſa, quae rara 164.e
miſagenes Maſſaniſſae filius 356.a 383.e.f
miſeriae ſuae cuiuſque nimium detegendae malum 151.c.d
miſeriae ultimae liberas neces dant 227.b
miſſilium prouiſio aduerſus montanos obſidentes 313.k
mithridates Antiochi filius 262.f
mitys amnis 370.d
mittere ſtipendijs 367.e
mnaſimachus Acarnas 306.d
mneſilochus Acarnanum princeps 291.e
moagetes Cibyrae tyrannus 312.e
modeſtiae ſimulationis utilitas 30.i
modice ferre, non inſolenter nec impotenter, ſed intra modum 162.g
modice uinoſus, parum appotus 345.b
moenibus nō ſolis urbes ſeruantur, ſed & militum robore 256.f.g
moenicaptus Gallorum regulus 171.e
maeſtitiam publicam urbis partes demunt 156.b
moliri corpora, aegre prodire 293.i
moliri terram altius, hoc eſt effodere 338.g
molles uiri 263.i
molliter agendo dignitas interdū amittitur 330.c
moloſsis regio 383.k
moneris nauis 327.f
monogamiae honor apud Roma. 117.a
monomachiae aliquot 80.k.91.f.164. c.d.163.g.177.i.216.e.f
monopodiorum uſus quādo Romae coeperit 331.i
montis Aemi mirus proſpectus 338.b
montis herbidi & aquoſi utilitas 231.b
montium praeſidia 313.i
e montibus aqua effoſſa 375.b
montani Hannibali obſtant 244.g
montanis itineri arduis difficultas 369.i.k
montani Ligures ut ſubacti 341.d.e
monumenta foederum in aeneis tabulis inciſa, in aede Caſtoris Romae figebantur 92.d
mopſelus tumulus 363.d
mora cupidis ſtimulum addit 23.b
morbus ducis, & ſuum exercitum, & ſocios abalienat 216.k
morbi excuſatione in iudicium eatur 208.f
ex morbo recreatus Scipio, iunior apparebat 219.f.g
morbi ante cogniti, quam remedia eorum inuenta 260.a
morbi religionem atque ſuperſtitionem etiam adferunt quibuſdā ante praeferocibus 8.a
mores & ingenia etiam caelo mutantur 313.d. non mutantur mutato ſolo 58.f.g
moris ueteris omiſſi cauſſa cōtemptus conſul 347.a.b
mori deſtinatus animus quam grauia perpetret 240.k.247.a
moriendi ſpatium, triduum Abydenis permittit Philippus 247.a
morientium fortiter laus 132.h
mors Romae graſſatur 29.c.d
mortis contemptrix mulier 334.g
mortis & tormentorum contemptus in ſeruo barbaro 125.e
mortis contemptus acerrimum ad uincendum incitamentum 133.h.e
mortis deprecatio miſerabiliſſima 167.e
mortis minarum metus 7.h
mortis magni uiri celandae aſtus 344.f
mortis miſerrima genera, frigus, ac fames 305.e
morti ſeſe uel ultro obijcientes 216.d.e
mortem obire quam praeſidium urbis ſibi creditae relinquere maluit Aeneſidemus dymaeus 258.k
mortem paternam T. Flaminius ut honorarit 350.i
mortui ludibria 95.e.f
mortui Manlij Capitolini deſiderium, & uelut ultio 73.c.d
mortuorum cremandorum mos Romae 269.a
mortuorum laudationes 67.d
mortuos etiam Scipiones uincere 183.a
mugillanis Volſcorum opidum capitur 21.a
multa temerariorum ducum 97.f.g
multarum aeſtimatio legibus coercita 49.d
multaticium argentum 241.b
mulier una multorum militum iracundiam placans 95.f
mulier in uirum conuerſa 164.d
mulier ſcortum amatorem prodit 187. d. mulier indomitum animal 255.c. 268.b
mulier ſe, liberos ſuos, & ſororis item

cum

cum marito in mare praecipitatur 334.f.g
mulier praeter libertatem, pudicitiam, & fecunditatem, quae uel diti domui ſatis eſſet, nihil afferens 357.a
mulieris audax facinus 334.e.f.g
mulieris captiuae memorabile facinus 314.i.k
mulierem quae preces maxime moueant 3.g
mulieres urbem ſeruant, quam uiri nõ poterant 22.d.e.f
mulieres probri accuſatae 171.g
mulieres ſolum duae inter Campanos Romanis aequae 191.f
mulieres olim in uirorum poteſtate 268.a
mulieres non indecore aliquando in publicum & forum procedant 268.i
mulieres etiam paruis mouentur 269.e
mulieres perpetuo ſeruae ſunt, quãdiu ſui ſalui ſunt 269.f
mulieres non ut ſeruae habendae et ancillae ibidem
mulieres damnatae quomodo ſupplicium luerent 326.a
mulierũ honos apud Romanos 22.f.g
mulierum maeſtitia a Thraſimena clade [illegible] 139.a
mulierum ploratus coercitus 151.i
mulierum pudicitiae cuſtos Scipio 196.b
mulierum ſeceſſio 267.i
mulierum pudor, publico abſtinere, & uiros non appellare 268.a
mulierum Romanarum poſtulatio aduerſus legem Oppiam 267.i.268.b
mulierum etiam Romanarum non tantum uirorum animi per Cyneã Pyrrhi legatum tentati 268.e
mulierum patroni aduerſus Catonem 268.i
mulierum Romanarum commendatio 268.k.269.a
mulierum liberalitas in rebus aduerſis ibi.
mulierum inter ſe de ornatu ac mundo aemulatio 269.k
mulierum ululantium clamor cũ ſtrepitu aeris hoſtes terret 366.e.f
mulieribus non inuidendum quod uiris permittatur 272.d.a
mulieribus ſimillimi uiri ſtuprati 325.e
muliebris fortunae templum Romae 22.f
muliebris dolor uehementior 37.f
muliebris fletus ac pauor in re trepida 65.b
muliebris ambitio 9.b. ſuperbia 166.k
muliebris fraus peſtilentia Romam inficit 93.i
muliebre certamen de pudicitia 117.b
muliebris deprecatio affectibus pleniſſima 267.i.k
muliebris timor 186.f
muliebris amoris uis 201.k
muliebris luxus, atque adeo ornatus praeciſus, & lege finitus 267.i
muliebre ſacrum primum erãt Bacchanalia 324.k
muliebris ueſtis maioris ſumptus, quã XV. millium aeris in cenſum relata 371.f
muliebrium blanditiarum uis 161.i 163.d
muliebrem impotentiam Cato deteſtatur 267.k
multaticium argentum in ſigna aenea danda conuerſum 202.b
multitudo hominum mari comparata 237.b
multitudo propter paucorum delicta puniri non debet 145.d
multitudinis exuberantis exoneratio 63.k
multitudinis impotẽtia ac furor 167.g.189.a.250.b.274.i
multitudinis a principibus diſſidium 283.e
multitudinis commotae retinẽdae conſilium 286.e
multitudinis iraſc furor ac amentia 3[illegible].i.k
multitudinis in aliam regionẽ tranſducendae indignatio 334.d
multitudinem coire ſine legitimo rectore non debere 325.e
in multitudine populi & copioſa exercitus ut imperium & ab omnibus ſciri poſſit, & non efferri 375.b
multitudine quempiam obtrudi mos 30[illegible]
in multum uini procedere 298.i
mula pariens 151.g.190.c
mulus tripes 334.c.342.b
muli, tabernacula, & omnia alia inſtrumenta militaria magiſtratibus in prouincias ituris ſubminiſtrabantur de publico 368.f
ex mulis clitellaribus dolus 221.g.k
mulſi poculum Ioui uictori uotum 122.c
mulſum profectis Scipionis funus Terentius Culleo dat 320.g
munda Hiſpaniae urbs 171.c. ui capta 343.a
mundus muliebris qui ſit dictus olim 269.f
mundum ſuum qui auro maxime ſtaret, matronae Romanae in publicum proferunt 62.a
mundioris cultus ſuſpicio 93.e
muneribus Pyrrhi tentati non ſolum uiri Romani, ſed etiam mulieres 268.e.f
munificentia Hieronis regis Syracuſani erga Romanos 144.k.145.a
murtiae deae aedes 84.g
mures aurum Iouis arrodentes 203.b & coronam auream 233.f
murgantia Samnitium urbs 215.e 270.b
murgantiae terrae ad Poenos deficiũt 189.b
murus lapideus circumdatus 9.e
murus ſaxo quadrato factus 75.b
murus dirutus continuo inſtauratus 311.a
muro diruto non ſtatim urbs capitur, ſi praeſidium forte eſt, & uiriliter ſe defendit 156.a.b
muros facile deici patiuntur Lacones 316.b
muri ciuitatum facti [illegible] 256.d
muri omnium cis Iberum in Hiſpania ciuitatum deiciuntur 271.b
muri Spartae quãdo coeperint 274.k 330.a
muralis coronae certamen ad ſeditionem paene euadens 196.e
muſſare per metum aut ambitionem 230.a
mutandae ciuitatis cautio 346.f.b
mutatio contraria, uarie corpora afficit 132.a
mutatio omnis odioſa 277.e
mutationis humanae ſortis exemplum 280.b.c
mutia prata 27.b
mutii praenom. C. facinus audax
mutila et Faueria opida Hiſtrorum ui capta a Romanis 347.e
mutina colonia deducta 333.g
mutina a Liguribus capta, colonis ſuis reſtituitur 348.e
muttines, qui & Hipponates, Hannibalis ducum unus 183.a.k.194.e.98.f.318.f
mutinae obſidio a Gallis 129.a
mycenica locus iuxta Argos 361.f
mylae a Perſeo expugnantur 361.e
mylaſſenſes Euromenſium opida occupant 383.a
myndii populi 262.i
myonesſum promontorium 300.a 303.d

myſi ſagittarij 305.d
myſia Eumeni data 308.i.318.a

N

NAbis Lacedaemoniorum tyrānus. 226.g. 261. c.d.266.g 272. b.273.d. e.b. 274.b.c f. 275. b.e.276.f. 281.d. 282.b. 283.e.i. 284.e. 285.k. 286.a. 302.e.f
nargare urbs 239.f
naeuius Criſpus uir impiger, et militiae peritus 179.c
narnia Romana colonia 113.b.i. 199.i
narnienſis tribus 232.b
narnienſibus colonorum numerus auctus 253.k
naſicae P. Cornelij Scipionis res praeclarae 195.i.296.b.c.d.e
naſos inſula Syracuſarum 179.g
natator inſignis 66.e
natio quibus indicijs deprehendatur 158.e.f
nationum multitudine referenda terreri non debere uirum fortem 275.i
in natiuitatis ſuae locum redire cōpelluntur qui patriam ſuam deſeruerant 346.g.b
naturale deſiderium uix ſatis explentes milites 209.b
natura impedita quae ſunt, multa cōſilio expediuntur 176.a
natura quod fieret, ac fortuito, Scipio prodigium interpretatur 195.k
natura rerum potentiſſima 308.c
natura inſita, terrae ingenio non uincitur 308.e.f
naturae damna in liberis ut patres tractare debeant 79.i
nauale bellum atrox 169.c.f. 171.a.b.c. 193.i.235.a.b.295.i. k.296.a
naualis pugnae ſollemne annuum 112.c.d
naualis pugna propter aeſtum maris incerta 218.e
naualis pugnae ſimulacrum 197.a. 231.k
naualis pugnae deſcriptio 218.c 219.b
naualis triumphus Fabij Labeonis 226.d
Cn. Octauij 387.i
naualis rei cura apud Ro. 203.f.g 353.a
naualis duumuir 342.b.c
naualia Theſſalonicae incendi iubet Perſeus 770.k
nauis ſexdecim uerſus remorum habens 264.d
nauis maritimae ſenatoriae modus 136.k
naues claſſis in Africam transijciendae celerrimae factae 232.k
naues roſtratae, onerariae & longae 203.f.229. k. tectae & apertae 295.e
naues Romanorum tuto in Africam tranſmittunt 238. c. periclitantur ibidem.d
naues Carthaginēſium captae 134.a b cenſae 243.a
naues Romanae inſcite factae 298.a
naues fulmine conflagrantes 295.k 346.b
naues maioris & maximae formae 301.k.303.c
naues uulneratae 303.d
naues Antiochi L. conciſae aut incenſae ab Romanis 317.b.i
naues Ligurum captae 339.e
naues regiae de Macedonibus captae in campo Marcio ſubductae 387.k
nauium ſpecies in aere 136.g
nauium Romanorū numerus 164.e.f
nauibus in Siciliam auehunt Romani, quae in Africa populabantur 313.c
nauigationis impediēdae ratio 183.g
nauigio tyrannidem fugere molientes, aduerſo uento retenti 334.e.f
naupactū Aetoliae urbs 190.i.281.b eius a Romanis defectio 292.b. obſidio 294.b.295.d.e.f
nauſtathmos portus 303.b
nautas dare coguntur Romani pro cenſu 164.f
neapolis & Thica Syracuſarum regiones ſeu partes 94.b.i.179.i
neapolim Hannibal capere tentat 149.e.153.b
neapolitanorum erga Romanos animus ac liberalitas 144.b. et contra 315.b
neapolitanorum animos Hannibal tentat 149.e.153.e.f.g
nebulae in bello momentum 119.f.138 d.189.a
nebulo ac nugator ab accuſatoribus uocatus Scipio 305.e
nec explorata, nec pro non 185.e
neceſſitas maximum telum 49.a.100 f.371.b
neceſſitas publica Romanorū, ope priuata ſubleuata 161.f
neceſſitatis ultimae Senatuſconſ. forma 28.f.g
negata ac dilata auidius appetuntur 23.g
negligendum nihil in bello 187.e 251.e.f
negligentiae in rebus turbidis malum 247.k
negligentiae obſidionalis turpis exitus 301.d.e
negotiatores milites 58.b
nemeorum ludorum ſollemnitas 205.b 275.d
neo Thebanus amicitiae Perſei poenas dat 385.d
neocretes in exercitu Antiochi 302.b
neotericorum hiſtoricorum de ſe opinio 1.b
nepet recipiunt Romani 70.b. eo coloniae deductae 73.e.199.i.227.b
neptuni ara ſudore manans 213.e.f
nephelis promontorium Ciliciae 262.g
nequinum opidum 113.b.i.k
neronis celeritas ac diligentia 210.a
neruluum opidum ui captum 94.b
neſattium Hiſtriae opidum 347.b
neſiotae populus Cephalleniae inſulae 315.b
neſſus amnis Macedoniae 272.f
neutique, priusquam 81.f
nexi ob aes alienum inuidiam patriae faciunt 18.i
nexis utile dictum per hoſtium ingruentium occaſionem 19.b.c
nexus plebem ſolatio 96.b.c
nicaea urbs colloquio Philippi et Quinctij conſulis delecta 260.i
nicander archipirata 294.b.299.g
nicander Ithamanum pr. 310.a. Aetolorum praetor ſuos fallit 310.i 311.a
& domnicatores Perſei regis cohors 368.c.d
nicephorium 260.b
nicias Achaeorum praetor 212.g
nico Tarētinus aduerſus Romanos Hānibalem excitat 175.b.c
nico Percon Romanorum hoſtis 194.i eius mors 201.f
nicodamus Aetolorum dux 198.d
nicomedes Bithyniae rex 313.a
nicomedem filium Pruſias rex Romanis commendat 389.e
nicoſtratus praetor Achaeorum 262.d.e
niſuetae populi 259.k
niues Alpinae 242.i.131.g.h
nobila Oretanorum opidum capitur 182.g
nobilium ſuperbia aduerſus plebeios 111.f
nobilium criminatio de cunctatione aduerſus

uerſus Hannibalem 144.e.f
nobilium prae plebeijs eligi curandorũ ratio 22.k.23.a
nobilitas Romana unde fuerit 42.k
nobilitas Catonem preſſit, & ipſe illã perinde agitauit 330.i.k
nobilitatis ambitio ius nonnumquam peruertit 64.d
nola urbs capitur 106.f.g. eius ſitus 158.b
nolam fruſtra tentat Hannibal 154.b 160.d.165.b
nolanorum inter ſe diuiſio an ſe Hannibali dedant 153.f.158.d.159.g 161.e.f.164.k
nomentana uia 38.c
nomentani in ciuitatem accepti 93.a
nomentum opidum captum 9.g
nomina dare coacti, & rerum damno, & laceratione corporum 79.h
nomina ſola quidam annales continentes 41.d
nominis ſolius inuidia 13.g. decreto gẽtis aboleta 73.c
nominis error pernicioſus 140.b.c
nominis ſui pro foribus ſcribendi ratio 166.g
nominum dandorum in delectibus neceſſitas 42.b.79.b
nominum multorum terrore affici fortem uirum non oportere 188.c.d
nominatim ad delectum citabantur minores, unde & Nomen dare 19.k
non omnium dierum ſol occidit 327.f.g
norba, & Setia, coloniae Romanae 89.b
norbana colonia Romana 21.d.200.b
nortia Etruſcorum dea 82.i.79.g
notae equeſtres cenſoriae 200.e
nothus erat Perſeus 106.k.335.f
notitia maris, terrarum, & uentorum neceſſaria mari pugnatorum 295.i
notium opidum 302.g
nouandarum rerum faces maximae 261.d
nouelli Aquileienſes, hoc eſt coloni noui, ſeu recentes 345.i
nouendiale ſacrum 8.a.136.b.207.a
nouendiales feriae 12.k
nouitas omnis ſermones uulgi excitat 277.c.d
noui hominis inuidia apud patricios & nobiles 111.f.309.c
nouorum hominum ambitio compreſſa 82.e
noua ac recentia in hiſtorijs iucundiora 1.c
noua Carthago ubi ſita 206.g
nouarum rerum ſpes blandior 188.b
nox ad quietem data 334.i
nox interdiu uiſa intendi 85.c
nox prouidentiam adunit 234.b
nocte lux oborta 213.e.226.i
noctu ſenatus datus legatis Perſei 349.e
nubere in funere 236.f
nubes mõtana uocatus Fabius 143.k
nubes equitum ac peditum 288.a
nubes telorum 315.i
nuceriam Hannibal in deditionem accipit 153.g
nucerini Calatiam tranſducti 198.a
nuces per fluuium ſecundum obſeſſi miſſae 129.k
nudi pugnantes Galli 314.c
numa Pompilius Sabinus Romae rex electus 5.a.b.43.b. eius religio et opera 4.k.5.b. commentarij de rebus ſacris 8.b. in comitio publice combuſti 339.f.g. eiuſdem ſepultura 227.f
numen & dij 12.k
numinis neglecti uindicta 67.f
numerus Mineruae inuentum 79.g
numerij decimi Samnitis uirtus 135.b
numicus fluuius 1.k
numidae & Mauri accoli Oceani 229.e
numidae et Hiſpani milites aliquot ad Marcellum tranſeunt 161.b
numidae deſultores equites praeſtantiſsimi 133.f.140.b. 157.a.181.i 193.b.231.i.280.k. 281.a
numidae fallaces 184.a. libidinoſi 229 c. 235. d. perfidi 221.f. ſtrenui 87.c
numidae cuiuſdam audax facinus 185 d.186.b
numidae perfugae apud Romanos terrorem ciuibus faciunt 187.e.f
numidae praecurſores Hannibalis 186.f.g
numidae magno Romanis cõmodo ſunt 280.i.k
numidarum gentis diſciplina militaris 172.f. eorum habitacula 223.h.i
numidas captos apud Romanos Maſſaniſa liberat 336.k.337.a
nummi tribuni plebis 321.c.d
numiſius Latinorum dux 92.b
numitori Albae regnum reſtituitur 1.k.2.a.b.c
nuptiae ferales 235.k.236.a
nuptiae inter bella 391.b
nuptiarum contentio inter plebeium & nobilem 45.a.b
nuptiales epulae 280.a
nuncij boni celeritas uix fidem meretur 210.b
nuncios calamitatis ſuae hoſtibus ſupereſſe permittit Liuius Cos. 209.k
nuncijs quaedã re magis quam uerbis intimantur 12.b
nymphius Paleponitanus 95.b

O

OBaeratorũ dura condicio apud Romanos 18.i.71.f.75.i 76.c
obedientem ut inferiorem habeas, ratio 194.a.b
obedientes aduerſus aliquem quid facere 333.b
obliuione deleri quae non poſſunt, ſilentio tegenda 195.f
obloquentiae ultio 298.b.i & dein.
obrimae fontes 312.i
obſes mulier elapſa, repetita & reddita 17.b.c
obſeſſae urbis malum 293.f.g
obſeſſorum ſumma deſperatio 346.k. 347.a
obſidendae urbis opera 57.b.c
obſidio Syracuſarum triennalis 179.b
obſidio in bello miſerrima 203.k
obſidionis diuturnae malum, Fames 176.d
obſidionis urbium taedium, difficultas. ac ſumptus 274.c.d
obſidionem ſuam rediment Romani in Capitolio obſeſsi 67.i
obſides centum Carthaginienſibus redditi 253.k
obſides Tarentini Romam profugientes, deuia retracti 174.k.175.a
obſides Romanorum in Carthagine noua inuenti, diligenter a Rom. habiti 196.a.f
obſides a ciuitatibus foederatis dubio belli tempore Romani accipiunt 268.e
obſides occiſi 17.b. eius crudelitatis indignatio 175.a
obſidum cura ac reſpectus 102.i. populares ſuo in officio continet 142.a
obſidum obliuio 338.e.f
obſidum tranſlatio 253.k
obſidum Carthaginiẽſium Setiae aſſeruatorũ coniuratio detecta 259.a.b
obſidum uelut eliciendorum ratio 291.d
obſtinati animi facinora 246.k. 247.a
obtrectatorib. ſuae famae Aetolis T. Quinctius ſaluti eſt 295.c. & dein.

obtre-

obtrectare laudes alicuius 386.e
occaſio numquam amittenda 183. b
occaſio eadem nec diu nec ſaepe occurrit 258.b.c
occaſionem optimam Hannibal poſt Cannenſem pugnam amiſit 186.a
occidione occidi 55.c
occiſorum per tyrannidem filij in par diſcrimen adducuntur 334.c
occultorum ſacrorum pernicies 324.a
occupantis quam occupati melior conditio 170.f
occupare, occidere 285.b
ocriculani ſponſione in amicitiam Romanorum ueniunt 110.b
octauius Mamilius Tuſculanus Vlyſſis & Circes propago 11.i.17.k 18.e.f
octauius Metius 121.k
octobribus kalendis magiſtratus initus 58.d
octolophum 250.f
oculi Romanorum in bello ardere uidebantur 86.k
oculorum ualetudinis excuſatio in ſuſcipiendo conſulatu 189.k
odium mutuum duorum magiſtratuū collegarum precibus populi Ro. depoſitum 342.k
odomantica terra 379.d
odoris inſoliti malum 301.k
odryſae opidum Thraciae 333.c
oeandenſes conſulis Romani amicitiam pecunia redimunt 313.f
oeneum opidum 368.b.c
oenias inſula 190.f
oeroanda opidum 317.e
oeta mons 292.b
oetoei montes 349.c
offilius Calauius Ouij F. de Romana indole quid ſenſerit 101.a
ogulnij praen. Auli, trib. mil. caedes 265.d
olba urbs 234.f
oleades infeſtat Hannibal 125.i.k
oleinum opidum 383.k
oleae rami, uelamēta ſupplicum 127.e & pacis ſigna 241.d
oleae de menſa a muribus praeguſtatae 344.k
olympiorum ſollenne ludicrum 206.f 212.e
olympias Alexandri Epirenſis ſoror 95.f
olympias, olim Connocondylum 327.f
olympij Iouis excellentia 348.i 384.g
olympio Gentij legatus ad Perſea 373.g
olympum mōtem Galli cum uxoribus & liberis conſcendunt aduerſus Romanos 313.i.k.314.a
onerare ſpe 280.k
oneſimus Pythonis Macedonis filius 372.c
onomactus & Caſander Philippi fautores Maronitas produnt 325.g
onus plebis Romanae 193.a
opera publica, publica pecunia facta 343.g
operaepretium eſſe, hoc eſt non inutile 331.k
operae eſſe, hoc eſt uacare 58.g
operam fere emolumentum ſequitur 56.i
operibus, non ui, expugnati Veij 58.g
operarum fiebant quidam ad opera publica, qui cenſura notabantur 169.d
operari ſuperſtitionibus 121.d
opes magiſtratus obeuntium ipſam dignitatem auctiorem faciunt 44.b 45.a
opidum in Italia condere uetantur Galli 333.d.e
opida metu hoſtium ab habitatoribus deſerta 118.i
opida ſuorum Philippus incendit 255.k
opida duo contigua aduerſaria muro diuiſa 269.b
opida multa paucis diebus capta a Romanis 75.e.f.107.a.118.c. 343.d
opifices ad bellum coacti 94.d
opifices Carthaginis nouae captae, populo Romano attributi 196.a
opima ſpolia A.Cornelij Coſſi 47.b.c
opima ſpolia quae dicantur 47.b.c.d
opimis ſpolijs ſedes a Romulo ſacrata 3.f.g
opinio & ſpes quamquam uana ſaepe multum facit 270.b
opiter Virginius Coſ. 21.b.25.f
opis aedes in Capitolio 326.i
oppia uirgo Veſtalis inceſti damnata 23.b
oppiae legis contentiones 267.i.& dein. 269.c
oppius Salinator praenomine L. 283.e
oppugnandarum urbium apparatus 57.b.310.g
oppugnatione in media Oringis opidi erumpentes ciues ſemiermes male excipiuntur 211.c.d
opulentiae malum 268.e
opuntis urbis ſeditio 260.b
opuntij diripiuntur 220.f.g
opuntiorum emporium Cynum 212.b
ora pro fune nautico 219.k. trabium ſcalas oraſque
orationis in tempore habitae momentum 286.a
oratio Athenis plurimum pollet 251.a.k
oraculum Delphicum de exundatione lacus Albani 60.b
oraculum Apollinis 312.c.d
orbitanium opidum 166.d
orbis terrarum in ditione Rom. 308.e
orbes aenei 94.e
orbitatem parentes metuunt 344.d
orchomenon Philippus Achaeis reddit 354.c
ordo quot & quibus militibus conſtaret 91.c.d
ordinum ac dignitatum diſcrimen Seruius Tullus rex inſtituit 10.d
ordinum in ſpectaculis ſecernendorum auctor Scipio, poenitentia eius reiductus 277.d
oretani ab Hannibale oppreſſi 127.b.c
oretani Hiſpaniae populi 283.a
oreum urbs 212.a.b.252.e.f.371.b
oreum & Eretria Eumeni regi Attali filio datae 265.a
oreſtis urbs 206.b.251.e
oreſtis, Macedonum gens 265.a
orgeſſum caſtellum capitur 248.g
oricinorum & Apolloniatium motus 290.k
oricum de Macedonibus recipiunt Romani 170.i
oriētis imperium fortuna Romanis deſpondet 193.d
ortiagon regulus Gallorum 313.k uxoris captiuae memorabile facinus 314.k.315.a
originis memoriae honos delatus 317.k
origines rerum minus iucundae 1.c
origines urbiū ueſtiant illuſtriores 1.c
origines Catonis 268.k
orinx Hiſpaniae urbs agro fertili et auriſero 211.b.c.d
orindes fluuius 375.d
ornamentorum muliebrium cenſura 331.g
oroanda opidum 317.e
oroandenſes populi 313.i
oroades Cretenſis Perſea regem fallit 379.b.i
oroandi populi 319.d
oropum Atticae urbs 272.e
orthobula maritum ſuum ueneno tollit 421.b

eſca

oſca lingua 116.f
oſcae fabulae 79.f
oſcenſe argentum 230.a
oſcen cornus 121.b
oſculo limen curiae Romanae contingens Pruſias 388.d
oſphagus fluuius 251.a
oſſa Philopoemenis a Meſſenijs repetita, & ſepulta honorifice 331.g
oſſa mons 361.k
oſtia condita in ore Tiberis 8.b
otacilij propraet. Siculi anguſtiae 155.d.e
otij mala 25.e.191.a.216.b
otio ciuitas ſeneſcat 5.b
oua ad notas curriculis numerandas 384.i
oratio Appij Claudij Cēthonis 350.d
in Ouili conueniunt centuria ſeniorum, & centuria iuniorum 189.k. 190.a
ouius Paccius ſacerdos Samnitium 121.b
oximi muri facti 350.f

P

PAcula Minia Cāpana ſacerdos Bacchanaliorum 324.k
pacuuij Calauij Capuani facinus 150.d.152.d
padus Rhodano uiolentior 132.i
paeonia Dardanorum finibus cōtinens 384.i
paeſtani, coloni Romani 200.b
palaepolitanis bellum intentatur 94.i
palaepharſalus opidum Theſſaliae 369.b
palaepolis urbs 94.b
palaepolitanos recipiūt Romani 95.k. 96.a
palaepharſalum opidum uaſtatum 369.e
palanteum urbs 2.c
palatinus ſeu palantinus mons, primus a Romulo munitus 2.e
palinurum promontorium 300.a
pallenēſis agri fertilitas 371.b.385.a
pallenſes populus Cephalleniae 315.b
pallium & crepidae imperatori Rom. non conueniebant 228.e.f
palma uiridis ardens 164.i
palma in area enata 254.f
palmae quādo uictoribus dari coeptae Romae 123.e
palmata tunica 236.f
pallori ac Pauori fana uota 7.b
paludati duces bellorū 289.f.g.298.e
palumbinum Samnitium Romani capiunt 127.g
paluſtris itineris difficultas 137.k
pamphilidas praefectus Rhodiae claſſis 130.i
pamphiliae controuerſia inter Eumenem & Antiochi legatos 318.a
pamphilius ſinus 301.k
pamphili legati ad Romanos, eiuſque munus 371.i.k
pan Lyceus 2.c
panaetolium, concilium Aetolorum 248.i
pandoſia Bruttiorum urbs 232.i
panhormum Samiae terrae 299.d
panhormitana Polixenidae uictoria aduerſus Romanos 299.d.f.g
panicus terror Romae 98.f
panis in fame ab obſeſſis iactandi aſtus 66.b.i
panopea urbs capta 257.a
panopolis urbs 260.e
pantaleontis Aetoliae principis fides 353.g
pantaucus Gentium Perſeo conciliat 373.b
papauerū ſumma capita decuſſa quid indicarent 13.b
papinus mons 381.a
paracheloïs urbs 327.f
parantur facilius quaedam, quam retineantur 303.f.g
parcimoniae aut paupertatis pudor turpis eſt 184.k.185.a
parentum ſaeuitia filijs toleranda 206.e
parma colonia deducta 333.g
parmenio & Moreus legati Gentij regis 372.b
paroria Thraciae 327.k
paros inſula 265.e.f
parricidae patris exitus 343.k
par ubi eſſe coeperit mulier, ſuperior euadit 268.e
pars maior meliorem fere uincit 129.f
parthenius mons 272.f
parthini nouas res moliuntur 226.e 368.f
paruae res ſaepe magnarum rerum momenta trahunt 199.b
paſcua miranda 162.f
paſtoris indicium commodum 255.f
paſtorum habitu fallētes milites 99.b 212.g
paſtorum coniuratio 326.b.331.b
paſſaro urbs Romanis deditur 383.k
patara Lyciae gentis caput 300.e.f
patauini ſemper in armis 185.g. eorū in Venetia ſeditio 350.e.f
paterae aureae ante pedes Iunonis 69.b
pater de liberis ſupplicium ſumens 15.d.e
pater erga filium ſeuerior aequo, in iudicium uocatus 79.i
pater filium occidens 22.i.338.f.g
pater filium nobilem ac fortem, quod iniuſſu ſuo aduerſus hoſtem uel feliciter pugnaſſet, occidi iubet 90.k 91.a
pater de filij morte ſuſpectus 187.d 157.d.e.281.b
pater Fabius filio Fabio legatus in caſtra uenit, & a filio deſcendere de equo iubetur 171.i
pater filio mortem minatur in patriae periculo 258.d
pater aegrotus filio ex captiuitate recepto conualeſcens 304.g.h
pater honoribus filij infenſus 333.b
pater filio iniquus 334.i.k
pater dolore filiorum amiſſorum ſe ſuſpendens 355.i.k
patris memoria filio prodeſt 25.d
patris ac filij eadem poſſeſſio 31.g
patris ſenis ad filium iuuenem preces in re maxime trepida 152.a
patris ac filij diſcordia in re nouanda 144.i
patris aduerſus filium ſuſpiciones 355.f
patris triumpho filij ſubtrahuntur 387.f
patri propter filiū ignoſcitur 331.b.i
patrem inter ac filium diſceptatio, facilis 12.a
patrem Fabium, milites patronos, ſalutant Minucius, & eius exercitus 144.e
patrem uocare quem aſſueuerat, Philippus Aratum occidit 257.k
patre in hoſtium poteſtate exſiſtēte filius trib. pleb. aut aedilis iure eſſe non poterat 203.e
patres unde dicti, & qui patricij 3.a 55.g. quando conſcripti dici coeperint 14.g
patres plebi de ſuo cedentes, aliud a plebe extorquent 78.b
patrum indulgentia in plebem, optima ciuitatis cuſtos 16.e
patrum timor a plebe 18.k.19.a
patrum ac plebis diſſenſio 22.k.23.a 27.e.30.a.31.c.d.32.c.41.b.c
patrum facinus in tribunos 25.b
patrum infrequentia Romae 38.d.e
patrum erga plebeios modeſtia 141.g
patrum dominatio in plebem 70.b
patrum a plebe ſecretio in ſpectaculis 277.e
a patribus ad plebem primus deſciuit

M.Man-

M. Manlius Capitolinus 72.k. 73.c.d
paternum aes alienum filius luiturus, in nexum ſe dat 96.b
pater patratus in foedere faciũdo 6.c
patrae, Achaiae opidum 293.d
patriae acerbitas filium a pietate non auertens 79.k
patria quae intelligatur, muri ciuitatis, & ipſum ſolum, ac ciues ipſi 100.c.f
patriae amor 67.d.152.d.235.f
patriae caritas in quo ſit 10.g. 88.f
patriae caritas apud Romanos 161.g
patriae facultatibus ciuibus ferenda 200.f
patriae ingratae, Carthago, & Roma 320.f.321.e
patriae ruina quidam opprimi magis uolentes, quam ſoli periclitari 384.f
patritii qui dicantur 339.i
patriciae dignitatis patrocinium 57.h.i
patricii conſulatum ſibi uindicant 115.c
patriciarum matronarũ aduerſus plebeias faſtus 117.b
patriciorum iuuenum aſtutia in eludẽdis tribuniciis conatibus 30.h.i.
patriciorum ſuperbia 44.a. excellẽtia 77.c
paucorũ militum uirtus aduerſus Hannibalis copias 155.a
paullae Buſae Canuſinae matronae erga Romanos de Cannenſi clade ſuperſtites humanitas 148.a
paullus Aemilius, eiuſque praeclara facinora 372.e.f.375.k.376.g.i.379.d.380.a.384.b.385.b.386.a.387.e Vide, L. Aemilius Paullus, & L. Paullus Aemil.
pauperes ſatis ſtipendij pendere, ſi liberos educent 16.c
paupertas maximorũ quorundam uirorum ut P. Valerij Cos. 17.g. & Menenij Agrippae 21.c
paupertatis aut parcimoniae turpis eſt pudor 268.f
paupertatis ſimulatio multata 229.b
paupertati ac parcimoniae honos maximus Romae habitus 1.d
pauſanias praetor Epirotarum 256.e Pineorum princeps 290.f.g
pauſiſtratus Rhodiorũ praetor 262.a 296.b.299.b.c
pauſiſtrati aedes 300.g
pax ubi firmiſſima ſperetur 94.g
pax a uictis magis, quam a uictoribus, ſperanda 153.b
pax certa melior, quam ſperata uictoria 240.a
pax nonnumquam bello praeferenda, & ſperatae uictoriae 240.a.b
pax quando cum Carthaginienſibus facta, et quando bellum coeptum, & quando finitum 243.a.b
pax ſaepe per mulieres Rom. parta 268.i
pax pretio redempta de Romanis 312.f
pacis cura non minor Numae, quam belli erat 5.b
pacis petendae ritus 22.d
pacis mentione ac ſpe negligentia oboritur 233.k
pacis Philippo a Romanis datae conditiones 229.k.264.d
pacis Aetolis datae cõceptio 311.h.i
pacem etiam qui uincere poſſunt, nolunt 88.g
pacem Hannibal a Scipione petit 239.g.241.d.g
pacem pretio barbaris Romani dant 312.f.g
pacẽ pretio uenditantes taxati 318.h
peccandi exemplum eſſe non debent, qui aliis praeſunt 32.c
peccari quidã magis nolint, quam peccata ulciſcantur 228.k
peccati conſcientia 343.k
pecora hoſtium rapacitati obiecta, ut in inſidiarum opportunitatem eliciantur 218.k
in pecorum trucidatione animi ſui feritatem explent Ligures 348.d
pecoribus uelut ſimiles contempti Aſiani milites Romanis 304.k
pecua, pro Pecora 192.b
pecuarij damnati 127.b.133.i.266.f 280.k
pecudes mutato ſolo ac caelo etiã mutantur 313.d
peculatus reus L. Scipio 321.f.g
pecunia pro crimine populo promiſſa 30.g.h
pecunia Scipioni unde confecta in Africam tranſiecturo 223.a
pecunia templorũ ſacroſancta 228.b
pecunia in pecoribus mapalibuſque 231.b
ex pecunia incerta uouere non licere 245.c
pecuniã multaticia feneratorum in quadrigas auratas cõuerſa 285.k
pecunia in mare deiecta, per urinatores extracta 371.a
pecuniarum pro habitu munia pacis ac belli facta 10.d
pecuniae damnati uinciebantur a creditoribus 71.f
de pecuniis ius dici Manliana ſeditio prohibebat 72.g.h
pecuniae creditae, bona creditoris, non corpus obnoxium eſſe debere 96.c
pecuniae iudicati 153.e
pecuniae regiae ſeruandae cura in captis Syracuſis 181.c.d
pecuniae damnum acerrime ſtimulat 243.d
pecuniae publice & conflandae & cõparcendae ratio 269.b
pecuniae momentum in bello 368.c
pecuniae tenacitatis malum 368.i
pedanij centurionis uirtus 176.i
pedani in ciuitatem accepti 93.a. eorum auxilia 92.g
pedites equina uelocitate 181.c
peditum equitibus in bello miſcendorum inſtitutum 182.g.h
peditum ſingulorum in equos equitum tollendorum aſtus 345.b
pedum opidum 22.c.81.f.92.f.i.k
pedibus merere coguntur a cenſoribus notati 165.k
pelagones, Maced. populus 159.d
pella Macedoniae urbs 190.i.373.e.f i.384.i
pellibus tegebantur hibernacula 56.g 304.k
pelignae cohortis animus fortiſſimus 161.b
peligni a Romanis domiti 116.a.121.d.e
pelium urbs Macedoniae 251.d
pellineum opidum 290.k.291.g
pelops Lacedaemoniorum legitimus rex 273.h
peloponneſus paeninſula eſt 357.k 292.b
pelorum recipiunt Romani 282.k
pelta, & cetra 295.d
peltaſtae cetrati 249.i.k
peluis aurea Iunoni Reginae in Auentino dicata 319.f
peluſium, Aegypti clauſtra 374.b
phalangis robur 380.f. ut ſoluatur ibid.
penates coguntur relinquere Ligures, & in plana deſcendere 341.d
penatum deorum aedes de caelo tacta 381.i
peneſtae bellicoſi 371.a
peneſtia regio 367.k.368.b
peneus fluuius 2.256.c.357.i.262.a
penninus 131.i.k
penſionem ſibi debitã Romani ante diẽ accipere nolunt 289.b
pentri Samnites 107.b
peparethum opidum 211.i.248.i

peraea, Rhodiorum continens regio 260.e.262.b.301.g
perduellionis reus Cn. Fuluius 223.b
perduellionem iudicare 367.g
perduelles hoſtes 230.a.253.e.353.i
perduellibus ſuperatis, Romani dijs gratias agunt 281.i
peregrini etiam Romae regnabant 8.k
perfidia barbarica. 181.b. Punica 138.b
perfugae ut habendi 171.k
perfugarum Romanorũ ſuppliciũ. 166 d.325.d.
perga urbs 317.e
pergamum, Eumenis regia 281.f.300 k.301.e. eius oppugnatio 300.k
periculum inferenti plus animi eſt, quam propulſanti 222.c
periculo totam ſimul gentem obijci nõ debere 341.a
peritus Graeciae 282.d
perlitatio tribus bubus haud dum perfecta 347.g
permittere equos 341.d.e
perplexum reſponſum ab Romanis datum Achaeis & Lacedaemonijs 316.f
perraebia & Perraebi 265.a.292.a 351.i.361.e.364.f
perranthe, quae & Ambracia 310.f
perniciales morbi 203.i
perniciſsimum corpus miles habere debet 375.i
perolla Calauius, Pacuuij F. Hãnibalis oſor 152.a
perpetuatio iudicum mala 266.k
perpetuitatis Romanae urbis indicium 12.i.k
perſae ab Lacedaemonijs aquam et terram petentes 282.d
perſae Lacedaemonios caedentes 292.c
perſeuerandum in bellis ad uictoriam uſque 57.g
perſeuerantiam diſcere debere milites 57.d.e
perſeus Macedoniae rex, eiuſq. res clarae et infames. 190.g.248.b.311. a.326.i.334.g.h.i. 335.a.344.d. 348.f.g.i.349.e.f. et dein. ex ordine uſque ad 380.c
perſeis urbs 333.d
pertinax audaciae conſilium 369.k. 370.a
peruſia Etruriae. 108.k.109.a. Romanis deditur 109.i
peruſini inquieti. 119.c. pacem a Romanis petunt 120.h
peruſinorum clades 119.b.151.b
peſtanorum beneuolentia erga Romanos 144.k
peſinũte Romam inuehenda Idaea mater Romanis praecipitur 266.c
peſtilentia Romae 8.a.29.a.b.34.d 47.e.f.48.c.53.k.59.d.63.e.73. d.79.e.g.84.k.93.i.94.i.106.f. 119.d.180.b.203.i.226.a.301. k.319.a.347.b.341.b.342.b 349.a
peſtilentia in Romanos Poenoſq. graſſans 180.b.223.d
peſtilentia in Volſcis 21.d
peſtilentia in exercitu Gallorum 67.b
peſtilentia per mulieres inducta 113.d
peſtilentia in boues ingruens 349.a
peſtilentiae ſedandae ſacrũ 59.d.79.c 349.b
peſtilentiae ergo Aeſculapius ab Epidauro accerſendus 123.f
peſtis mira uis 348.g
peſtis pro morte quauis 178.f
petellia ſeu petillia, urbs in Bruttijs ab Himilcone Poeno expugnatur 157.e a Romanis recipitur 232.i
petellinos ſocios ſuos Romani in anguſtijs maximis deſerunt 268.g
petelinus lucus 73.c
petillia lex 323.a
petillius trib. pleb. 45.g
petillij praen. Q. Scipionem Africanũ reum agunt 320.f
petra opidum Medicae Philippo deditur 338.c
petra urbs Pieriae 327.f
petetarus amnis 368.b
phacium Theſſaliae opidum 255.k. 291.f
phalanna opidum 361.k
phalangitae milites in exercitu Antiochi 301.i
phalanx Macedonica 251.b.355.k
phalara ſeu phalera in Maliaco ſinu. 305.f.287.d
phalerae equorum Romanorum pretioſae 356.g. ijs donati equites fortes 380.c
phaleria Theſſaliae incenſa ac direpta 256.c
phaliſcae iuuẽtutis proditor ab Romanis in urbem reductus 359.f
phaloria opidum 291.g.337.e
phanae portus Chiorum 374.g
phaneas Aetolorum princeps Lamiae praetor 260.c.287.d.e.294.c. 295.f
phanota Epiri opidum Romanis deditur 300.b.368.b
pharſalus Romanis deditur 291.k
phaſelis opidum 301.i
phecadum urbs 251.f
pheneum opidum 212.f
pherae Theſſaliae opidũ 255.k.284. i.k.291.k
pheraei agri uaſtatio 362.c.a
phila opidum 370.g
phileas Tarentinus, inquieti animi homo 174.k.175.a
philelerus frater Eumenis 362.b
philippopolis urbs 327.e.333.d
Philippus Macedonum rex, eiuſque res geſtae 144.c.158.b.159.e.f.171. a.190.e.f.191.d.200.e.205.d 211.f.h.i.212.b.c.d.f.224.g. 226.d.e.242.g.244.i.246.f.k. 247.a.i.k.248.b.c.g.249.d.h. i.k.250.a.f. & deinde. 281.f.i.k 252.a.b.254.b.c.256.d.e.f.257 f.g.h.258.h.260.a.b.i.k.262.c.f 264.d.e. & dein. 271.k.281.d.e. 289.f.291.f.g.292.c.294.a.b. 295.c.d.e.h.302.c.303.g.309.k 310.a.316.g.318.b.327.b.i.k 329.c.d.332.b.334.d.e.335.c 338.g.344.d.e.380.c.383.f. eius mors 343.k.344.a
philippus Megalopolitanus Zacynthi praefectus 208.a.294.k
philippus magiſter Elephantorum Antiochi 305.e
philippei aurei nũmi CXL. millia triũpho Aſiatico praelati 309.i
philippeorum nummorum ingens uis 277.a
philocles praefectus Philippi regis 248.d.256.f. praefectus Chalcidis 256.f.258.c.261.c.337.f. 344.b
philodamus Argiuus Euryali praefectus 179.i
philomenes Tarentinus Hãnibalis fautor 175.a eius mors 201.a
philopoemen Achaeorũ praetor 248.c 283.f.h.283.g.286.b.301.d.330 g.332.c.g.i.
philopoemenis in Laconia expeditiones 283.d
philopoemenis fuga 283.e
philonem & Eubulidam Chalcidenſes ſibi dedi ab Antiocho poſtulant Romani 306.d
phlius, untis, opidum 325.g
phocaea urbs 299.a.130.b.303.g
phocaeenſes a militibus contra uoluntatem imperatoris diripiuntur 303.k
phocaeenſibus ager ſuus redditur, & ſuae leges permittuntur 317.k, 318.a
phocis Cherrhoneſi 291.b

phocidis

phocidis terrae uexatio 256.k
phocidis ac Boeotiae metus a Romanis poſt fugatum Antiochum 293.a
phoenicae Epiri urbs 225.b
phoenicus, untis, portus Erythracae terrae 212.g
phthiotae Achaei 217.b
phrygia duplex 318.a.utraq. Romanis ſubiecta 308.b.utraque, Eumeni regi ab Romanis data 308.i
phrygius amnis 304.h.i
philacae opidum Romanis deditur 384.b
phyſias Aetolorum dux bis uictus 205.d
piaculare ſacrificium 6.k
piaculare ſacrum 228.e.f
piaculum rerum praeteritarũ 332.c
piceni agri abundantia 139.a
picentibus foedus datur a Romanis 114.a
piera Theſſaliae Romanis deditur 255 k.291.i
pieria ſilua 381.b
pietatis aedes dedicata 340.d
pignus imperij Romani fatale 191.c
pila Horatia 6.k
pila militibus ardentia 137.f
pilae pontis Tiberini 543.g
pileati prouinciales currum triumphãtis liberatoris ſequuntur 263.b
pileati capite raſo liberti 388.e
pilum Romanum 104.f
pinarij ac Potitij 2.b
pinarij praenomine L. uirtus ac prudẽtia 170.b.c.& dein.
pineus Illyricorum rex 144.d
pyraeum Athenarum 248.f.384.e
piratarum ingens multitudo 302.i.k
piſae obſeſſae 379.f
piſanorum et Lunenſium de agro apud Romanos contentio 381.b.c
piſaurum colonia deducta 331.b
piſces aratro eruti 351.d
piſidae pop. 281.f.305.e
piſidae Sagalaſſeni 313.i
piſidia omnis Romanis ſubiecta 308.d
piſiſtrati homicidae mira pertinacia 263.a.eius ſupplicium ibi.e
piſiſtratidarum exſecrationes 352.c
piſuetae pop. 262.a
pityuſa inſula 220.a
placentiae expugnatio difficilis 207.g diripitur 245.d
placẽtini, coloni Romani 368.b.129.d 200.b
placentinorum et Cremonenſium erga Romanos gratitudo 263.a
plagae Gallis quae magis ac minus placeant 314.d
planitia, ae 370.e
plator Gentij regis frater 374.k
platoris praefecti Orei urbis pro Philippo rege, proditio 211.a.k
plauſtra pecunijs onuſta 318.k
plebeia libertas aduerſus ſuperbiã nobilium 111.f
plebeius an uir fortis eſſe poſsit 50.f 77.a.113.b
plebeius conſul primus 78.b.80.c
plebeius dictator primus ibidem.
plebeius magiſter equitum primus 85.b
plebeios ambos conſules eſſe poſſe, impetratum 89.a.144.f.187.h
plebeij magiſtratus ſacroſancti 21.a patricijs non gerendi 48.d.e
plebeij nobiles, & plebeij uere plebeij 144.f
plebeiorũ magiſtratuum creandorum lex.26.a.eorum magiſtratuum neceſſitas 38.e
plebeiorum cauſſa fortiter acta 42.i
plebeiorum aduerſus patricios de honoribus ſacerdotiorum contentio 112 k.113.a.b
plebeiorum fortium commendatio 113.b
plebeiorum dignationis aſſertio 113.d
plebicolae multi malos exitus ſortiti 72.b.c
plebiſcitis an tenerentur patres 58.i k.92.g
plebis continendae ratio 16.c
plebis iratae commotio 21.f.g.ad irã mouendae aſtus 21.g.reconciliandae ratio 24.c
plebs maiorum atque optimatiũ exemplo trahitur.55.b.deterioribus ſe reinclinatur 356.b.inſtabilis eſt. 353.f
plebs omnia quam bellum maleus 22.e
plebs Romana agrarias largitiones pecuniariaſque Caſsij cõſulis aſpernatur regni metu 22.b
plebs largitionem ſenatus auerſatur. 72.c
plebs Romana regni impatiens 22.i
plebis Ro. ad ſuſtinendam aerarij inopiam promptitudo 165.i
plebs Romana Veios excitat 161.i
plebis Romanae per agros effuſio imminentibus urbi Gallis 65.b
plebis fauor leuis, & perniciofus 72. c.d
plebis impotentia 62.k.indignatio de erepto ſibi conſulatu 82.k.144.f
plebis cum patribus diſſenſio ac ſeceſſio.16.c.18.b.i.23.c.i.b.25.b 26.b.51.k.53.b.54.f.112.k.113 a.161.f
plebis aduerſus Patres uictoria 30.f
plebis audacia refutata, compreſſa 280.d
plebis onus atque nexus 16.h.20.b 34.a.41.b.76.c.77.d.82.k 194.b
plebs nexu liberata 82.k
plebis oſor Ap. Claudius 20.b
plebis ſeceſsio 20.i.37.k.88.f
plebs Patribus conciliata 55.f.g 75.b
pleiae opidum 283.i
pleminij legati Ro. impotentia in Locros 228.i.225.g.i.eius catenae ac uincula mors 229.b
pleſtonia Marſorum urbs 112.e
pleuratus Illyriorum rex 274.a 311.b.Romanis conciliatur 226 f.248.b
pliſtia a Samnitibus capitur 10.b
plitendum opidum 313.g
plumae accenſae grauis fumus 311.d
plures pluribus egent 274.i
plurium imperium bello inutile 49.g
pluti & uineae in bellis 271.c
pluuiae frigidiſſimae malum 135.b
pluuiae uis ingens 136.b
pluuia carnea. 29.k.ſanguine mixta 137.f.terrea.276.a.lapidea.157. i.174.k.190.b.241.i
pluuia ingens grandine mixta Romanos ac Poenos de Roma iam concertaturos dirimit 180.k
pluuina urbs 251.a
pocillum mulſi Ioui uictori uotum 122.c
poenarum acerbitate ſuos continet tyrannus Nabis 272.g.b
paenitentia in delictis ſatis poenarum uidetur 218.e
poenus hoſtis maxime formidabilis 127.k
poeni militis barbaries 151.f
poeni a Romanis ſuperantur 157.a
poeni uix fidem deditis Locrẽſibus ſeruant 162.b
poeni bellis inſtaurandis & reparãdis nati 171.d
poeni Philippum ſua claſſe iuuant 201.f
poenorum duces acerrimi 127.i
poenorum ac Romanorum primus congreſſus 130.b
poenorũ clades 159.k.161.g.b.165 c.d.e.177.c.183.e.g.k.201.e.i.202 g.209.k.210.a.211.b.d.214.b.c e.g.220.a.223.b.225.c.232.f 234.c.237.d.e.f.

poenorum clades Cannenſi cladi par 209.k
poenorum naues onerariae LXXX. captae 223.c
poenorum ſuperbia & auaritia 225.d
poenos eleuat Marcellus 160.i.k
poetarum ordiendi mos 1.i
politorium a Romanis captum ac dirutum 8.f
pollentia colonia deducta 331.g
pollentia ſignum deiectum 324.a
pollia tribus 99.i.220.b
polluſtia urbs Romanis adimitur 22.b
polyaratus Perſei fautor 374.k
polycletus Epicidis praefectus Syracuſis 180.a
polycratia Arati Achaeorum principis uxor a Philippo in Macedoniā aſportata 262.c
polynei Syracuſani nobilis prudentia & modeſtia 230.b
polyphantes Philippi regis dux 211.i
polyxenidas exſul Rhodius praefectus claſsis Antiochi. 206.i. 296.i.k. 299.d.e.303.a.c.305.b
pometia colonia Romana ad Auruncos deficit 17. b. eius deditio 133.g
pometiae manubiae quantae fuerint 12.k
pomerium quod dicatur 10.b
pompeius unde tantus 103.b
pomponius propraetor 165.b
pomptina tribus & Publicia 82.d
pomptini agri controuerſia 69. b. eius diuiſio 73.e
pōdus iniquum a Gallis allatum in appenſione auri quo ſe redimerent Rom. 66.k
pons Sublicius 8.f. reſciſſus 16.e.f
pontes multi Romae facti 350.f
pontium interciſio ad remorationem Hannibalis 186.g
pontia colonia Ro. 106.g.200.b
pontificia ſcita 5.e
pontificis inſtitutio 5.e
pontifex max. propter ſacra in Italia remanet 220.c
pontificis maximi creandi comitia 174.b
pontifex ſacrificulus rex factus 14.f
pontifices de plebe primi 113.g
pontifices etiam Romani in pugnam deſcendebant 107.k.155.e.f
pontifices maximi primum aediles curules fere erant 174.c
pontificum fraus aduerſus uulgum 68 i.111.f
pontificum auctoritas apud Romanos 228.b
pontij Cominij fortiſsimum atque audaciſsimum facinus 66.e
popilij obſtinatio aduerſus Ligures 354.f. eius aſperum ac praeceps ingenium 380.i.k
populonij opidum 104.k
populus Rom. iureiurando adactus, neminem Romae paſſurum regnare 14.e.f.g
populus aduerſus magiſtratus appellabatur 15.k.2.b.i..k 97.e
populus Romanus de finibus ſociorum iudex 42.g
populus Romanus an magiſtratuum ſuorum ſponſionibus & foederibus obſtringi poſsit 100.d.e.f.101.a
populus fraudis in ſe admiſſae uindex fuerit 173.i
populus omnis Romanus aerarius factus 232.b
populus ut origines ſuas auguſtiores faciat 1.c
populi diuiſio in curias 4.a
populi quam conſulis poteſtas maior 15.b
populi Ro. quiritium, uerba haec miſſa ſacrificium uitiant 347.i
populi ſeuocatio inhibita 82.f
populi iuſſum poſtremū ratum eſſe debere 82.i
populi Romani auctoritas ac reuerentia 43.g.97.b.129.i. poteſtas. 198.g
populi fauor congiarijs paratur 297.a
populi infirmi & imbecilles praeſentibus ſemper adulantur & potentioribus 290.a
populi ac reges inclyti perleui momento ſaepe uicti 246.b
populi iudicium maximi uiri aequo animo paſsi 173.i
populo creandi regis poteſtas ut permiſſa ſit 4.k
cum populo ut agi auſpicato poſſet, locus inaugurandus erat 32.a
populum gratia atque opes corrumpunt 64.e
populum nouum ut in imperium ſuum acciperent Romani 219.d.e
popularis conſul P. Valerius 15.i
populares ab ſuo rege uaſtati 255.k
popularitas duces maxime ſuis militibus conciliat 98.b
popularitate maximē amabiles reges 163.a
populationum uaframentum 22.c
porcia lex, tergis ciuium Romanorum ſaluens 113.f.g
porcia baſilica 331.g
porcinae commoditas 288.a.b
porcus biceps 213.e. cum humano capite 145.k, 255.b. cum humano ore 198.d
poris Aenianum princeps, duarum ſororum unus poſt alteram maritus 334.f
porſena rex, eiuſque erga Romanos bellum & mox beneuolentia 16.a b.c.f.h.17.a.b.c.e
porſena a Romanis falſus 102.b
portae caſtrorum, extraordinaria, dextra principalis, ſiniſtra principalis quaeſtoria &c. 339.a.b.c
portenta 28.k. corū contēptus 366.k Vide, Monſtra & Prodigia.
porticus Romae aedificatae 9. c. refectae 351.g
porticus Megalopolitana a Lacedaemonijs diruta, refecta 316.i
portoria & tributa plebi relaxata 16.c
portoria fruenda locata Puteolis & Capuae 254.g
portoria et uectigalia inſtituta 343.d
portus corrumpendi ratio 300.b.c
portus Tiberis factus 343.d
poſideum promontorium 371.c
non poſſe quidquā facere quemquā, ſpem facit non facturum eſſe 204.i
poſtumia uirgo Veſtalis rea, abſoluta 52.c
poſtumius Albus 28.e
poſtumius Cos. 17.i
poſtumius Cominius Cos. 21.a
poſtumius Aebutius cornicen 45.f
poſtumius Aebutius Helua magiſter equitum 47.k
poſtumij Pyrgenſis publicani audacia in contemptu populi 174.a
poſtremum populi iuſſum ratum eſſe debere 82.i
poſtremum quod adijcitur, id totam rem trahit 209.a
poſteros magis ſpectat gloriae cupiditas 221.k
potentatus aemulatio quā perniciosa 193.f
potidania urbs 212.g
potiri rem, ad rem ingentem potiendā 201.f
potiri, cum genitiuo 255.b
potitij ac Pinarij 2.i
potitiorum interitus 106.i.108.a
potum ſemel atque iterum poſcentes legati a duce ad quem miſsi erant, prius quam aliud quid exponerent 343.a.b

praeci-

praecipere iter 293.a
praecipere ſpem futuri 367.d. laetitia 378.i
praecipitia Gallorum uictorum de mõte Olympo 314.b
pretiũm redemptionis captiuorum Cãnenſi bello ab Hannibale 148.k 149.a
praeco Romanus in pronunciãda Graeciae libertate reuocatus 264.g
praeda militi praerepta etiam in capta urbe 159.k
praeda nonnũquam iis cedit, qui uictoriam ipſi non pepererunt 314.g
praeda partienda & ſtipendio cũ fide exſoluendo milites maxime conciliantur 125.i
praede hoſtilis in medio expoſitio 29.i
praedae ereptae indignatio apud milites 62.c
praedae dulcedo longius abducit 108.k
praedae ſpes quantum animos militum incendat 126.a.305.b
praede auiditas occaſionem bene gerẽdae rei nonnunquam praeripit 133.k
praedae ſpes inſidiatores facit 318.e
praedae cupiditas animum excaecans 366.e
praedam ſibi minui nemo aequus patitur 61.b.62.b
praedam uendere coguntur milites, ne alibi quam in animum habeant 113.b
in praedam ſuam faciunt Ligures 348.d
praedantium confuſio 110.d
praedonum naues piraticae 247.g
praeeſſe ad exercitum 342.d
praefecti Tarentini ab Hannibale impoſiti corruptio 201.e
praefectorum unius urbis duorum, malum 197.k
praeferre diem, anteuertere 323.g
praemia uirtutem excitant 50.f
praeneſtinum bellum 73.g
praeneſtis urbis ſignũ in triumpho deuectum 75.d
praeneſte Romani recipiunt 18.b.75.d
praeneſtinorum defectio 73.f. fuga ac ſtrages 75.d.e. rebellio ibi. g
praeneſtinorum quorundam militum uirtus 155.b
praerogatiuae iuniorum in ſuffragiis momentum 163.g.i.k.189.k
praeſentia periculi ferociam minuit 294.f
praeſidia Romana male tractantur apud Samnites 107.b.c. apud Siculos 170.b
praeſidia omnia Romana de Graecis ciuitatibus deducta 276.i.k
praeſidy ſuſpecta ab urbe dimittẽdi ua framentum 378.b
praeſidio decedere iniuſſu imperatoris, apud Romanos capitale 170.c
praeſidys non onerandus ſocios 161.a
praeſultor in ludis Iouis diſplicens 21.g
praeter linguam, nihil uiui reliquum 366.a
praeterita magis reprehendi, quã corrigi poſſunt 239.g.293.k
praetexta toga ab Etruſcis ſũpta 2.k eius honos apud Roma. 260.b 269.d
praetextati etiam in militiam allecti 148.k
praetor urbanus primus Romae 79.c
praetor de plebe primus Q. Publilius Philo 97.c
praetor an ſine conſule in prouincia rẽ gerere poſſet 242.k
praetor conſulibus imperat iuſſu Senatus 238.c
praetores iiſdem auſpiciis, quib. conſules, creabantur 97.a
praetores conuiuia indicebant 144.d
praetores etiam iuri dicẽdo creati militare coacti 158.f
praetores quaterni alternis annis creãdi 342.c
praetorum tribunalia ad piſcinam publicam poſita 157.i
praetorum numerus 260.b
praetorũ in cultum ſumptus fieri a ſocys ſoliti, circumciſi 260.b
praetorum Romanorum impotẽtia aduerſus prouinciales 366.a.b
praetoria tria circa Capuam erecta 179.a
praetura quando primum inſtituta 79.b
prata Quinctia 33.c. Flaminia 38.i
praxo Delphus hoſpes Perſei 353.f. latronum receptator 353.b
praedones a Catone multati 271.f
precationis carmẽ ſollemne prius quã populum magiſtratus in concione alloquatur 325.c
priaticus campus 318.e
primates ciuitatum, eas nonnunquam perdunt priuatae noxae metu 383 k.384.a
primigenia fortuna 367.a
primi pili ductor, primus cẽturio 88.i k.91.c.356.i.k
primi hoſtium ſi uincantur, de ceteris ſpes etiam uidetur 368.f
primus princeps centuriae 356.i.k
primis imperys obediendo, iugũ magis accipitur 316.d
princeps ſenatus legebatur 200.d
principes in militia 91.e
principalis porta dextra ac ſiniſtra in caſtris 47.c
principum regionis cuiuſque uominum cognitionis uſus 108.f.g
principum temperantiſsimi Romani 190.a
principũ Arginorum uexatio 263.g
priſtes naues 374.f
priuae tunicae 87.g
priuata pecunia reſp. adminiſtrata 161.g
priuata re nulla mouetur Scipio ĩ cauſſa publica 191.k
priuati creditores Rei. Romanae agros a Rep. accipiunt 246.a. et dein.
priuatarum rerum reſpectus, publicis ſemper officit 24.e
priuatis collatae pecuniae publicae, repetitae 227.d
priuatis licebat in ferendis legibus ſententiam ſuam dicere 386.b
priuernum opidum, & Priuernates, eorumq. cum Romanis res geſtae. 82 d.e.89.a.b.e.92.d.94. e.f.g.h
primi lapides ſilices, & priuae uerbenae 243.a.b
proca Latinorum rex 2.a
pro cetera negligentia, hoc eſt ſimili 176.f
pro rata 160.i
pro uirili parte 1.b
procedere in multum uini 298.i
procella atrox 334.b & dein.
procreationi operam dare cogit omnes ſuos Philippus rex 243.i
proculus Virginius Cos. 22.g
proculus Geganius Macerinus Cos. 21.c
proculi Iulij de Romulo teſtimonium 4.f.g
prodictator creatus primus Q. Fabius Maximus 139.c.144.b
prodigia uaria ac miranda 7.k, 8.a.9 b.12.i.k.15.b.23.a.b.29.k.85.c d.136.g.b.137.f.g.148.i.157.i 164.c.d.172.b.174.k.177.f.190 c.198.c.200.c.203.b.213.c.226 k.233.f.241.i.k.245.i.k.253.i 255.b.259.g.263.g.276.a.280. f.282.k.295.b.298.a.333.b 337.b.342.f.344.k.346.b.347 d.348.b.c.349.b.351.c.354.c 366.k.367.a.372.g.381.b

prodigia quo magis credas, eo plura nunciantur 164.c.d
prodigia ſpreta 59.g
prodigijs territi Romani, cum Hannibale pugnaturi 133.e
prodigiorum religio rem impedit bene geri 159.a.b
prodigiorum terror Romae 144.i
prodigiorum auerruncandorum ergo ſupplicationes 117.a
prodigiorum procuratio atque expiatio Romae 136.g.137.f
proditio infamis 177.g
proditio fruſtrata 62.d.368.b
proditionis accuſat patrem filius 152.d
proditionis auctores conſcij detecti & necati 179.c.218.d.e
proditionis mira ſimulatio ultionis meditatione 299.c.d
proditionis ſimulatae fraus 299.d
proditori nihil uſquam fidum 3.g
proditores ſupplicio affecti 15.d 292.c.247.f.g
proditoribus gratiam referunt etiam Romani 55.a
proditionis infamiam libenter Romani fugiant 201.k
proditoribus hoſtium honos habitus 189.b
proditoribus temere fides habita, in perniciem auertit 366.e
proditorij animi detegendi difficultas 193.f
procerna urbs recepta 291.i
profligare bellum, & conficere 132.d
prohibita magis appetimus 128.k
prolis incertitudo, dirimendorum imparium coniugiorum cauſſa 44.d
promiſcuus rerum omnium uſus expoſitus 59.d
promontorium Mercurij, & promontorium Pulchri 230.c
promontorium Mineruae 337.b
propius cum datiuo, propius Hannibali 145.f. cum accuſatiuo, propius blanditias 237.d
propontidem uectigalem habent Galli 312.k
propraetor in ardore pugnae creatus Liuius pontifex 128.b
propraetorem quod ſe L. Marcius in literis ad ſenatum miſſis ſcriberet, iniuſſu ipſe ſenatus creatus, indigne latum 184.g. pro quaeſtore eſſe 346.k
proſerpinae theſauri uiolati Locris ab Romanis 225.b. eius ultio 227.k 228.a.f.245.b.254.b
proſpectus ab Aemo monte latiſsime patens 338.a
proſperitas ſumma nulla diuturna 387.f.g
prouerbia, ad Triarios res rediit 91.d
Cantherius in foſſa 161.e.
Non omniũ dierũ ſol occidit 327.f
prouincialium honor erga conſules de ſe bene meritos 263.b
prouincialium magiſtratuum Romanorum nequitia 365.k
prouincialium querimonia in inuidiam inimici ſubornata 318.h.i
prouincialibus ſocijs qui primus oneri eſſe coeperit 351.b
prouincias duas uno anno pacat Claudius conſul 347.e
prouocatio a dictatore non erat 18.a
prouocatio non erat ab Vrbe longius mill. paſſ. 32.a
prouocatio ſublata 34.a
prouocatio omnibus magiſtratibus addita 38.i.k
prouocationis lex 113.g
prout merita ſunt 307.e
proxenus uir eloquens ab Orthobulis uxore ueneno ſublatus 350.b
proximum ſibi ante ferri aequanimiter nemo ferat 76.d
prouinciarum praetores quam plurimi magiſtratu depoſito a prouincialibus per ſe deuictis in ſenatu accuſati 318.i
praſiae, continentis Atticae lucus 252.c
praſias Bithyniae rex 212.d.226.g 340.c.352.k.353.k.371.k.388 c.d.e
prytaneum Cyzici 348.i
pſaltriae et Sambuciſtriae quando Romae coeperint in pretio eſſe 323.i.k
pteleum opidum 387.c
ptelei opidi a fundamentis ſubuerſio 364.g
ptolemaeus et Cleopatra Reges Alexãdriae 198.c.298.b.372.k.381.b.c
ptolemaeus Aegypti rex 262.f.265.k.289.f.388.e
ptolemaeus rex puer ſub tutorib. agens 354.e
ptolemaeus maior, et Ptolemaeus minor 372.h.i.
ptolemaeus Aegypti rex cũ fratre pacem facit 380.f.g
pubeſcentium iuuenum flos in prima acie 91.c
publicum ſubſtantiae 14.e. peſsimo publico
publicorum malorum tantum ſentimus, quãtum ad res noſtras priuatas pertinet 243.c
publico periculo per mare deuecta redemptores ſponte demergunt &c. 173.e
publicae utilitati ſemper officit priuatarum rerum reſpectus 20.d
publica prodendo, tua nequidquam ſerues 193.c
publicanus ubi eſt, ibi aut ius publicũ uanum, aut libertas nulla apud ſocios 385.b
publicani, reip. Romanae quae neceſſaria ſunt, commodant 161.f.g
publicanorum fraus 173.e
publicanorum ordinem offendere ſenatus metuit 173.e
publicolae nomen unde ductum 16.a
p. Aelius Paetus 54.d.83.b.101.a 113.g.232.k.242.a.b.554.g
p. Aelius Tubero 346.a
p. Brundiſini praefecti Claſtidiani proditio 134.a
p. Claudius Pulcher conſ. 317.k
p. Cloelius trib. mil. 75.f
p. Cornelius Aruina cenſor 123.e 144.c.186.c
p. Cornel. Scapula pont. Max. abſque eo quod aedilis curulis ante fuiſſet 174.e
p. Cornelius Coſſus trib. milit. 53.e 61.g
p. Cornelius Lentul. 164.a. 332.i.k. conſul 406.a
p. Cornelius Maluginenſis 55.i.59.i 64.e
p. Cornelius Scapula Coſ. 94.b
P. & Cn. Scipiones inter ſe copias partiuntur adminiſtrando Hiſpanico bello 156.e
p. Cornelius dictator 55.a
p. Cornelius Scipio magiſter equitum 60.g. tri. mil. 62.b.70.i. 148.a. interrex 67.g
p. Cornelius trib. mil. conſ. po. 70.i
p. Cornelius Rufinus dictator 93.g
p. Cornel. Scipio dictator 127.e. Coſ. 110.i. Hannibali in Italiam uenienti occurrere uult 130.b
p. Cornelius Scipio, poſt Africanus, aedilis 173.g. eius labor 181.e.d
p. Cornelij Scipionis iunioris animus in deſperatione publica 189.a
p. Cornelij Scipionis mors 243.e
p. Cornel. Scipio Africanus cenſor 254.g
p. Cornelij Scipionis Cn. F. uirtus aduerſus Hiſpanos 278.k.279.d. repulſam patitur, in conſulatus petitione admittitur

admittitur 280.g.284.b
p.Cornel.Scipio ludos facit 296.i.k
triumphum petit 296. b. c. Saluus erat 304. b. eius placabilitas, & magnitudo animi 304. b. eius filius apud Antiochum captus 365.b
p.Cornel.Scipio ſecundum bellum Punicum abſoluit 386.b.i
p.Cornelij Scipionis laus breuiter comprehenſa 321.a
p.Cornelius Scipio Naſica 321.k
p. Curiatius Cos. 34. e. 43. b. xuir 34.e
p.Decius trib. mil. 86.i.87.e. f.149 b. 106. g. h. i. 109. i. k. cenſor 111.g
p.Decij patris deuotio 91.f.g. filij deuotio 107.g
p.Decius Mus Cos. 89.k. 117.k. magiſter equitum 110. i. k. pontifex 113.g. proconſ. 115.c
p. Ebutius Bacchanaliorum index 324.d.326.c
p.Furius Cos. 25.k.27.k
p.Furius Philus praetor 144.b. cenſor 171. f. eius deſperatio de rep. poſt Cannenſem cladem 148.a
p.Furij Phili exſilium 365.a
p.Horatius, Horatiorum pater 6.h.i
p.Iunius Brutus pr. 297.e.i.k
p.Iunij propraetoris in Hiſpania ulteriore de Luſitanis uictoria 309.b
p.Licinius Caluus plebeius primus tribunus militum creatur 59.c.60.d 77.b
p.Licinius Craſſus pont. Max. magiſter equitum 198. h. cenſor idem 198. k. praetor 203.d.213.e.220 d.222.e.223.a. 255.d. eius morbus 225.k
p.Licinius proconſ. 232.d.233.e
p.Licinij pont. Max. cum Q. Fabio Pictore flamine Quirinale certamẽ 307.d
p.Licinij Craſsi honor 331.i
p.Licinij Conſulis ad Perſea debellandum proficiſcentis ritus 352.c eiuſdem aduerſus Perſeum aciei inſtructio 362.b
p.Licinius Varus praetor 203. e. f. legatus 210.c
p.Lucretius praefectus urbis 32.b
p. Lucretius Tricipitinus trib. mili. 25.e
p.Manlius trib. mil. 59. k. dictator 77.f.g
p.Menenius Racillus plebeius tri. mil. 59.d.60.d.75.e.78.f
p.Manlius Volſo praetor 108.c
p.Matienus trib. mil. 225.b
p.Melius trib. mil. 59.e
p.Minucius Cos. 17.k
p. Numitorius Virginiae uirginis auunculus 361. trib. pl. 38.i
p.Papirius trib. mil. 74.b
p.Pipius quaeſtor 54.d
p.Plautius Proculus Cos. 94.b
p.Porcius Laeca triũuir epulo 266.e
p.Poſtumius Cos. 17.f
p Quinctilius Varus pr. 85.d
p Rutilij nota 370.g
p.Salonius 88.k
p.Scantinij pontificis mors 155.e
p.Scaptij hominis plebeij de re maxima propter ſenium teſtimonium 43.f & dein.
p.Scipio fratri ſuo Cn. Scipioni in Hiſpania iungitur 141.i
p.Scipio Hiſpaniam Carthaginienſibus liberat 214.k.215.a
p. Scipionis animus inexplebilis 215.a
p.Scipio Cn. F. uir optimus Romae iudicatus 226.k
p.Scipio Cos. 220.d.275.b
p.Scipio Africanus princeps Senatus lectus 275.i.315.g
p. Scip. Africani cũ Hãnibale Epheſi colloquium, & collatio maximorũ imperatorum 281.g
p.Scipio aeger Eleae filium ab Antiocho ex captiuitate dono recipit 304.g
p.Scipio Africanus reus agitur 320.f
p.Scipio Africanus Paulli Aemilij filius anno decimoſeptimo cum patre in Macedonia militat 378.a
p.Scipionis audacia, in medio ſenatu librum rationum concerpentis 321.f.g
de P.Scipione incerta multa narrantur 321.b
p.Scipionis Naſicae defenſio Scipionis 322.a.b
p.Scipio Africani F. augur 342.c
p. Sempronius trib. pleb. 107. g. pr. 116.g
p.Sempronius conſul 226.d. infeliciter cum Hannibale pugnat 232.e
p.Sempronius Blaeſius trib. pl. Scipioni aduerſatur in triumphi petitione 296.b
p.Sempronius Sophus Cos. 116. pontifex 113.i
p.Sempronius Tuditanus 200.d
p.Sempronius Tuditanus tr. mil. 147 g.149.h.171.g. Cos. 226.d
p.Seruilius Cos. 18.f.20.g
p.Sextilius Capitol. Cos. 34. d.e
p.Sulpicius 37.k
p.Sulpicius Auerrio Cos. 111. b.113.i
p.Sulpicius Camerinus 34.c
p.Sulpicius Longus trib. pl. 64.c
p.Sulpicius interrex 114.b
p.Sulpicius Seruij F. Galba Cos. 244 d.184.e.199.c.126.g
p.Sulpicius dictator 23.b. in Macedonia cum exercitu tranſijcit 146.b
p.Sulpicij legati Romani recriminatio ad Minionem quendam Philippi oratorem 272.a.b.
p.Titinius trib. mil. 59.e
p.Valerius Voleſi filius 13.g. Cos. 14. k.15.b.16.b.17.f
p.Valerij mors, eiuſque mortis luctus 17.g
p.Valerius Cos. 25.c
p.Valerij Flacci conſilium in Ro. ab Hannibale defendenda 186.c.d
p.Valerius Publicola 29. e. trib. mil. 64.a.78.f. dictator 85.c. Cos. 30.i eius uirtus, ardorque 31.d.e
p.Valerij Publicolae mors 31.f
p.Valerius Potitus tri. mil. conſ. pot. 72.c.f.h.75.i.78.f
p.Villius Tappulus pr. 232. k. Cos. 253.d. eius aduerſus Philippum expeditio 284.e.f cum Hannibale congreſsio 281.f
p.Virginius trib. mil. 58.b
p.Volumnius Cos. 29.k
pudere cum coeperit quod non oportet, quod oportet, non pudebit 269.g
pudicitiae amor 37.g.h
pudicitiae patriciae & plebeiae ſacellum 117.a
pudicitiae exemplum memorabile 196.i
pudicitiae uiolatae ultio 15.b
pudor militum Romanorum ab ignominia Caudina 101.a
pudor ſuos prodendi, ducem hoſtibus ac morti tradit 332.d
pudoris ſtimulus 370. k. uehementia 328.f.g
puellarum miſerabilis caedes 167.i
pueris etiam captis urbibus parci 62.d
puerorum in agrum luſus ergo educendorum mos 62.d
pueri Romani olim Etruſcis litteris inſtituebantur 108.e.f
puer rex tutoribus malis utens, nec libertatem, nec dominationem modice ferre poteſt 162.h
puero rege, nomen quidem regis apud illum, ſed rerum regimen penes tutores 162.i
puer ſine oculis ac naſo 276.a. et alius

ſinemanibus et pedib. ibi. ſemimanus 182.i.349.b. trunci corporis 349 b. biceps 346.b

pueri cinaedi neſarius amor quam ſlagitioſus 331.d

pueri regij apud Macedones principū liberi uocabantur 399.i

pueriiis dominatus ludibrium 162.i

pugiles in ludicris 9.c

pugna ſex horarum contentiſſima 100.a

puluinaria deorum Romae 139.g

pugnādi cupiditas perniciosa 204.e.f

pugnae ſtabili aſſueti Romani 211.a

pugnae in ſerum extrahendae ſtratagema 214.d.e

ad pugnam eliciendi mos 232.b

pulli gallinacei ternorum pedū 253.i

pullariorum denūciationis duces exercitum obſeruabant 204.i

pullarij mendaces in prima acie conſtituti 121.g

pulueris excitandi ratio 121.i

punctim magis quam caeſim Hiſpanus pugnat 146.b

punicae claſsis fuga & clades a Rom. 141.e

punica fides 138.g. fraus 188.i.k. 238.a.b. ueſutia 359.f

punicum primum bellum XXIV. annis durauit 104.e

punici primi belli uaria fortuna et exitus 153.b

punici primi belli confecti laus C. Lutatio debetur 386.b

punicum bellum ſecundum non pro decore erat, ſed pro ſalute 132.f

punici belli molles 259.i

punicum bellum quam multos praeſtātes duces Romanos abſumpſerit 218.a

punici belli ſecundi finis 243.b

inter Punicum primum bellum & ſecundum finitum LX. anni interceſſerunt 243.i

punicum bellum, omnium maximum 125.b.c.321.d

punici exercitus eleuatio 132.e

punicus exercitus terreſtris deletus 180.d

punico prae hoſte cetera omnia incommoda Romani poſt habent 156.b

Vide, Carthaginienſes.

pupillares pecuniae in auxiliū aerarij Romani collatae 166.a.269.c

purpurae pretium & honos apud Romanos 185.i

puteolorum emporium 163.f. colonia 275.k

puteolos fruſtra tentat Hānibal 164.i

pydna Romanis deditur, & diripitur 378.c

pygela portus 332.i

pylae, & Thermopylae unde dictae 292.b

pylemenes Henetum rex 1.f.g

pyra locus Herculi ſacer in mōte Oeta 294.b

pyrenes promontorium 189.d

pyreneum ſaltum Hannibal transijcit 129.a

pyrenei portus 269.b

pyrgum caſtellum iuxta Eleos 206.a

pyrrheum propugnaculū Ambraciae 310.g.h.i

pyrrhi prae Hannibale hoſpitalitas 232.i

pyrrhi dominatio 151.i

pyrrho ſe Samnites dediderunt 160.b

a Pyrrho capti milites Romani, pro ea ignominia ut ſatisfecerint 174.e

pyrrhus Proſerpinae fanum Locris ſpoliauit 125.g.127.k

pyrrhi regis audacia & uirtus 144.e 244.i

pyrrhus donis corrumpere nitebatur non uiros ſolum Romanos, ſed etiā mulieres 268.e

pyrrhi caſtra, locus quidam 284.a.b

pyrrhi regia, Ambracia 311.b

pyrrhi foeda mors 227.k.244.i

pythagoras Samius 4.k

pythagorae auditorem fuiſſe Numam quidam aiunt 339.g

pythagoras Nabidis gener neſarius 273.k

pythagoras, Nabidis tyranni gener praefectus praeſidij Laconum Argis 273.d

pythagoras Quinctio ſupplex 275.e

pythicum oraculum, quod & Delphicum 59.k

pytho Macedo nobilis 371.d.372.e

pythium opidum 361.e

Q

Qua pro tam, qua nobilitate gētis, qua corporis magnitudine, & ſaepe alias 120.k

quadragies H-S ratio a Scipione exacta quam bis millies in aerarium intulerat 209.c

quadrantes a plebe in funus P. Valerij Publicolae collati 31.g

quadrato ſaxo ſtrata ſemita 117.c

quadrigae equorū alborum luxurioſae 163.a

quadrigae aureae & auratae in Capitolio Ioui poſitae 232.k

quadrigarum falcatarum Antiochi deſcriptio 305.d.e.f

quadriremis uetus & putris in uſum belli propter inopiam aſſumpta 283.g

quadruplatoris nomen infame 42.b

quaeſtionis de uita ac moribus & coitionibus inuidia Romae ſtatim oppreſſa 105.k.106.a.b

quaeſtionibus exercēdis dictator creatus 104.i

quaeſtorium, in caſtris praetoriū quaeſtoris 119.f

quaeſtores ex quibus crearentur 51.i

quaeſtores plebeij primum creati 54.d.e

quaeſtorum numerus duplicatus 51.i

quaeſtura honos, gradus ad maiores magiſtratus 54.e

quaeſtus omnibus patribus indecorus 136.i

quartana peſtem excipiens 349.a

quarta Hoſtilia de morte mariti ſui C. Calpurnij conſulis ſuſpecta 341.d

quaternis aeris frumentum populo uicatim deſcriptum 238.g

quattridiani adſcenſus mons 338.d

quattuordecim legionibus & C. nauibus longis Reſp. adminiſtrata 242.e.f

quattuor populis exercitus unus Rom. iſque modicus an ſufficere potuerit 117.a

quercui arbori querimoniam ſuam exponere iuſsi ab Aequis Romani 32.g

querella Ambracienſium de M. Aemilio 365.g

quietis fanum 51.f

quietis commodum in morbis 141.e

quietis in medio hoſtium nulla merces, ſed ingens periculum 288.d

quieti dandum, quod negotijs ſupereſt 128.d

quingenti milites Romani fraude Boeorum intercepti 264.b

quinquaginta annis minores omnes ſacramento rogati 339.a

quinquatrus & quinquatria 291.b 372.k

quinquennalia uota 245.g

quinqueremis una Romana tribus quadriremibus Carthaginienſibus elabitur 338.e.f

quinqueremes P. Scipionis 189.c

quinque pes equuleus 233.f

quinqueremes quinquaginta nouae factae 283.e

quinqueuiri muris turribuſque reficiēdis 174.k

quintanæ porta 345.f
quinctu Albani 7.i
quinctilibus kalendis magiſtratus ini tus 63.f
quinctius Capitolinus Mamerci Aemi lii dictatoris legatus 46.k
quinctius Cincinnatus praenomine L. dictator 33.e
quinctij honos apud Graecos 264.k eiuſdẽ expeditiones 286.f.288.b.c
quirinalis & Viminalis colles Romae additi 10.b
quirini aedes 47.g.123.b.213.e
quirites unde dicti 4.a
quiritium foſſa 8.g.h.i
q.Aemil.Barbula Cos. 104.g.106.
q.Aemilius Caeretanus Cos. 98.e
q.Antonius Merenda tribunus militum 51.b
q.Appuleius Cos. 112.k
q.Aulius Caeretanus magiſter equitum 105.k
q.Baebius tribunus plebis Patres laceſsit 284.b
q.Caecilius Metellus pontifex 155.e legatus 210.e.Cos.213.b.magiſter equitum 213.b.dictator 226.e
q.Caecilij Metelli oratio ad cenſores innocem inimicos 342.b.i
q.Caecilij laus 213.b
q.Claudius tribunus pl. 136. i.praetor 203.d
q.Cloelius conſul 18.f
q.Cloelius Siculus cenſor 75.g
q. Conſidius trib. 25.e
q. Fabius Cos. 22.i.k.23.b.271. k. 28. a. eius caſus 23. k. uirtus 29.b.i
q. Fabius Ambuſtus Cos.33.k.mag. equitum 85.d
q. Fabius Ambuſti F. legatus Gallorum ducem haſta transfigit 64.e
q.Fabius Ambuſtus mag.equitum.85 d.Cos.98.g.dictator 101.d
q.Fabius Gurges Fabij.F. 119. Cons. 123.e
q.Fabius Labeo praetor 306. i.conſul 331.g
q.Fabius Maximus Rullianus magiſter equitum 66.e.interrex. 101.c 107.g.114.f.116.k.117.a.procõſul 110.e.cenſor 111.g.aedilis curulis 113.i
q.Fabij Maximi exiſtimatio 117.i.k
q.Fabij Romani legati propoſitio apud Carthaginiẽſes de bello aut pace eligenda 128.b
q.Fabius Max.prodictator 139.c
q. Fabij dictatoris criminatio 140 d.e.f
q.Fabius dictator M.Minucium magiſtrum equitum de manibus Hannibalis eripit 143.e.f
q. Fabij Maximi conſtantia admirabilis 143.b
q.Fabij Max.cõſilium ad L.Paulum Aemilium 145.e
q.Fabius Max. põtifex creatur 155.e
q.Fabius Max.Fabij F.pr.164.a.conſul ibi. 161.g.198.k.princeps ſenatus lectus 200.e.332.e
q.Fabius Maximus, Hannibal Romanus 201.k
q.Fabij Maximi, & M. Liuij inimicitiae 206.g
q.Fabius Max.legatus a M.Liuio Romam mittitur 325.b
q.Fabius Scipioni aduerſatur 220.i.k 228.c.d
q.Fabij Maximi mors 338.b.g
q.Fabius Pictor oraculũ Delphicum conſulit 148.i.152.k
q.Fabius Pictor pr. 306.f
q.Fabius Vibulanus Cos. 32.d. 50. b Xuir 34.k.tribunus militum 53.e interrex 53.b
q.Fuluius Flaccus Pontifex 155.e.k. 158.f.g.magiſter equitum 173.f Cos.173.b.174.e. dictator 198.g.h
q. Fuluij procos. imperium conſulari imperio aequatum 18.b.f
q.Fuluij ſeueritatis uindicta 191.b
q.Fuluius,Cn. Fuluij frater famae nobilis 297.i
q.Fuluius Scipioni aduerſatur 222.f
q.Ful. Gillo legatus Scipionis 238.a pr.244.d. trib.pl. 259.e
q.Fuluius a Campanis accuſatus 318.k
q.Fuluij Flacci expeditio aduerſus Celtiberos 339.b.341.b.i.k
q. fuluij Flacci triumphus & conſulatus 341.e.342.d.e.
q.Fuluius Flaccus cẽſor 350.e352.e
q.Fuluij Flacci pontificis foeda mors 355.i.k
q.Furius pont.Max. 38.b
q.Manlius Acidinus conſul 342.d
q.Manlius Thurinus praetor 213.f
q.Marcius Philippus conſ. 323 b 366.g. eius apud Ligures clades 326.e
q.Marcius Romanorum legatus ad res transmarinas cõponendas 332 e.369.b. eius ad Perſea regem oratio 357.k.358.a
q.Marcius Ralla duumuir 277.c
q.Metellus Scipioni aequior Fabio 328.f
q.Minucius cos. 33.k
q.Minucius Rufus praetor 244.e
q.Minucius praetor in Bruttijs 246.a
q.Minucius Rufus Cos.259.d.eius res geſtae. 263.b. triumphus in monte Albano 263.b.270.a.b
q.Minucius Thermus trib.pl. 242. d Cos. 277. eius expeditiones 279.e.f
q.Minucio de Liguribus triumphus negatur 306.f
q.Minucij Thermi uirtus 319. f.mors 318.d.eius deploratio 320.d
q.Mucius Scaeuola praetor 155.k
q.Mucius Cornelij Mammulae ſucceſſor 158.f
q.Nauius, peditum equitibus miſcendorum auctor 185.d
q.Nauij Centurionis proceritas corporis,animique uirtus 185.g
q.Ogulnius trib.pleb. 113.a
q.Plemnius propraetor apud Locrenſes 225.b.e
q.Plemnij nefaria cogitatio oppreſſa 192.d.Vide,Pleminius
q.Petillius x.uir 34.k
q.Petillij Scipionem Africanum reum agunt 320.d
q.Petillij praetoris apud Romanos fides & auctoritas 339.e
q.Petillius Spurinus Cos. 337.b
q.Publilius (ſic enim legendum) Philo, trib.pleb. primus de plebe 92.e magiſter equitum 93.f.Cos.94.i. 101.c.Idem primus de plebe praetor 97.e
q.Salonius Sarra praetor 280.i
q.Seruilius Cos.27.c.d.79.c.quaeſtor 32.i
q.Seruilius Caepio conſul 366.g
q.Seruilius Fidenas tri.mil. 59.g.69.f interrex 60.c.69.i
q.Seruilius Alba conſul 79.b.dictator 81.e.mag.equitum 83.k
q.Seruilius Priſcus dictator 52.b eius auctoritas 48.f
q.Seruilius trib.mil. 58.a.61.b.64.e. 73.f.75.f.g.76.i
q.Silius quaeſtor 54.d
q.Statorij Romani Centurionis induſtria in re militari 172.g
quinctius Sulpicius conſul 47.i.tribunus militum 58.a
q.Sulpicius Camerinus trib.mil. 59.g
quinctius Cincinnatus trib.mil. 53.e dictator 76.i.98.g
q. Tatius legatus 208.b
q. Terentius Culleo ſenator inter captiuos Carthaginienſes a Scipione receptus 243.b eius erga Scipionem redemptorem ſuum

ſuum gratitudo ibi g.& 321.f
q. Trebellij uirtus 196.c
q. Victorij Centurionis uirtus 276.d
quos inter, pro inter quos 214.c

R

RAbies Saguntina, & Abydena 246.g & dein.
racilia, uxor L. Quinctij Cincinnati dictatoris 23.c.d
ramnenſes equites 9.c
raphia urbs 281.e
raporum ſemen Caſilini iniiciunt exaratis ab Hannibale pomerijs ſuis 154.k
raptus uirginum Sabinarum 36.e
raptarum uirginum Sabinarum animi facile mitigati 3.d
raptus ſcortorum paene bellũ excitãs 17.k.18.a
rapto uiuere ſolitorum militum praeſidium 200.f
rara, admirationi ſunt 164.d.e
raſi capitis ſymbolum apud Romanos 277.b
raſo capite pileati liberti 388.d
ratibus tranſiiciendi fluminis ratio 128.g.216.i
rationem rerum geſtarum poſcebantur conſules magiſtratu depoſito 345.f
rebellantium punitio 371.a
rebellare ut ne quiſquam poſſit, qui fiat 271.b
receptionis deditorũ formula 17.g.h
rector multitudinis 325.e
recuperatores in iudicio muralis coronae 196.c
redemptio Romanorum obſeſſorum 66.k
redempturis patrimonia qui auxiſſet, remp. iuuare debere 161.g
redemptionis captae uirginis pretium ſponſo in dotem additum 196.k
redemptionem ab hoſte captorum, rem nouam non eſſe 149.a
regillus lacus 18.b
regimen decemuiratus penes Ap. Claudium 34.c
regina Sophoniſba quo die capta, eodem & uictori ſuo nupta 236.b
regius ungendi mos 14.k
regia dominatio multiplicata in decem uiris 34.k.35.a
regia poteſtas Romae nõ tam imminuta conſulatu inducto, quam uelut annua facta 14.i
regiae dominationis bonum 14.k
regia inſignia 336.g
regiae libidini moram facere, periculoſum eſt nonnunquam 205.b
regia mancipia pro uiris non habenda 296.a
regia iam altera uiuo patre, patri toleratu difficilis 333.b
regium non eſſe ſacris animum dedere qui iuuenis putarat, ſenex morbo implicitus omnibus ſuperſtitionibus impletur 8.b
regij nominis et faſtus inuidia apud Romanos 14.e.f.35.d.162.k.202.i.231.k.379.c
regij nominis honorem pro magnis erga ſe meritis Romani dabant 245.b
regij pueri apud Macedones 379.i
regij omnes miniſtri Perſei iam uicti in Italiam ire coacti 385.e
regiorum miniſtrorũ pericula 163.b
loquacitas 375.k
regiorum aſſentatorum mutatio 334.g.h.i
regiorum ſatellitum uanitas omnia effundentium 274.g
regiorum fratrum aemulatio 334.i.k 335.a
regijs opibus alti, uaniloqui 282.k
regionis naturae cognitionis uſus 108.e.f
regnandi libidinis malum 215.i.216.b.333.h.i & dein. 127.a
regnum res inter deos hominesque pulcherrima 16.c.374.k
regnum ſuo rege deſtitutum, uicini hoſtes inuadunt 190.g
regnum cui deferatur 336.b
regni abominatio apud Romanos 22.b. eius affectati ſuſpicio quam odioſa Romanis 45.k.73.a
regni cupido 2.c.d.16.b.126.i
regni inuidia etiam domeſticos infidos facit 10.d.e
regna ui defendenda 16.c
regni ambitio fratres diſcordes habet 130.g
regni amor inſatiabilis 335.e
regni recuperandi conſilium 309.k 310.a
regno nihil minus populare eſt 186.a
regna omnia Romanos tollere uelle, calumnia 310.g
reguli Gallorum 129.e
religio ſcelere non exſoluitur 20.h
religio animos occupans 49.e
religionis cura Romae 59.f.g.65.a. 228.i
religio ſacramenti militaris horrenda 121.a
religio ſumma Bacchanaliorum, nihil nefas ducere 324.k.325.a
religionis cultores dijs curae ſunt 66.d
religionis cultus pius magis, quam magnificus 39.f
religionis cura 67.e
religionis diſſoluendae libri, in ignem coniecti 339.g
religionis externae inductio pernicioſa 173.d.325.e
religionis liberatio non poſthabenda 62.a
religionis metu ac ſcrupulis 121.i. 176.a.204.c
religionis neglectae malum 8.b
religionis obſeruatio apud Romanos & Macedones inuicem hoſtes 374.a
religionis prauae malum 8.b.203.i 325.g
religionis uel per imprudentiam uiolatae ultio grauiſsima 246.b
religione moti animi multa ſibi prodigia fingunt 136.f
religionum pleni animi, hoc eſt ſuperſtitioſi 348.a
religionibus dediti Etruſci 56.d
religionibus procurandis, inſtituti ludi 79.f.g
religioſi dies 68.b
remigũ ſupplementi conſtitutio 192.k
remiſsio animi ac ſecuritas, minime ſuſpicioſa eſt 98.k
remittere delectum, non peragere, 339.f. uerſu 1. & remittere auxilia imperata, concedere ut ne mittantur 345.k
remulco trahere naues 180.d.256.e. 301.e
remus Romuli frater a latronibus captus 2.c. eius caedes ibi. f
remorum XVI. uerſuum nauis 385.k
remos detergere 296.a
renunciare amicitiam hoſpitium, hoc eſt ualere iubere, & irratam habere ac reſcindere 178.b.205.i.k. 355.b
repetendarum rerum formula 8.d
reprehendere manu militem, & in hoſtem uertere, ſolebat Cato 270.b
requietus miles multo fortior 377.b
res bene geſtae ſecuritas 356.f
reipublicae adminiſtratio quam difficilis 25.g
reip. cauſſa abſens, indicta cauſſa non damnabatur 365.f
reip. Romanae mutatio 41.g. eius anguſtia ac neceſsitas 161.f
remp. formaturi inſtitutio 1.d.e
res, quarum maxime cupidi ſunt homines,

nes, tres, agri, pecuniae, honores 75.f
res gerere 192.f
rerum inſignium geſtarum gloria, ſalu ti eſt Scipioni 320.c
rebus omnibus deos adhibent Romani 320.b
rebus uerba accommodare facile 99.a non reſpondere, ſuperbum 358.a
reſponſum perplexum a Romanis acci piunt Achaei & Lacedaemonij 316.f
reſponſi ſubito extorquendi mira ratio 380.b
reſtare, reſiſtere 161
reſte data uirgines ter nouenae cantan tes & pedum ſono plaudentes per urbem in ſacris Iunonijs incedebant 207.b
reuocandus nonnunquam ab ardore miles 182.i 183.b
reus, defenſione omiſſa in laudes ſuas conuerſus 320.e.f
reus accuſatoris ſpeciem ſumens 327.e
rex ab Hiſpanis ſalutatus Scipio 202. i nomen regium aduerſatur 203.i
rex ad priuatum ſe faſtigium ſubmit tens, ſolutiſſimus 205.b
rex aliena uoce populo miſerationē ſui facere fruſtra conatus 378.c.d
rex Aminander a regno ſuo cū coniu ge et liberis profugiens 291.i Vide, Aminander 291.i
rex Antiochus imperator appellatus 287.e
rex Antiochus fugiens, coniugem ac fi liam ſecum rapit 106.a Vide, Antiochus
rex appellatus ab Romanis Maſſaniſſa 236.e.f.k
rex Gentius triumphatus 388.a Vide, Gentius
rex Etruſcorum communiter ex XII. populis creabatur 2.k
rex in ſuum ſanguinem ſaeuiens 335. d.e.f
rex indigne ſe maieſtate ſua gerens 388.e
rex ipſe in bello praeſens, plurimū pro monet 369.f
rex inter filios ſuos mutuo ſeſe accuſan tes arbiter 335.b
rex minima ſe pecunia alteri regi addi cens in rerum ſuarum omnium peri culum 341.c
rex popularibus ſuis immiſtius ſine re gio cultu perinde ut ceteri, gratiſſi mus 305.b
rex ſacrificulus 148. eius in demor-
tui locum ſufficiendi contentio 342.a
regis corpus inſepultum iacere paſſum 217.b
regis defuncti teſtamentum coram po pulo recitatum 162.i.k
regis electi indignatio 15.f.g
regis & tyranni diſcrimen 189.i
regis exemplum omnes ſequuntur 5.i 291.b
regis fugitiui Perſei comites duntaxat tres 378.a
regis libidinoſi licentia 205.b
regis mali typus 162.k
regis Perſei infida amicitia 379.g.h. eius captiui ſolitudo. 380.a Vide, Perſeus
regis Pruſiae ridiculus habitus 384.e
regis Veientium odium apud Etruſcos 56.d
regis uicti ac fugitiui miſera condicio 378.b.c
regem Romani petūt 5.b. omnino auer ſantur 17.f.g
regem ſe ſcribens, qui regno amiſſo pro fugus fugeret, commiſeratione indi gnus uiſus 379.d.e
in regem tyrannum populi dirae, a dijs exauditae 334.g
regem Veientes ſibi creant 56.d
reges Albani 1.k
reges conſilijs tunica trahunt, non ſe quuntur 82.d.e
reges difficilius a ſummo faſtigio ad me dium detrahuntur, quam a medijs ad ima praecipitantur 306.e
reges omnia ſerua eſſe cuperent, & ſi bi ſubdita 308.d
reges popularitate maxime amabiles 162.k
reges Romani a prioribus omnes urbis partium conditores 14.e
reges ſacra quaedam facere ſoliti 14.f
regum ambitio 267.a
regum concordiae bonum 382.c
regum dominatio 16.b
regum fidei Hannibal parum fidebat 332.b
regum morem fuiſſe uenenum habere paratum ad incerta fortunae 236.e
regum graue imperium omnia explo rat. 332.b
regum Romanorum ſtirpis enumeratio 43.b.i. & dein.
regum Roma expellendorum occaſio 13.f.g. & dein.
regibus quamdiu Roma paruerit 14.a
reges Barbaris dandos eſſe 308.g
reges ſocios omni honore augent Roma ni 302.d.e. eorum filios diligenter tuentur 388.d
reges totam ſuam poſteritatem ſimul periculo obijcere non debere 272. f.e
reges tres uno anno debellarunt Roma ni 383.f
reguli Gallorum, Moenicaptus, & Ci taſmarus 171.e
rhage Theſſaliae urbs 256.c.d
rhamnenſes equites 4.a
rhea Siluia ueſtalis facta 2.a geminos parit ibi.
rheginorum erga Romanos fides 157.e
rhegium Poeni fruſtra tentant 162.b
rhegium opidum aliquando a praeſi dio eo miſſo occupatum 217.k
rhegium a legione una Romana obten tum 249.e.f
rhetorum origo Ro. 63.i
rhinocolura urbs 380.h
rhion, fretum inter Naupactum et Pa tras 205.d
rhiſiaſi cuiuſdam Pellenenſis cum filio diſſidium in re nouanda 258.d
rhium, fauces Corinthij ſinus 212.e
rhizo Illyrici opidum 383.k eius po pulus Rhizonitae 383.k
rhoda caſtellum 269.i
rhodani oſtia 129.g.h.i.k. & dein.
rhodus inſula parua & ſterilis 382.i
rhodia claſſis Attali regis claſſis con iuncta 256.f.g
rhodiae claſſis clades 299.h.i
rhodiarum nauium celeritas 303.e
rhodij nec ſocij nec hoſtes ab Romanis habendi cenſentur 383.g
rhodiorum auxilia ſocijs 382.i.k
rhodiorum cum Antiocho reges res 363.f.262.i.296.c.301.i.k cum Athenienſibus 296.d.e cum Eume ne 308.g. cum Lycus 308.g.h. cum Perſeo 348.i.355.e. cum Philippo 296.d.e. cū Ptolemaeo. 374.k cū Romanis 263.f.g 296.h. 299.e 300.c.301.k 302.b 308.g. 379. c.d. 380.d 382.f.g. 383.g.h
rhodiorum honos a Perſeo 348.i. ab Romanis 300.c.308.h.317.i.k
rhodiorum legati Romae eadem lega tione bis ueſtem mutant 382.h.i.k
rhodiorum motus 247.i.k
rhodiorum momentum bello Macedo nico 275.k 379.d
rhodiorum mutatio inter Perſea et Ro manos 355.d.379.e
rhodiorum ſermo arrogans ac tumi dus 383.b. eorundem ſuperbia 344 d.371.

d.371.i.k
rhodiorum uirtus & peritia rei maritimae 218.e.f
rhoduntia, montis Oetae cacumen 292.d
rhoeteum Aſiae opidum 304.f
rhoeteum Ilienſibus attributum 317.k
ridiculorum iactatio apud Romanos 79.f
riſus immodici Philippus rex. 343.g.
in robore & tenebris exſpirare. 322.e
romae initia 68.a. eius ſitus ibidem.b
roma ut aucta 2.k.4.a.7.f.9.f.g
romae urbis ambitus 2.k
roma, caput orbis terrarum 4.g 130.e.f
roma Latij caput 90.b
romae urbis reuerentia apud hoſtes 5.g.odium apud uicinos 70.a
romae noua ac repentina omnis & ex uirtute nobilitas erat 9.i
roma aggere & foſſis ac muro cincta 10.b
romae rudimenta qualiter iaciẽda fuerint 14.e
romam caput rerum eſſe ut extorſerit Latinis Seruius Tul. 10.i.k
romae turbatio 20.c.b.22.c.d.& deinde. deſolatio per peſtilentiam 29.d
romã fortuna ac dij praeſides tuentur 29.d
romanae urbis mutatio 343.b.inquietudo.41.b.diuiſio 41.e.114.f
romanae urbis felicitas 52.e
roma turpiter a Gallis capta. 63. d.g.h.i
romam non deferendam prae Veijs,etiam ſi dirutam, probat Camillus 67.d.k
romae omnia plena deorum ac religionum 67.g
roma temere & incondite reaedificata 68.d.uno anno reſtaurata 69.g
romam reuocati qui Veios commigrarant 69.e
romanae ciuitatis ius quam optandum fuerit 111.e
romanae urbis molem coniectat Hannibal 139.e.eam obſidet 186.i
roma utri cedat periclitatur,Poenone an ſibi 196.b
romae ſibi potiundae nunc mentẽ, nũc fortunam non dari,Hannibalis uox 186.k
romae urbis metus & anguſtiae 207. e.386.i
romae luctus ex Scipionum morte 232.g
roma in aeternum condita 217.k. 218.a
roma,ruinis finitimarum ciuitatũ creuit 249.a
romanae urbis trepidatio a Cannenſi clade 148.d.e compoſitio 148.e.f
romanae aciei aduerſus Haſdrubalem ordo 304.k. 305.a.b. aduerſus Antiochum 156.k
romanorum mos in acie ordinanda 235.d
romanae pugnandi artes 62.e.241.e
romani amicitiam ultro petentes, non auerſandi 258.a.b
romana beneficentia gratuita 387.k
romanae inſaniae exemplo etiam barbari in uenia impetranda utuntur 219.d
romanae claſſis clades 194.i
romana claſſis Attalo ſe coniungit aduerſus Philippum pro Athenienſibus 251.k.252.e
romana & Eumenis claſſis 294.i.k
romanae naues robuſtae 303.d
romana cõſtantia dicam an ſuperbia et pertinacia in re uel male geſta 153 b.363.c.d
romana fortuna,ab unius hominis mortalis ſucceſſu non pendebat 217.
romana gratia Demetrium patri ſuſpectum facit 334.b 335.a. eique exitium affert 349.e
romanae hiſtoriae difficultas 1.d
romanae libertatis oppreſsio 34.a
romanae matronae Idaeam matrem deum in urbem deducunt 226.k
romanarum matronarum patrociniũ aduerſus Catonem in lege Oppia 268.i
romana plebs uectigalis facta 58.g
romanus populus omnis aerarius factus 232.i.k
romanae plebis paruus animus 72.b
romanae res multae incendio urbis periere 68.g
romani nominis metus apud hoſtes 116.e.269.k ſplendor 132.i.k
romanae reip.commendatio.1.e.inſtitutio 273.g
romanae uires ſe ipſae confecerunt 1.c.d
romana uirtus cum ducibus non moriebatur 183.a
romani aerarij inopia 158.e.f
romani agri terminus Italia 198.g
romanum ciuem uerberare aut necare uetitum 113.g
romani imperij incrementum adoleſcẽtia & uelut interitus 1.d.43.i
romani imperij conſtituendi difficultas 85.d
romani imperium ſuum plus auxerunt parcendo uictis, quam uincendo 243.i
romani imperij dilatatio 268.e propagatio a Gadibus uſque ad mare rubrum &c. 292.g
romani imperij finis ac terminus 319.k
romani imperij iuſtitia 356.b
romanum imperium orbis terrarum accepit 384.e
romana etiam iura,non ſolum arma,late pollebant 104.g
romani regni recuperandi conſilia moliuntur Tarquinij expulſi 15.a
romanorum pauor ac trepidatio de amittendo imperio 199.k
romanorum mos erga populos externos imperio utendi 219.e
romani in rebus aduerſis in Italia, foris feliciter res gerunt 320.b
romani ciues uideri Latini quidam uolentes pronunciantur eiuſmodi non eſſe 275.f
romani ſuo milite utebantur fere, non mercenario 222.e
romanorum arma 23.i 104.e pugnae genus 127.g ordo in bellis 250.b
romani Conſulis abiectio indecora 151.d.e
romani terra marique uictores 211.f
romanorum copiae militares quã exiguae 84.e
romanorum copiae ad Cannas 144.i copiae aduerſus Perſea 357.a.b.c 361.a.217.b
romani duces praeſtantes qui pro rep. mortem uno bello obierũt, recenſentur 217.b
romani reges ex quibus creati 43.b
romanus equitatus 185.d.e
romani quam multos exercitus neceſſe haberent ſcribere 104.e
romani exercitus diſpoſitio aduerſus Syphacem & Haſdrubalem 234.g
romani exercitus paruitas 117.f
romanorum exercitus aduerſus Poenos in Italiam uenientes 127.i
romanorum exercitus ac duces biennio toto a Poenis contempti 143. i.k
romanorum intereſſe ut habeat Graecia 273.k
romani legati in Panetolio oratio aduerſus Philippum 248.k 249.a
romanorum legati ad Gallos,praeferoces 64.b.c

romanorum legatorum ab Hieronymo Syracuſanorum tyranno conteptus 163.b & dein.
romani magiſtratus, reges, conſules, dictatores, decemuiri 56.f.g
romani magiſtratus ab Hiſpanis delati apud Senatum de auaritia 364.k
romani milites rapto uiuentes 225.a
romanorum militum uirtus 57.e.f 104.e
romano militi fere non deerat hoſtis, per quem exerceretur 73.d
romanus miles ignominia magis accendit 328.e.f leuibus proelijs melior fit & cautior 162.b
romani milites Latine loquebantur 205.a
romanorũ militum panicus uelut terror 345.e & dein.
romanorum militum & legati impotentia, libido, ac credulitas in Locrẽſes 227.f
romanorum partes tuendo Demetrius perniciem ſibi creat 334.b
romanorum pertinacia in Capua oppugnanda 187.e & dein.
romanorum principum inter ſe aemulatio 203.b
romanorum ac Aetolorum foedus 18.g
romanum bellum Hannibali decretum 125.b
romanus & Poenus duces conueniunt 132.b
romani, primo congreſſu Hannibale inferiores 133.f
romanorum ad Trebiã infelix pugna aduerſus Hannibalem 136.d
romanis iniquior Hannibal quam Latinis & Romanorum ſocijs 138.i.k 164.g.h
romanos Hannibal eleuat ac caedit 375.f 160.i 190.b
romani ſe undiq. aduerſus Hannibalẽ muniunt 172.b 186.i
romani etiam ab Hãnibale obſeſſi, milites in ſupplementũ Hiſpaniae mittunt 186.k
romanorum aeſtimatio de transiectu Hannibalis ex Italia Africam aduerſus Scipionem 239.c.d
romani Hannibalem apud ſenatum Carthaginienſem criminantur 184.f
romanorum res cum Antiocho 195.c 283.c.d 304.c.i cum Perſeo 217.f & dein. Vide, Perſeus. Cum Philippo rege 205.g 326.f 256.b cum Graecis 238.f 281.a.b. Vide, Graecas res.
romanorum ex Aſia reditus in patriã 318.& dein.
romanorum & Carthaginienſium maximi duces Hãnibal & Scipio apud Syphacem ſimul ambo conuiuio eodem excipiuntur 215.d
romanorum & Carthaginiẽſium odia 125.e
romanorum ac Carthaginienſium uelut ſumma decertatio in Africa 240.d.e
romanorum & Carthaginienſium res uarijs caſibus miſtae 193.d.e
romanorum ac Carthaginienſium bello totus orbis in ſuſpenſo erat 158.b
romanorum clementia in pace Carthaginienſibus danda 245.a
romanae gentis ingenium ignominiae impatiens 213.k 214.a nec uictores, nec uicti quieſcere poſſunt 201.b
romani tribunalis ſpecies formidabilis 384.g
romanorum uictoriae 86.c
romano mortuo ſubſtratus Numida uiuus naſo & auribus laceris, in Cãnenſi clade inuentus 147.
romani, deorum inſtar 306.e 308.e 149.c.d
romani ſecundum deos potentiſsimi 249.d
romani induſtrij 154.e.f
romani, iniuriarum ſuarũ ultores acerrimi 215.f
romani libertatem dant a ſe uictis, nõ ſeruitutem imponunt 382.a
romani nihil hoſtile contemnebant 110.
romani ludi. Vide, Ludi Romani.
romani orbis terrarum domini uicto Antiocho facti 306.c
romani reges ſocios omni honore augent 302.e.f
romani uiri cum Gallis commiſsi, ſinguli cum ſingulis, uictores 313.c.d
romanorum aequitas 256.b 293.a 302.b.c animus indomabilis 363.b auctoritas ac terror 186.h 291.g 281.a.b abſtinentia ac modeſtia in muneribus ſociorum 144.b 289.f beneficentia 151.e 198.c 200.b 283.c 365.c 381.d.e benignitas 16.f 17.f clementia ac lenitas & ſeueritas aduerſus infideles ſocios 188.f 200.b 380.a facilitas 257.g.h.k felicitas in bellis 82.b 258.a gratitudo 16.c 17.e 200.b 210.c 212.i 236.i 237.i 372.c humanitas 17.d 18.g.h 76.a.iuſtitia 386.c integritas 218.g magnitudo animi 38.g de maieſtate nominis ſui cura 226.a modeſtia 44.e 289.f 293.b munera ad exteras gentes 198.b placabilitas 177.f probitas 189.b pudor 66.e religio 222.b 244.e 245.e 320.b 351.c 354.e terror 294.f 291.g ueracitas ac fides 276.f uirtus inter aduerſa 195.g
romanorum bella quare felicia 382.a
romanorum cunctatio metuenda 210.a
romanorum diſciplina militaris barbaris admirabilis 172.f 240.f
romanorum ducum praeſtantiſsimorũ catalogus 103.f.g
romanorum fratrum concordia 335.d.e
romanorum erga uictum Hiſpanorum regulum Thurrium humanitas 343.e
romanorum iuuetus numeroſa 223.a
romanorum mos in uſu alieni auxilij 354.k
romanorum ſeu religio ſeu ſuperſtitio prodigijs multis agitatur 213.e
romanorum uel in maximis bellis animus in continendis in officio ſibi ſubditis 144.e
romanorum ueterum pugnandi conſuetudo 359.d.e
romanorum in bello uultus oculique ardere uiſi 86.b
romani a uicinis connubia petunt 3.a
romani a Liguribus circumuenti 280.i
romani calamitates alias ſuper alias accipiunt 155.a
romani etiã perfugis proditoribus uſi 105.e.f 113.i
romani foedifragi 202.a 171.e
romani in Boeotia militantes, paſsim per inſidias opprimebantur 264.a & dein.
romani in caſtris ſuis obſeſsi 338.i
romani in furculis Caudinis deprehẽſi 99.i.k 100.b
romanis infeliciter res gerunt 17.g.h 299.g.i.k 300.a
romani minus aequi ſuis captiuis 150.c
romani per Graeciam diuenditi ac ſerui, liberati 270.b
romani praeda onuſti in ſaltus anguſtijs a Thracibus excipiũtur 318.b
romanorum aduerſus Gallos in bello caecitas 64.e

roma-

romanorum ambitio 133.a.b
romanorum anguſtiae 200.d
romanorum auctoritatis contemptus 385.i
romanorum auaritia 142.b 69.b. 265.k 266.a 312.g 361.a.
romanorum clades 26.f 28.d.e 116.f 119.i.k 133.i 138.e 139.a.b 144 k. 155.k 166.e 177.i 178.e.g 182 a.e.f 181.f.g 194.f 197.e.f.g. 200.b 204.c.g 205.g 244.b 318.b.c 326.d.e 362.i 371.e
romanorum clades Cannenſis carminibus Martiannis praedicta 177.a
romanorum conſeſſus in Iſthmijs 264.g
romanorum criminatio 99.f 248.k 264.e.f 275.d.e 365.i.k 366.a 371.k
romanorum crudelitas & ambitio 140.f.g
romanorum degeneratio 333.b
romanorum fraus 272.a
romanorum hoſtes qui fuerint 104.d
romanorum hoſtes maximi, & clades maximae 194.g
romanorũ iniuſſu ſocijs res gerere non licebat 394.k
romanorum ingratitudo 320.e 386.g
romanorum iniuriae 64.c
romanorum iniquitas 277.k 278.a.b
romanorum inter ſe diſcordia 23.e
romanorum ludibria ab Etruſcis & Veientibus 23.e
romanorum magiſtratuum criminatio in ſenatu a prouincialibus 365.a
romanorum maeror ac luctus ĩ ignominia Caudina 100.k
romanorum neceſſitas 245.a.b *anguſtiae* 207.i
romanorum opem implorantes ſocij, ab illis deſerti 155.c.d.e 270.b
romanorum in Capitolio a Gallis obſeſſorum pretium 81.a. *captorum in Cannenſi pugna* 147.k
romanorum ſuperbia ac tyrannis 133.a.b 142.d 249.a f 330.a 361.a
romanorum tempora difficillima 268.g.& dein.
romanorum timor, trepidatio, anxietas ac ſuſpenſio animi 22.d 49.d 64.k 65.a 112.f 116.g 127.b 135.g 186.i.k 207.b 210.b 330.b
romanos apud ſe agentes Campani in recenti ad Hannibalem defectione comprehenſos turpiter ſuffocant 283.a
romanorum aduerſus Antiochum uictoria 305.k 309.a
romanorum uictoriae de Poenis omen 130.a
romanorum inſignis uictoria aduerſus Poenos 157.a 161.g.h 176.i 183 e.f
romanorum uindicta de iniuria Saguntinis illata 220.e
romanorum ultio de Samnitibus 103.a.b
romanis ducibus quid ſemper cauendũ 181.g
romanis inuidia fit 373.e
romphaeis longis Thraces pugnant 251.b
romulus Siluius Agrippae filius i.k. 21.a
romuli uxor Herſilia 3.f
romuli uirtus 4.e *apotheoſis. ibidem* f
romulus quo modo de medio ſublatus 4.f *quot annis regnarit* 5.b
romuli caſa 68.b
romulus inſepultus perijt 11.g
romulus alter, Camillus 97.e.f
romuli ac Remi imagines ſub lupa iacentium 117.c
romulus & T. Tatius ſimul regnarunt 342.k
romulea Samnitium a Romanis capitur ac diripitur 115.f
rorarij milites 99.b
roſellanus ager 120.b
roſtra in foro unde facta 93.c
roſtratae naues, & ſine roſtris, ſpeculatoriae 295.f
rotunda aedes Herculis Romae 117.a
ruditas ab elegantia irriſa 343.b
ruffrium Samnitium urbs 95.f
ruſuli ab imperatoribus legebantur 101.b
rullus annus Q. Fabij Maximi 338.i
ruminalis ficus 2.b
rumores fere ſupra uerum augentur 216.b
rure accerſitus Romam dictator L. Quinctius 33.c
rupes Hannibali fracta igni & aceto 131.f
ruſcino portus 129.c 235.f
ruſtica plebs in urbem egeſtate compulſa 173.e
rutulorum & Aboriginum ac Latinorum bellum 1.g.h 12.f

S

S*Abatina tribus* 69.k
ſabatini liberi eſſe iuſſi 192.i
ſabellus ager 89.f
ſabini populus 3.e
ſabinum bellum 3.g.h. 7.i
ſabinarum raptus 3.a.b.c *earum audacia & prudentia* 3.d 268.k
ſabinorum ac Romanorum conciliatio 3.k
ſabinorum ueterum diſciplina 5.b
ſabinorum motus 7.i 17.i 19.e 25.e 27.c.d 33.a.i 35.d
ſabinorum clades 7.k 9.e 10.f 40.g
ſabini in ciuitatem accepti 343.d
ſacer ager 317.b
ſacer lapis 347.d
ſacer mons 20.i 38.c
ſacerdotum creandorum auctor Numa 5.d *eorum ornamenta* ibid.e
ſacerdotiorum honos plebeiis non dabatur, nec iuuenib. & adoleſcentib. 113.a 232.i.k
ſacerdotij antiquum ius 199.e
ſacerdotibus ac flaminib. ſacrorum cura demandata 8.f
ſacerdotes pacem ab hoſte pro populo petebant 22.d
ſacerdotibus ſolis diuorum imagines attrectare licebat 61.d.e
ſacerdotes et Veſtales curae maximae Romanis erant 65.a.c
ſacerdotum Romanorum aſſiduitas 67 i
ſacerdotum in bello auxilium 83.g
ſacerdotum & Augurum numerus 113.a
ſacerdotum publicorum mors 173.f 190.c 198.k 342.b 349.a 355.i 366 b 372.g
ſacerdotibus antiquitus licebat ſenatum ingredi 199.e
ſacerdotes Abydeni a ciuibus ſuis de periurio arguuntur 247.a
ſacerdotes Athenienſes cum inſignibus ſuis intraturo Athenas Attalo occurrunt 246.d. *eorum deteſtationes aduerſus Philippum* 252.a
ſacerdotes ſtipendium in bellũ dare coguntur 266.d
ſacerdotes Bacchae 324.k
ſacramentum & iuſiurãdum militum differunt 145.b
ſacramenti militaris religio horrenda 120.k
ſacramento dicunt etiam minores 14. *annis* 174.d
ſacramento rogare 259.b
ſacratae legis uis 48.f
ſacrae pecuniae ablatae ultio 226.b
ſacrum diurnum in nocturnum mutatum 329.e
ſacrum nefandum Samnitium, hominum ac pecudum mixto ſanguine reſperſum

ſperſum 321.a.e
ſacrum nouendiale 157.i 174.i 190.e
ſacrum peſtilentiae ſedandae ergo 59.d
ſacri nocturni & occulti fraus 324.a
ſacra ac profana pontifices diſcernebant 162.b
ſacra externa Romae uetita 324.b.i
ſacra populo patefacta 343.g
ſacra peregrina quae ſuſceperit Romulus 2.k
ſacra quae obiret Numa rex 5.d.e
ſacra quaedam reges ipſi facere ſoliti 141.g
ſacra Romanorum 136.g
ſacrorum ac religionis cura apud Ancum Martium 8.a.b
ſacrorum cauſſa nonnumquam praetores domi retenti, qui aut pontifices aut flamines eſſent 307.d 347.h
ſacrorum cultus cura Rom. 65.e 68.f
ſacrorum cura malos mores diſcutit 199.e
ſacrorum cura Veſtalibus & Flamini Quirinali in urbis excidio 65.b
ſacrorum in iureiurando tangẽdorum ritus 125.d
ſacrorum inſtauratio quare fiat 67.g
ſacrorum non rite factorum ira, atque ultio 23.a
ſacrorum praetextus 386.d
ſacrorum retinentiſſima plebs 173.g
ſacrorum ſtatu ſuo dimouendorum religio 106.i
ſacrorum uiolatorum ultio 246.e
ſacris faciundis decemuiri plebeij 113.c
ſacrificandi nouus mos 49.b
ſacrificare luſtra Apollini 387.f
ſacrificaturi, uiuo flumine ſe profundebant 10.i
ſacrificaturo Telphis Eumeni inſidiae ponuntur 353.f
ſacrificium inhumanum 148.b
ſacrificium Perſei mox cum Romanis bello certaturi 360.a
ſacrificij praetextus dolos & inſidias tegens 158.i 164.f 179.d
ſacrificia extera & noua interdicta 173.f 325.g
ſacrificiorum immutatio 174.d
ſacrificiorum quae Romae aut ĩ Italia facturi ueniſſent longinqui reges, ſumptum Romani ſuppeditabant 388.d.e
ſacrificus tibicines praecinebant 106.k
ſacrificulus rex 34.g
ſacrificuli ac uates noui 173.e
ſacrilegij Locrẽſis, inquiſitio, & expiatio 245.d
ſacrilegij ultio 254.h.i 352.h.i
ſacriportus 193.g
ſacroſancti facti trib. ple. 31.a 39.a
ſagalaſſenus ager 312.i
ſagittaru formidandi 287.i
ſagittae in tenebris inutiles 376.c
ſagmina fetialium 6.c 243.a
ſagunti ſitus 125.e 126.e
ſaguntina oppugnatio & expugnatio excidiumque 126.b 127.f 130.e *quam multorum bellorum ea res cauſſa fuerit* 171.e 220.e 240.b
ſaguntum a Romanis receptum, & Saguntini reſtituti 217.b
ſaguntinorum legatorum in Senatu Romano oratio 210.e
ſaguntinorum erga Romanos ſtudium 237.b
ſaguntinos iuuare quod ceſſarent Romani, quam grauis exitus ſecutus ſit 244.g
ſaguntina rabies, & rabies Abydena 246.f & dein.
ſalis cõmercium Dardanis permiſſum 384.i
ſalis uectigal 232.f
ſale inuecto uti probibentur Macedones 384.i
ſalariae annonae uectigal 232.f
ſalinae Anco rege prope Oſtiam factae 10.b
ſalinae Romanae 83.d.e
ſal maior unde dictus Liuius 232.f
ſalinatores dicti C. Liuius et L. Oppius 283.e.f
ſalapia urbs 252.e.g
ſalapianorum aſtus contra inſidias Hãnibalis 261.k
ſalentinum bellum 110.c
ſalera urbs 276.a
ſalernum colonia deducta 276.d
ſalganea op. 288.k
ſalij Martis gradiui 5.e
ſalluuij populus 43.c
ſalpinates Volſinienſibus ſe aduerſus Romanos iungunt 63.d
ſaltationis ritus in ludis ſcenicis 79.e
ſaltus ad Aoum amnem difficultas 292.e
ſaltus opportunitas in hoſtibus coercendis 370.b
ſalutis auctor ut honoratus 66.g
ſalutis aedes Romae 110.i 112.b.c 213.g
ſaluti deae dona uota in peſtilentia 34.i
ſalyum gens 64.a
ſamaei, Cephalleniae populus quidã a Romanis deficit 315.i.k 316.a
ſamniticum bellum 85.e 86.d 114.c *centum prope annis durauit* 151.e
ſamnium eiuſque opida euaſtantur 98.k 115.a.b.c.f
ſamnites a Minucio & Poſtumio occidione occiduntur 111.a
ſamnites Capuam Romanis eripere tentant 106.e 121.a
ſamnites caſtra Romana cum irrupiſſent, expelluntur 119.e.f
ſamnites Caudini male a Romanis uexantur 160.b 166.d
ſamnites pacem ab Romanis petunt accipiuntque 83.k 89.f 111.b *eam modice ferre non poſſunt* 115.d 119.c.d
ſamnites Romanos conſ. cum exercitibus ſuis ad furculas Caudinas ſub iugum mittunt 100.b.i *et dein. ipſi ſub iugum a Romanis mittuntur* 103.a.b 110.d
ſamnites conſules Romanos deditos nõ recipiunt 102.a
ſamnites Sidicinos immerentes bello petunt 83.e
ſamnites Sorã & Calatiam expugnãt 110.e
ſamnites triumphati 87.d 110.g 114.e 122.k
ſamnitium aduerſus Fregellanos deditos perfidia & crudelitas 102.d
ſamnitium auratae ac argẽtatae acies a Papirio fuſae, fugatae, caſtris exſutae 109.f.g
ſamnitium ad Hannibalem legatio 160.b
ſamnitium clades & fuga 86.b.i 87.f.i. 98.d.e 100.c 101.e.f 105.f.g 106.f 107.c 109.b.i 110.c.g.k 114.b.c 115.a.e. 116.b.c.d 118.d.k 119.a.c 120.f.g.k 121.c 160.b 165.i
ſamnitium defectio ac rebellio 98.e 104.b 114.b 131.e
ſamnitium fortiter geſta 160.b.e
ſamnitium fraus 50.b *cupiditas & inſolentia* 83.b.g *ferocia aduerſus Romanos* 94.k
ſamnitium nouus ritus delectus habendi 104.e.f
ſamnitibus bellum ob Lucanos Romani inferunt 114.c
ſamothracae inſulae religio 374.a 128.i
ſanctius aerarium 200.c
ſanctius concilium 285.e
ſangarius fluuius 313.b
ſangi Semonis ſacellum 207.k *caelo tactum*

[illegible]ſtum 253.b
ſanguis e foco manans 382.c e lacu 363.b
ſanguinis riui 190.c 207.a
ſanguinis guttae multis locis uiſae 376.a
ſanguine humano ludendum non eſſe 331.e.f
ſanguinarium ſcortum 331.b.c
ſanguinea pluuia 145.i 164.d 331.i 333.b 337.b 354.e 367.a
ſanqualis auis ſacrum lapidem roſtro caedens 34.d.e
de ſapientiae diſciplina libri Numae 339.f
ſapinia tribus, Vmbria 244.a
ſardorum ad Poenos defectio 157.f eor. clades 159.b
ſardi facile uinci aſſueti 159.i
ſardorum legati Romae 346.e
ſardi perdomiti 348.a
ſardi & Corſi, nihil prae Poenis 127.i
ſardiniam ac Siciliam Romani Carthaginienſibus ademerunt 133.c
ſardiniae cura Romanis 188.f
ſardinia perdomita 160.a
ſare, Maronitarum uicus 326.b
ſari fluminis capita 26.b.c
ſariſſae Macedonum 305.b
ſariſſophori Macedones 292.b
ſarpedon promontorium 317.g
ſaſſula urbs de Tiburtibus recepta 83.b
ſatellitum armatorum ſtipantium inuidia 163.a.b
ſatellitum regiorum uanitas 274.g
ſatias, pro ſatietas 210.a 234.b
ſaticula Romanis deditur 105.b
ſatriculani, coloni Romani 200.c
ſatricum Romanis ademptum 22.b
ſatricum colonia ducta 72.c 85.k
ſatricum expugnatum 73.g. incenſum ac dirutum 76.a 85.a
ſatricanum bellum 104.b
ſatricani ad Sannites deficiunt 102.d 103.c
ſatricanis arma adempta 103.d
ſatricana prodigia 213.e
ſaturnalia celebrata 137.b
ſaturnia colonia Rom. 333.g
ſatyrarum agendarum ritus apud Romanos 79.d.e
ſatyrus princeps legationis Rhodiorum ad Romanos 253.e
ſauciorum cura apud Romanos duces 313.i.k
ſauo opidum in agro Genuenſi 223.e
ſaxa Rubra 24.i
ſaxum ingentis molis ſponte procidens multos opprimit 382.i
ſaxum per aerem uolitans 1.k
ſaxorum iacula 251.a
ſcaeuola unde dictus C. Mucius 17.a
ſcaeuolae Q. & M. Praetores 342.f
ſcalae moenibus admotae, onere ſubeuntium fractae 195.g
ſcaptius quidam P. infamis iudicij populi Romani auctor 42.f.g
ſceleratus campus 91.d
ſcelus religione neminem exſoluit 20.i
ſcelus rationem non habet 217.i
ſceleris conſcientia 344.a
ſceleris inquirendi formula 324.g
ſcenica ars apud Graecos pudori non erat 166.f
ſcenici ludi quando primum Romae facti 9.f 167.b 295.i
ſcerdiletus Aetoliae princeps 20.g 295.c
ſcerdilens & Pleuratus Gentij filij 375.f
ſcholae publicae 62.d
ſchiatum opidum 248.i uaſtatum 252.d
ſamaei omnes ſub corona uendit i 26.a
ſamij 262.i
ſcipio in manu equitis ardens 137.f
ſcipio Carthaginienſibus fatalis hoſtis 239.d
ſcipio iuuenis fatalis dux Punici belli 148.a
ſcipio facta ſua recenſet 221.i.k
ſcipionis cum Fabio contentio 221.i
ſcipionis iunioris, Africani deſcriptio 189.a eiusq. deinceps res 194.f.g 195.f 202.g.h 214.e 215.b.c.d.e 216.b 217.f.g.h & deinde ex ordine uſque ad 230.f et mox. 236.a.b 239.h 240.a 241 g.h. 242.e 243.d.e.f 306.b 320.g.h. 321.a eius exſilium, & mors 332.k
ſcipiones in ſomnis L. Marcio apparentes 182.k
ſcipionum clades in Hiſpania 194.f 221.b
ſcipionum fata 218.b
ſcipionum fratrum triumphi Africus & Aſiaticus 309.e.f uictoria aduerſus Haſdrubalem 157.b.c
ſcipionum inuidia in praetorem & accuſatores eius uerſa 322.f
ſcipionum nomen Hiſpanis gratum 203.a
ſcipionum patris ac filij diuerſa conſilia in Hannibale oppugnando 203.a
ſcipionum monumenta 321.b
ſcipionum mors 182.f
ſcipionum regnum inuidioſe 321.d
ſcipionum ſepulcrum 189.a.b 217.a
ſcipionum uarijs nominibus illuſtrium commendatio 322.a
ſcipionum uirtus 194.k 195.a Vide, Cn. Cornelius Scipio, L. Cornelius Scipio, & P. Cornelius Scipio, & P. Scipio
ſcodra urbs 368.d 375.e
ſcodrus mons 368.d
ſcopas Aetolorum praefectus 190.d.e 251.k
ſcordici cum Baſtarnis & moribus & lingua congruentes 344.f
ſcorpionum in Carthagine noua expugnata repertorum numerus 196.b
ſcortorum raptus paene bellum exciet 17.i
ſcortum, amatorem prodens 187.d
ſcortis turpis amor, ad ſcelus nefarium exiens 331.c.d
ſcotuſa urbs 211.i 290.i 291.k
ſcribae uiatoresque aedilicij pecuniam aerarij furati damnantur 242.b
ſcriba cum rege pari fere ornatu 16.i
ſcriptorum uariatio 159.d.e
ſcriptum facere 221.e
ſcriptum edendum, de quo longior neceſſaria ſit deliberatio 274.a
ſcultenna fluuius 347.d
ſcutati 91.e
ſcuta Gallorum longa, ſed ſtricta 314.c
ſcutum Liguſtinum 376.c
ſcutum Romanum 104.i eius magnitudo 375.b
ſcutum Samniticum 109.f
ſcutorum uallum 118.i
ſcuta ſanguinem ſudantia 137.f
ſcutorum magnitudo, quibus ſtantes caput inclinare poſſent 375.i
ſcyrus inſula 251.k
ſe pronomen ſaepe omiſſum. Al. incon. Sagunt. precibus aliquid moturum ratus 127.b pro, ſe moturum.
ſe futurum, pro, de ſe futurum 263.i
ſe creandi in magiſtratum impudentia 34.i.k
ſeceſſio plebis 37.i.k 38.a & deinde
ſeceſſio, ultima apud ueteres rabies 88.e
ſeceſſiones in Sacrum montem, & in Auentinum 88.i
ſeceſſionis ueniam impetrant milites 88.i.k
ſeceſſio non ſemper ulciſcenda 258.d
ſeceſſio muliebris 268.i

ſecubi-

ſecubitus ſuſpicio 324.d
ſecundani mil tes 270.b
ſecundani priores 276.e
ſecundae res aduerſis permiſtae Romanis 207.a
ſecundae res negligentiam creant 69.c 133.f 153.f
ſecundarum rerum moderatio difficilis 103.a 239.a 242.f
ſecundis rebus nimis fidendum non eſſe 363.c 380.b
ſecurium praelatarum terror 176.e
ſecuritatis ac negligentiae malum 345.b
ſedetani, Romanorum ſocij 316.b 271.e
ſeditio propter nexos 18.i.k
propter mortem Virginiae 37.f
ſeditio domeſtica bellum externum ſuſcitat & ita illa ſubſidet 22.i
ſeditionum mala 23.e
ſeditioſorum honores ac praemia 43.c
ſeditionum auctores ac principes comprehenſi ac necati 217.d 218.c 380.e.f
ſeditio militum 254.a
ſegeſt cae ciuitatis expugnatio 271.b
ſegetes hoſtium demetunt Romani 363.i.k
ſeiuges aurati in Capitolio poſiti 316.k
ſeleuci proaui Antiochi uirtus 278.a
ſeleucus Antiochi filius 266.b 281.i 290.d 299.a 301.g 312.d e
ſeleuci filia, Perſei uxor 252.k
ſelinus opidum 262.g
ſella curulis unde ſumpta 2.k
ſellaſia ad Oeunta fluuium 189.c
ſellularij opifices ad bellum coacti 94.d
ſelymbria urbs 265.k
ſementi faciendae locum hoſtibus facit Marcellus 160.k
ſemigermanae gentes 131.i
ſemimares abominati, et in mare deportati 246.i
ſemiſſes agri 347.e
ſemo ſangus deus 94.e
ſempronij Blaeſi quaeſtoris mors 144.a
ſempronij cos. in Lucanis acta 173.d
ſemūciarium ex unciario ſenus factū 85.a
ſenatus Capuanus publico abſtinens, ui cogitur in publicum uenire 187.d
ſenatores Capuani 27. ſponte ſibi mortem ueneno conſciſcunt 187.i
ſenatus Romae legebatur 200.e & item eius princeps ibid.
ſenatus quando primum a populo ſecretus ludos ſpectauit 277.d.e
ſenatus Romanus tāquam regum multorum conſeſſus 103.b uelut paucorum poteſtas 273.b
ſenatus caſtigatio 31.b
ſenatus conſulendi mos ſublatus 11.b 35.e
ſenatus plebi conciliando ratio 150.k 151.a
ſenatus Romani expletio 14.f.g 155.a
ſenatus Romani in Capitolio a Gallis obſeſſi reuerentia 66.d.e
ſenatus Romani populus aſtute correctus 151.b.c
ſenatum ingredi flaminibus licere dēſierat 199.e
ſenatores omnes Romani qui abeſſent, in Italiam reuocati 366.f
ſenatores quinque ab urbe Roma abeſſe non poterant 289.e
ſenatores Romani ſeſe primos taxant in collationem publicam 306.i
ſenatorum allegendorum mos 155.f.g
ſenatores qui eſſent, & quibus liceret in ſenatu ſententiam dicere, educebatur 289.e
ſenatoribus malis tollendis uix meliores ſubſtitui poſſunt 151.a.b
ſenatoria loca a populo ſecreta 275.i
ſenatu ſine, aut certe rege, reſp. ſtare non poteſt 151.a
ſenatu mouebantur indigni 200.e
uſque notae adſcribebantur 220.a
ſenatu moti, aerarij facti, & tribu moti 34.k 35.a
ſenatuſconſulti in neceſſitate ultima forma 28.g
ſenatuſconſulta aliquot 186.d 244.e 227.b.c 228.f
ſenatuſconſulta ubi adſeruareatur 30.b
ſenectus Catonem non fregit 330.k
ſenectus Romana mori deſtinata 65.d
ſenectutis modeſta excuſatio 606.e
infirmitas 162.k deflorescentia 322.b
ſeneſcere pugnam, pro remiſſiorem fieri 61.c
ſenex dominum qui ferat, qui in iuuentute non tulerit? 86.c 287.c
ſenum conſilia 73.b.i 100.a
ſeniores, idem & Senatus 261.k
ſeniores etiam coacti nomina dare, & urbis cuſtodiam agere 58.f
ſeniorum cēturia, & iuniorum centuria 189.k
ſeniorum etiam cohortes factae 116.g
ſeniorum paruam eſſe iacturam 61.g
ſeniorum Romanorum triumphalium etiam uirorum in Romae captae deſolatione conſtantia ac robur et aequanimitas 61.a
ſenilis animus uix nouo ſocio aſſueſcat 116.a
ſenilis animi uirtus 46.b
ſenilis prudentiae fructus 74.a
ſenonum Gallorum robur 64.a
ſenones Galli ad Cluſium oppugnandū ueniunt 118.a Romam capiunt 64.d
ſentinas ager 143.g
ſentina urbs exhauſta 168.e
ſepinum Samnitiū Romani expugnant 122.b.a
ſeppius Leſus, mediaſtuticus Campanorum 185.k
ſeptemuirale iudicium 117.k
ſeptem & decem annis minores etiam militare coguntur 174.c
ſeptem libri Numae 339.g
ſeptimij marcij uirtus 182.g 289.b.c 218.a
ſepulcrum diruium, promontorium Africae 238.g
ſepulcra de caelo tacta 203.b
ſepulcrorum dirutorum inuidia 149.d
ſepulturae cura 250.b
ſepulturae euſdem hominis monumenta diuerſis locis monſtratae 321.b
ſepultura prohibitus Seruius Tullius rex 11.g
ſequius, ſiniſtrius 28.i
ſerenitas poſt tempeſtatem repentina, biduo ſimiliter facta, religionē Poenis incuſit 183.k
ſergij ac Virgidij tribunorum militarium criminatio 58.b damnatio 59.e
ſergius & Matienus tribuni militum in uincula coniecti, & miſere trucidati 111.e.f
ſerrheum caſtellum Philippus occupat 246.f.g
ſermo nationem arguit 158.e
ſerpens mirabilis in quiete Hannibali uiſus 128.k
ſeruius Romanis uocatus ſeruus quidā Artenam Romanis prodidit 54.k
ſeruius Cornelius cos. 22.i
ſeruij Cornelij flaminis Quirinalis mors 34.c
ſeruius Cornelius Maluginenſis trib. milit. 01.k 69.i 72.e 73.f 74.b
magiſter equit. 70.b cos. 111.k
ſeruius ſulpicius cos. 17.b

ſeruij

Digitized by Google

ſeruij Sulpicij curionis maximi mors 29.d
ſeruius Sulpicius Camerinus coſ. 29.k 62.k. trib. milit. 69.f 73.d. 75.g 76.k 77.c 86.c interrex 153.e
ſeruius Sulpicius Galba aedilis curulis 203.e.b pontifex 239.b. eius inuidia aduerſus Paullum Aemilium 386.b
ſeruius Tullius Corniculi princeps 9.i
ſeruius Tullius Romanorum rex ſerua natus 13.a. ei puero dormienti caput ardere uiſum 9.b Tarquinij Priſci gener adſciſcitur 9.i regnum iniuſſu patrũ primus uſurpat, a populo iuſſus 10.c. k eius opera 21.d criminatio 11.d.e commentarij 13 b. regnum 11.g mors 13.i
ſeruus proditor 15.e
ſerui barbari ultio pro domino 125.e
ſerui indicium de incendio Romano 191.a
ſerui ad libertatem & pileum uocati 21.a
ſerui coniurationis indices a Romanis bene munerati 259.b.g
ſerui etiam armati, & in militiam allecti 148.i.k 269.e
ſerui publice empti in delectu allecti rogabantur num militare uellent 148.i.k
ſerui regij humiliter regi, alijs ſuperbe imperare ſueti, ante Perſeum in Italiam tranſducti 385.d
ſerui in re neſaria conſcij, tollendi conſilium, aliter uertit 263.k
ſerui per tyrannum Lacedaemonium liberati, Lacedaemone abire iuſſi 316.b
ſerui publici 367.i
ſerui 25. in campo Martio coniurati, in crucem acti 145.a
ſeruorum a tyranno liberatorum tumultuatio, cum ad dominos redire cogerentur 191.a
ſeruorum incendiariorum coniuratio detecta 52.e
ſeruorum coniuratio in Etruria oppreſſa 265.c.d
ſeruorum profugorum recipiendorum ergo nihil magnopere innouandum 349.d
ſeruorum caedendorum mos 21.g
ſeruorum delectus 153.e
ſeruorum terror apud dominos 31.a
ſeruorum uirtus in defendẽda aede Veſtae ab incendio 191.a
ſeruorum Volonum propter rem bello bene geſtam manumiſſorum dominis pretium illorum a republica petitur 183.g
ſeruile bellum 30.b
ſeruilis habitus mentiti fraus 223.b.i
ſeruilis motus in Apulia 328.d
ſeruilij Albani 7.b
ſeruilij Conſulis labor in plebis miſeria alleuanda 19.f
ſeruilius Ahala reus 47.f
ſeruitudo, dixit, pro ſeruitute 260.a
ſeruitia, pro ſeruis 52.e
ſeruitorum Setinorum molitio oppreſſa 259.b.c
ſeruitus Achaeorum fugitiuis receptaculum Macedonia 249.e
ſeruitus C. Lutatij & Cn. Seruilij, ſedecim annorum 237.f
ſeruituti nati Syri & Aſiatici Graeci 292.e
ſeſtertium tricies octoginta millia aeris in aerarium illata 268.b
ſeſtus & abydus Helleſponti urbes 299.c
ſeſtus Romanis deditur 299.c
ſetia colonia 227.a
ſeueritas comitati coniuncta 45.e
ſeueritatis nimiae malum 98.c
ſeueritas paterna mirabilis 91.b
ſeuocatio populi inhibita 82.f
ſex legionibus uſa reſp. Romana 245.b
ſex menſes non pluſſe 319.f
ſexagenario maior Conſul Romanus munia omnia militaria obiens 369 g.b 377.a
ſexdecim annos nati qui non militauerant, aerarij facti 200 e
ſexdecim dumtaxat legionibus defenſum imperium Romanum 239.a
ſextarij uini honoris ergo liberatori exercitus a legionibus collati 87.g
ſextiles kalendae, olim anni principiũ 20.a
ſextius primus e plebe Conſul 78. b
ſextus Aelius Paetus coſ. 254. b
ſextus Antiſtius legatus 206.b
ſexti Digitij uirtus 196.g eius infelicia contra Hiſpanos praelia 279.b 298.e
ſextus Furius coſ. 22.c
ſextus Furius Medullinus trib. mil. 52.b
ſextus Iulius Tullus trib. mil. 50.e
ſextus Iulius Caeſar praetor 203.d legatus Criſpini conſ. 205.c
ſextus Manlius trib. mil. 38.b
ſextus Pomponius legatus T. Sempronij Longi coſ. 134.d
ſexti Tarquinij dolus in Gabios 127. f.g eius libido ſtuprum Lucretiae inferentis 131.e. f eiuſdem mors 13. k. 14.a
ſexti Tempanij decurionis equitum uirtus 50.k 51.a.b.g
ſexti Tullij uirtus 81.g
ſexus muliebris infirmitas 269.e.f
ſi uideatur, particulae interpretatio 189.b
ſibyllae in Italiam aduentus 2.b
ſibyllae carmina de termino fatali Romanorum 319.c
ſibyllae carminum interpretes 167.k
ſibyllinorum librorum uſus 59.e 84.k 136.b 139.d 271.b 295. k
ſiccij caedis indignitas 38.b
ſicinius plebi ſeceſſionis auctor 20.b.i
ſiccitatis anni incommodum 49.e 339.f
ſicilia tota in Romanorum ditionem uenit 194.d
ſiciliae ciuitates aliae aliter a Marcello tractatae 183.b
ſiciliae fertilitas 194.e 199.e.g ex Sicilia frumentum Romam comportatur 21.d 199.c
ſiciliae motus 166.e 189.b
ſiciliae tyranni 84.k
ſiciliam Romani pro merito tractant 249.f
ſicilia oppugnanda, Africa Romanis exercitibus uexata 222.f
ſicilia Romanos pellere Carthaginienſes nituntur 169.b
ſiculum bellum inter Carthaginienſes & Romanos 169.k 183.b
ſiculum fretum 191. b
ſiculorum beneuolentia erga Romanos 256.e
ſiculorum clades 169. k exanimatio & trepidatio 191.f.g
ſiculorum oratio in Senatu Romano de ſe 191.i
ſiculorum profugorum reductio 195.d
ſiculorum ſeruitus ſub Romanis 24.f 249.b e
ſiculis accuſatoribus ſuis coram reſpõdet Marcellus 192.a
ſiculis trecentis equitibus a Scipione indictis totidem Romani equites ſubſtituti ſine publica impenſa 223.b
ſiculos demeretur Scipio 223.i
ſicimina mons 381.a
ſicyone urbs ab Attalo honorata 261.b.c
ſida opidum 218.d.e
ſidicini populus 85.e 89.g 193.d
ſidicinus magiſtratus Theani 188.b
ſignina colonia Romana 13.b 20.b

ſignum

ſignũ amoliri ſignifer non poteſt 38.b
ſigna militaria in aerario erant 42.b.47.g
ſigna ad Iunonis Soſpitae cruore manant 157.i.198.c.d
ſigna & tabulae quando primũ Romã inuecta 183.g.h
ſigna ſigniferis erepta, in medios hoſtes proiecta 276.c
ſigna ſua Romani quibus committant, ſatis nobiles eſſe 158.b
ſigna Syracuſarum 189.b. *infeſta Romanis* 268.c
ſignorum aeneorum collocatio 199.i
ſignorum confuſionis periculum 241.a
ſignorum cantus in caſtris Romanorũ qualis eſſet 209.e
ſignifer cunctans ab imperatore occiſus 52.i
ſignifer prae ceteris altus ac procerus 146.b
ſilana urbs recipitur 291.g
ſilentium in re non debita iuſſa, uelut ius facit 351.b
ſilpia urbs 213.k
ſiluani uox de nocte 35.g.h
ſiluae Litaniae fraus 155.k.156.a
ſiluius Aſcaniae filius 1.k
ſiluius cognomen unde manarit ibid.
ſimilae lucus 324.b
ſimulem noſtri euadere aliquem inuidere non debemus 344.b
ſimilia magis, quam paria 388.a
ſimilitudo morum amicitiam facile cõciliat 11.b
ſimplicitas antiqua 343.a
ſimulacrum pugnae tam terreſtris quã naualis edit Scipio 329.i
ſimulacra Iunonis cupreſſea circumlata 207.b.c
ſimulacrorum deum truncatorum aut ſemuſtorum inuidia 249.d
ſimulatae lacrymae, et uere lacrymae 336.b.c
ſimulatae proditionis fraus 299.d
ſimultates Reipublicae donatae 109.b
ſimultatum alienarũ nutu indicandũ aut cenſendum non eſſe 323.e
ſingula facilius acquirendo parantur, quam retinentur uniuerſa 304.d
ſindenſium ager 312.g
ſinnas urbs 312.i
ſinopenſium clades 334.c
ſintice regio 300.k
ſinueſſa urbs 116.b
ſinueſſanorum erga Romanos fides 140.c.d
ſiphylum urbs 243.f
ſipõtum colonia deducta 276.a. *inſtaurata* 326.b
ſipyrrhicas Aetolus legatus ad Attalum 252.e
ſirae opidum 379.d
ſitella ſuffragiorum 173.k
ſitis ac caloris malum in pugna 209.i 343.b
ſitis legatorum Certimenſium 343.b.e
ſmyrna urbs 265.b
ſmyrneorum apud Romanos honor 308.e.317.k
ſocietas hominum adinuicem alia pacto fit, alia natura ingignitur 62.d
ſocietas rata non eſt, ubi nec diuini nec humani quidquam ſanctum eſt 202.d
ſocietatis uinculum maximum, communis utilitas 290.c.d
ſocij a rege ſocio ſpoliati 338.e
ſocij in oculis exercitus federati depraedati 361.e
ſocij Romanorum ſine Romano duce aut exercitu proprijs uiribus bella gerere nõ poterant 25.e. *nec iniuſſu illorum* 90.c.283.e
ſocij Romanorum quas impenſas in magiſtratus Romanos facerent in prouincijs 351.b
ſociorum Romanorum defectio poſt Cãnenſem cladem 154.d
ſociorum auxilia Romanis 222.i.k
ſociorum calamitatibus Fabius ad pugnam ab Hannibale elici non poteſt 140.c
ſociorum colendorum mos Romanis 155.d
ſociorum deſertorum dolor Romae 128.b
ſociorum erga Romanos fides 29.d. *infidelitas* 221.e.f
ſociorum uiolandorum ſcelus 273.b
ſocijs militibus dimidio minus quam ciuibus datum in triumpho, indignationem ijs commouet 347.e.f
ſocijs noſtris mala noſtra nimis detegenda non ſunt 151.d
ſocijs oneri aut ſumptui eſſe qui primus magiſtratuum Romanorum coeperit 351.b
ſocijs procul diſsitis nihil in ſe auxilij eſſe Romani reſpondent 155.c
ſocijs Romanorum inter ſe diſcordibus Romanorum perplexitas 89.h.i
ſocios ſuos Romani propter ſuam ipſorum cladem non adiuuant 9.a.b
ſocios ſuos Romani tuentur 244.e.f
ſocios ſuos Romani ipſi tueri uolebãt, non ſinebant ab alijs auxilium petere 244.a
ſocios Romanos Cato falſa ſpe ludit 270.c.d
ſocios ut tractare debeant Romani 307.b
ſol rubens toto die 245.i
ſol uehemens inter graues nube imbres 176.b
ſolis aeſtus pugnãtibus infeſtus 279.b
ſolis cum luna pugna 137.f
ſolis eclipſis 298.c
ſolis mirum 233.f
ſolis orbis minui uiſus 137.f
ſolis ab ortu ſtatum caeli gubernatores nauium norunt 300.a
ſoles duo uiſi 196.b.213.e. *tres ſimul uiſi* 349.b
ſolſtitialis orbis 5.d
ſolſtitiale tempus 288.b
ſollemnium uerborum omiſſio ſacrificium uitiat 347.g
ſollicitus uicem 221.k
ſoliferreae & ſalaricae tela bellica 271.a. *in ſolitudine circumuẽti, hominum etiam ignotorum fidem implorant* 335.g
ſolium, cuppa ad lauandum 370.b
ſolonis leges Romani deſcribendas curant 34.c
ſoli, caſtellum 242.g
ſoli populus Argis oriundi 308.f
ſoluettius Gallorum dux 385.k
ſolum mutatum nec genus nec mores mutat 308.e.f
ſoli caritas 14.e
ſomnij ſpreti ultio 104.e.f
ſomnus aeſtiuis noctibus quando ſuauiſsimus 108.i
ſomnus uigiliae ſecundae altiſsimus 7.b
ſomni modus 125.g
ſomno mors continuata Hiſtris uinoſis 345.i
ſonus diſſonus pugnantiũ animos auertens 185.g
ſopater Macedo 67.b.238.h.242.g
ſopatri Acarnaniae praefecti mors 247.b.364.e
ſophoniſba Syphacis regis uxor, Maſſaniſſae ad pedes accidit: & reliqua eius hiſtoria 235.f. *& deinde eius mors* 236.e
ſorani ad Samnites deficiunt 105.a *recipiuntur* 111.a
ſora, Romana colonia 111.k.199.i 227.b
ſordidae ueſtis uſus 382.g
ſordium coertio Romae 268.f

ſoror e fratre prima occiſa Romae 6.b
ſororis aduerſus ſororem mirus amor 334.e
ſorores aequali dignitate generis elocandae a parentibus 76.d
ſororium tigillum 7.a
ſortis humanae inſtabilitas 379.d
ſortes extenuatae exerat 136.g 137.g.
ſortes uerſibus inconditis datas 189.b
ſoſis, tyranni Syracuſani percuſſor 119.e
ſoſithenes Magnes 189.i.k
ſoſpitae Iunonis lucus & aedes, cōmunis Lanuuinis & Romanis 93.b
ſpadonum miniſteria regibus 281.b
ſparta, quae & Lacedaemon, quondā ſine muro 330.e eius diſciplina horrida ac dura 313.d
ſparti ad rem nauticam uſus 141.g
ſpes metuſque pariis momentis impelluntur 208.k
ſpei aedes 174.i 343.g fulmine icta 136.g
in ſpectaculis loci honos 20.f
ſpectaculum gladiatorum inter epulas apud Campanos 109.c
ſpectaculis ſenatori loca a populo diſcreta 375.i.k
ſpectaculorum magnificentia a Perſeo 349.f
in ſpectaculis dandis rudes Romani 273.c
ſpectatum Romae diu promiſcue in ludis 377.d
ſpectrum mirabile 90.f
ſpectrum Hannibalis in quiete apparens 158.k
ſpeculae Carthaginienſium per promōtoria 229.c
ſpeculator conuiuij explorator male exceptus 333.a
ſpeculatores Hānibalis intercepti, per caſtra Romanorum iuſſu Scipionis ducti 238.g
ſpeculatoris Athenienſis unius induſtria urbem ſeruat 247.k
ſpeculator Carthagnienſis Romae deprehenſus & multatus 144.c
ex ſpelunca pugnantes milites, tandē fumo ac igni exſtincti ſunt 111.k
ſperchiae oppidum 256.a
ſperchius amnis 291.k
ſpicae mentibus cruentae uiſae 137.g 313.d.e
ſpiritus feroces ſimul cum fracto corpore franguntur 8.a
ſplendorem & ornatum hoſtium, uulnera non facere 121.e
ſpoletini coloni Romani 300.c
ſpolia Gallica 153.e.f 171.d
ſpolia hoſtium Vulcano ſacrata 9.f 118.k
ſpolia hoſtium templis detracta 141.k
ſpolia Macedonica Romam aduecta 385.f
ſpolia opima prima 4.b ſecunda 47.c
ſpolijs regis Antiochi onuſti exercitus Romani pericula 319.f.g
ſpoliantur ab Hānibale etiam ij, qui in eius fidem ſe dederant 193.e
ſpongiae uſus in bello 109.e
ſponſae uirginis amor 196.b
ſponſi pro ſponſa zelus 36.b
ſponſum a fratre occiſum, lugens ſoror, ab illo occiſa 6.f.g.h
ſpuere non licet ubi ſacra Romana defoſſa fuere in urbis excidio a Gallis 65.b
ſpurilius trib.pleb. 51.g
ſp. Albinus Conſul 323.b
ſp. Caruilius Q.F. Maximus aedilis curulis 113.i Cos. 121.c. eius res geſtae in Etruria 123.a.b. trib.pleb. 172.k
ſp. Caruilij ex Latinis populis ſenatorum allegendorum auctoris ſententia repudiata 147.c
ſp. Caſſius Cos. 17.b 21.a.b magiſter equitum primus Romae 19.g eius mors 22.i 46.d.e
ſp. Furius Cos. 23.b 28.d.e
ſp. Furius M. Camilli F. primus praetor urbanus 79.b
ſp. Fuſius pater patratus 6.c
ſp. Herminius Cos. 41.b
ſp. Icilius trib.pleb. 26.d.e
ſp. Largius 13.k
ſpurij Lyguſtini Sabini oratio 35.b.k 357.a
ſp. Lucretius Lucretiae pater 13.g 14.i Cos. 16.a praetor 220.d
ſp. Licinius trib.pleb. plebem aduerſus patres excitat 23.b
ſp. Mecilius trib.mil. 53.a
ſp. Melius trib.pleb. 47.f 53.a 64.e eius largitio 35.k ambitio 46.a caedes ibid.b
ſp. Nautius Cos. 22.e legatus Romanus a Fidenatibus caeſus 46.b
ſp. Nautius Rutilius trib.mil. 50.e 52.c.k 55.i 122.b
ſp. Oppius Cornicen 34.k 37.i.k eius mors 39.b
ſp. Papirius trib.pleb. 73.f
ſp. Poſtumius Cos. 28.a 34.e
ſp. Poſtumius Albus trib.mil. conſ. pot. 48.d 62.b
ſp. Poſtumius Regillenſis cenſor 74.i Cos. 96.f 99.f eius fortis pro patria animus 101.b.c.& dein.
ſp. Poſtumij Albini conſulis indagatio Bacchanaliorum 324.f & dein.
ſp. Poſtumius Albinus augur 332.e
ſp. Seruilius Cos. 25.b.e.
ſp. Seruilius Priſcus cenſor 75.f trib. milit. 76.e.f
ſp. Tarpeius Romanae arcis praefectus 3.g
ſp. Tarpeius Cos. 34.b legatus 37.k trib.pleb. 41.k
ſp. Virginius Cos. 34.a
ſtabili pugnae aſſueti Romani 211.e
ſtagnum cruentum 164.c
ſtantem cibum capere cogi, ignominia militis ſegnioris 165.f.g.
ſtatellatium Ligurum commiſeratio apud Romanos 357.b 354.a
ſtationum moris mutatio 37.g.h
ſtatiua militibus ſuis negat Q. Fabius Maximus 117.g
ſtatiuum praeſidium 244.d
ſtatius Gellius Samnitium imperator 111.a
ſtatius Egnatius Samnitium dux capitur 116.e
ſtatius Metius Caſilini praeſidij praefectus 166.b
ſtator Iuppiter 344.k
ſtatuarum honos 321.a
ſtatua Antiochi iram in Acilio Conſuli Romano accendit 352.d
ſtatua aurata quando primum poſita 340.d
ſtatuas auratas omnes ab Dio Perſeus in claſſem congerit 370.a
ſtatua equeſtris Cloeliae uirginis 17.b
ſtatuae equeſtres complures poſitae 92.i
ſtatua equeſtris Q. Marcio Tremulo poſita 110.b
ſtatuae eiuſdem hominis diuerſis locis poſitae tanquam ibi ſepulti 171.d
ſtatua Horatij Coclitis 16.e f
ſtatuae legatis in legatione caeſis erectae 46.i
ſtatua Mālio pr. Caſilino poſita 155.a
ſtatuae regis Philippi deiectae 247. 252.a
ſtatuae Ptolemaei perfugium 152.g
ſtellas campus 140.b.c
ſtellatis ager 109.k
ſtellatina tribus 69.b
ſtena Antigoniae fauces 254.d
ſternere maria claſſibus 288.b
ſtipendium a populo in publicum collatum, ſolutum 323.k 324.a
ſtipendium de publico quando militi primum decretum 137.e

ſtipendium

ſtipendium Coty regi Perſeus adnumerat ducenta talenta in ſex menſes 364.e
ſtipendium improbe a militibus flagitatum 216.i
ſtipendium militibus erogandum unde corraderetur 50.f
ſtipendium militibus ſingulis Scipionis perſolutum 218.d
ſtipendium praeſens militibus datur 157.f
ſtipendium triplex equitibus datum 59.c
ſtipendij militaris non ſoluti malum 59.c querella 217.a
ſtipendio milites uoluntarie abſtinentes 165.k
ſtipendio opera reſpondere debet 57.a
ſtipendia equitibus ignauis negata 240.e
ſtipendia facere ibidem
ſtirpes, in nominandi caſu 346.f
ſtiſſum opidum expugnatur 136.d
ſtobi Pelagoniae opidū 262.e 333.d
ſtragulae ueſtis uſus quando primum Romae coeperit 323.i
ſtratagemata 7.b.c 9.e 27.c.d 82.a 92.g.h 100.a 121.i 185.c 285.f 294.k 345.g.h
ſtratij medici prudentia 382.c
ſtratonicea urbs Theſſalorum 262.b
ſtratonicenſis ager 262.b
ſtratum Aetoliae urbs 291.b.310.i 368.f
ſtrenue facere, quam ſcite dicere, praeſtantius 115.b
ſtrenua militis demerendi ratio 153.g.h
ſtrepitus ſine cauſſa in aede Iunonis Soſpitae Lanuuij editus 93.a.b 222.k
ſtructus, cognomen 47.g
ſtrymo amnis 384.g
ſtubera urbs 250.e 200.c.i
ſtudij ac cupiditatis expers oratio plus auctoritatis habet 168.b.c
ſtuprator Veſtalium uirgis ad mortem uſque caeſus 148.i
ſtuprum Lucretiae 13.f
ſtupri indignitas, libertate promittenda lenita 314.i.k
ſtupri mulcta 129.i
ſtupri ultio 36.f 314.i.k
ſtuprorum miſcella in Bacchanalibus 324.a.b
ſtura fluuius 178.f
ſtymphalij Macedoniae regio 384.k
ſubactus & duratus bello 361.e
ſubcenturionis legendi mos 91.e
ſubitarij milites 28.g 338.d
ſubius Virius Campanorum legatus Campanos ad defectionem mutat 151.g
ſublicius pons 16.c
ſubota inſula 374.g
ſuccedere murum 311.f
ſucceſſoris accipiendi metus 274.e
ſucceſſoris imperio nouitas, ſaepe rudis 347.b
ſucceſſori exercitus non tradebatur niſi manēte bello in prouincia 189.g
ſucro opidum 216.h 117.k
ſue ex manſueto uarijs condimentis aſſimulata ferinae uenatio 288.b
ſue, oue, taurilibus luſtratus exercitus 10.g
ſuouetaurilibus Marti piaculum fieri 92.a
ſueſſa Pometia 10.c capta 12.e expugnata & direpta 19.d.e
ſueſſa olim, Aurunca 93.e
ſueſſa Romana colonia 106.g 241.g 227.b
ſuetani ad Catonem deficiant 271.d
ſueſſitanī, Romanorum ſocij 216.h
ſueſſula op. 161.b
ſueſſulanorum ius 93.c
ſuffetes ſummum uelut conſulare imperium apud Carthaginienſes 220.a 234.c 278.h
ſuffragij ferendi mos 173.k
ſuffragia non ſemper eodem modo Romae data 10.f 343.f
ſuffragij latio, an per cenſores adimi poſſet 381.f.g
ſuggeſtum in foro Rom. extructum, roſtris nauium Antiatium exornatum 93.b
ſuiſmontium mons Liguriae 323.b a Romanis obſidetur 342.b
ſulphur uiuum cum calce facibus illitum in aqua immerſas illas accendit 324.k 325.a.b
ſummae rerum, argumenta capitum 90.i
ſummani aedes de caelo tacta 259.g
ſumptus & impenſa bellorum ingens 274.d.e
ſunium opidum 212.g 248.e.f Atticae terrae promontorium 354.i
ſuperbia uerborum ut accipienda 271.b
ſuperbus cur dictus Tarq. rex 11.b
ſuperſtitionis malum 48.e eius timor 224.b
ſuperſtitionibus facile capiebantur Romani 69.g
ſupplicis nauis habitus 226.i
ſupplicum habitus et uelamenta, oleae rami 226.c
ſupplicatio belli ergo 127.i
ſupplicationis in peſtilentia ritus 341.b
ſupplicatio ſollemnis Romae 139.e
ſupplicatiōes bidui 16.k tridui 210.c quattridui 61.f 122.g
ſupplicationes Iunoniae 207.b.c
ſupplicationes etiam finitimis populis indictae 85.c
ſupplicium de Campanis ſumere feſtinat C. Fuluius legatus 88.a.b
ſupplicia apud Romanos mitiſsima 7.g
ſuppliciorum & ignominiarum auerſio, mors ultronea 287.i.k
ſuſpicionis auertendae actus 264.k
ſutrini Romanis dediti 292.g
ſutrinarum coria in cibos uerſa 157.d
ſutrium bis eodem die captum 69.b.c
ſutrium, claustra Etruriae 107.e
ſutrium Volſcorum Romanis deditur 70.e.f et dein.
ſutrium Romana colonia 199.i. 227.b
ſycurium opidum 362.f
ſyleum urbs 312.f
ſymphoniacorum indignatio apud Ro. de epulo ſibi ſubtracto 88.d
ſynedri magiſtratus Macedonum 385.d
ſynope Graeca urbs 116.g
ſyphacis Maſaeſylorum regis hiſtoria 172.f & dein. 215.a
ſyphacis cum Carthaginienſibus amicitia ac foedus 224.f 229.b.c 232 e.234.e eiuſdem cum Romanis foedus 172 h 198.b 229.e 233.g
ſyphacis exiſtimatio 235.k. gloria 215.c infidelitas erga Rom. 221.i 224.b fuga, ac clades 234.f
ſyphax uincitur ac capitur 172.i 235 f 380.a in triumphum ducitur 243 e.f 387.f eius mors 243.e.f
ſyphеum Bruttiorum opidum 237.g
ſyracuſarum motus, obſidio, expugnatio, direptio &c. 162.i 167.a.b 169.c 179.b.c 180.a.g 181.c 183 b 190.b.i.k 191.k 192.a.c 228.f 249.e
ſyracuſanorum erga Hieronem regem amor 163.a
ſyracuſani transfugae apud Romanos 179.e
ſyracuſanis res ſuae reſtituuntur 223.k
ſyracuſani tyranni Hieronymi & Hannibalis foedus 163.e
ſyri, leue genus hominum 292.e Gallis ſtipendium pendunt 213.b

T

Tabellarij ſubornandi aſtus 378.a.b
tabae urbs 312.e
tabernae circa forum aedificatae 9.e
tabernae circa forum piſcatorium ī priuatum uenditae 343.f
tabernarum claudendarum in luctu ac rebus aduerſis mos apud Romanos 33.d 156.b.c
tabernarum ſeptem incendium 191.a
tabernas argentarias Romanas Hannibal urbem obſidens uendit 186.k
tabernaculi male capti uitium 44.g
tabernacula in foro ſtatuta 328.f
tabes longi tēporis oīa abſumēs 339.g
tabula templo affixa noti index 343.i
tabula uictoriae Ti. Sempronij Gracchi in aede Matris Matutae poſita 350.i
tabularum decem leges, fons omnis iuris 34.g 39.g
tabulae pictae & ſigna fabrefacta ex Ambracia recepta omnia auecta 311.g.h.i
tabularum nouarum fax 261.c.d
tabulariū, locus, ubi tabulae publicae aſſeruabantur 367.f
tabulatorum quinque turris 211.k
tabulius ager 246.b
taedium etiam pati diſcere debere milites 57.e.f
tagus fluuius 125.k 362.i
talaſſius 3.e
talentorum pretium 13.a
talenta argenti ducenta Philippo pollicentur Carthaginenſes, ut Romanos infeſtet 224.b
talentis triginta multantur Boeoti 264.d
talentum Euboicum 306.d
talentum Euboicorum XV. millibus multatus Antiochus 306.d
talenta ducenta, ſemeſtre ſtipendium Coty regi appenſa a Perſeo Ge. 346.e
talenta argenti CCC. Gentio promittit & numerat Perſeus, ut ſe iuuet aduerſus Romanos 373.f 374.e
talenta L. in ripa fluminis ponit Perſeus Thracibus militibus diripienda 378.d
talis femina, in laudem 158.b
taueti us uicus 237.f
tanagra urbs 289.f
tanais amnis 285.a
tanaquil Lucumonis uxor mulier nobilis ac prudens 8.i 9.h 10.b.e 11.d
tapetes in caput & fauces iniecti Demetrio ueneno morientis 338.g
tapſis urbs a Maſſaniſſa capta 230.i
tarditatis malum in bello 55.b
tarentum Liuius amittit 175.f Fabius recuperat 175.f.g 203.b
tarenti arx 175.f.g.k 193.i.k 198.a.b
tarenti commoditas 16. g opulentia 201.k
tarēti potiundi ſpem Hannibali faciūt iuuenes aliquot Tarentini ab eo capti comiter dimiſſi 165.f 166.i & potitur 175.e.f a Romanis recipitur 201.i k eius Hannibali prodendi auctor Philomenes in puteum apertum ſe praecipitat 201.i.k
tarento in Italia Carthaginienſes contra foedus non abſtinent 209.k
tarento potiuntur Romani 104.h 193.i.k 282.a
tarentini bello Romanorum ac Samnitium intercedentes reijciuntur 204.i
tarentini pacem ac libertatem a Romanis petunt 203.d
tarentinorum ac Romanorum naualis pugna 193.i
tarentinorum animus aduerſus Romanos 95.g
tarentinorum defectio patres ſolicitos habet 95.f 174.k
tarentinorum e Sparta oriundorum degeneratio 313.e
tarentinorum fames 189.e.f 193.i
tarentinorum obſidum a Romanis caeſorum inuidia coniurationem Niconis & Philomenis aduerſus Romanos excitat 258.f
tarentinorum relegatorum reductio 206.g
tarentinorum ſeruitus ſub Pyrrho 151.i
tarentinae res quo modo compoſitae 204.a
tarpeiae uirginis proditio 3.g
tarpeio de ſaxo praecipitatus M. Manlius Capitolinus 73.b
tarquinius Collatinus conſulari poteſtate exſutus 14.h.i
tarquinij opidum 8.f
tarquinius Priſcus praenomine L. Romae regnum affectat 9.a regnare iubetur 9.b.e
tarquinius praenomine Sextus L. F. Lucretiam uiolat 13.e Roma Gabios profugiens occiditur 13.k
tarquinius praenomine L. a factis cognominatus Superbus, Romae p̄ſsima & ſcelus regnat 11.h.i ſocerum occidit 12.f pap. auerum ſumma decutit 12.b eius nequitia, & alia opera 11.h odium apud plebem 13.d Roma eicitur in exſilium cum cōiuge & liberis 13.i eius mors 18.d.e
tarquinij regno aſſueti oēs in exſiliū eiecti 14.g. 117.e 18.a bona ſua fruſtra repetūt 14.k 15.e in regnū reſtitui uolunt 17.e.d
tarquiniorum memoriae monumētum Iouis templum in monte Tarpeio 12.i
tarquiniorum odium apud Romanos 14.d 18.a & contra 17.e.f
tarquinienſes Romanos bello laceſſentes iuſi fugatique 15.f 58.e 69.f
tarquinienſes, ſex & trecentos milites Romanos immolant 82.e eius rei ultio 83.a.b
tarquinienſes Romanis frumenta praebere coguntur 109.h
tarquinienſes lintea conferunt in claſſem Scipionis in Africam tranſituri 223.k
tarquinienſes ſubacti 69.f rurſum ſe mouent 81.f
tarquinienſibus induciae XL. annorum datae 83.i 109.k
tarraconenſis conuentus 193.i.k
tatius, praenom. T. Sabinorum rex 3.e Tarpeiam uirginem auro corrumpit 3.h cum Romulo ſimul regnat 358.k eius caedes 9.d opera 12.f Vide, T. Tatius.
taurea Iubellius. vide, Iubellius Taurea.
tauraſinorum ager Liguribus attributus 34.f
tauralia ludi celebrati 248.e
taurini pop. 131.k ab Hannibale expugnatur 133.e
taurini ſaltus 64.a
taurinorum & Inſubrium bellum 132.a
taurus aeneam uaccam iniens 347.e
taurus cum quinque uaccis fulmine exanimatus 354.f
taurus fluuius 312.b
taurus mons, imperij Romani fatalis terminus 308.f 319.d
taurum intra montē regnare iubetur Antiochus 303.h 306.d.e
tectoſagi Galli 313.a.f.g 314.k 315.a
tegea urbs Achaiae 315.e eius theatrum 316.b.i
tegulae marmoreae 351.e
tegulis non undandam urbem ad bibernacula militum 384.f

teij Antiochum commeatu adiuuant 302.i eorum trepidatio ab Romanis 304.i & dein.
telleni capti a Romanis ac translati 8.f
teleſia urbs Samnitium ab Hannibale capta 140.a.b a Romanis recipitur 166.d
telmeſſicus ſinus 349.g
telmeſſium Eumeni datum 308.i
telmeſſum Romani recipiunt 317.b
tela ſcutis denſatis excipiuntur 294.f
tela procurſu concitantur 275.a.b
telorum nubes 315.e
telluris aedes 22.f
temeraria uox ſilentio opprimenda 154.b
temeritas exercitus perdentium quo modo multata 97.f
temeritas a fortuna deprehenſa 143.f
temeritas conſulum Rom. damnata, parcitum exercitibus 206.d
temeritas etiam infelix eſt 146.d 121.e
temeritatis pro impunitate, gratiae dijs agendae 319.e
tēpanij prenom. Sexti decurionis equitum uirtus 50.k 51.a
tempeſtatiua Philippi 256.e
tempe theſſaliae ſaltus 291.a tranſitu difficilis 370.b.c
tempeſtas belli 272.b
tempeſtas, non tranquillitas, gubernatoris operam requirit 276.k
tempeſtatis marinae incommodum 252.d
tempeſtates inſignes & prodigioſae Romae 135.i 174.i 175.a 334.b 344.b
templum primum Romae 39.b
templum diuitijs & ſanctitate inclytum 162.a
templum Iouis Romulus metatur 3.f
templi Iouis Capitolini apud Antiochiam diuitiae et ſplendor 348.i
templi Iouis Olympij apud Athenienſes magnificentia 348.h.i
templi Iouis Tarpeij aedificandi ſumptus & labor 12.k
templum Matutae ab igne inuiolatum 76.k
templi Cereris a non initiatis adoleſcentibus per imprudentiam introiti, ac pro inde ſcilicet uiolati, ultio 246.c
templi pecunia religioſa, & uelut ſacroſancta 211.f
templi religio 379.e
templi unius detectio ad alterum tegēdum reprobata 351.d
templa a Marcello dicata, atque exornata, etiam ipſa tandem ſpoliata 183.b
templa a quibus, & quo modo dedicarentur 111.e.f.g
templa deum Philippus incendit terra Attica 240.e
tēpla duo in orbe ſanctiſſima, Delphis, & Samothraces 379.b
templorum ſpoliatorū inuidia 323.e
templis deorum in Alba diruenda parcitum 7.b
templis diuitijs inſignibus etiā aliqua miracula affinguntur 162.a
templis & ſignis inſulae Bacchij Romani non abſtinent 301.h
temporis longaeuitas omnia abſumens 339.e
temporum rationis difficultas 18.f
tempſam colonia deducta 276.d
tempyrorum anguſtiae 318.e
tendere in caſtris 202.e in praetorio 217.g
tenebrae clara luce obortae 317.a
tenor pugnae 237.c
tentorium ſuum cuique militi ueluti domus eſt 377.b.c
tenuum urbs 293.c.d
terentina tribus 113.h
terentius Culleo pileatus ſequitur Scipionem triumphantem 243.e
terentij Varronis temeritas 145.d 143.g
terentillus Arſa, praenomine T. tribunus plebis 39.g
terentilla lex 29.g.h
tergemina porta 36.f
tergemini fratres, Horatij & Curiatij 6.b
termeſſenſes Hirienſium arcem oppugnant 312.e
termeſſo pax a Cos. Rom. datur 312.f
terminalia feſta 366.g 388.b
terminus deus ſede ſua emotus non eſt 12.k
terra omnium communis mater 13.c.d
terra melotis 255.i
terra mouit, hoc eſt tremuit 3.k
terra mutata genus & mores non mutat 308.e 313.d
terra naſci homines ut intelligerētur 2.k
terra nocte ac die ardens 198.h in terra ſua minus timent homines 210.i
terrae chaſma 241.i 251.b
terrae motus inſignes & pernicioſi 29.k 47.f 130.b 277.f 226.b 350.g 354.c 381.b
terrae pluuia 119.d 276.a 282.i 298.a
terrarum ultimis finis rubrum mare 310.d
terror ignotarū rerum maior eſt 222.b
terror panicus Romae 98.k
teſſera contubernalis, ut ſui quiſque ordinis uirum exciperet 209.b
teſſera militaris 224.d
teſſerarum in ludo, legatorū mors uelut imperata 46.h.i
teſtis falſi crimen 32.b 34.f
teſtudo Romanorum 251.c
teſtudinis ludicrae faciendae ratio 370.i
teſtudinis natura 295.h
tetradrachmae ualor 227.k
tetradrachmum Atticum CXIII. millia in aerarium illata A. Acilij triūpho de Antiocho 306.f
tetradrachma Attica XXXIIII. millia C.CC. triumpho Aemilij Regilli tranſducta 309.d
thabuſion caſtellum 312.e
thalaſſius, nuptialis uox 3.c
thaleria prima Theſſaliae urbs capta a Villio Conſule 256.b
thaumaci a Philippo oppugnantur 254.b
thaumacorum ſitus, deſcriptio. ibid. eorum clades 291.k
theadenſes & Canuſini in deditionē populi Rom. ueniunt 104.g
theanus Sidicinus trib. mil. 148.i.k
theates foedus a Romanis petunt 104.g
theatri & Proſcenij aedificatio 343.g
thebes campus, ager opulentus 301.d
thebarum Phthioticarum profugi 55.a
thebae Phthioticae 64.k
thebarum Phthiarum emporium 327.e
thebanorum odium aduerſus Rom. 264.a
thebanos ſibi adiungit Antiochus 289.i & dein.
thebanorū inter ſe contentio 358.g.h
thebae a Romanis recipiuntur 362.e
thenum oppidum ab Aminandro recipitur 310.a
theodorus & Soſis Syracuſani 166.g 167.e
themiſtius Gelonis regis filiae maritus, eius mors 167.e
theodori cuiuſdam coniurati in tormētis peruicacia 163.b
theondas Samothracum magiſtratus 389.g
theoxenae nobilis matronae uirtus ac calamitas 334.e

theoxenus Achaeorum militum praefectus 272.b
thermopylarum ſaltus 212.c 247.i 292.a 322.c
ad Thermopylas bellum, Aetolicum magis quam Antiochium dici debuit 309.e
theſaurorum Proſerpinae ſpoliatorum ultio 227.k 245.b
theſſaliae uaſtatio 256.a
theſſalia plus a Philippo quam ab hoſtibus mali accepit 260.c.d. 290.e.f
theſſaliam componit T. Quinctius 276.k
theſſali equites robuſti 104.d
theſſali foederi Philippi Macedonis cũ Romanis adſcripti 272.g Philippo adimuntur 255.d
theſſali repente liberi facti, inſoleſcentes 327.f
theſſalorum aduerſus Philippum indignatio 326.k eorum erga Rom. fides 359.c fortitudo 364.a timor 255.a honor a Quinctio 264.k
theſſalonica urbs 287.e eius oppugnatio 370. 371.a deditio 379.d
theudoria urbs 310.a
theuma & Calathana uici expugnati 255.k
thoas Aetolorum praetor Romanis infenſus 281.b
thoas princeps Aetolorum, defectionis ab Romanis auctor 285.a
thoas & Dicaearchus, & Menetas ac Democritus Aetolos e quiete ſua exturbant 21.k
thoantis Aetoli aduerſus Romanos in concilio Panaetolico oratio 285.b eiuſdem uanitas 287.a 292.a cum Phanea diſſidium 287.k
thoantem Aetolum ſibi dedi Romani ab Antiocho poſtulant 306.d
thrax hoſtis bello exercitatior, quam Aſiaticus 322.k
thraces rõphaeis longis pugnãt 251.b ferociſſimi gentium 292.e 360.k 362.c latrunculi 319.i
thraces Romanos praeda onuſtos in ſaltus anguſtijs inuadunt 318.a 319.f
thraces Scipioni tranſeunti aequiores, quam Manlio Volſoni 318.e.f
thraces ſocietatem et amicitiam ab Romanis accipiunt 264.c
thracum fides 334.d uexatio 344.g uindicatio ibidem
thracas Philippus terret 329.f
thracia iuuentute abundans 353.a eius moleſtiae 374.a
thracia decedere cogitur Philippus 333.c in eam mediam ducit 333.c
thraſo, tutor Hieronymi Siculorum regis 163.b eius mors ibid.
ad Thraſimenum lacum caedes Romanorum 131.c 138.e eius cladis reliquiae in poteſtatem Maharbalis ueniunt 336.b
thronium opidum 286.g 209.g
thurios in Sallentinis Graeci capiunt 112.a
thure ac uino ſacra fiebant 252.b
thuribulorum uſus apud Rom. 227.a
thurinus ager 277.b
thurini in fidem Romanorum redeunt 173.c eorum defectio 177.b in poteſtatem Carthaginienſium recidunt ibidem.c
thurrus regulus cum filijs & filia captiuus 343.d.e
thyatira opidum 215.f
thyrſis Stuberaeus homo nefarius 338.i
tiberinus Capeti filius 1.k
tiberinus fluuius unde dictus ibidem
tiberis inundatio 79.g. 164.a. 241.k 242.a. 280.f. 283.b 315.g
tiburtibus bellum indicitur 80.b
tiburtes in deditionem coacti 83.a
tiburtes & Praeneſtini agro multat 99.b i
tiberius Bruti filius 15.b
tiberius Sempronius Gracchus augur 232.k conſ. 346.d cenſor 356.a 381.f eius tri. ple. modeſtia aduerſus P. Scipionem hoſtẽ ſuum 237.g eiuſdem aduerſus Sardos uirtus 348.a
tibicines uini auidi 107.a
tibicinum epulo ſuo fraudatorum indignatio & ſeceſſio 106.k
tibicinum honos Romae 107.a uſus in ludis 79.k
tichius, untis, cacumen Oetae montis 292.d
ticinus fluuius 64.a
ticinus ponte iunctus 133.c
tifata colles Capuae imminentes 85.e 185.a
tigillum ſororium 7.a
timaſicrates Rhodius Romanis ſuppetias fert 277.i
timaſithei Liparẽſium praefecti aduerſus Apollinem religio 145.k
timaui lacus 345.d
timenda ſaepe uelut tuti non timemus, & contra timemus non timenda 283.b
timocrates Pellenẽſis Argiuorũ praefectus 273.d 375.e
timõ Lydiae praepoſitus ab Antiocho 306.a
timor externus ciuium concordiae uinculum maximum 22.c
timor fugam remorans 121.i
timoris ubi minus ſit, ibi minus eſſe periculi 238.e
timoris ratio quo minus conſtat, eo augeſcit magis 189.f
timoris cuſtodia 269.b
timor maior minorem uincens 305.i
timoris manis & ſine cauſſa malum 263.k
tiruſtae populi 384.a
tiſo patrẽſis praefectus claſſis Achaeorum 283.b
titienſes equites 9.d
titium atrium in latomijs 331.f.g
titus Tatius Sabinorum rex 3.e Vide, Tatius titus filius Tarquinij Superbi 15.a.b
titus Aemilius cos. 26.k
titus Aemilius Mamercus cos. 921.f
titus Antonius Merenda decemuir 34.k
titus Caecilius trib. mil. conſulari poteſtate 44.f
titus Claudius Aſellus pr. 213.b aedilis plebeius 226.d
titus Claudius Nero pr. 226.d 238.k conſ. 238.g.b 241.i.k
t. Cloelius Siculus triumuir coloniae deducendae 46.e
t. Aebutius cos. 46.e magiſter equitũ ibidem
t. Flaminij munus gladiatorium 350.i
t. Fonteius legatus C. Cornelij Scipionis 181.k
t. Geganius cos. 21.b.c
t. Genucius trib. pl. 28.e.f.i.k decemuir 34.e
t. Gracchi clementia erga milites a re bene geſta 165.f
t. Gracchi ſacrificantis portentum 164.k
t. Gracchi mors 105.e
t. Herminius 16.e.f eius mors 8.e
t. Largius 17.b
t. Largius dictator primus Romae 17.b
t. Lartius cos. 18.f
t. Latinij ſomnium 21.b
t. Lucretius cos. 16.a 17.g
t. Manlius L. Manlij Imperioſi filius, Torquatus a torque Gallo uicto detracto dictus 78.g 81.i in ſenerum patrem

patrem mire pius 79.i aduersus fortem filium mire ſeuerus 9.1.b cōſul. creatus 85.a.c 89.i.k 91.b 113.b dictator 91.c 206.b trib.mil. 162 k. eo conſule Ianus clauſus 5.e eius dura de captiuis militibus Cannenſibus non redimendis ſententia 89. k. ferox aduerſus Latinos in ſenatu Rom.uox 92.g eiuſdē aduerſus Sardos uirtus 158.f inuidia apud iuuētutē Romanam 92.e ambitio pontificatus maximi 174.c conſulatus auerſatio propter oculorum ualetudinem 189.d
t. Manlius Torquati filius Geminium Metium Romanis inſultantē ſingulari certamine uictum iugulat 90.i pro eius uictoriae mercede ſecuri a patre percuti iubetur 91.a
t. Manlij Torquati mors 113.k
t. Menenius cos. 25.a accuſatus & damnatus ibid. c.d.
t. Minucius cos. 110.i eius mors 341.b
t. Numicius Priſcus cos. 27.b
t. Otacilius Craſſus propraetor 148.a claſsis praefectus 158.b eius uictoria aduerſus Poenos 160.a aduerſat ei in cōſulatu cōtinuando Q. Fabius Maximus affinis eius 163.b.i praetor iterum creatur 164.a eius fortiter geſta 181.e conſul cum T. Manlio creatur 190.b eius mors ibid.c
t. Pedanij centurionis uirtus 176.i
tib. Pontificius trib.pleb. 23.d
t. Publilius augur 113.g
t. Quinctius Barbatus interrex 44.b
t. Quinctius Capitolinus conſul 30.e 41.d 44.a 46.d quaeſtor 32.k
t. Quinctius Capitolinus Capitolini filius, cos. 51.i trib.mil. 55.b
t. Quinctius L. filius Cincinnatus & Poenus cos. 18.c tribunus militum 69.f dictator 75.a
t. Quinctij Criſpini uirtus 178.a
t. Quinctius Criſpinus praetor 198.k
t. Quinctius Criſpinus cos. 203.f eius mors 205.d
t. Quinctius cos. 26.a 27.c 28.a eius lenitas 26.g triumuir agro diuidendo 27.k reus actus abſolutus 51.g
t. Quinctius tri.mi. 77.b magiſter equitum 81.b 83.b
t. Quinctius ex patricio milite agricola factus, & a militibus uel nolens imperator conſalutatus 88.d
t. Quinctius Flamininus cos. 254.b cenſor 254.b eius expeditiones 309.d
t. Quinctij conſulis in cōuētu Graeciae oratio de bello in Nabin mouendo 271.b eiuſdem aduerſus Nabidem expeditio 272.f.g.h & dein. eorum colloquium 273.b.c.d & dein.
t. Quinctij apud Elatiam hibernatio 275.f
t. Quinctij in Italiam poſt res Graeciae compoſitas reditus, ac triumphus 277.a.b
t. Quinctij in Panetolico conuentu oratio de non ſuſcipiendo ab Aetolis, &c. 285.c.d
t. Quinctij ingenium et prudentia 293 b.d
t. Quinctius Poenus cos. 49.d 83.d dictator c. 80.h trib. mil. ibid.
t. Quinctij cum fratre concordia 335. g.h
t. Romulius cos. 34.a
t. Romulius decemuir 34.e triumuir epulo 266.d
t. Rutilij auguris mors 29.d
t. Sempronius Longus trib.pleb. 247.e cos. 126.b 134.i 175.b.c cum exercitu in Siciliam mittitur 128.a magiſter equitum dicitur 148.i eius aduerſus Hannonem uirtus 159.c
t. Sempronius Gracchus conſul creatur 155.i 171.f.g eius laus 184.b i 298.i
t. Sempronius Gracchus Africani hoſtis filiam eius ſibi deſpondet 322.b eiuſdem de eodem Africano decretum 322
t. Sempronij Gracchi caedes 265.d
t. Sēpronius Rutilius uitricus iniquus 267.i
t. Sēpronij aedilis ludi ſumptuoſiſsimi 342.i
t. Sergius Fidenas trib.mil. 50.e
t. Sicinius cos. 22.g
t. Sulpicius Pacticus conſul 79.d
t. Tatius ex hoſte rex Romae factus 8.i Vide, Tatius.
t. Valerij legati prudentia in ſeruando Tarento 166.e
t. Vetuſius cos. 19.i
t. Veturius Geminus cos. 29.e 93.f
t. Veturius Caluinus cos. 99.f
t. Veturius Philo flamen Martialis 232.k
t. Virginius cos. 18.f 24.d
t. Virginius Coelimontanus cos. 41.b
t. Virginius Rutilus augur moritur 29.d
toga candida authoritatem M. Catonis eleuans 300.c.f
togae pictae honos 236.f
toga praetexta apud Romanos ab Etruſcis ſumpta 3.k
togae quingentae, & tunicae totidem, Phocaeenſibus imperatae 399.a
toletum parua urbs 280.d 283.b
toliſtobogij Galli 315.f.
tongrui ineunti magiſtratum ſuperueniens, uitio creatum arguebat 157.g.
tormentorum mira tolerantia 263.a
toxo mons Macedoniae 385.a
toronaicum mare 371.c
toronae promontorium 252.e
toronem urbem Philippus capit 212.d eam Romani fruſtra tentant 371.f
torquati cognomen quomodo partum 81.a
torques aurei multi de Gallis capti 265.c
torquium aureorum hoſtibus detractorum ingens numerus 296.e
tranſiiciendi Rhodani ratio apud Hannibalem 129.g
tralles ſagittarij 305.e
tralles Romanis deduntur 306.a Eumeni attribuuntur 318.a
transferendorum alio deorum obſeruatio 61.d.e
transfugae ſine magno uſu, non niſi uile & infame corpus eſſe 142.a
transfugae nomen ignominioſum 152. g 202.c
transfugae cuiuſdam Boij miſerandus exitus 331.c.d
transfugae pertinaciſsimi 263.e
transfugarum pertinacitas 180.k
transfugae ad hoſtem ſubmittendi aſtutia 284.a
transfugarum leuitas 250.a
transfugarum proditio 188.b
transfugarum ſupplicium 68.f
transfugarum uſus apud Romanos 149.g
tranſitus permiſsi pretium inſula Zacynthus 294.k
tranſitus quoſdam pretio emit Hannibal 156.i
trans Tiberim habitatio infamis, & uelut exſilium quoddam 30.b
tranſtiberina habitatio infamis 94.e 192.i
tranſuectionis equitum inſtitutio 11.f
thrauſi Thracum gens Romanos praeda onuſtos in ſaltu Tempyrorum inuadunt 318.d
trebia Romanis adimitur 22.e
trebia fluuius 134.k
trebienſis clades Romanorum 135.f.g

trebius Coſſanus 248.f
trebonia lex 58.b
trebula urbs a Romanis recepta 115.f
trebulani ciues Romani facti 111.k
tria opida eadem hora & eodem conſilio a Romanis capta 105.h
triarij milites 91.d.h
ad triarios rem rediiſſe quid ſignificet 91.e
triballi Illyriorum gens 205.k 250.e
triballi & Cretenſes in exercitu Eumenis 305.a.b
triballi thraces funditores 315.a
tribunal conſulis Romani in Macedonia Macedonibus terrori eſt 384.g
tribunalia praetorum ad piſcinam publicam poſita 157.k
tribuni militum primum creati decem numero 387.b.k deinde ſenideni in quattuor legiones a populo creati 106.k 107.a eorum creandorum cauſſa 76.k 77.a
tribuni militum conſulari poteſtate. quādo primum, et ex quibus creati 44.d 48.a quattuor creati 49.e 55.b octo creati 56.d
tribuni militares conſ. pot. creari affectant plebeij 59.e 60.d.e primus plebeius creatus P. Licinius Craſſus ibi.b.& 76.b
tribuni militum conſulari poteſtate creati nūc omnes patricij, nunc maxima pars plebeij, nunc pari numero, &c. 49.f.g.h.i 51.k 55.a.b 56.d.f 59.d.e.f 60.c.d 68.b 69.d 75.d.76.b
tribuni militum poſtea ductores ordinum eſſe non poterant 89.a
tribunorum militum quattuor infelix proelium 49.g
tribunatus militum conſulari poteſtate, ſummum imperium, & ſummus honos 59.b f finitus 62.i.k 76.f.i & dein.
tribuni militum non ſuffragiis creati, ſed conſulum et praetorum arbitrio 356.e.f
tribuni militum ab exercitu ſuo lapidibus obruti 53.g a cuſtodibus probris excepti 216.i a legato uirgis caeſi 226.b
tribunorum plebis creandorum initiū 20.i
tribuni plebis creati in inuidiam patrū 76.e
tribunus plebis domi mortuus inultus 25.g.h
tribuni plebis primi comitijs tributis creati 26.d.e
tribunorum plebis munus 29.d
numerus 20.k 34.a 41.b
tribuni plebis poſt decemuiros exauctoratos creati 38.b
tribuni plebis ſacroſancti 39.a 44.e 367.f.g
tribuni plebis patricij quidam cooptati 41.a
tribuni plebis duo inuoxij a plebe damnati 62.k
tribuni magis a plebe reguntur, quam regant 42.f
tribuni plebis conſulibus uincula minantur 36.a 37.e
tribuni plebis tribunos militum in uincula conijcere poterant 58.f
tribuni plebis dictatorem magiſtratu abire cogunt 79.g
tribunorum pleb. coniuratio pro continuando magiſtratu 40.i.k
tribunorum pleb. & tribunorum militum conſulari poteſtate concordia in communi periculo 72.b
tribunus plebis aut aedilis pleb. eſſe nō poterat, cuius pater, qui ſella curuli ſediſſet, ſupereſſet 237.f
tribunus pleb. iuramento adactus, cauſſae dictionem T. Manlio remittit 79.k
tribuni plebis triumphum poſtulantib. aduerſabantur 319.g
tribunus plebis Appium cenſorem in uincula duci iubet 108.b.c
tribunorum terror, et rurſus modeſtia 39.i
tribunorum & conſulum contentiones & ſimultates 25.f 26.b.e 31.g.k
tribunorum terror 25.g.h
ambitio 40.i.k
tribunorum pleb. pertinacia in re maxime turbulenta 31.b.c.d
tribuniciae procellae, factiones, & ſeditiones 14.f 22.i 23.b 30.a 33.i 50.e 57.b
tribunis plebis collegas cooptare non licebat 17.c cooptati 41.a.b 58.g
tribunorum pleb. calumniae aduerſus patres 55.d 58.e 74.k 75.a 103.e.244.e.f
tribunorum pleb. accuſatio, ſeu criminatio 31.b 56.g
tribuni pleb. nonnumquam adinuicem diſſidebant 76.g
tribunorum pleb. inter ſe diſſenſiones 77.d 120.i
tribunicium auxilium, & prouocatio arces libertatis tuendae 37.i
tribunicium bellum aduerſus patres 32.g
tribunicia comitia 34.a 51.k
tribuniciae leges 39.a.b.d
tribunicia ornamenta, & ornamenta ſummi imperij 216.k
tribuniciae poteſtatis inuidia 25.f
eius ſilentium 25.g.h.i
tribuniciae poteſtatis intermiſſio 34.e 35.a
tribuniciae poteſtatis ſoluendae ratio 53.a
tribunicia poteſtas ſe ipſam frangens 76.i
tribunicia poteſtas a priuato uiolata 321.b
tribuniciarum rogationum acerrimū telum 38.i
tribunicia uis tribunicio auxilio repellebatur 62.k
tribu moti quidam a cenſoribus 372.c
tribu mouere quid ſit 381.f.g
tribus unde dictae 10.g
tribus antiquae Ramnēſes, Titiēſes, Luceres 113.a
tribus Romanae XXXI. 18.g triginta quinque 232.h
tribus additae ad ueteres 66.d.e
tribus duae Romae additae 104.g 113.a
tribuum Romanarum iniquum iudiciū de finibus Ardeatium & Aricinorum 6. & dein.
tribus urbanae 111.g
tribus Pollia 2. 132.g
tributa comitia 26.d
tributum obedienter collatum 59.a
tributum conferri prohibent tribuni plebis 59.a
tributi indictio 59.a
tributi noua indictio 75.b
tributum duplex indicitur Romae 157.f
tributi exactio grauis, & pondus grāue 58.f 161.f
tributi iniquitas, ſeditionis occaſio 299.a
tricaſtini populus 63.k 130.g
tricca urbs 255.k 291.g 327.e
tricorij populi 130.g
triduanum moriendi ſpatium Abydenis a Philippo permiſſum 247.a
trientius ager unde dictus 246.b
triſanum 92.c
trigemini fratres uide, Tergemini
trigemina porta 27.f 342.h
triginta populi aduerſus Romanos coniurant 7.i
triginta proditores a Scipione caeſi 218.h
triphilam Philippus Achaeis reddit 254.d

triphi-

triphilia Achaeis reſtituitur 265.b
tripolis Laconiae depopulatur 283.k
tripolis Macedoniae 361.e
tripolim Romani recipiunt 364.f
tripudij ſolliſtimi auſpicium 121.b
tripudia Gallorum proeliū ineuntium 313.c
tritici in populum diuiſio 266.i
tritonon opidum 311.e
triumphalis ornatus 236.f
triumphatum ſine auctoritate patrū, populi iuſſu 82.i.120.i
triumphus ad quos pertineat 386.g
triumphus in monte Albano celebratus 263.b
triumphus in monte Albano ſine auctoritate publica 354.b
triumphus inuidiae plenus 72.b
triumphus non omni magiſtratui permittebatur, etiam ſi digna triumpho geſſiſſet 247.b.c
triumphus non permittebatur ijs, qui ſine magiſtratu rem geſſiſſent 220.c
triumphus nullo bello geſto decretus 341.d.e
triumphus ob diſcordiam legati & cōſulis conſuli negatus 280.e
triumphus oblatus recuſatus 24.c
triumphi gloria ſpreta maior habita 212.k
triumphi ante uictoriam cupiditas indigna 92.f
triumphi arbitrium decernendi penes quos fuerit 40.h
triumphi inter duos conſules partitio ac potius conſociatio 212.i.k
triumphi negandi cauſſa 120.b
triumphi lex de more maiorum 328.c
triumphi Romani honor 236.f
triumphi ſollemnitas qualis eſſe deberet maiorum inſtituto 253.b
triumphum non temere decernebant patres 252.i
triumphum ſimul petentes duo conſules reiecti 262.k
triumphi duo continui acti 346.c.d
triumphus triduanus 277.e
triumphis tranſducebantur quae capta de hoſtibus erant 309.c
triumphus A. Cornelij Coſſi dictatoris 47.c
triumphus Aemilij Mamerci de Veientibus ac Fidenatibus 47.d
triumphus L. Aemilij Paulli de Liguribus 340.c
triumphus Africani 242.e
triumphus L. Anicij de Illyricis 38.i
triumphi Aſiatici ſplendor 309.e.f
triumphus Camilli de Veijs celeberrimus 61.e. eiuſdem triumphus de Gallis 253.a
triūphus Camilij de Etruſcis 123.b
triumphus C. Claudij Pulchri conſulis 347.b
triumphus Cn. Cornelij Cethegi de Inſubribus & Cenomanis 263.b
triumphus Cn. Manlij Volſonis 323.h
triumphus Coruini de Volſcis 85.b
triumphus Fabij de Samnitibus 119.b
triumphus M. Fuluij proconſulis 323.g
triumphus Q. Fuluij Flacci 342.d
triumphus Q. Fuluij de Liguribus 344.b.i
triumphus L. Furij de Gallis 253.a
triumphus M. Geganij de Volſcis 45.d
triumphus Heluio negatus cur ſit 274.a. eius ouatio ibidem
triumphus M. Liuij & C. Claudij Neronis 212.i
triumphus Lucretij de Volſcis & Aequis 29.i
triumphus L. Manlij proconſulis 324.d
triumphus Marcelli de Inſubribus 203.b.c
triumphus Q. Minucij de Liguribus 263.c
triumphus Naſicae de Boijs 212.i
triumphus naualis Aemilij Regilli 309.d
triumphus naualis de Perſeo 387.g
triumphus Paulli Aemilij a uictoria Macedonica 386.a.d
triumphus Petillij geminus 81.c
triumphus Plautij de Priuernatibus 94.d
triumphus Popillij de Gallis 84.d
triumphus M. Porcij Catonis 276.b
triumphus Poſtumij Tuberti 49.c
triumphus Poſtumij & Minucij conſulum 111.a
triumphus Quinctij 33.b
triumphi Samnitici ſplendor 123.a
triumphus Scipionis 160.a. 243.d
triumphus C. Sulpicij de Gallis 82.c
triumuiri capitales 173.e
triumuiri coloniae deducendae creati 45.c
triumuiri epulones quando primum facti 218.c.283.a
triumuiri delectui faciendo creati 174.c
triumuiri menſarij 155.d.193.b
triumuiri ſacris conquirendis, ac donis perſignandis, & triumuiri reficiendis aedibus ſacris corruptis 174.i
trocmi Galli 313.a. eorum fuga et ſtrages 315.g
trogilorum portus 179.d
troia altera, & Troia tertia 1.f
troia capta ibidem
troianus pagus ibidem
troia decem annis oppugnata ob unam mulierem 50.b
trossulum Etruſcorum op. capitur 123.b
trophonis Iouis ſpecus 384.e
tubae ſignum incertum in errorem inducens 92.e
tubero praenomine Q. hiſtoricus 37.b
tulliae duae Seruij Tullij filiae, diſparibus moribus 11.a
tulliae maioris facinus 11.f
tullia profuga 13.k
tullianum carcer 219.b.229.c
tullus Hoſtilius Romanorum rex 5.g
tulli Hoſtilij in acie praeſens cōſilium 67.b. mors 8.h
tullij Albani 7.b
tumulo alto inſiſtentis exercitus oppugnatio 202.e.f
tumultuariae legiones 339.b
tumultuatum magis cum Gallis, quā belligeratum 127.b
tumultus Gallicus 81.b
tumultus Gallici Romanis noti 313.c
tumultus Ligurum & Boiorum 277.b
tumultus ingens ob conſpectos in urbe Numidas 186.i
tunes opidum a Scipione occupatur 234.i. obſidetur a Romanis 241.d.e
tunicae linteae candidae 108.g
tunicae uerſicolores in bello ibidem
turba opidum Hiſpaniae 266.h
turbae ac tumultus concitatores in exſilium acti, aut in uincula coniecti 174.b
turdetani omnium Hiſpanorum maxime imbelles 271.a
turdetani ſub corona uenditi, & eorum urbs deleta 171.f.229.f. eorumque gratia deletum Saguntum ibid.c
turdetanos laceſſit Hannibal 126.a
turduli alienis armis bellum parant 271.a

turris

turris ductilis 127.a
turris quinque tabulorum 251.k
turres in operibus oppugnandarum urbium 256.h
turrium uſus in urbibus & oppugnandis, & propugnandis 172.a
turriti elephanti 305.c
turnus Rutulorum rex 1.b
turnus Herdonius Tarquinium Superbum criminatur 11.i.k, eius mors 12.c
cum Tuſcis foedus Romani renouant 12.d
tuſcus uicus, unde dictus. 16.b.17.d.e
tuſcorum opes 63.i
tuſci aduerſus Romanos conſpirant 115.g
tuſcorum caedes ac ſtrages 24.c
tuſcorum olim ingens imperium 64.c
tuſculum a Latinis capitur 76.b
tuſculana arx capitur 32.f
tuſculanum bellum 3.c
tuſculanorum defectio ab Romanis 7.40.d
tuſculanorum erga Romanos fides ac benignitas 313.e.f.36.d. at contra 34.b
tuſculanorum ſollertia in Romanarũ copiarum aduerſus ſe armatarum exceptione 74.e
tuſculani ciuitate Romana donati 74.h
tuſculanis ſua ciuitas ſeruata 92.c
tuſculani fidei uiolatae apud Romanos rei 98.f
tuſculanorum multa 98.g
tutor liberorum regiorum infidus 9.a
tutoris iniqui fraus 324.c
tutores regis pueri omnia pro arbitrio adminiſtrant 246.d.e
tutores regij iuuenis male excepti 246.f
tutores malorum conſiliorum auctores, ipſos plecti debere 167.f.g
tutorum poteſtas & auctoritas in uirgine nuptum elocanda 45.a
tymbreus fluuius 313.b
tyrannus mordicus retinenda 166.i
tyrannis ſtirps omnis deleta 167.h
tyranni Nabidis aſtuta cautio in re ſuſpecta 272.b
tyranni quidam imperium depoſuere 274.a
tyranni habitus uilis & contemptus 312.f
tyrannici nominis inuidia 273.f
tyrannicidae, praedatores pro liberatoribus facti 286.a
tyri Hannibal excipitur, ut a conditoribus
uribus Carthaginis 245.h
tironum exercitatio 158.h
tironum militum ſoluta negligentia 211.f. ruditas 341.e.f
tyrrhenſes in ſocietate Romanorũ perſtant 291.e
tyrrhenum & Hadriaticum mare 63.h.i.
tyrrheum Acarnaniae opidum 291.c
tyſcos uicus 313.f

V

Vacationis ſuae rationem exhibere quiſque cogitur 319.g
uacationem militibus per tumultũ non eſſe dandam 277.h
uacatione ſacroſancta praediti coloni maritimi, milites dare coguntur 207.b
uacca aenea a tauro inita, ac ſemine adſperſa 347.d.e
uaccaeos bello petit Hãnibal 125.i.k. 280.d
uaccaeorum in Hiſpania caedes 343.f
uacci prata Romae 94.a
uades publicos qui primus dederit 30.g
uadimonis lacus 109.e
uadimonij publici dandi prima forma 30.g
uae uictis eſſe 67.k
ualeria Lex 113.g
ualerius Antias immodicus in numero augendo 314.h.i
ualerij Antiatis uanitas 251.b 30.h.i
ualerij conſulis inuidia 15.i
ualerij conſulis prudentia 16.f
ualerij conſulis uictoria ac triumphus 15.h
ualerius Flaccus 93.b
ualerius Potitus Cos. 54.a.b
ualerius Tappus praetor 280.i
ualetudinis cauſſa ſupplicatio biduo 341.b
ualetudinis excuſãdae mos in militiae detrectatione 73.g
ualles alpium amoenae 131.b
uallum uelut ex haſtis 292.i
uana pro ueris in bello ſaepe ualent 270.c
uaniloqui plerumq. ij, quos opes regiae alunt 287.i
uarronis conſulis arrogantia 14.c
uarro Cannenſi pugna turba fugientiũ ablatus 185.a
uaſa aurea D. pondo Romanis miſſa ab Antiocho 351.k
uaſorum aureorum & argenteorum ingens numerus Aſiatico triumpho tranſductorum 309.e.f
uaſcetani populi in Hiſpania 306.f
uatibus fides ut paretur 176.a
uaticini libri damnati 173.e
uaticini libri combuſti 325.g
uaticinium deboue praegrandi 10.k
uaticilius mons 37.a
uectigal nouum ex ſalaria annona ſtatutum 232.f
uectigalia praedae ac diuiſui principibus ſaepe ſunt 266.k
uectigalia ex ferrarijs & argentarijs Hiſpanorum 271.g
uectigal annuum imperij Romani cenſoribus decretum in opera publica 343.g
uectigalium annorum dimidium cenſoribus attributum 372.c
uectigal dimidio minutum Macedonibus 384.k
uectij meſſij Volſci uirtus 48.k 49.a
uectiones populi 280.d
uectiones fuſi 281.b
ueiens bellum 4.d.e
ueientes regem ſibi creant 56.d
ueientium ſtrages 7.b.10.d
ueientes induciae C. annorum 4.e 10.d
ueientes aduerſus Romanos concitati 15.e.f
ueientibus ager reſtitutus 17.a. rurſum Romanis redditur 17.e
ueientes in agrum Romanum incurſus 23.a.43.b.c.49.d
ueiens hoſtis Romanus aſſiduus magis, quam grauis 24.e
ueiens bellum oppreſſum 25.c
ueientes dolo a Romanis capti ibid.a
ueientes ac Sabini eadem hora uicti 25.e
ueientium infeſtus animus & ſuperbia aduerſus Romanos 47.a.49.b.55.c. perfidia 56.k
ueientes & Fidenates aduerſus Romanos uires iungunt 49.b
ueientium fuga & praecipitatio in Tiberim 50.c
ueientium robur 55.a
ueientani agri diuiſio 63.g
ueientes Cluſinorum conſanguinei 64.b
ueientis belli finis quo modo factus 67.d
ueius uates ſenex Veiorum excidium praedicit

praedicit 59.b
ueiorum bellum 7.b & dein.
ueiorum delendorum ſatum 59.i.eorum expugnatio ac direptio 61.b.d
praeda ut partienda eſſet, conſultatio 60.i.k
ueiorum magnitudo opulētiaq. 61.d.e 62.a
ueios an migrandum ſit, aut coloniae deducendae, diſceptatio 61.i
ueios a Gallis profugiunt Romani 62.h
ueios migrare uolentium Romanorum conſenſio 67.a
ueios migrandum non eſſe docet Camillus 67.c.d.k
uelamenta ſupplicum 285.g
uelatias urbem recipit Perſeus 361.k
uelites, leuis armatura 240.f. eorum arma quādo eſſe in legionibus coeperint. 249.e.f. 314.f. 198.a
uelia, regio altiſsima in urbe Roma 15.i
ueliternia colonia Ro. 93.a. eorum inſolentia 76.g.b
uelitemi Romanorū hoſtes 79.b. 92.b rebellionis poenas luunt 83.a
uelitrae expugnatae 21.d. 75.d. 76.a
uelitras coloni ab urbe miſsi 20.f
uelitrana colonia aucta 21.d
uenatio omnis generis ex ſue manſueto 288.b
uenatio Romae primum data 243.d.e
uenationis praetextus 175.a
uenatorum patientia 57.e
uendendi iuris Latine, praeconibus poteſtas permiſſa 307.a
uenditi bello uicti, redempti ab emptoribus, & in libertatem reſtituti 352.c
uenditi ſub corona, reſtituti 365.d
uenenum minorē uim habet in iis, qui cibis & uino pleni ſunt 157.i
uenenum olim reges ad incerta fortunae habebant 236.e
uenenum ut caueret, Pyrrho Romani nunciant 322.i.k
ueneni poculo ſe tollit Hannibal ibidē ueneni poculum Demetrio datur 358.g
ueneni uſus 334.f.g
ueneficii quaeſtio prima Romae habita 93.i. & dein. 331.a. 341.b 342.e.f
ueneficus muliebribus peſtilentia infecta urbs Roma 93.i
ueneficus Perſei regis animus 334.a
uenerabilis ut maxime fiat rex 2.k
ueneti unde oriundi 1.e.f
uenetorum angulus 63.i
uenetorum litora Graeci populantur 363.a
uenetia prope Aquileiam 243.i. in Venetia Pataninorum ſeditio 349.f
ueniae facilitas facile conciliat 256.b
ueniam petentium mos 308.g
uentorum atrox tempeſtas 334.b
uentoſum ingenium 356.b
uentris ac ceterorum membrorū apologus 20.k
ueneris aedes iuxta circum ex quo aere facta 119.e
ueneris Erycinae aedes 139.d.f 157.b. 339.e.f
uenuſini coloni Romani 200.b 253.a.b
uenuſinorum erga Romanorum reliquias de Cannenſi clade, humanitas 148.e
uenuſinorum tectorum inuidia Marcello 203.e
uer proceſſoſum 334.a.b
uer ſacrum uotum 139.d.e. factum 266.a. 275.i.k
uer ſacrum quid diceretur 276.i.k
ueragri pop. 131.k
uerbi ambiguitas omnioſa 348.d
uerborum caerimonialium omiſsio ſacrificium uitiat 347.i
uerborum ſuperbia ut excipienda 383.e
in uerbis tantum quandam uim habent 377.e
in uerbis res arduas non uerti 93.d
uercellius & Sicilius Hirpinorum defectionis auctores, ſecuri percutiuntur 159.e
uergae op. Bruttiorum 237.g
uergiliarum ſidus 131.e
uergium caſtrum captum 271.g
uergeſtani uenditi ibidem
ueritas laborat nonnunquam, ſed non extinguitur 145.g
ueritas, multa ſui ueſtigia praebet 344.a
uera audire inſueto, ferocior uidetur, qui uerum loquatur 246.k
uera cum celantur, falſa creduntur 229.e
uerum, id eſt aequū 260.c. uerius, hoc eſt iuſtius & aequius 327.i
uermina filius Maſſiniſſae 314.k
uermina Syphacis filius Carthaginienſibus opem fert 241.d. eius clades ac fuga ibidem
uerminae Syphacis filii poſtulata ab Romanis, & eorum reſponſum 245.g
uerminae pax datur a Romanis 247.b
uerona ac Brixia a Germanis occupatae 64.a
uerrugo communita 43.e. recepta 55.g
uerulanis ſuae leges redditae 110.i
uerruncare bene 230.a
uerutum telum 10.f
uerſatile ingenium 338.k
uerſicoloribus ueſtimentis matronis Rom. interdictum 267.b
uerſus militares inconditi 54.d
uerti, hoc eſt in controuerſiam rapi, ſeu duci 332.g
uertigo animi & corporis ex alto deſpectu 370.e
ueſcelia Hiſpanorū expugnata 284.e
ueſcia urbs 92.b
ueſparum agmen ingens Capuae in forum aduolat 180.a
ueſper quid ferat, incertum 180.b
ueſtae uirgines legit Numa 5.f
ueſtae aedes ab incendio defenſa 209.k
ueſtae aedis reuerentia ibidem
ueſtales ſtupri compertae 148.b
ueſtae ignes 67.g
ueſtalis ſuſpecta, uiua ſub terram defoſſa 93.d
ueſtalium ſollicitudo de ſacris in urbis excidio a Gallis 65.b
ueſtales uiciſsim ſacrum ignem cuſtodiebant 213.e
ueſtalis ignis extincti prodigiū 213.e eoque nomine Veſtalis flagro caeſa ibidem
ueſtia Oppia Atellana Capuae habitans, bene de Romanis merita 192.g
ueſtina urbs proditione capta 105.h
ueſtini Samnitibus aduerſus Romanos iuncti, miſere tractantur 96.e
ueſtini foedus cum Romanis ineunt 112.e
ueſtina colonia 112.d
ueſtimenta militibus ſuis ſuppeditabant Rom. 200.g. 225.f. 359.b 372.a.b
ueſtis luxurioſae inuidia 163.a
ueſtis mutandae mos propinquorum & amicorum in ſuorum periculis 72.k
uetelia Romanis adimitur 22.e
ueterani militis oratio & uirtus, honorque 356.k. 351.a.b
ueterani ultro ſe in militiam offerunt 207.a
ueteranis militibus ager aſsignatus 243.f

uetus nauigium putre bello ineptum 284.g
ueteris exercitus uſus aduerſus rebellantes hoſtes 340.g.h
ueteris militis pertinacia 216.d
uetera, ſi mala non ſint, haud temere mutanda 277.e.f
uettiu gens bellicoſa 385.a
ueturia Coriolani mater 19. h.pacem urbi ab illo impetrat ibid.
uexillum quot hominibus conſtaret 91.e
uexilli in hoſtium uallum iaciẽdi ratio 49.b
ufens fluuius 64.b
ufentina tribus 104.g
uffugum op. Bruttiorum 237.g
uia Nomentana 38.d
uiae anguſtae malum in agmine militũ properante 364.d
uiae continuis imbribus inexplicabiles 340.b
uiae moleſtia milites nonnulli Hãnibalem laeſerunt 129.a
uiae ſilice in urbe ſtratae, & glarea extra urbem marginatae 350.b
uibij cuiuſdam Pelignae cohortis praefecti uirtus 176.i
uibij Virij defectionis Capuanae auctoris concio 187.e
uibius & Pactius Bruttij fratres ſuis ueniam defectionis a Rom. petunt 201.d
uibonenſem agrum populantur Poeni 134.h
uibonem colonia deducta 287.k
uicani, uici habitatores 316.b
uicarios ex ſuis aſſeclis Scipio equitibus Siculis lectis expedit 223.h
uiceſimarium aurum 200.b.c
uicilinus Iuppiter 171.k
uicinalis uſus 129.f
uicina accolarũ multum facit 385.a
uicinitas, amoris ſaepe fons 324.d
uiciſsitudo imperitandi libertatem alit 35.g. uictimarij 339.b
uicti exercitus in campo relicti ſpecies 247.h
uicti populi uictores ſuos nonnunquã apud Romanos accuſabant 191.k
uictis nimis facile parcendo, periculum naſciturus plures belli fortunam experiri uelint 249.g.h
uictorum ab hoſtibus ignominia 100.e
uictores, animos a re ſecunda maiores habent 215.d.e
uictores, ſe redituros coniurant Acarnanes, aut in bello oppetituros 190.g
uictoria Hannibalis aduerſus Romanos Carthaginienſibus exponitur 159.g
uictoria aurea Romam a Hierone miſſa 144.k
uictoria clara ſit uincendo oppugnantes, nõ ſaeuiendo in afflictos 352.d
uictoria inſignis Romanorũ aduerſus Boios 296.a
uictoria inuidiae plena 96.g.h
uictoria prudenter habenda 345.g.h
uictoria, quantumuis parua, ex inſperato inter aſsiduas clades ac lacrymas, laetitiam magnam parit 236.b
uictoria uera quae dicatur 359.e
uictoria una prae oculis habenda ijs, qui ceteris deficiuntur 105.a
uictoriae aedes Romae 227.a
uictoriae ſedes, Capitolium, templum Iouis opt. max. 145.a
uictoriae ſimulacrum fulmine ictum 190.c
uictoriae uirginis aedicula dedicata 280.f
uictoria Aſiae ingens etiam facilis 300.g.h eius manubiae ac ſpolia 309.e.f
uictoriae de Poenis nuncij Romae gratiſsimi 210.c
uictoriae Macedonicae & Illyricae gaudium 35.f.g.h.i
uictoriae mons 171.b
uictoriae Naſicae fructus 296.e
uictoriae naualis ergo ſupplicatio decreta 306.b
uictoriae ſuperbia 52.i
uictoria quid ſibi pararent a uictis Romani 236.b.c
uictu ſe fraudantes ut liberatorem ſuum honorent 66.b
uictumiae Hannibali deduntur, ac mox miſere ac perfide diripiuntur 135.b
uidere eſſe, aut feciſſe, pronunciandis ſententijs interpoſitum 174.b
uiduae equos alere equitibus cogebantur 10.f
uiduarum pecuniae in leuamen aerarij Rom. collatae 169.c. 268.k. 269.c
uigil de ſaxo deiectus 66.b
uigiles ſine ſcutis uigilare coacti 375.b
uigiliae nocturnae extraordinariae minoribus magiſtratibus Romae cõmittebantur 325.i
uigiliae quattriduanae noctium ac dierum 137.i
uigiliae ſecundae ſomnus arctiſsimus 87.c
uigiliarum in urbe diligentior cura 325.b.c
uigiliarum moleſtia 293.g
uillius praefectus nauiũ 233.d.f. Hannibalem tentat, & ſuſpectum Antiocho facit 281.f
uim inferentis, quam propulſantis animus maior eſt 133.a
uincti e carcere dimiſsi ad bellum 169.e
uincentium bello dux captus 332.e
uindicias, proditionis index 15.d
uindiciarum lex ab Appio lata 36.g
uindictae mira cupiditas 188. a.b. 299.e.f & dein.
uindictae nomen unde manarit 15.d
uineae Ligurum montanorum caeſae, & frumenta deuſta 341.k
uinum mentem a ſenſu mali alienat 188.c
uinum & nox, flagitia accendunt 324.a
uinum quando Gallia primum acceperit 63.h
uinum ſequentes uoluptates 291.b
uini auidi tibicines 107.a
uini intemperantia uiolentiam iniuſtã auget 375.a
uini largioris uſus excuſatio feſto die 330.h
uino & ſomno ſepulti modo uictores, tamquam pecora trucidantur 345.i
uino pleni, ueneuum difficilius admittunt 187.i
uini ſopitis uigilibus Syracuſae capiũtur 179.e.f
uinolenti inſidias non moliuntur 336.b
uires praeualentis pop. Romani ſeipſas confregerunt 1.d
uires ſuae cuique noſcendae 72.f
uiribus deſtituta maieſtas, parũ tuta 25.k
uiribus quod deeſt, arte aequandum 185.c
uirga circumſcribitur Antiochus rex a Popillio legato Rom. 37.a
uirgis ſeipſos caedentes in aliorum inuidiam 96.a
uirginiae uirginis a patre caedes 37.d eius manes ulti 39.k
uirginij quiritatio a caede filiae 37.g.h
uirginij clementia 39.k
uirginij praenomine P. et Sergij praen. M. tribunorum militum inter ſe odium, ad Veios rem paene perdidit 58.d.e
uirginij ac Sergij tribunorum militarium

..rium accuſatio 58.b.i
uirginia Auli filia L. Volumnij Coſ. uxor 117.a
uirgo captiua pulcherrima ad Scipionem deducta, caſtiſſime ab eo habita, ſuis redditur 196.b.i
uirginis Chalcidenſis amore capitur Antiochus 291.b
uirginem plebeiam propter excitatum bellum 45.a.38.a & dein.
uirgines & pueri ingenui deni ad ſacrificium adhibiti 298.b.245.k
uirgines ter nouenae urbem cantantes luſtrant 306.i
uirginum Sabinarum raptus 3.c.d
uirginum Veſtalium numerus 5.f
uir ex muliere factus 264.f
uir uirum legens in delectus 132.k. 141.c
uir optimus Romae qui iudicatus ſit 226.k
uir primo loco cenſendus qui ſit, quinam ſecundo, & qui nullo 243.b
uiri unius metus 332.f
uiri pulchri ac uenerandi deſcriptio 219.f
uiro dedita mulier 324.b
uiri feminis permiſti in Bacchanalibus 325.a.c
uiri illuſtres ac magni aſſidue hominum oculis obſeruantes, non percipi de uidentur 78.e
uiri molles 263.i
uirorum fortium omnia eſſe, Gallorum reſponſum ad Romanorum legatos 64.c
uirorum inter ſe ſtupra 324.c
uirorum magnorum calamitas miſericordiam etia hoſtibus ſaepe mouet 333.e
uirorum miſeria in procacitate mulierum 268.g
uiros a mulieribus aliquādo omnes ſublatos eſſe ſabula hoſtis 269.b
uirtus militum plurimum ſemper ualet 305.a
uirtus nuſquam inhonorata 117.i
uirtus praemio excitatur 50.f
uirtutis aedes dedicata 226.d
uirtutis honos apud Romanos 16.f. 17.a.b.86.c
uirtutem alienam oderunt, qui ipſi ſuā non habent 287.b
uirtutem fortuna fere ſequitur 50.a
uirtute non dolo ueteres Romanos ſolere hoſtes ſuos uincere 357.e.d
in uirtute ſpes nonnumquam ponenda 270.f
uirtutum oſtentator Scipio iunior 289.b.e
uiſum Hannibali apparens in quiete 128.a
uiſum in ſomnijs non uanum 21.b
uiſa quam audita plus mouent 37.i
uiſceratio P. Licinij pont. max. funeris cauſſa data 331.b
uiſceratio populo data 94.i
uitae contemptus in ſenibus triumphalibus Romanis 65.a.b
uitae ſanctitas quāto in pretio Romae fuerit 199.e
uitabundus caſtra hoſtium, geminduū cum caſu uerbi ſui 176.f
uitelliana colonia Romana a Volſcis expugnatur 62.k.63.a
uitellij fratres a Tarquinio Superbo corrupti 15.a
uitium in dictatore M. Claudio Marcello creando an fuerit diſceptatio 94.e
uitio creati magiſtratu ſe abdicabant 143.d
uitio dies dicta legiones domi continet 381.e
uitia Hannibalis 125.b.e & dein.
uitia creandorum magiſtratuum calumnioſe obijci tribuni pleb. queruntur 143.f
uitrici tutoris mala fides 324.c.e
uitruuius Vaccus Fundanorum dux 94.a.d
uitulus iam ictus de manibus ſacrificātium profugiens 136.k.237.a
uiui combuſti uxor ac liberi propter mariti patris delictum 172.a
uiui nihil reliquum praeter linguam 365.a
ultio a dijs ut fiat 59.a
ultionis mira cupiditas 299.b.d
ultionis praereptae indignitas 327.i
ululatus nocturni in Bacchanalibus 324.e.325.e
umbrae filij inſontis interempti patri obuerſantes 344.e
umbria, tribus Sappinia 243.k
umbria a Romanis fuſi 109.e
umbrorum defectio 109.k
umbria in poteſtatem Romanorum uenit 340.b
una caſtra, & altera caſtra 224.i
unciarii fenoris lex 82.d
unciario fenore leuata uſura 83.a
unius formae, ac etiā gentis et linguae acies aduerſus commiſſam aciem fortior 305.a.b
unius hominis proteruia populum totū perire non debere 285.a
unius hominis uirtus quantum momenti habeat 222.b
unius uiri uirtus agmen hoſtium ſiſtit 16.e.d
uni uiro uirginem nupſiſſe Romae laudabile 117.a
unuſquilibet, hoc eſt quiuis 358.f
uocare ad arma 201.b
uocontiorum ager 130.b
uolae receptae 53.a
uolana Samnitiū expugnatur 121.g.h
uolani populus in Aequis 59.i
uolcae Rhodani accolae 129.g
uolciani Romanis Saguntinorum deſertionem exprobrant 128.e
uoli recepti 59.k
uolo Publius homo plebeius 25.i.trib. pleb.25.k.26.a
uolones milites ſerui erant 165.a
uolones ſegniores qualiter multati 165.e.f
uolonum exercitatio 158.b
uolonum exercitus, qui ſub Graccho militarat, dilapſus 178.f. collectus ibid.k
uolonum legiones 207.b.213.i
uolonum militum uirtus 184.g
uolſcentes ad Romanos deficiunt 201.e
uolſcum bellum 18.b.73.a
uolſcius falſus teſtis damnatus 33.b
uolſci a Romanis deficiunt 22.b.aduerſus Romanos armantur 30.a.30.k.50.b.i.68.k.70.a.b.73.75.f.k
uolſci a Romanis ſub iugum miſſi, et armis exſuti dimiſſi, a Tuſculanis excepti occiduntur 45.d.e
uolſci Ardeam obſident 45.a
uolſci Coriolanum belli ducem aduerſus Romanos ſibi eligunt 23.b
uolſci cum Latinis ac Hernicis & Circeienſibus a Romanis magno proelio uicti 71.b.e
uolſci & Aequi aduerſus Romanos coeuntes uelut flato ac ſollenni bello 30.a.k.50.g. caeduntur, & caſtris exſuuntur 40.d.42.c.d.e.
uolſci & Aequi a Latinis et Hernicis uicti 25.e.f
uolſci ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum, gens 85.a
uolſci frumēta Romanis in fame negāt 21.e
uolſci Hernicos populantes foede inde repelluntur 63.i
uolſci obſides Romanis dant nihil ſe moturos 18.f
uolſci Romanos fundunt fugantque 26.f
uolſci Satrici incluſi, armis abiectis ſe Camillo dedunt 70.d.e
uolſcorum aduerſus Romanos irritandorum

dorum uaſtamentum 21.i.k
uolſcorum fuga & caedes 19.d. 20.c.d.21.a.b.25.e.27.a.b.g.29 b.32.d.k.40.e.42.d.45.c.d. 48.a 53.i.69.a.b.70.d.71.e.74.a.b.e 85.a
uolſcorum inteſtina ſeditio 60.a. inquies ingenium 18.g
uolſcorum legati Latinos ad rebellandum contra Romanos ſollicitantes, comprehenſi, et Romam ducti 18.g
uolſcorum oppreſsio ac deditio 68.k 62.i
uolſcis bellum mouet Tarquinius Superbus 12.d
uolſcis & Aequis toties uictis unde milites ſuffecerint 71.e
ex Volſcis & Aequis praeda, militi malignitate patrum ſubtracta 22.k
uolſcis & Aequis petentibus pax data 61.g
uolſcum nomen prope deletum 29.f
uolſinienſe bellum 63.d.e
uolſinienſes a Romanis fuſi ac fugati 63.e.depopulantur 109.k
uolſinij pacem a Romanis petunt 120.f
uolucres ſuperuolantes ad terram delapſae clamore militum 229.b
uolumnia Coriolani uxor 22.d
uolumnij & Appij conſulum inter ſe diſcordia 115.d
uoluntaria collatio ſenatorum Rom. in neceſſitate publica 193.c
uoluntaria deditio hoſtium irã minuit 216.a
uoluntariam militiam profitentes, ſtipendijs publicis honorati 58.a
uoluntarius exercitus 60.a
uoluntarij milites, equites, ac pedites 57.k.209.b
uoluntarij milites Scipionis 223.g
uoluntas an merito punienda 383.e
uoluntate multa remitti, quae bello et armis cogi non poſsint 287.d
uoluntate quae fiunt, cum cogi poſsis, gratiam ineunt 330.e
uoltumnae fanum 47.i.60.b
uoluptates uinum ſequentes 291.b
uoluptates uini & epularum religioni additae, ualde eam promouent 324.a
uoluptatum malum 1.b
uoluptatum peregrinarum malum 315.e
uoluptatum uictoria maxima 236.b
uoluptatibus frangitur Hannibalis exercitus 154.g
uoluſtana montes 369.f
uopiſcus Iulius Coſ. 25.f
uortumni ſignum 77.e
uorago immenſae altitudinis in foro Rom. 80.b
uotum populi Ro. poſt cladem Flaminis 139.d.e
uota praeeunte pontifice facta 48.b
uotum Camilli ex S.C. 60.b
uoti damnata, quae uoti compos eſſet 241.b
uoti iuſſu ſenatus ludi, de publico aere non facti 295.i
uoti non rite facti malum 129.b
uoti publici nuncupandi formula 289.a
uouere an liceat ex incerta pecunia 245.e
uox de nocte audita ex delubro Proſerpinae 228.b
uox nocte audita humana clarior, Gallos aduentare nuncians 63.g. 67.e.i
uox ſi libera non ſit, nihil liberum eſſe 327.d
urbicua Hiſpaniae opidum 337.d
urbs Ro. anno 303.g. capta uaſtataq. & reaedificata 68.b
urbs nulla incolumis eſſe poteſt orbata publico conſilio 150.i
urbs Roma quadrifariam diuiſa 10.g a Gallis incenſa 65.f. temere reaedificata 68.d
urbis Rom. commoditas & ſitus 68.f
urbis Romae turbationes, domi diſcordia, foris bellum 54.a
Vide, Roma.
urbs ui in deditionem accepta, & incolumis dimiſſa, poſtea direpta 364.b
urbis conditor a Romulo ſecundus dictus M. Furius Camillus 79.d
urbis expugnandae ratio 69.f
urbis uelut unius, muro tãtum diuiſae, habitatores inuicem hoſtes 269.i. & dein.
ubi pulcherrimae Syracuſis captis Marcellus uictor illacrymat 179.g
urbem conditam quae praeceſſerũt, Liuius ea reliquit intacta 1.g
urbes captae, non deditae, diripiuntur 304.i
urbes dirutae, ut in hoſtium poteſtatẽ uenirent 248.k
urbes ex paruis initijs naſci 3.a
urbium direptiones inuicem Romanus & Attalus rex ſibi permittunt 212.d
urbium obſidio ac oppugnatio, lenta res 207.b.261.a
urbium orbis terrarum maximarum ingratitudo aduerſus optimos duces ſuos 318.k
urbium primordia ut anguſtiora ſiant 1.g
urbibus a ſe expugnatis parcebãt priſci Macedonum reges, ut amplius imperium haberent 26.f
urbibus in magnis flagitia melius celãtur 324.c
urbanis otijs aſſueti de bellis temere ne loquantur 373.e
urinatores, qui regiam gazam e mari extraxiſſent, clam interfecti 370.k
urit etiam labor 293.f
urſorum & elephantorum luſus 372.g
uſcana opidum 366.d.e
uſque ante diem quinctum kal. Maias 176.a
uſurae leuatio 83.e
uſus legum unus corrector 385.f
uticam Scipio petit 197.a. 211.f.g.k
utica a Scipione fruſtra obſeſſa 234.e
utilis, quam honeſti, cura potior 358.g
utilibus honeſta in deſperatione cedunt 153.e
utilitas communis, maximum ſocietatis uinculum 291.b
utrarij 375.f
uulcani caput ardens 276.a
uulcani inſula 134.a
uulcani inſulae 134.e
uulcano ſacrata arma Poenorum hoſtilia capta 234.d
uulgus optime moratum Romae 190.b
uulgi gubernatio difficilis 250.b
uulgi mutabilitas 15.h. impotentia 167.g. ſtudia inconſulta 275.a
uulgi ſermones in tempore belli de ducibus res gerentibus ut ſe gerere debeant 373.d
uulnera Gallis alta non placent, ſed lata 314.d
uulnerum magnorum deformitas 250.b
uulneratae naues 303.d
uultur in tabernam deuolans 200.a
uultures Romulo ac Remo apparentes 2.f
uulturnij a peſtilenti loco fugientes 349.f.g
uulturnum, quae & Capua, Etruſcorum

rum urbs 50.b. eo colonia deducta
275.k
uulturnus fl. 92. c 140. d. 154. i
259.g
uulturnus uentus 146.e.i
uultus Scipionis terribilis uiſus ſeditio
num auctoribus 217.d
uxor ac liberi Caßij Altinij ab Hanni
bale uiui combuſti 172.a
uxor maritum ueneno tollens 350.b
uxor obſcura regi dedecori eſt
292.e
uxoris corruptae ira 63.b
uxoris multa copia ſatietatem amoris
nonnunquam facit 233.g
uxoris quiſque ſuae praeco 13.b
uxorem ſua manu occidit Perſeus
351.b
uxores ſuae Mandonio & Indibili regu
lis a Scipione redduntur 202.d
uxores ſuas ac liberos caedētes uiri, ut
ne in hoſtiū manus uenirent 216.f
247.c.d
uxoriae blanditiae 133.f.g

X

X *Enarchus praetor 348.g*
xychus index 344.b.
xenophanes Philippi Macedo
nis legatus praetorem Ro. mēdacio
eludit 158.c
xyniae direptae 256.a

Z

Z *Acynthus inſula 190.f*
zacynthus exercitus tranſmißi
merces 295.a. ab Achaeis recipit
ibid.
zama inſula 239.e
zelaſium promontorium 239.f
zeno Magnes ad T. Quinctium
185.a
zenonis praefecti praeſidij Theiani
clades 310.b.c
zeryuthus Apollo 318.c.d
zeuſippus Boeotus Romanorum fautor
264.a
zeuſis praefectus Mydiae, et Antipa-
ter fratris Antiochi filius, legati ad
Romanos 306.b
zeuſidis oratio 306.c
zoilus gener Hieronis regis 163.c
zoilus & Andronodorus tutores
Hieronymi Siciliae tyranni
162.b

F I N I S

T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB. VRBE. CONDITA

Liber Primus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FACTVRVS ne operaepretium ſim, ſi a primordio urbis res populi Ro
B mani perſcripſerim, nec ſatis ſcio; nec, ſi ſciam, dicere auſim:
quippe qui cum ueterem, tum uulgatam eſſe rem uideam, dum no
ui ſemper ſcriptores aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut
ſcribendi arte rudem uetuſtatem ſuperaturos credunt. utcumque
erit, iuuabit tamen, rerum geſtarum memoriae principis terrarum
populi pro uirili parte & me ipſum conſuluiſſe. et, ſi in tanta ſcri-
ptorum turba mea fama in obſcuro ſit; nobilitate, ac magnitudi-
ne eorum, qui nomini officient meo, me conſoler. res eſt praeterea & immenſi operis, ut
quae ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur; & quae ab exiguis profecta initijs, eo cre
uerit, ut iam magnitudine laboret ſua. Et legentiũ pleriſque, haud dubito, quin primae ori
gines, proximaq. originibus, minus praebitura uoluptatis ſint, feſtinantibus ad haec noua,
C quibus iampridem praeualentis populi uires ſe ipſae conficiunt. ego contra hoc quoque
laboris praemium petam, uti me a conſpectu malorũ, quae noſtra tot per annos uidit ae-
tas, tantiſper certe, dum priſca illa tota mente repeto, auertam, omnis expers curae, quae
ſcribentis animum, etſi non flectere a uero, ſolicitum tameñ efficere poſſit. quae ante cõdi-
tam, condendamue urbem, poeticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſta
rum monumentis traduntur; ea nec affirmare, nec refellere in animo eſt. datur haec ue-
nia antiquitati, ut, miſcendo humana diuinis, primordia urbium auguſtiora faciat. et, ſi
cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas, & ad deos referre auctores; ea belli
gloria eſt populo Romano, ut, cum ſuum, conditoriſq. ſui parentem Martem potiſſimum
ferat, tam & hoc gentes humanae patiantur aequo animo, quam imperium patiuntur. ſed
haec, & his ſimilia, utcumque animaduerſa, aut exiſtimata erunt, haud in magno equidem
D ponam diſcrimine. ad illa mihi pro ſe quiſque acriter intendat animum, quae uita, qui mo
res fuerint; per quos uiros, quibusq. artibus, domi militiaeq. & partum, & auctum impe-
rium ſit; labente deinde paullatim diſciplina, uelut deſidentes primo mores ſequatur ani-
mo; deinde, ut magis magisq. lapſi ſint, tum, ire coeperint praecipites; donec ad haec tem
pora, quibus nec uitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, peruentum eſt. Hoc illud eſt
praecipue in cognitione rerum ſalubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in il-
luſtri poſita monumento intueri: inde tibi tuaeq. reipublicae, quod imitere, capias: inde
foedum inceptu, foedum exitu, quod uites. ceterum aut me amor negotij ſuſcepti fallit;
aut nulla umquam reſpublica nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit; nec
in quam tam ſerae auaritia luxuriaq. inmigrauerint; nec ubi tantus, ac tam diu paupertati
ac parcimoniae honos fuerit. adeo, quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. nu-
E per diuitiae auaritiam, & abundãtes uoluptates deſiderium per luxum, atque libidinẽ per-
eundi perdendiq. omnia inuexere. ſed querellae ne tum quidem gratae futurae, cum forſi
tan & neceſſariae erunt: ab initio certe tantae ordiendae rei abſint: cum bonis potius omi-
nibus, uotisque, ac precationibus deorum, dearumq. ſi, ut poetis, nobis quoque mos eſſet,
libentius inciperemus; ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

IAM primum omnium ſatis conſtat, Troia capta, in ceteros ſaeuitum eſſe Troianos,
duobus, Aeneae, Antenoriq. & uetuſti iure hoſpitij, & quia pacis, reddendaeq. Helenae
ſemper auctores fuerant, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe: caſibus deinde uarijs Ante-
norem cum multitudine Henetum, qui, ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes, & du-
cẽ, rege Pylaemene ad Troiam amiſſo, quaerebãt, uenisse in intimum maris Hadriatici ſi-
num: Euganeisq. qui inter mare alpesq. incolebant, pulſis, Henetos Troianosq. eas te-

T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB. VRBE. CONDITA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Liber Primus.

FACTVRVS ne operaepretium ſim, ſi a primordio urbis res populi Ro-
B mani perſcripſerim, nec ſatis ſcio; nec, ſi ſciam, dicere auſim: quippe qui cum ueterem, tum uulgatam eſſe rem uideam, dum noui ſemper ſcriptores aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem uetuſtatem ſuperaturos credunt. utcumque erit, iuuabit tamen, rerum geſtarum memoriae principis terrarum populi pro uirili parte & me ipſum conſuluiſſe. et, ſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit; nobilitate, ac magnitudine eorum, qui nomini officient meo, me conſoler. res eſt praeterea & immenſi operis, ut quae ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur; & quae ab exiguis profecta initijs, eo creuerit, ut iam magnitudine laboret ſua. Et legentiũ pleriſque, haud dubito, quin primae origines, proximaq. originibus, minus praebitura uoluptatis ſint, feſtinantibus ad haec noua,
C quibus iampridem praeualentis populi uires ſe ipſae conficiunt. ego contra hoc quoque laboris praemium petam, uti me a conſpectu malorũ, quae noſtra tot per annos uidit aetas, tantiſper certe, dum priſca illa tota mente repeto, auertam, omnis expers curae, quae ſcribentis animum, etſi non flectere a uero, ſolicitum tamen efficere poſſit. quae ante cõditam, condendamue urbem, poeticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur; ea nec affirmare, nec refellere in animo eſt. datur haec uenia antiquitati, ut, miſcendo humana diuinis, primordia urbium auguſtiora faciat. et, ſi cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas, & ad deos referre auctores; ea belli gloria eſt populo Romano, ut, cum ſuum, conditoriſq. ſui parentem Martem potiſſimum ferat, tam & hoc gentes humanae patiantur aequo animo, quam imperium patiuntur. ſed haec, & his ſimilia, utcumque animaduerſa, aut exiſtimata erunt, haud in magno equidem
D ponam diſcrimine. ad illa mihi pro ſe quiſque acriter intendat animum, quae uita, qui mores fuerint; per quos uiros, quibuſq. artibus, domi militiaeq. & partum, & auctum imperium ſit; labente deinde paullatim diſciplina, uelut deſidentes primo mores ſequatur animo; deinde, ut magis magiſq. lapſi ſint, tum, ire coeperint praecipites; donec ad haec tempora, quibus nec uitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, peruentum eſt. Hoc illud eſt praecipue in cognitione rerum ſalubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri: inde tibi tuaeq. reipublicae, quod imitere, capias: inde foedum inceptu, foedum exitu, quod uites. ceterum aut me amor negotij ſuſcepti fallit; aut nulla umquam reſpublica nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit; nec in quam tam ſerae auaritia luxuriaq. immigrauerint; nec ubi tantus, ac tam diu paupertati ac parcimoniae honos fuerit. adeo, quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. nu-
E per diuitiae auaritiam, & abundãtes uoluptates deſiderium per luxum, atque libidinẽ pereundi perdendiq. omnia inuexere. ſed querellae ne tum quidem gratae futurae, cum forſitan & neceſſariae erunt: ab initio certe tantae ordiendae rei abſint: cum bonis potius ominibus, uotiſque, ac precationibus deorum, dearumq. ſi, ut poetis, nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus; ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

IAM primum omnium ſatis conſtat, Troia capta, in ceteros ſaeuitum eſſe Troianos, duobus, Aeneae, Antenoriq. & uetuſti iure hoſpitij, & quia pacis, reddendaeq. Helenae ſemper auctores fuerant, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe: caſibus deinde uarijs Antenorem cum multitudine Henetum, qui, ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes, & ducẽ, rege Pylaemene ad Troiam amiſſo, quaerebãt, ueniſſe in intimum maris Hadriatici ſinum: Euganeiſq. qui inter mare alpeſq. incolebant, pulſis, Henetos Troianoſq. eas te-

nuiſſe terras & in quem primum egreſſi ſunt locum, Troia uocatur pagoq. inde Troia nomen eſt: **F** gens uniuerſa Veneti appellati: Aeneam ab ſimili clade domo profugum, ſed ad maiora rerum initia ducẽtibus fatis, primo in Macedoniam ueniſſe; inde in Siciliam, quaerentem ſedes, delatum; ab Sicilia claſſe Laurentem agrum tenuiſſe. Troia & huic loco nomen eſt. ibi egreſſi Troiani, ut quibus ab immenſo prope errore nihil, praeter arma & naues, ſupereſſet, cum praedam ex agris agerent; Latinus rex, Aboriginesque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam uim aduenarum armati ex urbe, atque agris concurrunt. duplex inde fama eſt. alij, proelio uictum Latinum pacem cum Aenea, deinde affinitatem iunxiſſe tradunt. alij, cum inſtructae acies conſtitiſſent, prius quam ſigna canerent, proceſſiſſe Latinum inter primores, ducemque aduenarum euocaſſe ad colloquium: percunctatum deinde, qui mortales eſſent, unde, aut quo caſu profecti domo, quidue quaerentes in agrum Laurentem exiſſent; poſtquam audierit multitudinem Troianos eſſe; **G** ducem Aeneam, filium Anchiſae & Veneris; cremata patria & domo profugos, ſedem condendaeque urbi locum quaerere; & nobilitatẽ admiratum gentis uirique, & animum uel bello uel paci paratum, dextera data fidem futurae amicitiae ſanxiſſe: inde foedus ictũ inter duces, inter exercitus ſalutationem factam; Aeneam apud Latinum fuiſſe in hoſpitio; ibi Latinum apud penates deos domeſticum publico adiunxiſſe foedus, filia Aeneae in matrimonium data. Ea res utique Troianis ſpem affirmat tandem ſtabili certaque ſede finiendi erroris. opidum condunt. Aeneas ab nomine uxoris Lauinium appellat. breui ſtirps quoque uirilis ex nouo matrimonio fuit, cui Aſcanium parentes dixere nomen. Bello deinde Aborigines Troianique ſimul petiti. Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneae fuerat, praelatum ſibi aduenam aegre patiens, ſimul Aeneae Latinoque bellum intulerat. neutra acies laeta ex eo certamine abijt. uicti Rutuli: uicto- **H** res Aborigines Troianique ducem Latinum amiſere. inde Turnus Rutulique diffiſi rebus, ad florentes Etruſcorum opes, Mezentiumque eorum regem confugiunt: qui Caere, opulento tum opido, imperitans, iam inde ab initio minime laetus nouae origine urbis, & tum nimio plus, quam ſatis tutum eſſet accolis, rem Troianam creſcere ratus, haud grauatim ſocia arma Rutulis iunxit. Aeneas aduerſus tanti belli terrorem, ut animos Aboriginum ſibi conciliaret, ne ſub eodem iure ſolum, ſed etiam nomine omnes eſſent, Latinos utramque gentem appellauit. nec deinde Aborigines Troianis ſtudio ac fide erga regem Aeneam ceſſere. fretusque his animis coaleſcentium in dies magis duorum populorum Aeneas, quamquam tanta opibus Etruria erat, ut iam non terras ſolum, ſed mare etiam per totam Italiae longitudinem ab alpibus ad fretum Siculum fama nominis ſui impleſſet; tamen, cum moenibus bellum propulſare poſſet, in aciem copias eduxit. ſecun- **I** dum inde proelium Latinis, Aeneae etiam ultimum operum mortalium fuit. ſitus eſt, quẽcumque eum dici ius faſque eſt, ſuper Numicium flumen. Iouem Indigetem appellant. Nondum maturus imperio Aſcanius Aeneae filius erat: tamen id imperium ei ad puberẽ aetatem incolume manſit: tantiſper tutela muliebri (tanta indoles in Lauinia erat) res Latina, & regnum auitum paternumque puero ſtetit. Haud nihil ambigam, (quis enim rem tam ueterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Aſcanius, Lauinia, an maior quam hic, Creuſa matre Ilio incolumi natus, comesque inde paternae fugae, quem Iulum eundem Iulia gens auctorem nominis ſui nuncupat. is Aſcanius, ubicumque & quacumque matre genitus, (certe natum Aenea conſtat) abundante Lauinij multitudine, florentem iam, ut tum res erant, atque opulentam urbem matri, ſeu nouercae reliquit: nouam ipſe aliam ſub Albano monte cõdidit: quae ab ſitu porrectae in dorſo urbis Longa Alba appellata. Inter Lauinium & Albam Longam coloniam deductam triginta ferme interfuere anni. tantum tamen opes creuerant, maxime fuſis Etruſcis, ut ne morte quidem Aeneae, nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumque primum puerilis regni, mouere arma aut Mezentius Etruſciq. aut ulli alij accolae auſi ſint. pax ita conuenerat, ut Etruſcis Latiniſque fluuius Albula, quem nunc Tiberim uocant, finis eſſet. Siluius deinde regnat Aſcanij filius, caſu quodam in ſiluis natus. is Aeneam Siluium creat: is deinde Latinum Siluium. ab eo coloniae aliquot deductae, Priſci Latini appellati. manſit Siluius poſtea omnibus cognomen, qui Albae regnarunt. Latino Alba ortus, Alba Atis, Ati Capis, Capi Capetus, Capeto Tiberinus; qui in tranſiectu Albulae amnis ſubmerſus, celebre ad poſteros nomen flumini dedit. Agrippa inde Tiberini filius, poſt Agrippam Romulus Siluius, a

patre

A patre accepto imperio, regnat. Auentino fulmine ipſe ictus regnum per manus tradidit.
is ſepultus in eo colle, qui nunc eſt pars Romanae urbis, cognomen colli fecit. Proca de-
inde regnat. is Numitorem, atque Amulium procreat: Numitori, qui ſtirpis maximus e-
rat, regnum uetuſtum Siluiae gentis legat. plus tamen uis potuit, quam uoluntas patris,
aut uerecundia aetatis. pulſo fratre, Amulius regnat. addit ſceleri ſcelus: ſtirpem fratris
uirilem interimit: fratris filiae Rheae Siluiae per ſpeciem honoris, cum Veſtalem eã legiſ-
ſet, perpetua uirginitate ſpem partus adimit. ſed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo
urbis, maximiq. ſecundum deorum opes imperij principium. ui compreſſa Veſtalis cum
geminum partum edidiſſet, ſeu ita rata, ſeu quia deus auctor culpae honeſtior erat, Mar-
tem incertae ſtirpis patrem nuncupat. ſed nec dij, nec homines aut ipſam, aut ſtirpem a
crudelitate regia uindicant. ſacerdos uincta in cuſtodiam datur: pueros in profluentem
B aquam mitti iubet. Forte quadam ſuper ripas Tiberis effuſus lenibus ſtagnis, nec adiri uſ-
quam ad iuſti curſum poterat amnis; &, poſſe quamuis languida mergi aqua infantes,
ſpem ferentibus dabat. ita uelut defuncti regis imperio, in proxima alluuie, ubi nunc fi-
cus Ruminalis eſt, (Romularem uocatam ferunt) pueros exponunt. uaſtae tum in ijs lo-
cis ſolitudines erant. tenet fama, cum fluitantem alueum, quo expoſiti erant pueri, te-
nuis in ſicco aqua deſtituiſſet, lupam ſitientem ex montibus, qui circa ſunt, ad puerilem
uagitum curſum flexiſſe: eam ſummiſſas infantibus adeo mitem praebuiſſe mãmas, ut lin
gua lambentem pueros magiſter regij pecoris inuenerit: (Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt)
ab eo ad ſtabula Larentiae uxori educandos datos. ſunt qui Larẽtiam uulgato corpore lu-
pam inter paſtores uocatam putent: inde locum fabulae ac miraculo datum. Ita geniti, ita
educati, cum primum adoleuit aetas, nec in ſtabulis, nec ad pecora ſegnes, uenando pera-
C grare ſaltus. hinc robore corporibus animiſq. ſumpto, iam non feras tantum ſubſiſtere;
ſed in latrones praeda onuſtos impetum facere, paſtoribuſq. rapta diuidere; & cum his,
creſcente in dies grege iuuenum, ſerias ac iocos celebrare. Iam tum in Palatino monte
Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt, & a Palanteo urbe Arcadica Palantium, deinde Pa-
latinum montem appellatum: ibi Euandrum, qui ex eo genere Arcadum multis ante tem-
peſtatibus ea tenuerat loca, ſollemne allatum ex Arcadia inſtituiſſe, ut nudi iuuenes Ly-
caeum Pana uenerantes, per luſum atque laſciuiam currerent. quem Romani deinde uo-
carunt Inuum: huic deditis ludicro, cum ſollemne notum eſſet, inſidiatos ob iram praedae
amiſſae latrones, cum Romulus ui ſe defendiſſet, Remum cepiſſe; captum regi Amulio
tradidiſſe, ultro accuſantes. crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum
fieri; inde eos, collecta iuuenum manu, hoſtilem in modum praedas agere. ſic Numitori
D ad ſupplicium Remus deditur. Iam inde ab initio Fauſtulo ſpes fuerat regiam ſtirpẽ apud
ſe educari. nam & expoſitos iuſſu regis infantes ſciebat; & tempus, quo ipſe eos ſuſtuliſ-
ſet, ad id ipſum congruere: ſed rem immaturam, niſi aut per occaſionem, aut per neceſſita-
tem aperiri noluerat. neceſſitas prior uenit: ita metu ſubactus, Romulo rem aperit. for-
te & Numitori, cum in cuſtodia Remum haberet, audiſſetq. geminos eſſe fratres; com-
parando eorum aetatem, & ipſam minime ſeruilem indolem, tetigerat animum memoria
nepotum: ſciſcitandoq. eodem peruenit, ut haud procul eſſet, quin Remum agnoſce-
ret. ita undique regi dolus nectitur. Romulus non cum globo iuuenum, (nec enim erat
ad uim apertam par) ſed alijs alio itinere iuſſis certo tempore ad regiã uenire paſtoribus,
ad regem impetum facit. & a domo Numitoris, alia comparata manu, adiuuat Remus.
ita regem obtruncant. Numitor inter primum tumultum hoſtes inuaſiſſe urbem, atque
E adortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem praeſidio armiſq. obtinendam
aduocaſſet; poſteaquam iuuenes perpetrata caede pergere ad ſe gratulantes uidit, extem-
plo aduocato concilio, ſcelera in ſe fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut
cogniti eſſent, caedem deinceps tyranni, ſeque eius auctorem oſtendit. iuuenes per me-
diam concionem agmine ingreſſi, cum auum regem ſalutaſſent, ſecuta ex omni multitu-
dine conſentiens uox ratum nomen imperiumq. regi effecit. ita Numitori Albana per-
miſſa re, Romulum Remumque cupido cepit, in ijs locis, ubi expoſiti, ubiq. educati
erant, urbis condendae. & ſupererat multitudo Albanorum, Latinorumque. ad id pa-
ſtores quoque acceſſerant; qui omnes facile ſpem facerent, paruam Albam, paruum La-
uinium, prae ea urbe, quae conderetur, fore. Interuenit deinde his cogitationibus aui-
tum malum, regni cupido; atque inde foedum certamen coortum a ſatis miti principio.

quoniam gemini eſſent, nec aetatis uerecundia diſcrimen facere poſſet: ut dij, in quorum tutela ea loca eſſent, augurijs legerent, qui nomen nouae urbi daret, qui conditam imperio regeret. Palatium Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt. priori Remo augurium ueniſſe fertur, ſex uultures. iamq. nunciato augurio, cum duplex numerus Romulo ſe oſtendiſſet, utrumque regem ſua multitudo conſalutauerat. tempore illi praecepto, at hi numero auium regnum trahebant. inde cum altercatione congreſſi, certamine irarum ad caedem uertuntur. ibi in turba ictus Remus cecidit. uulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros; inde ab irato Romulo, cum uerbis quoque increpitans adiecisſet, Sic deinde, quicumque alius tranſiliet moenia mea, interfectum. Ita ſolus potitus imperio Romulus: condita urbs, conditoris nomine appellata. Palatium primum, in quo ipſe erat educatus, munijt. ſacra dijs alijs Albano ritu, Graeco Herculi, ut ab Euandro inſtituta erant, facit. Herculem in ea loca, Geryone interempto, G boues mira ſpecie abegiſſe memorant, ac prope Tiberim fluuium, qua prae ſe armentum agens nando tranſiecerat, loco herbido, ut quiete & pabulo laeto reficeret boues, & ipſum feſſum uia procubuiſſe. ibi, cum eum cibo uinoque grauatum ſopor oppreſſiſſet: paſtor accola eius loci, nomine Cacus, ferox uiribus, captus pulchritudine boum, cum auertere eam praedam uellet; quia, ſi agendo armentum in ſpeluncam compuliſſet, ipſa ueſtigia quaerentem dominum eo deductura erant; auerſos boues, eximium quemque pulchritudine, caudis in ſpeluncam traxit. Hercules ad primam auroram ſomno excitus, cum gregem perluſtraſſet oculis, & partem abeſſe numero ſenſiſſet, pergit ad proximam ſpeluncam, ſi forte eo ueſtigia ferrent. quae ubi omnia foras uerſa uidit, nec in partem aliam ferre; confuſus, atque incertus animi, ex loco infeſto agere porro armentum occepit. inde cum actae boues quaedam ad deſiderium, ut fit, relictarum mugiſſent, reddita incluſarum ex ſpelunca boum uox Herculem conuertit. quem cum uadentem ad ſpeluncam H Cacus ui prohibere conatus eſſet, ictus claua, fidem paſtorum nequidquam inuocans, morte occubuit. Euander tum ea, profugus ex Peloponneſo, auctoritate magis, quam imperio, regebat loca; uenerabilis uir miraculo litterarum, rei nouae inter rudes artium [illegible] homines; uenerabilior diuinitate credita Carmentae matris, quam fatiloquam ante[illegible]e in Italiam aduentum, miratae hae gentes fuerant. is tum Euander, concurſu paſtor[illegible]dantium circa aduenam manifeſtae reum caedis excitus, poſtquam facinus, faci[illegible] cauſſam audiuit; habitum formamque uiri aliquantum ampliorem auguſtioremqu[illegible] na intuens, rogitat, qui uir eſſet. ubi nomen, patremque, ac patriam accepit; Ioue[illegible] Hercules ſalue, inquit: te mihi mater, ueridica interpres deum, aucturum caeleſtium n[illegible]merum cecinit, tibique aram hic dicatum iri, quam opulentiſſima olim in terris gens Maximam uocet, tuoque ritu colat. Dextra Hercules data, accipere ſe omen, impleturumq. fata, ~~ara condita atque dicata~~, ait: ibi tum primum, boue eximia capta de grege, ſacrum adhibitis ad miniſterium dapemq. Potitijs ac Pinarijs, quae tū familiae maxime inclytae ea loca incolebant, factum. forte ita euenit, ut Potitij ad tempus praeſto eſſent, ijsque exta apponerentur; Pinarij, extis adeſis, ad ceteram uenirent dapem. inde inſtitutum manſit, donec Pinarium genus fuit, ne extis ſollemnibus ueſcerentur. Potitij ab Euandro edocti, antiſtites ſacri eius per multas aetates fuerunt, donec, tradito ſeruis publicis ſollemni familiae miniſterio, genus omne Potitiorum interijt. Haec tum ſacra Romulus una ex omnibus peregrina ſuſcepit, iā tum immortalitatis uirtute partae, ad quam eum ſua fata ducebant, fautor. Rebus diuinis rite perpetratis, uocataq. ad concilium multitudine, quae coaleſcere in populi unius corpus nulla re, praeterquam legibus, poterat, iura dedit quae K ita ſancta generi hominum agreſti fore ratus, ſi ſe ipſe uenerabilem inſignibus imperij feciſſet; cum cetero habitu ſe auguſtiorem, tum maxime lictoribus duodecim ſumptis fecit. Alij ab numero auium, quae augurio regnum portenderant, cum ſecutum numerum putant. me haud paenitet eorum ſententiae eſſe, quibus & apparitores, & hoc genus ab Etruſcis finitimis, unde ſella curulis, unde toga praetexta ſumpta eſt, numerū quoque ipſum ductum placet; & ita habuiſſe Etruſcos, quod, ex duodecim populis communiter creato rege, ſingulos ſinguli populi lictores dederint. Creſcebat interim urbs munitionibus; cū alia atque alia appetendo loca, in ſpem magis futurae multitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, munirent. Deinde, ne uana urbis magnitudo eſſet; adijciendae multitudinis cauſſa, uetere conſilio condentium urbes, qui obſcuram atque humilem

A lem conciendo ad ſe multitudinem natam e terra ſibi prolem mentiebantur; locum, qui nunc ſaeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt, aſylum aperit. eo ex finitimis populis turba omnis, ſine diſcrimine liber an ſeruus eſſet, auida nouarum rerum perfugit: idque primum ad coeptam magnitudinem roboris fuit. Cum iam uirium haud paeniteret, conſilium deinde uiribus parat. centum creat ſenatores; ſiue quia is numerus ſatis erat; ſiue quia ſoli centum erant, qui ciere patres poſſent. patres certe ab honore, patricijque progenies eorum appellati. Iam res Romana adeo erat ualida, ut cuilibet finitimarũ ciuitatum bello par eſſet. ſed paenuria mulierum, hominis aetatem duratura magnitudo erat: quippe quibus nec domi ſpes prolis, nec cum finitimis connubia eſſent. tum ex conſilio patrum Romulus legatos circa uicinas gentes miſit, qui ſocietatem connubiumque nouo populo peterent: Vrbes quoque, ut cetera, ex infimo naſci; deinde, quas ſua uirtus ac B dij iuuent, magnas opes magnumque nomen ſibi facere: ſatis ſcire, origini Romanae & deos affuiſſe, & non defuturam uirtutem: proinde ne grauarentur homines cum hominibus ſanguinem ac genus miſcere. Nuſquam benigne legatio audita eſt: adeo ſimul omnes ſpernebant, ſimul tantam in medio creſcentem molem ſibi ac poſteris ſuis metuebant. a pleriſque rogitantibus dimiſſi, ecquid non feminis quoque aſylum aperuiſſent: id enim demum compar connubium fore. aegre id Romana pubes paſſa: & haud dubie ad uim ſpectare res coepit. cui tempus locumq. aptum ut daret Romulus, aegritudinem animi diſſimulans, ludos ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſollemnes: Conſualia uocat. indici deinde finitimis ſpectaculum iubet: quantoque apparatu tum ſciebant, aut poterant, concelebrant; ut rem claram exſpectatamque facerent. multi mortales conuenere, ſtudio etiam uidendae nouae urbis; maxime proximi quique, Caeninenſes, Cruſtumini, Ante- C mnates. iã Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac coniugibus uenit. inuitati hoſpitaliter per domos cum ſitum, moenia ue, & frequentem tectis urbem uidiſſent, mirantur tam breui rem Romanam creuiſſe. ubi ſpectaculi tempus uenit, deditaeq; eo mentes cum oculis erant; tum ex compoſito orta uis; ſignoque dato, iuuentus Romana ad rapiendas uirgines diſcurrit. magna pars, forte ut in quem quaeque inciderat, raptae: quaſdã forma excellentes, primoribus patrum deſtinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. unam longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignem a globo Thalaſij cuiuſdam raptam ferunt: multiſq. ſciſcitantibus, cuinam eam ferrent, identidem, ne quis uiolaret, Thalaſio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc uocem factam. turbato per metum ludicro, maeſti parentes uirginum profugiunt, incuſantes uiolati hoſpitij foedus; deumque inuocantes, cuius ad ſollemne ludoſque per fas ac fidem decepti ueniſſent.

D nec raptis aut ſpes de ſe melior, aut indignatio eſt minor. ſed ipſe Romulus circumibat, docebatque patrum id ſuperbia factum, qui connubium finitimis negaſſent: illas tamen in matrimonio, in ſocietate fortunarum omnium, ciuitatiſque, &, quo nihil carius humano generi ſit, liberum fore: mollirent modo iras, &, quibus ſors corpora dediſſet, darent animos: ſaepe ex iniuria poſtmodum gratiam ortam: eoq. melioribus uſuras uiris, quod annixurus pro ſe quiſque ſit, ut, cum [illegible] functus officio ſit, parentum etiam patriaeque expleat deſiderium. Accedebant blanditiae uirorum, factum purgantium cupiditate, atq. amore: quae maxime ad muliebre ingenium efficaces preces ſunt. Iam admodum mitigati animi raptis erant. at raptarum parentes tum maxime ſordida ueſte, lacrymiſque, & querellis ciuitates concitabant: nec domi tantum indignationes continebant, ſed congregabantur undique ad T. Tatium regem Sabinorum: & legationes eo, quod maximum E Tatij nomen in his regionibus erat, conueniebant. Caeninenſes, Cruſtumini, & Antemnates erãt, ad quos eius iniuriae pars pertinebat. lente agere ijs Tatius Sabiniq. uiſi ſunt. ipſi inter ſe tres populi communiter bellum parant. ne Cruſtumini quidem atque Antemnates pro ardore iraq. Caeninenſium ſatis ſe impigre mouent. ita per ſe ipſum nomen Caeninum in agrum Romanum impetum facit. ſed effuſe uaſtantibus fit obuius cũ exercitu Romulus; leuique certamine docet, uanam ſine uiribus iram eſſe: exercitum fundit fugatque; fuſum perſequitur: regem in proelio obtruncat, & ſpoliat. duce hoſtium occiſo, urbem primo impetu capit. inde exercitu uictore reducto, ipſe cum factis uir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium caeſi ſuſpenſa, fabricato ad id apte ferculo, gerens in Capitolium adſcẽdit: ibique ea cum ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignauit templo Iouis fines, cognomenque addi-

dit deo: Iuppiter Feretri, inquit, haec tibi uictor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpolijs, quae regibus ducibuſque hoſtium caeſis, me auctorem ſequentes poſteri ferent. F Haec templi eſt origo, quod primum omnium Romae ſacratum eſt. ita deinde dijs uiſum, nec irritam conditoris templi uocem eſſe, qua laturos eo ſpolia poſteros nuncupauit; nec multitudine compotum eius doni uulgari laudem. bina poſtea, inter tot annos tot bella, opima parta ſunt ſpolia. adeo rara eius fortuna decoris fuit. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus per occaſionẽ ac ſolitudinem hoſtiliter in fines Romanos incurſionẽ facit. raptim & ad hos Romana legio ducta, palantes in agris oppreſſit. fuſi igitur primo impetu & clamore hoſtes: opidum captum: dupliciq. uictoria ouantem Romulum Herſilia coniux, precibus raptarum fatigata, orat ut parentibus earum det ueniam, & in ciuitatem accipiat: ita rem coaleſcere concordia poſſe. facile impetratum. G Inde contra Cruſtuminos profectus, bellum inferentes. ibi minus etiam, quod iam alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit. utroque coloniae miſſae: plures inuenti, qui propter ubertatem terrae in Cruſtuminum nomina darent. & Romam inde frequenter migratum eſt a parentibus maxime ac propinquis raptarum. Nouiſſimum ab Sabinis bellum ortum: multoq. id maximum fuit. nihil enim per iram aut cupiditatem actum eſt: nec oſtẽderunt bellum prius, quam intulerunt. conſilio etiam additus dolus. Sp. Tarpeius Romanae praeerat arci. huius filiam uirginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat. aquam forte ea tum ſacris extra moenia petitum ierat. accepti obrutam armis necauere; ſeu ut ui capta potius arx uideretur; ſeu prodendi exempli cauſſa, ne quid uſquam fidum proditori eſſet. additur fabula; quod uulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio laeuo, gemmatosq. magna ſpecie anulos habuerint, pepigiſſe eam, H quod in ſiniſtris manibus haberent: eo ſcuta illi pro aureis donis congeſta. ſunt qui eam ex pacto tradendi quod in ſiniſtris manibus eſſet, derecto arma petiſſe dicant; & fraude uiſam agere, ſua ipſam peremptam mercede. tenuere tamen arcem Sabini: atque inde poſtera die, cum Romanus exercitus inſtructus, quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi eſt, compleſſet; non prius deſcenderunt in aequum, quam, ira & cupiditate recuperandae arcis ſtimulante animos, in aduerſum Romani ſubiere. Principes utrimque pugnam ciebant: ab Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Hoſtus Hoſtilius. hic rem Romanam iniquo loco ad prima ſigna animo atque audacia ſuſtinebat. ut Hoſtus cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies; fuſaq. eſt ad ueterem portam Palatij. Romulus & ipſe turba fugientium actus, arma ad caelum tollens, Iuppiter, tuis, inquit, iuſſus auibus hic in Palatio prima urbi fundamenta ieci: arcem iam, ſcelere emptam, I Sabini habent. inde huc armati, ſuperata media ualle, tendunt. at tu pater deûm hominumque, hinc ſaltem arce hoſtes, deme terrorem Romanis, fugamq. foedam ſiſte. hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum ſit poſteris, tua praeſenti ope ſeruatam urbem eſſe, uoueo. Haec precatus, ueluti ſenſiſſet auditas preces, Hinc, inquit, Romani, Iuppiter optimus maximus reſiſtere, atque iterare pugnam iubet. Reſtitere Romani, tamquam caeleſti uoce iuſſi. ipſe ad primores Romulus prouolat. Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat, & effuſos egerat Romanos toto quantum foro ſpatium eſt nec procul iam a porta Palatij erat, clamitans: Vicimus perfidos hoſpites, imbelles hoſtes. iam ſciunt, longe aliud eſſe uirgines rapere, aliud pugnare cum uiris. In eum haec gloriantem, cum globo ferociſſimorum iuuenum Romulus impetum facit. K ex aequo tum forte Metius pugnabat: eo pelli facilius fuit. pulſum Romani perſequuntur: & alia Romana acies, audacia regis accenſa, fundit Sabinos. Metius in paludem ſeſe, ſtrepitu ſequentium trepidante equo, conicit. auerteratq. ea res etiam Sabinos tanti periculo uiri. & ille quidem, annuentibus ac uocantibus ſuis, fauore multorum addito animo, euadit. Romani Sabiniq. in media conualle duorum montium redintegrant proelium. ſed res Romana erat ſuperior. Tum Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus paſſis, ſciſſaq. ueſte, uicto malis muliebri pauore, auſae ſe inter tela uolantia inferre, ex tranſuerſo impetu facto, dirimere infeſtas acies, dirimere iras; hinc patres, hinc uiros orantes, ne ſe ſanguine nefando ſoceri generique reſpergerent; ne parricidio macularent partus ſuos, nepotum illi, liberum hi progeniem. Si affinitatis inter uos, ſi connubij piget, in nos

A uertite iras. nos cauſſa belli, nos uulnerum ac caedium uiris ac parentibus ſumus. me-
lius peribimus, quam ſine alteris ueſtrum uiduae aut orbae uiuemus. Mouet res tum mul
titudinem, tum duces. ſilentium, & repentina fit quies. inde ad foedus faciendum
duces prodeunt: nec pacem modo, ſed ciuitatem unam ex duabus faciunt: regnum
conſociant: imperium omne conferunt Romam. ita geminata urbe, ut Sabinis tamen
aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati. monumentum eius pugnae, ubi primum
ex profunda emerſus palude equum Curtius in uado deſtituit, Curtium lacum appel-
larunt. Ex bello tam triſti laeta repente pax cariores Sabinas uiris ac parentibus, &
ante omnes Romulo ipſi fecit. itaque cum populum in curias triginta diuideret, no-
mina earum curijs impoſuit. Id non traditur (cum haud dubie aliquanto numerus ma-
ior hoc mulierum fuerit) aetate, an dignitatibus ſuis uirorumue, an ſorte lectae ſint,
B quae nomina curijs darent. Eodem tempore & centuriae tres equitum conſcriptae ſunt:
Ramnenſes ab Romulo, ab T. Tatio Tatienſes appellati: Lucerum nominis & ori-
ginis cauſſa incerta eſt. inde non modo commune, ſed concors etiam regnum duobus
regibus fuit. Poſt aliquot annos propinqui regis Tatij legatos Laurentium pulſant.
cumq. Laurentes iure gentium agerent, apud Tatium gratia ſuorum & preces plus
poterant. igitur illorum poenam in ſe uertit: nam Lauinij, cum ad ſollemne ſacrificium
eo ueniſſet, concurſu facto interficitur. eam rem minus aegre, quam dignum erat, tu-
liſſe Romulum ferunt, ſeu ob infidam ſocietatem regni, ſeu quia haud iniuria caeſum
credebat. itaque bello quidem abſtinuit: ut tamen expiarentur legatorum iniuriae, re-
giſque caedes, foedus inter Romam Lauiniumque urbes renouatum eſt. Et cum his
quidem inſperata pax erat: aliud multo propius, atque in ipſis prope portis bellum or-
C tum. Fidenates nimis uicinas prope ſe conualeſcere opes rati, prius quam tantum ro-
boris eſſet, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere. iuuentute armata
immiſſa, uaſtatur agri quod inter urbem ac Fidenas eſt. inde ad laeuam uerſi, quia dex-
tra Tiberis arcebat, cum magna trepidatione agreſtium populantur: tumultusq. re-
pens ex agris in urbem illatus, pro nuncio fuit. Excitus Romulus (neque enim dila-
tionem pati tam uicinum bellum poterat) exercitum educit: caſtra a Fidenis mille paſ-
ſuum locat. ibi modico praeſidio relicto, egreſſus cum omnibus copijs, partem mili-
tum locis circa denſa obſita uirgulta obſcuris ſubſidere in inſidijs iuſſit. cum parte maio-
re atque omni equitatu profectus, id quod quaerebat, tumultuoſo & minaci genere pu-
gnae obequitando ipſis prope portis hoſtem exciuit. fugae quoque, quae ſimulanda erat,
eadem equeſtris pugna cauſſam minus mirabilem dedit. et cum, uelut inter pugnae fu-
D gaeq. conſilium trepidante equitatu, pedes quoque referret gradum, plenis repente
portis effuſi hoſtes, impulſa Romana acie, ſtudio inſtandi ſequendique trahuntur ad
locum inſidiarum. inde ſubito exorti Romani, tranſuerſam inuadunt hoſtium aciem.
addunt pauorem mota e caſtris ſigna eorum, qui in praeſidio relicti fuerant. ita multi-
plici terrore perculſi Fidenates, prius paene, quam Romulus, quiq. cum eo equites
erant, circumagerent frenis equos, terga uertunt; multoq. effuſius quippe uera fu-
ga, qui ſimulantes paullo ante ſecuti erant, opidum repetebant: non tamen eripuere
ſe hoſti. haerens in tergo Romanus, prius, quam fores portarum obijcerentur, uelut ag-
mine uno irrumpit. Belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi, & conſangui-
nitate: nam Fidenates quoque Etruſci fuerunt: & quod ipſa propinquitas loci, ſi Ro-
mana arma omnibus infeſta finitimis eſſent, ſtimulabat, in fines Romanos excurrerunt,
E populabundi magis, quam iuſti more belli. itaque, non caſtris poſitis, non exſpectato ho-
ſtium exercitu, raptam ex agris praedam portantes, Veios rediere. Romanus contra,
poſtquam hoſtem in agris non inuenit, dimicationi ultimae inſtructus intentusque, Ti-
berim tranſit. quem poſtquam caſtra ponere, & ad urbem acceſſurum Veientes audi-
uere; obuiam egreſſi, ut potius acie decernerent, quam incluſi de tectis moenibusque
dimicarent. ibi uiribus nulla arte adiutis, tantum ueterani robore exercitus rex Roma-
nus uicit; perſecutusque fuſos ad moenia hoſtes, urbe ualida, muris ac ſitu ipſo munita,
abſtinuit. agros rediens uaſtat, ulciſcendi magis quam praedae ſtudio. eaque clade haud
minus, quam aduerſa pugna, ſubacti Veientes, pacem petitum oratores Romam mit-
tunt. agri parte multatis, in centum annos indutiae datae. Haec ferme Romulo regnante

domi militiaeque geſta. quorum nihil abſonum fidei diuinae originis, diuinitatiſque poſt mortem creditae, fuit; non animus in regno auito recuperando, non condendae urbis conſilium, non bello ac pace firmandae. ab illo enim profectu uiribus datis tantum ualuit, ut in quadraginta deinde annos tutam pacem haberet. multitudini tamen gratior fuit, quam patribus: longe ante alios acceptiſſimus militum animis: trecentoſque armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres appellauit, non in bello ſolum, ſed etiam in pace habuit. His immortalibus editis operibus, cum ad exercitum recenſendum concionem in campo ad Caprae paludem haberet, ſubito coorta tempeſtas cum magno fragore tonitribuſque, tam denſo regem operuit nimbo, ut conſpectum eius concioni abſtulerit: nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes, ſedato tandem pauore, poſtquam ex tam turbido die ſerena & tranquilla lux redijt; ubi uacuam ſedem regiam uidit; etſi ſatis credebat patribus, qui proximi ſteterant, ſublimem raptum procella; tamen, uelut orbitatis metu icta, maeſtum aliquandiu ſilentium obtinuit: deinde, a paucis initio facto, deum deo natum, regem parentemque urbis Romanae ſaluere uniuerſi Romulum iubent: pacem precibus expoſcunt, uti uolens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem. Fuiſſe credo tum quoque aliquos, qui diſcerptum regem patrum manibus taciti arguerent. manauit enim haec quoque, ſed perobſcura fama: illam alteram admiratio uiri, & pauor praeſens nobilitauit. conſilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides. namque Proculus Iulius, ſollicita ciuitate deſiderio regis, & infenſa patribus, grauis, ut traditur, quamuis magnae rei auctor, in concionem prodit. Romulus, inquit, Quirites, parens urbis huius, prima hodierna luce caelo repente delapſus, ſe mihi obuium dedit. cum perfuſus horrore, uenerabunduſque adſtitiſſem, petens precibus, ut contra intueri fas eſſet; Abi, nuncia, inquit, Romanis, caeleſtes ita uelle, ut mea Roma caput orbis terrarum ſit: proinde rem militarem colant; ſciantque, & ita poſteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis reſiſtere poſſe. Haec, inquit, locutus ſublimis abijt. Mirum, quantum illi uiro, nuncianti haec, fides fuerit; quamq. deſiderium Romuli apud plebem exercitumque, facta fide immortalitatis, lenitum ſit. Patrum interim animos certamen regni ac cupido uerſabat. necdum a ſingulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenerat factionibus inter ordines certabatur. oriundi ab Sabinis, ne, quia poſt Tatij mortem ab ſua parte non erat regnatum in ſocietate aequa, poſſeſſionem imperij amitterent, ſui corporis creari regem uolebant. Romani ueteres peregrinum regem aſpernabantur. in uarijs uoluntatibus, regem tamen omnes uolebant, libertatis dulcedine nondum experta. timor deinde patres inceſſit, ne ciuitatem ſine imperio, exercitum ſine duce, multarum circa ciuitatum irritatis animis, uis aliqua externa adoriretur. et eſſe igitur aliquod caput placebat; & nemo, alteri concedere, in animum inducebat. itaque rem inter ſe centum patres, decem decurijs factis, ſinguliſque in ſingulas decurias creatis, qui ſummae rerum praeeſſent, conſociant. decem imperitabant: unus cum inſignibus imperij & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuumque interuallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum. Fremere deinde plebs multiplicatam ſeruitutem: centum pro uno dominos factos. nec ultra, niſi regem, & ab ipſis creatum, uidebantur paſſuri. Cum ſenſiſſent ea moueri patres, offerendum ultro rati quod amiſſuri erant, ita gratiam ineunt, ſumma poteſtate populo permiſſa, ut non plus darent iuris, quam retinerent. decreuerunt enim, ut, cum populus regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent. hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis uſurpatur idem ius, ui adempta: prius quam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt. Tum interrex, concione aduocata, Quod bonum, fauſtum, felixque ſit, inquit, Quirites regem create. ita patribus uiſum eſt. patres deinde, ſi dignum, qui ſecundus ab Romulo numeretur, crearitis, auctores fient. Adeo id gratum plebi fuit, ut, ne uicti beneficio uiderentur, id modo ſciſcerent iuberentque, ut ſenatus decerneret, qui Romae regnaret. Inclyta iuſtitia religioque ea tempeſtate Numae Pompilij erat. Curibus Sabinis habitabat, conſultiſſimus uir, ut in illa quiſquam aetate eſſe poterat, omnis diuini atque humani iuris. auctorem doctrinae eius, quia non exſtat alius, falſo Samium Pythagoram edunt: quem, Ser. Tullio regnante Romae, centum amplius

poſt

A poſt annos, in ultima Italiae ora circa Metapontum, Heracleamque, & Crotonem iuuenum aemulantium ſtudia coetus habuiſſe conſtat. ex quibus locis, etſi eiuſdem aetatis fuiſſet, qua fama in Sabinos, aut quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem diſcendi exciuiſſet? quoue praeſidio unus per tot gentes, diſſonas ſermone moribuſque, perueniſſet? ſuopte igitur ingenio temperatum animum uirtutibus fuiſſe opinor magis, inſtructumque non tam peregrinis artibus, quam diſciplina taetrica ac triſti ueterum Sabinorũ: quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Audito nomine Numae, patres Romani, quamquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde ſumpto, uidebantur; tamen neque ſe quiſquam, nec factionis ſuae alium, nec deniq. patrum aut ciuium quemquam praeferre illi uiro auſi, ad unum omnes Numae Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitus, ſicut Romulus augurato in urbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque deos

B conſuli iuſſit. inde ab augure, cui deinde honoris gratia publicum id perpetuumque ſacerdotium fuit, deductus in arcem, in lapide ad meridiem uerſus conſedit. augur ad laeuam eius, capite uelato, ſedem cepit, dextra manu baculum ſine nodo aduncum tenens, quem lituum appellauerunt. inde ubi, proſpectu in urbem agrumque capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occaſum determinauit, dextras ad meridiem partes, laeuaſque ad Septentrionem eſſe dixit; ſignum, contra quod longiſſime conſpectum oculi ferebant, animo finiuit: tum, lituo in laeuam manum translato, dextra in capite Numae impoſita, precatus eſt ita: Iuppiter pater, ſi eſt fas hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romae eſſe, uti tu ſigna nobis certa ac clara ſint inter eos fines, quos feci. Tum peregit uerbis auſpicia, quae mitti uellet. quibus miſſis; declaratus Rex Numa de templo deſcendit. Qui regno ita potitus, urbem nouam,

C conditam ui & armis, iure eam, legibuſque ac moribus de integro condere parat. quibus cum inter bella aſſueſcere uideret non poſſe, (quippe efferatis militia animis) mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus, Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis bellique fecit: apertus ut, in armis eſſe ciuitatem; clauſus, pacatos circa omnes populos, ſignificaret. bis deinde poſt Numae regnum clauſus fuit; ſemel T. Manlio conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod noſtrae aetati dij dederunt ut uideremus, poſt bellum Actiacum, ab Imperatore Caeſare Auguſto pace terra mariq. parta. Clauſo eo, cum omnium circa finitimorum ſocietate ac foederibus iunxiſſet animos; poſitis externorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hoſtium, diſciplinaque militaris continuerat; omnium primum, rem ad multitudinem imperitam, & illis ſaeculis rudem, efficaciſſimam, deorum metum inij-

D ciendum ratus eſt. qui cum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulat ſibi cum dea Ægeria congreſſus nocturnos eſſe; eius ſe monitu, quae acceptiſſima dijs eſſent, ſacra inſtituere; ſacerdotes ſuos cuique deorum praeficere. Atque omnium primum, ad curſum lunae in duodecim menſes deſcribit annum. quem, quia tricenos dies ſingulis menſibus luna non explet, deſuntque dies ſolido anno, qui ſolſtitiali circumagitur orbe, intercalares menſibus interponendo, ita diſpenſauit, ut uiceſimo anno ad metam eandem ſolis, unde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpatijs dies congruerent. Idem nefaſtos dies faſtoſque fecit: quia, aliquando nihil cum populo agi, utile futurum erat. Tum, ſacerdotibus creandis animum adiecit: quamquam ipſe plurima ſacra obibat, ea maxime, quae nunc ad Dialem flaminem pertinent. ſed quia in ciuitate bellicoſa plures Romuli, quam Numae, ſimiles reges putabat fore, ituroſque ipſos ad bella;

E ne ſacra regiae uicis deſererentur, flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit; inſignique eum ueſte, & curuli regia ſella adornauit. huic duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino. Virgineſque Veſtae legit, Alba oriundum ſacerdotium, & genti conditoris haud alienum. his, ut aſſiduae templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit: uirginitate, alijſque caerimonijs uenerabiles ac ſanctas fecit. Salios item duodecim Marti Gradiuo legit; tunicaeque pictae inſigne dedit, & ſuper tunicam aeneum pectori tegmen; caeleſtiaque arma, quae Ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs ſollemnique ſaltatu iuſſit. Pontificem deinde Numam Marcium M. F. ex patribus legit: eique ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit; quibus hoſtijs, quibus diebus, ad quae templa ſacra fierét, atq.

unde in eos ſumptus pecunia erogaretur. cetera quoque omnia publica priuataque ſacra F
pontificis ſcitis ſubiecit: ut eſſet, quo conſultum plebs ueniret; ne quid diuini iuris, ne-
gligendo patrios ritus, peregrinosq. adſciſcendo, turbaretur. nec caeleſtes modo caeri-
monias, ſed iuſta quoque funebria, placandosq. manes ut idem pontifex edoceret; quae-
que prodigia fulminibus, aliove quo uiſo miſſa ſuſciperentur, atque curarentur; ad ea eli-
cienda ex mentibus diuinis Ioui Elicio aram in Auentino dicauit; deumque conſuluit au-
gurijs, quae ſuſcipienda eſſent. Ad hæc conſultanda procurandaque multitudine omni a
ui & armis conuerſa, & animi, aliquid agendo, occupati erant: & deorum aſſidua inſidens
cura, cum intereſſe rebus humanis caeleſte numen uideretur, ea pietate omnium pectora
imbuerat, ut fides ac iusiurandum, propulſo legum ac poenarum metu, ciuitatem regerēt.
et cum ipſi ſe homines in regis, uelut unici exempli, mores formarent: tum finitimi et-
iam populi, qui ante caſtra, urbem poſitam in medio ad ſolicitandam omnium pacem G
crediderant, in eam uerecundiam adducti ſunt, ut ciuitatem, totam in cultum uerſam
deorum, uiolari ducerent nefas. Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons per-
enni rigabat aqua: quo quia ſe perſaepe Numa ſine arbitris, uelut ad congreſſum deae,
inferebat; Camoenis eum lucum ſacrauit; quod earum ſibi concilia cum coniuge ſua Æge
ria eſſent. & ipſi Fidei ſollemne inſtituit. ad id ſacrarium flamines bigis curru arcuato
uehi iuſſit, manuq. ad digitos uſque inuoluta rem diuinam facere, ſignificantes fidem
tutandam, ſedemque eius etiam in dextris ſacratam eſſe. multa alia ſacrificia, locaque
ſacris faciendis, quae Argeos pontifices uocant, dedicauit. omnium tamen maximum e-
ius operum fuit, tutela per omne regni tempus haud minor pacis, quam regni. Ita duo
deinceps reges alius alia uia, ille bello, hic pace, ciuitatem auxerunt. Romulus ſeptem
& triginta regnauit annos, Numa tres & quadraginta. Tum ualida, tum temperata & bel- H
li & pacis artibus erat ciuitas. Numae morte ad interregnum res redijt. inde Tullum Ho-
ſtilium, nepotem Hoſtilij, cuius in infima arce clara pugna aduerſus Sabinos fuerat, re-
gem populus iuſſit: patres auctores facti. Hic non ſolum proximo regi diſſimilis, ſed
ferocior etiam Romulo fuit; tum aetas uireſque, tum auita quoque gloria animum ſti-
mulabat. ſeneſcere igitur ciuitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quae-
rebat. Forte euenit, ut agreſtes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas
inuicem agerent. imperitabat tum C. Cloelius Albae. utrimque legati fere ſub idem
tempus ad res repetendas miſſi. Tullus praeceperat ſuis, ne quid cum Albano prius, quam
mandata, agerent. ſatis ſciebat negaturum Albanum: ita pie bellum indici poſſe. ab Al-
banis ſocordius res acta. excepti hoſpitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis cō-
uiuium celebrant. tantiſper Romani & res repetiuerant priores, & neganti Albano bel- I
lum in trigeſimumtertium diem indixerant. haec renunciant Tullo. tum legatis Tullus di
cendi poteſtatem, quid petentes uenerint, facit. illi, omnium ignari, primum purgando te-
runt tempus: ſe inuitos quidquam, quod minus placeat Tullo, dicturos, ſed imperio ſubi-
gi: res repetitum ſe ueniſſe; ni reddantur, bellum indicere iuſſos. Ad hæc Tullus,
Nunciate, inquit, regi ueſtro, regem Romanum deos facere teſtes, uter prius popu-
lus res repetentes legatos aſpernatus dimiſerit, ut in eum omnes expetant huiuſce cla-
des belli. Haec nunciant domum Albani. et bellum utrimque ſumma ope parabatur,
ciuili ſimillimum bello prope inter parentes natoſque, Troianam utramque prolem; cum
Lauinium ab Troia, ab Lauinio Alba, ab Albanorum ſtirpe regum oriundi Romani
eſſent. euentus tamen belli minus miſerabilem dimicationem fecit: quod nec acie cer-
tatum eſt; &, tectis modo dirutis alterius urbis, duo populi in unum confuſi ſunt. K
Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum facere, caſtra ab Vrbe
haud plus quinque millia paſſuum locant, foſſa circumdant. Foſſa Cloelia ab no-
mine ducis per aliquot ſaecula appellata eſt; donec cum re nomen quoque uetuſtate
aboleuit. in his caſtris Cloelius Albanus Rex moritur. dictatorem Albani Mettium
Fufetium creant. Interim Tullus ferox praecipue morte regis, magnum deorum nu-
men, ab ipſo capite orſum, in omne nomen Albanum expetiturum poenas ob bel-
lum impium dictitans, nocte, praeteritis hoſtium caſtris, infeſto exercitu in agrum Al-
banum pergit. ea res ab ſtatiuis exciuit Mettium. is ducit quam proxime ad hoſtem poteſt.
inde legatum praemiſſum nunciare Tullo iubet, prius quam dimicent, opus eſſe collo-

quio:

A quio: ſi ſecum congreſſus ſit, ſatis ſcire ea ſe allaturum, quae nihilo minus ad rem Romanam, quam ad Albanam, pertineant. haud aſpernatus Tullus, tametſi uana afferebantur; ſuos in aciem educit. exeunt contra & Albani. poſtquam inſtructi utrimque ſtabant, cum paucis procerum in medium duces procedunt. ibi infit Albanus: Iniurias, & non redditas res ex foedere, quae repetitae ſunt, & ego regem noſtrum Cloelium cauſſam huiuſce eſſe belli audiſſe uideor; nec te dubito, Tulle, eadem praeteferre. ſed ſi uera potius, quam dictu ſpecioſa, dicenda ſunt, cupido imperij duos cognatos uicinoſque populos ad arma ſtimulat: neque, recte, an perperam, interpretor: fuerit iſta eius deliberatio, qui bellum ſuſcepit. me Albani gerendo bello ducem creauere. illud te Tulle monitum uelim: Etruſca res, quanta circa nos, teque maxime ſit, quo propiores uos, hoc magis ſcis. multum illi terra, plurimum mari pollent. memor

B eſto, iam, cum ſignum pugnae dabis, has duas acies ſpectaculo fore, ut feſſos confectoſque ſimul uictorem ac uictum aggrediantur. itaque ſi nos dij amant, quoniam non contenti libertate certa, in dubiam imperij ſeruitijque aleam imus, ineamus aliquam uiam, qua, utri utris imperent, ſine magna clade, ſine multo ſanguine utriuſque populi decerni poſſit. Haud diſplicet res Tullo; quamquam cum indole animi, tum ſpe uictoriae ferocior erat. Quaerentibus utrimque ratio initur, cui & fortuna ipſa praebuit materiam. forte in duobus tum exercitibus erant tergemini fratres, nec aetate nec uiribus diſpares. Horatios Curatioſque fuiſſe ſatis conſtat; nec ferme res antiqua alia eſt nobilior: tamen in re tam clara, nominum error manet, utrius populi Horatij, utrius Curatij fuerint. auctores utroque trahunt: plures tamen inuenio, qui Romanos Horatios uocent. hos ut ſequar, inclinat animus. Cum tergeminis agunt

C reges, ut pro ſua quiſque patria dimicent ferro: ibi imperium fore, unde uictoria fuerit. nihil recuſatur: tempus & locus conuenit. prius quam dimicarent, foedus ictum inter Romanos & Albanos eſt, his legibus, ut, cuius populi ciues eo certamine uiciſſent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. foedera alia alijs legibus, ceterum eodem modo omnia fiunt. tum ita factum accepimus: nec ullius uetuſtior foederis memoria eſt. Fetialis regem Tullum ita rogauit: Iubes ne me rex cum patre patrato populi Albani foedus ferire? iubente rege, Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait: Pura tollito. Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit: poſtea regem ita rogauit: Rex, facis ne me tu regium nuncium populi Romani Quiritium, uaſa, comiteſque meos? Rex reſpondit: Quod ſine fraude mea, populique Romani Quiritium fiat, facio. Fetialis erat M. Valerius. is patrempatratum Sp. Fuſium fecit, uerbena caput capilloſque tangens: pa-

D terpatratus ad iuſiurandum patrandum, id eſt ſanciendum fit foedus, multiſque id uerbis, quae longo effata carmine non operae eſt referre, peragit. Legibus deinde recitatis, Audi, inquit, Iuppiter, audi paterpatrate populi Albani, audi tu populus Albanus: ut illa palam prima poſtrema ex illis tabulis ceraue recitata ſunt ſine dolo malo, utique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt; illis legibus populus Romanus prior non deficiet. ſi prior defexit publico conſilio, dolo malo; tum ille Dieſpiter populum Rom. ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes, polleſque. Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Sua item carmina Albani, ſuumque iuſiurandum per ſuum dictatorem, ſuoſque ſacerdotes peregerunt. Foedere icto, tergemini, ſicut conuenerat, arma capiunt. cum ſui utroſque adhortarentur; deos patrios, patriam, ac parentes, quidquid ciuium domi, quidquid in exercitu ſit, illorum tunc arma, illorum intueri manus; feroces & ſuopte ingenio, & pleni adhortantium uocibus, in

E medium inter duas acies procedunt. Conſederant utrimque pro caſtris duo exercitus, periculi magis praeſentis quam curae expertes. quippe imperium agebatur, in tam paucorum uirtute atque fortuna poſitum. itaque ergo erecti ſuſpenſiq. in minime gratum ſpectaculum animo intenduntur. datur ſignum: infeſtiſq. armis, uelut acies, terni iuuenes, magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt: nec his nec illis periculum ſuum, ſed publicum imperium ſeruitiumq. obſequatur animo, futuraq. ea deinde patriae fortuna, quam ipſi feciſſent. Vt primo ſtatim concurſu increpuere arma, micanteſq. fulſere gladii; horror ingens ſpectantes perſtringit: &, neutro inclinata ſpe, torpebat uox, ſpirituſq. conſertis deinde manibus, cum iam non motus tantum corporum, agitatioque anceps telorum armorumque, ſed uulnera quoque & ſanguis ſpectaculo eſſent; duo Romani, ſuper

alium

alium alius, uulneratis tribus Albanis, exſpirantes corruerunt. ad quorum caſum cum F
conclamaſſet gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam ſpes tota, nondum tamē cura deſeruerat, exanimes uice unius, quem tres Curatij circumſteterant. forte is integer fuit, ut uniuerſis ſolus nequaquam par, ſic aduerſus ſingulos ferox. ergo ut ſegregaret pugnam eorum, capeſſit fugam, ita ratus ſecuturos, ut quemque uulnere affectum corpus ſineret. iam aliquantum ſpatij ex eo loco, ubi pugnatum eſt, aufugerat, cum reſpiciens uidet magnis interuallis ſequentes, unum haud procul ab ſeſe abeſſe: in eum magno impetu redit. &, dum Albanus exercitus inclamat Curatijs, uti opem ferant fratri; iam Horatius, caeſo hoſte, uictor ſecundam pugnam petebat. Tum clamore, qualis ex inſperato fauētium ſolet, Romani adiuuāt militem ſuum: & ille defungi proelio feſtinat. Prius itaq. quam alter, qui nec procul aberat, conſequi poſſet, & alterum Curatium conficit. iamq. aequato Marte, ſinguli ſupererant, ſed nec ſpe, nec uiribus pares. alterum intactum ferro G
corpus, & geminata uictoria ferocem in certamen tertium dabant: alter feſſum uulnere, feſſum curſu trahens corpus, uictusque fratrum ante ſe ſtrage, uictori obijcitur hoſti. nec illud proelium fuit. Romanus exſultans, Duos, inquit, fratrum manibus dedi: tertium, cauſſam belli huiuſce, ut Romanus Albano imperet, dabo. male ſuſtinenti arma, gladium ſuperne iugulo defigit: iacentem ſpoliat. Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo propius metum res fuerat. ad ſepulturam inde ſuorum nequaquam paribus animis uertuntur, quippe imperio alteri aucti, alteri ditionis alienae facti. ſepulcra exſtant, quo quiſque loco cecidit; duo Romana uno loco propius Albam, tria Albana Romam uerſus, ſed diſtantia locis, ut & pugnatum eſt. Prius quam inde digrederentur, roganti Metio ex foedere icto quid imperaret, imperat Tullus, uti iuuentutem in armis habeat: uſurum ſe eorum opera, ſi bellum cum Veientibus foret. ita H
exercitus inde domos abducti. Princeps Horatius ibat tergemina ſpolia prae ſe gerens. cui ſoror uirgo, quae deſponſa uni ex Curatijs fuerat, obuia ante portam Capenam fuit: cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat, ſoluit crines, & flebiliter nomine ſponſum mortuum appellat. mouet feroci iuueni animum comploratio ſororis in uictoria ſua, tantoque gaudio publico. ſtricto itaque gladio, ſimul uerbis increpans, transfigit puellam: Abi hinc cum immaturo amore ad ſponſum, inquit, oblita fratrum mortuorum, uiuique, oblita patriae. ſic eat quaecūque Romanum lugebit hoſtem. Atrox uiſum id facinus patribus, plebique: ſed recens meritum facto obſtabat. tamen raptus in ius ad regem rex, ne ipſe tam triſtis ingratique ad uulgus iudicij, ac ſecundum iudicium ſupplicij auctor eſſet, concilio populi aduocato, Duumuiros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicent ſecundum legem, facio. lex horrendi carminis erat: I
Duumuiri perduellionem iudicent: ſi a duumuiris prouocarit, prouocatione certato: ſi uincent, caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpendito: uerberato uel intra pomerium, uel extra pomerium. Hac lege duumuiri creati, qui ſe abſoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem poſſe, cum condemnaſſent; tum alter ex his, P. Horati, tibi perduellionem iudico, inquit: lictor colliga manus. Acceſſerat lictor, injciebatque laqueum. tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis interprete, Prouoco, inquit. ita de prouocatione certatum ad populum eſt. Moti homines ſunt in eo iudicio maxime P. Horatio patre proclamante, ſe filiam iure caeſam iudicare: ni ita eſſet, patrio iure in filium animaduerſurum fuiſſe. orabat deinde, ne ſe, quem paullo ante cum egregia ſtirpe conſpexiſſent, orbum liberis facerent. inter haec ſenex iuuenem amplexus, ſpolia Curatiorum, fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur, oſtentans, Hunccine, aiebat, K
quem modo decoratum ouantemque uictoria incedentem uidiſtis, Quirites, eum ſub furca uinctum inter uerbera & cruciatus uidere poteſtis, quod uix Albanorum oculi tam deforme ſpectaculum ferre poſſent. I lictor, colliga manus, quae paullo ante armatae imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis huius: arbori infelici ſuſpende: uerbera uel intra pomerium, modo inter illa pila & ſpolia hoſtium; uel extra pomerium, modo inter ſepulcra Curatiorum. quo enim ducere hunc iuuenem poteſtis, ubi non ſua decora eum a tanta foeditate ſupplicij uindicent? Non tulit populus nec patris lacrymas, nec ipſius parem in omni periculo animum: abſolueruntque admiratione magis uirtutis, quam iure cauſſae. itaque ut caedes manifeſta, aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. is, quibuſdam piacularibus

ſacri ficijs

A ſacrificijs factis, quae deinde genti Horatiae tradita ſunt, tranſmiſſo, per uiam tigillo, capi-
te adoperto, uelut ſub iugum miſit iuuenem, id hodie publice quoque ſemper refectum
manet. Sororium tigillum uocant. Horatiae ſepulcrum, quo loco corruerat icta, con-
ſtructum eſt ſaxo quadrato. Nec diu pax Albana manſit. inuidia uulgi, quod tribus mi-
litibus fortuna publica commiſſa fuerit, uanum ingenium dictatoris corrupit. et quoniã
recta conſilia haud bene euenerant; prauis reconciliare popularium animos coepit. igi-
tur, ut prius in bello pacem, ſic in pace bellum quaerens, quia ſuae ciuitati animorũ plus
quam uirium cernebat eſſe, ad bellum palam, atque ex edicto gerendum alios concitat
populos, ſuis per ſpeciem ſocietatis proditionem reſeruat. Fidenates, colonia Romana,
Veientibus ſocijs conſilij aſſumptis, pacto tranſitionis Albanorum, ad bellum atque ar-
ma incitantur. cum Fidenae aperte deſciſſent, Tullus, Metio exercituq. eius ab Alba ac-
B cito, contra hoſtes ducit. ubi Anienem tranſijt, ad confluentes collocat caſtra. inter eum
locum & Fidenas, Veientium exercitus Tiberim tranſierat. hi & in acie prope flumen
tenuere dextrum cornu: in ſiniſtro Fidenates propius montes conſiſtunt. Tullus ad-
uerſus Veientem hoſtem dirigit ſuos, Albanos contra legionem Fidenatium collocat.
Albano non plus animi erat, quam fidei. nec remanere ergo, nec tranſire aperte auſus,
ſenſim ad montes ſuccedit. inde ubi ſatis ſubiſſe ſeſe ratus eſt, erigit totam aciem; flu-
ctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat. conſilium erat, qua fortuna rem
daret, ea inclinare uires. Miraculo primo eſſe Romanis, qui proximi ſteterant, ut nu-
dari latera ſua ſociorum digreſſu ſenſerunt. inde eques citato equo nunciat regi, abire
Albanos. Tullus in re trepida duodecim uouit Salios, fanaque Pallori, ac Pauori. equi-
tem clara increpans uoce, ut hoſtes exaudirent, redire in proelium iubet: nihil trepida-
C tione opus eſſe: ſuo iuſſu circumduci Albanorum exercitum, ut Fidenatium nuda terga
inuadat. idem imperat, ut haſtas equites erigere iubeat. id factum, magnae parti pedi-
tum Romanorum cõſpectum abeuntis Albani exercitus interſaepſit. qui uiderãt, id quod
ab rege auditum erat, rati, eo acrius pugnant. terror ad hoſtes tranſit: & audiuerant cla-
ra uoce dictum: & magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi Romanis eſſent, latine
ſciebant. itaque, ne ſubito ex collibus decurſu Albanorum intercluderentur ab oppido,
terga uertunt. inſtat Tullus; fuſoq. Fidenatium cornu, in Veientem, alieno pauore per-
culſum, ferócior redit. nec illi tulere impetum: ſed ab effuſa fuga flumen obiectum a
tergo arcebat: quo poſtquam fuga inclinauit, alij, arma foede iactantes, in aquam cae-
ci ruebant: alij, dum cunctantur in ripis, inter fugae pugnaeque conſilium oppreſſi. non
alias ante Romana pugna atrocior fuit. tum Albanus exercitus, ſpectator certaminis,
D deductus in campos. Metius Tullo deuictos hoſtes gratulatur. contra Tullus Metium
benigne alloquitur: quod bene uertat, caſtra Albanos Romanis caſtris iungere iubet: ſa-
crificium luſtrale in diem poſterum parat. ubi illuxit, paratis omnibus, ut aſſolet, uoca-
ri ad concionem utrumque exercitum iubet. praecones ab extremo orſi, primos exciue-
re Albanos. hi nouitate etiam rei moti, ut regem Romanum concionantem audirent,
proximi conſtitere. ex compoſito armata circumdatur Romana legio. centurionibus da-
tum negotium erat, ut ſine mora imperia exſequerentur. tum ita Tullus infit. Romani, ſi
unquam ante alias ullo in bello fuit, quod primum dijs immortalibus gratias ageretis,
deinde ueſtrae ipſorum uirtuti, heſternum id proelium fuit. dimicatum eſt enim nõn
magis cum hoſtibus, quam, quae dimicatio maior ac periculoſior eſt, cum proditione
ac perfidia ſociorum. nam, ne uos falſa opinio teneat, iniuſſu meo Albani ſubiere ad
E montes: nec imperium illud meum, ſed conſilium, & imperij ſimulatio fuit: ut nec,
uobis ignorantibus deſeri uos, auerteretur a certamine animus; & hoſtibus, circumue-
niri ſe ab tergo ratis, terror ac fuga inijceretur. nec ea culpa, quam arguo, omnium Al-
banorum eſt. ducem ſecuti ſunt: ut & uos, ſi quo ego inde agmen declinare uoluiſſem,
feciſſetis. Metius ille eſt ductor itineris huius, Metius idem huius machinator belli,
Metius foederis Romani Albanique ruptor. audeat deinde talia alius, niſi in hunc inſi-
gne iam documentum mortalibus dedero. centuriones armati Metium circumſiſtunt.
rex cetera, ut orſus erat, peragit. Quod bonum, fauſtum, felixq. ſit populo R. ac mihi, uo-
biſque Albani, populum omnem Albanum Romam tranſducere in animo eſt; ciuitatem
dare plebi, primores in patres legere; unam urbem, unam rempub. facere: ut ex uno
quondam in duos populos diuiſa Albana res eſt, ſic nunc in unum redeat. Ad haec Albana

pubes

pubes inermis ab armatis ſaepta, in uarijs uoluntatibus, communi tamen metu cogente, F
ſilentium tenet. tum Tullus, Meti Fufeti, inquit, ſi ipſe diſcere poſſes fidem ac foedera
ſeruare, uiuo tibi ea diſciplina a me adhibita eſſet. nunc, quoniam tuum inſanabile inge-
nium eſt, tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſancta credere, quae a te uiolata ſunt.
ut igitur paullo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem geſſiſti, ita
iam corpus paſſim diſtrahendum dabis. Exinde duabus admotis quadrigis, in currus ea-
rum diſtentum illigat Metium. deinde in diuerſum iter equi concitati, lacerum in utro-
que curru corpus, qua inhaeſerant uinculis membra, portantes. auertere omnes a tanta
foeditate ſpectaculi oculos. primum, ultimumque illud ſupplicium apud Romanos, exē-
pli parum memoris legum humanarum, fuit: in alijs gloriari licet, nulli gentium mitiores
placuiſſe poenas. Inter haec iam praemiſſi Albam erant equites, qui multitudinem tranſdu
cerent Romam. legiones deinde ductae ad diruendam urbem. quae ubi intrauere portas, G
non quidem fuit tumultus ille, nec pauor, qualis captarum eſſe urbium ſolet, cum, effra-
ctis portis, ſtratisue ariete muris, aut arce ui capta, clamor hoſtilis, & curſus per urbem
armatorum omnia ferro flammaque miſcet: ſed ſilentium triſte, ac tacita maeſtitia ita de-
fixit omnium animos, ut, prae metu obliti quid relinquerent, quid ſecum ferrent, defi-
ciente conſilio, rogitantesque alij alios, nunc in liminibus ſtarent, nunc errabundi do-
mos ſuas ultimum illud uiſuri peruagarentur. ut uero iam equitum clamor exire iuben-
tium inſtabat; iam fragor tectorum, quae diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur;
puluisque ex diſtantibus locis ortus, uelut nube inducta, omnia impleuerat: raptim qui-
bus quiſque poterat elatis, cum Larem ac Penates, tectaq. in quibus natus quiſque edu-
catusq. eſſet relinquentes exirent, iam continens agmen migrantium impleuerat uias: &
conſpectus aliorum mutua miſeratione integrabat lacrymas: uocesq. etiam miſerabiles H
exaudiebantur, mulierum praecipue, cum obſeſſa ab armatis templa auguſta praeterirent,
ac uelut captos relinquerent deos. Egreſſis urbem Albanis, Romanus paſſim publica
priuataq. omnia tecta adaequat ſolo: unaq. hora quadringentorum annorum opus, qui-
bus Alba ſteterat, excidio ac ruinis dedit. templis tamen deûm (ita enim edictum ab re-
ge fuerat) temperatum eſt. Roma interim creſcit Albae ruinis: duplicatur ciuium nume-
rus: Coelius additur urbi mons: &, quo frequentius habitaretur, eam ſedem Tullus re-
giae capit, ibiq. deinde habitauit. Principes Albanorum in patres, ut ea quoque pars rei-
publicae creſceret, legit Iulios, Seruilios, Quinctios, Geganios, Curatios, Cloelios:
templumque ordini ab ſe aucto curiam fecit, quae Hoſtilia uſque ad patrum noſtrorum
aetatem appellata eſt. &, ut omnium ordinum uiribus aliquid ex nouo populo adijce-
retur, equitum decem turmas ex Albanis legit. legiones & ueteres eodem ſupplemento I
expleuit, & nouas ſcripſit Hac fiducia uirium Tullus Sabinis bellum indicit, genti ea tem
peſtate ſecundum Etruſcos opulentiſſimae uiris armisque. utrimque iniuriae factae, ac res
nequidquam erant repetitae. Tullus, ad Feroniae fanum mercatu frequenti negotiatores
Romanos comprehenſos, querebatur: Sabini, ſuos prius in lucum confugiſſe, ac Romae
retentos. hae cauſſae belli ferebantur. Sabini haud parum memores, & ſuarum uirium par-
tem Romae ab Tatio locatam, & Romanam rem nuper etiam adiectione populi Albani au
ctam, circumſpicere & ipſi externa auxilia. Etruria erat uicina, proximi Etruſcorum
Veientes. inde ob reſiduas bellorum iras maxime ſolicitatis ad defectionem animis, uo-
luntarios traxere. & apud uagos quoſdam ex inopi plebe etiam merces ualuit. publico
auxilio nullo adiuti ſunt. ualuitque apud Veientes (nam de ceteris minus mirum eſt)
pacta cum Romulo induciarum fides. cum bellum utrimque ſumma ope pararetur; uer- K
tique in eo res uideretur, utri prius arma inferrent; occupat Tullus in agrum Sabinum
tranſire. pugna atrox ad ſiluam Malitioſam fuit: ubi & peditum quidem robore, cete-
rum equitatu, aucto nuper, plurimum Romana acies ualuit. ab equitibus repente in-
uectis turbati ordines ſunt Sabinorum. nec pugna deinde illis conſtare, nec fuga expli-
cari ſine magna caede potuit. Deuictis Sabinis, cum in magna gloria, magnisque opi-
bus regnum Tulli, ac tota res Romana eſſet; nunciatum regi, patribusq. eſt, in monte
Albano lapidibus pluiſſe: quod cum credi uix poſſet, miſſis ad id uiſendum prodigium, in
conſpectu haud aliter, quam cum grandinem uenti glomeratam in terras agunt, crebri ce-
cidere caelo lapides. uiſi etiam audire uocem ingentem ex ſummi cacuminis luco, ut pa-
trio ritu ſacra Albani facerent, quae uelut dijs, quoque ſimul cum patria relictis, obliuioni
dederant;

A dedetant; & aut Romana ſacra ſuſceperant, aut fortunae, ut fit, obirati cultum reliquerant deum. Romanis quoque ab eodem prodigio Nouemdiale ſacrum publice ſuſceptum eſt, ſeu uoce caeleſti ex Albano monte miſſa, (nam id quoque traditur) ſeu haruſpicum monitu. mãſit certe ſollemne, ut, quandocumque idem prodigium nunciaretur, feriae per nouem dies agerentur. Haud ita multo poſt peſtilentia laboratum eſt. unde cum pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur a bellicoſo rege, ſalubriora etiam credente militiae, quam domi, iuuenum corpora eſſe; donec ipſe quoque longinquo morbo eſt implicitus. tunc adeo fracti ſimul cum corpore ſunt ſpiritus illi feroces, ut, qui nihil ante ratus eſſet minus regium, quam ſacris dedere animum, repente omnibus magnis paruiſq. ſuperſtitionibus obnoxius degeret, religionibuſq. etiã populum impleret. uulgo iam homines eum ſtatum rerum, qui ſub Numa rege fuerat, requirentes,

NOVENDIALE SACRVM

PESTILENTIA

B unam opem aegris corporibus relictam, ſi pax ueniaq ab dijs impetrata eſſet, credebant. ipſum regem tradunt uoluentem commentarios Numae, cum ibi quaedam occulta ſollemnia ſacrificia Ioui Elicio facta inueniſſet, operatũ his ſacris ſe abdidiſſe: ſed non rite initum aut curatum id ſacrum eſſe: nec ſolum nullam ei oblatam caeleſtium ſpeciem, ſed ira Iouis ſolicitati praua religione, fulmine ictum cum domo conflagraſſe. Tullus magna gloria belli regnauit annos duos & triginta. Mortuo Tullo, res, ut inſtitutum iam inde ab initio erat, ad patres redierat, hiq. interregem nominauerant: quo comitia habente, Ancum Marcium regem populus creauit: patres fuere auctores. Numae Pompilij regis nepos filia ortus Ancus Marcius erat. qui ut regnare coepit, & auitae gloriae memor, & quia proximum regnũ, cetera egregium, ab una parte haud ſatis proſperum fuerat, aut neglectis religionibus, aut praue cultis; longeq. antiquiſſimum ratus ſacra publica, ut ab

C Numa inſtituta erant, facere; omnia ea ex commentarijs regis pontificem maximum, in album relata, proponere in publico iubet. inde & ciuibus otij cupidis, & finitimis ciuitatibus facta ſpes, in aui mores atque inſtituta regem abiturum. igitur Latini, cum quibus Tullo regnante ictum foedus erat, ſuſtulerant animos: & cum incurſionem in agrum Romanum feciſſent, repetentibus res Romanis ſuperbe reſponſum reddunt, deſidem Romanum regem inter ſacella & aras acturum eſſe regnum rati. medium erat in Anco ingeniũ, & Numae, & Romuli memor: &, praeterquam quod aui regno magis neceſſariam fuiſſe pacem credebat, cum in nouo, tum feroci populo, etiam, quod illi contigiſſet otium, ſine iniuria id ſe haud facile habiturum: tentari patientiam, & tentatam contemni: temporaq. eſſe Tullo regi aptiora, quam Numae. ut tamen, quoniam Numa in pace religiones inſtituiſſet, a ſe bellicae caerimoniae proderẽtur; nec gererentur ſolum, ſed etiam indicerẽtur

ἀμβολὴν

inter ^

RERUM REPETENDARUM FORMULA.

D bella aliquo ritu; ius ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc fetiales habent, deſcripſit, quo res repetuntur. Legatus ubi ad fines eorum uenit, unde res repetuntur, capite uelato, (filum lanae uelamen eſt) Audi Iuppiter, inquit, audite fines, (cuiuſcumque gentis ſunt, nominat) audiat fas. ego ſum publicus nuncius populi Romani, iuſte pieq. legatus uenio: uerbiſq meis fides ſit. Peragit deinde poſtulata. inde Iouem teſtem facit: Si ego iniuſte, impieq. illos homines, illaſq res dedier populo Romano mihiq. expoſco, tum patriae compotem me numquam ſinas eſſe. Haec, cum fines ſupraſcandit, haec, quicumque ei primus uir obuius fuerit, haec, portam ingrediens, haec, forum ingreſſus, paucis uerbis carminis, concipiendiq. iuriſiurandi mutatis, peragit. ſi non deduntur quos expoſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſollemnes ſunt) peractis, bellum ita indicit: Audi Iuppiter, & tu Iuno: Quirine, dijq. omnes caeleſtes, uoſq terreſtres, uoſq. inferni audite: Ego uos

filo l.v.

ſiris l.v.

E teſtor, populum illum (quicumque eſt, nominat) iniuſtum eſſe, neque ius perſoluere. ſed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus, quo pacto ius noſtrum adipiſcamur. Cum is nuncius Romam ad conſulendum redit, confeſtim rex his ferme uerbis patres conſulebat: Quarum rerum, litium, cauſſarum condixit paterpatratus populi Romani Quiritium patripatrato priſcorum Latinorum, hominibuſq priſcis Latinis, quas res nec dederunt, nec ſoluerunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, ſolui oportuit, dic, inquit ei, quem primum ſententiam rogabat, quid cenſes? Tum ille: Puro pioq duello quaerendas cenſeo, itaq. conſentio, conſciſcoque. Inde ordine alij rogabantur: quandoque pars maior eorum, qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat conſenſu fieri ſolitum: ut fetialis haſtam ferratam, aut ſanguineam praeuſtam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus praeſentibus diceret: Quod populi priſcorum Latinorum hominesq.

Res lis, cauſa, apud Iuriſconſultos prope idem ſignificant. Sed in formulis congerebantur ad ambiguitatem tollendam. condicere eſt denunciare. ut Iuriſconſulti loquuntur petere aliquid ac ratione perſonali. in hac autem formula ſubaudiendum eſt ergo.

x ita enim olim uocabant bella

priſci Latini aduerſus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod popu F
lus Romanus Quiritium bellum cum priſcis Latinis iuſſit eſſe ſenatusq. populi Romani
Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem
ego, populusq. Romanus populis priſcorum Latinorum, hominibusq. priſcis Latinis bel
lum indico, facioque. Id ubi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab
Latinis repetitae res, ac bellum indictum: moremq. eum poſteri acceperunt. Ancus, de-
mandata cura ſacrorum flaminibus, ſacerdotibusq. alijs, exercitu nouo conſcripto, profe
ctus Politorium, urbem Latinorum, ui cepit. ſecutusq. morem regum priorum, qui rem
Romanam auxerāt hoſtibus in ciuitatem accipiendis, multitudinē omnem Romam tranſ-
duxit et cū circa Palatium ſedem ueteres Romani, Sabini Capitolium, atque arcem, Coe-
lium mōtem Albani impleſſent: Auentinum nouae multitudini datum. additi eidem haud
ita multo poſt, Tellenis Ficanaq. captis, noui ciues. Politorium inde rurſus bello repeti- G
tum, quod uacuum occupauerant priſci Latini. eaq. cauſſa diruēdae urbis eius fuit Roma
nis, ne hoſtium ſemper receptaculū eſſet. poſtremo, omni bello Latino Medulliam com-
pulſo, aliquandiu ibi marte incerto, uaria uictoria pugnatum eſt. nam & urbs tuta muni-
tionibus, praeſidioq. firmata ualido erat; & caſtris in aperto poſitis, aliquoties exercitus
Latinus cominus cum Romanis ſigna contulerat. Ad ultimum omnibus copijs conni-
xus Ancus, acie primum uincit, inde ingenti praeda potitus Romam redit, tum quoque
multis millibus Latinorum in ciuitatem acceptis. quibus, ut iungeretur Palatio Auenti-
num, ad Murciae datae ſedes. Ianiculum quoque adiectum, non inopia loci, ſed ne quan-
do ea arx hoſtium eſſet. id non muro ſolum, ſed etiam ob commoditatem itineris, pon-
te Sublicio, tum primum in Tiberim facto, coniungi urbi placuit. Quiritium quoque foſ-
ſa, haud paruum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus eſt. Ingenti in- H
cremento rebus auctis, cum in tanta multitudine hominum, diſcrimine recte an perperam
facti confuſo, facinora clandeſtina fierent, carcer ad terrorem increſcentis audaciae me-
dia urbe imminens foro aedificatur. Nec urbs tantum hoc rege creuit, ſed etiam ager, fi-
nesq. ſilua Maeſia Veientibus adempta, uſque ad mare imperium prolatum: & in ore Ti-
beris Oſtia urbs condita: ſalinae circa factae: egregieq. rebus bello geſtis, aedes Iouis Fere
trij amplificata. Anco regnante, Lucumo, uir impiger, ac diuitijs potens, Romam com-
migrauit, cupidine maxime ac ſpe magni honoris, cuius adipiſcendi Tarquinijs (nam ibi
quoque peregrina ſtirpe oriundus erat) facultas non fuerat. Damarati Corinthij filius e-
rat: qui ob ſeditiones domo profugus, cum Tarquinijs forte conſediſſet, uxore ibi du-
cta duos filios genuit. nomina his Lucumo, atque Aruns ferunt. Lucumo ſuperfuit pa-
tri, bonorum omnium heres: Aruns prior, quam pater, moritur, uxore grauida relicta. I
nec diu manet ſuperſtes filio pater. qui cum ignorans nurum uentrem ferre, immemor in
teſtando nepotis deceſſiſſet; puero poſt aui mortem, in nullam ſortem bonorum nato, ab
inopia Egerio inditum nomen. Lucumoni contra omnium heredi bonorum, cum diuitiae
iam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, ſummo loco nata, & quae
haud facile ijs, in quibus nata erat, humiliora ſineret. ea cum innupſiſſet, ſpernentibus
Etruſcis Lucumonem exſule aduena ortum, ferre indignitatem non potuit; oblitaq. inge-
nitae erga patriam caritatis, dummodo uirum honoratum uideret, conſilium migrandi ab
Tarquinijs cepit. Roma eſt ad id potiſſimum uiſa. in nouo populo, ubi omnis repentina,
atque ex uirtute nobilitas ſit, futurum locum forti ac ſtrenuo uiro: regnaſſe Tatium Sabi-
num: accerſitum in regnum Numam a Curibus: & Ancum Sabina matre ortum, nobilem
que una imagine Numae eſſe. facile perſuadet, ut cupido honorum, & cui Tarquinij ma- K
terna tantum patria eſſet. ſublatis itaque rebus commigrant Romam. Ad Ianiculum for-
te uentum erat. ibi ei, carpento ſedenti cum uxore, aquila ſuſpenſis demiſſa leniter alis
pileum aufert; ſuperq carpentum cum magno clangore uolitans, rurſus, uelut miniſterio
diuinitus miſſa, capiti apte repo nit: inde ſublimis abijt. accepiſſe id augurium laeta dicitur
Tanaquil, perita, ut uulgo Etruſci, caeleſtium prodigiorum mulier. excelſa & alta ſupera-
re complexa uirum iubet. eam alitem, ea regione caeli, & eius dei nunciam ueniſſe: circa
ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe: leuaſſe humano ſuperpoſitum capiti decus,
ut diuinitus eidem redderet. Has ſpes cogitationesque ſecum portantes, urbem ingreſſi
ſunt; domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium edidere nomen. [redacted] Romanis con
ſpicuum cum nouitas, diuitiaeque faciebant; & ipſe quoque fortunam, benigno alloquio,
comitate

A comitate inuitandi, beneficijsque quos poterat ſibi conciliando, adiuuabat; donec in regiam quoque de eo fama perlata eſt. notitiamque eam breui, apud regem liberaliter dextereque obeundo officia, in familiaris amicitiae adduxerat iura; ut publicis pariter, ac priuatis conſilijs bello domique intereſſet; & per omnia expertus, poſtremo tutor etiam liberis regis teſtamento inſtitueretur. Regnauit Ancus annos quattuor & uiginti, cuilibet ſuperiorum regum belli pacisque & artibus & gloria par. Iam filij prope puberē aetatem erant. eo magis Tarquinius inſtare, ut quamprimum comitia regi creando fierēt: quibus indictis, ſub tempus pueros uenatum ablegauit. isque primus & petiſſe ambitioſe regnum, & orationem dicitur habuiſſe ad conciliandos plebis animos compoſitam: Cum ſe non rem nouam petere, quippe qui nō primus, quod quiſquam indignari mirariue poſſet, ſed tertius Romae peregrinus regnum affectet: & Tatium non ex peregrino ſolum, ſed etiā

B ex hoſte regem factum: & Numam ignarum urbis, non petentem in regnum ultro accitū: ſe, ex quo ſui potens fuerit, Romam cum coniuge ac fortunis omnibus commigraſſe: maiorem partem aetatis eius, qua ciuilibus officijs fungantur homines, Romae ſe, quam in uetere patria, uixiſſe: domi militiaeq. ſub haud paenitēdo magiſtro, ipſo Anco rege, Romana ſe iura, Romanos ritus didiciſſe: obſequio & obſeruātia in regem cū omnibus, benignitate erga alios cum rege ipſo certaſſe. Haec eum haud falſa memorantem, ingēti conſenſu populus Romanus regnare iuſſit. Ergo uirum cetera egregium, ſecuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio eſt. nec minus regni ſui firmandi, quam augendae rei publicae memor, centum in patres legit; qui deinde Minorum gentium ſunt appellati; factio haud dubia regis, cuius beneficio in curiam uenerant. Bellum primum cum Latinis geſſit; & opidum ibi Appiolas ui cepit; praedaq. inde maiore, quam quanta belli fama

C fuerat, reuecta, ludos opulentius inſtructiusque, quam priores reges, fecit. tum primum circo, qui nunc Maximus dicitur, deſignatus locus eſt. loca diuiſa patribus, equitibusque, ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent, Fori appellati. ſpectauere, furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. ludicrum fuit, equi, pugileſq. ex Etruria maxime acciti. ſollemnes deinde annui manſere ludi, Romani, Magniq. uarie appellati. ab eodē rege & circa forū priuatis aedificanda diuiſa ſunt loca; porticus, tabernaeq. factae. muro quoq. lapideo circumdare urbem parabat, cum Sabinum bellū coeptis interuenit. adeoq. ea ſubita res fuit, ut prius Anienem tranſirent hoſtes, quam obuiam ire, ac prohibere exercitus Romanus poſſet: itaq. trepidatū Romae eſt & primo dubia uictoria, magna utrimq. caede pugnatum eſt. reductis deinde in caſtra hoſtium copijs, datoq ſpatio Romanis ad comparandum de integro bellum, Tarquinius equitem maxime ſuis deeſſe uiribus ratus, ad Ra-

D mnenſes, Tatiēſes, Luceres, quas cēturias Romulus ſcripſerat, addere alias cōſtituit, ſuoque inſignes relinquere nomine. id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Attius Nauius, inclytus ea tempeſtate augur, neque mutari, neque nouum cōſtitui, niſi aues addixiſſent, poſſe. ex eo ira regi mota: eludensq artē, ut ferūt, Agedū, inquit, deinde tu, inaugura, fierine poſſit quod nunc ego mente concipio. cum ille, in augurio rem expertus, profecto futurā dixiſſet: Atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem diſciſſurum: cape haec, & perage quod aues tuae fieri poſſe portendunt. tū illū haud cunctanter diſcidiſſe cotē ferūt. Statua Attij poſita, capite uelato, quo in loco res acta eſt, in Comitio, in gradibus ipſis, ad laeuā curiae fuit. cotem quoq. eodē loco ſitā fuiſſe memorant; ut eſſet ad poſteros miraculi eius monumentum. augurijs certe, ſacerdotioq. augurū tantus honos acceſsit, ut nihil belli domiq. poſtea, niſi auſpicato, gererēt; cōcilia populi, exercitus uocati, ſumma re-

E rum, ubi aues non admiſiſſent, dirimerentur. Neq. tū Tarquinius de equitū centurijs quid quā mutauit: numero tantū alterum adiecit; ut ∞ DCCC equites in tribus cēturijs eſſent. poſteriores modo ſub ijſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt. quas nunc, quia geminatae ſunt, ſex uocat centurias. Hac parte copiarū aucta, iterū cum Sabinis confligitur. ſed, praeterquam quod uiribus creuerat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus, miſsis qui magnam uim lignorū, in Anienis ripa iacentē, ardentē in flumē cō ijcerent: uentoq. iuuante accenſa ligna, & pleraque in ratibus impacta, ſublicis cū haererent, pōtem ſuccēdūt ea quoq. res in pugna terrorē attulit Sabinis, effuſis eadē fugam impediit: multiq. mortales, cū hoſtē effugiſſent, in flumine ipſo periere. quorum fluitantia arma ad urbem cognita in Tiberi prius paene quam nūciari poſſet, inſignē uictoriam fecere. Eo proelio praecipua equitum gloria fuit. utrimque a cornibus poſitos, cum iam pellere-

tur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe ab lateribus ferunt, ut non ſiſterent modo F Sabinas legiones ferociter inſtantes cedentibus, ſed ſubito in fugam uerterent. montes effuſo curſu Sabini petebant, & pauci tenuere: maxima pars, ut ante dictum eſt, ab equitibus in flumen acti ſunt. Tarquinius inſtandum perterritis ratus, praeda captiuisq. Romã miſſis, ſpolijs hoſtium (uotũ id Vulcano erat) ingenti cumulo accẽſis, pergit porro in agrũ Sabinum exercitũ inducere. & quamquam male geſta res erat, nec geſturos melius ſperare poterant: tamen, quia conſulendi res non dabat ſpatium, iere obuiam Sabini tumultuario milite: iterumq. ibi fuſi, perditis iam prope rebus, pacẽ petiere. Collatia, & quidquid citra Collatiam agri erat, Sabinis ademptũ. Egerius (fratris hic filius erat regis) Collatiae in praeſidio relictus. deditosq. Collatinos ita accipio, eamq. deditionis formulã eſſe. Rex interrogauit: Eſtis ne uos legati oratoresq miſſi a populo Collatino, ut uos populũ Collatinum dederetis? Sumus. Eſt ne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditis ne uos G populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, uteſilia diuina humanaq. omnia in meam populiq. Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio. Bello Sabino perfecto, Tarquinius triumphans Romam redijt. inde priſcis Latinis bellum fecit. ubi nuſquam ad uniuerſae rei dimicationem uentum eſt: ad ſingula opida circumferẽdo arma, nomen omne Latinum domuit. Corniculum, Ficulnea uetus, Cameria, Cruſtumerium, Ameriola, Medullia, Nomẽtum, haec de priſcis Latinis, aut qui ad Latinos defecerãt, capta opida. pax deinde eſt facta. Maiore inde animo pacis opera inchoata, quam quanta mole geſſerat bella; ut non quietior populus domi eſſet, quam militiae fuiſſet. nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, qua nõdum munierat, cingere parat: & infima urbis loca circa forum, aliasq interiectas collibus conualles, quia ex planis locis haud facile euehebant aquas, cloacis e faſtigio in Tiberim ductis ſiccat: & aream H ad aedẽ in Capitolio Iouis, quam uouerat bello Sabino, iam praeſagiẽte animo futuram olim amplitudinẽ loci, occupat fundamẽtis Eo tempore in regia prodigiũ uiſu euentu q. mirabile fuit. Puero dormienti, cui Ser. Tullio nomen fuit, caput arſiſſe ferunt multorum in conſpectu: plurimo igitur clamore inde de tantae rei miraculum orto, excitumque regem: & cum quidam familiarium aquam ad reſtinguendum ferret, ab regina retentum, ſedatoq. iam tumultu, moueri uetuiſſe puerum, donec ſua ſponte experrectus eſſet: mox cũ ſomno & flammam abijſſe. tum abducto in ſecretum uiro Tanaquil, Vides ne tu puerum hunc, inquit, quem tam humili cultu educamus? ſcire licet hunc columen quondam rebus noſtris dubijs futurum, praeſidiumq. regiae afflictae. proinde materiem ingentis publice priuatimq. decoris, omni indulgentia noſtra nutriamus. Inde puerum liberum loco coeptũ haberi, erudiriq. artibus, quibus ingenia ad magnae fortunae cultũ excitantur. I Euenit facile, quod dijs cordi eſſet. iuuenis euaſit uere indolis regiae. nec, cũ quaereretur gener Tarquinio, quiſquam Romanae iuuẽtutis ulla arte conferri potuit; filiamq ei ſuam rex deſpondit. Hic quacumque de cauſſa tantus illi honos habitus credere prohibet ſerua natum eum, paruumq. ipſum ſeruiſſe. eorum magis ſententiae ſum, qui, Corniculo capto, Ser. Tullij, qui princeps in illa urbe fuerat, grauidam uiro occiſo uxorem, cum inter reliquas captiuas cognita eſſet, ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt ſeruitio, partũ Romae edidiſſe in Priſci Tarquinij domo: inde tanto beneficio & inter mulieres familiaritatem auctam; & puerum, ut in domo a paruo educatum, in caritate atq. honore fuiſſe: fortunam matris, quod, capta patria, in hoſtium manus uenerit, ut ſerua natus crederetur, feciſſe. Duodequadrageſimo ferme anno, ex quo regnare coeperat Tarquinius, non apud regem modo, ſed apud patres plebemq. longe maximo honore Ser. Tullius erat. tum Anci filii duo etſi antea ſemper pro indigniſſimo habuerant, ſe patrio regno K tutoris fraude pulſos, regnare Romae aduenam, non modo uicinae, ſed ne Italicae quidem ſtirpis: tum impenſius his indignitas creſcere, ſi ne ab Tarquinio quidem ad ſe rediret regnum, ſed praeceps inde porro ad ſeruitia caderet: ut in eadem ciuitate poſt centeſimum fere annum, quam Romulus, deo prognatus, deus ipſe tenuerit regnum, donec in terris fuerit, id Seruius, ſerua natus, poſſideat: tum commune Romani nominis, tum praecipue id domus ſuae dedecus fore, ſi, Anci regis uirili ſtirpe ſalua, nõ modo aduenis, ſed ſeruis etiam regnũ Romae pateret. ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt, ſed & iniuriae dolor in Tarquiniũ ipſum magis, quam in Seruiũ eos ſtimulabat: & quia grauior ultor caedis, ſi ſupereſſet, rex futurus erat, quam priuatus: & quia, Seruio occiſo, quemcumque

alium

FORMVLA DEDITIONIS

A alium generum delegiſſet, eundem regni heredem facturus uidebatur. ob haec ipſi regi inſidiae parantur. Ex paſtoribus duo ferociſſimi delecti ad facinus, quibus conſueti erant uterque agreſtibus ferramētis, in ueſtibulo regiae quam potuere tumultuoſiſſime ſpecie rixae in ſe omnes apparitores regios conuertunt. inde, cū ambo regem apppellarent, clamorq. eorum penitus in regiam perueniſſet, uocati ad regem pergunt. primo uterque uociferari, & certatim alter alteri obſtrepere. coerciti ab lictore, & iuſſi inuicem dicere, tandem obloqui deſiſtunt. unus rem ex compoſito orditur. dum intentus in eum ſe rex totus auerteret, alter elatam ſecurim in caput deiecit: relictoq. in uulnere telo, ambo ſe foras eijciunt. Tarquinium moribundum cum, qui circa erant, excepiſſent; illos fugientes lictores comprehendunt. clamor inde, concurſusq. populi, mirantium quid rei eſſet. Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet, arbitros eijcit: ſimul, quae curādo uulneri opus ſunt, tā

B quam ſpes ſubeſſet, ſedulo comparat: ſimul, ſi dēſtituat ſpes, alia praeſidia molitur. Seruio propere accito cum paene exanguem uirum oſtendiſſet, dextram tenens, orat, ne inultam mortem ſoceri, ne ſocrum inimicis ludibrio eſſe ſinat. Tuum eſt, inquit, Serui, ſi uir es, regnum; non eorum, qui alienis manibus peſſimum facinus fecere. erige te, deosq. duces ſequere; qui, clarū hoc fore caput, diuino quondam circumfuſo igni portenderunt. nunc te illa caeleſtis excitet flāma: nunc expergiſcere uere. & nos peregrini regnauimus. qui ſis, nō unde natus ſis, reputa. ſi tua, re ſubita, conſilia torpent; at tu mea conſilia ſequere. Cum clamor impetusq. multitudinis uix ſuſtineri poſſet, ex ſuperiore parte aediū per feneſtras in nouam uiam uerſas (habitabat enim rex ad Iouis Statoris) populū Tanaquil alloquitur: iubet bono animo eſſe: ſopitū fuiſſe regem ſubito ictu: ferrum haud alte in corpus deſcēdiſſe: iam ad ſe rediſſe: inſpectum uulnus abſterſo cruore: omnia ſalubria eſſe: confidere, pro

C pediem ipſum eos uiſuros: interim Ser. Tullio iubere populum dicto audientem eſſe: eum iura redditurum, obiturumq. alia regis munia eſſe. Seruius cū trabea & lictoribus prodit; ac ſede regia ſedens alia decernit, de alijs cōſulturum ſe regem eſſe ſimulat. itaque per aliquot dies, cum iam exſpiraſſet Tarquinius, celata morte, per ſpeciē alienae fungēdae uicis ſuas opes firmauit tum demum palam facta ex cōploratione in regia orta, Seruius praeſidio firmo munitus, primus iniuſſu populi, uoluntate patrum regnauit. Anci liberi, iā tum comprehenſis ſceleris miniſtris, ut, uiuere regem, & tantas eſſe opes Seruij, nūciatum eſt, Sueſſam Pometiam exſulatum ierant. Nec iam publicis magis auxilijs Seruius, quā priuatis munire opes: &, ne, qualis Anci liberum animus aduerſus Tarquinium fuerat, talis aduerſus ſe Tarquinij liberum eſſet, duas filias iuuenibus regijs, Lucio atque Arunti Tarquinijs, iungit. nec rupit tamen fati neceſſitatem humanis conſilijs, quin inuidia regni etiā in

D ter domeſticos infida omnia atque infeſta faceret. Peropportune ad praeſentis quietē ſtatus bellum cum Veientibus, (iam enim induciae exierant) alijsq. Etruſcis ſumptum. in eo bello & uirtus, & fortuna enituit Tullij. fuſoq. ingenti hoſtium exercitu, haud dubius rex, ſeu patrum, ſeu plebis animos periclitaretur, Romam redijt. aggrediturq. inde pacis lōge maximum opus; ut, quemadmodum Numa diuini auctor iuris fuiſſet, ita Seruium cōditorem omnis in ciuitate diſcriminis, ordinūque, quibus inter gradus dignitatis, fortunaeq. aliquid interlucet, poſteri fama ferrent. cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli, pacisq. munia non uiritim, ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. tum claſſes, centuriasque, & hunc ordinē ex cenſu deſcripſit, uel paci decorum, uel bello. Ex ijs, qui centum millium aeris, aut maiorem cenſum haberent, LXXX. confecit cēturias, quadragenas ſeniorum ac iuniorū. prima claſſis omnes appellati. ſeniores, ad

E urbis cuſtodiam ut praeſto eſſent; iuuenes, ut foris bella gererēt. arma his imperata, galea, clypeus, ocreae, lorica, omnia ex aere; haec ut tegumēta corporis eſſent; tela in hoſtem, haſtaque, & gladius. additae huic claſſi duae fabrū centuriae, quae ſine armis ſtipēdia facerēt. datum munus, ut machinas in bello ferrent. Secunda claſſis intra cētum uſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta. & ex his ſenioribus, iunioribusq. uiginti cōſcriptae centuriae: arma imperata, ſcutum pro clypeo, & praeter loricam omnia eadem. Tertiae claſſis millium quinquaginta cenſum eſſe uoluit. totidem centuriae & hae, eodemq. diſcrimine aetatum factae: nec de armis quidquam mutatum: ocreae tantum ademptae. In quarta claſſe cenſus quinque & uiginti milliū. totidem centuriae factae; arma mutata, nihil praeter haſtam & uerutum datum. Quincta claſſis aucta, centuriae triginta factae. fundas, lapideſq. miſſiles hi ſecum gerebant. in his accenſi, cornicines,

tubicineſq. in tres centurias diſtributi . undecim millibus haec claſſis cenſebatur . hoc mi- F
nor cenſus reliquam multitudinem habuit. inde una cẽturia facta eſt, immunis militia. Ita,
pedeſtri exercitu ornato, diſtributoque, equitum ex primoribus ciuitatis XII ſcripſit cen-
turias . ſex item alias centurias, tribus ab Romulo inſtitutis, ſub iiſdẽ, quibus inauguratae
erant, nominibus fecit . ad equos emendos dena millia aeris ex publico data: &, quibus
equos alerent, uiduae attributae, quae bina millia aeris in annos ſingulos pẽderẽt. haec o-
mnia in dites a pauperibus inclinata onera. Deinde eſt honos additus. non enim, ut ab Ro-
mulo traditum ceteri ſeruauerant reges, uiritim ſuffragium eadem ui, eodemque iure pro-
miſcue omnibus datum eſt; ſed gradus facti; ut neque excluſus quiſquam ſuffragio uidere-
tur, & uis omnis penes primores ciuitatis eſſet. equites enim uocabantur primi: LXXX
inde primae claſſis centuriae. ibi ſi uariaret, (quod raro incidebat) ut ſecũdae claſſis uocarẽ-
tur; nec fere unquam infra ita deſcenderent, ut ad infimos peruenirent. Nec mirari opor- G
tet, hunc ordinem, qui nunc eſt, poſt expletas quinque & XXX tribus, duplicato earum
numero, centurijs iuniorum, ſeniorumque ad inſtitutam ab Ser. Tullio ſummam non con-
uenire. quadrifariam enim urbe diuiſa regionibus, collibusque, quae habitabãtur partes,
tribus eas appellauit; ut ego arbitror, ab tributo. nam eius quoque aequaliter ex cenſu cõ-
ferendi ab eodem inita ratio eſt. neque hae tribus ad centuriarum diſtributionẽ numerũ-
que quidquam pertinuere. Cenſu perfecto, quem maturauerat metu legis de incenſis la-
tae, cum uinculorum minis mortiſque; edixit, ut omnes ciues Romani, equites peditesq.,
in ſuis quiſque centurijs, in campo Martio prima luce adeſſent. ibi inſtructum exercitum
omnem ſue, oue, taurilibus luſtrauit. idque conditum luſtrum appellatum: qui in cenſen-
do finis factus eſt. Millia LXXX eo luſtro ciuium cenſa dicuntur. adijcit ſcriptorum an-
tiquiſſimus Fabius Pictor, eorum, qui ferre arma poſſent, eum numerum fuiſſe. Ad eam H
multitudinem urbs quoque amplificanda uiſa eſt. addit duos colles, Quirinalem, Vimi-
nalemque. inde deinceps auget Eſquilias: ibique ipſe, ut loco dignitas fieret, habitat.
aggere, & foſſis, & muro circumdat urbem; ita pomerium profert. Pomerium, uerbi uim
ſolam intuentes, poſtmoerium interpretantur eſſe. eſt autem magis circamoerium, locus,
quem in condendis urbibus quondam Etruſci, qua murum ducturi erant, certis circa ter-
minis inaugurato conſecrabant: ut neque interiore parte aedificia moenibus continuarẽ-
tur, quae nunc uulgo etiam coniungunt; & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pa-
teret ſoli. Hoc ſpatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod poſt
murum eſſet, quam quod murus poſt id, Pomerium Romani appellarunt: & in urbis incre-
mento ſemper, quantum moenia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati profere-
bantur. Aucta ciuitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi & ad belli & ad pacis I
uſus, ne ſemper armis opes acquirerentur, conſilio augere imperiũ conatus eſt, ſimul &
aliquod addere urbi decus. Iam tum erat inclytum Dianae Epheſiae fanum. id cõmuniter
a ciuitatibus Aſiae factum fama ferebat. cum conſenſum, deoſq. conſociatos laudaret mi-
re Seruius inter proceres Latinorum, cum quibus publice priuatimq. hoſpitia amicitiaſq.
de induſtria iunxerat; ſaepe iterando eadem, perpulit tandem, ut Romae fanũ Dianae po-
puli Latini cum populo Romano facerent. ea erat confeſſio, caput rerum Romam eſſe: de
quo toties armis certatum fuerat. id quamquam omiſſum iam ex omniũ cura Latinorum
ob rem toties infeliciter tentatam armis, uidebatur; uni ſe ex Sabinis ſors dare uiſa eſt pri-
uato conſilio imperij recuperandi. Bos in Sabinis nata cuidam patri familias dicitur mirã-
da magnitudine ac ſpecie. fixa per multas aetates cornua in ueſtibulo tẽpli Dianae monu-
mentum ei fuere miraculo. habita, ut erat, res prodigij loco eſt. & cecinere uates, cuius ci- K
uitatis eã ciuis Dianae immolaſſet, ibi fore imperium. idq. carmẽ peruenerat ad antiſtitẽ
fani Dianae. Sabinuſq. ut primum apta dies ſacrificio uiſa eſt bouem Romã actam dedu-
cit ad fanum Dianae, & ante aram ſtatuit. ibi antiſtes Romanus, cum eum magnitudo ui-
ctimae celebrata fama mouiſſet, memor reſponſi, Sabinum ita alloquitur: Quidnam tu ho-
ſpes paras, inquit, inceſte ſacrificium Dianae facere? quin tu ante uiuo perfunderis flumine?
infima ualle praefluit Tiberis. Religione tactus, hoſpes, qui omnia, ut prodigio reſpõderet
euentus, cuperet rite facta, extemplo deſcendit ad Tiberim. interea Romanus immolat
Dianae bouem. id mire gratum regi, atque ciuitati fuit. Seruius, quamquam iam uſu haud
dubie regnum poſſederat; tamẽ, quia interdũ iactari uoces a iuuene Tarquinio audiebat,
ſe iniuſſu populi regnare, conciliata prius uoluntate plebis, agro capto ex hoſtibus uiritim

diuiſo,

A diuiſo,auſus eſt ferre ad populum,uellent,iuberentne ſe regnare.tantoq.conſenſu,quanto haud quiſquam alius ante, rex eſt declaratus. neque ea res Tarquinio ſpem affectandi regni minuit; immo eo impenſius,quia de agro plebis aduerſum patrũ uoluntatem ſenſerat agi,criminandi Seruij apud patres, creſcendique in curia ſibi occaſionem datam ratus eſt,& ipſe iuuenis ardentis animi,& domi uxore Tullia inquietum animum ſtimulante. tulit enim & Romana regia ſceleris tragici exemplum; ut taedio regum maturior ueniret libertas; ultimumque regnum eſſet, quod ſcelere partum foret. Hic L. Tarquinius Priſci Tarquinij regis filius neposne fuerit, parum liquet: pluribus tamen auctoribus filium crediderim. fratrem habuerat Aruntem Tarquinium, mitis ingenij iuuenem. his duobus, ut ante dictum eſt, duae Tulliae regis filiae nupſerant,& ipſae longe diſpares moribus. forte ita inciderat,ne duo uiolenta ingenia matrimonio iungerentur: fortuna,credo,populi Ro

B mani, quo diuturnius Seruij regnum eſſet, conſtituiq. ciuitatis mores poſſent. angebatur ferox Tullia,nihil materiae in uiro neque ad cupiditatem,neque ad audaciam eſſe. tota in alterum uerſa Tarquinium,eum mirari,eum uirum dicere,ac regio ſanguine ortum: ſpernere ſororẽ,quod uirum nacta,muliebri ceſſaret audacia. cõtrahit celeriter ſimilitudo eos, ut fere fit, malum malo aptiſſimum. ſed initium turbandi omnia a femina ortum eſt. ea ſecretis uiri alieni aſſuefacta ſermonibus,nullis uerborum cõtumelijs parcere de uiro ad fratrem, de ſorore ad uirum: & ſe rectius uiduam,& illum caelibem futurum fuiſſe contẽdere,quam cum impari iungi, ut elangueſcendum aliena ignauia eſſet: ſi ſibi eum,quo digna eſſet,dij dediſſent uirum,domi ſe propediem uiſuram regnum fuiſſe,quod apud patrem uideat. celeriter adoleſcentem ſuae temeritatis implet. Aruns Tarquinius,& Tullia maior, prope continuatis funeribus cum domos uacuas nouo matrimonio feciſſent, iungũtur nu

C ptijs, magis non prohibente Seruio, quam approbante. tum uero in dies infeſtior Tullij ſenectus, infeſtius coepit regnum eſſe. iam enim ab ſcelere ad aliud ſpectare mulier ſcelus; nec nocte, nec interdiu uirum conquieſcere pati, ne gratuita praeterita parricidia eſſent. Non ſibi defuiſſe cui nupta diceretur, nec cum quo tacita ſeruiret: defuiſſe qui ſe regno dignum putaret; qui meminiſſet ſe eſſe Priſci Tarquinij filium; qui habere, quam ſperare, regnum mallet. Si tu is es, cui nuptam eſſe me arbitror; & uirum, & regem appello: ſin minus; eo nunc peius mutata eſt res,quod iſtic cum ignauia eſt ſcelus. quin accingeris? nõ tibi ab Corintho,nec ab Tarquinijs,ut patri tuo,peregrina regna moliri neceſſe eſt. dij te penates, patrijque, & patris imago,& domus regia, & in domo regale ſolium, & nomen Tarquinium creat uocatque regem. aut,ſi ad haec parum eſt animi; quid fruſtraris ciuitatem? quid te ut regium iuuenem conſpici ſinis? faceſſe hinc Tarquinios,aut Co

D rinthum: deuoluere retro ad ſtirpem, fratri ſimilior, quam patri. His alijſque increpando iuuenem inſtigat. nec conquieſcere ipſa poteſt: ſi, cum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuiſſet animo,ut duo continua regna,uiro,ac deinceps genero, dediſſet; ipſa,regio ſemine orta,nullum momẽtum in dando adimendoque regno faceret. His muliebribus inſtinctus furijs Tarquinius, circumire & prehenſare minorum maxime gentiũ patres; admonere paterni beneficij,ac pro eo gratiam repetere: allicere donis iuuenes: ſũ de ſe ingentia pollicendo,tũ regis criminibus omnibus locis creſcere. poſtremo, ut iã agẽdae rei tempus uiſum eſt,ſtipatus agmine armatorum in forum irrupit. inde,omnibus perculſis pauore,in regia ſede pro curia ſedens,patres in curiam per praeconẽ ad regẽ Tarquinium citari iuſſit. Conuenere extemplo,alij iam ante ad hoc praeparati;alij metu,ne,nõ ueniſſe,fraudi eſſet;nouitate ac miraculo attoniti,& iã de Seruio actum rati. Ibi Tarquinius

E maledicta ab ſtirpe ultima orſus, Seruum, ſeruaq. natum poſt mortem indignam parentis ſui,non interregno,ut antea,inito,non comitiis habitis,non per ſuffragium populi,non auctoribus patribus,muliebri dono regnum occupaſſe: ita natum,ita creatum regem,fautorẽ infimi generis hominũ,ex quo ipſe ſit,odio alienae honeſtatis ereptũ primoribus agrũ ſordidiſſimo cuique diuiſiſſe: omnia onera,quae communia quõdam fuerint,inclinaſſe in primores ciuitatis: inſtituiſſe cẽſum,ut inſignis ad inuidiam locupletiorum fortuna eſſet, & parata,ubi uellet,egentiſſimis largiretur. Huic orationi Seruius cum interueniſſet,trepido nuncio excitatus; extemplo a ueſtibulo curiae magna uoce, Quid hoc, inquit, Tarquini rei eſt? qua tu audacia, me uiuo,uocare auſus es patres? aut in ſede conſidere mea? Cum ille ferociter ad haec, Se patris ſui tenere ſedem,multo, quam ſeruum,potiorem filium regis regni heredem; ſatis illum diu per licẽtiam eludentem inſultaſſe dominis: clamor

mor ab utriuſque fautoribus oritur; & concurſus populi fiebat in curiam: apparetque re- F
gnaturum, qui uiciſſet. Tum Tarquinius, neceſſitate iam etiam ipſa cogente ultima au-
dere, multo & aetate & uiribus ualidior, medium arripit Seruium; elatumque e curia, in in-
feriorem partem per gradus deijcit. inde ad cogendum ſenatum in curiam redit. fit fuga
regis apparitorum, atque comitum. ipſe prope exſanguis cum, ſemianime regio comitatu,
domum ſe reciperet, perueniſſetque ad ſummum Cyprium uicum, ab ijs, qui miſſi ab Tar-
quinio fugientem conſecuti erant, interficitur. creditur, quia non abhorret a cetero ſcele-
re, admonitu Tulliae id factum. carpento certe, id quod ſatis conſtat, in forum inuecta,
nec uerita coetum uirorum, euocauit uirum e curia, Regemq. prima appellauit. a quo fa-
ceſſere iuſſa ex tanto tumultu, cum ſe domum reciperet, perueniſſetque ad ſummum Cy-
prium uicum, ubi Dianium nuper fuit; flectente carpentum dextra in Virbium cliuum, ut
in collem Eſquiliarũ eueheretur, reſtitit pauidus, atque inhibuit frenos is, qui iumẽta age- G
bat, iacentemq. dominae Seruium trucidatum oſtendit. Foedum, inhumanumq. inde tra-
ditur ſcelus: monumentoq. locus eſt: Sceleratum uicum uocant: quo amens, agitantibus
furijs ſororis ac uiri, Tullia per patris corpus carpentum egiſſe fertur; partemq. ſanguinis
ac caedis paternae cruento uehiculo, cõtaminata ipſa reſperſaque tuliſſe ad penates ſuos,
uiriq. ſui; quibus iratis, malo regni principio ſimiles propediem exitus ſequerẽtur. Ser. Tul
lius regnauit annos quattuor & quadraginta, ita ut bono etiam moderatoque ſuccedẽti re
gi difficilis aemulatio eſſet. ceterum id quoque ad gloriam acceſſit, quod cum illo ſimul iu
ſta ac legitima regna occiderunt id ipſum tam mite, ac tam moderatum imperium, tamẽ,
quia unius eſſet, deponere eum in animo habuiſſe, quidã auctores ſunt, ni ſcelus inteſtinũ
liberandae patriae conſilia agitanti interueniſſet. Inde L. Tarquinius regnare occepit; cui
Superbo cognomen facta indiderunt; quia ſocerum gener ſepultura prohibuit, Romulum H
quoque inſepultum periſſe dictitans: primoreſq. patrum, quos Seruij rebus fauiſſe crede-
bat, interfecit. conſcius deinde, male quaerendi regni ab ſe ipſo aduerſus ſe exemplum ca
pi poſſe, armatis corpus circumſaepſit. neq. enim ad ius regni quidquam praeter uim ha-
bebat; ut qui neque populi iuſſu, neque auctoribus patribus regnaret. Eo accedebat, ut in
caritate ciuium nihil ſpei reponenti, metu regnum tutandum eſset. quem ut pluribus incu
teret, cognitiones capitalium rerum ſine conſiliis per ſe ſolus exercebat: perque eam cauſ-
ſam occidere, in exſilium agere, bonis multare poterat non ſuſpectos modo, aut inuiſos,
ſed unde nihil aliud, quam praedam, ſperare poſset. ita patrum praecipue numero imminu
to, ſtatuit nullos in patres legere; quo contemptior paucitate ipſa ordo eſset, minuſque
per ſe nihil agi indignarentur. Hic enim regum primus traditum a prioribus morem de
omnibus ſenatum conſulendi, ſoluit: domeſticis conſiliis rempublicam adminiſtrauit: bel I
lum, pacem, foedera, ſocietates per ſe ipſe cum quibus uoluit, iniuſsu populi ac ſenatus
fecit, diremitque. Latinorum ſibi maxime gentem conciliabat; ut peregrinis quoque o-
pibus tutior inter ciues eſset. neque hoſpitia modo cum primoribus eorum, ſed affinitates
quoque iungebat. Octauio Mamilio Tuſculano: is longe princeps Latini nominis erat,
ſi famae credimus, ab Vlyſſe deaque Circe oriundus: ei Mamilio filiam nuptum dat: per-
que eas nuptias multos ſibi cognatos amicoſque eius conciliat. Iam magna Tarquinii
auctoritas inter Latinorum proceres erat, cum in diem certam, ut ad lucum Ferentinae cõ
ueniant, indicit: eſse quae agere de rebus communibus uelit. Conueniunt frequentes pri
ma luce. ipſe Tarquinius diem quidem ſeruauit, ſed paullo ante, quam ſol occideret, uenit.
multa ibi toto die in concilio uariis iactata ſermonibus erant. Turnus Herdonius ab Ari-
cia ferociter in abſentem Tarquinium erat inuectus. Haud mirum eſse, Superbo inditũ K
Romae cognomen: (iam enim ita clam quidem muſſitantes, uulgo tamen cũ appellabant)
an quidquam ſuperbius eſse, quam ludificari ſic omne nomen Latinum? principibus lõge
ab domo excitis, ipſum, qui concilium indixerit, non adeſse: tentari profecto patientiã;
ut, ſi iugum acceperint, obnoxios premat: cui enim non apparere, affectare eum imperium
in Latinos? quod ſi ſui bene crediderint ciues, aut ſi creditum illud, & non raptum parrici-
dio ſit; credere & Latinos: quamquã ne ſic quidem alienigenae deberent: ſin ſuos eius pae-
niteat, quippe qui alii ſuper alios trucidentur, exſulatum eant, bona amittant; quid ſpei me
lioris Latinis portendi? ſi ſe audiant, domum ſuam quemque inde abituros; neque magis
obſeruaturos diem concilii, quam ipſe, qui indixerit, obſeruet. Haec, atque alia eodẽ perti
nẽtia ſeditioſus facinoroſuſq homo, hiſq. artibus opes domi nactus, cũ maxime diſſereret,

A interuenit Tarquinius. is finis orationi fuit. auerſi omnes ad Tarquinium ſalutandum. Qui, ſilentio facto, monitus a proximis, ut purgaret ſe, quod id temporis uenißet; diſceptatorem ait ſe ſumptum inter patrem & filium; cura reconciliandi eos in gratiam, moratum eſſe; & quia ea res exemiſſet illum diem, poſtero die acturum quae conſtituiſſet. Ne id quidem Turnum tuliſſe tacitum ferunt: dixiſſe enim, nullam breuiorem eſſe cognitionem, quā inter patrem & filium, paucisq. tranſigi uerbis poſſe: ni pareat patri, habiturum infortunium eſſe. Haec Aricinus in regē Romanum increpans ex concilio abijt. Quam rem Tarquinius aliquanto, quam uidebatur, aegrius ferens, confeſtim Turno necem machinatur: ut eundē terrorem, quo ciuium animos domi oppreſſerat, Latinis inijceret: & quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falſo crimine inſontem oppreſſit. per aduerſae factionis quoſdam Aricinos ſeruum Turni auro corrupit, ut in diuerſorium eius uim magnā gladio-
B rum inferri clam ſineret. ea cum una nocte perfecta eſſent, Tarquinius paullo ante lucem accitis ad ſe principibus Latinorum, quaſi re noua perturbatus, moram ſuam heſternam, uelut deorum quadam prouidentia illatam, ait saluti ſibi atque illis fuiſſe: ab Turno, dici, ſibi & primoribus populorum parari necem; ut Latinorum ſolus imperium teneat: aggreſſurum fuiſſe heſterno die in concilio: dilatam rem eſſe, quod auctor concilij abfuerit, quem maxime peteret: inde illam abſentis inſectationem eſſe natam, quod morando ſpes deſtituerit: non dubitare, ſi uera deferantur, quin prima luce, ubi uentum in conſilium ſit, inſtructus cum coniuratorum manu, armatusque uenturus ſit: dici, gladiorum ingentem numerum eſſe ad eum conuectum: id uanum nec ne ſit, extemplo ſciri poſſe: rogare eos, ut inde ſecum ad Turnum ueniant. Suſpectam fecit rem & ingenium Turni ferox, & oratio heſterna, & mora Tarquinij, quod uidebatur ob eam differri caedes potuiſſe. eunt inclina-
C tis quidem ad credendum animis, tamen, niſi gladijs deprehenſis, cetera uana exiſtimaturi. ubi eſt eo uentum, Turnum ex ſomno excitatum circumſiſtunt cuſtodes: comprehēſisq. ſeruis, qui caritate domini uim parabant, cū gladij abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur; enimuero manifeſta res uiſa, iniectaeque Turno catenae; & cōfeſtim Latinorum cōcilium magno cum tumultu aduocatur. ibi tam atrox inuidia orta eſt, gladijs in medio poſitis; ut, indicta cauſſa, nouo genere leti, deiectus ad caput aquae Ferentinae, crate ſuperne iniecta, ſaxisq congeſtis, mergeretur. Reuocatis deinde ad concilium Latinis Tarquinius, collaudatisque. qui Turnum, nouantem res, pro manifeſto parricidio merita poena affeciſſent, ita uerba fecit: Poſſe quidem ſe uetuſto iure agere; quod, cum omnes Latini ab Alba oriundi ſint, in eo foedere teneantur, quo ab Tullo res omnis Albana cum colonis ſuis in Romanum ceſſerit imperium: ceterum ſe utilitatis id magis omnium cauſſa cen-
D ſere, ut renouetur id foedus; ſecundaque potius fortuna populi Romani, ut participes Latini fruantur, quam urbium excidia, uaſtationesq agrorum, quas Anco prius, patre deinde ſuo regnante perpeſſi ſint, ſemper aut exſpectent, aut patiantur. Haud difficulter perſuaſum Latinis: quamquam in eo foedere ſuperior Romana res erat. ceterum & capita nominis Latini ſtare ac ſentire cum rege uidebant: & Turnus, ſui cuique periculi, ſi aduerſatus eſſet, recens erat documentum. ita renouatum foedus: indictumq. iunioribus Latinorum, ut ex foedere die certa ad lucum Ferentinae armati frequētes adeſſent. Qui ubi ad edictū Romani regis ex omnibus populis conuenere; ne ducem ſuum, neue ſecretum imperium propriaue ſigna haberēt, miſcuit manipulos ex Latinis, Romanisq ut ex binis ſingulos faceret, binosq. ex ſingulis ita geminatis manipulis, centuriones impoſuit. Nec, ut iniuſtus in pace rex, ita dux belli prauus fuit. quin ea arte aequaſſet ſuperiores reges, ni degenera-
E tum in alijs, huic quoque decori offeciſſet. Is primus Volſcis bellum in ducentos amplius poſt ſuam aetatem annos mouit; Sueſſamq. Pometiam ex his ui cepit. ubi cum, diuendita praeda, XL talenta argenti auriq. recepiſſet; concepit animo eam amplitudinem Iouis tēpli, quae digna deum hominumq. rege, quae Romano imperio, quae ipſius etiam loci maieſtate eſſet. captiuam pecuniam in aedificationem eius templi ſepoſuit. Excepit deinde eum lentius ſpe bellum: quo Gabios, propinquam urbem, nequidquam ui adortus, cū obſidendi quoque urbem ſpes pulſo a moenibus adempta eſſet; poſtremo, minime arte Romana, fraude ac dolo aggreſſus eſt. nam cum, uelut poſito bello, fundamentis tēpli iaciendis, alijsq. urbanis operibus intentum ſe eſſe ſimularet; Sextus filius eius, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex compoſito Gabios, patris in ſe ſaeuitiam intolerabilem conquerēs. Iam ab alienis in ſuos uertiſſe ſuperbiam: & liberorum quoque cū frequentiae taedere: ut,

 quam

quam in curia ſolitudinem fecerit, domi quoque faciat; ne quam ſtirpem, ne quem here- F
dem regni relinquat: ſe quidem inter tela & gladios patris elapſum, nihil uſquam ſibi tu-
tum, niſi apud hoſtes L. Tarquinij credidiſſe: nam, ne errarent, imminere his bellum, quod
poſitum ſimuletur; & per occaſionem eum incautos inuaſurum: quod ſi apud eos ſupplici
bus locus non ſit, pererraturum ſe omne Latium; pulſumque ſe inde, Volſcos, & Aequos,
& Hernicos petiturum; donec ad eos perueniat, qui a patrum crudelibus, atque impijs ſup
plicijs tegere liberos ſciant: forſitan etiam ardoris aliquid ad bellum, armaque ſe aduer-
ſus ſuperbiſſimum regem ac ferociſſimum populum inuenturum. Cum, ſi nihil moueretur,
infenſius ira porro inde abiturus uideretur; benigne ab Gabinis excipitur. uetant mirari ſi,
qualis in ciues, qualis in ſocios, talis ad ultimum in liberos eſſet: in ſe ipſum poſtremo ſae
uiturũ, ſi alia deſint: ſibi uero gratum aduentum eius eſſe; futurumque credere breui, ut, il
lo adiuuante, ab portis Gabinis ſub Romana moenia bellum transferatur. inde in concilia G
publica adhiberi: ubi cum de alijs rebus aſſentire ſe ueteribus Gabinis diceret, quibus hae
notiores eſſent, ipſe identidem belli auctor eſſe: in eo ſibi praecipuam prudentiã aſſume-
re, quod utriuſque populi uires noſſet, ſciretque inuiſam profecto ſuperbiam regiam ciui
bus eſſe, quam ferre ne liberi quidem potuiſſent. Ita cum ſenſim ad rebellãdum primores
Gabinorum incitaret; ipſe cum promptiſſimis iuuenum praedatum, atque in expeditiones
iret; & dictis factisq. omnibus ad fallendum inſtructis uana accreſceret fides; dux ad ul-
timum belli legitur. ibi cum, inſcia multitudine quid ageretur, proelia parua inter Romam
Gabiosque fierent, quibus plerumque Gabina res ſuperior eſſet; tum certatim ſummi infi-
miq. Gabinorum Sex. Tarquinium dono deum ſibi miſſum ducẽ credere: apud milites ue-
ro obeundo pericula ac labores, pariter quaedam munifice largiendo, tãta caritate eſſe, ut
non pater Tarquinius potentior Romae, quam filius Gabijs eſſet. itaque poſtquã ſatis ui- H
rium collectum ad omnes conatus uidebatur; tum è ſuis unum ſciſcitatum Romam ad pa-
trem mittit, quidnam ſe facere uellet: quãdoquidem, ut omnia unus ipſe Gabijs poſſet, ei
dij dediſſent. Huic nuncio (quia credo dubiae fidei uidebatur) nihil uoce reſponſum eſt.
rex, uelut deliberabundus, in hortum aedium tranſit, ſequente nuncio filij. ibi inambulans
tacitus ſumma papauerum capita dicitur baculo decuſſiſſe. interrogando, exſpectandoq.
reſponſum nuncius feſſus, ut re imperfecta redit Gabios; quae dixerit ipſe, quaeq. uiderit,
fert: ſeu ira, ſeu odio, ſeu ſuperbia inſita ingenio, nullã eum uocẽ emiſiſſe. Sexto ubi, quid
uellet parens, quidue praeciperet tacitis ambagibus, patuit; primores ciuitatis, criminan-
do alios apud populum, alios ſua ipſos inuidia opportunos interemit. multi palam, qui-
dam, in quibus minus ſpecioſa criminatio erat futura, clam interfecti. patuit quibuſdam
uolentibus fuga; aut in exſilium acti ſunt; abſentiumque bona iuxta, atque interemptorũ I
diuiſa fuere. Largitiones inde, praedaeque, & priuati dulcedine commodi, ſenſus malo-
rum publicorum adimi; donec orba conſilio auxilioque Gabina res regi Romano ſine ul-
la dimicatione in manum traditur. Gabijs receptis, Tarquinius pacem cum Aequorum gẽ
te fecit; foedus cum Tuſcis renouauit. inde ad negotia urbana animum conuertit. quorum
erat primum, ut Iouis templum in monte Tarpeio, monumentum regni ſui nominisq. re-
linqueret. Tarquinios reges ambos, patrem uouiſſe, filium perfeciſſe. & ut libera a cete-
ris religionibus area eſſet tota Iouis, templique eius, quod inaedificaretur; exaugurare fa-
na ſacellaq. ſtatuit: quae aliquot ibi a Tatio rege primũ in ipſo diſcrimine aduerſus Romu
lum pugnae uota, conſecrata, inaugurataque poſtea fuerant. Inter principia condendi hu-
ius operis, mouiſſe numen ad indicandam tanti imperij molem traditur deos. nam cũ o-
mnium ſacellorũ exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere. idque K
omen auguriumq. ita acceptum eſt; non motam Termini ſedem: unumque eum deorum
non euocatum ſacratis ſibi finibus, firma ſtabiliaque cuncta portendere. hoc perpetuitatis
auſpicio accepto, ſecutum aliud magnitudinem imperij portendens prodigium eſt. caput
humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuiſſe. quae uiſa ſpe
cies haud per ambages arcem eam imperij, caputque rerum fore portendebat. idque ita
cecinere uates, quique in urbe erant, quosque ad eam rem cõſultandam ex Etruria acciue
rant. augebatur ad impenſas regis animus. itaque Pometinae manubiae, quae perducẽdo
ad culmen operi deſtinatae erant, uix in fundamenta ſuppeditauere. eo magis Fabio, prae-
terquam quod antiquior eſt, crediderim, XL. ea ſola talenta fuiſſe; quam Piſoni, qui XL.
millia pondo argenti ſepoſita in eam rem ſcribit; quia ſumma pecunia neq. ex unius tum

A urbis praeda ſperanda; & nullius ne horum quidem magnificentiae operũ fundamẽta nõ
exſuperatura. Intentus perficiendo templo, fabris undique ex Etruria accitis, non pecunia
ſolum ad id publica eſt uſus, ſed operis etiã ex plebe. qui cum haud paruus & ipſi militiae
adderetur labor, minus tamẽ plebs grauabatur, ſe templa deum exaedificare manibus ſuis;
quae poſtibus & ad alia ut ſpecie minora, ſic laboris aliquãto maioris tranſducebãt opera,
foros in circo faciendos, cloacamque maximam, receptaculum omnium purgamentorum
urbis, ſub terram agendam. quibus duobus operibus uix noua haec magnificẽtia quidquã
adaequare potuit. his laboribus exercita plebe, quia & urbi multitudinem, ubi uſus non eſ
ſet, oneri rebatur eſſe, & colonis mittendis occupari latius imperij fines uolebat; Signiam
Circeiosq; colonos miſit, praeſidia urbi futura terra marique. haec agenti, portentum ter-
ribile uiſum, anguis ex columna lignea elapſus, cum terrorem fugamque in regiam feciſ-
B ſet; ipſius regis non tam ſubito pauore perculit pectus, quam anxijs impleuit curis. itaque
cum ad publica prodigia Etruſci tantum uates adhiberentur, hoc uelut domeſtico exterri
tus uiſu, Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere ſtatuit. neque reſponſa
ſortium ulli alij committere auſus, duos filios per ignotas ea tempeſtate terras, ignotiora
maria, in Graeciã miſit. Titus & Aruns profecti. comes his additus L. Iunius Brutus, Tar-
quinia ſorore regis natus, iuuenis lõge alius ingenio, quam cuius ſimulationem induerat.
is, cum primores ciuitatis, in quibus fratrem ſuum ab auunculo interfectum audiſſet, neq.
in animo ſuo quidquam regi timendum, neque in fortuna concupiſcendum relinquere ſta
tuit; contemptuq; tutus eſſe, ubi in iure parũ praeſidij eſſet. ergo ex induſtria factus ad imi
tationẽ ſtultitiae, cũ ſe ſuaq. praedae eſſe regi ſineret, Bruti quoq. haud abnuit cognomẽ,
ut ſub eius obtentu cognominis, liberator ille populi Romani animus latens operiretur tẽ
C pori ſuo. is tum ab Tarquinijs ductus Delphos, ludibrium uerius quam comes, aureum ba
culum incluſum corneo cauato ad id baculo tuliſſe donum Apollini dicitur, per ambages
effigiem ingenij ſui. quo poſtquam uentum eſt; perfectis patris mandatis, cupido inceſſit
animos iuuenum ſciſcitandi, ad quem eorum regnum Romanum eſſet uenturum. ex infi-
mo ſpecu uocem redditam ferunt: Imperium ſummum Romae habebit, qui ueſtrum pri-
mus o iuuenes oſculũ matri tulerit. Tarquinij, ut Sextus, qui Romae relictus fuerat, igna-
rus reſponſi, expersq. imperij eſſet, rem ſumma ope taceri iubent. ipſi inter ſe, uter prior
cum Romam rediſſet, matri oſculum daret, ſorti permittunt. Brutus alio ratus ſpectare Py
thicam uocem, uelut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit: ſcilicet quod ea com
munis mater omnium mortalium eſſet. Reditum inde Romam, ubi aduerſus Rutulos bel-
lum ſumma ui parabatur. Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione, atque in ea aeta
D te, diuitijs praepollẽs. eaq. ipſa cauſſa belli fuit, quod rex Romanus cum ipſe ditari, exhau
ſtus magnificentia publicorum operũ, tum praeda delenire popularium animos ſtudebat,
praeter aliam ſuperbiam regno infeſtos etiam, quod ſe in fabrorũ miniſterio, ac ſeruili tã-
diu habitos opere ab rege indignabantur. tentata res eſt, ſi primo impetu capi Ardea poſ-
ſet. ubi id parum proceſſit, obſidione munitionibusq. coepti premi hoſtes. in ijs ſtatiuis, ut
fit longo magis quam acri bello, ſatis liberi commeatus erant; primoribus tamen magis,
quam militibus. regij quidem iuuenes interdum otium cõuiuijs comeſſationibusq. inter
ſe terebant. Forte, potantibus his apud Sex. Tarquinium, ubi & Collatinus cenabat Tar-
quinius, Egerij filius, incidit de uxoribus mentio. ſuam quiſque laudare miris modis. in-
de certamine accenſo, Collatinus negat uerbis opus eſſe: paucis id quidem horis poſſe ſci
ri, quantum ceteris praeſtet Lucretia ſua. quin, ſi uigor iuuẽtae ineſt, cõſcendimus equos,
E inuiſimusq. praeſentes noſtrarum ingenia? id cuiq; ſpectatiſſimum ſit, quod nec opinato ui
ri aduentu occurrerit oculis. incaluerant uino. age ſane omnes citatis equis aduolant Ro
mam. quo cum primis ſe intendentibus tenebris perueniſſent, pergunt inde Collatiam: u-
bi Lucretiam, haudquaquam ut regis nurus, quas in cõuiuio luxuq. cum aequalibus uide-
rant tẽpus terẽtes, ſed nocte ſera deditam lanae inter lucubrãtes ancillas in medio aediũ
ſedentem inueniunt. muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. adueniens uir Tar-
quinijq. excepti benigne. uictor maritus comiter inuitat regios iuuenes. ibi Sex. Tarqui-
nium mala libido Lucretiae per uim ſtuprandae capit: cum forma, tũ ſpectata caſtitas inci-
tat. & tum quidem ab nocturno iuuenili ludo in caſtra redeunt. paucis interiectis diebus,
Sex. Tarquinius, inſcio Collatino cum comite uno Collatiam uenit. ubi exceptus benigne
ab ignaris conſilii, cum poſt cenam in hoſpitale cubiculum deductus eſſet; amore ardẽs,
poſt-

poſtquam ſatis ~~omnia~~ tuta circa, ſopitiq. omnes uidebantur, ſtricto gladio ad dormiẽtem F
Lucretiam uenit; ſiniſtraq. manu mulieris pectore oppreſſo, Tace Lucretia, inquit; Sex.
Tarquinius ſum: ferrum in manu eſt: moriere, ſi emiſeris uocẽ. Cum pauida ex ſomno mu
lier nullam opem, prope mortem imminentem uideret; tum Tarquinius fateri amorẽ, ora-
re, miſcere precibus minas, uerſare in omnes partes muliebrem animum. ubi obſtinatam
~~uidebat~~, & ne mortis quidem metu inclinari; addit ad metum dedecus: cum mortua iugu
latum ſeruũ nudum poſiturum ait, ut in ſordido adulterio necata dicatur quo terrore cum
uiciſſet obſtinatam pudicitiam uelut uictrix libido; profectusq. inde Tarquinius ferox
expugnato decore muliebri eſſet: Lucretia maeſta tanto malo, nuncium Romam eundem
ad patrem, Ardeamq ad uirum mittit, ut cum ſingulis ~~fidelibus~~ amicis ueniant: ita facto
maturatoq. opus eſſe; rem atrocem incidiſſe. Sp. Lucretius cum P. Valerio Voluſi filio,
Collatinus cum L. Iunio Bruto uenit: cum quo forte Romam rediens, ab nuncio uxoris G
erat conuentus. Lucretiam ſedentem maeſtam in cubiculo inueniunt. aduentu ſuorum la
crymae obortae: quaerentiq. uiro, Satin ſaluae; Minime, inquit: quid enim ſalui eſt mulie
ri amiſſa pudicitia? ueſtigia uiri alieni Collatine in lecto ſunt tuo: ceterum corpus eſt tan-
tum uiolatum, animus inſons: mors teſtis erit. ſed date dextras fidemq. haud impune ad-
ultero fore. Sex. eſt Tarquinius, qui hoſtis pro hoſpite, priore nocte ui armatus, mihi
ſibique, ſi uos uiri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudium. Dant ordine omnes fidem: con-
ſolantur aegram animi, auertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mẽtem peccare,
non corpus; &, unde conſilium abfuerit, culpam abeſſe. Vos, inquit, uideritis quid illi de-
beatur: ego me, etſi peccato abſoluo, ſupplicio non libero. nec ulla deinde impudica Lu-
cretiae exemplo uiuet. Cultrum, quem ſub ueſte abditum habebat, eum in corde defigit;
prolapſaque in uulnus moribunda cecidit. Conclamant uir paterque: Brutus, illis luctu H
occupatis, cultrum, ex uulnere Lucretiae extractum, manantem cruore prae ſe tenens, Per
hunc, inquit, caſtiſſimum ante regiam iniuriam ſanguinem iuro, uosq dij teſtes facio, me
L. Tarquinium Superbum cum ſcelerata coniuge & omni liberorum ſtirpe, ferro, igni, qua
cumque dehinc ui poſſum, ~~executurum~~; nec illos, nec aliũ quemquã regnare Romae paſſu-
rum. Cultrũ deinde Collatino tradit, inde Lucretio, ac Valerio, ſtupentibus miraculo rei,
unde nouum in Bruti pectore ingenium. ut praeceptum erat, iurant: totique ab luctu uerſi
in iram, Brutum, iam inde ad expugnandum regnum uocãtem, ſequuntur ducem. elatum
domo Lucretiae corpus in forum deferunt, concientq. miraculo, ut fit, rei nouae, atque in
dignitate homines pro ſe quisque ſcelus regium ac uim querũtur. mouet tum patris mae-
ſtitia, tum Brutus caſtigator lacrymarũ atque inertium querellarum, auctorque, quod ui
ros, quod Romanos deceret, arma capiendi aduerſus hoſtilia auſos. ferociſſimus quiſque I
iuuenum cum armis uoluntarius adeſt: ſequitur & cetera iuuentus. inde pari praeſidio reli
cto Collatiae ad portas, cuſtodibusq. datis, ne quis eum motum regibus nunciaret; cete-
ri armati duce Bruto Romam profecti. ubi eo uentum eſt, quacumque incedit armata mul
titudo pauorem ac tumultum facit. rurſus, ubi anteire primores ciuitatis uident; quidquid
ſit, haud temere eſſe rentur. nec minorem motum animorum Romae tam atrox res facit,
quam Collatiae fecerat. ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. quo ſimul uẽtum
eſt, praeco ad tribunũ celerum, in quo tum magiſtratu forte Brutus erat, populum aduoca
uit. ibi oratio habita nequaquam eius pectoris ingeniique, quod ſimulatum ad eam diem
fuerat, de ui ac libidine Sex. Tarquinij, de ſtupro infando Lucretiae, & miſerabili caede, de
orbitate Tricipitini, cui morte filiæ cauſſa mortis indignior ac miſerabilior eſſet. addita ſu
perbia ipſius regis, miſeriaeq & labores plebis, in foſſas cloacasq. exhauriẽdas demerſae. K
Romanos homines, uictores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellato-
ribus factos. indigna Ser. Tullij regis memorata caedes, & inuecta corpori patris nefando
uehiculo filia, inuocatique ultores parentum dij. His atrocioribusque, credo, alijs, quae
praeſens rerum indignitas haudquaquã relatu ſcriptoribus facilia ſubijcit, memoratis, in-
cenſam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, exſulesq. eſſe iuberet L. Tar-
quinium cum coniuge ac liberis. ipſe iunioribus, qui ultro nomina dabant, lectis armatis-
que, ad concitãdum inde aduerſus regem exercitum Ardeam in caſtra eſt profectus. impe
rium in urbe Lucretio, praefecto urbis iam ante ab rege inſtituto, reliquit. inter hũc tumul
tum Tullia domo profugit, exſecrantibus, quacumque incedebat, inuocantibusque paren-
tum furias uiris mulieribusque. Harum rerum nuncijs in caſtra perlatis, cum re noua trepi

dus

A dus rex pergeret Romam ad comprimédos motus; flexit uiam Brutus, (ſenſerat enim aduentum) ne obuius fieret: eodemque fere tempore diuerſis itineribus Brutus Ardeã, Tarquinius Romam uenerunt. Tarquinio clauſae portae, exſiliumque indictum: liberatoré urbis laeta caſtra accepere: exactiq; inde liberi regis, duo patrẽ ſecuti ſunt; qui exſulatũ Caere in Etruſcos ierunt. Sex. Tarquinius Gabios tamquam in ſuum regnum profectus, ab ultoribus ueterum ſimultatum, quas ſibi ipſe caedibus rapinisq. conciuerat, eſt interfectus. L. Tarquinius Superbus regnauit annos V. & XX. Regnatum Romae ab urbe condita ad liberatam annos CCXLIV. Duo conſules inde comitijs centuriatis a praefecto urbis ex commentarijs Ser. Tullij creati ſunt, L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. An. 245.

EPITOME. LIBRI. II

B *BRVTVS iureiurando populum adſtrinxit, neminem regnare Romae paſſurum. Tarquinium Collatinum, collegam ſuum, propter affinitatem Tarquiniorum ſuſpectum, coegit conſulatu ſe abdicare, & ciuitate cedere. bona regum diripi iuſſit. agrum Marti conſecrauit, qui Campus Martius nominatus eſt. adoleſcentes nobiles, in quibus ſuos quoq. & ſororis filios, quia coniurauerant de recipiendis regibus, ſecuri percuſſit. ſeruo indici, cui Vindici nomen fuit, libertatem* C *dedit: ex cuius nomine Vindicta eſt appellata. Cum aduerſus reges, qui contractis Veientium & Tarquinienſium copijs bellum intulerant, exercitum duxiſſet, in acie cum Arunte filio Superbi cõmortuus eſt, eumq. matronae annum luxerunt. P. Valerius conſul legem de prouocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum eſt. Porſena rex Cluſinorum, bello pro Tarquinijs ſuſcepto, cum ad Ianiculum ueniſſet, ne Tiberim tranſiret, uirtute Coclitis Horatij prohibitus eſt. qui, dum alij pontem Sublicium reſcindunt,* D *ſolus Etruſcos ſuſtinuit: & ponte rupto armatus ſe in flumen miſit, & ad ſuos tranauit. Alterum acceſſit uirtutis exemplum a Mucio. qui cum ad feriendum Porſenam caſtra hoſtium intraſſet, occiſo ſcriba, quem regem eſſe putabat, comprehenſus impoſitam altaribus manum, in quibus ſacrificatum erat, exuri paſſus eſt: dixitque tales trecentos eſſe coniuratos in mortem ipſius regis. quorum admiratione coactus Porſena pacis condiciones ferre, bellum omiſit, acceptis obſidibus. ex quibus uirgo una Cloelia deceptis cuſtodibus per Tiberim ad ſuos tranauit: et* E *cum reddita eſſet Porſenae, honorifice remiſſa, equeſtri ſtatua donata eſt. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit: ob hoc Claudia tribus adiecta eſt. Numerus tribuum ampliatus eſt, ut eſſent uiginti una. Aduerſus Tarquinium Superbum, cum Latinorum exercitu bellum inferentem, A. Poſtumius dictator proſpere pugnauit apud lacũ Regillum. Plebs, cum propter nexos ob aes alienum Sacrum in montẽ seceſſiſſet, conſilio Menenij Agrippae a ſeditione reuocata eſt. Idem Agrippa cum deceſſiſſet, propter paupertatem publico impendio elatus eſt. Tribuni plebis quinque creati ſunt. Opidum Volſcorum Corioli captum eſt uirtute & opera C. Marcij, qui ob hoc Coriolanus uocatus eſt. T. Latinius, uir de plebe, cum in uiſu admonitus eſſet, ut de quibuſdam religionibus ad ſenatum perferret; & neglexiſſet, amiſſo filio, debilis factus, poſteaquam delatus ad ſenatum lectica, eadem illa indicauerat, uſu pedum recepto domum reuerſus eſt. Cum C. Marcius Coriolanus, qui in exſiliũ erat pulſus, dux Volſcorum factus exercitum hoſtium urbi Romae admouiſſet; & miſſi ad eum primum legati, poſtea ſacerdotes fruſtra deprecati eſſent, ne bellum patriae inferret: Veturia mater; & Volumnia uxor impetrauerunt ab eo ut recederet. Lex agraria primum lata eſt. Sp. Caſſius conſularis regni crimine damnatus eſt, necatusque. Oppia uirgo Veſtalis ob inceſtum uiua defoſſa eſt. Cum uicini hoſtes Veientes incommodi magis, quam graues eſſent, familia Fabiorum id bellum gerendum depopoſcit; miſitque in id trecentos ſex armatos, qui ad Cremeram ad unum ab hoſtibus caeſi ſunt, uno impubere domi relicto. Appius Claudius conſul, cum aduerſus Volſcos contumacia exercitus male pugnatum eſſet, decimum quemque militem fuſte percuſſit. Res praeterea aduerſum Volſcos, & Aequos, & Veientes, & ſeditiones inter patres plebemq. continet.*

LIBER. II

LIBERI iam hinc populi Romani res pace belloque geſtas, annuos magiſtratus, imperiaque legum potentiora, quam hominum, peragam. quae libertas ut laetior eſſet, proximi regis ſuperbia fecerat nam priores ita regnarunt, ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis, quas nouas ipſi ſedes ab ſe auctae multitudini addiderunt, numerentur. neque ambigitur quin Brutus idem, qui tãtum gloriae, Superbo exacto rege, meruit,

meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturae cupidine priorum regũ F
alicui regnum extorſiſſet. quid enim futurum fuit, ſi illa paſtorum conuenarumque plebs, transfuga ex ſuis populis, ſub tutela inuiolati templi, aut libertatem, aut certe impunitatẽ adepta, ſoluta regio metu, agitari coepta eſſet tribunicijs procellis? & in aliena urbe cũ patribus ſerere certamina, prius quam pignora coniugum ac liberorum, caritasque ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet? diſſipatae res, nondum adultae, diſcordia forent: quas fouit tranquilla moderatio imperij, eoque nutriendo perduxit, ut bonam frugem libertatis maturis iam uiribus ferre poſſent. libertatis autem originẽ inde magis, quia annuum imperium conſulare factum eſt, quam quod deminutum quidquã ſit ex regia poteſtate, numeres. omnia iura, omnia inſignia primi conſules tenuere. id modo cautum eſt, ne, ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror uideretur. Brutus prior, cócedente collega, faſces habuit: qui non acrior uindex libertatis fuerat, quam deinde cuſtos G
fuit. Omnium primum auidum nouae libertatis populũ, ne poſtmodũ flecti precibus aut donis regijs poſſet, iureiurando adegit, neminẽ Romae paſſuros regnare. deinde, quo plus uirium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, caedibus regis deminutum patrũ numerum, primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecẽtorum ſummam expleuit. traditumque inde fertur ut in ſenatum uocarentur, qui patres, quique conſcripti eſſent. conſcriptos uidelicet in nouum ſenatum appellabant lectos. mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, iungendosque patribus plebis animos. Rerum deinde diuinarum habita cura: &, quia quaedam publica ſacra per ipſos reges factitata erant, necubi regum deſideriũ eſſet, regem ſacrificulum creant. id ſacerdotium pontifici ſubiecere; ne additus nomini honos, aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret. Ac neſcio, an nimis undique eam minimis quoque rebus muniendo, modum exceſſerint. conſulis enim alterius, cum H
nihil aliud offenderit, nomen inuiſum ciuitati fuit. Nimium Tarquinios regno aſſueſſe: initium a Priſco factum; regnaſſe deinde Ser. Tullium; ne interuallo quidem facto, oblitũ tãquam alieni regni Superbum Tarquinium, uelut hereditatem gentis ſcelere ac ui repetiſſe: pulſo Superbo, penes Collatinum imperium eſſe: neſcire Tarquinios priuatos uiuere: non placere nomen, periculoſum libertati eſſe. Hic primo ſenſim tentantium animos ſermo per totam ciuitatem eſt datus; ſolicitamq. ſuſpicione plebem Brutus ad concionẽ uocat. ibi omnium primum iuſiurandum populi recitat: Neminem regnare paſſuros, nec eſſe Romae, unde periculum libertati foret: id ſumma ope tuendum eſſe; neque ullam rẽ, quae eo pertineat, contemnendam: inuitum ſe dicere, hominis cauſſa; nec dicturum fuiſſe, ni caritas reipublicae uinceret: non credere populum Romanum, ſolidam libertatem recuperatam eſſe: regium genus, regium nomen, non ſolum in ciuitate, ſed etiam in imperio eſſe: id officere, id obſtare libertati. Hunc tu, inquit, tua uoluntate L. Tarquini I
remoue metum: meminimus, fatemur: eiecisti reges. abſolue beneficium tuum; aufer hinc regium nomen. res tuas tibi non ſolum reddent ciues tui auctore me; ſed, ſi quid deeſt, munifice augebunt. amicus abi; exonera ciuitatem uano forſitan metu. ita perſuaſum eſt animis, cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum. Conſuli primo tam nouae rei ac ſubitae admiratio incluſerat uocem. dicere deinde incipientem primores ciuitatis circum ſiſtunt, eadem multis precibus orant. & ceteri quidem mouebant minus. poſtquam Sp. Lucretius, maior aetate ac dignitate, ſocer praeterea ipſius, agere uarie, rogando alternis ſuadendoque coepit, ut uinci ſe conſenſu ciuitatis pateretur: timens conſul, ne poſtmodum priuato ſibi eadem illa, cum bonorum amiſſione, additaque alia inſuper ignominia, acciderent, abdicauit ſe conſulatu; rebusque ſuis omnibus Lauinium tranſlatis, ciuitate K
ceſſit. Brutus ex ſenatuſconſulto ad populum tulit, ut omnes Tarquiniae gentis exſules eſſent: collegam ſibi comitijs centuriatis creauit P. Valerium; quo adiutore reges eiecerat. Cum haud cuiquam in dubio eſſet, bellum ab Tarquinijs imminere; id quidem ſpe omnium ſerius fuit. ceterum, id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope libertas amiſſa eſt. Erant in Romana iuuentute adoleſcentes aliquot, nec ij tenui loco orti, quorum in regno libido ſolutior fuerat; aequales ſodalesq. adoleſcentium Tarquiniorum, aſſueti more regio uiuere. eam tum aequato iure omnium licentiam quaerentes, libertatem aliorum in ſuam uertiſse ſeruitutem, inter ſe conquerebantur: Regem hominem eſse, a quo impetres ubi ius, ubi iniuria opus ſit: eſse gratiae locum, eſse beneficio: & iraſci, & ignoſcere poſse: inter amicum, atque inimicum diſcrimen noſse: leges, rem ſurdam,

A dam, inexorabilem eſſe, ſalubriorem melioremque inopi, quam potenti; nihil laxamenti nec ueniae habere, ſi modum exceſſeris: periculoſum eſſe, in tot humanis erroribus, ſola innocentia uiuere. Ita, iam ſua ſponte aegris animis, legati ab regibus ſuperueniunt, ſine mentione reditus, bona tantum repetentes. eorum uerba poſtquam in ſenatu audita ſunt, per aliquot dies ea conſultatio tenuit; ne non reddita, belli cauſſa; reddita, belli materia & adiumentum eſſent. Interim legati cum alijs alia moliri, aperte bona repetentes, clam recuperandi regni cõſilia ſtruere: &, tamquam ad id, quod agi uidebatur, ambientes, nobilium adoleſcentium animos pertentant. a quibus placide oratio accepta eſt, his literas ab Tarquinijs reddunt; & de accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur. Vitellijs Aquillijsque fratribus primo commiſſa res eſt. Vitelliorum ſoror conſuli nupta Bruto erat. iamque ex eo matrimonio adoleſcentes erant liberi, Titus, Tibe-
B riusque: eos quoque in ſocietatẽ conſilij auunculi aſſumunt. praeterea & nobiles aliquot adoleſcentes conſcij aſſumpti; quorum uetuſtate memoria abijt. Interim, cum in ſenatu uiciſſet ſententia, quae cenſebat reddenda bona; eamq ipſam cauſſam morae in urbe haberent legati, quod ſpatium ad uehicula comparanda a conſulibus ſumpſiſſent, quibus regũ aſportarent res: omne id tempus cum coniuratis conſultando abſumunt; euincuntque inſtando, ut litterae ſibi ad Tarquinios darentur: nam aliter qui crediturus eos, nõ uana ab legatis ſuper rebus tantis afferri? datae litterae, ut pignus fidei eſſent, manifeſtũ facinus fecerunt. nam cum, pridie quam legati ad Tarquinios proficiſcerentur, & cenatum forte apud Vitellios eſſet; coniuratique ibi, remotis arbitris, multa inter ſe de nouo, ut fit, cõſilio egiſſent: ſermonem eorum ex ſeruis unus excepit; qui iam antea id ſenſerat agi: ſed eam occaſionẽ, ut litterae legatis darẽtur, quae deprehenſae rẽ coarguere poſſent, exſpectabat. poſt-
C quam datas ſenſit, rem ad conſules detulit. conſules ad deprehendendos legatos, coniuratosque profecti domo, ſine tumultu rem omnem oppreſſere: litterarũ in primis habita cura, ne interciderent. proditoribus extemplo in uincla coniectis, de legatis paullulum addubitatum eſt: &, quamquam uiſi ſunt commiſiſſe ut hoſtium loco eſſent, ius tamen gentium ualuit. de bonis regijs, quae reddenda ante cenſuerant, res integra refertur ad patres. illi uicti ira, uetuere reddi, uetuere in publicum redigi. diripienda plebi ſunt data; ut contacta regia praeda, ſpem in perpetuum cum his pacis amitteret. ager Taquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe, matura meſſi. quem campi fructum, quia religioſum erat cõſumere; deſectam cum ſtramento ſegetem magna uis hominũ ſimul immiſſa, corbibus fudere in Tiberim tenui fluentem aqua, ut medijs caloribus ſolet, ita in uadis haeſitãtis frumenti
D aceruos ſediſſe illitos limo: inſulam inde paullatim, & alijs, quae fert temere flumen, eodem inuectis, factam. poſtea credo additas moles, manuque adiutum, ut tam eminens area, firmaque templis quoque ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Direptis bonis regum, damnati proditores, ſumptumque ſupplicium, conſpectius eo, quod poenae capiendae miniſterium patri de liberis conſulatus impoſuit; & qui ſpectator erat amouendus, eũ ipſum fortuna exactorem ſupplicij dedit. Stabant deligati ad palum nobiliſſimi iuuenes: ſed a ceteris, uelut ab ignotis capitibus, conſulis liberi omnium in ſe auerterant oculos: miſerebatq. non poenae magis homines, quam ſceleris, quo poenam meriti eſſent: Illos eo potiſſimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, cõſulatum ortum ex domo Iunia, patres, plebem, quidquid deorum hominumque Romanorum eſſet, induxiſſe in animum, ut ſuperbo quondam regi, tum infeſto exſuli proderent. cõſules in ſedem proceſſere ſuam:
E miſſique lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos uirgis caedunt, ſecurique feriunt: cũ inter omne tempus pater, uultusque & os eius ſpectaculo eſſet, eminente animo patrio inter publicae poenae miniſterium. Secundum poenam nocentium, ut in utramque partẽ arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet, praemiũ indici, pecunia ex aerario, libertas & ciuitas data. ille primum dicitur uindicta liberatus. quidam uindictae quoque nomen tractũ ab illo putant; Vindici ipſi nomen fuiſſe. poſt illum obſeruatum, ut, qui ita liberati eſſent, in ciuitatem accepti uiderentur. His, ſicut acta erant, nunciatis, incenſus Tarquinius non dolore ſolum tantae ad irritum cadentis ſpei, ſed etiam odio iraq. poſtquam dolo uiã obſaeptam uidit, bellum aperte moliẽdum ratus, circumire ſupplex Etruriae urbes, orare maxime Veientes Tarquinienſesque, ne ſe, ortum eiuſdem ſanguinis, extorrem, egentem, ex tanto modo regno, cum liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos perire ſinerent: alios pere-

gre

gre in regnum Romam accitos; ſe regem, augentem bello Romanum imperium, a pro- F
ximis ſcelerata coniuratione pulſum: eos inter ſe, quia nemo unus ſatis dignus regno ui-
ſus ſit, partes regni rapuiſſe; bona ſua diripienda populo dediſſe, ne quis expers ſceleris
eſſet: patriam ſe regnumque ſuum repetere, & perſequi ingratos ciues uelle: ferrent o-
pem, adiuuarent: ſuas quoque ueteres iniurias ultum irent: toties caeſas legiones, agrum
ademptum. Haec mouerunt Veientes: ac pro ſe quiſque, Romano ſaltem duce ignomi-
nias demendas, belloque amiſſa repetenda, minaciter fremunt. Tarquinienſes nomen
ac cognatio mouet. pulchrum uidebatur, ſuos Romae regnare. ita duo duarum ciuitatum
exercitus ad repetendum regnum, belloque perſequendos Romanos ſecuti Tarquinium.
Poſtquam in agrum Romanum uentum eſt, obuiam hoſti conſules eunt. Valerius qua-
drato agmine peditem ducit: Brutus ad explorandum cum equitatu anteceſſit. eodem
modo primus eques hoſtium agminis fuit: praeerat Aruns Tarquinius, filius regis: rex ip- G
ſe cum legionibus ſequebatur. Aruns, ubi ex lictoribus, procul conſulem eſſe, deinde iam
propius, ac certius facie quoque Brutum cognouit; inflammatus ira, Ille eſt uir, inquit, qui
nos extorres expulit patria: ipſe en ille noſtris decoratus inſignibus, magnifice incedit:
dij regum ultores adeſte. Concitat calcaribus equum, atque in ipſum infeſtus conſulem
dirigit. Senſit in ſe iri Brutus. decorum erat tum ipſis capeſſere pugnam ducibus. auide
itaque ſe certamini offert. adeoq. infeſtis animis concurrerunt, neuter, dum hoſtem uul-
neraret, ſui protegendi corporis memor, ut contrario ictu per parmam uterque transfi-
xus, duabus haerentes haſtis, moribundi ex equis lapſi ſint. ſimul & cetera equeſtris pu-
gna coepit. neque ita multo poſt & pedites ſuperueniunt. ibi uaria uictoria, & uelut aequo
Marte pugnatum eſt. dextra utrimque cornua uicere, laeua ſuperata. Veientes uinci ab Ro
mano milite aſſueti, fuſi fugatiq; ſunt. Tarquinienſis, nouus hoſtis, non ſtetit ſolum, ſed H
etiam ab ſua parte Romanum pepulit. Ita, cum pugnatum eſſet, tantus terror Tarqui-
nium, atque Etruſcos inceſſit, ut, omiſſa irrita re, nocte ambo exercitus, Veiens Tarqui-
nienſisq; ſuas quiſque abirent domos. adijciunt miracula huic pugnae, ſilentio proximae
noctis ex ſilua Arſia ingentem editam uocem: Siluani uocem eam creditam: haec dicta,
uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie, uincere bello Romanum. ita certe inde abiere Ro-
mani, ut uictores, Etruſci pro uictis. nam poſtquam illuxit, nec quiſquam hoſtium in
conſpectu erat; P. Valerius conſul ſpolia legit, triumphansq. inde Romam rediit. collegae
funus, quanto tum potuit apparatu, fecit. ſed multo maius morti decus publica fuit maeſti
tia, eo ante omnia inſignis, quia matronae annum, ut parentem, eum luxerunt, quod tam
acer ultor uiolatae pudicitiae fuiſſet. Conſuli deinde, qui ſuperfuerat, ut ſunt mutabiles
uulgi animi, ex fauore non inuidia modo, ſed ſuſpicio etiam cum atroci crimine orta. re- I
gnum eum affectare, fama ferebat: quia nec collegam ſubrogauerat in locũ Bruti; & aedi
ficabat in ſumma Velia: ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Haec di-
cta uulgo, creditaq; cum indignitate angerent conſulis animum; uocato ad concilium po-
pulo, ſummiſſis faſcibus in cõcionem adſcendit. gratum id multitudini ſpectaculum fuit:
Summiſſa ſibi eſſe imperij inſignia; confeſſionemq; factam, populi, quam conſulis, maieſta
tem uimq; maiorem eſſe. ibi audire iuſſis conſul laudare fortunam collegae, quod, liberata
patria, in ſummo honore, pro republica dimicans, matura gloria, necdum ſe uertente in in
uidiam, morte occubuiſſet: ſe ſuperſtitem gloriae ſuae, ad crimen, atque inuidiam ſupereſ
ſe; ex liberatore patriae ad Aquillios, Vitelliosq; recidiſſe. Numquam ne ergo, inquit, ulla
adeo a uobis ſpectata uirtus erit, ut ſuſpicione uiolari nequeat? ego me illum acerrimum
regum hoſtem, ipſum cupiditatis regni crimen ſubiturum timerem? ego, ſi in ipſa arce Ca K
pitolioq; habitarem, metui me crederem poſſe a ciuibus meis? tam leui momento mea
apud uos fama pendet? adeo ne eſt fundata leuiter fides, ut, ubi ſim, quam qui ſim, magis
referat? non obſtabunt P. Valerii aedes libertati ueſtrae Quirites: tuta erit uobis Velia. de-
feram non in planum modo aedes, ſed colli etiam ſubjjciam: ut uos ſupra ſuſpectum me ci
uem habitetis. in Velia aedificent, quibus melius, quam P. Valerio, creditur libertas. De-
lata confeſtim materia omnis infra Veliam, &, ubi nunc Vicus Publicius eſt, domus in infi
mo cliuo aedificata. Latae deinde leges, non ſolum quae regni ſuſpicione conſulem abſol
uerent, ſed quae adeo in contrarium uerterent, ut popularem etiam facerent. inde cogno
men factum Poplicolae eſt. ante omnes, de prouocatione aduerſus magiſtratus ad popu-
lum, ſacrandoq. cum bonis capite eius, qui regni occupandi cõſilia iniiſſet gratae in uulgus

leges

A leges fuere. quas cum ſolus pertuliſſet, ut ſua unius in his gratia eſſet; tum deinde comitia collegae ſubrogando habuit. creatus Sp. Lucretius conſul: qui magno natu, non ſufficientibus iam uiribus ad conſularia munia obeunda, intra paucos dies moritur. ſuffectus in Lucretij locum M. Horatius Puluillus. apud quoſdam ueteres auctores non inuenio Lucretium conſulem. Bruto ſtatim Horatium ſuggerunt. credo, quia nulla geſta res inſignem fecerit cõſulatum, memoria intercidiſſe. Nondum dedicata erat in Capitolio Iouis aedes. Valerius Horatiusq. conſules ſortiti uter dedicaret. Horatio ſorte euenit. Poplicola ad Veientium bellum profectus. aegrius, quam dignum erat, tulere Valerij neceſſarij, dedicationẽ tã inclyti templi Horatio dari. id omnibus modis impedire conati. poſtquã alia fruſtra tentata erant, poſtem iam tenenti conſuli foedum inter precationem deum nuncium incutiunt; mortuum eius filium eſſe, funeſtaq. familia dedicare eum templum non poſſe. non
B crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio eſt facilis. nihil aliud ad eum nuncium a propoſito auerſus, quam ut cadauer efferri iuberet, tenens poſtem, precationem peragit, & dedicat templum. Haec poſt exactos reges, domi militiaeq. geſta primo anno. Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius conſules facti. Iam Tarquinij ad Lartem Porſenam, Cluſinum regem, perfugerant. ibi miſcẽdo conſilium preceſq., nunc orabant, ne ſe oriundos ex Etruſcis eiuſdem ſanguinis nominiſq., egentes exſulare pateretur: nunc monebant etiã, ne orientem morem pellendi reges inultum ſineret. ſatis libertatem ipſam habere dulcedinis; niſi quanta ui ciuitates eam expetant, tanta regna reges defendant, aequari ſumma infimis; nihil excelſum, nihil, quod ſupra cetera emineat, in ciuitatibus fore: adeſſe finem regnis rei inter deos hominesq pulcherrimae. Porſena, tum regem eſſe Romae, tum Etruſcae gentis regem, amplum Tuſcis ratus, Romam in
C feſto exercitu uenit. nõ umquam alias ante tantus terror ſenatum inuaſit: adeo ualida res tum Cluſina erat, magnumq. Porſenae nomen. nec hoſtes modo timebant, ſed ſuoſmet ipſi ciues; ne Romana plebs metu perculſa, receptis in urbem regibus, uel cum ſeruitute pacem acciperet. multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab ſenatu data. annonae in primis habita cura; & ad frumentum comparandum miſſi, alij in Volſcos, alij Cumas. ſalis quoque uendendi arbitrium, quia impenſo pretio uenibat, in publicum omni ſumptu, ademptum priuatis; portorijs quoque & tributo plebẽ liberata, ut diuites conferrent, qui oneri ferendo eſſent: pauperes ſatis ſtipendij pendere, ſi liberos educarent. Itaque haec indulgentia patrum, aſperis poſtmodum rebus in obſidione ac fame, adeo concordem ciuitatem tenuit, ut regium nomen non ſummi magis, quam infimi horrerent; nec quiſquã unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam tum bene imperando uniuerſus ſe-
D natus fuit. Cum hoſtes adeſſent, pro ſe quiſque in urbem ex agris demigrant: urbem ipſam ſaepiũt praeſidijs. alia muris, alia Tiberi obiecto uidebãtur tuta. pons Sublicius iter paene hoſtibus dedit; ni unus uir fuiſſet, Horatius Cocles, (id munimentũ illo die fortuna urbis Romanae habuit) qui poſitus forte in ſtatione pontis, cum captum repẽtino impetu Ianiculum, atque inde citatos decurrere hoſtes uidiſſet, trepidamq. turbam ſuorum arma ordineſq. relinquere, reprehenſans ſingulos, obſiſtens, obteſtanſq. deum & hominum fidem, teſtabatur nequidquam deſerto praeſidio eos fugere, ſi tranſitum pontem a tergo reliquiſſent: iam plus hoſtium in Palatio Capitolioq., quam in Ianiculo fore; itaque monere, praecipere, ut põtem ferro, igni, & quacumque ui poſſent, interrumpant: ſe impetum hoſtium, quantum corpore uno poſſet obſiſti, excepturum. Vadit inde in primum aditum pontis; inſigniſq. inter conſpecta cedentiũ pugnae terga, obuerſis cominus ad ineundum proeliũ
E armis, ipſo miraculo audaciae obſtupefecit hoſtes. duos tamen cum eo pudor tenuit, Sp. Lartium, ac T. Herminium, ambos claros genere factiſq.. cum his primam periculi procellam, &, quod tumultuoſiſſimum pugnae erat, parũper ſuſtinuit: deinde eos quoque ipſos, exigua parte pontis relicta, reuocantibus qui reſcindebant, cedere in tutum coegit. circũferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruſcorum, nunc ſingulos prouocare, nunc increpare omnes: ſeruitia regum ſuperborum, ſuae libertatis immemores, alienã oppugnatum uenire. cunctati aliquandiu ſunt, dum alius alium, ut proelium incipiant, circũſpectant. pudor deinde commouit aciem; &, clamore ſublato, undique in unum hoſtem tela coniiciunt. quae cũ in obiecto cuncta ſcuto haeſiſſent, neque ille minus obſtinatus ingenti pontem obtineret gradu; iam impetu detrudere conabãtur uirum, cum ſimul fragor rupti pontis, ſimul clamor Romanorum, alacritatẽ perfecti operis ſublatus, pauore ſubito

impetum

Impetum ſuſtinuit. Tum Cocles, Tiberine pater, inquit, te ſancte precor, haec arma, & hūc F
militem propitio flumine accipias. Inde ſic armatus in Tiberim deſiluit; multiſq. ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranſnauit, rē auſus plus famae habituram ad poſteros, quam fidei. grata erga tantam uirtutem ciuitas fuit. ſtatua in Comitio poſita: agri quantum uno die circumarauit, datum. priuata quoque inter publicos honores ſtudia eminebant. nam in magna inopia pro domeſticis copijs unuſquiſque ei aliquid, fraudans ſe ipſe uictu ſuo, contulit. Porſena, primo conatu repulſus, conſilijs ab oppugnanda urbe ad obſidendam uerſis, praeſidio in Ianiculo locato, ipſe in plano ripiſq. Tiberis caſtra poſuit, nauibus undique accitis, & ad cuſtodiam poſitis, ne quid Romam frumenti ſubuehi ſineret; & ut praedatum milites trans flumē per occaſiones alijs, atque alijs locis traijcerēt: breuiq. adeo infeſtum omnem Romanum agrum reddidit, ut non cetera ſolum ex agris, ſed pecus quoque omne in urbem compelleretur, neque quiſquā extra portas propellere auderet. G
hoc tantum licentiae Etruſcis non metu magis, quam conſilio conceſſum. namq. Valerius conſul intentus in occaſionem multos ſimul & effuſos improuiſo adoriundi, in paruis rebus negligens ultor, grauem ſe ad maiora uindicem ſeruabat. itaque, ut eliceret praedatores, edicit ſuis, poſtero die frequētes porta Eſquilina, quae auerſiſſima ab hoſte erat, expellerent pecus; ſcituros id hoſtes ratus, quod in obſidione & fame ſeruitia infida transfugerent. et ſciere perfugae indicio: multoq plures, ut in ſpem uniuerſae praedae, flumē traijciunt P. Valerius inde T. Herminium cum modicis copijs ad ſecundum lapidem Gabina uia occultum conſidere iubet: Sp. Lartium cum expedita iuuentute ad portam Collinam ſtare, donec hoſtis praetereat: deinde ſe obijcere, ne ſit ad flumen reditus. conſul alter T. Lucretius porta Naeuia cum aliquot manipulis militū egreſſus. ipſe Valerius Coelio monte cohortes delectas educit. hique primi apparuere hoſti. Herminius ubi tumultum ſenſit, concurrit ex inſidi s; uerſiſque in Valerium Etruſcis, terga caedit. dextra laeuaque, H
hinc a porta Collina, illinc ab Naeuia redditus clamor. ita caeſi in medio praedatores, neque ad pugnam uiribus pares, & ad fugam ſaeptis omnibus uijs. finisque ille tam effuſe euagandi Etruſcis fuit. obſidio erat nihilo minus, & frumenti cum ſumma caritate inopia: ſedendoq. expugnaturum ſe urbem, ſpem Porſena habebat; cum C Mucius, adoleſcens nobilis, cui indignum uidebatur, populum Romanum ſeruientem, cum ſub regibus eſſet, nullo bello, nec ab hoſtibus ullis obſeſſum eſſe, liberum eundem populum ab ijſdem Etruſcis obſideri, quorum ſaepe exercitus fuderit: itaque magno audaciq. aliquo facinore eam indignitatem uindicandam ratus, primo ſua ſponte penetrare in hoſtium caſtra conſtituit: dein metuens, ne, ſi conſulum iniuſſu, & ignaris omnibus iret, forte deprehenſus a cuſtodibus Romanis retraheretur, ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante, ſenatum adijt. Tranſire Tiberim, inquit, patres, & intrare, ſi poſſim, caſtra I
hoſtium uolo, non praedo, nec populationum inuicem ultor. maius, ſi dij iuuant, in animo eſt facinus. Approbant patres. abdito intra ueſtem ferro, proficiſcitur. ubi eo uenit, in confertiſſima turba prope regium tribunal conſtitit. ibi cum ſtipendium forte militibus daretur; & ſcriba cum rege ſedens pari fere ornatu multa ageret; cumq. milites uulgo adirent; timens ſciſcitari, uter Porſena eſſet; ne, ignorando regem, ſemet ipſe aperiret quis eſſet; quo temere traxit fortuna facinus, ſcribam pro rege obtruncat. uadentem inde qua per trepidam turbam cruento mucrone ſibi ipſe fecerat uiam, cum, concurſu ad clamorem facto, comprehenſum regij ſatellites retraxiſſent; ante tribunal regis deſtitutus, tum quoque inter tantas fortunae minas metuendus magis, quam metuens; Romanus ſum, inquit, ciuis: C. Mucium uocant. hoſtis hoſtem occidere uolui. nec ad mortem minus animi eſt, quam ad caedē fuit. & facere & pati fortia, Romanū eſt. nec unus in te ego hos animos K
geſſi: longus poſt me ordo eſt idem petentium decus. proinde in hoc diſcrimen, ſi iuuat, accingere; ut in ſingulas horas capite dimices tuo; ferrum hoſtemq. in ueſtibulo habeas regiae. hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum. nullam aciem, nullum proelium timueris. uni tibi, & cum ſingulis res erit Cum rex ſimul ira infenſus, periculoq. conterritus, circumdari ignes minitabundus iuberet, niſi expromeret propere quas inſidiarum ſibi minas per ambages iaceret; En tibi, inquit; ut ſentias quam uile corpus ſit iis, qui magnā gloriam petunt. dextramq accenſo ad ſacrificium foculo inijcit quam cum uelut alienato ab ſenſu torreret animo; prope attonitus miraculo rex, cū ab ſede ſua proſiluiſſet, amoueriq ab altaribus iuuenē iuſſiſſet, Tu uero abi, inquit, in te magis, quam in me, hoſtilia auſus. iube-

rem

A rem te macte uirtute eſſe, ſi pro mea patria iſta uirtus ſtaret. nunc iure belli liberum te, in-
tactum inuiolatumq. hinc dimitto. Tum Mucius, quaſi remunerans meritum, Quandoqui
dem, inquit, eſt apud te uirtuti honos; ut beneficio tuleris a me, quod minis nequiſti; tre-
centi coniurauimus principes iuuentutis Romanae, ut in te hac uia graſſaremur. mea pri-
ma ſors fuit. ceteri, ut cuique ceciderit primo, quo te opportunum fortuna dederit, ſuo
quiſque tēpore aderunt. Mucium dimiſſum, cui poſtea Scaeuulae, a clade dextrae manus,
cognomen inditum, legati a Porſena Romam ſecuti ſunt. adeo mouerat eum & primi peri
culi caſus, quo nihil ſe, praeter errorem inſidiatoris, texiſſet; & ſubeunda dimicatio toties,
quot coniurati ſupereſſent; ut pacis condiciones ultro ferret Romanis. iactatum in condi-
cionibus nequidquam de Tarquinijs in regnum reſtituendis, magis quia id negare ipſe ne
quiuerat Tarquinijs, quam quod negatum iri ſibi ab Romanis ignoraret. de agro Veienti-
B bus reſtituendo impetratum: expreſſaq. neceſſitas obſides dādi Romanis, ſi Ianiculo praeſi-
dium deduci uellent. His condicionibus compoſita pace, exercitum ab Ianiculo deduxit
Porſena, & agro Romano exceſſit. Patres C. Mucio uirtutis cauſſa trās Tiberim agrum do-
no dedere: quae poſtea ſunt Mucia prata appellata. ergo, ita honorata uirtute, feminae quo
que ad publica decora excitatae. Cloelia uirgo, una ex obſidibus, cum caſtra Etruſcorum
forte haud procul ripa Tiberis locata eſſent, fruſtrata cuſtodes, dux agminis uirginū inter
tela hoſtium Tiberim tranauit, ſoſpiteſq. omnes Romam ad propinquos reſtituit. quod
ubi regi nunciatum eſt, primo incenſus ira, oratores Romam miſit ad Cloeliam obſidē de-
poſcendam, alias haud magni facere; deinde in admirationem uerſus, ſupra Coclites Mu
cioſq. dicere id facinus eſſe; & prae ſe ferre, quemadmodum, ſi nō dedatur obſes, pro rupto
ſe foedus habiturum, ſic deditam, intactam inuiolatamq. ad ſuos remiſſurum. utrimque cō
C ſtitit fides: & Romani pignus pacis ex foedere reſtituerunt: & apud regem Etruſcū non tu-
ta ſolum, ſed honorata etiam uirtus fuit: laudatamq. uirginem parte obſidum ſe donare di
xit: ipſa, quos uellet, legeret. productis omnibus, legiſſe impuberes dicitur: quod & uirgi-
nitati decorum, & conſenſu obſidum ipſorum probabile erat eam aetatē potiſſimum libe-
rari ab hoſte, quae maxime opportuna iniuriae eſſet. Pace redintegrata, Romani nouam in
femina uirtutem nouo genere honoris, ſtatua equeſtri, donauere. in ſumma Sacra uia fuit
poſita uirgo inſidens equo. Huic tam pacatae profectioni ab urbe regis Etruſci abhorrēs
mos, traditus ab antiquis, uſque ad noſtrā aetatem inter cetera ſollemnia manet, bonis uē
dendis bona Porſenae regis uendendi. cuius originē moris neceſſe eſt aut inter bellum na
tam eſſe, neque omiſſam in pace; aut mitiore creuiſſe principio, quam hic praeſeferat titu
lus, bona hoſtiliter uendendi. proximum uero eſt ex ijs, quae traduntur; Porſenam diſcedē
D tem ab Ianiculo, caſtra opulenta, conuecto ex propinquis ac fertilibus Etruriae aruis com-
meatu, Romanis dono dediſſe, inopi tū urbe ab longinqua obſidione; ea deinde, ne, popu-
lo immiſſo, diriperētur hoſtiliter, ueniſſe, bonaq. Porſenae appellata, gratiam muneris ma
gis ſignificante titulo, quam auctionem fortunae regiae, quae ne in poteſtate quidē popu
li Romani eſſet. Omiſſo Romano bello, Porſena, ne fruſtra in ea loca exercitus adductus ui
deretur, cum parte copiarum filium Arūtem Ariciam oppugnatū mittit. primo Aricinos
res necopinata perculerat: accerſita deinde auxilia & a Latinis populis, & a Cumis, tan-
tum ſpei fecere, ut acie decernere auderent. proelio inito, adeo concitato impetu ſe intule
rant Etruſci, ut funderent ipſo incurſu Aricinos. Cumanae cohortes, arte aduerſus uim u-
ſae. declinauere paullulum; effuſeq. praelatos hoſtes cōuerſis ſignis ab tergo adortae ſunt.
ita in medio prope iam uictores caeſi Etruſci: pars perexigua, duce amiſſo, quia nullū pro-
E pius perfugium erat, Romam inermes, & fortuna & ſpecie ſupplicum, delati ſunt. ibi beni-
gne excepti, diuiſique in hoſpitia. curatis uulneribus alij profecti domos, nuncij hoſpi-
talium beneficiorum; multos Romae hoſpitum urbiſque caritas tenuit. his locus ad habi
tandum datus; quem deinde Tuſcum uicum appellarunt. P. Lucretius inde & P. Vale-
rius Poplicola tertium conſules facti. Eo anno poſtremum legati a Porſena de reducen-
do in regnum Tarquinio uenerunt, quibus cum reſponſum eſſet, miſſurum ad regem ſe-
natum legatos; miſſi confeſtim honoratiſſimus quiſque ex patribus: non quin breuiter
reddi reſponſum potuerit, non recipi reges, ideo potius delectos patrum ad eum miſſos,
quam legatis eius Romae daretur reſponſum: ſed ut in perpetuum mentio eius rei finire-
tur; neu in tantis mutuis beneficijs inuicem animi ſolicitarentur: cum ille peteret, quod
contra libertatem populi Romani eſſet; & Romani, niſi in perniciem ſuam faciles eſſe

uellent, negarent, cui nihil negatum uellent. Non in regno populum Romanum, ſed in li- F
bertate eſſe: ita induxiſſe in animum, hoſtibus potius, quam regibus, portas pateſacere:
eam eſſe uoluntatem omnium, ut, qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi ſit: proinde;
ſi ſaluam eſſe uellet Romam; ut patiatur liberam eſſe, orare. Rex uerecundia uictus, Quan
do id certum, atque obſtinatum eſt, inquit; neque ego obtundam, ſaepius eadem nequid-
quam agendo; nec Tarquinios ſpe auxilij, quod nullum in me eſt, fruſtrabor. alium hinc,
ſeu bello opus eſt, ſeu quiete, exſilio quaerant locum; ne quid meam uobiſcum pacem
diſtineat. Dictis facta amiciora adiecit: obſidum quod reliquum erat, reddidit: agrum
Veientem, foedere ad Ianiculum icto ademptum, reſtituit. Tarquinius, ſpe omni reditus
inciſa, exſulatum ad generum Mamilium Octauium Tuſculum abijt. Romanis pax fida ita
*ANNO cum Porſena fuit. * Conſules deinde M. Valerius, P. Poſtumius. Eo anno bene pugnatum
248. cum Sabinis. conſules triumpharunt. maiore inde mole Sabini bellum parabant. aduer- G
AN.249. ſus eos, & ne quid ſimul ab Tuſculo, unde etſi non apertum, ſuſpectum tamen bellum erat,
repentini periculi oriretur, P. Valerius quartum, T. Lucretius iterum conſules facti. Sedi-
AN.250. tio inter belli pacisq. auctores orta in Sabinis, aliquantum inde uirium tranſtulit ad Roma
nos. namque Attius Clauſus, cui poſtea Ap. Claudio fuit Romae nomen, cum pacis ipſe
auctor a turbatoribus belli premeretur, nec par factioni eſſet, ab Regillo magna clientium
comitatus manu Romam träſfugit. his ciuitas data, agerq. trans Anienem. uetus Claudia
tribus, additis poſtea nouis tribulibus, qui ex eo uenerant agro, appellata. Appius inter pa
tres lectus, haud ita multo poſt in principum dignationem peruenit. Cõſules infeſto exer-
citu in agrum Sabinum profecti, cum ita uaſtatione, deinde proelio affixiſſent opes ho-
AN.251. ſtium, ut diu nihil inde rebellionis timere poſſent, triumphantes Romam redierunt. P. Va-
lerius, omnium cõſenſu princeps belli pacisq. artibus, anno poſt, Agrippa Menenio, P. Po H
ſtumio conſulibus moritur, gloria ingenti, copijs familiaribus adeo exiguis, ut funeri ſum
ptus deeſſet. de publico eſt elatus. luxere matronae ut Brutum. Eodẽ anno duae coloniae
Latinae, Pometia & Cora, ad Auruncos deficiunt. cum Auruncis bellum initum: fuſoq. in-
genti exercitu, qui ſe ingredientibus fines conſulibus ferociter obtulerat, omne Auruncum
bellum Pometiam compulſum eſt. nec magis poſt proelium, quam in proelio, caedibus tẽ
peratum eſt. et caeſi aliquanto plures erant, quam capti; & captos paſſim trucidauerũt. ne
ab obſidibus quidem, qui CCC accepti numero erant, ira belli abſtinuit. Et hoc anno Ro-
AN.252. mae triumphatum. Secuti conſules Opiter Virginius, & Sp. Caſſius, Pometiam primo ui,
deinde uineis alijsq. operibus oppugnarunt. in quos Aurunci magis iam inexpiabili o-
dio, quam ſpe aliqua aut occaſione coorti, cum plures igni quã ferro armati excurriſſent,
caede incendioq. cuncta complent: uineis incenſis, multis hoſtium uulneratis & occiſis, cõ I
ſulum quoque alterum, (ſed utrum nomen auctores non adijciunt) graui uulnere ex equo
deiectum, prope interfecerunt. Romam inde, male geſta re, reditum. inter multos ſaucios
conſul, ſpe incerta uitae, relictus, interiecto deinde haud magno ſpatio, quod uulneribus
curandis, ſupplendoq. exercitui ſatis eſſet; tum ira maiore belli, tum uiribus etiã auctis Po
metiae arma illata: & cũ, uineis refectis, aliaq. mole belli, iam in eo eſſet, ut in muros
euaderet miles; deditio eſt facta. ceterum, nihilo minus foede dedita urbe, quam ſi capta
foret, Aurunci paſſim principes ſecuri percuſſi: ſub corona uenierunt coloni alij: opi-
dum dirutum: ager uenijt. conſules magis ob iras grauiter ultas, quam ob magnitudinem
ANNO perfecti belli, triumpharunt. Inſequens annus Poſtumum Cominium & T. Lartium
253. conſules habuit. Eo anno Romae, cum per ludos ab Sabinorum iuuentute per laſciuiam
ſcorta raperentur, concurſu hominum rixa ac prope proelium fuit: paruaque ex re ad re- K
bellionem ſpectare res uidebatur. ſupra belli Latini metum id quoque acceſſerat, quod,
triginta iam coniuraſſe populos, concitante Octauio Mamilio, ſatis conſtabat. In hac
tantarum exſpectatione rerum ſolicita ciuitate, dictatoris primum creandi mentio orta.
ſed nec, quo anno, nec, quibus conſulibus, quia ex factione Tarquinia eſſent, (id quo-
que enim traditur) parum creditum ſit; nec, quis primum dictator creatus ſit, ſatis con-
ſtat. apud ueterrimos tamen auctores T. Lartium dictatorem primum, Sp. Caſſium ma-
giſtrum equitum, creatos inuenio. conſulares legere. ita lex iubebat de dictatore creando
lata. eo magis adducor ut credam, Lartium, qui conſularis erat, potius quam M. Vale-
rium, Marci filium, Voluſi nepotem, qui nondum conſul fuerat, moderatorem, & magi-
ſtrum conſulibus appoſitum. qui ſi maxime ex ea familia legi dictatorem uellent, patrem

multo

A multo potius M. Valerium,ſpectatae uirtutis,& conſularẽ uirum,legiſſent.Creato dictato
re primũ Romae,poſtquam praeferri ſecures uiderunt;magnus plebẽ metus inceſſit,ut in-
tentiores eſſent ad dicto parendum.neque enim,ut in conſulibus,qui pari poteſtate eſſẽt,
alterius auxilium,neque prouocatio erat,neque ullum uſquam,niſi in cura parendi, auxi-
lium.Sabinis etiam creatus Romae dictator, eo magis, quod propter ſe creatum credide-
rant,metum incuſſit. itaque legatos de pace mittunt. quibus orantibus dictatorem, ſena-
tumq.,ut ueniam erroris hominibus adoleſcentibus darent;reſponſum,ignoſci adoleſcen
tibus poſſe, ſenibus non poſſe,qui bella ex bellis ſererent. [illegible]actum tamen eſt de pace: im-
petrataq.foret,ſi,quod impenſae factum in bellum erat,praeſtare Sabini [illegible](id enim po-
ſtulatũ erat)in animum induxiſſent.bellum indictum,[illegible] induciae quietũ annum tenue
re. Conſules Ser.Sulpicius,M.Tullius.nihil dignum memoria actum. T. Aebutius dein-
B de,& C.Vetuſius.His conſulibus Fidenae obſeſſae,Cruſtomeria capta,Praeneſte ab Lati-
nis ad Romanos deſciuit. nec ultra bellum Latinum,gliſcens iam per aliquot annos,dila-
tum. A. Poſtumius dictator, T.Aebutius magiſter equitum,magnis copijs peditum equi
tumq.profecti,ad lacum Regillum in agro Tuſculano agmini hoſtium occurrerũt: et,quia
Tarquinios eſſe in exercitu Latinorum,auditum eſt,ſuſtineri ira non potuit, quin extẽplo
confligerent.ergo etiam proelium aliquanto,quam cetera grauius,atque atrocius fuit.nõ
enim duces ad regendam modo conſilio rem affuere,ſed ſumet ipſis corporibus dimican
tes miſcuere certamina; nec quiſquam procerum ferme hac aut illa ex acie ſine uulnere,
praeter dictatorem Romanum, exceſsit.In Poſtumium,prima in acie ſuos adhortãtem in-
ſtruentemq., Tarquinius Superbus,quamquam iam aetate & uiribus erat grauior,equum
infeſtus admiſit. ictusq.ab latere, concurſu ſuorum receptus in tutum eſt. et ad alterum
C cornu Aebutius magiſter equitum in Octauium Mamilium impetum dederat. nec fefellit
ueniens Tuſculanum ducem: contra quem & ille concitat equum. tantaq. uis infeſtis ue-
nientium haſtis fuit,ut brachium Aebutio traiectũ ſit,Mamilio pectus percuſſum. hunc
quidem in ſecundam aciem Latini recepere: Aebutius, cum ſaucio brachio tenere telum
non poſſet, pugna exceſsit. Latinus dux, nihil deterritus uulnere,proelium ciet: & quia
ſuos perculſos uidebat,acceſſit cohortẽ exſulum Romanorũ, cui L.Tarquinij filius praee-
rat. ea quo maiore pugnabat ira ob erepta bona,patriamq.ademptam, pugnam parumper
reſtituit.referentibus iam pedem ab ea parte Romanis,M.Valerius Poplicolae frater,con-
ſpicatus ferocem iuuenem Tarquinium oſtentantem ſe in prima exſulum acie,domeſtica
etiam gloria accenſus,ut,cuius familiae decus eiecti reges erant,eiuſdem interfecti forẽt;
ſubdit calcaria equo,& Tarquinium infeſto ſpiculo petit. Tarquinius retro in agmen ſuo-
D rum infenſo ceſsit hoſti. Valerium temere inuectum in exſulum aciem,ex tranſuerſo qui-
dam adortus transfigit:nec quidquam equitis uulnere equo retardato, moribũdus Roma
nus,labentibus ſuper corpus armis,ad terram defluit. Dictator Poſtumius poſtquam ceci
diſſe talem uirum,exſules ferociter citato agmine inuehi, ſuos perculſos cedere animad-
uertit;cohorti ſuae,quã delecta manu praeſidij cauſſa circa ſe habebat,dat ſignum,ut, quẽ
ſuorum fugiẽtem uiderint,pro hoſte habeant. ita metu ancipiti uerſi a fuga Romani in ho
ſtem,& reſtituta acies. cohors dictatoris tum primum proelium inijt. integris corporibus
animiſq.feſſos adorti exſules caedunt.ibi alia inter proceres coorta pugna. Imperator La
tinus ubi cohortem exſulum a dictatore Romano prope circumuentã uidit, ex ſubſidiarijs
manipulos aliquot in primam aciem ſecum rapit.hos agmine uenientes T. Herminius le-
gatus cõſpicatus,interq.eos inſignem ueſte armiſq. Mamilium noſcitans, tãto ui maiore,
E quam paullo ante magiſter equitum,cum hoſtiũ duce proelium inijt,ut & uno ictu transfi
xum per latus occiderit Mamilium; & ipſe,inter ſpoliandum corpus hoſtis ueruto percuſ-
ſus,cum uictor in caſtra eſſet relatus,inter primam curationem exſpirauerit.Tum ad equi-
tes dictator aduolat,obteſtans,ut,feſſo iam pedite,deſcendant ex equis, & pugnam capeſ
ſant. dicto paruere: deſiliunt ex equis, prouolant in primum, & pro anteſignanis parmas
obijciunt. recipit extemplo animum pedeſtris acies, poſtquam iuuentutis proceres
aequato genere pugnae, ſecum partem periculi ſuſtinentes uidit. tum demum impulſi
Latini, perculſaque inclinauit acies. equitibus admoti equi, ut perſequi hoſtem poſ-
ſent. ſecuta & pedeſtris acies.ibi nihil nec diuinae, nec humanae opis dictator praetermit
tens,aedẽ Caſtori uouiſse fertur;ac pronunciaſse militi praemia,qui primus, qui ſecũdus
caſtra hoſtium intraſset.tantusque ardor fuit,ut eodem impetu,quo fuderant hoſtem, Ro

mani caſtra caperent. Hoc modo ad lacum Regillum pugnatũ eſt. dictator & magiſter equi- F
tum triumphantes in urbem rediere. Triennio deinde nec certa pax, nec bellum fuit. con-
AN. 256. ſules Q. Cloelius, & T. Lartius. inde A. Sempronius, & M. Minucius. his conſulibus aedes
ANNO 257. Saturno dedicata, Saturnalia inſtitutus feſtus dies. A. deinde Poſtumius & T. Virginius
conſules facti. Hoc demum anno ad Regillũ lacum pugnatum apud quoſdam inuenio;
AN. 258. A. Poſtumium, quia collega dubiae fidei fuerit, ſe conſulatu abdicaſſe, dictatorem inde fa-
ctum. tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magiſtratibus, ut nec,
AN. 259. qui conſules ſecundum quoſdam, nec quid quoque anno actum ſit, in tanta uetuſtate non
rerum modo, ſed etiam auctorum, digerere poſſis. Ap. Claudius deinde & P. Seruilius con-
ſules facti. inſignis hic annus eſt nuncio Tarquinij mortis. mortuus eſt Cumis; quo ſe,
poſt fractas opes Latinorum, ad Ariſtodemum tyrannum contulerat. eo nuncio erecti
patres, erecta plebs. ſed patribus nimis luxurioſa ea fuit laetitia: plebi, cui ad eam diẽ ſum- G
ma ope inſeruitum erat, iniuriae a primoribus fieri coeptae. Eodem anno Signia colonia,
quam rex Tarquinius deduxerat, ſuppleto numero colonorum iterum deducta eſt; Romae
tribus una & uiginti factae: aedes Mercurij dedicata eſt idibus Maijs. Cum Volſcorum gẽ-
te Latino bello neque pax, neque bellum fuerat. nam & Volſci cõparauerant auxilia, quae
mitterent Latinis, ni maturatũ ab dictatore Romano eſſet: & maturauit Romanus, ne proe-
lio uno cum Latino Volſcoq. contenderet. hac ira conſules in Volſcum agrum legiones
duxere. Volſcos, conſilij poenam non metuentes, nec opinata res perculit. armorum im-
memores, obſides dant trecentos principum a Cora atque Pometia liberos. ita ſine certa-
mine inde abductae legiones. Nec ita multo poſt Volſcis, leuatis metu, ſuum redijt inge-
nium. rurſus occultum parant bellum, Hernicis in ſocietatem armorum aſſumptis. lega-
tos quoque ad ſolicitandum Latium paſſim dimittunt. ſed recens ad Regillum lacum acce- H
pta clades Latinos, ira odioq. eius, quicumque arma ſuaderet, ne ab legatis quidem uiolã-
dis abſtinuit. comprehenſos Volſcos Romam duxere. ibi traditi conſulibus; indicatumq.
eſt, Volſcos Hernicosq. parare bellum Romanis. relata re ad ſenatum, adeo fuit gra-
tum patribus, ut & captiuorum ſex millia Latinis remitterent, & de foedere, quod prope
in perpetuum negatum fuerat, rem ad nouos magiſtratus reijcerent. enimuero tum Latini
gaudere facto; pacis auctores in ingenti gloria eſſe. coronam auream Ioui donum in Capi-
tolium mittunt. cum legatis, donoque, qui captiuorum remiſſi ad ſuos fuerãt, magna cir-
cumfuſa multitudo uenit. pergunt domos eorum, apud quem quiſque ſeruierant: gratias
agunt liberaliter habiti, cultiq. in calamitate ſua. inde hoſpitia iungũt. numquam alias an-
te publice priuatimq. Latinum nomen Romano imperio coniunctius fuit. Sed & bellum
Volſcum imminebat; & ciuitas ſecum ipſa diſcors, inteſtino inter patres plebemq. flagra- I
bat odio, maxime propter nexos ob aes alienum. Fremebant, ſe foris pro libertate & impe-
rio dimicantes, domi a ciuibus captos & oppreſſos eſſe; tutioremq. in bello, quam in pace,
inter hoſtes, quam inter ciues, libertatem plebis eſſe: inuidiamq. eam ſua ſponte gliſcentẽ,
inſignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam cum omnium maiorum ſuorum in-
ſignibus ſe in forum proiecit. obſita erat ſqualore ueſtis, foedior corporis habitus, pallore
ac macie perempti. ad hoc, promiſſa barba & capilli efferauerant ſpeciem oris. noſcitaba-
tur tamen in tanta deformitate; & ordines duxiſſe aiebant; aliaq. militiae decora, uulgo mi-
ſerantes eum, iactabant. ipſe teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum cicatrices aduer-
ſo pectore oſtentabat. Sciſcitantibus unde ille habitus? unde deformitas? cum circumfuſa
turba eſſet prope in concionis modum: Sabino bello ait ſe militantem, quia propter popu-
lationes agri non fructu modo caruerit, ſed uilla incenſa fuerit, direpta omnia, pecora ab- K
acta, tributum iniquo ſuo tẽpore imperatum, aes alienum feciſſe: id cumulatum uſuris pri-
mo ſe agro paterno auitoq. exuiſſe, deinde fortunis alijs, poſtremo uelut tabẽ perueniſſe
ad corpus: ductum ſe ab creditore non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe:
inde oſtentare tergum, foedum recẽtibus ueſtigijs uerberũ. Ad haec uiſa auditaq. clamor
ingens oritur. non iam foro ſe tumultus continet, ſed paſſim totam urbem peruadit. nexi
uincti, ſolutique, ſe undique in publicum proripiunt: implorant Quiritium fidem. nullo lo-
co deeſt ſeditionis uoluntarius comes. multis paſſim agminibus per omnes uias cum cla-
more in forum curritur. magno cum periculo ſuo, qui forte patrum in foro erant, in eam
turbam inciderunt: nec temperatum manibus foret, ni propere conſules P. Seruilius
& Ap. Claudius ad comprimendam ſeditionem interueniſſent. at in eos multitudo uerſa,

A oſtentare uincula ſua,deformitatemque aliam:haec ſe meritos dicere,exprobrantes ſuam
quiſque,alius alibi,militiam: poſtulare minaciter magis,quam ſuppliciter, ut ſenatum uo
carent: curiamq.ipſi futuri arbitri,moderatoresq.publici conſilij,circumſiſtere. pauci ad-
modum patrum, quos caſus obtulerat, contracti ad conſules: ceteros metus non curia
modo,ſed etiam foro arcebat: nec agi quidquam per infrequentiam poterat ſenatus. tum
uero eludi,atque extrahi ſe multitudo putare: & patrum qui abeſſent, non caſu, nõ metu,
ſed impediendae rei cauſſa abeſſe;& conſules ipſos tergiuerſari:nec dubie ludibrio eſſe mi
ſerias ſuas.Iam prope erat, ut ne conſulum quidem maieſtas coerceret iras hominum; cũ
incerti morando,an ueniendo plus periculi contraherent,tandem in ſenatum ueniunt.fre
quentiq.tandem curia,non modo inter patres,ſed ne inter conſules quidem ipſos ſatis cõ
ueniebat.Appius,uehementis ingenij uir, imperio conſulari rem agendam cenſebat: uno
B aut altero arrepto,quieturos alios. Seruilius, lenibus remedijs aptior,concitatos animos
flecti,quam frangi,putabat cum tutius,tum facilius eſſe. Inter haec maior alius terror.La
tini equites cum tumultuoſo aduolant nuncio, Volſcos infeſto exercitu ad urbem oppu-
gnandam uenire.quae audita(adeo duas ex una ciuitate diſcordia fecerat) longe aliter pa
tres,ac plebem,affecere. exſultare gaudio plebes, ultores ſuperbiae patrum adeſſe dicere
deos:alius alium confirmare,ne nomina darent: cum omnibus potius,quam ſolos perituros:
ros:patres militarẽt,patres arma caperent;ut penes eoſdẽ pericula belli, penes quos prae-
mia,eſſent.At uero curia maeſta,ac trepida ancipiti metu,& ab ciue,& ab hoſte Seruilium
conſulem,cui ingenium magis populare erat,orare,ut tantis circumuentam terroribus ex
pediret rempublicam.Tum conſul,miſſo ſenatu,in concionem prodit. ibi curae eſſe patri-
bus oſtendit,ut conſulatur plebi: ceterum deliberationi de maxima quidem illa,ſed tamẽ
C parte ciuitatis, metum pro uniuerſa republica interueniſſe:nec poſſe, cum hoſtes prope ad
portas eſſent,bello praeuertiſſe quidquam: nec, ſi ſit laxamenti aliquid, plebi honeſtum
eſſe,niſi mercede prius accepta,arma pro patria non cepiſſe; neque patribus ſatis decorũ,
per metum potius,quam poſtmodum uolũtate, afflictis ciuium ſuorum fortunis conſuluiſ
ſe. Concioni deinde edicto addidit fidem: quo edixit,ne quis ciuem Romanum uinctum
aut clauſum teneret, quo minus ei nominis edendi apud conſules poteſtas fieret: ne quis
militis,donec in caſtris eſſet, bona poſſideret,aut uenderet; liberos nepoteſue eius mora-
retur. Hoc propoſito edicto, & qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina: & undique
ex tota urbe proripientium ſe ex priuato, cum retinendi ius creditori non eſſet, concur-
ſus in forum, ut ſacramento dicerent, fieri. magna ea manus fuit: neque aliorum magis
in Volſco bello uirtus,atque opera enituit. Conſul copias contra hoſtem educit. paruo
D dirimẽte interuallo caſtra ponit.proxima inde nocte Volſci,diſcordia Romana freti,ſi qua
nocturna tranſitio proditioue fieri poſſet, tentant caſtra. ſenſere uigiles: excitatus exerci-
tus: ſigno dato,concurſum eſt ad arma.ita fruſtra id inceptum Volſcis fuit, reliquum no-
ctis utrimque quieti datum. poſtero die prima luce Volſci, foſſis repletis, uallum inua-
dunt. iamque ab omni parte munimenta uellebantur, cum conſul, quamquam cuncti un-
dique,& nexi ante omnes, ut ſignum daret, clamabant, experiendi animos militum cauſ-
ſa parumper moratus, poſtquam ſatis apparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpen-
dum ſigno,militem auidum certaminis emittit. primo ſtatim incurſu pulſi hoſtes. fugien-
tibus,quoad inſequi pedes potuit,terga caeſa: eques uſq. ad caſtra pauidos egit.mox ipſa
caſtra,legionibus circumdatis,cum Volſcos inde etiam pauor expuliſſet,capta,direptaq..
poſtero die ad Sueſſam Pometiam, quo confugerant hoſtes, legionibus ductis, intra pau-
E cos dies opidum capitur:captum praedae datum.inde paullum recreatus egens miles.Cõ
ſul cum maxima gloria ſua uictorem exercitum Romam reducit. decedentem Romam,
Ecetranorum Volſcorum legati, rebus ſuis timentes poſt Pometiam captam, adeunt.
his ex ſenatuſconſulto data pax, ager ademptus. Confeſtim & Sabini Romanos ter-
ritauere. tumultus enim fuit uerius, quam bellum. nocte in urbe nunciatum eſt, exer-
citum Sabinum praedabundum ad Anienem amnem perueniſſe: ibi paſſim diripi, atque
incendi uillas.miſſus extemplo eo cum omnibus copijs equitum A.Poſtumius, qui dicta-
tor bello Latino fuerat.ſecutus conſul Seruilius cum delecta peditum manu.pleroſque pa
lantes eques circumuenit.nec aduenienti peditum agmini reſtitit Sabina legio. feſſi tũ iti-
nere,tũ populatione nocturna, magna pars in uillis repleti cibo uinoque, uix fugae quod
ſatis eſſet uirium habuere.Nocte una audito,perfectoque bello Sabino, poſtero die in ma

gna iam ſpe undique partae pacis legati Aurunci ſenatũ adeũt, ni decedatur Volſco agro, bellum indicentes. cum legatis ſimul exercitus Auruncorum domo profectus erat. cuius fama haud procul iam ab Aricia uiſi, tanto tumultu conciuit Romanos, ut nec conſuli ordine patres, nec pacatum reſponſum arma inferentibus, arma ipſi capientes dare poſſent. Ariciam infeſto agmine itur: nec procul inde cũ Auruncis ſigna collata: proelioq. uno debellatũ eſt. Fuſis Auruncis, uictor tot intra paucos dies bellis Romanus promiſſa cõſulis, fideq. ſenatus exſpectabat: cum Appius, & inſita ſuperbia animo, & ut collegae uanã faceret fidẽ, quam aſperrime poterat, ius de creditis pecunijs dicere. deinceps & qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur, & nectebantur alij. quod ubi cui militi inciderat, collegã appellabat; concurſus ad Seruilium fiebat: illius promiſſa iactabant; illi exprobrabant ſua quiſque belli merita, cicatricesq. acceptas: poſtulabant, ut aut referret ad ſenatum, aut ut auxilio eſſet conſul ciuibus ſuis, imperator militibus. Mouebant conſulem haec; ſed tergiuerſari res cogebat. adeo in alteram cauſſam non collega ſolum praeceps erat, ſed omnis factio nobilium. ita medium ſe gerendo, nec plebis uitauit odium, nec apud patres gratiam inijt. patres mollem conſulem & ambitioſum rati, plebs fallacem. breuiq. apparuit aequaſſe eũ Appij odium. Certamen conſulibus inciderat, uter dedicaret Mercurij aedem. ſenatus a ſe rem ad populum reiecit. utri eorum dedicatio iuſſu populi data eſſet, eũ praeeſſe annonae, mercatorum collegium inſtituere, ſollemnia pro pontifice iuſſit ſuſcipere. populus dedicationem aedis dat M. Laetorio primipili centurioni: quod facile appareret nõ tam ad honorem eius, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, factum, quam ad cõſulum ignominiam. Saeuire inde utique conſul alter, patresque. ſed plebi creuerant animi; & longe alia, quam primo inſtituerant, uia graſſabantur. deſperato enim conſulum ſenatusque auxilio, cum in ius duci debitorem uidiſſent, undique conuolabant: neque decretum exaudiri conſulis prae ſtrepitu & clamore poterat: neque, cum decreuiſſet, quiſquam obtẽperabat. ui agebatur; metusque omnis, & periculum libertatis, cum in conſpectu conſulis ſinguli a pluribus uiolarentur, in creditores a debitoribus uerterat. Super haec timor inceſſit Sabini belli: delectuq. decreto, nemo nomẽ dedit, furente Appio, & inſectante ambitionem collegae, qui populari ſilentio rempublicam proderet, & ad id, quod de credita pecunia ius nõ dixiſſet, adijceret, ut ne delectum quidem ex ſenatuſconſulto haberet: non eſſe tamen deſertam omnino rempublicã, neque proiectum conſulare imperium: ſe unum & ſuae & patrum maieſtatis uindicem fore. Cum circumſtaret quotidiana multitudo licẽtia accenſa, arripi unũ inſignem ducem ſeditionum iuſſit. ille cũ a lictoribus iam traheretur, prouocauit. nec ceſſiſſet prouocationi conſul, quia non dubium erat populi iudicium; niſi aegre uicta pertinacia foret conſilio magis & auctoritate principum, quam populi clamore. adeo ſupererant animi ad ſuſtinendam inuidiam. Creſcere inde malum in dies, non clamoribus modo apertis, ſed, quod multo pernicioſius erat, ſeceſsione, occultisq. colloquijs. tandem inuiſi plebi conſules magiſtratu abeunt, Seruilius neutris, Appius patribus mire gratus. A. Virginius inde, & T. Vetuſius conſulatum ineunt. Tum uero plebs, incerta quales habitura conſules eſſet, coetus nocturnos pars in Eſquilijs, pars in Auentino facere; ne in foro ſubitis trepidaret conſilijs, & omnia temere ac fortuito ageret. eam rem conſules rati, ut erat, pernicioſam, ad patres referunt: ſed delatam conſulere ordine non licuit. adeo tumultuoſe excepta eſt clamoribus undique, & indignatione patrum, ſi, quod imperio conſulari exſequendum eſſet, inuidiam eius conſules ad ſenatum reijcerent: profecto, ſi eſſent in republica magiſtratus, nullum futurum fuiſſe Romae niſi publicum concilium: nunc in mille curias, concioneſque, cum alia in Eſquilijs, alia in Auentino fiant concilia, diſperſam & diſsipatam eſſe rempublicam: unum Hercule uirum, (id enim plus eſſe, quam conſulem) qualis Ap. Claudius fuerit, momento temporis diſcuſſurum illos coetus fuiſſe. Correpti conſules, cum, quid ergo ſe facere uellent, (nihil enim ſegnius molliusue, quam patribus placeat, acturos) percunctarentur; decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant, otio laſciuire plebem. Dimiſſo ſenatu, conſules in tribunal adſcendunt, citant nominatim iuniores. cum ad nomen nemo reſponderet, circumfuſa multitudo in concionis modum, negare ultra decipi plebem poſſe: numquam unum militem habituros, ni praeſtaretur fides publica: libertatem unicuique prius reddendam eſſe, quam arma danda; ut pro patria ciuibusque, non pro dominis, pugnent. Conſules, quid mandatum eſſet a ſenatu, uidebant: ſed eorum, qui intra parietes curiae ferociter loquerentur, neminem adeſſe

F G H I K

AN. 260.

A adeſſe inuidiae ſuae participem. & apparebat atrox cum plebe certamen. prius itaque, quam ultima experirentur, ſenatum iterum conſulere placuit. tum uero ad ſellas conſulum propere conuolauere minimus quiſque natu patrum, abdicare conſulatu iubentes, & deponere imperium, ad quod tuendum animus deeſſet. Vtraque re ſatis experta, tum demum conſules: Ne praedictum negetis patres conſcripti, adeſt ingens ſeditio. poſtulamus, ut ij, qui maxime ignauiam increpant, adſint nobis habentibus delectum: acerrimi cuiuſque arbitrio, quando ita placet, rem agemus. Redeunt in tribunal: citari nominatim unum ex ijs, qui in conſpectu erant, dedita opera iubent. cum ſtaret tacitus, & circa eum aliquot hominum, ne forte uiolaretur, conſtitiſſet globus; lictorem ad eum conſules mittunt. quo repulſo, tum uero indignum facinus eſſe clamitantes, qui patrum conſulibus aderant, deuolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent. ſed ab lictore, nihil aliud,

B quam prehendere, prohibito, cum conuerſus in patres impetus eſſet; conſulum intercurſu rixa ſedata eſt. in qua tamen ſine lapide, ſine telo, plus clamoris atque irarum, quam iniuriae fuerat. Senatus tumultuoſe uocatus, tumultuoſius conſulitur, quaeſtionem poſtulantibus ijs, qui pulſati fuerãt, decernente ferociſsimo quoq. non ſententiis magis, quam clamore & ſtrepitu. tandem, cum irae reſediſſent, exprobrantibus conſulibus nihilo plus ſanitatis in curia, quam in foro eſſe, ordine conſuli coepit. tres fuere ſententiae. P. Virginius rem non uulgabat: de iis tantum, qui fidem ſecuti P. Seruilii conſulis, Volſco, Aurunco, Sabinoq. militaſſent bello agendum cenſebat. T. Lartius, non id tempus eſſe, ut merita tantummodo exſoluerẽtur: totam plebem aere alieno demerſam eſſe; nec ſiſti poſſe, ni omnibus conſulatur: quin ſi alia aliorum ſit condicio, accendi magis diſcordiam, quam ſedari. Ap. Claudius, & natura immitis, & efferatus hinc plebis odio, illinc pa-

C trum laudibus, non miſeriis ait, ſed licentia tantum concitum turbarum; & laſciuire magis plebem, quam ſaeuire: id adeo malum ex prouocatione natum: quippe minas eſſe conſulum, non imperium, ubi ad eos, qui una peccauerint, prouocare liceat. agedum, inquit, dictatorem, a quo prouocatio non eſt, creemus. iam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor. pulſet tum mihi lictorem, qui ſciet ius de tergo uitaque ſua penes unum illum eſſe, cuius maieſtatem uiolarit. Multis, ut erat, horrida & atrox uidebatur Appii ſententia, rurſus Virginii Vetuſiique exemplo pernicioſa: haud ſalubrem utique Lartii putabant ſententiam, quae totam fidem tolleret. medium maxime, & moderatum utroque conſiliũ Virginii habebatur. ſed factione, reſpectuq. rerum priuatarum, quae ſemper offecere, officientq. publicis conſiliis, Appius uicit, ac prope fuit, ut dictator ille idem crearetur. quae res utique alienaſset plebem periculoſiſsimo tempore, cũ Volſci, Aequique, & Sabini for-

D te una omnes in armis eſsent: ſed curae fuit conſulibus, & ſenioribus patrum, ut imperiũ ſuo uehemens manſueto permitteretur ingenio. M'. Valerium dictatorem, Voluſi filium, creant. Plebs etſi aduerſus ſe creatum dictatorem uidebat, tamen, cum prouocationem fratris lege haberet, nihil ex ea familia triſte, nec ſuperbum timebat. edictũ deinde a dictatore propoſitum confirmauit animos, Seruilii fere conſulis edicto conueniens. ſed & homini & poteſtati melius rati credi, omiſso certamine nomina dedere. quãtus numquam ante exercitus, legiones decẽ effectae. ternae inde datae cõſulibus: quattuor dictator uſus. nec poterat iam bellum differri. Aequi Latinum agrum inuaſerant. oratores Latinorum a ſenatu petebant, ut aut mitterent ſubſidium, aut ſe ipſos tuendorum finium cauſsa capere arma ſinerent. tutius uiſum eſt, defendi inermes Latinos, quam pati retractare arma. Vetuſius conſul miſsus eſt: is finis populationibus fuit. ceſsere Aequi campis; locoque

E magis quam armis freti, ſummis ſe iugis montium tutabantur. Alter conſul in Volſcos profectus, ne & ipſe tereret tempus, uaſtandis maxime agris hoſtem ad conferenda propius caſtra, dimicandumq. acie exciuit. medio inter caſtra campo ante ſuum quiſque uallum infeſtis ſignis conſtitere. multitudine aliquantum Volſci ſuperabant: itaque effuſi, & contemptim pugnam iniere. conſul Romanus nec promouit aciem; nec clamorem reddi paſsus. defixis pilis ſtare ſuos iuſsit; ubi ad manum ueniſset hoſtis, tum coortos tota ui gladiis rem gerere. Volſci, curſu & clamore feſsi, cum ſe uelut ſtupẽtibus metu intuliſſent Romanis; poſtquam impreſsionẽ ſenſere ex aduerſo factam, & ante oculos micare gladios, haud ſecus, quam ſi in inſidias incidiſsent, turbati uertunt terga. & ne ad fugam quidẽ ſatis uirium fuit; quia curſu in proelium ierant. Romani cõtra, quia principio pugnae quieti ſteterant, uigentes corporibus facile adepti feſſos, & caſtra impetu ceperũt; &, caſtris exſu

tum hoſtem Velitras perſecuti uno agmine uictores cum uictis in urbem irrupere. pluſq. F
ibi ſanguinis promiſcua omnium generum caede, quam in ipſa dimicatione, factum. pau-
cis data uenia, qui inermes in deditionem uenerunt. Dum haec in Volſcis geruntur, dicta
tor Sabinos, ubi longe plurimum belli fuerat, fundit fugatq. exſuitq. caſtris. equitatu im-
miſſo, mediam turbauerat hoſtium aciem; qua, dum ſe cornua latius pandunt, parum apte
introrſum ordinibus aciem firmauerant. turbatos pedes inuaſit. eodem impetu caſtra ca-
pta, debellatumq. eſt. Poſt pugnam ad Regillum lacum, non alia illis annis pugna clarior
fuit. dictator triumphans urbem inuehitur. ſuper ſolitos honores locus in circo ipſi, po-
ſterisq. ad ſpectaculum datus. ſella in eo loco curulis poſita. Volſcis deuictis Veliternus
ager ademptus: Velitras coloni ab urbe miſſi, & colonia deducta. Cum Aequis poſt ali-
quanto pugnatum eſt, inuito quidem cõſule; quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes.
ſed milites, extrahi rem criminantes, ut dictator, prius quam ipſi redirent in urbem, magi G
ſtratu abiret, irritaque, ſicut ante conſulis, promiſſa eius caderent; perpulere, ut forte teme
re in aduerſos montes agmen erigeret. id male commiſſum, ignauia hoſtium in bonum
uertit. qui, prius quam ad coniectum teli ueniretur, obſtupefacti audacia Romanorum, re-
lictis caſtris, quae munitiſſimis tenuerant locis, in aduerſas ualles deſiluere. ubi ſatis prae
dae, & uictoria incruenta fuit. Ita, trifariam re bello bene geſta, de domeſticarum rerum
euentu nec patribus, nec plebi cura deceſſerat. tanta cum gratia, tum arte praeparauerant
feneratores, quae non modo plebem, ſed ipſum etiam dictatorem fruſtrarentur. namque
Valerius, poſt Vetulij conſulis reditum, omnium actionum in ſenatu primam habuit pro
uictore populo, retulitque, quid de nexis fieri placeret. quae cum reiecta relatio eſſet, Nõ
placeo, inquit, cõcordiae auctor. optabitis mediusfidius propediem, ut mei ſimiles Roma-
na plebs patronos habeat. quod ad me attinet, neque fruſtrabor ultra ciues meos, neque H
ipſe fruſtra dictator ero. diſcordiae inteſtinae, bellum externum, fecere, ut hoc magiſtratu
egeret reſpublica. pax foris parta eſt, domi impeditur. priuatus potius, quam dictator, ſe-
ditioni interero. Ita curia egreſſus, dictatura ſe abdicauit. apparuit cauſſa plebi, ſuam ui-
cem indignantem magiſtratu abiſſe. itaque, uelut perſoluta fide, quoniam per eum non
ſtetiſſet, quin praeſtaretur, decedentem domum cum fauore ac laudibus proſecuti ſunt.
Timor inde patres inceſſit, ne, ſi dimiſſus exercitus foret, rurſus coetus occulti coniuratio
neſq. fierent. itaque, quamquam per dictatorem delectus habitus eſſet; tamen, quoniam
in conſulum uerba iuraſſent, ſacramento teneri militem rati, per cauſſam renouati ab Ae-
quis belli, educi ex urbe legiones iuſſere. quo facto, maturata eſt ſeditio. & primo agi-
tatum dicitur de conſulum caede, ut ſoluerentur ſacramento: doctos deinde, nullam ſce
lere religionem exſolui, Sicinio quodam auctore, iniuſſu conſulum, in Sacrum montem I
ſeceſſiſſe. trans Anienem amnem eſt, tria ab urbe millia paſſuum. ea frequentior fama
eſt, quam, cuius Piſo auctor eſt, in Auentinum ſeceſſionem factam eſſe. ibi ſine ullo du-
ce, uallo foſſaque communitis caſtris, quieti, rem nullam, niſi neceſſariam ad uictum,
ſumendo, per aliquot dies neque laceſſiti, neque laceſſentes, ſeſe tenuere. pauor ingens
in urbe: metuque mutuo ſuſpenſa erant omnia. timere relicta ab ſuis plebes uiolentiam
patrum: timere patres reſidem in urbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent:
quandiu autem trãquillã, quae ſeceſſerit, multitudinẽ fore? quid futurum deinde, ſi quod
externum interim bellum exſiſtat? nullam profecto, niſi in concordia ciuium, ſpem reli-
quam ducere: eam per aequa, per iniqua reconciliandam ciuitati eſſe. Sic placuit igitur,
oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum uirum, &, quod inde oriun-
dus erat, plebi carum. is intromiſſus in caſtra, priſco illo dicendi & horrido modo, nihil K
aliud, quam hoc, narraſſe fertur: Tempore quo in homine non, ut nunc, omnia in unum
conſentirent, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerit, indignatas
reliquas partes, ſua cura, ſuo labore ac miniſterio, uentri omnia quaeri; uentrem in me-
dio quietum, nihil aliud quam datis uoluptatibus frui; conſpiraſſe inde, ne manus ad os
cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent: hac ira, dum uentrem fa-
me domare uellent, ipſa una membra, totumque corpus ad extremam tabem ueniſſe: in-
de apparuiſſe, uentris quoque haud ſegne miniſterium eſſe, nec magis ali, quam alere
eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo uiuimus, uigemusque, diuiſum pa-
riter in uenas, maturum confecto cibo ſanguinem. Comparando hinc, quam inteſtina
corporis ſeditio ſimilis eſſet irae plebis in patres, flexiſſe mẽtes hominum. agi deinde de

A concordia coeptum: conceſſumque in condiciones, ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilij latio aduerſus conſules eſſet; neue cui patrum capere eum magiſtratum liceret. ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius, & L. Albinius. hi tres collegas ſibi creauerunt. in his Sicinium fuiſſe ſeditionis auctorem: de duobus, qui fuerint, minus conuenit. ſunt, qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos eſſe dicant, ibique ſacratam legem latam. Per ſeceſſionem plebis Sp. Caſſius, & Poſtumus Cominius conſulatum inierunt. his conſulibus cum Latinis populis ictum foedus. ad id feriendum conſul alter Romae manſit: alter ad Volſcum bellum miſſus, Antiates Volſcos fundit fugatque: compulſos in opidum Longulam perſecutus, moenibus potitur. inde Poluſcam, item Volſcorum, capit. tum magna ui adortus eſt Coriolos. Erat tum in caſtris inter primores iuuenum C. Marcius, adoleſcens & conſilio & manu promptus, cui cognomen poſtea Coriolano fuit. cum ſubito exercitum Romanum Coriolos obſidentem, atque in

B opidanos, quos intus clauſos habebat, intentum, ſine ullo metu extrinſecus imminentis belli, Volſcae legiones profectae ab Antio inuaſiſſent; eodemque tempore ex opido erupiſſent hoſtes, forte in ſtatione Marcius fuit. is cum delecta militum manu non modo impetum erumpentium retudit, ſed per patentem portam ferox irrupit; caedeq. in proxima urbis facta, ignem temere arreptum, imminentibus muro aedificijs iniecit. clamor inde opidanorum, miſtus muliebri puerilique ploratu, ad terrorem, ut ſolet, primo ortu, & Romanis auxit animum, & turbauit Volſcos; utpote capta urbe, cui ad ferendam opem uenerant. ita fuſi Volſci Antiates, Corioli opidum captum. tantumque ſua laude obſtitit famae conſulis Marcius, ut, niſi foedus cum Latinis columna aenea inſculptum monumento eſſet, ab Sp. Caſſio uno, quia collega abfuerat, ictum; Poſtumum Cominium bel-

C lum geſſiſſe cum Volſcis, memoria ceſſiſſet. Eodem anno Agrippa Menenius moritur, uir omni uita pariter patribus ac plebi carus, poſt ſeceſſionem carior plebi factus. huic, interpreti arbitroque concordiae ciuium, legato patrum ad plebem, reductori plebis Romanae in urbem, ſumptus funeri defuit. extulit eum plebs ſextantibus collatis in capita. Conſules deinde T. Geganius, P. Minucius facti. Eo anno, cum & foris quieta omnia bello eſſent, & domi ſanata diſcordia, aliud multo grauius malum ciuitatem inuaſit, caritas primum annonae, ex incultis per ſeceſſionem plebis agris; fames deinde, qualis clauſis ſolet. uentumque ad interitum ſeruitiorum utique & plebis eſſet, ni conſules prouidiſſent dimiſſis paſſim ad frumentum coemendum, non in Etruriam modo dextris ab Oſtia litoribus, laeuoque per Volſcos mari uſque ad Cumas, ſed quaeſitum in Sicilia quoque. adeo finitimorum odia longinquis coegerant indigere auxilijs. frumentum Cumis cum

D coemptum eſſet: naues pro bonis Tarquiniorum ab Ariſtodemo tyranno, qui heres erat, retentae ſunt. in Volſcis Pomptinoque ne emi quidem potuit. periculum quoque ab impetu hominum ipſis frumentatoribus fuit. ex Etruſcis frumentum Tiberi uenit. eo ſuſtentata eſt plebs. Incommodo bello in tam artis commeatibus uexati forent, ni Volſcos, iam mouentes arma, peſtilentia ingens inuaſiſſet. ea clade conterritis hoſtium animis, ut etiam, ubi ea remiſiſſet, terrore aliquo tenerentur, & Velitris auxere numerum colonorũ Romani; & Norbae in montes nouam coloniam, quae arx in Pomptino eſſet, miſerunt. M. Minucio deinde, & A. Sempronio conſulibus, magna uis frumenti ex Sicilia aduecta: agitatumque in ſenatu, quanti plebi daretur. multi ueniſſe tempus premendae plebis putabant, recuperandique iura, quae extorta ſeceſſione ac ui patribus eſſent. in primis Marcius Coriolanus, hoſtis tribuniciae poteſtatis, Si annonam, inquit, ueterem uolunt, ius

E priſtinum reddant patribus. cur ego plebeios magiſtratus, cur Sicinium potentem uideo, ſub iugum miſſus, tanquam a latronibus redemptus? egone has indignitates diutius patiar, quam neceſſe eſt? Tarquinium regem qui non tulerim, Sicinium feram? ſecedat nunc, auocet plebem: patet uia in Sacrum montem, aliosque colles: rapiant frumenta ex agris noſtris, quemadmodum tertio anno rapuere: fruantur, utantur annona, quam furore ſuo fecere. audeo dicere, hoc malo domitos ipſos potius cultores agrorum fore, quã ut armati per ſeceſsionem coli prohibeant. Haud tam facile dictu eſt, faciendum ne fuerit, quam potuiſſe arbitror fieri, ut conditionibus laxandi annonam, & tribuniciam poteſtatem, & omnia inuitis iura impoſita patres demerent ſibi. Et ſenatui nimis atrox uiſa ſententia eſt; & ira plebem prope armauit. Fame iam ſe ſicut hoſtes peti, cibo uictuque fraudari: peregrinum frumentum, quae ſola alimenta ex inſperato fortuna dederit, ab ore rapi,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

rapi, niſi C. Marcio uincti dedantur tribuni, niſi de tergo plebis Romanae ſatisfiat: eum ſibi F
carnificem nouum exortum, qui aut mori, aut ſeruire iubeat. In exeuntem e curia impetus
factus eſſet, ni peropportune tribuni diem dixiſſent. ubi ira eſt ſuppreſſa, ſe iudicem quiſ-
que, ſe dominum uitae necisq. inimici factum uidebat. Contemptim primo Marcius audie
bat minas tribunicias: auxilij, non poenae, ius datum illi poteſtati; plebisque, non patrum,
tribunos eſſe. ſed adeo infenſa erat coorta plebs, ut unius poena defungendum eſſet patri-
bus. reſtiterunt tamen aduerſa inuidia, uſique ſunt qua ſuis quiſque, qua totius ordinis ui
ribus. ac primo tentata res eſt, ſi, diſpoſitis clientibus abſterrendo ſingulos a coitionibus
concilijsque, diſjicere rem poſſent: uniuerſi deinde proceſſere, (quidquid erat patrũ, reos,
diceres) precibus plebem expoſcentes; unum ſibi ciuem, unum ſenatorem, ſi innocentem
abſoluere nollent, pro nocente donarent. Ipſe cum die dicta non adeſſet, perſeueratum in
ira eſt. damnatus abſens, in Volſcos exſulatum abijt, minitans patriae, hoſtilesq. iam tum G
ſpiritus gerens. uenientem Volſci benigne excepere; benigniusq. in dies colebant, quo
maior ira in ſuos eminebat. crebraeq. nunc querellae, nunc minae percipiebantur. hoſpitio
utebatur Attij Tulli. longe is tum princeps Volſci nominis erat, Romanisq. ſemper infe-
ſtus. ita cum alterum uetus odium, alterum ira recens ſtimularet, conſilia conferunt de Ro-
mano bello. haud facile credebant plebem ſuam impelli poſſe, ut toties infeliciter tenta-
ta arma caperent: multis ſaepe bellis, peſtilentia poſtremo amiſſa iuuẽtute, fractos ſpiritus
eſſe: arte agendum in exoleto iam uetuſtate odio; ut recenti aliqua ira exacerbarẽtur ani
mi. Ludi ex inſtauratione Magni Romae parabantur. inſtaurandis haec cauſſa fuerat. ludis.
Mane ſeruum quidam paterfamiliae, nondum commiſſo ſpectaculo, ſub furca caeſum me-
dio egerat circo. coepti inde ludi, uelut ea res nihil ad religionẽ pertinuiſſet. haud ita mul-
to poſt T. Latinio, de plebe homini, ſomniũ fuit. uiſus Iuppiter dicere, ſibi ludis praeſulato H
rem diſplicuiſſe: niſi magnifice inſtaurarentur hi ludi, periculum urbi fore: iret, ea conſuli-
bus nunciaret. Quamquam haud ſane liber erat religione animus, uerecundia tamen maie
ſtatis magiſtratuum timorẽ iniecit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. magno illi ea
cunctatio ſtetit. filium namque intra paucos dies amiſit. cuius repentinae cladis ne cauſſa
dubia eſſet, aegro animi, eadem illa in ſomnis obuerſata ſpecies. uiſa eſt rogitare, ſatin'
magnam ſpreti numinis haberet mercedem? maiorem inſtare, ni eat propere, ac nunciet
conſulibus. Iam praeſentior res erat: cunctantem tamen ac prolatantem, ingens uis mor-
bi adorta eſt debilitate ſubita. tum enimuero deorum ira admonuit. feſſus igitur malis
praeteritis inſtantibusque, conſilio propinquorum adhibito, cum uiſa, atque audita, &
obuerſatum toties ſomno Iouem, minas irasq. caeleſtes repraeſentatas caſibus ſuis expo-
ſuiſſet, conſenſu inde haud dubio omnium, qui aderant, in forum ad conſules lectica de- I
fertur. inde in curiam iuſſu conſulum delatus, eadem illa cum patribus, ingenti omnium
admiratione, enarraſſet, ecce aliud miraculum. qui captus omnibus membris delatus in
curia eſſet, eum, functum officio, pedibus ſuis domum rediſſe, traditum memoriae eſt.
Ludi quamampliſſimi, ut fierent, ſenatus decernit. ad eos ludos, auctore Attio Tullo, uis
magna Volſcorum uenit. priuſquam committerentur ludi, Tullus, ut domi compoſitum
cum Marcio fuerat, ad conſules uenit. dicit eſſe quae ſecreto agere de republica uelit. ar-
bitris remotis, Inuitus, inquit, quod ſequius ſit, de meis ciuibus loquor. non tamen, ad-
miſſum quidquam ab ijs, criminatum uenio, ſed cautum, ne admittant. nimio plus, quam
uelim, noſtrorum ingenia ſunt mobilia. multis id cladibus ſenſimus, quippe qui non no-
ſtro merito, ſed ueſtra patientia incolumes ſimus. magna hic nunc Volſcorum multitudo
eſt: ludi ſunt: ſpectaculo intenta ciuitas erit, memini, quid per eandem occaſionem ab K
Sabinorum iuuentute in hac urbe commiſſum ſit. horret animus, ne quid inconſulte ac te
mere fiat. haec, noſtra ueſtraque cauſſa, prius dicenda uobis conſules ratus ſum. quod ad
me attinet, extemplo hinc domum abire in animo eſt; ne cuius facti dictiue contagione
praeſens uioler. Haec locutus abijt. Conſules cum ad patres rem dubiam ſub auctore cer-
to detuliſſent, auctor magis, ut fit, quam res, ad praecauendum, uel ex ſuperuacuo mouit.
factoque ſenatuſconſulto, ut urbe excederent Volſci, praecones dimittuntur, qui omnes
eos proficiſci ante noctem iuberent. Ingens pauor primo diſcurrentes ad ſuas res tollen-
das in hoſpitia perculit: proficiſcentibus deinde indignatio oborta, ſe, ut conſceleratos
contaminatosque, ab ludis, feſtis diebus, coetu, quodam modo, hominum deorumque
abactos eſſe. Cum prope continuato agmine irent, praegreſſus Tullus ad caput Ferentinum,

A num, ut quiſque ueniret, primores eorum excipiens, querendo, indignandoque, & eos
ipſos ſedulo audientes ſecunda irae uerba, & per eos multitudinem aliam in ſubiectum
uiae campum deduxit. ibi in concionis modum orationem exorſus, Veteres populi Ro-
mani iniurias, cladesque gentis Volſcorum, ut omnia, inquit, obliuiſcamini alia, hodier-
nam hanc contumeliam quo tandem animo fertis, qui per noſtram ignominiam ludos
commiſere? an non ſenſiſtis triumphatum hodie de uobis eſſe? uos omnibus ciuibus, pe-
regrinis, tot finitimis populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe? ueſtras coniuges, ueſtros libe-
ros traductos per hora hominũ? quid eos, qui audiere uocem praeconis; quid, qui uos
uidere abeuntes; quid eos, qui huic ignominioſo agmini fuere obuij, exiſtimaſſe putatis?
niſi aliquod profecto nefas eſſe, quo, ſi interſimus ſpectaculo, uiolaturi ſimus ludos, pia-
culumque merituri: ideo nos ab ſede piorum, coetu, concilioque abigi. quid deinde il-
B lud non ſuccurrit, uiuere nos, quod maturauimus proficiſci? ſi haec profectio, & non fu-
ga eſt. & hanc urbem uos non hoſtium ducitis, ubi ſi unum diem morati eſſetis, morien-
dum omnibus fuit? bellum uobis indictum eſt, magno eorum malo, qui indixere, ſi uiri
eſtis. Ita & ſua ſponte irarum pleni, & incitati, domos inde digreſſi ſunt: inſtigandoque
ſuos quiſque populos; effecere, ut omne Volſcum nomen deficeret. imperatores ad id
bellum de omnium populorum ſentẽtia lecti Attius Tullus & C. Marcius exſul Romanus,
in quo aliquanto plus ſpei repoſitum. quae ſpes nequaquam fefellit: ut facile appareret, du-
cibus ualidiorem, quam exercitu, rem Romanam eſſe. Circeios profectus, primum colo-
nos, inde Romanos expulit; liberamq. eam urbem Volſcis tradidit: inde in Latinam uiam
tranſuerſis tramitibus tranſgreſſus, Satricum, Longulam, Poluſcam, Coriolos, nouella
haec Romanis opida, ademit: inde Lauinium recepit: tunc deinceps Corbionem, Vitel-
C liam, Trebiam, Labicos, Pedum cepit: poſtremum ad urbem Pedo ducit: &, ad foſſas
Cloelias quinque ab urbe millia paſſuum caſtris poſitis, populatur inde agrum Romanũ
cuſtodibus inter populatores miſſis, qui patriciorum agros intactos ſeruarent; ſiue infen-
ſus plebi magis, ſiue ut diſcordia inter patres plebemq. oriretur. quae profecto orta eſſet:
adeo tribuni iam ferocem per ſe plebem, criminando, in primores ciuitatis inſtigabant:
ſed externus timor, maximum concordiae uinculum, quamuis ſuſpectos, infenſosq. inter
ſe iungebat animos. id modo, ſicut alias, non conueniebat; quod ſenatus conſulesque
nuſquam alibi ſpem, quam in armis, ponebat: plebes omnia, quam bellum, malebat.
Sp. Nautius iam, & Sex. Furius conſules erant. eos recenſentes legiones, praeſidia per
muros, aliaque, in quibus ſtationes uigiliasque eſſe placuerat, loca diſtribuentes, multi- Anno
tudo ingens pacem poſcentium primum ſeditioſo clamore conterruit; deinde uocare ſena 264.
D tum, referre de legatis C. Marcium mittendis coegit. Acceperunt relationem patres,
poſtquam apparuit labare plebis animos: miſſique de pace ad Marcium oratores, atrox
reſponſum retulerunt: Si Volſcis ager redderetur, poſſe agi de pace: ſi praeda belli per
otium frui uelint, memorem ſe & ciuium iniuriae, & hoſpitum beneficij, adniſurum, ut
appareat, exſilio ſibi irritatos, non fractos animos eſſe. Iterum deinde iidem miſſi non
recipiuntur in caſtra. ſacerdotes quoque ſuis inſignibus uelatos iſſe ſupplices ad caſtra ho-
ſtium, traditum eſt; nihiloque magis, quam legatos, flexiſſe animum. Tum matronae ad
Veturiam matrem Coriolani, Volumniamque uxorem frequentes coeunt. id publicum
conſilium, an muliebris timor fuerit, parum inuenio. peruicere certe, ut & Veturia, ma-
gno natu mulier, & Volumnia, duos paruos ex Marcio ferens filios ſecum, in caſtra ho-
ſtium irent; &, quam armis uiri defendere urbem non poſſent, mulieres precibus lacry-
E misque defenderent. Vbi ad caſtra uentum eſt, nunciatumque Coriolano adeſſe ingens
mulierum agmen: primo, ut qui nec publica maieſtate in legatis, nec in ſacerdotibus tan-
ta offuſa oculis animoque religione motus eſſet, multo obſtinatior aduerſus lacrymas mu
liebres erat: dein familiarium quidam, qui inſignem maeſtitia inter ceteras cognouerat
Veturiam, inter nurum nepotesque ſtantem, Niſi me fruſtrantur, inquit, oculi, mater ti-
bi, coniuxque, & liberi adſunt. Coriolanus, prope ut amens conſternatus, ab ſede ſua
cum ferret matri obuiae complexum; mulier in iram ex precibus uerſa, Sine, prius quam
complexum accipio, ſciam, inquit, ad hoſtem, an ad filium uenerim; captiua, mater ne
in caſtris tuis ſim. in hoc me longa uita, & infelix ſenecta traxit, ut exſulem te, deinde ho-
ſtem uiderem? potuiſti populari hanc terram, quae te genuit, atque aluit? non tibi, quam-
uis infeſto animo & minaci perueneras, ingredienti fines ira cecidit? non, cum in con-

ſpectu

ſpectu Roma fuit, ſuccurrit; intra illa moenia domus ac penates mei ſunt? mater, coniux, liberique? ergo, ego niſi peperiſſem, Roma non oppugnaretur? niſi filium haberem, in libera patria mortua eſſem? Sed ego nihil iam pati nec tibi turpius, quam mihi miſerius poſſum: nec, ut ſim miſerrima, diu futura ſum. de his uideris: quos, ſi pergis, aut immatura mors, aut longa ſeruitus manet. Vxor deinde ac liberi amplexi, fletusque ab omni turba mulierum ortus, & comploratio ſui patriaeque, fregere tandem uirum. complexus inde ſuos dimittit: ipſe retro ab urbe caſtra mouit. Abductis deinde legionibus ex agro Romano, inuidia rei oppreſſum periſſe tradunt; alij alio leto. apud Fabium, longe antiquiſſimum auctorem, uſque ad ſenectutem uixiſſe eundem inuenio. refert certe, hanc ſaepe eum exacta aetate uſurpaſſe uocem. Multo miſerius ſeni exſilium eſſe. Non inuiderunt laudes ſuas mulieribus uiri Romani. adeo ſine obtrectatione gloriae alienae uiuebatur. monuméto quoque quod eſſet, templum Fortunae muliebri aedificatū dedicatumq. eſt. F

Rediere deinde Volſci, adiunctis Aequis, in agrum Romanum. ſed Aequi Attium Tullum haud ultra tulere ducem. hinc ex certamine, Volſci Aequi ne imperatorem coniuncto exercitui darent, ſeditio, deinde atrox proelium ortum. ibi fortuna populi Romani duos hoſtium exercitus haud minus pernicioſo quam pertinaci certamine confecit. G

An. 265. Conſules T. Sicinius. & C. Aquillius. Sicinio Volſci, Aquillio Hernici (nam ij quoque in armis erant) prouincia euenit; eo anno Hernici deuicti: cū Volſcis aequo Marte diſceſſum eſt.

Anno 266. Sp. Caſſius deinde & Proculus Virginius conſules facti. cum Hernicis foedus ictum: agri partes duae ademptae. inde dimidiū Latinis, dimidiū plebi, diuiſurus conſul Caſſius erat. adijciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum poſſideri a priuatis criminabatur. id multos quidem patrum, ipſos poſſeſſores, periculo rerum ſuarum terrebat. ſed & publica patribus ſolicitudo inerat, largitione conſulem periculoſas libertati opes ſtruere. H Tum primum lex agraria promulgata eſt, numquam deinde uſque ad hanc memoriam ſine maximis motibus rerum agitata. conſul alter largitioni reſiſtebat, auctoribus patribus, nec omni plebe aduerſante: quae primo coeperat faſtidire. munus uulgatum a ciuibus iſſe in ſocios: ſaepe deinde & Virginium conſulem in concionibus uelut uaticinantem audiebat: peſtilens collegae munus eſſe: agros illos ſeruitutem ijs, qui acceperint, laturos: regno uiam fieri: quid ita enim aſſumi ſocios, & nomen Latinum? quid attinuiſſe, Hernicis, paullo ante hoſtibus, capti agri tertiam partem reddi, niſi ut hae gentes pro Coriolano duce Caſſiū habeant? Popularis iam eſſe diſſuaſor, & interceſſor legis agrariae coeperat. uterque deinde conſul certatim plebi indulgere. Virginius dicere, paſſurum ſe aſſignari agros, dum ne cui, niſi ciui Romano, aſſignentur. Caſſius, quia in agraria largitione ambitioſus in ſocios, eoque ciuibus uilior erat; ut alio munere ſibi recóciliaret ciuium animos, iubere pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. I Id uero haud ſecus, quam praeſentem mercedem regni, aſpernata plebs: adeo propter ſuſpicionem inſitam regni, uelut abundarent omnia, munera eius in animis hominum reſpuebātur. quem, ubi primum magiſtratu abijt, damnatum, necatumque conſtat. Sunt qui patrem auctorem eius ſupplicij ferant: eum, cognita domi cauſſa, uerberaſſe, ac necaſſe, peculiumq. filij Cereri conſecrauiſſe: ſignum inde factum eſſe, & inſcriptum, Ex Caſſia familia datum. inuenio apud quoſdam, idque propius fidem eſt, a quaeſtoribus K. Fabio, & L. Valerio diem dictam perduellionis; damnatumque populi iudicio; dirutas publice aedes. ea eſt area ante Telluris aedem. ceterum, ſiue illud domeſticum, ſiue publicum fuit iudicium,

Anno 267. damnatur Ser. Cornelio, Q. Fabio conſulibus. Haud diuturna ira populi in Caſſium fuit. dulcedo agrariae legis ipſa per ſe, dempto auctore, ſubibat animos: accenſaque ea cupiditas eſt malignitate patrum; qui, deuictis eo anno Volſcis Aequiſque, militem praeda fraudauere. quidquid captum ex hoſtibus eſt, uendidit Fabius conſul, ac redegit in publicum. K Inuiſum erat Fabium nomen plebi propter nouiſſimum conſulem: tenuere tamen

Anno 268. patres, ut cum L. Aemilio K. Fabius conſul crearetur. eo infeſtior facta plebes, ſeditio domeſtica bellum externū exciuit: bello deinde ciuiles diſcordiae intermiſſae. uno animo patres ac plebs rebellantes Volſcos & Aequos, duce Aemilio, proſpera pugna uicere. plus tamē hoſtium fuga, quam proelium abſumpſit. adeo pertinaciter fuſos inſecuti ſunt equites. Caſtoris aedes, eodem anno, idibus Quinctilibus dedicata eſt. uota erat Latino bello, Poſtumio dictatore. filius eius duumuir ad idipſum creatus dedicauit. Solicitati & eo anno ſunt dulcedine agrariae legis animi plebis. tribuni plebis popularē poteſtatem

A teſtatem lege populari celebrabãt.patres, ſatis ſuperq. gratuiti furoris in multitudine cre
dentes eſſe,largitiones,temeritatisq. inuitamenta horrebant. acerrimi patribus duces ad
reſiſtendum conſules fuere. ea igitur pars reip.uicit.nec in praeſens modo,ſed in uenien-
tem etiam annum M.Fabium,Caeſonis fratrẽ, & magis inuiſum alterum plebi,accuſatio- Anno M. FABIVS, L. VALERIVS.
ne Sp.Caſsij,L.Valerium conſules dedit. Certatum eo quoque anno cum tribunis pl.eſt. 269.
uana lex,uaniq. legis auctores,iactando irritum munus facti. Fabium inde nomen ingẽs,
poſt tres continuos conſulatus,unoq. uelut tenore omnes expertos tribunicijs certamini-
bus,habitum.itaque,ut bene locatus, manſit in ea familia aliquandiu honos. Bellum in-
de Veiens initum: & Volſci rebellarunt.ſed ad bella externa prope ſupererant uires; abu-
tebanturq. ijs inter ſemet ipſos certando. acceſſere ad aegras iam omnium mentes prodi-
gia caeleſtia,prope quotidianas in urbe agriſq. oſtentantia minas.motiq.ira numinis cauſ
B ſam nullam aliam uates canebant, publice priuatimq. nunc extis, nunc per aues conſulti,
quam,haud rite ſacra fieri.qui terrores [redacted] eo euaſere,ut Oppia,uirgo Veſtalis,damna-
ta inceſti poenas dederit.Q.Fabius inde,& C. Iulius conſules facti. Eo anno non ſegnior Anno Q. FABIVS, C. IVLIVS.
diſcordia domi, & bellum foris atrocius fuit. ab Aequis arma ſumpta. Veientes agrum 270.
quoque Romanorum populantes inierunt. quorum bellorum creſcente cura, K. Fabius, Anno K. FABIVS, SP. FVRIVS
& Sp. Furius conſules fiunt. Ortonam,Latinam urbem,Aequi oppugnabant. Veientes, 271.
pleni iam populationum,Romam ipſam ſe oppugnaturos minitabantur.qui terrores,cum
compeſcere deberent,auxere inſuper animos plebis: redibatq. non ſua ſponte plebi mos
detrectandi militiam.ſed Sp.Icilius,tribunus plebis,ueniſſe tempus ratus per ultimam ne
ceſsitatem legis agrariae patribus iniungendae,ſuſceperat rem militarem impediendã.ce
terum tota inuidia tribuniciae poteſtatis uerſa in auctorem eſt: nec in eum cõſules acrius,
C quam ipſi eius collegae,coorti ſunt:auxilioq. eorum delectum conſules habent.ad duo
ſimul bella exercitus ſcribitur: ducendus Fabio in Aequos, in Veientes Furio datur. & in
Veientibus quidem nihil dignum memoria geſtum eſt. Fabio aliquanto plus negotij cum
ciuibus,quam cum hoſtibus,fuit. unus ille uir ipſe conſul remp.ſuſtinuit; quam exercitus
odio conſulis, quantum in ſe fuit, prodebat. nam cum conſul, praeter ceteras imperato
rias artes,quas parando gerendoque bello edidit plurimas, ita inſtruxiſſet aciem, ut,ſolo
equitatu emiſſo,exercitum hoſtium funderet; inſequi fuſos pedes noluit: nec illos, ſi
non adhortatio inuiſi ducis,ſuum ſaltem flagitium,& publicũ in praeſentia dedecus,poſt-
modo periculum,ſi animus hoſti rediſſet,cogere potuit gradum accelerare; aut,ſi aliud ni
hil,ſtare inſtructos.iniuſſu ſigna referunt:maeſtique,(crederes uictos)exſecrantes nunc
imperatorem,nunc nauatam ab equite operam, redeunt in caſtra. nec huic tam peſtilenti
D exemplo remedia ulla ab imperatore quaeſita ſunt.adeo excellentibus ingenijs citius de-
fuerit ars,qua ciuem regant, quam qua hoſtem ſuperent. conſul Romam redijt, non tam
belli gloria aucta, quam irritato exacerbatoq. in ſe militum odio. obtinuere tamen pa-
tres, ut in Fabia gente conſulatus maneret. M. Fabium conſulem creant: Fabio collega Anno M. FABIVS, CN. MANLIVS
Cn.Manlius datur.Et hic annus tribunum auctorem legis agrariae habuit. Ti. Pontificius 272.
fuit.is eandem uiam,uelut proceſsiſſet Sp.Icilio, ingreſſus, delectum paulliſper impedijt.
perturbatis iterum patribus, Ap. Claudius uictam tribuniciam poteſtatem dicere priore
anno in praeſentia re ipſa,exemplo in perpetuum;quando inuentum ſit,ſuis ipſam uiribus
diſſolui; neque enim umquam defuturum,qui ex collega uictoriam ſibi,& gratiam melio
ris partis bono publico uelit quaeſitam: & plures,ſi pluribus opus ſit, tribunos ad auxiliũ
conſulum paratos fore; & unum uel aduerſus omnes ſatis eſſe: darent modo & conſules
E & primores patrum operam,ut,ſi minus omnes,aliquos tamen ex tribunis reip.ac ſenatui
conciliarent. Praeceptis Appij moniti patres,& uniuerſi comiter ac benigne tribunos ap
pellare:& conſulares,ut cuique eorum priuatim aliquid iuris aduerſus ſingulos erat, par-
tim gratia, partim auctoritate obtinuere, ut tribuniciae poteſtatis uires ſalubres uellent
reip.eſſe; quattuorq.tribunorũ aduerſus unum moratorem publici commodi auxilio,dele
ctum conſules habent. inde ad Veiens bellum profecti: quo undique ex Etruria auxilia
conuenerant,non tam Veientium gratia concitata,quam quod in ſpem uẽtum erat,diſcor
dia inteſtina diſſolui rem Romanam poſſe.principesq. in omnium Etruriae populorũ con
cilijs fremebant,aeternas opes eſſe Romanas,niſi inter ſemet ipſos ſeditionibus ſaeuiãt:id
unum uenenum, eam labem ciuitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia
eſſent: diu ſuſtentatum id malum,partim patrum conſilijs,partim patientia plebis, iam ad

extrema

extrema ueniſſe: duas ciuitates ex una factas: ſuos cuiq. parti magiſtratus, ſuas leges eſſe, F
primum in delectibus ſaeuire ſolitos, eoſdem in bello tamẽ paruiſſe ducibus: qualicunq.
urbis ſtatu, manente diſciplina militari, ſiſti potuiſſe: iam non parendi magiſtratibus mo-
rem, in caſtra quoque Romanum militẽ ſequi: proximo bello, in ipſa acie, in ipſo certami-
ne, conſenſu exercitus, traditam ultro uictoriam uictis Aequis; ſigna deſerta; imperatorẽ
in acie relictum: iniuſſu in caſtra reditum: profecto, ſi inſtetur, ſuo milite uinci Romã poſ-
ſe: nihil aliud opus eſſe, quam indici oſtendiq. bellum: cetera ſua ſponte fata & deos geſtu
ros. Hae ſpes Etruſcos armauerant, multis inuicẽ caſibus uictos, uictoreſque. cõſules quo
que Romani nihil praeterea aliud, quam ſuas uires, ſua arma horrebant: memoria peſſimi
proximo bello exempli terrebantur, ne rem cõmitterent eo, ubi duae ſimul acies timẽdae
eſſent. itaque caſtris ſe tenebant, tam ancipiti periculo auerſi. diem, tempuſq. forſitan ip-
ſum leniturum iras, ſanitatemq. animis allaturum. Veiens hoſtis Etruſciq. eo magis prae G
propere agere: laceſſere ad pugnam, primo obequitando caſtris prouocãdoque; poſtremo
ut nihil mouebant, qua conſules ipſos, qua exercitum increpando: ſimulationẽ inteſtinae
diſcordiae remedium timoris inuentum; & conſules magis non confidere, quam nõ crede
re ſuis militibus: nouum ſeditionis genus, ſilentium, otiumq. inter armatos: ad haec, in no
uitatẽ generis, originiſque, qua falſa, qua uera iacere. Haec cũ ſub ipſo uallo portiſq. ſtre-
perent, haud aegre conſules pati. at imperitae multitudini nunc indignatio, nũc pudor pe-
ctora uerſare, & ab inteſtinis auertere malis: nolle inultos hoſtes, nolle ſucceſſum, non pa-
tribus, non conſulibus. externa & domeſtica odia certare in animis. tandem ſuperant ex-
terna. adeo ſuperbe inſolenterq. hoſtis eludebat. frequentes in praetorium conueniunt,
poſcunt pugnam, poſtulant ut ſignum detur. conſules, uelut deliberabundi, capita confe-
runt, diu colloquuntur. pugnare cupiebant: ſed retro reuocanda, & addenda cupiditas H
erat; ut, aduerſando remorandoque, incitato ſemel militi adderent impetum. Redditur re
ſponſum, immaturam rem agi, nondum tempus pugnae eſſe: caſtris ſe tenerent. edicunt in
de, ut abſtineant pugna: ſi quis iniuſſu pugnauerit, ut in hoſtẽ animaduerſuros. ita dim iſ-
ſis, quo minus conſules uelle credunt, creſcit ardor pugnandi. accendunt inſuper hoſtes fe
rocius multo, ut, ſtatuiſſe non pugnare conſules, cognitum eſt. quippe impune ſe inſultatu
ros: non credi militi arma: rem ad ultimum ſeditionis erupturam, finemq. ueniſſe Roma
no imperio. His freti occurſant portis, ingerunt probra, aegre abſtinent, quin caſtra oppu
gnent. Enimuero non ultra contumeliam pati Romanos poſſe. totis caſtris undique ad
conſules curritur. non iam ſenſim, ut ante, per centurionum principes poſtulant, ſed paſſim
omnes clamoribus agunt. Matura res erat: tergiuerſantur tamen. Fabius deinde, ad cre-
ſcentem tumultum iam, metu ſeditionis, collega concedente, cum ſilentium claſſico feciſ I
ſet; Ego iſtos, Cn. Manli, poſſe uincere ſcio; uelle ne ſcirem, ipſi fecerunt. itaque certum,
atque decretum eſt, non dare ſignum, niſi, uictores ſe redituros ex hac pugna, iurent. cõſu-
lem Romanum miles ſemel in acie fefellit, deos numquam fallet. Cẽturio erat M. Flauole
ius, inter primores pugnae flagitator. uictor, inquit, M. Fabi reuertar ex acie. ſi fallat, Io-
uem patrem, Gradiuumq. Martẽ, alioſq. iratos inuocat deos. idem deinceps omnis exer
citus in ſe quiſque iurat. iuratis datur ſignum. arma capiunt: eunt in pugnam, irarũ ſpeiq.
pleni: nunc iubent Etruſcos probra iacere, nunc armatis ſibi quiſque lingua promptũ ho-
ſtem offerri. Omnium illo die, qua plebis, qua patrum eximia uirtus fuit. Fabium nomen,
Fabia gens maxime enituit: multis ciuilibus certaminibus infenſos plebis animos illa pu
gna ſibi reconciliare ſtatuunt. inſtruitur acies. nec Veiens hoſtis, Etruſcaeq. legiones detre
ctant. prope certa ſpes erat, non magis ſecum pugnaturos, quam pugnauerint cũ Aequis: K
maius quoque aliquod in tam irritatis animis & occaſione ancipiti, haud deſperandum eſ
ſe facinus. res aliter longe euenit. nam non alio ante bello infeſtior Romanus (adeo hinc
contumeliis hoſtes, hinc conſules mora exacerbauerant) proelium inijt. uix explicandi or
dinis ſpatium Etruſcis fuit, cum, pilis inter primam trepidationẽ abiectis temere magis,
quam emiſſis, pugna iam ad manus, iã ad gladios, ubi Mars eſt atrociſsimus, uenerat. inter
primores genus Fabium inſigne ſpectaculo exemploq. ciuibus erat. ex his Q. Fabium (ter
tio hic anno ante conſul fuerat) principem in confertos Veientes euntem, ferox uiribus &
armorum arte Tuſcus, incautum inter multas uerſantẽ hoſtium manus, gladio per pectus
transfigit. telo extracto, praeceps Fabius in uulnus obijt. ſenſit utraque acies unius uiri ca-
ſum, cedebatq. inde Romanus: cum M. Fabius conſul tranſilijt iacentis corpus; obiectaq.
parma,

A parma, Hoc iuraſtis, inquit, milites? fugientes uos in caſtra redituros? adeo ignauiſſimos hoſtes magis timetis, quam Iouem, Martemque, per quos iuraſtis? at ego iniuratus aut uictor reuertar, aut prope te hic Q. Fabi dimicans cadam. conſuli tum K. Fabius, prioris anni conſul, uerbis ne iſtis, frater, ut pugnent, te impetraturum credis? dij impetrabunt, per quos iurauere. & nos, ut decet proceres, ut Fabio nomine eſt dignum, pugnando potius, quam adhortando, accendamus militum animos. Sic in primum infeſtis haſtis prouolant duo Fabij, totamq. mouerunt ſecum acië, proelio ex parte una reſtituto, nihilo ſegnius in altero cornu Cn. Manlius conſul pugnam ciebat: ubi prope ſimilis fortuna eſt uerſata. nam ut altero in cornu Q. Fabium, ſic in hoc ipſum conſulem Manlium, iam uelut fuſos agentem hoſtes, & impigre milites ſecuti ſunt; &, ut ille graui uulnere ictus ex acie ceſſit, interfectum rati, gradum retulere: ceſſiſſentq. loco, ni conſul alter, cum aliquot tur-

B mis equitum in eam partem citato equo aduectus, uiuere clamitans collegam, ſe uictorem fuſo altero cornu adeſſe, rem inclinatam ſuſtinuiſſet. Manlius quoque ad reſtituendam aciem ſe ipſe coram offert. duorum conſulum cognita ora accendunt militum animos. ſimul & uanior iam erat hoſtium acies; dum, abundante multitudine freti, ſubtracta ſubſidia mittunt ad caſtra oppugnanda. in quae haud magno certamine impetu facto, dũ praedae magis, quam pugnae, memores tererent tempus; triarij Romani, qui primã irruptionem ſuſtinere non potuerant, miſſis ad conſules nuncijs quo loco res eſſent, conglobati ad praetorium redeunt, & ſua ſponte proelium ipſi renouant: & Manlius conſul reuectus in caſtra, ad omnes portas milite oppoſito hoſtibus uiam clauſerat. ea deſperatio Tuſcis rabiem magis, quam audaciam, accendit. nam cum incurſantes quacumque exitum oſtenderet ſpes, uano aliquoties impetu iſſent; globus iuuenum unus in ipſum conſulem

C inſignem armis inuadit. prima excepta a circumſtantibus tela: ſuſtineri deinde uis nequit. demum conſul mortifero uulnere ictus cadit, fuſiq. circa omnes. Tuſcis creſcit audacia. Romanos terror per tota caſtra trepidos agit. & ad extrema uentum foret, ni legati, rapto conſulis corpore, pateféciſſent una porta hoſtibus uiam. ea erumpunt; conſternatoque agmine abeuntes, in uictorem alterum incidunt conſulem. ibi iterum caeſi, fuſiq. paſſim. uictoria egregie parta, triſtis tamen duobus tam claris funeribus. itaque conſul, decernente ſenatu triumphum, ſi exercitus ſine imperatore triumphare poſſit, pro eximia eo bello opera facile paſſurum reſpondit: ſe familia funeſta Q. Fabij fratris morte, rep. ex parte orba, conſule altero amiſſo, publico priuatoque deformem luctu lauream non accepturum. Omni acto triumpho depoſitus triumphus clarior fuit. adeo ſpreta in tempore gloria, interdum cumulatior redit. funera deinde duo deinceps, collegae fratriſque ducit. idem in

D utroque laudator, cum, concedendo illis ſuas laudes, ipſe maximam partem earum ferret. neque immemor eius, quod initio conſulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis, ſaucios milites curandos diuidit patribus. Fabijs plurimi dati: nec alibi maiore cura habiti. inde populares iam eſſe Fabij: nec hoc ulla, niſi ſalubri reip. arte. igitur non patrum magis, quam plebis, ſtudijs K. Fabius cum T. Virginio conſul factus, neque belli, neque delectus, neque ullam aliam priorem curam agere, quam ut, iam aliqua ex parte inchoata concordiae ſpe, primo quoque tempore cum patribus coaleſcerent animi plebis. itaque principio anni cenſuit, prius quã quiſquam agrariae legis auctor tribunus exſiſteret, occuparent patres ipſi ſuum munus facere: captiuum agrum plebi quammaxime aequaliter darent; aequum eſſe habere eos, quorum ſanguine ac ſudore partus ſit. aſpernati patres ſunt: queſti quoque quidam, nimia gloria luxuriare & euaneſcere uiuidum

E quondam illud Kaeſonis ingenium, nullae deinde urbanae factiones fuere. Vexabantur incurſionibus Aequorum Latini. eo cum exercitu Kaeſo miſſus, in ipſorum Aequorum agrum depopulabundus tranſit. Aequi ſe in opida receperunt, muriſque ſe tenebant. eo nulla pugna memorabilis fuit. At a Veiente hoſte clades accepta temeritate alterius conſulis. actumque de exercitu foret, ni K. Fabius in tempore ſubſidio ueniſſet. ex eo tempore neque pax, neque bellum cum Veientibus fuit. res proxime formam latrocinij uenerat. legionibus Romanis cedebant: in urbem ubi abductas ſenſerant legiones, agros incurſabant, bellum quiete, quietem bello inuicem eludentes. ita neque omitti tota res, neque perfici poterat. & alia bella aut praeſentia inſtabant, ut ab Aequis Volſciſque, non diutius, quam recens dolor proximae cladis tranſiſſet, quieſcentibus: aut mox moturos ſe apparebat Sabinos ſemper infeſtos, Etruriamque omnem. ſed Veiens hoſtis aſſiduus magis,

gis,quam grauis,contumelijs ſaepius, quam periculo animos agitabat: quod nullo tem- F
pore negligi poterat, aut auerti alio ſinebat. tum Fabia gens ſenatum adit: conſul pro
gente loquitur: Aſſiduo magis,quam magno praeſidio,ut ſcitis patres conſcripti,bellum
Veiens eget. uos alia bella curate: Fabios hoſtes Veientibus date. auctores ſumus, tutam
ibi maieſtatem Romani nominis fore. noſtrum id nobis uelut familiare bellum priuato
ſumptu gerere in animo eſt. reſp. & milite illic,& pecunia uacet. Gratiae ingentes actae.
Conſul e curia egreſſus, comitante Fabiorum agmine,qui in ueſtibulo curiae ſenatuſcon
ſultum exſpectantes ſteterant, domum redijt. iuſſi armati poſtero die ad limen conſulis
adeſſe, domos inde diſcedunt. Manat tota urbe rumor: Fabios ad caelum laudibus fe-
runt: familiam unam ſubijſſe ciuitatis onus: Veiens bellum in priuatam curam,in priuata
arma uerſum:ſi ſint duae roboris eiuſdem in urbe gentes, depoſcant, haec Volſcos ſibi,illa
Aequos; populo R. tranquillam pacem agente, omnes finitimos ſubigi populos poſſe. G
Fabij poſtera die arma capiunt: quo iuſſi erant, conueniunt. conſul paludatus egrediens,
in ueſtibulo gentem omnem ſuam inſtructo agmine uidet:acceptus in medium, ſigna fer-
ri iubet. numquam exercitus neque minor numero, neque clarior fama & admiratione
hominum per urbem inceſſit. ſex & trecenti milites, omnes patricij, omnes unius gen-
tis, quorum neminem ducem ſperneret egregius quibuslibet temporibus ſenatus, ibant,
unius familiae uiribus Veienti populo peſtem minitantes. ſequebatur turba, propria alia
cognatorum ſodaliumque,nihil medium, nec ſpem nec curam, ſed immenſa omnia uol-
uentium animo; alia publica ſolicitudine excitata,fauore & admiratione ſtupens.ire for-
tes,ire felices iubent; inceptis euentus pares reddere; conſulatus inde, ac triumphos,
omnia praemia abs ſe, omnes honores ſperare: praetereuntibus Capitolium, arcemque,
& alia templa,quidquid deorum oculis,quidquid animo occurrit,precantur, ut illud ag- H
men fauſtum,atque felix mittant, ſoſpites breui in patriam ad parentes reſtituant. Incaſ-
ſum miſſae preces. infelici uia dextro Iano portae Carmentalis profecti, ad Cremeram
flumen perueniunt. is opportunus uiſus locus communiendo praeſidio. L. Aemilius inde,
ANNO & C.Seruilius conſules facti. &, donec nil aliud quam in populationibus res fuit: non ad
274. praeſidium modo tutandum Fabij ſatis erant, ſed tota regione, qua Tuſcus ager Romano
adiacet,ſua tuta omnia,infeſta hoſtium, uagantes per utrumque finem facere. interuallū
L. AEMILIUS, C. SERVILIUS deinde haud magnum populationibus fuit: dum & Veientes, accito ex Etruria exercitu,
praeſidiū Cremerae oppugnāt;& Romanae legiones,ab L. Aemilio conſule adductae,co-
minus cum Etruſcis dimicant acie. quamquam uix dirigendi aciem ſpatium Veientibus
fuit.adeo inter primam trepidationem, dum poſt ſigna ordines introeunt, ſubſidiaque lo
cant, inuecta ſubito ab latere Romana equitum ala,non pugnae modo incipiendae,ſed cō I
ſiſtendi ademit locum. ita fuſi retro ad ſaxa Rubra (ibi caſtra habebant) pacem ſupplices
petunt, cuius impetratae, ab inſita animis leuitate, ante deductum Cremera Romanum
praeſidium paenituit.Rurſus cum Fabijs erat Veienti populo, ſine ullo maioris belli appa-
ratu,certamen. nec erant incurſiones modo in agros,aut ſubiti impetus incurſantium,ſed
aliquoties aequo campo,collatiſque ſignis certatum:genſque una populi R. ſaepe ex opu
lentiſſima,ut tum res erant, Etruſca ciuitate uictoriam tulit.id primo acerbum indignūq.
Veientibus uiſum.inde conſilium ex re natum,inſidijs ferocem hoſtem captandi.gaudere
etiam,multo ſucceſſu Fabijs audaciam creſcere.itaque & pecora praedantibus aliquoties,
uelut caſu incidiſſent,obuiam acta: & agreſtium fuga uaſti relicti agri: & ſubſidia armato
rum ad arcēdas populationes miſſa,ſaepius ſimulato,quam uero,pauore refugerūt.iamq.
Fabij adeo contempſerāt hoſtem,ut ſua inuicta arma neque loco,neque tempore ullo cre- K
derent ſuſtineri poſſe.haec ſpes adeo prouexit,ut ad conſpecta procul a Cremera, magno
campi interuallo, pecora,quamquam rara hoſtium apparebant arma,decurrerent.& cum
improuidi effuſo curſu inſidias circa ipſum iter locatas ſuperaſſent, palatiq. paſsim uaga,
ut fit,pauore iniecto,raperent pecora:ſubito ex inſidijs conſurgitur. & aduerſi,& undique
hoſtes erant.primo clamor circumlatus exterruit: dein tela ab omni parte accidebant.co-
euntibuſque Etruſcis, iam cōtinenti agmine armatorum ſaepti,quo magis ſe hoſtis infe-
rebat,cogebantur breuiore ſpatio & ipſi orbem colligere. quae res & paucitatem eorum
inſignem, & multitudinem Etruſcorum, multiplicatis in arto ordinibus, faciebat. tum
omiſſa pugna,quam in omnes partes parem intenderant, in unum locum ſe omnes incli-
nant. eo nixi corporibus armiſque rupere cuneo uiam. duxit uia in editum leniter col-
lem;

A lem: inde primo reſtitere: mox, ut reſpirandi ſuperior locus ſpatium dedit, recipiendi-
que a pauore tanto animum, pepulere etiam ſubeuntes: uincebatq. auxilio loci paucitas,
ni iugo circummiſſus Veiens, in uerticem collis euaſiſſet. ita ſuperior rurſus hoſtis factus:
Fabij caeſi ad unum omnes, praeſidiumq. expugnatum. CCCVI periiſſe ſatis conuenit,
unum prope puberem aetate relictum, ſtirpem genti Fabiae, dubijsque rebus populi Ro-
mani ſaepe domi belliq. uel maximum futurũ auxilium. Cum haec accepta clades eſſet, iã
C. Horatius & T. Menenius conſules erant. Menenius aduerſus Tuſcos uictoria elatos cõ- An. 275.
feſtim miſſus. tum quoque male pugnatum eſt; & Ianiculum hoſtes occupauere: obſeſſa-
que urbs foret, ſuper bellum annona premente, (tranſierant enim Etruſci Tiberim) ni Ho-
ratius conſul ex Volſcis eſſet reuocatus. adeoque id bellum ipſis inſtitit moenibus, ut pri-
mo pugnatum ad Spei ſit aequo Marte, iterum ad portam Collinam. ibi quamquam paruo
B momento ſuperior Romana res fuit, meliorem tamen militem, recepto priſtino animo, An. 276.
in futura proelia id certamen fecit. A. Virginius & Sp. Seruilius conſules fiunt. poſt acce-
ptam proximae pugnae cladem Veientes abſtinuere acie. populationes erant, & uelut ab
arce Ianiculi paſſim in Romanum agrum impetus dabant. non uſquam pecora tuta, non
agreſtes erant. capti deinde eadem arte ſunt, qua ceperant Fabios. ſecuti, dedita opera,
paſſim ad illecebras propulſa pecora, praecipitauere in inſidias. quo plures erant, maior
caedes fuit. ex hac clade atrox ira maioris cladis cauſſa, atque initiũ fuit. traiecto enim no-
cte Tiberi, caſtra Seruilij conſulis adorti ſunt oppugnare. inde fuſi magna caede in Ianicu
lum ſe aegre receperunt. confeſtim conſul & ipſe tranſit Tiberim, caſtra ſub Ianiculo com
munit. poſtero die luce orta, nonnihil & heſterna felicitate pugnae ferox, magis tamen,
quod inopia frumenti, quamuis praecipitia, dum celeriora eſſent, agebat conſilia; temere
C aduerſo Ianiculo ad caſtra hoſtium aciem erexit: foediusque inde pulſus, quam pridie pe-
pulerat, interuentu collegae, ipſe, exercitusque eſt ſeruatus. inter duas acies Etruſci, cum
inuicem his, atque illis tergã darent, occidione occiſi. ita oppreſſum temeritate felici Ve-
iens bellum. Vrbi, cum pace, laxior etiam annona redijt, & aduecto ex Campania fru-
mento, &, poſtquam timor ſibi cuique futurae inopiae abijt, eo, quod abditum fuerat, pro
lato. Ex copia deinde otioque laſciuire rurſus animi; & priſtina mala, poſtquam foris dee-
rant, domi quaerere. tribuni plebem agitare ſuo ueneno, agraria lege: in reſiſtentes incita-
re patres, nec in uniuerſos modo, ſed in ſingulos. Q. Conſidius & T. Genucius, auctores
agrariae legis, T. Menenio diẽ dicunt. inuidiae erat amiſſum Cremerae praeſidium; cum
haud procul inde ſtatiua conſul habuiſſet. [redacted] oppreſ[redacted]: cum & patres haud minus,
quam pro Coriolano ante, annixi eſſent; & patris Agrippae fauor haud dum exoleuiſſet.
D in mulcta temperarunt tribuni: cum capitis anquiſiſſent, duo millia aeris damnato mulctã
dixe[redacted]. ea in caput uertit. negant tuliſſe ignominiam, aegritudinemq.; inde morbo ab-
ſumptum eſſe. Alius deinde reus Sp. Seruilius, ut cõſulatu abijt, C. Nautio & P. Valerio An. 277.
Conſulibus, initio ſtatim anni, ab L. Caedicio & T. Statio tribunis die dicta, non, ut Mene-
nius, precibus ſuis, aut patrum, ſed cum multa fiducia innocẽtiae gratiaeq. tribunicios im-
petus tulit. & huic proelium cũ Tuſcis ad Ianiculũ erat crimini. ſed feruidi animi uir, ut in
publico periculo ante, ſic tum in ſuo, non tribunos modo ſed plebem oratione feroci refu
tando, exprobrandoq. T. Menenij damnationem, mortemq., (cuius patris munere reſtitu-
ta quondam plebs, eos ipſos, quibus tum ſaeuiret, magiſtratus, eas leges haberet) pericu-
lum audacia diſcuſſit. iuuit & Virginius collega teſtis productus, participando laudes: ma-
gis tamen Menenianum (adeo mutauerant animum) profuit iudicium. Certamine domi-
E finito, Veiens bellum exortum, quibus Sabini arma coniunxerant. P. Valerius conſul, acci
tis Latinorum Hernicorumque auxilijs, cum exercitu Veios miſſus, caſtra Sabina, quae
pro moenibus ſociorum locata erant, confeſtim aggreditur; tantamque trepidationẽ inie-
cit, ut, dum diſperſi alij alia manipulatim excurrunt ad arcendam hoſtium uim, ea porta,
cui ſigna primum intulerat, caperetur. intra uallum deinde caedes magis, quam proelium
eſſe. tumultus e caſtris & in urbem penetrat. tamquam Veijs captis, ita pauidi Veientes
ad arma currunt. pars Sabinis eunt ſubſidio: pars Romanos, toto impetu intentos in ca-
ſtra, adoriuntur. paulliſper auerſi turbatique ſunt. deinde & ipſi utroque uerſis ſignis re-
ſiſtunt; & eques ab conſule immiſſus Tuſcos fundit fugatque. eademque hora duo exer-
citus, duaeque potentiſsimae & maxime finitimae gentes ſuperatae ſunt. Dum haec ad
Veios geruntur, Volſci Aequiq. in Latino agro poſuerant caſtra, populatique fines erant.

eos per ſe ipſi Latini, aſſumptis Hernicis, ſine Romano aut duce aut auxilio caſtris exſuê- F
runt: ingenti praeda, praeter ſuas recuperatas res, potiti ſunt. miſſus tamen ab Roma conſul in Volſcos C. Nautius. mos, credo, non placebat, ſine Romano duce exercituq. ſocios proprijs uiribus conſilijsq. bella gerere. nullum genus calamitatis contumeliaeq. nó edi-
An.278. tum in Volſcos eſt: nec tamen perpelli potuêre, ut acie dimicarent. L. Furius inde & A. Manlius conſules. Manlio Veientes prouincia euenit. non tamen bellatum. induciae in annos XL petentibus datae, frumento ſtipendioq. imperato. Paci externae confeſtim continuatur diſcordia domi. agrariae legis tribunicijs ſtimulis plebs furebat. conſules nihil Menenij damnatione, nihil periculo deterriti Seruilij, ſumma ui reſiſtunt. abeuntes magiſtra-
An.279. tu conſules Genucius tribunus pl. arripuit. L. Aemilius & Opiter Virginius cóſulatum ineunt. Vopiſcum Iulium pro Virginio in quibuſdam annalibus conſulem inuenio. Hoc anno, quoſcumque conſules habuit, rei ad populum Furius & Manlius circumeũt ſordidati G
non plebem magis, quam iuniores patrum. ſuadent, monent, honoribus & adminiſtratione reip. abſtineãt: conſulares uero faſces, praetextã, curulemq. ſellam, nihil aliud quam pópam funeris, putent: claris inſignibus, uelut infulis, uelatos ad mortem deſtinari: quod ſi cóſulatus tanta dulcedo ſit, iam nunc ita in animum inducant, conſulatum captũ & oppreſſum ab tribunicia poteſtate eſſe, conſuli, uelut apparitori tribunicio, omnia ad nutum imperiũq. tribuni agenda eſſe: ſi ſe cómouerit, ſi reſpexerit patres, ſi aliud quam plebem eſſe in rep. crediderit, exſilium C. Marcij, Menenij damnationem & mortem ſibi proponat ante oculos. His accẽſi uocibus patres, conſilia inde non publica, ſed in priuato, ſeducta a plurium conſcientia, habere: ubi cum id modo conſtaret, iure an iniuria eripiendos eſſe reos; atrociſsima quaeque maxime placebat ſententia: nec auctor quamuis audaci facinori deerat. Igitur iudicij die, cum plebs in foro erecta expectatione ſtaret, mirari primo, quid nó H
deſcenderet tribunus: deinde, cum iam mora ſuſpectior fieret, deterritum a primoribus credere, & deſertam ac proditam cauſſam publicam queri. tandem, qui obuerſati ueſtibulo tribuni fuerant, nunciant, domi mortuum eſſe inuentum. quod ubi in totam concionem peruaſit rumor; ſicut acies funditur duce occiſo, ita dilapſi paſsim alij alio. praecipuus pauor tribunos inuaſerat, quã nihil auxilii ſacratae leges haberẽt, morte collegae monitos. nec patres ſatis moderate ferre laetitiam. adeoq. nemině noxae paenitebat, ut etiá, inſontes feciſſe, uideri uellent; palamq. ferrent, malo domandam tribuniciam poteſtaté. ſub hac peſsimi exempli uictoria delectus edicitur: pauentibusq. tribunis, ſine interceſsione ulla conſules rem peragunt. Tum uero iraſci plebs tribunorum magis ſilentio, quam cóſulum imperio; & dicere, actum eſſe de libertate ſua; rurſus ad antiqua reditum; cum Genucio una mortuam ac ſepultam tribuniciam poteſtatem; aliud agendum, ac cogitandũ, quo I
modo reſiſtatur patribus: id auté unum conſilium eſſe, ut ſe ipſa plebs, quando aliud nihil auxilii habeat, defendat: quattuor & uiginti lictores apparere conſulibus, & eos ipſos plebis homines: nihil contemptius neq. infirmius ſi ſint qui contemnãt: ſibi quemq. ea magna atque horrenda facere. His uocibus alij alios cum incitaſſent, ad Voleroné Publilium, de plebe hominem, quia, quod ordines duxiſſet, negaret ſe militem fieri debere, lictor miſſus eſt a conſulibus. Volero appellat tribunos. cum auxilio nemo eſſet, conſules ſpoliari hominem, & uirgas expediri iubent. Prouoco, inquit, ad populum, Volero; quoniam tribuni ciuem Romanum in conſpectu ſuo uirgis caedi malunt, quam ipſi in lecto ſuo a uobis trucidari. quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circumſcindere & ſpoliare lictor. Tum Volero & praeualens ipſe, & adiuuantibus aduocatis, repulſo lictore, ubi indignantiũ pro ſe acerrimus erat clamor, eo ſe in turbam confertiſsimã recipit clamitans, Prouoco, & fidem ple- K
bis imploro. adeſte ciues; adeſte commilitones: nihil eſt, quod expectetis tribunos; quibus ipſis ueſtro auxilio opus eſt. Concitati homines, ueluti ad proelium, ſe expediunt: apparebatque omne diſcrimen adeſſe; nihil cuiquam ſanctum non publici fore, non priuati iuris. huic tantae tempeſtati cum ſe conſules obtuliſſent, facile experti ſunt parum tutam maieſtatem ſine uiribus eſſe. uiolatis lictoribus, faſcibus fractis, e foro in curiam compelluntur, incerti quatenus Volero exerceret uictoriam. conticeſcente deinde tumultu, cum ſenatum uocari iuſsiſſent; queruntur iniurias ſuas, uim plebis, Voleronis audaciam. multis ferociter dictis ſententijs, uicere ſeniores, quibus ira patrum aduerſus temerita-
An.280. tem plebis certari non placuit. Voleronem amplexa fauore plebs, proximis comitijs tribunum plebis creat in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium conſules habuit. con-

traq.

A ttaque omnium opinionem, qui eum uexandis prioris anni conſulibus adminiſtraturum tribunatum credebant, poſt publicam cauſſam priuato dolore habito, ne uerbo quidem uiolatis conſulibus, rogationem tulit ad populum, ut plebeij magiſtratus tributis comitijs fierent. haud parua res ſub titulo prima ſpecie minime atroci ferebatur, ſed quae patricijs omnem poteſtatem per clientum ſuffragia creandi quos uellent tribunos, auferret. huic actioni, gratiſſimae plebi, cum ſumma ui reſiſterent patres; nec, quae una uis ad reſiſtendũ erat, ut intercederet aliquis ex collegio, auctoritate aut conſulũ, aut principũ adduci poſſet: res tamen, ſuo ipſa molimine grauis, magnis certaminibus in annum extrahitur. Plebs Voleronem tribunum reficit. patres ad ultimum dimicationis rati rem uenturã, Ap. Claudium Ap. F. iam inde a paternis certaminibus inuiſum infeſtumq. plebi, conſulem faciunt. collega ei T. Quinctius datur. Principio ſtatim anni nihil prius, quã de lege, agebatur. ſed

B ut inuentor legis Volero, ſic Laetorius, collega eius, auctor cum recẽtior, tum acrior erat. ferocẽ faciebat belli gloria ingens; quod aetatis eius haud quiſquã manu promptior erat. is, cum Volero nihil praeterquam de lege loqueretur, inſectatione abſtinens conſulũ, ipſe in accuſationem Appij, familiaeq. ſuperbiſſimae ac crudeliſſimae in plebẽ R. exorſus, cũ a patribus non conſulem, ſed carnificem, ad uexandam & lacerandam plebem, creatum eſſe contenderet, rudis in militari homine lingua non ſuppetebat libertati animoq. itaque deficiente oratione, Quandoquidem nõ tam facile loquor, inquit, Quirites, quam, quod locutum ſum, praeſto; craſtino die adeſte. ego hic aut in conſpectu ueſtro moriar, aut perferã legem. Occupant tribuni templum poſtero die. conſules nobilitasq. ad impediendam legem in concione conſiſtunt. ſummoueri Laetorius iubet, praeterquam qui ſuffragiũ ineant. adoleſcentes nobiles ſtabant nihil cedentes uiatori. tum ex his prehendi quoſdã Laetorius iubet.

C conſul Appius negare ius eſſe tribuno in quemquã, niſi in plebeium: non enim populi, ſed plebis, eum magiſtratum eſſe; nec illum ipſum ſummouere pro imperio poſſe more maiorũ; quia ita dicatur: Si uobis uidetur, diſcedite Quirites. Facile & contemptim de iure diſſerendo, perturbare Laetorium poterat. ardens igitur ira tribunus uiatorẽ mittit ad conſulem, conſul lictorem ad tribunum, priuatum eſſe clamitãs, ſine imperio, ſine magiſtratu: uiolatusq. eſſet tribunus, ni & concio omnis atrox coorta pro tribuno in conſulẽ eſſet; & concurſus hominum in forum ex tota urbe cõcitatae multitudinis fieret. ſuſtinebat tamẽ Appius pertinacia tantã tempeſtatẽ: certatumq. haud incruẽto proelio foret, ni Quinctius, conſul alter, conſularibus negotio dato, ut collegam ui, ſi aliter non poſſent, de foro abducerent, ipſe nunc plebem ſaeuientem precibus leniſſet; nũc oraſſet tribunos, ut conciliũ dimitterent; darent irae ſpatium: nõ uim ſuã illis tempus ademturum, ſed conſilium uiribus additurũ; & patres in populi, & conſulẽ in patrũ fore poteſtate.

D Aegre ſedata ab Quinctio plebs; multo aegrius conſul alter a patribus. dimiſſo tandem concilio plebis, ſenatum conſules habent. ubi cũ timor, atque ira inuicem ſententias uariaſſent, quo magis, ſpatio inter poſito, ab impetu ad conſultandum aduocabãtur, eo plus abhorrebant a certatione animi: adeo ut Quinctio gratias agerent, quod eius opera mitigata diſcordia eſſet. ab Appio petitur, ut tantam conſularem maieſtatem eſſe uellet, quanta in cõcordi ciuitate eſſe poſſet: dũ tribuni conſulesq. ad ſe quiſque omnia trahant, nihil relictum eſſe uirium in medio: diſtractam laceratamq. remp. per magiſtratus, magis, quorum in manu ſit, quã ut incolumis ſit, quaeri. Appius contra teſtari deos, atque homines, remp. prodi per metum ac deſeri: non conſulem ſenatui, ſed ſenatum conſuli deeſſe: grauiores accipi leges, quam in Sacro monte acceptae ſint. uictus tamen patrum conſenſu quieuit. lex ſilentio perfertur. Tum primũ

E tributis comitijs creati tribuni ſunt. numero ẽt additos tres, perinde ac duo ante fuerint, Piſo auctor eſt. nominat quoque tribunos, C. Sicinium, L. Numitoriũ, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mecilium. Volſci tum Aequique, inter ſeditionem Romanam & bellum coortum, uaſtauerant agros; ut ſi qua ſeceſſio plebis fieret, ad ſe receptum haberet. compoſitis deinde rebus, caſtra retro mouere. Ap. Claudius in Volſcos miſſus: Quinctio Aequi prouincia euenit. Eadem in militia ſaeuitia Appij, quae domi, eſſe, eo liberior, quod ſine tribunicijs uinculis erat. odiſſe plebem plus quam paterno odio, quod ſe uictum uidebat ab ea: &, ſe unico conſule obiecto aduerſus tribuniciam poteſtatem, perlatam legem eſſe, quam minore conatu, nequaquam tanta patrum ſpe, priores impedierint conſules. Haec ira indignatioque ferocem animum ad uexandum ſaeuo imperio exercitum ſtimulabat; nec ulla ui domari poterat, tantum certamen animis imbiberat, ſegniter, otioſe, negligen-

D 2 ter,

ter, contumaciter omnia agere. nec pudor, nec metus coercebat. ſi citius agi uellet agmẽ, F
tardius ſedulo incedere: ſi adhortator operis adeſſet, omnes ſua ſponte motam remit-
tere induſtriam: praeſenti uultus demittere; tacite praetereuntem exſecrari: ut inuictus
ille odio plebeio animus interdum moueretur. omni nequidquam acerbitate prompta,ni
hil iam cum militibus agere; a centurionibus corruptum exercitum dicere; tribunos ple-
beios, cauillans interdum & Volerones uocare. Nihil eorum Volſci neſciebant; inſta-
bantq.eo magis, ſperantes idem certamen animorum aduerſus Appium habiturum exer-
citum Romanum, quod aduerſus Fabium conſulem habuiſſet.ceterum multo Appio, quã
Fabio, uiolentior fuit: non enim uincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus, ſed uinci
uoluit. productus in aciem, turpi fuga petit caſtra; nec ante reſtitit, quam ſigna inferen-
tem Volſcum munimentis uidit, foedamq. extremi agminis caedem. tum expreſſa uis ad
pugnandum,ut uictor iam a uallo ſummoueretur hoſtis; ſatis tamen appareret, capi tan- G
tum caſtra militem Romanum noluiſſe. alij gaudere ſua clade, atque ignominia. Quibus
nihil infractus ferox Appij animus.cum inſuper ſaeuire uellet,concionemq.aduocaret;cõ
currunt ad eum legati tribuniq.monẽtes,ne utique experiri uellet imperium, cuius uis o-
mnis in conſenſu obedientiũ eſſet.negare uulgo milites ſe ad concionem ituros:paſſimq.
exaudiri uoces poſtulantiũ,ut caſtra ex Volſco agro mouẽtur:hoſtẽ uictorem paullo ante
prope in portis ac uallo fuiſſe,ingentisq.mali non ſuſpicionem modo, ſed apertam ſpeciẽ
obuerſari ante oculos. Victus tandem (quandoquidem nihil praeter tempus noxae lucra-
rẽtur)remiſſa concione,iter in ſequentẽ diem pronunciari cũ iuſſiſſet, prima luce claſſico
ſignum profectionis dedit. cum maxime agmen e caſtris explicaretur, Volſci, ut eodem
ſigno excitati, nouiſsimos adoriuntur. a quibus perlatus ad primos tumultus, eo pauore
ſignaq.& ordines turbauit, ut neque imperia exaudiri, neque inſtrui acies poſſent. nemo
ullius niſi fugae memor, ita effuſo agmine per ſtragem corporum armorumq. euaſere, ut H
prius hoſtis deſiſteret ſequi, quam Romanus fugere. tandem collectis ex diſsipato curſu
militibus,conſul cum reuocando nequidquam ſuos perſecutus eſſet,in pacato agro caſtra
poſuit: aduocataq.concione,inuectus haud falſo in proditorem exercitum militaris diſci
plinae,deſertorem ſignorum,ubi ſigna,ubi arma eſſent,ſingulos rogitãs, inermes milites,
ſigno amiſſo ſigniferos,ad hoc centuriones duplicariosque,qui reliquerãt ordines, uirgis
caeſos ſecuri percuſsit. cetera multitudo,ſorte decimus quiſque,ad ſupplicium lecti.Cõ-
tra ea in Aequis inter conſulem ac militem comitate ac beneficijs certatum eſt. & natura
Quinctius erat lenior: & ſaeuitia infelix collegae,quo is magis gauderet ingenio ſuo,effe
cerat.huic tantae concordiae ducis exercitusq.non auſi offerre ſe Aequi,uagari populabũ
dum hoſtem per agros paſsi. nec ullo ante bello latius inde actae praedae. ea omnis militi
data eſt.addebantur & laudes;quibus haud minus, quã praemio, gaudent militum animi. I
cum duci,tum propter ducem patribus quoque placatior exercitus redijt; ſibi parentem,
alteri exercitui dominum datum ab ſenatu memorans. Varia fortuna belli, atroci diſcor-
dia domi foriſq.annum exactum,inſignem maxime comitia tributa efficiunt:res maior ui
ctoria ſuſcepti certaminis,quam uſu. plus enim dignitatis comitijs ipſis detractum eſt,pa-
tribus ex concilio ſummouendis,quam uirium aut plebi additum,aut demptum patribus.
Turbulentior inde annus excepit,L.Valerio,Ti.Aemilio conſulibus,cum propter certami
ANNO 282. na ordinum de lege agraria, tum propter iudicium Ap. Claudij. cui acerrimo aduerſario
legis,cauſſamq.poſſeſſorũ publici agri,tamquam tertio conſuli,ſuſtinenti, M. Duilius,&
Cn.Sicinius diem dixere.numquam ante tam inuiſus plebi reus ad iudiciũ uocatus popu-
li eſt,plenus ſuarum,plenus paternarum irarum. patres quoque nõ temere pro ullo aeque K
annixi ſunt:propugnatorem ſenatus,maieſtatisq.uindicẽ ſuae,ad omnes tribunicios ple-
beiosq.oppoſitum tumultus,modum dumtaxat in certamine egreſſum,obijci iratae plebi.
unus e patribus ipſe Ap.Claudius,& tribunos,& plebem,& ſuum iudiciũ pro nihilo habe-
bat.illum nõ minae plebis,non ſenatus preces perpellere umquam potuere, non modo ut
ueſtem mutaret, aut ſupplex prenſaret homines, ſed ne ut ex conſueta quidem aſperitate
orationis, cum ad populum agenda cauſſa eſſet, aliquid leniret, atque ſummitteret.
idem habitus oris, eadem contumacia in uultu, idem in oratione ſpiritus erat: adeo ut
magna pars plebis Appium non minus reum timeret, quam conſulem timuerat. ſe-
mel cauſſam dixit,quo ſemper agere omnia ſolitus erat, accuſatorio ſpiritu: adeoq. con-
ſtantia ſua & tribunos obſtupefecit, & plebem, ut diem ipſi ſua uoluntate producerent;
trahi

A trahi deinde rem ſinerent. haud ita multum interim temporis fuit: ante tamen, quam
prodicta dies ueniret, morbo moritur. cuius laudationem cum tribuni plebis impedire
conarentur, plebs fraudari ſollemni honore ſupremum diem tanti uiri noluit; & lauda-
tionem tam aequis auribus mortui audiuit, quam uiui accuſationē audierat; & exſequias
frequens celebrauit. Eodem anno Valerius conſul cum exercitu in Aequos profectus,
cum hoſtem ad proelium elicere non poſſet, caſtra oppugnare eſt adortus. prohibuit foe-
da tempeſtas, cum grandine ac tonitribus caelo deiecta. admirationem deinde auxit,
ſigno receptui dato, adeo tranquilla ſerenitas reddita, ut uelut numine aliquo defen-
ſa caſtra oppugnare iterum religio fuerit. omnis ira belli ad populationem agri uertit.
Alter conſul Aemilius in Sabinis bellum geſsit. & ibi, quia hoſtis moenibus ſe tenebat, ua
ſtati agri ſunt. incendijs deinde non uillarum modo, ſed etiam uicorum, quibus frequēter
B habitabatur, Sabini exciti cum praedatoribus occurriſſent; ancipiti proelio digreſsi, poſte
ro die retulere caſtra in tutiora loca. id ſatis cōſuli uiſum, cur pro uicto relinqueret hoſtē,
integro inde decedens bello. Inter haec bella manente diſcordia domi, T. Numicius Pri-
ſcus, A. Virginius conſules facti. Non ultra uidebatur latura plebs dilationem agrariae le- An. 283.
gis: ultimaq. uis parabatur: cum, Volſcos adeſſe, fumo ex incendijs uillarum, fugaq. agre- T. Numicius Priscus, A. Virginius.
ſtium, cognitum eſt. ea res maturam iam ſeditionem, ac prope erumpentem repreſsit. con
ſules coacti extemplo ab ſenatu ad bellum, educta ex urbe iuuentute, tranquilliorem cete-
ram plebem fecerunt. & hoſtes quidem, nihil aliud quam perfuſis uano timore Romanis,
citato agmine abeunt. Numicius Antium aduerſus Volſcos, Virginius cōtra Aequos pro-
fectus. ibi ex inſidijs prope magna accepta clade, uirtus militum rem prolapſam negligen-
tia conſulis, reſtituit. Melius in Volſcis imperatum eſt. fuſi primo proelio hoſtes, fugaq. in
C urbem Antium, ut tum res erant, opulentiſsimam, acti. quam conſul oppugnare nō auſus,
Cenonem aliud opidum, nequaquam tam opulentum, ab Antiatibus cepit. Dum Aequi
Volſciq. Romanos exercitus tenent, Sabini uſque ad portas urbis populantes inceſſere. de
inde ipſi, paucis poſt diebus, a duobus exercitibus, utroque per iram conſule ingreſſo in fi
nes, plus cladium, quam intulerant, acceperunt. Extremo anno pacis aliquid fuit, ſed, ut
ſemper alias, ſolicitae certamine patrum & plebis. irata plebs intereſſe conſularibus comi
tijs noluit: per patres clientesq. patrum conſules creati, T. Quinctius, & Q. Seruilius, ſi- An. 284
milem annum priori conſules habent; ſeditioſa initia, bello deinde externo tranquilla. T. Quinctius, Q. Servilius.
Sabini Cruſtuminos campos citato agmine tranſgreſsi, cum caedes & incēdia circū Anie
nem flumem feciſſent, a porta prope Collina moenibusq. pulſi, ingentes tamē praedas ho-
minum pecorumq. egere. quos Seruilius conſul infeſto exercitu inſecutus, ipſum quidem
D agmen adipiſci aequis locis non potuit; populationem adeo effuſe fecit, ut nihil bello inta
ctum relinqueret, multipliciq. capta praeda rediret. Et in Volſcis res egregie geſta, tum
ducis tum militum opera. Primum aequo campo ſignis collatis pugnatum, ingenti caede
utrimque, plurimo ſanguine. & Romani, quia paucitas damno ſentiendo propior erat, gra
dum retuliſſent, ni ſalubri mendacio conſul, fugere hoſtes ab cornu altero clamitans, con-
citaſſet aciem. impetu facto, dum ſe putant uincere, uicere. conſul metuens, ne nimis in-
ſtando renouaret certamen, ſignum receptui dedit. Interceſſere pauci dies, uelut tacitis in-
ducijs utrimque quiete ſumpta: per quos ingens uis hominum ex omnibus Volſcis Ae-
quiſque in caſtra uenit, haud dubitans, ſi ſenſerint, Romanos nocte abituros. itaque ter-
tia fere uigilia ad caſtra oppugnanda ueniunt. Quinctius, ſedato tumultu, quem terror
ſubitus exciuerat, cum manere in tentorijs quietum militem iuſsiſſet, Hernicorū cohor-
tem in ſtationem educit; cornicines tubicinesque in equos impoſitos canere ante uallum
E iubet, ſolicitumq. hoſtem ad lucem tenere. reliquum noctis adeo tranquilla omnia in ca-
ſtris fuere, ut ſomni quoque Romanis copia eſſet. Volſcos ſpecies armatorum peditum,
quos & plures eſſe, & Romanos putabāt; fremitus hinnitusq. equorum, qui & inſueto ſe-
dente equite, & inſuper aures agitante ſonitu, ſaeuiebant, intentos uelut ad impetum ho-
ſtium tenuit. ubi illuxit, Romanus integer, ſatiatusque ſomno, productus in aciem, feſſum
ſtando & uigilijs Volſcum primo impetu perculit. quamquam ceſſere magis, quam pul-
ſi hoſtes ſunt: quia ab tergo erant cliui, in quos poſt principia integris ordinibus tutus re
ceptus fuit. conſul, ubi ad iniquum locum uentum eſt, ſiſtit aciem. miles aegre teneri; cla-
mare, & poſcere, ut perculſis inſtare liceat. ferocius agunt equites, circumfuſi duci-
bus: uociferantur, ſe ante ſigna ituros. dum cunctatur conſul uirtute militum fretus, loco

parum fidens; conclamant ſe ituros. clamoremque res eſt ſecuta. fixis in terram pilis, quo F leuiores in ardua euaderent, curſu ſubeunt. Volſcus effuſis ad primum impetum miſſilibus telis, ſaxa obiacentia pedibus ingerit in ſubeuntes; turbatosque ictibus crebris urget ex ſuperiore loco. Sic prope oneratum eſt ſiniſtrum Romanis cornu, ni referentibus iam gradum conſul, increpando ſimul temeritatem, ſimul ignauiam, pudore metum excuſſiſſet. reſtitere primo obſtinatis animis: deinde ut in obtinentes locum uires ferebant, audent ultro gradum inferre, & clamore renouato commouent aciem. tum rurſus impetu capto enituntur, atque exſuperant iniquitate loci. iam prope erat, ut in ſummum cliui iugum euaderent, cum terga hoſtes dedere; effuſoque curſu, paene agmine uno fugientes ſequentesque caſtris incidere. in eo pauore caſtra capiuntur. qui Volſcorum effugere potuerunt, Antium petunt. Antium & Romanus exercitus ductus. paucos circumſeſſum dies deditur, nulla oppugnantium noua ui, ſed quod iam inde ab infelici pugna, G caſtrisque amiſsis, ceciderant animi.

EPITOME. LIBRI. III

Seditiones de agrarijs legibus factae. Capitolium ab exſulibus & ſeruis occupatum, caeſis ijs receptum eſt. Cenſus bis actus eſt. priore luſtro cenſa ſunt ciuium capita centum quattuor & uiginti millia, CCXIV, praeter orbos, orbasque: ſequenti, CXXXII millia CDXIX. Cum aduerſus Aequos res male geſta eſſet, L. Quinctius Cincinnatus dictator factus. cum rure intentus ruſtico operi eſſet, ad id bellum gerendum accerſitus eſt. is uictos hoſtes ſub iugum miſit. Tribunorum plebis numerus ampliatus eſt, ut eſſent decem, XXXVI anno a primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis Atticis legibus, ad conſtituendas eas proponendasque, decemuiri pro conſulibus, ſine ullis alijs magiſtratibus, creati, altero & trecenteſimo anno quam Roma condita erat: & ut a regibus ad conſules, ita a conſulibus ad decemuiros translatum imperium. ij, decem tabulis legum poſitis, cum modeſte ſe in eo honore geſſiſſent, & ob id in alterum quoque annum eundem eſſe magiſtratum placuiſſet, duabus tabulis ad X adiectis, cum complura impotenter feciſſent, magiſtratum noluerunt deponere, & in tertium annum retinuerunt, donec inuiſo eorum imperio finē attulit libido Ap. Claudij. qui cum in amorem uirginis incidiſſet, ſummiſſo qui eam in ſeruitutem peteret, neceſſitatem H *patri eius Virginio impoſuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret: cum aliter eam tueri non poſſet, ne in poteſtatem ſtuprum illaturi ueniret. hoc tam magnae luxuriae exemplo plebs incitata, montem Auentinum occupauit; coegitque decemuiros abdicare ſe magiſtratu. ex quibus Appius, & unus collegarum, qui praecipue poenam meruerant, in carcerem coniecti, ceteri in exſilium acti. Res praeterea contra Sabinos & Volſcos & Aequos proſpere geſtas continet: & parum honeſtum populi* I *Romani iudicium, qui iudex inter Ardeates & Aricinos ſumptus, agrum de quo ambigebatur, ſibi adiudicauit.*

LIBER. III

ANNO 285

ANTIO capto, Ti. Aemilius & Q. Fabius conſules fiunt. hic erat Fabius, qui unus exſtinctae ad Cremeram genti ſuperfuerat. Iam priore conſulatu Aemilius dandi agri plebi fuerat auctor. itaque ſecundo quoque conſulatu eius & agrarij ſe in ſpem legis erexerant: & tribuni rem, contra conſules ſaepe tentatam, adiutore K utique conſule obtineri poſſe rati, ſuſcipiunt; & conſul manebat in ſententia ſua. poſſeſſores, & magna pars patrum tribunicijs ſe iactare actionibus principem ciuitatis, & largiendo de alieno, popularem fieri querentes, totius inuidiam rei a tribunis in conſulem auerterant. atrox certamen aderat, ni Fabius conſilio neutri parti acerbo rem expediſſet. T. Quinctij ductu & auſpicio agri capti priore anno aliquantum a Volſcis eſſe: Antium, propinquam, opportunam, & maritimam urbem, coloniam deduci poſſe: ita ſine querellis poſſeſſorum plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. haec ſententia accepta eſt. Triumuiros agro dando creat T. Quinctium, A. Virginium, P. Furium. iuſſi nomina dare, qui agrum accipere uellent. fecit ſtatim, ut fit, faſtidium copia: adeoque pauci nomina dedere,

A dere, ut ad explendum numerum coloni Volſci adderentur: cetera multitudo poſcere
Romae agrum malle, quam alibi accipere. Aequi a Q. Fabio (is eo cum exercitu uene- Anno
rat) pacem petiere, irritamque eam ipſi ſubita incurſione in agrum Latinum fecere. Q. 286.
Seruilius inſequenti anno (is enim cum Sp. Poſtumio conſul fuit) in Aequos miſſus, in
Latino agro ſtatiua habuit. intra caſtra quies neceſſaria morbo implicitum exercitum
tenuit. Extractum in tertium annum bellum eſt, Q. Fabio & T. Quinctio conſulibus. Anno
Fabio extra ordinem, quia is uictor pacem Aequis dederat, ea prouincia data. Qui 287.
haud dubia ſpe profectus, famam nominis ſui pacaturam Aequos; legatos in concilium
gentis miſſos nunciare iuſſit, Q. Fabium conſulem dicere, ſe ex Aequis pacem Romam tu-
liſſe, ab Roma Aequis bellum afferre, eadem dextra armata, quã pacatam illis antea dede-
rat: quorum id perfidia & periurio fiat, deos nunc teſtes eſſe, mox fore ultores: ſe tamen,
B utcumque ſit, etiam nunc, paenitere ſua ſponte Aequos, quam pati hoſtilia, malle: ſi paeni
teat, tutum receptum ad expertam clemẽtiam fore: ſi periurio gaudeant, dijs magis iratis,
quam hoſtibus, geſturos bellum. Haec dicta adeo nihil mouerũt quemquam, ut legati pro
pe uiolati ſint, exercitusque in Algidum aduerſus Romanos miſſus. Quae ubi Romã ſunt
nunciata, indignitas rei magis, quam periculum, conſulem alterum ab urbe exciuit. ita duo
conſulares exercitus ad hoſtem acceſſere, acie inſtructa, ut confeſtim dimicarent. ſed cum
forte haud multum diei ſupereſſet, unus ab ſtatione hoſtium exclamat: Oſtentare hoc eſt
Romani, non gerere bellum. in noctem imminentem aciem inſtruitis. longiore luce ad id
certamen, quod inſtat, nobis opus eſt. craſtino die, oriente ſole, redite in aciem. erit copia
pugnandi, ne timete. His uocibus irritatus miles in diem poſterum in caſtra reducitur, lon
gam uenire noctem ratus, quae moram certamini faceret. tum quidem corpora cibo ſo-
C mnoque curant. ubi illuxit poſtero die, prior aliquanto conſtitit Romana acies, tandẽ &
Aequi proceſſere. proelium fuit utrimque uehemens: quod & Romanus miles ira odioq.
pugnabat; & Aequos conſcientia contracti culpa periculi, & deſperatio futurae ſibi poſtea
fidei, ultima audere & experiri cogebat. non tamen ſuſtinuere aciem Romanam Aequi:
pulſique, cũ in fines ſuos ſe recepiſſent, nihilo inclinatioribus ad pacẽ animis, ferox mul-
titudo increpare duces, quod in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, cõmiſſa res
ſit. Aequos populationibus incurſionibusq. meliores eſſe: & multas paſſim manus, quã
magnam molẽ unius exercitus, rectius bella gerere. Relicto itaque caſtris praeſidio, egreſ
ſi tanto cum tumultu inuaſere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem pertulerint.
nec opinata etiam res plus trepidationis fecit; quod nihil minus, quam ne uictus, ac prope
in caſtris obſeſſus hoſtis memor populationis eſſet, timeri poterat. agreſtes pauidi incidẽ
D tes portis, non populationem, nec praedonum paruas manus, ſed omnia uano augentes ti
more, exercitus & legiones adeſſe hoſtium, & infeſto agmine ruere ad urbem clamabant.
ab his proximi audita incerta, eoq. uaniora ferre ad alios: curſus clamorq. uocãtium ad ar
ma, haud multum a pauore captae urbis abeſſe. Forte ab Algido Quinctius cõſul redierat
Romam. id remedium timori fuit: tumultuq. ſedato, uictos timeri increpans hoſtes, praeſi
dia portis impoſuit. uocato deinde ſenatu, cum ex auctoritate patrum, iuſtitio indicto, pro
fectus ad tutãdos fines eſſet, Q. Seruilio praefecto urbis relicto, hoſtem in agro non inue-
nit. Ab altero conſule res geſta egregie eſt. qui, qua uẽturum hoſtem ſciebat, grauem prae
da eoq. impeditiore agmine incedentem aggreſſus, funeſtam ei populationem fecit. pauci
hoſtium euaſere ex inſidijs: praeda omnis recepta eſt. ſic finem iuſtitio, quod quattriduum
fuit, reditus Quincti conſulis in urbem fecit. Cenſus deinde actus, & conditum a Quin-
E ctio luſtrum. cenſa ciuium capita centum quattuor & XX millia CCXIV dicuntur, prae-
ter orbos orbasque. In Aequis nihil deinde memorabile actum. in opida ſua ſe recepe-
re, uri ſua populariq. paſſi. conſul, cum aliquoties per omnem hoſtium agrum infeſto
agmine populabundus iſſet, cum ingenti laude praedaque Romam redijt. Conſules inde
A. Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſus. Furios Fuſios ſcripſere quidam. id admoneo,
ne quis immutationem uirorum ipſorum eſſe, quae nominum eſt, putet. Haud dubium AN. 288.
erat, quin cum Aequis alter conſulum bellum gereret. itaque Aequi ab Ecetranis
Volſcis praeſidium petiere. quo cupide oblato, (adeo ciuitates hae perpetuo in Roma-
nos odio certauere) bellum ſumma ui parabatur. ſentiunt Hernici, & praedicunt Roma-
nis, Ecetranum ad Aequos deſciſſe. ſuſpecta & colonia Antium fuit; quod magna uis ho-
minum inde, cum opidum captum eſſet, confugiſſet ad Aequos. isque miles per bellum

Aequicum uel acerrimus fuit. compulſis deinde in opida Aequis, ea multitudo dilapſa F
cum Antium rediſſet, ſua ſponte iam infidos colonos Romanis abalienauit. Necdum ma-
tura re, cum defectionem parari delatum ad ſenatum eſſet, datũ negotium eſt conſulibus,
ut, principibus coloniae Romã excitis, quaererent quidnam rei eſſet. qui cum haud graua-
te ueniſſent, introducti a conſulibus ad ſenatum, ita reſponderunt ad interrogata, ut ma-
gis ſuſpecti, quam uenerant, dimitterentur. bellum inde haud dubium haberi. Sp. Furius
conſulum alter, cui ea prouincia euenerat, profectus in Aequos, Hernicorum in agro po-
pulabundum hoſtem inuenit; ignarusque multitudinis, quia nuſquam uniuerſa cõſpecta
fuerat, imparem copijs exercitum temere pugnae commiſit. primo concurſu pulſus, ſe in
caſtra recepit. neque is finis periculi fuit. namque & proxima nocte, & poſtero die tanta
ui caſtra ſunt circumſeſſa, atque oppugnata, ut ne nuncius quidem inde mitti Romam poſ
ſet. Hernici, & male pugnatum, & conſulem exercitumque obſideri, nunciauerunt; tan- G
tumque terrorem incuſſere patribus, ut, quae forma ſenatuſconſulti ultimae ſemper neceſ
ſitatis habita eſt, Poſtumio alteri conſulum negotium daretur, uideret ne quid reſpublica
detrimenti caperet. ipſum conſulem Romae manere ad conſcribendos omnes, qui arma
ferre poſſent, optimum uiſum eſt; pro conſule T. Quinctium ſubſidio caſtris cum ſociali
exercitu mitti. ad eum explendum Latini, Hernicique, & colonia Antium dare Quin-
ctio ſubitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) iuſſi. Multi per eos dies
motus, multique impetus hinc atque illinc facti: quia, ſuperante multitudine, hoſtes car-
pere multifariam uires Romanas, ut non ſuffecturas ad omnia, aggreſſi ſunt. ſimul caſtra
oppugnabantur: ſimul pars exercitus ad populandum agrum Romanum miſſa, urbemq.
ipſam, ſi qua fortuna daret, tentandam. L. Valerius ad praeſidium urbis relictus: conſul
Poſtumius ad arcendas populationes finiũ miſſus. nihil remiſſum ab ulla parte curae, aut H
laboris. uigiliae in urbe, ſtationes ante portas, praeſidiaque in muris diſpoſita; &, quod
neceſſe erat in tanto tumultu, iuſtitium per aliquot dies ſeruatum. Interim in caſtris Fu-
rius conſul, cum primo quietus obſidionem paſſus eſſet, in incautum hoſtem decumana
porta erupit; &, cum perſequi poſſet, metu ſubſtitit, ne qua ex parte altera in caſtra uis
fieret. Furium legatum (frater idem conſulis erat) longius extulit curſus: nec ſuos ille
redeuntes perſequendi ſtudio, neque hoſtium ab tergo incurſum uidit. ita excluſus, mul-
tis ſaepe fruſtra conatibus captis, ut uiam ſibi ad caſtra faceret, acriter dimicans cecidit.
& conſul nuncio circumuenti fratris conuerſus ad pugnam, dum ſe temere magis, quam
ſatis caute, in mediam dimicationem infert, uulnere accepto, aegre ab circumſtantibus
ereptus, & ſuorum animos turbauit, & ferociores hoſtes fecit: qui caede legati, & con-
ſulis uulnere accenſi, nulla deinde ui ſuſtineri potuere; cum compulſi in caſtra Romani rur I
ſus obſiderentur, nec ſpe nec uiribus pares. ueniſſetque in periculum ſumma rerum, ni T.
Quinctius peregrinis copijs cum Latino Hernicoque exercitu ſubueniſſet. is intentos in
caſtra Romana Aequos, legatique caput ferociter oſtentantes, ab tergo adortus, ſimul
ad ſignum a ſe procul editum ex caſtris eruptione facta, magnam uim hoſtium circumue-
nit. minor caedes, fuga effuſior Aequorum in agro fuit Romano. in quos palatos praedã
agentes, Poſtumius aliquot locis, quibus opportuna impoſuerat praeſidia, impetum de-
dit. ij uagi, diſſipato agmine fugientes, in Quinctium uictorem cum ſaucio conſule reuer
tentem incidere. tum conſularis exercitus egregia pugna conſulis uulnus, legati & co-
hortiũ ultus eſt caedem. Magnae clades ultro citroque illis diebus & illatae, & acceptae.
difficile ad fidem eſt in tam antiqua re, quot pugnauerint, ceciderintue, exacto affirmare
numero. audet tamen Antias Valerius concipere ſummas, Romanos cecidiſſe in Herni- K
co agro duo millia, ac CCC: ex praedatoribus Aequorum, qui populabundi in finibus
Romanis uagabantur, ab A. Poſtumio conſule tria millia & CD caeſos: ceteram mul-
titudinem praedam agentem, quae inciderit in Quinctium, nequaquam pari defunctã eſ
ſe caede: interfecta inde quattuor millia, & exſequendo ſubtiliter numerum, CC ait &
XXX. Inde Romam reditum eſt, iuſtitium remiſſum. Caelum uiſum eſt ardere plurimo
igni, portentaque alia aut obuerſata oculis, aut uanas exterritis oſtentauere ſpecies. his
auertendis terroribus in triduum feriae indictae: per quas omnia delubra pacem deum ex
poſcentium uirorum mulierumque turba implebantur. Cohortes inde Latinae Herni-
caeque, ab ſenatu gratijs ob impigram militiam actis, remiſſae domos. Antiates mille
milites, quia ſerum auxilium poſt proelium uenerant, prope cum ignominia dimiſſi. Co-

mitia

A mitia inde habita. creati conſules L. Aebutius, P. Seruilius, Kalendis Sextilibus, ut tunc An. 289. principium anni agebatur, conſulatum ineunt. Graue tempus, & forte annus peſtilens erat urbi agriſque, nec hominibus magis quam pecori: & auxere uim morbi terrores populationis, pecoribus agreſtibusque in urbem acceptis. ea colluuio miſtorum omnis generis animantium, & odore inſolito urbanos, & agreſtem confertum in arta tecta aeſtu ac uigilijs angebat: miniſteriaq; inuicem ac contagio ipſa uulgabant morbos. Vix inſtantes ſuſtinentibus clades repente legati Hernici nunciant, in agro ſuo Aequos Volſcosq. coniunctis copijs caſtra poſuiſſe, inde ingenti exercitu fines ſuos depopulari. praeterquam quod infrequens ſenatus indicio erat ſocijs, afflictam ciuitatem peſtilentia eſſe; maeſtum etiam reſponſum tulere: ut per ſe ipſi Hernici cum Latinis res ſuas tutarentur: urbem Romanam ſubita deum ira morbo populari: ſi qua eius mali quies ueniat, ut anno ante, ut ſemper B alias, ſocijs opem laturos. Diſceſſere ſocij, pro triſti nuncio triſtiorem, domum referentes; quippe quibus per ſe ſuſtinendum bellum erat; quod uix Romanis fulti uiribus ſuſtinuiſſent. Non diutius ſe in Hernico hoſtis continuit. pergit inde infeſtus in agros Romanos, etiam ſine belli iniuria uaſtatos. ubi cum obuius nemo ne inermis quidē fieret; perq; omnia non praeſidijs modo deſerta, ſed etiam cultu agreſti, tranſirent; peruenere ad tertium lapidem Gabina uia. mortuus Aebutius erat, Romanus conſul: collega eius Seruilius exigua in ſpe trahebat animam: affecti plerique principum, patrum maior pars, militaris fere aetas omnis: ut non modo ad expeditiones, quas in tanto tumultu res poſcebat, ſed uix ad quietas ſtationes uiribus ſufficerent. munus uigiliarum ſenatores, qui per aetatem ac ualetudinem poterant, per ſe ipſi obibant: circuitio ac cura aedilium plebis erat: ad eos ſumma rerum, ac maieſtas conſularis imperij uenerat. deſerta omnia, ſine capite, C ſine uiribus, dij praeſides, ac fortuna urbis tutata eſt: quae Volſcis Aequisque praedonum potius mentem, quam hoſtium, dedit. adeo enim nulla ſpes non potiundi modo, ſed ne adeundi quidem Romana moenia animos eorum cepit: tectaque procul uiſa, atque imminentes tumuli auertere mentes eorum: ut, totis paſſim caſtris fremitu orto, quid in uaſto ac deſerto agro, inter tabem pecorum hominumque, deſides ſine praeda tempus tererēt, cum integra loca, Tuſculanum agrum opimum copijs petere poſſent; ſigna repente conuellerent; tranſuerſiſque itineribus per Lauicanos agros in Tuſculanos colles tranſirent. eo uis omnis tempeſtasque belli conuerſa eſt. Interim Hernici Latinique pudore etiam, non miſericordia ſolum moti, ſi nec obſtitiſſent communibus hoſtibus infeſto agmine Romanam urbem petentibus, nec opem ullam obſeſſis ſocijs ferrent, coniuncto exercitu Romam pergunt. ubi cum hoſtes non inueniſſent, ſecuti famam ac ueſtigia, obuij fiūt deſcen- D dentibus ab Tuſculano in Albanam uallem. ibi haudquaquam aequo proelio pugnatū eſt: fideſque ſua ſocijs parum felix in praeſentia fuit. Haud minor Romae fit morbo ſtrages, quam quanta ferro ſociorum facta erat. conſul, qui unus ſupererat, moritur. mortui & alij clari uiri, M. Valerius, T. Virginius Rutilus, augures; Ser. Sulpicius, Curio maximus. & per ignota capita late uagata eſt uis morbi: inopſque ſenatus auxilij humani, ad deos populum ac uota uertit. iuſſi cum coniugibus ac liberis ſupplicatum ire, pacemque expoſcere deum. ad id, quod ſua quemque mala cogebant, auctoritate publica euocati, omnia delubra implent. ſtratae paſſim matres crinibus templa uerrentes, ueniam irarum caeleſtiū, finemque peſti expoſcunt. Inde paullatim, ſeu pace deum impetrata, ſeu grauiore tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incipere: uerſiſque animis iam ad publicam curam, cum aliquot interregna exiſſent, P. Valerius Poplicola tertio die, quam interregnum inierat, conſules creat L. Lucretium Tricipitinum, & T. Vetu- E rium Geminum, ſiue ille Vetuſius fuit. ante diem III. Idus Sextiles conſulatum ineunt, An. 290. iam ſatis ualida ciuitate; ut non ſolum arcere bellum, ſed ultro etiam inferre poſſet. igitur, nunciantibus Hernicis, in fines ſuos tranſcendiſſe hoſtes; impigre promiſſum auxilium. duo conſulares exercitus ſcripti. Veturius miſſus in Volſcos ad bellum ultro inferendum. Tricipitinus populationibus arcendis ſociorum agro oppoſitus, nō ultra quam in Hernicos procedit. Veturius primo proelio hoſtes fundit fugatque. Lucretium, dum in Hernicis ſedet, praedonum agmen fefellit, ſupra montes Praeneſtinos ductum. inde demiſſum in campos, uaſtauere agros, Praeneſtinum Gabinumque: ex Gabino in Tuſculanos flexere colles. urbi quoque Romae ingens praebitus terror, magis in re ſubita, quam quod ad arcendam uim parum uirium eſſet. Q. Fabius praeerat urbi. is armata iuuentute,

diſpoſitiſque praeſidijs tuta omnia ac trãquilla fecit. itaque hoſtes, praeda ex proximis locis rapta, appropinquare urbi non auſi, cum circumacto agmine redirent, quanto longius ab urbe hoſtium abſcederent, eo ſolutiore cura, in Lucretium incidunt conſulem, iam ante exploratis itineribus ſuis inſtructum, & ad certamen intentum. igitur, praeparatis animis, repentino pauore perculſos adorti, aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt fugantque; & compulſos in cauas ualles, cum exitus haud indefaciles eſſent, circumueniunt. ibi Volſcum nomen prope deletum eſt. XIII millia CDLXX cecidiſſe in acie ac fuga, ∞CCL uiuos captos, ſigna XXVII militaria relata, in quibuſdam annalibus inuenio, ubi etſi adiectum aliquid numero ſit, magna certe caedes fuit. Victor cõſul, ingenti praeda potitus, eadem in ſtatiua redijt. tum conſules caſtra coniungunt. & Volſci Aequiq. afflictas uires ſuas in unum contulere. tertia illa pugna eo anno fuit. eadem fortuna uictoriam dedit. fuſis hoſtibus, etiam caſtra capta. ſic res Romana in antiquum ſtatum redijt: ſecundaeque belli res extemplo urbanos motus excitauerunt. C. Terentius Arſa tribunus pl. eo anno fuit. is, conſulibus abſentibus, ratus locum tribunicijs actionibus datum, per aliquot dies patrum ſuperbiam ad plebem criminatus, maxime in conſulare imperiũ, tamquam nimium, nec tolerabile liberae ciuitati, inuehebatur. nomine enim tantum minus inuidioſum, re ipſa prope atrocius quam regium eſſe: quippe duos pro uno dominos acceptos immoderata, infinitaque poteſtate: qui ſoluti atque effrenati ipſi, omnes metus legum, omniaque ſupplicia uerterent in plebem: quae ne aeterna illis licentia ſit, legem ſe promulgaturum, ut V. uiri creentur legibus de imperio conſulari ſcribendis: quod populus in ſe ius dederit, eo conſulem uſurum: non ipſos libidinem ac licentiam ſuam pro lege habituros. Qua promulgata lege, cum timerent patres, ne, abſentibus conſulibus, iugum acciperent; ſenatus a praefecto urbis Q. Fabio uocatur. qui adeo atrociter in rogationem latoremque ipſum eſt inuectus, ut nihil, ſi ambo conſules infeſti circumſtarẽt tribunum, relictum minarum atque terroris ſit. Inſidiatum eum, & tempore capto adortum remp. ſi quem ſimilem eius, priore anno, inter morbum bellumque, irati dij tribunum dediſſent, non potuiſſe ſiſti: mortuis duobus conſulibus, iacente aegra ciuitate in colluuione omnium rerum, ad tollendum e rep. conſulare imperium, laturum leges fuiſſe: ducem Volſcis Aequiſque ad oppugnandam urbem futurum. quid tandem illi non licere? ſi quid conſules ſuperbe in aliquem ciuium, aut crudeliter fecerint, diem dicere? accuſare his ipſis iudicibus, quorum in aliquem ſaeuitum ſit? non illum conſulare imperium, ſed tribuniciam poteſtatem inuiſam, intolerandamque facere; quam pacatam reconciliatamque patribus deintegro in antiqua redigi mala: neque [illegible] ſe deprecari, quo minus pergat, ut coeperit. Vos, inquit Fabius, ceteri tribuni oramus, ut primum omnium cogitetis, poteſtatem iſtam ad ſingulorum auxilium, non ad perniciem uniuerſorum comparatam eſſe; tribunos plebis uos creatos, non hoſtes patribus. nobis miſerum, inuidioſum uobis eſt, deſertam remp. inuadi. non ius ueſtrum, ſed inuidiam minueritis. agite cum collega, ut rem integram in aduentum conſulum differat. ne Aequi quidem ac Volſci, morbo abſumptis priore anno conſulibus, crudeli ſuperboque nobis bello inſtitere. Agunt cum Terentio tribuni: dilataque in ſpeciem actione, re ipſa ſublata, conſules extemplo accerſiti. Lucretius cum ingenti praeda, maiore multo gloria redit. & auget gloriam adueniens, expoſita omni in campo Martio praeda, ut ſuum quiſque per triduum cognitum abduceret. reliqua uendita, quibus domini non exſtitere. Debebatur omnium conſenſu conſuli triumphus: ſed dilata res eſt, tribuno de lege agente. id antiquius conſuli fuit. iactata per aliquot dies tum in ſenatu res, tum ad populum eſt. ceſſit ad ultimum maieſtati conſulis tribunus, & deſtitit. tum Imperatori exercituique honos ſuus redditus. triumphauit de Volſcis Aequiſque: triumphantem ſecutae ſuae legiones. Alteri conſuli datum, ut ouans ſine militibus urbem iniret. Anno deinde ſequenti lex Terentia ab toto relata collegio, nouos aggreſſa conſules eſt. erant conſules P. Volumnius, Ser. Sulpicius. Eo anno caelum ardere uiſum, terra ingenti concuſſa motu eſt. bouem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum. inter alia prodigia & carne pluit: quem imbrem ingens numerus auium interuolitando rapuiſſe fertur; quod intercidit, ſparſum humi ita iacuiſſe per aliquot dies, ut nihil odor mutaret. libri per II uiros ſacrorum aditi. pericula a conuentu alienigenarum praedicta, ne qui in loca ſumma urbis impetus caedeſq. inde fierent. inter cetera monitum, ut ſeditionibus abſtineretur. id factum ad impediendam legem tribuni

crimina-

A criminabantur, ingensque aderat certamen. Ecce (ut idem in ſingulos annos orbis uol-
ueretur) Hernici nunciant Volſcos & Aequos, etſi acciſae res ſint, reficere exercitus: An-
tij ſummam rei poſitã, Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere: id caput, eas uires
belli eſſe. Vt haec dicta in ſenatu ſunt, delectus edicitur. conſules belli adminiſtrationem
inter ſe diſpartiri iuſſi; alteri ut Volſci, alteri ut Aequi prouincia eſſet. Tribuni coram in
foro perſonare, fabulam compoſitam Volſci belli, Hernicos ad partes paratos: iam ne uir-
tute quidem premi libertatem populi R. ſed arte eludi: quia occidione prope occiſos Vol-
ſcos & Aequos mouere ſua ſponte arma poſſe, iam fides abierit, nouos hoſtes quaeri: colo
niam fidam, propinquam, infamem fieri: bellum innoxijs Antiatibus indici, geri cũ plebe
Romana; quam oneratam armis ex urbe, praecipiti agmine, acturi eſſent, exſilio & relega-
tione ciuium ulciſcentes tribunos: ſic, ne quid aliud actum putent, uictam legem eſſe: niſi
B dum integra res ſit, dum domi, dum togati ſint, caueant ne poſſeſſione urbis pellãtur, ne iu
gum accipiant: ſi animus ſit, non defore auxilium. conſentire omnes tribunos, nullum ter-
rorem externum, nullum periculum eſſe: cauiſſe deos priore anno, ut tuto libertas defendi
poſſet. Haec tribuni. At ex parte altera conſules in conſpectu eorum, poſitis ſellis, dele-
ctum habebant. eo decurrunt tribuni, concionemque ſecum trahunt. citati pauci, uelut
rei experiũdae cauſſa: & ſtatim uis coorta. quemcumque lictor iuſſu conſulis prehendiſſet,
tribunus mitti iubebat. neque ſuum cuique ius modum faciebat: ſed uirium ſpe, ſed manu
obtinendum erat quod intenderes. quemadmodum ſe tribuni geſſiſſent in prohibendo
delectu: ſic patres in lege, quae per omnes comitiales dies ferebatur, inpedienda gere-
bant. Initium erat rixae, cum diſcedere populum iuſſiſſent tribuni; quòd patres ſe ſum-
moueri haud ſinebant. nec fere ſeniores rei intererant; quippe, quae non conſilio regen-
C da, ſed permiſſa temeritati audaciaeque eſſet. multum & conſules ſe abſtinebãt; ne cui
in colluuione rerum maieſtatem ſuam contumeliae offerrent. Kaeſo erat Quinctius, ferox
iuuenis qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac uiribus. ad ea munera data a
dijs & ipſe addiderat multa belli decora, facundiamque in foro; ut nemo non lingua, non
manu promptior in ciuitate haberetur. hic cum in medio patrum agmine cõſtitiſſet, emi-
nens inter alios, uelut omnes dictaturas cõſulatusque gerens in uoce ac uiribus ſuis, unus
impetus tribunicios popularesque procellas ſuſtinebat. hoc duce ſaepe pulſi foro tribuni,
fuſa ac fugata plebs eſt. qui obuius fuerat, multatus nudatusque abibat: ut ſatis appare-
ret, ſi ſic agi liceret, uictam legem eſſe. Tum, prope iam perculſis alijs tribunis, A. Virgi-
nius, ex collegio unus, Kaeſoni capitis diem dicit. atrox ingeniũ accenderat eo facto ma-
gis, quam conterruerat. eo acrius obſtare legi, agitare plebem, tribunos uelut iuſto perſe-
D qui bello. accuſator pati reum ruere, inuidiaque flammam, ac materiam criminibus ſuis
ſuggerere: legem interim non tam ad ſpem perferendi, quam ad laceſſendam Kaeſonis
temeritatem ferre. ibi multa ſaepe ab iuuentute inconſulte dicta factaque, in unius Kae-
ſonis ſuſpectum incidunt ingenium: tamen legi reſiſtebatur. Et A. Virginius identidem
plebi, Ecquid, inquit, ſentitis, iam uos Quirites, Kaeſonem ſimul ciuem, & legem, quam
cupitis, habere non poſſe? quamquam quid ego legem loquor? libertati obſtat, omnes
Tarquinios ſuperbia exſuperat. exſpectate dum cõſul aut dictator fiat quem priuatum ui-
ribus & audacia regnantem uidetis. Aſſentiebantur multi, pulſatos ſe querentes; & tri-
bunum ad rem peragendam ultro incitabant. Iam aderat iudicio dies: apparebatque, uul-
go homines in damnatione Kaeſonis libertatem agi credere. tum demum coactus cum
multa indignitate prenſabat ſingulos. ſequebantur neceſſarij, principes ciuitatis. T. Quin
E ctius Capitolinus, qui ter conſul fuerat, cum multa referret ſua familiaeque decora; affir-
mabat neque in Quinctia gente, neque in ciuitate Romana tantam indolem tam maturae
uirtutis umquam exſtitiſſe. ſuum primum militem fuiſſe: ſe ſaepe uidente pugnaſſe in ho-
ſtem. Sp. Furius miſſum ab Quinctio Capitolino ſibi eum in dubijs ſuis rebus ueniſſe ſubſi
dio: neminem unum eſſe, cuius magis opera putet remp. reſtitutam. L. Lucretius, conſul
anni prioris, recenti gloria nitens, ſuas laudes participare cum Kaeſone, memorare pu-
gnas, referre egregia facinora, nunc in expeditionibus, nunc in acie: ſuadere & mone-
re, iuuenem egregium, inſtructum naturae fortunaeque omnibus bonis, maximum mo-
mentum rerum eius ciuitatis, in quamcumque ueniſſet, ſuum quam alienum mallent ci-
uem eſſe: quod offendat in eo, feruorem & audaciam, aetatem quotidie auferre: quod de-
ſideretur, conſilium, id in dies creſcere: ſeneſcentibus uitijs, matureſcente uirtute, ſine-
rent

rent tantum uirum in ciuitate ſeneſcere. Pater inter hos L. Quinctius, cui Cincinnato F cognomen erat, non iterando laudes, ne cumularet inuidiam, ſed ueniam errori, atque adoleſcentiae petendo, ſibi, qui non dicto, non facto quemquam offendiſſet, ut condonarent filium, orabat. ſed alij auerſabantur preces, aut uerecundia, aut metu: alij ſe ſuoſq. inultos querentes, atroci reſponſo iudicium ſuum praeferebant. premebat reum, praeter uulgatam inuidiam, crimen unum, quod M. Volſcius Fictor, qui ante aliquot annos tribunus plebis fuerat, teſtis exſtiterat, ſe haud multo poſt, quam peſtilētia in urbe fuerat, in iuuentutem graſſantem in Suburra incidiſſe: ibi rixam natam eſſe, fratremque ſuum, maiorem natu, needum ex morbo ſatis ualidum, pugno ictum a Kaeſone, cecidiſſe ſemianimem; inter manus domum ablatum: mortuumque inde arbitrari: nec ſibi rem exſequi tam atrocem per conſules ſuperiorum annorum licuiſſe. Haec Volſcio clamitante, adeo concitati homines ſunt, ut haud multum abfuerit, quin impetu populi Kaeſo interiret. G Virginius arripi iubet hominem, & in uincula duci. patricij ui contra uim reſiſtunt. T. Quinctius clamitat; cui rei capitalis dies dicta ſit, & de quo futurum propediem iudiciū, eum indemnatum indicta cauſa non debere uiolari. Tribunus ſupplicium negat ſumpturum ſe de indemnato, ſeruaturum tamen in uinculis eſſe ad iudicij diem: ut, qui hominem necauerit, de eo ſupplicij ſumendi copia populo R. fiat. appellati tribuni medio decreto protinus ius auxilij ſui expediunt: in uincla conijci uetant: ſiſti reum, pecuniamque, niſi ſiſtatur, populo promitti, placere pronunciant. ſummam pecuniae quantam aequum eſſet promitti, ueniebat in dubium. id ad ſenatum reijcitur. reus, dum conſulerentur patres, retentus in publico eſt. uades dare placuit. unum uadem III. millibus aeris obligarunt. quot darentur, permiſſum tribunis eſt. decem finierunt. tot uadibus accuſator uadatus eſt reum. hic primus uades publicos dedit. Dimiſſus e foro, nocte proxima, inſcijs conſulibus, in Tuſcos in exſilium abijt. Iudicij die cum excuſaretur ſolum uertiſſe exſilij cauſſa, nihilo minus Virginio comitia habente, collegae appellati dimiſere concilium: pecunia a patre exacta crudeliter; ut is diuenditis omnibus bonis, aliquandiu trās Tiberim, ueluti relegatus, in uili quodam tugurio habitarit. Hoc iudicium, & promulgata lex exercuit ciuitatem: ab externis armis otium fuit. cum uelut uictores tribuni, perculſis patribus Kaeſonis exſilio, prope perlatam eſſe crederēt legem, &, quod ad ſeniores patrum pertineret, ceſſiſſent poſſeſſione reipublicae: iuniores, id maxime quod Kaeſonis ſodalium fuit auxere iras in plebē, non minuerunt animos, ſed ibi plurimum profectum eſt, quod modo quodam temperauere impetus ſuos. cum primo poſt Kaeſonis exſilium lex coepta ferri eſt, inſtructi paratique, cum ingenti clientium exercitu, ſic tribunos, ubi primum ſummouentes praebuere cauſſam, adorti ſunt, ut nemo unus inde praecipuum quidquam gloriae domū I inuidiaeue ferret, mille pro uno Kaeſones exſtitiſſe plebes quereretur. medijs diebus, quibus tribuni de lege non agerent, nihil eiſdē illis placidius aut quietius erat: benigne ſalutare, alloqui plebis homines, domū inuitare, adeſſe in foro, tribunos ipſos cetera pati, ſine interpellatione concilia habere, numquam ulli neque publice neque priuatim truces eſſe. niſi cū de lege agi coeptum eſſet: alibi popularis iuuentus erat. nec cetera modo tribuni tranquille peregere, ſed refecti quoque in inſequentem annum, ne uoce quidem incommoda, nedum ut ulla uis fieret, paullatim permulcendo, tractandoque manſuefecerant plebem. his per totum annum artibus lex eluſa eſt. Accipiunt ciuitatem placidiorem conſules C.

AN. 292. Claudius Ap. F. & P. Valerius Poplicola. Nihil noui nouus annus attulerat. legis ferendae aut accipiendae cura ciuitatem tenebat. quantum iuniores patrum plebi ſe magis inſinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant, ut plebi ſuſpectos eos criminando facerent. K coniurationem factam, Kaeſonem Romae eſſe, interficiendorum tribunorum, trucidandae plebis conſilia inita: id negotij datum ab ſenioribus patrum, ut iuuentus tribuniciā poteſtatem e rep. tolleret, formaque eadem ciuitatis eſſet, quae ante Sacrum montem occupatum fuerat. Et ab Volſcis & Aequis ſtatum iam ac prope ſollemne in ſingulos annos bellum timebatur; propiusque aliud nouum malum nec opinato exortum. Exſules, ſeruiq. ad quattuor millia hominum, & quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino, nocte Capitolium, atque arcem occupauere. confeſtim in arce facta caedes eorum, qui coniurare & ſimul capere arma noluerant, alij inter tumultum praecipites pauore in forum deuolant. alternae uoces, Ad arma, & Hoſtes in urbe ſunt, audiebantur. conſules & armare plebem, & inermem pati timebant, incerti quod malum repentinum, externum, an inteſtinum, ab odio plebis,

A iam ab ſeruili fraude, urbem inuaſiſſet. ſedabant tumultus; ſedando interdum mouebant.
nec enim poterat pauida & conſternata multitudo regi imperio. dant tamen arma, nõ uul-
go, tantum ut, in incerto hoſte, praeſidium ſatis fidum ad omnia eſſet. ſoliciti reliquum
noctis, incertique, qui homines, quantus numerus hoſtium eſſet, in ſtationibus diſpo-
nendis ad opportuna omnia urbis loca egere. lux deinde aperuit bellum, ducemque belli.
ſeruos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio uocabat. ſe miſerrimi cuiuſque ſuſce-
piſſe cauſſam, ut exſules iniuria pulſos in patriam reduceret, & ſeruitiis graue iugũ deme
ret: id malle populo R. auctore fieri: ſi ſibi ſpes non ſit, ſe Volſcos & Aequos, & omnia ex-
trema tentaturum & concitaturum. Dilucere res magis patribus, atque conſulibus. prae-
ter ea tamen, quae denunciabantur, ne Veientium, neu Sabinorum id conſilium eſſet, time
re, &c, cum tãtum in urbe hoſtium eſſet, mox Sabinae Etruſcaeque legiones ex compoſito
B adeſſent; tum aeterni hoſtes Volſci & Aequi non ad populandos, ut ante, fines, ſed ad ur
bem ut ex parte captam uenirent. multi & uarij timores; inter ceteros imminebat terror
ſeruilis; ne ſuus cuique domi hoſtis eſſet; cui nec credere, nec, non credendo, ne infeſtior
fieret, fidem abrogare, ſatis erat tutum. uixque concordia ſiſti uidebatur poſſe. tantum ſu-
perantibus alijs ac emergentibus malis, nemo tribunos aut plebem timebat: manſuetum
id malum, & per aliorum quietem malorum ſemper exoriẽs, tum eſſe peregrino terrore ſo
pitum uidebatur. at id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit. tantus enim tribu-
nos furor tenuit, ut non bellum, ſed uanam imaginem belli, ad auertẽdos ab legis cura ple
bis animos, Capitolium inſediſſe, contenderent: patriciorum hoſpites, clienteſque, ſi per-
lata lege fruſtra tumultuatos eſſe ſe ſentiant, maiore, quam uenerint, ſilentio abituros. cõ-
cilium inde legi perferendae habere, auocato populo ab armis. ſenatum interim conſules
C habent, alio ſe maiore a tribunis metu oſtẽdente, quam quem nocturnus hoſtis intulerat.
poſtquam arma poni, & diſcedere homines ab ſtationibus nunciatum eſt; P. Valerius, col-
lega ſenatum retinente, ſe ex curia proripit, inde in templum ad tribunos uenit, Quid hoc
rei eſt, inquit, tribuni? Ap. Herdoni ductu & auſpicio remp. euerſuri eſtis? tam felix uobis
corrumpendis fuit, qui ſeruitia ueſtra non commouit, auctor? cum hoſtes ſupra caput ſint,
diſcedi ab armis, legeſque ferri placet? Inde ad multitudinem oratione uerſa, Si uos urbis,
Quirites, ſi ueſtri nulla cura tangit, at uos ueremini deos patrios ab hoſtibus captos. Iuppi-
ter optimus maximus, Iuno regina, & Minerua, alij dij deaeque obſidentur: caſtra ſeruorũ
publicos ueſtros penates tenent. haec uobis forma ſanae ciuitatis uidetur? tantum hoſtiũ
non ſolum intra muros eſt, ſed in arce ſupra forum, curiamque: comitia interim in foro
ſunt, ſenatus in curia eſt: uelut cum otium ſuperat, ſenator ſententiam dicit, alij Quirites
D ſuffragium ineunt. non, quidquid patrum plebiſque eſt, conſules, tribunos, deos homi-
neſque omnes armatos opem ferre, in Capitolium currere, liberare ac pacare anguſtiſſi-
mam illam domum Iouis optimi maximi, decuit? Romule pater, tu mentem tuam, qua
quondam arcem ab his iiſdem Sabinis auro captam recepiſti, da ſtirpi tuae: iube hanc in-
gredi uiam, quam tu dux, quam tuus ingreſſus exercitus eſt. primus en ego conſul, quan-
tum mortalis deum poſſim, te, ac tua ueſtigia ſequar. Vltimum orationis fuit, ſe arma ca-
pere, uocare omnes Quirites ad arma: ſi quis impediat, iam ſe conſularis imperij, iam tri-
buniciae poteſtatis, ſacratarumque legum oblitum, quiſquis ille ſit, ubicumque ſit, in Ca-
pitolio, in foro, pro hoſte habiturum: iuberent tribuni, quoniam in Ap. Herdonium ueta-
rent, in P. Valerium conſulem ſumi arma; auſurum ſe in tribunis, quod princeps familiae
ſuae auſus in regibus eſſet. Vim ultimam apparebat futuram, ſpectaculoque ſeditionem
E Romanam hoſtibus fore; nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium conſul potuit: nox
certamina coepta oppreſſit. tribuni ceſſere nocti, timentes conſulum arma. Amotis inde
ſeditionis auctoribus, patres circumire plebem, inſerenteſque ſe in circulos, ſermones tẽ-
pori aptos ſerere: admonere, ut uiderent in quod diſcrimen remp. adducerent: non inter
patres ac plebem certamen eſſe, ſed ſimul patres, plebemque, arcem urbis, templa deorũ,
penates publicos priuatoſque hoſtibus dedi. Dum haec in foro ſedandae diſcordiae cauſ-
ſa agũtur, conſules interim, ne Sabinus, ne Veiens hoſtis moueretur, circa portas muroſq.
diſceſſerant. eadem nocte & Tuſculum de arce capta, Capitolioque occupato, & alio tur-
batae urbis ſtatu nuncij ueniunt. L. Mamilius Tuſculi tum dictator erat. is, confeſtim con-
uocato ſenatu, atque introductis nuncijs, magnopere cenſet, ne exſpectent dum ab Roma
legati auxilium petentes ueniant: periculum ipſum, diſcrimenque, ac ſociales deos, fi-

demque

demque foederum id poſcere: demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam ciui- F
tatem, numquam parem occaſionem daturos deos. Placet ferri auxilium: iuuentus con-
ſcribitur, arma dantur. Romam prima luce uenientes, procul ſpeciem hoſtium praebue-
re. Aequi aut Volſci uenire uiſi ſunt. deinde, ubi uanus terror abijt, accepti in urbem ag-
mine in forum deſcendunt. ibi iã P. Valerius, relicto ad portarum praeſidia collega, inſtrue
bat aciem. auctoritas uiri mouerat, affirmantis, Capitolio recuperato, & urbe pacata, ſi ſe
doceri ſiuiſſent, quae fraus ab tribunis occulta in lege ferretur, memorẽ ſe maiorũ ſuorũ,
memorem cognominis, quod populi colendi uelut hereditaria cura ſibi a maioribus tra-
dita eſſet, concilium plebis non impediturũ. hunc ducem ſecuti, nequidquam reclaman-
tibus tribunis, in cliuum Capitolinum erigunt aciem. adiungitur & Tuſculana legio. cer-
tare ſocij ciuesque; utri recuperatae arcis ſuum decus facerent. dux uterque ſuos adhorta
tur. trepidare tum hoſtes; nec ulli ſatis rei, praeterquam loco fidere. trepidantibus inferũt G
ſigna Romani, ſocijque. iam in ueſtibulum perruperant templi, cum P. Valerius inter pri-
mores pugnam ciens interficitur. P. Volumnius conſularis uidit cadentem. is, dato nego-
tio ſuis, ut corpus obtegerent, ipſe in locum uicemq. conſulis prouolat. prae ardore impe-
tuque, tantae rei ſenſus non peruenit ad militẽ. prius uicit, quam ſe pugnare ſine duce ſen-
tiret. multi exſulum caede ſua foedauere templũ; multi uiui capti, Herdonius interfectus:
ita Capitolium recuperatum. De captiuis, ut quiſque liber aut ſeruus eſſet, ſuae fortunae
a quoque ſumptum ſupplicium eſt. Tuſculanis gratiae actae, Capitolium purgatum, atq.
luſtratum. in conſulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, iactaſſe
fertur. Pace parta, inſtare tum tribuni patribus, ut P. Valerij fidem exſoluerẽt: inſtare Clau
dio, ut collegae deos manes fraude liberaret, agi de lege ſineret. Conſul ante, quam colle-
gam ſibi ſubrogaſſet, negare paſſurum agi de lege. hae tenuere contentiones uſque ad co- H
mitia conſulis ſubrogandi. Decembri menſe ſummo patrum ſtudio L. Quinctius Cincin
natus, pater Kaeſonis, conſul creatur, qui magiſtratum ſtatim occiperet. Perculſa erat ple-
bes, conſulem habitura iratum, potentem fauore patrum, uirtute ſua, tribus li[illegible]ris; quorũ
nemo Kaeſoni cedebat magnitudine animi; conſilium & modum adhibẽdo, ubi res poſce
ret, priores erant. Is ut magiſtratuum inijt, aſsiduis concionibus pro tribunali nõ in plebe
coercenda, quam ſenatu caſtigando, uehementior fuit: cuius ordinis languore, perpe[illegible] iã
tribuni pl. non ut in rep. populi R. ſed ut in perdita domo, lingua, criminibusq. regnarent:
cum Kaeſone filio ſuo uirtutem, conſtantiam, omnia iuuentutis belli domiq. decora pulſa
ex urbe Romana, & fugata eſſe: loquaces, ſeditioſos, ſemina diſcordiarum, iterum ac ter-
tium tribunos peſsimis artibus regia licentia uiuere. Aulus, inquit, ille Virginius, quia in
Capitolio non fuit, minus ſupplicij, quam Ap. Herdonius, meruit? plus hercle aliquanto; I
qui uere rem aeſtimare uelit. Herdonius, ſi nihil aliud, hoſtem ſe fatendo, prope denuncia
uit ut arma caperetis. hic, negando bella eſſe, arma uobis ademit, nudosq. ſeruis ueſtris &
exſulibus obiecit. & uos (C. Claudij pace, & P. Valerij mortui loquar) prius in cliuum Ca-
pitolinum ſigna intuliſtis, quam hos hoſtes de foro tolleretis? pudet deorũ, hominumque.
cum hoſtes in arce, in Capitolio eſſent; exſulum & ſeruorum dux, profanatis omnibus, in
cella Iouis optimi maximi habitaret; Tuſculi ante, quam Romae, ſumpta ſunt arma. in du-
bio fuit, utrum L. Mamilius Tuſculanus dux, an P. Valerius & C. Claudius conſules Roma
nam arcem liberarent. & qui ante Latinos ne pro ſe quidem ipſis, cum in finibus hoſtem
haberent, attingere arma paſsi ſumus; nunc, niſi Latini ſua ſpõte arma ſumpſiſſent, capti &
deleti eramus. hoc eſt, tribuni, auxilium plebi ferre; inermem eam hoſti trucidandam ob-
ijcere? ſcilicet, ſi quis uobis humillimus homo de ueſtra plebe; quam partem, ueluti abru- K
ptam a cetero populo, ueſtram patriam; peculiaremq. remp. feciſtis; ſi quis ex his domum
ſuam obſeſſam a familia armata nũciaret, ferendum auxilium putaretis: Iuppiter optimus
maximus, exſulũ atque ſeruorũ ſaeptus armis, nulla humana ope dignus erat? & hi poſtu-
lant, ut ſacroſancti habeãtur, quibus ipſi dij neque ſacri, neque ſancti ſunt? at enim diuinis
humanisq. obruti ſceleribus, legem uos hoc anno perlaturos dictitatis. tũ hercu le illo die
quo ego conſul ſum creatus, male geſta reſp. eſt, peius multo, quam cum P. Valerius cõſul
perijt, ſi tuleritis. Iam primum omnium, inquit, Quirites, in Volſcos & Aequos mihi, atque
collegae legiones ducere in animo eſt. neſcio quo fato magis bellantes, quam pacati, pro
pitios habemus deos. quantum periculum ab illis populis fuerit, ſi Capitolium ab exſuli-
bus obſeſſum ſciſſent, ſuſpicari de praeterito, quã re ipſa experiri, eſt melius. Mouerat ple-
bem

A bem oratio conſulis. erecti patres reſtitutam credebant remp. conſul alter, comes animo-
ſior, quam auctor, ſuſcepiſſe collegam priorẽ actionem tam grauis rei facile paſſus, in pera
gendis conſilijs, conſularis officij partem ad ſe uindicabat. Tum tribuni eludentes uelut
uana dicta, perſequi, quaerendo quonam modo exercitum educturi conſules eſſent, quos
delectum habere nemo paſſurus eſſet? Nobis uero, inquit Quinctius, nihil delectu opus
eſt; cum, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in
uerba iurauerint, conuenturos ſe iuſſu conſulis, nec iniuſſu abituros. edicimus itaque om-
nes, qui in uerba iuraſtis, craſtina die armati ad lacum Regillum adſitis. Cauillari tum tri-
buni, & populum exſoluere religione uelle: priuatum eo tempore Quinctium fuiſſe, cum
ſacramento adacti ſint. ſed nõdum haec, quae nunc tenet ſaeculum, negligentia deũ uene-
rat: nec, interpretando, ſibi quiſque iuſiurandum & leges aptas faciebat; ſed ſuos potius
B mores ad ea accommodabat. igitur tribuni, ut impediendae rei nulla ſpes erat, de proferẽ-
do exercitu agere, eo magis, quod & augures iuſſos adeſſe ad Regillum lacum fama exie-
rat; locumq. inaugurari, ubi auſpicato cum populo agi poſſet; ut, quicquid Romae ui tri-
bunicia rogatum eſſet, id comitijs ibi abrogaretur: omnes id iuſſuros, quod conſules uel-
lent: neque enim prouocationem eſſe longius ab urbe mille paſſuum: & tribunos, ſi eo ue
niant, in alia turba Quiritum ſubiectos fore conſulari imperio. Terrebant haec: ſed ille ma
ximus terror animos agitabat, quod ſaepius Quinctius dictitabat, ſe conſulũ comitia non
habiturum: non ita ciuitatem aegram eſſe, ut conſuetis remedijs ſiſti poſſit: dictatore opus
eſſe reip. ut, qui ſe mouerit ad ſolicitandum ſtatũ ciuitatis, ſentiat ſine prouocatione dicta-
turam eſſe. Senatus in Capitolio erat. eo tribuni cum perturbata plebe ueniunt. multitu-
do clamore ingenti nunc conſulum, nunc patrum fidem implorant. nec ante mouerunt de
C ſententia conſulem, quam tribuni ſe in auctoritate patrum futuros eſſe polliciti ſunt. Tũc
referente conſule de tribunorum & plebis poſtulatis, ſenatuſconſultum fit, ut neque tribu
ni legem eo anno ferrent, neque conſules ab urbe exercitum educerent: in reliquum ma-
giſtratus continuari, & eoſdem tribunos refici, iudicare ſenatum contra remp. eſſe. conſu-
les fuere in patrum poteſtate. tribuni, reclamantibus conſulibus, refecti: patres quoque,
ne quid cederent plebi, & ipſi L. Quinctium conſulem reficiebant. nulla toto anno uehe-
mentior actio conſulis fuit. Mirer, inquit, ſi uana ueſtra patres conſcripti ad plebem au-
ctoritas eſt? uos eleuatis eam. quippe, quia plebs ſenatuſconſultum in continuandis magi
ſtratibus ſoluit, ipſi quoque ſolutum uultis, ne temeritati multitudinis cedatis: tamquã id
ſit plus poſſe in ciuitate, plus leuitatis ac licentiae habere. leuius enim, uaniusq. profecto
eſt, ſua decreta & conſulta tollere, quam aliorum. imitamini patres conſcripti turbam in-
D conſultam: &, qui exemplo alijs eſſe debetis, aliorum exemplo peccetis potius, quam alij
ueſtro recte faciant: dum ego ne imiter tribunos, nec me contra ſenatuſconſultum conſu-
lem renunciari patiar. Te uero C. Claudi adhortor, ut & ipſe populum R. hac licentia ar-
ceas, & de me hoc tibi perſuadeas, me ita accepturum, ut non honorem meum a te impedi
tum, ſed gloriam ſpreti honoris auctam, inuidiamque, quae ex continuato eo impẽderet,
leuatam putem. Communiter inde edicunt, ne quis L. Quinctium conſulem faceret: ſi
quis feciſſet, ſe id ſuffragium non obſeruaturos. Conſules creati Q. Fabius Vibulanus ter- An. 293.
tium, & L. Cornelius Maluginenſis. Cenſus actus eo anno. luſtrum, propter Capitolium
captum, conſulem occiſum, condi religioſum fuit. Q. Fabio, & L. Cornelio cõſulibus, prin-
cipio anni ſtatim res turbulentae. inſtigabant plebem tribuni. bellum ingens a Volſcis &
Aequis Latini, atque Hernici nunciabant: iam Antij Volſcorum legiones eſſe: & ipſam co-
E loniam ingens metus erat defecturam: aegreq. impetratum a tribunis, ut bellũ praeuerti ſi-
nerent. Conſules inde partiti prouincias. Fabio, ut Antium legiones duceret, datum;
Cornelio, ut Romae praeſidio eſſet; ne qua pars hoſtium, qui Aequis mos erat, ad populã-
dum ueniret. Hernici & Latini iuſſi milites dare ex foedere: duaeque partes ſociorum in
exercitu, tertia ciuium fuit. Poſtquam ad diẽ praeſtitutum uenerunt ſocij, conſul extra
portam Capenam caſtra locat: inde luſtrato exercitu, Antium profectus, haud procul opi
do ſtatiuisq. hoſtium conſedit. ubi cum Volſci, quia nondum ab Aequis ueniſſet exerci-
tus, dimicare non auſi, quemadmodum quieti uallo ſe tutarentur, pararent: poſtero die Fa
bius nõ permiſtam unam ſociorum ciuiumque, ſed trium populorum tres ſeparatim acies
circa uallum hoſtium inſtruxit. ipſe erat medius cum legionibus Romanis. inde ſignum
obſeruare iuſsit, ut pariter & ſocij rem inciperent, referrentq. pedem, ſi receptui ceciniſſet.

equites

equites item ſuae cuique parti poſt principia collocat. ita trifariam adortus caſtra circũue F
nit:& cum undique inſtaret, non ſuſtinentes impetum Volſcos uallo deturbat. tranſgreſ-
ſus inde munitiones, pauidam turbam, inclinatamque in partem unam caſtris expellit. in-
de effuſe fugientes, eques, cui ſuperare uallum haud facile fuerat, cum ad id ſpectator pu-
gnae aſtitiſſet, libero campo adeptus, parte uictoriae fruitur, territos caedendo. magna &
in caſtris, & extra munimenta caedes fugientium fuit: ſed praeda maior; quia uix arma ſe-
cum efferre hoſtis potuit. deletusque exercitus foret, ni fugientes ſiluae texiſſent. Dum
ad Antium haec geruntur, interim Aequi, robore iuuentutis praemiſſo, arcem Tuſculanã
improuiſo nocte capiunt: reliquo exercitu haud procul moenibus Tuſculi cõſidunt, ut di-
ſtenderent hoſtium copias. Haec celeriter Romam, ab Roma in caſtra Antium perlata mo
uent Romanos haud ſecus, quam ſi Capitolium captum nunciaretur. adeo & recens erat
Tuſculanorum meritum, & ſimilitudo ipſa periculi repoſcere datum auxilium uidebatur. G
Fabius, omiſſis omnibus, praedam ex caſtris raptim Antium cõuehit. ibi modico praeſidio
relicto, citatum agmen Tuſculum rapit. nihil praeter arma, & quod cocti ad manum fuit ci
bi, ferre militi licuit. commeatum ab Roma conſul Cornelius ſubuehit. aliquos menſes
Tuſculi bellatum. parte exercitus conſul caſtra Aequorum oppugnabat, partem Tuſcula-
nis dederat ad arcem recuperandam. ui numquam eo ſubiri potuit. fames poſtremo inde
detraxit hoſtem. quo poſtquam uentum ad extremum eſt, inermes, nudique omnes ſub iu
gum ab Tuſculanis miſſi. hos ignominioſa fuga domum ſe recipientes Romanus conſul in
Algido conſecutus, ad unum omnes occidit. uictor ad Columen (id loco nomen eſt) exer-
citu relicto caſtra locat. Et alter conſul, poſtquam, moenibus Romanis iã pulſo hoſte, pe-
riculum eſſe deſierat, & ipſe ab Roma profectus. ita bifariam conſules ingreſſi hoſtium
fines, ingenti certamine hinc Volſcos, hinc Aequos populantur. Eodem anno deſciſſe An H
tiates, apud pleroſque auctores inuenio, L. Cornelium conſulem id bellum geſſiſſe, opi-
dumque cepiſſe. certum affirmare, quia nulla apud uetuſtiores eius rei mentio eſt, non au-
ſim. Hoc bello perfecto, tribunicium domi bellum patres territat. Clamant fraude fieri,
quod foris teneatur exercitus: fruſtrationem eam legis tollendae eſſe: ſe nihilo minus rẽ
ſuſceptam peracturos. Obtinuit tamen P. Lucretius praefectus urbis, ut actiones tribuni-
ciae in aduentum conſulum differrentur. Erat & noua exorta cauſſa motus. A. Cornelius,
& Q. Seruilius quaeſtores M. Volſcio, quod falſus haud dubie teſtis in Kaeſonem extitiſ-
ſet, diem dixerant. multis enim emanabat indicijs, neque fratrem Volſcij, ex quo ſemel
fuerit aeger, umquam non modo uiſum in publico, ſed ne aſſurrexiſſe quidem ex morbo,
multorumque tabe menſium mortuum: nec ijs temporibus, in quae teſtis crimen conie-
ciſſet, Kaeſonem Romae uiſum; affirmantibus, qui una meruerant, ſecum eum tum frequẽ I
tem ad ſigna ſine ullo commeatu fuiſſe. ni ita eſſet, multi priuatim ferebant Volſcio iudi-
cem. cum ad iudicium ire non auderet, omnes eae res in unum cõgruentes, haud magis du
biam damnationem Volſcij, quam Kaeſonis Volſcio teſte fuerat, faciebant. in mora tribu-
ni erant, qui comitia quaeſtores habere de reo, niſi prius habita de lege eſſent, paſſuros ne
gabant. ita extracta utraque res in conſulum aduentum eſt. qui ubi triumphantes uictore
cum exercitu urbem inierunt; quia ſilentium de lege erat, perculſos magna pars crede-
bant tribunos. at illi (etenim extremum anni iam erat) quartum affectantes tribunatum, in
comitiorum diſceptationem ab lege certamen auerterant. & cum conſules nihilo minus
aduerſus cõtinuationem tribunatus, quam ſi lex minuẽdae ſuae maieſtatis cauſſa promul-
gata ferretur, tetendiſſent, uictoria certaminis penes tribunos fuit. Eodem anno Aequis
pax eſt petentibus data. cenſus, res priore anno inchoata, perficitur: idque luſtrum ab ori K
gine urbis decimum conditum. fuerunt cenſa ciuium capita centumtrigintaduo millia,
CDXIX. Conſulum magna domi bellique eo anno gloria fuit: quod & foris pacem
AN. 294 peperere: & domi, etſi non concors, minus tamen, quam alias, infeſta ciuitas fuit. L. Mi-
nucius inde, & C. Nautius conſules facti duas reſiduas anni prioris cauſſas exceperũt. Eo-
dem modo conſules legem, tribuni iudicium de Volſcio impediebant: ſed in quaeſtoribus
nouis maior uis, maior auctoritas erat. cum M. Valerio M'. F. Voluſi nepote, quaeſtor
erat T. Quinctius Capitolinus, qui ter cõſul fuerat. is, quoniam neque Quinctiae familiae
Kaeſo, neque reip. maximus iuuenũ reſtitui poſſet, falſum teſtẽ, qui dicendae cauſae inno
xio poteſtatem ademiſſet, iuſto ac pio bello perſequebatur. Cũ Virginius maxime ex tri-
bunis de lege ageret, duum menſium ſpatium conſulibus datum eſt ad inſpiciendam le-
gem: ut,

A gem: ut, cum edocuiſſent populum, quid fraudis occultae ferretur, ſinerent deinde ſuffra
gium inire. hoc interualli datum res tranquillas in urbe fecit. Nec diuturnam quietem
Aequi dederunt: qui rupto foedere, quod ictum erat priore anno cum Romanis, impe-
rium ad Gracchum Cloelium deferunt. is tum longe princeps in Aequis erat. Graccho
duce in Lanuuinum agrum, inde in Tuſculanum hoſtili populatione ueniunt, pleniq. prae-
dae in Algido caſtra locant. in ea caſtra Q. Fabius, P. Volumnius, A. Poſtumius legati
ab Roma uenerunt queſtum iniurias, & ex foedere res repetitum. eos Aequorum impe-
rator, quae mandata habeant ab ſenatu Romano, ad quercum iubet dicere: ſe alia interim
acturum. quercus ingens arbor praetorio imminebat, cuius umbra opaca ſedes erat.
Tum ex legatis unus abiens, & haec, inquit, ſacrata quercus, & quidquid deorum eſt, au-
diant foedus a uobis ruptum: noſtriſq. & nunc querelis adſint, & mox armis, cũ deorum
B hominumq. ſimul uiolata iura exequemur. Romam ut rediere legati, ſenatus iuſſit alte-
rum conſulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere: alteri populationem fi-
nium Aequorum prouinciam dedit. Tribuni ſuo more impedire delectum. & forſitan ad
ultimum impediſſent; ſed nouus ſubito additus terror eſt. uis Sabinorum ingens prope ad
moenia urbis infeſta populatione uenit. foedati agri, terror iniectus urbi eſt. tum plebs be-
nigne arma cepit: reclamantibus fruſtra tribunis, magni duo exercitus ſcripti. alterum
Nautius contra Sabinos duxit; caſtriſq. ad Eretum poſitis, per expeditiones paruas, ple-
rumque nocturnis incurſionibus, tantam uaſtitatem in Sabino agro reddidit, ut, compara-
ti ad eam, prope intacti bello fines Romani uiderentur. Minucio neque fortuna, nec uis a-
nimi cadẽ in gerendo negotio fuit. nam cũ haud procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nulla ma
gnopere clade accepta, caſtris ſe pauidus tenebat. quod ubi ſenſerũt hoſtes, creuit ex me-
C tu alieno, ut fit, audacia. & nocte adorti caſtra, poſtquam parum uis aperta profecerat, mu
nitiones poſtero die circumdãt. quae priuſquam undique uallo obiecto clauderẽt exitus,
quinque equites inter ſtationes hoſtium emiſſi, Romam pertulere, conſulem, exercitũq.
obſideri. nihil tam nec opinatum, nec tam inſperatum accidere potuit: itaque tantus pa-
uor, tantaq. trepidatio fuit, quanta ſi urbem, non caſtra hoſtes obſiderent. Nautium conſu
lem accerſunt. in quo cum parum praeſidij uideretur, dictatoremq. dici placeret, qui rem
perculſam reſtitueret; L. Quinctius Cincinnatus conſenſu omnium dicitur. Operaepre-
tium eſt audire, qui omnia prae diuitijs humana ſpernunt, neque honori magno locum, ne
que uirtuti putant eſſe, niſi ubi effuſe affluant opes. ſpes unica imperij populi R. L. Quin-
ctius trans Tiberim, contra eum ipſum locum, ubi nunc naualia ſunt, quattuor iugerũ co-
lebat agrum, quae prata Quinctia uocãtur. ibi ab legatis ſeu foſſam fodiens palo innixus,
D ſeu cum araret, operi certe, id quod conſtat, agreſti intentus, ſalute data inuicem, reddita-
que, rogatus ut (quod bene uerteret ipſi, reiq. publicae) togatus mandata ſenatus audiret,
admiratus, rogitanſq; ſatin' ſalua eſſent omnia, togam propere e tugurio proferre uxo-
rem Raciliam iubet. qua ſimul abſterſo puluere ac ſudore uelatus proceſsit, dictatorem
eum legati gratulantes conſalutant, in urbem uocant: qui terror ſit in exercitu, exponunt.
Nauis Quinctio publice parata fuit; tranſuectumq. tres obuiam egreſsi filij excipiũt, inde
alij propinqui atque amici, tum patrum maior pars. ea frequentia ſtipatus, antecedentibus
lictoribus, deductus eſt domum. & plebis concurſus ingens fuit: ſed ea nequaquam tam
laeta Quinctium uidit, & imperij nimium, & uirum in ipſo imperio uehementiorẽ rata. &
illa quidem nocte nihil, praeterquam uigilatum eſt in urbe. poſtero die dictator, cum ante
lucem in forum ueniſſet, magiſtrum equitum dicit L. Tarquitium patriciae gẽtis, ſed qui,
cum ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet, bello tamen primus longe Romanae
E iuuentutis habitus eſſet. cum magiſtro equitum in concionem uenit, iuſtitium edicit, clau
di tabernas tota urbe iubet, uetat quemquam priuatae quidquã rei agere. tum, quicumq.
aetate militari eſſent, armati, cũ cibarijs in dies quinque coctis, ualliſq. duodenis, ante ſo-
lis occaſum, Martio in campo adeſſent: quibus aetas ad militandũ grauior eſſet, uicino mi
liti, dum is arma pararet, uallumq. peteret, cibaria coquere iuſſit. ſic iuuentus diſcurrit ad
uallum petendum. ſumpſere unde cuique proximum fuit: prohibitus nemo eſt: impigreq.
omnes ad edictũ dictatoris praeſto fuere. inde compoſito agmine nõ itineri magis apto,
quam proelio, ſi res ita tuliſſet, legiones ipſe dictator, magiſter equitũ ſuos equites ducit.
In utroque agmine, quas tempus ipſum poſcebat, adhortationes erant: adderent gradum:
maturato opus eſſe; ut nocte ad hoſtem peruenire poſſent: conſulem exercitumque Ro-

manum obſideri, tertium diem iam clauſos eſſe: quid quaeque nox aut dies ferat, incer- F
tum eſſe: puncto ſaepe temporis maximarum rerum momenta uerti. accelera ſigniſer; ſe-
quere miles; inter ſe quoque, gratificantes ducibus, clamabant. media nocte in Algidum
perueniunt: &, ut ſenſere ſe iam prope hoſtes eſſe, ſigna conſtituunt. ibi dictator, quan-
tum nocte proſpici poterat, equo circumuectus, cōtemplatusq. qui tractus caſtrorū, quae-
que forma eſſet, tribunis militum imperauit, ut ſarcinas in unum conijci iubeant, militem
cum armis ualloq. redire in ordines ſuos. facta, quae imperauit. Tum quo fuerat ordine
in uia, exercitum omnem longo agmine circumdat hoſtium caſtris: & ubi ſignum datum
ſit, clamorem omnes tollere iubet: clamore ſublato, ante ſe quemque ducere foſſam, & ia-
cere uallum. edito imperio, ſignum ſecutum eſt: iuſſa miles exequitur: clamor hoſtes cir-
cumſonat, ſuperat inde caſtra hoſtium, & in caſtra conſulis uenit: alibi pauorem, alibi gau-
dium ingens facit. Romani, ciuium eſſe clamorem, atque auxilium adeſſe, inter ſe gratu- G
lantes, ultro ex ſtationibus ac uigilijs territant hoſtem. conſul differendum negat. illo cla-
more non aduentum modo ſignificari, ſed rem ab ſuis coeptam: mirumq. eſſe, ni iam exte-
riore parte caſtra hoſtium oppugnentur. itaque arma ſuos capere, & ſe ſubſequi iubet. no-
cte initum proelium eſt, legionibus dictatoris clamore ſignificantibus ab ea quoque par-
te rem in diſcrimine eſſe. Iam ſe ad prohibenda circumdari opera Aequi parabant, cū, ab
interiore hoſte proelio coepto, ne per media ſua caſtra fieret eruptio, a muniētibus ad pu
gnantes introrſum uerſi, uacuam noctem operi dedere. pugnatumq. cum conſule ad lucē
eſt. luce prima iam circumuallati ab dictatore erant, & uix aduerſus unum exercitum pu-
gnam ſuſtinebant. tum a Quinctiano exercitu, qui confeſtim a perfecto opere ad arma re-
dijt, inuaditur uallum. hic inſtabat noua pugna; illa nihil remiſerat prior. tum, ancipiti ma
lo urgente, a proelio ad preces uerſi, hinc dictatorem, hinc cōſulem orare, ne in occidione H
uictoriam ponerent, ut inermes ſe inde abire ſinerent. ab conſule ad dictatorem ire iuſſis,
ignominiam infenſus addidit. Gracchum Cloelium ducem, principesq. alios uinctos ad
ſe adduci iubet: opido Corbione decedi: ſanguinis ſe Aequorum non egere: licere abi-
re: ſed, ut exprimatur tandem confeſſio, ſubactam domitamq. eſſe gentem, ſub iugum abi-
turos. tribus haſtis iugum fit, humi fixis duabus, ſuperq. eas tranſuerſa una deligata. ſub
hoc iugo dictator Aequos miſit. Caſtris hoſtium receptis, plenis omnium rerum, (nudos
enim emiſerat) praedam omnem ſuo tantum militi dedit. conſularem exercitum, ipſumq.
conſulem increpās, Carebis, inquit, praedae parte miles ex eo hoſte, cui prope praedae fui
ſti. & tu L. Minuci, donec cōſularē animū incipias habere, legatus his legionibus praeeris.
ita ſe Minucius abdicat conſulatu, iuſſusq. ad exercitum manet. ſed adeo tū imperio me-
liori animus manſuete obediēs erat, ut beneficij magis, quā ignominiae, hic exercitus me I
mor, & coronam auream dictatori librae pondo decreuerit, & proficiſcentem eum patro-
num ſalutauerit. Romae a Q. Fabio praefecto urbis ſenatus habitus, triumphantem Quin-
ctium, quo ueniebat agmine, urbem ingredi iuſſit. ducti ante currum hoſtium duces, mi-
litaria ſigna praelata, ſecutus exercitus praeda onuſtus. epulae inſtructae dicūtur fuiſſe an-
te omnium domos: epulantesque cum carmine triumphali, & ſollemnibus iocis comeſſan
tium modo currum ſecuti ſunt. eo die L. Mamilio Tuſculano, approbantibus cunctis, ci-
uitas data eſt. confeſtim ſe dictator magiſtratu abdicaſſet, ni comitia M. Volſcij falſi te-
ſtis tenuiſſent. ea ne impedirent tribuni, dictatoris obſtitit metus. Volſcius damnatus
Lanuuium exſulatum abijt. Quinctius XVI die dictatura, in ſex menſes accepta, ſe abdi-
cauit. Per eos dies conſul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat. ad uaſtatos
agros ea quoque clades acceſſit Sabinis. Minucio Q. Fabius ſucceſſor in Algidum miſ- K
ſus. Extremo anno agitatum de lege ab tribunis eſt. ſed quia duo exercitus aberant, ne
quid ferretur ad populum, patres tenuere. plebes uicit, ut quintum eoſdem tribunos crea
rent. Lupos uiſos in Capitolio ferunt, a canibus fugatos; ob id prodigium, luſtratum
An. 295. Capitolium eſſe. Haec eo anno geſta. Sequuntur conſules Q. Minucius, C. Horatius Pul
uillus. Cuius initio anni cum foris otium eſſet; domi ſeditiones ijdem tribuni, eadem lex
faciebat. ulteriusq. uentum foret, adeo exarſerant animis, ni, uelut dedita opera, nocturno
impetu Aequorum Corbione amiſſum praeſidium nunciatum eſſet. ſenatum conſules uo
cant. iubentur ſubitarium ſcribere exercitum, atque in Algidum ducere. inde poſito legis
certamine, noua de delectu contentio exorta. uincebaturq. cōſulare imperium tribunicio
auxilio, cum alius additur terror: Sabinum exercitum praedatum deſcendiſſe in agros Ro
manos,

A manos, inde ad urbem uenire. is metus perculit, ut ſcribi militem tribuni ſinerent, nō ſine pactione tamen, ut, quoniam ipſi quinquennium eluſi eſſent, paruumq. id plebi praeſidiū foret, decem deinde tribuni plebis crearentur. expreſsit hoc neceſsitas patribus. id modo excepere, ne poſtea eoſdē tribunos iuberent. tribunicia comitia, ne id quoque poſt bellū, ut cetera, uanum eſſet, extemplo habita. Triceſimoſexto anno a primis tribunis plebis, decem creati ſunt, bini ex ſingulis claſsibus. itaq. cautum eſt ut poſtea crearentur. Delectu deinde habito Minucius contra Sabinos profectus, non inuenit hoſtem. Horatius, cum iam Aequi, Corbione interfecto praeſidio, Ortonam etiā cepiſſent, in Algido pugnat. multos mortales occidit, fugat hoſtem non ex Algido modo, ſed a Corbione, Ortonaq.. Corbionem etiam diruit propter proditum praeſidium. Deinde M. Valerius, Sp. Virginius conſules facti. Domi foriſq. otium fuit. annona propter aquarum intemperiem laboratum An.296.
B eſt. de Auentino publicando lata lex eſt. tribuni plebis ijdem refecti. hi ſequente anno, An.297.
T. Romilio & Sp. Veturio conſulibus, legem omnibus concionibus ſuis celebrant. pudere ſe numeri ſui nequidquam aucti, ſi ea res aeque ſuo biēnio iaceret, ac toto ſuperiore luſtro iacuiſſet. Cum maxime haec agerent, trepidi nuncij ab Tuſculo ueniunt, Aequos in agro Tuſculano eſſe. Fecit pudorem recens eius populi meritum morandi auxilij. ambo conſules cum exercitu miſſi, hoſtem in ſua ſede in Algido inueniunt. ibi pugnatum. ſupra ſeptem millia hoſtium caeſa: alij fugati: praeda parta ingens. eam propter inopiā aerarij cōſules uendiderunt. inuidiae tamen res ad exercitum fuit. [illegible] tribunis materiā criminandi ad plebem conſules praebuit. itaque ergo, ut magiſtratu abiere, Sp. Tarpeio A. An.298.
Aterio conſulibus dies dicta eſt, Romilio ab C. Claudio Cicerone tribuno plebis, Veturio ab L. Alieno aedili plebis. uterque magna patrum indignatione damnatus, Romilius decem millibus aeris, Veturius XV millibus. Nec haec priorum calamitas conſulum ſegniores nouos fecerat conſules. Et ſe damnari poſſe aiebant: & plebem, & tribunos legem ferre non poſſe. tum abiecta lege, quae promulgata conſenuerat, tribuni lenius agere cū patribus: Finem tandem certaminum facerent: ſi plebeiae leges diſplicerent; at illi communiter legum latores & ex plebe, & ex patribus, qui utriſque utilia ferrent, quaeq. aequādae libertatis eſſent, ſinerent creari. Rem non aſpernabantur patres; daturum leges neminem, niſi ex patribus, aiebant. cum de legibus conueniret, de latore tantum diſcreparet; miſsi legati Athenas Sp. Poſtumius Albus, A. Manlius, Ser. Sulpicius Camerinus; iuſsiq. inclytas leges Solonis deſcribere, & aliarum Graeciae ciuitatum inſtituta, moreſq. iuraq. noſcere. Ab externis bellis quietus annus fuit: quietior inſequēs P. Curatio, & Sex. Quinctilio An.299
conſulibus, perpetuo ſilentio tribunorum. quod primo legatorum, qui Athenas ierant, le-
D gumq. peregrinarum expectatio praebuit: deinde duo ſimul mala ingentia exorta, fames, peſtilentiaque foeda homini, foeda pecori. uaſtati agri ſunt: urbs aſſiduis exhauſta funeribus, multae & clarae lugubres domus. Flamen Quirinalis Ser. Cornelius mortuus, augur C. Horatius Puluillus: in cuius locum Sp. Veturium eo cupidius, quia damnatus a plebe erat, augures legere. mortuus conſul Quinctilius, quattuor tribuni plebis. multiplici clade foedatus annus. ab hoſte otium fuit. inde conſules T. Menenius, P. Seſtius Capitolinus. An.300.
neque eo anno quidquam belli externi fuit. domi motus orti. Iam redierant legati cum Atticis legibus. eo intentius inſtabant tribuni, ut tandem ſcribendarum legum initium fieret. Placet creari decemuiros ſine prouocatione, & ne quis eo anno alius magiſtratus eſſet. admiſcerenturne plebeij, controuerſia aliquandiu fuit. poſtremo conceſſum patribus: modo ne lex Icilia de Auentino, aliaeque ſacratae leges abrogarentur. Anno An.301.
E trecenteſimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis, ab conſulibus ad decemuiros, quemadmodum ab regibus ante ad conſules uenerat, tranſlato imperio. minus inſignis, quia non diuturna, mutatio fuit. laeta enim principia magiſtratus eius nimis luxuriauere. eo citius lapſa res eſt: repetitumque, duobus uti mandaretur conſulum nomen imperiumque. Decemuiri creati Ap. Claudius, T. Genucius, P. Seſtius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Poſtumius Albus. Claudio & Genucio, quia deſignati conſules in eum annum fuerant, pro honore honor redditus; & Seſtio alteri conſulum prioris anni, quod eā rem collega inuito ad patres retulerat. his proximi legati tres habiti, qui Athenas ierant: ſimul ut pro legatione tam longinqua praemio eſſet honos: ſimul peritos legum peregrinarum ad condenda noua iura uſui fore credebant. ſuppleuere ceteri numerum. graues

quoque aetate electos nouiſſimis ſuffragijs ferunt, quo minus ferociter aliorum ſcitis aduerſarentur. F regimen totius magiſtratus penes Appium erat, fauore plebis, adeoque nouum ſibi ingenium induerat, ut plebicola repente, omniſque aurae popularis captator euaderet, pro truci ſaeuoque inſectatore plebis. decimo die ius populo ſinguli reddebant. eo die penes praefectum iuris faſces duodecim erant, collegis nouem ſinguli acceſſi apparebant. & in unica concordia inter ipſos, qui conſenſus priuatis interdum inutilis eſſet, ſumma aduerſus alios aequitas erat. moderationis eorum argumentũ exemplo unius rei notaſſe ſatis erit. Cum ſine prouocatione creati eſſent; defoſſo cadauere domi apud P. Seſtium, patriciae gentis uirum, inuẽto, prolatoque in concionem, in re iuxta manifeſta atq. atroci C. Iulius decemuir diem Seſtio dixit, & accuſator ad populũ extitit, cuius rei iudex legitimus erat: deceſſitq. iure ſuo, ut demptum de ui magiſtratus, populi libertati adijceret. cum promptũ hoc ius uelut ex oraculo, incorruptum pariter ab his ſummi infimiq. G ferrent, tum legibus condendis opera dabatur: ingentiq. hominum expectatione propoſitis decem tabulis, populum ad concionem aduocauerunt: &, quod bonum, fauſtum, felixq. reipublicae, ipſis, liberiſq. eorum eſſet, ire, & legere leges propoſitas iuſſere: ſe, quãtum decem hominum ingenijs prouideri potuerit, omnibus ſummis infimiſq. iura aequaſſe. plus pollere multorum ingenia, conſiliaq. . uerſarent in animis ſecum unamquamque rem: agitarent deinde ſermonibus, atque in medium, quid in quaque re plus, minuſve eſſet, cõferrẽt. eas leges habiturum populum R. quas conſenſus omniũ [illegible] iuſsiſſe latas magis, quam tuliſſe uideri poſſet. A Cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito, ſatis correctae uiderentur, centuriatis comitijs decem tabularũ leges perlatae ſunt: H qui nunc quoque, in hoc immenſo aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulo, fons omnis publici priuatiq. eſt iuris. uulgatur deinde rumor, duas deeſſe tabulas, quibus adiectis abſolui poſſe uelut corpus omnis Romani iuris. ea expectatio, cum dies comitiorum appropinquaret, deſiderium decemuiros iterum creandi fecit. iam plebs, praeterquã quod conſulum nomẽ haud ſecus quam regum peroſa erat, ne tribunicium quidem auxilium, cedentibus inuicem appellatione decemuiris, quaerebat. poſtquã uero comitia decemuiris creandis in trinum nundinum indicta ſunt, tanta exarſit ambitio, ut primores quoque ciuitatis (metu credo, ne tanti poſſeſsio imperij, uacuo ab ſe relicto loco, haud ſatis dignis pateret) prenſarẽt homines, honorem ſumma ope ab ſe impugnatum, ab ea plebe, cum qua contenderent, ſuppliciter petentes. Dimiſſa iam in diſcrimen dignitas ea aetate, ijſq. honoribus actis, ſtimulabat Ap. Claudium. I neſcires utrum inter decemuiros, an inter candidatos numerares. propior interdum petendo, quam gerendo magiſtratui erat. criminari optimates, extollere candidatorum leuiſsimum quemque, humillimumq. ipſe medius inter tribunicios Duilios, Iciliosq. in foro uolitare, per illos ſe plebi uẽditare: donec collegae quoque, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus conijcere in eum oculos, mirantes quid ſibi uellet: apparere nihil ſinceri eſſe: profecto haud gratuitam in tanta ſuperbia comitatẽ fore: nimium in ordinem ſe ipſum cogere: & uulgari cum priuatis, non tam prope rantis abire magiſtratu, quam uiam ad continuandum magiſtratum quaerentis eſſe. propalã obuiã ire cupiditati parum auſi obſecundando mollire impetum aggrediũtur. comitiorum illi habendorum, quando minimus natu ſit, munus conſenſu iniungunt. Ars haec erat, ne ſemet ipſe creare poſſet: quod praeter tribunos plebis, & id ipſum peſſimo exemplo, nemo umquam feciſſet. ille enimuero, quod bene uertat, habiturũ ſe comitia profeſſus, impedimẽtũ pro occaſione arripuit: deiectiſq. honore per coitionẽ duobus Quinctijs, Capitolino & Cincinnato, & patruo ſuo C. Claudio, cõſtantiſſimo uiro in optimatũ cauſſa, K & alijs eiuſdem faſtigij ciuibus, nequaquam ſplendore uitae pares decemuiros creat, ſe in primis. quod haud ſecus factum improbabant boni, quam nemo facere auſurum crediderat.

An. 302. Creati cum eo M. Cornelius Maluginenſis, M. Sergius, L. Minucius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Poetelius, T. Antonius Merenda, K. Duilius, Sp. Oppius Cornicen, M. Rabuleius. Ille finis Appio alienae perſonae ferendae fuit. ſuo iam inde uiuere ingenio coepit, nouoſq. collegas iam, priuſquam inirent magiſtratũ, in ſuos mores formare. quotidie coibant remotis arbitris. inde impotentibus inſtructi conſilijs, quae ſecreto ab alijs coquebant, iam haud diſsimulando ſuperbiam, rari aditu, colloquentibus difficiles, ad idus Maias rem perduxere. idus tum Maiae ſollẽnes ineũdis magiſtratibus erãt. Initio igitur magiſtratus, primum honoris diem denunciatione ingentis terroris inſignem fe-

cere.

A cere. nam cum ita priores decemuiri ſeruaſſent, ut unus faſces haberet, & hoc inſigne re-
gium in orbem, ſuam cuiuſque uicem, per omnes iret; ſubito omnes cum duodenis faſci-
bus prodiere. centum uiginti lictores forum impleuerant, & cum faſcibus ſecures illigatas
praeferebant, nec attinuiſſe demi ſecurim, cum ſine prouocatione creati eſſent, interpreta
bantur. decem regum ſpecies erat: multiplicatusque terror non infimis ſolum, ſed primo-
ribus patrum, ratis caedis cauſſam ac principium quaeri; ut, ſi quis memorem libertatis uo
cem aut in ſenatu, aut in populo miſiſſet, ſtatim uirgae ſecuresque etiam ad ceterorum me
tum expedirentur. nam praeterquam quod in populo nihil erat praeſidij, ſublata prouoca-
tione, interceſſionem quoque conſenſu ſuſtulerant: cum priores decemuiri appellatione
collegae corrigi reddita ab ſe iura tuliſſent; & quaedam, quae ſui iudicij uideri poſſent, ad
populum reiecissent. aliquandiu aequatus inter omnes terror fuit: paullatim totus uerte-
B re in plebẽ coepit. abſtinebatur a patribus: in humiliores libidinoſe crudeliterq. conſuleba
tur. hominũ, non cauſſarum, toti erant; ut apud quos gratia uim aequi haberet. iudicia do-
mi conflabant, pronunciabant in foro. ſi quis collegam appellaſſet; ab eo, ad quem uene-
rat, ita diſcedebat, ut paeniteret nõ prioris decreto ſtetiſſe. opinio etiam ſine auctore exie-
rat, non in praeſentis modo temporis eos iniuriam conſpiraſſe; ſed foedus clandeſtinũ in-
ter ipſos iureiurando ictum, ne comitia haberẽt, perpetuoq. decemuiratu poſſeſſum ſemel
retinerent imperium. circumſpectare tum patriciorum uultus plebeij; & inde libertatis ca
ptare auram, unde ſeruitutem timendo, in eum ſtatum remp. adduxerãt. primores patrum
odiſſe decemuiros, odiſſe plebem: nec probare quae fierent, & credere haud indignis acci
dere: auide ruendo ad libertatem, in ſeruitutem delapſos iuuare nolle. cumulare quoq. iniu
rias, ut, taedio praeſentium, conſules duo tandem, & ſtatus priſtinus rerum in deſideriũ ue
C niant. Iam & proceſſerat pars maior anni; & duae tabulae legum ad prioris anni decẽ tabu
las erant adiectae: nec quidquam iã ſupererat, ſi hae quoq. leges centuriatis comitijs per-
latae eſſent, cur eo magiſtratu reipublicae opus eſſet. expectabant, quam mox conſulibus
creandis comitia edicerentur. id modo plebs agitabat, quonam modo tribuniciam pote-
ſtatẽ, munimentum libertatis, rem intermiſſam, repararent: cum interim mentio comitio
rum nulla fieri: & decẽuiri, qui primo tribunicios homines, quia id populare habebatur,
circũ ſe oſtentauerãt plebi, patricijs iuuenibus ſaepſerãt latera: eorum cateruae tribunalia
obſidebant. Hi ferre agere plebẽ, plebisq. res; cum fortuna, qua quidquid cupitũ foret, po
tentioris eſſet. et iam ne tergo quidem abſtinebatur: uirgis caedi alij, alij ſecuri ſubijci: &,
ne gratuita crudelitas eſſet, bonorum donatio ſequi domini ſuppliciũ. hac mercede iuuen
tus nobilis corrupta, non modo non ire obuiam iniuriae, ſed propalam licentiã ſuam mal-
D le, quam omniũ libertatẽ. Idus Maiae uenere, nullis ſubrogatis magiſtratibus. priuati pro AN. 303.
decemuiris, neque animis ad imperium inhibendum imminutis, neque ad ſpeciem hono-
ris inſignibus prodeunt. id uero regnum haud dubie uideri. deploratur in perpetuum liber
tas; nec uindex quiſquam exiſtit, aut futurus uidetur. nec ipſi ſolum deſpõderant animos,
ſed contemni coepti erant a finitimis populis: imperiumq. ibi eſſe, ubi non eſſet libertas, in
dignabantur. Sabini magna manu incurſionem in agrum Romanum fecere: lateq. popu-
lati, cum hominum atque pecudum inulti praedas egiſſent, recepto ad Eretum, quod paſſim
uagatum erat, agmine, caſtra locant, ſpem in diſcordia Romana ponẽtes, eã impedimentũ
delectui fore. Non nuncij ſolum, ſed per urbem agreſtium fuga trepidationẽ iniecit. decẽ
uiri conſultant, quid opus facto ſit. deſtitutis inter patrum & plebis odia, addit terrorẽ in
ſuper alium fortuna. Aequi alia ex parte caſtra in algido locant: depopulatumq. inde ex-
E curſionibus Tuſculanum agrum, legati ab Tuſculo praeſidiũ orantes nũciant. is pauor per
culit decemuiros, ut ſenatum, ſimul duobus circumſtantibus urbem bellis, cõſulerent. cita
ri iubent in curiam patres, haud ignari quanta inuidiae immineret tempeſtas: omnes uaſta
ti agri, periculorumq. imminentium cauſſas in ſe congeſturos; tentationemque eam fo-
re abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent, imperioq. inhibẽdo acrius in paucos
praeferocis animi, conatus aliorũ comprimerent. Poſtquam audita uox in foro eſt praeco
nis, patres in curiam ad decemuiros uocantis; uelut noua res, quia intermiſerant iamdiu
morem conſulendi ſenatus, mirabundam plebem conuertit, quidnam incidiſset, cur
ex tanto interuallo rem deſuetam uſurparent: hoſtibus belloque gratiam habendam,
quod ſolitum quidquã liberae ciuitatis fieret. circumſpectare omnibus fori partibus ſe-
natorem, raroq. uſquam noſcitare: curiam inde ac ſolitudinem circa decemuiros intue-

ri: cum & ipſi inuiſum conſenſu imperium;& plebs,quia priuatis ius non eſſet uocandi ſe- F
natum, non conuenire patres, interpretaretur: iam caput fieri libertatis repetendae, ſi ſe
plebs comitem ſenatui det, &, quemadmodum patres uocati non coeant in ſenatum, ſic
plebs abnuat delectū.Haec fremebat plebes.patrū haud fere quiſquam in foro,in urbe ra-
ri erant. indignitate rerum ceſſerant in agros: ſuarumq.rerum erant, amiſſa publica: tan-
tum ab iniuria ſe abeſſe rati, quantum a coetu congreſſuq. impotentium dominorum ſe
amouiſſent. poſtquam citati non conueniebant,dimiſſi circa domos apparitores ſimul ad
pignora capienda, ſciſcitandumque,num conſulto detrectarent; referunt, ſenatū in agris
eſſe. laetius id decemuiris accidit,quam ſi,praeſentes detrectare imperium, referrent. iu-
bent acciri omnes, ſenatumq. in diem poſterum edicunt. qui aliquanto ſpe ipſorum fre-
quentior conuenit. quo facto proditam a patribus plebs libertatem rata,quod iis, qui iam
magiſtratu abiiſſent priuatiſq. [redacted] abeſſet,tamquam iure cogentibus ſenatus paruiſſet. ſed G
magis obedienter uentum in curiam eſt,quam obnoxie dictas ſententias accepimus.L.Va-
lerium Potitum,proditum memoriae eſt.poſt relationem Ap. Claudij priuſquā ordine ſen
tentiae rogarētur,poſtulando ut de rep.liceret dicere, prohibentibus minaciter decemui-
ris, proditurum ſe ad plebem denunciantem,tumultum exciuiſſe: nec minus ferociter M.
Horatium Barbatum iſſe in certamen,X Tarquinios appellantem,admonentemque, Vale
rijs & Horatijs ducibus pulſos reges: nec nominis homines tum pertaeſum eſſe; quippe
quo Iouem appellari fas ſit,quo Romulum cōditorem urbis,deincepſq. reges appellatos
quod ſacris etiam ut ſollemne retentum ſit: ſuperbiā,uiolentiamq.tum peroſos regis:quę
ſi in rege tum eodem,aut in filio regis ferenda non fuerint, quem laturum in tot priuatis?
uiderēt,ne,uetando in curia libere homines loqui,extra curiam etiā mouerent uocem:ne-
que ſe uidere,qui ſibi minus priuato ad concionem populum uocare. quam illis ſenatū co H
gere,liceat: ubi uellent,experirentur quāto [redacted]ior dolor in libertate ſua uindicāda, quā
cupiditas in iniuſta dominatione retinenda eſſet. De bello Sabino eos referre,tanquā ma
ius ullum populo R.bellum ſit, quam cum iis,qui legum ferendarum cauſſa creati,nihil iu
ris in ciuitate reliquerint: qui comitia,qui annuos magiſtratus,qui uiciſſitudinem imperi
tandi,quod unum exaequandae ſit libertatis, ſuſtulerint: qui priuati faſces & regiū impe-
rium habeant.Fuiſſe regibus exactis patricios magiſtratus; creatos poſtea,poſt ſeceſſionē
plebis,plebeios:cuius illi partis eſſent,rogitare,populares?quid enim eos per populū egiſ-
ſe?optimates?qui anno iam prope ſenatum non habuerint; tunc ita habeant, ut de rep.lo-
qui prohibeant? ne nimium in metu alieno ſpei ponerent: grauiora,quae patiantur,uideri
iam hominibus,quam quae metuant. Haec uociferante Horatio,cum decemuiri nec irae
nec ignoſcendi modum reperirent; nec,quo euaſura res eſſet, cernerent: C. Claudij, qui I
patruus Appij decemuiri erat,oratio fuit precibus,quam iurgio ſimilis, orantis per ſui fra
tris,parentiſq.eius manes,ut ciuilis potius ſocietatis,in qua natus eſſet,quam foederis,ne
farie icti cum collegis,meminiſſet:multo id magis ſe illius cauſſa orare,quam reip.quippe
rempublicam,ſi a uolentibus nequeat,ab inuitis ius expetituram:ſed ex magno certamine
magnas excitari ferme iras;earum euētum ſe horrere. Cum aliud,praeterquam de quo re
tuliſſent,decemuiri dicere prohiberent; Claudium interpellandi uerecundia fuit.ſenten-
tiam igitur peregit,nullum placere ſenatuſconſultum fieri. omneſq.ita accipiebant,priua
tos eos a Claudio iudicatos:multiq.ex conſularibus uerbo aſſenſi ſunt. Alia ſentētia aſpe
rior in ſpeciem,uim minorem aliquanto habuit;quae patricios coire ad prodendum inter
regem iubebat.cenſendo enim quoſcunque magiſtratus eſſe,qui ſenatum haberent, iudi-
cabat. quos priuatos fecerat auctor nullius ſenatuſconſulti faciendi.Ita labente iam cauſ-
ſa decemuirorum, L.Cornelius Maluginenſis, M. Cornelij decemuiri frater,cum ex con- K
ſularibus ad ultimum dicendi locum conſulto ſeruatus eſſet, ſimulando curā belli, fratrē
collegaſq.eius tuebatur;quonam fato incidiſſet,mirari ſe dictitans, ut decēuiros, qui de-
cemuiratū petiſſent, [redacted] hi maxime oppugnarent: aut quid ita, cū per tot mēſes,
uacua ciuitate,nemo,iuſti ne magiſtratus ſummae rerum praeeſſēt, cōtrouerſiam fecerit;
nunc demum, cum hoſtes prope ad portas ſint, ciuiles diſcordias ſerant: niſi quod in tur-
bido minus perſpicuum fore putent [redacted], quid agatur: ceterum neminem, maiore cura oc-
cupatis animis, uerum eſſe,praeiudicium rei tantae adferre.ſibi placere de eo, quod Vale
rius Horatiuſq.ante idus Maias decemuiros abiſſe magiſtratu inſimulent,bellis, quae im
mineant,perfectis,republica in tranquillum redacta, ſenatu diſceptante agi: & iam nunc
ita

A ita ſe parare Ap. Claudium, ut comitiorum quae decemuiris creandis decemuir ipſe habuerit, ſciat ſibi rationem reddendam eſſe, utrum in unum annum creati ſint, an donec leges, quae deeſſent, perferrentur: in praeſentia omnia praeter bellum omitti placere: cuius ſi falſo famã uulgatam, uanaque non nuncios ſolum, ſed Tuſculanorum etiam legatos attuliſſe putent; ſpeculatores mittendos cenſere, qui certius explorata referant: ſin fides & nuncijs, & legatis habeatur; delectum primo quoque tempore haberi; decemuiros, quo cuique eorum uideatur, exercitus ducere; nec rem aliam praeuerti. In hanc ſententiam ut diſcederetur, iuniores patrum euincebant; ferocioresque iterum coorti Valerius Horatiusq. uociferari, ut de rep. liceret dicere: dicturos ad populum, ſi in ſenatu per factionem non liceat: neque enim ſibi priuatos aut in curia, aut in concione poſſe obſtare; neque ſe imaginarijs faſcibus eorum ceſſuros eſſe. Tum Appius iam prope eſſe ratus, ut, ni uiolen-
B tiae eorum pari reſiſteretur audacia, uictum imperium eſſet: Non erit melius, inquit, niſi de quo conſulimus, uocem miſiſſe. & ad Valerium negantem ſe priuato reticere, lictorem accedere iuſſit. Iam Quiritium fidem implorante Valerio, a curiae limine L. Cornelius cõplexus Appium, non cui ſimulabat conſulendo, diremit certamen. factaque per Cornelium Valerio dicendi gratia quae uellet, cum libertas non ultra uocem exceſſiſſet, decemuiri propoſitum tenuere. conſulares quoque ac ſeniores ab reſiduo tribuniciae poteſtatis odio, cuius deſiderium plebi multo acrius, quam conſularis imperij, rebantur eſſe, prope malebant poſtmodum ipſos decemuiros uoluntate abire magiſtratu, quam inuidia eorum exſurgere rurſus plebem: ſi leniter ducta res ſine populari ſtrepitu ad conſules rediſſet; aut bellis interpoſitis, aut moderatione conſulum in imperijs exercendis, poſſe in obliuionem tribunorum plebem adduci. Silentio patrum edicitur delectus. iuniores, cum ſine prouo-
C catione imperium eſſet, ad nomina reſpondent. legionibus ſcriptis, inter ſe decemuiri cõparabant, quos ire ad bellum, quos praeeſſe exercitibus oporteret. Principes inter decemuiros erant Q. Fabius, & Ap. Claudius: bellum domi maius, quam foris, apparebat. Appij uiolentiam aptiorem rati ad comprimendos urbanos motus: in Fabio minus in bono conſtans, quam gnauum in militia, ingenium eſſe. hunc enim uirum, egregium olim domi militiaeque, decemuiratus collegaeque ita mutauerant, ut Appij, quam ſui, ſimilis mallet eſſe. huic bellum in Sabinis, M. Rabuleio, & Q. Poetelio, additis collegis, mandatum. M. Cornelius in Algidum miſſus cum L. Minucio, & T. Antonio, & K. Duilio, & M. Sergio. Sp. Oppium Ap. Claudio adiutorem ad urbem tuendam aequo omnium decemuirorum imperio decernunt. Nihilo militiae, quam domi, melius reſp. adminiſtrata eſt. illa modo in ducibus culpa, quod, ut odio eſſent ciuibus, fecerant: alia omnis penes milites noxia
D erat: qui, ne quid ductu atque auſpicio decemuirorũ proſpere uſquam gereretur, uinci ſe per ſuum atque illorum dedecus patiebantur. Fuſi & ab Sabinis ad Eretum, & in Algido ab Aequis exercitus erant. ab Ereto per ſilentium noctis profugi, propius urbem, inter Fidenas Cruſtumeriamque, loco edito caſtra communierant. perſecutis hoſtibus, nuſquã ſe aequo certamine committentes, natura loci, ac uallo, non uirtute aut armis, tutabantur. Maius flagitium in Algido: maior etiam clades accepta: caſtra quoque amiſſa erant: exſutusque omnibus utenſilibus miles Tuſculum ſe, fide, miſericordiaque uicturus hoſpitum, qui tum non fefellerunt, contulerat. Romam tanti erant terrores allati, ut, poſito iam decemuirali odio, patres uigilias in urbe habendas cenſerent; omnes, qui per aetatem arma ferre poſſent, cuſtodire moenia, ac pro portis ſtationes agere iuberent; arma Tuſculum ad ſupplementum decernerent, decemuirosque ab arce Tuſculi digreſſos, in caſtris militem
E habere; caſtra alia a Fidenis in Sabinum agrum transferri; belloque ultro inferendo deterreri hoſtes a conſilio urbis oppugnandae. Ad clades ab hoſtibus acceptas, duo nefanda facinora decemuiri belli domique adijciunt. L. Siccium in Sabinis, per inuidiam decemuiralem, tribunorum creandorum, ſeceſſionisque mentiones ad uulgus militum ſermonibus occultis ſerentem, proſpeculatum ad locum caſtris capiendum mittunt. datur negotium militibus, quos miſerant expeditionis eius comites, ut eum opportuno adorti loco interficerent. haud inultũ interfecere. nam circa repugnantem aliquot inſidiatores cecidere, cum ipſe ſe praeualidus, pari uiribus animo, circumuentus tutaretur. nunciant in caſtra ceteri, praecipitatum in inſidias eſſe Siccium egregie pugnantem, militesque quoſdam cum eo amiſſos. primo fides nunciantibus fuit: profecta deinde cohors ad ſepeliendos, qui ceciderant, decemuirorum permiſſu, poſtquam nullum ſpoliatum ibi corpus,

Sicciumque in medio iacentem, armatumque, omnibus in eum uerſis corporibus, uide- F
re;hoſtium neque corpus ullum,nec ueſtigia abeuntium;profecto ab ſuis interfectum me-
morantes, retulere corpus. inuidiaeque plena caſtra erant: & Romam ferri protinus Sic-
cium placebat,ni decemuiri funus militare ei publica impenſa facere maturaſſent. ſepul-
tus ingenti militum maeſtitia, peſſima decemuirorum in uulgus fama,eſt. Sequitur aliud
in urbe nefas,ab libidine ortum, haud minus foedo euentu, quam quod per ſtuprum cae-
demque Lucretiae, urbe regnoque Tarquinios expulerat: ut non finis ſolum idem decē-
uiris,qui regibus, ſed cauſſa etiam eadem imperij amittendi eſſet. Ap. Claudium uirginis
plebeiae ſtuprandae libido cepit.pater uirginis L.Virginius honeſtum ordinem in Algido
ducebat,uir exempli recti domi militiaeque. perinde uxor inſtituta fuerat, liberi quoque
inſtituebantur.deſponderat filiam L.Icilio,tribunicio,uiro acri,& pro cauſſa plebis exper-
tae uirtutis,hanc uirginē adultam,forma excellentem, Appius amore amens, pretio ac ſpe G
pellicere adortus, poſtquam omnia pudore ſaepta animaduerterat, ad crudelem ſuper-
bamque uim animum conuertit. M. Claudio clienti negotium dedit, ut uirginē in ſerui-
tutem aſſereret,neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus uindicias; quod pater
puellae abeſſet,locum iniuriae eſſe ratus. uirgini uenienti in forum (ibi namque in taber-
nis litterarum ludi erant) miniſter decemuiri libidinis manum iniecit, ſerua ſua natam, ſer-
uamque appellans eſſe: ſequique ſe iubebat,cunctantem ui abſtracturum. Pauida puella
ſtupente,ad clamorem nutricis, fidem Quiritium implorantis, fit concurſus. Virginij pa-
tris,ſponſique Icilij, populare nomen celebratur: notos gratia eorum, turbam indignitas
rei uirgini conciliat. iam a ui tuta erat, cum aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitata
ait: ſe iure graſſari,non ui. uocat puellam in ius,auctoribus qui aderant, ut ſequeretur.ad
tribunal Appij peruentum eſt. notam iudici fabulam petitor, quippe apud ipſum aucto- H
rem argumenti,peragit:puellam domi ſuae natam,furtoque inde in domum Virginij trāſ-
latam,ſuppoſitam ei eſſe: id ſe indicio compertum afferre;probaturumque uel ipſo Virgi-
nio iudice,ad quem maior pars iniuriae eius pertineat: interim dominum ſequi ancillam
aequum eſſe. Aduocati puellae,cū Virginium reipublicae cauſſa dixiſſent abeſſe;biduo af-
futurum,ſi nunciatum ei ſit; iniquum eſſe abſentem de liberis dimicare: poſtulant ut rem
integram in patris aduentum differat: lege ab ipſo lata, uindicias det ſecundum liberta-
tē,neu patiatur uirginem adultam famae prius,quam libertatis,periculum adire. Appius
decreto praefatus,quam libertati fauerit, eam ipſam legem declarare,quam uirginis ami-
ci poſtulationi ſuae praetendant: ceterum ita in ea firmum libertati fore praeſidium,ſi nec
cauſſis,nec perſonis uariet:in ijs enim,quae aſſerantur in libertatem, quia quiuis lege age
re poſſit,id iuris eſſe;in ea,quae in patris manu ſit, neminem eſſe alium, cui dominus poſ- I
ſeſſione cedat:placere itaque patrem acceſſiri:interea iuris ſui iacturam aſſertorem non fa
cere,quin ducat puellam,ſiſtendamque in aduentum eius,qui pater dicatur, promittat.
Aduerſus iniuriam decreti cum multi magis fremerent, quam quiſquam unus recuſare
auderet; P.Numitorius,puellae auunculus, & ſponſus Icilius interueniunt: dataque inter
turbam uia,cum multitudo Icilij maxime interuentu reſiſti poſſe Appio crederet,lictor de
creſſe ait: uociferantemque Icilium ſummouet. Cum placidum quoque ingenium tam
atrox iniuria accendiſſet: Ferro hinc tibi ſummouendus ſum Appi, inquit; ut tacitum fe-
ras,quod celari uis.uirginem ego hanc ſum ducturus,nuptam,pudicamq. habiturus. pro-
inde omnes collegarum quoque lictores conuoca: expediri uirgas & ſecuras iube: non
manebit extra domum patris ſponſa Icilii. non, ſi tribunicium auxilium & prouocatio-
nem plebi Romanae,duas arces libertatis tutandae,ademiſtis,ideo in liberos quoque no- K
ſtros coniugeſque regnum ueſtrae libidini datum eſt. ſaeuite in tergum,& in ceruices no-
ſtras:pudicitia ſaltem in tuto ſit. huic ſi uis afferetur,ego praeſentium Quiritium pro ſpō-
ſa, Virginius militum pro unica filia, omnes deorum hominumque implorabimus fidem:
neque tu iſtud umquam decretum ſine caede noſtra referes. Poſtulo Appi, etiam atque ēt
conſideres quo progrediare. Virginius uiderit de filia,ubi uenerit,quid agat. hoc tantum
ſciat,ſibi,ſi huius uindiciis ceſſerit, condicionem filiae quaerendam eſſe. me uindicantem
ſponſam in libertatem uita citius deſeret, quam fides. Concitata multitudo erat, certa-
men inſtare uidebatur. lictores Icilium circumſteterant; nec ultra minas tamen pro-
ceſſum eſt;cum Appius non Virginiam defendi ab Icilio,ſed inquietum hominem, & tri-
bunatum etiam nunc ſpirantem, locum ſeditionis quaerere diceret: non praebiturū ſe illi

A eo die materiam: ſed ut iam ſciret, non id petulātiae ſuae, ſed Virginio abſenti & patrio nomini, & libertati datum, ius eo die ſe non dicturum, neque decretum interpoſiturum: a M. Claudio petiturum, ut decederet iure ſuo, uindicarique puellam in poſterum diem pateretur. quod niſi pater poſtero die affuiſſet, denunciare ſe Icilio, ſimilibusque Icilij: neque legi ſuae latorem, neque decemuiro conſtantiam defore: nec ſe utique collegarum lictores conuocaturum ad coercendos ſeditionis auctores; contentum ſe ſuis lictoribus fore. cum dilatum tempus iniuriae eſſet, receſſiſſentque aduocati puellae; placuit omnium primum, fratrem Icilij, filiumque Numitorij, impigros iuuenes, pergere inde recta ad portam, &, quantum accelerari poſſet, Virginium acciri e caſtris: in eo uerti puellae ſalutē, ſi poſtero die uindex iniuriae ad tempus praeſto eſſet. iuſſi pergunt, citatisque equis nuncium ad patrem perferunt. Cum inſtaret aſſertor puellae, ut uindicaret, ſponſoresque daret; atque
B id ipſum agi diceret Icilius, ſedulo tempus terens, dum praeriperent iter nuncij miſſi in caſtra: manus tollere undique multitudo, & ſe quiſque paratum ad ſpondēdum Icilio oſtendere. atque ille lacrymabundus, Gratum eſt, inquit: craſtina die ueſtra opera utar: ſponſorum nunc ſatis eſt. Ita uindicatur Virginia, ſpondentibus propinquis. Appius paulliſper moratus, ne eius rei cauſſa ſediſſe uideretur: poſtquā, omiſſis rebus alijs, prae cura unius nemo adibat, domum ſe recepit: collegisque in caſtra ſcribit, ne Virginio commeatum dent, atque etiam in cuſtodia habeant. Improbum conſilium, ſerum, ut debuit, fuit: iam enim commeatu ſumpto, profectus Virginius prima uigilia erat, cū poſtero die mane de retinendo eo nequidquam litterae reddūtur. at in urbe prima luce, cum ciuitas in foro expectatione erecta ſtaret; Virginius ſordidatus filiam ſecum obſoleta ueſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti aduocatione in forum deducit. circumire ibi & prenſare
C homines coepit; & non orare ſolum precariam opem, ſed pro debita petere: ſe pro liberis eorum ac coniugibus quotidie in acie ſtare: nec alium uirum eſſe, cuius ſtrenue ac ferociter facta in bello plura memorari poſſent: quid prodeſſe, ſi incolumi urbe, quae capta ultima timeantur, liberis ſuis ſint patienda? Haec prope concionabundus circumibat homines. ſimilia his ab Icilio iactabantur. comitatus muliebris plus tacito fletu, quam ulla uox, mouebat. aduerſus quae omnia obſtinato animo Appius (tanta uis amentiae uerius, quā amoris, mentem turbauerat) in tribunal aſcendit: &, ultro querente pauca petitore, quod ius ſibi pridie per ambitionem dictum non eſſet, priuſquam aut ille poſtulatum perageret, aut Virginio reſpondendi daretur locus, Appius interfatur. Quem decreto ſermonem praetenderit, forſan aliquem uerum auctores antiqui tradiderint. quia nuſquam ullum in tanta foeditate decreti ueriſimilem inuenio; id, quod conſtat, nudum uidetur proponen-
D dum, decreſſe uindicias ſecundum ſeruitutem. Primo ſtupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit: ſilentium inde aliquandiu tenuit. deinde cum M. Claudius circumſtantibus matronis iret adprehendēdam uirginem, lamentabilisque eum mulierum comploratio excepiſſet; Virginius intentans in Appium manus, Icilio, inquit, Appi, non tibi filiam deſpondi; & ad nuptias, non ad ſtuprum educaui. placet pecudum ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruere? paſſuri ne haec iſti ſint, neſcio: non ſpero eſſe paſſuros illos, qui arma habent. Cum repelleretur aſſertor uirginis a globo mulierum, circumſtantiumq; aduocatorum; ſilentium factum per praeconem. Decemuir, alienato ad libidinem animo, negat ex heſterno tantum conuicio Icilij, uiolentiaque Virginij, cuius teſtem populum R. habeat, ſed certis quoque indicijs compertum ſe habere, nocte tota coetus in urbe factos eſſe ad mouendam ſeditionem: itaque ſe haud inſcium eius dimicationis, cum armatis deſcendiſse; non ut quemquam quietum uiolaret; ſed ut turbantes ciuitatis otium,
E pro maieſtate imperij coerceret: proinde quieſse erit melius. I, inquit, lictor, ſummoue turbam, & da uiam domino ad prehendendum mancipium. Cum haec intonuiſset plenus irae, multitudo ipſa ſe ſua ſponte dimouit, deſertaque praeda iniuriae puella ſtabat. Tum Virginius, ubi nihil uſquam auxilij uidit, Quaeſo, inquit, Appi, primum ignoſce patrio dolori, ſi quid inclementius in te ſum inuectus: deinde ſinas hic coram uirgine nutricem percontari, quid hoc rei ſit: ut, ſi falſo pater dictus ſum, aequiore hinc animo diſcedam. Data uenia, ſeducit filiam ac nutricem prope Cloacinae, ad tabernas, quibus nunc Nouis eſt nomen: atque ibi ab lanio cultro arrepto, Hoc te uno, quo poſsum, ait, modo filia in libertatem uindico. pectus deinde puellae transfigit: reſpectansque ad tribunal, Te, inquit, Appi, tuumque caput ſanguine hoc conſecro. Clamore ad tam atrox facinus orto excitus

Appius,

Appius,comprehendi Virginium iubet.ille ferro,quacumque ibat,uiã facere,donec,mul- F
titudine etiam proſequentium ſuente,ad portam perrexit.Icilius Numitoriusq.exſangue
corpus ſublatum oſtentant populo: ſcelus Appij,puellae infelicem formam,neceſſitatem
patris deplorant.ſequentes clamitant matronae, eam ne liberorum procreandorum con-
dicionem? ea pudicitiae praemia eſſe? ceteraque,quae in tali re muliebris dolor, quo eſt
maeſtior imbecillo animo, eo miſerabilia magis querentibus ſubijcit. Virorum, & ma-
xime Icilij uox tota tribuniciae poteſtatis,ac prouocationis ad populum, ereptae,publica
rumque indignationum erat. concitatur multitudo partim atrocitate ſceleris, partim ſpe
per occaſionem repetendae libertatis. Appius nunc uocari Icilium,nunc retractantem ar-
ripi: poſtremo,cum locus adeundi apparitoribus non daretur, ipſe cum agmine patricio-
rum iuuenum per turbam uadens,in uincla duci iubet. Iam circa Icilium non ſolum mul-
titudo,ſed duces quoque multitudinis erant L. Valerius, & M. Horatius. qui,repulſo li- G
ctore, ſi iure ageret, uindicare ſe a priuato Icilium aiebant: ſi uim afferre conaretur, ibi
quoque haud impares fore. hinc atrox rixa oritur. Valerium Horatiumque lictor decem-
uiri inuadit: franguntur a multitudine faſces. in concionem Appius aſcendit: ſequuntur
Horatius Valeriusque. eos concio audit: decemuiro obſtrepitur. Iam pro imperio Va-
lerius diſcedere a priuato lictores iubebat: cum fractis animis Appius, uitae metuens, in
domum ſe propinquam foro, inſcijs aduerſarijs, capite obuoluto recepit. Sp.Oppius, ut
auxilio collagae eſſet, in forum ex altera parte irrumpit: uidet imperium ui uictum.agita-
tis deinde conſilijs, atque ex omni parte aſſentiendo, multis auctoribus, trepidus, ſena-
tum poſtremo uocari iuſſit. ea res,quod magnae parti patrum diſplicere acta decemuiro-
rum uidebantur; ſpe per ſenatum finiendae poteſtatis eius, multitudinem ſedauit. Sena-
tus nec plebem irritandam cenſuit; & multo magis prouidendum, ne quid Virginij ad- H
uentus in exercitu motus faceret. itaque miſſi iuniores patrum in caſtra,quae tum in mon
te Vecilio erant, nunciant decemuiris, ut omni ope ab ſeditione milites contineant. ubi
Virginius maiorem,quam reliquerat in urbe, motum exciuit. nam praeterquam quod a-
gmine prope quadringentorum hominum ueniens, qui ab urbe indignitate rei accenſi co
mites ei ſe dederant,conſpectus eſt;ſtrictum etiam telum tenens, reſperſusque ipſe cruo-
re,tota in ſe caſtra conuertit.& togae multifariam in caſtris uiſae, maioris aliquanto,quã
erat, ſpeciem urbanae multitudinis fecerant. Quaerentibus quid rei eſſet, flens diu uocẽ
non miſit.tandem ut iam ex trepidatione concurrentium turba conſtitit, ac ſilentium fuit;
ordine cuncta,ut geſta erant,expoſuit.ſupinas deinde tendens manus,commilitones ap-
pellans orabat,ne quod ſcelus Ap.Claudij eſſet,ſibi attribuerent; neu ſe ut parricidam li-
berum auerſarentur: ſibi uitam filiae ſua cariorem fuiſſe,ſi liberę,ac pudicę uiuere licitum I
fuiſſet: cum uelut ſeruam ad ſtuprum rapi uideret,morte amitti melius ratum, quam con
tumelia liberos: miſericordia ſe in ſpeciem crudelitatis lapſum: nec ſe ſuperſtitẽ filiae fu-
turum fuiſſe,niſi ſpem ulciſcendae mortis eius in auxilio commilitonũ habuiſſet:illis quo
que enim filias,ſorores,coniugesque eſſe: nec cum filia ſua libidinem Ap. Claudij extin-
ctam eſſe; ſed,quo impunitior ſit, eo effrenatiorem fore: aliena calamitate documentum
datum illis cauendae ſimilis iniuriae: quod ad ſe attineat,uxorem ſibi fato ereptam; filiã,
quia non ultra pudica uictura fuerit,miſera,ſed honeſta morte occubuiſſe: nõ eſſe iam Ap
pij libidini locum in domo ſua: ab alia uiolentia eius eodem ſe animo ſuum corpus uindi
caturum,quo uindicauerit filiae: ceteri ſibi ac liberis ſuis conſulerent. Haec Virginio uo-
ciferanti ſucclamabat multitudo, nec illius dolori,nec ſuae libertati ſe defuturos. Et im-
miſſi turbae militum togati cum,eadem illa querendo,docendoque quanto uiſa, quã au- K
dita,indigniora potuerint uideri,ſimul profligatam iam rem nunciando Romae eſse, inſe
cutosque,qui Appium prope interemptum in exſilium abiſse dicerent;perpulerunt,ut ad
arma conclamaretur, uellerentque ſigna, & Romam proficiſcerentur. Decemuiri ſimul
ijs, quae uidebant, ijsque, quae acta Romae audierant, perturbati,alius in aliam partem
caſtrorum ad ſedandos motus diſcurrunt: & leniter agentibus reſponſum non redditur.
imperio ſi quis inhiberet, & uiros,& armatos ſe eſse reſpondetur.eunt agmine ad urbem,
& Auentinum inſidunt, ut quiſque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem,crean-
dosq. tribunos plebis adhortantes. alia uox nulla uiolenta audita eſt. Senatum Sp.Op-
pius habet. nihil placet aſpere agi, quippe ab ipſis datum locum ſeditionis eſse. mittun-
tur tres legati conſulares, Sp. Tarpeius, C.Iulius, Ser. Sulpicius, qui quaererent ſenatus

uerbis,

A uerbis, cuius iuſſu caſtra deſeruiſſent; aut quid ſibi uellent, qui armati Auentinum obſediſſent; belloque auerſo ab hoſtibus, patriam ſuam cepiſſent? Non defuit quid reſponderetur: deerat qui daret reſponſum, nullodum certo duce, nec ſatis audentibus ſingulis inuidiae ſe offerre. id modo a multitudine conclamatum eſt, ut L. Valerium, & M. Horatium ad ſe mitterent: his ſe daturos reſponſum. Dimiſsis legatis, admonet milites Virginius, in re non maxima paullo ante trepidatum eſſe, quia ſine capite multitudo fuerit, reſponſumque quamquam non inutiliter, fortuito tamen magis conſenſu, quam communi conſilio, eſſe: placere decem creari, qui ſummae rei praeeſſent; militariq. honore tribunos militum appellari. Cum ad eum ipſum primum is honos deferretur; Melioribus meis ueſtriſque rebus reſeruate, inquit, iſta de me iudicia. nec mihi filia in uita honorem ullum iucundũ eſſe patitur: nec in perturbata republica eos utile eſt praeeſſe uobis, qui pro-

B ximi inuidiae ſint. ſi quis uſus mei eſt, nihilo minor ex priuato capietur. Ita decem numero tribunos militares creant. Neque in Sabinis quieuit exercitus. ibi quoque auctore Icilio Numitorioque ſeceſſio ab decemuiris facta eſt, non minore motu animorum Siccij caedis memoria renouata, quam quem noua fama de Virginia adeo foede ad libidinẽ petita accenderat. Icilius ubi audiuit tribunos militum in Auentino creatos, ne comitiorum militarium praerogatiuam urbana comitia iiſdem tribunis plebis creandis ſequerentur; peritus rerum popularium, imminenſque ei poteſtati, & ipſe prius, quam iretur ad urbem, pari poteſtate eundem numerum ab ſuis creandum curat. Porta Collina urbem intrauere ſub ſignis, mediaque urbe agmine in Auentinum pergunt. ibi coniuncti alteri exercitui, XX tribunis militum negotium dederunt, ut ex ſuo numero duos crearent, qui ſummae rerum praeeſſent. M. Oppium, Sex. Manilium creant. Patres ſolliciti de ſumma

C rerum, cum ſenatus quotidie eſſet, iurgijs ſaepius terunt tempus, quam conſilijs. Siccij caedes decemuiris, & Appiana libido, & dedecora militiae obijciebantur. placebat Valerium Horatiumque ire in Auentinum. illi negabant ſe aliter ituros, quam ſi decemuiri deponerent inſignia magiſtratus eius, quo anno iam ante abiſſent. Decemuiri querentes ſe in ordinem cogi, non ante, quam perlatis legibus, quarum cauſſa creati eſſent, depoſituros imperium ſe aiebant. Per M. Duilium, qui tribunus plebis fuerat, certior facta plebs contentionibus aſſiduis nihil tranſigi; in Sacrum montem ex Auentino tranſit; affirmante Duilio non prius, quam deſeri urbem uideant, curam in animos patrum deſcenſuram: admoniturum Sacrum montem conſtantiae plebis; ſcituros, quam ſine reſtituta poteſtate redigi in concordiam res nequeant. Via Nomentana, cui tum Ficulnenſi nomen fuit, profecti, caſtra in monte Sacro locauere, modeſtiam patrum ſuorum, nihil uiolando, imitati.

D Secuta exercitum plebs, nullo, qui per aetatem ire poſſet, retractante: proſequuntur coniuges, liberique, cuinam ſe relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia nec libertas ſancta eſſet, miſerabiliter rogitantes. Cum uaſta Romae omnia, inſueta ſolitudo feciſſet; in foro praeter paucos ſeniorum nemo eſſet; uocatis utique in Senatum patribus, deſertum apparuiſſet forum: plures iam, quam Horatius, & Valerius, uociferabantur: Quid expectabitis patres conſcripti? ſi decemuiri finem pertinaciae non faciunt, ruere ac deflagrare omnia paſſuri eſtis? quod autem iſtud imperium eſt, decemuiri, quod amplexi tenetis? tectis ac parietibus iura dicturi eſtis? non pudet lictorum ueſtrorum maiorem prope numerum in foro conſpici, quam togatorum, aliorumque? quid, ſi hoſtes ad urbem ueniant, facturi eſtis? quid, ſi plebs mox, ubi parum ſeceſſione moueamur, armata ueniat? occaſu ne urbis uultis finire imperium? atqui aut plebs non eſt habenda, aut habendi ſunt tribuni plebis.

E nos citius caruerimus patricijs magiſtratibus, quam illi plebeijs. nouam inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc, dulcedine ſemel capti, ferant deſiderium: cum praeſertim nec nos temperemus imperijs, quo minus illi auxilij egeant. Cum haec ex omni parte iactarentur, uicti conſenſu decemuiri, futuros ſe, quando ita uideatur, in poteſtate patrum affirmant. id modo ſimul orant, ac monent, ut ipſis ab inuidia caueatur; nec ſuo ſanguine ad ſupplicia patrum plebem aſſuefaciant. Tum Valerius Horatiuſque miſſi ad plebem condicionibus, quibus uideretur, reuocandam, componendaſq. res, decemuiris quoque ab ira & impetu multitudinis praecauere iubentur. Profecti, gaudio ingenti plebis in caſtra accipiuntur, quippe liberatores haud dubie & motus initio, & exitu rei. ob haec ijs aduenientibus gratiae actae. Icilius pro multitudine uerba facit. idẽ, cum de condicionibus ageretur, quaerentibus legatis quae poſtulata plebis eſſent; cõpo-

ſito iam ante aduentum legatorum conſilio, ea poſtulauit, ut appareret in aequitate rerum plus, quam in armis, reponi ſpei. poteſtatem enim tribuniciam, prouocationemque repetebant, quae ante decemuiros creatos auxilia plebis fuerant: & ne cui fraudi eſſet, conciſſe milites aut plebem ad repetendam per ſeceſſionem libertatem. de decemuirorum modo ſupplicio atrox poſtulatum fuit. dedi quippe eos aequum cenſebant; uiuosque igni concrematuros minabantur. Legati ad ea: Quae conſilij fuerunt, adeo aequa poſtulaſtis, ut ultro uobis deferenda fuerint. libertati enim ea praeſidia petitis, nō licentiae ad impugnandum alios. irae ueſtrae magis ignoſcendum, quam indulgendum eſt: quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis; & prius paene, quam ipſi liberi ſitis, dominari iam in aduerſarios uultis. numquamne quieſcet ciuitas noſtra a ſupplicijs aut patrum in plebem Romanam, aut plebis in patres? ſcuto uobis magis, quam gladio, opus eſt. ſatis ſuperque humilis eſt, qui iure aequo in ciuitate uiuit, nec inferendo iniuriam, nec patiendo. etiam ſi quando metuendos uos praebituri eſtis, cum, recuperatis magiſtratibus, legibusq. ueſtris, iudicia penes uos erunt: de capite noſtro fortuniſque tunc, ut quaeque cauſſa erit, ſtatuetis. nunc libertatem repeti ſatis eſt. Facerent, ut uellent, permittentibus cunctis, mox redituros ſe legati rebus perfectis affirmant. profecti, cum mandata plebis patribus expoſuiſſent; alij decemuiri, quandoquidem, praeter ſpem ipſorum, ſupplicij ſui nulla mentio fieret, haud quidquam abnuere. Appius truci ingenio, & inuidia praecipua, odium in ſe aliorum ſuo in eos metiens odio, Haud ignaro, inquit, imminet fortuna. uideo, donec arma aduerſarijs tradantur, differri aduerſus nos certamen. dandus inuidiae eſt ſanguis. nihil ne ego quidem moror, quo minus decemuiratu abeam. Factum ſenatuſconſultū, ut decemuiri ſe primo quoque tempore magiſtratu abdicarent: M. Papirius, pontifex maximus, tribunos plebis crearet: & ne cui fraudi eſſet ſeceſſio militum plebisque. His ſenatuſconſultis perfectis, dimiſſo ſenatu, decemuiri prodeunt in concionem, abdicantque ſe magiſtratu, ingenti hominum laetitia. nunciantur haec plebi. legatos, quidquid in urbe hominum ſupererat, proſequitur. huic multitudini laeta alia turba ex caſtris occurrit. congratulantur libertatem concordiamque ciuitati reſtitutam. legati pro concione: Quod bonum, fauſtum, felixque ſit uobis, reique publicae, redite in patriam ad penates, coniuges, liberosq. ueſtros. ſed qua hic modeſtia fuiſtis, ubi nullius ager in tot uſu rerum neceſſario tātae multitudini eſt uiolatus; eam modeſtiam ferte in urbem. in Auentinum ite, unde profecti eſtis. ibi felici loco, ubi prima initia inchoaſtis libertatis ueſtrae, tribunos plebis creabitis. praeſto erit pontifex maximus, qui comitia habeat. Ingens aſſenſus alacritasque cuncta approbantium fuit. conuertunt inde ſigna, profectique Romam certant cum obuijs gaudio. armati per urbem ſilentio in Auentinum perueniunt. ibi extemplo, pontifice maximo comitia habente, tribunos plebis creauerunt, omnium primum L. Virginium, inde L. Icilium, & P. Numitorium, auunculum Virginiae, auctores ſeceſſionis; tum C. Sicinium, progeniem eius, quem primum tribunum plebis creatum in Sacro monte, proditum memoriae eſt; & M. Duilium, qui tribunatum inſignem ante decemuiros creatos geſſerat, nec in decemuiralibus certaminibus plebi defuerat. ſpe deinde magis, quam meritis, electi, M. Titinius, M. Pomponius, C. Apronius, P. Villius, C. Oppius. Tribunatu inito L. Icilius extemplo plebem rogauit, & plebs ſciuit, ne cui fraudi eſſet ſeceſſio ab decemuiris facta. Confeſtim de conſulibus creandis cum prouocatione M. Duilius rogationem pertulit. ea omnia in pratis Flaminijs concilio plebis acta; quem nunc circum Flaminium appellant. Per interregem deinde conſules creati, L. Valerius, & M. Horatius: qui extemplo magiſtratum occeperunt: quorum conſulatus popularis ſine ulla patrum iniuria, nec ſine offenſione fuit. quidquid enim libertati plebis caueretur, id ſuis decedere opibus credebant. Omnium primum, cum ueluti in controuerſo iure eſſet, tenerenturne patres plebiſcitis; legem centuriatis comitijs tulere, ut quod tributim plebes iuſſiſſet, populum teneret. qua lege tribunicijs rogationibus telum acerrimum datum eſt. Aliam deinde conſularem legem de prouocatione, unicum praeſidium libertatis, decemuirali poteſtate euerſam, non reſtituunt modo, ſed etiam in poſterum muniunt, ſanciendo noua lege, ne quis ullum magiſtratum ſine prouocatione crearet; qui creaſſet, eum ius faſque eſſet occidi; neue ea caedes capitalis noxae haberetur. et cum plebem hinc prouocatione, hinc tribunicio auxilio ſatis firmaſſent, ipſis quoque tribunis, ut ſacroſancti uiderentur, cuius rei prope iam memoria aboleuerat, relatis quibuſdam ex magno interuallo caerimonijs, renouarunt;

A renouarunt; & cum religione inuiolatos eos, tum lege etiam fecerunt, ſanciendo, ut, qui tribunis plebis, aedilibus, iudicibus nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet; familia ad aedẽ Cereris, Liberi Liberaeq. uenum iret. Hac lege iuris interpretes negant quemquam ſacroſanctum eſſe, ſed caput eius, qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum eſſe, id ſanciri. itaque aedilem prehẽdi, duciq. a maioribus magiſtratibus: quod etſi non iure fiat, (noceri enim ei, cui hac lege non licet) tamen argumentum eſſe, non haberi pro ſacroſancto aedilem: tribunos uetere iureiurando plebis, cum primum eam poteſtatem creauit, ſacroſanctos eſſe. Fuere qui interpretarentur, eadem hac Horatia lege conſulibus quoque & praetoribus, quia eiſdem auſpicijs, quibus conſules, crearentur, cautum eſſe: iudicem enim conſulem appellari. quae refellitur interpretatio: quod his temporibus nondum conſulem iudicem, ſed praetorem appellari mos fuerit. Hae conſulares leges fuere. Inſtitutum etiã ab iiſdem

B conſulibus, ut ſenatuſconſulta in aedem Cereris ad aediles plebi deferrentur: quae ante arbitrio conſulum ſupprimebantur, uitiabanturque. M. Duilius deinde, tribunus plebis, plebem rogauit, plebeſque ſciuit, qui plebem ſine tribunis reliquiſſet, quique magiſtratum ſine prouocatione creaſſet, tergo, ac capite puniretur. Haec omnia, ut inuitis, ita non aduerſantibus patricijs, tranſacta: quia nondum in quemquam unum ſaeuiebatur. Fundata deinde & poteſtate tribunicia, & plebis libertate, tum tribuni, aggredi ſingulos, tutum maturũque iam rati, accuſatorem primum Virginium, & Appium reum deligunt. cum diem Appio Virginius dixiſſet, & Appius ſtipatus patricijs iuuenibus in forum deſcendiſſet; redintegrata extemplo eſt omnibus memoria foediſſimae poteſtatis, cũ ipſum ſatellitesq. eius uidiſſent. Tum Virginius, Oratio, inquit, rebus dubijs inuenta eſt. itaque neque ego, accuſando apud uos eum, tempus teram, a cuius crudelitate uoſmet ipſos armis uindicaſtis: nec

C iſtum ad cetera ſcelera impudentiam, in defendendo ſe, adijcere patiar. Omnium igitur tibi Ap. Claudi, quae impie nefarieque per biennium alia ſuper alia es auſus, gratiam facio. unius tantum criminis niſi iudicem uindices te, ab libertate in ſeruitutem contra leges uindicias non dediſſe; in uincula te duci iubeo. Nec in tribunicio auxilio Appius, nec in iudicio populi ullam ſpem habebat: attamen & tribunos appellauit: & nullo morante arreptus a uiatore, Prouoco, inquit. Audita uox una uindex libertatis, ex eo miſſa ore, quo uindiciae nuper ab libertate dictae erant, ſilentium fecit. et dũ pro ſe quiſque, deos tandẽ eſſe, & non negligere humana, fremunt; & ſuperbiae crudelitatique etſi ſeras, non leues tamen uenire poenas: prouocare, qui prouocationem ſuſtuliſſet; & implorare praeſidium populi, qui omnia iura populi obtriuiſſet; rapique in uincula egentem iure libertatis, qui liberum corpus in ſeruitutem addixiſſet: ipſius Appij, inter concionis murmur, fidẽ populi R.

D implorantis, uox audiebatur. maiorum merita in remp. domi militiaeq. commemorabat: ſuum infelix erga plebem Romanam ſtudium, quod aequandarum legum cauſſa cũ maxima offenſione patrum conſulatu abiſſet: ſuas leges, quibus manentibus lator earũ in uincula ducatur: ceterum ſua propria bona malaque, cum cauſſae dicendae data facultas ſit, tũ ſe experturum: in praeſentia ſe, communi iure ciuitatis, ciuem Romanum, die dicta, poſtulare ut dicere liceat, ut iudiciũ populi R. experiri: non ita ſe inuidiam pertimuiſſe, ut nihil in aequitate & miſericordia ciuium ſuorum ſpei habeat: quod ſi indicta cauſſa in uincula ducatur, iterum ſe tribunos plebis appellare, & monere, ne imitẽtur quos oderint. quod ſi tribuni eodem foedere obligatos ſe fateantur tollendae appellationis cauſſa, in quã conſpiraſſe decemuiros criminati ſint: ait ſe prouocare ad populum; implorare leges de prouocatione, & conſulares, & tribunicias, eo ipſo anno latas. quem enim prouocaturum, ſi

E huic indemnato indicta cauſſa non liceat? cui plebeio & humili praeſidiũ in legibus fore, ſi Ap. Claudio non ſit? ſe documento futurum, utrum nouis legibus dominatio, an libertas firmata ſit; & appellatio prouocatioque aduerſus iniuriam magiſtratum oſtentata tantum inanibus litteris, an uere data ſit. Contra ea Virginius, unum Ap. Claudium & legum expertem, & ciuilis & humani foederis eſſe, aiebat. reſpicerent tribunal homines, caſtellũ omnium ſcelerum: ubi decemuir ille perpetuus, bonis, tergo, ſanguini ciuium infeſtus, uirgas ſecureſque omnibus minitans, deorum hominumque contemptor, carnificibus non lictoribus ſtipatus, iam ab rapinis & caedibus animo ad libidinem uerſo, uirginem ingenuam in oculis populi R. uelut bello captam, a complexu patris abreptam, miniſtro cubiculi ſui clienti dono dederit: ubi crudeli decreto, nefandiſque uindicijs dexteram patris in filiam armauerit: ubi tollentes corpus ſemianime uirginis, ſponſum, auunculumque in

carcerem

carcerem duci iuſſerit,ſtupro interpellato magis,quam caede, motus: & illi carcerem ae- F
dificatum eſſe, quod domicilium plebis Romanae uocare ſit ſolitus:proinde ut ille iterum
ac ſaepius prouocet,ſic ſe iterum ac ſaepius iudicē illi ferre,uindicias ab libertate in ſer
uitutem dederit:ſi ad iudicem non eat,pro damnato in uincula duci iubere. Vt haud quo-
quam improbāte,ſic magno motu animorum,cum tanti uiri ſupplicio ſuam plebi iam ni
mia libertas uideretur,in carcerem eſt coniectus.tribunus ei diem prodixit. Inter haec ab
Latinis & Hernicis legati gratulatum de concordia patrum ac plebis Romam uenerunt;
donumq.ob eam Ioui optimo maximo coronam auream in Capitolium tulere parui pon-
deris,prout res haud opulētae erant, colebanturq.religiones pie magis, quam magnifice.
Iiſdem auctoribus cognitum eſt, Aequos Volſcosq.ſumma ui bellum apparare. itaque par
tiri prouincias conſules iuſſi.Horatio Sabini,Valerio Aequi, Volſciq. euenere. Cum ad
ea bella delectum edixiſſent,fauore plebis non iuniores modo,ſed emeritis etiam ſtipen- G
diis pars magna uoluntariorum ad nomina danda praeſto fuere: eoq.non copia modo,ſed
genere etiam militum,ueteranis admiſtis,firmior exercitus fuit. Prius quam urbem egre-
derentur,leges decemuirales,quibus tabulis duodecim eſt nomē, in aes inciſas in publico
propoſuerunt.ſunt qui iuſſu tribunorum aediles functos eo miniſterio ſcribant. C.Clau-
dius,qui peroſus decemuirorū ſcelera,& ante omnes fratris filij ſuperbiae infeſtus,Regil-
lum,antiquam in patriam,ſe contulerat; is magno iam natu, cum ad pericula eius depre-
canda rediſſet,cuius uitia fugerat,ſordidatus cum gentilibus clientibusq. in foro prehen
ſabat ſingulos; orabatque,ne Claudiae genti eam inuſtam maculam uellent,ut carcere &
uinculis uiderētur digni:uirum honoratiſſimae imaginis futurum ad poſteros,legum lato
rem,conditoremq. Romani iuris iacere uinctum inter fures nocturnos ac latrones? auer-
terent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemq.animos; & potius unum tot Clau H
dijs deprecantibus condonarent, quam, propter unius odium,multorum preces aſperna-
rentur: ſe quoque id generi ac nomini dare; nec cum eo in gratiam rediſſe,cuius aduerſae
fortunae uelit ſuccurſum:uirtute libertatem recuperatam eſſe, clementia cōcordiam ordi
num ſtabiliri poſſe.Erant quos moueret ſua magis pietate,quam eius,pro quo agebat,cauſ
ſa. ſed Virginius,ſui potius ut miſererētur,orabat,filiaeque; nec gentis Claudiae, regnum
in plebem ſortitae, ſed neceſſariorū Virginiae, & trium tribunorum preces audiret,qui ad
auxiliū plebis creati,ipſi plebis fidem atque auxilium implorarēt. Iuſtiores hae lacrymae
uidebantur.itaque, ſpe inciſa,priuſquam prodicta dies adeſſet, Appius ſibi mortem con-
ſciuit. Subinde arreptus a P.Numitorio Sp. Oppius,inuidiae proximus, quod in urbe fue-
rat,cum iniuſtae uindiciae a collega dicerentur. plus tamen facta iniuria Oppio, quam nō
prohibita,inuidiae fecit teſtis productus,qui, VII & XX enumeratis ſtipendijs, octies I
extra ordinem donatus,donaq.ea gerens in conſpectu populi, ſciſſa ueſte tergum lacera-
tum uirgis oſtēdit,nihilū deprecās,quin,ſi quam ſuam noxam reus dicere poſſet,priuatus
in ſe iterū ſaeuiret. Oppius quoque ductus in uincula eſt,& ante iudicij diem finem ibi ui-
tae fecit.bona Claudij Oppijq.tribuni publicauere.collegae eorū exſilij cauſſa ſolum uer-
terunt:bona publicata ſunt.et M.Claudius, aſſertor Virginiae, die dicta damnatus,ipſo re
mittēte Virginio ultimā poenam,dimiſſus Tibur exſulatum abijt:manesq.Virginiae,mor-
tuae,quam uiuae,feliciores, per tot domos ad petēdas poenas uagati, nullo relicto ſonte
tandem quieuerunt. Ingens metus inceſſerat patres; uultusq.iam ijdem tribunorū erant,
qui decemuirorum fuerant; cum M.Duilius tribunus plebis,inhibito ſalubriter modo ni-
miae poteſtatis,Et libertatis,inquit,noſtrae,& poenarum ex inimicis ſatis eſt.itaq.hoc an
no nec diem dici cuiquam,nec in uincula duci quemquam ſum paſſurus.nam neque uete- K
ra peccata repeti,iam obliterata, placet, cum & noua expiata ſint decemuirorū ſupplicijs:
& nihil admiſſum iri,quod uim tribuniciam deſideret,ſpondet perpetua conſulum ambo-
rum in libertate ueſtra tuenda cura. Ea primum moderatio tribuni metum patribus dem-
pſit,eademq.auxit conſulum inuidiam:quod adeo toti plebis fuiſſent,ut patrum ſalutis li-
bertatiſq. prior plebeio magiſtratui, quam patricio, cura fuiſſet; & ante inimicos ſatietas
poenarum ſuarum cepiſſet,quam obuiam ituros licentiae eorum conſules appareret.mul-
tique erant, qui mollius conſultum dicerent, quod legum ab ijs latarum patres auctores
fuiſſent.neque erat dubium,quin,turbato reip.ſtatu,tempori ſuccubuiſſent. Conſules,re-
bus urbanis compoſitis,fundatoq. plebis ſtatu,in prouincias diuerſi abiere. Valerius ad-
uerſus coniunctos iam in Algido exercitus Aequorum Volſcorumq.ſuſtinuit cōſilio bel-
lum.

A lum.quod ſi extemplo rem fortunae commiſiſſet, haud ſcio an (qui tum animi ab decem-uirorum infelicibus auſpicijs Romanis hoſtibusq.erant)magno detrimento certamen ſtaturum fuerit. Caſtris mille paſſuum ab hoſte poſitis, copias continebat. hoſtes medium inter bina caſtra ſpatium acie inſtructa complebant: prouocantibusq.ad praelium,reſponſum Romanorum nemo reddebat.tandem fatigati ſtando,ac nequidquam expectādo certamen Aequi Volſcique,poſtquam conceſſum propemodum de uictoria credebant; pars in Hernicos,pars in Latinos praedatum abeunt.relinquitur magis caſtris praeſidiū, quam ſatis uirium ad certamen.quod ubi ſenſit conſul, reddit illatum antea terrorem, inſtructaque acie ultro hoſtē laceſſit.ubi illi,conſcientia quid abeſſet uirium, detrectauere pugnā; creuit extemplo Romanis animus; & pro uictis habebant pauentes intra uallum. cum per totum diem ſtetiſſent intenti ad certamen,nocti ceſſere.& Romani quidem pleni ſpei cor-
B pora curabant.haudquaquam pari hoſtes animo, nuncios paſſim trepidi ad reuocandos praedatores dimittunt.recurritur ex proximis locis; ulteriores non inuenti. ubi illuxit, egreditur caſtris Romanus, uallum inuaſurus, ni copia pugnae fieret. & poſtquam multa iam dies erat,neque mouebatur quidquam ab hoſte,iubet ſigna inferri cōſul.motaq. acie, indignatio Aequos & Volſcos inceſſit,ſi uictores exercitus uallum potius,quam uirtus & arma contegerent.igitur & ipſi efflagitatum ab ducibus ſignum pugnae accepere.iamque pars egreſſa portis erat,deincepsq.alij ſeruabant ordinem,in ſuum quiſque locum deſcendentes,cum conſul Romanus prius,quam totis uiribus fulta conſtaret hoſtium acies, intulit ſigna; adortusq. necdum omnes eductos,nec,qui erant,ſatis explicatis ordinibus,prope fluctuantem turbam trepidantium huc atque illuc,circumſpectantiumq.ſe ac ſuos,addito turbatis mentibus clamore atque impetu,inuadit. retulere primo pedem hoſtes: dein-
C de,cum animos collegiſſent,& undique duces,uictisne ceſſuri eſſent,increparent, reſtituitur pugna. Conſul ex altera parte Romanos meminiſſe iubebat, illo die primum liberos pro libera urbe Romana pugnare; ſibimet ipſis uicturos, non ut decemuirorum uictores praemium eſſent: non Appio duce rem geri,ſed cōſule Valerio, a liberatoribus populi R. orto,liberatore ipſo: oſtenderent,prioribus proelijs per duces, non per milites ſtetiſſe,ne uincerent:turpe eſſe,contra ciues plus animi habuiſſe,quam contra hoſtes; & domi,quam foris,ſeruitutem magis timuiſſe:unam Virginiam fuiſſe, cuius pudicitiae in pace periculū eſſet; unum Appium ciuem periculoſae libidinis: at ſi fortuna belli inclinet,omnium liberis ab tot millibus hoſtium periculū fore: nolle ominari quae nec Iupiter, nec Mars pater paſſuri ſint ijs auſpicijs conditae urbi accidere. Auentini Sacriq. montis admonebat; ut, ubi libertas parta eſſet paucis ante menſibus, eo imperium illibatum referrent; oſtende-
D rentq.,eādem indolem militibus Romanis poſt exactos decemuiros eſſe, quae ante creatos fuerit; nec,aequatis legibus,imminutam uirtutem populi R.eſſe. Haec ubi inter ſigna peditum dicta dedit,aduolat deinde ad equites: Agite iuuenes,inquit,praeſtate uirtute peditem, ut honore atque ordine praeſtatis. primo concurſu pedes mouit hoſtem: pulſum uos,immiſſis equis, exigite e campo.non ſuſtinebunt impetum: & nunc cunctantur magis,quam reſiſtunt. Concitant equos,permittuntq.in hoſtem pedeſtri iam turbatum pugna: &, perruptis ordinibus,elati ad nouiſſimam aciem, pars libero ſpatio circumuecti, iam fugam undique capeſſentes,pleroſque a caſtris auertunt,praeterequitantesq. abſterrent. peditum acies, & conſul ipſe, uisq. omnis belli fertur in caſtra: captisq. cum ingenti caede,maiore praeda potitur.Huius pugnae fama perlata nō in urbem modo,ſed in Sabinos ad alterum exercitum, in urbe laetitia modo celebrata eſt; in caſtris animos militū
E ad aemulandum decus accendit. Iam Horatius cos,excurſionibus ſufficiendo, proelijsq. leuibus experiundo,aſſuefecerat ſibi potius fidere,quam meminiſſe ignominiae,decēuirorum ductu acceptae: paruaq.certamina in ſummam totius profecerant ſpei. Nec ceſſabant Sabini,feroces ab re priore anno bene geſta,laceſſere atque inſtare, rogitantes quid latrocinij modo procurſantes pauci,recurſantesq.tererēt tempus?& in multa proelia paruaq.carperent ſummam unius belli? quin illi congrederentur acie? inclinandamq. ſemel fortunae rem darent? Ad id, quod ſua ſponte ſatis collectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebantur: iam alterum exercitum uictorem in urbem rediturum,ſibi ultro per contumelias hoſtem inſultare: quando autem ſe, ſi tum non ſint, pares hoſtibus fore? Vbi haec fremere militem in caſtris conſul ſenſit; concione aduocata, Quemadmōdum,inquit,in Algido res geſta ſit,arbitror uos milites audiſſe. qualem liberi populi exer-

citum

citum decuit eſſe, talis fuit. conſilio collegae, uirtute militum uictoria parta eſt. quod ad F
me attinet, id cõſilij animiq. habiturus ſum, quod uos milites mihi effeceritis. & trahi bel-
lum ſalubriter, & mature perfici poteſt. ſi trahendum eſt; ego, ut in dies ſpes uirtusq. ue-
ſtra creſcat, eadem, qua inſtitui, diſciplina efficiam. ſi iam ſatis animi eſt, decerniq. placet:
agite dum clamorem, qualem in aciem ſublaturi eſtis, tollite hic, indicem uoluntatis uirtu
tisq. ueſtrae. Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus: quod bene uertat, geſturũ
ſe illis morem, poſteroq. die in aciem deducturum, affirmat. reliquum diei apparandis ar-
mis conſumptum eſt. poſtero die ſimul inſtrui Romanam aciem Sabini uidere, & ipſi iam
auidi certaminis procedunt. Proelium fuit, quale inter fidentes ſibimet ambos exercitus,
ueteris perpetuaeq. alterum gloriae auidum, alterum nuper noua uictoria elatum. Conſi-
lio etiam Sabini uires adiuuere. nam cum aequaſſent aciem, duo extra ordinẽ millia, quae
in ſiniſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſsionem facerent, tenuere. quae G
ubi illatis ex tranſuerſo ſignis, degrauabant prope circumuentũ cornu; equites duarum le
gionum ſexcenti fere propere ex equis deſiliunt; cedentibusq. iam ſuis, prouolant in pri-
mum; ſimulq & hoſti ſe opponunt; &, aequato primum periculo, pudore deinde animos
peditum accendunt. uerecundiae erat, equitem ſuo alienoque marte pugnare; peditem nẽ
ad pedes quidem degreſſo equiti parem eſſe. uadunt igitur in proeliũ ab ſua parte omiſ-
ſum, & locum, ex quo ceſſerant, repetunt: momentoq. non reſtituta modo pugna, ſed in-
clinatur etiam Sabinis cornu. eques inter ordines peditum tectus, ſe ad equos recipit: trãſ
uolat inde in partem alteram ſuis uictoriae nuncius: ſimul & in hoſtes, iam pauidos, quip-
pe fuſo ſuae partis ualidiore cornu, impetum facit. non aliorum eo proelio uirtus magis e-
nituit. cõſul prouidere omnia, laudare fortes, increpare ſicubi ſegnior pugna eſſet. caſtiga-
ti, fortium ſtatim uirorum opera edebant: tantumq. hos pudor, quantum alios laudes ex- H
citabant. Redintegrato clamore, undique omnes conniſi hoſtem auertunt: nec deinde
Romana uis ſuſtineri potuit. Sabini fuſi paſsim per agros, caſtra hoſti ad praedam relin-
quunt. ibi non ſociorum, ſicut in Algido, res, ſed ſuas Romanus populationibus agrorum
amiſſas recipit. Gemina uictoria, duobus bifariam proelijs parta, maligne ſenatus in unũ
diem ſupplicationes conſulum nomine decreuit. populus iniuſſu & altero die frequens ijt
ſupplicatum. & haec uaga popularisq. ſupplicatio ſtudijs prope celebratior fuit. conſules
ex compoſito eodem biduo ad urbem acceſſere, ſenatumq. in Martium campum euocaue-
re. ubi cum de rebus ab ſe geſtis agerent, queſti primores patrum, ſenatum inter milites
dedita opera terroris cauſſa haberi. itaque inde conſules, ne criminationi locus eſſet, in
prata Flaminia, ubi nunc aedes Apollinis eſt, (circum iam tum Apollinarem appellaban t)
auocauere ſenatum. ubi cum ingenti conſenſu patrum negaretur triumphus, L. Icilius, tri- I
bunus pl. tulit ad populum de triumpho conſulum, multis diſſuaſum prodeuntibus, maxi-
me C. Claudio uociferante de patribus, non de hoſtibus, conſules triumphare uelle; gra-
tiamq. pro priuato merito in tribunum, non pro uirtute honorem, peti: numquam ante de
triumpho per populum actum, ſemper aeſtimationẽ arbitriumq. eius honoris penes ſena-
tum fuiſſe: ne reges quidem maieſtatem ſummi ordinis imminuiſſe: ne ita omnia tribuni
poteſtatis ſuae implerent, ut nullum publicum conſilium ſinerent eſſe: ita demum liberam
ciuitatem fore, ita aequatas leges, ſi ſua quiſque iura ordo, ſuam maieſtatem teneat. in ean
dem ſententiam multa & a ceteris ſenioribus patrum cum eſſent dicta, omnes tribus eam
rogationem acceperunt. tum primum ſine auctoritate ſenatus, populi iuſſu triumphatum
eſt. haec uictoria tribunorum plebisq. prope in haud ſalubrem luxuriã uertit, conſpiratio-
ne inter tribunos facta, ut ijdem tribuni reficerẽtur; &, quo ſua minus cupiditas emineret, K
conſulibus quoque continuarent magiſtratum. conſenſum patrum cauſſabantur, quo per
contumeliam conſulum iura plebis labefactata eſſent. quid futurum nondum firmatis le-
gibus, ſi nouos tribunos per factiones ſuas conſules adorti eſſent? non enim ſemper Vale-
rios Horatiosq. conſules fore, qui libertati plebis ſuas opes poſtferrent. forte quadam uti-
li ad id tempus, ut comitiis praeeſſet, potiſsimum M. Duilio ſorte euenit, uiro prudenti, &
ex continuatione magiſtratus inuidiam imminentem cernenti. qui cum ex ueteribus tri-
bunis negaret ullius ſe rationem habiturum; pugnarẽtq. collegae, ut liberas tribus in ſuf-
fragium mitteret: aut concederet ſortem comitiorum collegis, habituris e lege potius co-
mitia, quam ex uoluntate patrum: iniecta contentione, Duilius conſules ad ſubſellia acci
tos cum interrogaſſet, quid de comitijs conſularibus in animo haberent, reſpondiſſentq.

ſe nouos

A ſe nouos conſules creaturos, auctores popularis ſententiae haud populares nactus, in con-
cionem cum ijs proceſſit. ubi cum conſules producti ad populum, interrogatique, ſi eos
populus R. memor libertatis per illos receptae domi, memor militiae rerumq. geſtarum,
conſules iterum faceret, quidnam facturi eſſent, nihil ſententiae ſuae mutaſſent; collau- An. 305.
datis conſulibus, quod perſeuerarent ad ultimum diſsimiles decemuirorum eſſe, comitia
habuit: &, quinque tribunis pl. creatis, cum prae ſtudijs aperte petentium nouem tribuno
rum alij candidati tribus non explerent, concilium dimiſit, nec deinde comitiorum cauſ-
ſa habuit. ſatisfactum legi aiebat; quae, numero nuſquam praefinito tribunis, modo ut re
linquerentur, ſanciret, & ab ijs, qui creati eſſent, cooptari collegas iuberet. recitabatq.
rogationis carmen, in quo: Si tribunos plebis decem rogabo, ſi quos minus hodie decem
tribunos plebis feceritis: hi tum, quos ſibi collegas cooptaſsint, ita illi legitimi eadem le-
B ge tribuni plebei ſint, ut illi quos hodie tribunos plebei feceritis. Duilius cum ad ulti-
mum perſeueraſſet, negando XV. tribunos plebis remp. habere poſſe, uicta collegarum
cupiditate, pariter patribus plebiq. acceptus magiſtratu abijt. Noui tribuni plebis in co-
optandis collegis patrum uoluntatem fouerunt: duos etiam patricios conſularesque, Sp.
Tarpeium, & A. Aterium cooptauere. Conſules creati, Lar Herminius, T. Virginius Cae- An. 306.
limontanus, nihil magnopere ad patrum aut plebis cauſſam inclinati, otium domi ac foris
habuere. L. Trebonius, tribunus pl. infeſtus patribus, quod ſe ab ijs in cooptandis tribu-
nis fraude captum, proditumque a collegis aiebat; rogationem tulit, ut, qui plebem Ro-
manam tribunos pl. rogaret, is uſque eo rogaret, dum X tribunos plebi faceret. inſectan-
diſque patribus, unde Aſpero etiam inditum eſt cognomen, tribunatum geſsit. Inde M.
Geganius Macerinus, & C. Iulius conſules facti, coitiones tribunorum, aduerſus nobi- An. 307.
C lium iuuentutem ortas, ſine inſectatione poteſtatis eius, conſeruata maieſtate patrum, ſe-
dauere: plebem, decreto ad bellum Volſcorum & Aequorum delectu, ſuſtinendo, rem ab
ſeditionibus continuere; urbano quoque otio foris omnia tranquilla eſſe affirmantes,
per diſcordias ciuiles externos tollere animos. cura pacis, concordiae quoque inteſtinae
cauſſa fuit. Sed alter ſemper ordo grauis alterius modeſtiae erat. quieſcenti plebi, ab iunio
ribus patrum iniuriae fieri coeptae. ubi tribuni auxilio humilioribus eſſent, in primis pa-
rum proderat: deinde ne ipſi quidem inuiolati erant, utique poſtremis menſibus; cum &
per coitiones potentiorum iniuria fieret; & uis poteſtatis omnis aliquanto poſterio-
re anni parte languidior ferme eſſet: iamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid ſpei,
ſi ſimiles Icilio tribunos haberet: nomina tantum ſe biennio habuiſſe. ſeniores contra pa-
trum, ut nimis feroces ſuos credere iuuenes eſſe, ita malle, ſi modus excedẽdus eſſet, ſuis,
D quam aduerſarijs, ſupereſſe animos. adeo moderatio tuendae libertatis, dum, aequari uel
le ſimulando, ita ſe quiſque extollit, ut deprimat alium, in difficili eſt: cauendoq. ne me-
tuant homines, metuendos ultro ſe efficiunt: & iniuriam a nobis repulſam, tamquam aut
facere aut pati neceſſe ſit, iniungimus alijs. T. Quinctius Capitolinus quartum, & Agrip- An. 308.
pa Furius conſules inde facti, nec ſeditionem domi, nec foris bellum acceperunt: ſed im-
minebat utrumque. Iam non ultra diſcordia ciuium reprimi poterat, & tribunis & plebe
incitata in patres, cum dies alicui nobilium dicta nouis ſemper certaminibus conciones
turbaret. ad quarum primum ſtrepitum uelut ſigno accepto arma cepere Aequi ac Vol-
ſci: ſimul quod perſuaſerant ijs duces cupidi praedarum, biennio ante delectum indictũ
haberi non potuiſſe, abnuente iam plebe imperium. eo aduerſus ſe non eſſe miſſos exer-
citus. diſſolui licentia militandi morem. nec pro communi iam patria Romam eſſe. quid-
E quid irarum ſimultatumq. cum externis fuerit, in ipſos uerti. occaecatos lupos inteſtina ra
bie opprimendi occaſionem eſſe. Coniunctis exercitibus Latinum primum agrum popu-
lati ſunt: deinde, poſtquam ibi nemo uindex occurrebat, tum uero, exſultantibus belli au
ctoribus, ad moenia ipſa Romae populabundi regione portae Eſquilinae acceſſere, uaſta-
tionẽ agrorum urbi per contumeliam oſtẽtantes. unde poſtquam inulti praedam prae ſe
agentes retro ad Corbionẽ agmine iere, Quinctius conſul ad concionẽ populum uocauit.
ibi in hanc ſententiã locutũ accipio. Etſi mihi nullius noxae conſcius Quirites ſum, tamen
cũ pudore ſummo in concionẽ ueſtram proceſsi. hoc uos ſcire, hoc poſteris memoriae tra
ditũ iri, Aequos & Volſcos uix Hernicis modo pares, T. Quinctio quartũ conſule ad moe-
nia urbis Romae impune armatos ueniſſe! hanc ego ignominiã (quamquam iãdiu ita uiui

tur', Is ſtatus rerum eſt, ut nihil boni diuinet animus) ſi huic potiſſimum imminere anno F
ſciſſem, uel exſilio, uel morte, ſi alia fuga honoris non eſſet, uitaſſem. ergo ſi uiri arma illa habuiſſent, quae in portis fuere noſtris, capi Roma me conſule potuit? ſatis honorum, ſatis ſuperque uitae erat: mori conſulem tertium oportuit. quem tandem ignauiſſimi hoſtium contempſere? nos conſules? an uos Quirites? ſi culpa in nobis eſt: auferte imperium indignis: &, ſi id parum eſt, inſuper poenas expetite. ſi in uobis: nemo deorum nec hominum ſit, qui ueſtra puniat peccata Quirites; uoſmet tantum eorum paeniteat. non illi ueſtram ignauiam contempſere, nec ſuae uirtuti confiſi ſunt: quippe toties fuſi fugatique, caſtris exſuti, agro multati, ſub iugum miſsi, & ſe & uos nouere. diſcordia ordinũ eſt uenenũ urbis huius, patrum ac plebis certamina. dum nec nobis imperij, nec uobis libertatis eſt modus, dum taedet uos patriciorum, nos plebeiorum magiſtratuum; ſuſtulere illi animos. Pro deum fidem, quid uobis uultis? tribunos plebis concupiſtis: concordiae cauſſa conceſſimus. decemuiros deſideraſtis: creari paſſi ſumus. decemuirorum uos pertaeſum eſt: coegimus abire magiſtratu. manẽte in eoſdem priuatos ira ueſtra, mori atque exſulare nobiliſsimos uiros honoratiſsimosque paſſi ſumus. tribunos plebis creare iterum uoluiſtis: creaſtis. conſules facere ueſtrarum partium, etſi patribus uidebamus iniquum, patricium quoque magiſtratum plebi donum fieri uidimus. auxilium tribunicium, prouocationem ad populum, ſcita plebis iniuncta patribus, ſub titulo aequandarum legum noſtra iura oppreſſa tulimus & ferimus. qui finis erit diſcordiarum? ecquando unam urbem habere, ecquando communem hanc eſſe patriam licebit? uicti nos aequiore animo quieſcimus, quam uos uictores. ſatisne eſt, nobis uos metuendos eſſe? aduerſus nos Auentinum capitur: aduerſus nos Sacer occupatur mons. Eſquilias quidem ab hoſte prope captas, & ſcandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmouit. in nos uiri, in nos armati eſtis. H
Agitedum, ubi hic curiam circumſederitis; & forum infeſtum feceritis; & carcerem impleueritis principibus; iiſdem iſtis ferocibus animis egredimini extra portam Eſquilinam. aut, ſi ne hoc quidem audetis, ex muris uiſite agros ueſtros ferro igniq. uaſtatos, praedam abigi, fumare incenſa paſſim tecta. Atenim communis res per haec loco eſt peiore, ager uritur, urbs obſidetur, belli gloria penes hoſtes eſt. quid tãdem? priuatae res ueſtrae quo in ſtatu ſunt? iam unicuique ex agris ſua damna nunciabuntur. quid eſt tandem domi, unde ea expleatis? tribuni uobis amiſſa reddent ac reſtituent? uocis uerborumque quantum uoletis, ingerent, & criminum in principes, & legum aliarum ſuper alias, & concionum. ſed ex illis concionibus numquam ueſtrum quiſquam re fortunaq. domum auctior redijt. ecquis retulit aliquid ad coniugem & liberos, praeter odia, offenſiones, ſimultates publicas priuatasq.? a quibus ſemper non ueſtra uirtute innocentiaque, ſed auxilio alieno tuti ſitis. At Hercules cum ſtipendia nobis conſulibus, non tribunis ducibus, & in caſtris, non in foro, faciebatis; & in acie ueſtrum clamorem hoſtes, non in concione patres Romani horrebant: praeda parta, agro ex hoſte capto, pleni fortunarum, gloriaeq. ſimul publicae, ſimul priuatae, triumphantes domum ad penates redibatis: nunc oneratum ueſtris fortunis hoſtem abire ſinitis. Haerete affixi concionibus, & in foro uiuite: ſequitur uos neceſsitas militandi, quam fugitis. graue erat in Aequos & Volſcos proficiſci? ante portas eſt [redacted]. ſi inde non pellitur; iam intra moenia erit, & arcem & Capitolium ſcandet, & in domos ueſtras uos perſequetur. Biennio ante ſenatus delectum haberi, & educi exercitum in Algidum iuſsit. ſedemus deſides domi, mulierum ritu inter nos altercantes, praeſenti pace laeti, nec cernentes ex otio illo breui multiplex bellum rediturum. K
His ego gratiora dictu alia eſſe ſcio: ſed me uera pro gratis loqui, etſi meum ingenium non moneret, neceſsitas cogit. Vellem equidem uobis placere Quirites: ſed multo malo uos ſaluos eſſe; qualicumque erga me animo futuri eſtis. Natura hoc ita comparatum eſt, ut, qui apud multitudinem ſua cauſſa loquitur, gratior eo ſit, cuius mẽs nihil praeter publicum commodũ uidet. niſi forte aſſentatores publicos, plebicolas iſtos, qui uos nec in armis, nec in otio eſſe ſinunt, ueſtra uos cauſſa incitare & ſtimulare putatis. concitati, aut honori, aut quaeſtui illis eſtis. & quia in cõcordia ordinũ nullos ſe uſquam eſſe uidẽt: malae rei ſe, quam nullius, turbarũ ac ſeditionũ duces eſſe uolunt. Quarũ rerũ ſi uos taediũ tandẽ capere poteſt, & patrum ueſtroſq. antiquos mores uultis pro his nouis ſumere: nulla ſupplicia recuſo, niſi paucis diebus hos populatores agrorum noſtrorũ fuſos fugatoſq. caſtris exſuero,

A exſuero, & a portis noſtris moenibusque ad illorum urbes hunc belli terrorem, quo nunc uos attoniti eſtis, tranſtulero. Raro alias tribuni popularis oratio acceptior plebi, quam tunc ſeueriſſimi conſulis fuit. Iuuentus quoque, quae inter tales metus detrectationem militiae, telum acerrimum aduerſus patres habere ſolita erat, bellum & arma ſpectabat. & agreſtium fuga, ſpoliatiq. in agris & uulnerati, foediora his quae ſubijciebantur oculis, nunciantes, totam urbem ira impleuere. In ſenatum ubi uentum eſt, ibi uero in Quinctium omnes uerſi, ut unum uindicem maieſtatis Romanae intueri: & primores patrum dignam dicere concionem imperio conſulari, dignam tot conſulatibus anteactis, dignam uita omni plena honorum ſaepe geſtorũ, ſaepius meritorũ. alios conſules aut per proditioné dignitatis patrum plebi adulatos, aut acerbe tuendo iura ordinis, aſperioré domando multitudinem feciſſe: T. Quinctium orationem memoré maieſtatis patrum, concordiaeq. ordinũ,
B & temporum in primis habuiſſe. orare eum, collegãq. ut capeſſerét remp. orare tribunos, ut uno animo cum conſulibus bellum ab urbe ac moenibus propulſare uellent, plebemq. obedientem in re tam trepida patribus praeberent. appellare tribunos, cómunem patriã, auxiliumq. eorum implorare, uaſtatis agris, urbe prope oppugnata. Conſenſu omniũ delectus decernitur, habeturq.. Cũ conſules in cócione pronunciaſſent, tempus nõ eſſe cauſſas cognoſcendi, omnes iuniores poſtero die prima luce in campo Martio adeſſent; cognoſcendis cauſſis eorum, qui nomina non dediſſent, bello perfecto ſe daturos tempus; pro deſertore futurum, cuius non probaſſent cauſſam: omnis iuuentus affuit poſtero die. cohortes ſibi quaeque centuriones legerunt: bini ſenatores ſingulis cohortibus praepoſiti. Haec omnia adeo mature perfecta accepimus, ut ſigna eo ipſo die a quaeſtoribus ex aerario prompta, delataq. in campum, quarta diei hora mota ex campo ſint; exercitusq. nouus, paucis
C cohortibus ueterum militum uoluntate ſequentibus, manſerit ad decimum lapidem. inſequens dies hoſtem in conſpectum dedit, caſtraque ad Corbionem caſtris ſunt coniuncta. tertio die, cum ira Romanos, illos, cum toties rebellaſſent, conſcientia culpae ac deſperatio irritaret, mora dimicandi nulla eſt facta. In exercitu Romano cum duo conſules eſſent poteſtate pari, quod ſaluberrimum in adminiſtratione magnarum rerum eſt; ſumma imperij, concedente Agrippa, penes collegam erat: & praelatus ille, facilitati ſummittentis ſe comiter reſpondebat, communicando conſilia laudesque, & aequando imparem ſibi. In acie Quinctius dextrum cornu, Agrippa ſiniſtrum tenuit: Sp. Poſtumio Albo legato datur media acies tuenda: legatum alterum Ser. Sulpicium equitibus praeficiunt. Pedites ab dextro cornu egregie pugnauere, haud ſegniter reſiſtentibus Volſcis. Ser. Sulpicius per mediam hoſtium aciem cum equitatu perrupit. unde cum eadem re-
D uerti poſſet ad ſuos, priuſquam hoſtis turbatos ordines reficeret, terga impugnare hoſtium ſatius uiſum eſt; momentoque temporis, in auerſam incurſando aciem, ancipiti terrore diſſipaſſet hoſtes, ni ſuo proprio eum proelio equites Volſcorum & Aequorum exceptum aliquandiu tenuiſſent. ibi uero Sulpicius negare cunctandi tempus eſſe, circumuentos intercluſosque ab ſuis uociferans, ni equeſtre proelium conniſi omni ui perficerent: nec, fugare equitem integrum, ſatis eſſe: conficerent equos, uirosque, ne quis reueheretur inde ad proelium, aut integraret pugnam: non poſſe illos reſiſtere ſibi, quibus conferta peditum acies ceſſiſſet. Haud ſurdis auribus dicta. impreſſione una totum equitatum fudere, magnam uim ex equis praecipitauere, ipſos equosque ſpiculis confodere. is finis pugnae equeſtris fuit. tunc adorti peditum aciem, nuncios ad conſules rei geſtae mittunt, ubi iam inclinabatur hoſtium acies. nuncius deinde & uincentibus Romanis
E animos auxit, & referentes gradum perculit Aequos. In media primum acie uinci coepti, qua praemiſſus equitatus turbauerat ordines. ſiniſtrum deinde cornu ab Quinctio conſule pelli coeptum. in dextro plurimum laboris fuit. ibi Agrippa, aetate uiribusque ferox, cum, omni parte pugnae melius rem geri, quam apud ſe, uideret, accepta ſigna ab ſigniferis ipſe inferre, quaedam iacere etiã in cófertos hoſtes coepit. cuius ignominiae metu concitati milites inuaſere hoſtem. ita aequata ex omni parte uictoria eſt. Nuncius tum a Quinctio uenit, uictorem iam ſe imminere hoſtium caſtris: nolle irrumpere, antequam ſciat debellatum & in ſiniſtro cornu eſſe: ſi iam fudiſſet hoſtes, conferret ad ſe ſigna, ut ſimul omnis exercitus praeda potiretur. Victor Agrippa cum mutua gratulatione ad uictorem collegam, caſtraq. hoſtium uenit. ibi paucis defendentibus, momentoque fuſis, ſine

certamine in munitiones irrumpunt; praedaq. ingenti compotem exercitum, ſuis etiam F
rebus recuperatis, quae populatione agrorum amiſſae erant, reducunt. Triumphum nec
ipſos poſtulaſſe, nec delatum ijs ab ſenatu, accipio: nec traditur cauſſa ſpreti, aut non ſpe-
rati honoris. ego quantum in tanto interuallo temporum conijcio, cum Valerio, atque
Horatio conſulibus, qui praeter Volſcos & Aequos Sabini etiam belli perfecti gloriam
pepererant, negatus ab ſenatu triumphus eſſet; uerecundiae fuit, pro parte dimidia rerum
conſulibus petere triumphum; ne, etiam ſi impetraſſent, magis hominum ratio, quam me-
ritorum, habita uideretur. Victoriam honeſtam, ex hoſtibus partam, turpe domi de fini-
bus ſociorum iudicium populi deformauit. Aricini, atque Ardeates de ambiguo agro
cum ſaepe bello certaſſent, multis inuicem cladibus feſſi, iudicem populum Romanum ce
pere. Cum ad cauſſam orandam ueniſſent, concilio populi a magiſtratibus dato, magna
contentione actum. iamq. editis teſtibus, cum tribus uocari, & populum inire ſuffragium G
oporteret, conſurgit P. Scaptius, de plebe, magno natu; &, Si licet, inquit, conſules de
rep. dicere, errare ego populum in hac cauſſa non patiar. Cum, ut uanum, eum negarent
conſules audiendum eſſe; uociferantemque, prodi publicam cauſſam, ſummoueri iuſſiſ-
ſent; tribunos appellat. tribuni, ut fere ſemper reguntur a multitudine magis, quam re-
gunt, dedere cupidae audiēdi plebi, ut, quae uellet, Scaptius diceret. ibi infit, annum ſe ter
tium & octogeſimum agere, & in eo agro de quo agitur, militaſſe non iuuenem, ſed uice-
ſima iam ſtipendia merentem, cum ad Corioles ſit debellatum: eo ſe rem uetuſtate oblit-
teratam, ceterum, ſuae memoriae infixam, afferre, agrum, de quo ambigitur, finium Corio
lanorum fuiſſe; captiſq. Coriolis, iure belli publicum populi R. factum: mirari ſe, quo-
nam more Ardeates Aricinique, cuius agri ius numquam uſurpauerint incolumi Coriola
na re, cum ſe a populo R. quem pro domino iudicem fecerint, intercepturos ſperent: ſi- H
bi exiguum uitae tempus ſupereſſe; non potuiſſe ſe tamen inducere in animum, quin, quē
agrum miles pro parte uirili manu cepiſſet, cum ſenex quoque uoce, qua una poſſet, uin-
dicaret: magnopere ſe ſuadere populo, ne inutili pudore ſuam ipſe cauſſam damnaret.
Conſules cum, Scaptium non ſilentio modo, ſed cum aſſenſu etiam audiri, animaduertiſ-
ſent; deos hominesq. teſtantes flagitium ingens fieri, patrum primores accerſunt. cum
his circumire tribunos; orare, ne peſſimum facinus peiore exemplo admitterent, iudices
in ſuam rem litem uertendo: cum praeſertim, etiam ſi fas ſit curam emolumenti ſui iudici
eſſe, nequaquam tantum agro intercipiendo acquiratur, quantum amittatur alienandis in
iuria ſociorum animis: nam famae quidem ac fidei damna maiora eſſe, quam quae aeſtima
ri poſſent. hoc legatos referre domum? hoc uulgari? hoc ſocios audire? hoc hoſtes? quo
cum dolore hos? quo cum gaudio illos? Scaptio ne hoc, coeptionali ſeni, aſſignaturos pu- I
tarent finitimos populos? clarum hac fore imagine Scaptium nomen: populum R. qua-
druplatoris, & interceptoris litis alienae perſonam laturum: quem enim hoc priuatae rei
iudicem feciſſe, ut ſibi controuerſam adiudicaret rem? Scaptium ipſum id quidem, etſi
praemortui iam ſit pudoris, non facturum. Haec conſules, haec patres uociferantur. ſed
plus cupiditas, & auctor cupiditatis Scaptius ualet. uocatae tribus iudicauerunt agrum
publicum populi R. eſſe. nec abnuitur ita fuiſſe, ſi ad iudices alios itum foret. nunc haud
ſane quidquam bona cauſſa eleuatur dedecus iudicij: idq. non Aricinis Ardeatibusque,
quam patribus Romanis, foedius, atque acerbius uiſum. Reliquum anni quietum ab ur-
banis motibus, & ab externis manſit.

Concionali

quadruplatores dicuntur qui in alienis litibus res alienas interuertunt.

EPITOME. LIBRI. IV K

LEX de connubio patrum & plebis a tribunis contentione magna, patribus repugnantibus, perlata eſt. Tribuni * *Aliquot annos. res populi R. domi militiaeq. per hoc genus magiſtratus adminiſtratae ſunt. Item cenſores tunc primum creati ſunt. Ager Ardeatinus Romani populi iudicio ablatus, miſſis in eum colonis, reſtitutus eſt. Cum fame populus R. laboraret, Sp. Maelius, eques Romanus, frumentum populo ſua impenſa largitus eſt, & ob id factum conciliata ſibi plebe, regnum affectans a C. Seruilio Ahala magiſtro equitum iuſſu Quinctij Cincinnati dictatoris occiſus eſt. L. Minucius index boue aurata donatus eſt. Legatis Romanis a Fidenatibus occiſis, quoniam ob remp. occubuerant,*

A *rant, ſtatuae in roſtris poſitae ſunt. Cornelius Coſſus, tribunus militum, occiſo Tolumnio rege Veientium, opima ſpolia ſecunda retulit. Mamercus Aemilius dictator cenſurae honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & ſex menſium ſpatio finito, ob eam rem a cenſoribus notatus eſt. Fidenae in poteſtatē redactae, eoq. noui coloni miſſi ſunt. quibus occiſis Fidenates cum defeciſſent a populo R. a Mamerco Aemilio dictatore uicti ſunt, & Fidenae captae. Coniuratio ſeruorum oppreſſa eſt. Poſtumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occiſus eſt. Stipendium ex aerario tum primum militibus datum eſt. res praeterea geſtas aduerſum Volſcos & Veientes, Fidenates, & Faliſcos continet.*

LIBER. IV

HOS ſecuti M. Genucius & C. Curtius conſules. Fuit annus domi foriſque infeſtus. anni namque principio & de connubio patrum &
B plebis C. Canuleius tribunus pl. rogationem promulgauit, qua contaminari ſanguinem ſuum patres, confundique iura gentium rebantur: & mentio primo ſenſim illata a tribuno, ut alterum ex plebe conſulem liceret fieri, eo proceſſit deinde, ut rogationem nouam tribuni promulgarent, ut populo poteſtas eſſet, ſeu de plebe, ſeu de patribus uellet, conſules faciendi. id uero ſi fieret, non uulgari modo cum infimis, ſed prorſus auferri a primoribus ad plebem ſummum imperium credebant. laeti ergo audiere patres, Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati deſciſſe, & Veientes depopulatos extrema agri Romani, & Volſcos Aequoſq. ob communitam Verruginem fremere. adeo uel infelix bellum ignominioſae paci praeferebant. his itaque in maius etiam acceptis, ut inter ſtrepitum tot bellorum con
C ticeſcerent actiones tribuniciae, delectus haberi, bellum, armaque ui ſumma apparari iubent, ſi quo intentius poſſit, quam T. Quinctio conſule apparatum ſit. Tum C. Canuleius, pauca in ſenatu uociferatus, ne quidquam territando conſules, auertere plebem a cura nouarum legum; numquam eos, ſe uiuo, delectum habituros ante, quam ea, quae promulgata ab ſe collegiſq. eſſent, plebes ſciuiſſet; confeſtim ad concionem aduocauit. eodem tempore & conſules ſenatum in tribunum, & tribunus populum in conſules incitabat. Negabant conſules iam ultra ferri poſſe furores tribunicios: uentum iam ad finem eſſe: domi plus belli concitari, quam foris: id adeo non plebis, quam patrum, neque tribunorum magis, quam conſulum, culpa accidere: cuius rei praemium ſit in ciuitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere: ſic pace bonos, ſic bello fieri: maximum Romae praemium ſeditionum eſſe: id & ſingulis uniuerſiſq. ſemper honori fuiſſe. reminiſcerentur,
D quam maieſtatem ſenatus ipſi a patribus accepiſſent, quam liberis tradituri eſſent; &, quēadmodum plebs gloriari poſſet, ſe auctiorem ampliōremq. eſſe: finem ergo non fieri, nec futurum, donec, quam felices ſeditiones, tam honorati ſeditionum auctores eſſent. Quas, quantaſq. res C. Canuleium aggreſſum? colluuionem gentium, perturbationem auſpiciorum publicorum priuatorumq. afferre, ne quid ſinceri, ne quid incontaminati ſit: ut, diſcrimine omni ſublato, nec ſe quiſquam, nec ſuos nouerit. quam enim aliam uim connubia promiſcua habere, niſi ut ferarum prope ritu uulgentur concubitus plebis, patrumque? ut, qui natus ſit, ignoret cuius ſanguinis, quorum ſacrorum ſit; dimidius patrum ſit, dimidius plebis, ne ſecum quidem ipſe concors. Parum id uideri, quod omnia diuina humanaq. turbentur: iam ad conſulatum uulgi turbatores accingi: & primo, ut alter conſul ex plebe fieret, id modo ſermonibus tentaſſe; nunc rogari, ut, ſeu ex patribus, ſeu ex
E plebe uelit, populus conſules creet: & creaturos haud dubie ex plebe ſeditioſiſſimum quemque. Canuleios igitur Iciliosq. cōſules fore. ne id Iuppiter optimus maximus ſineret, regiae maieſtatis imperium eo recidere: & ſe millies morituros potius, quam ut tantum dedecoris admitti patiantur. certum habere, maiores quoque, ſi diuinaſſent, concedendo omnia, non mitiorem in ſe plebem, ſed aſperiorem, alia ex alijs iniquiora poſtulando, cum prima impetraſſet, futuram; primo quamlibet dimicationem ſubituros fuiſſe potius, quam eas leges ſibi imponi paterentur. quia tum conceſſum ſit de tribunis, iterum conceſſum eſſe. finem ergo non fieri. non poſſe, in eadem ciuitate tribunos pl. & patres eſſe: aut hunc ordinem, aut illum magiſtratum tollendum eſſe; potiusq. ſero, quam numquam, obuiam eundum audaciae temeritatique. illi neq; impune primo diſcordias ſerentes,

concitent finitima bella? deinde aduerſus ea quae concitauerint, armari ciuitatem defen- F
diq.prohibeant? & cum hoſtes tantũ non accerſerint,exercitus conſcribi aduerſus hoſtes
non modo non patiantur; ſed audeat Canuleius in ſenatu proloqui,ſe,niſi ſuas leges tam-
quam uictoris patres accipi ſinant, delectum haberi prohibiturum? quid eſſe aliud, quam
minari, ſe patriam proditurum, patriam oppugnari atque capi paſſurum? quid eam uo-
cem animorum,non plebi Romanae, ſed Volſcis & Aequis & Veientibus allaturam? non
ne,Canuleio duce,ſe ſperaturos Capitolium, atque arcem ſcandere poſſe, ſi patribus tri-
buni,cum iure ac maieſtate adempta, animos etiam eripuerint? conſules paratos eſſe du-
ces prius aduerſus ſcelus ciuium,quam aduerſus hoſtium arma. Cum maxime haec in ſe-
natu agerentur, Canuleius pro legibus ſuis, & aduerſus conſules ita diſſeruit: Quanto-
pere uos Quirites contemnerent patres; quam indignos ducerent,qui una ſecum urbe in
tra eadem moenia uiueretis; ſaepe equidem & ante uideor animaduertiſſe, nunc tamen G
maxime, quod adeo atroces in has rogationes noſtras coorti ſunt: quibus quid aliud
quam admonemus, ciues nos eorum eſſe, &, ſi non eaſdem opes habere, eandem tamen
patriam incolere? altera connubium petimus, quod finitimis, externiſque dari ſolet.nos
quidem ciuitatem,quae plus,quam connubium eſt, hoſtibus etiam uictis dedimus. altera
nihil noui ferimus,ſed id,quod populi eſt,repetimus, atque uſurpamus: ut, quibus uelit,
populus R. honores mandet. Quid tandem eſt, cur caelum ac terras miſceant? cur in
me impetus modo paene in ſenatu ſit factus? negant ſe manibus temperaturos? uiolatu-
roſq.denunciant ſacroſanctam poteſtatem? ſi populo R.liberum ſuffragium datur, ut,qui
bus uelit,conſulatum mandet; & non praeciditur ſpes plebeio quoque, ſi dignus ſummo
honore erit, adipiſcendi ſummi honoris; ſtare urbs haec non poterit? de imperio actum
eſt? & perinde hoc ualet,plebeius ne conſul fiat, tanquam ſeruum aut libertinum aliquis H
conſulem futurum dicat. Ecquid ſentitis, in quanto contemptu uiuatis? lucis uobis hu-
ius partem, ſi liceat, adimant. quod ſpiratis, quod uocem mittitis, quod formas homi-
num habetis,indignantur.quinetiam (ſi dijs placet) nefas aiunt eſſe, conſulem plebeium
fieri. Obſecro uos, ſi non ad faſtos, non ad commentarios pontificum admittimur; ne ea
quidem ſcimus,quae omnes peregrini etiam ſciunt, conſules in locum regum ſucceſsiſſe?
nec aut iuris aut maieſtatis quidquam habere, quod non in regibus ante fuerit? en um-
quam creditis fando auditum eſſe, Numam Pompilium non modo non patricium, ſed ne
ciuem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi iuſſu, patribus auctoribus Ro-
mae regnaſſe? L.deinde Tarquinium non modo Romanae,ſed ne Italicae quidem gentis,
Damarati Corinthij filium, incolam ab Tarquinijs,uiuis liberis Anci, regẽ factum? Ser.
Tullium poſt hunc,captiua Corniculana natum,patre nullo,matre ſerua,ingenio & uirtu- I
te regnum tenuiſſe? quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipſe Romulus, parens ur-
bis,in ſocietatem regni accepit? Ergo, dum nullum faſtiditur genus, in quo eniteret uir-
tus, creuit imperium Romanum. paeniteat nunc uos plebeij conſulis; cum maiores no-
ſtri aduenas reges non faſtidierint, & ne regibus quidem exactis clauſa urbs fuerit pere-
grinae uirtuti. Claudiam certe gentem poſt reges exactos ex Sabinis non in ciuitatem
modo accepimus, ſed etiam in patriciorum numerum. ex peregrino fit patricius, deinde
conſul fiat? ciuis Romanus ſi ſit ex plebe, praeciſa conſulatus ſpes erit? utrum tandem
non credimus fieri poſſe,ut uir fortis ac ſtrenuus,pace belloq.bonus, ex plebe, ſit Numae,
L.Tarquino, Ser. Tullio ſimilis? an, ne ſi ſit quidem, ad gubernacula reip. accedere eum
patiemur? potiuſq.decemuiris taeterrimis mortalium, qui tum omnes ex patribus erant,
quam optimis regum nouis hominibus ſimiles conſules ſumus habituri? At enim nemo K
poſt reges exactos de plebe conſul fuit. Quid poſtea? nulla ne res noua inſtitui debet?
&, quod nondum eſt factum,(multa enim nondum ſunt facta in nouo populo) ea, ne ſi
utilia quidem ſint,fieri oportet? Pontifices,augures Romulo regnante nulli erant: ab Nu
ma Pompilio creati ſunt. cenſus in ciuitate, & deſcriptio centuriarum, claſſiumque, non
erat: ab Ser.Tullio eſt facta. conſules numquam fuerant: regibus exactis creati ſunt. di-
ctatoris nec imperium,nec nomen fuerat: apud patres eſſe coepit. tribuni plebis, aediles,
quaeſtores nulli erant: inſtitutum eſt ut fierent. decemuiros legibus ſcribendis intra de-
cem hos annos & creauimus,& e republica ſuſtulimus.quis dubitat,quin,in aeternum ur-
be condita,& in immenſum creſcente, noua imperia, ſacerdotia, iura gentium hominũq.
inſtituantur?

A inſtituantur?hoc ipſum,ne connubium patribus cum plebe eſſet, non decemuiri tulerunt paucis his annis, peſſimo exemplo publico, cum ſumma iniuria plebis? an eſſe ulla maior aut inſigniot contumelia poteſt,quam partem ciuitatis, uelut contaminatam, indignam connubio haberi?quid eſt aliud, quam exſilium intra eadem moenia,quam relegationem pati? ne affinitatibus, ne propinquitatibus immiſceamur cauent; ne ſocietur ſanguis. quid?hoc ſi polluit nobilitatem iſtam ueſtram, quam plerique oriundi ex Albanis, & Sabinis,non genere, nec ſanguine, ſed per cooptationem in patres, habetis, aut ab regibus lecti, aut poſt reges exactos iuſſu populi; ſinceram ſeruare priuatis conſilijs non poteratis,nec ducēdo ex plebe,neque ueſtras filias ſororesq.enubere ſinendo e patribus? nemo plebeius patriciae uirgini uim afferret:patriciorum iſta libido eſt: nemo inuitum pactionē nuptialem quemquam facere coegiſſet.uerum enimuero lege id prohiberi,& connubium
B tolli patrum ac plebis,id demum contumelioſum plebi eſt. cur enim non confertis, ne ſit connubium diuitibus ac pauperibus? quod priuatorum conſiliorum ubique ſemper fuit, ut, in quam cuique feminae conueniſſet domum, nuberet; ex qua pactus eſſet uir domo, in matrimonium duceret; id uos ſub legis ſuperbiſſimae uincula conijcitis, qua dirimatis ſocietatem ciuilem,duasq. ex una ciuitate faciatis. Cur non ſancitis, ne uicinus patricio ſit plebeius? ne eodem itinere eat? ne idem conuiuium ineat? ne in foro eodem conſiſtat? quid enim in re eſt aliud? ſi plebeiam patricius duxerit, ſi patriciam plebeius, quid iuris tādem mutatur?nempe patrem ſequuntur liberi. Nec,quod nos ex connubio ueſtro petamus,quidquam eſt,praeterquam ut hominum,ut ciuium numero ſimus. nec,uos (niſi in contumeliam ignominiamq.noſtram certare iuuat) quod contendatis, quidquam eſt. denique,utrum tandem populi Romani,an ueſtrum ſummum imperium eſt? regibus exa-
C ctis, utrum uobis dominatio, an omnibus aequa libertas parta eſt? Oportet licere populo R.ſi uelit, iubere legem. an, ut quaeque rogatio promulgata erit, uos delectum pro poena decernetis? &,ſimul ego tribunus uocare tribus in ſuffragiū coepero,tu ſtatim conſul ſacramento iuniores adiges,& in caſtra educes? & minaberis plebi, minaberis tribuno? quid,ſi non,quantum iſtae minae aduerſus plebis conſenſum ualerent, bis iam experti eſſetis? ſcilicet,quia nobis conſultum uolebatis,certamine abſtinuiſtis? an ideo non eſt dimicatum, quod, quae pars firmior, eadem modeſtior fuit? Nec nunc erit certamen Quirites. animos ueſtros illi tentabunt ſemper, uires non experientur. ita ad bella iſta, ſeu falſa, ſeu uera ſunt,conſules,parata uobis plebs eſt, ſi connubijs redditis, unam hanc ciuitatem tandem facitis, ſi coaleſcere, ſi iungi, miſcerique uobis priuatis neceſſitudinibus poſſunt: ſi ſpes,ſi aditus ad honores uiris ſtrenuis & fortibus datur: ſi in conſortio, ſi
D in ſocietate reip.eſſe: ſi,quod aequae libertatis eſt, inuicem annuis magiſtratibus parere atque imperitare licet. ſin haec impediet aliquis, ferte ſermonibus, & multiplicate fama bella:nemo eſt nomen daturus,nemo arma capturus, nemo dimicaturus pro ſuperbis dominis, cum quibus nec in re publica honorum, nec in priuata connubij ſocietas eſt.

Cum in concionem & conſules proceſſiſſent, & res a perpetuis orationibus in altercationem uertiſſet; interroganti tribuno, cur plebeium conſulem fieri non oporteret? ut fortaſſe uere, ſic parum utiliter in praeſens certamen reſpondit; quod nemo plebeius auſpicia haberet; ideoque decemuiros connubium diremiſſe, ne incerta prole auſpicia turbarentur. Plebes ad id maxime indignatione exarſit; quod auſpicari,tamquam inuiſi dijs immortalibus, negarentur poſſe. nec ante finis contentionum fuit, cum & tribunum acerrimum auctorem plebs nacta eſſet, & ipſa cum eo pertinacia certaret, quam ui-
E cti tandem patres, ut de connubio ferretur, conceſſere, ita maxime rati contentionem de plebeijs conſulibus tribunos aut totam depoſituros, aut poſt bellum dilaturos eſſe; contentamque interim connubio plebem,paratam delectui fore. Cum Canuleius uictoria de patribus,& plebis fauore ingens eſſet, accenſi alij tribuni ad certamen, pro rogatione ſua ſumma ui pugnant, &, creſcente in dies fama belli, delectum impediunt. Conſules,cum per ſenatum, intercedentibus tribunis, nihil agi poſſet, conſilia principum domi habebant: apparebat [illegible], aut hoſtibus, aut ciuibus de uictoria concedendum eſſe. ſoli ex conſularibus Valerius, atque Horatius non intererant conſilijs. C. Claudij ſententia conſules armabat in tribunos: Quinctiorum, Cincinnatique, & Capitolini ſententiae abhorrebant a caede,uiolandiſq.quos,foedere icto cum plebe, ſacroſanctos acce-

piſſent. Per haec conſilia eo deducta res eſt, ut tribunos militum conſulari poteſtate pro- F
miſcue ex patribus ac plebe creari ſinerent, de conſulibus creandis nihil mutaretur, eoq.
contenti tribuni, contenta plebs fuit. Comitia tribunis conſulari poteſtate tribus crean-
dis indicuntur. quibus indictis, extemplo quicumque aliquid ſeditioſe dixerat, aut fece-
rat, hinc quammaxime tribunicij & prenſare homines, & concurſare toto foro candidati
coepere: ut patricios deſperatio primo, irritata plebe, adipiſcendi honoris, deinde indigna
tio, ſi cum his gerendus eſſet honos, deterreret. poſtremo, coacti tamen a primoribus, pe-
tiere, ne ceſſiſſe poſſeſſione reip. uiderentur. euentus eorum comitiorum docuit, alios ani-
mos in contentione libertatis, dignitatiſque, alios, ſecundum depoſita certamina, incor-
rupto iudicio eſſe. tribunos enim omnes patricios creauit populus, contentus eo, quod
An. 310.
ratio habita plebeiorum eſſet. Hanc modeſtiam, aequitatemq. & altitudinem animi ubi
nunc in uno inueneris, quae tum populi uniuerſi fuit? Anno treceteſimodecimo quam G
urbs Roma condita erat, primum tribuni militum pro conſulibus magiſtratum ineunt,
A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cloelius. quorum in magiſtratu concordia do-
mi, pacem etiam foris praebuit. Sunt, qui propter adiectum Aequorum Volſcorumque
bello, & Ardeatium defectioni Veiens bellum, quia duo conſules obire tot ſimul bella ne
quirent, tribunos militum tres creatos dicant, ſine mentione promulgatae legis de conſu-
libus creandis ex plebe, & imperio & inſignibus conſularibus uſos. Non tamen pro fir-
mato iam ſtetit magiſtratus eius ius: quia tertio menſe, quam inierunt, augurum decreto,
perinde ac uitio creati, honore abiere; quod C. Curtius, qui comitijs eorum praefuerat,
parum recte tabernaculum cepiſſet. Legati ab Ardea Romam uenerunt, ita de iniuria que
rentes, ut, ſi demeretur ea, in foedere atque amicitia manſuros reſtituto agro appareret.
ab ſenatu reſponſum eſt, iudicium populi reſcindi ab ſenatu non poſſe, praeterquam quod H
nullo nec exemplo nec iure fieret, concordiae etiam ordinum cauſſa: ſi Ardeates ſua tem-
pora exſpectare uelint, arbitriumq. ſenatui leuandae iniuriae ſuae permittant, fore, ut poſt-
modum gaudeāt ſe irae moderatos; ſciantq. patribus aeque curae fuiſſe, ne qua iniuria in
eos oriretur, ac ne, orta, diuturna eſſet. Ita legati, cum ſe rem integram relaturos dixiſ-
ſent, comiter dimiſsi. Patricij, cum ſine curuli magiſtratu reſp. eſſet, coiere, & interregem
creauere. contentio, conſules ne, an tribuni militum crearentur, in interregnum rem dies
complures tenuit. Interrex ac ſenatus, conſulum comitia; tribuni plebis, & plebs, tribu-
norum militum ut habeantur, tendunt. uicerunt patres: quia & plebs patricijs ſeu hunc
ſeu illum delatura honorem, fruſtra certare ſuperſedit; & principes plebis ea comitia ma-
lebant, quibus non haberetur ratio ſui, quam quibus, ut indigni praeterirētur. tribuni quo
que plebis certamen ſine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. T. Quin- I
ctius Barbatus interrex conſules creat L. Papirium Mugillanum, L. Sempronium Atrati-
num. His conſulibus cum Ardeatibus foedus renouatum eſt. idq. monumenti eſt, conſu-
les eos illo anno fuiſſe, qui neque in annalibus priſcis, neque in libris magiſtratuum inue-
niuntur. credo, quod tribuni militum initio anni fuerunt, eo, perinde ac ſi totum annum
in imperio fuerint, ſuffectis his conſulibus, praetermiſſa nomina conſulum horum. Lici-
nius Macer auctor eſt, & in foedere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetae inuenta. Et
foris, cum tot terrores a finitimis oſtentati eſſent, & domi otium fuit. Hunc annum, ſeu
tribunos modo, ſeu tribunis ſuffectos conſules quoque habuit, ſequitur annus haud du-
An. 311.
bijs conſulibus, M. Geganio Macerino iterum, T. Quinctio Capitolino quinctum conſu-
libus. Idem hic annus cenſurae initium fuit, rei a parua origine ortae: quae deinde tanto
incremento aucta eſt, ut morum, diſciplinaeq. Romanae penes eam regimē, ſenatus, equi- K
tumq. centuriae, decoris, dedecoriſq. diſcrimen ſub ditione eius magiſtratus, publicorum
ius, priuatorumq. locorum, & uectigalia populi R. ſub nutu atque arbitrio eſſent. ortum
autem initium rei eſt, quod in populo, per multos annos incenſo, neque differri cenſus po
terat; neque conſulibus, cum tot populorum bella imminerent, operae erat id negotium
agere. mentio illata ab ſenatu eſt, rem operoſam, ac minime conſularem, ſuo proprio ma-
giſtratu egere: cui ſcribarum miniſterium, cuſtodiaeq. & tabularum cura, cui arbitrium for
mulae cenſendi ſubijceretur: & patres quamquam rem paruam, tamen, quo plures patricij
magiſtratus in rep. eſſent, laeti accepere; id quod euenit, futurum credo etiam ratī, ut
mox opes eorum, qui praeeſſent, ipſi honori ius maieſtatemq. adijcerent: & tribuni, id

quod

A quod tunc erat, magis neceſſariam, quam ſpecioſi miniſterij procurationem intuentibus, ne paruis quoque rebus incommode aduerſarentur, haud ſane tetendere. Cum a primoribus ciuitatis ſpretus honos eſſet; Papirium, Semproniumque, quorum de conſulatu dubitabatur, ut eo magiſtratu parum ſolidum conſulatum explerent, cenſui agendo populus ſuffragijs praefecit. cenſores ab re appellati ſunt. Dum haec Romae geruntur, legati ab Ardea ueniunt, pro ueterrima ſocietate, renouatoque foedere recenti auxilium prope euerſae urbi implorantes. Frui namque pace, optimo conſilio, cum populo Romano ſeruata, per inteſtina arma non licuit. quorum cauſſa atque initium traditur ex certamine factionum ortum, quae fuere, eruntq. potentibus populis magis exitio, quam bella externa, quam fames morbiue, quaeque alia in deum iras uelut ultima publicorũ malorum uertunt. Virginem plebeij generis, maxime forma notam, petiere iuuenes, alter uirgini genere par, tutoribus fretus, qui & ipſi eiuſdem corporis erant; nobilis alter, nulla re praeter

B quam forma captus. adiuuabant eum optimatium ſtudia, per quae in domũ quoque puellae certamen partium penetrauit. nobilis ſuperior iudicio matris eſſe: quae quam ſplendidiſsimis nuptijs iungi puellam uolebat. tutores in ea quoque re partium memores, ad ſuum tendere. cum res peragi intra parietes nequiſſet, uentum in ius eſt. poſtulatu audito matris tutorumque, magiſtratus ſecundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum. ſed uis potentior fuit. namque tutores inter ſuae partis homines de iniuria decreti palã in foro concionati, manu facta uirginem ex domo matris rapiunt. aduerſus quos infeſtior coorta optimatium acies ſequitur acceſum iniuria iuuenem. fit proelium atrox. pulſa plebs, nihil Romanae plebi ſimilis, armata ex urbe profecta, colle quodam capto, in agros optimatium cum ferro igniq. excurſiones facit. urbem quoque omnis etiam expertem ante

C certaminis, multitudine opificum ad ſpem praedae euocata, obſidere parat. nec ulla ſpecies cladesq. belli abeſt, uelut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum, funeſtas nuptias ex occaſu patriae petentium. parum parti utrique domi armorum belliq. eſt uiſum. optimates, Romanos ad auxilium urbis obſeſſae, plebs ad expugnandam ſecum Ardeam Volſcos exciuere. priores Volſci duce Aequo Cloelio Ardeam uenerunt, & moenibus hoſtium uallum obiecere. quod ubi Romam eſt nunciatum, extemplo M. Geganius conſul, cum exercitu profectus, tria millia paſſuum ab hoſte locum caſtris cepit, praecipitique iam die curare corpora milites iubet. quarta deinde uigilia ſigna profert: coeptumq. opus adeo approperatum eſt, ut ſole orto Volſci firmiore ſe munimento ab Romanis circumuallatos, quam a ſe urbem, uiderent. & alia parte conſul muro Ardeae brachium immiſe-[illegible], qua ex opido ſui commeare poſſent. Volſcus Imperator, qui ad eam diem non com-

D meatu praeparato, ſed ex populatione agrorum rapto in diem frumento aluiſſet militem; poſtquam ſaeptus uallo, repente inops omnium rerum erat, ad colloquium cõſule euocato, ſi ſoluendae obſidionis cauſſa uenerit Romanus, abducturum ſe inde Volſcos ait. Aduerſus ea conſul, uictis condiciones accipiendas eſſe, non ferendas, reſpondit; neque, ut uenerint ad oppugnandos ſocios populi R. ſuo arbitrio, ita abituros Volſcos eſſe. dedi Imperatorem, arma poni iubet, fatentes uictos ſe eſſe, & imperio parere: aliter tam abeuntibus, quam manentibus ſe hoſtem infenſum, uictoriam potius ex Volſcis, quam pacem infidam Romam relaturum. Volſci exiguam ſpero in armis ponentes, alia undique abſciſſa, cum tentaſſent; praeter cetera aduerſa, loco quoque iniquo ad pugnam congreſsi, iniquiore ad fugam, cum ab omni parte caederentur, ad preces a certamine uerſi, dedito Imperatore, traditisq. armis, ſub iugum miſſi, cum ſingulis ueſtimentis, ignominiae cla-

E disq. pleni dimittuntur: & cum haud procul urbe Tuſculo conſediſſent, uetere Tuſculanorum odio inermes oppreſsi dederunt poenas, uix nuncijs cladis relictis. Romanus Ardeae turbatas ſeditione res, principibus eius motus ſecuri percuſsis, bonisq. eorum in publicum Ardeatium redactis, compoſuit: demptamq. iniuriam iudicij tanto beneficio populi R. Ardeates credebant; ſenatui ſupereſse aliquid ad delendum publicae auaritiae monumentum uidebatur. Conſul triumphans in urbem redijt Cloelio Volſcorum duce ante currum ducto, praelatisq. ſpolijs, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub iugum miſerat. Aequauit, quod haud facile eſt, Quinctius conſul togatus armati gloriam collegae: qui concordiae pacisq. domeſticam curam, iura infimis ſummisq. moderando, ita tenuit, ut eum & patres ſeuerum conſulem, & plebs ſatis comem crediderint: & aduerſus

tribunos

5 tribunos auctoritate plura, quam certamine, tenuit. quinque conſulatus eodem tenore F
geſti, uitaque omnis conſulariter acta, uerendum paene ipſum magis, quam honorem, faciebant. eo tribunorum militarium nulla mentio his conſulibus fuit. Conſules creant
An. 312. M. Fabium Vibulanum, Poſtumum Aebutium Cornicinem. Fabius & Aebutius conſules, quo maiori gloriae rerum domi foriſq. geſtarum ſuccedere ſe cernebant; maxime autem memorabilem annum apud finitimos ſocios hoſteſq. eſſe, quod Ardeatibus in re praecipiti tãta foret cura ſubuentum; eo impenſius, ut delerent prorſus ex animis hominum infamiam iudicij, ſenatuſconſultum fecerunt, ut, quoniam ciuitas Ardeatium inteſtino tumultu redacta ad paucos eſſet, coloni eo praeſidij cauſſa aduerſus Volſcos ſcriberentur. hoc palam relatum in tabulas, ut plebem tribunoſq. falleret iudicij reſcindendi conſilium initum. conſenſerant autem, ut, multo maiore parte Rutulorum colonorum, quam Romanorum, ſcripta, nec ager ullus diuideretur, niſi is, qui interceptus iudicio infami G
erat; nec ulli prius Romano ibi, quam omnibus Rutulis diuiſus eſſet, gleba ulla agri aſſignaretur. ſic ager ad Ardeates rediit. Triumuiri ad coloniam Ardeam deducendam creati, Agrippa Menenius, T. Cloelius Siculus, M. Aebutius Helua. Qui, per minime populare miniſterium agro aſſignando ſocijs, quem populus Romanus ſuum iudicaſſet, cum plebem offendiſſent, ne primoribus quidem patrum ſatis accepti, quod nihil gratiae cuiuſquam dederant; uexationes, ad populum iam die dicta ab tribunis, coloni adſcripti remanendo in colonia, quam teſtem integritatis iuſtitiaeq. habebant, uitauere. Pax domi
An. 313. foriſq. fuit & hoc & inſequenti anno, C. Furio Pacilo, & M. Papirio Craſſo conſulibus. Ludi ab decemuiris, per ſeceſſionem plebis, a patribus ex ſenatuſconſulto uoti, eo anno facti ſunt. Cauſſa ſeditionum nequidquam a Poetelio quaeſita: qui tribunus plebis iterum ea ipſa denunciando factus, neque ut de agris diuidendis plebi, referrent conſules ad ſenatum, peruincere potuit; &, cum magno certamine obtinuiſſet ut conſulerentur patres, con H
ſulum an tribunorum placeret comitia haberi, conſules creari iuſſi ſunt. ludibrioque erant minae tribuni, denunciantis ſe delectum impediturum; cum, quietis finitimis, neque bello, neque belli apparatu opus eſſet. Sequitur hanc tranquillitatem rerum annus Procu-
An. 314. lo Geganio Macerino, L. Menenio Lanato conſulibus, multiplici clade ac periculo inſignis, ſeditionibus, fame, regno prope per largitionis dulcedinem in ceruices accepto. Vnum abfuit bellum externum: quo ſi aggrauatae res eſſent, uix ope deorum omniũ res ſiſti potuiſſet. Coepere a fame mala; ſeu aduerſus annus frugibus fuit; ſeu, dulcedine concionum & urbis, deſerto agrorum cultu. nam utrumque traditur. & patres plebem deſidem, & tribuni plebis nunc fraudem, nunc negligentiam conſulum accuſabant. poſtremo perpulere plebeij, haud aduerſante ſenatu, ut L. Minucius praefectus annonae crearetur, I
felicior in eo magiſtratu ad cuſtodiam libertatis futurus, quam ad curationem miniſterij ſui: quamquam poſtremo annonae quoque leuatae haud immeritam & gratiam & gloriã tulit. Qui cum, multis circa finitimos populos legationibus terra mariq. nequidquam miſſis, (niſi quod ex Etruria haud ita multum frumenti aduectum eſt) nullum momentũ annonae feciſſet; & reuolutus ad diſpenſationem inopiae, profiteri cogendo frumentum, & uendere quod uſui menſtruo ſupereſſet, fraudandoq. parte diurni cibi ſeruitia, criminãdo inde, & obijciendo irae populi frumẽtarios, acerba inquiſitione aperiret magis, quam leuaret inopiam: multi ex plebe, ſpe amiſſa potius, quam ut cruciarentur trahendo animam, capitibus obuolutis ſe in Tiberim praecipitauerunt. tum Sp. Maelius ex equeſtri ordine, ut illis temporibus, praediues, rem utilem, peſſimo exemplo, peiore conſilio eſt aggreſſus. frumento namque ex Etruria, priuata pecunia, per hoſpitum clientumq. miniſte- K
ria coempto, (quae credo ipſa res ad leuandam publica cura annonam impedimento fuerat) largitiones frumenti facere inſtituit: plebemque hoc munere delenitam, quacumque incederet, conſpectus, elatusque ſupra modum hominis priuati, ſecum trahere, haud dubium conſulatum ei fauore ac ſpe deſpondentem. ipſe, ut eſt humanus animus inſatiabilis eo, quod fortuna ſpondet, ad altiora & non conceſsa tendere; &, quoniam conſulatus quoque eripiendus inuitis patribus eſset, de regno agitare. id unum dignum tanto apparatu conſiliorum, & certamine, quod ingens exſudãdum eſset, praemium fore. Iam comitia conſularia inſtabant: quae res eum, nec dũ compoſitis rebus, maturiſue ſatis conſi-
An. 315. lijs, oppreſsit. Conſul ſextum creatus T. Quinctius Capitolinus, minime opportunus uir

A uir nouanti res: collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen. & L.
Minucius praefectus annonae, ſeu refectus, ſeu, quoad res poſceret, in incertum creatus. ni
hil enim conſtat, niſi in libros linteos utroque anno relatum inter magiſtratus praefecti
nomen. Hic Minucius eandem rei publice curationem agens, quam Sp. Maelius priuatim
agendam ſuſceperat; cum in utraque domo genus idem hominũ uerſaretur, rem compertam ad ſenatum defert, tela in domum Maelij conferri, eumque conciones domi habere:
ac non dubia regni conſilia eſſe: tempus agendae rei nondum ſtare, cetera iam conueniſ-
ſe: & tribunos mercede emptos ad prodendam libertatem, & partita ducibus multitudi
nis miniſteria eſſe; ſerius ſe paene, quam tutum fuerit, ne cuius incerti uanique auctor
eſſet, ea deferre. Quae poſtquam ſunt audita; & undique primores patrum & prioris an
ni conſules increparent, quod eas largitiones, coetusque plebis in priuata domo paſſi eſ-
B ſent fieri; & nouos conſules, quod exſpectaſſent donec a praefecto annonae tanta res ad
ſenatum deferretur, quae conſulem non auctorem ſolum deſideraret, ſed etiam uindi-
cem: tum T. Quinctius conſules immerito increpari ait, qui conſtricti legibus, de prouo-
catione ad diſſoluendum imperium latis, nequaquam tantum uirium in magiſtratu ad
eam rem pro atrocitate uindicandam, quantum animi, haberent: opus eſſe non forti ſo-
lum uiro, ſed etiam libero, exſolutoque legum uinculis: itaque ſe dictatorem L. Quin-
ctium dicturum: ibi animum parem tantae poteſtati eſſe. Approbantibus cunctis, primo
Quinctius abnuere: &, quid ſibi uellent, rogitare, qui ſe aetate exacta tantae dimicatio-
ni obijcerent? Dein, cum undique plus in illo ſenili animo non conſilij modo, ſed etiam
uirtutis eſſe, quam in omnibus alijs, dicerent; laudibusque haud immeritis onerarent;
& conſul nihil remitteret: precatus tandem deos immortales Cincinnatus, ne ſenectus
C ſua in tam trepidis rebus damno dedecoriue reip. eſſet, dictator a conſule dicitur. ipſe
deinde C. Seruilium Ahalam magiſtrum equitum dicit. Poſtero die, diſpoſitis praeſi-
dijs, cum in forum deſcendiſſet, conuerſaque in eum plebs nouitate rei ac miraculo eſ-
ſet; & Maeliani, atque ipſe dux eorum, in ſe intentam uim tanti imperij cernerent; ex-
pertes conſiliorum regni, qui tumultus, quod bellum repens aut dictatoriam maieſta-
tem, aut Quinctium poſt octogeſimum annum rectorem reip. quaeſiſſet, rogitarent: miſ-
ſus ab dictatore Seruilius magiſter equitum ad Maelium, Vocat te, inquit, dictator. Cum
pauidus ille, quid uellet, quaereret; Seruiliusque cauſſam dicendam eſſe proponeret, cri-
menque, a Minucio delatum ad ſenatum, diluendum: tũc Maelius recipere ſe in cateruam
ſuorum: & primum circumſpectans tergiuerſari: poſtremo, cum apparitor iuſſu magiſtri
equitum eum duceret, ereptus a circumſtantibus, fugiensque fidem plebis Romanae im-
D plorare; & opprimi ſe conſenſu patrum dicere, quod plebi benigne feciſſet: orare, ut
opem ſibi ultimo in diſcrimine ferrent, neue ante oculos ſuos trucidari ſinerent. Haec
eum uociferantem aſſecutus Ahala Seruilius obtruncat: reſperſusque cruore obtrunca-
ti, ſtipatus caterua patriciorum iuuenum dictatori renunciat, uocatum ad eum Maelium,
repulſo apparitore concitantem multitudinem, poenam meritam habere. Tum dicta-
tor, Macte uirtute, inquit, C. Seruili eſto, liberata republica. Tumultuantem deinde mul-
titudinem incerta exiſtimatione facti, ad concionem uocari iuſſit; & Maelium iure caeſum
pronunciauit, etiam ſi regni crimine inſons fuerit; qui uocatus a magiſtro equitum ad di
ctatorem, non ueniſſet: ſe ad cauſſam cognoſcendam conſediſſe: qua cognita, habiturum
fuiſſe Maelium ſimilem cauſſae fortunam: uim parantem ne iudicio ſe cõmitteret, ui coer-
citum eſſe: nec cum eo, tamquam cum ciue, agendum fuiſſe, qui natus in libero popu-
E lo, inter iura, legesque, ex qua urbe reges exactos ſciret; eodemque anno ſororis filios,
& liberos conſulis liberatoris patriae, propter pactionem indicatam recipiendorum in ur
bem regum, a patre ſecuri eſſe percuſſos; ex qua Collatinum Tarquinium conſulem no-
minis odio abdicare ſe magiſtratu, atq. exſulare iuſſum; in qua de Sp. Caſſio poſt aliquot
annos, propter conſilia inita de regno, ſupplicium ſumptum; in qua nuper decemuiros
bonis, exſilio, capite multatos ob ſuperbiam regiam, in ea Sp. Maelius ſpem regni con-
ceperit, & quis homo? quamquam nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita
cuiquam ad dominationem pandere uiam: ſed tamen Claudios, Caſſios, conſulatibus, de
cemuiratibus ſuis, maiorumque honoribus, ſplendore familiarum ſuſtuliſſe animos, quo
nefas fuerit; Sp. Maelium, cui tribunatus plebis magis optandus, quam ſperandus fuerit,
frumen-

frumentarium diuitem, bilibre farris ſperaſſe libertatem ſe ciuium ſuorum emiſſe; ciboq. F
obijciendo ratum uictorem finitimorum omnium populum in ſeruitutem perlici poſſe;
ut, quem ſenatorem concoquere ciuitas uix poſſet, regem ferret, Romuli conditoris ab
dijs orti, recepti ad deos, inſignia atque imperium habentem; non pro ſcelere id magis,
quam pro monſtro, habendum: nec ſatis eſſe ſanguine eius expiatum; niſi tecta parie-
teſque, intra quae tantum amentiae conceptum eſſet, diſſiparentur; bonaque, contacta
pretijs regni mercandi, publicarentur: iubere itaque quaeſtores uendere ea bona, atque
in publicum redigere. Domum deinde, ut monumento area eſſet oppreſſae nefariae ſpei,
dirui extemplo iuſsit. id Aequimaelium appellatum eſt. L. Minucius boue aurato extra
portam Tergeminam eſt donatus, ne plebe quidem inuita, quia frumentum Maelianum
aſsibus in modios aeſtimatum plebi diuiſit. Hunc Minucium apud quoſdam auctores
tráſiſſe a patribus ad plebem, undecimumq. tribunum plebis cooptatum, ſeditionem, mo- G
tam ex Maeliana caede, ſedaſſe inuenio. ceterum uix credibile eſt, numerum tribunorum
patres augeri paſſos, idque potiſsimum exemplum a patricio homine introductum; nec
deinde id plebem, conceſſum ſemel, obtinuiſſe, aut certe tentaſſe. ſed ante omnia refellit
falſum imaginis titulum, paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam coopta-
re liceret. Q. Caecilius, Q. Iunius, Sex. Titinius ſoli ex collegio tribunorum neque tule-
rant de honoribus Minucij legem; & criminari nunc Minucium, nunc Seruilium apud
plebem, querique indignam necem Maelij non deſtiterant. peruicerunt igitur, ut tribuno
rum militum potius, quam conſulum, comitia haberentur; haud dubia ſpe, quin ſex locis
(tot enim iam creari licebat) & plebeij aliqui, profitédo ſe ultores fore Maelianae caedis, H
crearentur. Plebs quamquam agitata multis eo anno & uarijs motibus erat, nec plures
AN. 316. quam tres tribunos conſulari poteſtate creauit, & in ijs L. Quinctium Cincinnati filium:
ex cuius dictaturae inuidia tumultus quaerebatur. praelatus ſuffragijs Quinctio Mam. Ae
milius, uir ſummae dignitatis. L. Iulium tertium creant. In horum magiſtratu Fidenae, co-
lonia Romana, ad Lartem Tolumnium, Veientium regem, ac Veientes defecere. maius
additum defectioni ſcelus. C. Fulcinium, Cloelium Tullum, Sp. Ancium, L. Roſcium, lega
tos Romanos, cauſſam noui conſilij quaerentes, iuſſu Tolumnij interfecerunt. Leuant qui
dam regis facinus. in teſſerarum proſpero iactu uocem eius ambiguam, ut occidi iuſsiſſe
uideretur, a Fidenatibus exceptam, cauſſam mortis legatis fuiſſe: (rem incredibilem: in-
teruentu Fidenatium, nouorum ſociorum, conſulentium de caede ruptura ius gentium;
non auerſum ab intentione luſus animum) ac deinde in errorem uerſum facinus. propius I
eſt fidem, obſtringi Fidenatium populum, ne reſpicere ſpem ullam ab Romanis poſſet, cõ-
ſcientia tanti ſceleris, uoluiſſe. Legatorum, qui Fidenis caeſi erant, ſtatuae publice in Ro-
ſtris poſitae ſunt. Cum Veientibus Fidenatibuſque, praeterquam finitimis populis, ab
cauſſa etiam tam nefanda bellum exorſis, atrox dimicatio inſtabat. itaque ad curam ſum-
mae rerum quieta plebe, tribuniſque eius, nihil controuerſiae fuit, quin conſules crearen-
AN. 317. tur M. Geganius Macerinus tertium, & L. Sergius, Fidenas, a bello credo, quod deinde
geſsit, appellatus. hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium ſecundo proelio cõ-
flixit, nec incruentam uictoriam retulit. Maior itaque ex ciuibus amiſſis dolor, quam lae-
titia fuſis hoſtibus, fuit. & ſenatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mam. Aemilium
iuſsit. is magiſtrum equitum ex collegio prioris anni, quo ſimul tribuni militum conſula-
ri poteſtate fuerant, L. Quinctium Cincinnatum dignum parente iuuenem dixit. Ad K
delectum a conſulibus habitum centuriones ueteres belli periti adiecti: & numerus amiſ-
ſorum proxima pugna expletus. Legatos, Quinctium Capitolinum, & M. Fabium Vibu-
lanum ſequi ſe dictator iuſsit. Cum poteſtas maior, tum uir quoque poteſtati par, hoſtes
ex agro Romano trans Anienem ſubmouere: colleſque inter Fidenas atque Anienem
ceperunt, referentes caſtra: nec ante in campos degreſsi ſunt, quam legiones auxilio Fa-
liſcorum uenerunt. tum demum caſtra Etruſcorum pro moenibus Fidenarum poſita. Et
dictator Romanus haud procul inde ad confluentes conſedit, in utriuſque ripis amnis,
qua ſequi munimento poterat, uallo interpoſito. poſtero die in aciem eduxit. Inter ho-
ſtes uariae fuere ſententiae. Faliſcus procul ab domo militiam aegre patiens, ſatiſq. fi-
dens ſibi, poſcere pugnam: Veienti Fidenatique plus ſpei in trahendo bello eſſe. To-
lumnius, quamquam ſuorum magis placebant conſilia, ne longinquam militiam pateren-

tur

A tur Faliſci, poſtero die ſe pugnaturum edicit. dictatori ac Romanis, quod detrectaſſet pugnam hoſtis, animi acceſſere, poſteroq. die iam militibus caſtra urbemq. ſe oppugnaturos frementibus, ni copia pugnae fiat, utrimque acies inter bina caſtra in medium campi procedunt. Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit. Trium populorum exercitus ita ſtetit inſtructus, ut dextrum cornu Veientes, ſiniſtrum Faliſci tenerent, medij Fidenates eſſent. Dictator dextro cornu aduerſus Faliſcos, ſiniſtro contra Veientem Capitolinus Quinctius intulit ſigna: ante mediam aciem cum equitatu magiſter equitum proceſſit. Parumper ſilentium & quies fuit; nec Etruſcis, niſi cogerentur, pugnam inituris; & dictatore arcem Romanam reſpectante, ut ab auguribus, ſimul aues rite admiſiſſent, ex compoſito tolleretur ſignum. quod ubi conſpexit, primos equites clamore ſublato in hoſtem emiſit. ſecuta pe-

B ditum acies ingenti ui conflixit. nulla parte legiones Etruſcae ſuſtinuere impetum Romanorum. eques maxime reſiſtebat. equitumq. longe fortiſſimus ipſe rex ab omni parte effuſe ſequentibus obequitans Romanis, trahebat certamen. Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius Coſſus, eximia pulchritudine corporis, animo ac uiribus par, memorq. generis, quod ampliſſimum acceptum, maius auctiusq. reliquit poſteris. Is cum ad impetum Tolumnij, quacumque ſe intendiſſet, trepidantes Romanas uideret turmas, inſignemq. eum regio habitu uolitantem tota acie cognouiſſet: Hiccine eſt, inquit, ruptor foederis humani, uiolatorq. gentium iuris? iam ego hanc mactatam uictimam (ſi modo ſancti quidquam in terris eſſe dij uolunt) legatorum manibus dabo. Calcaribus ſubditis, infeſta cuſpide in unum fertur hoſtem. quem cum ictum equo deieciſſet, confeſtim & ipſe haſta innixus ſe in pedes excipit. aſſurgentem ibi regem umbone reſupinat,

C repetitumq. ſaepius cuſpide ad terram affixit. tum exſangui detracta ſpolia, caputq. abſciſſum uictor ſpiculo gerens, terrore caeſi regis hoſtes fundit. ita equitũ quoque fuſa acies, quae una fecerat anceps certamen. Dictator fugatis legionibus inſtat; & ad caſtra compulſos caedit. Fidenatium plurimi locorum notitia effugere in montes. Coſſus Tiberim cum equitatu tranſuectus, ex agro Veientano ingentem detulit praedam ad urbem. Inter proelium, & ad caſtra Romana pugnatũ eſt aduerſus partem copiarum ab Tolumnio, ut ante dictum eſt, ad caſtra miſſam. Fabius Vibulanus corona primum uallum defendit: intentos deinde hoſtes in uallum, egreſſus dextra principali cum triarijs repente inuadit. quo pauore iniecto, caedes minor, quia pauciores erant; fuga non minus trepida, quam in acie fuit. Omnibus locis re bene geſta, dictator ſenatuſconſulto, iuſſuque populi triumphans in urbem redijt. longe maximum triumphi ſpectaculum fuit Coſſus ſpolia

D opima regis interfecti gerens. in eum milites carmina incondita, aequantes eum Romulo, canere. ſpolia in aede Iouis Feretrij prope Romuli ſpolia, quae opima appellata ſola ea tempeſtate erant, cum ſollemni dedicatione dono fixit. auerteratq. in ſe a curru dictatoris ciuium ora, & celebritatis eius diei fructum prope ſolus tulerat. Dictator coronam auream librae pondo, ex publica pecunia, populi iuſſu, in Capitolio Ioui donum poſuit. Omnes ante me auctores ſecutus, A. Cornelium Coſſum, tribunũ militum, ſecunda ſpolia opima Iouis Feretrij templo intuliſſe, expoſui. Ceterum, praeterquam quod ea rite opima ſpolia habentur, quae dux duci detraxerit, nec ducem nouimus, niſi cuius auſpicio bellum geritur; titulus ipſe ſpolijs inſcriptus, illos, meq. arguit, conſulem ea Coſſum cepiſſe. Hoc ego cum Auguſtum Caeſarem, templorum omnium conditorem, aut reſtitutorem, ingreſſum aedem Feretrij Iouis, quam uetuſtate dilapſam refecit, ſe ipſum in tho-

E race linteo ſcriptum legiſſe audiſſem; prope ſacrilegium ratus ſum, Coſſo ſpoliorum ſuorum, Caeſarem ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem. qui ſi ea in re ſit error, quod tam ueteres annales, quodq. magiſtratuum libri, quos linteos in aede repoſitos Monetae Macer Licinius citat identidem auctores, nono poſt demum anno cum T. Quinctio Penno A. Cornelium conſulem habeant: exiſtimatio communis omnibus eſt. nam & illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri poſſit, quod imbelle triennium ferme peſtilentia, inopiaque frugum circa A. Cornelium conſulem fuit: adeo, ut quidam annales, uelut funeſti, nihil praeter nomina conſulũ ſuggerant. tertius ab conſulatu Coſſi annus tribunum eum militum conſulari poteſtate habet: eodem anno magiſtrum equitum, quo in imperio alteram inſignem edidit pugnam equeſtrem. ea libera coniectura

eſt.

eſt.ſed,ut ego arbitror,uana uerſare in omnes opiniones licet:cum auctor pugnae, recen- F
tibus ſpolijs in ſacra ſede poſitis,Iouem prope ipſum,cui uota erant,Romulumq.intuens,
haud ſpernendos falſi tituli teſtes, ſeſe A. Cornelium Coſſum conſulem ſcripſerit. M.
An.318. Cornelio Maluginenſe, L. Papirio Craſſo conſulibus, exercitus in agrum Veientem ac
Faliſcum ducti: praedae abactae hominum,pecorumque: hoſtis in agris nuſquam inuen-
tus,neque pugnandi copia facta.urbes tamen non oppugnatae: quia peſtilentia populum
inuaſit.Et ſeditiones domi quaeſitae ſunt,nec motae tamen,ab Sp.Maelio tribuno pl. qui
fauore nominis moturum ſe aliquid ratus,& Minucio diem dixerat;& rogationem de pu-
blicandis bonis Seruilij Ahalae tulerat; falſis criminibus a Minucio circumuentum Mae
lium arguens, Seruilio caedem ciuis indemnati obijciens.quae uaniora ad populum ipſo
auctore fuere. Ceterum magis uis morbi ingraueſcens curae erat,terroreſq.ac prodigia,
maxime quod crebris motibus terrae ruere in agris nunciabantur tecta. obſecratio ita- G
An.319. que a populo,duumuiris praeeuntibus,eſt facta. Peſtilentior inde annus C. Iulio iterum,
i. solitudinis & L.Virginio conſulibus,tantum metum uaſtitatis in urbe agriſq.fecit,ut non modo prae
dandi cauſſa quiſquam ex agro Romano non exiret, belliue inferendi memoria patribus
aut plebi eſſet: ſed ultro Fidenates, qui ſe primo aut opido, aut montibus, aut muris te-
nuerant,populabundi deſcenderent in agrum Romanum. deinde, Veientium exercitu ac
cito,(nam Faliſci perpelli ad inſtaurandum bellum, neque clade Romanorum, neque ſo-
ciorum precibus potuere)duo populi tranſiere Anienem:atque haud procul Collina por-
ta ſigna habuere.trepidatum itaque non in agris magis, quam in urbe eſt. Iulius conſul in
aggere muriſq.explicat copias.a Virginio ſenatus in aede Quirini conſulitur. dictatorem
dici Q.Seruilium placet; cui Priſco alij, alij Structo fuiſſe cognomen tradunt. Virginius,
dum collegam conſuleret,moratus,permittente eo,nocte dictatorem dixit. is ſibi magi- H
ſtrum equitum Poſtumum Aebutium Heluam dicit. dictator omnes luce prima extra
portam Collinam adeſſe iubet. quibuſcumque uires ſuppetebant ad arma ferenda, prae-
ut ſto fuere: ſigna ex aerario prompta ferunt ad dictatorem.quae cum agerētur,hoſtes in lo
ca altiora conceſſere. eo dictator agmine infeſto ſubit: nec procul Nomento ſignis col-
latis fudit Etruſcas legiones: compulit inde in urbem Fidenas, ualloq. circumdedit. ſed
neque ſcalis capi poterat urbs alta, & munita: neque in obſidione uis ulla erat: quia fru-
mentum non neceſſitati modo ſatis, ſed copiae quoque abunde ex ante conuecto ſufficie
bat.ita,expugnandi pariter,cogendiq.ad deditionem ſpe amiſſa, dictator in locis propter
propinquitatem notis, ab auerſa parte urbis maxime neglecta, quia ſuapte natura tutiſſi-
ma erat, agere in arcem cuniculum inſtituit. ipſe diuerſiſſimis locis ſubeundo ad moenia,
quadrifariam diuiſo exercitu, qui alij alijs ſuccederent ad pugnam, continenti die ac no- I
cte proelio ab ſenſu operis hoſtes auertebat: donec perfoſſo a caſtris monte, erecta in ar-
cem uia eſt. intentiſq. Etruſcis ad uanas a certo periculo minas, clamor ſupra caput ho-
ſtilis captam urbem oſtendit. Eo anno C. Furius Pacilus, & M. Geganius Macerinus
Villa publica cenſores uillam publicam in campo Martio probauerunt: ibiq. primum cenſus populi eſt
actus. Eoſdem conſules inſequenti anno refectos, Iulium tertium, Virginium iterum,
An.320. apud Macrum Licinium inuenio. Valerius Antias, & Q. Tubero, M. Manlium, & Q.
Sulpicium conſules in eum annum edunt. ceterum in tam diſcrepanti editione & Tube-
ro & Macer libros linteos auctores profitentur: neuter tribunos militum eo anno fuiſſe,
traditum a ſcriptoribus antiquis,diſſimulat. Licinio libros haud dubie ſequi linteos pla-
cet; Tubero incertus ueri eſt.ſed inter cetera uetuſtate incomperta, hoc quoque in in-
certo poſitum. Trepidatum in Etruria eſt poſt Fidenas captas,nō Veientibus ſolum exter- K
ritis metu ſimilis excidij,ſed etiam Faliſcis,memoria initi primo cum ijs belli:quamquam
Etruria in XII ciuitates diuisa erat rebellantibus non affuerant. Igitur cum duae ciuitates, legatis circa XII. populos miſ-
ſis,impetraſſent, ut ad Voltumnae fanum indiceretur omni Etruriae concilium; uelut ma
Quidam putant fuisse ubi nunc est Viterbium gno inde tumultu imminente, ſenatus Mam. Aemilium dictatorem iterum dici iuſſit.
Ab eo A. Poſtumius Tubertus magiſter equitum eſt dictus. bellumque tanto maiore
quam proximo conatu apparatum eſt, quanto plus erat ab omni Etruria periculi, quam
ab duobus populis fuerat. Ea res aliquanto exſpectatione omnium tranquillior fuit. ita-
que cum renunciatum a mercatoribus eſſet, negata Veientibus auxilia, iuſſoſq. ſuo con-
ſilio bellum initum ſuis uiribus exſequi; nec aduerſarum rerum quaerere ſocios,cum qui-
bus ſpem

A bus ſpem integrā communicati nō ſint: tum dictator, ne nequidquam creatus eſſet, materia quaerēdae bello gloriae adempta, in pace aliquid operis edere, quod monumentum eſſet dictaturae, cupiens, cenſuram minuere parat, ſeu nimiam poteſtatem ratus, ſeu non tam magnitudine honoris, quam diuturnitate offenſus. concione itaque aduocata, remp. foris gerendam ait, tutaq. omnia praeſtanda deos immortales ſuſcepiſſe: ſe, quod intra muros agendum eſſet, libertati populi R. conſulturum: maximam autem eius cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non eſſent; & temporis modus imponeretur, quibus iuris imponi non poſſet: alios magiſtratus annuos eſſe; quinquennalem cenſuram, grauem eſſe: iiſdem per tot annos magna parte uitae obnoxios uiuere: ſe legem laturum, ne plus quam annua ac ſemeſtris cenſura eſſet. Conſenſu ingenti populi legem poſtero die pertulit. Et ut re ipſa, inquit, ſciatis Quirites, quam mihi diuturna non placeant imperia;

B dictatura me abdico. Depoſito ſuo magiſtratu, modo aliquem magiſtratui impoſito, fine alteri, cum gratulatione ac fauore ingenti populi domum eſt reductus. Cenſores aegre paſſi, Mamercum, quod magiſtratum populi R. minuiſſet, tribu mouerunt, octuplicatoq. cenſu aerarium fecerunt. quam rem ipſum ingenti animo tuliſſe ferunt, cauſſam potius ignominiae intuentem, quam ignominiam: primores patrum, quamquam deminutū cenſurae ius noluiſſent, exēplo acerbitatis cenſoriae offenſos: quippe cum ſe quiſque diutius ac ſaepius ſubiectum cenſoribus fore cerneret, quam cenſuram geſturum. populi certe tanta indignatio coorta dicitur, ut uis a cenſoribus nullius auctoritate, praeterquam ipſius Mamerci, deterreri quiuerit. Tribuni plebis, aſſiduis concionibus prohibendo conſularia comitia, cum res prope ad interregnum perducta eſſet; euicere tandem, ut tribuni militum conſulari poteſtate crearentur. uictoriae praemium, quod petebatur, ut plebeius

C crearetur, nullum fuit: omnes patricij creati ſunt, M. Fabius Vibulanus, M. Foſlius, L. AN. 321.
Sergius Fidenas. Peſtilentia eo anno aliarum rerum otium praebuit. aedes Apollini pro ualetudine populi uota eſt. multa duumuiri ex libris, placandae deum irae, auertēdaeq. a populo peſtis cauſſa, fecere. magna tamen clades in urbe agriſque, promiſcue hominum pecorumq. pernicie, accepta. famem cultoribus agrorum timentes, in Etruriam, Pomptinumq. agrum, & Cumas, poſtremo in Siciliam quoque frumenti cauſſa miſere. Conſularium comitiorum nulla mentio habita eſt. tribuni militum conſulari poteſtate omnes patricij creati ſunt, L. Pinarius Mamercus, L. Furius Medullinus, Sp. Poſtumius Albus. AN. 322.
Eo anno uis morbi leuata: neque a paenuria frumenti, quia ante prouiſum erat, periculum fuit. Conſilia ad mouenda bella in Volſcorum Aequorumq. concilijs, & in Etruria ad fanum Voltumnae agitata. ibi prolatae in annum res: decretoq. cautum, ne quod ante cō-

D cilium fieret; nequidquam Veiente populo quaerente eandē, qua Fidenae deletae ſint, imminere Veijs fortunam. Interim Romae principes plebis iamdiu nequidquam imminentes ſpei maioris honoris, dum foris otium eſſet, coetus indicere in domos tribunorum plebis: ibi ſecreta conſilia agitare: queri ſe a plebe adeo ſpretos, ut, cum per tot annos tribuni militum conſulari poteſtate creentur, nulli umquam plebeio ad eum honorē aditus fuerit: multum prouidiſſe ſuos maiores, qui cauerint, ne cui patricio plebeij magiſtratus paterent: alioquin patricios habendos fuiſſe tribunos plebi: adeo ſe ſuis etiam ſordere, nec a plebe minus, quam a patribus contemni. Alij purgare plebem: culpam in patres uertere: eorum ambitione artibusq. fieri, ut obſaeptum plebi ſit ad honorem iter: ſi plebi reſpirare ab eorum miſtis precibus minisq. liceat, memorem eam ſuorum inituram ſuffragia eſſe, & parto auxilio imperium quoque adſcituram. Placet, tollendae ambitio-

E nis cauſſa, tribunos legem promulgare, ne cui album in ueſtimentū addere petitionis cauſſa liceret. parua nunc res, & uix ſerio agenda uideri poſſit, quae tunc ingenti certamine patres ac plebem accendit. uicere tamen tribuni, ut legem perferrent: apparebatque irritatis animis, plebem ad ſuos ſtudia inclinaturam. quae ne libera eſſent, ſenatuſconſultum factum eſt, ut conſularia comitia haberentur. tumultus cauſſa fuit, quem ab Aequis & Volſcis Latini, atque Hernici nunciarant. T. Quinctius, L. F. Cincinnatus, (eidem & AN. 323.
Penno cognomen additur) & C. Iulius Mento conſules facti. nec ultra terror belli eſt dilatus. Lege ſacrata, quae maxima apud eos uis cogendae militiae erat, delectu habito,

F utrimque ualidi exercitus profecti in Algidum conuenere. ibiq. ſeorſum Aequi, ſeorſum Volſci caſtra communiuere: intentiorque, quam umquam ante, muniendi, exercendique

militem

militem cura ducibus erat. eo plus nuncij terroris Romam attulere. Senatui dictato- F
rem dici placuit: quia etſi ſaepe uicti populi, maiore tamen conatu, quam alias umquam,
rebellarant: & aliquantum Romanae iuuentutis morbo abſumptum erat. ante omnia
priuata conſulum diſcordia, quae inter ipſos erat, & certamina in conſilijs omnibus terre-
bant. Sunt qui male pugnatum ab his conſulibus in Algido auctores ſint, eamque cauſ-
ſam dictatoris creandi fuiſſe. illud ſatis conſtat, ad alia diſcordes, in uno aduerſus patrum
uoluntatem conſenſiſſe, ne dicerent dictatorem: donec, cum alia alijs terribiliora afferren-
tur, nec in auctoritate ſenatus conſules eſſent, Q. Seruilius Priſcus ſummis honoribus
egregie uſus, Vos, inquit, tribuni plebis, quoniam ad extrema uentum eſt, ſenatus appel-
lat, ut in tanto diſcrimine reip. dictatorem dicere conſules pro poteſtate ueſtra cogatis.
Qua uoce audita, occaſionem oblatam rati tribuni augendae poteſtatis, ſecedunt; proq.
collegio pronunciant, placere, conſules ſenatui dicto audientes eſſe: ſi aduerſus conſen- G
ſum ampliſſimi ordinis ultra tendant, in uincula ſe duci eos iuſſuros. Conſules ab tribu-
nis, quam ab ſenatu, uinci maluerunt: proditum a patribus ſummi imperij ius, datumque
ſub iugum tribuniciae poteſtati conſulatum memorantes, ſi quidem cogi aliquando pro
poteſtate ab tribuno conſules, & (quo quid ulterius priuato timendum foret?) in uincu-
la etiam duci poſſent. Sors, ut dictatorem diceret, (nam ne id quidem inter collegas con-
uenerat) T. Quinctio euenit. is A. Poſtumium Tubertum, ſocerum ſuum, ſeueriſſimi im-
perij uirum, dictatorem dixit. ab eo L. Iulius magiſter equitum eſt dictus. ſimul edicitur
& iuſtitium: neque aliud tota urbe agi, quam bellum apparari. cognitio uacantium mili-
tiae munere poſt bellum differtur. ita dubij quoque inclinat ad nomina danda. & Her-
nicis Latinisq. milites imperati. utrimque enixe obeditum dictatori eſt. Haec omnia ce-
leritate ingenti acta: relictoq. C. Iulio conſule ad praeſidium urbis, & L. Iulio magiſtro H
equitum ad ſubita belli miniſteria, ne qua res, qua eguiſſent in caſtris, moraretur; dicta-
tor, praeeunte A. Cornelio pontifice maximo, Ludos magnos tumultus cauſſa uouit: pro-
fectusq. ab urbe, diuiſo cum Quinctio conſule exercitu, ad hoſtes peruenit. Sicut bina
caſtra hoſtium paruo inter ſe ſpatio diſtantia uiderant, ipſi quoque mille ferme paſſus ab
hoſte, dictator Tuſculo, conſul Lanuuio, propiorem locum caſtris ceperunt. ita quattuor
exercitus totidem munimenta, planiciem in medio non paruis modo excurſionibus ad
proelia, ſed uel ad explicandas utrimque acies ſatis patentem habebant. Nec, ex quo ca-
ſtris caſtra collata ſunt, ceſſatum a leuibus proelijs eſt; facile patiente dictatore, conferen-
do uires, ſpem uniuerſae uictoriae, tentato paullatim euentu certaminum, ſuos praecipere.
itaque hoſtes, nulla in proelio iuſto relicta ſpe, noctu adorti caſtra conſulis, rem in caſum
ancipitis euentus committunt. clamor ſubito ortus, non conſulis modo uigiles, exerci- I
tum deinde omnem, ſed dictatorem quoque ex ſomno exciuit. ubi praeſenti ope res ege-
bant, conſul nec animo deficit, nec conſilio. pars militum portarum ſtationes firmant:
pars corona uallum cingunt. In alteris apud dictatorem caſtris quo minus tumultus eſt,
eo plus animaduertitur quid opus facto ſit. miſſum extemplo ad caſtra ſubſidium, cui Sp.
Poſtumius Albus legatus praeficitur. ipſe parte copiarũ paruo circuitu locum maxime ſe-
cretum ab tumultu petit, unde ex nec opinato auerſum hoſtem inuadat. Q. Sulpicium le-
gatum praeficit caſtris: M. Fabio legato aſſignat equites: nec ante lucem mouere iubet ma-
num, inter nocturnos tumultus moderatu difficilem. omnia, quae uel alius imperator pru-
dens & impiger in tali re praeciperet, ageretque, praecipit ordine, atque agit. illud eximiũ
conſilij animiq. ſpecimen, & neutiquam uulgatae laudis, quod ultro ad oppugnanda ca-
ſtra hoſtium, unde maiore agmine profectos exploratum fuerat, M. Geganium cum co- K
hortibus delectis miſit. qui poſtquam intentos homines in euentum periculi alieni, pro
ſe incautos neglectis uigilijs ſtationibusq. eſt adortus; prius paene cepit caſtra, quam op-
pugnari hoſtes ſatis ſcirent. inde fumo, ut conuenerat, datum ſignum ubi conſpectum ab
dictatore eſt, exclamat, capta hoſtium caſtra: nunciariq. paſſim iubet. & iam luceſcebat,
omniaq. ſub oculis erant: & Fabius cum equitatu impetum dederat: & conſul eruptio-
nem e caſtris in trepidos iam hoſtes fecerat. Dictator autem parte altera ſubſidia & ſe-
cundam aciem adortus, circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubitos circum tumul-
tus hoſti undique obiecerat uictorem peditem equitemq. Circumuenti igitur iam in me-
dio ad unum omnes poenas rebellionis dediſſent, ni Vettius Metius ex Volſcis, nobilior

uir factis

A uir factis quam genere, iam orbem uoluentes ſuos increpans clara uoce, Hic praebituri, inquit, uos telis hoſtium eſtis indefenſi, inulti? quid igitur arma habetis? aut quid ultro bellum intuliſtis? in otio tumultuoſi, in bello ſegnes. quid hic ſtantibus ſpei eſt? an deum aliquem protecturum uos, rapturumq. hinc putatis? ferro uia facienda eſt. hac, qua me praegreſſum uideritis, agite qui uiſuri domos, parentes, coniuges, liberos eſtis, ite mecum. non murus, nec uallum, ſed armati armatis obſtant: uirtute pares, neceſſitate, quae ultimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis. Haec locutus, ex ſequentemq. dicta, redintegrato clamore ſecuti, dant impreſſionem qua Poſtumius Albus cohortes obiecerat: & mouerunt uictorem; donec dictator, pedem iam referentibus ſuis, aduenit: eoq. omne proelium uerſum eſt. uni uiro Metio fortuna hoſtium innititur. multa utrimque uulnera, multa paſſim caedes eſt. iam ne duces quidem Romani incruenti pugnant. unus Poſtu-

B mius ictus ſaxo, perfracto capite acie exceſſit. non dictatorem humerus uulneratus, non Fabium prope affixum equo femur, non brachium abſciſſum conſulem ex tam ancipiti proelio ſummouit. Metium impetus perſtratos caede hoſtes cũ globo fortiſſimorum iuuenum extulit ad caſtra Volſcorum, quae nondũ capta erant. eodem omnis acies inclinatur. conſul effuſos uſque ad uallum perſecutus, ipſa caſtra uallumq. aggreditur. eodem & dictator alia parte copias admouet. non ſegnior oppugnatio eſt, quam pugna fuerat. conſulem ſignum quoque intra uallum inieciſſe ferunt, quo milites acrius ſubirent; repetendoq. ſigno primam impreſſionem factam. Et dictator, proruto uallo, iam in caſtra proelium intulerat. tum abiici arma paſſim, ac dedi hoſtes coepti; caſtriſq. & his captis, hoſtes, praeter ſenatores, omnes uenundati ſunt. praedae pars, ſua cognoſcentibus, Latinis atque Hernicis reddita: partem ſub haſta dictator uendidit: praepoſitoq. conſule caſtris,

C ipſe triumphans inuectus urbem, dictatura ſe abdicauit. Egregiae dictaturae triſtem memoriam faciunt, qui filium ab A. Poſtumio, quod, occaſione bene pugnandi captus, iniuſſu diſceſſerit praeſidio, uictorem ſecuri percuſſum tradunt. nec libet credere: & licet, in uarijs opinionibus: & argumento eſt, quod imperia Manliana, non Poſtumiana, appellata ſint: cum, qui prior auctor tam ſaeui exempli foret, occupaturus inſignem titulum crudelitatis fuerit. Imperioſo quoque Manlio cognomen inditum: Poſtumius nulla triſti nota eſt inſignitus. C. Iulius conſul aedem Apollinis abſente collega ſine ſorte dedicauit. aegre id paſſus Quinctius, cum dimiſſo exercitu in urbem rediſſet, nequidquam in ſenatu eſt conqueſtus. Inſigni magnis rebus anno additur, nihil tum ad rem Romanam pertinere uiſum, quod Carthaginienſes, tanti hoſtes futuri, tum primum per ſeditiones Siculorum ad par-

D tis alterius auxilium in Siciliam exercitum traiecere. Agitatum in urbe ab tribunis plebis, ut tribuni militum conſulari poteſtate crearentur: nec obtineri potuit. Conſules fiunt L. Papirius Craſſus, L. Iulius. AN. 324 Aequorum legati foedus ab ſenatu cum petiſſent, & pro foedere deditio oſtentaretur, inducias annorum octo impetrauerunt. Volſcorum res, ſuper acceptam in Algido cladem, pertinaci certamine inter pacis belliq. auctores in iurgia & ſeditiones uerſa. Vndique otium fuit Romanis. Legem de multarum aeſtimatione pergratam populo, cum ab tribunis parari conſules unius ex collegio proditione excepiſſent, ipſi praeoccupauerunt ferre. Conſules L. Sergius Fidenas iterum, Hoſtus Lucretius Tricipitinus. AN. 325. Nihil dignum dictu actum his conſulibus. Secuti eos conſules, A. Cornelius Coſſus, T. Quinctius Pennus iterum. AN. 326. Veientes in agrum Romanum excurſiones fecerunt. Fama fuit, quoſdam ex Fidenatium iuuentute participes eius

E populationis fuiſſe: cognitioq. eius rei L. Sergio, & Q. Seruilio, & Mam. Aemilio permiſſa. Quidam Oſtiam relegati; quod, cur per eos dies a Fidenis abfuiſſent, parum conſtabat. colonorum additus numerus, agerq. ijs bello interemptorum aſſignatus. Siccitate eo anno plurimum laboratum eſt: nec caeleſtes modo defuerunt aquae, ſed terra quoque ingenito humore egens, uix ad perennes ſuffecit amnes. defectus alibi aquarum circa torridos fontes, riuoſque, ſtragem ſiti pecorum morientium dedit: ſcabie alia abſumpta: uulgatique contactu in homines morbi: & primo in agreſtes ingruerant, ſeruitiaque: urbs deinde impletur: nec corpora modo affecta tabo, ſed animos quoque multiplex religio, & pleraque externa inuaſit: nouos ritus ſacrificandi, uaticinando inferentibus in domos, quibus quaeſtui ſunt capti ſuperſtitione animi: donec publicus iã pudor ad primores ciuitatis peruenit, cernẽtes in omnibus uicis ſacelliſq. peregrina, atque inſolita piacula pacis

deum expoſcēdae. datum inde negotium aedilibus, ut animaduerterēt, ne qui, niſi Roma- F
ni dij, neu quo alio more quam patrio colerentur. Irae aduerſus Veientes in inſequentem
AN. 327. annum C. Seruilio Ahala, L. Papirio Mugillano conſulibus, dilatae ſunt. tunc quoque ne
confeſtim bellum indiceretur, neue exercitus mitterentur, religio obſtitit: fetiales prius
mittendos ad res repetendas cenſuere. Cum Veientibus nuper acie dimicatum ad No-
mentum & Fidenas fuerat: indutiaeq. inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante
diem rebellauerant. miſſi tamen fetiales: nec eorum, cum more patrum iurati repeterent
res, uerba ſunt audita. Controuerſia inde fuit, utrum populi iuſſu indiceretur bellum, an
ſatis eſſet, ſenatuſconſulto. Peruicere tribuni, denunciando impedituros ſe delectum,
ut conſules de bello ad populum ferrent. omnes centuriae iuſſere. in eo quoque plebs
ſuperior fuit, quod tenuit ne conſules in proximum annum crearentur. Tribuni mili-
tum conſulari poteſtate quattuor creati ſunt, T. Quinctius Pennus ex conſulatu, C. Fu- G
AN. 328. rius, M. Poſtumius, A. Cornelius Coſſus. ex ijs Coſſus praefuit urbi. tres delectu habi-
to profecti ſunt Veios: documentoque fuere, complurium imperium bello inutile eſſe.
Tendendo ad ſua quiſque conſilia, cum aliud alij uideretur, aperuerunt ad occaſionem lo-
cum hoſti. incertam namque aciem, ſignum alijs dari receptui, alijs cani iubentibus, inua-
ſere opportune Veientes: caſtra propinqua turbatos, ac terga dantes accepere. plus ita-
que ignominiae, quam cladis eſt acceptum. Maeſta ciuitas fuit, uinci inſueta: odiſſe tribu-
nos, poſcere dictatorē. in eo eſſe ſpes ciuitatis. & cū ibi quoq. religio obſtaret, ne non
poſſet niſi ab conſule dici dictator, augures conſulti eā religionem exemere. A. Cornelius
dictatorē Mam. Aemiliū dixit: & ipſe ab eo magiſter equitū eſt dictus. Adeo ſimul fortuna
ciuitatis uirtute uera eguit. Nihil cenſoria animaduerſio effecerat, quo minus regimē re-
rum ex notata indigne domo peteretur. Veientes re ſecunda elati, miſſis circum Etruriae H
populos legatis, iactando tres duces Romanos ab ſe uno proelio fuſos, cū tamen nullā pu-
blici cōſilij ſocietatē mouiſſent, uoluntarios undiq. ad ſpem praedae adſciuerunt. Vni Fide-
natiū populo rebellare placuit: atque, tamquā niſi ab ſcelere bellū ordiri nefas eſſet, ſicut
legatorū antea, ita tū nouorū colonorū caede imbutis armis, Veientibus ſeſe coniungunt.
Conſultare inde principes duorū populorū, Veios, an Fidenas ſedem belli caperent. Fide-
nae uiſae opportuniores. itaque, traiecto Tiberi, Veientes Fidenas tranſtulerunt bellū. Ro-
mae terror ingens erat. Accito exercitu ab Veijs, eoq. ipſo ab re male geſta perculſo, ca-
ſtra locantur ante portam Collinam, & in muris armati diſpoſiti, & iuſtitium in foro, ta-
bernaeq. clauſae: fiuntq. omnia caſtris quam urbi ſimiliora. tum trepidam ciuitatem, prae-
conibus per uicos dimiſſis, dictator ad concionem aduocatam increpuit, quod animos ex
tam leuibus fortunae momentis ſuſpenſos gererent, ut, parua iactura accepta, quae ipſa I
non uirtute hoſtium, nec ignauia Romani exercitus, ſed diſcordia imperatorum accepta
ſit, Veientem hoſtem toties uictum pertimeſcant: Fidenasq. prope ſaepius captas, quam
oppugnatas: eoſdem & Romanos & hoſtes eſſe, qui per tot ſaecula fuerint: eoſdem ani-
mos, eaſdē corporis uires: eadem arma gerere. ſe quoque eundem dictatorem Mam. Ae-
milium eſſe, qui ante Veientium Fidenatiumq. adiunctis Faliſcis ad Nomentum exercitus
fuderit: & magiſtrum equitū A. Cornelium eundem in acie fore, qui priore bello tribu-
nus militum, Larte Tolumnio, rege Veientiū, in conſpectu duorum exercituū occiſo, ſpo-
lia opima Iouis Feretrij templo intulerit: proinde memores, ſecum triumphos, ſecum ſpo-
lia, ſecum uictoriam eſſe, cum hoſtibus ſcelus legatorum contra ius gentium interfecto-
rum, caedem in pace Fidenatium colonorum, indutias ruptas, ſeptimā infelicem defectio-
nem, arma caperent: ſimul caſtra caſtris coniunxiſſent, ſatis confidere, nec ſceleratiſſimis K
hoſtibus diuturnum ex ignominia exercitus Romani gaudium fore: & populum R. intel-
lecturū, quanto melius de rep. meriti ſint, qui ſe dictatorem tertium dixerint, quam eos,
qui ob ereptū cenſurae regnū, labē ſecundae dictaturae ſuae impoſuerint. Votis deniq. nū-
cupatis profectus, ∞ & D paſſus citra Fidenas caſtra locat, dextra montibus, laeua Tiberi
amne ſaeptus. T. Quinctium Pennum legatum occupare montes iubet: occultūq. id iugum
capere, quod ab tergo hoſtibus foret. ipſe poſtero die, cum Etruſci pleni animorum ab pri-
ſtini diei meliore occaſione quam pugna, in aciem proceſſiſſent: cunctatus parumper, dum
ſpeculatores referrent Quinctiū euaſiſſe in iugū propinquū arci Fidenarum, ſigna profert a
peditumq. aciē inſtructam pleno gradu in hoſtē inducit: magiſtro equitū praecipit, ne in-

iuſſu

A iuſſu pugnam incipiat: ſe, cum opus ſit, equeſtri auxilio ſignum daturum: tum ut memor regiae pugnae, memor opimi doni, Romuliq; ac Iouis Feretrij, rem gereret. Legiones impetu ingenti confligunt. Romanus odio accenſus, impium Fidenatem, praedonem Veientem, ruptores indutiarum, cruentos legatorum infanda caede, reſperſos ſanguine colonorum ſuorum, perfidos ſocios, imbelles hoſtes compellans, factis ſimul dictisque odium explet. Concuſſerat primo ſtatim congreſſu hoſtem: cum repente, patefactis Fidenarum portis, noua erupit acies, inaudita ante id tépus, inuſitataque. ignibus armata ingens multitudo, facibusq. ardentibus tota collucens, uelut phanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit; formaq. inſolitae pugnae Romanos parumper exterruit. Tum dictator magiſtro equitum, equitibusq., tum ex montibus Quinctio accito, proeliũ ciens, ipſe in ſiniſtro cornu, quod incendio ſimilius quam proelio territum ceſſerat flammis, accurrit: claraq. uo-

B ce, Fumo ne uicti, inquit, uelut examen apum, loco ueſtro exacti, inermi cedetis hoſti? non ferro exſtinguetis ignes? non faces has ipſas pro ſe quiſque, ſi igni non telis pugnandum eſt, ereptas ultro inferetis? agite nominis Romani, ac uirtutis patrum ueſtraeq. memores, uertite incendium hoc in hoſtium urbem; & ſuis flammis delete Fidenas, quas ueſtris beneficijs placare non potuiſtis. legatorum hoc uos ueſtrorũ, colonorumq. ſanguis, uaſtatique fines monent. Ad imperium dictatoris mota cuncta acies: faces partim emiſſae excipiuntur, partim ui eripiuntur: utraque acies armatur igni. Magiſter equitum & ipſe nouat pugnã equeſtrem. frenos ut detrahant equis, imperat: & ipſe princeps calcaribus ſubditis euectus effreni equo, in medios ignes infertur: & alij cócitati equi libero curſu ferunt equité in hoſtem. puluis elatus, miſtusq. fumo, lucé ex oculis uirorũ equorumq. aufert. ea quae milité terruerat ſpecies, nihil terruit equos. Ruinae igitur ſimilé ſtragem eques qua-

C cumque peruaſit, dedit. Clamor deinde accidit nouus: qui cum utramque mirabundã in ſe aciem uertiſſet, dictator exclamat; Quinctium legatum & ſuos ab tergo hoſté adortos. ipſe, redintegrato clamore, infert acrius ſigna. Cum duae acies, duo diuerſa proelia circumuentos Etruſcos & a fronte & ab tergo urgerent; neque in caſtra retro, neque in mótes, unde ſe nouus hoſtis obiecerat, iter fugae eſſet; & equitem paſſim liberi frenis diſpuliſſent equi, Veientium maxima pars Tiberim effuſi petunt; Fidenatium qui ſuperſunt, ad urbem Fidenas tendunt. reſidui pauidi, fuge in mediam caedem, obtruncantur in ripis: alios in aquam compulſos, gurgites ferunt: etiam peritos nandi, laſſitudo, & uulnera, & pauor degrauant: pauci ex multis trãſnant. Alterum agmen fertur per caſtra in urbem: eadé & Romanos ſequentes impetus rapit, Quinctium maxime, & cum eo degreſſos modo de montibus, recentiſſimum ad laborem militem, quia ultimo proelio aduenerat. Hi poſtquã mi-

D ſti hoſtibus portam intrauere, in muros euadunt: ſuisq. capti opidi ſignum ex muro tollũt. quod ubi dictator conſpexit, (iam enim & ipſe in deſerta hoſtium caſtra penetrauerat) cupientem militem diſcurrere ad praedam, ſpe iniecta maioris in urbe praedae, ad portã ducit: receptusq. intra muros, in arcem, quo ruere fugientium turbam uidebat, pergit. Nec minor caedes in urbe, quam in proelio fuit; donec, abiectis armis, nihil praeter uitã petentes dictatori deduntur. urbs caſtraq. diripiuntur. Poſtero die ſingulis captiuis ab equite ad centurionem ſorte ductis, &, quorum eximia uirtus fuerat, binis, alijs ſub corona uenũdatis, exercitum uictorem, opulentumq. praeda, triumphans dictator Romam reduxit: iuſſoq. magiſtro equitum abdicare ſe magiſtratu, ipſe deinde abdicat die ſextodecimo, reddito in pace imperio, quod in bello trepidisq. rebus acceperat. Claſſi quoque ad Fidenas pugnatũ cum Veientibus, quidã in annales retulere: rem aeque difficilem, atq. incredibilem:

E nec nunc lato ſatis ad hoc amne; & tum aliquanto, ut a ueteribus accepimus, artiore: niſi in trãiectu forte fluminis prohibendo, aliquarum nauium concurſum in maius, ut fit, celebrantes naualis uictoriae uanum titulũ appetiuere. Inſequens annus tribunos militares conſulari poteſtate habuit, A. Semproniũ Atratinum, L. Quinctium Cincinnatũ, L. Furiũ Medullinum, L. Horatium Barbatum. Veientibus annorum XX indutiae datae: & Aequis triennij, cum plurium annorum petiſſent. Et ab ſeditionibus urbanis otium fuit. Annum inſequentem neque bello foris, neque domi ſeditione inſignem, ludi bello uoti celebrem & tribunorum militum apparatu, & finitimorum concurſu fecere. Tribuni conſulari poteſtate erant, Ap. Claudius Craſſus, Sp. Nautius Rutilus, L. Sergius Fidenas, Sex. Iulius Iulus, Spectaculum comitate etiam hoſpitum, ad quod publico conſenſu uenerant, adue-

AN. 329.

AN. 330.

phanaticum uocat furorem diuinitus immissum

x nox similius corrupta est.

erat

inferre pauidos fuga in mediam caedem.

uide Agellium lib. VII capite 4.

nis gratius fuit. Poſt ludos conciones ſeditioſae tribunorum plebis fuerunt, obiurgan- F
tium multitudinem, quod admiratione eorum, quos odiſſent, ſtupens, in aeterno ſe ipſa te-
neret ſeruitio: & non modo ad ſpem conſulatus in partem euocandam adſpirare non au-
deret, ſed ne in tribunis quidem militum creandis, (quae communia eſſent comitia patrū
ac plebis) aut ſui aut ſuorum meminiſſet. deſineret ergo mirari, cur nemo de commodis
plebis ageret: eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum, atque honos ſpe-
retur: nihil non aggreſſuros homines, ſi magna conatis magna praemia proponantur: ut
quidem aliquis tribunus plebis ruat caecus in certamina periculo ingenti, fructu nullo;
ex quibus pro certo habeat, patres, aduerſus quos tenderet, bello inexpiabili ſe perſecu-
turos; apud plebem, pro qua dimicauerit, nihilo ſe honoratiorem fore; neque ſperandum
neque poſtulandum eſſe. magnos animos magnis honoribus fieri. neminem ſe plebeium
contempturum, ubi contemni deſiſſent: experiendam rem denique in uno aut altero eſſe, G
ſit ne aliquis plebeius ferendo magno honori; an portento ſimile miraculoq. ſit fortem ac
ſtrenuum uirū aliquē exſiſtere ortum ex plebe: ſumma ui expugnatum eſſe, ut tribuni mi-
litum conſulari poteſtate & ex plebe crearentur: petiſſe uiros domi militiaeq. ſpectatos:
primis annis ſugillatos, repulſos, riſui patribus fuiſſe: deſiſſe poſtremo praebere ad contu-
meliam os: nec ſe uidere, cur non lex quoque abrogetur, qua id liceat, quod numquā futu-
rum ſit: minorem quippe ruborē fore in iuris iniquitate, quam ſi per indignitatē ipſorum
praetereantur. Huius generis orationes cum aſſenſu auditae, incitauere quoſdam ad petē-
dum tribunatum militum: alium alia de commodis plebis laturum ſe in magiſtratu profi-
tentem. agri publici diuidēdi, coloniarumq. deducendarū oſtētatae ſpes: & uectigali poſ-
ſeſſoribus agrorum impoſito in ſtipendium militum erogandi aeris. Captatum deinde tē-
pus ab tribunis militum, quo per diſceſſum hominum ab urbe, cum patres clandeſtina de- H
nunciatione reuocati ad diem certam eſſent, ſenatuſconſultum fieret abſentibus tribunis
plebis: ut, quoniam Volſcos in Hernicorum agros praedatum exiſſe fama eſſet, ad rem in-
ſpiciendam tribuni militū proficiſcerentur, conſulariaq. comitia haberentur. Profecti Ap.
Claudium, filium decemuiri, praefectum urbis relinquunt, impigrum iuuenem, & iam in-
de ab incunabulis imbutum odio tribunorum, plebisq. tribunis plebis nec cum abſenti-
AN. 331. bus ijs, qui ſenatuſconſultum fecerant, nec cum Appio tranſacta re, quod contenderent,
fuit. Creati conſules ſunt, C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. Peregrina
res, ſed memoria digna traditur eo anno facta: Vulturnum, Etruſcorum urbem, quae nunc
Capua in Etruria — Capua eſt, ab Samnitibus captam: Capuamq. ab duce eorum Capye, uel, quod propius
uero eſt, a campeſtri agro appellatam. cepere autem prius bello fatigatis Etruſcis, in ſo-
cietatem urbis agrorumq. accepti: deinde feſto die graues ſomno epulisq. incolas uete- I
res noui coloni nocturna caede adorti. His rebus actis, conſules ij, quos diximus, idibus
Decembribus magiſtratum occepere. Iam non ſolum qui ad id miſſi erant, retulerant im-
minere Volſcum bellum: ſed legati quoque ab Latinis & Hernicis nunciabant, non ante
umquam Volſcos, nec ducibus legendis, nec exercitus ſcribendo intentiores fuiſſe: uul-
go fremere, aut in perpetuum arma bellumq. obliuioni dāda, iugumq. accipiendum; aut
ijs, cum quibus de imperio certetur, nec uirtute, nec patiētia, nec diſciplina rei militaris ce-
dendum eſſe. Haud uana attulere: ſed nec perinde patres moti ſunt: & C. Sēpronius, cui
ea prouincia ſorte euenit, tamquā conſtantiſsimae rei fortunae fretus, quod uictoris popu-
li exercitū aduerſus uictos duxiſſet, omnia temere ac negligenter egit: adeo ut diſciplinae
Romanae plus in Volſco exercitu, quam in Romano eſſet. ergo fortuna, ut ſaepe alias, uir-
Fortuna plerumq. uirtutem ſequitur. — tutē eſt ſecuta. Primo proelio, quod ab Sempronio incaute incōſulteq. commiſſum eſt, nō K
ſubſidijs firmata acie, non equite apte locato cōcurſum eſt. clamor indicium primum fuit
quo res inclinatura eſſet, excitatior crebriorq. ab hoſte ſublatus, ab Romanis diſſonus,
impar, ſegnis, ſaepe iteratus, incerto tenore prodidit pauorem animorum, eo ferocior il-
latus hoſtis urgere ſcutis, micare gladijs: altera ex parte nutant circūſpectantibus galeae,
& incerti trepidāt, applicātq. ſe turbae: ſigna nūc reſiſtētia deſerūtur ab anteſignanis, nunc
inter ſuos manipulos recipiuntur. nondum fuga certa, nondū uictoria erat. tegi magis Ro-
manus, quam pugnare. Volſcus inferre ſigna, urgere aciē: plus caedis hoſtiū uidere, quam
fugae. Iam omnibus locis ceditur, nequidquā Sempronio conſule obiurgante atq. hortan-
te. nihil nec imperium nec maieſtas ualebat: dataq. mox terga hoſtibus forent, ni Sex.

A Tempanius, decurio equitum, labente iam re praeſenti animo ſubueniſſet. qui cum magna uoce exclamaſſet, ut equites, qui ſaluam rem uellent eſſe, ex equis deſilirent; omnium turmarum equitibus uelut ad cōſulis imperium motis, Niſi haec, inquit, armata cohors ſiſtit impetum hoſtium, actum de imperio eſt. ſequimini pro uexillo cuſpidem meam: oſtendite Romanis Volſcisque, neque equitibus uobis ullos equites, nec peditibus eſſe pedites pares. Cum clamore comprobata adhortatio eſſet, uadit alte cuſpidem gerens: quacumque incedunt, ui uiam faciunt: eo ſe inferunt obiectis parmis, ubi ſuorum plurimum laborem uident. reſtituitur omnibus locis pugna, in quae eos impetus tulit. nec dubium erat, quin, ſi tā pauci ſimul obire omnia poſſent, terga daturi hoſtes fuerint, & cum iam parte nulla ſuſtinerentur, dat ſignum Volſcus imperator, ut parmatis, nouae cohorti hoſtium, locus detur; donec impetu illati, ab ſuis excludantur. quod ubi eſt factum, intercluſi equites, nec perrumpere eadem, qua tranſierant, poſſe, ibi maxime confertis hoſtibus, qua uiā
B fecerant. & conſul, legionesq. Romanae, cum, quod tegumen modo omnis exercitus fuerat, nuſquam uiderent; ne tot fortiſſimos uiros intercluſos opprimeret hoſtis, tendunt in quemcumque caſum. diuerſi Volſci, hinc conſulem ac legiones ſuſtinere, altera fronte inſtare Tempanio, atque equitibus. qui cum ſaepe conati nequiſſent perrumpere ad ſuos, tumulo quodam occupato, in orbem ſe tutabantur, nequaquam inulti. nec pugnae finis ante noctem fuit. conſul quoque, nuſquam remiſſo certamine, dum quidquam ſuperfuit lucis, hoſtem tenuit: nox incertos diremit: tantusq. ab imprudentia euentus utraque caſtra tenuit pauor, ut relictis saucijs, & magna parte impedimentorum, ambo pro uictis exercitus ſe in montes proximos reciperent. tumulus tamen circumſeſſus ultra mediam noctem eſt: quo cum circumſedentibus nunciatum eſſet caſtra deſerta eſſe, uictos rati ſuos,
C & ipſi, qua quemque in tenebris pauor tulit, fugerunt. Tempanius metu inſidiarum ſuos ad lucem tenuit: degreſſus deinde ipſe cum paucis ſpeculatum, cum ab ſaucijs hoſtibus ſciſcitando comperiſſet caſtra Volſcorum deſerta eſſe, laetus ab tumulo ſuos deuocat, & in caſtra Romana penetrat: ubi cum uaſta deſertaq. omnia, atque eandem, quam apud hoſtes, foeditatem inueniſſet; prius quam Volſcos cognitus error reduceret, quibus poterat ſaucijs ductis ſecum, ignarus quam regionem conſul petiſſet, ad urbem proximis itineribus pergit. iam eo fama pugnae aduerſae, caſtrorumq. deſertorum perlata erat: & ante omnia deplorati erant equites non priuato magis, quam publico luctu: Fabiusq. conſul, terrore urbi quoque iniecto, ſtationem ante portas agebat; cum equites procul uiſi non ſine terrore ab dubijs quinam eſſent, mox cogniti, tantam ex metu laetitiam fecere, ut clamor urbē peruaderet gratulantiū ſaluos uictoresq. rediſſe equites; & ex maeſtis paullo an
D te domibus, quae conclamauerant ſuos, procurreretur in uias; pauidaeq. matres ac coniuges, oblitae prae gaudio decoris, obuiam agmini occurrerent, in ſuos quaeque ſimul corpore, atque animo, uix prae gaudio compotes, effuſae. Tribunis plebis, qui M. Poſtumio & T. Quinctio diem dixerant, quod ad Veios eorum opera male pugnatū eſſet, occaſio uiſa eſt per recens odium Sempronij conſulis renouandae in eos inuidiae. itaq. aduocata cōcione, cum proditam Veijs remp. eſſe ab ducibus, proditum deinde, quia illis impune fuerit, in Volſcis ab conſule exercitum, traditos ad caedem fortiſſimos equites, deſerta foede caſtra, uociferati eſſent: C. Iulius, unus ex tribunis, Tempaniū equitem uocari iuſſit: coramq. ei, Sex. Tempani, inquit, quaero de te, arbitreris ne C. Sempronium conſulem aut in tempore pugnam iniſſe, aut firmaſſe ſubſidijs aciem? aut ullo boni conſulis functum officio? & tu ne ipſe uictis legionibus Romanis, tuo conſilio equitē ad pedes deduxeris, reſtitue-
E risq. pugnam? excluſo deinde ab acie noſtra tibi, atque equitibus num aut conſul ipſe ſubuenerit, aut miſerit praeſidium? poſtero denique die ecquid praeſidij uſquam habueris? an tu cohorsq. in caſtra ueſtra uirtute perruperitis? ecquem in caſtris conſulē, ecquē exercitū inueneritis? an deſerta caſtra, relictos ſaucios milites? haec pro uirtute tua fideque, qua una hoc bello reſp. ſtetit, dicenda tibi ſunt hodie. denique ubi C. Sempronius, ubi legiones noſtrae ſint? deſertus ſis, an deſerueris conſulē, exercitumque? uicti denique ſimus, an uicerimus? Aduerſus haec Tēpanij oratio incompta fuiſſe dicitur, ceterum militariter grauis, nō ſuis uana laudibus, nō crimine alieno laeta. Quanta prudentia rei bellicae in C. Sēpronio eſſet, non militis de imperatore aeſtimationem eſſe, ſed populi R. fuiſſe, cum eum comitijs conſulem legeret. itaque ne ab ſe imperatoria conſilia, neu conſulares artes

 exquirerent,

exquirerent, quae penſitanda quoque magnis animis,atque ingenijs eſſent,ſed, quod ui- F
derit,referre poſſe: uidiſſe autem ſe prius, quam ab acie intercluderetur, conſulem in pri-
ma acie pugnantem, adhortantem, inter ſigna Romana telaq. hoſtium uerſantem: poſtea
ſe ab conſpectu ſuorum ablatum, ex ſtrepitu tamen & clamore ſenſiſſe uſque ad noctem
extractum certamen;nec ad tumulum,quem ipſe tenuerat,prae multitudine hoſtium ere-
dere perrũpi potuiſſe: exercitus ubi eſſet, ſe neſcire: arbitrari, uelut ipſe in re trepida loci
praeſidio ſe ſuosq.ſit tutatus,ſic cõſulem,ſeruandi exercitus cauſſa,loca tutiora caſtris ce-
piſſe: nec Volſcorum meliores res eſſe credere,quam populi R. fortunam, noctemque o-
mnia erroris mutui impleſſe: precantẽq.deinde,ne ſe, feſſum labore ac uulneribus, tene-
rent,cum ingenti laude non uirtutis magis,quam moderationis,dimiſſum. Cum haec age-
rentur, iam conſul uia Lauicana ad fanum Quietis erat. eo miſſa plauſtra iumentaq. alia
ab urbe,exercitum affectum proelio ac uia nocturna,excepere. paullo poſt in urbem eſt in- G
greſſus conſul, non ab ſe magis enixe amouens culpam,quam Tempanium meritis laudi-
bus ferẽs. Maeſtae ciuitati ab re male geſta,& iratae ducibus M. Poſtumius reus obiectus,
qui tribunus militum pro conſule ad Veios fuerat,decem millibus aeris grauis damnatur.
T. Quinctium collegam eius, quia & in Volſcis conſul auſpicio dictatoris Poſtumij Tu-
berti,& ad Fidenas legatus dictatoris alterius Mam. Aemilij res proſpere geſſerat, totam
culpam eius temporis in praedamnatum collegam transferentem, omnes tribus abſolue-
runt. profuiſſe ei Cincinnati patris memoria dicitur, uenerabilis uiri, & exactae iam aeta-
tis,Capitolinus Quinctius,ſuppliciter orans,ne ſe breui reliquo uitae ſpatio tam triſtẽ nũ-
cium ferre ad Cincinnatum paterentur. Plebs tribunos pl. ab ſe Sex. Tempanium, A. Sel-
lium,Sex. Antiſtium,& Sex. Pompilium fecit; quos & pro cẽturionibus ſibi praefecerant
Tempanio auctore equites. Senatus cum odio Sempronij conſulare nomen offenderet, H
tribunos militum conſulari poteſtate creari iuſſit. creati ſunt L. Manlius Capitolinus, Q.
AN. 332. Antonius Merenda, L. Papirius Mugillanus, L. Seruilius Structus. Principio ſtatim anni
L. Hortenſius tribunus plebis C. Sempronio conſuli anni prioris diem dixit. quem cum
quattuor collegae inſpectante populo R.orarent,ne imperatorem ſuum innoxium,in quo
nihil praeter fortunã reprehendi poſſet,uexaret:aegre Hortenſius pati, tentationẽ eã cre-
dens eſſe perſeuerantiae ſuae;nec precibus tribunorum,quae in ſpeciẽ modo iactẽtur,ſed
auxilio confidere reũ. itaq. modo ad eum conuerſus, ubi illi patricij ſpiritus, ubi ſubnixus
& fidens innocentiae animus eſſet,quaerebat:ſub tribunicia umbra conſularem uirum de
lituiſſe. modo ad collegas: Vos autẽ, ſi reum perago,quid acturi eſtis? an erepturi ius po-
pulo, & euerſuri tribuniciã poteſtatem [redacted]? Cum illi & de Sempronio, & de omnibus
ſummam populi R. poteſtatem eſſe dicerent, nec ſe iudicium populi tollere aut uelle aut I
poſſe;ſed ſi preces ſuae pro imperatore, qui ſibi parentis eſſet loco, non ualuiſſent, ſe ue-
ſtem cũ eo mutaturos: tum Hortenſius, non uidebit,inquit,plebs Romana ſordidatos tri-
bunos ſuos. C. Semproniũ nihil moror;quando hoc eſt in imperio conſecutus, ut tam ca-
rus eſſet militibus. Nec pietas quattuor tribunorũ, quam Hortenſij tã placabile ad iuſtas
preces ingeniũ,pariter plebi patribusque,gratior fuit. Nõ diutius fortuna Aequis indul-
ſit,qui ambiguã uictoriã Volſcorũ pro ſua amplexi fuerãt. Proximo anno N. Fabio Vibu-
AN. 333. lano, T. Quinctio,Capitolini F. Capitolino conſulibus,ductu Fabij,cui ſorte ea prouincia
euenerat,nihil dignũ memoratu actũ. Cum trepidam tantum oſtendiſſent aciem Aequi,
turpi fuga funduntur,haud magno conſulis decore. itaq.triumphus negatus; ceterum ob
Sempronianae cladis leuatã ignominiam,ut ouans urbem intraret,conceſſum eſt. Quem-
admodũ bellum minore,quam timuerant,dimicatione erat perfectum:ſic in urbe ex tran- K
quillo nec opinata moles diſcordiarũ inter plebẽ ac patres exorta eſt,coepta ab duplican-
do quaeſtorũ numero. quam rẽ,ut praeter duos urbanos quaeſtores,duo conſulibus ad mi
niſteria belli praeſto eſſent,a conſulibus relatam cum & patres ſumma ope approbaſſent:
conſulibus tribuni plebis certamen intulerunt,ut pars quaeſtorum (nam ad id tempus pa-
tricij creati erant) ex plebe fieret. aduerſus quam actionem primo & conſules & patres
ſumma ope annixi ſunt. concedendo deinde,ut,quemadmodum in tribunis conſulari po-
teſtate creandis uſi ſunt,adaeque in quaeſtoribus liberum eſſet arbitrium populi; cum pa-
rum proficerent,totam rem de augendo quaeſtorum numero omittunt. Excipiunt omiſ-
ſam tribuni.aliaeque ſubinde,inter quas & agrariae legis,ſeditioſae actiones exiſtũt:pro-

pter

Via illa incipit a porta Esquilina, quae fortassis est porta Maior.

absentes

Et ipsi rei et qui eos liberari cupiebant, veste mutata ac sordidati in publicum prodire consueverunt.

A pter quos motus cum ſenatus conſules, quam tribunos, creari mallet, neque poſſet per in-
terceſſiones tribunicias ſenatuſconſultum fieri; reſp. a conſulibus ad interregnum, neque
id ipſum (nam coire patricios tribuni prohibebant) ſine certamine ingenti, redit. Cum An.334.
pars maior inſequentis anni per nouos tribunos plebis & aliquot interreges certamini-
bus extracta eſſet: modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interre-
gem, modo interregem interpellantibus, ne ſenatuſconſultum de comitiis conſularibus
faceret: poſtremo L. Papirius Mugillanus proditus interrex, caſtigando nunc patres,
nunc tribunos plebis, deſertam omiſſamq. ab hominibus rempublicam, deorum proui-
dentia curaq. exceptam, memorabat Veientium indutijs, & cunctatione Aequorum ſta-
re: unde ſi quid increpet terroris, ſine patricio magiſtratu placere remp. opprimi? non
exercitum, non ducem ſcribendo exercitui eſſe? an bello inteſtino bellum externum pro-
B pulſaturos? quae ſi in unum conueniant, uix deorum opibus, quin obruatur Romana res,
reſiſti poſſe: quin illi remittendo de ſumma quiſque iuris, medijs copularent concordiã;
patres patiendo tribunos militum proconſules fieri; tribuni plebis non interceden-
do, quo minus quattuor quaeſtores promiſcue de plebe ac patribus libero ſuffragio popu
li fierent. Tribunicia primum comitia ſunt habita: creati tribuni conſulari poteſtate o-
mnes patricij. L. Quinctius Cincinnatus tertiũ, L. Furius Medullinus iterum, M. Man- An.335.
lius, A. Sempronius Atratinus. Hoc tribuno comitia quaeſtorum habente, petentibusq.
inter aliquot plebeios filio Antiſtij tribuni plebis, & fratre alterius tribuni plebis Sex.
Pompilij, nec poteſtas, nec ſuffragatio horum ualuit, quin, quorum patres auosq. conſu-
les uiderant, eos nobilitate praeferrent. Furere omnes tribuni plebis, ante omnes Pom-
pilius Antiſtiusq. repulſa ſuorum accenſi. Quidnam id rei eſſet? non ſuis beneficijs, non
C patrum iniurijs, non denique uſurpandi libidine, cum liceat quod ante non licuerit, ſi non
tribunum militarem, ne quaeſtorem quidem quemquam ex plebe factum: non ualuiſſe pa
tris pro filio, fratris pro fratre preces, tribunorum plebis, poteſtatis ſacroſanctae, ad auxi-
lium libertatis creatae: fraudem profecto in re eſſe; & A. Sempronium comitijs plus ar-
tis adhibuiſſe, quam fidei: eius iniuria queri ſuos honore deiectos. itaque cum in ipſum
& innocentia tutum, & magiſtratu in quo tunc erat, impetus fieri non poſſet, flexere iras
in C. Sempronium patruelem Atratini: eiq. ob ignominiam Volſci belli, adiutore colle-
ga M. Canuleio, diem dixere. ſubinde ab eiſdem tribunis mentio in ſenatu de agris diui-
dendis illata eſt: cui actioni ſemper acerrime C. Sempronius reſtiterat, ratus, id quod
erat, aut depoſitã cauſſa leuiorem futurum apud patres reum, aut perſeuerantem ſub iudi-
cij tempus plebem offenſurum. aduerſae inuidiae obijci maluit, & ſuae nocere cauſſae, quã
D publicae deeſſe: ſtetitq. in eadem ſententia, ne qua largitio ceſſura in trium gratiam tribu
norum fieret. nec tum agrum plebi, ſed ſibi inuidiam quaeri: ſe quoque ſubiturum eam
tempeſtatem forti animo; nec ſenatui tanti ſe ciuem, aut quemquam alium debere eſſe, ut
in parcendo uni, malum publicum fiat. nihilo demiſſiore animo, cum dies uenit, cauſſa ip-
ſe pro ſe dicta, nequidquam omnia expertis patribus ut mitigarent plebem, quindecim
millibus aeris damnatur. Eodem anno Poſtumia, uirgo Veſtalis, de inceſtu cauſſam dixit,
crimine innoxia: ob ſuſpicionem propter cultum amoeniorẽ, ingeniumq. liberius quam
uirginem decet, parum abhorrens famam. Ampliatam, deinde abſolutam pro collegij
ſententia pontifex maximus abſtinere iocis, coliq. ſancte potius quam ſcite iuſſit. Eodem
anno a Campanis Cumae, quam Graeci tum urbem tenebant, capiuntur. Inſequens an-
nus tribunos militum conſulari poteſtate habuit Agrippam Menenium Lanatum, P. Lu-
E cretium Tricipitinum, Sp. Nautium, C. Seruilium. Annus felicitate populi R. periculo
potius ingenti, quam clade inſignis. Seruitia, urbem ut incenderent diſtantibus locis, An.336.
coniurarunt; populoq. ad opem paſſim ferendam tectis intento, ut arcem Capitoliumq.
armati occuparent. auertit nefanda conſilia Iuppiter: indicioq. duorum comprehenſi ſon
tes, poenas dederunt. indicibus dena millia grauis aeris, quae tum diuitiae habebãtur, ex
aerario numerata, & libertas praemium fuit. Bellum inde ab Aequis reparari coeptum:
& nouos hoſtes Lauicanos conſilia cum ueteribus iungere, haud incertis auctoribus Ro-
mam eſt allatum. Aequorum iam uelut anniuerſarijs armis aſſueuerat ciuitas. Lauicos
legati miſſi, cum reſponſa inde retuliſſent dubia, quibus nec dum bellum parari, nec diu-
turnam pacem fore appareret: Tuſculanis negotium datum, aduerterent animos, nequid

noui tumultus Lauicis oriretur. Ad inſequentis anni tribunos militum conſulari pote- F
ſtate,inito magiſtratu,legati ab Tuſculo uenerunt,L.Sergium Fidenatē,M.Papirium Mu-
An.337. gillanum, C.Seruilium Priſci filium: quo dictatore Fidenae captae fuerant. nunciabant
legati,Lauicanos arma cepiſſe, & cum Aequorum exercitu depopulatos agrum Tuſcula-
num, caſtra in Algido poſuiſſe. Tum Lauicanis bellum indictum: factoq. ſenatuſcon-
ſulto,ut duo ex tribunis ad bellum proficiſcerentur,unus res Romae curaret,certamen ſu-
bito inter tribunos exortum. ſe quiſque belli ducem potiorem ferre; curam urbis, ut in-
gratam ignobilemque,aſpernari.cum parum decorum inter collegas certamen mirabun-
di patres conſpicerent, Q.Seruilius, Quando nec ordinis huius ulla, inquit, nec reip. eſt
uerecundia; patria maieſtas altercationem iſtam dirimet: filius meus extra ſortem urbi
praeerit. bellum utinam qui appetunt, conſideratius concordiusque, quam cupiunt, ge-
rant. Delectum haberi non ex toto paſſim populo placuit: decem tribus ſorte ductae G
ſunt. ex his ſcriptos iuniores duo tribuni ad bellum duxere. Coepta inter eos in urbe
certamina, cupiditate eadem imperij multo impenſius in caſtris accendi: nihil ſentire
idem,pro ſententia pugnare: ſua conſilia uelle,ſua imperia ſola rata eſſe: contemnere in-
uicem,& contemni: donec,caſtigantibus legatis, tandem ita comparatum eſt, ut alternis
diebus ſummam imperij haberent. quae cum allata Romam eſſent, dicitur Q. Seruilius,
aetate & uſu doctus, precatus ab dijs immortalibus, ne diſcordia tribunorum damnoſior
reip. eſſet,quam ad Veios fuiſſet; & uelut haud dubia clade imminente, inſtitiſſe filio, ut
milites ſcriberet, & arma pararet. nec falſus uates fuit. nam ductu L. Sergij, cuius dies
imperij erat,loco iniquo ſub hoſtium caſtris, cum, quia ſimulato metu receperat ſe hoſtis
ad uallum,ſpes uana expugnandi caſtra eo traxiſſet, repentino impetu Aequorum per ſu-
pinam uallem fuſi ſunt: multiq. in ruina maiore, quam fuga, oppreſſi, obtruncatique,ca- H
ſtraq.eo die aegre retenta,poſtero die,circumfuſis iam magna ex parte hoſtibus,per auer-
ſam portam fuga turpi deſeruntur. duces legatique, &, quod circa ſigna roboris de exer-
citu fuit, Tuſculum petiere. palati alij per agros paſſim multis itineribus, maioris, quam
accepta erat, cladis nuncij Romam contenderunt. minus trepidationis fuit, quod euen-
tus timori hominum congruens fuerat; & quod ſubſidia, quae reſpicerent in re trepida,
praeparata erant ab tribuno militum: iuſſuq. eiuſdem per minores magiſtratus ſedato in
urbe tumultu,ſpeculatores propere miſſi nunciauere, Tuſculi duces exercitumq. eſſe,ho-
ſtem caſtra loco non mouiſſe. &,quod plurimum animorum fecit, dictator ex ſenatuſcon
ſulto dictus Q. Seruilius Priſcus, uir cuius prouidentiam in rep. cum multis alijs tempe-
ſtatibus ante experta ciuitas erat, tum euentu eius belli, quod uni certamen tribunorum
ſuſpectum ante rem male geſtam fuerat; magiſtro equitum creato,a quo ipſe tribuno mi- I
litum dictator erat dictus, filio ſuo,ut tradidere quidam, (nam alij Ahalam Seruilium ma
giſtrum equitum eo anno fuiſſe ſcribunt) nouo exercitu profectus ad bellum, acciris qui
Tuſculi erant, duo millia paſſuum ab hoſte locum caſtris cepit. Tranſierat ex re bene ge-
ſta ſuperbia negligentiaq. ad Aequos,quae in Romanis ducibus fuerat. itaque primo ſta
tim proelio cum dictator equitatu immiſſo anteſignanos hoſtium turbaſſet, legioni inde
ſigna inferri propere iuſſit: ſigniferumque ex ſuis unum cunctantem occidit. tantus ar-
dor ad dimicandum fuit,ut impetum Aequi non tulerint: uictiq.acie cum fuga effuſa pe-
tiſſent caſtra,breuior tempore, certamine minor caſtrorum oppugnatio fuit, quam proe-
lium fuerat. Captis direptiſque caſtris, cum praedam dictator militi conceſſiſſet,ſecu-
tique fugientem ex caſtris hoſtem equites renunciaſſent omnes Lauicanos uictos, ma-
gnam partem Aequorum Lauicos confugiſſe: poſtero die ad Lauicos ductus exercitus: K
opidumque corona circumdatum, ſcalis captum, ac direptum eſt. Dictator exercitu ui-
ctore Romam reducto,die octauo,quam creatus erat, magiſtratu ſe abdicauit. & oppor-
tune ſenatus,prius quam ab tribunis plebis agrariae ſeditiones mētione illata de agro La
uicano diuidendo fierent, cenſuit frequens coloniam Lauicos deducendam. coloni ab
urbe mille & quingenti miſſi bina iugera acceperunt. Captis Lauicis, ac deinde tribunis
militum [illegible] conſulari poteſtate, Agrippa Menenio Lanato, & L. Seruilio Structo, &
An.338. P. Lucretio Tricipitino, iterum omnibus his, & Sp. Veturio Craſſo: & inſequenti anno
A. Sempronio Atratino tertium, & duobus iterum M. Papirio Mugillano, & Sp. Nautio
An.339. Rutilo,& Q. Fabio Vibulano. biennium tranquillae externae res, diſcordia domi ex agra

A rijs legibus fuit. Turbatores uulgi erant Spurij Mecilius quartum, & Metilius tertium tribuni pl. ambo abſentes creati. & cum rogationem promulgaſſent, ut ager ex hoſtibus captus uiritim diuideretur; magnaeq. partis nobilium eo plebiſcito publicarentur fortunae: (nec enim ferme quidquam agri, ut in urbe alieno ſolo poſita, non armis partum erat: nec, quod ueniſſet, aſsignatumue publice eſſet, praeterquam plebs habebat) atrox plebi patribusq. propoſitum uidebatur certamen: nec tribuni militum nunc in ſenatu, nunc in conſilijs priuatis principum cogendis uiam conſilij inueniebant; cum Ap. Claudius, nepos eius, qui decemuir legibus ſcribendis fuerat, minimus natu ex patrum concilio, dicitur dixiſſe, uetus ſe ac familiare conſilium domo afferre: proauum enim ſuum Ap. Claudium oſtendiſſe patribus uiam unam diſſoluendae tribuniciae poteſtatis per collegarum interceſsionem: facile homines nouos auctoritate principum de ſententia deduci, ſi B temporum interdum potius, quam maieſtatis, memor adhibeatur oratio: pro fortuna illis animos eſſe: ubi uideant collegas principes agendae rei gratiam omnem ad plebem praeoccupaſſe, nec locum in ea relictum ſibi, haud grauate acclinaturos ſe ad cauſſam ſenatus, per quam uniuerſo ordini cum primoribus ſe patrum concilient. Approbantibus cunctis, & ante omnes Q. Seruilio Priſco, quod non degeneraſſet ab ſtirpe Claudia, collaudante iuuenem, negotium datur, ut, quos quiſque poſſet ex collegio tribunorum ad interceſſionem perlicerent. Miſſo ſenatu, prenſantur ab principibus tribuni: ſuadendo, monendo, pollicendoq. gratum id ſingulis priuatim, gratum uniuerſo ſenatui fore, ſex ad interceſsionem comparauere. Poſteroq. die cum ex compoſito relatum ad ſenatum eſſet de ſeditione quam Mecilius Metiliusq. largitione peſsimi exempli concirent: eae orationes a primoribus patrum habitae ſunt, ut pro ſe quiſque iam nec conſilium ſibi ſuppetere C diceret: nec ſe ullam opem aliam cernere uſquam, praeterquam in tribunicio auxilio: in eius poteſtatis fidem circumuentam remp, tamquam priuatum inopem confugere. praeclarum ipſis poteſtatiq. eſſe, non ad uexandum ſenatum, diſcordiamq. ordinum mouendam, plus in tribunatu uirium eſſe, quam ad reſiſtendum improbis collegis. Fremitus deinde uniuerſi ſenatus ortus, cum ex omnibus partibus curiae tribuni appellarentur: tum ſilentio facto, ij qui praeparati erant gratia principum, quam rogationem a collegis promulgatam ſenatus cenſeat diſſoluendae reip. eſſe, ei ſe interceſſuros oſtendunt. Gratiae interceſſoribus ab ſenatu actae. latores rogationis, concione aduocata, proditores plebis commodorum, ac ſeruos conſularium appellantes, aliaq. truci oratione in collegas inuecti, actionem depoſuere. Duo aſsidua bella inſequens annus habuiſſet, quo P. Cornelius Coſſus, C. Valerius Potitus, Quinctius Cincinnatus, N. Fabius Vibulanus tribuni AN. 340. D militum conſulari poteſtate fuerunt: ni Veiens bellum religio principum diſtuliſſet, quorum agros Tiberis ſuper ripas effuſus maxime ruinis uillarum uaſtauit: ſimul Aequos triennio ante accepta clades prohibuit Volanis ſuae gentis populo praeſidium ferre. Excurſiones inde in confinem agrum Lauicanum factae erant, nouisque colonis bellum illatum. Quam noxam cum ſe conſenſu omnium Aequorum defenſuros ſperaſſent, deſerti ab ſuis, ne memorabili quidem bello, per obſidionem leuemque unam pugnam & opidum & fines amiſere. Tentatum ab L. Sextio tribuno pl. ut rogationem ferret, qua Volas quoque, ſicut Lauicos, coloni mitterentur: per interceſsionem collegarum, qui nullum plebiſcitum, niſi ex auctoritate ſenatus paſſuros ſe perferri oſtenderunt, diſcuſſum eſt. Volis inſequente anno receptis, coloniaque eo deducta, Aequi nouis uiribus opidum firmarunt, tribunis militum Romae conſulari poteſtate Cn. Cornelio Coſſo, L. Va- E lerio Potito, Q. Fabio Vibulano iterum, P. Poſtumio Regillenſi. AN. 341. huic bellum aduerſus Aequos permiſſum eſt, prauae mentis homini, quam uictoria magis, quam bellum, oſtendit. nam exercitu impigre ſcripto, ductoq. ad Volas, cum leuibus proelijs Aequorum animos fregiſſet, poſtremo in opidum irrupit: deinde ab hoſtibus in ciues certamen uertit: & cum inter oppugnationem praedam militis fore edixiſſet, capto opido fidem mutauit. eam magis adducor ut credam irae cauſſam exercitui fuiſſe, quam quod in urbe nuper direpta, coloniaque noua, minus praedicatione tribuni praedae fuerit. Auxit eam iram, poſtquam ab collegis acceſſitus propter ſeditiones tribunicias in urbem reuertit, audita uox eius in concione, ſtolida ac prope uaecors, qua Sextio tribuno pl. legem agrariam ferenti, ſimul, Volas quoque ut mitterentur coloni, laturum ſe dicenti: dignos

enim

enim eſſe qui armis cepiſſent, eorum urbem agrumq. Volanum eſſe: Malum quidem mi- F
litibus meis, inquit, niſi quieuerint. quod auditum, non concionem magis, quam mox
patres offendit. & tribunus pl. uir acer, nec infacundus, nactus inter aduerſarios ſuper-
bum ingenium, immodicamq. linguam, quam irritando agitandoque, in eas impelleret
uoces, quae inuidiae nó ipſi tantum, ſed cauſſae atque uniuerſo ordini eſſent, neminem
collegio tribunorum militum ſaepius, quam Poſtumium, in diſceptationem trahebat.
Tũ uero ſecundum tam ſaeuum, atque inhumanum dictum, Auditis, inquit, Quirites, ſic-
ut ſeruis, malum minantem militibus? tamen haec bellua dignior uobis tanto honore
uidebitur, quam qui uos urbe agriſq. donatos in colonias mittunt, qui ſedem ſenectuti
ueſtrae proſpiciunt, qui pro ueſtris commodis aduerſus tam crudeles ſuperboſque aduer-
ſarios depugnant. incipite demum mirari, cur pauci iam ueſtram ſuſcipiant cauſſam. quid
ut a uobis ſperent? an honores, quos aduerſarijs ueſtris potius quam populi R. propu- G
gnatoribus datis? ingemuiſtis modo, uoce huius audita. quid id refert? iam ſi ſuffragium
detur, hunc, qui malum uobis minatur, ijs, qui agros ſedeſq. ac fortunas ſtabilire uolunt,
praeferes. Perlata haec uox Poſtumij ad milites, multo in caſtris maiorem indignatio-
nem mouit. praedae ne interceptorem fraudatoremq. etiam malum minari militibus?
itaque cum fremitus aperte eſſet; & quaeſtor P. Seſtius eadem uiolentia coerceri puta-
ret ſeditionem poſſe, qua mota erat: miſſo ad uociferantem quendam militem lictore,
cum inde clamor & iurgium oriretur, ſaxo ictus turba excedit; inſuper increpante qui uul
nerauerat, habere quaeſtorem, quod imperator eſſet militibus minatus. Ad hunc tumul-
tum accitus Poſtumius, aſperiora omnia fecit acerbis quaeſtionibus, crudelibus ſuppli-
cijs. poſtremo cum modum irae nullum faceret; ad uociferationem eorum, quos necari
ſub crate iuſſerat, concurſu facto, ipſe ad intercellãtis poenam uaecors de tribunali decur- H
rit. ibi cum ſummouentes paſsim lictores centurioneſq. uexarent turbam, eo indignatio
erupit, ut tribunus militum ab exercitu ſuo lapidibus cooperiretur. quod tam atrox faci-
nus poſtquam eſt Romam nunciatum, tribunis militum de morte collegae per ſenatum
quaeſtiones decernentibus tribuni pl. intercedebant. ſed ea contentio ex certamine alio
pendebat; quod cura inceſſerat patres, ne metu quaeſtionum plebs irata, tribunos mili-
tum ex plebe crearet: tendebantq. ſumma ope, ut conſules crearentur. Cum ſenatuſcon-
ſultum fieri tribuni pl. non paterentur, ijdem intercederent conſularibus comitijs; res
ad interregnum redijt. uictoria deinde penes patres fuit. Q. Fabio Vibulano interrege
An. 342 comitia habente, conſules creati ſunt A. Cornelius Coſſus, L. Furius Medullinus. His
conſulibus principio anni ſenatuſconſultum factum eſt, ut de quaeſtione Poſtumianae cae
dis tribuni primo quoque tempore ad plebem ferrent; plebſq. praeficeret quaeſtioni quẽ I
uellet. a plebe conſenſu populi conſulibus negotium mandatur. qui ſumma moderatio-
ne ac lenitate per paucorum ſupplicium, quos ſibimet ipſos conſciſſe mortem ſatis credi-
tum eſt, tranſacta re, nequiuere tamen conſequi, ut non aegerrime id plebs ferret. iacere
tandiu irritas ſanctiones, quae de ſuis commodis ferrentur: cum interim de ſanguine ac
ſupplicio ſuo latam legem confeſtim exerceri, & tantam uim habere. Aptiſsimum tem-
pus erat, uindicatis ſeditionibus delenimentum animis Volani agri diuiſionem obijci:
quo facto minuiſſent deſideriũ agrariae legis, quae poſſeſſo per iniuriam agro publico pa-
tres pellebat. Tunc haec ipſa indignitas angebat animos, non in retinendis modo publi-
cis agris, quos ut teneret, pertinacem nobilitatem eſſe; ſed ne uacuum quidem agrum
nuper ex hoſtibus captum plebi diuidere, mox paucis, ut cetera, futurum praedae. Eodem
anno aduerſus Volſcos, populantes Hernicorum fines, legiones ductae a Furio conſule, K
cum hoſtem ibi non inueniſſent: Ferentinum, quo magna multitudo Volſcorum ſe con-
tulerat, cepere. minus praedae, quam ſperauerant, fuit: quod Volſci, poſtquam ſpes tuen
di exigua erat, ſublatis rebus nocte opidum reliquerant. poſtero die prope deſertum ca-
pitur. Hernicis ipſe ager dono datus. Annum modeſtia tribunorum quietum excepit
tribunus pl. L. Icilius, Q. Fabio Ambuſto, C. Furio Pacilo conſulibus. Is cum princi-
An. 343. pio ſtatim anni, uelut penſum nominis familiaeque, ſeditiones agrarijs legibus promul-
gandis cieret: peſtilentia coorta, minacior tamen quam pernicioſior, cogitationes homi-
num a foro certaminibuſq. publicis ad domum curamq. corporum nutriendorum auer-
tit: minuſq. eam damnoſam fuiſſe, quam ſeditio futura fuerit, credunt. Defuncta ciui-
tate

A tate plurimorum morbis, perpaucis funeribus, peſtilentem annum, inopia frugum, negle-
cto cultu agrorum, ut plerumque fit, excepit, M. Papirio, C. Nautio Rutilo conſulibus.
Iam fames, quam peſtilentia, triſtior erat: ni, dimiſſis circa omnes populos legatis, qui
Etruſcum mare, quiq. Tiberim accolunt, ad frumentum mercandum, annonae foret ſub-
uentum. ſuperbe ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumasque, legati prohibiti com-
mercio ſunt: contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adiuti. maximos commeatus ſum
mo Etruriae ſtudio Tiberis deuexit. Solitudinem in ciuitate aegra experti conſules ſunt:
cum in legationes, non plus ſingulis ſenatoribus [illegible] inuenientes, coacti ſunt binos e-
quites adijcere. Praeterquam ab morbo, annonaque nihil eo biennio inteſtini externiue
incommodi fuit. at ubi hae ſolicitudines diſceſſere, omnia quibus turbari ſolita erat ciui-
tas, domi diſcordia, foris bellum exortum. M. Aemilio, C. Valerio Potito conſulibus,
B bellum Aequi parabant: Volſcis, quamquam non publico conſilio, capeſſentibus arma,
uoluntarijs mercede ſecutis militiam. Ad quorum famam hoſtium (iam enim in Lati-
num Hernicumq. tranſcenderant agrum) delectum habentem Valerium conſulem M.
Maenius tribunus pl. legis agrariae lator, cum impediret, auxilioq. tribuni nemo inuitus ſa
cramento diceret: repente nunciatur, arcem Caruentanam ab hoſtibus occupatam eſſe.
ea ignominia accepta, cum apud patres inuidiae Maenio fuit, tum ceteris tribunis iam an-
te praeparatis interceſſoribus legis agrariae, praebuit iuſtiorē cauſſam reſiſtēdi collegae.
itaque cum res diu ducta per altercationem eſſet; conſulibus deos hominesque teſtanti-
bus, quidquid ab hoſtibus cladis ignominiaeq. aut iam acceptum eſſet, aut immineret, cul-
pam penes Maenium fore, qui delectum impediret; Maenio contra uociferante, ſi iniuſti
domini poſſeſſione agri publici cederent, ſe moram delectui non facere: decreto interpo-
C ſito nouem tribuni ſuſtulerunt certamen; pronunciaueruntque ex collegij ſententia, C.
Valerio conſuli ſe, damnum aliamq. coercitionem aduerſus interceſſionem collegae dele-
ctus cauſſa detrectantibus militiam [illegible], auxilio futuros eſſe. Hoc decreto conſul ar-
matus, cum paucis, appellantibus tribunum, collum torſiſſet: metu ceteri ſacramento di-
xere. Ductus exercitus ad Caruentanam arcem, quamquam inuiſus infeſtusque conſuli
erat: impigre primo ſtatim aduentu, deiectis, qui in praeſidio erant, arcem recepit. praeda-
tores ex praeſidio per negligentiā dilapſi, occaſionem aperuere ad inuadendum. Prae-
dae ex aſſiduis populationibus, quod omnia in locum tutum congeſta erant, fuit aliquan-
tum. uenditum ſub haſta conſul in aerarium redigere quaeſtores iuſſit: tum praedicās par
ticipem praedae fore exercitum, cum militiam non abnuiſſet. Auctae inde plebis ac mili-
tum in conſulem irae. itaque cum ex ſenatuſconſulto urbem ouans introiret, alternis in-
D conditi uerſus militari licentia iactati: quibus conſul increpitus, Maenij celebre nomen
laudibus fuit, cum ad omnem mentionem tribuni, fauor circumſtantis populi plauſuq. &
aſſenſu cum uocibus militum certaret. plusq. ea res, quam prope ſollemnis militum laſci-
uia in conſulem, curae patribus iniecit. & tamquam haud dubius inter tribunos militum
honos Maenij, ſi peteret, conſularibus comitijs eſt excluſus. Creati conſules ſunt Cn.
Cornelius Coſſus, L. Furius Medullinus iterum. Non alias aegrius plebs tulit, tribuni-
cia ſibi comitia non commiſſa. eum dolorem quaeſtorijs comitijs ſimul oſtendit, & ulta
eſt, tunc primum plebeijs quaeſtoribus creatis: ita, ut in quattuor creandis uni patricio
N. Fabio Ambuſto relinqueretur locus; tres plebeij, Q. Silius, P. Aelius, P. Pipius,
clariſſimarum familiarum iuuenibus praeferrentur. Auctores fuiſſe tam liberi populo
ſuffragij Icilios accipio, ex familia infeſtiſſima patribus, tres in eum annum tribunos pl.
E creatos, multarum magnarumque rerum molem auidiſſimo adeo populo oſtentantes,
cum affirmaſſent nihil ſe moturos, ſine quaeſtorijs quidem comitijs, quae ſola promiſcua
plebi patribusq. reliquiſſet ſenatus, ſatis animi populo eſſet ad id, quod tamdiu uellent, &
per leges liceret. Pro ingenti itaque uictoria id fuit plebi: quaeſturam namque non hono
ris ipſius finem aeſtimabant; ſed patefactus ad conſulatum ac triumphos locus nouis ho-
minibus uidebatur. Patres contra, non pro communicatis, ſed pro amiſsis honoribus
fremere: negare, ſi ea ita ſint, liberos tollendos eſſe: qui pulſi maiorum loco, cernentesq.
alios in poſſeſſione dignitatis ſuae, ſalij, flaminesq. nuſquam alio, quam ad ſacrificandum
pro populo ſine imperijs ac poteſtatibus relinquantur. Irritatis utriuſque partis animis,
cum & ſpiritus plebes ſumpſiſſet, & tres ad popularem cauſſam celeberrimi nominis ha-

beret

beret duces: patres omnia quaeſtorijs comitijs, ubi utrũque plebi liceret, ſimilia fore cer- F
nentes, tendere ad conſulum comitia, quae nondum promiſcua eſſent. Icilij contra tribu-
nos militum creandos dicere, & tandem aliquando impartiendos plebi honores. Sed
nulla erat conſularis actio, quam impediendo, id quod petebant exprimerent: cum mira
opportunitate, Volſcos & Aequos praedatum extra fines exiſſe in agrum Latinum Herni
cumque, affertur. ad quod bellum ubi ex ſenatuſconſulto conſules delectum habere oc-
cipiunt; obſtare tunc enixe tribuni, ſibi plebiq. eam fortunam oblatam memorantes.
Tres erant, & omnes acerrimi uiri, generoſiq. etiam, ut inter plebeios. duo ſinguli ſingu-
los ſibi conſules aſſeruandos aſſidua opera deſumunt: uni concionibus data nunc deti-
nenda, nunc concienda plebs. Nec delectum conſules, nec comitia, quae petebant, tribu-
ni expediebant. inclinante deinde ſe fortuna ad cauſſam plebis, nuncij ueniunt, arcem Car
uentanam, dilapſis ad praedam militibus qui in praeſidio erant, Aequos interfectis paucis G
cuſtodibus arcis inuaſiſſe: alios recurrentes in arcem, alios palantes in agris caeſos. ea ad-
uerſa ciuitati res, uires tribuniciae actioni adiecit. nequidquam enim tentati, ut tum deni
que deſiſterent impediendo bello, poſtquam nõ ceſſere nec publicae tempeſtati, nec ſuae
inuidiae, peruincunt, ut ſenatuſconſultum fiat de tribunis mil. creandis: certo tamen pa-
cto, ne cuius ratio haberetur, qui eo anno tribunus pl. eſſet: neue quis reficeretur in an-
num ſequentem tribunus pl. haud dubie Icilios denotante ſenatu, quos mercedem ſedi-
tioſi tribunatus petere conſulatum inſimulabant. Tum delectus haberi, bellumque o-
mniũ ordinum conſenſu apparari coeptum. ceterum conſules ambo profecti ſint ad ar-
cem Caruentanam, an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum diuerſi auctores fa-
ciunt. illa pro certo habenda, in quibus non diſſentiunt, ab arce Caruentana, cum diu ne
quidquam oppugnata eſſet, receſſum: Verruginem in Volſcis eodem exercitu receptam: H
populationesque & praedas & in Aequis & in Volſco agro ingentes factas. Romae ſicut
AN. 347. plebis uictoria fuit in eo, ut quae mallent comitia haberent: ita euentu comitiorum pa-
tres uicere. namque tribuni militum conſulari poteſtate contra ſpem omnium tres patri-
cij creati ſunt, C. Iulius Iulus, P. Cornelius Coſſus, C. Seruilius Ahala. Artem adhibi-
tam ferunt a patricijs, cuius eos Icilij tum quoque inſimulabant, quod turbam indigno-
rum candidatorum intermiſcendo dignis, taedio ſordium in quibuſdam inſignium, in-
ſcitum populum a plebeijs auertiſſent. Volſcos deinde & Aequos, ſeu Caruentana arx
retenta in ſpem, ſeu Verrugine amiſſum praeſidium, ad iram eum impuliſſet; fama affer-
tur, ſumma ui ad bellum coortos: caput rerum Antiates eſſe. eorum legatos, utriuſque
gentis populos circumiſſe, caſtigantes ignauiam, quod abditi intra muros, populabundos
in agris uagari Romanos priore anno, & opprimi Verruginis praeſidium paſſi eſſent. iam I
non exercitus modo armatos, ſed colonias etiam in ſuos fines mitti: nec ipſos modo Ro-
manos ſua diuiſa habere, ſed Ferentinum etiam de ſe captum Hernicis donaſſe. Ad haec
cum inflammarentur animi; ut ad quoſque uentum erat, numerus iuniorum conſcribeba-
tur. ita omnium populorum iuuentus Antium contracta, ibi caſtris hoſtem opperieban-
tur. quae ubi tumultu maiore etiam, quam res erat, nunciantur Romam: ſenatus extem-
plo (quod in rebus trepidis ultimum conſilium erat) dictatorem dici iuſſit. quam rem
aegre paſſos Iulium Corneliumq. ferunt: magnoque certamine animorum rem actam:
cum primores patrum nequidquam conqueſti non eſſe in auctoritate ſenatus tribunos
militum, poſtremo etiam tribunos plebis appellarent, & conſulibus quoque ab ea poteſta-
te uim ſuper tali re inhibitam referrent; tribuni plebis laeti diſcordia patrum, nihil eſſe in
ſe auxilij dicerent, qui non ciuium, non denique hominum numero eſſent, ſi quando K
promiſcui honores, communicata reſp. eſſet; tum ſe animaduerſuros, ne qua ſuperbia
magiſtratuum irrita ſenatuſconſulta eſſent: interim patricij ſoluti legum magiſtratuumq.
uerecundia, per ſe quoque tribuniciam poteſtatem agerent. Haec contentio minime ido
neo tempore, cum tantum belli in manibus eſſet, occupauerat cogitationes hominum:
donec, ubi diu alternis Iulius Corneliusque, cum ad id bellum ipſi ſatis idonei duces eſ-
ſent, non eſſe aequum, mandatum ſibi a populo eripi honorem, diſſeruere; tum Ahala
Seruilius tribunus mil. tacuiſſe ſe tamdiu ait, non quia incertus ſententiae fuerit; (quem
enim bonum ciuem ſecernere ſua a publicis conſilia?) ſed quia maluerit collegas ſua ſpõ-
te cedere auctoritati ſenatus, quam tribuniciam poteſtatem aduerſus ſe implorari pate-
rentur.

A rentur. tum quoque, ſi res ſineret, libenter ſe daturum tempus ijs fuiſſe ad receptum nimis pertinacis ſententiae: ſed cum belli neceſſitates non exſpectent humana conſilia, potiorem ſibi collegarum gratia remp. fore; &, ſi maneat in ſententia ſenatus, dictatorem nocte proxima dicturum: & ſi quis intercedat ſenatuſconſulto, auctoritate ſe fore contentum. Quo facto, cum haud immeritam laudem gratiamq. apud omnes tuliſſet; dictatore P. Cornelio dicto, ipſe ab eo magiſter equitum creatus eſt. exemplo fuit collegas eumq. intuentibus, quam gratia, atque honos opportuniora interdum non cupientibus eſſent. Bellum haud memorabile fuit. uno, atque eo facili proelio caeſi ad Antium hoſtes. uictor exercitus depopulatus Volſcum agrum. caſtellum ad lacum Fucinum ui expugnatum: atque in eo tria millia hominum capta, ceteris Volſcis intra moenia compulſis, nec defendentibus agros. Dictator, bello ita geſto, ut tantum non defuiſſe fortunae

B uideretur, felicitate quam gloria maiore in urbem redijt: magiſtratuq. ſe abdicauit. Tribuni militum, mentione nulla comitiorum conſularium habita, (credo ob iram dictatoris creati) tribunorum militum comitia edixerunt. Tum uero grauior cura patribus inceſſit; quippe cum prodi cauſſam ab ſuis cernerent. itaque ſicut priore anno per indigniſſimos ex plebeijs candidatos omnium etiam dignorum taedium fecerant: ſic tum, primoribus patrum ſplendore gratiaq. ad petendum praeparatis, omnia loca obtinuere, ne cui plebeio aditus eſſet. quattuor creati ſunt, omnes iam functi eo honore, L. Furius Medullinus, C. Valerius Potitus, N. Fabius Vibulanus, C. Seruilius Ahala. hic refectus continuato honore, cum ob alias uirtutes, tum ob recentem fauorem unica moderatione partum. Eo anno, quia tempus indutiarum cum Veienti populo exierat, per legatos fetialesq. res repeti coeptae, quibus uenientibus ad finem legatio Veientium obuiam fuit. pe- AN. 348.

C tiere, ne prius, quam ipſi ſenatum Romanum adiſſent, Veios iretur. ab ſenatu impetratum, quia diſcordia inteſtina laborarent Veientes, ne res ab his repeterentur. tantum abfuit, ut ex incommodo alieno ſua occaſio peteretur. Et in Volſcis accepta clades, amiſſo Verrugine praeſidio. ubi tantum in tempore fuit momenti, ut cum precantibus opem militibus, qui ibi a Volſcis obſidebantur, ſuccurri, ſi maturatum eſſet, potuiſſet: ad id uenerit exercitus ſubſidio miſſus, ut ab recenti caede palati ad praedandum hoſtes opprimerētur. Tarditatis cauſſa in ſenatu magis fuit, quam in tribunis: qui, quia ſumma ui reſiſtere nunciabantur, parum cogitauerunt, nulla [redacted] uirtute ſuperari humanarum uirium modum. fortiſſimi milites, non tamen nec uiui, nec poſt mortem inulti fuere. Inſequenti anno, P. & Cn. Cornelijs Coſsis, N. Fabio Ambuſto, L. Valerio Potito, tribunis militum conſulari poteſtate, Veiens bellum motum ob ſuperbum reſponſum Veientis ſenatus; AN. 349.

D qui legatis repetentibus res, ni faceſſerēt propere urbe finibuſque, daturos quod Lar Tolumnius dediſſet, reſponderi iuſſit. id patres aegre paſſi, decreuere, ut tribuni militum de bello indicendo Veientibus primo quoque die ad populum ferrent. quod ubi primo promulgatum eſt, fremere iuuentus, nondum debellatum cum Volſcis eſſe: modo duo praeſidia occidione occiſa, & cum periculo retineri: nullum annum eſſe, quo non acie dimicetur: &, tamquam paeniteat laboris, nouum bellum cum finitimo populo & potentiſſimo parari, qui omnem Etruriam ſit concitaturus. Haec ſua ſponte agitata inſuper tribuni plebis accendunt. Maximum bellum patribus cum plebe eſſe dictitant: eam de induſtria uexandam militia, trucidandamq. hoſtibus obijci: eam procul urbe haberi, atque ablegari: ne domi per otium memor libertatis, coloniarumque, aut agri publici, aut ſuffragij libere ferendi conſilia agitet. prenſanteſq. ueteranos, ſtipendia cuiuſque, & uulne-

E ra, ac cicatrices numerabant: quid iam integri eſſe in corpore loci ad noua uulnera accipienda? quid ſupereſſe ſanguinis, qui dari pro rep. poſſet? rogitantes. Haec cum in ſermonibus, concionibuſq. interdum agitantes, auertiſſent plebem ab ſuſcipiendo bello, profertur tempus ferundae legis: quam, ſi ſubiecta inuidiae eſſet, antiquari apparebat. Interim tribunos militum in Volſcum agrum ducere exercitum placuit. Cn. Cornelius unus Romae relictus. Tres tribuni, poſtquam nullo loco caſtra Volſcorum eſſe, nec commiſſuros ſe proelio apparuit, tripartito ad deuaſtandos fines diſceſſēre: Valerius Antium petit, Cornelius Ecetras. quacumque inceſſere, late populati ſunt tecta agroſque, ut diſtinerent Volſcos. Fabius, quod maxime petebatur, ad Anxur oppugnandum ſine ulla populatione acceſſit. Anxur fuit, quae nunc Tarracinae ſunt; urbs prona in paludes. ab ea

parte

parte Fabius oppugnationem oſtendit. Circummiſſae quattuor cohortes cum C. Serui- F
lio Ahala, cum imminentem urbi collem cepiſſent; ex loco altiore, qua nullum erat prae-
ſidium, ingenti clamore ac tumultu moenia inuaſere. ad quem tumultum obſtupefacti
qui aduerſus Fabium urbem infimam tuebantur, locum dedere ſcalas admouendi. ple-
naq. hoſtium cuncta erant: & in muris diu caedes pariter fugientium ac reſiſtentium ar-
matorum, atque inermium fuit. cogebantur itaque uicti, quia cedentibus ſpei nihil erat,
pugnam inire: cum pronunciatum repente, ne quis praeter armatos uiolaretur, reliquam
omnem multitudinem uoluntariam exſuit armis; quorum ad duo millia & quingenti ui-
ui capiuntur. a cetera praeda Fabius militem abſtinuit, donec collegae uenirent: ab illis
quoque exercitibus captum Anxur dictitans eſſe, qui ceteros Volſcos a praeſidio eius lo-
ci auertiſſent. qui ubi uenerunt, opidum uetere fortuna opulentum tres exercitus diri-
puere. eaq. primum benignitas imperatorum plebem patribus conciliauit. additum de- G
inde omnium maxime tempeſtiuo principum in multitudinem numerum, ut ante men-
tionem ullam plebis tribunorumue decerneret ſenatus, ut ſtipendium miles de publico
acciperet, cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet. Nihil acceptum
umquam a plebe tanto gaudio traditur. concurſum itaque ad curiam eſſe, prenſatasque
exeuntium manus, & patres uere appellatos: effectum eſſe fatentibus, ut nemo pro tam
munifica patria, donec quidquam uirium ſupereſſet, corpori aut ſanguini ſuo parceret
cum commoditas iuuaret, rem familiarem ſaltem acquieſcere eo tempore, quo corpus ad
dictum atque operatum reip. eſſet: tum quod ultro ſibi oblatum eſſet, non a tribunis ple-
bis umquam agitatum, non ſuis ſermonibus efflagitatum: id efficiebat multiplex gau-
dium, cumulatioremq. gratiam rei. tribuni plebis communis ordinum laetitiae concor-
diaeq. ſoli expertes, negare tam id laetum patribus uniuerſis, nec proſperum fore, quam i- H
pſi crederent. conſilium ſpecie prima melius fuiſſe, quam uſu apparituram: unde enim
eam pecuniam confici poſſe, niſi tributo populo indicto? ex alieno igitur alijs largitos.
neque enim, etiam ſi ceteri ferant, paſſuros eos, quibus iam emerita ſtipendia eſſent, me-
liore condicione alios militare, quam ipſi militaſſent: & eoſdem in ſua ſtipendia impen-
ſas feciſſe, & in aliorum facere. His uocibus mouerunt partem plebis. poſtremo indicto
iam tributo, edixerunt etiam tribuni, auxilio ſe futuros, ſi quis in militare ſtipendium tri-
butum non contuliſſet. Patres bene coeptam rem perſeueranter tueri: conferre ipſi pri-
mi: & quia nondum argentum ſignatum erat, aes graue plauſtris quidam ad aerarium con
uehētes, ſpecioſam etiam collationem faciebant. Cum ſenatus ſumma fide ex cenſu con-
tuliſſet, primores plebis, nobilium amici, ex compoſito conferre incipiunt. quos cum &
a patribus collaudari, & a militari aetate tamquam bonos ciues conſpici uulgus hominum I
uidit: repente, ſpreto tribunicio auxilio, certamen conferendi eſt ortum: &, lege perlata
de indicendo Veientibus bello, exercitum magna ex parte uoluntarium noui tribuni mi-
AN.350 litum conſulari poteſtate Veios duxere. Fuere autem tribuni, T. Quinctius Capitolinus,
Q. Quinctius Cincinnatus, C. Iulius Iulus iterum, A. Manlius, L. Furius Medullinus ter-
tium, M. Aemilius Mamercinus. Ab his primum circumſeſſi Veij ſunt. ſub cuius initium
obſidionis cum Etruſcorum conſilium ad fanum Voltumnae frequenter habitum eſſet,
parum conſtitit, bello ne publico gentis uniuerſae tuendi Veientes eſſent. Ea oppugna-
tio ſegnior inſequenti anno fuit, parte tribunorum exercitusq. ad Volſcum auocata bel-
lum. Tribunos militum conſulari poteſtate is annus habuit C. Valerium Potitum ter-
AN.351. tium, M. Sergium Fidenatem, P. Cornelium Maluginenſem, Cn. Cornelium Coſſum,
K. Fabium Ambuſtum, Sp. Nautium Rutilum iterum. Cum Volſcis inter Ferentinum at- K
que Ecetram ſignis collatis dimicatum. Romanis ſecunda fortuna pugnae fuit. Artena
inde Volſcorum opidum ab tribunis obſideri coepta. inde inter eruptionem tentatam
compulſo in urbem hoſte, occaſio data eſt Romanis irrumpendi, praeterq. arcem cetera
capta. in arcem munitam natura globus armatorum conceſsit. infra arcem caeſi captiq.
multi mortales. arx deinde obſidebatur; nec aut ui capi poterat, quia pro ſpatio loci ſatis
praeſidij habebat; aut ſpem dabat deditionis, omni publico frumento, priuſquam urbs ca-
peretur, in arcem conuecto. taedioq. receſſum inde foret, ni ſeruus arcem Romanis prodi-
diſſet. ab eo milites per locum arduum accepti, cepere. a quibus cum cuſtodes trucida-
rentur, cetera multitudo repentino pauore oppreſſa in deditionem uenit. Diruta & arce

& urbe

A & urbe Artena; reductae legiones ex Volſcis, omniſque uis Romana Veios conuerſa eſt. proditori, praeter libertatem, duarum familiarum bona in praemium data. Seruus Romanus uocitatus. Sunt qui Artenam Veientium, non Volſcorum fuiſſe credant. praebet errorem, quod eiuſdem nominis urbs inter Caere, atque Veios fuit. ſed eam reges Romani diruere: Caeretumque, non Veientium fuerat. altera haec nomine eodem in Volſco agro fuit, cuius excidium eſt dictum.

EPITOME. LIBRI. V

IN obſidione Veiorum hibernacula militibus facta ſunt. ea res cum eſſet noua, indignationem tribunorum plebis mouit, querentium non dari plebi nec per hiemem militiae requiem. Equites tum primum equis ſuis merere coeperunt. Cum inundatio ex lacu Albano facta eſſet, uates, qui eam rem interpretaretur, de hoſtibus captus eſt. Furius Camillus dictator decem annos obſeſſos Veios
B
cepit, ſimulacrũ Iunonis Romam tranſtulit; decimã partem praedae Delphos Apollini miſit. idem tribunus militum, cum Faliſcos obſideret, proditos hoſtium filios parentibus remiſit: ſtatimq. deditione
C
facta, Faliſcorum uictoriam iuſtitia conſecutus eſt. Cum alter ex cenſoribus C. Iulius deceſſiſſet, in locum eius M. Cornelius ſuffectus eſt. nec id poſtea factum eſt: quoniã eo luſtro a Gallis Roma capta eſt. Furius Camillus, cum ei dies a L. Appuleio tribuno pl. dicta eſſet, in exſilium abijt. Cum Senones Galli Cluſium obſiderent; & legati a ſenatu miſſi ad componendam inter eos & Cluſinos pacem; pugnantes contra Gallos in acie Cluſinorum ſtetiſſent: hoc facto eorum concitati Senones, urbem infeſto exercitu petierunt; fuſiſq. ad Aliam flumen Romanis, cepere urbem, praeter Capitolium, in quod ſe iuuentus contulerat. maiores natu cum inſignibus honorum, quos quiſque geſſerat, in ueſtibulis aedium ſedentes occiderunt: & cum per auerſam partem Capitolij iam in ſummum euaſiſſent, proditi clangore anſerum, M. Manlij praecipue opera deiecti ſunt. coactis deinde propter famem Romanis deſpondere, ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obſidionis emerent; Furius Camillus, dictator abſens creatus, inter pendendum aurum cum exercitu uenit, & Gallos poſt ſextum menſem urbe expulit, cecidítq. Aedes Aio Locuto facta: quo loco ante urbem captam uox audita erat, aduentare Gallos. Dictum eſt ad Veios migrandum eſſe, propter incenſam & dirutam urbem: quod conſilium Camillo auctore diſcuſſum eſt. mouit populum uocis quoque omen ex centurione auditae: qui cum in forum ueniſſet, manipularijs ſuis dixerat: Sta miles: hic optime manebimus.

LIBER. V

D
PACE alibi parta, Romani Veijq. in armis erant, tanta ira odioque, ut uictis finem adeſſe appareret. comitia utriuſque populi longe diuerſa ratione facta ſunt. Romani auxere tribunorum militum conſulari poteſtate numerum. octo, quot numquam antea, creati, M. Aemilius Mamercinus iterum, L. Valerius Potitus tertium, Ap. Claudius Craſſus, M. Quinctilius Varus, L. Iulius Iulus, M. Poſtumius, M. Furius Camillus, M. Poſtumius Albinus. AN. 352.
Veientes contra, taedio annuae ambitionis, quae interdum diſcordiarum cauſſa erat, regem creauere. offendit ea res populorum Etruriae animos, non maiore odio regni, quam ipſius regis. grauis iam is antea genti fuerat opibus, ſuperbiaque;
E
quia ſollemnia ludorum, quos intermitti nefas eſt, uiolenter diremiſſet; cum ob iram repulſae, quod ſuffragio XII populorum alius ſacerdos ei praelatus eſſet, artifices, quorum magna pars ipſius ſerui erant, ex medio ludicro repente abduxit. Gens itaque ante omnes alias eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas, auxiliũ Veientibus negandum, donec ſub rege eſſent, decreuit. cuius decreti ſuppreſſa fama eſt Veijs propter metum regis, qui, a quo tale quid dictum referretur, pro ſeditionis eum principe, non uani ſermonis auctorem, habebat. Romanis etſi quietae res ex Etruria nunciabantur; tamen, quia omnibus concilijs eam rem agitari afferebatur, ita muniebant, ut ancipitia munimenta eſſent. alia in urbem, & contra opidanorum eruptiones uerſa: alijs frons in Etruriam ſpectans auxilijs, ſi qua forte inde uenirent, obſtruebatur. cum ſpes maior imperatoribus

Hibernacula peratoribus Romanis in obſidione, quam in oppugnatione eſſet; hibernacula etiam, res F
noua militi Romano, aedificari coepta: conſiliumq. erat hiemando continuare bellum:
quod poſtquam tribunis plebis, iamdiu nullam nouandi res cauſſam inuenientibus, Ro-
mam eſt allatum; in concionem proſiliunt, ſolicitant plebis animos, hoc illud eſſe dicti-
tantes, quod aera militibus ſint conſtituta: nec ſe feſelliſſe, id donum inimicorum ueneno
illitum fore: ueniſſe libertatem plebis: remotam in perpetuum & ablegatam ab urbe &
ab rep. iuuentutem: iam ne hiemi quidem, aut tempori anni cedere, ac domos & res inui-
ſere ſuas. quam putarent continuatae militiae cauſſam eſſe? nullam profecto aliam inuen
turos, quam ne quid per frequentiam iuuenum eorum, in quibus uires omnes plebis eſ-
ſent, agi de commodis eorum poſſet: uexari praeterea, & ſubigi multo acrius, quam Veiẽ-
tes: quippe illos hiemem ſub tectis ſuis agere, egregijs muris ſituq. naturali urbem tutan-
tes; militem Romanum in opere ac labore, niuibus pruinisq. obrutum, ſub pellibus du- G
rare, ne hiemis quidem ſpatio, quae omnium bellorum terra mariq. ſit quies, arma depo-
nentem: hoc neque reges, neque ante tribuniciam poteſtatem creatam ſuperbos illos
conſules, neque triſte dictatoris imperium, neque importunos decemuiros iniunxiſſe ſer
uitutis, ut perennem militiam facerent, quod tribuni militum in plebe Romana regnum
exercerent! quidnam illi conſules dictatoresue facturi eſſent, qui proconſularem imagi-
nem tam ſaeuam ac trucem fecerint? ſed id accidere haud immerito: non fuiſſe ne in octo
quidem tribunis militum locum ulli plebeio: antea trina loca cum contentione ſumma
patricios explere ſolitos; nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire; & ne in turba
quidem haerere plebeium quemquam: qui, ſi nihil aliud, admoneat collegas; liberos, &
ciues eorum, non ſeruos, militare, quos hieme ſaltem in domos ac tecta reduci oporteat,
& aliquo tempore anni parentes liberosq. ac coniuges inuiſere, & uſurpare libertatem, H
& creare magiſtratus. Haec, taliaq. uociferantes, aduerſarium haud imparem nacti ſunt,
Ap. Claudium, relictum a collegis ad tribunicias ſeditiones comprimendas, uirum imbu-
tum iam ab iuuenta certaminibus plebeijs: quem auctorem aliquot annis ante fuiſſe me-
moratum eſt per collegarum interceſsionem tribuniciae poteſtatis diſſoluendae. is tum,
iam non promptus ingenio tantum, ſed uſu etiam exercitatus, talem orationem habuit.
Ap. Claudij oratio. Si umquam dubitatum eſt, Quirites, utrum tribuni plebis ueſtra, an ſua cauſſa ſeditionum
ſemper auctores fuerint, id ego hoc anno deſiſſe dubitari certum habeo. & cum laetor,
tandem longi erroris uobis finem factum eſſe: tum, quod ſecundis potiſsimum ueſtris re-
bus hic error eſt ſublatus, & uobis, & propter uos reip. gratulor. An eſt quiſquam, qui du-
noſtris bitet, nullis iniurijs ueſtris, ſi quae forte aliquãdo fuerunt, umquam aeque, quam munere
N.V. patrum in plebem, cum aera militibus conſtituta ſunt, tribunos plebis offenſos ac con- I
citatos eſſe? quid illos aliud aut tum timuiſſe creditis, aut hodie turbare uelle, niſi cõ-
cordiam ordinum? quam diſſoluendae maxime tribuniciae poteſtatis rentur eſſe. ſic her-
cule tamquam artifices improbi opus quaerunt: qui & ſemper aegri aliquid eſſe in rep. uo-
lunt, ut ſit ad cuius curationem a uobis adhibeantur. Vtrum enim defenditis, an impugna-
tis plebem? utrum militantium aduerſarij eſtis, an cauſſam agitis? niſi forte hoc dicitis,
quidquid patres faciunt, diſplicet; ſiue illud pro plebe, ſeu contra plebem eſt. & quem-
admodum ſeruis ſuis uetant domini quidquam rei cum alienis hominibus eſſe, pariterq.
in iis beneficio ac maleficio abſtineri aequum cenſent: ſic uos interdicitis patribus com-
mercio plebis: ne nos comitate ac munificentia noſtra prouocemus plebem, nec plebs nec ple
quidquam nobis dicto audiens, atque obediens ſit. quanto tandem, ſi quidquid in uobis non dico
ciuilis, ſed humani eſſet, fauere uos magis, & quantum in uobis eſſet, indulgere potius co- K
mitati patrum, atque obſequio plebis oportuit? quae ſi perpetua concordia ſit, quis non
ſpondere auſit maximum hoc imperium inter finitimos breui futurum eſſe? Atque ego,
quam hoc conſilium collegarum meorum, quo abducere infecta re a Veijs exercitum no-
luerunt, non utile ſolum, ſed etiam neceſſarium fuerit, poſtea diſſeram. nunc de ipſa con-
dicione militantium dicere libet. quam orationem non apud uos ſolum, ſed etiam in ca-
iudicante ſtris ſi habeatur ipſo exercitu diſceptante, aequam arbitror uideri poſſe. in qua ſi mihi ipſi
nihil, quod dicerem, in mentem uenire poſſet: aduerſariorum certe orationibus conten-
tus eſſem. Negabant nuper danda eſſe aera militibus, quia numquam data eſſent. quo-
nam modo igitur nunc indignari poſſunt, quibus aliquid noui adiectum commodi ſit, eis
laborem

A laborem etiam nouum pro portione iniungi? nuſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ferme ſine impenſa opera eſt. labor uoluptaſq. diſſimillima natura, ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt iuncta. Moleſte antea ferebat miles ſe ſuo ſumptu operam reip. praebere: gaudebat idem partem anni ſe agrum ſuum colere, quaerere unde domi militiaeq. ſe ac ſuos tueri poſſet, gaudet nunc fructui ſibi remp. eſſe, & laetus ſtipendiũ accipit. aequo igitur animo patiatur ſe ab domo, ab re familiari, cui grauis impenſa non eſt, paullo diutius abeſſe. an, ſi ad calculos eum reſp. uocet, nõ merito dicat, annua aera habes, annuam operam ede? an tu aequum cenſes, militia ſemeſtri ſolidum te ſtipendium [redacted] accipere? Inuitus in hac parte orationis Quirites moror. ſic enim agere debent, qui mercenario milite utuntur. At nos tamquam cum ciuibus agere uolumus: agiq. tamquam cum patria nobiſcum, aequum cenſemus. aut non ſuſcipi bellum oportuit: aut ge-

B ri pro dignitate populi R. & perfici quamprimum oportet. perficietur autem, ſi urgemus obſeſſos: ſi non ante abſcedimus, quam ſpei noſtrae finem captis Veijs impoſuerimus. ſi hercule nulla alia cauſſa, ipſa indignitas perſeuerantiam imponere debuit. Decem quondam annos urbs oppugnata eſt ob unam mulierem ab uniuerſa Graecia, quam procul ab domo? quot terras, quot maria diſtans? nos intra uiceſimum lapidem, in conſpectu prope urbis noſtrae, annuam oppugnationem perferre piget: ſcilicet quia leuis cauſa belli eſt: nec ſatis quidquam iuſti doloris eſt, quod nos ad perſeuerandum ſtimulet. Septies rebellarunt: in pace numquam fidi fuerunt, agros noſtros millies depopulati ſunt: Fidenates deficere a nobis coegerunt: colonos noſtros ibi interfecerunt: auctores fuere contra ius gentium caedis impiae legatorum noſtrorum: Etruriam omnem aduerſus nos concitare uoluerunt, hodieq. id moliuntur: res repetentes legatos noſtros, haud procul abfuit,

C quin uiolarent. cum his molliter & per dilationes bellum geri oportet? ſi uos tam iuſtum odium nihil mouet, ne illa quidem, oro, uos mouent? operibus ingentibus ſaepta urbs eſt, quibus intra muros coercetur hoſtis. agrum non coluit, & culta uaſtata ſunt bello. ſi reducimus exercitum, quis eſt, qui dubitet, illos non cupiditate ſolum ulciſcendi, ſed etiam neceſſitate impoſita ex alieno praedandi, cum ſua amiſerint, agrum noſtrum inuaſuros? non differimus igitur bellum iſto conſilio, ſed intra fines noſtros accipimus. Quid? illud, quod proprie ad milites pertinet, quibus boni tribuni plebis tum ſtipendium extorquere uoluerunt, nunc conſultum repente uolunt; quale eſt? uallum foſſamque, ingentis utramque rem operis, per tantum ſpatij duxerunt: caſtella primo pauca, poſtea exercitu aucto creberrima fecerunt: munitiones non in urbem modo, ſed in Etruriam etiam ſpectantes, ſi qua inde auxilia ueniant, oppoſuere. quid turres, quid uineas te-

D ſtudineſque, & alium oppugnandarum urbium apparatum loquar? cum tantum laboris exhauſtum ſit, & ad finem iam operis tandem peruentum: relinquenda ne haec cenſetis, ut ad aeſtatem rurſus nouus deintegro his inſtituendis exſudetur labor? quanto eſt minus opera tueri facta? & inſtare, & perſeuerare, defungiq. cura? breuis enim profecto res eſt, ſi uno tenore peragitur: nec ipſi per intermiſſiones has interuallaque lentiorem ſpem noſtram facimus. loquor de operum, & temporis iactura. Quid? periculi, quod differendo bello adimus, num obliuiſci nos haec tam crebra Etruriae concilia de mittendis Veios auxilijs patiuntur? ut nunc res ſe habet, irati ſunt, oderunt, negant miſſuros: quantum in illis eſt, capere Veios licet. quis eſt, qui ſpondeat, eundem, ſi differtur bellum, animum poſtea fore? cum, ſi laxamentum dederis, maior frequentiorq. legatio itura ſit: cum, id quod nunc offendit Etruſcos, rex creatus Veijs ſpatio mutari interpoſito poſſit: uel con-

E ſenſu ciuitatis, ut eo reconcilient Etruriae animos, uel ipſius uoluntate regis, qui obſtare regnum ſuum ſaluti ciuium nolit. Videte quot res, quam inutiles ſequantur illam uiam conſilij: iactura operum tanto labore factorum, uaſtatio imminens finium noſtrorum, Etruſcum bellum pro Veiente concitatum. Haec ſunt tribuni conſilia ueſtra, non hercule diſſimilia, ac ſi quis aegro, qui curari ſe fortiter paſſus, extemplo conualeſcere poſſit, cibi gratia praeſentis aut potionis longinquum & forſitan inſanabilem morbum efficiat. Si mediusfidius ad hoc bellum nihil pertineret, ad diſciplinam certae militiae plurimum intererat, inſueſcere militem noſtrum non ſolum parta uictoria frui, ſed, ſi res etiam lentior ſit, pati taedium, & quamuis ſerae ſpei exitum exſpectare; &, ſi non ſit aeſtate perfectum bellum, hiemem opperiri; nec, ſicut aeſtiuas aues, ſtatim autumno tecta ac receſſum

circumſpicere. Obſecro uos: uenandi ſtudium ac uoluptas homines per niues ac pruinas in montes ſiluasq. rapit: belli neceſſitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam uel luſus ac uoluptas elicere ſolet? adeo ne effeminata corpora militum noſtrorum eſſe putamus, adeo molles animos, ut hiemem unam durare in caſtris, abeſſe ab domo non poſſint? ut tamquam nauale bellum tempeſtatibus captandis, & obſeruando tempore anni gerant? non aeſtus, non frigora pati poſſint? Erubeſcant profecto, ſi quis eis haec obijciat: contendantque, & animis & corporibus ſuis uirilem patientiam ineſſe; & ſe iuxta hieme atque aeſtate bella gerere poſſe; nec ſe patrocinium mollitiae inertiaeq. mãdaſſe tribunis; & meminiſſe hanc ipſam poteſtatem non in umbra, nec in tectis maiores ſuos creaſſe. Haec uirtute militum noſtrorum, haec Romano nomine ſunt digna, non Veios tantum, nec hoc bellum intueri, quod inſtat; ſed famam & ad alia bella, & ad ceteros populos in poſterum quaerere. An mediocre diſcrimen opinionis ſecuturum ex hac re putatis? utrum **G** tandem finitimi populum R. eum eſſe putent, cuius ſi qua urbs primum illum breuiſſimi temporis ſuſtinuerit impetum, nihil deinde timeat: an hic ſit terror nominis noſtri, ut exercitum Romanum non taedium longinquae oppugnationis, non uis hiemis ab urbe circumſeſſa ſemel amouere poſſit? nec finem ullum alium belli, quam uictoriam nouerit? nec impetu potius bella, quam perſeuerantia gerat? quae in omni quidem genere militiae, maxime tamen in obſidendis urbibus, neceſſaria eſt: quarum pleraſque munitionibus, ac naturali ſitu inexpugnabiles, fame ſitiq. tempus ipſum uincit, atque expugnat: ſicut Veios expugnabit: niſi auxilio hoſtibus tribuni plebis fuerint: & Romae inuenerint praeſidia Veiẽtes, quae nequidquam in Etruria quaerunt. An eſt quidquam, quod Veientibus optatum aeque contingere poſſit, quam ut ſeditionibus primum urbs Romana, deinde uelut ex contagione caſtra impleantur? At hercule apud hoſtes tanta modeſtia eſt, ut non obſidionis **H** taedio, non denique regni, quidquam apud eos nouatum ſit; non negata auxilia ab Etruſcis, irritauerint animos. morietur enim extemplo, quicumque erit ſeditionis auctor: nec cuiquam dicere ea licebit, quae apud uos impune dicuntur. fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut praeſidio decedit. auctores ſigna relinquendi, & deferendi caſtra, non uni aut alteri militi, ſed uniuerſis exercitibus, palam in concione audiuntur. adeo quidquid tribunus pl. loquitur, etſi prodendae patriae, diſſoluendaeq. reip. eſt, aſſueſtis audire: quippe dulcedine poteſtatis eius capti, quaelibet ſub ea ſcelera latere ſinitis. Reliquum eſt, ut, quae hic uociferantur, eadem in caſtris & apud milites agant, & exercitus corrumpant, ducibusq. parere non patiantur; quoniam ea demum Romae libertas eſt, non ſenatum, non magiſtratus, non leges, non mores maiorum, non inſtituta patrum, non diſciplinam uereri militiae. Par iam etiam in concionibus erat Appius tribunis plebis; cum ſubito, unde **I** minime quis crederet, accepta calamitas apud Veios, & ſuperiorem Appium in cauſſa, & concordiam ordinum maiorem, ardoremq. ad obſidendos pertinacius Veios fecit. nam cum agger promotus ad urbem, uineaeq. tantum non iam iniunctae moenibus eſſent, dum opera interdiu fiunt intentius, quam nocte cuſtodiuntur, patefacta repente porta, ingens multitudo facibus maxime armata ignes coniecit: horaeque momento ſimul aggerem ac uineas, tam longi temporis opus, incendium hauſit: multique ibi mortales, nequidquam opem ferentes, ferro igniq. abſumpti ſunt. quod ubi Romam eſt nunciatum, maeſtitiam omnibus, ſenatui curam metumq. iniecit, ne tum uero ſuſtineri nec in urbe ſeditio, nec in caſtris poſſet, & tribuni plebis uelut ab ſe uictae reip. inſultarent: cum repente, quibus cenſus equeſter erat, equi publici non erant aſſignati, conſilio prius inter ſeſe habito, ſenatum adeunt, factaq. dicendi poteſtate, equis ſe ſuis ſtipendia facturos promittunt. quibus cum **K** ampliſſimis uerbis gratiae ab ſenatu actae eſſent, famaque ea forum atque urbem peruaſiſſet; ſubito ad curiam concurſus fit plebis. pedeſtris ordinis ſe aiunt nunc eſſe, operamque reip. extra ordinem polliceri, ſeu Veios, ſeu quo alio ducere uelint. ſi Veios ducti ſint, negant ſe inde prius, quam capta urbe hoſtium, redituros eſſe. Tum uero iam ſuperfundenti ſe laetitiae uix temperatum eſt. non enim, ſicut equites, dato magiſtratibus negotio, laudari iuſſi: neque aut in curiam uocati, quibus reſponſum daretur; aut limine curiae cõtinebatur ſenatus: ſed pro ſe quiſque ex ſuperiore loco ad multitudinem in comitio ſtantem uoce manibusque ſignificare publicam laetitiam: beatam urbem Romanam, & inuictam, & aeternam illa concordia dicere: laudare equites, laudare plebem:

A bem: diem ipſum laudibus ferre: uictam eſſe fateri comitatem benignitatemq. ſenatus,
certatum patribus plebiq. manare gaudio lacrymae, donec, reuocatis in curiam patribus,
ſenatuſconſultũ factum eſt, ut tribuni militares, concione aduocata, peditibus equitibuſ-
que gratias agerent: memorem pietatis eorum erga patriam dicerent ſenatum fore: pla-
cere autem, omnibus his uoluntariam extra ordinem profeſſis militiam aera procedere:
& equiti certus numerus aeris eſt aſſignatus. tum primum equis merere equites coepe-
runt. Voluntarius ductus exercitus Veios, non amiſſa modo reſtituit opera, ſed noua etiã
inſtituit. ab urbe commeatus intentiore, quam antea, ſubuehi cura; ne quid tam beneme-
rito exercitui ad uſum deeſſet. Inſequens annus tribunos militum conſulari poteſtate
habuit, C. Seruilium Ahalam tertium, Q. Seruilium, L. Virginium, Q. Sulpicium, A. Man-
lium iterum, M'. Sergium iterum. His tribunis dum cura omnium in Veiens bellum inten-
B ta eſt, neglectum Anxuri praeſidium uacationibus militum, & Volſcos mercatores uulgo
receptando, proditis repente portarum cuſtodibus oppreſſum eſt. minus militum perijt,
quia praeter aegros, lixarum in modum omnes per agros uicinaſq. urbes negotiabantur.
Nec Veis melius geſta res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat. nam &
duces Romani plus inter ſe irarum, quam aduerſus hoſtes animi habuerunt: & auctum eſt
bellum aduentu repentino Capenatium, atque Faliſcorum. Hi duo Etruriae populi, quia
proximi regione erant, deuictis Veijs, bello quoque Romano ſe proximos fore credentes
Faliſci propria etiam cauſſa infeſti, quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerant, per
legatos ultro citroq. miſſos iureiurando inter ſe obligati, cum exercitibus nec opinato ad
Veios acceſſere. Forte ea regione, qua M'. Sergius tribunus militum praeerat, caſtra ador-
ti ſunt, ingentemq. terrorem intulere; quia Etruriam omnem excitam ſedibus magna mo
C le adeſſe Romani crediderant. eadem opinio Veientes in urbe concitauit. ita ancipiti
proelio caſtra Romana oppugnabantur. concurſanteſque, cum huc atque illuc ſigna trans
ferrent, nec Vientem ſatis cohibere intra munitiones, nec ſuis munimentis arcere uim,
ac tueri ſe ab exteriore poterant hoſte. una ſpes erat, ſi ex maioribus caſtris ſubueniretur,
ut diuerſae legiones, aliae aduerſus Capenatem ac Faliſcum, aliae contra eruptionẽ opi-
danorum pugnarent. ſed caſtris praeerat Virginius, priuatim Sergio inuiſus infeſtuſque.
is, cum pleraque caſtella oppugnata, ſuperatas munitiones, utrimque inuehi hoſtem nun-
ciaretur, in armis milites tenuit; ſi opus foret auxilio, collegam dictitans ad ſe miſſurum.
huius arrogantiam pertinacia alterius aequabat; qui, ne quam opem ab inimico uideretur
petiſſe, uinci ab hoſte, quam uincere per ciuem, maluit. Diu in medio caeſi milites: poſtre
mo, deſertis munitionibus, perpauci in maiora caſtra, pars maxima, atque ipſe Sergius
D Romam pertenderunt. ubi cum omnem culpam in collegam inclinaret, acciri Virginium
ex caſtris, interea praeeſſe legatos placuit. Acta deinde in ſenatu res eſt, certatumq. inter
collegas maledictis. pauci reip. multi huic atque illi, ut quoſque ſtudium priuatim aut gra-
tia occupauerat, adſunt. primores patrum, ſiue culpa, ſiue infelicitate imperatorum tam
ignominioſa clades accepta eſſet, cenſuere non exſpectandum iuſtum tempus comitio-
rum, ſed extemplo nouos tribunos militum creandos eſſe, qui Kalendis Octobribus
magiſtratum occiperent. in quam ſententiam cum pedibus iretur, ceteri tribuni militum
nihil contradicere. at enimuero Sergius Virginiusque, propter quos paenitere magiſtra-
tuum eius anni ſenatum apparebat: primo deprecari ignominiam, deinde intercedere ſe-
natuſconſulto: negare ſe ante idus Decembres, ſollemnem ineundis magiſtratibus diem,
honore abituros eſſe. Inter haec tribuni plebis, cum in concordia hominum ſecundiſq. re-
E bus ciuitatis inuiti ſilentium tenuiſſent, feroces repente minari tribunis militum, niſi in
auctoritate ſenatus eſſent, ſe in uincula eos duci iuſſuros eſſe. Tum C. Seruilius Ahala tri-
bunus mil. Quod ad uos attinet tribuni plebis, minaſq. ueſtras, nec ego libenter experi-
rer, quam non plus in his iuris, quam in uobis animi eſſet. ſed nefas eſt tendere aduerſus
auctoritatem ſenatus. proinde & uos deſinite inter noſtra certamina locum iniuriae quae-
rere: & collegae aut facient, quod cenſet ſenatus; aut, ſi pertinacius tendent, dictatorem ex
templo dicam, qui eos abire magiſtratu cogat. Cum omnium aſſenſu comprobata oratio
eſſet; gauderentq. patres: ſine tribuniciae poteſtatis terriculis inuentã eſſe aliã uim maio-
rẽ ad coercendos magiſtratus; uicti conſenſu omnium comitia tribunorum habuere, qui
Kalendis Octobribus magiſtratum occiperent: ſeq. eam ante diẽ magiſtratu abdicauere,

An. 354. L. Valerio Potito quartum, M. Furio Camillo, M. Aemilio Mamercino tertium, Cn. Cornelio Coſſo iterum, K. Fabio Ambuſto, L. Iulio Iulo, tribunis mil. conſulari poteſtate, F multa domi militiaeq. geſta. nam & bellum multiplex fuit eodem tempore, & ad Veios, & ad Capenam, & ad Falerios, & in Volſcis, ut Anxur ab hoſtibus reciperaretur: & Romae ſimul de delectu, ſimul tributo conferendo laboratum eſt: & de tribunis plebis cooptandis contentio fuit: & haud paruum motum duo iudicia eorum, qui paullo ante conſulari poteſtate fuerant, exciuere. Omnium primum tribunis militum fuit, delectum haberi: nec iuniores modo conſcripti, ſed ſeniores etiam coacti nomina dare, ut urbis cuſtodiam agerent. quantum autem augebatur militum numerus, tanto maiore pecunia in ſtipendium opus erat: eaq. tributo conferebatur, inuitis conferentibus qui domi remanebant; quia tuentibus urbem, opera quoque militari laborandum, ſeruiendumq. reip. erat. Haec per ſe grauia, indigniora ut uiderentur, tribuni plebis ſeditioſis concionibus faciebant; G ideo aera militibus conſtituta eſſe arguendo, ut plebis partem militia, partem tributo conficerent. Vnum bellum annum iam tertium trahi, & conſulto male geri, ut diutius gerant: in quattuor deinde bella uno delectu exercitus ſcriptos, & pueros quoque ac ſenes extractos: iam non aeſtatis nec hiemis diſcrimẽ eſſe, ne ulla quies umquã miſerae plebi ſit: quae nunc etiam uectigalis ad ultimum facta ſit, ut, cum confecta labore, uulneribus, poſtremo aetate corpora retulerint, incultaq. omnia diutino dominorũ deſiderio domi inuenerint, tributum ex affecta re familiari pendant; aeraq. militaria, uelut fenore accepta, multiplicia reip. reddant. Inter delectum tributumque, & occupatos animos maiorum rerum curis, comitijs tribunorum pl. numerus expleri nequijt. pugnatum inde, in loca uacua ut patricij cooptarentur. poſtquam obtineri non poterat, tum labefactandae legis tribuniciae cauſſa effectum eſt, ut cooptarentur tribuni pl. C. Lacerius, & M. Acutius, haud dubie H patriciorum opibus. Fors ita tulit, ut eo anno tribunus pl. C. Trebonius eſſet, qui nomini ac familiae debitum praeſtare uideretur Treboniae legis patrociniũ. is, quod petiſſent patres primo quidem incepto repulſi, tum tribunos militum expugnaſſe uociferans, legem Treboniam ſublatam, & cooptatos tribunos plebis non ſuffragijs populi, ſed imperio patriciorum, & eo deuolui rem, ut aut patricij, aut patriciorum aſſeclae habendi tribuni pl. ſint, eripi ſacratas leges, extorqueri tribuniciam poteſtatem: id fraude patriciorum, ſcelere ac proditione collegarum factum arguere. Cum arderent inuidia non patres modo, ſed etiam tribuni pl. cooptati pariter, & qui cooptauerant: tum ex collegio tres, P. Curatius, M. Metilius, & M. Minucius, trepidi rerum ſuarum, in Sergium Virginiumq. prioris anni tribunos militares incurrunt: in eos ab ſe iram plebis inuidiamque die dicta auertunt. quibus delectus, quibus tributum, quibus diutina militia, longinquitasq. I belli ſit grauis; qui clade accepta ad Veios doleant; qui, amiſſis liberis, fratribus, propinquis, affinibus, lugubres domos habeant; ijs publici priuatique doloris exſequendi ius poteſtatemque ex duobus noxijs capitibus datam ab ſe memorant: omnium namque malorum in Sergio Virginioque cauſſas eſſe, nec id accuſatorem magis arguere, quam fateri reos: qui noxij ambo, alter in alterum cauſſam conferant; fugam Sergij Virginius, Sergius proditionem increpans Virginij: quorum adeo incredibilem amentiam fuiſſe, ut multo uerisimilius ſit, ex compoſito eam rem, & communi fraude patriciorum actam: ab his & prius datum locum Veientibus ad incendenda opera, belli trahendi cauſſa: & nunc proditum exercitum, tradita Faliſcis Romana caſtra: omnia fieri, ut conſeneſcat ad Veios iuuentus; nec de agris, nec de alijs commodis plebis ferre ad populum tribuni, frequentiaq. urbana celebrare actiones, & reſiſtere conſpirationi patriciorum poſſint. K Praeiudicium iam de reis & ab ſenatu, & a populo R. & ab ipſorum collegis factum eſſe: nam & ſenatuſconſulto eos ab rep. remotos eſſe; & recuſantes abdicare ſe magiſtratu, dictatoris metu ab collegis coercitos eſſe: & populum R. tribunos creaſſe, qui non idibus Decembribus die ſollemni, ſed extemplo Kal. Octobribus magiſtratum occiperent: quia ſtare diutius reſp. his manentibus in magiſtratu non poſſet: & tamen eos tot iudicijs confoſſos, praedamnatosque, uenire ad populi iudicium; & exiſtimare defunctos ſe eſſe, ſatisque poenarum dediſſe, quod duobus menſibus citius priuati [illegible] ſint; neque intelligere, nocendi ſibi diutius tum poteſtatem ereptam eſſe, non poenam irrogatam: quippe & collegis abrogatum imperium, qui certe nihil deliquiſſent. illos repeterent animos Quirites,

rites,

A rites, quos recenti clade accepta habuiſſent, cum fuga trepidum, plenum uulnerum ac pauore incidentem portis exercitum uiderint, non fortunam, aut quemquam deorum, ſed hos duces accuſantem. Pro certo ſe habere, neminem in concione ſtare, qui illo die non caput, domum, fortunasq. L. Virginij ac M. Sergij ſit exſecratus, deteſtatusque. minime conuenire, quibus iratos quiſque deos precatus ſit, in ijs ſumma poteſtate, cum liceat & oporteat, non uti. numquam deos ipſos admouere nocentibus manus: ſatis eſſe, ſi occaſione ulciſcendi laeſos arment. His orationibus incitata plebs, denis millibus aeris grauis reos condemnat; nequidquam Sergio Martem communem belli, fortunamq. accuſante: Virginio deprecante, ne infelicior domi, quam militiae, eſſet. In hos uerſa ira populi, cooptationibus tribunorum, fraudisq. contra legem Treboniam factae memoriam obſcurā fecit. Victores tribuni, ut praeſentem mercedem iudicij plebes haberet, legem agrariam

B promulgant, tributumq. conferri prohibent: cum tot exercitibus ſtipendio opus eſſet, resq. militia ita proſpere gererentur, ut nullo bello ueniretur ad exitum rei. namque Veijs caſtra quae amiſſa erant, recuperata, caſtellis praeſidijsq. firmantur. Praeerant tribuni militum, M. Aemilius, & K. Fabius. a M. Furio in Faliſcis, & Cn. Cornelio in Capenate agro hoſtes nulli extra moenia inuenti: praedae actae: incendijsq. uillarum ac frugum uaſtati fines: opida nec oppugnata, nec obſeſſa ſunt. At in Volſcis depopulato agro, Anxur nequidquam oppugnatum, loco alto ſitum: & poſtquam uis irrita erat, uallo foſſaq. obſideri coeptum. Valerio Potito Volſci prouincia euenerat. Hoc ſtatu militarium rerum, ſeditio inteſtina maiore mole coorta, quam bella tractabantur. & cum tributum conferri per tribunos non poſſet: nec ſtipendium imperatoribus mitteretur, aeraq. militaria flagitaret miles; haud procul erat, quin caſtra quoque urbanae ſeditionis contagione turba-

C rentur. Inter has iras plebis in patres, cum tribuni plebis nunc illud tempus eſſe dicerent ſtabiliendae libertatis, & ab Sergijs Virginijsq. ad plebeios uiros fortes ac ſtrenuos transferendi ſummi honoris; non tamen ultra proceſſum eſt, quam ut unus ex plebe uſurpandi iuris cauſſa, P. Licinius Caluus tribunus militum conſulari poteſtate crearetur. ceteri AN. 355
patricij creati: P. Maenius, L. Titinius, P. Maelius, L. Furius Medullinus, L. Publilius Vulſcus. Ipſa plebes mirabatur ſe tantam rem obtinuiſſe, non is modo qui creatus erat, uir nullis ante honoribus uſus, uetus tantum ſenator, & aetate iam grauis. nec ſatis conſtat, cur primus ac potiſſimus ad nouum delibandum honorem ſit habitus. alij Cn. Cornelij fratris, qui tribunus militum priore anno fuerat, triplexq. ſtipendium equitibus dederat, gratia extractum ad tantum honorem credunt; alij orationem ipſum tempeſtiuam de concordia ordinum, patribus plebiq. gratam habuiſſe. Hac uictoria comitiorum exſul-

D tantes tribuni pl. quod maxime remp. impediebat, de tributo remiſerunt. collatum obedienter, miſſumq. ad exercitum eſt. Anxur in Volſcis breui receptum eſt, neglectis die feſto cuſtodijs urbis. Inſignis annus hieme gelida ac niuoſa fuit: adeo ut uiae clauſae, Tiberis innauigabilis fuerit. annona ex ante conuecta copia nihil mutauit. & quia P. Licinius, ut ceperat haud tumultuoſe magiſtratum, maiore gaudio plebis, quam indignatione patrum, ita etiam geſſit: dulcedo inuaſit proximis comitijs tribunorum militum plebeios creandi. unus M. Veturius ex patricijs candidatis locum tenuit: plebeios alios tribunos AN. 356
militum conſulari poteſtate omnes fere centuriae dixere, M. Pomponium, C. Duilium, Voleronem Publilium, Cn. Genucium, L. Atilium. Triſtem hiemem, ſiue ex intemperie caeli raptim mutatione in contrarium facta, ſiue alia qua de cauſſa grauis peſtilensq. omnibus animalibus aeſtas excepit. cuius inſanabili pernicie, quando nec cauſſa nec finis inue-

E niebatur, libri Sibyllini ex ſenatuſconſulto aditi ſunt. duumuiri ſacris faciundis, lectiſternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem Latonamq. & Dianam, Herculem, Mercurium, atque Neptunum tribus quam ampliſſime tum apparari poterat, ſtratis lectis placauere. priuatim quoque id ſacrū celebratum eſt. tota urbe patentibus ianuis, promiſcuoq. uſu rerū omnium in propatulo poſito, notos ignotosq. paſſim aduenas in hoſpitium ductos ferunt: & cum inimicis quoque benigne ac comiter ſermones habitos, iurgijs ac litibus temperatum: uinctis quoque dempta in eos dies uincula: religioni deinde fuiſſe, quibus eam opē dij tuliſſent, uinciri. Interim ad Veios terror multiplex fuit, tribus in unum bellis collatis. namque eodem quo antea modo circa munimenta, cum repente Capenates Faliſciq. ſubſidio ueniſſent, aduerſus tres exercitus ancipiti proelio pugnatum

gnatum eſt. ante omnia adiuuit memoria damnationis Sergij ac Virginij. itaque maiori- F
bus caſtris, unde antea ceſſatũ fuerat, breui ſpatio circumductae copiae Capenates in ual-
lum Romanum uerſos ab tergo aggrediuntur. inde pugna coepta & Faliſcis intulit terro-
rem, trepidantesq. eruptio ex caſtris opportune facta auertit. repulſos deinde inſecuti
uictores, ingentem ediderunt caedem. Nec ita multo poſt iam palantes, ueluti forte obla-
ti, populatores Capenatis agri, reliquias pugnae abſumpſere. & Veientium refugientes
in urbem multi ante portas caeſi, dum, prae metu ne ſimul Romanus irrumperet, obiectis
foribus extremos ſuorum excluſere. Haec eo anno acta. Et iam comitia tribunorum mi-
litum aderant: quorum prope maior patribus, quam belli, cura erat: quippe non commu-
nicatum modo cum plebe, ſed prope amiſſum cernentibus ſummum imperium. itaque
clariſſimis uiris ex compoſito praeparatis ad petendum, quos praetereundi uerecundiam
crederent fore; nihilo minus ipſi perinde ac ſi omnes candidati eſſent, cuncta experien- G
tes, non homines modo, ſed deos etiam excipiebant, in religionem uertentes comitia bien-
nio habita: priore anno intolerandam hiemem prodigijsq. diuinis ſimilem coortam: pro-
ximo non prodigia, ſed iam euentus, peſtilentiam agris urbiq. illatam haud dubia ira deũ;
quos peſtis eius arcendae cauſſa placandos eſſe, in libris fatalibus inuentum ſit. comitijs,
auſpicato quae fierent, indignum dijs uiſum honores uulgari, diſcriminaq. gentium con-
fundi. Praeterquam maieſtate petentium, religione etiam attoniti homines, patricios o-
mnes, partem magnam honoratiſſimum quemque tribunos militum conſulari poteſtate
creauere, L. Valerium Potitum quinctum, M. Valerium Maximum, M. Furium Camillum
iterum, L. Furium Medullinum tertium, Q. Seruilium Fidenatem iterum, Q. Sulpicium
Camerinum iterum. His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum eſt. tota
uis in populationibus fuit. duo ſummi imperatores, Potitus a Falerijs, Camillus a Cape- H
An. 357 na praedas ingentes egere, nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri poſſet. Pro-
digia interim multa nunciata; quorum pleraque, & quia ſinguli auctores erant, parum cre-
dita, ſpretaque: & quia hoſtibus Etruſcis, per quos ea procurarent, haruſpices nõ erant.
In unum omnium curae uerſae ſunt, quod lacus in Albano nemore ſine ullis caeleſtibus
aquis, cauſſaue qua alia, quae rem miraculo eximeret, in altitudinem inſolitã creuit. quid-
nam eo dij portenderent prodigio, miſſi ſciſcitatum oratores ad Delphicum oraculum:
ſed propior interpres fatis oblatus ſenior quidam Veiens, qui inter cauillantes in ſtatio-
nibus ac cuſtodijs milites Romanos Etruſcosque, uaticinantis in modum cecinit, priuſquam
ex lacu Albano aqua emiſſa foret, numquam potiturum Veijs Romanum. quod primo ue-
lut temere iactum ſperni, agitari deinde ſermonibus coeptum eſt: donec unus ex ſtatione
Romana percunctatus proximum opidanorum, (iam per longinquitatem belli commer- I
cio ſermonum facto) quiſnam is eſſet, qui per ambages de lacu Albano iaceret; poſt-
quam audiuit haruſpicem eſſe, uir haud intacti religione animi, cauſſatus de priuati portẽ-
ti procuratione, ſi operae illi eſſet, conſulere uelle, ad colloquium uatem elicuit. cumque
progreſſi ambo a ſuis longius eſſent inermes, ſine ullo metu, praeualẽs iuuenis Romanus
ſenem infirmum in conſpectu omnium raptum, nequidquam tumultuantibus Etruſcis,
ad ſuos tranſtulit. qui cum perductus ad imperatorem, inde Romam ad ſenatum miſſus
eſſet: ſciſcitantibus quidnam id eſſet quod de lacu Albano docuiſſet, reſpondit profe-
cto iratos deos Veienti populo illo fuiſſe die, quo ſibi eam mentem obieciſſent, ut exci-
dium patriae fatale proderet. itaque quae tũ cecinerit diuino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec,
ut indicta ſint, reuocare poſſe; & tacendo forſitan quae dij immortales uulgari uelint, haud
minus, quam celanda effando, nefas contrahi: ſic igitur libris fatalibus, ſic diſciplina E- K
truſca traditum eſſe, ut, quando aqua Albana abundaſſet, tum ſi eam Romanus rite emi-
ſiſſet, uictoriam de Veientibus dari: antequam id fiat, deos moenia Veientium deſerturos
non eſſe. Exſequebatur inde quae ſollemnis deriuatio eſſet. Sed auctorem leuem, nec ſa-
tis fidum ſuper tanta re patres rati, decreuere legatos, ſortesque oraculi Pythici exſpe-
ctandas. Prius quam a Delphis oratores redirent, Albaniue prodigij piaculum inueniren-
An. 358. tur, noui tribuni militum conſulari poteſtate, L. Iulius Iulus, L. Furius Medullinus quar-
tum, L. Sergius Fidenas, A. Poſtumius Regillenſis, P. Cornelius Maluginenſis, A.
Manlius magiſtratum ineunt. Eo anno Tarquinienſes, noui hoſtes exorti: quia multis
ſimul bellis, Volſcorum ad Anxur, ubi praeſidium obſidebatur; Aequorum ad Lauicos,

qui

A qui Romanam ibi coloniam oppugnabant; ad hoc Veienti quoque, & Faliſco, & Capenati bello occupatos uidebant Romanos, nec intra muros quietiora negotia eſſe certaminibus patrum ac plebis: inter haec locum iniuriae rati eſſe, praedatum in agrum Romanum cohortes expeditas mittunt. aut enim paſſuros inultam eam iniuriam Romanos, ne nouo bello ſe onerarent; aut exiguo, eoq. parum ualido exercitu perſecuturos. Romanis indignitas maior, quam cura populationis Tarquinienſium fuit. eo nec magno conatu ſuſcepta, nec in longum dilata res eſt. A. Poſtumius, & L. Iulius non iuſto delectu, (etenim ab tribunis plebis impediebantur) ſed prope uoluntariorum, quos adhortando incitauerant, coacta manu, per agrum Caeretem obliquis tramitibus egreſſi, redeuntes populationibus, grauesq. praeda Tarquinienſes oppreſſere. multos mortales obtruncant, omnes exſuunt impedimentis; & receptis agrorũ ſuorum ſpoliis, Romam reuertuntur. Biduum ad recognoſcendas res datum dominis: tertio incognita (erant autem ea pleraque hoſtium ipſorum) ſub haſta ueniere: quodq. inde redactum, militibus eſt diuiſum. In cetera bella, maximeq. Veiens, incerti exitus erant. iamq. Romani, deſperata ope humana, fata & deos ſpectabant; cum legati ab Delphis uenerunt, ſortem oraculi afferentes congruentem reſponſo captiui uatis. Romane, aquam Albanam caue lacu contineri, caue in mare manare ſuo flumine ſinas. emiſſam per agros rigabis, diſſipatamq. riuis exſtingues. tum tu inſiſte audax hoſtium muris, memor, quam per tot annos obſides urbem, ex ea tibi his, quae nunc panduntur, fatis uictoriam datam. bello perfecto donum amplum uictor ad mea templa portato: ſacraq. patria, quorum omiſſa cura eſt, inſtaurata, ut aſſolet, facito. Ingens inde haberi captiuus uates coeptus, eumq. adhibere tribuni militum Cornelius Poſtumiusq. ad prodigij Albani procurationem, ac deos rite placandos coepere. inuentumq. tandem eſt, ubi neglectas caerimonias, intermiſſumue ſollemne dij arguerent, nihil profecto aliud eſſe, quam magiſtratus, uitio creatos, Latinas, ſacrumque in Albano monte non rite concepiſſe: unam expiationem eorum eſſe, ut tribuni militum abdicarent ſe magiſtratu, auſpicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur. Ea ita facta ſunt ex ſenatuſconſulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Seruilius Fidenas, M. Furius Camillus. numquam deſitum interim turbari, comitia interpellantibus tribunis plebis, donec conueniſſet prius, ut maior pars tribunorum militum ex plebe crearetur. Quae dum aguntur, concilia Etruriae ad fanum Voltumnae habita. poſtulantibusque Capenatibus ac Faliſcis, ut Veios communi animo conſilioq. omnes Etruriae populi ex obſidione eriperent, reſponſum eſt, antea ſe id Veientibus negaſſe; quia, unde conſilium non petiſſent ſuper tanta re, auxilium petere non deberent: nunc iam pro ſe fortunam ſuam illis negare. maxime in ea parte Etruriae gentem inuiſitatam, nouas accolas Gallos eſſe, cum quibus nec pax ſatis fida, nec bellum pro certo ſit. ſanguini tamen nominique, & praeſentibus periculis conſanguineorum id dari, ut, ſi qui iuuentutis ſuae uoluntarij ad id bellum eant, non impediant. Eum magnum aduenisse hoſtium numerum, fama Romae erat. eoq. miteſcere diſcordiae inteſtinae metu communi, ut fit, coeptae. Haud inuitis patribus P. Licinium Caluum praerogatiuã tribunum militum non petentem poteſtate conſulari creat, moderationis expertae in priore magiſtratu uirum, ceterum iam tum exactae aetatis. omnesq. deinceps ex collegio eiuſdem anni refici apparebat, L. Titinium, P. Maenium, P. Maelium, Cn. Genucium, L. Atilium: qui priuſquam renunciarentur, iure uocatis tribubus, permiſſu interregis P. Licinius Caluus ita uerba fecit: Omen concordiae, Quirites, rei maxime in hoc tempus utili, memoria noſtri magiſtratus uos his comitijs petere in inſequentem annum uideo, ſi & collegas eoſdem reficitis, etiam uſu meliores factos. me iam non eundem, ſed umbram nomenq. P. Licinij relictum uidetis. uires corporis affectae, ſenſus oculorum, atque aurium hebetes, memoria labat, uigor animi obtuſus. En uobis, inquit, iuuenem, (filium tenens) effigiem, atque imaginem eius, quem uos antea tribunum militum ex plebe primum feciſtis. hunc ego, inſtitutum diſciplina mea, uicarium pro me reip. do, dicoque: uosq. quaeſo Quirites, delatum mihi ultro honorem, huic petenti, meisque pro eo adiectis precibus mandetis. Datum id petenti patri; filiusq. eius P. Licinius tribunus mil. conſulari poteſtate cum ijs, quos ſupra ſcripſimus, declaratus. Titinius Genuciusq. tribuni mil. profecti aduerſus Faliſcos Capenateſque, dũ bellum maiore animo gerunt, quam conſilio, praecipitauere in inſidias. Genucius

B C D E (margin letters)

An. 359.

morte honeſta temeritatem luens, ante ſigna inter primores cecidit: Titinius, in editum F
tumulum ex multa trepidatione militibus collectis, aciem reſtituit: nec ſe tamen aequo lo
co hoſti commiſit. Plus ignominiae erat, quam cladis acceptum: quae prope in cladem in
gentem uertit: tantum inde terroris non Romae modo, quo multiplex fama peruenerat,
ſed in caſtris quoque fuit ad Veios. aegre ibi miles retentus a fuga eſt, cum peruaſiſſet ca-
ſtra rumor, ducibus exercituq. caeſo uictorem Capenatem ac Faliſcum, Etruriaeq. omnem
iuuentutem haud procul inde abeſſe. his tumultuoſiora Romae. iam caſtra ad Veios op-
pugnari, iam partem hoſtium tendere ad urbem agmine infeſto crediderant: concurſumq.
in muros eſt, & matronarum, quas ex domo conciuerat publicus pauor, obſecrationes in
templis factae: precibusq. ab dijs petitum, ut exitium ab urbis tectis templisq. ac Roma-
nis moenibus arcerent, Veiosq. eum auerterent terrorem, ſi ſacra renouata rite, ſi procu-
rata prodigia eſſent. Iam ludi Latinaeq. inſtauratae erant: iam ex lacu Albano aqua emiſ- G
ſa in agros: Veiosq. fata appetebant. Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis, ſeruan-
daeq. patriae, M. Furius Camillus dictator dictus, magiſtrum equitum P. Cornelium Sci-
pionem dixit. Omnia repente mutauerat imperator mutatus. alia ſpes, alius animus ho-
minum, fortuna quoque alia urbis uideri. Omnium primum in eos, qui a Veijs in illo pa-
uore fugerant, more militari animaduertit, effecitq. ne hoſtis maxime timendus militi eſ-
ſet. deinde indicto delectu in diem certam, ipſe interim Veios ad confirmandos militum
animos intercurrit: inde Romam ad ſcribendum nouum exercitum redit, nullo detrectan-
te militiam. peregrina etiam iuuentus, Latini Hernicique operam ſuam pollicentes ad id
bellum uenere. quibus cum gratias in ſenatu egiſſet dictator, ſatis iam omnibus ad id bel-
lum paratis, ludos Magnos ex ſenatuſconſulto uouit Veijs captis ſe facturum; aedemq.
Matutae matris refectam dedicaturum, iam ante ab rege Ser. Tullio dedicatam. Profectus H
cum exercitu ab urbe exſpectatione hominum maiore, quam ſpe, in agro primum Nepeſi-
no cum Faliſcis & Capenatibus ſigna confert. omnia ibi ſumma ratione conſilioq. acta
fortuna etiam, ut fit, ſecuta eſt. non proelio tantum fudit hoſtes, ſed caſtris quoque exuit
ingentiq. praeda eſt potitus: cuius pars maxima ad quaeſtorem redacta eſt: haud ita mul
tum militi datum. Inde ad Veios exercitus ductus, denſioraq. caſtella facta; & a procur-
ſationibus, quae multae temere inter murum ac uallum fiebant, edicto ne quis iniuſſu pu-
gnaret, ad opus milites traducti. Operum fuit omnium longe maximum ac laborioſiſſi-
mum, cuniculus in arcem hoſtium agi coeptus. quod ne intermitteretur opus, neu ſub ter
ra continuus labor eoſdem conficeret, in partes ſex munitorum numerũ diuiſit. ſenae ho-
rae in orbem operi attributae ſunt. nocte ac die numquam ante omiſſum, quã in arcẽ uiã
facerent. Dictator, cum iam in manibus uideret uictoriam eſſe, urbem opulentiſſimam I
capi, tantumq. praedae fore, quantum non omnibus in unum collatis ante bellis fuiſſet; ne
quam inde aut militũ irã ex malignitate praedae partitae, aut inuidiã apud patres ex pro-
diga largitione caperet, litteras ad ſenatum miſit: deum immortalium benignitate, ſuis cõ
ſilijs, & patientia militum Veios iam fore in poteſtate populi R. quid de praeda faciendum
cenſerent? Duae ſenatum diſtinebant ſentẽtiae, una ſenis P. Licinij, quem primum dixiſſe
a filio interrogatum ferunt, edici palam placere populo, ut, qui particeps eſſe praedae uel-
let, in caſtra Veios iret: altera Ap. Claudij, qui largitionem nouam, prodigam, inae-
qualem, inconſultam arguens, ſi ſemel nefas duceret captam ex hoſtibus in aerario ex-
hauſto bellis pecuniam eſſe, auctor erat ſtipendij ex ea pecunia militi numerãdi: ut eo mi-
nus tributi plebes conferret: eius enim doni ſocietatem ſenſuras aequaliter omnium do-
mos; non auidas in direptiones manus otioſorum urbanorum praerepturas fortium bel- K
latorũ praemia eſſe: cum ita ferme eueniat, ut, qui ſegnior ſit, praedae, fortiſſimus quiſque
laboris periculiq. praecipuam petere partem ſoleat. Licinius contra ſuſpectam & inui-
ſam ſemper eam pecuniam fore aiebat; cauſſasq. criminum ad plebem, ſeditionumque in-
de, ac legum nouarum praebituram. ſatius igitur eſſe, reconciliari eo dono plebis animos
exhauſtis atque exinanitis tributo tot annorum, ſuccurri: & ſentire praedae fructum ex eo
bello, in quo prope conſenuerint: gratius id fore, laetiusque, quod quiſque ſua manu ex
hoſte captum domum retulerit, quam ſi multiplex alterius arbitrio accipiat: ipſum dicta-
torem fugere inuidiam ex eo criminaque, eo delegaſſe ad ſenatum: ſenatum quoque de-
bere reiectam rem ad ſe permittere plebi, ac pati habere quod cuique ſors belli dederit.

Haec

Haec tutior uiſa ſentẽtia eſt, quae popularem ſenatum faceret. edictum itaque eſt, ad prae
dam Veientem, quibus uideretur, in caſtra ad dictatorem proficiſcerentur. Ingens pro-
fecta multitudo repleuit caſtra. Tum dictator auſpicato egreſſus, cum edixiſſet ut arma
milites caperet, Tuo ductu, inquit, Pythice Apollo, tuoq. numine inſtinctus pergo ad de-
lendam urbem Veios: tibiq. hinc decimam partem praedae uoueo. te ſimul Iuno Regina,
quae nunc Veios colis, precor, ut nos uictores in noſtram, tuamq. mox futuram urbem ſe-
quare: ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Haec precatus, ſuperante mul-
titudine, ab omnibus locis urbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi
ſenſus eſſet. Veientes ignari ſe iam ab ſuis uatibus, iam ab externis oraculis proditos, iam
in partem praedae ſuae uocatos deos, alios uotis ex urbe ſua euocatos hoſtium templa no
uasq. ſedes ſpectare, ſeq. ultimum illum diem agere, nihil minus timentes, quam ſubrutis
B cuniculo moenibus, arcẽ iã plenã hoſtium eſſe, in muros pro ſe quiſque armati diſcurrunt,
mirãtes quidnam id eſſet, quod, cum tot per dies nemo ſe ab ſtationibus Romanis mouiſ-
ſet, tũ uelut repentino icti furore improuidi currerẽt ad muros. Inſeritur huic loco fabula,
immolante rege Veiẽtium, uocem haruſpicis dicentis, qui eius hoſtiae exta proſecuiſſet, ei
uictoriã dari, exauditam in cuniculo mouiſſe Romanos milites, ut adaperto cuniculo exta
raperẽt, & ad dictatorẽ ferrẽt. Sed in rebus tã antiquis ſi, quae ſimilia ueri ſint, pro ueris ac
cipiãtur, ſatis habeã. haec ad oſtentationẽ ſcenae gaudẽtis miraculis aptiora, quã ad fidem,
neque affirmare, neque refellere operaepretiũ eſt. Cuniculus delectis militibus eo tẽpore
plenus, in aedẽ Iunonis, quae in Veientana arce erat, armatos repente edidit. & pars auer-
ſos in muris inuadunt hoſtes: pars clauſtra portarum reuellunt: pars, cum ex tectis ſaxa
tegulaeq. a mulieribus ac ſeruitijs iacerentur, inferunt ignes. clamor omnia uarijs terren-
C tium ac pauentium uocibus, miſto mulierum ac puerorum ploratu, complet. momento
temporis deiectis ex muro undique armatis, patefactisq. portis, cũ alij agmine irruerent,
alij deſertos ſcanderent muros, urbs hoſtibus impletur: omnibus locis pugnatur. dein-
de multa iam edita caede, ſeneſcit pugna: & dictator praecones edicere iubet, ut ab
inermi abſtineatur. is finis ſanguinis fuit. dedi inde inermes coepti. & ad praedam mi-
les permiſſu dictatoris diſcurrit. quae cum ante oculos eius aliquantum ſpe, atque opinio
ne maior, maiorisq. pretij rerum ferretur, dicitur manus ad caelum tollens precatus eſſe,
ut, ſi cui deorum hominumq. nimia ſua fortuna, populiq. R. uideretur, ut eam inuidiam le-
nire quamminimo ſuo priuato incommodo, publicoq. populi R. liceret. conuertentem
ſe inter hanc uenerationem, traditur memoriae, prolapſum cecidiſſe: idque omen per-
tinuiſſe poſtea euentu rem coniectantibus uiſum ad damnationem ipſius Camilli, captae
D deinde urbis Romanae, quod poſt paucos accidit annos, cladem. Itaq. ille dies caede ho-
ſtium, ac direptione urbis opulentiſſimae eſt conſumptus. poſtero die libera corpora di-
ctator ſub corona uendidit. ea ſola pecunia in publicum redigitur, haud ſine ira plebis. &
quod retulere ſecum praedae, nec duci, qui ad ſenatum, malignitatis auctores quaerẽdo, rẽ
arbitrij ſui reieciſſet; nec ſenatui, ſed Liciniae familiae, ex qua filius ad ſenatum retuliſſet,
pater tam popularis ſententiae auctor fuiſſet, acceptum referebant. Cum iam humanae
opes aſportatae egeſtaeq. a Veijs eſſent, amoliri tum deum dona, ipſoſq. deos, ſed colen-
tium magis, quam rapientium modo, coepere. namque delecti ex omni exercitu iuuenes,
pure lotis corporibus, candida ueſte, quibus deportanda Romam Regina Iuno aſſignata
erat, uenerabundi templum iniere, primo religioſe admouentes manus: quod id ſignum
more Etruſco, niſi certae gentis ſacerdos attrectare non eſſet ſolitus. deinde cum quidam
E ſeu ſpiritu diuino tactus, ſeu iuuenili ioco, Vis ne Romam ire Iuno? dixiſſet: annuiſſe cete-
ri Deam conclamauerunt. inde fabulae adiectum eſt, uocem quoque dicentis, uelle, audi-
tam. motam certe ſede ſua parui molimenti adminiculis, ſequentis modo, accepimus le-
uem ac facilem tranſlatu fuiſſe: integramq. in Auentinum aeternam ſedem ſuam, quo uo-
ta Romani dictatoris uocauerant, perlatam: ubi templum ei poſtea idem qui uouerat,
Camillus dedicauit. Hic Veiorum occaſus fuit, urbis opulentiſſimae Etruſci nominis,
magnitudinem ſuam, uel ultima clade indicantis; quod decem aeſtates hiemesq. conti-
nuas circumſeſſa, cum plus aliquanto cladium intuliſſet, quam accepiſſet, poſtremo iam
fato quoque urgente, operibus tamen, non ui expugnata eſt. Romam ut nunciatum eſt,
Veios captos: quamquam & prodigia procurata fuerant, & uatum reſponſa, & Pythicae
ſortes

ſortes notae; &, quantum humanis adiuuari conſilijs potuerat res, ducem M. Furium, ma- F
ximum imperatorum omnium, legerant; tamen, quia tot annis uarie ibi bellatum erat,
multaeq. clades acceptae, uelut ex inſperato immenſum gaudium fuit. & priuſquam ſena-
tus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrum grates dijs agentium erant. ſe-
natus in quattriduum, quot dierum nullo ante bello, ſupplicationes decernit. Aduentus
quoque dictatoris, omnibus ordinibus obuiam effuſis, celebratior, quam ullius umquam
antea, fuit: triumphusq. omnem conſuetum honorandi illius diei modum aliquantum ex-
ceſſit. maxime conſpectus ipſe eſt, curru equis albis iuncto urbem inuectus: parumque id
non ciuile modo, ſed humanum etiam uiſum. Iouis, ſoliſque equis aequiparatum dictato
rem in religionem etiam trahebant: triumphusque ob eam unam maxime rem clarior,
quam gratior, fuit. Tum Iunoni Reginae templum in Auentino locauit, dedicauitque Ma
tutae matri. atque his diuinis humanisque rebus geſtis, dictatura ſe abdicauit. Agi dein- G
de de Apollinis dono coeptum. cui ſe decimam uouiſſe praedae partem cum diceret Ca-
millus, pontifices ſoluendum religione populum cenſerent: haud facile inibatur ratio iu-
bendi referre praedam populum, ut ex ea pars debita in ſacrum ſecerneretur. tandem eo,
quod leniſſimum uidebatur, decurſum eſt, ut, qui ſe domúque religione exſoluere uellet,
cum ſibimet ipſe praedam aeſtimaſſet ſuam, decimae pretium partis in publicum deferret:
ut ex eo donum aureum dignum amplitudine templi, ac numine dei, ex dignitate populi
R. fieret. ea quoque collatio plebis animos a Camillo alienauit. Inter haec pacificatum
legati a Volſcis & Aequis uenerunt. impetrataque pax, magis ut feſſa tam diutino bello
acquieſceret ciuitas, quam quod digni peterent. Veijs captis, ſex tribunos militum con-
ſulari poteſtate inſequens annus habuit, duos P. Cornelios, Coſſum & Scipionem, M. Va-
lerium Maximum iterum, K. Fabium Ambuſtum tertium, L. Furiũ Medullinum quintũ, H
Q. Seruilium tertium. Cornelijs Faliſcum bellum, Valerio ac Seruilio Capenas ſorte
euenit. ab ijs non urbes ui aut operibus tentatae, ſed ager eſt depopulatus: praedaeque re-
rum agreſtium actae: nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. ea clades Cape-
natem populum ſubegit. pax petentibus data. In Faliſcis bellum reſtabat. Romae inter-
im multiplex ſeditio erat: cuius leniendae cauſſa coloniam in Volſcos, quo tria millia ci-
uium Romanorum ſcriberentur, deducendam cenſuerant: triumuirique ad id creati, ter-
na iugera & ſeptunces uiritim diuiſerant. ea largitio ſperni coepta: quia ſpei maioris auer
tendae ſolatium obiectum cenſebant. cur enim relegari plebem in Volſcos, cum pulcher-
rima urbs Veij agerque Veientanus in conſpectu ſit, uberior ampliorque Romano agro?
urbem quoque urbi Romae uel ſitu, uel magnificentia publicorum priuatorumque tecto-
rum ac locorum praeponebant. quin illa quoque actio mouebatur, quae poſt captam uti- I
que Romam a Gallis celebratior fuit, tranſmigrandi Veios. ceterum partim plebi, par-
tim ſenatui deſtinabant habitandos Veios; duaſque urbes communes reip. incoli a Ro-
mano populo poſſe. Aduerſus quae cum optimates ita tenderent, ut morituros ſe citius
dicerent in conſpectu populi R. quam quidquam earum rerum rogaretur: quippe nunc in
una urbe tantum diſſenſionum eſſe, quid in duabus urbibus fore? uictam ne ut quiſquam
uictrici patriae praeferret? ſineretque maiorem fortunam captis eſſe Veijs, quam incolu-
mibus fuerit? poſtremo, ſe relinqui a ciuibus in patria poſſe: ut relinquant patriam, atque
ciues, nullã uim umquam ſubacturam: &, T. Sicinium (is enim ex tribunis plebis rogatio-
nis eius lator erat) conditorem Veios ſequantur, relicto deo Romulo, dei filio, parente &
auctore urbis Romae. Haec cum foedis certaminibus agerentur, (nam partem tribuno-
rum plebis patres in ſuam ſententiam traxerant) nulla res alia manibus temperare ple-
bem cogebat, quam, quod, ubi rixae committendae cauſſa clamor ortus eſſet, principes ſe- K
natus primi turbae offerentes ſe, peti, feriri, atque occidi iubebant. ab horum aetatibus di-
gnitatibusque & honoribus uiolandis dum abſtinebatur, & ad reliquos ſimiles conatus
uerecundia irae obſtabat. Camillus identidem omnibus locis concionabatur: haud mi-
rum id quidem eſſe, furere ciuitatem, quae dãnata uoti, omnium rerum potiorem cu-
ram, quam religione ſe exſoluendi, habeat: nihil de collatione dicere ſtipis uerius, quam
decimae: quando ea ſe quiſque priuatim obligauerit, liberatus ſit populus. enimuero il-
lud ſe tacere, ſuam conſcientiam non pati, quod ex ea tantum praeda, quae rerum mouen-
tium ſit, decima deſignetur: urbis, atque agri capti, quae & ipſa uoto contineantur, mẽtio-
nem

A rem nullam fieri. Cum ea diſceptatio anceps ſenatui uiſa, delegata ad pontifices eſſet, adhibito Camillo, uiſum collegio, quod eius ante conceptum uotum Veientium fuiſſet, & poſt uotum in poteſtatem populi R. ueniſſet, eius partem decimam Apollini ſacram eſſe. ita in aeſtimationem urbs agerq. uenit: pecunia ex aerario prompta, & tribunis militum conſularibus, ut aurum ex ea coemerent, negotium datum. cuius cum copia non eſſet, matronae, coetibus ad eam rem conſultandam habitis, & communi decreto pollicitae tribunis militum aurum & omnia ornamenta ſua, in aerarium detulerunt. Grata ea res ut quae maxime ſenatui umquam fuit: honoremq. ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad ſacra ludosque, carpentis feſto profeſtoque uterentur. Pondere ab ſingulis auri accepto, aeſtimatoque, ut pecuniae ſoluerentur, crateram auream fieri placuit, quae donum Apollini Delphos portaretur. Simul ab religione animos remiſerunt,

B integrant ſeditionem tribuni pl. incitatur multitudo in omnes principes, ante [illegible] in Camillum. eum praedam Veientanam publicando ſacrandoq. ad nihilum redegiſſe. abſentes ferociter increpant: praeſentium, cum ſe ultro iratis offerrent, uerecundiam habent. ſimul ut extrahi rem ex eo anno uiderunt, tribunos plebis latores legis in eum annum eoſdem reficiunt. & patres hoc idem de interceſſoribus legis anniſi.. ita tribuni plebis magna ex parte ijdem refecti. Comitijs tribunorum militum patres ſumma ope euicerunt, ut M. Furius Camillus crearetur. propter bella ſimulabant parari ducem, ſed rogationi tribuniciae aduerſarius quaerebatur. cum Camillo creati tribuni militum conſulari poteſtate, L. Furius Medullinus ſextum, C. Aemilius, L. Valerius Poplicola, Sp. Poſtumius, P. Cornelius iterum. Principio anni tribuni plebis nihil mouerunt: donec M. Furius Camillus in Faliſcos, cui id bellum mandatum erat, proficiſceretur. differendo deinde

C elanguit res: & Camillo, quem aduerſarium maxime metuerant, gloria in Faliſcis creuit. nam cum primo moenibus ſe hoſtes tenerent, tutiſſimum id rati, populatione agrorum, atque incendijs uillarum coegit eos egredi urbe, ſed timore longius progredi prohibente, mille fere paſſuum ab opido caſtra locant, nulla re alia fidentes ea ſatis tuta eſſe, quam difficultate aditus, aſperis confragoſiſq. circa, & partim artis, partim arduis uijs. ceterum Camillus captiuum indicem ex agris ſecutus ducem, caſtris multa nocte motis, prima luce aliquanto ſuperioribus locis ſe oſtendit. trifariam Romani muniebant. alius exercitus proelio intentus ſtabat. ibi impedire opus conatos hoſtes fundit fugatque. tantumq. inde pauoris Faliſcis iniectum eſt, ut effuſa fuga caſtra ſua, quae propiora erant, praelati, urbem peterent. multi caeſi uulneratique prius, quam pauentes portis inciderent. ca-

D ſtra capta: praeda ad quaeſtores redacta, cum magna militum ira. ſed ſeueritate imperij uicti, eandem uirtutem & oderant, & mirabantur. Obſidio inde urbis, & munitiones, & interdum per occaſionem impetus opidanorum in Romanas ſtationes, proeliaq. parua fieri: & teri tempus, neutro inclinata ſpe: cum frumentum, copiaeq. aliae ex ante conuecto largius obſeſſis, quam obſidentibus ſuppeterent. uidebaturq. aeque diuturnus futurus labor, ac Veijs fuiſſet: ni fortuna imperatori Romano ſimul & cognitae rebus bellicis uirtutis ſpecimen, & maturam uictoriam dediſſet. Mos erat Faliſcis eodem magiſtro liberorum & comite uti: ſimulq. plures pueri, quod hodie quoque in Graecia manet, unius curae demandabantur. principum liberos, ſicut fere fit, qui ſcientia uidebatur praecellere, erudiebat. is cum in pace inſtituiſſet pueros ante urbem luſus exercendiq. cauſſa producere; nihil eo more per belli tempus intermiſſo, dum modo breuioribus, modo longioribus ſpatijs trahendo eos a porta, luſu ſermonibusq. uariatis, longius ſolito, ubi res dedit,

E progreſſus inter ſtationes eos hoſtium, caſtraq. inde Romana in praetorium ad Camillum perduxit. ibi ſceleſto facinori ſceleſtiorem ſermonem addidit, Falerios ſe in manus Romanis tradidiſſe: quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum ſint, in poteſtatem dediderit. Quae ubi Camillus audiuit, Non ad ſimilem, inquit, tui nec populum, nec imperatorem, ſceleſtus ipſe cum ſceleſto munere uenisti. nobis cum Faliſcis, quae pacto fit humano, ſocietas non eſt: quam ingenerauit natura, utriſque eſt, eritque. ſunt & belli, ſicut pacis, iura: iuſteq. ea non minus, quam fortiter, didicimus gerere. arma habemus non aduerſum eam aetatem, cui etiam captis urbibus parcitur; ſed aduerſus armatos, & ipſos, qui nec laeſi nec laceſſiti a nobis, caſtra Romana ad Veios oppugnarunt. eos tu, quantum in te fuit, nouo ſcelere uiciſti: ego Romanis artibus, uirtute, opere, armis, ſicut Veios, uincam.

uineam. Denudatum deinde eum, manibus poſt tergum illigatis, reducendum Falerios F
pueris tradidit: uirgasq. eis, quibus proditorem agerent in urbem uerberantes, dedit.
Ad quod ſpectaculum concurſu populi primum facto, deinde a magiſtratibus de re noua
uocato ſenatu, tanta mutatio animis eſt iniecta, ut, qui modo efferati odio iraque, Veien-
tium exitium paene, quam Capenatium pacem, mallent, apud eos pacem uniuerſa poſce-
ret ciuitas. fides Romana, iuſtitia imperatoris, in foro & curia celebrantur: conſenſuque
omnium legati ad Camillum in caſtra, atque inde permiſſu Camilli Romam ad ſenatum,
qui dederent Falerios, proficiſcuntur. introducti ad ſenatum ita locuti traduntur: Patres
conſcripti, uictoria, cui nec deus nec homo quiſquam inuideat, uicti a uobis & imperato-
re ueſtro, dedimus nos uobis; rati quo nihil uictori pulchrius eſt, melius nos ſub imperio
ueſtro, quam legibus noſtris uicturos. Euentu huius belli duo ſalutaria exempla prodi-
ta humano generi ſunt. uos fidem in bello, quam praeſentem uictoriam maluiſtis: nos fi- G
de prouocati, uictoriam ultro detulimus: ſub ditione ueſtra ſumus. mittite qui arma, qui
obſides, qui urbem patentibus portis accipiant: nec uos fidei noſtrae, nec nos imperij ue-
ſtri paenitebit. Camillo & ab hoſtibus, & a ciuibus gratiae actae. Faliſcis in ſtipendium
militum eius anni, ut populus R. tributo uacaret, pecunia imperata. Pace data, exercitus
Romam reductus. Camillus meliore multo laude, quam cum triumphantem albi per ur-
bem uexerant equi, inſignis iuſtitia fideque, hoſtibus uictis, cum in urbem rediſſet, tacite
eius uerecundiam non tulit ſenatus, quin ſine mora uoti liberaretur: crateramq. auream
donum Apollini Delphos legati qui ferrent, L. Valerius, L. Sergius, A. Manlius, miſſi lon-
ga una naue, haud procul freto Siculo a piratis Liparenſium excepti deuehuntur Liparas.
mos erat ciuitatis, uelut publico latrocinio partam praedam diuidere. forte eo anno in
ſummo magiſtratu erat Timaſitheus quidam, Romanis uir ſimilior, quam ſuis; qui legato- H
rum nomen, donumque, & deum cui mitteretur, & doni cauſſam ueritus ipſe, multitudi-
nem quoque, quae ſemper ferme regenti eſt ſimilis, religionis iuſtae impleuit: adductosq.
in publicum hoſpitium legatos, cum praeſidio etiam nauium Delphos proſecutus, Romā
inde ſoſpites reſtituit. hoſpitium cum eo ſenatuſconſulto eſt factum: donaq. publice da-
ta. Eodem anno in Aequis uarie bellatum: adeo ut in incerto fuerit, & apud ipſos exer-
citus, & Romae, uiciſſent, uictine eſſent. Imperatores Romani fuere ex tribunis militum
C. Aemilius, Sp. Poſtumius. primo rem communiter geſſerunt: fuſis inde acie hoſtibus,
Aemilium praeſidio Verruginem obtinere placuit, Poſtumium fines uaſtare. ibi eum in-
compoſito agmine negligentius ab re bene geſta euntem adorti Aequi, terrore iniecto,
in proximos compulere tumulos: pauorq. inde ad Verruginem etiam ad praeſidium alterū
eſt perlatus. Poſtumius, ſuis in tutum receptis, cum concione aduocata terrorem incre- I
paret, ac fugam: fuſos eſſe ab ignauiſſimo & fugaciſſimo hoſte: conclamat uniuerſus
exercitus, merito ſe ea audire, & fateri admiſſum flagitium: ſed eoſdem correcturos eſ-
ſe, neque diuturnum id gaudium hoſtibus fore: poſcentes ut confeſtim inde ad caſtra ho-
ſtium duceret, & in conſpectu erant poſita in plano, nihil poenae recuſabant, ni ea ante
noctem expugnaſſent. Collaudatos, corpora curare, paratosque eſſe quarta uigilia iubet.
& hoſtes, nocturnam fugam ex tumulo Romanorum, ut ab ea uia quae ferebat Verrugi-
nem, excluderent, fuere obuij: proeliumq. ante lucem (ſed luna pernox erat) commiſſum
eſt: & haud incertius diurno proelium fuit. Sed clamor Verruginem perlatus, cum caſtra
Romana crederent oppugnari, tantum iniecit pauoris, ut nequidquam retinente, atque
obſecrante Aemilio, Tuſculum palati fugerent: inde fama Romam perlata eſt, Poſtumiū,
exercitumq. occiſum. Qui, ubi prima lux metum inſidiarum effuſe ſequentibus ſuſtulit, K
cum perequitaſſet aciem promiſſa repetens, tantum iniecit ardoris, ut non ultra ſuſtinue-
rint impetum Aequi. caedes inde fugientium, qualis ubi ira magis quam uirtute res geri-
tur, ad perniciem hoſtium facta eſt. triſtemq. ab Tuſculo nuncium, nequidquam exterrita
ciuitate litterae a Poſtumio laureatae ſequuntur: uictoriam populi R. eſſe: Aequorū exer-
citum deletum. Tribunorum plebis actiones quia nondum inuenerant finem, & plebs
continuare latoribus legis tribunatum, & patres reficere interceſſores legis anniſi ſunt.
ſed plus ſuis comitijs plebs ualuit. quem dolorem ulti patres ſunt, ſenatuſconſulto fa-
cto, ut conſules, inuiſus plebi magiſtratus, crearentur. Annum poſt quinctum decimum
creati conſules L. Lucretius Flauus, Ser. Sulpicius Camerinus. Principio huius anni fero-

citer,

A citer, quia nemo ex collegio interceſſurus erat, coortis ad perferendam legem tribunis pl. nec ſegnius ob id ipſum conſulibus reſiſtentibus, omniq. ciuitate in unam eam curam cōuerſa, Vitelliam, coloniam Romanam, in ſuo agro Aequi expugnant. colonorum pars maxima incolumis, quia nocte proditione opidum captum, liberam per auerſa urbis fugam dederat, Romam perfugere. L. Lucretio conſuli ea prouincia euenit. is cum exercitu profectus acie hoſtes uicit: uictorq. Romam ad maius aliquanto certamen rediijt. dies dicta erat tribunis pl. biennij ſuperioris, A. Virginio & Q. Pomponio: quos defendi patrū conſenſu, ad fidem ſenatus pertinebat. neque enim eos aut uitae ullo crimine alio, aut geſti magiſtratus quiſquam arguebat, praeterquam quod gratificātes patribus, rogationi tribuniciae interceſſiſſent. uicit tamen gratiam ſenatus plebis ira: & peſſimo exemplo innoxij denis millibus grauis aeris condemnati ſunt. id aegre paſſi patres. Camillus palam ſceleris plebem arguere: quae iam in ſuos uerſa, non intelligeret ſe prauo iudicio de tribunis B interceſſionem ſuſtuliſſe: interceſſione ſublata, tribuniciam poteſtatem euertiſſe. nam quod illi ſperarent effrenatam licentiam eius magiſtratus patres laturos, falli eos. ſi tribunicia uis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum patres inuenturos eſſe. conſuleſque increpabat, quod fide publica decipi tribunos eos taciti tuliſſent, qui ſenatus auctoritatem ſecuti eſſent. Haec propalam concionabundus in dies magis augebat iras hominum. ſenatum uero incitare aduerſus legem haud deſiſtebat: ne aliter deſcenderent in forum cum dies ferendae legis ueniſſet, quam ut qui meminiſſent ſibi pro aris, focisque, & deum templis, ac ſolo, in quo nati eſſent, dimicandum fore. nam quod ad ſe priuatim attineat: ſi ſuae gloriae ſibi inter dimicationem patriae meminiſſe ſit fas, ſibi amplum quoque eſſe urbem ab ſe captam frequentari: quotidie ſe frui monumento gloriae ſuae, & ante oculos habere urbem latam in triumpho ſuo: inſiſtere omnes ueſtigiis laudum ſuarum. ſed

C nefas ducere, deſertam ac relictam ab dijs immortalibus incoli urbem; & in captiuo ſolo habitare populum R. & uictrice patria uictam mutari. His adhortationibus patres concitati, principes, ſenes, iuuenesque, cum ferretur lex, agmine facto in forum uenerūt; diſſipatiq. per tribus, ſuos quiſque tribules prenſantes orare cum lacrymis coepere, ne eam patriam, pro qua fortiſſime feliciſſimeq. ipſi ac patres eorum dimicaſſent, desererent; Capitolium, aedem Veſtae, cetera circa templa deorum oſtētantes; ne exſulem, extorrem populum R. ab ſolo patrio, ac dijs penatibus, in hoſtium urbem agerēt; eoq. rem adducerent, ut melius fuerit non capi Veios, ne Roma deſereretur. Quia non ui agebant, ſed precibus, & inter preces multa deorum mentio erat, religioſum parti maximae fuit: & legem una plures tribus antiquarunt, quam iuſſerunt. adeoq. ea uictoria laeta patribus fuit, ut po

D ſtero die referentibus conſulibus ſenatuſconſultum fieret, ut agri Veientani ſeptena iugera plebi diuiderentur; nec patribus familiae tantum, ſed omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur; uellentq. in eam ſpem liberos tollere. Eo munere delenita plebe, nihil certatum eſt, quo minus conſularia comitia haberentur. creati conſules L. Valerius Potitus, M. Manlius, cui Capitolino poſtea fuit cognomen. Hi conſules magnos ludos fecere, quos M. Furius dictator uouerat Veienti bello. eodem anno aedes Iunonis Reginae ab eodem dictatore, eodemq. bello uota dedicatur: celebratamq. dedicationem ingenti matronarum ſtudio tradunt. Bellum haud memorabile in Algido cum Aequis geſtum eſt, fuſis hoſtibus prius paene, quam manus conſererēt. Valerio, quod perſeuerantior caedendis hoſtibus in fuga fuit, triumphus; Manlio, ut ouans ingrederetur urbem, decretum eſt. Eodem anno nouum bellum cum Vulſinienſibus exortum: quo, propter fa- An. 363.

E mem, peſtilentiamq. in agro Romano ex ſiccitate caloribusq. nimijs ortam, exercitus duci nequiuit. ob quae Vulſinienſes, Salpinatibus adiunctis, ſuperbia elati ultro agros Romanos incurſauere. bellum inde duobus populis indictum. C. Iulius cenſor deceſſit: in eius locum M. Cornelius ſuffectus. quae res poſtea religioni fuit: quia eo luſtro Roma eſt capta: nec deinde umquam in demortui locum cenſor ſufficitur. conſulibusq. morbo implicitis placuit per interregnum renouari auſpicia. itaque cum ex ſenatuſconſulto conſules magiſtratu ſe abdicaſſent, interrex creatur M. Furius Camillus: qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit. ab eo creati ſex tribuni militum conſulari poteſtate: ut, etiam ſi cui eorum incommoda ualetudo fuiſſet, copia magiſtratuum reip. eſſet. Kalendis Quinctilibus magiſtratum occepere L. Lucretius, Ser. An. 364.

Sulpicius,

Sulpicius, M. Aemilius, L. Furius Medullinus ſeptimum, Agrippa Furius, C. Aemilius F
iterum. Ex his L. Lucretio, & C. Aemilio Vulſinienſis prouincia euenit: Salpinates Agrippae Furio, & Ser. Sulpicio. Prius cum Vulſinienſibus pugnatum eſt. bellum numero hoſtium ingens, certamine haud ſane aſperum fuit. fuſa concurſu primo acies in fugam. millia octo armatorum ab equitibus interclusa, poſitis armis in deditionem uenerunt. Eius belli fama effecit, ne ſe pugnae committerent Salpinates: moenibus armati ſe tutabantur. Romani praedas paſſim & ex Salpinati agro, & ex Vulſinienſi, nullo eam uim arcente, egerunt: donec Vulſinienſibus feſſis bello, ea condicione, ut res populo R. redderent, ſtipendiumq. eius anni exercitui praeſtarent, in uiginti annos induciae datae. Eodem anno M. Caeditius de plebe nunciauit tribunis, ſe in Noua uia, ubi nunc ſacellum eſt ſupra aedem Veſtae, uocem noctis ſilentio audiſſe clariorem humana, quae magiſtratibus dici iuberet, Gallos aduentare. id, ut fit, propter auctoris humilitatem ſpretum; & quod longinqua G
eoq. ignotior gens erat. neque deorum modo monita ingruente fato ſpreta: ſed humanam quoque opem, quae una erat, M. Furium ab urbe amouere. qui, die dicta ab L. Appuleio tribuno pl. propter praedam Veientanam, filio quoque adoleſcente per idem tempus orbatus, cum, accitis domum tribulibus, & clientibus, quae magna pars plebis erat, percunctatus animos eorum, reſponſum tuliſſet, ſe collaturos quanti damnatus eſſet, abſoluere eum non poſſe; in exſilium abijt, precatus ab dijs immortalibus, ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore deſiderium ſui ciuitati ingratae facerent. abſens quindecim millibus grauis aeris damnatur. Expulſo ciue, quo manente, ſi quidquam humanorum certi eſt, capi Roma non potuerat; aduentante fatali urbis clade, legati ab Cluſinis ueniunt auxilium aduerſus Gallos petentes. Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximeq. uini noua tum uoluptate captam, alpes tranſiſſe; agroſque ab Etruſcis H
ante cultos poſſediſſe: & inuexiſſe in Galliam uinum, illiciendae gentis cauſſa, Aruntem Cluſinum, ira corruptae uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipſe, praepotente iuuene, & a quo expeti poenae, niſi externa uis quaeſita eſſet, nequirent. hūc tranſeuntibus alpes ducem auctoremq. Cluſium oppugnandi fuiſſe. equidem haud abnuerim, Cluſium Gallos ab Arunte, ſeu quo alio Cluſino adductos: ſed eos, qui oppugnauerunt Cluſium, non fuiſſe qui primi alpes tranſierint, ſatis conſtat. ducentis quippe annis ante, quam Cluſium oppugnarent, urbemq. Romam caperent, in Italiam Galli tranſcenderunt: nec cum his primum Etruſcorum, ſed multo ante cum ijs, qui inter Apenninum alpeſq. incolebant, ſaepe exercitus Gallici pugnauere. Tuſcorum ante Romanum imperium late terra mariq. opes patuere. mari ſupero inferoque, quibus Italia inſulae modo cingitur, quātum potuerint, nomina ſunt argumento, quod alterum Tuſcum communi uocabulo gentis, I
alterum Hadriaticum mare ab Hadria, Tuſcorum colonia, uocauere Italicae gentes. Graeci eadem Tyrrhenum, atque Hadriaticum uocant. Ij in utrumque mare uergentes, incoluere urbibus duodenis terras, prius cis Apenninum, ad inferum mare; poſtea trans Apenninum, totidem, quot capita originis erant, colonijs miſſis: quae trans padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui ſinum circumcolunt maris, uſque ad alpes tenuere. Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo eſt, maxime Rhetis: quos loca ipſa efferarunt, ne quid ex antiquo, praeter ſonum linguae, nec eum incorruptum, retinerent. De trāſitu in Italiam Gallorum haec accepimus. Priſco Tarquinio Romae regnante, Celtarū, quae pars Galliae tertia eſt, penes Bituriges ſumma imperij fuit. ij regem Celticae dabant. Ambigatus is fuit, uirtute fortunaq cum ſua tum publica praepollens: quod in imperio eius Gallia adeo frugum hominumq. fertilis fuit, ut abundans multitudo uix regi uideretur poſſe. Hic magno natu ipſe iam, exonerare praegrauante turba regnum cupiens, Bellouesum ac Sigoueſum, ſororis filios, impigros iuuenes, miſſurum ſe eſſe in quas dij dediſſent auguriis ſedes, oſtendit. quantum ipſi uellent numerum hominum excirent, ne qua gens arcere aduenientes poſſet. tum Sigoueſo ſortibus dati Hercinij ſaltus. Belloueſo haud paullo laetiorem in Italiam uiam dij dabant. Is, quod ea gens populis abundabat, Bituriges, Aruernos, Senones, Aeduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, exciuit. profectus ingentibus peditum, equitumq. copijs in Tricaſtinos uenit. Alpes inde oppoſitae erant, quas inexſuperabiles uiſas haud equidem miror, nulla dum uia, (quo de quidem continens ulla memoria ſit,) niſi ab Hercule, (ſi fabulis credere libet) ſuperatas. Ibi cum K

uelut

A uelut ſæptos montium altitudo teneret Gallos; circumſpectarentque, quanam per iuncta caelo iuga in alium orbem terrarum tranſirent; religio etiam tenuit, quod allatum eſt, aduenas quaerentes agrum ab Salyum gente oppugnari. Maſſilienſes erãt hi, nauibus a Phocaea profecti. id Galli fortunae ſuae omen rati adiuuere, ut quem primũ in terram egreſſi occupauerant locum, patentibus ſiluis communirent. ipſi Taurino ſaltu, inuios alpis tranſſcenderunt: fuſiſque acie Tuſcis haud procul Ticino flumine, cum, in quo conſederant, agrum Inſubrium appellari audiſſent, cognominẽ Inſubribus pago Aeduorum: ibi omen ſequentes loci, condidere urbem, Mediolanum appellarunt. Alia ſubinde manus Germanorum Elitouio duce ueſtigia priorum ſecuta, eodem ſaltu fauente Belloueſo cum transſcendiſſent alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſunt, (locos tenuere Libui) conſidunt. poſt hos Saluij, qui praeter antiquam gentem Laeuos, Ligures incolentes citra Ti-
B cinum amnem expulere. Poenino deinde Boij, Lingoneſq. tranſgreſſi, cum iam inter Padum, atque alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trãiecto, non Etruſcos modo, ſed etiam Vmbros agro pellunt: intra Apenninum tamen ſeſe tenuere. Tum Senones recentiſſimi aduenarum ab Vtẽte flumine uſque ad Aeſim fines habuere. hanc gentem Cluſium Romamq. inde ueniſſe comperio: id parum certum eſt, ſolam ne, an ab omnibus Ciſalpinorum Gallorum populis adiutam. Cluſini nouo bello exterriti, cum multitudinem, cum formas hominum inuſitatas cernerent, & genus armorum: audirentq. ſaepe ab ijs cis Padum, ultraque, legiones Etruſcorum fuſas: quamquam aduerſus Romanos nullum eis ius ſocietatis amicitiaeue erat, niſi quod Veientes conſanguineos aduerſus populum R. non defendiſſent, legatos Romam, qui auxilium ab ſenatu peterent, miſere. De auxilio nihil impetratum. legati tres, M. Fabij Ambuſti filij miſsi, qui ſenatus populique R. nomine
C agerent cum Gallis, ne, a quibus nullam iniuriam accepiſſent, ſocios populi R. atque amicos oppugnarent. Romanis eos bello quoque, ſi res cogat, tuendos eſſe: ſed melius uiſum bellum ipſum amoueri, ſi poſſet: & Gallos, nouam gentem, pace potius cognoſci, quam armis. Mitis legatio, ni praeferoces legatos, Galliſq. magis quam Romanis ſimiles, habuiſſet. quibus, poſtquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur reſponſum: Etſi nouum nomen audiant Romanorum, tamen credere uiros fortes eſſe, quorum auxilium a Cluſinis in re trepida ſit imploratum. &, quoniam legatione aduerſus ſe maluerint, quam armis tueri ſocios; ne ſe quidem pacem, quam illi afferant, aſpernari, ſi Gallis egentibus agro, quem latius poſsideant, quam colant, Cluſini, partem finium concedant: aliter pacem impetrari non poſſe. & reſponſum, coram Romanis ſe accipere uelle: &, ſi negetur ager, coram ijſdem Romanis dimicaturos ut nunciare domum poſſint, quantum
D Galli uirtute ceteros mortales praeſtarent. Quodnam id ius eſſet, agrum a poſſeſſoribus petere, aut minari arma, Romanis quaerentibus, & quid in Etruria rei Gallis eſſet? cum illi, ſe in armis ius ferre, & omnia fortium uirorum eſſe, ferociter dicerent: accenſis utrimque animis ad arma diſcurritur, & proelium conſeritur. ibi, iam urgentibus Romanam urbem fatis, legati contra ius gentium arma capiunt. nec id clam eſſe potuit; cum ante ſigna Etruſcorum tres nobiliſſimi fortiſſimiq. Romanae iuuentutis pugnarent. tantum eminebat peregrina uirtus. quin etiam Q. Fabius euectus extra aciem equo, ducem Gallorum, ferociter in ipſa ſigna Etruſcorum incurſantem, per latus transfixum haſta occidit. ſpoliaq. eius legentem Galli agnouere: perq. totam aciem, Romanum legatum eſſe, ſignum datum eſt. omiſſa inde in Cluſinos ira, receptui canunt, minantes Romanis. Erant qui extemplo Romam eundum cenſerent. uicere ſeniores, ut legati prius mitterentur queſtum iniurias: po-
E ſtulatumque, ut pro iure gentium uiolato Fabij dederentur. Legati Gallorum cum ea, ſicut erant mandata, expoſuiſſent; ſenatui nec factum placebat Fabiorum, & ius poſtulare barbari uidebantur: ſed ne id, quod placebat, decerneret, in tantae nobilitatis uiris ambitio obſtabat. itaque ne penes ipſos culpa eſſet cladis forte Gallico bello acceptae, cognitionem de poſtulatis Gallorum ad populum reijciunt. ubi tanto plus gratia, atque opes ualuere, ut, quorum de poena agebatur, tribuni militum conſulari poteſtate in inſequentem annum crearentur. quo facto, haud ſecus, quam dignum erat, infenſi Galli, bellum propalam minantes, ad ſuos redeunt. Tribuni militum cum tribus Fabijs creati Q. Sulpicius Longus, Q. Seruilius quartum, Ser. Cornelius Maluginenſis. Cum tanta moles mali inſtaret, (adeo occaecat animos fortuna, ubi uim ſuam ingruentem

refringi

peſtringi non uult) ciuitas, quae aduerſus Fidenatem ac Veientem hoſtem, aliosq. finitimos F
populos ultima experiens auxilia, dictatorem multis tempeſtatibus dixiſſet; ea tunc, inuſi-
tato, atque inaudito hoſte ab oceano terrarumq. ultimis oris bellum ciente, nihil extraor
dinarij imperij aut auxilij quaeſiuit. tribuni, quorum temeritate bellum contractum erat,
ſummae rerum praeerant; delectumq. nihilo accuratiorem, quam ad media bella haberi ſo
litus erat, extenuantes etiam famam belli, habebant. Interim Galli, poſtquam accepere
ultro honorem habitum uiolatoribus iuris humani, eluſamq. ſuam legationẽ eſſe, flagran-
tes ira, cuius impotens eſt gens, confeſtim ſignis conuulſis, citato agmine iter ingrediun-
tur. ad quorum praetereuntium raptim tumultum cum exterritae urbes ad arma concurre
rent, fugaq. agreſtium fieret, Romam ſe ire magno clamore ſignificabant; quacumque
ibant, equis, uiriſque, longe ac late fuſo agmine, immenſum obtinentes loci. ſed antece-
dente fama, nuncijsq. Cluſinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terro- G
ris Romam celeritas hoſtium tulit: quippe quibus, uelut tumultuario exercitu raptim
ducto, aegre ad undecimum lapidem occurſum eſt, qua flumen Alia Cruſtominis monti-
bus praealto defluens alueo, haud multum infra uiam Tiberino amni miſcetur. iam o-
mnia contra circaque hoſtiũ plena erant: & nata in uanos tumultus gens, truci cantu, cla-
moribusque uarijs horrendo cuncta compleuerant ſono. ibi tribuni militum, non loco
caſtris antecapto, non praemunito uallo, quo receptus eſſet, non deorum ſaltem, ſi non ho
minum, memores, nec auſpicato, nec litato inſtruunt aciem diductam in cornua, ne cir-
cumueniri multitudine hoſtium poſſent. nec tamen aequari frontes poterant, cum, exte-
nuando, infirmam, & uix cohaerentem mediam aciem haberent. paullum erat ab dextra
editi loci, quem ſubſidiarijs repleri placuit; eaque res ut initium pauoris ac fugae, ſic una
ſalus fugientibus fuit. nam Brennus regulus Gallorum in paucitate hoſtium artem ma- H
xime timens, ratus ad id captum ſuperiorem locum, ut, ubi Galli cum acie legionum re-
cta fronte concurriſſent, ſubſidia in auerſos tranſuerſosque impetum darent, ad ſubſidia-
rios ſigna conuertit; ſi eos loco depuliſſet, haud dubius facilem in aequo campi tantum ſu
peranti multitudini uictoriam fore. adeo non fortuna modo, ſed ratio etiam cum barba-
ris ſtabat. In altera acie nihil ſimile Romanis non apud duces, non apud milites erat. pa-
uor fugaque occupauerat animos, & tanta hominum obliuio, ut multo maior pars Veios
in hoſtiũ urbem, cum Tiberis arceret, quam recto itinere Romam ad coniuges ac liberos
fugerent. parumper ſubſidiarios tutatus eſt locus. in reliqua acie ſimul eſt clamor proxi-
mis ab latere, ultimis ab tergo auditus, ignotum hoſtem, prius paene quam uiderent, non
modo non tentato certamine, ſed ne clamore quidem reddito, integri intactique fuge-
runt. nec ulla caedes pugnantium fuit. Terga caeſa ſuomet ipſorum certamine, in turba I
impedientium fugam. circa ripam Tiberis, quo armis abiectis totum ſiniſtrum cornu de-
fugit, magna ſtrages facta eſt: multoſque imperitos nandi, aut inualidos, graues loricis,
alijſque tegminibus, hauſere gurgites. maxima tamen pars incolumis Veios perfugit: un-
de non modo praeſidij quidquam, ſed ne nuncius quidem cladis Romam eſt miſſus. Ab de
xtro cornu, quod procul a flumine, & magis ſub monte ſteterat, Romam omnes petiere,
& ne clauſis quidem portis urbis in arcem confugerant. Gallos quoque, uelut obſtupe-
factos, miraculum uictoriae tam repentinae tenuit. & ipſi pauore defixi primum ſteterunt,
uelut ignari quid accidiſſet: deinde inſidias uereri: poſtremo caeſorum ſpolia legere, armo
rumque cumulos, ut mos eis eſt, coaceruare. tum demum, poſtquam nihil uſquam hoſti-
le cernebatur, uiam ingreſſi, haud multo ante ſolis occaſum ad urbem Romam perue-
niunt. ubi cum praegreſſi equites, non portas clauſas, non ſtationem pro portis excubare, K
non armatos eſſe in muris retuliſſent; aliud priori ſimile miraculum eos ſuſtinuit; no-
ctemque ueriti, & ignotae ſitum urbis, inter Romam atque Anienem conſedere, explo-
ratoribus miſſis circa moenia, aliaſque portas, quaenam hoſtibus in perdita re conſilia eſ-
ſent. Romani, cum pars maior ex acie Veios petiſſet, quam Romam; nec supereſſe
quemquam praeter eos, qui Romam refugerant, crederent; comploratis omnibus pari-
ter uiuis, mortuiſque, totam prope urbem lamentis impleuerunt. priuatos deinde lu-
ctus ſtupefecit publicus pauor, poſtquam hoſtes adeſſe nunciatum eſt. mox ululatus can-
tusq. diſſonos uagantibus circa moenia turmatim barbaris audiebant. omne inde tempus
ſuſpenſos ita tenuit animos uſque ad lucem alteram, ut identidem iam in urbem futurus
uideretur

A uideretur impetus primo aduentu, quo acceſſerant ad urbem. manſuros enim ad Aliam fuiſſe, niſi hoc conſilij foret. deinde ſub occaſum ſolis, quia haud multum diei ſupererat, ante noctem rati ſe inuaſuros: tum in noctem dilatum conſilium eſſe, quo plus pauoris in ferrent. poſtremo lux appropinquans exanimare. timoriq. perpetuo ipſum malum continens fuit, cum ſigna infeſta portis ſunt illata. nequaquam tamen ea nocte, neque inſequenti die ſimilis illi, quae ad Aliam tam pauide fugerat, ciuitas fuit. nam cum defendi urbem poſſe tam parua relicta manu ſpes nulla eſſet; placuit, cum coniugibus ac liberis iuuẽtutem militarem, ſenatusque robur in arcem Capitoliumq; conſcendere, armisque & frumento collatis, ex loco inde munito deos hominesq. & Romanum nomen defendere; flaminem, ſacerdotesque Veſtales, ſacra publica a caede, ab incendijs procul auferre, nec ante deſeri cultum eorum, quam non ſupereſſent qui colerent: ſi arx, Capitoliumque

B ſedes deorum, ſi ſenatus caput publici conſilij, ſi militaris iuuentus ſuperfuerit imminenti ruinae urbis, facilem iacturam eſſe ſeniorem, relictae in urbe utique perituraę turbae. &, quo id aequiore animo de plebe multitudo ferret, ſenes triumphales conſulareſque ſimul ſe cum illis palam dicere obituros, nec his corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam poſſent, oneraturos inopiam armatorum. Haec inter ſeniores morti deſtinatos iactata ſolatia. Vniuerſae inde adhortationes ad agmen iuuenum, quos in Capitolium atq. in arcem proſequebantur, commendantes uirtuti eorum, iuuentaeque, urbis per trecentos ſexaginta annos omnibus bellis uictricis, quaecumque reliqua eſſet, fortunam. Digredientibus qui ſpem omnem atque opem ſecum ferebant, ab ijs, qui captae urbis non ſuper eſſe ſtatuerant exitio, cum ipſa res ſpecieſq. miſerabilis erat, tum muliebris fletus, & concurſatio incerta nunc hos nunc illos ſequentium, rogitantiumque uiros natoſque, cui ſe

C fato darent? nihil, quod humanis ſupereſſet malis, relinquebant. magna pars tamen earum in arcem ſuos perſecutae ſunt, nec prohibente ullo, nec uocante: quia, quod utile obſeſſis ad minuendam imbellem multitudinem, id parum humanum erat. Alia maxime plebis turba, quam nec capere tam exiguus collis, nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effuſa uelut agmine iam uno petijt Ianiculum. inde pars per agros dilapſi, pars urbes petunt finitimas, ſine ullo duce, aut conſenſu, ſuam quiſque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis, exſequenteſ. Flamen interim Quirinalis, uirgineſque Veſtales, omiſſa rerum ſuarum cura, quae ſacrorum ſecum ferenda, quae (quia uires ad omnia ferenda deerant) relinquenda eſſent, conſultantes, quiſue ea locus fideli aſſeruaturus cuſtodia eſſet, optimum ducunt, condita in doliolis ſacello proximo aedibus flaminis Quirinalis, ubi nunc deſpui religio eſt, defodere. cetera inter ſe onere

D partito ferunt uia, quae Sublicio ponte ducit ad Ianiculum. in eo cliuo eas cum L. Albinius, de plebe Romana homo, conſpexiſſet, plauſtro coniugem ac liberos uehens inter ceteram turbam, quae inutilis bello urbe excedebat, ſaluo etiam tum diſcrimine diuinarum humanarumq. rerum, irreligioſum ratus ſacerdotes publicos ſacraq. populi R. pedibus ire, ferrique, ſe ac ſuos in uehiculo conſpici, deſcendere uxorem ac pueros iuſſit, uirgines ſacraq. in plauſtrum impoſuit, & Caere, quo iter ſacerdotibus erat, peruexit. Romae interim ſatis iam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem compoſitis, turba ſeniorum domos regreſſa, aduentum hoſtium obſtinato ad mortem animo exſpectabat. qui eorum curules geſſerant magiſtratus; ut in fortunae priſtinae, honorumque, aut uirtutis inſignib. morerentur, quae auguſtiſſima ueſtis eſt thenſas ducentibus triumphantibuſue, ea ueſtiti medio aedium eburneis ſellis ſedere. ſunt qui, M. Fabio pontifice maximo praefante car-

E men, deuouiſſe eos ſe pro patria Quiritibuſq. Romanis tradant. Galli, & quia, interpoſita nocte, a contentione pugnae remiſerant animos, & quod nec in acie ancipiti uſquam certauerant proelio, nec tum impetu aut ui capiebãt urbem, ſine ira, ſine ardore animorum ingreſſi poſtero die urbem, patente Collina porta, in forum perueniunt, circumferentes oculos ad templa deum, arcemq. ſolam belli ſpeciem tenentem. inde, modico relicto praeſidio, ne quis in diſſipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret, dilapſi ad praedam uacuis occurſu hominum uijs, pars in proxima quaeque tectorum agmine ruunt, pars ultima, uelut ea demum intacta & referta praeda, petunt. inde rurſus ipſa ſolitudine abſterriti, ne qua fraus hoſtilis uagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglobati redibant: ubi eos plebis aedificijs obſeratis, patẽtibus atrijs principum, maior prope cunctatio tene-

bat aperta, quam clauſa, inuadendi. adeo haud ſecus, quam uenerabundi, intuebantur in F
aedium ueſtibulis ſedentes uiros, praeter ornatum habitumq. humano auguſtiorem, maie-
ſtate etiam, quam uultus grauitaſq. oris prae ſe ferebat, ſimillimos dijs, ad eos uelut ſimu-
lacra uerſi cum ſtarent, M. Papirius unus ex his, dicitur Gallo, barbam ſuam, ut tum omni-
bus promiſſa erat, permulcenti, ſcipione eburneo in caput incuſſo iram mouiſſe; atque
ab eo initium caedis ortum; ceteros in ſedibus ſuis trucidatos. poſt principum caedem
nulli deinde mortalium parci; diripi tecta, exhauſtis inijci ignes. Ceterum, ſeu non o-
mnibus delendi urbē libido erat, ſeu ita placuerat principibus Gallorum, & oſtentari quae-
dam incendia terroris cauſſa, ſi compelli ad deditionem caritate ſedum ſuarum obſeſſi poſ-
ſent; & non omnia concremari tecta, ut, quodcumque ſupereſſet urbis, id pignus ad fle-
ctendos hoſtium animos haberent: nequaquam perinde, atque in capta urbe, prima die
aut paſſim, aut late uagatus eſt ignis. Romani ex arce plenam hoſtium urbem cernentes, G
uagoſq. per uias omnes curſus, cum alia, atque alia parte noua aliqua clades oriretur, non
mentibus ſolum concipere, ſed ne auribus quidem, atque oculis ſatis conſtare poterant.
quocumque clamor hoſtium, mulierum, puerorumq. ploratus, ſonitus flammae, & fragor
ruentium tectorum auertiſſet, pauentes ad omnia animos oraq. & oculos flectebant, uel-
ut ad ſpectaculum a fortuna poſiti occidentis patriae, nec ullius rerum ſuarum relicti, prae-
terquam corporum, uindices: tanto ante alios miſerandi magis, qui umquam obſeſſi ſunt,
quod interclusi a patria obſidebantur, omnia ſua cernentes in hoſtium poteſtate. nec tran-
quillior nox diem tam foede actum excepit. lux deinde noctem inquietam inſecuta eſt,
nec ullum erat tempus; quod a nouae ſemper cladis alicuius ſpectaculo ceſſaret. nihil
tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animos, quin, etſi omnia flammis ac ruinis
aequata uidiſſent, quamuis inopem paruumque, quem tenebant, collem libertati relictum H
uirtute defenderent: & iam, cum eadem quotidie acciderent, uelut aſſueti malis, abalie-
nauerant ab ſenſu rerum ſuarum animos, arma tantum, ferrumq. in dextris, uelut ſolas re-
liquias ſpei ſuae, intuentes. Galli quoque, per aliquot dies in tecta modo urbis nequid-
quam bello geſto, cum inter incendia ac ruinas captae urbis nihil ſupereſſe praeter arma-
tos hoſtes uiderent, necquidquam tot cladibus territos, nec flexuros ad deditionem
animos, ni uis adhiberetur; experiri ultima, & impetum facere in arcem ſtatuunt. pri-
ma luce ſigno dato multitudo omnis in foro inſtruitur: inde clamore ſublato, ac teſtudine
facta ſubeunt. aduerſus quos Romani nihil temere, nec trepide, ad omnes aditus ſtatio-
nibus firmatis, qua ſigna ferri uidebant, ea robore uirorum oppoſito ſcandere hoſtem ſi-
nunt; quo ſucceſſerit magis in arduum, eo pelli poſſe per procliue facilius, rati. medio fe-
re cliuo reſtitere: atque inde ex loco ſuperiore, qui prope ſua ſponte in hoſtem inferebat, I
impetu facto, ſtrage ac ruina fudere Gallos: ut numquam poſtea nec pars, nec uniuerſi
tentauerint tale pugnae genus. omiſſa itaque ſpe per uim atque arma ſubeundi, obſidio-
nem parant: cuius ad id tempus immemores, &, quod in urbe fuerat frumentum, in-
cendijs urbis abſumpſerant, & ex agris per ipſos dies raptum omne Veios erat. igi-
tur exercitu diuiſo, partim per finitimos populos praedari placuit, partim obſideri ar-
cem, ut obſidentibus frumentum populatores agrorum praeberent. Proficiſcentes Gal-
los ab urbe ad Romanam experiendam uirtutem, fortuna ipſa Ardeam, ubi Camillus exſu-
labat, duxit: qui maeſtior ibi fortuna publica, quam ſua, cum dijs hominibuſq. accuſan-
dis ſeneſceret, indignando, mirandoq. ubi illi uiri eſſent, qui ſecum Veios Falerioſq. ce-
piſſent, qui alia bella fortius ſemper, quam felicius, geſſiſſent, repente audit Gallorum
exercitum aduentare, atque de eo pauidos Ardeates conſultare. nec ſecus quam diui- K
no ſpiritu tactus, cum ſe in mediam concionem intuliſſet, abſtinere ſuetus ante talibus
conſilijs, Ardeates, inquit, ueteres amici, noui etiam ciues mei, quando & ueſtrum be-
neficium ita tulit, & fortuna hoc egit mea, nemo ueſtrum condicionis meae oblitum me
huc proceſſiſſe putet: ſed res, ac periculum commune cogit, quod quiſque poſſit in re
trepida praeſidij, in medium conferre. & quando ego uobis pro tantis ueſtris in me meri-
tis gratiam referam, ſi nunc ceſſauero? aut ubi uſus erit mei uobis, ſi in bello non fuerit?
hac arte in patria ſteti; & inuictus bello, in pace ab ingratis ciuibus pulſus ſum. uobis autē
Ardeates fortuna oblata eſt & pro tantis priſtinis populi Romani beneficijs, quāta ipſi me-
miniſtis, (nec enim exprobrāda apud memores ſunt) gratiae referēdae, & huic urbi decus

ingens

A ingens belli ex hoſte communi pariendi. Quae effuſo agmine aduentat, gens eſt cui natu
ra corpora animosq. magna magis, quam firma, dederit. eo in certamen omne plus terro-
ris, quam uirium ferunt. argumento ſit clades Romana. patentem cepere urbem: ex arce
Capitolioq. his exigua reſiſtitur manu. iam obſidionis taedio uicti abſcedunt, uagique per
agros palantur. cibo uinoq. raptim hauſto repleti, ubi nox appetit, prope riuos aquarum,
ſine munimento, ſine ſtationibus ac cuſtodijs paſſim ferarum ritu ſternuntur, nunc ab ſe-
cundis rebus magis etiam ſolito incauti. ſi uobis in animo eſt tueri moenia ueſtra, nec pa-
ti haec omnia Galliam fieri, prima uigilia capite arma frequẽtes: me ſequimini ad caedem,
non ad pugnam. niſi uictos ſomno, uelut pecudes, trucidandos tradidero, non recuſo eun-
dem Ardeae rerum mearum exitum, quem Romae habui. Aequis iniquisq. perſuaſum e-
rat, tantum bello uirum neminem uſquam ea tempeſtate eſſe. concione dimiſſa corpora
B curant, intenti quam mox ſignum daretur. quo dato, primae noctis ſilentio ad portas cum
Camillo praeſto fuere. egreſſi, haud procul urbe, ſicut praedictum erat, caſtra Gallorum in
tuta, neglectaq. ab omni parte nacti, cum ingenti clamore inuadunt. nuſquam proelium,
omnibus locis caedes eſt: nuda corpora, & ſoluta ſomno trucidantur. extremos tamen pa
uor cubilibus ſuis excitos, quae aut unde uis eſſet ignaros, in fugam, & quoſdam in hoſtem
ipſum improuidos tulit. magna pars in agrum Antiatem delati, incurſione ab oppidanis
in palatos facta, circumueniuntur. Similis in agro Veienti Tuſcorum facta ſtrages eſt.
qui urbis iam prope quadringenteſimum annum uicinae, oppreſſae ab hoſte inuiſitato inau
ditoque, adeo nihil miſerti ſunt, ut in agrum Romanum eo tempore incurſiones facerent,
pleniq. praedae Veios etiam praeſidiumque, & ſpem ultimam Romani nominis in animo
habuerint oppugnare. Viderant eos milites Romani uagantes per agros, & congregatos
C agmine praedam prae ſe agentes, & caſtra cernebant haud procul Veijs poſita. inde pri-
mum miſeratio ſui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit, Etruſcisne etiã, a qui
bus bellum Gallicum in ſe auertiſſent, ludibrio eſſe clades ſuas? Vix temperauere animis,
quin extemplo impetum facerent: compreſſiq. ab Q. Caedicio centurione, quem ſibimet
ipſi praefecerant, rem in noctem ſuſtinuere. tantum par Camillo defuit auctor: cetera eo-
dem ordine, eodemq. fortunae euentu geſta. quin etiã ducibus captiuis, qui caedi noctur
nae ſuperfuerant, ad aliam manum Tuſcorum ad Salinas profecti, nocte inſequenti ex im-
prouiſo maiorem caedem edidere, dupliciq. uictoria ouantes Veios redeunt. Romae in-
terim plerũque obſidio ſegnis, & utrimque ſilentium eſſe, ad id tantum intentis Gallis, ne
quis hoſtium euadere inter ſtationes poſſet: cum repente iuuenis Romanus admiratione
in ſe ciues hoſtesq. conuertit. Sacrificium erat ſtatum in Quirinali colle genti Fabiae. ad
D id faciendum C. Fabius Dorſo, Gabino cinctu, ſacra manibus gerens, cum de Capitolio
deſcendiſſet, per medias hoſtium ſtationes egreſſus, nihil ad uocem cuiuſquam terrorem-
ue motus, in Quirinalem collem peruenit. ibiq. omnibus ſollemniter peractis, eadem re-
uertens ſimiliter conſtanti uultu graduque, ſatis ſperans propitios eſſe deos, quorum cul-
tum ne mortis quidem metu prohibitus deſeruiſſet, in Capitolium ad ſuos redijt, ſeu atto
nitis Gallis miraculo audaciae, ſeu religione etiam motis, cuius haudquaquam negligens
eſt gens. Veijs interim non animi tantum in dies, ſed etiam uires creſcebant: nec Roma-
nis ſolum eo conuenientibus ex agris, qui aut proelio aduerſo, aut clade captae urbis pala
ti fuerant, ſed etiam ex Latio uoluntarijs confluentibus, ut in parte praedae eſſent. maturũ
iam uidebatur repeti patriam, eripiq. ex hoſtium manibus: ſed corpori ualido caput dee-
rat. locus ipſe admonebat Camilli: & magna pars militum erat, qui ductu auſpicioq. eius
E res proſpere geſſerant. & Caedicius negare ſe commiſſurum, cur ſibi aut deorũ aut homi-
num quiſquam imperium finiret potius, quam ipſe memor ordinis ſui poſceret imperato-
rem. conſenſu omnium placuit ab Ardea Camillum acciri, ſed antea conſulto ſenatu, qui
Romae eſſet. adeo regebat omnia pudor, diſcriminaq. rerum prope perditis rebus ſerua-
bant. ingenti periculo tranſeundum per hoſtium cuſtodias erat. ad eam rem Pontius Co-
minus, impiger iuuenis, operam pollicitus, incubans cortici, ſecundo Tiberi ad urbem de-
fertur: inde qua proximum fuit a ripa, per praeruptum, eoque neglectum hoſtium cuſto-
diae ſaxum, in Capitolium euadit; & ad magiſtratus ductus, mandata exercitus edit. ac-
cepto inde ſenatus decreto, ut & comitijs curiatis reuocatus de exſilio iuſſu populi Camil-
lus dictator extemplo diceretur, militesq. haberent imperatorem quem uellent, eadem

degreſſus nuncius Veios contendit: miſſiq. Ardeam legati ad Camillum, Veios eum perduxere: ſeu, quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam; quod nec iniuſſu populi mutari finibus poſſet, nec, niſi dictator dictus, auſpicia in exercitu habere; lex curiata lata eſt, dictatorq. abſens dictus. Dum haec Veijs agebantur, interim arx Romae Capitoliumq. in ingenti periculo fuit. namque Galli, ſeu ueſtigio notato humano, qua nuncius a Veijs peruenerat, ſeu ſua ſponte animaduerſo ad Carmentis ſaxum adſcenſu aequo, nocte ſubluſtri cum primo inermem, qui tentaret uiam, praemiſiſſent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui eſſet, alterni innixi, ſubleuantesq. inuicem, & trahentes alij alios, prout poſtularet locus, tanto ſilentio in ſummum euaſere, ut non cuſtodes ſolum fallerent, ſed ne canes quidem, ſollicitum animal ad nocturnos ſtrepitus, excitarent. anſeres non fefellere; quibus ſacris Iunoni in ſumma inopia cibi tamen abſtinebatur. quae res ſaluti fuit. namque clangore eorum, alarumq. crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante conſul fuerat, uir bello egregius, armis arreptis ſimul ad arma ceteros ciens uadit; &, dum ceteri trepidant, Gallum, qui iam in ſummo conſtiterat, umbone ictum deturbat. cuius caſus prolapſi cum proximos ſterneret, trepidantes alios, armisque omiſſis ſaxa, quibus adhaerebant, manibus amplexos trucidat. iamq. & alij congregati telis miſſilibusq. ſaxis proturbare hoſtes, ruinaq. tota prolapſa acies in praeceps deferri. ſedato deinde tumultu, reliquum noctis, quantum in turbatis mentibus poterat, cum praeteritum quoque periculum ſollicitaret, quieti datum eſt. luce orta, uocatis claſſico ad concilium militibus ad tribunos, cum & recte, & perperam facto pretium deberetur; Manlius primum ob uirtutem laudatus, donatusq. non ab tribunis ſolum militum, ſed conſenſu etiam militari: cui uniuerſi ſelibras farris, & quartarios uini ad aedes eius, quae in arce erat, contulerunt; rem dictu paruam; ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis: cum ſe quiſque uictu ſuo fraudans, detractum corpori, atque uſibus neceſſarijs, ad honorem unius uiri conferret. Tum uigiles eius loci, qua fefellerat adſcendens hoſtis, citati: & cum in omnes more militari ſe animaduerſurum Q. Sulpicius tribunus militum pronunciaſſet, conſentiente clamore militum, in unum uigilem conijcientium culpam, deterritus, a ceteris abſtinuit: reum haud dubium eius noxae approbantibus cunctis de ſaxo deiecit. inde intentiores utrimque cuſtodiae eſſe, & apud Gallos, quia uulgatum erat, inter Veios Romamq. nuncios commeare; & apud Romanos, nocturni periculi memoria. ſed ante omnia obſidionis belliq. mala, fames utrimque exercitum urgebat: Gallos peſtilentia etiam, cum loco iacente inter tumulos caſtra habentes, tum ab incendijs torrido, & uaporis pleno, cineremq. non puluerem modo ferente, cum quid uenti motum eſſet, quorum intolerantiſſima gens eſt, humori, ac frigori aſſueta: cum aeſtu, & algore uexata, uulgatis uelut in pecua morbis moreretur. Iam pigritia ſingulos ſepeliendi promiſcue aceruatos cumulos hominum urebant: buſtorumque inde Gallicorum nomine inſignem locum fecere. induciae deinde cum Romanis factae, & colloquia permiſſu imperatorum habita: in quibus cum identidem Galli famem obijcerent, eaque neceſſitate ad deditionem uocarent, dicitur auertendae eius opinionis cauſſa multis locis panis de Capitolio iactatus eſſe in hoſtium ſtationes. ſed iam neque diſſimulari, neque ferri ultra fames poterat. itaque dum dictator delectum per ſe Ardeae habet, magiſtrum equitum L. Valerium a Veijs abducere exercitum iubet; parat, inſtruitque, quibus haud impar adoriatur hoſtes: interim Capitolinus exercitus, ſtationibus uigilijsq. feſſus, ſuperatis tamen humanis omnibus malis, cum famem unam natura uinci non fineret, diem de die proſpectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret, poſtremo ſpe quoque iam, non ſolum cibo deficiente, & cum in ſtationes procederent prope obruentibus infirmum corpus armis, uel dedi, uel redimi ſe quacumque pactione poſſent, iuſſit; iactantibus non obſcure Gallis, haud magna mercede ſe adduci poſſe ut obſidionem relinquant. tum ſenatus habitus, tribuniſq. militum negotium datum, ut paciſcerentur. inde inter Q. Sulpicium tribunum militum, & Brennum regulum Gallorum colloquio tranſacta res eſt, & mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. rei foediſsimae per ſe, adiecta indignitas eſt: pondera ab Gallis allata iniqua: &, tribuno recuſante, additus ab inſolente Gallo ponderi gladius: auditaq. intoleranda Romanis uox, uae uictis eſſe. ſed dii, homineſq. prohibuere redemptos uiuere Romanos. nam forte quadam, prius quam infanda merces perficeretur, per

VAE VICTIS

altercationem

A alterationem nondum omni auro appenſo, dictator interuenit: auferriq. aurum de medio,& Gallos ſubmoueri iubet. cum illi renitentes pactos dicerent ſeſe, negat eam pactionẽ ratam eſſe, quae, poſtquam ipſe dictator creatus eſſet, iniuſſu ſuo ab inferioris iuris magiſtratu facta eſſet: denunciatq. Gallis, ut ſe ad proelium expediant: ſuos in aceruum conijcere ſarcinas, & arma aptare, ferroq. non auro recuperare patriam iubet, in conſpectu habentes fana deum, & coniuges, & liberos, & ſolum patriae deforme belli malis, & omnia quae defendi repetiq. & ulciſci fas ſit. inſtruit deinde aciẽ, ut loci natura patiebatur, in ſemirutae ſolo urbis, & natura inaequali; & omnia, quae arte belli ſecunda ſuis eligi praepararíue poterant, prouidit. Galli noua re trepidi arma capiunt, iraq. magis quam conſilio in Romanos incurrunt. Iam uerterat fortuna: iam deorum opes humanaque conſilia rẽ Romanam adiuuabant. igitur primo concurſu haud maiore momento fuſi Galli ſunt,

B quam ad Aliam uicerant. iuſtiore altero deinde proelio ad octauum lapidem Gabina uia, quo ſe ex fuga contulerant, eiuſdem ductu auſpicioq. Camilli uincuntur. ibi caedes obtinuit. caſtra capiuntur, & ne nuncius quidem cladis relictus. Dictator, recuperata ex hoſtibus patria, triumphans in urbem redit: interq. iocos militares, quos inconditos iaciunt, Romulus, ac parens patriae, conditorq. alter urbis haud uanis laudibus appellabatur. Seruatam deinde bello patriam, iterum in pace haud dubie ſeruauit, cum prohibuit migrari Veios, & tribunis rem intentius agentibus poſt incenſam urbem, & per ſe inclinata magis plebe ad id conſilium. eaq. cauſſa fuit non abdicandae poſt triumphum dictaturae, ſenatu obſecrante ne remp. in incerto relinqueret ſtatu. Omnium primum, ut erat diligentiſſimus religionum cultor, quae ad deos immortales pertinebant, retulit. ſenatuſconſultum fit, fana omnia, quod ea hoſtes poſſediſſent, reſtituerentur, terminarentur, expiarenturq.,

C expiatioq. eorum in libris per duumuiros quaereretur: cum Caeretibus publice hoſpitiũ fieret, quod ſacra populi R. ac ſacerdotes recepiſſent, beneficioq. eius populi non intermiſſus honos deum immortalium eſſet: ludi Capitolini fierent, quod Iuppiter optimus maximus ſuam ſedem, atque arcem populi R. in re trepida tutatus eſſet: collegiumq. ad eam rem M. Furius dictator conſtitueret, ex ijs, qui in Capitolio, atque arce habitarent. Expiandae etiam uocis nocturnae, quae nuncia cladis ante bellum Gallicum audita, neglectaque eſſet, mentio illata, iuſſumq. templum in Noua uia Aio Locuto fieri. Aurum, quod Gallis ereptum erat, quodq. ex alijs templis inter trepidationem in Iouis cellam collatum, cum, in quae referri oporteret, confuſa memoria eſſet, ſacrum omne iudicatum, & ſub Iouis cella poni iuſſum. Iam ante in eo religio ciuitatis apparuerat, quod, cum in publico deeſſet aurum, ex quo ſumma pactae mercedis Gallis confieret, a matronis collatum acce-

D perant, ut ſacro auro abſtineretur. matronis gratiae actae, honosq. additus, ut earum, ſicut uirorum, poſt mortem ſollemnis laudatio eſſet. Ijs peractis, quae ad deos pertinebãt, quaeque per ſenatum agi poterant; tum demum, agitantibus tribunis plebem aſſiduis concionibus, ut, relictis ruinis, in urbem paratam Veios tranſmigrarent; in concionem uniuerſo ſenatu proſequente adſcendit, atque ita uerba fecit: Adeo mihi acerbae ſunt Quirites contentiones cum tribunis plebis, ut nec triſtiſſimi exſilij ſolatium aliud habuerim, quoad Ardeae uixi, quam quod procul ab his certaminibus eram; & ob eadem haec, niſi me ſenatuſconſulto populiq. iuſſu reuocaretis, rediturus umquam fuerim. nec nunc me, ut redirem, mea uoluntas mutata, ſed ueſtra fortuna perpulit. quippe ut in ſua ſede maneret patria, id agebatur; non utique ut ego in patria eſſem. & nunc quieſcerem, ac tacerem libenter, niſi haec quoque pro patria dimicatio eſſet: cui deeſſe, quoad uita ſuppeditat, alijs

E turpe, Camillo etiam nefas eſt. Quid enim repetijmus? quid obſeſſam ex hoſtium manibus eripuimus, ſi recuperatam ipſi deſerimus? & cum uictoribus Gallis, capta tota urbe, Capitolium tamen, atque arcem dijq. & homines Romani tenuerint, habitauerint: uictoribus Romanis, recuperata urbe, arx quoque & Capitolium deſeretur? & plus uaſtitatis huic urbi ſecunda noſtra fortuna faciet, quam aduerſa fecerit? equidem, ſi nobis cum urbe ſimul poſitae traditaeq. per manus religiones nullae eſſent, tamen tam euidens numen hac tempeſtate rebus affuit Romanis, ut omnem negligentiam diuini cultus exemptam hominibus putem. intuemini enim horum deinceps annorum uel ſecundas res, uel aduerſas: inuenietis omnia proſpere eueniſſe ſequentibus deos, aduerſa ſpernentibus. Iam omnium primum Veiens bellum per quot annos, quanto labore geſtum, nõ ante cepit finẽ,

quam monitu deorum aqua ex lacu Albano emiſſa eſt? Quid haec tandé urbis noſtrae cla- F
des noua? num ante exorta eſt, quam ſpreta uox caelo emiſſa de aduentu Gallorum? quã
gentium ius ab legatis noſtris uiolatum? quam a nobis,cum uindicari deberet, eadem ne-
gligentia deorum praetermiſſum? igitur uicti,captique,ac redempti,tãtum poenarum dijs
hominibusq. dedimus,ut terrarum orbi documento eſſemus. aduerſae deinde res admo-
nuerunt religionum. confugimus in Capitolium ad deos, ad ſedem Iouis optimi maxi-
mi. ſacra in ruina rerum noſtrarum alia terrae celauimus, alia auecta in finitimas urbes
amouimus ab hoſtium oculis: deorum cultum, deſerti ab dijs hominibusque, tamen non
intermiſimus. reddidere igitur patriam,& uictoriam,& antiquum belli decus amiſſum; &
in hoſtes,qui caeci auaritia in pondere auri foedus ac fidem fefellerunt, uerterunt terroré,
fugamque, & caedem. haec culti neglectiq. numinis tanta monumenta in rebus humanis
cernẽtes, ecquid ſentitis Quirites quantum uix dum ex naufragijs prioris culpae cladisq. G
emergentes paremus nefas? urbem auſpicato inauguratoq. conditam habemus: nullus
locus in ea non religionum deorumq. eſt plenus: ſacrificijs ſollemnibus nõ dies magis ſta-
ti quam loca ſunt,in quibus fiant. hos omnes deos publicos priuatosq. Quirites deſertu-
ri eſtis? quam par ueſtrum factum eſt, quod in obſidione nuper in egregio adoleſcente C.
Fabio, non minore hoſtium admiratione, quam ueſtra, conſpectum eſt, cum inter Gallica
tela degreſſus ex arce ſollemne Fabiae gentis in colle Quirinali obijt? an gẽtilicia ſacra ne
in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos deos [redacted] in pace deſeri placet?
& pontifices flaminesq. negligentiores publicarum religionum eſſe, quam priuatus in ſol-
lemni gentis fuerit? Forſitan aliquis dicat, aut Veijs ea nos facturos, aut huc inde miſſuros
ſacerdotes noſtros, qui faciant, quorum neutrum fieri ſaluis caerimonijs poteſt. & ne o-
mnia generatim ſacra, omnesq. percenſeam deos, in Iouis epulo num alibi, quã in Capi- H
tolio, puluinar ſuſcipi poteſt? quid de aeternis Veſtae ignibus, ſignoq. quod imperij pignus
cuſtodia eius templi tenetur, loquar? quid de ancilibus ueſtris, Mars Gradiue, tuq. Quiri-
ne pater? haec omnia in profano deſeri placet ſacra, aequalia urbi, quaedam uetuſtiora ori-
gine urbis? Et uidete, quid inter nos ac maiores noſtros interſit: illi ſacra quaedã in monte
Albano Lauinioq. nobis facienda tradiderunt. An ex hoſtium urbibus Romam ad nos
transferri ſacra religioſum fuit; hinc ſine piaculo in hoſtium urbem Veios transferemus?
Rercordamini agite dum, quoties ſacra inſtaurentur, quia aliquid ex patrio ritu, negligen-
tia caſuue, praetermiſſum eſt. Modo quae res poſt prodigium Albani lacus, niſi inſtauratio
ſacrorum, auſpiciorumq. renouatio, affectae Veienti bello reip. remedio fuit? At etiã, tam
quam ueterum religionum memores, peregrinos deos tranſtulimus Romam, & inſtitui-
mus nouos. Iuno Regina tranſuecta a Veijs nuper in Auentino quam inſigni ob excellens I
matronarum ſtudium, celebriq. dedicata eſt die? Aio Locuto templum propter caeleſtem
uocem exauditam in Noua uia iuſſimus fieri: Capitolinos ludos ſollemnibus alijs addidi-
mus: collegiumq. ad id nouum auctore ſenatu condidimus. quid horum opus fuit ſuſcipi,
ſi una cum Gallis urbem Romanam relicturi fuimus? ſi non uoluntate manſimus in Capi-
tolio per tot menſes obſidionis? ſi ab hoſtibus metu retenti ſumus? De ſacris loquimur, &
de templis: quid tandem de ſacerdotibus? nonne in mentem uenit, quantum piaculi com-
mittatur? Veſtalibus nempe una illa ſedes eſt, ex qua eas nihil umquam praeterquam urbs
capta mouit. Flamini diali noctem unam manere extra urbem nefas eſt: hos Veiẽtes pro
Romanis facturi eſtis ſacerdotes? & Veſtales tuae te deſerent Veſta? & flamen peregre ha-
bitando, in ſingulas noctes tantum ſibi reiq. publicae piaculi contrahet? Quid alia, quae au-
ſpicato agimus omnia fere intra pomerium, cui obliuioni, aut cui negligentiae damus? K
Comitia curiata, quae rem militarem continent; comitia centuriata, quibus conſules tri-
bunosq. militares creatis; ubi auſpicato, niſi ubi adſolet, fieri poſſunt? Veiosne haec trans-
feremus? an comitiorum cauſſa populus tanto incommodo in deſertam hanc ab dijs ho-
minibusq. urbem conueniet? Sed res ipſa cogit uaſtatam incendijs ruinisq. relinquere
urbem, & ad integra omnia Veios migrare, nec hic aedificando inopem plebem uexare.
Hanc autẽ iactari magis cauſſam: quam ueram eſſe, ut ego non dicam, apparere uobis Qui-
rites puto: qui meminiſtis ante Gallorũ aduentũ ſaluis tectis publicis priuatisque, ſtante
incolumi urbe, hãc eandẽ rẽ actam eſſe, ut Veios trãſmigraremus. Et uidete, quantũ inter
meã ſententiã ueſtramq. interſit tribuni. uos, etiã ſi tunc faciendũ non fuerit, nunc utique

faciendum

A faciendum putatis: ego contra, (nec id mirati ſitis prius, quam, quale ſit, audieritis) etiam ſi tunc migrandum fuiſſet incolumi tota urbe, nunc has ruinas relinquendas non cenſeré: quippe tum cauſſa nobis in urbem captã migrandi uictoria eſſet, glorioſa nobis, ac poſteris noſtris: nunc haec migratio nobis miſera ac turpis, Gallis glorioſa eſt. nõ enim reliquiſſe uictores, ſed amiſiſſe uicti patriam uidebimur. hoc ad Aliam fuga, hoc capta urbs, hoc circumſeſſum Capitolium neceſſitatis impoſuiſſe, ut deſereremus penates noſtros, exſiliumq. ac fugam nobis ex eo loco conſciſceremus, quem tueri non poſſemus? & Galli euertere potuerunt Romam, quam Romani reſtituere non uidebantur potuiſſe? Quid reſtat, niſi ut, ſi iam nouis copijs ueniant, (conſtat enim uix credibilem multitudinem eſſe) & habitare in capta ab ſe, deſerta a uobis hac urbe uelint, ſinatis? quid, ſi non Galli hoc, ſed ueteres hoſtes ueſtri, Aequi, Volſciue faciant, ut commigrent Romam? uelitisne illos

B Romanos, uos Veientes eſſe? non malitis hanc ſolitudinem ueſtram, quam urbem hoſtium eſſe? nõ equidem uideo quid magis nefas ſit. haec ſcelera, quia piget aedificare, haec dedecora pati parati eſtis? ſi tota urbe nullum melius ampliusue tectum fieri poſſet, quam caſa illa conditoris eſt noſtri: non in caſis ritu paſtorum agreſtiumq. habitare eſt ſatius inter ſacra penateſque ueſtros, quam exſulatum publice ire? maiores noſtri, conuenae, paſtoreſque, cum in his locis nihil praeter ſiluas paludeſque eſſet, nouam urbem tam breui aedificarunt: nos, Capitolio, arce incolumi, ſtantibus templis deorum, aedificare incenſam piget? & quod ſinguli facturi fuimus ſi aedes noſtrae deflagraſſent, hoc in publico incendio uniuerſi recuſamus facere? Quid tandem, ſi fraude, ſi caſu Veijs incendium ortum ſit, uentoq. ut fieri poteſt, diffuſa flamma magnam partem urbis abſumat; Fidenas inde, aut Gabios, aliamue quam urbem quaeſituri ſumus, quo tranſmigremus? adeo nihil tenet

C ſolum patriae, nec haec terra, quam matrem appellamus, ſed in ſuperficie tigniſque caritas nobis patriae pendet? Equidem fatebor uobis, etſi minus iniuriae ueſtrae, quam meae calamitatis, meminiſſe iuuat: cum abeſſem, quotieſcumque patria in mentem ueniret, haec omnia occurrebant, colles, cãpique, & Tiberis, & aſſueta oculis regio, & hoc caelum, ſub quo natus educatuſque eſſem. quae uos Quirites nunc moueant potius caritate ſua, ut maneatis in ſede ueſtra, quam poſtea, cum reliqueritis ea, macerent deſiderio. Non ſine cauſſa dij hominesque hunc urbi condendae locum elegerunt, ſaluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quo maritimi commeatus accipiantur; mare uicinum ad commoditates, nec expoſitum nimia propinquitate ad pericula claſſium externarum: regionum Italiae medium, ad incrementum urbis natum

D unice locum. argumento eſt ipſa magnitudo tam nouae urbis. trecenteſimus ſexageſimusquintus annus urbis Quirites agitur. inter tot ueterrimos populos tam diu bella geritis; cum interea, ne ſingulas loquar urbes, non coniuncti cum Aequis Volſci, tot tam ualida opida, non uniuerſa Etruria, tantum terra marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiae, bello uobis par eſt. Quod cum ita ſit; quae, malum, ratio eſt expertis alia experiri; cum iam, ut uirtus ueſtra tranſire alio poſſit, fortuna certe loci huius tranſferri hinc non poſſit? Hic Capitolium eſt; ubi quondam capite humano inuento reſponſum eſt, eo loco caput rerum, ſummamque imperij fore. hic cum augurato liberaretur Capitolium, Iuuentas Terminuſque maximo gaudio patrum noſtrorum moueri ſe non paſſi. hic Veſtae ignes, hic Ancilia caelo demiſſa, hic omnes propitij manentibus uobis dij. Mouiſſe eos Camillus cum alia oratione, tum ea, quae ad religiones pertinebat,

E maxime dicitur. ſed rem dubiam decreuit opportune uox emiſſa, quod, cum ſenatus poſt paullo de his rebus in curia Hoſtilia haberetur, cohorteſque ex praeſidijs reuertentes forte agmine forum tranſirent, centurio in Comitio exclamauit: Signifer, ſtatue ſignum: hic manebimus optime. Qua uoce audita, & ſenatus accipere ſe omen ex curia egreſſus conclamauit, & plebs circumfuſa approbauit. Antiquata deinde lege, promiſcue urbs aedificari coepta. tegula publice praebita eſt: ſaxi materiaeque caedẽdae, unde quiſque uellet, ius factum, praedibus acceptis eo anno aedificia perfecturos. feſtinatio curam exemit uicos dirigendi, dum, omiſſo ſui alienique diſcrimine, in uacuo aedificant. ea eſt cauſſa, ut ueteres cloacae, primo per publicum ductae, nunc priuata paſſim ſubeant tecta; formaque urbis ſit occupatae magis, quam diuiſae, ſimilis.

EPITOME. LIBRI. VI

RES aduerſus Aequos, & Volſcos, & Praeneſtinos proſpere geſtas continet. Quattuor tribus additae ſunt, Stellatina, Sabatina, Tromentina, Arnienſis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum obſtrictos aere alieno liberaret, nexos exſolueret, crimine affectati regni damnatus, de ſaxo Tarpeio deiectus eſt. in cuius notam ſenatuſconſultum factum, ne cui de Manlia gente Marco nomen eſſet. C. Licinius & L. Sextius tribuni pl. legem promulgarunt, ut conſules ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur. eamq. cum magna contentione, repugnantibus patribus, cum iidem tribuni pl. per quinquennium ſoli magiſtratus fuiſſent, pertulerunt. & primum ex plebe conſul L. Sextius creatus eſt. Lata eſt altera lex, ne cui plus quingentis iugeribus agri liceret poſſidere. G

LIBER. VI

QVAE ab condita urbe Roma ad captam eandem Romani ſub regibus primum, conſulibus deinde, ac dictatoribus, decemuiriſque, ac tribunis conſularibus geſſere foris bella, domi ſeditiones, quinque libris expoſui; res cum uetuſtate nimia obſcuras, uelut quae magno ex interuallo loci uix cernuntur; tum quod & rarae per eadem tẽpora litterae fuere, una cuſtodia fidelis memoriae rerum geſtarum; &, quod etiam ſi quae in commentarijs pontificum, alijsq. publicis priuatiſq. erant monumentis, incenſa urbe H
pleraeque interiere. clariora deinceps certioraq. ab ſecunda origine, uelut ab ſtirpibus laetius feraciuſq. renatae urbis, geſta domi militiaeq. exponentur. Ceterum quo primo admi-
An.366. niculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe ſtetit: neque eum abdicare ſe dictatura, niſi anno circumacto, paſſi ſunt. Comitia in inſequentem annum tribunos habere, quorum in magiſtratu capta urbs eſſet, non placuit: res ad interregnum redijt. Cum ciuitas in opere ac labore aſſiduo reficiendae urbis teneretur; interim Q. Fabio, ſimul primum magiſtratu abijt, ab C. Marcio tribuno pl. dicta dies eſt, quod legatus in Gallos, ad quos miſſus erat orator, contra ius gentium pugnaſſet. cui iudicio eum mors adeo opportuna, ut uoluntariam magna pars crederet, ſubtraxit. Interregnum initum. P. Corne-
An.367. lius Scipio interrex, & poſt cum M. Furius Camillus iterum. is tribunos militum conſulari poteſtate creat, L. Valerium Poplicolam iterum, L. Virginium, P. Cornelium, A. Manlium, L. Aemilium, L. Poſtumium. I Hi ex interregno cum extemplo magiſtratum iniſſent, nulla de re prius, quam de religionibus, ſenatum conſuluere. in primis foedera, ac leges (erant autem aereae duodecim tabulae, & quaedam regiae leges) conquiri, quae cõparerent, iuſſerunt. alia ex eis edita etiam in uulgus. quae autem ad ſacra pertinebant, a pontificibus maxime, ut religione obſtrictos haberent multitudinis animos, ſuppreſſa. Tum de diebus religioſis agitari coeptum: diemq. A. D. XV Kalendas Sextiles, duplici clade inſignem, quo die ad Cremeram Fabij caeſi, quo deinde ad Aliam cum exitio urbis foede pugnatum, a poſteriore clade Alienſem appellarunt, inſigneinq. nulli rei publice priuatimque agendae fecerunt. Quin, quod poſtridie idus Quinctiles non litaſſet Q. Sulpicius tribunus militum, neque inuenta pace deum poſt diem tertium obiectus hoſti exercitus Romanus eſſet, etiam poſtridie idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. inde, ut poſtridie K
Kalendas quoque ac nonas eadem religio eſſet, traditum, putant. Nec diu licuit quietis conſilia erigendae ex tam graui caſu reipublicae ſecum agitare. hinc Volſci, ueteres hoſtes, ad exſtinguendum nomen Romanum arma ceperant: hinc Etruriae principum ex omnibus populis coniurationem de bello ad fanum Voltumnae factam, mercatores afferebant. nouus quoque terror acceſſerat defectione Latinorum Hernicorumque; qui, poſt pugnam ad lacum Regillum factam, per annos prope centum numquam ambigua fide in amicitia populi R. fuerant. itaque cum tanti undique terrores circumſtarent, appareretq. omnibus non odio ſolum apud hoſtes, ſed contemptu etiam inter ſocios nomen Romanum laborare: placuit eiuſdem auſpicijs defendi remp. cuius recuperata eſſet; dictatoremque

dici

Dies Religiosi, Ἡμέραι ἀποφράδες. Vide Gellium capite noni libri quarti et capite 17. libri quinti. Quidam

A dici M. Furium Camillum. is dictator C. Seruilium Ahalam magiſtrum equitum dixit;
iuſtitioq. indicto, delectum iuniorum habuit; ita ut ſeniores quoque, quibus aliquid robo-
ris ſupereſſet, in uerba ſua iuratos centuriaret. Exercitum conſcriptum armatumq. trifa-
riam diuiſit. partem unam in agro Veiente Etruriae oppoſuit: alteram ante urbem caſtra
locare iuſsit. tribunus militum his A. Manlius, illis, qui aduerſus Etruſcos mittebantur, L.
Aemilius praepoſitus. tertiam partem ipſe ad Volſcos duxit: nec procul ab Lanuuio (ad
Maecium, is locus dicitur) caſtra oppugnare eſt adortus. quibus ab contemptu, quod pro
pe omnem deletam a Gallis Romanam iuuentutem crederent, ad bellum profectis, tan-
tum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut uallo ſe ipſi, uallum congeſtis arbo-
ribus, ſaepirent, ne qua intrare ad munimenta hoſtis poſſet. quod ubi animaduertit Camil
lus, ignem in obiectam ſaepem conijci iuſsit. & forte erat uis magna uenti uerſa in hoſtem.
B itaque non aperuit ſolum incendio uiam, ſed flammis in caſtra tendentibus, uapore etiam
ac fumo, crepituq. uiridis materiae flagrantis ita conſternauit hoſtes, ut minor moles ſupe
rantibus uallum in caſtra Volſcorum Romanis fuerit, quam tranſcendentibus ſaepem in-
cendio abſumptam fuerat. Fuſis hoſtibus, caeſisque, cum caſtra primo impetu cepiſſet di-
ctator, praedā militi dedit, quo minus ſperatā a minime largitore duce, eo militi gratior.
perſecutus deinde fugientes, cum omnem Volſcum agrum depopulatus eſſet, ad deditio-
nem Volſcos ſeptimo ac centeſimo demum anno ſubegit. uictor ex Volſcis in Aequos
tranſit & ipſos bellum molientes, exercitum eorum ad Bolas oppreſsit: nec caſtra mo-
do, ſed urbem etiam aggreſſus, impetu primo cepit. Cum in ea parte, in qua caput rei Ro-
manae Camillus erat, ea fortuna eſſet; aliam in partem terror ingens ingruerat. Etruria
prope omnis armata Sutrium ſocios populi R. obſidebat. quorum legati opem rebus affe-
C ctis orantes cum ſenatum adiſſent, decretum tulere, ut dictator primo quoque tempore au
xilium Sutrinis ferret. cuius ſpei moram cum pati fortuna obſeſſorum non potuiſſet; con-
fectaq. paucitas opidanorum opere, uigilijs, uulneribusque, quae ſemper eoſdem urge-
bant, per pactionem urbe hoſtibus tradita, inermes cum ſingulis emiſsi ueſtimentis, miſe-
rabili agmine penates relinquerent: eo forte tempore Camillus cum exercitu Romano
interuenit. cui cum ſe maeſta turba ad pedes prouoluiſſet; principumq. orationem neceſ-
ſitate ultima expreſſam, fletus mulierum ac puerorum, qui exſilij comites trahebantur, ex-
cepiſſet: parcere lamentis Sutrinos iuſsit: Etruſcis ſe luctum lacrymasq. ferre. Sarcinas
inde deponi, Sutrinosq. ibi conſidere modico praeſidio relicto, arma ſecum militem ferre
iubet. ita expedito exercitu profectus ad Sutrium, id quod rebatur, ſoluta omnia rebus, ut
fit, ſecundis inuenit: nullam ſtationem ante moenia, patentes portas, uictorem uagum prae
D dam ex hoſtium tectis egerentem. Iterum igitur eodem die Sutrium capitur: uictores
Etruſci paſsim trucidantur ab nouo hoſte, neque ſe conglobandi, coeundiq. in unum, aut
arma capiendi datur ſpatium. cum pro ſe quiſque tenderent ad portas, ſi qua forte ſe in
agros eijcere poſſent; clauſas (id enim primum dictator imperauerat) portas inueniunt.
inde alij arma capere: alij, quos forte armatos tumultus occupauerat, conuocare ſuos, ut
proelium inirent. quod accenſum ab deſperatione hoſtium fuiſſet, ni praecones per urbem
dimiſsi poni arma, & parci inermi iuſsiſſent, nec praeter armatos quemquam uiolari. tum
etiam quibus animi in ſpe ultima obſtinati ad decertandum fuerant; poſtquam data ſpes
uitae eſt, iactare paſsim arma, inermesque, quod tutius fortuna fecerat, ſe hoſti offerre. ma
gna multitudo in cuſtodias dimiſſa: opidum ante noctem redditum Sutrinis inuiolatum,
integrumq. ab omni clade belli: quia non ui captum, ſed traditum per condiciones fue-
E rat. Camillus in urbem triumphans redijt, trium ſimul bellorum uictor. longe plurimos
captiuos ex Etruſcis ante currum duxit. quibus ſub haſta uenumdatis, tantum aeris reda-
ctum eſt, ut, pretio pro auro matronis perſoluto, ex eo, quod ſupererat, tres paterae aureae
factae ſint: quas cum titulo nominis Camilli, ante Capitolium incenſum, in Iouis cella cō
ſtat ante pedes Iunonis poſitas fuiſſe. Eo anno in ciuitatem accepti, qui Veientium Ca-
penatiumq. ac Faliſcorum per ea bella transfugerant ad Romanos, agerq. ijs nouis ciui-
bus aſsignatus. reuocati quoque in urbem ſenatuſconſulto a Veijs. qui aedificandi Romae
pigritia, occupatis ibi uacuis tectis Veios ſe contulerant. & primo fremitus fuit aſpernan-
tium imperium: dies deinde praeſtituta, capitaliſq. poena, niſi remigraſſent Romam, ex fe
rocibus uniuerſis ſingulos metu ſuo quemque obedientes fecit. Et Roma cum frequentia

creſcere,

creſcere, tum tota ſimul exſurgere aedificijs, & rep. impenſas adiuuante, & aedilibus uelut F
publicum exigentibus opus, & ipſis priuatis (admonebat enim deſiderium uſus) feſti-nantibus ad effectum operis. intraq. annum noua urbs ſtetit. Exitu anni comitia tribu-
AN. 368. norum militum conſulari poteſtate habita. Creati, T. Quinctius Cincinnatus, Q. Ser-uilius Fidenas quinctum, L. Iulius Iulus, L. Aquillius Coruus, L. Lucretius Tricipitinus, Ser. Sulpicius Rufus. Exercitum alterum in Aequos, non ad bellum, (uictos namque ſe fatebantur) ſed ab odio ad peruaſtandos fines, ne quid ad noua conſilia relinquerent ui-rium, duxere: alterum in agrum Tarquinienſem. ibi opida Etruſcorum Cort Noſſa, & Cort Enebra ui capta, diruptaque. ad Cort Noſſam nihil certaminis fuit. improuiſo ador-ti, primo clamore atque impetu cepere. direptum opidum atque incenſum eſt. Cort E-nebra paucos dies oppugnationem ſuſtinuit; laborq. continuus, non die, non nocte remiſ-ſus, ſubegit eos. Cum in ſex partes diuiſus exercitus Romanus, ſenis horis in orbem ſuc- G
cederet proelio; opidanos eoſdem integro ſemper certamini paucitas feſſos obijceret: ceſſere tandem, locusq. inuadendi urbem Romanis datus eſt. Publicari praedam, tribu-nis placebat: ſed imperium, quam conſilium, ſegnius fuit. dum cunctantur, iam militum praeda erat, nec niſi per inuidiam adimi poterat. Eodem anno, ne priuatis tantum operi-bus creſceret urbs, Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt, opus uel in hac magnificentia urbis conſpiciendum. Iam & tribuni pl. ciuitate aedificando occupata, con ciones ſuas frequentare legibus agrarijs conabantur. oſtentabatur in ſpem Pomptinus ager, tum primum poſt acciſas a Camillo Volſcorum res poſſeſſionis haud ambiguae. cri-minabantur multo eum infeſtiorem agrum ab nobilitate eſſe, quam a Volſcis fuerit. ab il-lis enim tantum, quoad uires & arma habuerunt, incurſiones eo factas: nobiles homines in poſſeſſionem agri publici graſſari; nec, niſi, antequam omnia praecipiant, diuiſus ſit, lo- H
cum ibi plebi fore. Haud magnopere plebem mouerant, & infrequentem in foro pro-pter aedificandi curam, & eodem exhauſtam impenſis, eoq. agri immemorem, ad quem in ſtruendum uires non eſſent. In ciuitate plena religionum, tum etiam ab recenti clade ſu-perſtitioſis principibus, ut renouarentur auſpicia, res ad interregnum redijt. interreges deinceps, M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius Camerinus, L. Valerius Potitus. hic
AN. 369 demum tribunorum militum conſulari poteſtate comitia habuit. L. Papirium, C. Ser-gium, L. Aemilium iterum, C. Cornelium, L. Menenium, L. Valerium Poplicolam ter-tium, creat. hi ex interregno magiſtratum occepere. Eo anno aedes Martis Gallico bello uota, dedicata eſt a T. Quinctio duumuiro ſacris faciundis. Tribus quattuor ex nouis ci-uibus additae, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arnienſis: eaeq. uigintiquinque tribuum numerum expleuere. De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno pl. actum ad frequentio- I
rem iam populum, mobilioremque ad cupiditatem agri, quam fuerat. Et de Latino Her-nicoque bello mentio facta in ſenatu. maioris belli cura, quod Etruria in armis erat, di-lata eſt. Res ad Camillum tribunum militum conſulari poteſtate redijt: collegae additi
AN. 370. quinque, Ser. Cornelius Maluginenſis, Q. Seruilius Fidenas ſextum, L. Quinctius Cin-cinnatus, L. Horatius Puluillus, P. Valerius. Principio anni auerſae curae hominum ſunt a bello Etruſco: quod fugientium ex agro Pomptino agmen repente illatum in urbem at-tulit, Antiates in armis eſſe, Latinorumq. populos iuuentutem ſummiſiſſe ad id bellum, eo abnuentes publicum fuiſſe conſilium, quod non prohibitos tantummodo uoluntarios dicerent militare ubi uellent. Deſierant iam ulla contemni bella. itaque ſenatus dijs a-gere gratias, quod Camillus in magiſtratu eſſet. dictatorem quippe dicendum eum fuiſ-ſe, ſi priuatus eſſet: & collegae fateri regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris K
ingruat, in uiro uno eſſe; ſibique deſtinatum in animo eſſe, Camillo ſummittere impe-rium: nec quidquam de maieſtate ſua detractum credere, quod maieſtati eius uiri con-ceſſiſſent. Collaudatis ab ſenatu tribunis, & ipſe Camillus confuſus animo gratias egit. Ingens inde ait onus a populo R. ſibi, qui ſe dictatorem iam quartum creaſſet, magnum a ſenatu talibus de ſe iudicijs eius ordinis, maximum tam honorato collegarum obſequiq iniungi: itaque ſi quid laboris uigiliarumque adijci poſſit, certantem ſecum ipſum anni-ſurum, ut, tanto de ſe conſenſu ciuitatis, opinionem, quae maxima ſit, etiam conſtantem efficiat. Quod ad bellum, atque Antiates attineat, plus ibi minarum, quam periculi eſſe: ſe tamen ut nihil timendi, ſic nihil contemnendi auctorem eſſe. Circumſederi urbem Ro-

manam

A manam ab inuidia & odio finitimorum: itaque & ducibus pluribus & exercitibus ad-miniſtrandam remp. opus eſſe. Te, inquit, P. Valeri ſocium imperij conſilijque legiones mecum aduerſus Antiatem hoſtem ducere placet: te Q. Seruili altero exercitu inſtructo paratoq. in urbe caſtra habere, intentum, ſiue Etruria ſe interim, ut nuper, ſiue noua haec cura, Latini, atque Hernici mouerint. pro certo habeo ita rem geſturum, ut patre, auo, teque ipſo, ac ſex tribunatibus dignum eſt. tertius exercitus ex cauſſarijs ſenioribusq. a L. Quinctio ſcribatur, qui urbi moenibusq. praeſidio ſit. L. Horatius arma, tela, frumentum, quaeque alia belli tempora poſcent, prouideat. Te Ser. Corneli, praeſidem huius publici conſilij, cuſtodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum, collegae facimus. Cunctis in partes muneris ſui benigne pollicentibus operam, Valerius ſocius imperij lectus adiecit, M. Furium ſibi pro dictatore, ſeq. ei pro magiſtro equitum futurum:

B proinde, quam opinionem de unico imperatore, eam ſpem de bello haberent. Se uero bene ſperare patres & de bello, & de pace, uniuerſaq. rep. erecti gaudio fremunt: nec dictatore umquam opus fore reip. ſi tales uiros in magiſtratu habeat, tam concordibus iunctos animis, parere atque imperare iuxta paratos, laudemque conferentes potius in medium, quam ex communi ad ſe trahentes. Iuſtitio indicto, delectuq. habito, Furius ac Valerius ad Satricum profecti: quo non Volſcorum modo iuuentutem Antiates ex noua ſobole lectam, ſed ingentem Latinorum Hernicorumq. conciuerant ex integerrimis diutina pace populis. itaque nouus hoſtis ueteri adiunctus, commouit animos militis Romani. quod ubi aciem iam inſtruenti Camillo centuriones renunciauerunt, turbatas militum mentes eſſe, ſegniter arma capta, cunctabundosq. & reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe; quin uoces quoque auditas, cum centenis hoſtibus ſingulos pugnaturos; & aegre inermem tantam

C multitudinem, ne dum armatam, ſuſtineri poſſe: in equum inſilit; & ante ſigna obuerſus in aciem, ordines interequitans, Quae triſtitia milites haec, quae inſolita cunctatio eſt? hoſté, an me, an uos ignoratis? hoſtis eſt, quid aliud, quam perpetua materia uirtutis gloriaeq. ueſtrae? uos contra, me duce, (ut Falerios Veiosq. captos, & in capta patria Gallorum legiones caeſas taceam) modo tergeminae uictoriae triplicem triumphũ ex his ipſis Volſcis, & Aequis, & ex Etruria egiſtis. an me, quod non dictator uobis, ſed tribunus ſignum dedi, non agnoſcitis ducem? neque ego maxima imperia in uos deſidero: & uos in me nihil praeter me ipſum intueri decet. neque enim dictatura mihi umquam animos fecit, ut ne exilium quidem ademit. ijdem igitur omnes ſumus: & cum eadem omnia in hoc bellum afferamus, quae in priora attulimus; eundem euentum belli exſpectemus. ſimul concurreritis, quod quiſque didicit ac conſueuit, faciet: uos uincetis, illi fugient. Dato deinde ſi-

D gno, ex equo deſilit: & proximum ſigniferum manu arreptum ſecum in hoſtem rapit, Infer miles, clamitans, ſignum. Quod ubi uidere, ipſum Camillum, iam ad munera corporis ſenecta inualidum, uadentem in hoſtes; procurrunt pariter omnes clamore ſublato, Sequere imperatorem, pro ſe quiſque clamantes. Emiſſum etiam ſignum Camilli iuſſu in hoſtium aciem ferunt: idque ut repeteretur, concitatos anteſignanos. ibi primum pulſum Antiatem, terroremq. non in primam tantum aciem, ſed etiam ad ſubſidiarios perlatum. nec uis tantum militum mouebat, excitata praeſentia ducis; ſed quod Volſcorum animis nihil terribilius erat, quam ipſius Camilli forte oblata ſpecies. ita, quocumque ſe intuliſſet, uictoriam ſecum haud dubiam trahebat. maxime id euidens fuit, cum in laeuum cornu, prope iam pulſum, arrepto repente equo cum ſcuto pedeſtri aduectus, conſpectu ſuo proelium reſtituit, oſtentans uincentẽ ceteram aciem. Iam inclinata res erat, ſed turba ho-

E ſtium & fuga impediebat, & longa caede conficienda multitudo tanta feſſo militi erat: cũ repente ingentibus procellis fuſus imber certam magis uictoriam quã proelium diremit. ſigno deinde receptui dato, nox inſecuta quietis Romanis perfecit bellum. Latini namque & Hernici, relictis Volſcis, domos profecti ſunt, malis conſilijs pares adepti euentus. Volſci, ubi ſe deſertos ab eis uidere, quorum fiducia rebellauerant; relictis caſtris, moenibus Satrici ſe includũt. quos primo Camillus uallo circumdare, & aggere, atque operibus oppugnare eſt adortus. Quae poſtquam nulla eruptione impediri uidet; minus eſſe animi ratus in hoſte, quam ut in eo tam lentae ſpei uictoriam exſpectaret, cohortatus milites, ne tamquam Veios oppugnantes in opere longinquo ſeſe tererent, uictoriam in manibus eſſe; ingenti militum alacritate moenia undique aggreſſus, ſcalis opidum cepit. Vol-

ſci

ſci abiectis armis ſeſe dediderunt. Ceterum animus duci rei maiori, Antio imminebat. F id caput Volſcorum, eam fuiſſe originem proximi belli. ſed quia niſi magno apparatu, tormentis machinisq. tam ualida urbs capi non poterat: relicto ad exercitum collega, Romam eſt profectus, ut ſenatum ad excidendum Antium hortaretur. inter ſermonem eius (credo rem Antiatem diuturniorem manere dijs cordi fuiſſe) legati ab Nepet ac Sutrio auxilium aduerſus Etruſcos petentes ueniunt, breuem occaſionem eſſe ferendi auxilij memorantes, eo uim Camilli ab Antio fortuna auertit. namque cum ea loca oppoſita Etruriae, & uelut clauſtra inde portaeq. eſſent: & illis occupandi ea, cum quid noui molirētur, & Romanis recuperandi tuendiq. cura erat. Igitur ſenatui cum Camillo agi placuit, ut omiſſo Antio bellum Etruſcum ſuſciperet. Legiones urbanae, quibus Quinctius praefuerat, ei decernuntur. quamquam expertum exercitum, aſſuetumq. imperio, qui in Volſcis erat, mallet, nihil recuſauit: Valerium tantummodo imperij ſocium depopoſcit. G Quinctius, Horatiusq. ſucceſſores Valerio in Volſcis miſſi. Profecti ab urbe Sutrium Furius & Valerius, partem opidi iam captam ab Etruſcis inuenere, ex parte altera interſaeptis itineribus aegre opidanos uim hoſtium ab ſe arcentes. tum Romani auxilij aduentus, tum Camilli nomen, celeberrimum apud hoſtes ſociosque, & in praeſentia rem inclinatam ſuſtinuit, & ſpatium ad opem ferendam dedit. ita diuiſo exercitu Camillus collegam eam in partem circumductis copijs, quam hoſtes tenebant, moenia aggredi iubet, non tanta ſpe ſcalis capi urbem poſſe, quam ut, auerſis eo hoſtibus, & opidanis iam pugnando feſſis, laxaretur labor, & ipſe ſpatium intrandi ſine certamine moenia haberet. quod cum ſimul utrimque factum eſſet; ancepsq. terror Etruſcos circumſtaret; & moenia ſumma ui oppugnari, & intra moenia eſſe hoſtem uiderent; porta ſe, quae una forte nō obſidebatur, trepidi uno agmine eiecere. magna caedes fugientium & in urbe & per agros eſt facta. H plures a Furianis intra moenia caeſi: Valeriani expeditiores ad perſequendos fuere; nec ante noctem, quae conſpectum ademit, finem caedendi fecere. Sutrio recepto, reſtitutoq. ſocijs, Nepet exercitus ductus; quod per deditionem acceptum iam totum Etruſci habebant. Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore, non in eo ſolum quod tota hoſtium erat, ſed etiam quod, parte Nepeſinorum prodente ciuitatem, facta erat deditio. mitti tamen ad principes eorum placuit, ut ſecernerent ſe ab Etruſcis, fidemque, quam imploraſſent ab Romanis, ipſi praeſtarent. unde cum reſponſum allatum eſſet, nihil ſuae poteſtatis eſſe; Etruſcos moenia, cuſtodiasq. portarum tenere: primo populationibus agri terror eſt opidanis admotus; deinde, poſtquam deditionis, quam ſocietatis, fides ſanctior erat, faſcibus ſarmentorum ex agro collatis ductus ad moenia exercitus, completisq. foſſis ſcalae admotae, & clamore primo impetuque opidum capitur. Nepeſinis inde edictum, I ut arma ponant; parciq. iuſſum inermi. Etruſci pariter armati, atque inermes caeſi. Nepeſinorū quoque auctores deditionis ſecuri percuſſi: innoxiae multitudini redditae res, opidumq. cum praeſidio relictum. ita, duabus ſocijs urbibus ex hoſte receptis, uictorem exercitum tribuni cum magna gloria Romam reduxerunt. Eodem anno ab Latinis Hernicisq. res repetitae, quaeſitumq. cur per eos annos militem ex inſtituto non dediſſent. reſponſum frequenti utriuſque gentis conſilio eſt, nec culpam in eo publicam, nec conſilium fuiſſe, quod ſuae iuuentutis aliqui apud Volſcos militauerint: eos tamen ipſos praui conſilij poenam habere, nec quemquam ex his reducem eſſe. militis autem nō dati cauſſam, terrorem aſſiduum a Volſcis fuiſſe: quam peſtem adhaerentem lateri ſuo tot ſuper alia alijs bellis exhauriri nequiſſe. Quae relata patribus, magis tempus, quam cauſſam, nō uiſa belli habere.

AN. 371. Inſequenti anno A. Manlio, P. Cornelio, T. & L. Quinctijs Capitolinis, L. K Papirio Curſore iterum, C. Sergio iterum tribunis militum conſulari poteſtate, graue bellum foris, grauior domi ſeditio exorta: bellum a Volſcis adiuncta Latinorum, atque Hernicorum defectione, ſeditio, unde minime timeri potuit, a patriciae gentis uiro, & inclytae famae, M. Manlio Capitolino: qui nimius animi, cum alios principes ſperneret, uni inuideret, eximio ſimul honoribus, atque uirtutibus M. Furio; aegre ferebat ſolum eum in magiſtratibus, ſolum apud exercitus eſſe; tantum iam eminere, ut iiſdem auſpicijs creatos, non pro collegis, ſed pro miniſtris habeat: cum interim ſi quis uere aeſtimare uelit, a M. Furio recuperari patria ex obſidione hoſtium non potuerit, niſi a ſe prius Capitolium, atque arx ſeruata eſſet: & ille inter aurum accipiendum, & ſpem pacis ſolutis ani-

mis

A mis Gallos aggreſſus ſit; ipſe armatos capientesq. arcem depulerit: illius gloriae pars uirilis apud omnes milites ſit, qui ſimul uicerint; ſuae uictoriae neminem omniũ mortalium ſocium eſſe. His opinionibus inflato animo, ad hoc uitio quoque ingenij uehemens & impotens, poſtquam inter patres, non quantum aequum cenſebat, excellere ſuas opes animaduerit; primum omnium ex patribus popularis factus, cum plebeijs magiſtratibus conſilia communicare; criminando patres, alliciendo ad ſe plebem. iam aura, non conſilio ferri, famaeq. magnae malle quam bonae eſſe: & non contentus agrarijs legibus, quae materia ſemper tribunis plebis ſeditionum fuiſſet, fidem moliri coepit. acriores quippe aeris alieni ſtimulos eſſe, qui non egeſtatem modo, atque ignominiam minẽtur, ſed neruo ac uinculis corpus liberum territent. & erat aeris alieni magna uis, res damnoſiſſima etiam diuitibus, aedificando contracta. bellum itaque Volſcum graue per ſe, oneratum Latino-

B rum, atque Hernicorum defectione, in ſpeciem cauſſae iactatum, ut maior poteſtas quaereretur. ſed noua conſilia Manlij magis compulere ſenatum ad dictatorem creãdum. Creatus A. Cornelius Coſſus magiſtrum equitum dixit T. Quinctium Capitolinum. Dictator etſi maiorem dimicationem propoſitam domi, quam foris, cernebat; tamen, ſeu quia celeritate ad bellum opus erat, ſeu uictoria triumphoq. dictaturae ipſi uires ſe additurum ratus, delectu habito, in agrum Pomptinum, quo a Volſcis exercitum indictum audierat, pergit. Non dubito, praeter ſatietatem, tot iam libris aſſidua bella cum Volſcis geſta legentibus illud quoq. ſuccurſurum, quod mihi percenſenti propiores temporibus harũ rerũ auctores miraculo fuit; unde toties uictis Volſcis & Aequis ſuffecerint milites. quod cum ab antiquis tacitum praetermiſſum ſit; cuius tandem ego rei, praeter opinionẽ, quae ſua cuique coniectanti eſſe poteſt, auctor ſim? Simile ueri eſt, aut interuallis bellorum, ſicut

C nunc in delectibus fit Romanis, alia atque alia ſobole iuniorum ad bella inſtauranda toties uſos eſſe: aut non ex iiſdem ſemper populis exercitus ſcriptos, quamquam eadem ſemper gens bellum intulerit: aut innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuiſſe locis, quae nunc, uix ſeminario exiguo militum relicto, ſeruitia Romana ab ſolitudine uindicant. ingens certe, (quod inter omnes auctores conueniat) quamquam nuper Camilli ductu, atque auſpicio acciſae res erant, Volſcorum exercitus fuit. ad hoc Latini Hernicique acceſſerant, & Circeienſium quidam, & coloni etiam a Velitris. Romanus dictator, caſtris eo die poſitis, poſtero cum auſpicato prodiſſet, hoſtiaq. caeſa pacem deum adoraſſet, laetus ad milites iam arma ad propoſitum pugnae ſignum, ſicut edictum erat, luce prima capientes proceſſit. Noſtra uictoria eſt milites, inquit; ſi quid dij uateſq.

D eorum in futurum uident. itaque, ut decet certae ſpei plenos, & cum imparibus manus conſerturos, pilis ante pedes poſitis, gladijs tantum dexteras armemus. ne procurri quidem ab acie uelim, ſed obnixos uos ſtabili gradu impetum hoſtium excipere. ubi illi uana iniecerint miſſilia, & effuſi ſtantibus uobis ſe intulerint; tum micent gladij; & ueniat in mentem unicuique, deos eſſe, qui Romanum adiuuent; deos, qui ſecundis auibus in proelium miſerint. Tu Quincti equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas: ubi haerere iam aciem collato pede uideris, tum terrorem equeſtrem occupatis alio pauore infer; inuectusq. ordines pugnantium diſſipa. Sic eques, ſic pedes, ut praeceperat, pugnat. nec dux legiones, nec fortuna fefellit ducem. Multitudo hoſtium nulli rei, praeterquam numero, freta, & oculis utramque metiens aciem, temere proelium iniit, temere omiſit: clamore tantum, miſſilibusq. telis, & primo pugnae impetu ferox, gladios, & collatum

E pedem, & uultum hoſtis ardore animi micantem ferre non potuit. impulſa frons prima & trepidatio ſubſidijs illata, & ſuum terrorem intulit eques. rupti inde multis locis ordines, motaq. omnia, & fluctuanti ſimilis acies erat. deinde poſtquam, cadentibus primis, iam ad ſe quiſq. peruenturam caedem cernebat, terga uertunt. inſtare Romanus: &, donec armati confertiq. abibant, peditum labor in perſequendo fuit. poſtquam iactari arma paſſim, fugaq. per agros ſpargi aciẽ hoſtium animaduerſum eſt; tum equitum turmae emiſſae, dato ſigno ne, in ſingulorum morando caede, ſpatium ad euadendum interim multitudini darent: ſatis eſſe miſſilibus ac terrore impediri curſum, obequitandoq. agmen teneri, dum aſſequi pedes, & iuſta caede conficere hoſtem poſſet. Fugae, ſequendiq; non ante noctem finis fuit: capta quoque ac direpta eodem die caſtra Volſcorum, praedaq. omnis, praeter libera corpora, militi conceſſa eſt. pars maxima captiuorum ex Latinis, atque Hernicis

fuit,

fuit, nec hominum de plebe, ut credi poſſet mercede militaſſe, ſed principes quidam iuuen- F
tutis inuenti, manifeſta fides, publica ope Volſcos hoſtes adiutos. Circeienſium quo-
que quidam cogniti, & coloni a Velitris: Romamq. omnes miſſi, percunctantibus pri-
moribus patrum, eadem, quae dictatori, defectionem ſui quiſque populi haud perplexe in-
dicauere. Dictator exercitum in ſtatiuis tenebat, minime dubius bellum cum his popu-
li patres iuſſuros: cum maior domi exorta moles, coegit acciri Romam eum, gliſcente
in dies ſeditione, quam ſolito magis metuendam auctor faciebat. non enim iam oratio-
nes modo M. Manlij, ſed facta, popularia in ſpeciem, tumultuoſa eadem, qua mente fie-
rent, intuenda erant. centurionem nobilem militaribus factis, iudicatum pecuniae cum
duci uidiſſet, medio foro cum caterua ſua accurrit, & manum iniecit; uociferatusque de
ſuperbia patrum, ac crudelitate feneratorum, & miſerijs plebis, uirtutibus eius uiri, for-
tunaque, tum uero, Ego, inquit, nequidquam hac dextra Capitolium arcemque ſeruaue- G
rim, ſi ciuem cõmilitonemq. meum, tamquam Gallis uictoribus captum, in ſeruitutem ac
uincula duci uideam. Inde rem creditori palam populo ſoluit, libraq. & aere liberatum
emittit, deos atque homines obteſtantẽ, ut M. Manlio, liberatori ſuo, parenti plebis Ro-
manae, gratiam referant. acceptus extemplo in tumultuoſam turbam & ipſe tumultum
augebat, cicatrices acceptas Veienti, Gallico, alijsq. deinceps bellis oſtentans: ſe militan-
tem, ſe reſtituentem euerſos penates, multiplici iam ſorte exſoluta, mergentibus ſemper
ſortem uſuris, obrutum fenore eſſe: uidere lucem, forum, ciuium ora, M. Manlij opera:
omnia parentum beneficia ab illo ſe habere; illi ſe deuouere corporis uitaeq. ac ſanguinis
quod ſuperſit: quodcumque ſibi cum patria, penatibus publicis ac priuatis iuris fuerit, id
cum uno homine eſſe. His uocibus inſtincta plebes cum iam unius hominis eſſet, addi-
ta alia commotioris ad omnia turbanda conſilij res. Fundum in Veienti, caput patrimo- H
nij, ſubiecit praeconi, Ne quem ueſtrum, inquit, Quirites, donec quidquam in re mea ſu-
pererit, iudicatum, addictumue duci patiar. Id uero ita accendit animos, ut per omne fas
ac nefas ſecuturi uindicem libertatis uiderentur. Ad hoc domi concionantis in modum
ſermones pleni criminum in patres: inter quos cum omiſſo diſcrimine uera an uana iace-
ret, theſauros Gallici auri occultari a patribus iecit: nec iam poſſidendis publicis agris
contentos eſſe, niſi pecuniam quoque publicam auertant: ea res ſi palam fiat, exſolui ple-
bem aere alieno poſſe. Quae ubi obiecta ſpes eſt, enimuero indignum facinus uideri, cum
conferendum ad redimendam ciuitatem a Gallis aurum fuerit, tributo collationem fa-
ctam: idem aurum ex hoſtibus captum, in paucorum praedam ceſſiſſe. itaque exſequeban-
tur quaerendo ubi tantae rei furtum occultaretur; differenteque, & tempore ſuo ſe indi-
caturum dicente, ceteris omiſſis eo uerſae erant omnium curae: apparebatq. nec ueri indi- I
cij gratiam mediam nec falſi offenſionem fore. ita ſuſpenſis rebus dictator accitus ab
exercitu in urbem uenit. poſtero die ſenatu habito, cum, ſatis periclitatus uoluntates ho-
minum, diſcedere ſenatum ab ſe uetuiſſet; ſtipatus ea multitudine, ſella in Comitio poſi-
ta, uiatorem ad M. Manlium miſit: qui dictatoris iuſſu uocatus, cum ſignum ſuis dediſſet
adeſſe certamen, agmine ingenti ad tribunal uenit. hinc ſenatus, hinc plebs ſuum quiſ-
que intuentes ducem, uelut in acie conſtiterant. Tum dictator ſilentio facto, Vtinam, in-
quit, mihi patribusq. Romanis ita de ceteris rebus cum plebe conueniat, quemadmodum
quod ad te attinet, eamq. rem, quam de te ſum quaeſiturus, conuenturum ſatis confido.
Spem factam a te ciuitati uideo, fide incolumi, ex theſauris Gallicis, quos primores patrũ
occulent, creditum ſolui poſſe; cui ego rei tantum abeſt ut impedimento ſim, ut cõtra te
M. Manli adhorter, liberes fenore plebem Romanam; & iſtos incubantes publicis the- K
ſauris, ex praeda clãdeſtina euoluas. quod niſi facis, ſiue quod & ipſe in parte praedae ſis;
ſiue quod uanum indicium eſt; in uincla te duci iubebo, nec diutius patiar a te multitudi-
nem fallaci ſpe concitari. Ad ea Manlius nec ſe fefelliſſe ait, non aduerſus Volſcos toties
hoſtes, quoties patribus expediat; nec aduerſus Latinos Hernicoſque, quos falſis crimi-
nibus in arma agant, ſed aduerſus ſe ac plebem Romanam dictatorem creatum eſſe: iam,
omiſſo bello, quod ſimulatum ſit, in ſe impetum fieri: iam dictatorem profiteri patrociniũ
feneratorũ aduerſus plebem: iam ſibi ex fauore multitudinis crimen & perniciẽ quaeri.
Offendit, inquit, te A. Corneli, uosq. patres conſcripti, circumfuſa turba lateri meo; quin
eam diducitis a me ſinguli ueſtris beneficijs intercedendo, eximendo de neruo ciues ue-
ſtros,

A ſtros, prohibendo iudicatos addictosq. duci ex eo, quod affluit, opibus ueſtris ſubſtinendo neceſſitates aliorum? Sed quid ego uos, de ueſtro impendatis, hortor? ſortem aliam ferte; de capite deducite quod uſuris pernumeratum eſt: iam nihilo mea turba, quam ullius, conſpectior erit. Atenim quid ita ſolus ego ciuium curam ago? Nihilo magis, quod reſpondeam, habeo, quam ſi quaeras, quid ita ſolus Capitolium arcemque ſeruarim. & tum uniuerſis, quam potui, opem tuli, & nunc ſingulis feram. Nam quod ad theſauros Gallicos attinet, rem ſuapte natura facilem, difficilem interrogatio facit. cur enim quaeritis, quod ſcitis? cur, quod in ſinu ueſtro eſt, excuti iubetis potius, quam ponatis? niſi aliqua fraus ſubeſt. quo magis argui praeſtigias iubetis ueſtras, eo plus uereor, ne abſtuleritis, obſeruantibus etiam oculis. itaque non ego uobis, ut indicem praedas ueſtras; ſed uos id cogendi eſtis, ut in medium proferatis. Cum mittere ambages dictator iuberet, & aut

B peragere uerum indicium cogeret, aut fateri facinus inſimulati falſo crimine ſenatus, oblataeq. uani furti inuidiae; negantem arbitrio inimicorum ſe locuturum, in uincula duci iuſſit. Arreptus a uiatore, Iuppiter, inquit, optime maxime, Iunoq. Regina, ac Minerua, ceteriq. dij deaeque, qui Capitolium arcemq. incolitis, ſiccine ueſtrum militem ac praeſidem ſinitis uexari ab inimicis? haec dextra, qua Gallos fudi a delubris ueſtris, iam in uinculis & catenis erit? Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant: ſed inuicta ſibi quaedam patientiſſima iuſti imperij ciuitas fecerat; nec aduerſus dictatoriam uim, aut tribuni plebis aut ipſa plebs attollere oculos aut hiſcere audebant. Coniecto in carcerem Manlio, ſatis conſtat magnam partem plebis ueſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obuerſatamq. ueſtibulo carceris maeſtam turbam. Dictator de Volſcis triumphauit: inuidiaeq. magis triumphus, quam gloriae fuit: quippe domi, non militiae

C partum eum; actumq. de ciue, non de hoſte fremebant: unum defuiſſe tantum ſuperbiae, quod non M. Manlius ante currum ſit ductus. Iamq. haud procul ſeditione res erat: cuius leniendae cauſſa, poſtulante nullo, largitor uoluntarius repente ſenatus factus, Satricū coloniam duo millia ciuium Romanorum deduci iuſſit. bina iugera & ſemiſſes agri aſſignati. quod cum & paruum, & paucis datum & mercedem eſſe prodendi M. Manlij interpretarentur; remedio irritatur ſeditio: & iam magis inſignis ſordibus & facie reorum turba Manliana erat, amotusq. poſt triumphum abdicatione dictaturae terror & linguam & animos liberauerat hominum. audiebantur itaque propalam uoces exprobrantium multitudini, quod defenſores ſuos in praecipitem ſemper locum fauore tollat, deinde in ipſo dicrimine periculi deſtituat. ſic Sp. Caſſium, in agros plebem uocantem, ſic Sp. Maelium, ab ore ciuium famem ſuis impenſis propulſantem, oppreſſos: ſic M. Manlium, mer-

D ſam & obrutam fenore partem ciuitatis in libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis. ſaginare plebem populares ſuos, ut iugulentur. Hoccine patiendum fuiſſe, ſi ad nutum dictatoris non reſponderit uir conſularis? fingerent mentitum ante, atque ideo non habuiſſe quod tum reſponderet: cui ſeruo umquam mendacij poenam uincula fuiſſe? Nō obuerſatam eſſe memoriam noctis illius, quae paene ultima atque aeterna nomini Romano fuerit? non ſpeciem agminis Gallorum per Tarpeiam rupem ſcandentis? non ipſius M. Manlij, qualem eum armatum, plenum ſudoris ac ſanguinis, ipſo paene Ioue erepto ex hoſtium manibus, uidiſſent? Selibrisne farris gratiam ſeruatori patriae relatam? & quem prope caeleſtem, cognomine certe Capitolino Ioui parem fecerint, eum pati uinctum in carcere, in tenebris obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? adeo in uno omnibus ſatis auxilij fuiſſe, nullam opem in tam multis uni eſſe? Iam ne nocte quidem tur-

E ba ex eo loco dilabebatur: refracturosq. carcerē minabantur: cum remiſſo, id quod erepturi erāt, ex ſenatuſconſulto Manlius uinculis liberatur. quo facto non ſeditio finita, ſed dux ſeditioni datus eſt. Per eoſdem dies Latinis & Hernicis, ſimul colonis Circeienſibus, & a Velitris purgantibus ſe Volſci crimine belli, captiuosq. repetentibus, ut ſuis legibus in eos animaduerterent, triſtia reſponſa reddita; triſtiora colonis, quod ciues Romani patriae oppugnandae nefanda conſilia iniiſſent. Non negatum itaque tantum de captiuis: ſed, in quo ab ſocijs tamen temperauerant, denunciatum ſenatus uerbis, faceſſerent propere ex urbe, ab ore, atque oculis populi Romani; ne nihil eos legationis ius, externo non ciui comparatum, tegeret. Recrudeſcente Manliana ſeditione ſub exitu anni comitia habita, creatiq. tribuni militum conſulari poteſtate ex patribus Ser. Cornelius Maluginenſis ter-

An. 372. ſis tertium, P. Valerius Potitus iterum, M. Furius Camillus quinctum, Ser. Sulpicius Ru- F
fus iterum, C. Papirius Craſſus, T. Quinctius Cincinnatus ſecundum. Cuius principio
anni & patribus & plebi peropportune externa pax data: plebi, quod non auocata dele-
ctu, ſpem cepit, dum tam potentem haberet ducem, fenoris expugnandi: patribus, ne
quo externo terrore auocarentur animi ab ſanandis domeſticis malis. igitur cum pars
utraque acrior aliquanto coorta eſſet, iam in propinquum certamen aderat: & Manlius,
aduocata domum plebe, cum principibus nouandarum rerum interdiu noctuq. conſilia
agitat, plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat. Iram accenderat igno-
minia recens in animo ad contumeliam inexperto: ſpiritus dabat, quod nec auſus eſſet idẽ
in ſe dictator, quod in Sp. Maelio Cincinnatus Quinctius feciſſet: & uinculorum ſuorum
inuidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugiſſet, ſed ne ſenatus quidem ſuſti-
nere potuiſſet. His ſimul inflatus exacerbatusque, iam per ſe accenſos incitabat plebis G
animos: Quouſque tandem ignorabitis uires ueſtras, quas natura ne belluas quidem igno
rare uoluit? numerate ſaltem quot ipſi ſitis, quot aduerſarios habeatis: ſi ſinguli ſingulos
aggreſſuri eſſetis, tamen acrius crederem uos pro libertate, quam illos pro dominatione
certaturos. quot enim clientes circa ſingulos fuiſtis patronos, tot nunc aduerſus unum
hoſtem eritis. oſtendite modo bellum; pacem habebitis. uideant uos paratos ad uim;
ius ipſi remittent. audendum eſt aliquid uniuerſis, aut omnia ſingulis patienda. quouſque
me circumſpectabitis? ego quidem nulli ueſtrum deero. ne fortuna mea deſit, uidete. Ipſe
uindex ueſter, ubi uiſum inimicis eſt, nullus repente fui. & uidiſtis in uincula duci uniuerſi
eum, qui a ſingulis uobis uincula depuleram. quid ſperem, ſi plus in me audeant inimici?
an exitum Caſſij Maelijq. exſpectem? Bene facitis, quod abominamini: dij prohibebunt
haec; ſed numquam propter me de caelo deſcendent: uobis dent mentem oportet, ut pro- H
hibeatis; ſicut mihi dederunt armato togatoque, ut uos a barbaris hoſtibus, a ſuperbis de-
fenderem ciuibus. tam paruus animus tanti populi eſt, ut ſemper uobis auxilium aduer-
ſus inimicos ſatis ſit, nec ullum, niſi quatenus imperari uobis ſinatis, certamen aduerſus
patres noritis? nec hoc natura inſitum uobis eſt, ſed uſu poſſidemini. cur enim aduerſus
externos tantum animorum geritis, ut imperare illis aequum cenſeatis? quia conſueſtis cũ
eis pro imperio certare, aduerſus hos tentare magis, quam tueri, libertatem. tamen qua-
leſcumque duces habuiſtis, qualeſcumque ipſi fuiſtis, omnia adhuc, quantacumque petiſtis
obtinuiſtis, ſeu ui, ſeu fortuna ueſtra. unde tempus eſt etiam maiora conari. experimini
modo & ueſtram felicitatem; & me, ut ſpero, feliciter expertum, minore negotio, qui im-
peret patribus, imponetis, quam, qui reſiſterent imperantibus, impoſuiſtis. ſolo aequandae
ſunt dictaturae conſulatusque, ut caput attollere Romana plebes poſſit. proinde adeſte, I
prohibete ius de pecunijs dici. ego me patronum profiteor plebis; quod mihi cura mea &
fides nomẽ induit. uos ſi quo inſigni magis imperij honoriſue nomine ueſtrũ appellabitis
ducẽ, eo utemini potentiore ad obtinenda ea, quae uultis. Inde de regno agendi ortum ini-
tium dicitur: ſed nec cum quibus, nec quem ad finem conſilia peruenerint, ſat planum tra-
ditur. At in parte altera ſenatus de ſeceſſione in domum priuatam plebis, forte etiam in
arce poſitam, & imminenti mole libertati agitat. magna pars uociferantur, Seruilio Aha-
la opus eſſe, qui non in uincula duci iubendo irritet publicum hoſtem, ſed unius iactura ci-
uis finiat inteſtinum bellum. decurritur ad leniorem uerbis ſententiam, uim tamen ean-
dem habentem, ut uideant magiſtratus, ne quid ex pernicioſis conſilijs M. Manlij reſpu-
blica detrimenti capiat. tum tribuni militum conſulari poteſtate, tribuniq. plebis (nam
quia eundem & ſuae poteſtatis, quem libertatis omnium, finem cernebant, patrum aucto- K
ritati ſe dediderant) hi tum omnes, quid opus facto ſit, conſultant. cum, praeter uim & cae-
dem, nihil cuiquam occurreret; eam autem ingentis dimicationis fore appareret: tum M.
Maenius, & Q. Publilius tribuni plebis, Quid patrum & plebis certamen facimus, quod
ciuitatis eſſe aduerſus unum peſtiferum ciuem debet? quin cum plebe aggredimur eum,
quem per ipſam plebem tutius aggredi eſt: ut ſuis ipſe oneratus uiribus ruat? diem dicere
ei, nobis in animo eſt. nihil minus populare, quam regnum eſt. ſimul multitudo illa non
ſecum certari uiderint, & ex aduocatis iudices facti erunt, & accuſatores de plebe, patri-
cium reum intuebuntur, & regni crimen in medio; nulli magis, quam libertati fauebunt
ſuae. Approbantibus cunctis, diem Manlio dicunt. quod ubi eſt factum, primo commo-

ta

A ta plebs eſt, utique poſtquam ſordidatum reum uiderunt, nec cum eo non modo patrum quemquam, ſed ne cognatos quidem aut affines, poſtremo ne fratres quidem A. & T. Manlios: quod ad eum diem numquam uſu ueniſſet, ut in tanto diſcrimine non & proximi ueſtem mutarent. Ap. Claudio in uincula ducto, C. Claudium inimicum, Claudiamque omnem gentem ſordidatam fuiſſe. conſenſu opprimi popularem uirum, quod primus a patribus ad plebem defeciſſet. Cum dies uenit, quae, praeter coetus multitudinis, ſeditioſasq. uoces, & largitionem, & fallax indicium, pertinentia propria ad regni crimen, ab accuſatoribus obiecta ſint reo, apud neminem auctorem inuenio. nec dubito haud parua fuiſſe; cum damnandi mora plebi non in cauſſa, ſed in loco fuerit. Illud notandum uidetur, ut ſciant homines, quae & quanta decora, foeda cupiditas regni, nó ingrata ſolum, ſed inuiſa etiam reddiderit. homines prope C D produxiſſe dicitur, quibus ſine fenore

B expenſas pecunias tuliſſet, quorum bona uenire, quos duci addictos prohibuiſſet; ad haec decora quoque belli non commemoraſſe tantum, ſed protuliſſe etiam conſpicienda, ſpolia hoſtium caeſorum ad XXX. dona imperatorum ad XL. in quibus inſignes duas murales coronas, ciuicas octo. ad haec ſeruatos ex hoſtibus ciues produxiſſe, inter quos C. Seruilium, magiſtrum equitum, abſentem nominatum. & cum ea quoque, quae bello geſta eſſent, pro faſtigio rerum oratione etiam magnifica, facta dictis aequando, memoraſſet; nudaſſe pectus inſigne cicatricibus bello acceptis; & identidem Capitolium ſpectans, Iouem deoſque alios deuocaſſe ad auxilium fortunarum ſuarum: precatusq. eſſe, ut, quam mentem ſibi Capitolinam arcem protegenti ad ſalutem populi R. dediſſent, eam populo R. in ſuo diſcrimine darent; & oraſſe ſingulos uniuerſoſque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad deos immortales uerſi de ſe iudicarent. In cāpo Martio cum centuriatim

C populus citaretur; & reus ad Capitolium manus tendens, ab hominibus ad deos preces auertiſſet: apparuit tribunis, niſi oculos quoque hominum liberaſſent a tanti memoria decoris, numquam fore in praeoccupatis beneficio animis uero crimini locum. ita producta die, in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, unde conſpectus in Capitolium nó eſſet, concilium populi indictum eſt. ibi crimen ualuit, & obſtinatis animis triſte iudicium, inuiſumque etiam iudicibus factum. ſunt qui duumuiros, qui de pêrduellione anquirerent, creatos auctores ſint. damnatum tribuni de ſaxo Tarpeio deiecerunt: locusq. idem in uno homine & eximiae gloriae monumētum, & poenae ultimae fuit. Adiectae mortuo notae ſunt: publica una, quod, cum domus eius fuiſſet ubi nunc aedes, atque officina Monetae eſt, latum ad populum eſt, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret: gentilicia altera, quod gentis Manliae decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius uocaretur.

D Hunc exitum habuit uir, niſi in libera ciuitate natus eſſet, memorabilis. populū breui, poſtquam periculum ab eo nullum erat, per ſe ipſas recordantem uirtutes, deſiderium eius tenuit. peſtilentia etiam breui conſecuta, nullis occurrentibus tantae cladis cauſſis, ex Manliano ſupplicio magnae parti uideri orta. uiolatum Capitolium eſſe ſanguine ſeruatoris. nec dijs cordi fuiſſe poenam eius oblatam prope oculis ſuis, a quo ſua templa erepta e manibus hoſtium eſſent. Peſtilentiam, inopiam frugum, & uulgatam utriuſque mali famam, anno inſequente multiplex bellum excepit, L. Valerio quartum, A. Manlio tertium, Ser. Sulpicio tertium, L. Lucretio, L. Aemilio tertium, M. Trebonio, tribunis militum conſulari poteſtate. hoſtes noui, praeter Volſcos uelut ſorte quadam prope in aeternum exercēdo Romano militi datos, Circeioſque, & Velitras, colonias iamdiu molientes defectionem, & ſuſpectum Latium, Lanuuini etiam, quae fideliſſima urbs fuerat, ſubito exorti. id

E patres rati cōtemptu accidere, quod Veliternis ciuibus ſuis tamdiu impunita defectio eſſet, decreuerunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello eis indicendo. ad quam militiam quo paratior plebes eſſet, quinque uiros Pomptino agro diuidendo, & triumuiros Nepet coloniae deducendae creauerunt. tum, ut bellum iuberent, latum ad populum eſt: &, nequidquam diſſuadentibus tribunis plebis, omnes tribus bellum iuſſerūt. Apparatum eo anno bellum eſt, exercitus propter peſtilentiam non eductus: eaq. cunctatio colonis ſpatium dederat deprecandi ſenatum; & magna hominum pars eo, ut legatio ſupplex Romam mitteretur, inclinabat: ni priuato, ut fit, periculo publicum implicitum eſſet, auctoreſq. defectionis ab Romanis, metu ne ſoli crimini ſubiecti, piacula irae Romanorum dederentur, auertiſſent colonias a conſilijs pacis. neque in ſenatu ſo-

K lum

muralis dabatur ei qui primus murum ascenderat. civica ei qui civem servaverat. — Haec porta tunc erat haud procul a campo flore sed postea campo martio intra urbem incluso, tralata est in eum locum ubi nunc est porta Flaminia sive Populi. — Lex ne quis patricius habitaret in arce aut Capitolio. — Similis lex lata est de M. Antonio triumviro. — An. 373.

lum per eos legatio impedita eſt, ſed magna pars plebis incitata, ut praedatum in agrum F
Romanum exirent. haec noua iniuria exturbauit omnem ſpem pacis. De Praeneſtinorum quoque defectione eo anno primum fama exorta. arguentibuſq. eos Tuſculanis, & Gabinis, & Lauicanis, quorum in fines incurſatum erat, ita placide ab ſenatu reſponſum eſt, ut, minus credi de criminibus, quia nollent ea uera eſſe, appareret. Inſequenti anno Sp. & L. Papirij, noui tribuni militum conſulari poteſtate, Velitras legiones du-
An. 374. xere, quattuor collegis Ser. Cornelio Maluginenſe quartum, Q. Seruilio, C. Sulpicio, L. Aemilio quartum, tribunis ad praeſidium urbis, & ſi qui ex Etruria noui motus nunciarentur, (omnia enim inde ſuſpecta erant) relictis. Ad Velitras aduerſus maiora pene auxilia Praeneſtinorum, quam ipſam colonorum multitudinem, ſecundo proelio pugnatum eſt; ita, ut propinquitas urbis hoſti & cauſſa maturioris fugae, & unum ex fuga receptaculum eſſet. opidi oppugnatione tribuni abſtinuere; quia & anceps erat, nec in G
perniciem coloniae pugnandum cenſebāt. Litterae Romam ad ſenatum cum uictoriae nūcijs acriores in Praeneſtinum, quam in Veliternum hoſtem, miſſae. itaque ex ſenatuſconſulto, populiq. iuſſu bellum Praeneſtinis indictum: qui coniuncti Volſcis anno inſequente Satricum, coloniam populi R. pertinaciter a colonis defenſam, ui expugnarunt, foedamq. in captiuis exercuere uictoriam. Eam rem aegre paſſi Romani, M. Furium Camillum ſextum tribunum militum creauere. additi collegae A. & L. Poſtumij Regillen-
An. 375. ſes, ac L. Furius cum L. Lucretio, & M. Fabio Ambuſto. Volſcum bellum M. Furio extra ordinem decretum. adiutor ex tribunis ſorte L. Furius datur, non tam e republica, quam ut collegae materia ad omnem laudem eſſet; & publice, quod rem temeritate eius prolapſam reſtituit; & priuatim, quod ex errore gratiam potius eius ſibi, quam ſuam gloriam, petijt. Exactae iam aetatis Camillus erat: comitijſq. iurare parato in H
uerba excuſandae ualetudini ſolita, conſenſus populi reſtiterat. ſed uegetum ingenium in uiuido pectore uigebat, uirebatq. integris ſenſibus, & ciuiles iam res haud magnopere obeuentem bella excitabant. Quattuor legionibus quaternum millium ſcriptis, exercitu indicto ad portam Eſquilinam in poſteram diem, ad Satricum profectus. ibi eum expugnatores coloniae haudquaquam perculſi, fidentes militum numero, quo aliquantum praeſtabant, opperiebantur. poſtquam appropinquare Romanos ſenſerunt, extemplo in aciem procedunt, nihil dilaturi quin periculum ſummae rerum facerent. ita paucitati hoſtium nihil artes imperatoris unici, quibus ſolis confiderent, profuturas eſſe. Idem ardor & in Romano exercitu erat, & in altero duce: nec praeſentis dimicationis fortunam ulla res, praeterquam unius uiri conſilium, atque imperium, morabatur: qui occa- I
ſionem iuuandarum ratione uirium trahendo bello quaerebat. eo magis hoſtis inſtare; nec iam pro caſtris tantum ſuis explicare aciem, ſed procedere in medium campi, &, uallo prope hoſtium ſigna inferendo, ſuperbam fiduciam uirium oſtentare. id aegre patiebatur Romanus miles; multo aegrius alter ex tribunis militum L. Furius, ferox tum aetate & ingenio, tum multitudinis, ex incertiſſimo ſumentis animos, ſpe inflatus. hic per ſe iam milites incitatos inſuper inſtigabat eleuando, qua una poterat, aetate auctoritatem collegae: iuuenibus bella data dictitans, & cum corporibus uigere & deflo- reſcere animos: cunctatorem ex acerrimo bellatore factum; &, qui adueniens caſtra urbeſq. primo impetu capere ſit ſolitus, cum reſidem intra uallum tempus terere: quid acceſſurum ſuis, deceſſurumue hoſtium uiribus ſperantem? quam occaſionem? quod tempus? quem inſidijs conſequentem locum? frigere ac torpere ſenis conſilia. ſed Camil- K
lo tum uitae ſatis, tum gloriae eſſe. quid attinere cum mortali corpore uno, ciuitatis, quā immortalem eſſe deceat, pati conſeneſcere uires? His ſermonibus tota in ſe auerterat caſtra. & cum omnibus locis poſceretur pugna; ſuſtinere, inquit, M. Furi non poſſumus militum impetum: & hoſtis, cuius animos cunctando auximus, iam minime toleranda ſuperbia inſultat. cede unus omnibus, & patere te uinci conſilio, ut maturius bello uincas. ad ea Camillus: Quae bella ſuo unius auſpicio geſta ad eam diem eſſent, negare in eis neque ſe, neque populum Romanum aut conſilij ſui, aut fortunae paenituiſſe: nunc ſcire, ſe collegam habere iure imperioq. parem, uigore aetatis praeſtantem: itaque ſe, quod ad exercitum attineat, regere conſueſſe, non regi: collegae imperium ſe non poſſe impedire. dijs bene iuuantibus ageret, quod e republica duceret. aetati ſuae ſe ueniam etiam

petere,

A petere, ne in prima acie eſſet. quae ſenis munia in bello ſint, ijs ſe non defuturum. id a
dijs immortalibus precari, ne qui caſus ſuum conſilium laudabile efficiat. Nec ab homi-
nibus ſalutaris ſententia, nec a dijs tam piae preces auditae ſunt. Primam aciem auctor
pugnae inſtruit, ſubſidia Camillus firmat, ualidamq. ſtationem pro caſtris opponit.
ipſe edito loco ſpectator intentus in euentu alieni conſilii conſtitit. Simul primo con-
curſu concrepuere arma, hoſtis dolo, non metu pedem retulit. lenis a tergo cliuus erat
inter aciem & caſtra: &, quod multitudo ſuppeditabat, aliquot ualidas cohortes in ca-
ſtris armatas inſtructaſq. reliquerant, quae inter commiſſum iam certamen, ubi uallo ap-
propinquaſſet hoſtis, erumperent. Romanus cedentem hoſtem effuſe ſequendo, in lo-
cum iniquum pertractus, opportunus huic eruptioni fuit. uerſus itaque in uictorem ter-
ror & nouo hoſte, & ſupina ualle Romanam inclinauit aciem. inſtant Volſci recentes,
B qui e caſtris impetum fecerant. integrant & illi pugnam, qui ſimulata ceſſerant fuga.
iam non recipiebat ſe Romanus miles; ſed immemor recentis ferociae, ueteriſq. deco-
ris, terga paſſim dabat, atque effuſo curſu caſtra repetebat: cum Camillus, ſublatus a
circumſtantibus in equum, &, raptim ſubſidijs oppoſitis, Haec eſt, inquit, milites pu-
gna, quam popoſciſtis? quis homo, quis deus eſt, quem accuſare poſſitis? ueſtra illa
temeritas, ueſtra ignauia haec eſt. ſecuti alium ducem, ſequimini nunc Camillum; &,
ut ductu meo ſoletis, uincite. quid uallum & caſtra ſpectatis? neminem ueſtrum illa, niſi
uictorem receptura ſunt. Pudor primo tenuit effuſos: inde, ut circumagi ſigna, ob-
uertiq. aciem uiderunt, ruunt in hoſtem: & dux, praeterquam quod tot inſignis trium-
phis, etiam aetate uenerabilis, inter prima ſigna, ubi plurimus labor periculumque erat,
ſe offerebat: increpare ſinguli ſe quiſque, & alios; & adhortatio inuicem totam alacri
C clamore peruaſit aciem. Neque alter tribunus rei defuit: ſed miſſus a collega, reſti-
tuente peditum aciem, ad equites, non caſtigando, (ad quam rem leuiorem auctorem
eum culpae ſocietas fecerat) ſed ab imperio totus ad preces uerſus, orare ſingulos uniuer-
ſoſque, ut ſe, reum fortunae eius diei, crimine eximerent. Abnuente ac prohibente colle-
ga, temeritati ſe me omnium potius ſocium, quam unius prudentiae, dedi. Camillus in utra-
que ueſtra fortuna ſuam gloriam uidet: ego, ni reſtituitur pugna, quod miſerrimũ eſt, for-
tunam cum omnibus, infamiam ſolus ſentiam. Optimum uiſum eſt in fluctuantem aciem
tradi equos, & pedeſtri pugna inuadere hoſtem. Eunt inſignes armis animiſque, qua pre-
mi parte maxime peditum copias uident: nihil neque apud duces, neque apud milites re-
mittitur a ſummo certamine animi. Senſit ergo euentus uirtutis enixae opem: & Volſci,
qua modo ſimulato metu ceſſerant, ea in uerã fugam effuſi: magna pars & in ipſo certami-
D ne, & poſt in fuga caeſi: ceteri in caſtris, quae capta eodẽ impetu ſunt: plures tamen capti,
quam occiſi: ubi in recenſendis captiuis cum Tuſculani aliquot noſcitarentur, ſecreti ab
alijs ad tribunos adducuntur, percunctantibuſq. faſsi publico conſilio ſe militaſſe. Cuius
tam uicini belli metu Camillus motus, extemplo ſe Romam captiuos ducturum ait, ne
patres ignari ſint Tuſculanos ab ſocietate deſciſſe: caſtris exercituiq. interim, ſi uidea-
tur, praeſit collega, documento unus dies fuerat, ne ſua conſilia melioribus praeferret.
nec tamen aut ipſi, aut in exercitu cuiquam ſatis placato animo Camillus laturus cul-
pam eius uidebatur, qua data in tam praecipitem caſum reſpublica eſſet. & tum in exer-
citu, tum Romae conſtans omnium fama erat, cum uaria fortuna in Volſcis geſta res
eſſet, aduerſae pugnae fugae in L. Furio culpam, ſecundae decus omne penes M. Fu-
rium eſſe. Introductis in ſenatum captiuis, cum bello perſequendos Tuſculanos patres
E cenſuiſſent, Camilloq. id bellum mandaſſent; adiutorem ſibi ad eam rem unum petit: per-
miſſoq. ut ex collegis optaret quem uellet, contra ſpem omnium L. Furium optauit.
Qua moderatione animi, cum collegae leuauit infamiam, tum ſibi gloriam ingentem pe-
perit. Nec fuit cum Tuſculanis bellum. pace conſtanti uim Romanam arcuerunt, quam
armis non poterant. Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itine-
ri locis, non cultus agrorum intermiſſus: patentibus portis urbis togati obuiam frequen-
tes imperatoribus proceſſere: commeatus exercitui comiter in caſtra ex urbe & ex a-
gris deuehitur. Camillus, caſtris ante portas poſitis, eademne forma pacis, quae in agris
oſtentaretur, etiam intra moenia eſſet, ſcire cupiens; ingreſſus urbem, ubi patentes ia-
nuas, & tabernis apertis propoſita omnia in medio uidit, intentoſque opifices ſuo quem-

que operi, & ludos litterarum ſtrepere diſcentium uocibus, ac repletas ſemitas inter uulgus aliud puerorum & mulierum huc, atque illuc euntium, qua quemque ſuorum uſuum cauſſae ferrent; nihil uſquam non pauidis modo, ſed ne mirantibus quidem ſimile circumſpiciebat, omnia inquirens oculis, ubinam bellum fuiſſet. adeo nec amotae rei uſquam, nec oblatae ad tempus ueſtigium ullum erat; ſed ita omnia conſtanti tranquilla pace, ut eo uix fama belli perlata uideri poſſet. Victus igitur patientia hoſtium, ſenatum eorum uocari iuſſit. Soli adhuc, inquit, Tuſculani uera arma, uerasq. uires, quibus ab ira Romanorum ueſtra tutaremini, inueniſtis. ite Romam ad ſenatum. aeſtimabunt patres, utrum plus ante poenae, an nunc ueniae meriti ſitis. non praecipiam gratiam publici beneficij. deprecandi poteſtatem a me habueritis, precibus euentum ueſtris ſenatus, quem uidebitur, dabit. Poſtquam Romam Tuſculani uenerunt, ſenatuſque paullo ante fidelium ſociorum maeſtus in ueſtibulo curiae eſt conſpectus: moti ex templo patres, uocari eos iam tum hoſpitaliter magis, quam hoſtiliter iuſſere. dictator Tuſculanus ita uerba fecit: Quibus bellum indixiſtis, intuliſtiſque, patres conſcripti, ſicut nunc uidetis nos ſtantes in ueſtibulo curiae ueſtrae, ita armati paratique obuiam imperatoribus legionibuſque ueſtris proceſſimus. hic noſter, hic plebis noſtrae habitus fuit, eritque ſemper, niſi ſi quando a uobis, proque uobis arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus ueſtris, & exercitibus; quod oculis magis, quam auribus, crediderunt; &, ubi nihil hoſtile erat, ne ipſi quidem fecerunt. pacem, quam nos praeſtitimus, eam a uobis petimus: bellum eo, ſicubi eſt, auertatis precamur. in nos quid arma polleant ueſtra, ſi patiendo experiundum eſt, inermes experiemur. haec mens noſtra eſt, dij immortales faciant, tam felix, quam pia. Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixiſtis: etſi reuicta rebus, uerbis confutare nil attinet; tamen, etiamſi uera ſint, uel fateri nobis ea, cum tam euidenter paenituerit, tutum cenſemus. peccetur in uos, dum digni ſitis quibus ita ſatisfiat. Tantum fere uerborum ab Tuſculanis factum. Pacem in praeſentia, nec ita multo poſt ciuitatem etiam impetrauerunt. ab Tuſculo legiones deductae. Camillus conſilio & uirtute in Volſco bello, felicitate in Tuſculana expeditione, utrobique ſingulari aduerſus collegam patientia & moderatione inſignis, magiſtratu abijt, creatis tribunis militaribus in inſequenté annum L. & P. Valerijs, Lucio quinctum, Publio tertium, & C. Sergio tertium, L. Menenio iterum, P. Papirio, Ser. Cornelio Maluginenſe. Cenſoribus quoque eguit annus, maxime propter incertam famam aeris alieni, aggrauantibus ſummam etiam inuidiae eius tribunis plebis, cum ab ijs eleuaretur, quibus, fide magis quam fortuna debentium laborare creditum, uideri expediebat. Creati cenſores, C. Sulpicius Camerinus, Sp. Poſtumius Regillenſis: coeptaq. iam res morte Poſtumij, quia collegam ſuffici cenſori religio erat, interpellata eſt. igitur cum Sulpicius abdicaſſet ſe magiſtratu, cenſores alij uitio creati, non geſſerunt magiſtratum. tertios creari, uelut dijs non accipientibus in eum annum cenſuram, religioſum fuit. Eam uero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant. fugere ſenatum teſtes tabulas publicas cenſus cuiuſq., quia nolint conſpici ſummam aeris alieni, quae indicatura ſit demerſam partem a parte ciuitatis: cum interim obaeratam plebem obiectari alijs atque alijs hoſtibus. paſſim iam ſine ullo diſcrimine bella quaeri: ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tuſculum legiones ductas. Latinis, Hernicis, Praeneſtinis iam intentari arma, ciuium magis quam hoſtium odio; ut in armis terant plebem, nec reſpirare in urbe, aut per otium libertatis meminiſſe ſinant, aut conſiſtere in concione, ubi aliquando audiant uocem tribuniciam de leuando fenore, & ſine aliarum iniuriarum agentem. quod ſi ſit animus plebi memor patrum libertatis, ſe nec addici quemquam ciuem Romanum ob creditam pecuniam paſſuros; neque delectum haberi, donec, inſpecto aere alieno, initaque ratione minuendi eius, ſciat unuſquiſque quid ſui, quid alieni ſit; ſuperſit ſibi liberum corpus, an id quoque neruo debeatur. Merces ſeditionis propoſita confeſtim ſeditionem excitauit. nam & addicebantur multi; & ad Praeneſtini famam belli nouas legiones ſcribendas patres cenſuerant. quae utraque ſimul auxilio tribunicio, & conſenſu plebis impediri coepta. nam neque duci addictos tribuni ſinebant: neque iuniores nomina dabant: cum patribus minor praeſens cura creditae pecuniae iuris exſequendi, quam delectus eſſet: quippe iam a Praeneſte profectos hoſtes in agro Sabino conſediſſe nunciabatur:

ciabatur:

A ciabatur: interim tribunos plebis fama ea ipſa irritauerat magis ad ſuſceptum certamen, quam deterruerat. neque aliud ad ſeditionem exſtinguendam in urbe, quam prope illatum moenibus ipſis bellum ualuit. nam cum eſſet Praeneſtinis nunciatum, nullum exercitum conſcriptum Romae, nullum ducem certum eſſe, patres ac plebem in ſemetipſos uerſos: occaſionem rati duces eorum, raptim agmine acto peruaſtatis protinus agris ad portam Collinam ſigna intulere. Ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum ad arma, concurſumque in muros, atque portas eſt: tandemque ab ſeditione ad bellum uerſi, dictatorem T. Quinctium Cincinnatum creauere. is magiſtrum equitum A. Sempronium Atratinum dixit. quod ubi auditum eſt, (tantus eius magiſtratus terror erat) ſimul hoſtes a moenibus receſſere, & iuniores Romani ad edictum ſine detrectatione conuenere. Dum conſcribitur Romae exercitus, caſtra interim hoſtium haud procul B Alia flumine poſita. inde agrum late populantes, fatalem ſe urbi Romanae locum cepiſſe inter ſe iactabant: ſimilem pauorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit. etenim ſi diem contactum religione, inſignemque nomine eius loci timeant Romani, quanto magis Alienſi die Aliam ipſam, monumentum tantae cladis, reformidaturos? ſpecies profecto his ibi truces Gallorum, ſonumque uocis, in oculis, atque in auribus fore. Has inanium rerum inanes ipſas uoluentes cogitationes, fortunae loci delegauerant ſpes ſuas. Romani contra, ubicumque eſſet Latinus hoſtis, ſatis ſcire eum eſſe, quem ad Regillum lacum deuictum centum annorum pace obnoxia tenuerint. locum inſignem memoria cladis irritaturum ſe potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem faciat, ne qua terra ſit nefaſta uictoriae ſuae. quin ipſi ſibi Galli ſe offerant, illo loco ſe ita pugnaturos, ut Romae pugnauerint in repetenda patria, ut poſtero die ad Gabios, tunc C cum effecerint, ne quis hoſtis, qui moenia Romana intraſſet, nuncium ſecundae aduerſaeq. fortunae domum perferret. His utrimque animis ad Aliam uentum eſt. Dictator Romanus, poſtquam in conſpectu hoſtes erant inſtructi, intentique, Videſne tu, inquit, A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Aliam conſtitiſſe? nec illis dij immortales certioris quidquam fiduciae, maiorisue quod ſit auxilij, dederint. at tu fretus armis animiſque, concitatis equis inuade mediam aciem: ego cum legionibus in turbatos trepidanteſq. inferam ſigna. Adeſte dij teſtes foederis, & expetite poenas debitas ſimul, uobis uiolatis, nobisque per ueſtrum numen deceptis. Non equitem, non peditem ſuſtinuere Praeneſtini. primo impetu ac clamore diſſipati ordines ſunt: deinde, poſt quam nullo loco conſtabat acies, terga uertunt: conſternatique, & praeter caſtra etiam ſua pauore perlati, non prius ſe ab effuſo curſu ſiſtunt, quam in conſpectu Praeneſte fuit. D ibi ex fuga diſſipati, locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt: ne, ſi intra moenia ſe recepiſſent, extemplo ureretur ager, depopulatiſque omnibus obſidio urbi inferretur. ſed poſtquam, direptis ad Aliam caſtris, uictor Romanus aderat; id quoque munimentum relictum; & uix moenia tuta rati, opido ſe Praeneſte includunt. octo praeterea opida erant ſub ditione Praeneſtinorum. ad ea circumlatum bellum: deincepsque haud magno certamine captis, Velitras exercitus ductus. eae quoque expugnatae. tum ad caput belli Praeneſte uentum. id non ui, ſed per deditionem receptum eſt. T. Quinctius ſemel acie uictor, binis caſtris hoſtium, nouem opidis ui captis, Praeneſte in deditionem accepto, Romam reuertit: triumphansque ſignum Praeneſte deuectum Iouis Imperatoris in Capitolium tulit. dedicatum eſt inter cellam Iouis, ac Mineruae; tabulaque ſub eo fixa, monumentum rerum geſtarum, his ferme inciſa litteris fuit. Iuppiter, at- E que diui omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator opida nouem caperet. Die XX, quam creatus erat, dictatura ſe abdicauit. Comitia inde habita tribunorum militum conſulari poteſtate; quibus aequatus patriciorum plebeiorumque numerus. ex patribus creati P. & C. Manlij, cum L. Iulio: plebes C. Sextilium, M. Albinium, L. Antiſtium dedit. An. 377. Manlijs, quod genere plebeios, gratia Iulium anteibant, Volſci prouincia ſine ſorte, ſine comparatione extra ordinem data: cuius & ipſos poſtmodum, & patres, qui dederant, paenituit. Inexplorato pabulatum cohortes miſere. quibus uelut circumuentis, cum id falſo nunciatum eſſet, dum, praeſidio ut eſſent, citati feruntur, ne auctore quidem aſſeruato, qui eos hoſtis Latinus pro milite Romano fruſtratus erat, ipſi in inſidias praecipitauere. ibi dum iniquo loco ſola uirtute militum reſtantes caeduntur, caeduntque, ca-

ſtra interim Romana, iacentia in campo, ab altera parte hoſtes inuaſere. Ab ducibus utro bique prodita temeritate atque inſcitia res. quidquid ſuperfuit fortunae populi Romani, id militum etiam ſine rectore ſtabilis uirtus tutata eſt. Quae ubi Romam ſunt relata, primum dictatorem dici placebat: deinde, poſtquam quietae res ex Volſcis afferebantur, & apparuit neſcire eos uictoria & tempore uti, reuocati etiam inde exercitus ac duces. otiumque inde, quantum a Volſcis, fuit. id modo extremo anno tumultuatum, quod Praeneſtini concitatis Latinorum populis rebellarunt. Eodem anno Setiam, ipſis querentibus paenuriam hominum, noui coloni adſcripti. Rebuſq. haud proſperis bello, domeſtica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia maieſtaſq. inter ſuos obtinuit, ſolatium fuit.

In ſequentis anni principia ſtatim ſeditione ingenti arſere, tribunis militum conſulari po-
An. 378. teſtate, Sp. Furio, Q. Seruilio iterum, C. Licinio, P. Cloelio, M. Horatio, L. Geganio. Erat autem & materia & cauſſa ſeditionis, aes alienum: cuius noſcendi gratia Sp. Seruilius Priſcus, Q. Cloelius Siculus cenſores facti, ne rem agerent, bello impediti ſunt. namque trepidi nuncij primo, fuga deinde ex agris, legiones Volſcorum ingreſſas fines, populari que paſſim Romanum agrum, attulere. in qua trepidatione tantum abfuit ut ciuilia certamina terror externus cohiberet, ut contra eo uiolentior tribunicia poteſtas impediendo delectui eſſet: donec condiciones impoſitae patribus, ne quis, quoad bellatum eſſet, tributum daret, aut ius de pecunia credita diceret. eo laxamento plebi ſumpto, mora delectui non eſt facta. Legionibus nouis ſcriptis, placuit duos exercitus in agrum Volſcum legionibus diuiſis duci. Sp. Furius, M. Horatius dextrorſus maritimam oram, atque Antium, Q. Seruilius & L. Geganius laeua ad montes Ecetram pergunt. Neutra parte hoſtis obuius fuit, populatio. non illi uagae ſimilis, quam Volſcus, latrocinij more, diſcordia hoſtium fretus, & uirtutem metuens, per trepidationem raptim fecerat; ſed ab iuſto exercitu iuſta ira facta, ſpatio quoque temporis grauior. quippe a Volſcis timentibus ne interim exercitus ab Roma exiret, incurſiones in extrema finium factae erant: Romano contra etiam in hoſtico morandi erat cauſſa, ut hoſtem ad certamen eliceret: itaque, omnibus paſſim tectis agrorum, uiciſque etiam quibuſdam exuſtis, non arbore frugifera, non ſatis in ſpem frugum relictis, omni, quae extra moenia fuit, hominum pecudumque praeda abacta, Romam utrimque exercitus reducti. Paruo interuallo ad reſpirandum debitoribus dato, poſtquam quietae res ab hoſtibus erant, celebrari de integro iuriſdictio: & tantum abeſſe ſpes ueteris leuandi fenoris, ut tributo nouum fenus contraheretur in murum a cenſoribus locatum ſaxo quadrato faciundum. cui ſuccumbere oneri coacta plebes: quia, quem delectum impedirent, non habebant tribuni plebis. tribunos etiam militares patricios omnes coacta principum opibus fe-
An. 379. cit, L. Aemilium, P. Valerium quartum, C. Veturium, Ser. Sulpicium, L. & C. Quinctios Cincinnatos. Iiſdem opibus obtinuere, ut aduerſus Latinos, Volſcoſque, qui coniunctis legionibus ad Satricum caſtra habebant, nullo impediente omnibus iunioribus ſacramento adactis, tres exercitus ſcriberent; unum ad praeſidium urbis; alterum, qui, ſi qui alibi motus exſtitiſſet, ad ſubita bella mitti poſſet; tertium, longe ualidiſſimum, P. Valerius & L. Aemilius ad Satricum duxere. ubi cum aciem inſtructam hoſtium loco aequo inueniſſent, extemplo pugnatum: & ut nondum ſatis claram uictoriam, ſic proſperae ſpei pugnam imber ingentibus procellis fuſus diremit. poſtero die iterata pugna: & aliquandiu aequa uirtute fortunaque Latinae maxime legiones, longa ſocietate militiam Romanam edoctae, reſtabant. eques immiſſus ordines turbauit: turbatis ſigna peditum illata: quantumque Romana ſe inuexit acies, tantum hoſtes gradu demoti. & ut ſemel inclinauit pugna, iam intolerabilis Romana uis erat. Fuſi hoſtes, cũ Satricum, quod duo millia paſſuum inde aberat, non caſtra peterent, ab equite maxime caeſi. caſtra capta, direptaque. ab Satrico nocte, quae proelio proxima fuit, fugae ſimili agmine petunt Antium: & cum Romanus exercitus prope in ueſtigijs ſequeretur, plus tamen timor, quam ira, celeritatis habuit. prius itaque moenia intrauere hoſtes, quam Romanus extrema agminis carpere, aut morari poſſet. inde aliquot dies uaſtando agro abſumpti, nec Romanis ſatis inſtructis apparatu bellico ad moenia aggredienda, nec illis ad ſubeundum pugnae caſum. Seditio tum inter Antiates Latinoſq. coorta; cum Antiates uicti malis, ſubactique bello, in quo & nati erant, & conſenuerant, deditionem ſpectarent; Latinos ex diutina pace

nova

A noua defectio recentibus adhuc animis ferociores ad perſeuerandum in bello faceret. Finis certaminis fuit, poſtquam utriſque apparuit, nihil per alteros ſtare, quo minus incepta perſequerentur. Latini profecti a ſocietate pacis, ut rebantur, inhoneſtae, ſeſe uindicauerunt. Antiates, incommodis arbitris ſalutarium conſiliorum remotis, urbem agroſq. Romanis dedunt. Ira & rabies Latinorum, quia nec Romanis bello laedere, nec Volſcos in armis retinere potuerant, eo erupit, ut Satricum urbem, quae receptaculum primum eis aduerſae pugnae fuerat, igni concremarent. nec aliud tectum eius ſuperfuit urbis, cum faces pariter ſacris profaniſq. inijcerent, quam matris Matutae templum. inde eos nec ſua religio, nec uerecundia deum arcuiſſe dicitur, ſed uox horrenda, edita templo cum triſtibus minis; ni nefandos ignes procul delubris amouiſſent. incenſos ea rabie impetus Tuſculum tulit, ob iram, quod, deſerto communi concilio Latinorum,
B non in ſocietatem modo Romanam, ſed etiam in ciuitatem ſe dediſſent. patentibus portis cum improuiſo incidiſſent, primo clamore opidum, praeter arcem, captum eſt. in arcem opidani refugere cum coniugibus ac liberis: nuncioſque Romam, qui certiorem de ſuo caſu ſenatum facerent, miſere. Haud ſegnius, quam fide populi R. dignum fuit, exercitus Tuſculum ductus. L. Quinctius, & Ser. Sulpicius tribuni militum duxere. clauſas portas Tuſculi, Latinoſq. ſimul obſidentium, atque obſeſſorum animo hinc moenia tueri uident, illinc arcem oppugnare, terrere una ac pauere. Aduentus Romanorum mutauerat utriuſque partis animos; Tuſculanos ex ingenti metu in ſummam alacritatem, Latinos ex prope certa fiducia mox capiendae arcis, quoniam opido potirentur, in exiguam de ſe ipſis ſpem uerterat. Tollitur ex arce clamor ab Tuſculanis: excipitur aliquanto maiore ab exercitu Romano. utrimque urgentur Latini: nec impetus Tuſculanorum
C decurrentium ex ſuperiore loco ſuſtinent: nec Romanos ſubeuntes moenia, molienteſq. obices portarum arcere poſſunt. ſcalis prius moenia capta: inde effracta clauſtra portarum. & cum anceps hoſtis & a fronte & a tergo urgeret; nec ad pugnam ulla uis, nec ad fugam loci quidquam ſupereſſet; in medio caeſi ad unum omnes. Recuperato ab hoſtibus Tuſculo, exercitus Romam eſt reductus. Quanto magis proſperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant, tanto in urbe uis patrum in dies, miſeriaeq. plebis creſcebant; cum eo ipſo, quod neceſſe erat ſolui, facultas ſol[illegible]di impediretur. itaque cum iam ex re nihil dari poſſet, fama & corpore iudicati, at[illegible] addicti creditoribus ſatisfaciebant, poenaq. in uicem fidei ceſſerat adeo ergo obnoxi[illegible]ummiſerant animos non infimi ſolum, ſed principes etiam plebis; ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, quod, tanta ui, ut liceret, tetenderant; ſed ne ad plebeios quidem magiſtratus
D capeſſendos, petendoſque, ulli uiro acri experientiq. animus eſſet; poſſeſſionemq. honoris uſurpati modo a plebe per paucos annos recuperaſſe in perpetuum patres uiderentur. Ne id nimis laetum parti alteri eſſet, parua, ut plerumque ſolet, rem ingentem moliundi cauſſa interuenit. M. Fabij Ambuſti, potentis uiri, cum inter ſui corporis homines, tum etiam ad plebem, quod haudquaquam inter id genus contemptor eius habebatur, filiae duae nuptae, Ser. Sulpicio maior, minor C. Licinio Stoloni erat, illuſtri quidem uiro, tamen plebeio: eaq. ipſa affinitas haud ſpreta, gratiam Fabio ad uulgum quaeſierat. Forte ita incidit, ut, in Ser. Sulpicij tribuni militum domo ſorores Fabiae cum inter ſe, ut fit, ſermonibus tempus tererent; lictor Sulpicij, cum is de foro ſe domum reciperet, forem, ut mos eſt, uirga percuteret. cum ad id moris eius inſueta expauiſſet minor Fabia, riſui ſorori fuit, miranti ignorare id ſororem. ceterum is riſus ſtimulos paruis mobili rebus ani-
E mo muliebri ſubdidit. frequentiaq. proſequentium rogantiumq. numquid uellet? credo fortunatum matrimoniũ ei ſororis uiſum; ſuiq. ipſam malo arbitrio, quo a proximis quiſque minime anteiri uult, paenituiſſe. confuſam eã ex recenti morſu animi cum pater forte uidiſſet, percunctatus, ſatin' ſaluae? auertentem cauſſam doloris, quippe nec ſatis piã aduerſus ſororẽ, nec admodum in uirum honorificam, elicuit comiter ſciſcitãdo, ut fateretur eã eſſe cauſſam doloris, quod iuncta impari eſſet, nupta in domo, in quam nec honos nec gratia intrare poſſet. conſolans inde filiam Ambuſtus bonum animum habere iuſsit: eoſdem propediem domi uiſuram honores, quos apud ſororem uiderat. Inde conſilia inire cum genero coepit, adhibito L. Sextio, ſtrenuo adoleſcente, & cuius ſpei nihil praeter genus patricium deeſſet. Occaſio uidebatur rerum nouandarum propter ingentem uim aeris

 alieni;

alieni; cuius leuamen mali plebes, niſi ſuis in ſummo imperio locatis, nullum ſperaret, ac- F
cingendum ad eam cogitationem eſſe. conando agendoq. iam eo gradum feciſſe plebe-
ios, unde ſi porro annitantur, peruenire ad ſumma, & patribus aequari tam honore quam
uirtute poſſent. In praeſentia tribunos plebis fieri placuit, quo in magiſtratu ſibimet ipſi
uiam ad ceteros honores aperirent. creatiq. tribuni C. Licinius & L. Sextius promulga-
uere leges omnes aduerſus opes patriciorum, & pro commodis plebis: unam de aere alie-
no, ut, deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id, quod ſupereſſet, triennio
aequis portionibus perſolueretur: alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta iu-
gera agri poſſideret: tertiam, ne tribunorum militum comitia fierent, ſed conſulum, & ut
utique alter ex plebe crearetur: cuncta ingentia, & quae ſine certamine maximo obtineri
non poſſent. Omnium igitur ſimul rerum, quarum immodica cupido inter mortales eſt,
agri, pecuniae, honorum diſcrimine propoſito, conterriti patres cum trepidaſſent, publi- G
cis priuatisque conſilijs nullo remedio alio praeter expertam multis iam ante certamini-
bus interceſſionem inuento, collegas aduerſus tribunicias rogationes comparauerunt.
qui, ubi tribus ad ſuffragium ineundum citari a Licinio, Sextioque uiderunt, ſtipati pa-
trum praeſidijs, nec recitari rogationes, nec ſollemne quidquam aliud ad ſciſcendum ple-
bi fieri paſſi ſunt. Iamque, fruſtra ſaepe concilio aduocato, cum pro antiquatis rogatio-
nes eſſent; Bene habet, inquit Sextius; quandoquidem tantum interceſſionem pollere pla
cet. iſto ipſo telo tutabimur plebem. Agitedum, comitia indicite patres tribunis mili-
tum creandis. faxo, ne iuuet uox iſta, Veto; qua nunc concinentes collegas noſtros
tam laeti auditis. Haud irritae cecidere minae: comitia, praeter aedilium tribunorumq. ple
An. 380. bis, nulla ſunt habita. Licinius Sextiusq. tribuni pl. refecti nullos curules magiſtratus
381. 382 creari paſſi ſunt. eaq. ſolitudo magiſtratuum, & plebe reficiente duos tribunos, & his H
383. 384 comitia tribunorum militum tollentibus, per quinquennium urbem tenuit. Alia bella
opportune quieuere: Veliterni coloni geſtientes otio, quod nullus exercitus Roma-
nus eſſet, & agrum Romanum aliquoties incurſauere, & Tuſculum oppugnare adorti
ſunt. eaq. res, Tuſculanis ueteribus ſocijs, nouis ciuibus, opem orantibus, uerecun-
dia maxime non patres modo, ſed etiam plebem mouit. remittentibus tribunis plebis co
An. 385. mitia per interregem ſunt habita: creatiq. tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sul
picius, Ser. Cornelius, P. & C. Valerij, haudquaquam tam obedientem in delectu, quam
in comitijs plebem habuere: ingentiq. contentione exercitu ſcripto profecti, non ab Tu-
ſculo modo ſubmouere hoſtem, ſed intra ſuamet ipſum moenia compulere: obſidebantur
que haud paullo ui maiore Velitrae, quam Tuſculum obſeſſum fuerat: nec tamen ab eis, a
quibus obſideri coeptae erant, expugnari potuere. ante noui creati ſunt tribuni militum I
An. 386. Q. Seruilius, C. Veturius iterum, A. & M. Cornelij, Q. Quinctius, M. Fabius. Nihil ne
ab his quidem tribunis ad Velitras memorabile factum. In maiore diſcrimine domi res
uertebantur. nam praeter Sextium Liciniumq. latores legum iam octauum tribunos ple-
bis refectos, Fabius quoque tribunus militum, Stolonis ſocer, quarum legum auctor fue
rat, earum ſuaſorem ſe haud dubium ferebat. & cum octo ex collegio tribunorum plebis
primo interceſſores legum fuiſſent, quinque ſoli erant: &, ut ferme ſolent qui a ſuis deſci-
ſcunt, capti, & ſtupentes animi, uocibus alienis id modo, quod domi praeceptum erat, in-
terceſsioni ſuae praetendebant, Velitris in exercitu plebis magnam partem abeſſe: in ad-
uentum militum comitia differri debere, ut uniuerſa plebes de ſuis commodis ſuffragium
ferret. Sextius Liciniusq. cum parte collegarum, & uno ex tribunis militum Fabio, ar-
tifices iam tot annorum uſu tractandi animos plebis, primores patrum productos interro K
gando de ſingulis, quae ferebantur ad populum, fatigabant: Auderent ne poſtulare, ut,
cum bina iugera agri plebi diuiderentur, ipſis plus quingenta iugera habere liceret? ut ſin-
guli prope trecentorum ciuium poſsiderent agros; plebeio homini uix ad tectum neceſſa-
rium, aut locum ſepulturae, ſuus pateret ager? An placeret fenore circumuentam ple-
bem, ni potius quam ſortem creditum ſoluat, corpus in neruum ac ſupplicia dare? & gre-
gatim quotidie de foro addictos duci? & repleri uinctis nobiles domos? & ubicumque pa
tricius habitet, ibi carcerem priuatum eſſe? Haec indigna, miſerandaque auditu cum apud
timentes ſibimet ipſos maiore audientium indignatione, quam ſua, increpuiſſent: at-
qui nec agros occupandi modum, nec fenore trucidandi plebem, alium patribus um-
quam

A quam fore affirmabant, niſi alterum ex plebe conſulem cuſtodem ſuae libertatis plebs fe-
ciſſet. contemni iam tribunos plebis, quippe quae poteſtas iam ſuam ipſa ui frangat in-
tercedendo. non poſſe aequo iure agi, ubi imperium penes illos, penes ſe auxilium tantum
ſit: niſi imperio communicato, numquam plebem in parte pari reip. fore: nec eſſe quod
quiſque ſatis putet, ſi plebeiorum ratio comitijs conſularibus habeatur: niſi alterum
conſulem utique ex plebe fieri neceſſe ſit, neminem fore. an iam memoria exiſſe, cum tri-
bunos militum iccirco potius, quam conſules, creari placuiſſet, ut & plebeijs pateret ſum-
mus honos, I V & X L annis neminem ex plebe tribunum militum creatum eſſe? Quis ui-
deat, duobus in locis ſua uoluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribu-
nis militum creandis occupare ſoliti ſint? & ad conſulatum uiam fieri paſſuros, qui tribu-
natum ſaeptum tam diu habuerint? lege obtinendum eſſe, quod comitijs per gratiam ne-
B queat: & ſeponendum extra certamen alterum conſulatum, ad quem plebi ſit aditus: quo-
niam in certamine relictus, praemium ſemper potentioris futurus ſit. Nec iam poſſe dici,
id quod antea iactare ſoliti ſint, non eſſe in plebeijs idoneos uiros ad curules magiſtratus.
numquid enim ſocordius aut ſegnius remp. adminiſtrari poſt P. Licinij Calui tribunatum,
qui primus ex plebe creatus ſit; quam per eos annos geſta ſit, quibus praeter patricios ne-
mo tribunus militum fuerit? quin contra, patricios aliquot damnatos poſt tribunatum,
neminem plebeium. quaeſtores quoque, ſicut tribunos militum, paucis ante annis ex ple-
be coeptos creari: nec ullius eorum populum R. paenituiſſe. conſulatum ſupereſſe ple-
beijs: eam eſſe arcem libertatis, id columen: ſi eo peruentum ſit, tum populum R. uere
exactos ex urbe reges, & ſtabilem libertatem ſuam exiſtimaturum. quippe ex illa die in
plebem uentura omnia, quibus patricij excellant, imperium atque honorem, gloriam bel-
C li, genus, nobilitatem, magna ipſis fruenda, maiora liberis relinquenda. Huius generis ora
tiones ubi accipi uidere, nouam rogationem promulgant, ut pro duumuiris ſacris faciun-
dis decemuiri creentur; ita ut pars ex plebe, pars ex patribus fiat: omniumq. earum ro-
gationum comitia in aduentum eius exercitus differunt, qui Velitras obſidebat. Prius cir-
cumactus eſt annus, quam a Velitris reducerentur legiones. ita ſuſpenſa de legibus res ad
nouos tribunos militum dilata. nam plebis tribunos eoſdem, duos utique, qui legum la-
tores erant, plebes reficiebat. tribuni militum creati L. Quinctius, Ser. Cornelius, Ser. Sul
picius, Sp. Seruilius, L. Papirius, L. Veturius. Principio ſtatim anni ad ultimã dimicationẽ
de legibus uentum: & cum tribus uocarentur, nec interceſsio collegarum latoribus obſta
ret; trepidi patres ad duo ultima auxilia, ſummum imperium, ſummumq. ad ciuem decur-
runt. dictatorem dici placet. dicitur M. Furius Camillus; qui magiſtrum equitum L. Ae-
D milium cooptat. Legum quoque latores aduerſus tantum apparatum aduerſariorum &
ipſi cauſſam plebis ingentibus animis armant; concilioq. plebis indicto, tribus ad ſuffra-
gium uocant. cum dictator ſtipatus agmine patriciorum, plenus irae minarumq. conſediſ-
ſet; atque ageretur res ſolito primum certamine inter ſe tribunorum plebis ferentium le-
gem, intercedentiumque; & quanto iure potentior interceſſio erat, tantum uinceretur fa-
uore legum ipſarum, latoremque; &, Vti rogas, primae tribus dicerent: tum Camillus,
Quandoquidem, inquit, Quirites, iam uos tribunicia libido, non poteſtas regit; & inter-
ceſsionem, ſeceſsione quondam plebis partam, uobis eadem ui facitis irritam, qua peperi-
ſtis; non reip. magis uniuerſae, quã ueſtra cauſſa dictator interceſſioni ueſtrae adero; euer-
ſumq. ueſtrum auxilium imperio tutabor. itaque, ſi C. Licinius & L. Sextius interceſ-
ſioni collegarum cedunt; nihil patricium magiſtratum inſeram concilio plebis. ſi aduer-
E ſus interceſsionem tamquam captae ciuitati leges imponere tendent; uim tribuniciam a
ſe ipſa diſſolui non patiar. Aduerſus ea cum contemptim tribuni plebis rem nihilo ſe-
gnius peragerent, tum percitus ira Camillus lictores, qui de medio plebem emoue-
rent, miſit: & addidit minas, ſi pergerent, ſacramento omnes iuniores adacturum,
exercitumq. extemplo ex urbe educturum. Terrorem ingentem incuſſerat plebi; duci-
bus plebis accendit magis certamine animos, quam minuit. ſed, re neutro inclinata, magi-
ſtratu ſe abdicauit: ſeu quia uitio creatus erat, ut ſcripſere quidam; ſeu quia tribuni ple-
bis tulerunt ad plebem, idq. plebs ſciuit, ut, ſi M. Furius pro dictatore quid egiſſet, quin-
gentum millium aeris ei multa eſſet. ſed auſpicijs magis, quam noui exempli rogatione, de
territum ut potius credam, cum ipſius uiri facit ingenium, tum quod ei ſuffectus extem-
plo

plo P. Manlius dictator: quem quid creari attinebat ad id certamen, quo M. Furius uictus E
eſſet? & quod eundem M. Furium dictatorem inſequens annus habuit, haud ſine pudore
certe ſi actum priore anno in ſe imperium repetiturum: ſimul quod eo tempore, quo pro-
mulgatum de multa eius traditur, aut & huic rogationi, qua ſe in ordinem cogi uidebat,
obſiſtere potuit; aut ne illas quidem, propter quas & haec lata erat, impedire: & quod uſ-
que ad memoriam noſtram quoties tribunicijs conſularibuſq. certatum uiribus eſt; dictatu
rae ſemper altius faſtigium fuit. Inter priorem dictaturam abdicatam, nouāq. a Manlio in-
itam, ab tribunis, uelut per interregnum, cōcilio plebis habito, apparuit quae ex promulga
tis plebi, quae latoribus gratiora eſſent. nam de fenore, atque agro rogationes iubebāt, de
plebeio conſule antiquabant. & perfecta utraque res eſſet, ni tribuni pl. ſe in omnia ſi-
mul conſulere plebem dixiſſent. P. Manlius deinde dictator rem in cauſſam plebis incli-
nauit, C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magiſtro equitum de plebe dicto. id aegre G
patres paſſos accipio, dictatorem propinqua cognatione Licinij ſe apud patres excuſare
ſolitum, ſimul negantem magiſtri equitum maius, quam tribuni conſularis, imperium eſſe.
Licinius Sextiuſque, cum tribunorum plebis creandorum indicta comitia eſſent, ita ſe ge-
rere, ut, negando iam ſibi uelle continuari honorem, acerrime accēderent ad id, quod diſ-
ſimulando petebant, plebem. nonum ſe annum iam uelut in aciem aduerſus optimates,
maximo priuatim periculo, nullo publico emolumento, ſtare: conſenuiſſe iam ſecum &
rogationes promulgatas, & uim omnem tribuniciae poteſtatis: primo interceſſione colle
garum in leges ſuas pugnatum eſſe, deinde ablegatione iuuentutis ad Veliternum bel-
lum: poſtremo dictatorium fulmen in ſe intentatum: iam nec collegas, nec bellum, nec
dictatorem obſtare, quippe qui etiam omen plebeio conſuli, magiſtro equitum ex plebe
dicendo, dederit: ſe ipſam plebem, & commoda morari ſua. liberam urbem ac forum a H
creditoribus, liberos agros ab iniuſtis poſſeſſoribus extemplo, ſi uelit, habere poſſe: quae
munera quando tandem ſatis grato animo aeſtimaturos, ſi, inter accipiendas de ſuis com-
modis rogationes ſpem honoris latoribus earum incidant? Non eſſe modeſtiae populi R.
id poſtulare, ut ipſe fenore leuetur, & in agrum iniuria poſſeſſum a potentibus inducatur
per quos ea conſecutus ſit, ſenes tribunicios non ſine honore tantum, ſed etiam ſine ſpe
honoris relinquat. proinde ipſi primum ſtatuerent apud animos, quid uellent; deinde co-
mitijs tribunicijs declararent uoluntatem. ſi coniunctim ferre ab ſe promulgatas rogatio-
nes uellent, eſſe quod eoſdem reficerent tribunos plebis: perlaturos enim quae promul-
gauerint. ſin, quod cuique priuatim opus ſit, id modo accipi uelint: opus eſſe nihil inui-
dioſa continuatione honoris; nec ſe tribunatum, nec illos ea, quae promulgata ſint, habi-
turos. Aduerſus tam obſtinatam orationem tribunorum cum prae indignitate rerum ſtu- I
por, ſilentiumq. inde ceteros patrum defixiſſet; Ap. Claudius Craſſus, nepos decemui-
ri, dicitur odio magis iraque, quam ſpe, ad diſſuadendum proceſſiſſe, & locutus in hanc fe-
re ſententiam eſſe. Neque nouum, neque inopinatum mihi ſit Quirites, ſi, quod unum fa-
miliae noſtrae ſemper obiectū eſt ab ſeditioſis tribunis, id nunc ego quoque audiam: Clau
diae genti iam inde ab initio nil antiquius in rep. patrum maieſtate fuiſſe; ſemper plebis
commodis aduerſatos eſſe. quorum alterum neque nego, neque infitias eo, nos, ex quo
adſciti ſumus ſimul in ciuitatem & patres, enixe operam dediſſe, ut per nos aucta potius,
quam imminuta maieſtas earum gentium, inter quas nos eſſe uoluiſtis, dici uere poſſet. il-
lud alterum pro me maioribuſq. meis contendere auſim Quirites, niſi quae pro uniuerſa
rep. fiant, ea plebi, tamquam aliam incolenti urbem, aduerſa quis putet, nihil nos neque
priuatos, neque in magiſtratibus, quod incommodum plebi eſſet, ſcientes feciſſe: nec ul- K
lum factum dictumue noſtrum contra utilitatem ueſtram, etſi quaedam contra uoluntatē
fuerint, uere referri poſſe. An hoc, ſi Claudiae familiae non ſim, nec ex patricio ſanguine
ortus, ſed unus Quiritum quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, & uiuere in li-
bera ciuitate ſciam, reticere poſſim? L. illum Sextium & C. Licinium, perpetuos (ſi dijs
placet) tribunos, tantum licentiae nouem annis, quibus regnant, ſumpſiſſe, ut uobis ne-
gent poteſtatem liberam ſuffragij non in comitijs, non in legibus iubendis ſe permiſſuros
eſſe? Sub condicione, inquit, nos reficietis decimum tribunos. Quid eſt aliud dicere: quod
petunt alij, nos adeo faſtidimus, ut ſine mercede magna non accipiamus? Sed quae tan-
dem iſta merces eſt, qua uos ſemper tribunos plebis habeamus? Vt rogationes, inquit,

noſtras,

A noſtras, ſeu placent ſeu diſplicent, ſeu utiles ſeu inutiles ſunt, omnes coniunctim accipia-
tis. Obſecro uos Tarquinij tribuni plebis putate me ex media concione unum ciuem ſuc-
clamare: Bona uenia ueſtra liceat ex his rogationibus legere, quas ſalubres nobis cenſe-
mus eſſe; antiquare alias. Non, inquit, licebit. tu de fenore atque agris, quod ad uos
omnes pertinet, iubeas; & hoc portenti non fiat in urbe Romana, ut L. Sextium, atque
hunc C. Licinium conſules, quod indignaris, quod abominaris, uideas. aut omnia acci-
pe: aut nihil fero. Vt, ſi quis ei, quem urgeat fames, uenenum ponat cum cibo; & aut ab
ſtinere eo, quod uitale ſit, iubeat; aut mortiferum uitali admiſceat. Ergo, ſi eſſet libera
haec ciuitas, non tibi frequentes ſuclamaſſent, Abi hinc cum tribunatibus ac rogationib.
tuis? Quid? ſi tu non tuleris, quod commodum eſt populo accipere; nemo erit, qui ferat
illud? Si quis patricius, ſi quis, quod illi uolunt inuidioſius eſſe, Claudius diceret, Aut o-
B mnia accipite, aut nihil fero; quis ueſtrum Quirites ferret? Numquamne uos res potius,
quã auctores ſpectabitis; ſed omnia ſemper, quae magiſtratus ille dicet, ſecundis auribus,
quae ab noſtrum quo dicentur, aduerſis accipietis? At hercule ſermo eſt minime ciuilis.
Quid? rogatio qualis eſt, quam a uobis antiquatam indignantur? ſermoni Quirites ſimil-
lima. Conſules, inquit, rogo, ne uobis, quos uelitis, facere liceat. An aliter rogat, qui uti
que alterum ex plebe fieri conſulem iubet, nec duos patricios creandi poteſtatem uobis
permittit? Si hodie bella ſint, quale Etruſcum fuit, cum Porſena Ianiculum inſedit; qua-
le Gallicum modo, cum, praeter Capitolium, atque arcem, omnia haec hoſtium erant; &
conſulatum cum hoc M. Furio, aut quolibet alio ex patribus L. ille Sextius peteret: poſſe-
tiſne ferre Sextium haud pro dubio conſulem eſſe, Camillum de repulſa dimicare? Hoc-
cine eſt in commune honores uocare, ut duos plebeios fieri conſules liceat, duos patri-
C cios non liceat? & alterum ex plebe creari neceſſe ſit, utrumque ex patribus praeterire li-
ceat? Quaenam iſta ſocietas, quaenam conſortio eſt? Parum eſt, ſi, cuius pars tua nulla ad
huc fuit, in partem eius uenis, niſi partem petendo totum traxeris? Timeo, inquit, ne, ſi
duos licebit creari patricios, neminem creetis plebeium. Quid eſt dicere aliud, niſi, quia
indignos ueſtra uoluntate creaturi non eſtis, neceſsitatem uobis creandi quos non uultis,
imponam? Quid ſequitur, niſi ut ne beneficium quidem debeat populo, ſi cum duobus pa
tricijs unus petierit plebeius, & lege ſe, non ſuffragio creatum dicat? Quo modo extor-
queant, non quo modo petant honores, quaerunt: & ita maxima ſunt adepturi, ut nihil ne
pro minimis quidem debeant: & occaſionibus potius, quam uirtute, petere honores ma-
lunt. Eſt aliquis, qui ſe inſpici, qui aeſtimari faſtidiat; qui certos ſibi uni honores inter di
micantes competitores aequum cenſeat eſſe; qui ſe arbitrio ueſtro eximat; qui ueſtra ne-
D ceſſaria ſuffragia pro uoluntarijs, & ſerua pro liberis faciat. omitto Licinium Sextiumque,
quorum annos in perpetua poteſtate, tamquam regum, in Capitolio numeratis: quis eſt
hodie in ciuitate tam humilis, cui non uia ad conſulatum facilior per iſtius legis occaſio-
nem, quam nobis ac liberis noſtris fiat, ſi quidem nos, ne cum uolueritis quidem, creare in
terdum poteritis, iſtos, etiam ſi nolueritis, neceſſe ſit? De indignitate ſatis dictum eſt:
(etenim dignitas ad homines pertinet) quid de religionibus, atque auſpicijs, quae propria
deorum immortalium contemptio, atque iniuria eſt, loquar? Auſpicijs hanc urbem condi-
tam eſſe, auſpicijs bello ac pace, domi militiaeq. omnia geri, quis eſt qui ignoret? penes
quos igitur ſunt auſpicia more maiorum? nempe penes patres. nam plebeius quidẽ magi-
ſtratus nullus auſpicato creatur: nobis adeo propria ſunt auſpicia, ut non ſolum quos po-
pulus creat patricios magiſtratus, non aliter quam auſpicato creet; ſed nos quoque ipſi ſi-
E ne ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus, & priuatim auſpicia habeamus, quae
iſti ne in magiſtratibus quidem habent. Quid igitur aliud quam tollit ex ciuitate auſpi-
cia, qui, plebeios conſules creando, a patribus, qui ſoli ea habere poſſunt, aufert? Elu-
dant nunc licet religiones. quid enim eſt, ſi pulli non paſcentur? ſi ex cauea tardius exie-
rint? ſi occinuerit auis? Parua ſunt haec: ſed, parua iſta non contemnendo, maiores noſtri
maximam hanc rem fecerunt. nunc nos, tamquam iam nihil pace deorum opus ſit, omnes
caerimonias polluimus. uulgo ergo pontifices, augures, ſacrificuli reges creentur: cuili-
bet apicem dialem, dummodo homo ſit, imponamus: tradamus ancylia, penetralia, deos,
deorumq. curam, quibus nefas eſt: non leges auſpicato ferantur: non magiſtratus creen-
tur: nec centuriatis, nec curiatis comitijs patres auctores fiant: Sextius & Licinius, tam-

quam

quam Romulus ac Tatius, in urbe Romana regnent, quia pecunias alienas, quia agros do- F.
no dant. tanta dulcedo eſt ex alienis fortunis praedandi: nec in mentē uenit, altera lege ſo
litudines uaſtas in agris fieri, pellendo finibus dominos: altera fidem abrogari, cum qua
omnis humana ſocietas tollitur. Omnium rerum cauſſa uobis antiquandas cenſeo iſtas ro-
gationes. quod faxitis, deos uelim fortunare. Oratio Appij ad id modo ualuit, ut tem-
pus rogationum iubendarum proferretur. Refecti decimum ijdem tribuni Sextius & Li-
cinius de decemuiris ſacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere. creati quin-
que patrum, quinque plebis: graduque eo iam uia facta ad conſulatum uidebatur. Hac ui
ctoria contenta plebes ceſſit patribus, ut, in praeſentia conſulum mentione omiſſa, tribuni
militum crearentur. creati A. & M. Cornelij iterum, M. Geganius, P. Manlius, L. Vetu-
An. 388. rius, P. Valerius ſextum. Cum praeter Velitrarum obſidionem, tardi magis rerum exitus
quam dubij, quietae externae res Romanis eſſent: fama repens belli Gallici allata perpu- G
lit ciuitatem, ut M. Furius dictator quinctum diceretur. is T. Quinctium Pennum magi-
ſtrum equitum dixit. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen auctor eſt Clau
dius: inclytamq. in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo prouocatus manum
conſeruit, in conſpectu duorum exercituum caeſum torque ſpoliauit, tum pugnatam. Plu-
ribus auctoribus magis adducor ut credam, decem haud minus poſt annos ea acta: hoc
autem anno in Albano agro cum Gallis dictatore M. Furio ſigna collata. nec dubia, nec
difficilis Romanis, quamquam ingentem Galli terrorem memoria priſtinae cladis attule-
rant, uictoria fuit. multa millia barbarorum in acie, multa captis caſtris caeſa: palati alij
Apuliam maxime petentes, cum fuga ſe longinqua, tum quod paſſim eos ſimul pauor ter-
rorq. diſtulerant, ab hoſte ſeſe tutati ſunt. Dictatori conſenſu patrum plebiſq. triumphus
decretus. Vix dum perfunctum eum bello, atrocior domi ſeditio excepit: & per ingentia H
certamina dictator ſenatusq. uictus, ut rogationes tribuniciae acciperentur: & comitia
conſulum aduerſa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus conſul factus. Et
ne his quidem finis certaminum fuit. Quia patricij ſe auctores futuros negabant, prope
ad ſeceſſionem plebis res, terribileſq. alias minas ciuilium certaminum uenit: cum tamen
per dictatorem condicionibus ſedatae diſcordiae ſunt; conceſſumq. ab nobilitate plebi, de
conſule plebeio; a plebe nobilitati, de praetore uno, qui ius in urbe diceret, ex patribus
creando. Ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus, cum dignam eam
rem ſenatus cenſeret eſſe, meritoq. id, ſi quando umquam alias, fore, ut Ludi Maximi fie-
rent, & dies unus ad triduum adijceretur: recurſantibus id munus aedilibus pl. conclama-
tum a patricijs eſt iuuenibus, ſe id honoris deum immortalium cauſſa libenter acturos, ut
aediles fierent. quibus cum ab uniuerſis gratiae actae eſſent, factum S. C. ut duos uiros I
aediles ex patribus dictator populum rogaret, patres auctores omnibus eius anni comi-
tijs fierent.

EPITOME. LIBRI. VII

DVO magiſtratus adiecti ſunt, praetura, & aedilitas curulis. Peſtilentia ciuitas laborauit, eamque inſignem fecit mors Furij Camilli. cuius remedium & finis cum per nouas religiones quaereretur, ludi ſcenici tūc primum facti ſunt. Cum dies L. Manlio dicta eſſet a M. Pomponio tribuno pl. propter delectum acerbe actum, & ob T. Manlium filium rus relegatum ſine ullo crimine; adoleſcens ipſe, cuius relegatio patri obijciebatur, uenit in cubiculum tribuni, ſtrictoque gladio coegit eum in uerba ſua iurare, non perſeueraturum ſe in accuſatione. tunc omnia pretioſa miſſa ſunt. In patentem uoraginem urbis Romae Curtius armatus equo ſe praecipitauit, eaq. expleta eſt. T. Manlius adoleſcens, qui patrem a tribunicia uexatione liberauerat, contra Gallum prouocantem aliquem ex militibus Romanis, in ſingulare certamen deſcendit, eique occiſo torquem aureum detraxit, quem ipſe poſtea tulit, & ex eo Torquatus eſt nuncupatus. Duae tribus additae, Pontina & Publicia. K Licinius Stolo lege ab ipſo lata damnatus eſt, quod plus quingentis iugeribus agri poſſideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo prouocatus erat, inſidente galea coruo, & unguibus roſtroq. infeſtante hoſtem, interemit, & ex eo Corui nomen accepit, conſulq. proximo anno creatus eſt ob uirtutem, cum XXIII. ageret annum. Amicitia cum Carthaginienſibus iuncta. Campani cum urgerentur a Samnitibus bello, auxilio aduerſus eos a ſenatu pe-

tito,

A *ſito, cum id non impetrarent, urbem atque agros populo R. dediderunt. ob quam cauſſam ea, quae populi R. facta eſſent, defendi bello aduerſus Samnites placuit. Cum ab A. Cornelio conſule exercitus, in iniquum locum deductus, in magno diſcrimine eſſet, P. Decij Muris tribuni militum opera ſeruatus eſt: qui occupato colle ſuper id iugum, in quo Samnites conſederant, occaſionem conſuli in aequiorem locum euadendi dedit; ipſe ab hoſtibus circumſeſſus erupit.*

Cum milites Romani, qui Capuae in praeſidio erant relicti, de ea occupanda urbe conſpiraſſent, &, detecto conſilio, metu ſupplicij a populo R. defeciſſent, per M. Valerium Coruum dictatorem, qui conſilio ſuo eos a furore reuocauerat, patriae reſtituti ſunt. Res praeterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Priuernates, & Tarquinienſes, & Samnites, & Volſcos proſpere geſtas continet.

B

LIBER. VII

ANNVS hic erit inſignis noui hominis conſulatu, inſignis nouis duobus magiſtratibus, praetura, & curuli aedilitate. Hos ſibi patricij quaeſiuere honores pro conceſſo plebi altero conſulatu. Plebes conſulatum L. Sextio, cuius lege partus erat, dedit: patres praeturam Sp. Furio M. F. Camillo, aedilitatem Cn. Quinctio Capitolino, & P. Cornelio Scipioni, ſuarum gentium uiris, gratia campeſtri dederunt. L. Sextio collegae ex patribus datus L. Aemilius Mamercus. Principio anni & de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari iam fama erat, & de Hernicorum defectione agitata mentio. Cum de induſtria omnia, ne quid per plebeium conſulem ageretur, proferrentur: An. 389.
C ſilentium omnium rerum, ac iuſtitio ſimile otium fuit: niſi quod, non patientibus tacitum tribunis, quod pro conſule uno plebeio tres patricios magiſtratus curulibus ſellis praetextatos tamquam cóſules ſedentes nobilitas ſibi ſumpſiſſet, praetorem quidem etiam iura reddentem, & collegam conſulibus, atque iiſdem auſpicijs creatum: uerecundia inde impoſita eſt ſenatui ex patribus iubendi aediles curules creari. Primo, ut alternis annis ex plebe fierent, conuenerat: poſtea promiſcuum fuit. Inde, L. Genucio & Q. Seruilio conſulibus, & ab ſeditione, & a bello quietis rebus, ne quando a metu ac periculis uacarent; An. 390.
peſtilentia ingens orta. Cenſorem, aedilem curulem, tres tribunos plebis mortuos ferunt, pro portione & ex multitudine alia multa funera fuiſſe. maximeq. eam peſtilentiam inſignem mors quam matura tam acerba M. Furij fecit. fuit enim uere uir unicus in omni fortuna, princeps pace belloque, prius quam exſulatú iret: clarior in exſilio uel deſiderio
D ciuitatis, quae capta abſentis implorauit opem; uel felicitate, qua reſtitutus in patriam, ſecum patriam ipſam reſtituit. par deinde per quinque & uiginti annos (tot enim poſtea uixit) titulo tantae gloriae fuit; dignuſque habitus, quem ſecundum a Romulo conditorem urbis Romani ferrent. Et hoc, & inſequenti anno, C. Sulpicio Paetico, C. Licinio Stolone conſulibus, peſtilentia fuit. eo nihil dignum memoria actum, niſi quod pacis deum expoſcendae cauſſa tertio tum poſt conditam urbem lectiſternium fuit. & cum uis morbi nec humanis conſilijs, nec ope diuina leuaretur, uictis ſuperſtitione animis, ludi quoque ſcenici, noua res bellicoſo populo, (nam circi modo ſpectaculum fuerat) inter alia caeleſtis irae placamina inſtituti dicuntur. Ceterum parua quoque, ut ferme principia omnia, & ea ipſa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Tuſco dabant. An. 391.
E Imitari deinde eos iuuentus ſimul inconditis inter ſe iocularia fundentes uerſibus coepere: nec abſoni a uoce motus erant. accepta itaque res, ſaepiuſq. uſurpando excitata. Vernaculis artificibus, quia hiſter Tuſco uerbo ludio uocabatur, nomen hiſtrionibus inditum: qui non, ſicut ante, Feſcenino ſimilem uerſum, compoſitum temere ac rudem alternis iaciebant, ſed impletas modis ſatyras, deſcripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Liuius poſt aliquot annos, qui ab ſatyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere, idem ſcilicet, id quod omnes tum erant, ſuorum carminum actor, dicitur, cum ſaepius reuocatus uocem obtudiſſet, uenia petita, puerum ad canendum ante tibicinem cum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto magis uigente motu, quia nihil uocis uſus impediebat. inde ad manum cantari hiſtrionibus coeptum, diuerbiaq. tantum

ipſorum

ipſorum uoci relicta. Poſtquam, lege hac fabularum, ab riſu ac ſoluto ioco res auocabatur, F
& ludus in artem paullatim uerterat: iuuentus, hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa in-
ter ſe more antiquo ridicula intexta uerſibus iactitare coepit: quae inde Exodia poſtea ap-
pellata, conſertaq. fabellis potiſſimum Atellanis ſunt. quod genus ludorum ab Oſcis ac-
ceptum tenuit iuuentus, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. eo inſtitutum manet, ut acto-
res Atellanarum nec tribu moueantur, & ſtipendia, tamquam expertes artis ludicrae, fa-
ciant. Inter aliarum parua principia rerum, ludorum quoque prima origo ponenda uiſa
eſt; ut appareret, quam ab ſano initio res in hanc uix opulentis regnis tolerabilem inſa-
niam uenerit. Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum,
aut religione animos, aut corpora morbis leuauit. quinetiam, cum medios forte ludos cir-
AN. 392. cus Tiberi ſup erfuſo irrigatus impediſſet, id uero, uelut auerſis iam dijs, aſpernantibusq.
placamina irae, terrorem ingentem fecit. itaque, Cn. Genucio, L. Aemilio Mamerco ſe- G
cundum conſulibus, cum piaculorum magis conquiſitio animos, quam corpora morbi af-
ficerent; repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, peſtilentiam quondam clauo ab dictato-
re fixo ſedatam. ea religione adductus ſenatus, dictatorem claui figendi cauſſa dici iuſſit.
dictus L. Manlius Imperioſus, L. Pinarium magiſtrum equitum dixit. lex uetuſta eſt, pri-
ſcis litteris uerbiſq. ſcripta, ut, qui praetor maximus ſit, idibus Septembribus clauum pan-
gat. fixus fuit dextro lateri aedis Iouis optimi maximi, ea parte, qua Mineruae templum
eſt. eum clauum, quia rarae per ea tempora litterae erant, notam numeri annorum fuiſſe fe-
runt, eoq. Mineruae templo dicatam legem, quia numerus a Minerua inuentus ſit. Vulſi-
nijs quoque clauos, indices numeri annorum, fixos in templo Nortiae Etruſcae deae com-
parere, diligens talium monumentorum auctor Cincius affirmat. M. Horatius cóſul ex le-
ge templum Iouis optimi maximi dedicauit anno poſt reges exactos. a conſulibus poſtea H
ad dictatores, quia maius imperium erat, ſollemne claui figendi translatum eſt. intermiſſo
deinde more, digna etiam per ſe uiſa eſt res, propter quam dictator crearetur. qua de cauſſa
creatus L. Manlius, perinde ac rei gerendae, ac non ſoluendae religionis gratia creatus eſ-
ſet, bellum Hernicum affectans, delectu acerbo iuuentutem agitauit: tandemq. omnibus
in eum tribunis plebis coortis, ſeu ui, ſeu uerecundia uictus, dictatura abijt. neque eo mi-
AN. 393. nus principio inſequentis anni, Q. Seruilio Ahala, L. Genucio iterum conſulibus, dies
Manlio dicitur a M. Pomponio tribuno plebis. Acerbitas in delectu, non damno modo
ciuium, ſed etiam laceratione corporum lata, partim uirgis caeſis, qui ad nomina non re-
ſpondiſſent, partim in uincula ductis, inuiſa erat: & ante omnia inuiſum ipſum ingenium
atrox, cognomenq. Imperioſi graue liberae ciuitati, ab oſtentatione ſaeuitiae adſcitũ, quã
non magis in alienis, quam in proximis, ac ſanguine ipſe ſuo exerceret. criminiq. ei tribu- I
nus inter cetera dabat, quod filium iuuenem, nullius probri compertum, extorrem urbe,
domo, penatibus, foro, luce, congreſſu aequalium prohibitum, in opus ſeruile, prope in car-
cerem, atque in ergaſtulum dederit; ubi ſummo loco natus dictatorius iuuenis quotidiana
miſeria diſceret, uere imperioſo patre ſe natum eſſe. at quam ob noxam? quia infacun-
dior ſit, & lingua impromptus. quod naturae damnum utrum nutriendum patri, ſi quid-
quam in eo humani eſſet, an caſtigandum, ac uexatione inſigne faciendum fuiſſe? ne mu-
tas quidem beſtias minus alere ac fouere, ſi quid ex progenie ſua parum proſperum ſit. at
hercule L. Manlium malum malo augere filij, & tarditatem ingenij inſuper premere; &, ſi
quid in eo exiguũ naturalis uigoris ſit, id exſtinguere uita agreſti, & ruſtico cultu, inter pe-
cudes habendo. Omnium potius his criminationibus, quam ipſius iuuenis, irritatus eſt
animus: quin contra ſe quoque parẽti cauſſam inuidiae, atque criminum eſſe aegre paſſus, K
ut omnes dij homineſq. ſcirent ſe parenti opem latam, quam inimicis eius, malle, capit
conſilium rudis quidem, atque agreſtis animi, & quamquam non ciuilis exempli, tamẽ pie-
tate laudabile. Inſcientibus cunctis, cultro ſuccinctus, mane in urbem, atque a porta do-
mum confeſtim ad M. Pomponium tribunum pl. pergit: ianitori, opus eſſe ſibi domino
eius conuento extemplo, ait: nunciaret T. Manlium L. F. eſſe. mox introductus (etenim
percitum ira in patrem ſpes erat aut criminis aliquid noui, aut conſilij ad rem agendam de-
ferre) ſalute accepta, redditaque, eſſe ait quae cum eo agere arbitris remotis uelit. pro-
cul inde omnibus abire iuſſis, cultrum ſtringit: & ſuper lectum ſtans ferro intento, niſi in
quae ipſe concepiſſet uerba iuraret, ſe patris eius accuſandi cauſſa concilium plebis num-

quam

A quam habiturum, ſe eum extemplo transfixurum minatur. Pauidus tribunus (quippe qui ferrum ante oculos micare, ſe ſolum inermem, illum praeualidum iuuenem, &, quod haud minus timendum erat, ſtolide ferocem uiribus ſuis cerneret) adiurat in quae adactus eſt uerba. & prae ſe deinde tulit, ea ui ſubactum ſe incepto deſtitiſſe. nec perinde, ut maluiſſet plebes, ſibi ſuffragij ferendi de tam crudeli & ſuperbo reo poteſtatem fieri: ita aegre habuit filium id pro parente auſum: eoq. id laudabilius erat, quod animum eius tanta acerbitas patria nihil a pietate auertiſſet. itaque non patri modo remiſſa cauſſae dictio eſt, ſed ipſi etiam adoleſcenti ea res honori fuit. & cum eo anno primum placuiſſet tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri, (nam & antea, ſicut nunc, quos Rufulos uocant, imperatores ipſi faciebant) ſecundum in ſex locis tenuit, nullis domi militiaeq. ad conciliandam gratiam meritis, ut qui rure, & procul coetu hominum iuuentam egiſſet. Eodem anno,

B ſeu motu terrae, ſeu qua ui alia, forum mediũ ferme ſpecu uaſto collapſum in immenſam altitudinem dicitur; neque eam uoraginem coniectu terrae, cum pro ſe quiſque gereret, expleri potuiſſe prius, quam deum monitu quaeri coeptum, quo plurimum populus R. poſſet. id enim illi loco dicandum uates canebant, ſi remp. Romanam perpetuam eſſe uellent. tum M. Curtium, iuuenem bello egregium, caſtigaſſe ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum, quam arma, uirtuſq. eſſet. Silentio facto, templa deorum immortalium, quae foro imminent, Capitoliumq. intuentem, & manus nunc in caelum, nunc in patentes terrae hiatus ad deos manes porrigentem ſe deuouiſſe: equo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem armatum ſe in ſpecum immiſiſſe, donaq. ac fruges ſuper eũ a multitudine uirorum ac mulierum congeſtas; lacumq. Curtium non ab antiquo illo T. Tatij milite Curtio Metio, ſed ab hoc appellatum. Cura non deeſſet, ſi qua ad uerum uia

C inquirentem ferret. nunc fama e rerum ſtandum eſt, ubi certam derogat uetuſtas fidem. & lacus nomen ab hac recentiore inſignius fabula eſt. Poſt tanti prodigij procurationem, eodem anno de Hernicis conſultus ſenatus, cum fetiales ad res repetendas nequidquam miſiſſet, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo Hernicis cenſuit: populuſq. id bellum frequens iuſſit. L. Genucio conſuli ea prouincia ſorte euenit. In exſpectatione ciuitas erat; quod primus ille de plebe conſul bellum ſuis auſpicijs geſturus eſſet; perinde ut eueniret res, ita communicatos honores probe aut ſecus conſulto, habitura. Forte ita tulit caſus, ut Genucius, ad hoſtes magno conatu profectus, in inſidias praecipitaretur, legionibus nec opinato pauore fuſis, conſul circumuentus ab inſcijs, quem interficerent, occide~~retur~~. quod ubi eſt Romam nunciatum, nequaquam tantum publica calamitate maeſti patres, quantum feroces infelici conſulis plebeij ductu, fremunt omnibus locis: irent, crearent conſulem ex plebe: transferrent auſpicia, quo nefas eſſet.

D potuiſſe patres plebiſcito pelli honoribus ſuis: num etiam in deos immortales inauſpicatam legem ualuiſſe? uindicaſſe ipſos ſuum numen, ſua auſpicia: quae ut primum contacta ſint ab eo, a quo nec ius nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuiſſe, ne deinde turbato gentium iure comitia haberentur. His uocibus curia & forum perſonat. Ap. Claudium, quia diſſuaſerat legem in concione, maiore nunc auctoritate euentum reprehenſi ab ſe conſilij incuſantem, dictatorem, conſenſu patriciorum, Seruilius conſul dicit: delectuſq. & iuſtitium indictum. Prius quam dictator legioneſq. nouae in Hernicos uenirent, ductu C. Sulpicij legati res per occaſionem geſta egregie eſt. In Hernicos, morte conſulis contemptim ad caſtra Romana cum haud dubia expugnandi ſpe ſuccedentes, hortante legato, & plenis irae, atque indignitatis militum animis, eruptio eſt facta. mul-

E tum ab ſpe adeundi ualli res Hernicis abfuit: adeo turbatis inde ordinibus abſceſſere. Dictatoris deinde aduentu, nouus ueteri exercitus iungitur, & copiae duplicantur. & pro concione dictator laudibus legati, militumq. quorum uirtute caſtra defenſa erant, ſimul audientibus laudes meritas tollit animos, ſimul ceteros ad aemulandas uirtutes acuit. Neque ſegnius ~~& hoſtes bellum apparant~~: qui & parti ante decoris memores, neque ignari auctarum uirium hoſtis, ſuas quoque uires augent. Omne Hernicum nomen, omnis militaris aetas excitur. ~~quadringenariae~~ octo cohortes, lecta robora uirorum ſcribũtur. hũc eximium florem iuuentutis eo etiam, quod, ut duplex acciperent ſtipendium, decreuerant, ſpei animorumq. impleuere. Immunes quoque operum militarium erant, ut in unum pugnae laborem reſeruati, plus ſibi, quam pro uirili parte, annitendum ſcirent. extra ordinem

nem etiam in acie locati, quo conſpectior uirtus eſſet. Duum millium planities caſtra Romana ab Hernicis dirimebat. ibi pari ferme utrimque ſpatio in medio pugnatum eſt. primo ſtetit ambigua ſpe pugna, nequidquam ſaepe conatis equitibus Romanis impetu turbare hoſtium aciem. poſtquam equeſtris pugna effectu, quam conatibus, uanior erat, conſulto prius dictatore equites, permiſſu deinde eius relictis equis, clamore ingenti prouolant ante ſigna, & nouam integrant pugnam. neque ſuſtineri poterant, ni extraordinariae cohortes pari corporum animorumq. robore ſe obiecíſſent. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex quam pro numero damnum eſt. uulgus aliud armatorum, uelut delegata primoribus pugna, euentum ſuum in uirtute aliena ponit. multi utrimque cadunt, plures uulnera accipiunt. tandem equites alius alium increpantes, quid deinde reſtaret, quaerendo, ſi neque ex equis pepuliſſent hoſtem, neque pedites quidquam momenti facerent, quam tertiam exſpectarent pugnam? quid ante ſigna feroces proſiluiſſent? & alieno pugnarent loco? His inter ſe uocibus concitati, clamore renouato inferunt pedem: & primum gradu mouerunt hoſtem, deinde pepulerunt, poſtremo iam haud dubie auertunt. neque tam uires pares quae ſuperauerit res, facile dictu eſt, niſi quod perpetua fortuna utriuſque populi & extollere animos, & minuere potuit. uſque ad caſtra fugientes Hernicos Romanus ſequitur. caſtrorum oppugnatione, quia ſerum erat diei, abſtinuere. diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem ſignum dare poſſet: eo in noctem tractum erat certamen. Poſtera die deſerta fuga caſtra Hernicorum, & ſaucij relicti quidam inuenti: agmenque fugientium ab ſignis, cum praeter moenia eorum infrequentia ſigna conſpecta eſſent, fuſum, ac per agros trepida fuga palatum eſt. Nec Romanis incruenta uictoria fuit. quarta pars militum amiſſa: &, ubi haud minus iacturae fuit, aliquot equites Romani cecidere.

AN. 394. Inſequenti anno cum C. Sulpicius & C. Licinius Caluus conſules in Hernicos exercitum duxiſſent, neque inuentis in agro hoſtibus, Ferentinum urbem eorum ui cepiſſent, reuertentibus inde eis Tiburtes portas clauſere. ea ultima fuit cauſſa, cum multae ante querimoniae ultro citroq. iactatae eſſent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur. Dictatorem T. Quinctium Pennum eo anno fuiſſe ſatis conſtat, & magiſtrum equitum Ser. Cornelium Maluginenſem. Macer Licinius, comitiorum habendorum cauſſa, & ab Licinio conſule dictum ſcribit, quia, collega comitia bello praeferre feſtinante, ut continuaret conſulatum, obuiam eundum prauae cupiditati fuerit. Quaeſita ea propriae familiae laus, leuiorem auctorem Licinium facit; cum mentionem eius rei in uetuſtioribus annalibus nullam inueniam. magis ut belli Gallici cauſſa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria uia trans pontem Anienis caſtra habuere. Dictator, cum tumultus Gallici cauſſa iuſtitium edixiſſet, omnes iuniores ſacramento adegit; ingentiq. exercitu ab urbe profectus, in citeriore ripa Anienis caſtra poſuit. pons in medio erat, neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium eſſet. proelia de occupando ponte crebra erant: nec, qui potirentur, incertis uiribus ſatis diſcerni poterant. tum eximia corporis magnitudine in uacuum pontem Gallus proceſſit; &, quanta maxima uoce potuit, Quem nunc, inquit, Roma fortiſſimum uirum habet, procedat agedum ad pugnam, ut noſter duorum euentus oſtendat, utra gens bello ſit melior. Diu inter primores iuuenum Romanorum ſilentium fuit; cum & abnuere certamen uererentur, & praecipuam ſortem periculi petere nollent. tum T. Manlius L. F. qui patrem a uexatione tribunicia uindicauerat, ex ſtatione ad dictatorem pergit. Iniuſſu tuo, inquit, imperator, extra ordinem numquam pugnauerim, non ſi certam uictoriam uideam. ſi tu permittis, uolo ego illi belluae oſtendere, quando adeo ferox praeſultat hoſtium ſignis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit. Tum dictator, Macte uirtute, inquit, hac pietate in patrem, patriamq. T. Manli eſto: perge, & nomen Romanum inuictum iuuantibus dijs praeſta. Armant inde iuuenem aequales. pedeſtre ſcutum capit, Hiſpano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. armatum adornatumq. aduerſus Gallum ſtolide laetum, & (quoniam id quoque memoria dignum antiquis uiſum eſt) linguam etiam ab irriſu exerentem, producunt. recipiunt inde ſe ad ſtationem ceteri; & duo in medio armati, ſpectaculi magis more, quam lege belli deſtituuntur, nequaquam uiſu ac ſpecie aeſtimantibus pares, corpus alteri magnitudine eximium, uerſicolori ueſte, pi-

ctiſq.

A ctisq. & auro caelatis refulgens armis. media in altero militaris ſtatura, modicaq. in armis
habilibus magis, quam decoris, ſpecies: non cantus, non exſultatio, armorumq. agitatio ua-
na, ſed pectus animorum, iraeq. tacitae plenum, omnem ferociam in diſcrimen ipſum certa-
minis diſtulerat. Vbi conſtitere inter duas acies, tot circa mortaliũ animi ſpe metuq. pen-
dentibus; Gallus, uelut moles ſuperne imminens, proiecto laeua ſcuto in aduenientis arma
hoſtis, uanũ caeſim cum ingenti ſonitu enſem deiecit. Romanus, mucrone ſurrecto, cũ ſcu-
to ſcutũ imũ perculiſſet, totoq. corpore interior periculo uulneris factus, inſinuaſſet ſe in-
ter corpus armaque, uno alteroq. ſubinde ictu uentrẽ atque inguina hauſit, & in ſpatiũ in-
gens ruentem porrexit hoſtem. iacentis inde corpus, ab omni alia uexatione intactũ, uno
torque ſpoliauit; quem reſperſum cruore, collo circumdedit ſuo. Defixerat pauor cum ad-
miratione Gallos. Romani alacres ab ſtatione obuiã militi ſuo progreſſi, laudantes gratu-
B lantesq. ad dictatorẽ perducunt. inter carminũ propemodũ incondita quaedã militariter
ioculantes, Torquati cognomen additum, celebratum deinde poſteris, & familiae honori
fuit. dictator coronam auream addidit donum, mirisq. pro concione eam pugnam laudi-
bus tulit. & hercule tanti ea ad uniuerſi belli euentum momenti dimicatio fuit, ut Gallo-
rum exercitus proxima nocte, relictis trepide caſtris, in Tiburtem agrum, atque inde, ſocie-
tate belli facta, commeatuq. benigne ab Tiburtibus adiutus, mox in Campaniam tranſie-
rit. Ea fuit cauſſa, cur proximo anno C. Poetelius Libo conſul, cum collegae eius M. Fabio An. 395.
Ambuſto Hernici prouincia eueniſſet, aduerſus Tiburtes iuſſu populi exercitum duceret.
ad quorũ auxilium cũ Galli ex Campania rediſſent, foede populationes in Lauicano, Tu-
ſculanoque, & Albano agro haud dubie Tiburtibus ducibus ſunt factae. & cum aduerſus
Tiburtem hoſtem, duce conſule, contenta reſp. eſſet, Gallicus tumultus dictatorem creari
C coegit. creatus Q. Seruilius Ahala T. Quinctium magiſtrum equitum dixit; & ex aucto-
ritate patrum, ſi proſpere id bellum eueniſſet, ludos Magnos uouit. Dictator, ad continẽ-
dos proprio bello Tiburtes conſulari exercitu iuſſo manere, omnes iuniores, nullo detre-
ctante militiam, ſacramento adegit. Pugnatum haud procul porta Collina eſt totius uiri-
bus urbis, in conſpectu parentum, coniugumque, ac liberorum. quae magna etiam abſen-
tibus hortamenta animi, tum ſubiecta oculis, ſimul uerecundia, miſericordiaq. militem ac-
cendebant. magna utrimque edita caede, auertitur tandem acies Gallorum. fugati Tibur,
ſicut arcem belli Gallici, petunt. palati a conſule Poetelio haud procul Tibure excepti, e-
greſsis ad opem ferendam Tiburtibus, ſimul cum his intra portas compelluntur. egregie
tum ab dictatore, tum ab conſule res geſta eſt. Et conſul alter Fabius proelijs primum par-
uis, poſtremo una inſigni pugna, cũ hoſtes totis adorti copijs eſſent, Hernicos deuicit. Di-
D ctator, conſulibus in ſenatu & apud populũ magnifice collaudatis, & ſuarũ quoque rerũ il-
lis remiſſo honore, dictatura ſe abdicauit. Poetelius de Gallis Tiburtibusq. geminũ trium-
phũ egit. Fabio ſatis uiſum, ut ouãs urbẽ iniret. Irridere Poetelij triũphũ Tiburtes: ubi enim
cũ ſecũ acie conflixiſſe? ſpectatores paucos fugae trepidationisq. Gallorũ extra portas e-
greſſos, poſtquã in ſe quoque fieri impetũ uiderint, & ſine diſcrimine obuios caedi, recepiſ-
ſe ſe intra urbẽ: eam rem triumpho dignã uiſam Romanis. ne nimis mirum magnũq. cenſe-
rent, tumultum excitare in hoſtium portis, maiorem ipſos trepidationem ante moenia ſua
uiſuros. itaque inſequenti anno, M. Popillio Laenate, Cn. Manlio conſulibus, primo ſilen- An. 396.
tio noctis ab Tibure agmine infeſto profecti ad urbem Romam uenerunt. terrorem repen-
te ex ſomno excitatis ſubita res & nocturnus pauor praebuit, ad haec multorum inſcitia,
qui, aut unde hoſtes adueniſſent. conclamatum tamen celeriter ad arma eſt; & portae ſta-
E tionibus, muriq. praeſidijs firmati. & ubi prima lux mediocrem multitudinem ante moe-
nia, neque alium quam Tiburtem hoſtem oſtendit; duabus portis egreſsi conſules, utrim-
que aciem ſubeuntium iam muros aggrediuntur, apparuitque, occaſione magis, quam uir-
tute, fretos ueniſſe: adeo uix primum impetum Romanorum ſuſtinuere. quin etiam bo-
no fuiſſe Romanis aduentum eorum conſtabat, orientemq. iam ſeditionem inter patres &
plebem, metu tam propinqui belli compreſſam. Alius aduentus hoſtium fuit proximo
bello agris, quam urbi, terribilior. Populabundi Tarquinienſes fines Romanos, maxi-
me qua parte Etruria adiacet, peragrauere: rebusque nequidquam repetitis, noui conſu-
les C. Fabius, & C. Plautius iuſſu populi bellum indixere: Fabioq. ea prouincia, Plautio An. 397.
Hernici euenere. Gallici quoque belli fama increbeſcebat: ſed inter multos terrores ſo-

L latio

latio fuit pax Latinis petentibus data, & magna uis militum ab ijs ex foedere uetuſto, F
quod multis intermiſerant annis, accepta. quo praeſidio cum fulta res Romana eſſet; le-
uius fuit, quod Gallos mox Praeneſte ueniſſe, atq. inde circa Pedũ conſediſſe, auditũ eſt.
dictatorem dici C. Sulpiciũ placuit: conſul ad id accitus C. Plautius dixit. magiſter equi-
tum dictatori additus M. Valerius. Hi robora militum, ex duobus conſularibus exerciti-
bus electa, aduerſus Gallos duxerunt. Lentius id aliquanto bellum, quam parti utrique
placebat, fuit: cum primo Galli tantum auidi certaminis fuiſſent: deinde Romanus mi-
les, ruendo in aram ac dimicationem, aliquantum Gallicam ferociam uinceret. Dictatori
neutiquam placebat, quando nulla cogeret res, fortunae ſe committere aduerſus hoſtem,
quem tempus deteriorem in dies, & locus alienus faceret, ſine praeparato commeatu, ſine
firmo munimento morantem: ad haec iis animis corporibusque, quorum omnis in impe-
tu uis eſſet, parua eadem langueſceret mora. his conſilijs dictator bellum trahebat: gra- G
uemq. edixerat poenam, ſi quis iniuſſu in hoſtem pugnaſſet. Milites aegre id patientes, pri-
mo in ſtationibus uigilijsq. inter ſe dictatorem ſermonibus carpere; interdum patres com
muniter increpare, quod non iuſſiſſent per conſules geri bellum: electum eſſe eximium
imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti ſibi de caelo deuolaturam in ſinum uicto-
riam cẽſeat. eadem deinde haec interdiu propalam, ac ferociora his iactare: ſe iniuſſu im-
peratoris aut dimicaturos, aut agmine Romam ituros: immiſceriq. militibus centuriones:
nec in circulis modo fremere, ſed iam in principijs ac praetorio in unum ſermones confun
di: atque in concionis magnitudinem creſcere turba, & uociferari ex omnibus locis, ut ex
templo ad dictatorem iretur; uerba pro exercitu faceret Sex. Tullius, ut uirtute eius di-
gnum eſſet. ſeptimum primum pilum iam Tullius ducebat; neque erat in exercitu, qui
quidem pedeſtria ſtipendia feciſſet, uir factis nobilior. is praecedens militum agmen ad H
tribunal pergit: mirantiq. Sulpicio non turbam magis, quam turbae principem Tullium,
imperijs obedientiſſimum militem, Scilicet, dictator, inquit, condemnatum ſe uniuerſus
exercitus a te ignauiae ratus, & prope ignominiae cauſſa deſtitutum ſine armis, orauit me,
ut ſuam cauſſam apud te agerem. Equidem, ſicubi loco ceſſum, ſi terga data hoſti, ſi
ſigna foede amiſſa obijci nobis poſſent; tamen hoc a te impetrari aequum cenſerem, ut
nos uirtute culpam noſtram corrigere, & abolere flagitij memoriam noua gloria pate-
reris. etiam ad Aliam fuſae legiones, eandem, quam per pauorem amiſerant, patriam,
profectae poſtea ab Veijs, uirtute recuperauere. Nobis, deum benignitate, felicitate tua,
populique R. & res & gloria eſt integra. quamquam de gloria uix dicere auſim, ſi nos
& hoſtes haud ſecus, quam feminas, abditos intra uallum omnibus contumelijs elu-
dunt: & tu imperator noſter, quod aegrius patimur, exercitum tuum ſine animis, ſine ar- I
mis, ſine manibus iudicas eſſe: &, prius quam expertus nos eſſes, de nobis ita deſpera-
ſti, ut te mancorum ac debilium ducem iudicares eſſe. quid enim aliud eſſe cauſſae cre-
damus, cur ueteranus dux, fortiſſimus bello, compreſſis, quod aiunt, manibus ſedeas?
utcumque enim ſe habeat res, te de noſtra uirtute dubitaſſe uideri, quam nos de tua, ue-
rius eſt. Sin autem non tuum iſtuc, ſed publicum eſt conſilium; & conſenſus aliquis pa-
trum, non Gallicum bellum, nos ab urbe, a penatibus noſtris ablegatos tenet: quaeſo ut,
quae dicam, non a militibus imperatori dicta cenſeas, ſed a plebe patribus: quae, ſicut uos
ueſtra habeatis conſilia, ſic ſe ſua habituram dicat. Quis tandem ſuccenſeat milites nos eſ-
ſe, non ſeruos ueſtros? ad bellum, non in exſilium miſſos? ſi quis det ſignum, in aciem edu-
cat, ut uiris ac Romanis dignũ ſit, pugnaturos: ſi nihil armis opus ſit, otium Romae potius,
quam in caſtris acturos. haec dicta ſint patribus. Te imperator milites tui oramus, ut no- K
bis pugnandi copiã facias. tum uincere cupimus, tũ duce te uincere; tibi lauream inſignẽ
deferre; tecũ triumphantes urbẽ inire; tuũ ſequentes currum, Iouis optimi maximi templũ
gratantes ouanteſq. adire. Orationem Tullij exceperunt preces multitudinis: & undi-
que, ut ſignum daret, ut capere arma iuberet, clamabant. Dictator, quamquam rem bonam
exemplo haud probabili actam cenſebat, tamen facturum, quod milites uellent, ſe rece-
pit: Tulliumq. ſecreto, quaenam haec res ſit, aut quo acta more, percũctatur. Tullius magno
pere a dictatore petere, ne ſe oblitum diſciplinae militaris, ne ſui, neue imperatoriae maie-
ſtatis crederet: multitudini concitatae, quae ferme auctorib. ſimilis eſſet, non ſubtraxiſſe
ſe ducẽ, ne quis alius, qualem mota creare multitudo ſoleret, exſiſteret. Nam ſe quidem ni

hil

A hil non arbitrio imperatoris acturum. illi quoque tamen uidendum magnopere eſſe, ut
exercitum in poteſtate haberet: differri non poſſe: adeo concitatos animos ipſos ſibi lo-
cum ac tempus pugnandi ſumpturos, ſi ab imperatore non detur. Dum haec loquuntur,
iumenta forte paſcentia extra uallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. in
eos ſaxa coniecta a Gallis: deinde ab Romana ſtatione clamor ortus, ac procurſum utrim-
que eſt. iamq. haud procul iuſto proelio res erant; ni celeriter diremptum certamen per cẽ
turiones eſſet. affirmata certe eo caſu Tullij apud dictatorem fides eſt: nec recipiente iam
dilationem re, in poſterum diem edicitur acie pugnaturos. dictator tamen, ut qui magis
animis, quam uiribus, fretus ad certamen deſcenderet, omnia circumſpicere, atque agita
re coepit, ut arte aliqua terrorem hoſtibus incuteret. ſollerti animo rem nouam excogitat:
qua deinde multi noſtri atque externi imperatores, noſtra quoque quidam aetate uſi ſunt.
B mulis ſtrata detrahi iubet: binisq. tantum centunculis relictis, agaſones partim captiuis,
partim aegrorum armis ornatos imponit. his fere mille effectis centum admiſcet equites,
& nocte ſuper caſtra in montes euadere, ac ſiluis ſe occultare iubet, neque inde ante mo-
ueri, quam ab ſe acciperent ſignum. ipſe, ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciẽ
coepit ſedulo, ut aduerſus montes conſiſteret hoſtis. Inſtructo iam uani terroris apparatu,
qui quidem terror plus paene ueris uiribus profuit; primo credere duces Gallorum nõ de-
ſcenſuros in aequum Romanos; deinde ubi degreſſos repente uiderunt, & ipſi auidi certa-
minis in proeliũ ruunt: priuſq. pugna coepit, quam ſignum ab ducibus daretur. Acrius inua
ſere Galli dextrum cornu: neque ſuſtineri potuiſsẽt, ni forte eo loco dictator fuiſſet, Sex.
Tullium nomine increpans, rogitansque, Siccine pugnaturos milites ſpopondiſſet? ubi illi
clamores ſint arma poſcẽtium? ubi minae, iniuſſu imperatoris proelium inituros? en ipſum
C imperatorem clara uoce uocare ad proelium, & ire armatũ ante prima ſigna: ecquis ſeque-
retur eorum, qui modo ducturi fuerint? in caſtris feroces, in acie pauidi. Vera audiebant:
itaque tantos pudor ſtimulos admouit, ut ruerent in hoſtium tela, alienatis a memoria pe-
riculi animis. hic primo impetus prope uaecors turbauit hoſtes: eques deinde emiſſus tur-
batos auertit. ipſe dictator, poſtquam labantem una parte uidit aciem, ſigna in laeuum cor-
nu confert, quo turbam hoſtium congregari cernebat: & ijs, qui in monte erant, ſignum,
quod conuenerat, dedit. ubi inde quoque nouus clamor ortus, & tendere obliquo monte
ad caſtra Gallorum uiſi ſunt: tum, metu ne excluderentur, omiſſa pugna eſt, curſuq. effuſo
ad caſtra ferebantur. ubi cum occurriſſet eis M. Valerius magiſter equitum, qui profligato
dextro cornu obequitabat hoſtium munimentis; ad montes ſiluaſq. uertunt fugam: pluri-
miq. ibi a fallaci equitum ſpecie, agaſonibus excepti ſunt: & eorum, quos pauor pertule-
rat in ſiluas, atrox caedes poſt ſedatum proelium fuit. nec alius poſt M. Furium, quam C.
D Sulpicius, iuſtiorem de Gallis egit triumphum. auri quoque ex Gallicis ſpolijs ſatis ma-
gnum pondus, ſaxo quadrato ſaeptum, in Capitolio ſacrauit. Eodem anno & a conſulibus
uario euentu bellatum. nam Hernici a C. Plautio deuicti, ſubactiq. ſunt. Fabius collega
eius incaute atque inconſulte aduerſus Tarquinienſes pugnauit: nec in acie tantum ibi cla
dis acceptum, quam quod CCCVII milites Romanos captos Tarquinienſes immola-
runt. qua foeditate ſupplicij aliquanto ignominia populi R. inſignior fuit. Acceſſit ad
eam cladem & uaſtatio Romani agri, quam Priuernates, Veliterni deinde incurſione re-
pentina fecerunt. Eodem anno duae tribus, Pomptina & Publilia, additae. Ludi uotiui,
quos M. Furius dictator uouerat, facti. & de ambitu a C. Poetelio tribuno pl. auctoribus
patribus tum primum ad populum latum eſt: eaq. rogatione nouorum maxime hominum
ambitionẽ, qui nundinas & conciliabula obire ſoliti erant, compreſſam credebant. Haud
E aeque patribus laeta inſequenti anno, C Marcio, Cn. Manlio conſulibus, de unciario feno
re a M. Duilio, L. Maenio tribunis pl. rogatio eſt perlata: & plebs aliquanto eam cupi-
dius ſciuit, accepitque. Ad bella noua, priore anno deſtinata, Faliſci quoque noui ho-
ſtes exorti, duplici crimine; quod & cum Tarquinienſibus iuuentus eorum militauerat;
& eos, qui Falerios perfugerant, cum male pugnatũ eſt, repetentibus fetialibus Romanis
non reddiderant. Ea prouincia Cn. Manlio euenit. Marcius exercitum in agrum Priuer-
natem, integrum pace longinqua, induxit, militemq. praeda impleuit. ad copiam rerum ad
didit munificentiam; quod, nihil in publicum ſecernendo, augenti rem priuatam militi fa-
uit. Priuernates cum ante moenia ſua caſtris permunitis conſediſſent; uocatis ad concionẽ

militibus, Caſtra nunc, inquit, uobis hoſtium, urbemq. praedae do; ſi mihi pollicemini uos fortiter in acie operam nauaturos, nec praedae magis, quam pugnae, paratos eſſe. Signum poſcunt ingenti clamore: celſique, & ſpe haud dubia feroces in proelium uadunt. ibi ante ſigna Sex. Tullius, de quo ante dictum eſt, exclamat. Adſpice imperator, inquit, quemadmodum exercitus tuus tibi promiſſa praeſtet. piloq. poſito, ſtricto gladio in hoſtem impetum facit. ſequuntur Tullium anteſignani omnes: primoq. impetu auertere hoſtem: fuſum inde ad opidum perſecuti, cum iam ſcalas moenibus admouerent, in deditionem urbem acceperunt. triumphus de Priuernatibus actus. Ab altero conſule nihil memorabile geſtum: niſi quod legem nouo exemplo ad Sutrium in caſtris tributim de uiceſima eorum, qui manumitterentur, tulit. patres, quia ea lege haud paruum uectigal inopi aerario additum eſſet, auctores fuerunt. ceterum tribuni pl. non tam lege, quam exemplo, moti, nequis poſtea populum ſeuocaret, capite ſanxerunt: nihil enim non per milites iuratos in G
cõſulis uerba, quamuis pernicioſum populo, ſi id liceret, ferri poſſe. Eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popillio Laenate ſua lege X millibus aeris eſt damnatus; quod mille iugerũ
AN.399. agri cum filio poſſideret, emancipandoq. filium, fraudem legi feciſſet. Noui conſules inde M. Fabius Ambuſtus iterum, & M. Popillius Laenas iterum, duo bella habuere; facile alterum cum Tiburtibus, quod Laenas geſſit: qui, hoſte in urbem compulſo, agros uaſtauit. Faliſci, Tarquinienſesq. alterum conſulem prima pugna fuderunt. inde terror maximus fuit; quod ſacerdotes eorum facibus ardentibus, anguibuſq. praelatis, inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbauerunt ſpecie. & tunc quidem uelut lymphati & attoniti munimẽtis ſuis trepido agmine inciderunt: deinde, ubi conſules, legatique, ac tribuni, puerorum ritu uana miracula pauentes irridebant, increpabãtque; uertit animos repente pudor; & in ea ipſa, quae fugerant, uelut caeci ruebant. diſcuſſo itaque uano apparatu hoſtium, cum in H
ipſos armatos ſe intuliſſent, auerterunt totam aciem; caſtriſq. etiam eo die potiti, praeda ingenti parta uictores reuerterunt, militaribus iocis cum apparatum hoſtium, tum ſuum increpantes pauorem. Concitatur deinde omne nomen Etruſcum; & Tarquinienſibus Faliſcisq. ducibus ad Salinas perueniunt. aduerſus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, magiſtrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. id uero patribus indignum uideri, etiam dictaturam iam in promiſcuo eſſe: omniq. ope impediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur, parareturue. eo promptius cuncta, ferente dictatore, populus iuſſit. profectus ab urbe, utraque parte Tiberis ratibus exercitu, quocumque fama hoſtium ducebat, traiecto, multos populatores agrorum uagos, palãtes oppreſſit: caſtra quoque nec opinato aggreſſus cepit: & IIX millibus hoſtium captis, ceteris aut caeſis, aut ex agro Romano fugatis, ſine auctoritate patrum populi iuſſu trium- I
phauit. et quia nec per dictatorem plebeium, nec per conſulem, comitia conſularia hãberi uolebant; & alter conſul Fabius bello retinebatur; res ad interregnum redit. Interreges deinceps Q. Seruilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Aemilius, Q. Seruilius, M. Fabius Ambuſtus. In ſecundo interregno orta contentio eſt, quod duo patricij conſules creabantur; intercedentibuſque tribunis pl. interrex Fabius aiebat in XII tabulis legem eſſe, ut, quodcumque poſtremum populus iuſſiſſet, id ius ratumque eſſet: iuſſum populi & ſuffragia eſſe. cumque intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia, ualuiſſent; duo patricij conſules creati ſunt, C. Sulpi-
AN.400. cius Paeticus tertium, M. Valerius Poplicola: eodemq. die magiſtratũ inierunt. Quadringenteſimo anno, quam urbs Romana cõdita erat, quincto & triceſimo quam a Gallis recepta, ablato poſt undecimum annum a plebe conſulatu, patricij conſules ambo ex interre- K
gno magiſtratum iniere, C. Sulpicius Paeticus tertium, M. Valerius Poplicola. Empulũ eo anno ex Tuburtibus haud memorando certamine captum: ſiue duorum conſulum auſpicio bellum ibi geſtum eſt, ut ſcripſere quidam: ſeu per idem tempus Tarquinienſium quoque ſunt uaſtati agri ab Sulpicio conſule, quo Valerius aduerſus Tiburtes legiones duxit. Domi maius certamen conſulibus cum plebe ac tribunis erat. fidei iam ſuae, non ſolum uirtutis ducebant eſſe, ut accepiſſent duo patricij conſulatum, ita ambobus patricijs mandare: quin aut toto cedendum eſſe, ſi plebeius iam magiſtratus conſulatus fiat, aut totum poſſidendum; quam poſſeſſionem integram a patribus accepiſſent. Plebs contra fremit. quid ſe uiuere? quid in patre ciuium cenſeri? ſi, quod duorum hominum uirtute, L. Sextij ac C. Licinij,

A Licinij, partum ſit, id obtinere uniuerſi non poſſunt, uel reges, uel decemuiros, uel, ſi quod triſtius ſit imperij nomen, patiendum eſſe potius, quam ambos patricios conſules uideant: nec inuicem pareatur, atque imperetur; ſed pars altera in aeterno imperio locata, plebem nuſquam alio natam, quam ad ſeruiendum, putet. Non deſunt tribuni auctores turbarum: ſed inter concitatos per ſe omnes uix duces eminent. aliquoties fruſtra in campum deſcenſum cum eſſet, multiq. per ſeditiones acti comitiales dies: poſtremo, uictae perſeuerantia conſulum plebis eo dolor erupit, ut tribunos, actum eſſe de libertate uociferantes, relinquendumq. non campum iam ſolum, ſed etiam urbem captam, atque oppreſſam regno patriciorum, maeſta plebs ſequeretur. Conſules relicti a parte populi, per infrequentiam comitia nihilo ſegnius perficiunt. Creati conſules ambo patricij M. Fabius Ambuſtus tertium, T. Quinctius. AN.401. In quibuſdam annalibus pro T. Quinctio M. Popillium conſulem inuenio. Duo bella eo anno proſpere geſta: cum Tiburtibuſq. ad deditionem pugnatum: Saſſula ex his urbs capta: ceteraque opida eandem fortunam habuiſſent, ni uniuerſa gens, poſitis armis, in fidem conſulis ueniſſet. Triumphatum de Tiburtibus: alioquin mitis uictoria fuit. In Tarquinienſes acerbe ſaeuitum, multis mortalibus in acie caeſis: ex ingēti captiuorum numero CCCLIIX delecti nobiliſſimus quiſque, qui Romam mitterentur; uulgus aliud trucidatum. nec populus in eos, qui miſſi Romam erant, mitior fuit. medio in foro omnes uirgis caeſi, ac ſecuri percuſſi. id pro immolatis in foro Tarquinienſium Romanis poenae hoſtibus redditum. Res bello bene geſtae, ut Samnites quoque amicitiam peterent, effecerunt. legatis eorum comiter ab ſenatu reſponſum; foedere in ſocietatem accepti. Non eadem domi, quae militiae, fortuna erat plebi Romanae. nam etſi, unciario fenore facto, leuata uſura erat; ſorte ipſa obruebantur inopes, nexumq.

C inibant. eo nec patricios ambos conſules, nec comitiorum curam, publicaue ſtudia prae priuatis incommodis plebs ad animum admittebat. conſulatus uterque apud patricios manet. conſules creati, C. Sulpicius Paeticus quartum, M. Valerius Poplicola iterum. AN.402. In bellum Etruſcum intentam ciuitatem, quia Caeritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat, legati Latini ad Volſcos conuertere, nunciantes exercitum conſcriptum armatumq. iam ſuis finibus imminere: inde populabundos in agrum Romanum uenturos eſſe. cenſuit igitur ſenatus neutram negligendam rem eſſe. utroque legiones ſcribi, conſuleſq. ſortiri prouincias iuſſit. Inclinauit deinde pars maior curae in Etruſcum bellum, poſtquam litteris Sulpicij conſulis, cui Tarquinij prouincia euenerat, cognitum eſt depopulatum agrum circa Romanas Salinas, praedaeq. partem in Caeritum fines auectam, & haud dubie iuuentutem eius populi inter praedatores fuiſ-

D ſe. itaque Valerium conſulem, Volſcis oppoſitum, caſtraq. ad finem Tuſculanum habentem, reuocatum inde ſenatus dictatorem dicere iuſſit. T. Manlium L. F. dixit. is cum ſibi magiſtrum equitum A. Cornelium Coſſum dixiſſet, conſulari exercitu contentus, ex auctoritate patrum, ac populi iuſſu Caeritibus bellum indixit. Tum primum Caerites, tam quam in uerbis hoſtium uis maior ad bellum ſignificandum, quam in ſuis factis, qui per populationem Romanos laceſſierant, eſſet, etiam uerus belli terror inuaſit: &, quam non ſuarum uirium ea dimicatio eſſet, cernebant: paenitebatq. populationis; & Tarquinienſes exſecrabantur defectionis auctores: nec arma aut bellum quiſquam apparare, ſed pro ſe quiſque legatos mitti iubebat ad petendam erroris ueniam. Legati ſenatum cum adiſſent, ab ſenatu reiecti ad populum, deos rogauerunt, quorum ſacra bello Gallico accepta rite procuraſſent, ut Romanos florentes ea ſui miſericordia caperet, quae ſe rebus af-

E fectis quondam populi R. cepiſſet: conuerſiq. ad delubra Veſtae, hoſpitium flaminum Veſtaliumq. ab ſe caſte ac religioſe cultum inuocabant. Eane meritos crederet quiſquam, hoſtes repente ſine cauſſa factos? aut, ſi quid hoſtiliter feciſſent, conſilio id magis, quam furore, lapſos feciſſe, ut ſua uetera beneficia, locata praeſertim apud tam gratos, nouis corrumperent maleficijs? florentemq. populum R. ac feliciſsimum bello, ſibi deſumerent hoſtem, cuius afflicti amicitiam cepiſſent? ne appellarent conſilium, quae uis ac neceſſitas appellanda eſſet. tranſeuntes agmine infeſto per agrum ſuum Tarquinienſes, cum praeter uiā nihil petiſſent, traxiſſe quoſdam agreſtiū populationis eius, quae ſibi crimini detur, comites: eos, ſeu dedi placeat, dedere ſe paratos eſſe; ſeu ſupplicio affici, daturos poenas. Caere, ſacrarium populi R. diuerſorium ſacerdotum, ac receptaculum Romanorum ſacro-

L 3 rum,

rum, intactum inuiolatumq. crimine belli, hoſpitio Veſtalium cultisq. dijs darent. Mo- F
uit populum non tam cauſſa praeſens, quam uetus meritum, ut maleficij, quam beneficij potius immemores eſſent. itaque pax populo Caeriti data: induciasq. in centum annos factas in ſenatuſconſultum referri placuit. In Faliſcos eodem noxios crimine uis belli conuerſa eſt: ſed hoſtes nuſquam inuenti. cum populatione peragrati fines eſſent, ab oppugnatione urbium temperatum: legionibusq. Romam reductis, reliquum anni muris turribusq. reficiendis conſumptum, & aedes Apollinis dedicata eſt. Extremo anno comitia conſularia certamen patrum ac plebis diremit, tribunis negantibus paſſuros comitia haberi, ni ſecundum Liciniam legem haberentur; dictatore obſtinato tollere potius totum e republica conſulatum, quam promiſcuum patribus ac plebi facere. Prolatandis igitur comitijs cum dictator magiſtratu abijſſet, res ad interregnum rediit. Infeſtam inde patribus
plebem interreges cum accepiſſent, ad undecimum interregem ſeditionibus certatū eſt. G
Legis Liciniae patrocinium tribuni iactabant: propior dolor plebi fenoris ingraueſcentis erat: curaeq. priuatae in certaminibus publicis erumpebant. quorum taedio patres L.
An.403. Cornelium Scipionem interregem concordiae cauſſa obſeruare legem Liciniam comitijs conſularibus iuſſere. P. Valerio Poplicolae datus e plebe collega C. Marcius Rutilus. Inclinatis ſemel in concordiam animis, noui conſules fenebrem quoque rem, quae diſtinere unanimos uidebatur, leuare aggreſſi, ſolutionem alieni aeris in publicam curam uerterunt, quinqueuiris creatis, quos Menſarios ab diſpenſatione pecuniae appellarunt. meriti aequitate curaq. ſunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus eſſent. fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publilius, & Ti. Aemilius: qui rem difficillimam tractatu, & plerumque parti utrique, ſemper certe alteri grauem, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam iactura, ſuſtinuerunt. tarda e- H
nim nomina, & impeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, aut aerarium menſis cum aere in foro poſitis diſſoluit, ut populo prius caueretur; aut aeſtimatio aequis rerum pretijs liberauit; ut non modo ſine iniuria, ſed etiam ſine querimonijs partis utriuſque, exhauſta uis ingens aeris alieni ſit. Terror inde uanus belli Etruſci, cum coniuraſſe duodecim populos fama eſſet, dictatorem dici coegit. dictus in caſtris (eo enim ad conſules miſſum ſenatuſconſultum eſt) C. Iulius: magiſter equitum ei adiectus L. Aemilius. Ceterum foris tranquilla omnia fuere. tentatum domi per dictatorem, ut ambo patricij conſules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius, & M. Fabius interpoſiti obtinuere, quod dictator fruſtra tetenderat, mitiore iam plebe ob recens meritum leuati aeris alieni, ut ambo patricij conſules crearentur. Creati ipſe C. Sul-
An.404. picius Paeticus, qui prior interregno abijt, & T. Quinctius Pennus. quidam Kaeſonem, I
alij Caium nomen Quinctio adijciunt. Ad bellum ambo profecti, Faliſcum Quinctius, Sulpicius Tarquinienſe, nuſquam acie congreſſo hoſte, cum agris magis, quam cum hominibus, urendo populandoq., geſſerunt bella. cuius lentae uelut tabis ſenio uicta utriuſque pertinacia populi eſt, ut primum a conſulibus, dein permiſſu eorū ab ſenatu inducias peterent. in quadraginta annos impetrauerunt. ita poſita duorum bellorum, quae imminebant, cura, dum aliqua ab armis quies eſſet; quia ſolutio aeris alieni multarum rerum mutauerat dominos, cenſum agi placuit. ceterum cum cenſoribus creandis indicta comitia eſſent; profeſſus ſe petere cenſuram C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbauit. quod uidebatur quidem tempore alieno feciſſe; quia ambo tum forte patricij conſules erant, qui rationem eius ſe habituros
negabant: ſed & ipſe conſtantia inceptum obtinuit; & tribuni, omni ui recuperando ius K
conſularibus comitijs amiſſum, adiuuerunt. & cum ipſius uiri maieſtas nullius honoris faſtigium non aequabat: tum per eundem, qui ad dictaturam aperuiſſet uiam, cenſuram quoque in partem uocari plebs uolebat. Nec uariatum comitijs eſt, quin cum Manlio Cnaeo cenſor Marcius crearetur. Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli, ſed ne Licinia lex comitijs conſularibus obſeruaretur. magiſter equitum dictatori additus Q. Seruilius. nec tamen dictatura potentiorem eum conſenſum patrū conſula-
An.405. ribus comitiis fecit, quam cenſoriis fuerat. M. Popillius Laenas a plebe cōſul, ab patribus L. Cornelius Scipio datus. Fortuna quoque illuſtriorē plebeium conſulem fecit. nam cum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino caſtra poſuiſſe nunciatum eſſet; Scipione

graui

A grani morbo implicito, Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum. is, impigre exercitu ſcripto, cum omnes extra portam Capenam ad Martis aedem conuenire armatos iuniores iuſſiſſet, ſignaq. eadem quaeſtores ex aerario deferre; quattuor expletis legionibus, quod ſuperfuit militum, P. Valerio Poplicolae praetori tradidit, auctor patribus ſcribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli euentus ſubſidium reip. eſſet. Ipſe, iam ſatis omnibus inſtructis, cóparatiſque, ad hoſtem pergit. cuius ut prius noſceret uires, quam periculo ultimo tentaret; in tumulo, quem proximum caſtris Gallorum capere potuit, uallum ducere coepit. gens ferox, & ingenij auidi ad pugnam, cum procul uiſis Romanorum ſignis, ut extemplo proelium initura, explicuiſſet aciem; poſtquam neque in aequũ demitti agmen uidit, & cum loci altitudine, tum uallo etiam tegi Romanos, perculſos pauore rata, ſimul opportuniores, quod intenti tum maxime operi eſſent, truci clamore aggrediB tur. Ab Romanis nec opus intermiſſum, (triarij erant qui muniebant) & ab haſtatis principibusque, qui pro munitoribus intenti armatiq. ſteterant, proelium initum. Praeter uirtutem locus quoque ſuperior adiuuit, ut pila omnia haſtaeque non, tamquam ex aequo omiſſa, uana, quod plerumque fit, caderent, ſed omnia librata ponderibus figerentur. oneratiq. telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut praegrauata inhaerentibus gerebant ſcuta, cum curſu paene in aduerſum ſubiſſent, primo incerti reſtitere: dein, cum ipſa cunctatio & his animos minuiſſet, & auxiſſet hoſti, impulſi retro ruere alij ſuper alios, ſtragemque inter ſe caede ipſa foediorem dare. adeo praecipiti turba obtriti plures, quam ferro necati. necdum certa Romanis uictoria erat. alia in campum degreſſis ſupererat moles. namque multitudo Gallorum ſenſum omnem talis damni exſuperans, uelut noua rurſus exoriente acie, integrum militem aduerſus uictorem hoſtem ciebat, ſtetitq. ſuppreſC ſo impetu Romanus; & quia iterum feſſis ſubeunda dimicatio erat; & quod conſul, dum inter primores incautus agitat, laeuo humero matari prope transfixo, ceſſerat parũper ex acie. iamq. omiſſa cunctando uictoria erat, cum conſul, uulnere alligato, reuectus ad prima ſigna, Quid ſtas miles? inquit. non cum Latino Sabinoque hoſte res eſt, quem uictum armis, ſocium ex hoſte facias. in belluas ſtrinximus ferrum: hauriendus aut dandus eſt ſanguis. propuliſtis a caſtris; ſupina ualle praecipites egiſtis; ſtratis corporibus hoſtium ſuperſtatis. complete eadem ſtrage campos, qua montes repleſtis. nolite exſpectare, dum ſtantes uos fugiant. inferenda ſunt ſigna, & uadendum in hoſtem. His adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum; cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. inde barbari diſſipati, quibus nec certa imperia, nec duces eſſent, uertunt impetum in ſuos; fuſiq. per campos, & praeter caſtra etiam ſua fuga praelaD ti, quod editiſſimum inter aequales tumulos occurrebat oculis, arcem Albanam petunt. cóſul non ultra caſtra inſecutus, quia & uulnus degrauabat, & ſubijcere exercitum pugna feſſum nouo labori nolebat, a perſequendo hoſte continuit, tumulis ab hoſte occupatis. praeda omni caſtrorum militi data, uictorem exercitum, opulentumq. Gallicis ſpolijs Romam reduxit. moram triumpho uulnus conſulis attulit. eademq. cauſſa dictatoris deſiderium ſenatui fecit; ut eſſet, qui, aegris conſulibus, comitia haberet. dictator L. Furius Camillus dictus, addito magiſtro equitum P. Cornelio Scipione, reddidit patribus poſſeſſionem priſtinam conſulatus. ipſe ob id meritum ingenti patrum ſtudio creatus conſul, collegam P. Claudium Craſſum dixit. Priuſquam inirent noui conſules magiſtratum, triumphus a Popillio de Gallis actus magno fauore plebis: muſſanteſq. inter ſe rogitabant, num quem plebeij conſulis paeniteret: ſimul dictatorem increpabant, qui legis Liciniae ſpretae E mercedé conſulatum, priuata cupiditate, quam publica iniuria foediorẽ, cepiſſet, ut ſe ipſe conſulem dictator crearet. Annus multis uarijſq. motibus fuit inſignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis uim pati nequiuerant, per cãpos, maritimaq. loca uagi populabantur: mare infeſtum claſſibus Graecorum erat, oraq. litoris Antiatis, Laurenſq. tractus, & Tiberis oſtia: ut praedones maritimi cum terreſtribus congreſſi, ancipiti ſemel proelio decertarint, dubijq. diſceſſerint, in caſtra Galli, Graeci retro ad naues, uictos ſe, an uictores putarent. Inter haec longe maximus extitit terror. concilia populorum Latinorũ ad lucũ Ferentinae habita: reſponſumq. haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, abſiſterent imperare ijs, quorum auxilio egerent: Latinos pro ſua libertate potius, quam pro alieno imperio, laturos arma. Inter duo ſimul bella externa, defectione etiam ſocio-

An.406.

rum ſenatus anxius, cum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuiſſet; extendere o- F
mnes imperij uires conſules delectu habendo iuſſit: ciuili quippe ſtandum exercitu eſſe;
quando ſocialis coetus deſereret. Vndique non urbana tantum, ſed etiam agreſti iuuen-
tute decem legiones ſcriptae dicuntur quaternum millium & ducenorum peditum, equi-
tumq. trecenorum. quem nunc nouum exercitum, ſi qua externa uis ingruat, hae uires po
puli R. quas uix terrarum capit orbis, contractae in unum haud facile efficiãt. adeo in quae
laboramus ſola creuimus, diuitias, luxuriamque. Inter cetera triſtia eius anni, conſul al-
ter P. Claudius in ipſo belli apparatu moritur: redierantq. res ad Camillum: cui unico
conſuli, uel ob aliam dignationem haud ſubijciendam dictaturae, uel ob omen fauſtum ad
Gallicum tumultum cognominis, dictatorem arrogari haud ſatis decorum uiſum eſt pa-
tribus. Conſul, duabus legionibus urbi praepoſitis, octo cum L. Pinario praetore diuiſis,
memor paternae uirtutis, Gallicum ſibi bellum extra ſortem ſumit; praetorem maritimã G
oram tutari, Graecosq. arcere litoribus iuſſit. & cum in agrum Pomptinum deſcendiſſet;
quia neque in campis congredi, nulla cogente re, uolebat; &, prohibendo populationi-
bus, quos rapto uiuere neceſſitas cogeret, ſatis domari credebat hoſtem; locum idoneum
ſtatiuis delegit. ubi cum ſtationibus quieti tempus tererent, Gallus proceſſit, magnitudi-
ne, atque armis inſignis: quatiensq. ſcutum haſta, cum ſilentium feciſſet, prouocat per in-
terpretem unum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. M. erat Valerius tribunus mili-
tum, adoleſcens: qui haud indigniorem eo decore ſe, quam T. Manlium, ratus, prius ſci-
ſcitatus conſulis uoluntatem, in medium armatus proceſſit. Minus inſigne certamen hu-
manum numine interpoſito deorum factum. namque conſerenti iam manum Romano cor
uus repente in galea conſedit, in hoſtem uerſus. quod primo, ut augurium caelo miſſum,
laetus accepit tribunus: precatus deinde, ſi diuus, ſi diua eſſet, qui ſibi praepetem miſiſſet, H
uolens propitius adeſſet. dictu mirabile, tenuit non ſolum ales captam ſemel ſedem, ſed,
quotieſcumque certamen initum eſt, leuans ſe alis, os oculoſq. hoſtis roſtro & unguibus
appetijt: donec territum prodigij talis uiſu, oculisq. ſimul ac mente turbatum Valerius
obtruncat. coruus e conſpectu elatus orientem petit. Hactenus quietae utrimque ſtatio-
nes fuere. poſtquam ſpoliare corpus caeſi hoſtis tribunus coepit, nec Galli ſe ſtatione te-
nuerunt, & Romanorum curſus ad uictorem etiam ocior fuit. ibi circa iacentis Galli
corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. iam non manipulis proximarum ſta
tionum, ſed legionibus utrimque effuſis res geritur. Camillus laetum militem uictoria tri
buni, laetum tam praeſentibus ac ſecundis dijs, ire in proelium iubet. oſtentansq. inſignem
ſpolijs tribunum, Hunc imitare miles, aiebat: & circa iacentem ducem ſterne Gallorum
cateruas. Dij hominesq. illi affuere pugnae: depugnatumque haudquaquam certamine
ambiguo cum Gallis eſt. adeo duorum militum euentum, inter quos pugnatum erat, utra-
que acies animis praeceperat. inter primos, quorum concurſus alios exciuerat, atrox proe
lium fuit: alia multitudo prius, quam ad coniectum teli ueniret, terga uertit. primo per
Volſcos Falernumq. agrum diſſipati ſunt: inde Apuliam ac mare inferum petierunt. Con-
ſul, concione aduocata, laudatum tribunum decem bobus aureaq. corona donat. ipſe iuſ-
ſus ab ſenatu bellum maritimum curare, cum praetore iunxit caſtra. ibi, quia res trahi ſe-
gnitia Graecorum non committentium ſe in aciem, uidebatur, dictatorem comitiorum
cauſſa T. Manlium Torquatum ex auctoritate ſenatus dixit. Dictator, magiſtro equitum
A. Cornelio Coſſo dicto, conſularia comitia habuit, aemulumq. decoris ſui abſentem M.
Valerium Coruum (id enim illi deinde cognominis fuit) ſummo fauore populi, tres & ui-
ginti natum annos, conſulem renunciauit. collega Coruo, de plebe, M. Popillius Laenas K
An. 407. quartum conſul futurus datus eſt. Cum Graecis a Camillo nulla memorabilis geſta res:
nec illi terra, nec Romanus mari bellator erat. Poſtremo cum litoribus arcerentur, aqua
etiam praeter cetera neceſſaria uſui deficiente, Italiam reliquere. cuius populi ea, cuiuſq.
gentis claſſis fuerit, nihil certi eſt. maxime Siciliae fuiſſe tyrannos crediderim. nam ulte-
rior Graecia ea tempeſtate inteſtino feſſa bello. iam Macedonum opes horrebat. Exerci-
tibus dimiſſis, cum & foris pax, & domi concordia ordinum otium eſſet; ne nimis laetae
res eſſent, peſtilentia ciuitatem adorta coegit ſenatum imperare decemuiris, ut libros Si-
byllinos inſpicerent: eorumq. monitu lectiſternium fuit. Eodem anno Satricum ab An-
tiatibus colonia deducta, reſtitutaq. urbs quam Latini diruerant. Et cum Carthaginienſi-

bus

A bus legatis Romae foedus ictum, cum amicitiam ac ſocietatem petentes ueniſſent. Idem
otium domi foriſq. manſit T.Manlio Torquato, C.Plautio conſulibus: ſemunciarium tan An.408.
tum ex unciario fenus factum, & in penſiones aequas in triennium, ita ut quarta praeſens
eſſet, ſolutio aeris alieni diſpenſata eſt. & ſic quoque parte plebis affecta, fides tamen pu-
blica priuatis difficultatibus potior ad curam ſenatui fuit. leuatae maxime res, quia tributo
ac delectu ſuperſeſſum. Tertio anno poſt Satricum reſtitutum a Volſcis, M.Valerius Cor- An.409.
uus ſecundum conſul cum C. Poetelio factus, cum ex Latio nunciatum eſſet legatos ab
Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum; prius quam plus hoſtium
fieret, Volſcis arma inferre iuſſus, ad Satricum exercitu infeſto pergit. quo cum Antiates,
alijq. Volſci praeparatis iam ante, ſiquid ab Roma moueretur, copijs occurriſſent, nulla
mora inter infenſos diutino odio dimicandi facta eſt. Volſci, ferocior ad rebellandum,
B quam ad bellandum, gens, certamine uicti, fuga effuſa Satrici moenia petunt. & ne in mu-
ris quidem ſatis firma ſpe, cum corona militum cincta iam ſcalis caperetur urbs, ad quat-
tuor millia, praeter multitudinem imbellem, ſeſe dedidere. opidum dirutum, atque incen
ſum. ab aede tantum matris Matutae abſtinuere ignẽ. praeda omnis militi data. extra prae
dam quattuor millia deditorum habita. eos uinctos conſul ante currum triumphans egit:
uenditis deinde, magnam pecuniam in aerarium redegit. Sunt qui hanc multitudinem ca
ptiuam ſeruorum fuiſſe ſcribant. idq. magis ueriſimile eſt, quam deditos uenijſſe. Hos An.410.
conſules ſecuti ſunt M. Fabius Dorſo, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum inde bel-
lum ab repentina populatione coeptum. metuque, ne id factum populi unius, conſilium
omnis nominis Latini eſſet, dictator uelut aduerſus armatum iam Latium L. Furius crea-
tus, magiſtrum equitum Cn. Manlium Capitolinum dixit. & cum, quod per magnos tu-
C multus fieri ſolitũ erat, iuſtitio indicto delectus ſine uacationibus habitus eſſet; legiones,
quãtum maturari potuit, in Auruncos ductae. ibi praedonum magis, quam hoſtium, animi
inuenti. prima itaque acie debellatum eſt. dictator tamen, quia & ultro bellum intulerant,
& ſine detrectatione ſe certamini offerebant; deorum quoque opes adhibendas ratus, in-
ter ipſam dimicationem, aedem Iunoni Monetae uouit. cuius damnatus uoti, cum uictor
Romam reuertiſſet, dictatura ſe abdicauit. ſenatus duumuiros ad eam aedem pro amplitu
dine populi R. faciendam creari iuſſit. Locus in arce deſtinatus, quae area aediũ M.Man-
lij Capitolini fuerat. Conſules dictatoris exercitu ad bellum Volſcum uſi, Soram ex hoſti
bus, incautos adorti, ceperunt. Anno poſt, quam uota erat, aedes Monetae dedicatur, C. An.411.
Marcio Rutilo tertium, T.Manlio Torquato iterum conſulibus. prodigium extemplo dedi
cationem ſecutum, ſimile uetuſto montis Albani prodigio. namque & lapidibus pluit, &
D nox interdiu uiſa intendi. libriſq. inſpectis, cũ plena religione ciuitas eſſet, ſenatui placuit
dictatorem feriarum conſtituendarum cauſſa dici. dictus P. Valerius Poplicola. magiſter
equitum ei Q.Fabius Ambuſtus datus eſt. non tribus tantum ſupplicatum ire placuit, ſed
finitimos etiam populos: ordoq. ijs, quo quiſque die ſupplicarent, ſtatutus. Iudicia eo an-
no populi triſtia in feneratores facta, quibus ab aedilibus dicta dies eſſet, traduntur. Et res,
haud ulla inſigni ad memoriam cauſſa, ad interregnũ redijt. Ex interregno, ut id actum ui-
deri poſſet, ambo patricij conſules creati ſunt, M. Valerius Coruus tertium, A. Cornelius An.412.
Coſſus. Maiora iam hinc bella & uiribus hoſtium, & longinquitate uel regionum, uel tem
porum ſpatio, quibus bellatum eſt, dicentur. namque eo anno aduerſus Samnites, gentem
opibus armiſq. ualidam, mota arma. Samnitium bellum ancipiti Marte geſtum Pyrrhus
hoſtis, Pyrrhum Poeni ſecuti. quanta rerum moles, quoties in extrema periculorum uen-
E tum, ut in hanc magnitudinẽ, quae uix ſuſtinetur, erigi imperium poſſet. Belli autem cauſ-
ſa cum Samnitibus Romanis, cum ſocietate amicitiaq. iuncti eſſent, extrinſecus uenit,
non orta inter ipſos eſt. Samnites Sidicinis iniuſta arma, quia uiribus plus poterant, cum
intuliſſent, coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere, Campanis ſeſe coniun-
gunt. Campani magis nomen ad praeſidium ſociorum, quam uires, cum attuliſſent, fluen-
tes luxu ab duratis uſu armorum in Sidicino pulſi agro, in ſe deinde molem omnem belli
uerterunt. namque Samnites, omiſſis Sidicinis, ipſam arcem finitimorum Campanos ador
ti, unde aeque facilis uictoria, praedae atque gloriae plus eſſet; Tifata imminentes Capuae
colles cum praeſidio firmo occupaſſent, deſcendunt inde quadrato agmine in planitiem,
quae Capuam Tifataq. interiacet. ibi rurſus acie dimicatum: aduerſoq. proelio Campani

intra

intra moenia compulſi, cum, robore iuuentutis ſuae acciſo, nulla propinqua ſpes eſſet, coacti ſunt ab Romanis petere auxilium. legati introducti in ſenatum, maxime in hanc ſententiam locuti ſunt. Populus nos Campanus legatos ad uos patres conſcripti miſit, amicitiam in perpetuum, auxilium in praeſens a uobis petitum. quam ſi ſecundis rebus noſtris petiſſemus; ſicut coepta celerius, ita infirmiore uinculo contracta eſſet. tunc enim, ut qui ex aequo nos ueniſſe in amicitiam meminiſſemus, amici forſitan pariter ac nunc, ſubiecti, atque obnoxij uobis minus eſſemus. nunc miſericordia ueſtra conciliati, auxilioq. in dubijs rebus defenſi, beneficium quoque acceptum colamus oportet, ne ingrati, atque omni ope diuina humanaq indigni uideamur. Neque hercule, quod Samnites priores amici ſocijq. uobis facti ſunt, ad id ualere arbitror, ne nos in amicitiam ſuſcipiamur; ſed ut uetuſtate & gradu honoris nos praeſtent. neque enim foedere Samnitium, ne qua noua iungeretis foedera, cautum eſt. Fuit quidem apud uos ſemper ſatis iuſta cauſſa amicitiae, uelle eũ uobis amicum eſſe, qui uos appeteret. Campani, etſi fortuna praeſens magnifice loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate ulli populo, praeterquam uobis, cedentes, haud parua, ut arbitror, acceſſio bonis rebus ueſtris, in amicitiam uenimus ueſtram. Aequis Volſcisq. aeternis hoſtibus huius urbis, quandocumque ſe mouerint, ab tergo erimus: & quod uos pro ſalute noſtra priores feceritis, id nos pro imperio ueſtro & gloria ſemper faciemus. Subactis ijs gentibus, quae inter nos uosq. ſunt, quod propediem futurum ſpondet & uirtus & fortuna ueſtra, continens imperium uſque ad nos habebitis. Acerbum & miſerum eſt, quod fateri nos fortuna noſtra cogit. eo uentum eſt patres conſcripti, ut aut amicorum, aut inimicorum Campani ſimus. ſi defenditis, ueſtri; ſi deſeritis, Samnitium erimus. Capuam ergo & Campaniam omnem, ueſtris, an Samnitium uiribus accedere malitis, deliberate. Omnibus quidem, Romani, ueſtram miſericordiam, ueſtrumq. auxilium aequum eſt patere; ijs tamen maxime, qui, eam implorantibus alijs, auxilium dum ſupra uires ſuas praeſtant, omnes ipſi in hanc neceſſitatem uenerunt. quamquã pugnauimus uerbo pro Sidicinis, re pro nobis: cum uideremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, & ubi conflagraſſent Sidicini, ad nos tranſiecturum illud incendium eſſe. nec enim nunc, quia dolent iniuriam acceptam Samnites, ſed quia gaudent oblatam ſibi eſſe cauſſam, oppugnatum nos ueniunt. an, ſi ultio irae haec, & non occaſio cupiditatis explendae eſſet, parum fuit, quod ſemel in Sidicino agro, iterũ in Campania ipſa legiones noſtras cecidere? quae eſt iſta tam infeſta ira, quam per duas acies fuſus ſanguis explere non potuerit? Adde huc populationem agrorum, praedas hominum, atque pecudum actas, incendia uillarum, ac ruinas, omnia ferro ignique uaſtata. hiſcine ira expleri non potuit? ſed cupiditas explenda eſt: ea ad oppugnandam Capuam rapit. aut delere urbem pulcherrimam, aut ipſi poſſidere uolunt. ſed uos potius Romani beneficio ueſtro occupate eam, quam illos habere per maleficium ſinatis. Non loquor apud recuſantem iuſta bella populum; ſed tamen, ſi oſtenderitis auxilia ueſtra, ne bello quidem arbitror uobis opus fore. uſque ad nos contemptus Samnitium peruenit, ſupra non adſcendit. itaque umbra ueſtri auxilij, Romani, tegi poſſumus: quidquid deinde habuerimus, quidquid ipſi fuerimus, ueſtrum id omne exiſtimaturi. Vobis arabitur ager Campanus: uobis Capua urbs frequentabitur: conditorum, parentum, deorum immortalium numero nobis eritis. nulla colonia ueſtra erit, quae nos obſequio erga uos fideq. ſuperet. Annuite patres conſcripti nutum numenque ueſtrum inuictum Campanis, & iubete ſperare incolumen Capuam futuram. Qua frequentia omnium generum multitudinis proſequente creditis nos illinc profectos? quam omnia uotorum lacrymarumq. plena reliquiſſe? in qua nunc exſpectatione ſenatum populumq. Campanum, coniuges liberoſque noſtros eſſe? ſtare omnẽ multitudinem ad portas, uiam hinc ferentem proſpectantes, certum habeo, quid illis nos, patres conſcripti, ſolicitis ac pendentibus animi renunciare iubeatis. alterum reſponſum ſalutem, uictoriam, lucem ac libertatem; alterum, ominari horreo, quae ferat. Proinde ut aut de ueſtris futuris ſocijs, atque amicis, aut nuſquam ullis futuris nobis conſulite. Summotis deinde legatis, cum conſultus ſenatus eſſet, etſi magnae parti urbs maxima opulentiſſimaq. Italiae, uberrimus ager, mariq. propinquus, ad uarietates annonae horreum populi R. fore uidebatur: tamen tanta utilitate fides antiquior fuit; reſponditq. ita ex auctoritate ſenatus conſul. Auxilio uos Campani dignos cenſet ſenatus: ſed ita uo-

biſcum

A biſcum amicitiam inſtitui par eſt, ne qua uetuſtior amicitia ac ſocietas uioletur. Samnites nobiſcum foedere iuncti ſunt. itaq. arma deos prius, quam homines, uiolatura, aduerſus Samnites uobis negamus: legatos, ſicut fas iuſque eſt, ad ſocios, atque amicos precatum mittemus, ne qua uobis uis fiat. Ad ea princeps legationis: (ſic enim domo mandatum attulerat) Quandoquidem, inquit, noſtra tueri aduerſus uim atque iniuriam iuſta ui nó uultis, ueſtra certe defendetis. itaque populum Campanum urbemq. Capuam, agros delubra deum, diuina humanaq. omnia in ueſtram patres conſcripti populiq. R. ditionem dedimus; quidquid deinde patiemur, dediticij ueſtri paſſuri. Sub haec dicta omnes manus ad conſules tendentes, pleni lacrymarum, in ueſtibulo curiae procubuerunt. Commoti patres uice fortunarum humanarum, ſi ille praepotens opibus populus, luxuria ſuperbiaq. clarus, a quo paullo ante auxiliũ finitimi petiſſent, adeo infractos gereret animos, ut ſe ipſe

B ſuaque omnia poteſtatis alienae faceret: tum iam fides agi uiſa, deditos non prodi: nec facturum aequa Samnitium populum cenſebãt, ſi agrum urbemq. per deditionem factam populi R. oppugnarent. legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit. data mandata, ut preces Campanorum, reſponſum ſenatus amicitiae Samnitium memor, deditionem poſtremo factam, Samnitibus exponerent: peterent pro ſocietate amicitiaque, ut dediticijs ſuis parcerent; neque in eum agrum, qui populi R. factus eſſet, hoſtilia arma inferrent. ſi leniter agendo parum proficerent; denunciarent Samnitibus, populi R. ſenatuſq. uerbis, ut Capua urbe, Campanoq. agro abſtinerent. Haec legatis agentibus in concilio Samnitium, adeo eſt ferociter reſponſum, ut non ſolum geſturos ſe eſſe dicerent id bellum, ſed magiſtratus eorum e curia egreſſi, ſtantibus legatis, praefectos cohortium uocarent, ijſq. clara uoce imperarent, ut praedatum in agrum Campanum extemplo proficiſcerentur.

C Hac legatione Romam relata, poſitis omnium aliarum rerum curis, patres fetialibus ad res repetendas miſſis, belloque, quia non redderentur, ſollemni more indicto, decreuerũt, ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: iuſſuq. populi conſules ambo cũ duobus ab urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum, hic ad Saticulam caſtra ponunt. Priori Valerio Samnitium legiones (eo namque omnem belli molem inclinaturam cenſebant) occurrunt. ſimul in Campanos ſtimulabat ira, tam promptos nunc ad ferenda, nunc ad accerſenda aduerſus ſe auxilia. ut uero caſtra Romana uiderunt; ferociter pro ſe quiſque ſignum duces poſcere, affirmare eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius leuibus certaminibus, tentandi hoſtis cauſſa, haud ita multos moratus dies, ſignum pugnae propoſuit, paucis ſuos adhortatus, Ne nouum bellum eos, nouuſq. hoſtis

D terreret: quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magiſque in imbelles gentes eos prodire. ne Sidicinorum Campanorumq. cladibus, Samnitium aeſtimarent uirtutem. qualeſcumque inter ſe certauerint, neceſſe fuiſſe alteram partem uinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaq. ſua, quam uirtute hoſtium, uictos eſſe. Quid autem eſſe, duo proſpera in tot ſaeculis bella Samnitium aduerſus tot decora populi R. qui triumphos paene plures, quam annos, ab urbe condita numeret; qui omnia circa ſe, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volſcos, Auruncos, domita armis habeat? qui Gallos, tot proelijs caeſos, poſtremo in mare ac naues fuga compulerit? cum gloria belli ac uirtute ſua quemque fretos ire in aciem debere, tum etiam intueri, cuius ductu auſpicioq. ineunda pugna ſit; utrum qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator ſit, uerbis tantum ferox, operum militarium expers; an qui & ipſe tela tractare, procedere ante ſigna, uerſari media in mole pugnae ſciat. Facta mea, non dicta, uos milites, in

E quit, ſequi uolo; nec diſciplinam modo, ſed exemplum etiam a me petere. non factionibus modo, nec per coitiones uſitatas nobilibus, ſed hac dextra mihi tres conſulatus, ſummamq. laudem peperi. Fuit, cum hoc dici poterat: Patricius enim eras, & a liberatoribus patriae ortus: & eodem anno familia iſta conſulatum, quo urbs haec conſulem, habuit. nunc iam nobis patribus, uobisque plebeijs promiſcuus conſulatus patet; nec generis, ut ante, ſed uirtutis eſt praemium. proinde ſummum quodque ſpectate milites decus. Non, ſi mihi nouum hoc Corui cognomen dijs auctoribus homines dediſtis, Poplicolarum uetuſtum familiae noſtrae cognomen memoria exceſſit. ſemper ego plebem Romanam militiae domique, priuatus, in magiſtratibus paruis magniſque, aeque tribu-

nus

nus ac conſul, eodem tenore per omnes deinceps conſulatus, colo, atque colui. Nunc, F
quod inſtat, dijs bene iuuantibus, nouum atque integrum de Samnitibus triumphum
mecum petite. Non alias militi familiarior dux fuit, omnes inter infimos militum haud
grauate munia obeundo. in ludo praeterea militari, cum uelocitatis uiriumque inter ſe
aequales certamina ineunt, comiter facilis uincere ac uinci uultu eodem: nec quemquam
aſpernari parem, qui ſe offerret: factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alie-
nae, quam ſuae dignitatis, memor: &, quo nihil popularius eſt, quibus artibus petierat
magiſtratus, iiſdem gerebat. itaque uniuerſus exercitus incredibili alacritate adhortatio-
nem proſecutus ducis, caſtris egreditur. Proelium, ut quod maxime umquam, pari ſpe,
utrimque aequis uiribus, cum fiducia ſui, ſine contemptu hoſtium commiſſum eſt. Sa-
mnitibus ferociã augebant nouae res geſtae, & paucos ante dies geminata uictoria: Roma
nis contra quadringentorum annorum decora, & conditae urbi aequalis uictoria. utriſque G
tamen nouus hoſtis curam addebat. pugna indicio fuit, quos geſſerint animos. namque
ita conflixerunt, ut aliquandiu in neutram partem inclinaret acies. Tum conſul, trepida
tionem inijciendam ratus, quando ui pelli non poterant; equitibus immiſsis turbare pri-
ma ſigna hoſtium conatur. quos ubi nequidquam tumultuantes in ſpatio exiguo uoluere
turmas uidit, nec poſſe aperire in hoſtes uiam, reuectus ad anteſignanos legionum, cum
deſiluiſſet ex equo, Noſtrum, inquit, peditum illud milites eſt opus. agitedum, ut me uide
ritis, quacumque inceſſero in aciem hoſtium, ferro uiam facientem; ſic pro ſe quiſque ob-
uios ſternite. illa nunc omnia, qua nunc erectae micant haſtae, patefacta ſtrage uaſta cerne
tis. Haec dicta dederat, cum equites conſulis iuſſu diſcurrunt in cornua, legionibuſq. in
mediam aciem aperiunt uiam. Primus omnium conſul inuadit hoſtem; &, cum quo for-
te contulit gradum, obtruncat. hoc ſpectaculo accenſi, dextra laeuaq. ante ſe quiſque me- H
morandum proelium ciet. ſtant obnixi Samnites; quamquam plura accipiunt, quam infe
runt, uulnera. Aliquandiu iam pugnatum erat: atrox caedes circa ſigna Samnitium, fuga
ab nulla dum parte erat. adeo morte ſola uinci deſtinauerant animis. itaque Romani, cum
effluere iam laſſitudine uires ſentirent, & diei haud multum ſupereſſe, accenſi ira concitãt
ſe in hoſtem. tum primum referri pedem, atque inclinari rem in fugam apparuit: tum ca-
pi, occidi Samnis. nec ſuperfuiſſent multi, ni nox uictoriam magis, quam proelium, dire-
miſſet. & Romani fatebantur numquam cum pertinaciore hoſte conflictum: & Samnites,
cum quaereretur, quaenam prima cauſſa tam obſtinatos mouiſſet in fugam, oculos ſibi Ro
manorum ardere uiſos aiebant, uaeſanoſq. uultus, & furentia ora: inde plus, quam ex alia
ulla re, terroris ortum. quem terrorem non pugnae ſolum euentu, ſed nocturna profectio
ne confeſſi ſunt. Poſtero die uacuis hoſtium caſtris Romanus potitur: quo ſe omnis Cam I
panorum multitudo gratulabunda effudit. Ceterum hoc gaudium magna prope clade in
Samnium foedatum eſt. nam ab Saticula profectus Cornelius conſul exercitum incaute in
ſaltum caua ualle peruium, circaq; inſeſſum ab hoſte, induxit, nec prius, quam recipi tuto
ſigna non poterant, imminentem capiti hoſtem uidit. Dum id morae Samnitibus eſt, quo
ad totum in uallem infimam demitteret agmen, P. Decius tribunus militum conſpicit u-
num editum in ſaltu collem, imminentem hoſtium caſtris, aditu arduum impedito agmi-
ni, expeditis haud difficilem. itaque conſuli territo animi, Videsne tu, inquit, A. Corne-
li, cacumen illud ſupra hoſtem? Arx illa eſt ſpei ſalutiſq. noſtrae, ſi eam, quã caeci relique-
re Samnites, impigre capimus. nec tu mihi plus, quam unius legionis principes haſtatoſ-
que, dederis: cum quibus ubi euaſero in ſummum, perge hinc omni liber metu, teque &
exercitum ſerua. neque enim moueri hoſtis, ſubiectus nobis ad omnes ictus, ſine ſua per- K
nicie poterit. nos deinde aut fortuna populi R. aut noſtra uirtus expediet. Collaudatus
a conſule, accepto praeſidio uadit occultus per ſaltum; nec prius ab hoſte eſt uiſus, quam
loco, quem petebat, appropinquauit. inde admiratione pauentibus cunctis, cum omnium
in ſe uertiſſet oculos; & ſpatium conſuli dedit ad ſubducendum agmen in aequiorem lo-
cum; & ipſe in ſummo conſtitit uertice. Samnites dum huc illuc ſigna uertunt; utriuſque
rei omiſſa occaſione, neque inſequi conſulem, niſi per eandem uallem, in qua paullo ante
ſubiectum eum telis ſuis habuerant, poſſunt; nec erigere agmen in captum ſuper ſe ab De-
cio tumulum. ſed cum ira in hos magis, qui fortunam gerendae rei eripuerant, tum propin
quitas loci, atque ipſa paucitas incitat: & nunc circumdare undique collem armatis uo-
lunt,

A Iunt, ut a conſule Decium intercludant; nunc uiam patefacere, ut degreſſos in uallem ad-
oriatur. incertos quid agerent, nox oppreſſit. Decium primum ſpes tenuit, cum ſubeun-
tibus in aduerſum collem ex ſuperiore loco ſe pugnaturum; deinde admiratio inceſſit,
quod nec pugnam inirent; nec, ſi ab eo conſilio iniquitate loci deterrerentur, opere ſe ual-
loq. circumdarent. Tum centurionibus ad ſe uocatis: Quaenam illa inſcitia belli, ac pigri
tia eſt? aut quonam modo iſti ex Sidicinis Campaniſq. uictoriam pepererunt? huc atque
illuc ſigna moueri, ac modo in unum conferri, modo educi uidetis. opus quidem incipit
nemo, cum iam circumdati uallo potuerimus eſſe. tum uero nos ſimiles iſtorum ſimus, ſi
diutius hic moremur, quam commodum ſit. Agitedum, ite mecum: ut, dum lucis aliquid
ſupereſt, quibus locis praeſidia ponant, qua pateat hinc exitus, exploremus. Haec omnia ſa
gulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem
B circumire hoſtes notarent, perluſtrauit. Vigilijs deinde diſpoſitis, ceteris omnibus teſſe-
ram dari iubet: ubi ſecundae uigiliae buccina datum ſignum eſſet, armati cum ſilentio ad
ſe uenirent. quo ubi, ſicut edictum erat, taciti conuenerunt; Hoc ſilentium milites, inquit,
omiſſo militari aſſenſu, in me audiendo ſeruandum eſt. ubi ſententiam meam uobis pere-
gero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti tranſibitis: quae pars maior
erit, eius ſtabitur conſilio. nunc, quae mente agitem, audite. Non fuga delatos, nec iner-
tia relictos hic uos circumuenit hoſtis. uirtute cepiſtis locum: uirtute hinc, oportet, eua-
datis. ueniendo huc, exercitum egregium populi Romani ſeruaſtis: erumpendo hinc,
uoſmet ipſos ſeruate. digni eſtis, qui pauci pluribus opem tuleritis, ipſi nullius auxilio
egueritis. Cum eo hoſte res eſt, qui heſterno die delendi omnis exercitus fortuna per ſo-
cordiam uſus non ſit; hunc tam opportunum collem imminentem capiti ſuo non ante ui-
C derit, quam captum a nobis; nos tam paucos tot ipſe millibus hominum nec adſcenſu ar-
cuerit; nec tenentes locum, cum diei tantum ſupereſſet, uallo circumdederit. quem ui-
dentem ac uigilantem ſic eluſeritis, ſopitum, oportet, fallatis: immo neceſſe eſt. in eo
enim loco res ſunt noſtrae, ut ego uobis magis neceſſitatis ueſtrae index, quam conſilij au
ctor ſim. neque enim, maneatis, an abeatis hinc, deliberari poteſt; cum, praeter arma, &
animos armorum memores, nihil uobis fortuna reliqui fecerit; fame & ſiti moriendum
ſit, ſi plus, quam uiros ac Romanos decet, ferrum timeamus. ergo una eſt ſalus, erumpere
hic atque abire. id aut interdiu, aut nocte faciamus oportet. Ecce autem aliud minus
dubium. quippe ſi lux exſpectetur, quae ſpes eſt non uallo perpetuo foſſaq. nos ſaepturum
hoſtem, qui nunc corporibus ſuis ſubiectis undique cinxerit, ut uidetis, collem? atqui ſi
nox opportuna eſt eruptioni, ſicut eſt; haec profecto noctis aptiſſima hora eſt. ſigno ſecun
D dae uigiliae conueniſtis: quod tempus mortales ſomno altiſsimo premit. per corpora ſopi
ta uadetis, uel ſilentio incautos fallentes, uel ſentientibus clamore ſubito pauorem inie-
cturi. me modo ſequimini, quem ſecuti eſtis. ego eandem, quae duxit huc, ſequar fortu-
nam. quibus haec ſalutaria uidentur, agitedum in dextram partem pedibus tranſite. O-
mnes tranſierunt: uadentéq. per intermiſſa cuſtodijs loca Decium ſecuti ſunt. Iam euaſe-
rant media caſtra, cum ſuperſcandens uigilum ſtrata ſomno corpora miles offenſo ſcuto
praebuit ſonitum. quo excitatus uigil, cum proximum mouiſſet, erectiq. alios concitarēt,
ignari, ciues an hoſtes eſſent; praeſidium erumperet, an conſul caſtra cepiſſet: Decius, quā
do non fallerent, clamorem tollere iuſsis militibus, torpidos ſomno, inſuper pauore exani
mat: quo praepediti, nec arma impigre capere, nec obſiſtere, nec inſequi poterant. Inter
trepidationem tumultumq. Samnitium, praeſidiū Romanum, obuijs cuſtodibus caeſis, ad
E caſtra conſulis peruadit. Aliquantum ſupererat noctis, iamq. in tuto uidebantur eſſe, cum
Decius, Macti uirtute, inquit, milites Romani eſte. ueſtrum iter, ac reditum omnia ſaecu-
la laudibus ferent. ſed ad conſpiciendam tantam uirtutem luce ac die opus eſt: nec uos di
gni eſtis, quos cum tanta gloria in caſtra reduces ſilentium ac nox tegat. hic lucem quie-
ti opperiamur. Dictis obtemperatum. atque ubi primum illuxit, praemiſſo nuncio ad con
ſulem, in caſtra ingenti gaudio concitantur: & teſſera data, incolumes reuerti, qui ſua cor-
pora pro ſalute omnium haud dubio periculo obieciſſent, pro ſe quiſque obuiam effuſi lau
dant, gratulantur: ſingulos uniuerſoſque ſeruatores ſuos uocant: diis laudes gratesque
agunt: Decium in caelum ferunt. Hic Decij caſtrenſis triumphus fuit, incedentis per me-
dia caſtra cum armato praeſidio, coniectis in eum omnium oculis, & omni honore tribu-

num

num conſuli aequantibus. Vbi ad praetorium uentum eſt, conſul claſſico ad concionẽ cõ- F
uocata: orſusq. meritas Decij laudes, interfante ipſo Decio, diſtulit concionem: qui au-
ctor omnia poſthabendi, dum occaſio in manibus eſſet, perpulit conſulem, ut hoſtes, &
nocturno pauore attonitos, & circa collem caſtellatim diſſipatos, aggrederetur. credere
etiam aliquos ad ſe ſequendum emiſſos per ſaltum uagari. Iuſſae legiones arma capere:
egreſſaeq. caſtris, cum per exploratores notior iam ſaltus eſſet, uia patentiore ad hoſtem
ducuntur. quem incautum improuiſo adortae, cum palati paſſim Samnitium milites, ple-
rique inermes, nec coire in unum, nec arma capere, nec recipere intra uallum ſe poſſent,
pauentem primum intra caſtra compellunt: deinde caſtra ipſa turbatis ſtationibus capiũt.
Perfertur circa collem clamor; fugatq. ex ſuis quemque praeſidijs. ita magna pars abſenti
hoſti ceſſit. quos intra uallum egerat pauor, (fuere autem ad triginta millia) omnes caeſi,
caſtra direpta. Ita rebus geſtis, conſul aduocata concione, P. Decij non coeptas ſolum G
ante, ſed cumulatas noua uirtute laudes peragit: &, praeter militaria alia dona, aurea coro
na eum, & centum bobus, eximioq. uno albo opimo auratis cornibus donat. Milites,
qui in praeſidio ſimul fuerant, duplici frumẽto in perpetuum, in praeſentia ſingulis bobus,
binisq. priuis tunicis donati. Secundum conſulis donationem legiones gramineam co-
ronam obſidionalem, clamore donum approbantes, Decio imponunt. altera corona, eiuſ-
dem honoris index, a praeſidio ſuo impoſita eſt. his decoratus inſignibus bouem eximium
Marti immolauit, centum boues militibus dono dedit, qui ſecum in expeditione fuerant.
ijſdem militibus legiones libras farris, & ſextarios uini contulerunt. omniaq. ea ingenti
alacritate per clamorem militarem, indicem omnium aſſenſus, gerebantur. Tertia pugna
ad Sueſſulam commiſſa eſt: qua fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus, omni robore
iuuentutis modo accito, certamine ultimo fortunam experiri ſtatuit. Ab Sueſſula nuncij H
trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium conſulem opem oratum ueniunt. Con-
feſtim ſigna mota: relictisque impedimentis caſtrorum ualido praeſidio, raptim agitur
agmen: nec procul ab hoſte locum exiguum, ut quibus, praeter equos, ceterorum iumẽto
rum calonumq. turba abeſſet, caſtris cepit. Samnitium exercitus, uelut haud ulla mora
pugnae futura eſſet, aciem inſtruit: deinde, poſtquam nemo obuius ibat, infeſtis ſignis ad
caſtra hoſtium ſuccedit. ibi ut militem in uallo uidit; miſſiq. ab omni parte exploratum,
quod in exiguum orbem contracta caſtra eſſent, paucitatem inde hoſtium colligentes, re-
tulerunt: fremere omnis acies, complendas eſſe foſſas, ſcindendumq. uallum, & in caſtra
irrumpendum. tranſactumq. ea temeritate bellum foret, ni duces continuiſſent impetum
militum. ceterum, quia multitudo ſua commeatibus grauis, & prius ſedendo ad Sueſſu-
lam, & tunc certaminis mora, haud procul ab rerum omnium inopia eſſet: placuit, dum I
incluſus paueret hoſtis, frumentatum per agros militem duci. interim & Romano, qui ex
peditus, quantum humeris inter arma geri poſſet, frumenti ſecum attuliſſet, defutura o-
mnia. Conſul palatos per agros cum uidiſſet hoſtes, ſtationes infrequentes relictas, pau-
cis milites adhortatus ad caſtra oppugnanda ducit. quae cum primo clamore, atque impe
tu cepiſſet, pluribus hoſtium in tentorijs ſuis, quam in portis ualloque, caeſis, ſigna capti-
ua in unum locum cõferri iuſſit; relictisq. duabus legionibus cuſtodiae & praeſidij cauſſa,
graui edicto monitis, ut, donec ipſe reuertiſſet, praeda abſtinerẽt, profectus agmine inſtru-
cto, cum praemiſſus eques uelut indagine diſſipatos Samnites ageret, caedem ingentem fe
cit. nam neque quo ſigno coirent inter ſe, neque utrum caſtra peterent, an longiorem in-
tenderent fugam, territis conſtare poterat. tantumq. fugae ac formidinis fuit, ut ad XL.
millia ſcutorum, nequaquam tot caeſis, & ſigna militaria, cum ijs quae in caſtris capta erãt, K
ad CLXX. ad conſulem deferrentur. Tum in caſtra hoſtium reditum; ibiq. omnis prae-
da militi data. Huius certaminis fortuna & Faliſcos, cum in inducijs eſſent, foedus pete-
re ab ſenatu coegit; & Latinos, iam exercitibus comparatis, ab Romano in Pelignum uer-
tit bellum. neque ita rei geſtae fama Italiae ſe finibus tenuit: ſed Carthaginienſes quoque
legatos gratulatum Romam miſere cum coronae aureae dono, quae in Capitolio in Iouis
cella poneretur. fuit pondo XXV. Conſules ambo de Samnitibus triumpharunt, ſequen-
te Decio inſigni cum laude, doniſque; cum, incondito militari ioco, haud minus tribuni
celebre nomen, quam conſulum eſſet. Campanorum deinde, Sueſſulanorumq. auditae le
gationes; precantibusq. datum, ut praeſidium eo in hiberna mitteretur, quo Samnitium

excurſiones

A excurſiones arcerentur. Iam tum minime ſalubris militari diſciplinae Capua, inſtrumento omnium uoluptatum delenitos militum animos auertit a memoria patriae. inibanturq. conſilia in hibernis eodem ſcelere adimēdae Campanis Capuae, per quod illi eã antiquis cultoribus ademiſſent: neque immerito ſuum ipſorum exemplum in eos uerſurum. Cur autem potius Campani agrum Italiae uberrimum, dignam agro urbem qui nec ſe, nec ſua tutari poſſint, quam uictor exercitus haberet, qui ſuo ſudore, ac ſanguine, inde Samnites depuliſſet? an aequum eſſe, dediticios ſuos illa fertilitate, atque amoenitate perfrui, ſe militando feſſos in peſtilenti atque arido circa urbem ſolo luctari? aut in urbe inſidentem tabem creſcentis in dies fenoris pati? Haec agitata occultis coniurationibus, necdum uulgata in omnes conſilia inuenit nouus conſul, C. Marcius Rutilus, cui Campania ſorte prouincia euenerat, Q. Seruilio collega ad urbem relicto. itaque cum omnia ea, ſicut geſta An. 413.
B erant, per tribunos comperta haberet, & aetate, & uſu doctus: quippe qui iam quartum conſul eſſet, dictatorq. & cenſor fuiſſet: optimum ratus, differendo ſpem, quandocumque uellent, conſilij exſequendi, militarem impetum fruſtrari, rumorem diſſipat, in iiſdem opidis & anno poſt praeſidia hibernatura. diuiſa enim erant per Campaniae urbes: manaueruntq. a Capua conſilia in exercitum omnem. eo laxamento cogitationibus dato, quieuit in praeſentia ſeditio. Conſul, educto in aeſtiua milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare miſſionibus turbulentorum hominū inſtituit, alijs emerita dicendo ſtipendia eſſe, alios graues iam aetate, aut uiribus parum ualidos. quidam in commeatus mittebantur, ſinguli primo, deinde & cohortes quaedam, quia procul ab domo ac rebus ſuis hibernaſſent. per ſpeciem etiam militarium uſuum cum alij alio mitterentur, magna pars ablegati. quam multitudinem conſul alter Romae, praetorque, alias ex alijs fingendo moras, retinebat. Et primo quidem ignari ludificationis, minime inuiti domos reuiſebant.
C poſtquam neque reuerti ad ſigna primos, nec ferme alium, quam qui in Cāpania hibernaſſent, praecipueque ex ijs ſeditionis auctores mitti uiderunt: primum admiratio, deinde haud dubius timor inceſſit animos, conſilia ſua emanaſſe: iam quaeſtiones, iam iudicia, iā occulta ſingulorum ſupplicia, impotenſque & crudele conſulum ac patrum in ſe regnum paſſuros. Haec, qui in caſtris erant, occultis ſermonibus ſerunt, neruos coniurationis eiectos arte conſulis cernentes. Cohors una, cum haud procul Anxure eſſet, ad Lautulas, ſaltu anguſto inter mare ac montes, conſedit, ad excipiendos, quos conſul alijs, atque alijs, ut ante dictum eſt, cauſſis mittebat. Iam ualida admodum numero manus erat. nec quidquam ad iuſti exercitus formam, praeter ducem, deerat. incompoſiti itaque praedantes in agrum Albanum perueniunt; & ſub iugo Albae Longae caſtra uallo cingunt. perfe-
D cto inde opere, reliquum diei de imperatore ſumendo ſententijs decertant, nulli ex praeſentibus ſatis fidentes. quem autem ab Roma poſſe acciri? quem patrum, aut plebis eſſe, qui aut ſe tanto periculo ſciens offerat, aut cui ex iniuria inſanientis exercitus cauſſa recte committatur? poſtero die, cum eadem deliberatio teneret, ex praedatoribus uagis quidam compertum attulerunt, T. Quinctium in Tuſculano agrum colere, urbis honorumq. immemorem. Patriciae hic uir gentis erat: cui cum militiae, magna cum gloria actae, finem pes alter ex uulnere claudus feciſſet, ruri agere uitam, procul ambitione ac foro, conſtituit. Nomine audito, extemplo agnouere uirum; &, quod bene uerteret, acciri iuſſerunt. ſed parum ſpei erat, uoluntate quidquam facturum. uim adhiberi ac metum placuit. itaque ſilentio noctis cum tectum uillae, qui ad id miſſi erant, intraſſent, ſomno graui Quinctium oppreſſum, nihil medium, aut imperium, atque honorem, aut ubi reſiſtaret,
E mortem, ni ſequeretur, denunciantes, in caſtra pertraxerunt. Imperator extemplo aduenienſ appellatus; inſigniaq. honoris exterrito ſubitae rei miraculo deferunt, & ad urbem ducere iubent. ſuo magis inde impetu, quam conſilio ducis, conuulſis ſignis, infeſto agmine ad lapidem octauum uiae, quae nunc Appia eſt, perueniunt: iſſentq. confeſtim ad urbem, ni uenire contra exercitum, dictatoremque aduerſus ſe M. Valerium Coruum dictum, audiſſent, & magiſtrum equitum L. Aemilium Mamercum. Vbi primum in conſpectum uentum eſt, arma ſignaq. agnouere; extemplo omnibus memoria patriae iras permulſit. nondum erant tam fortes ad ſanguinem ciuilem: nec, praeter externa, nouerant bella: ultimaq. rabies ſeceſſio ab ſuis habebatur. itaque iam duces, iam milites utrimque congreſſus quaerere ad colloquia. Quinctius, quem armorum etiam pro patria ſatietas

teneret,

teneret, nedum aduerſus patriam: Coruus omnes caritate ciues, praecipue milites, & ante alios ſuum exercitum complexus, ad colloquium proceſſit. Cognito ei extemplo haud minor ab aduerſarijs uerecundia, quam ab ſuis ſilentium datum. Deos, inquit, immortales, milites, ueſtros, publicos, meosq. ab urbe proficiſcens ita adoraui, ueniamq. ſupplex popoſci; ut mihi de uobis concordiae partae gloriam, non uictoriam darent: ſatis fuit, eritque, unde belli decus pariatur: hinc pax petenda eſt. quod deos immortales inter nuncupanda uota expopoſci, eius me compotem uoti uos facere poteſtis: ſi meminiſſe uultis nõ uos in Samnio, nec in Volſcis, ſed in Romano ſolo caſtra habere: ſi illos colles, quos cernitis, patriae ueſtrae eſſe: ſi hunc exercitum ciuium ueſtrorum: ſi me conſulem ueſtrum, cuius ductu auſpicioq. priore anno bis legiones Samnitium fudiſtis, bis caſtra ui cepiſtis. F
Ego ſum M. Valerius Coruus, milites; cuius uos nobilitatem beneficijs erga uos, non iniurijs ſenſiſtis; nullius ſuperbae in uos legis, nullius crudelis ſenatuſconſulti auctor; in omnibus meis imperijs in me ſeuerior, quam in uos. Ac ſi cui genus, ſi cui ſua uirtus, ſi cui etiam maieſtas, ſi cui honores ſubdere ſpiritus potuerunt; ijs eram natus, id ſpecimen mei dederam, ea aetate conſulatum adeptus eram, ut potuerim tres & uiginti annos natus conſul patribus quoque ferox eſſe, non ſolum plebi. quod meum factum, dictumue conſulis grauius, quam tribuni, audiſtis? Eodem tenore duos inſequentes conſulatus geſſi: eodem haec imperioſa dictatura geretur: ut neque in hos meos & patriae meae milites mitior, quam in uos, horreo dicere hoſtes. ergo uos prius in me ſtrinxeritis ferrum, quam in uos ego. iſtinc ſigna canent, iſtinc clamor prius incipiet, atque impetus, ſi dimicandum eſt. Inducite in animum, quod non induxerunt patres auiq. ueſtri; non illi, qui in Sacrum montem ſeceſſerunt; non hi, qui poſtea Auentinum inſederunt. Exſpectate, dum uobis ſingulis, ut olim Coriolano, matres coniugesq. crinibus paſſis obuiae ab urbe ueniant. tum Volſcorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieuerunt: uos, Romanus exercitus, non deſtiteritis impio bello? T. Quincti, quocumque iſtic loco ſeu uolens, ſeu inuitus conſtitiſti: ſi dimicandum erit, tum tu in nouiſſimos te recipito: fugeris etiam honeſtius, tergumq. ciui dederis, quam pugnaueris contra patriam. Nunc ad pacificandum bene, atque honeſte inter primos ſtabis, & colloquij huius ſalutaris interpres fueris. Poſtulate aequa, & ferte: quamquam uel iniquis ſtandum eſt potius, quam impias inter nos conſeramus manus. T. Quinctius plenus lacrymarum ad ſuos uerſus, Me quoque, inquit, milites, ſi quis uſus mei eſt, meliorem pacis, quam belli, habetis ducem. non enim illa modo Volſcus aut Samnis, ſed Romanus uerba fecit, ueſter conſul, ueſter imperator milites, cuius auſpicia pro uobis experti, nolite aduerſus uos uelle experiri. qui pugnarent uobiſcum infeſtius, & alios duces ſenatus habuit: qui maxime uobis ſuis militibus parceret, cui plurimum uos imperatori ueſtro crederetis, eum elegit. Pacem, etiam qui uincere poſſunt, uolunt. quid nos uelle oportet? quin omiſſis ira & ſpe, fallacibus auctoribus, nos ipſos noſtraq. omnia cognitae permittimus fidei? Approbantibus clamore cunctis, T. Quinctius ante ſigna progreſſus, in poteſtate dictatoris milites fore dixit: orauitque, ut cauſſam miſerorum ciuium ſuſciperet, ſuſceptamq. eadem fide qua remp. adminiſtrare ſolitus eſſet, tueretur. ſibi ſe priuatim nihil cauere: nolle alibi, quam in innocentia, ſpem habere. militibus cauendum, quod apud patres ſemel plebi, iterum legionibus cautum ſit, ne fraudi ſeceſſio eſt. Quinctio collaudato, ceteris bonum animum habere iuſſis, dictator equo citato ad urbem reuectus, auctoribus patribus, tulit ad populum in luco Petelino, ne cui militum fraudi ſeceſſio eſſet. Orauit etiam bona uenia Quirites, ne quis eam rem ioco ſerioue cuiquam exprobraret. Lex quoque ſacrata militaris lata eſt, ne cuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo uolente, deleretur: additumq. legi, ne quis, ubi tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. id propter P. Salonium poſtulatum eſt ab coniuratis: qui alternis prope annis tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant. Huic infenſi milites erant, quod ſemper aduerſatus nouis conſilijs fuiſſet, nec particeps eorum eſſet, qui ab Lautulis fugiſſent. itaque cum hoc unum, propter Salonium, ab ſenatu non impetraretur, tum Salonius obteſtatus patres conſcriptos, ne ſuum honorem pluris, quam concordiam ciuitatis, aeſtimarent, perpulit, ut id quoque ferretur. Aeque impotens poſtulatum fuit, ut de ſtipendio equitum (merebant autem triplex ea tempeſtate) aera demerentur, quod aduerſati coniurationi fuiſſent. Praeter haec inuenio

apud

A apud quoſdam, L. Genucium tribunum plebis tuliſſe ad populum, ne fenerare liceret: item alijs plebiſcitis cautum, ne quis eundem magiſtratum intra decē annos caperet, neu duos magiſtratus uno anno gereret, utiq. liceret conſules ambos plebeios creari. quae ſi omnia conceſſa ſunt plebi, apparet haud paruas uires defectionem habuiſſe. Alijs annalibus proditum eſt, neque dictatorem Valerium dictum, ſed per conſules omnem rem actam: neque antequam Romam ueniretur, ſed Romae eam multitudinem coniuratorum ad arma conſternatam eſſe: nec in T. Quinctij uillam, ſed in aedes C. Manlij nocte impetum factum, eumq. a coniuratis comprehenſum, ut dux fieret: inde ad quartum lapidem profectos loco munito conſediſſe: nec ab ducibus mentionem concordiae ortam, ſed repente, cum in aciem armati exercitus proceſſiſſent, ſalutationem factam: & permiſtos dextras iungere, ac complecti inter ſe lacrymantes milites coepiſſe, coactoſq. conſules, cum uiderent auerſos a dimicatione militum animos, retuliſſe ad patres de concordia reconcilianda. adeo
B nihil, praeterquam ſeditionem fuiſſe, eamq. compoſitam, inter antiquos rerum auctores conſtat. Et huius fama ſeditionis, & ſuſceptum cum Samnitibus graue bellum, aliquot populos ab Romana ſocietate auertit: & praeter Latinorum infidum iam diu foedus, Priuernates etiam Norbam, atque Setiam, finitimas colonias Romanas, incurſione ſubita depopulati ſunt.

EPITOME. LIBRI. IIX

LATINI cum Campanis defecerunt, & miſſis legatis ad ſenatum condicionem tulerunt, ut, ſi pacem
C *habere uellent, alterum ex Latinis conſulem facerent. Qua legatione perlata, praetor eorum Annius de Capitolio ita prolapſus eſt, ut exanimaretur. T. Manlius conſul filium ſuum, quod cōtra edictum pugnauerat aduerſus Latinos, quamuis proſpere pugnaſſet, ſecuri percuſſit. Laborantibus in acie Romanis P. Decius deuouit ſe pro exercitu, &, concitato equo, cum in medios hoſtes ſe intuliſſet, interfectus, morte ſua Romanis uictoriam reſtituit. Latini in deditionem uenerunt. T.*
D *Manlio in urbem reuerſo nemo ex iuuentute obuiam proceſſit. Minucia uirgo Veſtalis inceſti damnata eſt. Auſonibus uictis, in opidum ex ijs captum Cales colonia deducta eſt. Item Fregellae colonia deductae ſunt. Veneficium complurium matronarum deprehenſum, quarum plurimae ſtatim epotis medicaminibus perierunt. Lex de ueneficio tunc primum conſtituta eſt. Priuernatibus, cum rebellaſſent, uictis ciuitas data eſt. Palaepolitani bello, & obſidione uicti in deditionem uenerunt. Q. Publilio, qui eos obſederat, primo & imperium prolatum eſt, & proconſuli decretus triumphus. Plebs nexu liberata eſt, propter L. Papirij creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori ſuo ſtuprum inferre uoluerat. Cum L. Papirius dictator reuerſus in urbem ab exercitu eſſet propter auſpicia repetenda, Q. Fabius magiſter equitum occaſione rei bene gerendae inuitatus, contra edictum eius proſpere aduerſus Samnites pugnauit. ob eam cauſſam cum dictator de magiſtro equitum ſupplicium ſumpturus uideretur, Fabius Romam profugit: &, cum cauſſa parum proficeret, populi precibus donatus eſt. Res praeterea contra Samnites proſpere geſtas continet.*

LIBER. IIX

IAM conſules erant C. Plautius iterū, L. Aemilius Mamercus, cū Setini Norbaniq. Romā, nuncij defectionis Priuernatiū, cū querimonijs acceptae cladis uenerunt. Volſcorū itē exercitū, duce An- AN. 414.
E tiati populo conſediſſe ad Satricum, allatum eſt. utrumque bellum Plautio ſorte euenit. Prius Priuernū profectus, extēplo acie conflixit. haud magno certamine deuicti hoſtes: opidū captum, redditumq. Priuernatibus, praeſidio ualido impoſito: agri partes duae adēptae. inde uictor exercitus Satricū cōtra Antiates ductus. ibi magna utrimque caede atrox proeliū fuit. & cum tempeſtas eos, neutro inclinata ſpe, dimicantes diremiſſet, Romani, nihil eo certamine tā ambiguo feſſi, in poſterum diē proeliū parāt. Volſcis recenſentibus, quot uiros in acie amiſiſſent, haudquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit. nocte pro uictis Antium agmine trepido, ſaucijs, ac parte impedimentorum relicta, abierunt. armorum magna uis tum inter caeſa corpora hoſtium, tū in

caſtris inuenta eſt. ea Luae matri dare ſe conſul dixit: fineſq. hoſtium uſque ad oram mari- F
timam eſt depopulatus. Alteri conſuli Aemilio ingreſſo Sabellum agrum, non caſtra Sa-
mnitiũ, non legiones uſquam oppoſitae. ferro igniq. uaſtantem agros, legati Samnitium
pacem orantes adeunt. a quo reiecti ad ſenatum, poteſtate facta dicendi, poſitis feroci-
bus animis pacem ſibi ab Romanis, belliq. ius aduerſus Sidicinos petierunt. quae ſe eo iu-
ſtius petere, quod in amicitiam populi R. ſecundis ſuis rebus, non aduerſis, ut Campani,
ueniſſent: & aduerſus Sidicinos ſumerent arma, ſuos ſemper hoſtes, populi R. numquam
amicos: qui nec, ut Samnites, in pace amicitiam; nec, ut Campani, auxilium in bello pe-
tiſſent; nec in fide populi R. nec in ditione eſſent. Cum de poſtulatis Samnitium Ti. Ae-
milius praetor ſenatum conſuluiſſet, reddendumque his foedus patres cenſuiſſent, praetor
Samnitibus reſpondit: Nec, quo minus perpetua cum eis amicitia eſſet, per populum R.
ſtetiſſe: nec contradici, quin, quoniam ipſos belli culpa ſua contracti taedium ceperit, ami- G
citia deintegro reconcilietur. Quod ad Sidicinos attineat, nihil intercedi, quo minus
Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium ſit. Foedere icto, cum domum reuer-
tiſſent, extemplo inde exercitus Romanus deductus, annuo ſtipendio, & trium menſium
frumento accepto; quod pepigerat conſul, ut tempus indutijs daret, quoad legati rediſ-
ſent. Samnites copijs iiſdem, quibus uſi aduerſus Romanum bellum fuerant, contra Si-
dicinos profecti, haud in dubia ſpe erant mature urbis hoſtium potiundae. Tum ab Sidi-
cinis deditio prius ad Romanos coepta fieri eſt: deinde, poſtquam patres, ut ſeram eam, ul-
timaq. tandem neceſſitate expreſſam, aſpernabantur; ad Latinos iam ſua ſponte in arma
motos facta eſt. ne Campani quidem (adeo iniuriae Samnitium, quam beneficij Romano
rum memoria praeſentior erat) his ſe armis abſtinuere. Ex his tot populis unus ingens
exercitus duce Latino fines Samnitium ingreſſus, plus populationibus quam proelijs cla- H
dium fecit. & quamquam ſuperiores certaminibus Latini erant; haud inuiti, ne ſaepius di
micandum foret, agro hoſtium exceſſere. id ſpatium Samnitibus datum eſt Romam lega-
tos mittendi. qui cum adiiſſent ſenatum, conqueſti eadem ſe foederatos pati, quae hoſtes
eſſent paſſi, precibus infimis petiere, ut ſatis ducerent Romani uictoriam, quam Samniti-
bus, Campano Sidicinoq. hoſte eripuiſſent: ne uinci etiam ſe ab ignauiſſimis populis ſi-
nerent. Latinos Campanoſque, ſi ſub ditione populi R. eſſent, pro imperio arcerent Sa-
mniti agro: ſin imperium abnuerent, armis coercerent. Aduerſus haec reſponſum anceps
datum, quia fateri pigebat, in poteſtate ſua Latinos iam nõ eſſe, timebantque, ne arguẽdo
abalienarent. Campanorum aliam condicionem eſſe, qui non foedere, ſed per deditionẽ
in fidem ueniſſent. itaque Campanos, ſeu uelint, ſeu nolint, quieturos: in foedere Latino
nihil eſſe, quo bellare, cum quibus ipſi uelint, prohibeantur. Quod reſponſum, ſicut du- I
bios Samnites, quidnam facturum Romanum cenſerent, dimiſit; ita Campanos metu ab-
alienauit; Latinos, uelut nihil iam non concedentibus Romanis, ferociores fecit. itaque
per ſpeciem aduerſus Samnites belli parandi, crebra concilia indicentes, omnibus conſul-
tationibus inter ſe principes occulte Romanum coquebant bellum. huic quoque aduer-
ſus ſeruatores ſuos bello Campanus aderat. ſed quamquam omnia de induſtria celaban-
tur, priuſque, quam mouerentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hoſtem uolebant: tamẽ
per quoſdã priuatis hoſpitijs neceſſitudinibuſq. coniunctos indicia coniurationis eius Ro-
mam emanarunt. iuſſiſq. ante tẽpus conſulibus abdicare ſe magiſtratu, quo maturius no-
ui cõſules aduerſus tantã molẽ belli crearẽtur; religio inceſſit, ab eis, quorũ imminutũ im-
periũ eſſet, comitia haberi. itaque interregnũ initũ. duo interreges fuerũt, M. Valerius, ac
AN. 415. M. Fabius. is creauit conſules T. Manliũ Torquatum tertium, P. Decium Murẽ. Eo anno
Alexrandrum Epiri regem in Italiam claſſem appuliſſe conſtat. quod bellum, ſi prima ſatis K
proſpera fuiſent, haud dubie ad Romanos perueniſſet. Eadem aetas rerum magni Ale-
xandri eſt: quem ſorore huius ortum, in alio tractu orbis, inuictum bellis iuuenem, fortu-
na morbo exſtinxit. Ceterum Romani, etſi defectio ſociorum nominiſq. Latini haud du-
bia erat: tamen, tamquam de Samnitibus, non de ſe curam agerent, decem principes Lati-
norum Romam euocauerunt, quibus imperarent quae uellent. Praetores tum duos La-
tini habebant, L. Annium Setinum, & L. Numicium Circeienſem, ambos ex colonijs
Romanis: per quos praeter Signiam, Velitraſque, & ipſas colonias Romanas, Volſci etiam
exciti ad arma erant. eos nominatim euocari placuit. haud cuiquam dubium erat, ſuper
quare

Alexander rex Epiri in Italiam.
Alexander Magnus.

A quare accirentur. itaque concilio prius habito, praetores, quam Romam proficiſcerentur, euocatos ſe ab ſenatu docent Romano, &, quae actum iri ſecum credant, quidnam ad ea reſponderi placeat, referunt. Cum aliud alij cenſerent, tum Annius: Quamquam ipſe ego retuli, quid reſponderi placeret; tamen magis ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum ſit. facile erit, explicatis conſilijs, accõmodare rebus uerba. nam ſi etiam nunc ſub umbra foederis aequi ſeruitutem pati poſſumus; quid abeſt, quin, proditis Sidicinis, non Romanorum ſolum, ſed Samnitium quoque dicto pareamus, reſpondeamuſq. Romanis, nos, ubi innuerint, poſituros arma? ſin autem tandem libertatis deſiderium remordet animos; ſi foedus eſt; ſi ſocietas, aequatio iuris eſt; ſi conſanguineos nos Romanorum eſſe, quod olim pudebat, nunc gloriari licet; ſi ſocialis illis exercitus is eſt, quo adiuncto duplicent uires ſuas, quem ſecernere ab ſe
B conſules bellis proprijs ponendis ſumendiſque nolint: cur non omnia aequantur? cur non alter ab Latinis conſul datur? ubi pars uirium, ibi & imperij pars eſt. Eſt quidem nobis hoc per ſe haud nimis amplum, quippe concedentibus Romam caput Latio eſſe: ſed, ut amplum uideri poſſet, diuturna patientia fecimus. Atqui ſi quando umquam conſociandi imperij, uſurpandae libertatis tempus optaſtis; en hoc tempus adeſt, & uirtute ueſtra, & deum benignitate uobis datum. Tentaſtis patientiam, negando militem. quis dubitat exarſiſſe eos, cum plus ducentorum annorum morem ſolueremus? pertulerunt tamen hunc dolorem. Bellum noſtro nomine cum Pelignis geſſimus. qui ne noſtrorum quidem finium per nos tuendorum ius antea dabant, nihil interceſſerunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab ſe ad nos deſciſſe, exercitus nos parare aduerſus Samnites foederatos ſuos audierunt: nec mouerunt ſe ab urbe. unde haec illis tanta modeſtia, niſi a con-
C ſcientia uirium & noſtrarum & ſuarum? Idoneos auctores habeo, querentibus de nobis Samnitibus ita reſponſum ab ſenatu Romano eſſe, ut facile appareret, ne ipſos quidem iam poſtulare, ut Latium ſub Romano imperio ſit. Vſurpate modo poſtulando eo, quod illi uobis taciti concedunt. ſi quem hoc dicere metus prohibet, en ego ipſe audiente non populo R. modo ſenatuque, ſed Ioue ipſo, qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum, ut, ſi nos in foedere ac ſocietate eſſe uelint, conſulem alterum ab nobis, ſenatuſque partem accipiant. Haec ferociter non ſuadenti ſolum, ſed pollicenti, clamore & aſſenſu omnes permiſerunt, ut ageret, diceretq. quae e rep. nominis Latini, fideque ſua uiderentur. Vbi eſt Romam uentum, in Capitolio ei ſenatus datus eſt. ibi cum T. Manlius conſul egiſſet cum eis ex auctoritate patrum, ne Samnitibus foederatis bellum inferrent: Annius, tamquam uictor armis Capitolium cepiſſet, non legatus iure gentium tutus loqueretur, Tempus erat, inquit, T. Manli, uoſq. patres conſcripti, tandem iam uos nobiſcum
D nihil pro imperio agere, cum florentiſſimum deum benignitate nunc Latium armis uiriſque, Samnitibus bello uictis, Sidicinis Campaniſq. ſocijs, nunc etiam Volſcis adiunctis, uideretis; colonias quoque ueſtras Latinum Romano praetuliſſe imperium. ſed quoniam uos, regno impotenti finem ut imponatis, non inducitis in animum: nos, quamquam armis poſſumus aſſerere Latium in libertatem, conſanguinitati tamen hoc dabimus, ut condiciones pacis feramus aequas utriſque; quando uires quoque aequari dijs immortalibus placuit. Conſulem alterum Roma, alterum ex Latio creari oportet: ſenatus partem aequã ex utraque gente eſſe: unum populum, unam remp. fieri. &, ut imperij eadem ſedes ſit, idemq. omnibus nomen: quoniam ab alterutra parte concedi neceſſe eſt; quod utriſque bene uertat, ſit haec ſane patria potior, & Romani omnes uocemur. Forte ita accidit, ut
E parem ferociae huius & Romani conſulem T. Manlium haberent: qui adeo non tenuit iram, ut, ſi tanta dementia patres conſcriptos cepiſſet, ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in ſenatum uenturum ſe eſſe palam diceret, & quemcumque in curia Latinum uidiſſet, ſua manu interempturum. & conuerſus ad ſimulacrum Iouis, Audi Iuppiter haec ſcelera, inquit, audite ius faſque. peregrinos conſules, & peregrinum ſenatum in tuo Iuppiter augurato templo captus, atque ipſe oppreſſus, uiſurus es? haeccine foedera Tullus Romanus rex cum Albanis patribus ueſtris Latini, haec L. Tarquinius uobiſcum poſtea fecit? non uenit in mentem pugna apud Regillum lacum? adeo & cladium ueſtrarum ueterum, & beneficiorum noſtrorum erga uos, obliti eſtis? Cum conſulis uocem ſubſecuta patrum indignatio eſſet, proditur memoriae, aduerſus crebram imploratio

nem deum, quos teſtes foederum ſaepius inuocabant conſules, uocem Annij ſpernentis F
numina Iouis Romani auditam. certe cum commotus ira ſe ab ueſtibulo templi citato gradu proriperet, lapſus per gradus, capite grauiter offenſo impactus imo ita eſt ſaxo, ut ſopiretur. exanimatum, auctores quoniam non omnes ſunt, mihi quoque in incerto relictum ſit; ſicut inter foederum ruptorum teſtationem ingenti fragore caeli procellam effuſam. nam & uera eſſe, & apte ad repraeſentandam iram deum ficta poſſunt. Torquatus miſſus ab ſenatu ad dimittendos legatos, cum iacentem Annium uidiſſet, exclamat ita, ut populo patribuſq. audita uox pariter ſit: Bene habet. dij pium mouete bellum. eſt caeleſte numen: es magne Iuppiter: haud fruſtra te patrem deum hominumq. hac ſede ſacrauimus. Quid ceſſatis Quirites, uoſq. patres conſcripti arma capere dijs ducibus? ſic ſtratas legiones Latinorum dabo, quemadmodum legatum iacentem uidetis. Aſſenſu populi excepta uox conſulis, tantum ardoris animis fecit, ut legatos proficiſcentes cura magi- G
ſtratuum magis, qui iuſſu conſulis proſequebantur, quam ius gentium ab ira impetuq. hominum tegeret. Conſenſit & ſenatus bellum, conſuleſque, duobus ſcriptis exercitibus, per Marſos Pelignoſq. profecti, adiuncto Samnitium exercitu, ad Capuam, quo iam Latini ſocijq. conuenerant, caſtra locant. ibi in quiete utrique conſuli eadem dicitur uiſa ſpecies uiri maioris, quam pro humano habitu, auguſtioriſque, dicentis, Ex una acie imperatorem, ex altera exercitum dijs Manibus matriq. Terrae deberi: utrius exercitus imperator legiones hoſtium, ſuperq. eas ſe deuouiſſet, eius populi partiſq. uictoriam fore. Hos ubi nocturnos uiſus inter ſe conſules contulerunt; placuit auerruncandae deum irae uictimas caedi; ſimul ut ſi extis eadem, quae ſomno uiſa fuerant, portenderentur, alteruter conſulum fata impleret. ubi reſponſa haruſpicum inſidēti iam animo tacitae religioni cōgruerunt, tum adhibitis legatis tribuniſque, & imperijs deum propalam expoſitis, ne mors uo- H
luntaria conſulis exercitum in acie terreret; comparant inter ſe, ut ab utra parte cedere Romanus exercitus coepiſſet, inde ſe conſul deuoueret pro populo R. Quiritibuſque. Agitatum etiam in concilio eſt, ut, ſi quando unquam ſeuero ullum imperio bellum adminiſtratum eſſet, tunc uti diſciplina militaris ad priſcos redigeretur mores. curam acuebat, quod aduerſus Latinos bellandum erat, lingua, moribus, armorum genere, inſtitutis ante omnia militaribus congruentes. milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis compares collegaeque, ijſdem praeſidijs, ſaepe ijſdem manipulis permiſti fuerāt. per haec ne quo errore milites caperentur, edicunt conſules, ne quis extra ordinem in hoſtem pugnaret. Forte inter ceteros turmarum praefectos, qui exploratum in omnes partes dimiſſi erant, T. Manlius conſulis filius ſuper caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus euaſit, ut uix teli iactu ab ſtatione proxima abeſſet. ibi Tuſculani erant equites. praeerat Geminius I
Metius, uir tum genere inter ſuos, tum factis clarus. is ubi Romanos equites, inſignemq. inter eos praecedentem conſulis filium (nam omnes inter ſe utique, illuſtres uiri noti erāt) cognouit, Vnane, ait, turma Romani cum Latinis ſocijſq. bellum geſturi eſtis? quid interea conſules, quid duo exercitus conſulares agent? Aderunt in tempore, Manlius inquit, & cū illis aderit Iuppiter ipſe foederum a uobis uiolatorum teſtis, qui plus poteſt, polletque. Si ad Regillum lacum ad ſatietatem ueſtram pugnauimus, hic quoque efficiemus profecto, ne quid minus, quam acies uobis, & collata ſigna nobiſcum, cordi ſint. Ad ea Geminius paullulum ab ſuis equo prouectus, Viſne igitur, dum dies iſta uenit, qua magno conatu exercitus moueatis, interea tu ipſe congredi mecum, ut noſtro duorū iam hinc euētu cernatur, quantum eques Latinus Romano praeſtet? Mouet ferocem animum iuuenis ſeu ira, ſeu detrectandi certaminis pudor, ſeu inexſuperabilis uis fati. oblitus itaque impe- K
rij patrij, conſulumq. edicti, praeceps ad id certamen agitur, quo uinceret, an uinceretur, haud multum intereſſet. equitibus ceteris uelut ad ſpectaculum ſummotis, ſpatio, quod uacui interiacebat cāpi, aduerſos concitant equos: & cum infeſtis cuſpidibus concurriſſent, Manlij cuſpis ſuper galeam hoſtis Metij trans ceruicem equi elapſa eſt. circumactis deinde equis, cum prior ad iterandum ictum Manlius conſurrexiſſet, ſpiculum inter aures equi fixit. ad cuius uulneris ſenſum cum equus prioribus pedibus erectis magna ui caput quateret, excuſſit equitem: quem cuſpide parmaq. innixum, attollentem ſe a graui caſu, Manlius ab iugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terrae affixit. ſpolijſq. lectis ad ſuos reuectus, cum ouante gaudio turma, in caſtra, atque inde ad praetorium ad patrem tendit,

ignarus

A ignarus facti, futurique, laus an poena merita eſſet. Vt me omnes, inquit, pater, tuo ſanguĩne ortum uere ferrent, prouocatus equeſtria haec ſpolia capta ex hoſte caeſo porto. Quod ubi audiuit conſul, extemplo filium auerſatus, concionem claſſico uocari iuſſit. quae ubi frequens conuenit; Quandoquidem, inquit, tu T. Manli neque imperium conſulare, neque maieſtatem patriam ueritus, aduerſus edictum noſtrum, extra ordinem in hoſtem pugnaſti, &, quantum in te fuit, diſciplinam militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana res, ſoluiſti; meq. in eam neceſſitatem adduxiſti, ut aut reip. mihi, aut mei, meorumq. obliuiſcendum ſit: nos potius noſtro delicto plectemur, quam reſp. tanto ſuo damno noſtra peccata luat. triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre iuuentuti erimus. me quidem cum ingenita caritas liberum, tum ſpecimen iſtud uirtutis, deceptum uana imagine decoris, in te mouet: ſed cum aut morte tua ſancienda ſint conſulum imperia, aut impunitate in perpe-

B tuum abroganda; nec te quidem, ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt, recuſare cenſeam, quin diſciplinã militarem, culpa tua prolapſam, poena reſtituas. I lictor, deliga ad palum. Exanimati omnes tam atroci imperio; nec aliter, quam in ſe, quiſque diſtrictam cernentes ſecurim, metu magis, quam modeſtia, quieuere. itaque, uelut emerſo ab admiratione animo, cum ſilentio defixi ſtetiſſent; repente, poſtquã ceruice caeſa fuſus eſt cruor, tum libero conqueſtu coortae uoces ſunt, ut neque lamentis, neque exſecrationibus parceretur; ſpolijsq. contectum iuuenis corpus, quantum militaribus ſtudijs funus ullum concelebrari poteſt, ſtructo extra uallum rogo cremaretur; Manlianaque imperia non in praeſentia modo horrenda, ſed exempli etiam triſtis in poſterum eſſent. Fecit tamen atrocitas poenae obedientiorem duci militem: & praeterquam quod cuſtodiae, uigiliaeque, & ordo ſtationum intentioris ubique curae erãt, in ultimo etiam certamine, cum deſcenſum

C in aciem eſt, ea ſeueritas profuit. Fuit autem ciuili maxime bello pugna ſimilis. adeo nihil apud Latinos diſſonum ab Romana rep. praeter animos, erat. Clypeis antea Romani uſi ſunt: deinde, poſtquam ſtipendiarij facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere: &, quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies coepit eſſe. poſtremo in plures ordines inſtruebantur. ordo ſexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat. Prima acies haſtati erant, manipuli quindecim, diſtantes inter ſe modicum ſpatium. manipulus leues uicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. leues autem, quia haſtam tantum geſaq. gererent, uocabantur. haec prima frons in acie florem iuuenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde aetas totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen, hos ſequebantur ſcutati omnes, inſignibus maxime armis. hoc XXX manipulorum agmen antepilanos appellabant; quia ſub ſignis

D iam alij quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat, earum unamquamque primum pilum uocabant. tribus ex uexillis conſtabat. uexillum CLXXXVI homines erant. primum uexillum triarios ducebat, ueteranum militem ſpectatae uirtutis: ſecundum rorarios, minus roboris aetate factiſque: tertium accẽſos, minimae fiduciae manum; eo & in poſtremam aciem reijciebantur. Vbi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omnium primi pugnam inibant. ſi haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat, haſtati ſequebantur. triarij ſub uexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſuberecta cuſpide in terra fixas, haud ſecus, quam uallo ſaepta inhorreret acies, tenentes. ſi apud principes quoque haud ſatis proſpere eſſet pugnatũ, a prima acie ad triarios ſenſim referebantur. Vnde, rẽ ad triarios rediſ-

E ſe, cũ laboratur, prouerbio increbruit. triarij conſurgentes, ubi in interualla ordinũ ſuorũ principes & haſtatos recepiſſent, extemplo compreſſis ordinibus uelut claudebant uias: unoq. continenti agmine, iã nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incedebant. id erat formidoloſiſſimum hoſti, cum, uelut uictos inſecuti, nouam repente aciem exſurgentem, auctam numero cernebant. Scribebantur autem quattuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecenis. alterumtantum ex Latino delectu adijciebatur: qui ea tempeſtate hoſtes erant Romanis, eodemq. ordine inſtruxerant aciem. nec uexilla cum uexillis tantum, uniuerſi haſtati cum haſtatis, principes cum principibus, ſed centurio quoque cum centurione, ſi ordines turbati non eſſent, concurrendum ſibi eſſe ſciebat. Duo primi pili ex utraque acie inter triarios erant; Romanus corpore haudquaquam ſa-

tis ualidus, ceterum ſtrenuus uir, peritusq. militiae; Latinus uiribus ingens, bellatorque primus; notiſſimi inter ſe, quia ſemper pares ordines duxerant. Romano haud ſatis fidenti uiribus, iam Romae permiſſum erat ab conſulibus, ut ſubcenturionem ſibi, quem uellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno deſtinato hoſte. isq. iuuenis in acie oblatus, ex centurione Latino uictoriam tulit. Pugnatum eſt haud procul radicibus Veſuuij montis, qua uia ad Veſerim ferebat. Romani conſules prius, quam educerent in aciem, immolauerunt. Decio caput iecinoris a familiari parte caeſum haruſpex dicitur oſtendiſſe: alioquin acceptam dijs hoſtiam eſſe: Manlium egregie litaſſe. Atqui bene habet, inquit Decius, ſi ab collega proſpere litatum eſt. Inſtructis, ſicut ante dictum eſt, ordinibus, proceſſere in aciē. Manlius dextro, Decius laeuo cornu praeerat. Primo utrimque aequis uiribus, eodem ardore animorum gerebatur res: deinde ab laeuo cornu haſtati Romani nō ferentes impreſſionem Latinorum, ſe ad principes recepere. In hac trepidatione Decius conſul M. Valerium magna uoce inclamat: Deorum, inquit, ope Valeri opus eſt. agedum pontifex publicus populi R. praei uerba, quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex eum togam praetextam ſumere iuſſit, & uelato capite, manu ſubter togam ad mentum exerta, ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantem ſic dicere. Iane, Iuppiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouenſiles, dij Indigetes, diui, quorum eſt poteſtas noſtrorum, hoſtiumque, dijq. Manes, uos precor, ueneror, ueniam peto, feroque; uti populo R. Quiritium uictoriamq. proſperetis; hoſteſq. populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteq. afficiatis. Sicut uerbis nuncupaui, ita pro rep. Quiritium, exercitu, legionibus, auxilijs populi R. Quiritium, legiones, auxiliaq. hoſtium mecum dijs Manibus, Tellurīq. deuoueo. Haec ita precatus, lictores ire ad T. Manlium iubet, matureq. collegae ſe deuotum pro exercitu nunciaret. ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit; ac ſe in medios immiſit. Conſpectus ab utraque acie aliquanto auguſtior humano uiſu, ſicut caelo miſſus piaculum omnis deorum irae, qui peſtem ab ſuis auerſam in hoſtes ferret. ita omnis terror pauorq. cum illo latus, ſigna primo Latinorum turbauit; deinde in totam penitus aciem peruaſit. euidentiſſimum id fuit, quod, quacumque equo inuectus eſt, ibi haud ſecus, quam peſtifero ſidere icti, pauebant. ubi uero corruit obrutus telis, inde iam haud dubie conſternatae cohortes Latinorum fugam, ac uaſtitatem late fecerunt. ſimul & Romani, exſolutis religione animis, uelut tum primum ſigno dato coorti, pugnam integram ediderunt. nam & rorarij procurrebant inter antepilanos, addiderantq. uires haſtatis ac principibus: & triarij genu dextro innixi, nutum conſulis ad conſurgendum exſpectabant. Procedente deinde certamine, cum alijs partibus multitudo ſuperaret Latinorum, Manlius conſul, audito euentu collegae, cum, ut ius faſque erat, lacrymis non minus, quam laudibus debitis, proſecutus tam memorabilem mortem eſſet; paullisper addubitauit, an conſurgendi iam triarijs tempus eſſet: deinde, melius ratus integros eos ad ultimum diſcrimen ſeruari, accenſos ab nouiſſima acie ante ſigna procedere iubet. qui ubi ſubiere, extemplo Latini, tamquam idem aduerſarij feciſſent, triarios ſuos excitauerunt: qui aliquandiu pugna atroci cum & ſemet ipſi fatigaſſent, & haſtas aut praefregiſſent aut hebetaſſent, pellerent ui tamen hoſtem, debellatum iam rati, perueniuntq. ad extremam aciem: tum conſul triarijs, Conſurgite nunc, inquit, integri aduerſus feſſos, memores patriae parētumque, & coniugum ac liberorum, memores conſulis pro ueſtra uictoria morte occumbentis. Vbi Triarij conſurrexerunt integri, refulgentibus armis, noua ex improuiſo exorta acies, receptis in interualla ordinum antepilanis, clamore ſublato, principia Latinorum perturbant; haſtiſq. ora fodientes, primo robore uirorum caeſo, per alios manipulos, uelut inermes, prope intacti euaſere; tantaq. caede perrupere cuneos, ut uix quartam partem relinquerent hoſtium. Samnites quoque, ſub radicibus montis procul inſtructi, praebuere terrorem Latinis. Ceterū inter omnes ciues ſocioſq. praecipua laus eius belli penes conſules fuit: quorum alter omnes minas periculaq. ab deis ſuperis inferiſque in ſe unum uertit: alter ea uirtute, eoq. conſilio in proelio fuit, ut facile conuenerit inter Romanos, Latinoſque, qui eius pugnae memoriam poſteris tradiderunt, utrius partis T. Manlius dux fuiſſet, eius futurā haud dubie fuiſſe uictoriā. Latini ex fuga ſe Minturnas contulerunt. caſtra ſecundū proeliū capta, multiq. mortales ibi uiui oppreſſi, maxime Campani. Decij corpus ne eo die inueniretur, nox quaerentes oppreſſit: poſtero die inuentum inter

F (beside line 1), G (beside "ferentes impreſſionem"), H (beside "uotum pro exercitu"), I (beside "tinorum, Manlius conſul"), K (beside "cipia Latinorum perturbant")

ter

A ter maximam hoſtium ſtragem coopertum telis: funuſq. par morti, celebrante collega, factum. Illud adijciendum uidetur, licere conſuli, dictatorique, & praetori, cum legiones hoſtium deuoueat; non utique ſe, ſed quem uelit ex legione Romana ſcripta ciuem deuouere: ſi is homo, qui deuotus eſt, moritur, probe factum uideri: ni moritur tum ſignũ ſeptem pedes altum, aut maius, in terram defodi, & piaculum hoſtiã caedi: ubi illud ſignũ defoſſum erit, eo magiſtratum Romanum deſcendere fas non eſſe. ſin autem ſeſe deuouere uolet, ſicuti Decius deuouit: ni moritur, neque ſuum, neque publicum diuinum pure faciet, qui ſeſe deuouerit. Vulcano arma, ſiue cui alij diuo uouere uolet; ſiue hoſtia, ſiue quo alio uolet; ius eſt. telo, ſuper quod ſtans conſul precatus eſt, hoſtem potiri fas non eſt: ſi potiatur, Marti ſuouetaurilibus piaculum fieri. Haec, etſi omnis diuini humaniq. moris memoria aboleuit, noua peregrinaq. omnia priſcis ac patrijs praeferendo; haud ab re

B duxi, uerbis quoque ipſis, ut tradita nuncupataq. ſunt, referre. Romanis, poſt proelium demum factum, Samnites ueniſſe ſubſidio; exſpectato euentu pugnae, apud quoſdam auctores inuenio. Latinis quoque ab Lauinio auxilium, dum deliberando terunt tempus, uictis demum ferri coeptum. & cum iam portis prima ſigna, & pars agminis eſſet egreſſa, nuncio allato de clade Latinorum, cum, conuerſis ſignis, retro in urbem rediretur, praetorem eorum, nomine Milionium, dixiſſe ferunt, pro paullula uia magnam mercedem Romanis eſſe ſoluendam. qui Latinorum pugnae ſuperfuerant, multis itineribus diſſipati, cum ſe in unum conglobaſſent, Veſcia urbs eis receptaculum fuit. ibi in conſilijs Numicius, imperator eorum, affirmando communem uere Martem belli utramque aciem pari caede proſtrauiſſe, uictoriaq. nomen tantum penes Romanos eſſe, ceteram pro uictis fortunam & illos gerere: funeſta duo conſulum praetoria, alterum parricidio filij, alterum conſulis

C deuoti caede; trucidatum exercitum omnem; caeſos haſtatos, principeſque; ſtragem & ante ſigna, & poſt ſigna factam; triarios poſtremo rem reſtituiſſe: Latinorum etſi pariter acciſae copiae ſint, tamen ſupplemento uel Latium propius eſſe, uel Volſcos, quam Romam: itaque, ſi uideatur eis, ſe, ex Latinis & ex Volſcis populis iuuentute propere excita, rediturum infeſto exercitu Capuam eſſe; Romanoſque nihil tum minus, quam proelium, exſpectantes, nec opinato aduentu perculſurum. Fallacibus litteris circa Latium nomenque Volſcum miſſis, quia qui non interfuerunt pugnae, ad credendum temere faciliores erant, tumultuarius undique exercitus raptim conſcriptus conuenit. Huic agmini Torquatus conſul ad Triſanum (inter Sinueſſam Minturnaſque is locus eſt) occurrit. prius quam caſtris locus caperetur, ſarcinis utrimque in aceruum coniectis, pugnatum, debellatumque eſt. adeo enim acciſae res ſunt, ut conſuli, uictorem exercitum ad populandos

D agros eorum ducenti, dederent ſe omnes Latini, deditionemq. eam Campani ſequerentur. Latini, Capuaq. agro multati. Latinus ager, Priuernati addito agro, & Falernus, qui populi Campani fuerat, uſque ad Vulturnum flumen plebi Romanae diuiditur. bina in Latino iugera, ita ut dodrantem ex Priuernati complerent, data, terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis. Extra poenam fuere Latinorum Laurentes, Campanorumq. equites; quia non defeciuerant. Cum Laurentibus renouari foedus iuſſum. renouaturq. ex eo quotannis poſt diem decimam Latinarum. Equitibus Campanis ciuitas data: monumentoq. ut eſſet, aeneam tabulam in aede Caſtoris Romae fixerunt. Vectigal quoque eis Campanus populus iuſſus pendere in ſingulos quotannis (fuere autem mille, & ſexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenos. Ita bello geſto, praemijs poenaq. pro cuiuſque merito perſolutis, T. Manlius Romam redijt: cui uenienti ſeniores tantum obuiam exiſſe conſtat; iuuentutem & tunc, & omni uita deinde, auerſatam eum,

E exſecratamque. Antiates in agrum Oſtienſem, Ardeatem, Solonium incurſiones fecerunt. Manlius conſul quia ipſe per ualetudinem id bellũ exſequi nequierat, dictatorem L. Papirium Craſſum, qui tum forte erat praetor, dixit. ab eo magiſter equitum L. Papirius Curſor dictus. Nihil memorabile aduerſus Antiates ab dictatore geſtum eſt, cum aliquot mẽſes ſtatiua in agro Antiati habuiſſet. Anno inſigni uictoria de tot ac tam potentibus populis, ad hoc cõſulum alterius nobili morte, alterius ſicut truci, ita claro ad memoriam imperio, ſucceſſere conſules Ti. Aemilius Mamercinus, & Q. Publilius Philo, neque in ſimilem AN. 416.
materiã rerum, & ipſi aut ſuarũ rerum, aut partium in rep. magis, quam patriae, memores. Latinos ob iram agri amiſſi rebellantes in campis Fenectanis fuderunt, caſtriſq. exuerunt.

ibi Publilio, cuius ductu auſpicioq. res geſtae erant, in deditionem accipiente Latinos po- F
pulos, quorum ibi iuuentus caeſa erat; Aemilius ad Pedum exercitum duxit. Pedanos tue
batur Tiburs, Praeneſtinus, Veliternuſq. populus. Venerant & ab Lauinio Antioq. auxi-
lia. ubi cum proelijs quidem ſuperior Romanus eſſet; ad urbem ipſam Pedum, caſtraq. ſo-
ciorum populorum, quae urbi adiuncta erant, integer labor reſtaret: bello infecto repente
omiſſo, conſul, quia collegae decretum triumphum audiuit, ipſe quoque triumphi ante
uictoriam flagitator Romam redijt. qua cupiditate offenſis patribus, negantibuſque,
niſi Pedo capto aut dedito, triumphum, hinc alienatus ab ſenatu Aemilius, ſeditioſis tri-
bunatibus ſimilem deinde conſulatum geſſit. nam neque, quoad fuit conſul, criminari
apud populum patres deſtitit, collega haudquaquam aduerſante; quia & ipſe de plebe
erat: (materiam autem praebebat criminibus ager in Latino Falernoq. agro maligne ple-
bi diuiſus) & poſtquam ſenatus, finire imperium conſulibus cupiens, dictatorem aduerſus G
rebellantes Latinos dici iuſſit; Aemilius, cui tum faſces erant, collegam dictatorem dixit:
ab eo magiſter equitum Iunius Brutus dictus. Dictator popularis, & orationibus in patres
criminoſis, fuit, & quod tres leges ſecundiſſimas plebi, aduerſas nobilitati, tulit; unam, ut
plebiſcita omnes Quirites tenerent; alteram, ut legum, quae comitijs centuriatis ferren-
tur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent; tertiam, ut alter utique ex plebe;
cum eo uentum ſit, ut utrumque plebeium conſulem fieri liceret, cenſor crearetur. Plus
eo anno domi acceptum cladis ab conſulibus, ac dictatore, quam ex uictoria eorum, bel-
An.417. licisq. rebus foris auctum imperium patres credebant. Anno inſequenti, L. Furio Ca-
millo, C. Maenio conſulibus, quo inſignius omiſſa res Aemilio, ſuperioris anni conſuli,
exprobraretur, Pedum armis uiriſq. & omni ui expugnandum ac delendum ſenatus fre-
mit: coactiq. noui conſules omnibus eam rem praeuerti, proficiſcuntur. Iam Latio is ſta- H
tus erat rerum, ut neque bellum, neque pacem pati poſſent. ad bellum opes deerant: pacē
ob agri adempti dolorem aſpernabantur. medijs conſilijs ſtandum uidebatur, ut opidis
ſe tenerent; ne laceſſitus Romanus cauſſam belli haberet; &, ſi cuius opidi obſidio nuncia-
ta eſſet, undique ex omnibus populis auxilium obſeſſis ferretur. neque tamen niſi admo-
dum a paucis populis Pedani adiuti ſunt. Tiburtes, Praeneſtinique, quorum ager propior
erat, Pedum peruenere. Aricinos, Lauinioſque, & Veliternos Antiatibus Volſcis ſe con-
iungentes ad Sturam flumen Maenius improuiſo adortus fudit. Camillus ad Pedum cum
Tiburtibus maxime ualido exercitu, maiore mole, quamquam aeque proſpero euētu, pu-
gnat. Tumultum maxime repentina inter proelium eruptio opidanorū fecit: in quos par-
te exercitus conuerſa, Camillus non compulit ſolum eos intra moenia, ſed eodem etiā die
cum ipſos auxiliaq. eorum perculiſſet, opidum ſcalis cepit. Placuit inde, iam maiore co- I
natu animoq. ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium uictorem circumdu
cere exercitum. nec quieuere ante, quam, expugnando, aut in deditionem accipiendo ſin-
gulas urbes, Latium omne ſubegere. praeſidijs inde diſpoſitis per recepta opida, Romam
ad deſtinatum omnium conſenſu triumphum deceſſere. additus triumpho honos, ut ſta-
tuae equeſtres eis, rara illa aetate res, in foro ponerentur. Prius quam comitijs in inſequen
tem annum conſules rogarent, Camillus de Latinis populis ad ſenatum retulit, atque ita
diſſeruit. Patres conſcripti, quod bello armisq. in Latio agendum fuit, id iam deum be-
nignitate, ac uirtute militum ad finem uenit. caeſi ad Pedum Sturamq. ſunt exercitus ho-
ſtium: opida Latina omnia, & Antium ex Volſcis, aut ui capta, aut recepta in deditionem,
praeſidijs tenentur ueſtris. reliqua conſultatio eſt, quoniam rebellando ſaepius nos ſolici
tant, quonam modo perpetua pace quietos obtineamus. Dij immortales ita uos poten- K
tes huius conſilij fecerunt, ut ſit Latium deinde, an non ſit, in ueſtra manu poſuerint. itaq.
pacem uobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum uel ſaeuiendo, uel ignoſcen-
do poteſtis. uultis crudeliter conſulere in deditos, uictoſque? licet delere omne Latium;
uaſtas inde ſolitudines facere, unde ſociali egregio exercitu per multa bella magnaq. ſae-
pe uſi eſtis. uultis exemplo maiorum augere rem Romanam, uictos in ciuitatem accipien-
do? materia creſcendi per ſummā gloriam ſuppeditat. certe id firmiſſimum longe impe-
rium eſt, quo obedientes gaudent. ſed maturato opus eſt; quidquid ſtatuere placet. tot
populos inter ſpem metumq. ſuſpenſos animi habetis. & ueſtram utique de eis curam
quamprimum abſolui, & illorum animos, dum exſpectatione ſtupent, ſeu poena, ſeu bene-

ficio

A ficio praeoccupari oportet. noſtrum enim fuit efficere, ut omnium rerum uobis ad conſulendum poteſtas eſſet: ueſtrum eſt decernere, quod optimum uobis, reiq. publicae ſit. Principes ſenatus relationem conſulis de ſumma rerum laudare; ſed, cum aliorum cauſſa alia eſſet, ita expediri poſſe conſilium dicere, ut pro merito cuiuſque ſtatueretur, ſi de ſingulis nominatim referrent populis. relatum igitur de ſingulis, decretumque. Lanuuinis ciuitas data: ſacraq. ſua reddita cum eo, ut aedes lucuſq. Soſpitae Iunonis communis Lanuuinis municipibus cum populo R. eſſet. Aricini, Nomentanique, & Pedani, eodem iure quo Lanuuini, in ciuitatem accepti. Tuſculanis ſeruata ciuitas, quam habebāt: crimenq. rebellionis a publica fraude in paucos auctores uerſum. In Veliternos, ueteres ciues Romanos, quod toties rebellaſſent, grauiter ſaeuitum: & muri deiecti: & ſenatus inde abductus: iuſſiq. trans Tiberim habitare; ut eius, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, uſque ad
B mille pondo clarigatio eſſet; nec prius, quam aere perſoluto, is, qui cepiſſet, extra uincula captum haberet. In agrum ſenatorum coloni miſſi: quibus adſcriptis, ſpeciem antiquae frequentiae Velitrae receperunt. Et Antium noua colonia miſſa, cum eo, ut Antiatibus permitteretur, ſi & ipſi adſcribi coloni uellent. naues inde longae abactae: interdictumq. mari Antiati populo eſt, & ciuitas data. Tiburtes Praeneſtiniq. agro multati, neque ob recens tantum rebellionis, commune cum alijs Latinis, crimen, ſed quod, taedio imperij Romani, cum Gallis, gente efferata, arma quondam conſociaſſent. Ceteris Latinis populis connubia, commerciaque, & conſilia inter ſe ademerunt. Campanis equitibus, honoris cauſſa, quia cum Latinis rebellare noluiſſent; Fundaniſque, & Formianis, quod per fines eorum tuta pacataq. ſemper fuiſſet uia, ciuitas ſine ſuffragio data. Cumanos, Sueſſulanoſq. eiuſdem iuris condicioniſque, cuius Capuam, eſſe placuit. Naues Antiatium
C partim in naualia Romae ſubductae, partim incenſae: roſtriſque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit: Roſtraque id templum appellatum. C. Sulpicio Longo, P. Aelio Paeto conſulibus cum omnia non operis magis Romana, quam beneficijs parta gratia, bona pace obtineret; inter Sidicinos Auruncoſque bellum ortum. Aurunci a T. Manlio conſule in deditionem accepti, nihil deinde mouerant: eo petendi auxilij ab Romanis cauſſa iuſtior fuit. ſed prius, quam conſules ab urbe (iuſſerat enim ſenatus defendi Auruncos) exercitum educerent, fama affertur, Auruncos metu opidum deſeruiſſe; profugoſque cum coniugibus ac liberis Sueſſam commeaſſe: quae nunc Aurunca appellata; moenia antiqua eorum, urbemque ab Sidicinis deletam. Ob ea infenſus conſulibus ſenatus, quorum cunctatione proditi ſocij eſſent, dictatorem dici iuſſit. dictus C. Claudius Regillenſis, magiſtrum equitum C. Claudium Hortatorem dixit. Re-
D ligio inde iniecta de dictatore: & cum augures uitio creatum uideri dixiſſent, dictator, magiſterque equitum ſe magiſtratu abdicarunt. Eo anno Minucia Veſtalis ſuſpecta primo propter mundiorem iuſto cultum, inſimulata deinde apud pontifices ab indice ſeruo: cum decreto eorum iuſſa eſſet ſacris abſtinere, familiamque in poteſtate habere; facto iudicio, uiua ſub terram ad portam Collinam dextra uia ſtratam defoſſa ſcelerato campo. credo ab inceſtu id ei loco nomen factum. Eodem anno Q. Publilius Philo praetor primum de plebe, aduerſante Sulpicio cōſule, qui negabat rationem eius ſe habiturum, eſt factus: ſenatu, cum in ſummis imperijs id non obtinuiſſet, minus in praetura tendente. Inſequens annus, L. Papirio Craſſo, K. Duilio conſulibus, Auſonum magis nouo, quam magno bello fuit inſignis. Ea gens Cales urbem incolebat: Sidicinis finitimis arma coniunxerat: unoq. proelio haud ſane memorabili duorum populorum exercitus fuſus, pro-
E pinquitate urbium & ad fugam pronior, & in fuga ipſa tutior fuit. nec tamen omiſſa eius belli cura patribus: quia toties iam Sidicini aut ipſi mouerant bellum, aut mouentibus auxilium tulerant, aut cauſſa armorum fuerant. itaque omni ope annixi ſunt, ut maximum ea tempeſtate imperatorem M. Valerium Coruum conſulem quartum facerent. collega additus Coruo M. Atilius Regulus. et, ne forte caſu erraretur, petitum ab conſule, ut extra ſortem Corui ea prouincia eſſet. Exercitu uictore a ſuperioribus conſulibus accepto, ad Cales, unde bellum ortum erat, profectus, cum hoſtes, ab ſuperioris etiam certaminis memoria pauidus, clamore atque impetu primo fudiſſet, moenia ipſa oppugnare eſt aggreſſus. & militum quidem is erat ardor, ut iam inde cum ſcalis ſuccedere ad muros uellent, euaſuroſq. contenderent. Coruus, quia id arduum factu erat, labore militum po-

tius,

tius, quam periculo, peragere inceptum uoluit. itaque aggerem & uineas egit, turreſque F
muro admouit: quarum uſum forte oblata opportunitas praeuertit. namque M. Fabius, ca-
ptiuus Romanus, cum per negligentiam cuſtodum feſto die uinculis ruptis per murum in-
ter opera Romanorum, religata ad pinnam muri reſte ſuſpenſus manibus ſe demiſiſſet, per-
pulit imperatorem, ut uino epuliſque ſopitos hoſtes aggrederetur. nec maiore certamine
capti cum urbe Auſones ſunt, quam acie fuſi erant. praeda capta ingens eſt: praeſidioq. im-
poſito Calibus, reductae Romam legiones. Conſul ex ſenatuſconſulto triumphauit: & ne
Atilius expers gloriae eſſet, iuſſi ambo conſules aduerſus Sidicinos ducere exercitum, di-
ctatorem ante ex ſenatuſconſulto comitiorum habendorum cauſſa dixerunt L. Aemilium
Mamercum: is magiſtrum equitum Q. Publilium Philonem dixit. Dictatore comitia ha-
bente conſules creati ſunt T. Veturius, Sp. Poſtumius. Etſi belli pars cum Sidicinis reſta-
An.421. bat: tamen, ut beneficio praeuenirent deſiderium plebis, de colonia deducenda Cales re- G
tulerunt: factoq. ſenatuſconſulto, ut duo millia quingenti homines eo ſcriberentur, trium
uiros coloniae deducendae, agroq. diuidundo creauerunt, K. Duilium, T. Quinctium, M.
Fabium. Noui deinde conſules, a ueteribus exercitu accepto, ingreſſi hoſtium fines, po-
pulando uſque ad moenia, atque urbem peruenerunt. ibi, quia, ingenti exercitu compara-
to, Sidicini & ipſi pro extrema ſpe dimicaturi enixe uidebantur, & Samnium fama erat
conciri ad bellum; dictator ab conſulibus ex auctoritate ſenatus dictus P. Cornelius Ru-
finus; magiſter equitum M. Antonius. Religio deinde inceſſit, uitio eos creatos: magi-
ſtratuq. ſe abdicauerunt. & quia peſtilentia inſecuta eſt, uelut omnibus eo uitio contactis
auſpicijs, res ad interregnum redit. ab interregno inito per quinctum demum interregem
An.422. M. Valerium Coruum creati conſules A. Cornelius iterum, & Cn. Domitius. Tranquil-
An.423. lis rebus, fama Gallici belli pro tumultu ualuit, ut dictatorem dici placeret. dictus M. Pa- H
pirius Craſſus, & magiſter equitum P. Valerius Poplicola. a quibus cum delectus inten-
tius, quam aduerſus finitima bella haberetur; exploratores miſſi attulerunt, quieta omnia
apud Gallos eſſe. Samnium quoque iam alterum annum turbari nouis conſilijs, ſuſpectũ
erat. eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non eſt deductus. Ceterum Samnites bel-
lum Alexandri Epirenſis in Lucanos traxit. qui duo populi aduerſus regem, exſcenſio-
nem a Paeſto facientem, ſignis collatis pugnauerunt. eo certamine ſuperior Alexander,
incertum qua fide culturus, ſi perinde cetera proceſſiſſent, pacem cum Romanis fecit.
Eodem anno cenſus actus, nouiq. ciues cenſi: tribus propter eos additae, Maecia & Sca-
ptia: cenſores addiderunt, Q. Publilius Philo, Sp. Poſtumius. Romani facti Acerrani, le-
ge ab L. Papirio praetore lata, qua ciuitas ſine ſuffragio data. Haec eo anno domi militiae-
An.424. que geſta. Foedus inſequens annus ſeu intẽperie caeli, ſeu humana fraude fuit, M. Claudio I
Marcello, C. Valerio conſulibus. Flaccum, Potitumq. uarie in annalibus cognomen con-
ſulis inuenio: ceterum in eo, parui refert, quid ueri ſit. Illud peruelim (nec omnes aucto-
res ſunt) proditum falſo eſſe, uenenis abſumptos, quorum mors infamem annum peſti-
lentia fecerit. ſicut proditur tamen res, ne cui auctorum fidem abrogauerim, exponenda
eſt. Cum primores ciuitatis ſimilibus morbis, eodemq. ferme omnes euentu morerentur;
ancilla quaedam ad Q. Fabium Maximum aedilem curulem, indicaturam ſe cauſſam publi-
cae peſtis profeſſa eſt, ſi ab eo fides ſibi data eſſet, haud futurum noxae indicium. Fabius
confeſtim rem ad conſules, conſules ad ſenatum referunt: conſenſuq. ordinis fides indi-
ci data. Tum patefactum, muliebri fraude ciuitatem premi, matronaſq. ea uenena co-
quere; &, ſi ſequi extemplo uelint, manifeſto deprehendi poſſe. Secuti indicem, & co-
quentes quaſdam medicamenta, & recondita alia inuenerunt. quibus in forum delatis, K
& ad XX matronis, apud quas deprehenſa erant, per uiatorem accitis, duae ex eis Cor-
neſia ac Sergia, patriciae utraque gentis, cum ea medicamenta ſalubria eſſe contenderent,
ab confitante indice bibere iuſſae, ut ſe falſum commentam arguerent, ſpatio ad collo-
quendum ſumpto, cum, ſummoto populo, in conſpectu omnium rem ad ceteras retuliſ-
ſent; haud abnuentibus & illis bibere, epoto medicamento, ſuamet ipſae fraude omnes
interierunt. comprehenſae extemplo earum comites, magnum numerum matronarum in-
dicauerunt: ex quibus ad CLXX damnatae. neque de ueneficijs ante eam diem Romae
quaeſitum eſt. Prodigij ea res loco habita; captiſq. magis mentibus, quam conſceleratis,
ſimilis uiſa. itaque, memoria ex annalibus repetita, in ſeceſſionibus quondam plebis cla-
uum

A uum ab dictatore fixum, alienataſque diſcordia mentes hominum, eo piaculo compotes ſui feciſſe, dictatorem claui figendi cauſſa creari placuit. creatus Cn. Quinctilius, magiſtrum equitum L. Valerium dixit: qui, fixo clauo, magiſtratu ſe abdicarunt. Creati conſules L. Papirius Craſſus iterum, L. Plautius Venno. cuius principio anni legati AN. 425. ex Volſcis Fabraterni & Lucani Romam uenerunt, orantes ut in fidem reciperentur: ſi a Samnitium armis defenſi eſſent, ſe ſub imperio populi R. fideliter, atque obedienter futuros. miſſi tum ab ſenatu legati; denunciatumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus uim abſtinerent. ualuitque ea legatio, non tam quia pacem uolebant Samnites, quam quia nondum parati erant ad bellum. Eodem anno Priuernas bellum initum: cuius ſocij Fundani, dux etiam Fundanus fuit Vitruuius Vaccus, uir non domi ſolum, ſed etiam Romae clarus: aedes fuere in Palatio eius; quae Vacci prata, diruto aedificio, publicatoque ſolo, appellata.

B Aduerſus hunc, uaſtantem effuſe Setinum, Norbanumque, & Coranum agrum, L. Papirius profectus, haud procul caſtris eius conſedit. Vitruuio nec, ut uallo ſe teneret aduerſus ualidiorem hoſtem, ſane conſtare mens; nec, ut longius a caſtris dimicaret, animus ſuppetere. uix tota extra portam caſtrorum explicata acie, fugam magis retro, quam proelium aut hoſtem, ſpectante milite, ſine conſilio, ſine audacia depugnat: & ut leui momento, nec ambigue eſt uictus; ita breuitate ipſa loci, facilique receptu in tam propinqua caſtra, aut aegre militem a multa caede eſt tutatus: nec fere quiſquam in ipſo certamine, pauci in turba fugae extremae, cum in caſtra ruerent, caeſi: primiſque tenebris Priuernum inde petitum agmine trepido, ut muris potius, quam uallo, ſeſe tutarentur. A Priuerno Plautius alter conſul, peruaſtatis paſſim agris, praedaque abacta, in agrum Fundanum exercitum inducit. ingredienti fines ſenatus Fundanorum

C occurrit: negant ſe pro Vitruuio ſectamque eius ſecutis precatum ueniſſe, ſed pro Fundano populo: quem extra culpam belli eſſe, ipſum Vitruuium indicaſſe, cum receptaculum fugae Priuernum habuerit, non patriam, Fundos. Priuerni igitur hoſtes populi R. quaerendos, perſequendoſque eſſe, qui ſimul a Fundanis ac Romanis, utriuſque patriae immemores, defecerint. Fundis pacem eſſe, & animos Romanos, & gratam memoriam acceptae ciuitatis: orare ſe conſulem, ut bellum ab innoxio populo abſtineat: agros, urbem, corpora ipſorum coniugumque, ac liberorum ſuorum in poteſtate populi R. eſſe, futuraque. Collaudatis Fundanis conſul, litteriſque Romam miſſis, in officio Fundanos eſſe, ad Priuernum flexit iter. Prius animaduerſum in eos, qui capita coniurationis fuerant, a conſule, ſcribit Claudius: ad CCCL ex coniuratis uinctos Romam miſſos: eamq. deditionem ab ſenatu non acceptam: quod egentium, atque humilium poena defungi

D uelle Fundanum populum cenſuerint. Priuernum duobus conſularibus exercitibus cum obſideretur. alter conſul comitiorum cauſſa Romam reuocatus. Carceres eo anno in circo primum ſtatuti. Nondum perfunctos cura Priuernatis belli, tumultus Gallici fama atrox inuaſit, haud ferme umquam neglecta patribus. Extemplo igitur conſules noui, L. Aemilius Mamercinus, & C. Plautius eo ipſo die Kal. Quinctilibus, quo magi- AN. 426. ſtratum inierunt, comparare inter ſe prouincias iuſſi: & Mamercinus, cui Gallicum bellum euenerat, ſcribere exercitum ſine ulla uacationis uenia. quin opificum quoque uulgus, & ſellularij, minime militiae idoneum genus, exciti dicuntur: Veioſque ingens exercitus contractus, ut inde obuiam Gallis iretur. longius diſcedi, ne alio itinere hoſtis falleret ad urbem incedens, non placuit. Paucos deinde poſt dies, ſatis explorata temporis eius quiete a Gallis, Priuernum omnis conuerſa uis. duplex inde fama eſt. alij ui ca-

E ptam urbem, Vitruuiumque uiuum in poteſtatem ueniſſe: alij, prius quam ultima adhiberetur uis, ipſos ſe in deditionem conſulis caduceum praeferentes permiſiſſe, auctores ſunt, Vitruuiumque ab ſuis traditum. Senatus de Vitruuio Priuernatibuſque conſultus, conſulem Plautium dirutis Priuerni muris, praeſidioque ualido impoſito, ad triumphum accerſit; Vitruuium in carcerem aſſeruari iuſſit, quoad conſul rediſſet: tum uerberatum necari: aedes eius, quae eſſent in Palatio, diruendas, bona Semoni Sango cenſuerunt conſecranda: quodque aeris ex eis redactum eſt, ex eo aenei orbes facti, poſiti in ſacello Sangi aduerſus aedem Quirini. de ſenatu Priuernate ita decretum, ut, qui ſenator Priuerni poſt defectionem ab Romanis manſiſſet, trans Tiberim lege eadem, qua Veliterni, habitaret. His ita decretis, uſque ad triumphum Plautij ſilentium de Priuernatibus fuit

poſt

poſt triumphum conſul, necato Vitruuio, ſocijſq. eius noxae, apud ſatiatos iam ſupplicijs F
nocentium tutam mentionem de Priuernatibus ratus, Quoniam auctores defectionis, inquit, meritas poenas & ab dijs immortalibus, & a uobis habent, patres conſcripti; quid placet de innoxia multitudine fieri? Equidem, etſi meae partes exquirendae magis ſententiae, quam dicendae, ſunt: tamen, cum uideam Priuernates uicinos Samnitibus eſſe, unde nunc nobis incertiſſima pax eſt; quamminimum irarum inter nos illoſq. relinqui uelim. Cum ipſa per ſe res anceps eſſet, prout cuiuſque ingenium erat, atrocius mitiuſue ſuadentibus: tum incertiora omnia unus ex Priuernatibus legatis fecit, magis condicionis, in qua natus eſſet, quam praeſentis neceſſitatis memor: qui interrogatus a quodam triſtioris ſententiae auctore, quam poenam meritos Priuernates cenſeret; eam, inquit, quam merentur, qui ſe libertate dignos cenſent. cuius cum feroci reſponſo infeſtiores factos uideret conſul eos, qui ante Priuernatium cauſſam impugnabant; ut ipſe benigna interrogatione G
mitius reſponſum eliceret, Quid ſi poenam, inquit, remittimus uobis, qualem nos pacem uobiſcum habituros ſperemus? ſi bonam dederitis, inquit, & fidam, & perpetuam: ſi malam, haud diuturnam. Tum uero minari, nec id ambigue, Priuernatem, quidam, & illis uocibus ad rebellandum incitari pacatos populos. pars melior ſenatus ad meliora reſponſa trahere, & dicere, uiri, & liberi, uocem auditam. an credi poſſe, ullum populum, aut hominem denique in ea condicione, cuius eum paeniteat, diutius, quam neceſſe ſit, manſurum? ibi pacem eſſe fidam, ubi uoluntarij pacati ſint: neque eo loco, ubi ſeruitutem eſſe uelint, fidem ſperandam eſſe. In hanc ſententiam maxime conſul ipſe inclinauit animos, identidem ad principes ſententiarum conſulares, uti exaudiri poſſet a pluribus, dicendo, eos demum, qui nihil praeterquam de libertate cogitant, dignos eſſe qui Romani fiant. itaque & in ſenatu cauſſam obtinuere: & ex auctoritate patrum latum ad populum eſt, ut Priuer- H
An. 427. natibus ciuitas daretur. Eodem anno Anxur trecenti in coloniam miſſi ſunt: bina iugera agri acceperunt. Secutus eſt annus nulla re belli domiue inſignis, P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula conſulibus, praeterquam quod Fregellas (Sidicinorum is ager, deinde Volſcorum fuerat) colonia deducta; & populo uiſceratio data a M. Flauio in funere matris. Erant qui, per ſpeciem honorandae parentis, meritam mercedem populo ſolutam, interpretarentur; quod eum, die dicta ab aedilibus, crimine ſtupratae matris familiae, abſoluiſſet. Data uiſceratio in praeteritam iudicij gratiam, honoris etiam ei cauſſa fuit: tribunatuq. plebis, proximis comitijs, abſens ~~praeſentibus~~ praefertur. Palaepolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis ſita eſt. duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erāt oriundi. Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt. Claſſe, qua aduecti ab domo fuerant, multum in ora maris eius, quod accolunt, potuere. primo in inſulas Aenariam I
& Pithecuſas egreſſi, deinde in continentem auſi ſedes transferre. Haec ciuitas cum ſuis uiribus, tum Samnitium infida aduerſus Romanos ſocietate freta, ſiue peſtilētiae, quae Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens, multa hoſtilia aduerſus Romanos agrum Campanum Falernumq. incolentes fecit. igitur, L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone
An. 428. iterum conſulibus, fetialibus Palaepolin ad res repetētdas miſſis, cum relatum eſſet a Graecis, gente lingua magis ſtrenua, quam factis, ferox reſponſum; ex auctoritate patrū, populus Palaepolitanis bellum fieri iuſſit. Inter conſules prouincijs comparatis, bello Graeci perſequendi Publilio euenerunt. Cornelius altero exercitu Samnitibus, ſi qua ſe mouerent, oppoſitus. Fama autem erat, defectioni Campanorum imminentes admoturos caſtra. ibi optimum uiſum Cornelio ſtatiua habere. Ab utroque conſule, exiguam ſpem pacis cum Samnitibus eſſe, certior fit ſenatus. Publilius, duo millia Nolanorum militum, & K
quattuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quam uoluntate Graecorum, recepta Palaepoli miſerat. Cornelius, delectum indictum a magiſtratibus; uniuerſum Samniū erectum; ac uicinos populos, Priuernatem, Fundanumque, & Formianum, haud ambigue ſolicitari. Ob haec cum legatos mitti placuiſſet prius ad Samnites, quam bellum fieret; reſponſum redditur a Samnitibus ferox. Vltro incuſabant iniurias Romanorum: neque eo negligentius ea, quae ipſis obijcerentur, purgabant, haud ullo publico conſilio auxilioue iuuari Graecos: nec Fundanum Formianumue a ſe ſolicitatos: quippe minime paenitere ſe uirium ſuarum, ſi bellum placeat: ceterum non poſſe diſſimulare, aegre pati ciuitatem Samnitium, quod Fregellas, ex Volſcis captas, dirutaſq. ab ſe, reſtituerit Romanus populus,

A Ius,coloniamq. in Samnitium agro impoſuerit, quam coloni eorum Fregellas appellent: eam ſe contumeliam iniuriamque,ni ſibi ab ijs,qui fecerint,dematur, ipſos omni ui depulſuros eſſe. Cum Romanus legatus ad diſceptandum eos ad communes ſocios, atque amicos uocaret,Quid perplexe agimus? inquit. Noſtra certamina,Romani,non uerba legatorum,nec hominum quiſquam diſceptator, ſed campus Campanus, in quo concurrendum eſt,& arma,& communis Mars belli decerneret. proinde inter Capuam Sueſſulamq.caſtra caſtris conferamus; &, Samnis Romanuſne imperio Italiam regat, decernamus. Legati Romanorum cum ſe,non quo hoſtis uocaſſet,ſed quo imperatores ſui duxiſſent, ituros eſſe reſpondiſſent; iam Publilius,inter Palaepolin Neapolimq.loco opportune capto, diremerat hoſtibus ſocietatem auxilij mutui; qua,ut quiſque locus premeretur, inter ſe uſi fuerant. itaque cum & comitiorum dies inſtaret, &, Publilium imminentem hoſtium muris B auocari ab ſpe capiendae in dies urbis, haud e rep.eſſet:actum cum tribunis eſt, ad populū ferrent; ut, cum Publilius Philo conſulatu abiſſet, proconſul rem gereret, quoad debellatum cum Graecis eſſet.L.Cornelio,quia ne eum quidem in Samnium iam ingreſſum reuocari ab impetu belli placebat,litterae miſſae,ut dictatorem comitiorū cauſſa diceret.dixit M. Claudium Marcellum. ab eo magiſter equitum dictus Sp. Poſtumius. nec tamen ab dictatore comitia ſunt habita: quia,uitione creatus eſſet, in diſquiſitionem uenit.conſulti augures,uitioſum uideri dictatorem pronunciauerunt. eam rem tribuni ſuſpectam infamemq.criminando fecerunt. nam neque facile fuiſſe id uitium noſci,cum conſul ineunte nocte ſilentio diceret dictatorem; neque ab conſule cuiquam publice priuatimue de ea re ſcriptum eſſe; nec quemquam mortalium exſtare, qui ſe uidiſſe aut audiuiſſe quid diceat,quod auſpicia dirimeret; neque augures diuinare Romae ſedentes potuiſſe, quid in ca C ſtris conſuli uitij obueniſſet. Cui non apparere,quod plebeius dictator ſit, id uitium auguribus uiſum? Haec, aliaq. ab tribunis nequidquam iactata: tamen ad interregnum res redit: dilatiſq. alia,atque alia de cauſſa comitijs, quartuſdecimus demum interrex L. Aemilius conſules creat C. Poetelium, L. Papirium Mugillanum: Curſorem in alijs annalibus inuenio. Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam; Alexandrumque,Epeiri regem,ab exſule Lucano interfectum, ſortes Dodonaei Iouis euētu affirmaſſe. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acheruſiam aquā, Pandoſiamq. urbem: ibi fatis eius terminum dari. eoq. ocius tranſmiſit in Italiam, ut quammaxime procul abeſſet urbe Pandoſia in Epeiro,& Acheronte amni: quem ex Moloſſide fluentem in ſtagna inferna accipit Theſprotius ſinus. Ceterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur) cum ſaepe Bruttias Lucanaſq. legiones fudiſſet; Heracleam, Tarentinorum colo-D niam, Conſentiam ex Lucanis, Sipontumque, Bruttiorum coloniam Terinam, alias inde Meſſapiorum ac Lucanorum cepiſſet urbes; & trecentas familias illuſtres in Epeirum, quas obſidum numero haberet, miſiſſet, haud procul Pandoſia urbe, imminente Lucanis ac Bruttijs finibus,tres tumulos aliquantum inter ſe diſtantes inſedit; ex quibus incurſiones in omnem partem agri hoſtilis faceret: & ducentos ferme Lucanorum exſules circa ſe pro fidis habebat,ut pleraque eius generis ingenia ſunt,cum fortuna mutabilem gerentes fidem. Imbres continui, campis omnibus inundantes, cum interclusiſſent trifariam exercitum a mutuo inter ſe auxilio;duo praeſidia,quae ſine rege erant,improuiſo hoſtium aduentu opprimuntur; deletiſq. eis, ad ipſius obſidionem omnes conuerſi. inde ab Lucanis exſulibus ad ſuos nuncij miſſi ſunt: pactoq.reditu promiſſum eſt,regem aut uiuum,aut mortuum in poteſtatem daturos. ceterum cum delectis ipſe, egregium facinus auſus, E per medios erumpit hoſtes; & ducem Lucanorum, comminus congreſſum, obtruncat; contrahenſq. ſuos ex fuga palatos, peruenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem uis aquae abſtulerat,indicantem iter. quem cum incerto uado tranſiret agmen,feſſus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis, Iure Acheros uocaris, inquit. quod ubi ad aures accidit regis,adiecit extemplo animum fatis ſuis,ſubſtititque, dubius an tranſiret.Tum Sotimus,miniſter ex regijs pueris, quid in tanto diſcrimine periculi cunctaretur, interrogans, indicat Lucanos inſidijs quaerere locum. quos ubi reſpexit rex procul grege facto uenientes, ſtringit gladium; & per medium amnem tranſmittit equum. iamq. in uadum egreſſum eminus ueruto Lucanus exſul transfigit. lapſum inde cum inhaerente telo corpus exanime detulit amnis in hoſtium praeſidia. ibi foeda lacera

tio

tio corporis facta. namque, praeciſo medio partem Conſentiam miſere: pars ipſis retēta F
ad ludibrium: quae cum iaculis ſaxiſq. procul incefſeretur, mulier una ultra humanarum
irarum fidem ſaeuiēti turbae immiſta, ut parumper ſuſtinerent, precata, flens ait, uirum ſibi
liberoſq. captos apud hoſtes eſſe: ſperare, corpore regio, utcumque mulctato, ſe ſuos re-
dempturam. is finis lacerationi fuit: ſepultumq. Conſentiae, quod membrorum reliquum
fuit, cura mulieris unius: oſſaq. Metapontum ad hoſtes remiſſa, inde Epeirum deuecta ad
Cleopatram uxorem, ſororemq. Olympiadem: quarum mater magni Alexandri altera,
ſoror altera fuit. Haec de Alexandri Epeirenſis triſti euentu, quamquā Romano bello for-
tuna eum abſtinuit, tamen, quia in Italia bella geſſit, paucis dixiſſe ſatis ſit. Eodem anno
lectiſternium Romae, quincto poſt conditam urbem, iiſdem, quibus ante, placandis habi-
tum eſt dijs. Noui deinde conſules iuſſu populi cum miſiſſent, qui indicerent Samnitibus
bellum; & ipſi maiore conatu, quam aduerſus Graecos, cuncta parabant; & alia noua, ni- G
hil tum animo tale agitantibus, acceſſerunt auxilia. Lucani, atque Apuli, quibus gentibus
nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem uenerunt, arma uiroſq. ad bel-
lum pollicentes. foedere ergo in amicitiam accepti. Eodem tempore etiam in Samnio res
proſpere geſta. Tria opida in poteſtatem uenerunt, Allifae, Callifae, Ruffiumque. Ager
primo aduentu conſulum longe lateq. eſt peruaſtatus. Hoc bello tam proſpere commiſ-
ſo, alteri quoque bello, quo Graeci obſidebātur, iam finis aderat; nam, praeterquam quod,
interſaeptis munimentis hoſtium, pars parti abſciſſa erat; foediora aliquanto intra muros
ijs, quibus hoſtis territabat, patiebantur; &, uelut capti a ſuimetipſis praeſidijs, indigna iam
liberis quoque, ac coniugibus, & quae captarum urbium extrema ſunt, patiebantur. itaq.
cum, & a Tarento & a Samnitibus, fama eſſet, noua auxilia uentura: Samnitium plus, quam
uellent, intra moenia eſſe rebantur: Tarētinorum iuuentutē, Graeci Graecos haud minus, H
per quos Samniti Nolanoque, quam ut Romanis hoſtibus reſiſterent, exſpectabant. poſtre
mo leuiſſimum malorum deditio ad Romanos uiſa. Charilaus & Nymphius, principes ci-
uitatis, communicato inter ſe conſilio partes ad rem agendam diuiſere; ut alter ad impe-
ratorem Romanorum transfugeret; alter ſubſiſteret ad praebendam opportunam conſilio
urbem. Charilaus fuit, qui ad Publilium Philonem uenit: &, quod bonum, fauſtum, fe-
lixq. Palaepolitanis, populoq. R. eſſet, tradere ſe ait moenia ſtatuiſſe. eo facto utrum ab ſe
prodita, an ſeruata patria uideatur, in fide Romana poſitum eſſe: ſibi priuatim nec paciſci
quidquam, nec petere: publice petere, quam paciſci, magis; ut, ſi ſucceſſiſſet inceptum, co-
gitaret populus R. potius, cum quanto ſtudio periculoq. reditum in amicitiam ſuam eſſet,
quam qua ſtultitia & temeritate de officio deceſſum. Collaudatus ab imperatore, tria mil
lia militum ad occupandam eam partem urbis, quam Samnites inſidebant, accepit: praeſi I
dio ei L. Quinctius tribunus militum praepoſitus. Eodem tempore & Nymphius praeto-
rem Samnitium arte aggreſſus perpulerat, ut, quoniam omnis Romanus exercitus aut cir-
ca Palaepolim, aut in Samnio eſſet, ſineret ſe claſſe circumuehi ad Romanum agrum, non
oram modo maris, ſed ipſi urbi propinqua loca depopulaturum. ſed ut falleret, nocte pro-
ficiſcendum eſſe, extemploq. naues deducendas. quod quo maturius fieret, omnis iuuen-
tus Samnitium, praeter neceſſarium urbis praeſidiū, ad litus miſſa. ubi dum Nymphius in
tenebris, & multitudine ſemet ipſa impediente, ſedulo alijs alia imperia turbans, terit tem-
pus; Charilaus, ex compoſito ab ſocijs in urbem receptus, cum ſumma urbis Romano mi-
lite impleſſet, tolli clamorem iuſſit: ad quem Graeci, ſigno accepto a principibus, quieuere:
Nolani per aduerſam partem urbis, uia Nolam ferente, effugiunt. Samnitibus excluſis ab
urbe, ut expeditior in praeſentia fuga, ita foedior, poſtquam periculo euaſerunt, uiſa: quip K
pe qui inermes, nulla rerum ſuarum non relicta inter hoſtes, ludibrium non externis mo-
do, ſed etiam popularibus, ſpoliati atque egentes domos rediere. Haud ignarus opinionis
alterius, qua haec proditio ab Samnitibus facta traditur, cum auctoribus hoc dedi, quibus
dignius credi eſt; tum foedus Neapolitanum (eo enim deinde ſumma rei Graecorum ue-
nit) ſimilius uero facit, ipſos in amicitiam rediſſe. Publilio triumphus decretus; quod ſa-
tis credebatur obſidione domitos hoſtes in fidem ueniſſe. duo ſingularia haec ei uiro pri-
mum contigere, prorogatio imperij, non ante in ullo facta, &, acto honore, triumphus.
Aliud ſubinde bellum cum alterius orae Graecis exortum. namq. cum Tarentini rē Palaeo-
politanam uana ſpe auxilij aliquandiu ſuſtinuiſſent, poſtquam Romanos urbe potitos ac-

cepere,

A cepere, uelut deſtituti, ac non qui ipſi deſtituiſſent, increpare Palæpolitanos: ira atque inuidia in Romanos furere, eo etiam, quod, Lucanos & Apulos (nam utraque eo anno ſocietas coepta eſt) in fidem populi R. ueniſſe, allatum eſt, quippe propemodum peruentum ad ſe eſſe: iamq. in eo rem fore, ut Romani aut hoſtes aut domini habendi ſint. diſcrimen profecto rerum ſuarum in bello Samnitium, euentuq. eius uerti: eam ſolam gentem reſtare, nec eam ipſam ſatis ualidam; quando Lucanus defecerit: quem reuocari adhuc, impelliq. ad abolendam ſocietatem Romanam poſſe, ſi qua ars ſerendis diſcordijs adhibeatur. Haec conſilia cum apud cupidos rerum nouandarum ualuiſſent; ex iuuentute quidam Lucanorum pretio adſciti, clari magis inter populares, quam honeſti, inter ſe mulcati ipſi uirgis, cum corpora nudata intuliſſent in ciuium coetum, uociferati ſunt, ſe, quod caſtra Romana ingredi auſi eſſent, ab conſule uirgis caeſos, ac prope ſecuri percuſſos eſſe. Defor-

B mis ſuapte natura res, cum ſpeciem iniuriae magis, quam doli, praeſeferret; concitati homines cogunt clamore ſuo magiſtratus ſenatum uocare: & alij circumſtantes concilium, bellum in Romanos poſcunt: alij ad concitandam in arma multitudinem agreſtium diſcurrunt: tumultuq. etiam ſanos conſternante animos, decernitur, ut ſocietas cum Samnitibus renouetur, legatiq. ad eam rem mittantur. repentina res quia, quam cauſſam nullam tam ne fidem quidem habebat; coacti a Samnitibus & obſides dare, & praeſidia in loca munita accipere, caeci fraude & ira nihil recuſarunt. dilucere deinde breui fraus coepit, poſtquam criminum falſorum auctores Tarentum commigrauere: ſed, amiſſa omni de ſe poteſtate, nihil ultra, quam ut paeniteret, fruſtra reſtabat. Eo anno plebi Romanae uelut aliud initium libertatis factum eſt, quod necti deſierunt. mutatum autem ius ob unius feneratoris ſimul libidinem, ſimul crudelitatem inſignem. L. Papirius is fuit: cui cum ſe C. Pu-

C blilius ob aes alienum paternum nexum dediſſet; quae aetas formaq. miſericordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt; & florem aetatis eius fructum aduenticium crediti ratus, primo perlicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus; dein, poſtquam adſpernabãtur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunae; poſtremo, cum ingenuitatis magis, quam praeſentis condicionis, memorẽ uideret, nudari iubet, uerberaq. afferri. quibus laceratus iuuenis cum ſe in publicum proripuiſſet, libidinem crudelitatemq. conquerens feneratoris, ingens uis hominum, cum aetatis miſeratione, atque indignitate iniuriae accenſa, tum ſuae cõdicionis, liberumq. ſuorum reſpectu, in forum, atque inde, agmine facto, ad curiam concurrit. & cum conſules, tumultu repentino coacti, ſenatum uocarent; introeuntibus in curiam patribus laceratũ iuuenis tergum, procumbentes ad ſingulorum pedes, oſtentabant. uictum eo die, ob im-

D potentem iniuriam unius, ingens uinculum fidei: iuſſique conſules ferre ad populum, ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec poenam lueret, in compedibus, aut in neruo teneretur: pecuniae creditae bona debitoris, nõ corpus obnoxium eſſet. ita nexi ſoluti: cautũq. in poſterum, ne necterentur. Eodem anno cum ſatis per ſe ipſum Samnitium bellum, & defectio repens Lucanorum, auctoreſq. defectionis Tarentini ſolicitos haberent patres; acceſſit, ut & Veſtinus populus Samnitibus ſeſe coniungeret. quae res ſicut eo anno ſermonibus magis paſſim hominum iactata, quam in publico ullo concilio, eſt: ita inſequentis anni conſulibus, L. Furio Camillo iterum, Iunio Bruto Scaeuae, nulla prior potiorq. uiſa eſt, de qua ad ſenatum referrent. & quamquam noua res erat, tamen tanta cura patres inceſſit, ut pariter eam ſuſceptam neglectamq. timerent: ne aut impunitas eorum laſciuia ſuperbiaque, aut bello poenae expetitae metu propinquo, atque ira concirẽt finitimos popu- An.430.

E los. & erat genus omne abunde bello Samnitibus par, Marſi, Pelignique, & Marrucini: quos, ſi Veſtinus attingeretur, omnes habendos hoſtes. uicit tamen pars, quae in praeſentia uideri potuit maioris animi, quam conſilij: ſed euentus docuit, fortes fortunam iuuare. Bellum ex auctoritate patrum populus aduerſus Veſtinos iuſſit; prouincia ea Bruto, Samnium Camillo ſorte euenit. exercitus utroque ducti, & cura tuendorum finium hoſtes prohibiti coniungere arma. Ceterum alterum conſulem, L. Furium, cui maior moles rerum impoſita erat, morbo graui implicitum, fortuna bello ſubtraxit: iuſſuſq. dictatorem dicere rei gerendae cauſſa, longe clariſſimum bello, ea tempeſtate, dixit L. Papirium Curſorem: a quo Q. Fabius Maximus Rullianus magiſter equitum eſt dictus: par nobile rebus in eo magiſtratu geſtis, diſcordia tamen, qua prope ad ultimum dimicationis uen-

tum

tum eſt, nobilius. Ab altero conſule in Veſtinis multiplex bellum, nec uſquam uario euen- F
tu, geſtum eſt. nam & peruaſtauit agros: & populando, atque urendo tecta hoſtium ſata-
que, in aciem inuitos extraxit: & ita proelio uno accidit Veſtinorum res, haudquaquam ta-
men incruento milite ſuo, ut non in caſtra ſolum refugerent hoſtes, ſed iam, ne uallo qui-
dem ac foſſis freti, dilaberentur in opida, ſitu urbium, moenibuſq. ſe defenſuri. poſtre-
mo opida quoque ui oppugnare adortus, primo Cutinam ingenti ardore militum, aut uul-
nerum ira, quod haud fere quiſquam integer proelio exceſſerat, ſcalis cepit: deinde Cingi-
liam. utriuſque urbis praedam militibus, quod eos neque portae, neque muri hoſtium ar-
cuerant, conceſſit. In Samnium incertis itum auſpicijs eſt: cuius rei uitium, non in belli
euentum, quod proſpere geſtum eſt, ſed in rabiem, atque iras imperatorum uertit. namque
Papirius dictator, a pullario monitus, cum ad auſpicium repetendum Romam proficiſce-
retur, magiſtro equitum denunciauit, ut ſeſe loco teneret, neu, abſente ſe, cum hoſte ma- G
num conſereret. Fabius, cum, poſt profectionem dictatoris, per exploratores comperiſ-
ſet: perinde omnia ſoluta apud hoſtes, ac ſi nemo Romanus in Samnio eſſet; ſeu ferox ado-
leſcens indignitate accenſus, quod omnia in dictatore uiderentur repoſita eſſe; ſeu occa-
ſione bene gerendae rei inductus, exercitu inſtructo, paratoque, profectus ad Imbrinium,
(ita uocant locum) acie cum Samnitibus conflixit. ea fortuna pugnae fuit, ut nihil reli-
ctum ſit, quo, ſi affuiſſet dictator, res melius geri potuerit. non dux militi, non miles duci
defuit. eques etiam, auctore L. Cominio, tribuno militum, qui aliquoties impetu capto
perrumpere non poterat hoſtium agmen, detraxit frenos equis; atque ita concitatos cal-
caribus permiſit, ut ſuſtinere eos nulla uis poſſet. per arma, per uiros late ſtragem dedere.
ſecutus pedes impetum equitum, turbatis hoſtibus intulit ſigna. uiginti millia hoſtium
caeſa eo die traduntur. Auctores habeo, bis cum hoſte ſigna collata, dictatore abſente, bis H
rem egregie geſtam. apud antiquiſſimos ſcriptores una haec pugna inuenitur. in quibuſ-
dam annalibus tota res praetermiſſa eſt. Magiſter equitum, ut ex tanta caede, multis poti-
tus ſpolijs, congeſta in ingentem aceruum hoſtilia arma ſubdito igne concremauit: ſeu uo-
tum id deorum cuipiam fuit: ſeu credere libet, Fabio auctore eo factum, ne ſuae gloriae fru-
ctum dictator caperet, nomenq. ibi ſcriberet, aut ſpolia in triumpho ferret. Litterae quo-
que de re proſpere geſta, ad ſenatum, non ad dictatorem, miſſae, argumentum fuere mini-
me cum eo communicantis laudem. ita certe dictator id factum accepit, ut, laetis alijs ui-
ctoria parta, praeſeferret iram, triſtitiamque. miſſo itaque repente ſenatu, ſe ex curia pro-
ripuit: tum uero, non Samnitium magis legiones, quam maieſtatem dictatoriam, & diſci-
plinam militarem a magiſtro equitum uictam & euerſam dictitans, ſi illi impune ſpretum
imperium fuiſſet. itaque plenus minarum iraeq. profectus in caſtra cum maximis itineri- I
bus iſſet, non tamen praeuenire famam aduentus ſui potuit. praecurrerant enim ab urbe,
qui nunciarent dictatorem auidum poenae uenire, alternis paene uerbis T. Manlij factum
laudantem. Fabius, concione extemplo aduocata, obteſtatus milites eſt, ut, qua uirtute
remp. ab infeſtiſſimis hoſtibus defendiſſent, eadem ſe, cuius ductu auſpicioq. uiciſſent, ab
impotenti crudelitate dictatoris tutarentur. uenire amentem inuidia; iratum uirtuti alie-
nae felicitatiq. furere, quod ſe abſente res egregie geſta eſſet: malle, ſi mutare fortunam
poſſet, apud Samnites, quam Romanos, uictoriam eſſe: imperium dictitare ſpretum: tam-
quam non eadem mente pugnari uetuerit, qua pugnatum doleat: & tunc inuidia impedi-
re uirtutem alienam uoluiſſe, cupidiſſimiſq. arma ablaturum fuiſſe militibus, ne ſe abſen-
te moueri poſſent: & nunc id furere, id aegre pati, quod ſine L. Papirio non inermes, non
manci milites fuerint; quod ſe Q. Fabius magiſtrum equitum duxerit, ac non accenſum K
dictatoris. quid illum facturum fuiſſe, ſi, quod belli caſus ferunt, Marſq. communis, ad-
uerſa pugna eueniſſet, qui ſibi, deuictis hoſtibus, rep. bene geſta, ita ut non ab illo unico
duce melius geri potuerit, ſupplicium magiſtro equitum, & tunc uictori minetur? neque
illum magiſtro equitum infeſtiorem, quam tribunis militum, quam centurionibus, quam
militibus eſſe: ſi poſſit, in omnes ſaeuiturum fuiſſe: quia id nequeat, in unum ſaeuire: etiam
inuidiam, tamquam ignem, ſumma petere: in caput conſilij, in ducem incurrere. ſi ſe ſimul
cum gloria rei geſtae exſtinxiſſet, tunc uictorem uelut in capto exercitu dominantem, quid-
quid licuerit in magiſtro equitum, in militibus auſurum. proinde adeſſent in ſua cauſa o-
mnium libertati. ſi conſenſum exercitus eũdem, qui in proelio fuerit, in tuẽda uictoria ui-

deat,

A deat, & ſalutem unius omnibus curae eſſe; inclinaturum ad clementiorem ſententiam animum. poſtremo ſe uitam fortunaſq. ſuas illorum fidei uirtutiq. permittere. Clamor e tota concione ortus, uti bonum animum haberet: neminem illi uim allaturum, ſaluis legionibus Romanis. Haud multo poſt dictator aduenit: claſſicoq. extemplo ad concionem aduocauit. Tum ſilentio facto, praeco Q. Fabium magiſtrum equitum citauit. qui ſimul ex inferiore loco ad tribunal acceſſit, tum dictator, Quaero, inquit, de te Q. Fabi, cum ſummum imperium dictatoris ſit, pareantq. ei conſules, regia poteſtas, praetores, iiſdem auſpicijs, quibus conſules, creati; aequum cenſeas necne, magiſtrum equitum dicto audientem eſſe? itemq. illud interrogo; cum me incertis auſpicijs profectum ab domo ſcirem, utrum mihi turbatis religionibus reſp. in diſcrimen committenda fuerit, an auſpicia repetenda, ne quid dubijs dijs agerem? ſimul illud, quae dictatori religio impedimento ad B rem gerendam fuerit, num ea magiſter equitum ſolutus ac liber potuerit eſſe? Sed quid ego haec interrogo? cum, ſi ego tacitus abiſſem, tamen tibi ad uoluntatis interpretationem meae dirigenda tua ſententia fuerit. Quin tu reſpondes, uetuerim ne te quidquam rei me abſente agere? uetuerim ne ſigna cum hoſtibus conferre? Quo tu imperio meo ſpreto, incertis auſpicijs, turbatis religionibus, aduerſus morem militarem, diſciplinamq. maiorum, & numen deorum, auſus es cum hoſte confligere? Ad haec, quae interrogatus es, reſponde: extra ea, caue, uocem mittas. Accede lictor. Aduerſus quae ſingula Q. Fabio cum reſpondere haud facile eſſet; & nunc quereretur eundem accuſatorem capitis ſui, ac iudicem eſſe; modo, uitam ſibi eripi citius, quam gloriam rerum geſtarum, poſſe, uociferaretur; purgaretq. ſe inuicem, atque ultro accuſaret: tunc Papirius, redintegrata ira, ſpoliari magiſtrum equitum, ac uirgas & ſecures expediri iuſsit. Fabius fidem militum implo-C rans, lacerantibus ueſtem lictoribus, ad triarios, tumultum iam in concionem miſcentes, ſeſe recepit. inde clamor in totam concionem eſt perlatus: alibi preces, alibi minae audiebantur. qui proximi forte tribunali ſteterant; quia ſubiecti oculis imperatoris noſcitari poterant, orabant, ut parceret magiſtro equitum; neu cum eo exercitum damnaret. extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem dictatorem: nec procul ſeditione aberant. ne tribunal quidem ſatis quietum erat. legati circumſtantes ſellam orabant, ut rem in poſterum diem differret, & irae ſuae ſpatium, & conſilio tempus daret: ſatis caſtigatam adoleſcentiam Fabij eſſe: ſatis deformatam uictoriam: ne ad extremum finem ſupplicij tenderet; neu unico iuueni, neu patri eius, clariſsimo uiro, neu Fabiae genti eam inureret ignominiam. Cum parum precibus, parum cauſſa proficerent; intueri ſaeuientem concionem iubebant, ita irritatis militum animis ſubdere ignem, ac materiam D ſeditoni, non eſſe aetatis, non prudentiae eius: neminem id Q. Fabio, poenam deprecanti ſuam, uitio uerſurum, ſed dictatori; ſi occaecatus ira infeſtam multitudinem in ſe prauo certamine mouiſſet. poſtremo, ne id ſe gratiae dare Q. Fabij crederet, ſe iuſiurandum dare paratos eſſe, non uideri e rep. in Q. Fabium eo tempore animaduerti. His uocibus cum in ſe magis incitarent dictatorem, quam magiſtro equitum placarent, iuſsi de tribunali deſcendere legati: &, ſilentio nequidquam per praeconem tentato, cum, prae ſtrepitu ac tumultu, nec ipſius dictatoris, nec apparitorum eius uox audiretur, nox, uelut in proelio, certamini finem fecit. magiſter equitum iuſſus poſtero die adeſſe, cum omnes affirmarent infeſtius Papirium exarſurum, agitatum contentione ipſa exacerbatumque, clam ex caſtris Romam profugit: &, patre auctore M. Fabio, qui ter iam conſul dictatorq. fuerat, uocato extemplo ſenatu, cum maxime conquereretur apud patres uim at-E que iniuriam dictatoris, repente ſtrepitus ante curiam lictorum ſubmouentium auditur: & ipſe infenſus aderat, poſtquam comperit profectum ex caſtris, cum expedito equitatu ſecutus. iterata deinde contentio eſt: & prehendi Papirius Fabium iuſsit. ubi cum, deprecantibus primoribus patrum, atque uniuerſo ſenatu, perſtaret in incepto immitis animus; tum pater M. Fabius, Quandoquidem, inquit, apud te nec auctoritas ſenatus, nec aetas mea, cui orbitatem paras, nec uirtus nobilitaſque magiſtri equitum, a te ipſo nominati, ualet; nec preces, quae ſaepe hoſtem mitigauere, quae deorum iras placant: tribunos plebis appello, & prouoco ad populum: eumq. tibi, fugienti exercitus tui, fugienti ſenatus iudiciũ, iudicem fero, qui certe unus plus, quam tua dictatura, poteſt, polletque. uidero ceſſuruſne prouocationi ſis, cui rex Romanus Tullus Hoſtilius ceſsit. Ex curia in con-

N cionem

gionem itur. quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magiſter equitū cum F
adſcēdiſſet, deduci eum de roſtris Papirius in partem inferiorem iuſſit. Secutus pater, Be-
ne agis, inquit, cum eo nos deduci iuſſiſti, unde & priuati uocem mittere poſſemus. Ibi
primo non tam perpetuae orationes, quam altercatio, exaudiebantur. uicit deinde ſtrepi-
tum uox & indignatio Fabij ſenis, increpantis ſuperbiam crudelitatemq. Papirij: ſe quo-
que dictatorem Romae fuiſſe, nec a ſe quemquam ne plebis quidem hominem, non centu
rionem, non militem uiolatum: Papirium, tamquam ex hoſtium ducibus, ſic ex Romano
imperatore uictoriam & triumphum petere. quantum intereſſet inter moderationem an-
tiquorum, & nouam ſuperbiam crudelitatemque? dictatorem Quinctium Cincinnatum
in L. Minucium conſulem, ex obſidione a ſe ereptum, non ultra ſaeuiſſe, quam ut legatum
eum ad exercitum pro conſule relinqueret. M. Furium Camillum in L. Furio, qui, con-
tempta ſua ſenectute & auctoritate, foediſſimo cum euento pugnaſſet, non ſolum in prae- G
ſentia moderatum irae eſſe, ne quid de collega ſecus populo aut ſenatui ſcriberet; ſed, cum
reuertiſſet, potiſſimum ex tribunis conſularibus habuiſſe, quem ex collegis, optione ab ſe-
natu data, ſocium ſibi imperij delegerit. nam populi quidem, penes quem poteſtas o-
mnium rerum eſſet, ne iram quidem umquam atrociorem fuiſſe in eos, qui temeritate, atq.
inſcitia exercitus amiſiſſent, quam ut pecunia eos multaret: capite anquiſitum ob rem bel-
lo male geſtam de imperatore nullum ad eam diem eſſe: nunc ducibus populi R. quae ne
uictis quidem bello fas fuerit, uirgas & ſecures uictoribus, & iuſtiſſimos meritis trium-
phos intentari. quid enim tandem paſſurum fuiſſe filium ſuum, ſi exercitum amiſiſſet? ſi fu
ſus, fugatus, caſtris exutus fuiſſet? quo ultra iram uiolentiamq. eius exceſſuram fuiſſe,
quam ut uerberaret, necaretque? Quam conueniens eſſe, propter Q. Fabij uictoriam ci-
uitatem in laetitia, in ſupplicationibus, ac gratulationibus eſſe: eum, propter quem deum H
delubra pateant, arae ſacrificijs fument, honore, donis cumulentur, nudatum uirgis lace-
rari in conſpectu populi R. intuentem Capitolium, atque arcem, deoſq. ab ſe duobus proe
lijs haud fruſtra aduocatos? quo id animo exercitum, qui eius ductu auſpicijſq. uiciſſet, la-
turum? quem luctum in caſtris Romanis, quam laetitiam inter hoſtes fore? Haec ſimul iur
gans, querens, deum hominumque fidem obteſtans, & complexus filium plurimis cum la
crymis agebat. Stabat cum eo ſenatus maieſtas, fauor populi, tribunicium auxilium, me-
moria abſentis exercitus. Ex parte altera, imperium inuictum populi R. & diſciplina rei
militaris, & dictatoris edictum, pro numine ſemper obſeruatum, & Manliana imperia, &
poſthabita filij caritas publicae utilitati iactabantur. hoc etiam L. Brutum conditorem Ro
manae libertatis antea in duobus liberis feciſſe. nunc patres comes, & ſenes faciles de alie
no imperio ſpreto, tamquam rei paruae, diſciplinae militaris euerſae iuuentuti gratiam fa- I
cere: ſe tamen perſtaturum in incepto: nec ei, qui aduerſus dictum ſuum turbatis reli-
gionibus, ac dubijs auſpicijs pugnaſſet, quidquam ex iuſta poena remiſſurum. maieſtas
imperij perpetua ne eſſet, non eſſe in ſua poteſtate: L. Papirium nihil de eius iure demi-
nuturum. optare ne poteſtas tribunicia, inuiolata ipſa, uiolet interceſſione ſua Roma-
num imperium; neu populus Romanus in ſe potiſſimum dictatorem & ius dictaturae
exſtinguat. quod ſi feciſſet: non L. Papirium, ſed tribunos, ſed prauum populi iudi-
cium nequidquam poſteros accuſaturos: cum, polluta ſemel militari diſciplina, non mi-
les centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus conſulis, non
magiſter equitum dictatoris pareat imperio; nemo hominum, nemo deorum uerecun-
diam habeat; non edicta imperatorum, non auſpicia obſeruentur; ſine commeatu uagi mi
lites in pacato, in hoſtico errent, immemores ſacramenti, licentia ſola ſe, ubi uelint, exau- K
ctorent; infrequentia deſerant ſigna; neque conueniant ad edictum; nec diſcernant, inter
diu nocte, aequo iniquo loco, iuſſu iniuſſu imperatoris pugnent; & non ſigna, non ordines
ſeruent; latrocinij modo caeca & fortuita, pro ſollemni & ſacrata, militia ſit. Horum crimi
num uos reos in omnia ſaecula offerte tribuni plebis: ueſtra obnoxia capita pro licētia Q.
Fabij obijcite. Stupentes tribunos, & ſuam iam uicem magis anxios, quam eius, cui au-
xilium ab ſe petebatur, liberauit onere conſenſus populi R. ad preces & obteſtationem
uerſus, ut ſibi poenam magiſtri equitum dictator remitteret. tribuni quoque inclinatam
rem in in preces ſubſecuti, orare dictatorem inſiſtunt, ut ueniam errori humano, ueniam
adoleſcentiae Q. Fabij daret: ſatis eum poenarum dediſſe. Iam ipſe adoleſcens, iam pater

M. Fabius,

A M. Fabius, contentionis obliti, procumbere ad genua, & iram deprecari dictatoris. Tum dictator, ſilentio facto, Bene habet, inquit, Quirites. uicit diſciplina militaris: uicit imperij maieſtas: quae in diſcrimine fuerunt, an ulla poſt hanc diem eſſent. non noxae eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit; ſed noxae damnatus, donatur populo Romano; donatur tribuniciae poteſtati, precarium, non iuſtum auxilium ferenti. Viue Q. Fabi, felicior hoc conſenſu ciuitatis ad tuendum te, quam, qua paullo ante exſultabas, uictoria: uiue, id facinus auſus, cuius tibi ne parens quidem, ſi eodem loco fuiſſet, quo fuit L. Papirius, ueniam dediſſet. mecum, ut uoles, reuerteris in gratiam: populo Romano, cui uitam debes, nihil maius praeſtiteris, quam ſi hic tibi dies ſatis documenti dederit, ut bello ac pace pati legitima imperia poſſis. Cum ſe nihil morari magiſtrum equitum pronunciaſſet: degreſſum eum templo laetus ſenatus, laetior populus, circumfuſi, ac gratu-
B lantes hinc magiſtro equitum, hinc dictatori, proſecuti ſunt: firmatumq. imperium militare haud minus periculo Q. Fabij, quam ſupplicio miſerabili adoleſcentis T. Manlij, uidebatur. Forte ita eo anno euenit, ut, quotieſcumque dictator ab exercitu ~~receſſit~~, hoſtes in Samnio mouerentur. ceterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui caſtris praeerat, ne quam uim hoſtium magis, quam trucem dictatoris iram, timeret. itaq. frumentatores cum circumuenti ex inſidijs caeſi loco iniquo eſſent; creditum uulgo eſt, ſubueniri eis ab legato potuiſſe, ni triſtia edicta exhorruiſſet. ea quoque ira alienauit a dictatore militum animos, iam ante infenſos, quod implacabilis Q. Fabio fuiſſet; &, quod ſuis precibus negaſſet, eius populo R. ueniam dediſſet. Poſtquam dictator, praepoſito in urbe L. Papirio Craſſo magiſtro equitum, Q. Fabio uetito quidquam pro magiſtratu agere, in caſtra redijt; neque ciuibus ſatis laetus aduentus eius fuit, nec hoſtibus quidquam
C attulit terroris. namque poſtero die, ſeu ignari ueniſſe dictatorem, ſeu, adeſſet an abeſſet, parui facientes, inſtructa acie ad caſtra acceſſerunt. ceterum ~~tanti~~ momenti in uno uiro L. Papirio fuit, ut, ſi ducis conſilia fauor ſubſecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus potuiſſe pro haud dubio habitum ſit: ita inſtruxit aciem loco, ac ſubſidijs, ita omni arte bellica firmauit. ceſſatum a milite: ac de induſtria, ut obtrectaretur laudibus ducis, impedita uictoria eſt. Plures Samnitium cecidere: plures Romani uulnerati ſunt. Senſit peritus dux, quae res uictoriae obſtaret: temperandum ingenium ſuum eſſe, & ſeueritatem miſcendam comitati. itaque, adhibitis legatis, ipſe circum ſaucios milites inſerens in tentoria caput, ſingulos, ut ſeſe haberent, rogitans, curam eorum nominatim legatis, tribuniſque, & praefectis demandabat. rem per ſe popularem ita dexter egit, ut, medendis corporibus, animi multo ~~prius~~ militum imperatori reconciliarentur; nec quid-
D quam ad ſalubritatem efficacius fuerit, quam quod grato animo ea cura accepta eſt. Refecto exercitu cum hoſte congreſſus haud dubia ſpe ſua militumque, ita fudit fugauitque Samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi ſigna cum dictatore fuerit. Inceſſit deinde: qua duxit praedae ſpes, uictor exercitus; perluſtrauitq. hoſtium agros, nulla arma, nullam uim, nec apertam, nec inſidijs, expertus. Addebat alacritatem, quod dictator praedam omnem edixerat militibus: nec ira magis publica, quam priuatum compendium in hoſtem acuebat. His cladibus ſubacti Samnites pacem a dictatore petiere: cum quo pacti, ut ſingula ueſtimenta militibus, & annuum ſtipendium darent: cum ire ad ſenatum iuſſi eſſent, ſecuturos ſe dictatorem reſponderunt, unius eius fidei uirtutiq. cauſſam ſuam commendantes. ita deductus ex Samnitibus exercitus. Dictator triumphans urbem eſt ingreſſus: & cum ſe dictatura abdicare uellet, iuſſu patrum, prius, quam abdicaret, conſules
E creauit C. Sulpicium Longum iterum, Q. Aemilium Cerretanum. Samnites, infecta pace, quia de condicionibus agebatur, indutias annuas ab urbe retulerunt; nec earum ipſarũ ſancta fides fuit: adeo, poſt quam Papirium abiſſe magiſtratu nunciatum eſt, ~~arrecti~~ ad bellandum animi ſunt. C. Sulpicio, Q. Aemilio (Aulium quidam annales habent) conſulibus, ad defectionem Samnitium Apulum nouum bellum acceſſit. Vtroque exercitus AN. 431.
miſſi. Sulpicio Samnites, Apuli Aemilio ſorte euenerunt. Sunt qui non ipſis Apulis bellum illatum, ſed ſocios eius gentis populos ab Samnitium ui, atque iniurijs defenſos ſcribant. Ceterum fortuna Samnitium uix a ſeipſis eo tempore propulſantium bellum, propius ut ſit uero, facit, non Apulis ab Samnitibus arma illata, ſed cum utraq. ſimul gente bellũ Romanis fuiſſe. nec tamen res ulla memorabilis acta: ager Apulus, Samniumq. eua-

ſtatum: hoſtes nec hic, nec illic inuenti. Romae nocturnus terror ita ex ſomno trepidam F
repente ciuitatem exciuit, ut Capitolium atque arx, moeniaque, & portae plena armatorũ fuerint. & cum concurſatum, cõclamatumq. ad arma omnibus locis eſſet; prima luce nec auctor, nec cauſſa terroris comparuit. Eodem anno de Tuſculanis Flauia rogatione populi fuit iudicium. M. Flauius tribunus pl. tulit ad populum, ut in Tuſculanos animaduerteretur, quorum ope ac conſilio, Veliterni Priuernateſq. populo Romano bellum feciſſent. populus Tuſculanus cum coniugibus ac liberis Romam uenit. ea multitudo ueſte mutata, & ſpecie reorum, tribus circuit, genibus ſe omnium aduoluens. plus itaque miſericordia ad poenae ueniam impetrandam, quam cauſſa ad crimen purgandum, ualuit. tribus omnes, praeter Polliam, antiquarunt legem. Polliae ſententia fuit, puberes uerberatos necari; coniuges liberoſq. ſub corona, lege belli, uenire: memoriamq. eius irae Tuſculanis in poenae tam atrocis auctores manſiſſe ad patrum aetatem, conſtat; nec quemquam ferme ex Pollia G
tribu candidatum Papiriam ferre ſolitum. Inſequenti anno, Q. Fabio, L. Fuluio conſulibus,
An. 432. A. Cornelius Aruina dictator, & M. Fabius Ambuſtus magiſter equitum, metu grauioris in Samnio belli, (conducta enim pretio a finitimis iuuentus dicebatur) intentiore delectu habito, egregium exercitum aduerſus Samnites duxerunt. Caſtra in hoſtico incurioſe ita poſita, tamquam procul abeſſet hoſtis: cum ſubito aduenere Samnitium legiones tanta ferocia, ut uallum uſque ad ſtationem Romanam inferrent. nox iam appetebat: id prohibuit munimenta adoriri: nec diſſimulabant orta luce poſtero die facturos. Dictator, ubi propiorem ſpe dimicationem uidit; ne militum uirtuti damno locus eſſet, ignibus crebris relictis, qui conſpectum hoſtium fruſtrarentur, ſilentio legiones educit: nec tamen fallere, propter propinquitatem caſtrorum, potuit. eques extemplo inſecutus ita inſtitit agmini, ut, donec luceſceret, proelio abſtineret. ne pedeſtres quidem copiae ante lucem H
caſtris egreſſae. eques luce demum auſus incurſare in hoſtem, carpendo nouiſſimos, premendoq. iniquis ad tranſitum locis, agmen detinuit. interim pedes equitem aſſecutus: & totis iam copijs Samnis urgebat. Tum dictator, poſtquam ſine magno incommodo progredi non poterat, eum ipſum, in quo conſtiterat, locum caſtris communiri iuſſit. id uero, circumfuſo undique equitatu, ut uallum peteretur, opuſq. inciperet, fieri non poterat. itaque ubi neque eundi, neque manendi copiam eſſe uidet; inſtruit aciem, impedimentis ex agmine remotis. inſtruunt contra & hoſtes, & animis & uiribus pares. Auxerat id maxime animos. quod, ignari loco iniquo, non hoſti ceſſum, uelut fugientes ac territos, terribiles ipſi ſecuti fuerant. id aliquandiu aequauit pugnam, iam pridem deſueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. At hercule illo die, ab hora diei tertia ad octauam, ita anceps dicitur certamen ſteтiſſe, ut neque clamor, ut primo ſemel concurſu eſt ſublatus, iteratus ſit; neque ſigna promota loco, retroue recepta; neque recurſum ab ulla ſit parte. in I
ſuo quiſque gradu obnixi, urgentes ſcutis, ſine reſpiratione ac reſpectu pugnabant. fremitus aequalis, tenorq. idem pugnae in defatigationem ultimam, aut noctem ſpectabat. iam uiris uires, iam ferro ſua uis, iam conſilia ducibus deerant: cum ſubito Samnitium equites, cum, turma una longius prouecta, accepiſſent impedimenta Romanorum, procul ab armatis, ſine praeſidio, ſine munimento ſtare, auiditate praedae impetum faciunt. quod ubi dictatori trepidus nuncius attulit, Sine modo, inquit, ſeſe praeda praepediant. Alij deinde ſuper alios, diripi paſſim, ferriq. fortunas militum uociferabantur. Tum magiſtro equitum accito, Vides tu, inquit, M. Fabi, ab hoſtium equite omiſſam pugnam? haerent impediti impedimentis noſtris: aggredere, quod inter praedãdum omni multitudini euenit, diſſipatos: raros equis inſidentes, raros, quibus ferrum in manu ſit, inuenies: equoſque dum praeda onerant, caede inermes: cruentamq. illis praedam redde. mihi legiones, K
peditumq. pugna curae erunt: penes te equeſtre ſit decus. Equitum acies, qualis quae eſſe inſtructiſſima poteſt, inuecta in diſſipatos impeditoſq. hoſtes, caede omnia replet. inter ſarcinas omiſſas repente, obiacentes pedibus fugientium conſternatorumq. equorum, neque pugnae, neque fugae ſatis potentes caeduntur. tum deleto prope equitatu hoſtium, M. Fabius, circumductis paullulum alis, ab tergo pedeſtrem aciem adoritur. Clamor inde nouus accidens & Samnitium animos terruit: & dictator, ubi reſpectantes hoſtium anteſignanos, turbataque ſigna, & fluctuantem aciem uidit, tum appellare, tum adhortari milites; tribunos, principeſq. ordinum nominatim ad iterandam ſecum pugnam uocare.

A uocare. Nouato clamore, ſigna inferuntur, & quidquid progrediebantur, magis magiſq. turbatos hoſtes cernebat. Eques ipſe iam primis erat in conſpectu: & Cornelius reſpiciens ad manipulos militum, quod manu, quod uoce poterat, monſtrabat, uexilla ſe ſuorũ, parmaſq. cernere equitum. quod ubi auditum, ſimulq. uiſum eſt; adeo repente laboris per diem paene totum tolerati, uulnerumq. obliti ſunt, ut haud ſecus, quam ſi tum integri e caſtris ſignum pugnae accepiſſent, concitauerint ſe in hoſtem. nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum, peditumq. uim potuit. partim in medio caeſi, partim in fugam diſſipati ſunt. pedes reſtantes ac circumuentos caecidit: ab equite fugientium ſtrages eſt facta: inter quos & ipſe imperator cecidit. Hoc demum proelium Samnitium res ita infregit, ut omnibus concilijs fremerent, minime id quidem mirum eſſe, ſi impio bello, & contra foedus ſuſcepto, infeſtioribus merito dijs quam hominibus, nihil proſpere agerent: expiandũ
B id bellum magna mercede, luendumq. eſſe: id referre tantum, utrum ſupplicia noxio paucorum, an omnium innoxio praebeant ſanguine. audebantq. iam quidam nominare auctores armorum. unum maxime nomen per conſenſum clamantium Brutuli Papij exaudiebatur. uir nobilis potenſq. erat, haud dubie proximarum indutiarum ruptor. de eo coacti referre praetores decretum fecerunt, ut Brutulus Papius Romanis dederetur, & cũ eo praeda omnis Romana, captiuiq. ut Romam mitterentur; quaeq. res per fetiales ex foedere repetitae eſſent, ſecundum ius faſq. reſtituerentur. Fetiales Romam, ut cenſuerunt, miſſi, & corpus Brutuli exanime: ipſe morte uolũtaria ignominiae ſe ac ſupplicio ſubtraxit. Placuit cum corpore bona quoque eius dedi. nihil tamen earum rerum, praeter captiuos, ac ſi qua cognita ex praeda ſunt, acceptum eſt: ceterarum rerum irrita fuit deditio. dictator ex ſenatus conſulto triumphauit. Hoc bellum a conſulibus bellatum quidam auctores ſunt, eoſ-
C que de Samnitibus triumphaſſe; Fabium etiam in Apuliam proceſſiſſe, atque inde magnas praedas egiſſe. Nec diſcrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit. id ambigitur, belli ne gerẽdi cauſſa creatus ſit; an ut eſſet, qui ludis Romanis, quia L. Plautius praetor graui morbo forte implicitus erat, ſignum mittendis quadrigis daret; functuſq. eo haud ſane memorandi imperij miniſterio, ſe dictatura abdicaret. nec facile eſt, aut rem rei, aut auctorem auctori praeferre. uitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falſiſque imaginum titulis; dum familiae ad ſe quaeque famam rerum geſtarum honorumq. fallente mendacio trahunt. inde certe & ſingulorum geſta, & publica monumenta rerum confuſa: nec quiſquam aequalis temporibus illis ſcriptor exſtat, quo ſatis certo auctore ſtetur.

EPITOME. LIBRI. IX

D *T. Veturius, & Sp. Poſtumius, apud Caudinas furcas deducto in locum iniquum exercitu, cum nulla ſpes euadendi eſſet, foedere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Romanis obſidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes ſub iugum mitterentur. ijdemque auctore Sp. Poſtumio conſule, qui in ſenatu ſuaſerat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis, & omnibus qui foedus ſpoponderant,*
E *dediti Samnitibus, non ſunt recepti. nec multo poſt fuſis a Papirio Curſore Samnitibus, & ſub iugũ miſſis, receptiſq. ſexcentis equitibus Romanis, qui obſides dati erant, pudor prioris flagitij abolitus. Tribus duae adiectae ſunt, Vfentina & Falerina. Sueſſa & Pontiae coloniae deductae ſunt. Ap. Claudius cenſor aquã Claudiã perduxit: uiam ſtrauit, quae Appia uocata eſt: libertinorũ filios in ſenatum legit. ideoque, quoniam is ordo uidebatur inquinatus indignis, ſequentis anni conſules in ſenatu legendo obſeruauerunt, quemadmodũ ante proximos cenſores fuerat. Res praeterea contra Apulos, Etruſcos, Vmbros, Marſos, Pelignos, Aequos, & Samnites, quib. foedus erat reſtitutũ, proſpere geſtas continet. Flauius ſcriba libertino patre natus, aedilis curulis fuit, per forẽſem factionem creatus: quae cum comitia et campum turbaret, & in ijs propter nimias uires dominaretur, a Q. Fabio cenſore in quattuor tribus redacta eſt: eaque res Fabio Maximi nomen dedit.*

F

LIBER. IX

SEQVITVR hunc annum nobilis clade Romana Caudina pax, Ti. Veturio Caluino, Sp. Poſtumio conſulibus. Samnites eo anno imperatorem C. Pontium Herennij filium habuerunt, patre longe prudentiſsimo natum, primum ipſum bellatorem, ducemque. Is, ubi legati, qui ad dedendas res miſſi erant, pace infecta redierunt; Ne nihil actum, inquit, hac legatione cenſeatis, expiatum eſt, quidquid ex foedere rupto irarum in nos caeleſtium fuit. ſatis ſcio, quibuſcumque dijs cordi fuit, ſubigi nos ad neceſſitatem dedendi res, quae a nobis ex foedere repetitae fuerant, ijs nō fuiſſe cordi tam ſuperbe ab Romanis G foederis expiationem ſpretam. quid enim ultra fieri ad placandos deos, mitigandoſq. homines potuit, quam quod nos fecimus? res hoſtiū in praeda captas, quae belli iure noſtrae uidebantur, remiſimus: auctores belli, quia uiuos non potuimus, perfunctos iam fato dedidimus: bona eorum, ne quid ex contagione noxae remaneret penes nos, Romam portauimus. quid ultra tibi Romane, quid foederi, quid dijs arbitris foederis debeo; quē tibi tuarum irarum, quem meorum ſuppliciorum iudicem feram; neminē neque populum, neque priuatum fugio. quod ſi nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi; at ego ad deos uindices intolerandae ſuperbiae confugiam; & precabor, ut iras ſuas uertant in eos, quibus non ſuae redditae res, non alienae accumulatae ſatis ſint; quorū ſaeuitiam nō mors noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona ſequentia domini deditionē exſatient; placari nequeant, niſi hauriendum ſanguinem, laniandaq. uiſcera noſtra praebue H rimus. Iuſtum eſt bellum, Samnites, quibus neceſſarium: & pia arma, quibus nulla, niſi in armis, relinquitur ſpes. proinde cum rerum humanarum maximum momentum ſit, quam propitijs rem, quam aduerſis agant dijs; pro certo habete, priora bella aduerſus deos magis, quam homines, geſsiſſe; hoc, quod inſtat, ducibus ipſis dijs geſturos. Haec non laeta magis, quam uera, uaticinatus, exercitu educto circa Caudium caſtra quam poteſt occultiſſime locat: inde ad Calatiam, ubi iam conſules Romanos, caſtraq. eſſe audiebat, milites decem paſtorum habitu mittit; pecoraq. diuerſos, alium alibi, haud procul Romanis paſcere iubet praeſidijs: ubi inciderint in praedatores, ut idem omnibus ſermo conſtet, legiones Samnitium in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copijs circūſedere; nec procul abeſſe, quin ui capiant. Iam & is etiam rumor ante, de induſtria uulgatus, uenerat ad Romanos: ſed fidem auxere captiui, eo maxime, quod ſermo inter omnes congruebat. Haud erat dubium I quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus ſocijs; ſimul ne Apulia omnis ad praeſentem terrorem deficeret. ea modo, qua irent, conſultatio fuit. Duae ad Luceriā ferebant uiae; altera praeter oram ſuperi maris patens apertaque, ſed quanto tutior, tanto fere longior; altera per Furculas Caudinas, breuior. ſed ita natus locus eſt. ſaltus duo alti anguſti, ſiluoſiq. ſunt, montibus circa perpetuis inter ſe iuncti. iacet inter eos ſatis patens, clauſus in medio, campus, herbidus aquoſuſque: per quem mediū iter eſt. ſed ante quam uenias ad eum, intrandae anguſtiae ſunt: & aut eadem, qua te inſinuaueris, retro uia repetēda; aut, ſi ire porro pergas, per alium ſaltum altiorem impeditioremq. euadendum. in eum campum uia alia per cauam rupem Romani demiſſo agmine, cum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſaeptas deiectu arborum, ſaxorumq. ingentium obiacente mole inuenere. cum fraus hoſtilis apparuiſſet, praeſidium etiam in ſummo ſaltu conſpicitur. citati inde re K tro, qua uenerant, pergunt repetere uiam. eam quoque clauſam ſua obice armiſq. inueniunt. ſiſtunt inde gradum ſine ullius imperio. ſtuporq. omnium animos, ac uelut torpor quidam inſolitus membra tenet: intuenteſq. alij alios, cum alterum quiſque magis mentis compotem ac conſilij ducerent, diu immobiles ſilent. deinde ubi praetoria conſulum erigi uidere, & expedire quoſdam utilia operi: quamquam ludibrio fore muniētes, perditis rebus, ac ſpe omni adempta cernebant; tamen, ne culpam malis adderent, pro ſe quiſque, nec hortante ullo, nec imperante, ad muniendum uerſi, caſtra propter aquam uallo circumdant, ſua ipſi opera, laboremq. irritum, praeterquam quod hoſtes ſuperbe increpabant, cum miſerabili confeſsione eludentes. ad conſules maeſtos, ne aduocantes

quidem

A quidem in conſilium, quando nec conſilio nec auxilio locus eſſet, ſua ſponte legati ac tribuni conueniunt; militeſq. in praetorium uerſi opem, quam uix dij immortales ferre poterant, ab ducibus expoſcunt. querentes magis, quam conſultantes, nox oppreſſit. cum pro ingenio quiſque fremerent: alius, per obices uiarum, alius, per aduerſa mõtium, per ſiluas, qua ferri arma poterant, eamus: modo ad hoſtem peruenire liceat, quem per annos iã prope XXX uincimus, omnia aequa ac plana erunt Romano in perfidum Samnitem pugnanti. alius, quo, aut qua eamus? num montes moliri ſede ſua paramus? dum haec imminebũt iuga, qua tu ad hoſtẽ uenies? armati, inermes, fortes, ignaui pariter omnes capti, atque uicti ſumus. ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus eſt hoſtis: ſedens bellum conficiet. His inuicem ſermonibus, qua cibi, qua quietis immemor nox tranſducta eſt. Ne Samnitibus quidem conſilium in tam laetis ſuppetebat rebus. itaque uniuerſi Heren-

B nium Pontium, patrem imperatoris, per litteras conſulendum cenſent. iam is grauis annis non militaribus ſolum, ſed ciuilibus quoque abſceſſerat muneribus: in corpore tamen affecto uigebat uis animi, conſilijque. is, ubi accepit ad Furculas Caudinas, inter duos ſaltus, clauſos exercitus Romanos; conſultus ab nuncio filij cenſuit omnes inde quamprimum inuiolatos dimittendos. quae ubi ſpreta ſententia eſt; iterumque, eodem remeante nuncio, conſulebatur; cenſuit ad unum omnes interficiendos. quae ubi tam diſcordia inter ſe, uelut ex ancipiti oraculo, reſponſa data ſunt: quamquam filius ipſe in primis iam animum quoque patris conſenuiſſe in affecto corpore rebatur; tamen conſenſu omnium uictus eſt, ut ipſum in conſilium acciret. nec grauatus ſenex plauſtro in caſtra dicitur aduectus, uocatuſq. in conſilium ita ferme locutus eſſe, ut nihil ſententiae ſuae mutaret, cauſſas tantum adijceret. Priore ſe conſilio, quod optimum duceret, cum potentiſſi-

C mo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem, amicitiamque: altero conſilio: in multas aetates, quibus amiſſis duobus exercitibus haud facile receptura uires Romana res eſſet, bellum differre: tertium nullum conſilium eſſe. Cum filius alijque principes percunctando exquirerent, quid ſi media uia conſilium caperetur, ut & dimitterentur incolumes, & leges ijs iure belli uictis imponerentur? Iſta quidem ſententia, inquit, ea eſt, quae neque amicos parat, neque inimicos tollit. Seruate modo, quos ignominia irritaueritis: ea eſt Romana gens, quae uicta quieſcere neſciat: uiuet ſemper in pectoribus illorum, quidquid iſtic praeſens necesſitas inflixerit; neque eos ante multiplices poenas expetitas a uobis quieſcere ſinet. Neutra ſententia accepta, Herennius domum e caſtris eſt reuectus. Et in caſtris Romanis cum fruſtra multi conatus ad erumpendum capti eſſent, & iam omnium rerum inopia eſſet, uicti neceſſitate legatos mittunt, qui primum pacem

D aequam peterent: ſi pacem non impetrarent, uti prouocarent ad pugnam. Tum Pontius, debellatum eſſe, reſpondit; &, quoniam ne uicti quidem ac capti fortunam fateri ſcirent, inermes cum ſingulis ueſtimentis ſub iugum miſſurum: alias condiciones pacis aequas uictis ac uictoribus fore, ſi agro Samnitium decederetur, coloniae abducerentur: ſuis inde legibus Romanum ac Samnitem aequo foedere uicturum. His condicionibus paratum ſe eſſe foedus cũ cõſulibus ferire: ſi quid eorum diſpliceat, legatos iam redire ad ſe uetuit. Haec cum legatis renunciarentur, tantus gemitus omnium ſubito exortus eſt, tantaq. maeſtitia inceſſit, ut non grauius accepturi uiderentur, ſi nunciaretur, omnibus eo loco mortẽ oppetendam eſſe. Cum diu ſilentium fuiſſet; nec conſules, aut pro foedere tam turpi, aut contra foedus tam neceſſarium hiſcere poſſent: tum L. Lentulus, qui tum princeps legatorũ uirtute, atq. honoribus erat, Patrem meum, inquit, conſules ſaepe audiui memorantem, ſe in Ca-

E pitolio unum non fuiſſe auctorem ſenatui redimendae auro a Gallis ciuitatis: quando nec foſſa ualloq. ab ignauiſsimo ad opera ac muniendũ hoſte clauſi eſſent; & erũpere ſi nõ ſine periculo magno, tamen ſine certa pernicie poſſent. quod ſi ut illis decurrere ex Capitolio armatis in hoſtem licuit, (quo ſaepe modo obſeſſi in obſidentes eruperũt) ita nobis aequo aut iniquo loco dimicãdi tantũmodo cum hoſte copia eſſet; non mihi paterni animi indoles in conſilio dando deeſſet. equidẽ mortẽ pro patria praeclarã eſſe fateor, & me uel deuouere pro populo R. legionibuſq., uel in medios me immittere hoſtes paratus ſum. ſed hic patriã uideo, hic, quidquid Romanarũ legionum eſt: quae niſi pro ſe ipſis ad mortem ruere uolunt, quid habent, quod morte ſua ſeruent? Tecta urbis dicat aliquis, & moenia, & eã turbã, a qua urbs incolitur. Immo hercule produntur magis ea omnia, deleto hoc exercitu,

non ſeruantur. quis enim ea tuebitur? imbellis uidelicet atque inermis multitudo? tam F
hercule, quam a Gallorum impetu defendit. An a Veijs exercitum, Camillumq. ducem
implorabunt? Hic omnes ſpes opeſq. ſunt: quas ſeruando, patriam ſeruamus; dedendo
ad necem, patriam deſerimus, ac prodimus. At foeda, atque ignominioſa deditio eſt: ſed
ea caritas patriae eſt, ut tam ignominia eam, quam morte noſtra, ſi opus ſit, ſeruemus. Sub-
eatur ergo iſta, quantacumque eſt, indignitas: & pareatur neceſſitati; quam ne dij qui-
dem ſuperant. Ite conſules, redimite armis ciuitatem, quam auro maiores ueſtri redeme-
runt. conſules profecti ad Pontium in colloquium, cum de foedere uictor agitaret, nega-
runt iniuſſu populi foedus fieri poſſe, nec ſine fetialibus, caerimoniaq. alia ſollemni. itaque
non, ut uulgo credunt, Claudiuſq. etiam ſcribit, foedere pax Caudina, ſed per ſponſio-
nem facta eſt. quid enim aut ſponſoribus in foedere opus eſſet, aut obſidibus, ubi precatio
ne res tranſigitur; Per quem populum fiat quo minus legibus dictis ſtetur, ut eum ita Iuppi G
ter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriatur? Spoponderunt cōſules, legati, quae
ſtores, tribuni militum: nominaque omnium qui ſpoponderunt, exſtant: ubi, ſi ex foedere
acta res eſſet, praeterquam duorum fetialium, non exſtarent. & propter neceſſariam foede
ris dilationem obſides etiam DC. equites imperati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtare-
tur. tempus inde ſtatutum tradendis obſidibus, exercituq. inermi mittendo. Redintegra-
uit luctum in caſtris conſulum aduentus: ut uix ab ijs abſtinerent manus, quorum temeri-
tate in eum locum deducti eſſent; quorum ignauia foedius inde, quam ueniſſent, abituri: il
lis non ducem locorum, non exploratorem fuiſſe: belluarum modo caecos in foueam miſ-
ſos. alij alios intueri: contemplari arma mox tradenda, & inermes futuras dextras, obno-
xiaq. corpora hoſti. proponere ſibimet ipſi ante oculos iugum hoſtile, & ludibria uicto-
ris, & uultus ſuperbos, & per armatos inermium iter. inde foedi agminis miſerabilem uiā, H
per ſociorum urbes reditum in patriam ac parentes: quo ſaepe ipſi maioreſq. eorum trium
phantes ueniſſent. ſe ſolos ſine uulnere, ſine ferro, ſine acie uictos: ſibi non ſtringere licuiſ-
ſe gladios, non manum cum hoſte conferre: ſibi nequidquam arma, nequidquam uires, ne-
quidquā animos datos. Haec frementibus hora fatalis ignominiae aduenit, omnia triſtio
ra experiundo factura, quam quae praeceperant animis. Iam primum cum ſingulis ueſti-
mentis inermes extra uallum exire iuſſi, & primi traditi obſides, atque in cuſtodiam abdu-
cti. tum a conſulibus abire lictores iuſſi, paludamentaq. detracta, tantam inter ipſos, qui
paullo ante eos exſecrantes, dedendos laceranduſq. cēſuerant, miſerationem fecit, ut ſuae
quiſque condicionis oblitus, ab illa deformatione tantae maieſtatis uelut ab nefando ſpe-
ctaculo auerteret oculos. Primi conſules prope ſeminudi ſub iugum miſſi: tum, ut quiſque
gradu proximus erat, ita ignominiae obiectus: tum deinceps ſingulae legiones. Circumſta
bant armati hoſtes exprobrantes, eludenteſque: gladij etiam pleriſque intentati: & uul- I
nerati quidam, necatique, ſi uultus eorum indignitate rerum acrior uictorē offendiſſet. ita
traducti ſub iugum: &, quod paene grauius erat, per hoſtium oculos cum ex ſaltu euaſiſ-
ſent, etſi, uelut ab inferis extracti, tū primū lucem adſpicere uiſi ſunt, tamen ipſa lux ita de-
forme intuentibus agmen omni morte triſtior fuit. itaque cū ante noctem Capuam perue-
nire poſſent, incerti de fide ſociorum, & quod pudor praepediebat, circa uiam haud procul
Capua, omnium egeni, corpora humi proſtrauerunt. quod ubi eſt Capuam nunciatum,
euicit miſeratio iuſta ſociorum, ſuperbiam ingenitam Campanis. confeſtim inſignia ſua
conſulibus, faſces, lictores, arma, equos, ueſtimenta, cōmeatus militibus benigne mittunt:
& uenientibus Capuam cunctus ſenatus populuſq. obuiam egreſſus, iuſtis omnibus hoſpi
talibus, priuatiſq. & publicis fungitur officijs; neque illis ſociorum comitas, uultuſq. be- K
nigni, & alloquia non modo ſermonem elicere, ſed ne ut oculos quidē attollerent, aut con
ſolantes amicos contra intuerentur, efficere poterant. Adeo ſuper maerorem pudor quidā
efugere colloquia & coetus hominum cogebat. Poſtero die cum iuuenes nobiles, miſſi a
Capua ut proficiſcentes ad finem uſque Campani agri proſequerētur, reuertiſſent; uoca-
tiq. in curiam, percunctantibus maioribus natu, multo ſibi maeſtioris & abiectioris animi
uiſos referrent: adeo ſilens, ac prope mutum agmen inceſſiſſe: tacere indolem illam Ro-
manam: ablatoſq. cum armis animos: non reddere ſalutem, non ſalutantibus dare reſpon
ſum: non hiſcere quemquā prae metu potuiſſe: tamquam ferentibus adhuc ceruicibus iu-
gum, ſub quod emiſſi eſſent. habere Samnites uictoriam non praeclaram ſolum, ſed etiam

perpetuam:

A perpetuam: cepiſſe enim eos non Romam, ſicut ante Gallos, ſed, quod multo bellicoſius fuerit, Romanam uirtutem, ferociamque. Cum haec dicerentur, audirenturque, & deploratum paene Romanum nomen in concilio ſociorum fidelium eſſet: dicitur Ofillius Calauius Oui filius, clarus genere factiſque, tum etiam aetate uerendus, longe aliter ſe habere rem dixiſſe: ſilentium illud obſtinatum, fixoſq. in terram oculos, & ſurdas ad omnia ſolatia aures, & pudorem intuendae lucis, ingentem molem irarum ex alto animo cientis indicia eſſe: aut ſe Romana ignorare ingenia; aut ſilentium illud Samnitibus flebiles breui clamorẽ gemituſq. excitaturum; Caudinaeq. pacis aliquanto Samnitibus, quam Romanis, triſtiorem memoriam fore. quippe ſuos quemque eorum animos habiturum, ubicumque congreſſuri ſint: ſaltus Caudinos non ubique Samnitibus fore. Iam & Romae ſua infamis clades erat. obſeſſos primum audierunt: triſtior deinde ignominioſae pacis magis,

B quam periculi, nuncius fuit. ad famam obſidionis delectus haberi coeptus erat: dimiſſus deinde auxiliorum apparatus, poſtquam deditionem tam foede factam acceperunt: extemplo, ſine ulla publica auctoritate conſenſum in omnem formam luctus eſt. Tabernae circa forum clauſae: iuſtitiumq. in foro ſua ſponte coeptum prius, quam indictum: lati claui, anuli aurei poſiti: paene maeſtior exercitu ipſo ciuitas eſſe: nec ducibus ſolum, atque auctoribus ſponſoribuſq. pacis iraſci, ſed innoxios etiam milites odiſſe, & negare urbe, tectiſue accipiendos. quam concitationem animorum fregit aduentus exercitus etiam iratis miſerabilis. non enim tamquam in patriam reuertentes ex inſperato incolumes, ſed captorum habitu uultuq. ingreſſi ſero in urbem, ita ſe in ſuis quiſque tectis abdiderũt, ut poſtero, atque inſequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum adſpicere uellet. Conſules in priuato abditi, nihil pro magiſtratu agere, niſi quod expreſſum ſenatuſconſulto

C eſt, ut dictatorem dicerent comitiorum cauſſa. Q. Fabium Ambuſtum dixerunt, & P. Aemilium Paetum magiſtrum equitum. quibus uitio creatis ſuffecti M. Aemilius Papus dictator, L. Valerius Flaccus magiſter equitum. nec per eos comitia habita: & quia taedebat populum omnium magiſtratuum eius anni, res ad interregnum rediјt. interreges Q. Fa- An. 434. bius Maximus, M. Valerius Coruus. is conſules creauit Q. Publilium Philonem, & L. Papirium Curſorem iterum, haud dubio conſenſu ciuitatis, quod nulli ea tempeſtate duces clariores eſſent. Quo creati ſunt die, eo (ſic enim placuerat patribus) magiſtratum inierunt, ſollemnibuſq. ſenatuſconſultis perfectis, de pace Caudina retulerunt. & Publilius, penes quem faſces erãt, Dic Spuri Poſtumi, inquit. Qui ubi ſurrexit, eodem illo uultu, quo ſub iugum miſſus erat, Haud ſum ignarus, inquit, conſules, ignominiae, non honoris cauſſa me primum excitatum, iuſſumq. dicere non tamquam ſenatorem, ſed tamquam

D reum qua infelicis belli, qua ignominioſae pacis. Ego tamen, quando neque de noxa noſtra, neque de poena retuliſtis; omiſſa defenſione, quae nõ difficillima eſſet apud haud ignaros fortunarum humanarum, neceſſitatumque, ſententiam de eo, de quo retuliſtis, paucis peragam: quae ſententia teſtis erit, mihine, an legionibus ueſtris pepercerim, cum me ſeu turpi, ſeu neceſſaria ſponſione obſtrinxi: qua tamen, quando iniuſſu populi facta eſt, non tenetur populus R. nec quidquam ex ea, praeterquam corpora noſtra, debentur Samnitibus. Dedamur per fetiales nudi, uinctique: exſoluamus religione populum, ſi qua obligauimus; ne quid diuini humaniue obſtet, quo minus iuſtum piumque de integro ineatur bellum. interea conſules exercitum ſcribere, armare, educere placet; nec prius ingredi hoſtium fines, quam omnia iuſta in deditionem noſtram perfecta erunt. Vos dij immortales precor, quaeſoque ſi uobis non fuit cordi Sp. Poſtumium, Ti. Veturium conſules cum Sa-

E mnitibus proſpere bellum gerere; at uos ſatis habeatis uidiſſe nos ſub iugũ miſſos, uidiſſe ſponſione infami obligatos, uidere nudos uinctoſq. hoſtibus deditos, omnem iram hoſtium noſtris capitibus excipientes: nouos conſules, legioneſq. Romanas ita cum Samnite gerere bellum uelitis, ut omnia ante nos conſules bella geſta ſunt. Quae ubi dixit, tanta ſimul admiratio miſeratioq. uiri inceſſit homines, ut modo uix crederent illum eundem eſſe Sp. Poſtumium, qui auctor tam foedae pacis fuiſſet: modo miſerarẽtur, quod uir talis etiam praecipuum apud hoſtes ſupplicium paſſurus eſſet ob iram diremptae pacis. cum omnes laudibus modo proſequentes uirum, in ſententiã eius pedibus irent; tentata paulliſper interceſſio eſt ab L. Liuio, & Q. Maelio tribunis pl. qui neque exſolui religione populum aiebant deditione ſua, niſi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuiſſent, reſtituerentur;

rentur; neque ſe pro eo, quod, ſpondendo pacem, ſeruaſſent exercitum populi R. poenam F
ullam meritos eſſe; neque ad extremum, cum ſacroſancti eſſent, dedi hoſtibus, uiolariue
poſſe. Tum Poſtumius, Interea dedite, inquit, profanos nos, quos ſalua religione pote-
ſtis: dedetis deinde & iſtos ſacroſanctos, cum primum magiſtratu abierint: ſed, ſi me au-
diatis, prius, quã dedantur, hic in Comitio uirgis caeſos, hanc iam ut intercalatae poenae
uſuram habeant. Nam quod deditione noſtra negant exſolui religione populum: id iſtos
magis, ne dedantur, quam quia ita ſe res habeat, dicere, quis adeo iuris fetialium expers
eſt, qui ignoret? Neque ego infitias eo patres conſcripti, tam ſponſiones, quam foedera
ſancta eſſe apud eos homines, apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colitur:
ſed iniuſſu populi nego quidquam ſanciri poſſe, quod populum teneat. An ſi eadem ſu-
perbia, qua ſponſionem iſtam expreſſerunt nobis Samnites, coegiſſent nos uerba legiti-
ma dedentium urbes nuncupare; deditum populum R. uos tribuni diceretis? & hanc ur- G
bem, templa, delubra, fines, aquas Samnitium eſſe? Omitto deditionem; quoniã de ſpon-
ſione agitur. Quid tandem, ſi ſpopondiſſemus urbem hanc relicturum populum R. ſi incen-
ſurum? ſi magiſtratus, ſi ſenatum, ſi leges non habiturum? ſi ſub regibus futurum? Dij me-
liora, inquis. atqui non indignitas rerum, ſponſionis uinculum leuat. ſi quid eſt, in quod
obligari populus poſſit, in omnia poteſt. Et ne illud quidem, quod quoſdam forſitan mo-
ueat, refert, conſul, an dictator, an praetor ſpoponderit. & hoc ipſi etiam Samnites iudica-
uerunt, quibus non fuit ſatis conſules ſpondere, ſed legatos, quaeſtores, tribunos militum
ſpondere coegerunt. Nec a me nunc quiſquam quaeſiuerit, quid ita ſpoponderim, cum id
nec conſulis ius eſſet; nec illis ſpondere pacem, quae mei non erat arbitrij, nec pro uobis,
qui nihil mandaueritis, poſſem. Nihil ad Caudium patres conſcripti humanis conſilijs
geſtum eſt: dij immortales & ueſtris, & hoſtium imperatoribus mentem ademerunt. nec H
nos in bello ſatis cauimus: & illi male partam uictoriam, male perdiderunt, dum uix lo-
cis, quibus uicerant, credunt, dum quacumque condicione arma uiris in arma natis aufer-
re feſtinant. An, ſi ſana mens fuiſſet, difficile illis fuit, dum ſenes ab domo ad conſultandũ
arcerſunt, mittere Romam legatos? cum ſenatu, cum populo de pace ac foedere agere?
tridui iter expeditis erat: interea in inducijs res fuiſſet, donec ab Roma legati aut uictoriã
illis certam, aut pacem afferrent. ea demum ſponſio eſſet, quam populi iuſſu ſpopondiſſe-
mus. Sed neque uos tuliſſetis, nec nos ſpopondiſſemus: nec fas fuit alium rerum exitum
eſſe, quam ut & illi uelut ſomnio laetiore, quam quod mentes eorum capere poſſent, ne-
quidquam eluderentur: & noſtrum exercitum eadem, quae impedierat, fortuna, expedi-
ret; uanam uictoriam uanior irritam faceret pax: ſponſio interponeretur, quae neminem
praeter ſponſorem obligaret. quid enim uobiſcum patres conſcripti, quid cum populo R. I
actum eſt? quis uos appellare poteſt? quis ſe a uobis dicere deceptum? hoſtis? an ciuis?
Hoſti nihil ſpopondiſtis: ciuem neminem ſpondere pro uobis iuſſiſtis. Nihil ergo uobis
nec nobiſcum eſt, quibus nihil mandaſtis; nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egiſtis.
Samnitibus ſponſores nos ſumus, rei ſatis locupletes in id, quod noſtrum eſt, in id, quod
praeſtare poſſumus, corpora noſtra, & animos: in haec ſaeuiãt; in haec ferrum, in haec iras
acuant. Quod ad tribunos pl. attinet; conſulite, utrum praeſens deditio eorum fieri poſ-
ſit, an in diem differatur: nos interim T. Veturi, uoſq. ceteri uilia haec capita luendae ſpon
ſionis feramus, & noſtro ſupplicio liberemus Romana arma. Mouit patres conſcriptos tũ
cauſſa, tum auctor, nec ceteros ſolum, ſed tribunos etiam pl. ut ſe in ſenatus dicerent fore
poteſtate. magiſtratu inde ſe extemplo abdicauerunt: traditiq. fetialibus cum ceteris
Caudium ducendi. Hoc facto ſenatuſconſulto, lux quaedam affulſiſſe ciuitati uiſa eſt. Po K
ſtumius in ore omnium erat: eum laudibus ad caelum ferebant: deuotioni P. Decij conſu
lis, alijs claris facinoribus aequabant: emerſiſſe ciuitatem ex obnoxia pace illius conſilio,
& opera: ipſum ſe cruciatibus, & hoſtium irae offerre: piaculaq. pro populo R. dare: Ar-
ma cuncti ſpectant, & bellum. en umquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite li-
ceat? In ciuitate ira odioq. ardente delectus omnium prope uoluntariorum fuit: reſcri-
ptae ex eodem milite nouae legiones: ductuſq. ad Caudium exercitus. Praegreſſi fetiales
ubi ad portam uenere, ueſtem detrahi pacis ſponſoribus iubent: manus poſt tergum uinci-
ri. Cum apparitor, uerecundia maieſtatis, Poſtumium laxe uinciret, Quin tu, inquit, addu-
cis lorum, ut iuſta fiat deditio? Tum ubi in coetum Samnitium, & ad tribunal uentum Pon
tij eſt,

A tij eſt; A. Cornelius Aruina fetialis ita uerba fecit: Quandoquidem hice homines iniuſſu populi R.Quiritium foedus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem, noxa nocuerunt; ob eam rem, quo populus R. ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines uobis dedo. Haec dicenti fetiali Poſtumius genu femur, quanta maxime poterat ui, perculit, & clara uoce ait, ſe Samnitem ciuem eſſe, illum legatum: fetialem a ſe contra ius gentium uiolatum: Romanos eo iuſtius bellum geſturos. Tum Pontius, Nec ego iſtam deditionem accipiã, inquit: nec Samnites ratam habebunt. Quin tu Sp. Poſtumi, ſi deos eſſe cenſes, aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas? Samniti populo omnes, quos in poteſtate habuit, aut pro ijs pax debetur. Sed quid ego te appello, qui te nunc captum uictori cum qua potes fide reſtituis? Populum R. appello: quem ſi ſponſionis ad Furculas Caudinas factae paenitet, reſtituat legiones intra ſaltum, quo ſaeptae fuerunt. nemo quemquam deceperit: omnia pro

B infecto ſint: recipiant arma, quae per pactionem tradiderunt: redeant in caſtra ſua: quidquid pridie habuerunt, quam in colloquium eſt uentum, habeant. tum bellum, & fortia conſilia placeant, tunc ſponſio & pax repudietur. ea uero fortuna, ijs locis, quae ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum: nec populus R. conſulum ſponſionem, nec nos fidem populi R. accuſemus. Numquamne cauſſa deficiet, cur uicti pacto non ſtetis? Obſides Porſenae dediſtis: furto eos ſubduxiſtis. Auro ciuitatem a Gallis redemiſtis: inter accipiendum aurum caeſi ſunt. Pacem nobiſcum pepigiſtis, ut legiones uobis captas reſtitueremus: eam pacem irritam facitis, & ſemper aliquam fraudi ſpeciem iuris imponitis. Non probat populus R. ignominioſa pace legiones ſeruatas? Pacem ſibi habeat, legiones captas uictori reſtituat. Hoc fide, hoc foederibus, hoc fetialibus caerimonijs dignũ erat, ut tu quidem, quod petiſti, per pactionem habeas, tot ciues incolumes; ego pacem, quam

C hoſti tibi remittendo pactus ſum, non habeam? Hoc tu A. Corneli, hoc uos fetiales iuris gentibus dicitis? Ego uero iſtos, quos dedi ſimulatis, nec accipio, nec dedi arbitror: nec moror, quo minus in ciuitatem obligatam ſponſione commiſſa, iratis omnibus dijs, quorum eluditur numen, redeant. Gerite bellum, quando Sp. Poſtumius modo legatum fetialem genu perculit: ita dij credent Samnitem ciuem Poſtumium, non ciuem R. eſſe; & a Samnite legatum Romanum uiolatum; eo uobis iuſtum in nos factum eſſe bellum. Haec ludibria religionum non pudere in lucem proferre? & uix pueris dignas ambages, ſenes ac conſulares fallendae fidei exquirere? I lictor, deme uincla Romanis: moratus ſit nemo, quo minus, ubi uiſum fuerit, abeant. Et illi quidem forſitan & publica, ſua certe liberata fide, ab Caudio in caſtra Romana inuiolati redierunt. Samnitibus pro ſuperba pace infeſtiſſimum cernentibus renatum bellum, omnia, quae deinde euenerunt, non in animis ſo-

D lum, ſed prope in oculis eſſe, & ſero ac nequidquam laudare ſenis Pontij utraque conſilia: inter quae ſe media lapſos, uictoriae poſſeſſionem pace incerta mutaſſe, & beneficij, & maleficij occaſione amiſſa, pugnaturos cum eis, quos potuerint in perpetuum uel inimicos tollere, uel amicos facere. Adeoque, nullo dum certamine inclinatis uiribus, poſt Caudinam pacem animi mutauerant, ut clariorem inter Romanos deditio Poſtumium, quam Pontium incruenta uictoria inter Samnites, faceret: & geri poſſe bellum Romani pro uictoria certa haberent, Samnites ſimul rebellaſſe, & uiciſſe crederent Romanum. Inter haec Satricani ad Samnites defecerunt, & Fregellae colonia nec opinato aduentu Samnitium (fuiſſe & Satricanos cum ijs ſatis conſtat) nocte occupata eſt. Timor inde mutuus utroſque uſque ad lucem quietos tenuit: lux pugnae initium fuit: quam aliquãdiu aequã, & quia pro aris ac focis dimicabantur, & quia ex tectis adiuuabat imbellis multitudo, ta-

E men Fregellani ſuſtinuerunt. Fraus deinde rem inclinauit, quod uocem audiri praeconis paſſi ſunt, incolumen abiturum qui arma poſuiſſet. Ea ſpes remiſit a certamine animos, & paſſim arma iactari coepta. Pertinacior pars armata per aduerſam portam erupit: tutiorq. eis audacia fuit, quam incautus ad credendum ceteris pauor. quos circumdatos igni, nequidquam deos fidemq. inuocantes, Samnites concremauerunt. Conſules inter ſe partiti prouincias, Papirius in Apuliam ad Luceriam pergit, ubi equites Romani obſides ad Caudium dati cuſtodiebantur: Publilius in Samnio ſubſiſtit aduerſus Caudinas legiones. Diſtendit ea res Samnitium animos: quod nec ad Luceriam ire, ne a tergo inſtaret hoſtis; nec manere, ne Luceria interim amitteretur, ſatis audebant. Optimum uiſum eſt committere rem fortunae, & tranſigere cum Publilio certamen. itaque in aciem copias

ducunt:

ducunt: aduerſus quos Publilius conſul, cum dimicaturus eſſet, prius alloquendos mili- F
tes ratus, concionem aduocari iuſſit. Ceterum ſicut ingenti alacritate ad praetorium con-
curſum eſt, ita prae clamore poſcentium pugnam, nulla adhortatio imperatoris audita eſt:
ſuus cuique animus memor ignominiae adhortator aderat. Vadunt igitur in proelium, ur
gentes ſigniferos: & ne mora in concurſu pilis emittendis, ſtringendiſq. inde gladijs eſ-
ſet, pila, uelut dato ad id ſigno, abijciunt, ſtrictiſq. gladijs curſu in hoſtem feruntur. Ni-
hil illic imperatoriae artis ordinibus aut ſubſidijs locandis fuit: omnia ira militaris prope
uaeſano impetu egit. itaque nõ fuſi modo hoſtes ſunt, ſed ne caſtris quidẽ ſuis fugam im-
pedire auſi, Apuliam diſſipati petiere: Luceriam tamen coacto rurſus in unum agmine eſt
peruentum. Romanos ira eadem, quae per mediam aciem hoſtium tulerat, & in caſtra per
tulit. ibi plus, quam in acie, ſanguinis ac caedis factum: praedaeq. pars maior ira corrupta.
Exercitus alter cum Papirio conſule locis maritimis peruenerat Arpos, per omnia pacata, G
Samnitiũ magis iniurijs & odio, quam beneficio ullo populi R. nam Samnites ea tẽpeſtate
in montibus uicatim habitantes, campeſtria & maritima loca, contempto cultu molliore,
atque, ut euenit fere, locis ſimili genere, ipſi montani, atque agreſtes depopulabantur.
quae regio ſi fida Samnitibus fuiſſet, aut peruenire Arpos exercitus Romanus nequiſſet,
aut interiecta inter Romam & Arpos paenuria rerum omnium, excluſos a cõmeatibus ab
ſumpſiſſet. tum uero profectos inde ad Luceriam iuxta obſidentes obſeſſoſq. inopia uexa
uit: omnia ab Arpis Romanis ſuppeditabantur, ceterum adeo exigue, ut militi occupato
ſtationibus, uigilijſque, & opere, eques folliculis in caſtra ab Arpis frumentum ueheret:
interdum occurſu hoſtium cogeretur, abiecto ex equo frumento, pugnare. & obſeſſis,
prius quam alter conſul uictore exercitu adueniret, commeatus ex montibus Samnitium
inuecti erant, & auxilia intromiſſa. Artiora omnia aduentus Publilij fecit; qui, obſidio- H
ne delegata in curam collegae, uacuus per agros cuncta infeſta commeatibus hoſtium fe-
cerat. itaque cum ſpes nulla eſſet diutius obſeſſos inopiam laturos, coacti Samnites, qui
ad Luceriam caſtra habebant, undique contractis uiribus ſigna cum Papirio conferre. Per
id tempus parantibus utriſque ſe ad proelium, legati Tarentini interueniunt, denunciãtes
Samnitibus Romaniſque, ut bellum omitterent: per utros ſtetiſſet, quo minus diſcedere-
tur ab armis, aduerſus eos ſe pro alteris pugnaturos. Ea legatione Papirius audita, perin-
de ac motus dictis eorum, cum collega ſe communicaturum reſpondit: accitoq. eo, cum
tempus omne in apparatu conſumpſiſſet, collocutus de re haud dubia, ſignum pugnae pro-
poſuit. Agentibus diuina humanaque, quae aſſolent, cum acie dimicandum eſt, conſuli-
bus, Tarentini legati occurſare, reſponſum exſpectantes: quibus Papirius ait: Auſpicia ſe-
cunda eſſe, Tarentini, pullarius nunciat: litatum praeterea eſt egregie: auctoribus dijs, ut I
uidetis, ad rem gerendam proficiſcimur. Signa inde ferri iuſſit, & copias eduxit, uaniſſimã
increpans gentem, quae ſuarum impotens rerum prae domeſticis ſeditionibus diſcordijſ-
que, alijs modum pacis ac belli facere aequum cenſeret. Samnites ex parte altera cum o-
mnẽ curam belli remiſiſſent, quia aut pacem uere cupiebant, aut expediebat ſimulare, ut
Tarentinos ſibi conciliarent, cum inſtructos repente ad pugnam Romanos conſpexiſſent,
uociferari, ſe in auctoritate Tarentinorum manere, nec deſcendere in aciem, nec extra ual-
lum arma ferre: deceptos potius, quodcumque caſus ferat, paſſuros, quam ut ſpreuiſſe pa-
cis auctores Tarentinos uideantur. Accipere ſe omen conſules aiunt, & eam precari men-
tem hoſtibus, ut ne uallum quidem defendant. Ipſi inter ſe partitis copijs ſuccedunt ho-
ſtium munimentis: & ſimul undique adorti, cum pars foſſas explerent, pars uellerent ual-
lum, atque in foſſas proruerent, nec uirtus modo inſita, ſed ira etiam exulceratos ignomi- K
nia ſtimularet animos, caſtra inuaſere: & pro ſe quiſque, non haec Furculas, nec Caudiũ,
nec ſaltus inuios eſſe, ubi errorem fraus ſuperbe uiciſſet, ſed Romanam uirtutem, quam
nec uallum, nec foſſae arcerent, memorantes, caedunt pariter reſiſtentes, fuſoſque; iner-
mes, atque armatos; ſeruos, liberos, puberes, impuberes, homines, iumentaque. Nec ul-
lum ſuperfuiſſet animal, ni conſules receptui ſignum dediſſent, auidoſq. caedis milites e ca
ſtris hoſtium imperio ac minis expuliſſent. itaque apud infenſos ob interpellatam dulce-
dinem irae, confeſtim oratio habita eſt, ut doceretur miles minime cuiquam militum con
ſules odio in hoſtes ceſſiſſe, aut ceſſuros: quin duces ſicut belli, ita inſatiabilis ſupplicij fu-
turos fuiſſe, ni reſpectus equitum ſexcentorum, qui Luceriae obſides tenerentur, praepe-

A diſſet animos; ne, deſperata uenia, hoſtes caecos in ſupplicia eorum ageret, perdere prius
quam perire optãtes. Laudare ea milites, laetariq. obuiam itum irae ſuae eſſe: fateri omnia
patienda potius, quam proderetur ſalus tot principum Romanae iuuentutis. Dimiſſa con
cione conſilium habitum, omnibusne copijs Luceriam premerent, an altero exercitu &
duce Apuli circa, gens dubiae ad id uoluntatis, tentarentur. Publilius conſul ad peregran-
dam profectus Apuliam, aliquot expeditione una populos aut ui ſubegit, aut condicioni-
bus in ſocietatem accepit. Papirio quoque, qui obſeſſor Luceriae reſtiterat, breui ad ſpem
euentus reſpondit. nam inſeſſis omnibus uijs, per quas commeatus ex Samnio ſubuehe-
batur, fame domiti Samnites, qui Luceriae in praeſidio erant, legatos miſere ad conſulem
Romanum, ut, receptis equitibus qui cauſſa belli eſſent, abſiſteret obſidione. His Papirius
ita reſpondit, debuiſſe eos Pontium Herennij filium, quo auctore Romanos ſub iugum mi
B ſiſſent, conſulere quid uictis paciſcendum cenſeret. ceterum, quoniam ab hoſtibus in ſe
aequa ſtatui, quam in ſe ipſi ferre, maluerint, nunciare Luceriam iuſſit, arma, ſarcinas, iumẽ
ta, multitudinem omnem imbellem intra moenia relinquerent: militem ſe cum ſingulis ue
ſtimentis ſub iugum miſſurum, ulciſcentem illatam, non nouam inferentem ignominiam.
nihil recuſatum. ſeptem millia militum ſub iugum miſſa, praedaq. ingẽs Luceriae capta, re-
ceptis omnibus ſignis armiſq. quae ad Caudium ademerãt; &, quod omnia ſuperabat gau-
dia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis cuſtodiendos Luceriam Samnites dede-
rant. Haud ferme alia mutatione ſubita rerum clarior uictoria populi R. eſt. ſiquidem
etiam (quod quibuſdam in annalibus inuenitur) Põtius Herẽnij filius, Samnitium impera-
tor, ut expiaret conſulum ignominiam, ſub iugum cum ceteris eſt miſſus. Ceterum id mi-
nus miror obſcurum eſſe de hoſtium duce dedito, miſſoq. ſub iugum. id magis mirabile
C eſt ambigi, Luciuſne Cornelius dictator cum L. Papirio Curſore magiſtro equitum eas
res ad Caudium, atque inde Luceriam geſſerit, ultorq. unicus Romanae ignominiae, haud
ſciam an iuſtiſſimo triumpho ad eam aetatẽ, ſecundum Furium Camillum, triumphauerit,
an conſulis Papirij praecipuum id decus ſit. Sequitur hunc errorem alius error, Curſorne
Papirius proximis comitijs cum Q. Aulio Cerretano iterum ob rem bene geſtam Luce-
riae continuato magiſtratu conſul tertium creatus ſit, an L. Papirius Mugillanus, & in cog-
nomine erratum ſit. conuenit iam inde per conſules reliqua belli perfecta. Aulius cum
Ferentanis uno ſecundo proelio debellauit; urbemq. ipſam, quo ſe fuſa cõtulerat acies, ob-
ſidibus imperatis in deditionem accepit. Pari fortuna conſul alter cum Satricanis, qui ci-
ues Romani poſt Caudinam cladem ad Samnites defecerant, praeſidiumq. eorum in ur-
bem acceperant, rem geſſit. nam cum ad moenia Satrici admotus eſſet exercitus; legatiſq.
D miſſis ad pacem cum precibus petendam, triſte reſponſum ab conſule redditum eſſet, niſi
praeſidio Samnitium interfecto, aut tradito, ne ad ſe remearent: plus ea uoce, quam armis
illatis, terroris colonis iniectum. itaque ſubinde cum exſequerentur quaerendo a conſule
legati, quonam ſe pacto paucos & infirmos crederet praeſidio tam ualido & armato uim al
laturos? ab iiſdem conſilium petere iuſſi, quibus auctoribus praeſidium in urbem accepiſ-
ſent, diſcedunt: aegreq. impetrato, ut de ea re conſuli ſenatum, reſponſaq. ad ſe ferri ſine-
ret, ad ſuos redeunt. Duae factiones ſenatum diſtinebant; una, cuius principes erant defe
ctionis a populo R. auctores; altera fidelium ciuium. certatum ab utriſque tamen eſt, ut
ad recõciliandam pacem conſuli opera nauaretur. pars altera cum praeſidium Samnitium,
quia nihil ſatis praeparati erat ad obſidionem tolerandam, exceſſurum proxima nocte eſ-
ſet, nunciare conſuli ſatis habuit, qua noctis hora, quaq. porta, & quam in uiam egreſſurus
E hoſtis foret. altera, quibus inuitis deſcitum ad Samnites erat, eadem nocte portam etiam
conſuli aperuerunt, armatoſq. clam hoſtes in urbem acceperunt. ita duplici proditione &
praeſidium Samnitium, inſeſſis circa uiam ſilueſtribus locis, nec opinato oppreſſum eſt: &
ab urbe plena hoſtium clamor ſublatus: momentoq. unius horae Samnis caeſus, Satrica-
nus captus, & omnia in poteſtate conſulis erant. qui quaeſtione habita, quorum opera de-
fectio eſſet facta; quos ſontes comperit, uirgis caeſos ſecuri percuſſit; praeſidioq. ualido
impoſito, arma Satricanis ademit. Inde ad triumphum deceſſiſſe Romam Papirium Cur-
ſorem ſcribunt, qui eo duce Luceriam receptam, Samniteſq. ſub iugum miſſos, auctores
ſunt. Et fuit uir haud dubie dignus omni bellica laude, non animi ſolum uigore, ſed etiam
corporis uiribus excellens. Praecipua pedum pernicitas inerat, quae cognomen ſuo iam
dedit;

dedit: uictoremq. curſu omnium aetatis ſuae fuiſſe ferunt: & ſeu uirium ui, ſeu exercitatio ne multa, cibi uiniq. eundem capaciſſimum: nec cum ullo aſperiorem, quia ipſe inuicti ad laborem corporis eſſet, fuiſſe militiam pediti pariter equitique: equites etiam aliquando auſos ab eo petere, ut ſibi pro re bene geſta laxaret aliquid laboris. quibus ille, Ne nihil remiſſum dicatis, remitto, inquit, ne utique dorſum demulceatis cum ex equis deſcendetis. Et uis erat in eo uiro imperij ingens pariter in ſocios, ciueſque. Praeneſtinus praetor per timorem ſegnius ex ſubſidijs ſuos duxerat in primam aciem: quem cum inambulans ante tabernaculum uocari iuſſiſſet, lictorem expedire ſecurim iuſſit. Ad quam uocem exanimi ſtante Praeneſtino, Agedum lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus, perfuſumq. ultimi ſupplicij metu, multa dicta dimiſit. Haud dubie illa aetate, qua nulla uirtutum feracior fuit, nemo unus erat uir, quo magis innixa res Romana ſtaret. quin eum parem deſtinarant animis magno Alexandro ducem, ſi arma, Aſia perdomita, in Europam uertiſſet. Nihil minus quaeſitum a principio huius operis uideri poteſt, quam ut plus iuſto ab rerum ordine declinarem; uarietatibuſq. diſtinguendo opere, & legentibus uelut diuerticula amoena, & requiem animo meo quaererem: tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus ſaepe tacitis cogitationibus uolutauit animum, eas euocat in medium; ut quaerere libeat, quinam euentus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. Plurimum in bello pollere uidentur militum copia & uirtus, ingenia imperatorum, fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas, potens. ea & ſingula intuenti, & uniuerſa, ſicut ab alijs regibus gentibuſque, ita ab hoc quoque facile praeſtant inuictum Romanum imperium. Iam primum, ut ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo, egregium ducem fuiſſe Alexandrum: ſed clariorem tamē eum facit, quod unus fuit, quod adoleſcens, quod in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus, deceſſit. Vt alios reges claros duceſq. omittam, magna exempla caſuum humanorum: Cyrum, quem maxime Graeci laudibus celebrant, quid niſi longa uita, ſicut Magnum modo Pompeium, uertenti praebuit fortunae? Recenſeam duces Romanos, nec omnes omnium aetatum, ſed ipſos eos, cum quibus conſulibus, aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum: M. Valerium Coruum, C. Marcium Rutilum, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem, L. Papirium Curſorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, M. Curium. deinceps ingentes ſequuntur uiri, ſi Punicum Romano praeuertiſſet bellum, ſeniorq. in Italiam transieciſſet. Horum in quolibet tum indoles eadem, quae in Alexandro, erat, animi ingenijque: tum diſciplina militaris, iam inde ab initijs urbis tradita per manus, in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum uenerat. Ita reges geſſerant bella; ita deinde exactores regum, Iunij, Valerijque: ita deinceps Fabii, Quinctij, Cornelij; ita Furius Camillus: quem iuuenes ij, quibus cum Alexandro dimicandum erat, ſenem uiderant. Militaria opera pugnando obeunti Alexandro (nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt) ceſſiſſet uidelicet in acie oblatus Manlius Torquatus, aut Valerius Coruus, inſignes ante milites, quam duces? Ceſſiſſent Decij deuotis corporibus in hoſtem ruentes? Ceſsiſſet Papirius Curſor; illo corporis robore, illo animi? Victus eſſet conſilijs iuuenis unius, ne ſingulos nominem, ſenatus ille? quem qui ex regibus conſtare dixit, unus ueram ſpeciem Romani ſenatus cepit. Id uero erat periculum, ne ſollertius, quam quiuis unus ex ijs, quos nominaui, caſtris locum caperet, commeatus expediret, ab inſidijs praecaueret, tempus pugnae eligeret, aciem inſtrueret, ſubſidijs firmaret. Non iam cum Dario rem eſſe dixiſſet: quem mulierum ac ſpadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunae ſuae apparatibus, praedam uerius, quam hoſtem, nihil aliud, quam bene auſus uana contemnere, incruentus deuicit. Longe alius Italiae, quam Indiae, per quam temulento agmine comeſſabundus inceſſit, uiſus illi habitus eſſet, ſaltus Apuliae, ac montes Lucanos cernenti, & ueſtigia recentia domeſticae cladis: ubi auunculus eius, nuper Epeiri rex, Alexander abſumptus erat. Et loquimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus; quarum nemo intolerantior fuit. Qui ſi ex habitu nouae fortunae, nouique, ut ita dicam, ingenij, quod ſibi uictor induerat ſpectetur, Dario magis ſimilis, quam Alexandro, in Italiam ueniſſet, & exercitum Macedoniae oblitum, degenerantemq. iam in Perſarum mores adduxiſſet. Referre in tanto rege piget ſuperbam mutationem ueſtis, & deſideratas humi iacentium adulationes, etiam uictis Mace-

F G H I K

donibus

A donibus graues,nedum uictoribus: & foeda ſupplicia;& inter uinum & epulas caedes amicorum: & uanitatem ementiendae ſtirpis. Quid,ſi uini amor in dies fieret acrior? quid, ſi trux ac praeferuida ira? (nec quidquam dubium inter ſcriptores refero) nullane haec damna imperatorijs uirtutibus ducimus? Id uero periculum erat,quod leuiſſimi ex Graecis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriae fauent, dictitare ſolent, ne maieſtatem nominis Alexandri,quem ne fama quidem illis notum arbitror fuiſſe, ſuſtinere nō potuerit populus R. & aduerſus quem Athenis, in ciuitate fracta Macedonum armis,cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, concionari libere auſi ſint homines; id quod ex monumentis orationum patet; aduerſus eum nemo ex tot proceribus Romanis uocem liberam miſſurus fuerit. Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta paullo plus decem annorum felici-
B tate: quam qui eo extollunt, quod populus R.etſi nullo bello, multis tamē proelijs uictus ſit, Alexandro nullius pugnae non ſecunda fortuna fuerit: non intelligunt ſe unius hominis res geſtas, & eius iuuenis, cum populi iam octingenteſimum bellantis annum rebus conferre. Miremur, ſi cum ex hac parte ſaecula plura numerentur,quam ex illa anni: plus in tam longo ſpatio, quam in aetate XIII annorum fortuna uariauerit. Quin tu hominis cum homine, & ducis cum duce, fortunam cum fortuna confers? Quot Romanos duces nominem,quibus numquam aduerſa fortuna pugnae fuit? Paginas in annalibus magiſtratuum faſtiſq. percurrere licet,conſulum, dictatorumque, quorum nec uirtutis, nec fortunae ullo die populum R. paenituit. Et quo ſint mirabiliores,quam Alexander,aut quiſquā alius rex: denos uicenoſq. dies quidam dictaturam, nemo plus quam annum conſulatum geſſit: ab tribunis plebis delectus impediti ſunt: poſt tempus ad bella ierunt: ante tem-
C pus,comitiorum cauſſa reuocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: collegae nunc temeritas, nunc prauitas impedimento aut damno fuit: male geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt: tironem, aut mala diſciplina inſtitutum exercitum acceperunt. At hercule reges non liberi ſolum impedimentis omnibus,ſed domini rerum temporumque, trahunt conſilijs cuncta,non ſequuntur. Inuictus ergo Alexander cum inuictis ducibus bella geſſiſſet; & eadem fortunae pignora in diſcrimē detuliſſet; immo etiam eo plus periculi ſubiſſet, quod Macedones unum Alexandrum habuiſſent, multis caſibus non ſolum obnoxium,ſed etiam offerentem ſe: Romani multi fuiſſent Alexandro uel gloria,uel rerum magnitudine pares: quorū ſuo quiſque fato, ſine publico diſcrimine,uiueret,moreretur que. Reſtat,ut copiae copijs comparentur uel numero, uel militum genere, uel multitudine auxiliorum. Cenſebantur eius aetatis luſtris ducena quinquagena millia capitum. itaque in
D omni defectione ſociorum Latini nominis, urbano prope delectu decem ſcribebantur legiones. quaterni,quiniq. exercitus ſaepe per eos annos in Etruria, in Vmbria, Gallis hoſtibus adiunctis, in Samnio,in Lucanis gerebant bellum. Latium deinde omne cum Sabinis,& Volſcis,& Aequis,& omni Campania,& parte Vmbriae Etruriaeque,& Picentibus, & Marſis, Peligniſque, ac Veſtinis, atque Apulis, adiunctaq. omni ora Graecorum inferi maris a Thurijs Neapolim & Cumas, & inde Antio, atque Oſtia tenus Samnites, aut ſocios ualidos Romanis,aut fractos bello inueniſſet hoſtes. Ipſe tranſieciſſet mare cum ueteranis Macedonibus, non plus triginta millibus hominum, & quattuor millibus equitum, maxime Theſſalorum. hoc enim roboris erat. Perſas, Indos, aliaſq. ſi adiunxiſſet gentes, impedimentum magis,quam auxilium, traheret. Adde, quod Romanis ad manum domi ſupplementum eſſet; Alexandro, quod poſtea Hannibali accidit, alieno in agro bellanti,
E exercitus conſenuiſſet. Arma,clypeus, ſariſſaeq. illis: Romano ſcutum,maius corpori tegumentum,& pilum,haud paullo, quam haſta, uehementius ictu miſſuq.telum. Statarius uterque miles, ordines ſeruans: ſed illa phalanx immobilis, & unius generis: Romana acies diſtinctior,ex pluribus partibus conſtans,facilis partienti, quacumque opus eſſet,facilis iungenti. Iam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborē melior? Vno proelio uictus Alexander,bello uictus eſſet. Romanum,quem Caudium, quem Cannae non fregerunt,quae fregiſſet acies? Nae ille ſaepe,etiam ſi prima proſpere eueniſſent, Perſas & Indos, & imbellem Aſiam quaeſiſſet, & cum feminis ſibi bellum fuiſſe dixiſſet: quod Epiri regem Alexandrum, mortifero uulnere ictum, dixiſſe ferunt, ſortem bellorum in Aſia geſtorum ab hoc ipſo iuuene cum ſua conferentem. Equidem, cum per annos

quattuor & uiginti primo Punico bello claſſibus certatum cum Poenis recordor, uix aetatem Alexandri ſuffecturam fuiſſe reor ad unum bellum. Et forſitan cum & foederibus ue- F
tuſtis iuncta Punica res Romanae eſſet; & timor par aduerſus communem hoſtem duas potentiſſimas armis uiriſq. urbes armaret; ſimul Punico Romanoq. obrutus bello eſſet. Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus, ſed experti tamen ſunt Romani Macedonem hoſtem aduerſus Antiochum, Philippum, & Perſen, non modo cum clade ulla, ſed ne cum periculo quidem ſuo. Abſit inuidia uero, & ciuilia bella ſileant. numquam ab equite hoſte, numquã a pedite, numquam aperta acie, numquam aequis utique, numquam iniquis locis laborauimus. Equitem, ſagittas, ſaltus impeditos, auia commeatibus loca, grauis armis miles timere poteſt. mille acies grauiores, quam Macedonum atque Alexandri, auertit: auertetque, modo ſit perpetuus huius, qua uiuimus, pacis amor,

An.436. ciuilis cura concordiae. M. Foſlius Flaccinator inde, & L. Plautius Venno conſules facti. G
Eo anno ab frequentibus Samnitium populis de foedere renouando legati cum ſenatum humi ſtrati mouiſſent, reiecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces. Itaque de foedere negatum: indutiae biennij, cum per aliquot dies fatigaſſent ſingulos precibus, impetratae. Et ex Apulia Teanenſes Canuſinique populationibus feſſi, obſidibus L. Plautio conſuli datis, in deditionem uenerunt. Eodem anno primum praefecti Capuae creari coepti, legibus ab L. Furio praetore datis: cum utrumque ipſi pro remedio aegris rebus diſcordia inteſtina petiſſent. Et duae Romae additae tribus, Vfentina, ac Falerina. Inclinatis ſemel in Apulia rebus, Teates quoque Apuli ad nouos conſules, C. Iunium Bubulcum, Q. Aemilium Barbulam foedus petitum uenerunt. Pacis per omnẽ Apuliam praeſtandae populo R. auctores, id audacter ſpondendo, impetrauerunt ut foedus daretur; neque ut aequo tamen foedere, ſed ut in ditione populi R. eſſent. Apulia H
perdomita (nam Acheronto quoque ualido opido Iunius potitus erat) in Lucanos perrectum. inde repentino aduentu Aemilij conſulis Nerulum ui captum. Et poſtquam res Capuae ſtabilitas Romana diſciplina, fama per ſocios uulgauit: Antiatibus quoque, qui ſe ſine legibus certisque magiſtratibus agere querebantur, dati ab ſenatu ad iura ſtatuenda

An.437. ipſius coloniae patroni. Nec arma modo, ſed iura etiam Romana late pollebant. C. Iunius Bubulcus, & Q. Aemilius Barbula conſules, exitu anni non conſulibus ab ſe creatis,

An.438. Sp. Nautio, & M. Popillio, ceterum dictatori L. Aemilio legiones tradiderunt. Is cum L. Fuluio magiſtro equitum Saticulam oppugnare adortus, rebellandi cauſſam Samnitibus dedit. Duplex inde terror illatus Romanis. hinc Samnis magno exercitu coacto, ad eximendos obſidione ſocios, haud procul caſtris Romanorum caſtra poſuit. hinc Saticulani magno cum tumultu patefactis repente portis in ſtationes hoſtium incurrerunt. I
Inde pars utraque ſpe alieni magis auxilij, quam uiribus freta ſuis, iuſto mox proelio inito Romanos urgent. & quamquam anceps dimicatio erat, tamen utrimque tutam aciem dictator habuit: quia & locum haud facilem ad circumueniendum cepit: & diuerſa ſtatuit ſigna. Infeſtior tamen in erumpentes inceſſit: nec magno certamine intra moenia compulit. tum totam aciem in Samnites obuertit. ibi plus certaminis fuit. Victoria ſicut ſera, ita nec dubia, nec uaria fuit. Fuſi in caſtra Samnites, exſtinctis nocte ignibus, tacito agmine abeunt: & ſpe abiecta Saticulae tuendae, Pliſtiam ipſi, ſocios Romanorum, ut parem dolorem hoſti redderent, circumſidunt. Anno circumacto, bellum deinceps ab dictato-

An.439. re Q. Fabio geſtum eſt. Conſules noui L. Papirius Curſor quartum, & Q. Publilius Philo quartum, ſicut ſuperiores, Romae manſerunt: Fabius ad accipiendum ab Aemilio exercitum ad Saticulam cum ſupplemento uenit. Neque enim Samnites ad Pliſtiam manſerant; ſed, accitis ab domo nouis militibus, multitudine freti caſtra eodem, quo ante, loco K
poſuerunt, laceſſentesque proelio Romanos auertere ab obſidione conabantur. Eo intentior dictator in moenia hoſtium uerſus, id bellum tanti ducere, quod urbem oppugnabat; ſecurior ab Samnitibus agere, ſtationibus modo oppoſitis, ne qua in caſtra uis fieret. eo ferocius obequitare Samnites uallo, neque otium pati. Et cum iam prope in portis caſtrorum eſſet hoſtis, nihil conſulto dictatore magiſter equitum Q. Aulius Cerretanus magno tumultu cum omnibus turmis equitum euectus, ſummouit hoſtem. Tum in minime pertinaci genere pugnae ſic fortuna exercuit opes, ut inſignis utrimq. clades, & clara ipſorum ducum ederet funera. Prior Samnitium imperator aegre patiens, quo tam ferociter

adequitaſſet,

A adequitaſſet, inde ſe fundi fugarique, orando hortandoq. equites proelium integrauit. in quem, inſignem inter ſuos cientem pugnam, magiſter equitum Romanus infeſta cuſpide ita permiſit equum, ut uno ictu exanimem equo praecipitaret: nec, ut fit, ad ducis caſum perculſa magis, quam irritata, eſt multitudo. omnes, qui circa erant, in Aulium, temere inuectum per hoſtium turmas, tela coniecerunt; fratriq. praecipuum decus ulti Samnitium imperatoris dederunt. is uictorem detractum ex equo, magiſtrum equitum, plenus maeroris atque irae trucidauit: nec multum abfuit, quin corpore etiam, quia inter hoſtiles ceciderat turmas, Samnites potirentur. Sed extemplo ad pedes deſcenſum ab Romanis eſt: coactiq. idem Samnites facere: & repentina acies circa corpora ducum pedeſtre proelium inijt; quo haud dubie ſuperat Romanus: recuperatumq. Aulij corpus, miſta cum dolore laetitia, uictores in caſtra referunt. Samnites, duce amiſſo, & per equeſtre certamen tentatis
B uiribus, omiſſa Saticula, quam nequidquam defendi rebantur, ad Pliſtiae obſidionem redeunt: intraq. paucos dies Saticula Romanus per deditionẽ, Pliſtia per uim Samnis potitur. Mutata inde belli ſedes eſt, ad Soram e Samnio Apuliaq. transductae legiones. Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum. quo cum prior Romanus exercitus ad ulciſcendam ciuium necem, recuperandamque coloniam magnis itineribus perueniſſet; & ſparſi per uias ſpeculatores, ſequi legiones Samnitium, nec iam procul abeſſe, alij ſuper alios nunciarent; obuiam itum hoſti, atque ad Lautulas ancipiti proelio dimicatum eſt. Non caedes, non fuga alterius partis, ſed nox incertos, uicti, uictoresne eſſent, diremit. Inuenio apud quoſdam, aduerſam eam pugnam Romanis fuiſſe; atque in ea cecidiſſe Q. Aulium, magiſtrum equitum. Suffectus in locum Aulij C. Fabius magiſter equitum cum exercitu nouo ab Roma aduenit; & per praemiſſos nuncios conſulto dicta-
C tore, ubi ſubſiſteret, quoue tempore, & qua ex parte hoſtem aggrederetur, ſubſtitit occultus ad omnia ſatis exploratis conſilijs. Dictator cum per aliquot dies poſt pugnam continuiſſet ſuos intra uallum, obſeſſi magis, quam obſidentis modo, ſignum repente pugnae propoſuit. Et efficacius ratus ad accendendos uirorum fortiũ animos, nullam alibi, quam in ſemetipſo, cuiquam relictam ſpem; de magiſtro equitum, nouoq. exercitu militem celauit: &, tamquam nulla, niſi in eruptione, ſpes eſſet; Locis, inquit, anguſtis milites deprehenſi, niſi quam uictoria patefecerimus, uiam nullam habemus. ſtatiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt; ſed inopia eadem infeſta. nam & circa omnia defecerunt, unde ſubuehi commeatus poterant: & ſi omnes iuuare uelint, iniqua loca ſunt. itaque non fruſtrabor ego uos, caſtra hic relinquendo, in quae, infecta uictoria, ſicut priſtino die, uos recipiatis. armis munimenta, non munimentis arma tuta eſſe debent. caſtra habeant, repetantque,
D quibus operae eſt trahere bellum: nos omnium rerum reſpectum, praeterquam uictoriae, nobis abſcindamus. ferte ſigna in hoſtem: ubi extra uallum agmen exceſſerit; caſtra, quibus imperatum eſt, incendant. Damna ueſtra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum praeda ſarcientur. Ea oratione dictatoris, quae neceſsitatis ultimae index erat, milites accenſi, uadunt in hoſtem: & reſpectus ipſe ardentium caſtrorum, quamquam proximis tantum (ita enim iuſſerat dictator) ignis eſt ſubditus, haud paruum fuit irritamentum. itaque uelut uaecordes illati ſigna primo impetu hoſtium turbant: & in tempore poſtquam ardentia procul uidit caſtra magiſter equitum, (id conuenerat ſignum) hoſtium terga inuadit. ita circumuenti Samnites, qua poteſt quiſque, fugam per diuerſa petunt. ingens multitudo in unum metu conglobata, ac ſemetipſam turba impediens, in medio caeſa. caſtra hoſtium capta direptaque, quorum praeda onuſtum militem in Romana caſtra dictator reducit, haudquaquam tam uictoria laetum, quam quod, praeter exiguam
E deformatam incendio partem, cetera contra ſpem ſalua inuenit. Ad Soram inde reditum; nouiq. conſules M. Poetelius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt, magna parte ueterum militum dimiſſa, nouiſq. cohortibus in ſupplementum adductis. Ceterum cum, propter difficilem urbis ſitum, nec oppugnandi ſatis certa ratio iniretur, & aut tempore longinqua, aut praeceps periculo uictoria eſſet; Soranus transfuga clam ex opido profectus, cum ad uigiles Romanos penetraſſet, duci ſe extemplo ad conſules iubet; deductusque, traditurũ urbem, promittit. uiſus inde, cum, quonam modo id praeſtaturus eſſet, percunctantes doceret, haud uana afferre, perpulit prope adiuncta moenibus Romana caſtra, ut ſex millia ab opido remouerentur: fore, ut minus intente in cuſtodiam

urbis diurnae ſtationes,ac nocturnae uigiliae eſſent. ipſe, inſequenti nocte, ſub opido,ſilueſtribus locis,cohortibus inſidere iuſſis, decem milites delectos ſecum per ardua ac prope inuia in arcem ducit, pluribus, quam pro numero uirorum, miſſilibus telis eo collatis. ad hoc ſaxa erant & temere iacentia, ut fit, in aſpretis,& de induſtria etiam, quo locus tutior eſſet, ab opidanis congeſta. ubi cum conſtituiſſet Romanos, ſemitamq. anguſtam & arduam erectam ex opido in arcem oſtendiſſet; Hoc quidem adſcenſu, inquit, uel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint: uos & decem numero, &, quod plus eſt, Romani, Romanorumq. fortiſſimi uiri eſtis; & locus pro uobis,& nox erit,quae omnia ex incerto maiora territis oſtentat. ego iam terrore omnia implebo: uos arcem intenti tenete. decurrit inde quanto maximo poterat cum tumultu, Ad arma,& Pro ueſtram fidem ciues, clamitans, Arx ab hoſtibus capta eſt,ite,defendite. Haec, incidens principum foribus, haec obuijs,haec excurrentibus in publicum pauidis increpat. Acceptum ab uno pauorem plures per urbem ferunt. trepidi magiſtratus, miſſis ad arcem exploratoribus, cum tela & armatos tenere arcem multiplicato numero audirent,auertunt animos a ſpe recuperandae arcis. fuga cuncta complentur: portaeq. a ſemiſomnis,ac maxima parte inermibus refringuntur: quarum per unam praeſidium Romanum,clamore excitatum,irrumpit, & concurſantes per uias pauidos caedit. Iam Sora capta erat, cum conſules prima luce aduenere,& quos reliquos fortuna ex nocturna caede ac fuga fecerat,in deditionem accipiunt. ex his CCXXXV. qui omnium conſenſu deſtinabantur & infandae colonorum caedis & defectionis auctores, uinctos Romam deducunt: ceteram multitudinem incolumem, praeſidio impoſito,Sorae relinquunt. omnes,qui Romã deducti erant,uirgis in foro caeſi, ac ſecuri percuſſi, ſummo gaudio plebis: cuius maxime intererat,tutam ubique,quae paſſim in colonias mitteretur, multitudinem eſſe. conſules ab Sora profecti, in agros atque urbes Auſonum bellum intulerunt. Mota namque omnia aduentu Samnitium, cum apud Lautulas dimicatum eſt, fuerant, coniurationeſque circa Campaniam paſſim factae. nec Capua ipſa crimine caruit. quin Romam quoque ad principum quoſdam inquirendos uentum eſt. Ceterum Auſonum gens proditione urbium, ſicut Sora, in poteſtatem uenit. Auſona,& Minturnae,& Veſcia urbes erant: ex quibus principes iuuentutis duodecim numero, in proditionem urbium ſuarum coniurati, ad conſules ueniunt: docent, ſuos, iampridem exoptantes Samnitum aduentum, ſimul ad Lautulas pugnatum audierunt, pro uictis Romanos habuiſſe, iuuentute & armis Samnites iuuiſſe: fugatis inde Samnitibus,incerta pace agere,nec claudentes portas Romanis, ne accerſant bellũ; & obſtinatos claudere, ſi exercitus admoueatur. in ea fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe. His auctoribus mota propius caſtra: miſſiq. eodem tempore circa tria opida milites, partim armati, qui occulti propinqua moenibus inſiderent loca; partim togati, tectis ueſte gladijs, qui ſub lucem apertis portis urbes ingrederentur. Ab ijs ſimul cuſtodes trucidari coepti, ſimul datum ſignum armatis, ut ex inſidijs concurrerent. ita portae occupatae, triaq. opida eadem hora, eodemque conſilio capta. ſed quia abſentibus ducibus impetus eſt factus,nullus modus caedibus fuit: deletaq. Auſonum gens uix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello certaſſet. Eodem anno, prodito hoſtibus Romano praeſidio, Luceria Samnitium facta: nec diu proditoribus impunita res fuit. haud procul inde exercitus Romanus erat: cuius primo impetu urbs ſita in plano capitur: Lucerini ac Samnites ad internecionem caeſi. eoq. ira proceſſit,ut Romae,cum de colonis mittendis Luceriam conſuleretur ſenatus, multi delendam urbem cenſerent. praeter odium,quod exſecrabile in bis captos erat,longinquitas quoque abhorrere a relegandis tam procul ab domo ciuibus inter tam infeſtas gentes cogebat. uicit tamen ſententia, ut mitterentur coloni. duo millia & quingenti miſſi. Eodem anno,cum omnia infida Romanis eſſent,Capuae quoque occultae principum coniurationes factae:de quibus cũ ad ſenatum relatum eſſet,haudquaquam neglecta res eſt. quaeſtiones decretae: dictatoremq. quaeſtionibus exercendis dici placuit. C.Maenius dictus.is M. Foſlium magiſtrum equitum dixit. Ingens erat magiſtratus eius terror. itaque ſiue timore eius, ſeu conſcientia,Calauios,Ouum,Nouumque, (ea capita coniurationis fuerant) priusquam nominarẽtur apud dictatorem,mors,haud dubie ab ipſis conſcita,iudicio ſubtraxit. Deinde,ut quaeſtioni Campanae materia deceſsit, uerſa Romam interpretando res: non nominatim, qui

Capuae,

A Capuae, ſed in uniuerſum, qui uſquā coiſſent, coniuraſſent ue aduerſus remp. quaeri ſena-
tum iuſsiſſe; & coitiones honorum adipiſcendorum cauſſa factas, aduerſus remp. eſſe. la-
tiorq. & re & perſonis quaeſtio fieri; haud abnuente dictatore, ſine fine ulla quaeſtionis
ſuae ius eſſe. Poſtulabantur ergo nobiles homines: appellantibuſq. tribunos nemo erat
auxilio, quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec ij modo, in quos crimen inten-
debatur, ſed uniuerſi ſimul, negare, nobilium id crimen eſſe; quibus ſi nulla obſtetur
fraude, pateat uia ad honorem, ſed hominum nouorum. ipſos adeo dictatorem magi-
ſtrumq. equitum, reos magis, quam quaeſitores idoneos, eius criminis eſſe: intellecturoſ-
que ita id eſſe, ſimul magiſtratu abiſſent. Tum enimuero Maenius iam famae magis, quam
imperij, memor, progreſſus in concionem ita uerba fecit. Et omnes anteactae uitae uos
conſcios habeo Quirites: & hic ipſe honos delatus ad me, teſtis eſt innocentiae meae. Ne
B que enim, quod ſaepe alias, quia ita tempora poſtulabant reip. qui bello clariſſimus eſſet,
ſed qui maxime procul ab his coitionibus uitam egiſſet, dictator deligendus exercendis
quaeſtionibus fuit. ſed quoniam quidam nobiles homines (qua de cauſſa, uos exiſtimare,
quam me pro magiſtratu quidquam incompertum dicere, melius eſt) primum ipſas expu-
gnare quaeſtiones omni ope anniſi ſunt: dein, poſt quam ad id parum potētes erāt, ne cauſ
ſam dicerent, in praeſidia aduerſariorum, appellationem & tribunicium auxilium, patricij
confugerunt: poſtremo repulſi inde (adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam ſuam
purgarent, uiſa) in nos irruerunt, & priuatis, dictatorem poſcere reum uerecundiae non
fuit: ut omnes dij homineſq. ſciant, ab illis etiam, quae non poſſunt, tentari, ne rationem
uitae reddant; me obuiam ire crimini, & offerre me inimicis reum; dictatura me abdico.
Vos quaeſo conſules, ſi uobis datum ab ſenatu negotium fuerit, in me primum & hunc M.
C Foſlium quaeſtiones exerceatis: ut appareat, innocentia noſtra nos, nō maieſtate honoris
tutos a criminationibus iſtis eſſe. Abdicat inde ſe dictatura, & poſt eum confeſtim Foſlius
magiſterio equitum: primiq. apud conſules (ijs enim ab ſenatu mandata res erat) rei fa-
cti, aduerſus nobilium teſtimonia egregie abſoluuntur. Publilius etiam Philo, multipli-
catis ſummis honoribus, poſt res tot domi belliq. geſtas, ceterum inuiſus nobilitati, cauſ-
ſam dixit, abſolutuſq eſt. Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat, quaeſtio per clara
nomina reorum uiguit. inde labi coepit ad uiliora capita, donec coitionibus factionibuſ-
que, aduerſus quas comparata erat, oppreſſa eſt. Earum fama rerum, magis tamen ſpes
Campanae defectionis, in quam coniuratum erat, Samnites in Apuliam uerſos, rurſus ad
Caudium reuocauit: ut inde ex propinquo, ſi qui motus occaſionem aperiret, Capuam Ro
manis eriperent. Eo conſules cum ualido exercitu uenerunt. & primo circa ſaltus, cum
D utrimque ad hoſtem iniqua uia eſſet, cunctati ſunt. deinde Samnites per aperta loca breui
circuitu in loca plana, Campanos campos, agmen demittunt. ibiq. primum caſtra in con-
ſpectu hoſtibus data: deinde leuibus proelijs equitum ſaepius, quam peditum, utrimq. pe-
riculum factum. nec aut euentus eorum Romanum, aut morae, qua trahebant bellum, pae
nitebat. Samnitium contra ducibus, & carpi paruis quotidie damnis, & ſeneſcere dilatio-
ne belli uires ſuae uidebantur. itaque in aciem procedunt, equitibus in cornua diuiſis: qui
bus praeceptum erat, intentiores ad reſpectum caſtrorum, ne qua eo uis fieret, quam ad
proelium ſtarent: aciem pediti tutam fore. conſules Sulpicius in dextro, Poetelius in lae
uo cornu conſiſtunt. dextra pars, qua & Samnites raris ordinibus, aut ad circumeundos
hoſtes, aut ne ipſi circumirentur, conſtiterant, latius patefacta ſtetit. ſiniſtris, praeterquam
quod confertiores ſteterant, repentino conſilio Poetelij cōſulis additae uires: qui ſubſidia
E rias cohortes, quae integrae ad longioris pugnae caſus reſeruabantur, in primam aciem ex
templo emiſit; uniuerſiſque hoſtem primo impetu uiribus impulit. Commota pedeſtri
acie Samnitium, eques in pugnam ſuccedit. in hunc tranſuerſo agmine inter duas acies
ſe inferentem Romanus equitatus concitat equos: ſignaq. & ordines peditum, atque equi
tum confundit, donec uniuerſam ab ea parte auertit aciem. in eo cornu non Poetelius
ſolus, ſed Sulpicius etiam hortator affuerat, auectus ab ſuis nondum conſerentibus ma
nus ad clamorem ab ſiniſtra parte prius exortum. unde haud dubiam uictoriam cernens,
cum ad ſuum cornu tenderet cum mille ducentis uiris, diſsimilem ibi fortunam inuenit,
Romanos loco pulſos, uictorem hoſtem ſigna in perculſos inferentem. ceterum omnia
mutauit repente conſulis aduentus. nam & conſpectu ducis refectus militum eſt animus:

& maius, quam pro numero, auxilium aduenerat, fortes uiri: & partis alterius uictoria F
audita, mox uiſa etiam proelium reſtituit. tota deinde iam uincere acie Romanus: &, omiſ-
ſo certamine, caedi capiq. Samnites, niſi qui Maleuentum, cui nunc urbi Beneuentum no-
men eſt, perfugerunt. Ad triginta millia caeſa aut capta Samnitium, proditum memoriae
eſt. conſules, egregia uictoria parta, protinus inde ad Bouianum oppugnandum legio-
AN.441. nes ducunt: ibiq. hiberna egerunt: donec ab nouis conſulibus L. Papirio Curſore quin-
ctum, C. Iunio Bubulco iterum, nominatus dictator C. Poetelius cum M. Foſlio magi-
ſtro equitum exercitum accepit. is cum audiſſet arcem Fregellanam ab Samnitibus ca-
ptam, omiſſo Bouiano ad Fregellas pergit. Vnde poſt nocturnam Samnitium fugam, ſine
certamine receptis Fregellis, praeſidioq. ualido impoſito, in Campaniam reditum, ma-
xime ad Nolam armis repetendam. eo ſe intra moenia ſub aduentum dictatoris & Samni-
tium omnis multitudo, & Nolana agreſtis, contulerant. Dictator, urbis ſitu circumſpecto, G
quo apertior aditus ad moenia eſſet, omnia aedificia (& frequenter ibi habitabatur) cir-
cumiecta muris incendit. nec ita multo poſt, ſiue a Poetelio dictatore, ſiue ab C. Iunio con
ſule (nam utrumque traditur) Nola eſt capta. Qui captae decus Nolae ad conſulem tra-
hunt, adijciunt, Atinam & Calatiam ab eodem captas; Poetelium autem, peſtilentia orta,
claui figendi cauſſa dictatorem dictum. Sueſſam, & Pontiam eodem anno coloniae dedu-
ctae ſunt. Sueſſa Auruncorum fuerat: Volſci Pontias, inſulam ſitam in conſpectu litoris
ſui incoluerant. Et, Interamnam, & Caſinum ut deducerentur coloniae, ſenatuſconſultum
factum eſt. ſed triumuiros creauere, ac miſere colonorum quattuor millia inſequẽtes cõ-
AN.442. ſules M. Valerius, P. Decius. Profligato fere Samnitium bello, prius quam ea cura dece-
deret patribus Romanis, Etruſci belli fama exorta eſt. nec erat ea tempeſtate gens alia,
cuius, ſecundum Gallicos tumultus, arma terribiliora eſſent, cum propinquitate agri, tum H
multitudine hominum. itaque, altero conſule in Samnio reliquias belli perſequente, P. De-
cius, qui grauiter aeger Romae reſtiterat, auctore ſenatu dictatoré, C. Sulpicium Longũ, is
magiſtrum equitum, C. Iunium Bubulcum dixit. is, prout rei magnitudo poſtulabat, o-
mnes iuniores ſacramento adigit; arma, quaeq. alias res poſcit, ſumma induſtria parat: nec
tantis apparatibus elatus de inferendo bello agitat, quieturus haud dubie, niſi ultro arma
Etruſci inferrent. Eadem in comparando cohibendoq. bello conſilia & apud Etruſcos
fuere. neutri finibus egreſſi. Et cenſura clara eo anno Ap. Claudij, & C. Plautij fuit: me-
moriae tamen felicioris ad poſteros nomen Appij, quod uiam muniuit, & aquam in urbẽ
duxit: eaq. unus perfecit, quia ob infamem, atque ignominioſam ſenatus lectionem uere
cundia uictus collega magiſtratu ſe abdicauerat. Appius, iam inde antiquitus inſitam per
tinaciã familiae gerendo, ſolus cenſuram obtinuit. Eodem Appio auctore Potitia gẽs, cu- I
ius ad aram maximam Herculis familiare ſacerdotium fuerat, ſeruos publicos miniſterij
delegandi cauſſa ſollemnia eius ſacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile, & quod dimo
uendis ſtatu ſuo ſacris religionem facere poſſet; cum duodecim familiae ea tẽpeſtate Po-
titiorum eſſent, puberes ad triginta, omnes intra annum cum ſtirpe exſtinctos; nec nomen
tantum Potitiorum interiſſe, ſed cenſorem etiam Appium memori deum ira poſt aliquot
annos luminibus captum. Itaque cõſules, qui eum annum ſecuti ſunt, C. Iunius Bubulcus
AN.443. tertium, & Q. Aemilius Barbula iterum; initio anni queſti apud populum, deformatum or
dinem praua lectione ſenatus, qua potiores aliquot lectis praeteriti eſſent; negauerũt eam
lectionem ſe, quae ſine recti prauiq. diſcrimine ad gratiam ac libidinẽ facta eſſet, obſerua-
turos: & ſenatũ extemplo citauerunt eo ordine, qui ante cẽſores Ap. Claudiũ & C. Plau-
tiũ fuerat. Et duo imperia eo anno dari coepta per populũ, utraque pertinentia ad rem mi- K
litarem: unum, ut tribuni militum ſenideni in quattuor legiones a populo crearentur, quae
antea, perquam paucis ſuffragio populi relictis locis, dictatorũ & conſulũ ferme fuerãt be-
neficia. tulere eã rogationẽ tribuni pl. L. Atilius, C. Marcius. alterũ, ut duumuiros naua-
les claſſis ornandae reficiendaeq. cauſſa idem populus iuberet. lator huius plebiſciti fuit
M. Decius tribunus plebis. Eiuſdem anni rẽ, dictu paruam, praeterirem, ni ad religionem
uiſa eſſet pertinere. Tibicines, quia prohibiti a proximis cenſoribus erant in aede Iouis ue
ſci, quod traditum antiquitus erat, aegre paſſi, Tibur uno agmine abierũt: adeo, ut nemo in
urbe eſſet qui ſacrificijs praecineret. Eius rei religio tenuit ſenatum: legatoſq. Tibur miſe-
runt, ut darent operam, ut hi homines Romanis reſtituerentur. Tiburtini benigne polli-

citi,

A citi, primum accitos eos in curiam hortati ſunt, ut reuerterentur Romam: poſtquam per-
pelli nequibant, conſilio, haud abhorrente ab ingenijs hominum, eos aggrediuntur. Die
feſto alij alios, per ſpeciem, celebrandarum cantu epularum cauſſa inuitant, & uino, cuius
auidum ferme genus eſt, oneratos ſopiunt: atque ita in plauſtra uinctos conijciunt, ac
Romam deportant: nec prius ſenſere, quam plauſtris in foro relictis plenos crapulae eos
lux oppreſſit. Tunc concurſus populi factus, impetratoque ut manerent, datum, ut tri-
duum quotannis ornati cum cantu, atque hac, quae nunc ſollemnis eſt, licentia per ur-
bem uagarentur: reſtitutumque in aede ueſcendi ius ijs, qui ſacris praecinerent. Haec in-
ter duorum ingentium bellorum curam gerebantur. Conſules inter ſe prouincias parti-
ti; Iunio Samnites, Aemilio nouum bellum Etruria ſorte obuenit. In Samnio Clu-
uiam praeſidium Romanum, quia nequiuerat ui capi, obſeſſum fame in deditionem ac-
B ceperant Samnites, uerberibuſque foedum in modum laceratos occiderant deditos.
Huic infenſus crudelitati Iunius, nihil antiquius oppugnatione Cluuiana ratus, quo
die aggreſſus eſt moenia, ui cepit; atque omnes puberes interfecit. inde uictor exerci-
tus Bouianum ductus. Caput hoc erat Pentrorum Samnitium, longe ditiſſimum, at-
que opulentiſſimum armis uiriſque. ibi quia haud tantum irarum erat, ſpe praedae mili-
tes accenſi, opido potiuntur. minus itaque ſaeuitum in hoſtes eſt: praedae plus paene,
quam ex omni Samnio umquam, egeſtum: benigneq omnis militi conceſſa. Et poſtquam
praepotentem armis Romanum nec acies ſubſiſtere ullae, nec caſtra, nec urbes poterant:
omnium principum in Samnium eo curae ſunt intẽtae, ut inſidijs quaereretur locus, ſi qua
licentia populando effuſus exercitus excipi ac circumueniri poſſet. Transfugae agreſtes,
& captiui quidam, pars forte, pars conſilio oblati, congruentia ad conſulem afferentes,
C quae & uera erant, pecoris uim ingentem in ſaltum auium compulſam eſſe; perpulerunt
ut praedatum eo expeditae ducerentur legiones. ibi ingens hoſtium exercitus itinera oc-
cultus inſederat: & poſtquam intraſſe Romanos uidit ſaltum, repente exortus cum cla-
more ac tumultu incautos inuadit. & primo noua res trepidationem fecit, dum arma
capiunt, ſarcinas congerunt in medium: dein, poſtquam, ut quiſque liberauerat ſe
onere, aptaueratque armis, ad ſigna undique coibant, & notis ordinibus in ueterem
diſciplinam militiae iam ſine praecepto ullius ſua ſponte ſtruebatur acies: conſul, ad an-
cipitem maxime pugnam aduectus, deſilit ex equo; & Iouem, Martemque, atque
alios teſtatur deos, ſe nullam ſuam gloriam inde, ſed praedam militi quaerentem, in eum
locum deueniſſe; neque in ſe aliud, quam nimiam ditandi ex hoſte militis curam, repre-
hendi poſſe: ab eo ſe dedecore nullam rem aliam, quam uirtutem militum, uindicatu-
D ram. connitерentur modo uno animo omnes inuadere hoſtem uictum acie, caſtris exſu-
tum, nudatum urbibus, ultimam ſpem furto inſidiarum tentantem, & loco, non armis, fre-
tum: ac quem eſſe iam uirtuti Romanae, inexpugnabilem locum? Fregellana arx, Sorana-
que, & ubicumque iniquo ſucceſſum erat loco, memorabantur. His accenſus miles, o-
mnium immemor difficultatum, uadit aduerſus imminentem hoſtium aciem. ibi paullũ la-
boris fuit, dum in aduerſum cliuum erigitur agmen. ceterum, poſtquam prima ſigna plani
ciem ſummam ceperunt, ſenſitq. acies aequo ſe iam inſtitiſſe loco, uerſus extemplo eſt ter-
ror in inſidiatores: eaſdemq. latebras, quibus ſe paullo ante texerant, palati atque inermes
fuga repetebant: ſed loca difficilia ab hoſte quaeſita, ipſos cum ſua fraude impediebant.
itaque ergo perpaucis effugium patuit. Caeſa ad uiginti millia hominum: uictorq. Roma-
nus ad oblatam ultro ab hoſte praedam pecorum diſcurrit. Dum haec geruntur in Samnio,
E iam omnes Etruriae populi, praeter Arretinos, ad arma ierant, ab oppugnãdo Sutrio, quae
urbs ſocia Romanis uelut clauſtra Etruriae erat, ingens orſi bellum. Eo alter conſul Aemi-
lius cum exercitu ad liberandos obſidione ſocios uenit. Aduenientibus Romanis Sutrini
commeatus benigne in caſtra ante urbem poſita aduexere. Etruſci diem primum, conſul-
tando, maturarent, traherentne bellum, tranſduxerunt: poſtero die, ubi celeriora, quam tu
tiora, conſilia magis placuere ducibus, ſole orto, ſignum pugnae propoſitum eſt; armatiq.
in aciem procedunt. quod poſtquam conſuli nunciatum eſt, extemplo teſſeram dari iu-
bet, ut prandeat miles, firmatiſq. cibo uiribus arma capiat. dicto paretur. Conſul ubi ar-
matos paratoſque uidit, ſigna extra uallum proferri iuſſit, & haud procul hoſte inſtruxit
aciem. Aliquandiu intenti utrimque ſteterunt, exſpectantes ut ab aduerſarijs clamor & pu

gna inciperet. & prius ſol meridie ſe inclinauit, quam telum hinc aut illinc emiſſum eſt. F
inde, ne infecta re abiretur, clamor ab Etruſcis oritur, concinuntque tubae, & ſigna inferun
tur. nec ſegnius a Romanis pugna initur. Concurrunt infenſis animis. numero hoſtis, uir-
tute Romanus ſuperat. anceps proelium multos utrimque, & fortiſſimum quemque abſu-
mit. nec prius inclinata res eſt, quam ſecunda acies Romana ad prima ſigna, integri feſſis
ſucceſſerunt. Etruſci, quia nullis recentibus ſubſidijs fulta prima acies fuit, ante ſigna cir-
caq. omnes ceciderunt. nullo umquam proelio fugae minus, nec plus caedis fuiſſet, ni obſti
natos mori Tuſcos nox texiſſet, ita ut uictores prius, quam uicti, pugnandi finem facerent.
poſt occaſum ſolis ſignum receptui datum eſt: nocte ab utroque in caſtra reditum. nec de-
inde quidquam eo anno rei memoria dignum apud Sutrium geſtum eſt: quia & ex ho-
ſtium exercitu prima tota acies deleta uno proelio fuerat, ſubſidiarijs modo relictis, uix
quod ſatis eſſet ad caſtrorum praeſidium: & apud Romanos tantum uulnerum fuit, ut G
An.444. plures poſt proelium ſaucij deceſſerint, quam ceciderant in acie. Q. Fabius, inſequen-
tis anni conſul, bellum ad Sutrium excepit. collega Fabio C. Marcius Rutilus datus eſt.
ceterum & Fabius ſupplementum ab Roma adduxit: & nouus exercitus domo accitus
Etruſcis uenit. Permulti iam anni erant, cum inter patricios magiſtratus tribunoſq. ple-
bis nulla certamina fuerant: cum ex ea familia, quae uelut fatalis tum tribunis ac plebi
erat, certamen oritur. Ap. Claudius cenſor, circumactis decem & octo menſibus, quod
Aemilia lege finitum cenſurae ſpatium temporis erat, cum C. Plautius collega eius magi
ſtratu ſe abdicaſſet, nulla ui compelli, ut abdicaret, potuit. P. Sempronius erat tribunus
plebis; qui finiendae cenſurae intra legitimum tempus, actionem ſuſceperat, non popula-
rem magis, quam iuſtam, nec in uulgus, quam optimo cuique, gratiorem. is cum identi-
dem legem Aemiliam recitaret, auctoremq. eius Mam. Aemilium dictatorem laudibus H
ferret: qui quinquennalem ante cenſuram, & longinquitate poteſtatem dominantem, in
tra ſex menſium & anni coegiſſet ſpatium; Dic agedum, inquit, Ap. Claudi, quidnam fa-
cturus fueris, ſi eo tempore, quo C. Furius & M. Geganius cenſores fuerunt, cenſor fuiſ-
ſes? Negare Appius interrogationem tribuni magnopere ad cauſſam pertinere ſuam. nam
etſi tenuerit lex Aemilia eos cenſores, quorum in magiſtratu lata eſſet; quia poſt illos cen
ſores creatos eam legem populus iuſsiſſet, quodque poſtremum iuſſiſſet, id ius, ratumque
eſſet: non tamen aut ſe, aut eorum quemquam, qui poſt eam legem latam creati cenſores
eſſent, teneri ea lege potuiſſe. Haec ſine ullius aſſenſu cauillante Appio, En, inquit, Quiri-
tes, illius Appij progenies, qui decemuir in annum creatus, altero anno ſe ipſe creauit: ter-
tio nec ab ſe, nec ab ullo creatus, priuatus faſces & imperium obtinuit: nec ante continuan
do abſtitit magiſtratu, quam obruerent eum male parta, male geſta, male retenta impe- I
ria. haec eſt eadem familia, Quirites, cuius ui atque iniurijs compulſi extorres patria Sa-
crum montem cepiſtis: haec, aduerſus quam tribunicium auxilium uobis cōparaſtis: haec,
propter quam duo exercitus Auentinum inſediſtis: haec, quae fenebres leges, haec,
quae agrarias ſemper impugnauit: haec connubia patrum & plebis interrupit: haec plebi
ad curules magiſtratus iter obſaepſit. hoc eſt nomen multo, quam Tarquiniorum, infeſtius
ueſtrae libertati. Itane tandem Ap. Claudi, cum centeſimus iam annus ſit ab Mam. Ae-
milio dictatore, tot cenſores fuerint, nobiliſſimi fortiſſimiq. uiri, nemo eorum duodecim
tabulas legit? nemo id ius eſſe, quod poſtremo populus iuſſiſſet, ſciuit? immo uero o-
mnes ſciuerunt; ideo Aemiliae potius legi paruerunt, quam illi antiquae, qua primum cen
ſores creati erant; quia hanc poſtremum iuſſerat populus; & quia, ubi duae cōtrariae leges
ſunt, ſemper antiquā abrogat noua. An hoc dicis Appi, non teneri Aemilia lege populum? K
an populum teneri, te unum extra legem eſſe? tenuit Aemilia lex uiolentos illos cenſores,
C. Furium, & M. Geganium: qui, quid iſte magiſtratus in rep. mali facere poſſet, indicarūt;
cum, ira finitae poteſtatis, Mam. Aemilium, principem aetatis ſuae belli domique, aerariū
fecerunt: tenuit deinceps omnes cenſores intra centum annorum ſpatium: tenet C. Plau-
tiū collegam tuum, iiſdem auſpicijs, eodē iure creatū. an hunc non, ut qui optimo iure cen
ſor creatus eſſet, populus creauit: tu unus eximius es, in quo hoc praecipuū ac ſingulare ua
leat? Quem tu regem ſacrificiorum crees, amplexus regni nomen, ut qui optimo iure rex
Romae creatus ſit, creatum ſe dicet? quem ſemeſtri dictatura, quem interregno quinque
dierum contentum fore putes? quem claui figendi, aut ludorum cauſſa dictatorem auda-

A ctercrees? Quam iſti ſolidos ac ſocordes uideri creditis eos, qui intra uiceſimum diem
ingentibus rebus geſtis dictatura ſe abdicauerunt, aut qui uitio creati, abierunt magiſtra-
tu? Quid ego antiqua repetam? nuper intra decem annos C. Maenius dictator, quia, cum
quaeſtiones ſeuerius, quam quibuſdam potentibus tutum erat, exerceret, contagio eius,
quod quaerebat, ipſi criminis obiectatū ab inimicis eſt; ut priuatus obuiam iret crimini, di
ctatura ſe abdicauit. Nolo ego iſtam in te modeſtiam, ne degeneraueris a familia imperio
ſiſſima, & ſuperbiſſima: non die, non hora citius, quam neceſſe eſt, magiſtratu abieris: mo-
do ne excedas finitum tempus, ſatis eſt aut diem, aut menſem cenſurae adijcere. Trienniū,
inquit, & ſex menſes ultra, quam licet Aemilia lege, cenſuram geram, & ſolus geram. Hoc
quidem iam regno ſimile eſt. An collegam ſubrogabis, quem ne in demortui quidem lo-
cum ſubrogari fas eſt? Paenitet enim, quod antiquiſſimum ſollemne, & ſolum ab ipſo, cui
B fit, inſtitutum deo, ab nobiliſſimis antiſtitibus eius ſacri ad ſeruorum miniſteriū religioſus
cenſor deduxiſti. gens antiquior originibus urbis huius, hoſpitio deorū immortalium ſan-
cta, propter te ac tuam cenſuram intra annum ab ſtirpe exſtincta eſt: niſi uniuerſam remp.
eo nefario obſtrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. Vrbs eo luſtro capta eſt,
quo, demortuo collegā, C. Iulio cenſore, L. Papirius Curſor, ne abiret magiſtratu, M. Cor-
nelium Maluginenſem collegam ſubrogauit. Et quāto modeſtior illius cupiditas fuit, quā
tua Appi? nec ſolus, nec ultra finitum lege tempus L. Papirius cenſuram geſſit. tamen ne-
minem inuenit, qui ſe poſtea auctorem ſequeretur. omnes deinceps cenſores poſt mortem
collegae ſe magiſtratu abdicarunt. te nec quod dies exijt cenſurae, nec quod collega magi
ſtratu abijt, nec lex, nec pudor coercet: uirtutem in ſuperbia, in audacia, in contemptu deo
rum hominumq. ponis. Ego te Ap. Claudi pro iſtius magiſtratus maieſtate ac uerecūdia,
C quem geſſiſti, non modo manu uiolatum, ſed ne uerbo quidem inclementiori a me appel-
latum uellem: ſed & haec, quae adhuc egi, pertinacia tua & ſuperbia coegit me loqui; &,
niſi Aemiliae legi parueris, te in uincula duci iubebo: nec, cum ita comparatum a maiori-
bus ſit, ut comitijs cenſorijs, niſi duo confecerint legitima ſuffragia, non renunciato altero
comitia differantur; ego te, qui ſolus cenſor creari non poſſis, ſolum cenſuram gerere pa-
tiar? Haec taliaq. cum dixiſſet, prehendi cenſorem, & in uincula duci iuſſit. Approbanti-
bus ſex tribunis actionem collegae, tres appellanti Appio auxilio fuerunt: ſummaq. inui-
dia omnium ordinum ſolus cenſuram geſſit. Dum ea Romae geruntur, iam Sutrium ab
Etruſcis obſidebatur: conſuliq. Fabio, ucin montibus ducenti ad ferendam opem ſocijs,
tentandaſq. munitiones, ſi qua poſſet, acies hoſtium inſtructa occurrit. quorum ingentem
multitudinem cum oſtenderet ſubiecta late planities; conſul, ut loco paucitatem ſuorum
D adiuuaret, deflectit paullulum in cliuos agmen: (aſpreta erant ſtrata ſaxis) inde ſigna in
hoſtem obuertit. Etruſci omnium, praeterquam multitudinis ſuae, qua ſola freti erant, im-
memores, proelium ineūt adeo raptim & auide, ut, abiectis miſſilibus, quo celerius manus
conſererent, ſtringerent gladios, uadentes in hoſtem, Romanis contra, nunc tela, nunc
ſaxa, quibus eos affatim locus ipſe armabat, ingerere. igitur ſcuta galeaeq. ictae, cum etiā,
quos non uulnerauerant, turbarent; neque ſubire erat facile ad propiorem pugnam; ne-
que miſſilia habebant, quibus eminus rem gererent: ſtantes, & expoſitos ad ictus cum iam
ſatis nihil tegeret, quoſdam etiam pedem referentes, fluctuātemque, & inſtabilem aciem,
redintegrato clamore, ſtrictis gladijs haſtati & principes inuadunt. cum impetum non tu-
lerunt Etruſci; uerſiſq. ſignis, fuga effuſa caſtra repetunt. ſed equites R. praeuecti per obli-
qua campi, cū ſe fugientibus obtuliſſent, omiſſo ad caſtra itinere, montes petunt. inde iner
E mi paene agmine, ac uexato uulneribus, in ſiluā Ciminiā penetratū. Romanus, multis milli
bus Etruſcorū caeſis, duodequadraginta ſignis militaribus captis, caſtris etiam hoſtium cū
praeda ingenti potitur. tum de perſequendo hoſte agitari coeptū. Silua erat Ciminia, ma-
gis tū inuia atque horrēda, quam nuper fuere Germanici ſaltus: nulli ad eam diem ne mer
catorum quidem adita. eam intrare haud fere quiſquam, praeter ducem ipſum, audebat.
alijs omnibus cladis Caudinae nondum memoria aboleuerat. Tum ex ijs, qui aderant, con
ſulis frater (M. Fabium, Kaeſonem alij, C. Claudium quidam, matre eadem, qua conſulē
genitum, tradunt) ſpeculatum ſe iturum profeſſus, breuiq. omnia certa allaturum. Caere
educatus apud hoſpites, Etruſcis inde litteris eruditus erat, linguamq. Etruſcā probe noue
rat. Habeo auctores, uulgo tū Romanos pueros, ſicut nūc Graecis, ita Etruſcis litteris eru-

diri ſolitos. ſed propius eſt uero, praecipuum aliquid fuiſſe in eo, qui ſe tam audaci ſimula F
tione hoſtibus immiſcuerit. Seruus ei dicitur comes unus fuiſſe, nutritus una, eoq. haud
ignarus linguae eiuſdem. nec quidquam aliud proficiſcentes, quam ſummatim regionis,
quae intranda erat, naturam, ac nomina principum in populis, accepere; ne qua inter col-
loquia inſigni nota haeſitantes deprehendi poſſent. iere paſtorali habitu, agreſtibus telis,
falcibus, geſisq. binis armati. ſed neque commercium linguae, nec ueſtis, armorumue ha-
bitus ſic eos texit, quam quod abhorrebat a fide, quẽquam externum Ciminios ſaltus in-
traturum. uſque ad Camertes Vmbros penetraſſe dicuntur. ibi, qui eſſent, fateri Roma-
num auſum: introductumq. in ſenatum, conſulis uerbis egiſſe de ſocietate, amicitiaque:
atque inde comi hoſpitio acceptum, nunciare Romanis iuſſum, commeatum exercitui die
rum XXX praeſto fore, ſi ea loca intraſſet; iuuentutemq. Camertium Vmbrorum in armis
paratam imperio futuram. Haec cum relata conſuli eſſent; impedimentis prima uigilia G
praemiſſis, legionibus poſt impedimenta ire iuſſis, ipſe ſubſtitit cum equitatu; &, luce or-
ta, poſtero die obequitauit ſtationibus hoſtium, quae extra ſaltum diſpoſitae erant: & cum
ſatis diu tenuiſſet hoſtem, in caſtra ſeſe recepit: portaq. altera egreſſus, ante noctem ag-
men aſſequitur: poſtero die, luce prima, iuga Ciminij montis tenebat: inde contemplatus
opulenta Etruriae arua, milites emittit. ingenti iam abacta praeda, tumultuariae agreſtiũ
Etruſcorum cohortes repente a principibus regionis eius concitatae Romanis occurrunt,
adeo incompoſitae, ut uindices praedarum prope ipſi praedae fuerint. caeſis fugatiſq. ijs, la
te depopulato agro, uictor Romanus, opulentuſq. rerum omnium copia, in caſtra redijt.
Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis uenerant denunciatum Fabio ſena-
tus uerbis, ne ſaltum Ciminium tranſiret. laetati ſerius ſe, quam ut impedire bellum poſ-
ſent, ueniſſe, nuncij uictoriae Romam reuertuntur. Hac expeditione conſulis motum la- H
tius erat, quam profligatum, bellum. uaſtationem namque ſub Ciminij montis radicibus
iacens ora ſenſerat, conciueratq. indignatione non Etruriae modo populos, ſed Vmbriae
finitima. itaque, quantus non umquam antea, exercitus ad Sutrium uenit: neque e ſiluis tã
tummodo promota caſtra; ſed etiam auiditate dimicandi quamprimum in campos delata
acies: deinde inſtructa primo ſuo ſtare loco, relicto hoſtibus ad inſtruendum contra ſpa-
tio: deinde, poſtquam detrectare hoſtem ſenſere pugnam, ad uallum ſubeunt. ubi poſt-
quam ſtationes quoque receptas intra munimenta ſenſere, clamor repente circa duces or
tus, ut eo ſibi e caſtris cibaria eius diei deferri iuberent: manſuros ſe ſub armis, & aut no-
cte, aut certe luce prima caſtra hoſtium inuaſuros. Nihilo quietior Romanus exercitus im
perio ducis continetur. Decima erat fere diei hora, cum cibum capere conſul milites iu-
bet: praecipit ut in armis ſint, quacumque diei noctiſue hora ſignũ dederit. paucis milites I
alloquitur: Samnitium bella extollit: eleuat Etruſcos: nec hoſtem hoſti, nec multitudinẽ
multitudini comparandam ait eſſe: praeterea, telum aliud occultum ſcituros in tempore:
interea taceri opus eſſe. His ambagibus prodi ſimulabat hoſtes, quo animus militum mul-
titudine territus reſtitueretur: &, quod ſine munimẽto cõſederant, ueriſimilius erat quod
ſimulabatur. Curati cibo corpora quieti dant: & quarta fere uigilia ſine tumultu excitati
arma capiunt. dolabrae calonibus diuiduntur ad uallum proruendum, foſſaſq. implendas.
intra munimenta inſtruitur acies: delectae cohortes ad portarum exitus collocantur. dato
deinde ſigno paullo ante lucem, quod aeſtiuis noctibus ſopitae maxime quietis tẽpus eſt,
proruto uallo erupit acies: ſtratos paſſim inuadit hoſtes: alios immobiles, alios ſemiſo-
mnos in cubilibus ſuis, maximam partẽ ad arma trepidantes caedes oppreſſit. paucis armã
di ſe datũ ſpatium eſt. eos ipſos non ſignum certum, non ducẽ ſequentes fundit Romanus, K
fugatos eques perſequitur. Ad caſtra, ad ſiluas diuerſi tendebant. ſiluae tutius dedere refu
gium. nam caſtra in campis ſita eodem die capiuntur. aurum, argentumq. iuſſum referri
ad conſulẽ. cetera praeda militis fuit. Caeſa aut capta eo die hoſtium millia ad ſexaginta.
Eam tã claram pugnam trans Ciminiam ſiluam ad Peruſiam pugnatam, quidam auctores
ſunt; metuq. in magno ciuitatem fuiſſe, ne interclusus exercitus tam infeſto ſaltu, coortis
undique ab Tuſcis Vmbriſq. opprimeretur. Sed ubicumque pugnatũ eſt, res Romana ſu-
perior fuit. itaque a Peruſia, & Cortona, & Arretio, quae ferme capita Etruriae populorũ
ea tempeſtate erant, legati pacem foeduſq. ab Romanis petentes, indutias in triginta an-
nos impetrauerunt. Dũ haec in Etruria geruntur, cõſul alter C. Marcius Rutilus Allifas de

Samnitibus

A Samnitibus ui cepit. multa alia caſtella, uicique, aut deleta hoſtiliter, aut integra in pote-
ſtatem uenere. Per idem tempus & claſſis Romana a P. Cornelio, quem ſenatus mariti-
mae orae praefecerat, in Campaniam acta, cum appulſa Pompeios eſſet; ſocij inde nauales
ad depopulandum agrum Nucerinum profecti, proximis raptim uaſtatis, unde reditus tu-
tus ad naues eſſet, dulcedine, ut fit, praedae longius progreſſi, exciuere hoſtes. palatis per
agros nemo obuius fuit, cum occidione occidi poſſent: redeuntes agmine incauto haud
procul nauibus aſſecuti agreſtes exſuerunt praeda, partem etiam occiderũt. quae ſuperfuit
caedi, trepida multitudo ad naues compulſa eſt. Profectio Q. Fabij trans Ciminiam ſil-
uam quantum Romae terrorem fecerat, tam laetam famam in Samnium ad hoſtes tulerat:
interclusum Romanum exercitum obſideri: cladiſq. imaginem furculas Caudinas me-
morabant: eadem temeritate auidam ulteriorum ſemper gentem in ſaltus inuios dedu-
B ctam, ſaeptam non hoſtium magis armis, quam locorum iniquitatibus eſſe. Iam gaudium
inuidia quadã miſcebatur; quod belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruſcos
auertiſſet. itaque armis uiriſq. ad obterendum C. Marcium conſulem concurrunt; proti-
nus inde Etruriam per Marſos ac Sabinos petituri, ſi Marcius dimicandi poteſtatem non
faciat. Obuius ijs conſul fuit. dimicatum proelio utrimque atroci, atque incerto euẽtu eſt.
& cum anceps caedes fuiſſet, aduerſae tamen rei fama in Romanos uertit, ob amiſſos quoſ
dam equeſtris ordinis, tribunoſq. militum, atque unum legatum, &, quod inſigne maxi-
me fuit, conſulis ipſius uulnus. Ob haec etiam aucta fama, ut ſolet, ingens terror patres in
uaſit: dictatoremq. dici placebat: nec, quin Curſor Papirius diceretur, in quo tum ſum-
ma rei bellicae ponebatur, dubium cuiquam erat: ſed nec in Samnium nuncium perferri
omnibus infeſtis tuto poſſe; nec uiuere Marcium conſulem ſatis fidebant. Alter conſul Fa-
C bius infenſus priuatim Papirio erat: quae ne ira obſtaret bono publico, legatos ex conſu-
larium numero mittendos ad eum ſenatus cenſuit: qui ſua quoque eũ, non publica ſolum,
auctoritate mouerent, ut memoriam ſimultatum patriae remitteret. Profecti legati ad Fa-
bium conſulem cum ſenatuſconſultum tradidiſſent, adieciſſentq. orationem conuenien-
tem mandatis: conſul, demiſſis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam eſſet acturus,
legatis receſſit. nocte deinde ſilentio, ut mos eſt, L. Papirium dictatorem dixit, cui cum
ob animum egregie uictum legati gratias agerent, obſtinatum ſilentium obtinuit: ac ſine
reſponſo ac mentione facta ſui, ita legatos dimiſit, ut appareret inſignem dolorem ingenti
comprimi animo. Papirius C. Iunium Bubulcum magiſtrum equitum dixit: atque ei, le-
gem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diffidit, quod Fauciae curiae fuit princi
pium, duabus inſignis cladibus, captae urbis, & Caudinae pacis: quod utroque anno eiuſ-
D dem curiae fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram ac-
cepta eſt, abominandam eam curiam facit. Dictator poſtero die, auſpicijs repetitis, per-
tulit legem; & profectus cum legionibus, ad terrorẽ transducti ſiluam Ciminiã exercitus
nuper ſcriptis, ad Longulam peruenit; acceptiſq. a Marcio conſule ueteribus militibus, in
aciem copias eduxit. nec hoſtes detrectare uiſi pugnam. inſtructos deinde, armatoſque,
cum ab neutris proelium inciperet, nox oppreſſit. quieti aliquandiu nec ſuis diffidentes ui
ribus, nec hoſtem ſpernentes; ſtatiua in propinquo habuere. Interea res cum hoſtibus in
Etruria geſtae. Nam & cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum eſt. fuſi tamen magis
quam caeſi, hoſtes: quia coeptam acriter non tolerarunt pugnam. & ad Vadimonis lacum
Etruſci, lege ſacrata coacto exercitu, cum uir uirum legiſſet, quantis numquam alias ante
ſimul copijs, ſimul animis dimicarunt: tantoq. irarum certamine geſta res eſt, ut ab neutra
E parte emiſſa ſint tela. gladijs pugna coepit: & acerrime cõmiſſa, ipſo certamine, quod ali-
quandiu anceps fuit, accenſa eſt: ut non cum Etruſcis toties uictis, ſed cum aliqua noua
gente uideretur dimicatio eſſe. Nihil ab ulla parte mouetur fugae: cadunt anteſignani: &,
ne nudentur propugnatoribus ſigna, fit ex ſecunda prima acies. ab ultimis deinde ſubſi-
dijs cietur miles: adeoq. ad ultimum laboris ac periculi uentum eſt: ut equites Romani,
omiſſis equis, ad primos peditum per arma, per corpora euaſerint. ea uelut noua inter feſ-
ſos exorta acies turbauit ſigna Etruſcorum. ſecuta deinde impetum eorum, utcumque af-
fecta fuerat, cetera multitudo tandem perrumpit ordines hoſtium. tunc uinci pertinacia
coepta. & auerti manipuli quidam; & ut ſemel dedere terga, etiam certiorem capeſſere fu-
gam. Ille primum dies fortuna ueteri abundantes Etruſcorum fregit opes. Caeſum in acie

quod roboris fuit; caſtra eo impetu capta, direptaque. Pari ſubinde periculo, gloriaeq. F
euentu bellum in Samnitibus erat: qui, praeter ceteros belli apparatus, ut acies ſua fulgeret nouis armorum inſignibus, fecerunt. Duo exercitus erant: ſcuta alterius auro, alterius argento caelauerunt. Forma erat ſcuti: ſummum latius; qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio aequali; ad imum cuneatior, mobilitatis cauſſa. ſpongia pectori tegumentum: & ſiniſtrum crus ocrea tectum. galeae criſtatae, quae ſpeciē magnitudini corporum adderent. tunicae auratis militibus uerſicolores, argentatis linteae candidae. his dextrum cornu datum: illi in ſiniſtro conſiſtunt. Notus iam Romanis apparatus inſigniū armorum fuerat; doctiq. a ducibus erant, horridum militem eſſe debere, non caelatum auro argentoque, ſed ferro & animis fretum. quippe illa praedam uerius quam arma eſſe, nitentia ante rem, deformia inter ſanguinem & uulnera. uirtutem eſſe militis decus, & omnia illa uictoriam ſequi; & ditem hoſtem quamuis pauperis uictoris praemium eſſe. G
His Curſor uocibus inſtinctos milites in proelium ducit. dextro ipſe cornu conſiſtit; ſiniſtro praefecit magiſtrum equitum. Simul eſt concurſum, ingens fuit cum hoſte certamen: non ſegnius inter dictatorem & magiſtrum equitū, ab utra parte uictoria inciperet. Prior forte Iunius commouit hoſtem, laeuo dextrum cornu, ſacratos more Samnitium milites, eoq. candida ueſte, & paribus candore armis inſignes. eos ſe orco mactare Iunius dictitans, cum intuliſſet ſigna, turbauit ordines, & haud dubie impulit aciem. Quod ubi ſenſit dictator, Ab laeuone cornu uictoria incipiet, inquit: & dextrum cornu, dictatoris acies, alienam pugnam ſequetur, non partem maximam uictoriae trahet? concitat milites. Nec peditum uirtuti equites, aut legatorum ſtudia ducibus cedunt. M. Valerius a dextro, P. Decius ab laeuo cornu, ambo conſulares, ad equites in cornibus poſitos euehuntur: adhortatiq. eos, ut partem ſecum capeſſerent decoris, in tranſuerſa latera hoſtium incurrunt. Is H
nouus additus terror cum ex parte utraque circumuaſiſſet aciem, & ad terrorem hoſtium legiones Romanae, redintegrato clamore, intuliſſent gradum, tū fuga ab Samnitibus coepta. Iam ſtrage hominum armorumq. inſignium campi repleri. ac primo pauidos Samnites caſtra ſua accepere: deinde ne ea quidem retenta. captis direptiſq. ante noctem iniectus ignis. Dictator ex ſenatuſconſulto triumphauit. cuius triumpho longe maximam ſpeciem captiua arma praebuere. tantum magnificentiae uiſum in ijs, ut aurata ſcuta dominis argentariorum ad forum ornandum diuiderentur. Inde natum initium dicitur fori ornandi ab aedilibus, cum tenſae ducerentur. Et Romani quidem ad honorem deum inſignibus armis hoſtium uſi ſunt: Campani, ab ſuperbia & odio Samnitium, gladiatores, quod ſpectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, Samnitiumq. nomine appellarunt. Eodem anno cum reliquis Etruſcorum ad Peruſiam, quae ipſa induciarum fidem ruperat, Fabius conſul, nec dubia, nec difficili uictoria dimicat. ipſum opidum (nam ad moenia uictor acceſſit) cepiſſet, ni legati dedentes urbem exiſſent. Praeſidio Peruſiae impoſito, legationibus Etruriae amicitiam petentibus prae ſe Romam ad ſenatum miſſis, conſul praeſtātiore etiam, quam dictator, uictoria triumphans urbem eſt inuectus. quin etiam deuictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos P. Decium & M. Valerium eſt uerſum: I
quos populus proximis comitijs, ingenti conſenſu, conſulem alterum, alterum praetorem declarauit. Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur conſulatus: Decius collega datur. Valerius praetor quartum creatus. Conſules partiti prouincias. Etruria Decio, Samnium Fabio euenit. Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, iam tum pacem petentes, quod uti ea, cum daretur, noluiſſent, aſpernatus, oppugnando ſubegit. Cum Samnitibus acie dimicatum. haud magno certamine hoſtes uicti: neque eius pugnae memoria tradita foret, ni Marſi eo primum proelio cum Romanis bellaſſent. Secuti Marſorum defectionem Peligni, eandem fortunam habuerunt. Decio quoque alteri conſuli ſecunda belli fortuna erat. Tarquinienſem metu ſubegerat frumentum exercitui praebere, atque indutias in XL annos petere. Vulſinienſium caſtella aliquot ui cepit: quaedam ex ijs diruit, ne receptaculo hoſtibus eſſent: circumferendoq. paſſim bello, tantum terrorem ſui fecit, ut nomen omne Etruſcum foedus a conſule peteret. Ac de eo quidem nihil impetratum. induciae annuae datae. ſtipendium exercitui Romano ab hoſte in eum annum penſum, & binae tunicae in militem exactae. ea merces induciarū fuit. Tranquillas res iam Etruſcis turbauit repentina defectio Vmbrorum, gentis integrae a cladibus belli, niſi quod tranſitum K

exer-

A exercitus ager ſenſerat. Ij, concitata omni iuuentute ſua, & magna parte Etruſcorum ad
rebellionem compulſa, tantum exercitum fecerant, ut, relicto poſt ſe in Etruria Decio, ad
oppugnandam inde Romam ituros, magnifice de ſe, ac contemptim de Romanis loquen-
tes, iactarent. Quod inceptum eorum ubi ad Decium conſulem perlatum eſt, ad urbem ex
Etruria magnis itineribus pergit: & in agro Pupinienſi ad famam intentus hoſtium conſe-
dit. Nec Romae ſpernebatur Vmbrorum bellum: & ipſae minae metum fecerant expertis
Gallica clade, quam intutam urbem incolerent. itaque legati ad Fabium conſulem miſſi
ſunt, ut, ſi quid laxamenti a bello Samnitium eſſet, in Vmbriam propere exercitū duceret.
dicto paruit conſul, magniſq. itineribus ad Meuaniam, ubi tum copiae Vmbrorum erant,
perrexit. Repens aduentus conſulis, quem procul Vmbria in Samnio bello alio occupa-
tum crediderant, ita exterruit Vmbros, ut alij recedendum ad urbes munitas, quidam bel-
B lum omittendum cenſerent. plaga una (Materinam ipſi appellant) non continuit modo
ceteros in armis, ſed confeſtim ad certamen egit. caſtra uallantem Fabium adorti ſunt.
Quos ubi effuſos ruere in munimenta conſul uidit, reuocatos milites ab opere, prout loci
natura tempuſq. patiebatur, ita inſtruit: cohortatuſq. praedicatione uera qua in Tuſcis,
qua in Samnio partorum decorum, exiguam appendicem Etruſci belli conficere iubet; &
uocis impiae poenas expetere, qua ſe urbem Romanam expugnaturos minati ſunt. Haec
tanta ſunt alacritate militum audita, ut clamor ſua ſponte ortus loquētem interpellauerit
ducem. ante imperium deinde, concentu tubarum ac cornuum curſu effuſo in hoſtem fe-
runtur: non tamquam in uiros aut armatos incurrunt. Mirabile dictu: ſigna primo eripi
coepta ſigniferis: deinde ipſi ſigniferi trahi ad conſulem: armatique milites ex acie in aciē
transferri. & ſicubi eſt certamen, ſcutis magis, quam gladijs, geritur res. umbonibus, in-
C cuſſa ala ſternuntur hoſtes. Plus capitur hominum, quam caeditur: atque una uox ponere
arma iubentium, per totam fertur aciem. itaque inter ipſum certamen facta deditio eſt a
primis auctoribus belli. poſtero inſequentibuſq. diebus & ceteri Vmbrorum populi de-
duntur. Ocriculani ſponſione in amicitiam accepti. Fabius alienae ſortis uictor belli, in
ſuam prouinciam exercitum reduxit. itaque ei ob res tam feliciter geſtas, ſicut priore an-
no populus continuarat conſulatum, ita ſenatus in inſequentem annum, quo Ap. Clau- An.445.
dius, L. Volumnius conſules fuerunt, prorogauit, maxime Appio aduerſante, imperium.
Appium cenſorem petiſſe conſulatum, comitiaq. eius ab L. Furio tribuno pl. interpella-
ta, donec ſe cenſura abdicauit, in quibuſdam annalibus inuenio. Creatus conſul, cum
collegae nouum bellum Sallentini hoſtes decernerentur, Romae manſit, ut urbanis artibus
opes augeret, quando belli decus penes alios eſſet. Volumnium prouinciae haud paeni-
D tuit. multa ſecunda proelia fecit: aliquot urbes hoſtium ui cepit. praedae erat largitor; &
benignitatem per ſe gratam comitate adiuuabat: militemq. ijs artibus fecerat & periculi
& laboris auidum. Q. Fabius proconſul ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu ſignis
collatis confligit. minime ambigua res fuit. fuſi hoſtes, atque in caſtra compulſi. nec ca-
ſtra forent retenta, ni exiguum ſuperfuiſſet diei: ante noctem tamen ſunt circumſeſſa, &
nocte cuſtodita; ne quis elabi poſſet. poſtero die, uix dum luce certa, deditio fieri coepta:
& pacti, qui Samnitium forent, ut cum ſingulis ueſtimentis emitterentur. hi omnes ſub iu-
gum miſſi. ſocijs Samnitium nihil cautum. ad ſeptem millia ſub corona ueniere. qui ſe ci-
uem Hernicum dixerat, ſeorſum in cuſtodia habitus. eos omnes Fabius Romam ad ſena-
tum miſit: & cum quaeſitum eſſet, delectu, an uoluntarij pro Samnitibus aduerſus Roma-
nos bellaſſent; per Latinos populos cuſtodiendi dantur. iuſſiq. eam integram rem noui
E conſules, P. Cornelius Aruina, Q. Marcius Tremulus (ij enim iam creati erant) ad ſena- An.447.
tum referre. id aegre paſſi Hernici, concilium populorum omnium habentibus Anagni-
nis in circo, quem Maritimum uocant: praeter Alatrinatem, Ferentinatemque, & Verula
num, omnes Hernici nominis populo R bellum indixerunt. In Samnio quoque, quia de
ceſſerat inde Fabius, noui motus exorti. Calatia & Sora, praeſidiaque quae in ijs Romana
erant, expugnata: & in captiuorum corpora militum foede ſaeuitum. itaque eo P. Corne
lius cum exercitu miſſus. Marcio noui hoſtes (iam enim Anagninis Herniciſq. alijs bel-
lum iuſſum erat) decernuntur. Primo ita omnia opportuna loca hoſtes inter conſulum
caſtra interceperunt, ut peruadere expeditus nuncius non poſſet; & per aliquot dies in-
certi rerum omnium, ſuſpenſiq. de ſtatu alterius, uterque conſul ageret; Romamq. is me-

tus

tus manaret; adeo ut omnes iuniores ſacramento adigerentur, atque ad ſubita rerum duo iuſti ſcriberentur exercitus. Ceterum Hernicum bellum nequaquam pro praeſenti terrore ac uetuſtate gentis gloriae fuit. nihil uſquam dictu dignum auſi, trinis caſtris intra paucos dies exuti, triginta dierum inducias, ita ut ad ſenatum Romam legatos mitterent, pacti ſunt, bimeſtri ſtipendio, frumentoque, & ſingulis in militem tunicis. ab ſenatu ad Marcium reiecti: cui ſenatuſconſulto permiſſum de Hernicis erat: iſq. gentem in deditionem accepit. Et in Samnio alter conſul, ſuperior uiribus, locis impeditior erat. omnia itinera obſaepſerant hoſtes, ſaltuſq. peruios ceperãt; ne qua ſubuehi commeatus poſſent. itaque eos, cum quotidie ſigna in aciem conſul proferret, elicere ad certamen poterat: ſatiſque apparebat, neque Samnitem certamen praeſens, nec Romanum dilationem belli laturum. Aduentus Marcij, qui Hernicis ſubactis maturauit collegae uenire auxilio, moram certaminis hoſti exemit. nam, ut qui ne alteri quidem exercitui ſe ad certamen credidiſſent pares, coniungi utique paſſi duos conſulares exercitus, nihil crederent ſupereſſe ſpei; aduenientem incompoſito agmine Marcium aggrediũtur. raptim collatae ſarcinae in medium: &, prout tempus patiebatur, inſtructa acies. Clamor primum in ſtatiua perlatus, deinde conſpectus procul puluis tumultum apud alterum conſulem in caſtris fecit. iſque, confeſtim arma capere iuſſis, raptimq. eductis in aciem militibus, tranſuerſam hoſtium aciem, atque alio certamine occupatam inuadit, clamitans ſummum flagitium fore, ſi alterũ exercitum utriuſque uictoriae compotem ſinerent fieri, nec ad ſe ſui belli uindicarent decus. Qua impetum dederat, perrumpit; aciemq. per mediam in caſtra hoſtium tendit; & uacua defenſoribus capit, atque incendit. quae ubi flagrantia Marcianus miles conſpexit, & hoſtes reſpexere; tum paſſim fuga coepta Samnitium fieri. ſed omnia obtinet caedes: nec in ullam partem tutum perfugium eſt. iam, triginta millibus hoſtium caeſis, ſignum receptui conſules dederant: colligebantq. in unum copias, inuicem inter ſe gratantes: cum repente uiſae procul hoſtium nouae cohortes, quae in ſupplementũ ſcriptae fuerãt, integrauere caedem. in quas nec iuſſu conſulum, nec ſigno accepto uictores uadunt, malo tirocinio imbuendum Samnitem clamitantes. indulgent conſules legionum ardori; ut qui probe ſcirent, nouum militem hoſtium, inter perculſos fuga ueteranos, ne tentando quidem ſatis certamini fore. nec eos opinio fefellit. omnes Samnitium copiae ueteres nouaeque montes proximos fuga capiunt. eo & Romana erigitur acies; nec quidquam ſatis tuti loci uictis. & de iugis, quae ceperant, funduntur. iamq. una uoce omnes pacem petebant: tum, trium menſium frumento imperato, & annuo ſtipendio, ac ſingulis in militem tunicis, ad ſenatum pacis oratores miſſi. Cornelius in Samnio relictus. Marcius de Hernicis triumphans in urbem redijt: ſtatuaq. equeſtris in foro decreta eſt: quae ante templum Caſtoris poſita eſt. Hernicorum tribus populis, Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam ciuitatem, ſuae leges redditae: connubiumq. inter ipſos, quod aliquandiu ſoli Hernicorum habuerunt, permiſſum. Anagninis, quiq. arma Romanis intulerant, ciuitas ſine ſuffragij latione data: concilia, connubiaq. adempta: & magiſtratibus, praeterquam ſacrorum curatione, interdictum. Eodem anno aedes Salutis a C. Iunio Bubulco cenſore locata eſt: quam conſul bello Samnitium uouerat. ab eodem collegaq. eius M. Valerio Maximo uiae per agros publica impenſa factae: & cum Carthaginienſibus eodem anno foedus tertio renouatum: legatiſq. eorum, qui ad id uenerant, comiter munera miſſa. Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, cum magiſtro equitum P. Decio Mure. ab iis, propter quae creati erant, comitia conſularia habita, quia neuter conſulum potuerat bello abeſſe. Creati conſules L. Poſtumius, Ti. Minucius. Hos conſules Piſo Q. Fabio & P. Decio ſuggerit, biennio exempto, quo Claudium Volumniũque, & Cornelium cum Marcio conſules factos tradidimus. memoriane fugerit in annalibus digerendis, an conſulto binos conſules falſos ratus tranſſcenderit, incertum eſt. Eodem anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium incurſiones factae. itaque ambo conſules in Samnium miſſi, cum diuerſas regiones, Tifernum Poſtumius, Bolam Minucius petiſſent: Poſtumij prius ductu ad Tifernum pugnatum. Alij haud dubie Samnites uictos, ac triginta millia inde hominũ capta tradunt: alij Marte aequo diſceſſum: & Poſtumium metum ſimulantem, nocturno itinere clam in montes copias abduxiſſe: hoſtes ſecutos duo millia inde locis munitis & ipſos conſediſſe. conſul ut ſtatiua tuta copioſaq.

A pioſaque (& ita erant) petiſſe uideretur; poſtquam & munimentis caſtra firmauit, & o-
mni apparatu rerum utilium inſtruxit, relicto firmo praeſidio, uigilia tertia, qua duci proxi
me poteſt, expeditas legiones ad collegam, & ipſum aduerſus alios ſedentem, ducit. ibi
auctore Poſtumio Minucius cum hoſtibus ſigna confert. & cum anceps proelium in mul-
tum diei proceſſiſſet; tum Poſtumius, integris legionibus, defeſſam iam aciem hoſtium
improuiſo inuadit. itaque cum laſſitudo ac uulnera fugam quoque praepediſſent, occidio
ne occiſi hoſtes: ſigna unum & uiginti capta: atque inde ad caſtra Poſtumij perrectum.
ibi duo uictores exercitus perculſum iam fama hoſtem adorti fundunt, fugantque: ſigna
militaria ſex & uiginti capta, & imperator Samnitium C. Gellius, multique alij morta-
les: & caſtra utraque capta: & Bola, ubi poſtero die coepta oppugnari, breui capitur. ma-
gnaque gloria rerum geſtarum conſules triumpharunt. Minucium conſulem cum uulne-
B re graui relatum in caſtra mortuum, quidam auctores ſunt, & M. Fuluium in locum eius
conſulem ſuffectum, & ab eo, cum ad exercitum Minucij miſſus eſſet, Bolam captam.
Eodem anno Sora, Arpinum, Serennia recepta ab Samnitibus. Herculis magnum ſimu-
lacrum in Capitolio poſitum dedicatumque. P. Sulpicio Sauerrione, P. Sempronio So- An. 449
pho conſulibus Samnites, ſeu finem, ſeu dilationem belli quaerentes, legatos de pace Ro-
mam miſere. quibus ſuppliciter agentibus reſponſum eſt: niſi ſaepe bellum parantes pa-
cem petiſſent Samnites, oratione ultro citroque habita, de pace tranſigi potuiſſe: nunc,
quando uerba uana ad id locorum fuerint, rebus ſtandum eſſe: P. Sempronium conſulem
cum exercitu breui in Samnio fore: eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non
poſſe: comperta omnia ſenatui relaturum: decedentem ex Samnio conſulem legati ſe-
querentur. Eo anno cum pacatum Samnium exercitus Romanus benigne praebito com-
C meatu peragraſſet, foedus antiquum Samnitibus redditum. Ad Aequos inde ueteres
hoſtes, ceterum per multos annos ſub ſpecie infidae pacis quietos, uerſa arma Roma-
na: quod, incolumi Hernico nomine, miſſitauerant ſimul cum ijs Samniti auxilia: &, poſt
Hernicos ſubactos, uniuerſa prope gens ſine diſſimulatione conſilij publici ad hoſtes de-
ſciuerat: & poſtquam, icto Romae cum Samnitibus foedere, fetiales uenerant res repeti-
tum, tentationem aiebant eſſe, ut, terrore incuſſo belli, Romanos ſe fieri paterentur: quod
quantopere optandum foret, Hernicos docuiſſe, cum, quibus licuerit, ſuas leges Ro-
manae ciuitati praeoptauerint: quibus legendi quid mallent, copia non fuerit, pro poena
neceſſariam ciuitatem fore. Ob haec uulgo in concilijs iactata, populus Romanus bellum
fieri Aequis iuſſit: conſuleſque ambo ad nouum profecti bellum, quattuor millibus a ca-
ſtris hoſtium conſederunt. Aequorum exercitus, ut, qui ſuo nomine per multos annos
D imbelles egiſſent, tumultuario ſimilis, ſine ducibus certis, ſine imperio, trepidare. alij
exeundum in aciem, alij caſtra tuenda cenſent. mouet pleroſque uaſtatio futura agrorum,
ac deinceps cum leuibus praeſidijs urbium relictarum excidia. itaque, poſtquam inter mul
tas ſententias una, quae, omiſſa cura communium, ad reſpectum ſuarum quemque rerum
auertiſſet, audita; ut prima uigilia diuerſi e caſtris ad deportanda omnia, tuendaſque moe
nibus in urbes abirent: cuncti eam ſententiam ingenti aſſenſu accepere. Palatis hoſti-
bus per agros, prima luce Romani, ſignis prolatis, in acie conſiſtunt; &, ubi nemo obuius
ibat, pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt. ceterum, poſtquam ibi neque ſtationes pro
portis, nec quemquam in uallo, nec fremitum conſuetum caſtrorum animaduerterunt; in-
ſolito ſilentio moti, metu inſidiarum ſubſiſtunt. tranſgreſſi deinde uallum, cum deſerta
omnia inueniſſent, pergunt hoſtem ueſtigijs ſequi. ſed ueſtigia in omnes aeque ferentia
E partes, ut in dilapſis paſſim, primo errorem faciebant: poſt, per exploratores compertis
tis hoſtium conſilijs, ad ſingulas urbes circumferendo bello, unum & quadraginta opi-
da intra dies quinquaginta omnia oppugnando ceperunt: quorum pleraque diruta, atque
incenſa: nomenque Aequorum prope ad internecionem deletum. De Aequis triumpha-
tum: exemploque eorum clades fuit, ut Marrucini, Marſi, Peligni, Frentani mitterent Ro-
mam oratores pacis repetendae, amicitiaeque. ijs populis foedus petentibus datum. Eodē
anno C. Flauius Cn. F. ſcriba, patre libertino, humili fortuna ortus, ceterum callidus
uir, & facundus, aedilis curulis fuit. Inuenio in quibuſdam annalibus, cum appareret
aedilibus, fierique ſe pro tribu aedilem uideret, neque accipi nomen, quod ſcriptum face-
ret; tabulam poſuiſſe, & iuraſſe ſe ſcriptum non facturum. quem aliquanto antea deſiiſſe

ſcriptum

ſcriptum facere, arguit Macer Licinius, tribunatu ante geſto, triumuiratibuſque, nocturno altero, altero coloniae deducendae. Ceterum, id quod haud diſcrepat, contumacia aduerſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certauit: ciuile ius repoſitum in penetralibus pontificum euulgauit; faſtoſq. circa forum in albo propoſuit; ut, quando lege agi poſſet, ſciretur: aedem Concordiae in area Vulcani, ſumma inuidia nobiliũ, dedicauit: coactuſq. conſenſu populi Cornelius Barbatus pontifex maximus uerba praeire: cum, more maiorum, negaret, niſi conſulem aut imperatorem poſſe templum dedicare. itaque ex auctoritate ſenatus latum ad populum eſt, ne quis templum aramue iniuſſu ſenatus, aut tribunorum pl. partis maioris dedicaret. Haud memorabilem rem per ſe, niſi documentum ſit aduerſus ſuperbiam nobilium plebeiae libertatis, referam. Ad collegam aegrum uiſendi cauſſa Flauius cum ueniſſet; conſenſuq. nobilium adoleſcentium, qui ibi aſſidebant, aſſurrectum ei non eſſet: curulem afferri ſellam eo iuſſit; ac ſede honoris ſui anxios inuidia inimicos ſpectauit. Ceterum Flauium dixerat aedilem forenſis factio, Ap. Claudij cenſura uires nacta: qui ſenatum primus libertinorum filijs lectis inquinauerat: & poſtea quam eam lectionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas; humilibus per omnes tribus diuiſis, forum & campum corrupit. tantumq. Flauij comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium anulos aureos & phaleras deponerent. ex eo tempore in duas partes diſceſſit ciuitas: aliud integer populus, fautor & cultor bonorum, aliud forenſis factio tenebat: donec Q. Fabius & P. Decius cenſores facti. Fabius, ſimul concordiae cauſſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forẽſem turbam excretam in quattuor tribus coniecit, urbanaſq. eas appellauit: adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot uictorijs non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Ab eodem inſtitutum dicitur, ut equites idibus Quinctilibus tranſueherentur.

F (margin, line 1) · G (margin, beside "rectum ei non eſſet") · H (margin, beside "hac ordinum temperatione")

EPITOME. LIBRI. X

COLONIAE deductae ſunt, Sora & Alba. Carſeoli Marſi in deditionem accepti ſunt. Collegium augurum ampliatum eſt, ut eſſent noncm, cum antea quaterni fuiſſent. Lex de prouocatione ad populum a Valerio conſule tertium tunc lata eſt. Duae tribus adiectae ſunt, Anienſis, & Terentina. Samnitibus bellum indictũ, & aduerſus eos proſpere pugnatum eſt. Cum aduerſus Etruſcos, Vmbros, Samnites, Gallos, P. Decio, & Q. Fabio conſulibus ducibus, pugnaretur, Romanuſq. exercitus in maximo eſſet diſcrimine, P. Decius, ſecutus exemplum patris, deuouit ſe pro exercitu, & morte ſua uictoriam eius pugnae populo Romano dedit. Papirius Curſor Samnitum exercitum, qui iureiurando obſtrictus, quo maiore conſtantia uirtutis pugnaret, in aciem deſcenderat, fudit. Cenſus actus eſt, & luſtrum conditum. cenſa ſunt ciuium capita ducenta ſeptuaginta duo millia, & trecenta uiginti duo. I

LIBER. X

An. 450. LVCIO Genucio, Ser. Cornelio conſulibus ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam coloniae deductae: Albam in Aequos ſex millia colonorum ſcripta. Sora agri Volſci fuerat: ſed poſſederant Samnites. eo quattuor millia hominum miſſa. Eodem anno Arpinatibus Trebulaniſq. ciuitas data. Fruſinates K tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis ſollicitatos compertum: capitaq. coniurationis eius, quaeſtione ab conſulibus ex ſenatuſconſulto habita, uirgis caeſi, ac ſecuri percuſſi. tamen, ne prorſus imbellem agerent annum, parua expeditio in Vmbria facta eſt; quod nunciabatur, ex ſpelunca quadam excurſiones armatorum in agros fieri. in eam ſpeluncam penetratum cum ſignis eſt: & ex eo loco obſcuro multa uulnera accepta, maximeq. lapidum ictu; donec, altero ſpecus eius ore (nam peruius erat) inuento, utraeque fauces congeſtis lignis accenſae. ita intus fumo ac uapore ad duo millia armatorum ruentia nouiſſime in
An. 451. ipſas flammas, dum euadere tendunt, abſumpta. M. Liuio Dentre, & M. Aemilio conſulibus

A bus redintegratum Aequorum bellum. Coloniam aegre patientes uelut arcem ſuis finibus impoſitam, ſumma ui expugnare adorti, ab ipſis colonis pelluntur. Ceterum tantum Romae terrorem fecere, quia uix credibile erat, tam affectis rebus, ſolos per ſe Aequos ad bellum coortos, ut tumultus eius cauſſa dictator diceretur C. Iunius Bubulcus. is cum M. Titinio magiſtro equitum profectus primo congreſſu Aequos ſubegit. ac die octauo triũphans in urbem cum rediſſet, aedem Salutis, quam conſul uouerat, cenſor locauerat, dictator dedicauit. Eodem anno claſſis Graecorum Cleonymo duce Lacedaemonio ad Italiae litora appulſa, Thurios urbem in Sallentinis cepit. Aduerſus hunc hoſtem conſul Aemilius miſſus, proelio uno fugatum compulit in naues. Thuriae redditae ueteri cultori, Sallẽtinoq. agro pax parta. Iunium Bubulcum dictatorem miſſum in Sallentinos in quibuſdam annalibus inuenio: & Cleonymum prius quam confligendum eſſet cum Romanis,
B Italia exceſſiſſe. Circumuectus inde Brundiſij promontorium, medioque ſinu Hadriatico uentis latus, cum laeua importuoſa Italiae litora, dextra Illyrij Liburniq. & Iſtri, gentes ferae & magna ex parte latrocinijs maritimis infames, terrerent: penitus ad litora Venetorum peruenit. ibi expoſitis paucis, qui loca explorarent: cum audiſſet tenue praetentum litus eſſe, quod tranſgreſſis ſtagna ab tergo ſint irrigua aeſtibus maritimis: agros haud procul proximos campeſtres cerni: ulteriora colles: inde eſſe oſtium fluminis praealti, quo circumagi naues cum in ſtationem tutam uidiſſet, (Meduacus amnis erat) eo inuectam claſſem ſubire flumine aduerſo iuſſit. Grauiſſimas nauium non pertulit alueus fluminis. in leuiora nauigia tranſgreſſa multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patauinorum uicis colentibus eam oram, peruenit. ibi egreſſi, leui praeſidio nauibus relicto, uicos expugnant: inflammant tecta: hominum pecudumq. praedas agunt: & dulce-
C dine praedandi longius uſque a nauibus procedunt. haec ubi Patauium ſunt nunciata, (ſemper autem eos in armis accolae Galli habebant) in duas partes iuuentutem diuidunt. altera in regionem, qua effuſa populatio nunciabatur: altera, ne cui praedonum obuia fieret, altero itinere ad ſtationem nauium (millia autem XIIII ab opido aberat) ducta. in naues paruas, cuſtodibus interemptis, impetus factus: territiq. nautae coguntur naues in alteram ripam amnis trãijcere. & in terra proſperum aeque in palatos praedatores proelium fuerat: refugientibusq. ad ſtationem Graecis Veneti obſiſtunt. ita in medio circumuenti hoſtes caeſique. pars capti claſſem indicant, regemq. Cleonymum tria inde millia abeſſe. ibi captiuis proximo uico in cuſtodiam datis, pars fluuiatiles naues, ad ſuperanda uada ſtagnorum apte planis alueis fabricatas, pars captiua nauigia armatis complent. profectiq. ad claſſem, immobiles naues, & loca ignota plus quam hoſtem timentes circum-
D uadunt: fugienteſq. in altum, ac nuſquam repugnantes uſque ad oſtium amnis perſecuti, captis quibuſdam, incenſiſq. nauibus hoſtium, quas trepidatio in uada intulerat, uictores reuertuntur. Cleonymus, uix quincta parte nauium incolumi, nulla regione maris Hadriatici proſpere adita, diſceſſit. roſtra nauium, ſpoliaq. Laconum in aede Iunonis ueteri fixa, multi ſuperſunt qui uiderunt. Patauij monumentum naualis pugnae eo die, quo pugnatum eſt, quotannis ſollemni certamine nauium in flumine opidi medio exercetur. Eodem anno Romae cum Veſtinis petentibus amicitiam ictum eſt foedus. Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare ab Arretinorum ſeditionibus motu orto nunciabatur: ubi Licinium genus praepotẽs, diuitiarum inuidia pelli armis coeptum. ſimul a Marſis agrum ui teneri, in quem colonia Carſeoli deducta erat, quattuor millibus hominum ſcriptis. itaque propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator, magiſtrum equitum ſi-
E bi legit M. Aemilium Paullum. id magis credo, quam Q. Fabium, ea aetate, atque eis honoribus, Valerio ſubiectum. Ceterum ex Maximi cognomine ortum errorem haud abnuerim. Profectus dictator cum exercitu, proelio uno Marſos fundit. compulſis deinde in urbes munitas, Milioniam, Pleſtiniam, Freſiliam intra dies paucos cepit: & parte agri multatis Marſis foedus reſtituit. Tum in Etruſcos uerſum bellum. & cum dictator auſpiciorum repetendorum cauſſa profectus Romam eſſet; magiſter equitum pabulatum egreſſus, ex inſidijs circumuenitur; ſigniſq. aliquot amiſſis, foeda militum caede ac fuga in caſtra eſt compulſus. qui terror non eo tantum a Fabio abhorret, quod ſi qua alia arte cognomen ſuũ aequauit, tũ maxime bellicis laudibus: ſed etiam, quod memor Papirianae ſaeuitiae, numquam, ut dictatoris iniuſſu dimicaret, adduci potuiſſet. Nunciata ea clades Romam,

maiorem,

Hic Cleonymus Rex Spartanorum fuerat, propter superbiam et violentiam electus a suis. Vide Plutarchum in vita Pyrrhi.

praealti sc. Vulgo la Brenta

Constat igitur aliam fuisse Patauij urbem quam que nunc est

maiorem quam res erat, terrorem exciuit. nam, ut exercitu deleto, ita iuſtitium indictum, P
cuſtodiae in portis, uigiliae uicatim exactae; arma, tela in muros congeſta. omnibus iunio-
ribus ſacramento adactis, dictator ad exercitum miſſus, omnia ſpe tranquilliora, & com-
poſita magiſtri equitum cura, caſtra in tutiorem locum redacta, cohortes, quae ſigna ami-
ſerant, extra uallum ſine tẽtorijs deſtitutas inuenit: exercitum auidum pugnae, quo matu-
rius ignominia aboleretur. itaque confeſtim caſtra inde in agrum Ruſellanum promouit.
eo & hoſtes ſecuti. & quamquam ex bene geſta re ſummam & in aperto certamine uirium
ſpem habebant; tamen inſidijs quoque, quas feliciter experti erant, hoſtem tentant. Te-
cta ſemiruta, uici per uaſtationem agrorum deuſti, haud procul caſtris Romanorum abe-
rant. ibi abditis armatis, pecus in conſpectu praeſidij Romani, cui praeerat Cn. Fuluius le-
gatus, propulſum. ad quam illecebram cum commoueretur nemo ab Romana ſtatione,
paſtorum unus progreſſus ſub ipſas munitiones, inclamat alios cunctanter ab ruinis uici Q
pecus propellentes: quid ceſſarent, cum per media caſtra Romana tuto agere poſſent?
Haec cum legato Caerites quidam interpretarentur, & per omnes manipulos militum in-
gens eſſet indignatio, nec tamen iniuſſu mouere ſe auderent: iubet peritos linguae atten-
dere animum, paſtorum ſermo agreſti an urbano propior eſſet. Cum referrent, ſonum lin-
guae, & corporum habitum, & nitorem, cultiora quam paſtoralia eſſe; Ite igitur, dicite, in-
quit, detegant nequidquam conditas inſidias: omnia ſcire Romanum: nec magis iam do-
lo capi, quam armis uinci poſſe. Haec ubi audita ſunt, & ad eos, qui conſederant in inſi-
dijs, perlata: conſurrectum repente ex latebris eſt, & in patentem ad conſpectum undique
campum prolata ſigna. Viſa legato maior acies, quam quae ab ſuo praeſidio ſuſtineri poſ-
ſet. itaque propere ad dictatorem auxilia accitum mittit: interea ipſe impetus hoſtiũ ſuſ-
tinet. Nuncio allato, dictator, ſigna ferri, ac ſequi armatos iubet. ſed celeriora prope o- H
mnia imperio erant. rapta extemplo ſigna armaque: & uix ab impetu & curſu tenebantur,
cum ira ab accepta nuper clade ſtimulabat, tum concitatior accidens clamor ab increſcen-
te certamine. urgent itaque alij alios, hortanturq. ſigniferos ut ocius eant. quo magis
feſtinantes ire uidet dictator, eo impenſius retentat agmen, ac ſenſim incedere iubet. Etru-
ſci contra principio exciti pugnae omnibus copijs aderant. & ſuper alios alij nunciant di-
ctatori omnes legiones Etruſcorum capeſſiſſe pugnam; nec iam ab ſuis reſiſti poſſe. & ipſe
cernit ex ſuperiore loco, in quanto diſcrimine praeſidium eſſet. Ceterum fretus ſatis eſ-
ſe etiam nunc tolerando certamini legatum, nec ſe procul abeſſe periculi uindicem, quam
maxime uult fatigari hoſtem, ut integris adoriatur uiribus feſſos. Quamquam lente proce-
dunt, iam tamen ad impetum capiendum equiti utique modicum erat ſpatium. Prima in-
cedebant ſigna legionum, ne quid occultum aut repentinum hoſtis timeret: ſed relique- I
rat interualla inter ordines peditũ, qua ſatis laxo ſpatio equi permitti poſſent. Pariter ſuſ-
tulit clamorem acies: & immiſſus eques libero curſu in hoſtem inuehitur; incompoſitiſ-
que aduerſus equeſtrem procellam ſubitum pauorem offundit. itaque ut prope ſerum au-
xilium iam paene circumuentis, ita uniuerſa requies data eſt. integri accepere pugnam:
nec ea ipſa longa, aut anceps fuit. fuſi hoſtes caſtra repetunt, inferentibuſq. iam ſigna Ro-
manis cedunt, & in ultimam caſtrorum partem conglobantur. haerent fugientes in angu-
ſtijs portarum: pars magna aggerem uallumq. conſcendunt, ſi aut ex ſuperiore loco tueri
ſe, aut ſuperare aliqua & euadere poſſent. Forte quodam loco male denſatus agger pon-
dere ſuperſtantium in foſſam procubuit: atque ea cum deos pandere uiam fugae concla-
maſſent, plures inermes, quam armati, euadunt. Hoc proelio fractae iterum Etruſcorum
uires: &, pacto annuo ſtipendio, & duum menſium frumento, permiſſum ab dictatore, ut K
de pace legatos mitterent Romam. Pax negata: induciae biennij datae. Dictator trium-
phans in urbem redijt. Habeo auctores, ſine ullo memorabili proelio pacatam ab dictato-
re Etruriam eſſe, ſeditionibus tantum Arretinorum compoſitis, & Licinio genere cũ ple-
be in gratiam reducto. conſul ex dictatura factus M. Valerius, non petentem, atque adeo
etiam abſentem creatum, credidere quidam; & per interregem ea comitia habita. id unũ
non ambigitur, conſulatum cum Appuleio Panſa geſſiſſe. M. Valerio & Q. Appuleio con-
ſulibus ſatis pacatae foris res fuere. Etruſcum aduerſae belli res, & induciae quietum tene-
bant: Samnitem multorum annorum cladibus domitum, haud dum foederis noui paeni-
tebat. Romae quoque plebem quietam & exoneratam deducta in colonias multitudo

praeſtabat.

A praeſtabat. tamen, ne undique tranquillae res eſſent, certamen iniectum inter primores ci
uitatis patricios plebeioſq. ab tribunis pl. Q. & Cn. Ogulnijs: qui, undique criminando
rum patrum apud plebem occaſionibus quaeſitis, poſtquam alia fruſtra tentata erant, eam
actionem ſuſceperunt, qua non infimam modo plebem accenderent, ſed ipſa capita ple-
bis, conſulares triumphaleſq. plebeios: quorum honoribus nihil praeter ſacerdotia, quae
nondum promiſcua erant, deeſſet. rogationem ergo promulgarunt, ut, cum quattuor augu
res, quattuor pontifices ea tempeſtate eſſent, placeretq. augeri ſacerdotum numerum;
quattuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes adlegerentur. Quemadmodum ad
quattuor augurum numerum, niſi morte duorum, id redigi collegium potuerit, non inue-
nio: cum inter augures conſtet, imparem numerum debere eſſe: ut tres antiquae tribus,
Ramnéſes, Tatienſes, & Luceres ſuum quaeque augurem habeant; aut, ſi pluribus ſit opus,
B pari inter ſe numero ſacerdotes multiplicent: ſicut multiplicati ſunt, cũ ad quattuor quin-
que adiecti, nouem numerum, ut terni in ſingulas eſſent, expleuerunt. Ceterum quia de
plebe adlegebantur; iuxta eam rem aegre paſſi patres, quam cum conſulatum uulgari ui-
derent: ſimulabant ad deos id magis, quam ad ſe, pertinere. ipſos uiſuros, ne ſacra ſua pol-
luantur: id ſe optare tantum, ne qua in remp. clades ueniat. minus autem tetendere, aſſue
ti iam tali genere certaminum uinci. & cernebant aduerſarios non id, quod olim uix ſpe-
rauerint, affectantes magnos honores; ſed omnia iam, in quorum ſpem dubiam erat certa
tum, tamen adeptos, multiplices conſulatus, cenſuraſque, & triumphos. Certamen tamen
ſuadenda diſſuadendaq. lege inter Ap. Claudium maxime ferunt, & inter P. Decium Mu-
rem. qui cum eadem ferme de iure patrum ac plebis, quae pro lege Licinia quondam, con
traq. eam dicta erant, cum plebeijs conſulatus rogabatur, diſſeruiſſent; retuliſſe dicitur De
C cius parentis ſui ſpeciem, qualem eum multi, qui in concione erant, uiderant, incinctum
Gabino cultu, ſuper telum ſtantem: quo ſe habitu pro populo ac legionibus Romanis de-
uouiſſet. tum P. Decium conſulem purum piumq. dijs immortalibus uiſum, aeque ac ſi
T. Manlius collega eius deuoueretur: eundem P. Decium, qui ſacra publica populi R. fa-
ceret, legi rite non potuiſſe? id eſſe periculum, ne ſuas preces minus audirent dij, quam
Ap. Claudij? caſtius eum ſacra priuata facere, & religioſius deos colere, quam ſe? quem
paenitere uotorum, quae pro rep. nuncupauerint tot conſules plebeij, tot dictatores, aut
ad exercitus euntes, aut inter ipſa bella? numerarentur duces eorum annorum, quibus ple
beiorum ductu & auſpicio res geri coeptae ſunt: numerarentur triumphi: iam ne nobilita
tis quidem ſuae plebeios paenitere. Pro certo habere, ſi quod repens bellum oriatur, non
plus ſpei fore ſenatui populoq. R. in patricijs, quam in plebeijs ducibus. Quod cum ita
D ſe habeat, cui deorum hominumue indignum uideri poteſt, inquit, eis uiris, quos uos ſel-
lis curulibus, toga praetexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laurea-
que honoraritis, quorum domos ſpolijs hoſtium affixis inſignes inter alias feceritis, pon-
tificalia, atque auguralia inſignia adijcere? qui Iouis Opt. Max. ornatu decoratus, curru
aurato per urbem uectus in Capitolium adſcenderit; ſi conſpiciatur cum capide ac lituo,
capite uelato uictimam caedat, auguriumue ex arce capiat? Cuius imaginis titulo conſu-
latus, cenſuraque, & triumphus aequo animo legetur; ſi auguratum, aut pontificatum adie
ceritis, non ſuſtinebunt legentium oculi? Equidem (pace dixerim deum) eos nos iam po
puli R. beneficio eſſe ſpero, qui ſacerdotijs non minus reddamus dignatione noſtra hono-
ris, quam acceperimus; & deorum magis, quam noſtra cauſſa expetamus, ut, quos priua-
tim colimus, publice colamus. Quid autem ego ſic adhuc egi, tamquam integra ſit cauſſa
E patriciorum de ſacerdotijs, & non iam in poſſeſſione unius ampliſſimi ſimus ſacerdotij?
Decemuiros ſacris faciundis, carminum ſibyllae ac fatorum populi huius interpretes, anti
ſtites eoſdem Apollinaris ſacri caerimoniarumq. aliarum plebeios uidemus. neq; tum pa-
tricijs ulla iniuria facta eſt, cum duumuiris ſacris faciundis adiectus eſt propter plebeios
numerus: & nunc tribunus, uir fortis ac ſtrenuus, quinque augurum loca, quattuor pontifi
cum adiecit, in quae plebeij nominentur: non ut uos, Appi, ueſtro loco pellant, ſed ut adiu
uent uos homines plebeij diuinis quoque rebus procurandis; ſicut in ceteris humanis
pro parte uirili adiuuant. Noli erubeſcere Appi, collegam in ſacerdotio habere, quem in
cenſura, quem in conſulatu collegam habere potuiſti: cuius tam dictatoris magiſter equi-
tum, quam magiſtri equitũ dictator eſſe potes. Sabinum aduenam principẽ nobilitatis ue-

ſtrae, ſeu Actium Clauſum, ſeu Ap. Claudium mauultis. illi antiqui patricij in ſuum numerum acceperunt. ne faſtidieris nos in ſacerdotum numerum accipere. Multa nobiſcum decora afferimus: immo omnia eadem, quae uos ſuperbos fecerunt. L. Sextius primus de plebe conſul eſt factus; C. Licinius Stolo primus magiſter equitum: C. Marcius Rutilus primus & dictator & cenſor: Q. Publilius Philo primus praetor. Semper iſta audita ſunt eadem, penes uos auſpicia eſſe, uos ſolos gentem habere, uos ſolos iuſtum imperium & auſpicium domi militiaeque: aeque adhuc proſperum plebeium, ac patricium fuit, porroq. erit. En Romae umquam fando audiſtis patricios primo eſſe factos, non de caelo demiſſos, ſed qui patrem ciere poſſent, id eſt, nihil ultra quam ingenuos? Conſulem iam patrem ciere poſſum, auumq. iam poterit filius meus. Nihil eſt aliud in re Quirites, niſi ut omnia negata adipiſcamur. Certamen tantum patricij petunt, nec curant, quem euentum certaminum habeant. Ego hanc legem, quod bonum, fauſtum, felixq. ſit uobis ac reip. uti rogas, iubendam cenſeo. Vocare tribus extemplo populus iubebat: apparebatq. accipi legem: ille tamen dies eſt interceſſione ſublatus. poſtero die, deterritis tribunis, ingenti conſenſu accepta eſt. Pontifices creantur, ſuaſor legis, P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Liuius Denter. Quinque augures item de plebe, C. Genucius, P. Aelius Paetus, M. Minucius Feſſus, C. Marcius, T. Publilius. Ita octo pontificum, nouem augurum numerus factus. Eodem anno M. Valerius conſul de prouocatione legem tulit, diligentius ſanctam. tertio ea tum poſt reges exactos lata eſt ſemper a familia eadem. cauſſam renouādae ſaepius haud aliam fuiſſe reor, quam quod plus paucorū opes, quam libertas plebis, poterant. Porcia inde lex ſola pro tergo ciuium lata uidetur: quod graui poena, ſi quis uerberaſſet necaſſetue ciuem Romanum, ſanxit. Valeria lex, cum eum, qui prouocaſſet, uirgis caedi, ſecuriq. necari uetuiſſet; ſi quis aduerſus ea feciſſet, nihil ultra, quam, improbe factum, adiecit. id (qui tum pudor hominum erat) uiſum credo uinculum ſatis ualidum legis. nunc uix ſeruo ita minetur quiſquam. Bellum ab eodem conſule haudquaquam memorabile aduerſus rebellantes Aequos, cum, praeter animos feroces, nihil ex antiqua fortuna haberent, geſtum eſt. Alter conſul Appuleius in Vmbria Nequinum opidum circumſedit. locus erat arduus, atque in parte una praeceps, ubi nunc Narnia ſita eſt: nec ui, nec munimento capi poterat. itaque eam infectam rem M. Fuluius Paetus, T. Manlius Torquatus, noui conſules, acceperunt. In eum annum cum Q. Fabium conſulem non petentem omnes dicerent centuriae, ipſum auctorem fuiſſe Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi ſibi conſulatus in bellicoſiorem annum: eo anno maiori ſe uſui reip. fore urbano geſto magiſtratu. ita nec diſſimulantē, quid mallet, nec petentem tamen, aedilem curulē cum L. Papirio Curſore factū. Id ne pro certo ponerem, uetuſtior annaliū auctor Piſo effecit, qui eo anno aediles curules fuiſſe tradit C. Domitium, Cn. F. Caluinū, & Sp. Caruilium, Q. F. Maximū. id credo cognomen errorē in aedilibus feciſſe; ſecutamq. fabulam miſtā ex aedilicijs & conſularibus comitijs, conuenientem errori. Et luſtrū eo anno conditum a P. Sempronio Sopho, & P. Sulpicio Sauerrione cenſoribus: tribuſq. additae duae, Anienſis ac Terentinā. Haec Romae geſta. ceterum ad Nequinum opidum cum ſegni obſidione tempus tereretur; duo ex opidanis, quorum erant aedificia iuncta muro, ſpecu facto, ad ſtationes Romanas itinere occulto perueniunt: inde ad conſulem deducti, praeſidium armatum ſe intra moenia & muros accepturos confirmant. nec aſpernanda res uiſa, neque incaute credenda. cum altero eorum (nam alter obſes retentus) duo exploratores per cuniculum miſſi: per quos ſatis comperta re, trecenti armati transfuga duce in urbem ingreſſi, nocte portam, quae proxima erat, cepere: qua refracta, conſul exercituſq. Romanus ſine certamine urbem inuaſere. ita Nequinum in ditionem populi R. uenit. colonia eo aduerſus Vmbros miſſa, a flumine Narnia appellata. exercitus cum magna praeda Romam reductus. Eodem anno ab Etruſcis aduerſus indutias paratum bellum. ſed eos alia molientes Gallorum ingens exercitus fines ingreſſus, paulliſper a propoſito auertit. pecunia deinde, qua multū poterant, freti, ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur, ut eo adiuncto exercitu cum Romanis bellarent. de ſocietate haud abnuunt barbari: de mercede agitur. qua pacta acceptaque, cum parata cetera ad bellum eſſe, ſequiq. Etruſcus iuberet: infitias eunt, mercedem ſe belli Romanis inferendi pactos: quidquid acceperint, accepiſſe, ne agrū Etruſcū uaſtarent, armiſq. laceſſerent cultores. militaturos tamen

ſe, ſi

Margin letters beside the lines: F (line 1), G (line "certaminum habeant…"), H (line "qui prouocaſſet…"), AN. 453. (beside "tus, T. Manlius Torquatus…"), I (line "aedilem curulē…"), K (line "urbem ingreſſi…").

A ſe, ſi utique Etruſci uelint: ſed nulla alia mercede, quam ut in partem agri accipiantur, tan
demq. aliqua ſede certa conſiſtant. Multa de eo concilia populorum Etruriae habita: nec
perfici quidquam potuit; non tam quia imminui agrum, quam quia accolas ſibi quiſque ad
iungere tam efferatae gentis homines horrebat. ita dimiſſi Galli pecuniam ingentem ſine
labore ac periculo partam retulerunt. Romae terrorem praebuit fama Gallici tumultus ad
bellum Etruſcum adiecti: eo minus cunctanter foedus ictum cum Picenti populo eſt. T.
Manlio conſuli Etruria prouincia ſorte euenit: qui uixdum ingreſſus hoſtium fines, cum
exerceretur inter equites, ab rapido curſu circumagendo equo effuſus, extemplo prope
exſpirauit. tertius ab eo caſu dies finis uitae conſulis fuit. quo uelut omine belli accepto,
deos pro ſe commiſiſſe bellum memorantes Etruſci ſuſtulere animos. Romae tũ deſiderio
uiri, tum incommoditate temporis triſtis nuncius fuit, ut patres ab iubendo dictatore con
B ſulis ſubrogandi comitia ex ſententia principum habita deterruerint. M. Valerium conſu-
lem omnes ſententiae centuriaeq. dixere; quem ſenatus dictatorem dici iuſſurus fuerat. tũ
extemplo in Etruriam ad legiones proficiſci iuſſit. Aduentus eius compreſſit Etruſcos,
adeo ut nemo extra munitiones egredi auderet: timorq. ipſorum obſidioni ſimilis eſſet. ne
que illos nouus conſul uaſtandis agris, urendisq. tectis, cum paſſim non uillae ſolum,
ſed frequentes quoque uici incendijs fumarent, elicere ad certamen potuit. Cum hoc ſe-
gnius bellũ opinione eſſet alterius belli, quod multis inuicẽ cladibus haud immerito terri-
bile erat, fama, Picentium, nouorũ ſociorum, indicio, exorta eſt: Samnites arma & rebellio
nẽ ſpectare: ſeque ab eis ſollicitatos eſſe. Picentibus gratiae actae: & magna pars curae pa
tribus ab Etruria in Samnites uerſa eſt. Caritas etiam annonae ſollicitam ciuitatem ha-
buit: uentumque ad inopiae ultimum foret, (ut ſcripſere, quibus aedilem fuiſſe eo anno Fa
C bium Maximum placet) ni eius uiri cura, qualis in bellicis rebus multis tempeſtatibus fue
rat, talis domi tum in annonae diſpenſatione praeparando ac conuehendo frumento fuiſ-
ſet. Eo anno (nec traditur cauſſa) interregnum initum. interreges fuere, Ap. Claudius, de
in P. Sulpicius. is comitia conſularia habuit: creauit L. Cornelium Scipionem, Cn. Ful- An.454.
uium conſules. Principio huius anni oratores Lucanorum ad nouos conſules uenerunt
queſtum: quia condicionibus perlicere ſe nequiuerint ad ſocietatem armorum, Samnites
infeſto exercitu ingreſſos fines ſuos uaſtare, belloque ad bellum cogere. Lucano populo
ſatis ſuperq. erratum quondam: nunc ita obſtinatos animos eſſe, ut omnia ferre ac pati to-
lerabilius ducant, quam ut umquam poſtea nomen Romanum uiolent. orare patres, ut &
Lucanos in fidem accipiant, & uim atq. iniuriam ab ſe Samnitium arceant. ſe, quamquam,
bello cum Samnitibus ſuſcepto, neceſſaria iam facta aduerſus Romanos fides ſit, tamen ob
D fides dare paratos eſſe. Breuis cõſultatio ſenatus fuit. ad unũ omnes iungendum foedus cũ
Lucanis, reſq. repetendas ab Samnitibus cenſent. Benigne reſponſum Lucanis, ictumque
foedus. Fetiales miſſi, qui Samnitem decedere agro ſociorum, ac deducere exercitum
finibus Lucanis iuberent. quibus obuiam miſſi ab Samnitibus, qui denunciarent, ſi quod
adiſſent in Samnio concilium, haud inuiolatos abituros. Haec poſtquam audita ſunt Ro-
mae, bellum Samnitibus & patres cenſuerunt, & populus iuſſit. Conſules inter ſe pro-
uincias partiti ſunt. Scipioni Etruria, Fuluio Samnites obuenerunt: diuerſique ad ſuum
quiſque bellum proficiſcuntur. Scipioni ſegne bellum, & ſimile prioris anni militiae exſpe
ctanti, hoſtes ad Volaterras inſtructo agmine occurrerunt. Pugnatum maiore parte diei,
magna utrimque caede. nox incertis, qua data uictoria eſſet, interuenit. lux inſequens ui-
ctorem uictumq. oſtendit. nam Etruſci ſilentio noctis caſtra reliquerunt. Romanus
E egreſſus in aciem, ubi profectione hoſtium cõceſſam uictoriam uidet, progreſſus ad caſtra
uacuis, cum plurima praeda (nam & ſtatiua trepide deſerta fuerant) potitur. inde in Fali-
ſcum agrum copijs reductis, cum impedimenta Falerijs cum modico praeſidio reliquiſſet,
expedito agmine ad populandos hoſtium fines incedit. omnia ferro ignique uaſtantur:
praedae undique actae. nec ſolum modo uaſtum hoſti relictum, ſed caſtellis etiam uiciſq.
illatus ignis. Vrbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Etruſcos compulerat. Cn.
Fuluij conſulis clara pugna in Samnio ad Bouianum, haudquaquam ambiguae uictoriae
fuit. Bouianum inde aggreſſus, nec ita multo poſt Aufidenam ui cepit. Eodem anno Car-
ſeolos Colonia in agro Aequicolarum deducta. Fuluius conſul de Samnitibus trium-
phauit. Cum comitia conſularia inſtarent, fama exorta, Etruſcos Samnitesq. ingentes con

ſcribere exercitus: palam omnibus concilijs uexari principes Etruſcorum, quod non Gal F
los quacumque condicione traxerint ad bellum: increpari magiſtratus Samnitium, quod
exercitum, aduerſus Lucanum hoſtem comparatum, obiecerint Romanis. itaque ſuis ſo-
ciorumq. uiribus conſurgere hoſtes ad bellum, & haudquaquam pari defungendum eſſe
certamine. Hic terror, cum illuſtres uiri conſulatum peterent, omnes in Q. Fabium Maxi
mum primo non petentem, deinde, ut inclinata ſtudia uidit, etiam recuſantem, conuertit.
Quid ſe iam ſenem, ac perfunctum laboribus, laborumq. praemijs, ſollicitarent? Nec
corporis, nec animi uigorem remanere eundem: & fortunam ipſam uereri, ne cui deorum
nimia iā in ſe, & conſtantior, quam uelint humanae res, uideatur. & ſe gloriae ſeniorū ſuc
creuiſſe, & ad ſuam gloriam conſurgētes alios laetum adſpicere. nec honores magnos for-
tiſſimis uiris Romae, nec honoribus deeſſe fortes uiros. Acuebat hac moderatione tam
iuſta ſtudia: quae uerecundia legum reſtinguenda ratus, legem recitari iuſſit, qua intra de- G
cem annos eundem conſulem refici non liceret. Vix prae ſtrepitu audita lex eſt. tribuniq.
plebis nihil id impedimenti futurum aiebant. ſe ad populum laturos, uti legibus ſolueretur.
Et ille quidem in recuſando perſtabat, Quid ergo attineret leges ferri, rogitans,
quibus per eoſdem, qui tuliſſent, fraus fieret? iam regi leges, non regere. Populus ni-
hilo minus ſuffragia inibat: & ut quaeque intro uocata erat centuria, conſulem haud du-
bie Fabium dicebat. Tum demum conſenſu ciuitatis uictus, Dei approbent, inquit,
quod agitis, acturiq. eſtis Quirites. ceterum, quoniam in me, quod uos uultis, facturi
eſtis; in collega ſit meae apud uos gratiae locus. P. Decium, expertum mihi concordi col-
legio uirum, dignum uobis, dignum parente ſuo, quaeſo, mecum conſulem faciatis. Iuſta
AN. 455. ſuffragatio uiſa. Omnes, quae ſupererant, centuriae, Q. Fabium, P. Decium conſules di-
xere. Eo anno pleriſque dies dicta ab aedilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat, H
agri poſſiderent: nec quiſquam ferme eſt purgatus: uinculumq. ingens immodicae cupi-
ditati iniectum eſt. conſules noui, Q. Fabius Maximus quartum, & P. Decius Mus ter-
tium, cum inter ſe agitarēt, uti alter Samnites hoſtes, alter Etruſcos deligeret; quantaeque
in hanc, aut in illam prouinciam copiae ſatis eſſent; & uter ad utrum bellum dux idoneus
magis eſſet: ab Sutrio & Nepet & Falerijs legati auctores concilia Etruriae populorum de
petenda pace haberi, totam belli molem in Samnium auerterunt. Profecti conſules, quo
expeditiores commeatus eſſent, & incertior hoſtis, qua uenturum bellum foret, Fabius
per Soranum, Decius per Sidicinum agrum, in Samnium legiones ducunt. Vbi in hoſtium
fines uentum eſt, uterque populabundus effuſo agmine incedit: explorant tamen latius,
quam populantur. igitur non fefellere ad Tifernum hoſtes in occulta ualle inſtructi;
qua ingreſſos Romanos ſuperiore ex loco adoriri parabant. Fabius, impedimentis in lo- I
cum tutum remotis, praeſidioq. modico impoſito, praemonitis militibus adeſſe certamen
quadrato agmine ad praedictas hoſtium latebras ſuccedit. Samnites deſperantes impro-
uiſo tumultu, quando in apertum ſemel diſcrimen euaſura eſſet res, & ipſi acie iuſta malue-
runt concurrere. itaque & in aequum deſcendunt; ac fortunae ſe maiore animo, quam
ſpe, committunt. ceterum, ſeu quia ex omnium Samnitium populis quodcumque robo-
ris fuerat, contraxerant; ſeu quia diſcrimen ſummae rerum augebat animos; aliquantum
aperta quoque pugna praebuerunt terroris. Fabius, ubi nulla ex parte hoſtem loco mo-
ueri uidet, M. Fuluium, & M. Valerium tribunos militum, cum quibus ad primam aciem
procurrerat, ire ad equites iubet, & adhortari, ut, ſi quando umquam equeſtri ope adiutam
remp. meminerint, illo die annitantur, ut ordinis eius gloriam inuictam praeſtent. pedi-
tum certamine immobilem hoſtem reſtare: omnem reliquam ſpem in impetu eſſe equitū. K
& ipſos nominatim iuuenes pari comitate utrumque nunc laudibus, nunc promiſſis one-
i. contendendum rat. ceterum, quando nec ea quoque tentata uis proficeret; conſilio graſſandum, ſi nihil
uires iuuarent, ratus, Scipionem legatum haſtatos primae legionis ſubtrahere ex acie,
& ad montes proximos, quam poſſet occultiſſime, circumducere iubet: inde adſcenſu
abdito a conſpectu erigere in montes agmen; & auerſo hoſti ab tergo repente ſe oſtende-
re. Equites ducibus tribunis haud multo plus hoſtibus quam ſuis, ex improuiſo ante ſigna
euecti, praebuerūt tumultus. aduerſus incitatas turmas ſtetit immota Samnitiū acies; nec
parte ulla pelli aut perrūpi potuit. & poſtquā irritū inceptū erat, recepti poſt ſigna proelio
exceſſerunt. Creuit ex eo hoſtium animus: nec ſuſtinere frons prima tam longum cer-
tamen,

A tamen, increſcentemq. fiducia ſui uim potuiſſet, ni ſecunda acies iuſſu conſulis, in primam ſucceſſiſſet. ibi integrae uires ſiſtunt inuehentem ſe iam Samnitem. et tempore improuiſa ex montibus ſigna, clamorq. ſublatus non uero metu tantum terruere Samnitium animos. Nam & Fabius Decium collegam appropinquare exclamauit: & pro ſe quiſque miles, adeſſe alterum conſulem, adeſſe legiones, gaudio alacres fremunt: terrorq. utilis Romanis oblatus, fugae formidiniſq. Samnites impleuit, maxime territos, ne ab altero exercitu integro intactoq. feſſi opprimerentur. et quia paſſim in fugam diſſipati ſunt, minor caedes, quam pro tanta uictoria, fuit. tria millia & C D caeſi: capti ad trecentos ferme & triginta: ſigna militaria capta tria & uiginti. Samnitibus Apuli ſe ante proelium coniunxiſſent, ni P. Decius, conſul alter, ijs ad Maleuentum caſtra obieciſſet, extractoſq. deinde ad certamen fudiſſet. ibi quoque plus fugae fuit, quam caedis. duo millia Apulorum caeſa:

B ſpretoq. eo hoſte Decius in Samnium legiones duxit. Ibi duo conſulares exercitus, diuerſis uagati partibus, omnia ſpatio quinque menſium euaſtarunt. quadraginta & quinque loca in Samnio fuere, in quibus Decij caſtra fuerunt: alterius conſulis ſex & octoginta. nec ualli tantum ac foſſarum ueſtigia relicta, ſed multo illis inſigniora monumenta uaſtatis circa regionibus, depopulatiſque. Fabius etiam urbem Cimetram cepit. ibi capta armatorum duo millia C D. caeſi ferme pugnantes ad quadringentos triginta. Inde comitiorum cauſſa Romam profectus, maturauit eam rem agere. Cum primo uocatae Q. Fabium conſulem dicerent omnes centuriae, Ap. Claudius conſularis candidatus, uir acer & ambitioſus, non ſui magis honoris cauſſa, quam ut patricij recuperarent duo conſularia loca, cum ſuis, tum totius nobilitatis uiribus incubuit, ut ſe cum Q. Fabio conſulem dicerent. Fabius de ſe eadem fere, quae priore anno, dicendo abnuere. circumſtare ſellam omnis nobi-

C litas: orare, ut ex coeno plebeio conſulatum extraheret; maieſtatemq. priſtinam tum honori, tum patricijs gentibus redderet. Fabius, ſilentio facto, media oratione ſtudia hominum ſedauit. facturum enim ſe fuiſſe dixit, ut duorum patriciorum nomina reciperet, ſi alium, quam ſe, conſulem fieri uideret: nunc ſe ſui rationem comitijs, cum contra leges futurum ſit, peſſimo exemplo non habiturum. Ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Clau- An.456. dio conſul eſt factus, priore item conſulatu inter ſe comparati. Nobilitas obiectare Fabio, fugiſſe eum Ap. Claudium collegam, eloquentia ciuilibuſq. artibus haud dubie praeſtantem. Comitijs perfectis, ueteres conſules iuſſi bellum in Samnio gerere, prorogato in ſex menſes imperio. Itaque inſequenti quoque anno, L. Volumnio, Ap. Claudio conſulibus, P. Decius, qui conſul in Samnio relictus a collega fuerat, pro conſule idem populari non deſtitit agros; donec Samnitium exercitum, nuſquam ſe proelio committen-

D tem poſtremo expulit finibus. Etruriam pulſi petierunt; &, quod legationibus nequidquam ſaepe tentauerant, id ſe tanto agmine armatorum, miſtis terrore precibus, acturos efficacius rati, poſtulauerunt principum Etruriae concilium: quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt. omnia expertos eſſe, ſi ſuimet ipſorum uiribus tolerare tantam molem belli poſſent: tentaſſe etiam haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petiſſe pacem a populo R. cum bellum tolerare non poſſent: rebellaſſe, quod pax ſeruientibus grauior, quam liberis bellum eſſet: unam ſibi ſpem reliquam in Etruſcis reſtare: ſcire, gentem Italiae opulentiſſimam armis, uiris, pecunia eſſe: habere accolas Gallos, inter ferrum & arma natos, feroces cum ſuopte ingenio, tum aduerſus Romanum populum; quem captum a ſe, auroq. redemptum, haud uana iactantes, memorent. nihil abeſſe, ſi ſit animus Etruſcis, qui Porſenae quondam, maioribuſq. eorum fue-

E rit, quin Romanos omni agro cis Tiberim pulſos, dimicare pro ſalute ſua, non de intolerando Italiae regno cogant. Samnitem illis exercitum paratum, inſtructum armis, ſtipendio ueniſſe: confeſtim ſecuturos, uel ſi ad ipſam Romanam urbem oppugnandam ducant. Haec eos in Etruria iactantes, molienteſque, bellum domi Romanum urebat. nam P. Decius ubi comperit per exploratores, profectum Samnitium exercitum; aduocato concilio, Quid per agros, inquit, uagamur, uicatim circumferentes bellum? quin urbes ac moenia aggredimur? nullus iam exercitus Samnio praeſidet. ceſſere finibus; ac ſibimet ipſi exilium conſciuere. Approbantibus cunctis, ad Murgantiam, ualidam urbem, oppugnandam ducit: tantuſque ardor militum fuit & caritate ducis, & ſpe maioris, quam ex agreſtibus populationibus, praedae, ut uno die ui, atque armis urbem caperent. ibi

duo millia Samnitium, & centum pugnantes circumuenti captique: & alia praeda ingens F
capta eſt. quae ne impedimentis grauibus agmen oneraret, conuocari milites Decius iu-
bet. Haccine, inquit, uictoria ſola, aut hac praeda contenti eſtis futuri? Vultis uos pro
uirtute ſpes gerere? Omnes Samnitium urbes, fortunaeq. in urbibus relictae ueſtrae ſunt,
quando legiones eorum tot proelijs fuſas, poſtremo finibus expuliſtis. uendite iſta: & illi-
cite lucro mercatorem, ut ſequatur agmen. ego ſubinde ſuggeram, quae uendatis. Ad Ro-
muleam urbem hinc eamus, ubi uos labor haud magnus, praeda maior manet. Diuendita
praeda, ultro adhortantes imperatorem ad Romuleam pergunt. Ibi quoque ſine opere,
ſine tormentis, ſimul admota ſunt ſigna, nulla ui deterriti, a muris, qua cuique proximum
fuit, ſcalis raptim admotis in moenia euaſere. Captum opidum ac direptum eſt. ad duo
millia & CCC occiſi: & ſex millia hominum capta: & miles ingenti praeda potitus: quã
uendere, ſicut priorem, coactus, Ferentinum inde, quamquam nihil quietis dabatur, tamen G
ſumma alacritate ductus. ceterum ibi plus laboris ac periculi fuit. nam & defenſa ſumma
ui moenia ſunt: & locus erat munimento naturaq tutus. ſed euicit omnia aſſuetus praedae
miles. ad tria millia hoſtium circa muros caeſa: praeda militis fuit. Huius oppugnatarum
urbium decoris pars maior in quibuſdam annalibus ad Maximum trahitur. Murgantiam
ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleamq. oppugnatas tradunt. ſunt qui nouorum con-
ſulum hanc gloriam faciant. quidam non amborum, ſed alterius, L. Volumnij: ei Samnium
prouinciam eueniſſe. Dum ea in Samnio, cuiuſcumque ductu auſpicioq. gererentur, Ro-
manis in Etruria interim bellum ingens multis ex gentibus concitur: cuius auctor Gellius
Egnatius ex Samnitibus erat. Tuſci fere omnes conſciuerant bellum: traxerat contagio
proximos Vmbriae populos: & Gallica auxilia mercede ſollicitabantur. omnis ea multitu
do ad caſtra Samnitium conueniebat. qui tumultus repens poſtquam Romã perlatus eſt, H
cum iam L. Volumnius conſul cum legionibus ſecunda ac tertia, ſociorumq. millibus quin
decim profectus in Samnium eſſet: Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam
ire placuit. duae Romanae legiones ſecutae, prima & quarta, & ſociorum duodecim mil-
lia: caſtra haud procul ab hoſte poſita. Ceterum eo magis profectum eſt, quod mature
uentum erat, ut quoſdam ſpectantes iam arma in Etruria populos, metus Romani nomi-
nis comprimeret: quam quod ductu conſulis quidquam ibi ſatis ſcite aut fortunate ge-
ſtum ſit. Multa proelia locis & temporibus iniquis commiſſa, ſpeſq. in dies grauiorem ho-
ſtem faciebat. & iam prope erat, ut nec duci milites, nec militibus dux ſatis fideret. Litte-
ras ad collegam accerſendum ex Samnio miſſas, in trinis annalibus inuenio. piget tamen
incertum ponere, cum ea ipſa inter conſules populi Romani iam iterum eodem honore
fungentes diſcrepatio fuerit, Appio abnuente miſſas, Volumnio affirmante Appii ſe litte- I
ris accitum. Iam Volumnius in Samnio tria caſtella ceperat, in quibus ad tria millia ho-
ſtium caeſa erant, dimidium fere eius captum. Et Lucanorum ſeditiones, a plebeijs & egen
tibus ducibus ortas, ſumma optimatium uoluntate per Q. Fabium proconſulẽ miſſum
eo cum ueteri exercitu compreſſerat. Decio populandos hoſtium agros relinquit: ipſe
cum ſuis copijs in Etruriam ad collegam pergit: quem aduenientem laeti omnes ac-
cepere. Appium ex conſcientia ſua credo animum habuiſſe haud immerito iratum, ſi
nihil ſcripſerat; illiberali & ingrato animo, ſi eguerat ope, diſſimulantem. uix enim ſa-
lute mutua reddita, cum obuiam egreſſus eſſet, Satin' ſaluae, inquit, L. Volumni? ut ſe
ſe in Samnio res habent? quae te cauſſa, ut prouincia tua excederes, induxit? Volumnius
in Samnio res proſperas eſſe ait: litteris eius accitũ ueniſſe: quae ſi falſae fuerint, nec uſus
ſui ſit in Herturia, extemplo conuerſis ſignis abiturum. Tu uero abeas, inquit: neque K
te quiſquam moratur. etenim minime conſentaneum eſt, cum bello tuo forſitan uix ſuf-
ficias, hic te ad opem ferendam alijs gloriari ueniſſe. Bene Hercules uerteret, dice-
re Volumnius: malle fruſtra operam inſumptam, quam quidquam incidiſſe, cur non
ſatis eſſet Etruriae unus conſularis exercitus. Digredientes iam conſules, legati tribu-
nique ex Appiano exercitu circumſiſtunt: pars imperatorem ſuum orare, ne collegae au-
xilium, quod acciendum ultro fuerit, ſua ſponte oblatum ſperneretur: plures abeunti
Volumnio obſiſtere, atque obteſtari, ne prauo cum collega certamine rempublicam
prodat: ſi qua clades incidiſſet, deſertori magis, quam deſerto, noxiae fore. eo rem addu-
ctam, ut omnis rei bene aut ſecus geſtae in Etruria decus dedecuſque ad L. Volumnium
ſit

A ſit delegatum. neminem quaeſiturum, quae uerba Appij, ſed quae fortuna exercitus fuerit. dimitti ab Appio eum, ſed a rep. & ab exercitu retineri. experiretur modo uoluntatem militum. Haec monendo obteſtandoq. prope reſtitantes conſules in concionem pertraxerunt. ibi orationes longiores habitae in eandem ferme ſententiam, in quam ante paucis certatum uerbis fuerat. Et cum Volumnius cauſſa ſuperior, ne infacundus quidem aduerſus eximiam eloquentiam collegae uiſus eſſet; cauillanſq. Appius ſibi acceptum referre diceret debere, quod ex muto, atque elingui facundum etiam conſulem haberent: priore conſulatu primis utique menſibus hiſcere eum nequiſſe, nunc iam populares orationes ſerere: Quam mallem, inquit Volumnius, tu a me ſtrenue facere, quam ego abs te ſcite loqui didiciſſem. Poſtremo condicionem ferre, quae decretura ſit, non orator, (neque enim id deſiderare remp.) ſed imperator uter ſit melior: Etruriam & Samnium prouin- **B** cias eſſe: utram mallet, eligeret. ſuo exercitu ſe uel in Etruria, uel in Samnio rem geſturum. Tum militum clamor ortus, ut ſimul ambo bellum Etruſcum ſuſciperent. quo animaduerſo conſenſu, Volumnius, Quoniam in collegae uoluntate interpretanda, inquit, erraui, non committam ut quid uos uelitis, obſcurum ſit. manere, an abire me uelitis, clamore ſignificate. tum uero tantus eſt clamor exortus, ut hoſtes e caſtris exciret. armis arreptis in aciem deſcendunt. & Volumnius ſigna canere, ac uexilla efferri e caſtris iuſſit. Appium addubitaſſe ferunt, cernentem, ſeu pugnante, ſeu quieto ſe, fore collegae uictoriam: deinde ueritum, ne ſuae quoque legiones Volumnium ſequerentur, & ipſum flagitantibus ſuis ſignum dediſſe. Ab neutra parte ſatis commode inſtructi fuerunt. nam & Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat; ſuoq. impetu magis milites, quam cuiuſquam ductu, aut imperio, pugnam capeſſebant: & Romani exercitus nec **C** pariter ambo ducti, nec ſatis temporis ad inſtruendum fuit. Prius concurrit Volumnius, quam Appius ad hoſtem perueniret. itaque fronte inaequali concurſum eſt: & uelut forte quadam mutante aſſuetos inter ſe hoſtes, Etruſci Volumnio, Samnites parumper cunctati, quia dux aberat, Appio occurrere. Dicitur Appius in medio pugnae diſcrimine, ita ut inter prima ſigna manibus ad caelum ſublatis conſpiceretur, ita precatus eſſe: Bellona, ſi hodie nobis uictoriam duis, aſt ego templum tibi uoueo. Haec precatus, uelut inſtigante dea, & ipſe collegae, & exercitus uirtutē adaequauit ducis. imperatoria opera exſequitur. & milites, ne ab altera parte prius uictoria incipiat, annituntur. ergo fundunt fugantq. hoſtes, maiorem molem haud facile ſuſtinentes, quam cum qua manus conſerere aſſueti fuerant. urgendo cedentes, inſequendoq. effuſos compulere ad caſtra. ibi interuentu Gellij, cohortiumq. Sabellarum paulliſper recruduit pugna. ijs quoque mox fuſis, iam ui- **D** ctoribus caſtra oppugnabantur. & cum Volumnius ipſe portae ſigna inferret, Appius Bellonam uictricem identidem celebrans, accenderet militum animos: per uallum, per foſſas irruperunt. caſtra capta direptaque: praeda ingens parta, & militi conceſſa eſt. ſeptem millia ac trecenti hoſtium occiſi: duo millia & centum uiginti capti. Dum ambo conſules omniſq. Romana uis in Etruſcum bellum magis inclinat: in Samnio noui exercitus exorti ad depopulandos imperij Romani fines per Veſcinos in Campanum Falernumq. agrum tranſſcendunt, ingenteſq. praedas faciunt. Volumnium, magnis itineribus in Samnium redeuntem, (iam enim Fabio Decioq. prorogati imperij finis aderat) fama de Samnitium exercitu, populationibuſq. Campani agri, ad tuendos ſocios conuertit. ut in Calenū agrum uenit; & ipſe cernit recentia cladis ueſtigia; & Caleni narrant, tantū iam praedae hoſtes trahere, ut uix explicare agmen poſſint: itaque iam propalam duces loqui, extemplo eundū in **E** Samnium eſſe, ut, relicta ibi praeda, in expeditionē redeant, nec tam oneratū agmē dimicationi committant. ea quamquam ſimilia ueris erant, certius tamē exploranda ratus, dimittit equites, qui uagos praedatores in agris palantes excipiant: ex quibus inquirēdo cognoſcit, ad Vulturnū flumen ſedere hoſtem: inde tertia uigilia moturum iter in Samnium eſſe. His ſatis exploratis, profectus, tanto interuallo ab hoſtibus conſedit, ut nec aduentus ſuus propinquitate nimia noſci poſſet; & egredientem e caſtris hoſtem opprimeret. aliquanto ante lucem ad caſtra acceſſit: gnaroſq. Oſcae linguae exploratum quid agatur mittit. intermiſti hoſtibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoſcunt infrequentia armatis ſigna egreſſa, praedam praedaeq. cuſtodes exire, immobile agmē, & ſua quemque momento, nullo inter alios conſenſu, nec ſatis certo imperio. tempus aggrediendi aptiſſimū

uiſum eſt: & iam lux appetebat. itaque ſigna canere iuſſit; agmenq. hoſtium aggreditur. F
Samnites praeda impediti, infrequentes armati, pars addere gradum, ac prae ſe agere prae
dam: pars ſtare, incerti utrum progredi, an regredi in caſtra tutius foret. inter cunctationẽ
opprimuntur. & Romani iam tranſcenderant uallum: caedeſq. ac tumultus erat in caſtris.
Samnitium agmen, praeterquam hoſtili tumultu, captiuorum etiam repentina defectione
turbatum erat: qui partim ipſi ſoluti uinctos ſoluebant: partim arma in ſarcinis deligata
rapiebant, tumultumque proelio ipſo terribiliorem, intermiſti agmini, praebebant. me-
morandum deinde edidere facinus: nã Statium Minatium ducem, adeuntem ordines hor
tantemque, inuadunt: diſſipatis inde equitibus, qui cum eo aderant, ipſum circumſiſtunt,
inſidentemq. equo captum ad conſulem Romanum rapiunt. Reuocata eo tumultu prima
ſigna Samnitium: proeliumq. iam profligatũ, integratum eſt: nec diutius ſuſtineri potuit.
caeſa ad ſex millia hominum: duo millia & quingenti capti: in eis tribuni militum quat- G
tuor: ſigna militaria triginta: &, quod laetiſſimum uictoribus fuit, captiuorum recepta ſe
ptem millia & C D. praeda ingens ſociorum: acitiq. edicto domini ad res ſuas no-
ſcendas recipiendaſq. praeſtituta die. quarum rerum non exſtitit dominus, militi cõceſſae:
coactiq. uendere praedam, ne alibi quam in armis animum haberent. Magnum ea popula-
tio Campani agri tumultum Romae praebuerat: & per eos forte dies ex Etruria allatum
erat, poſt deductum inde Volumnianum exercitum, Etruriam concitam in arma, & Gel-
lium Egnatium Samnitium ducem, & Vmbros ad defectionem uocari: & Gallos pretio
ingenti ſollicitari. His nuncijs ſenatus conterritus, iuſtitium indici, delectum omnis gene
ris hominum haberi iuſſit. Nec ingenui modo, aut iuniores ſacramento adacti ſunt, ſed ſe-
niorum etiam cohortes factae, libertiniq. centuriati. & defendendae urbis conſilia agita-
bantur: ſummaeq. rerum praetor P. Sempronius praeerat. ceterum parte curae exonera- H
runt ſenatum L. Volumnij cõſulis litterae; quibus, caeſos fuſoſq. populatores Campaniae,
cognitum eſt. itaque & ſupplicationes ob rem bene geſtam conſulis nomine decernunt:
iuſtitium remittitur, quod fuerat per dies decem & octo: ſupplicatioq. perlaeta fuit. Tum
de praeſidio regionis depopulatae ab Samnitibus agitari coeptũ. itaque placuit, ut duae co
loniae circa Veſcinum & Falernum agrum deducerentur; una ad hoſtium Liris fluuij, quae
Minturnae appellata; altera in ſaltu Veſcino Falernum contingente agrum, ubi Synope di
citur graeca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde ab colonis Romanis appellata. Tribunis plebis ne
gotium datum eſt, ut plebiſcito iuberetur P. Sempronius praetor triumuiros in ea loca co-
lonis deducendis creare. nec, qui nomina darent, facile inueniebantur: quia in ſtationem
ſe prope perpetuam infeſtae regionis, non in agros, mitti rebantur. Auertit ab eis curis ſe
natum Etruriae ingraueſcens bellum, & crebrae litterae Appij, monentis, ne regionis eius I
motũ negligerent. quattuor gentes cõferre arma, Etruſcos, Samnites, Vmbros, Gallos. iam
caſtra bifariam facta eſſe: quia unus locus capere tantam multitudinem non poſſit.
Ob haec, & iam appetebat tempus, comitiorum cauſſa L. Volumnius conſul Romam
reuocatus. qui prius, quam ad ſuffragium centurias uocaret, in concionem aduocato
populo, multa de magnitudine belli Etruſci diſſeruit. iam tum, cum ipſe ibi cum col-
lega rem pariter geſſerit, fuiſſe tantum bellum, ut nec duce uno, nec exercitu geri po-
tuerit: acceſſiſſe poſtea dici Vmbros, & ingentem exercitum Gallorum. Aduerſus quat-
tuor populos, duos conſules illo die deligi meminiſſent. ſe, niſi confideret eum conſen-
ſu populi R. conſulem declaratum iri, qui haud dubie tum primus omnium ductor habea-
tur; dictatorem fuiſſe extemplo dicturum. Nemini dubium erat, quin Q. Fabius o-
mnium conſenſu deſtinaretur: cumque & praerogatiua, & primo uocatae omnes cẽturiae K
conſulem cum L. Volumnio dicebant. Fabij oratio fuit, qualis biennio ante: deinde, ut
uincebatur conſenſu, uerſa poſtremo ad collegam P. Decium poſcendum. hunc ſenectu-
ti ſuae adminiculum fore: cenſura duobuſq. conſulatibus ſimul geſtis expertum ſe, nil con
cordi collegio firmius ad remp. tuendam eſſe. nouo imperij ſocio uix iam aſſueſcere ſenilẽ
animum poſſe: cum moribus notis facilius ſe communicaturum conſilia. Subſcripſit ora-
tioni eius conſul, cum meritis P. Decij laudibus, tum quae ex concordia conſulum bona,
quaeque ex diſcordia mala in adminiſtratione rerum militarium euenirent, memoran-
do: quam prope ad ultimum diſcrimen ſuis & collegae certaminibus nuper uentum fo-
ret: admonendo Decium Fabiumque, ut uno animo, una mente uiuerent. eſſe praeterea ui-

ros

A ros gnaros militiae, factis magnos, ad uerborum linguaeq. certamina rudes: ea ingenia conſularia eſſe. callidos ſollertesque, iuris atque eloquentiae conſultos, qualis Ap. Claudius eſſet, urbi ac foro praeſides habendos, praetoresq. ad reddenda iura creandos eſſe. His agendis dies eſt conſumptus. poſtridie ad praeſcriptum conſulis & conſularia & praetoria comitia habita. Conſules creati, Q. Fabius, & P. Decius, Ap. Claudius praetor, omnes abſentes. & L. Volumnio ex ſenatuſconſulto & ſcito plebis prorogatum in annum imperium eſt. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum auerruncandorum cauſſa ſupplicationes in biduum ſenatus decreuit. publice uinum ac thus ſacrificijs praebitum. ſupplicatum iere frequentes uiri feminaeque. Inſignem ſupplicationem fecit certamen in ſacello Pudicitiae patriciae, quae in foro boario eſt ad aedem rotūdam Herculis, inter matronas ortū. Virginiam Auli filiam, patriciam plebeio nuptam L. Volumnio conſuli, matronae, quod e
B patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant. Breuis altercatio inde ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarſit: cum ſe Virginia & patriciam & pudicam in patriciae Pudicitiae templum ingreſſam: & uni nuptam, ad quem uirgo deducta ſit: nec ſe uiri, honorumue eius ac rerum geſtarum paenitere, uero gloriaretur. facto deinde egregio magnifica uerba adauxit. in uico Longo, ubi habitabat, ex parte aedium, quod ſatis eſſet loci modico ſacello, excluſit: aramq. ibi poſuit: & conuocatis plebeijs matronis conqueſta iniuriam patriciarum, Hanc ego aram, inquit, Pudicitiae plebeiae dedico: uoſq. hortor, ut quod certamen uirtutis uiros in hac ciuitate tenet, hoc pudicitiae inter matronas ſit: detiſq. operam, ut haec ara, quam illa, ſi quid poteſt, ſanctius, & a caſtioribus coli dicatur. Eodem ferme ritu & haec ara, quo illa antiquior, culta eſt, ut nulla niſi ſpectatae pudicitiae matrona, & quae uni uiro nupta fuiſſet, ius ſacrificandi haberet. Vulgata dein religio a pollutis, nec
C matronis ſolum, ſed omnis ordinis feminis, poſtremo in obliuionem uenit. Eodem anno Cn. & Q. Ogulnij aediles curules aliquot feneratoribus diem dixerunt. quorum bonis multatis, ex eo quod in publicum redactum eſt, aenea in Capitolio limina, & trium menſarum argentea uaſa in cella Iouis, Iouemq. in culmine cum quadrigis, & ad Ficum Ruminalem ſimulacra infantium conditorum urbis ſub uberibus lupae poſuerunt: ſemitamq. ſaxo quadrato a Capena porta ad Martis ſtrauerunt. Et ab aedilibus plebeijs L. Aelio Paeto, & C. Fuluio Curuo ex multaticia item pecunia quam exegerunt pecuarijs damnatis, ludi facti; pateraeq. aureae ad Cereris poſitae. Q. inde Fabius quinctum, & P. Decius quartum, conſulatum ineunt, tribus conſulatibus, cenſuraq. collegae, nec gloria magis rerum, quae ingens erat, quam concordia inter ſe clari. quae ne perpetua eſſet, ordinum magis, quam ipſorum inter ſe, cetamen interueniſſe reor; patricijs tendentibus, ut Fabius Etruriam
D extra ordinem prouinciam haberet; plebeijs auctoribus Decio, ut ad ſortem reuocaret. Fuit certe contentio in ſenatu: & poſtquam ibi Fabius plus poterat, reuocata res ad populum eſt. In concione, ut inter militares uiros, & factis potius quam dictis fretos, pauca uerba habita. Fabius, quam arborem ſeruiſſet, ſub ea legere alium fructum, indignum eſſe dicere, ſe aperuiſſe Ciminiam ſiluam, uiamq. per deuios ſaltus Romano bello feciſſe. Quid ſe id aetatis ſollicitaſſent, ſi alio duce bellum geſturi eſſent? Nimirum aduerſariū ſe, non ſocium imperij, legiſſe ſenſim exprobrat: & inuidiſſe Decium concordibus collegijs tribus. poſtremo ſe tendere nihil ultra, quam ut, ſi ſe dignum prouincia ducerent, in eam mitterent. in ſenatus arbitrio ſe fuiſſe, & in poteſtate populi futurum. P. Decius ſenatus iniuriam querebatur. quoad potuerint patres, anniſos ne plebeijs aditus ad magnos honores eſſet: poſtquam ipſa uirtus peruicerit ne in ullo genere hominum inhonorata eſſet;
E quaeri, quemadmodum irrita ſint non ſuffragia modo populi, ſed arbitria etiam fortunae, & in paucorum poteſtatem uertantur. Omnes ante ſe conſules ſortitos prouincias eſſe; nunc extra ſortem Fabio ſenatum prouinciam dare. ſi honoris eius cauſſa: ita eum de ſe, deq. rep. meritum eſſe, ut faueat Q. Fabij gloriae, quae modo non ſua cōtumelia ſplendeat. cui autem dubium eſſe, ubi unum bellum ſit aſperum ac difficile, cum id alteri extra ſortē mandetur; quin alter conſul pro ſuperuacaneo, atque inutili habeatur? Gloriari Fabium rebus in Etruria geſtis: uelle & P. Decium gloriari: & forſitan, quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties nouum ex improuiſo incendium daret, eum ſe exſtincturum. Poſtremo ſe collegae honores praemiaq. conceſſurum, uerecundia aetatis eius maieſtatiſque: cū periculum, cum dimicatio propoſita ſit, neque cedere ſua ſponte, neque ceſſurum: &, ſi

nihil

nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe laturum, ut, quod populi ſit, populus iubeat F
potius, quam patres gratificentur. Iouem, optimum maximum, deoſq. immortales ſe
precari, ut ita ſortem aequam ſibi cum collega dent, ſi eandem uirtutem felicitatemq. in
bello adminſtrando daturi ſint. certe id & natura aequum, & exemplo utile eſſe, & ad fa-
mam populi R. pertinere, eos conſules eſſe, quorum utrolibet duce bellum Etruſcum geri
recte poſſit. Fabius nihil aliud precatus populum, quam ut, prius quam introuocarentur
ad ſuffragium tribus, Ap. Claudij praetoris allatas ex Etruria litteras audirent, Comitio
abit. nec minore populi conſenſu, quam ſenatus, prouincia Etruria extra ſortem Fabio
decreta eſt. Concurſus inde ad conſulem factus omnium ferme iuniorum: & pro ſe quiſ-
que nomina dabant. tanta cupido erat ſub eo duce ſtipendia faciendi. Qua circumfuſus
turba, Quattuor millia, inquit, peditum, & ſexcentos equites dumtaxat ſcribere in animó
eſt. hodierno & craſtino die qui nomina dederint, mecum ducam. maiori mihi curae eſt, G
ut omnes locupletes reducam, quam ut multis rem geram militibus. Profectus apto exer-
citu, & eo plus fiduciae ac ſpei gerente, quod non deſiderata multitudo erat: ad opidum
Adharnaham, unde haud procul hoſtes erant, ad caſtra Appij praetoris pergit. paucis ci-
tra millibus lignatores ei cum praeſidio occurrũt, qui, ut lictores praegredi uiderunt, Fa-
biumq. eſſe conſulem accepere; laeti atque alacres dijs populoq. Romano gratias agunt,
quod eum ſibi imperatorem miſiſſent. Circumfuſi deinde cum conſulem ſalutarent, quae-
rit Fabius quo pergerent. reſpondentibuſq. lignatum ſe ire, ain' tandem? inquit, num ca-
ſtra uallata non habetis? ad hoc cum ſuccla mitũ eſſet, duplici quidem uallo, & foſſa, & ta-
men in ingenti metu eſſe: habetis igitur, inquit, affatim lignorum: redite, & uellite ual-
lum. Redeunt in caſtra, terroremq. ibi, uellentes uallum, & ijs qui in caſtris remanſerant
militibus, & ipſi Appio fecerunt. Tum pro ſe quiſque alij alijs dicere, conſulis ſe Q. Fabij H
facere iuſſu. Poſtero inde die caſtra mota, & Appius praetor Romam dimiſſus. inde nuſ-
quam ſtatiua Romanis fuere. negabat utile eſſe uno loco ſedere exercitum: itineribus ac
mutatione locorum mobiliorem ac ſalubriorem eſſe. Fiebant autem itinera, quanta fieri ſi-
nebat hiems hauddum exacta. Vere inde primo, relicta ſecunda legione ad Cluſium, quod
Camars olim appellabant, praepoſitoq. caſtris L. Scipione propraetore: Romam ipſe ad
conſultandum de bello redijt: ſiue ipſe ſponte ſua, quia bellum ei maius in conſpectu erat,
quam quantum eſſe famae crediderat: ſiue ſenatuſconſulto accitus: nam in utrumque au-
ctores ſunt. Ab Ap. Claudio praetore retractum quidam uideri uolunt: cum in ſenatu, &
apud populum (id quod per litteras aſſidue fecerat) terrorem belli Etruſci augeret. non
ſuffecturum ducem unum, nec exercitum unum aduerſus quattuor populos. periculoſum
eſſe, ſiue iuncti unum premant, ſiue id diuerſi gerant bellum, ne ad omnia ſimul obire unus I
non poſſit. duas ſe ibi legiones Romanas reliquiſſe: & minus quinque millia peditum,
equitum mille cum Fabio ueniſſe. ſibi placere, P. Decium conſulem primo quoque tem-
pore in Etruriam ad collegam proficiſci: L. Volumnio Samnium prouinciam dari. ſi
conſul malit in ſuam prouinciam ire, Volumnium in Etruriam ad conſulem cum exercitu
iuſto conſulari proficiſci. Cum magnam partem moueret oratio praetoris, P. Decium cen-
ſuiſſe ferunt, ut omnia integra ac libera Q. Fabio ſeruarentur, donec uel ipſe, ſi per com-
modum reip. poſſet, Romam ueniſſet: uel aliquem ex legatis miſiſſet, a quo diſceret ſena-
tus, quantum in Etruria belli eſſet, quantiſq. adminiſtrandum copijs, & quot per duces
eſſet. Fabius ut Romam redijt: & in ſenatu, & productus ad populum, mediam oratio-
nem habuit, ut nec augere nec minuere uideretur belli famam: magiſq. in altero aſſumen-
do duce aliorum indulgere timori, quam ſuo aut reip. periculo conſulere. ceterum ſi ſibi K
adiutorem belli, ſociumq. imperij darent; quonam modo ſe obliuiſci P. Decij conſulis per
tot collegia experti poſſe? neminem omnium ſecum coniungi malle: & copiarum ſatis ſi-
bi cum P. Decio, & numquam nimium hoſtium fore: ſin collega quid aliud malit; at ſibi
L. Volumnium darent adiutorem. Omnium rerum arbitrium & a populo, & a ſenatu, &
ab ipſo collega Fabio permiſſum eſt. & cum Decius ſe in Samnium uel in Etruriam profi-
ciſci paratum eſſe oſtendiſſet; tanta laetitia ac gratulatio fuit, ut praeciperetur uictoria ani-
mis; triumphuſque, non bellum decretum conſulibus uideretur. Inuenio apud quoſdam,
extemplo, conſulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Deciumque, ſine ulla mentio-
ne ſortis prouinciarum certaminumq. inter collegas, quae expoſui. Sunt quibus ne haec
quidem

A quidem certamine exponere ſatis fuerit; adiecerint & Appij criminationes de Fabio ab-
ſente ad populum, & pertinaciam, aduerſus praeſentem conſulem, praetoris; contentio-
nemq. aliam inter collegas; tendente Decio, ut ſuae quiſque prouinciae ſortem tueretur.
Conſtare res incipit ex eo tempore, quo profecti ambo conſules ad bellum ſunt. Cete-
rum antequam conſules in Etruriam peruenirent, Senones Galli multitudine ingenti ad
Cluſium uenerunt, legionem Romanam caſtraq. oppugnaturi. Scipio, qui caſtris praeerat,
loco adiuuandam paucitatem ſuorum militum ratus, in colle, qui inter urbem & caſtra
erat, aciem erexit, ſed, ut in re ſubita, parum explorato itinere ad iugum perrexit, quod
hoſtes ceperant parte alia aggreſſi. ita caeſa ab tergo legio, atque in medio, cum hoſtis un-
dique urgeret, circumuenta. Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non ſupereſ-
ſet, quidam auctores ſunt; nec ante ad conſules, qui iam haud procul a Cluſio aberant, fa-
B mam eius cladis perlatam, quam in conſpectu fuere Gallorum equites, pectoribus equo-
rum ſuſpenſa geſtantes capita, & lanceis infixa, ouanteſque moris ſui carmine. Sunt qui
Vmbros fuiſſe, non Gallos, tradant: nec tantum cladis acceptum: & circumuentis pabu-
latoribus cum L. Manlio Torquato legato Scipionem propraetorē ſubſidium e caſtris tu-
liſſe: uictoreſq. Vmbros redintegrato proelio uictos eſſe: captiuoſq. eis ac praedam ade-
mptam. Similius uero eſt a Gallo hoſte, quam Vmbro, eam cladem acceptam; quod cum
ſaepe alias, tum eo anno Gallici tumultus praecipuus terror ciuitatem tenuit. Itaque prae
terquam quod ambo conſules profecti ad bellum erant cum quattuor legionibus, & ma-
gno equitatu Romano, Campaniſq. mille equitibus delectis ad id bellum miſſis, & ſocio-
rum nominiſq. Latini maiore exercitu, quam Romani: alij duo exercitus haud procul ur-
be Etruriae oppoſiti, unus in Faliſco, alter in Vaticano agro. Cn. Fuluius, & L. Poſtumius
C Megellus, propraetore ambo, ſtatiua in eis locis habere iuſſi. Conſules ad hoſtes tranſ-
greſſos Apennino in agrum Sentinatem peruenerunt. ibi quattuor millium ferme inter-
uallo caſtra poſita. Inter hoſtes deinde conſultationes habitae: atque ita cōuenit, ut ne u-
nis caſtris miſcerentur omnes: neue in aciem deſcenderent ſimul. Samnitibus Galli, Etru-
ſcis Vmbri adiecti. dies indicta pugnae: Samnitibus Galliſq. delegata pugna: inter ipſum
certamen Etruſci Vmbriq. iuſſi caſtra Romana oppugnare. Haec conſilia turbarunt tranſ-
fugae Cluſini tres, clam nocte ad Fabium conſulem tranſgreſſi: qui, editis hoſtium conſi-
lijs, dimiſſi cum donis, ut ſubinde, ut quaeque res noua decreta eſſet, exploratam perferrēt.
conſules Fuluio, ut ex Faliſco; Poſtumio, ut ex Vaticano exercitum ad Cluſium admo-
ueant, ſummaq. ui fines hoſtium depopulentur, ſcribunt. Huius populationis fama Etru-
ſcos ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos mouit. Inſtare inde conſules, ut abſentibus
D ijs pugnaretur. per biduum laceſſiere proelio hoſtem. biduo nihil dignum dictu actum.
pauci utrimque cecidere: magiſq. irritati ſunt ad iuſtum certamen animi, quam ad diſcri-
men ſumma rerum adducta. Tertio die deſcenſum in campum omnibus copijs eſt. Cum
inſtructae acies ſtarent, cerua fugiens lupum e montibus exacta per cāpos inter duas acies
decurrit: inde diuerſae ferae, cerua ad Gallos, lupus ad Romanos curſum deflexit. lupo da
ta inter ordines uia. ceruam Galli confixere. Tum ex anteſignanis Romanus miles, Illac
fuga, inquit, & caedes uertit, ubi ſacram Dianae feram iacentem uidetis, hinc uictor Mar-
tius lupus, integer & intactus, gentis nos Martiae, & conditoris noſtri admonuit. Dextro
cornu Galli, ſiniſtro Samnites conſtiterunt. Aduerſus Samnites Fabius primam ac ter-
tiam legiones pro dextro cornu, aduerſus Gallos pro ſiniſtro Decius quinctam & ſextam
inſtruxit. ſecunda & quarta cum L. Volumnio proconſule in Samnio gerebant bellum.
E Primo concurſu adeo aequis uiribus geſta res eſt, ut, ſi affuiſſent Etruſci & Vmbri, aut in
acie, aut in caſtris, quocumque ſe inclinaſſent, accipienda clades fuerit. Ceterum quam-
quam communis adhuc Mars belli erat, nec dum diſcrimen fortuna fecerat qua datura ui-
res eſſet, haudquaquam ſimilis pugna in dextro laeuoq. cornu erat: Romani apud Fabium
arcebant magis, quam inferebant pugnam: extrahebaturq. in quam maxime ſerum diei
certamen: quia ita perſuaſum erat duci, & Samnites & Gallos primo impetu feroces eſſe,
quos ſuſtineri ſatis ſit; longiore certamine ſenſim reſidere Samnitium animos: Gallorum
quidem etiam corpora intolerantiſſima laboris, atque aeſtus fluere; primaq. corū proelia
plus quam uirorum, poſtrema minus quam feminarum eſſe. in id tempus igitur, quo uin-
ci ſolebat hoſtis, quam integerrimas uires militi ſeruabat. Ferocior Decius & aetate &
uigore

uigore animi, quantumcumque uirium habuit, certamine primo effudit: & quia lentior ui F
debatur pedeſtris pugna, equitatum in pugnam concitat: & ipſe, fortiſſimae iuuenum tur-
mae immiſtus, orat proceres iuuentutis, ut ſecum in hoſtem impetum faciant: duplicem il
lorum gloriam fore, ſi ab laeuo cornu, & ab equite uictoria incipiat. Bis auertere Gallicum
equitatum. iterum longius euectos, & iam inter media equitum agmina proelium ciētes,
nouum pugnae conterruit genus. eſſedis carriſq. ſuperſtans armatus hoſtis ingenti ſonitu
equorum rotarumq. aduenit, & inſolitos eius tumultus Romanorum conterruit equos.
ita uictorem equitatum uelut lymphaticus pauor diſſipat: ſternit inde ruentes equos ui-
roſq. improuida fuga. turbata hinc etiam ſigna legionum: multiq. impetu equorum ac
uehiculorum raptorum per agmen, obtriti anteſignani: & inſecuta, ſimul territos hoſtes
uidit, Gallica acies, nullum ſpatium reſpirandi recipiendiq. ſe dedit. Vociferari Decius,
quo fugerent? quamue in fuga ſpem haberent? obſiſtere cedentibus, ac reuocare fuſos. G
deinde ut nulla ui perculſos ſuſtinere poterat, patrem P. Decium nomine compellans,
Quid ultra moror, inquit, familiare fatum? Datum hoc noſtro generi eſt, ut luendis peri-
culis publicis piacula ſimus. Iam ego mecum legiones hoſtium mactandas Telluri ac dijs
Manibus dabo. Haec locutus, M. Liuium pontificem, quem, deſcendens in aciem, digre-
di uetuerat ab ſe, praeire iuſſit uerba, quibus ſe, legioneſq. hoſtium pro exercitu populi R.
Quiritium deuoueret. deuotus inde eadem precatione, eodemq. habitu, quo pater P. De-
cius ad Veſerim bello Latino ſe iuſſerat deuoueri: cum ſecundum ſollemnes precationes
adieciſſet, prae ſe agere ſeſe formidinem ac fugam, caedemq. ac cruorem: caeleſtiū, infer-
norumq. iras: contacturum funebribus diris ſigna, tela, arma hoſtium, locumq. eundem
ſuae peſtis, & Gallorum ac Samnitium fore: haec exſecratus in ſe, hoſteſque, qua cōfertiſ-
ſimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum; inferenſq. ſe ipſe infeſtis telis interfe- H
ctus eſt. Vix humanae inde opis uideri pugna potuit. Romani, duce amiſſo, quae res terro
ri alias eſſe ſolet, ſiſtere fugam, ac nouam deintegro uelle inſtaurare pugnam. Galli, & ma-
xime globus circumſtans conſulis corpus, uelut alienata mente, uana incaſſum iactare te-
la: torpere quidam, & nec pugnae meminiſſe, nec fugae. At ex parte altera pontifex Li-
uius, cui lictores Decius tradiderat, iuſſeratq. propraetorē eſſe, uociferari, uiciſſe Roma-
nos, defunctos conſulis fato: Gallos Samniteſq. Telluris matris ac deorum Manium eſ-
ſe: rapere ad ſe, ac uocare Decium deuotam ſecum aciem: furiarumq. ac formidinis ple-
na omnia ad hoſtes eſſe. Superueniunt deinde his reſtituentibus pugnam, L. Cornelius
Scipio, & C. Marcius, cum ſubſidijs ex nouiſſima acie, iuſſu Q. Fabij conſulis ad praeſidium
collegae miſſi. ibi auditus P. Decij euentus, ingens hortamen ad omnia pro rep. audenda.
itaque cum Galli ſtructis ante ſe ſcutis conferti ſtarent, nec facilis pede collato uideretur I
pugna: iuſſu legatorum collecta humi pila, quae ſtrata inter duas acies iacebant, atque in
teſtudinem hoſtium coniecta. quibus pleriſque in ſcuta, pleriſque uerutis in corpora ipſa
fixis, ſternitur cuneus, ita ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent. Haec
in ſiniſtro cornu Romanorum fortuna uariauerat. Fabius in dextro cornu primo, ut ante
dictum eſt, cunctando extraxerat diem: deinde, poſtquam nec clamor hoſtium, nec imper-
tus, nec tela miſſa eandem uim habere uiſa, praefectis equitum iuſſis ad latus Samnitium
circumducere alas, ut ſigno dato in tranſuerſos, quanto maximo poſſent impetu, incurre-
rent; ſenſim ſuos ſigna inferre iuſſit, & commouere hoſtem. Poſtquam non reſiſti uidit,
& haud dubiam laſſitudinem eſſe: tum collectis omnibus ſubſidijs, quae ad id tempus re-
ſeruauerat, & legiones concitauit, & ſignum ad inuadendos hoſtes equitibus dedit. Nec
ſuſtinuerunt Samnites impetum: praeterq. aciem ipſam Gallorum relictis in dimicatione K
ſocijs, ad caſtra effuſo curſu ferebantur. Galli, teſtudine facta, conferti ſtabant. Tum Fa-
bius audita morte collegae, Campanorum alam, quingentos fere equites, excedere acie
iubet, & circumuectos a tergo Gallicam inuadere aciem: tertiae deinde legionis ſubſequi
principes: &, qua turbatum agmen hoſtium uiderent, impetu equitum inſtare, ac terri-
tos caedere. Ipſe aedem Ioui Victori, ſpoliaq. hoſtium cum uouiſſet, ad caſtra Samnitium
perrexit, quo multitudo omnis conſternata agebatur. ſub ipſo uallo, quia tantam multitu
dinem portae non recepere, tentata ab excluſis turba ſuorum pugna eſt. ibi Gellius Egna
tius imperator Samnitium cecidit. compulſi deinde intra uallum Samnites, paruoq. cer-
tamine capta caſtra, & Galli a tergo circumuenti. Caeſa eo die hoſtium XXV millia, octo

A capta. Nec incruenta uictoria fuit. nam ex P. Decij exercitu caeſa ſeptem millia: ex Fabij, mille ac ducenti. Fabius, dimiſsis ad quaerendum collegae corpus, ſpolia hoſtium cõiecta in aceruum Ioui Victori cremauit. Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. poſtero die inuentum relatumq. eſt cum multis militum lacrymis. Intermiſſa inde omnium aliarum rerum cura, Fabius collegae funus omni honore, laudibuſq. meritis celebrat. Et in Etruria per eoſdem dies ab Cn. Fuluio propraetore res ex ſententia geſta: nam praeter ingẽtem illatam populationibus agrorum hoſti cladem, pugnatum etiam egregie eſt: Peruſinorumq; & Cluſinorum caeſa amplius tria millia, & ſigna militaria ad uiginti capta. Samnitium agmen cum per Pelignum agrũ fugeret, circumuentum a Pelignis eſt. ex millibus quinque ad mille caeſi. Magna eius diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama eſt, etiam uero ſtanti. Sed ſuperiecere quidam

B augendo fidem, qui in hoſtium exercitu peditum quadraginta millia CCCXXX. equitum ſex millia, mille carpentorum ſcripſere fuiſſe: ſcilicet cum Vmbris Tuſciſque, quos & ipſos pugnae affuiſſe. & ut Romanorum quoque augerent copias, L. Volumnium pro conſule conſulibus, exercitumq. eius legionibus conſulum adijciunt. In pluribus annalibus duorum ea conſulum propria uictoria eſt. Volumnius in Samnio interim res gerit, Samnitiumq. exercitum in Tifernum montem compulſum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque. Q. Fabius Deciano exercitu relicto in Etruria, ſuis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Etruſciſq. ac Samnitibus triumphauit. milites triumphantem ſecuti ſunt. celebrata inconditis carminibus militaribus non magis uictoria Q. Fabij, quam mors praeclara P. Decij eſt: excitataq. memoria parentis, aequata euentu publico priuatoq. filij laudibus. Data ex praeda militibus aeris octogeni bini, ſagaque, & tunicae, praemia illa tẽpe-

C ſtate militiae haudquaquam ſpernenda. His ita rebus geſtis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat. nam & Peruſinis auctoribus, poſt deductum ab conſule exercitum, rebellatum fuerat: & Samnites praedatum in agrum Veſtinum Formianumque, & parte alia in Aeſerniacum, quae Vulturno adiacet flumini, deſcendere. Aduerſus eos Ap. Claudius praetor cum exercitu Deciano miſſus. Fabius in Etruria rebellante denuo, quattuor millia & quingentos Peruſinorum occidit: cepit ad mille ſeptingentos quadraginta: qui redempti ſinguli aeris trecentis decem. praeda alia omnis militibus conceſſa. Samnitium legiones cum partim Ap. Claudius praetor, partim L. Volumnius proconſul ſequeretur, in agrum Stellatem conuenerunt. ibi & Samnitium legiones omnes conſidunt, & Appius Volumniuſq. caſtra coniungunt. Pugnatum infeſtiſſimis animis, hinc ira ſtimulante aduerſus rebellantes toties, illinc ab ultima iam dimicantibus ſpe. Caeſa ergo Samnitium

D XVI. millia trecenti, capta duo millia ſeptingenti. ex Romano exercitu cecidere duo millia ſeptingenti. Felix annus bellicis rebus, peſtilentia grauis, prodigijſq. ſollicitus. nam & terra multifariam pluuiſſe, & in exercitu Ap. Claudij pleroſque fulminibus ictos nunciatum eſt: libriq. ob haec aditi. Eo anno Q. Fabius Gurges, conſulis filius, aliquot matronas ad populum ſtupri damnatas pecunia multauit, ex quo multaticio aere Veneris aedem, quae prope Circum eſt, faciendam curauit. Superſunt etiam nunc Samnitium bella, quae continua per quartum iam uolumen, annumq. ſextum & quadrageſimum a M. Valerio, A. Cornelio conſulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. & ne tot annorum clades utriuſque gentis, laboreſq. actos nunc referam: quibus nequiuerint tamen dura illa pectora uinci: proximo anno Samnites in Sentinati agro, Pelignis, ad Tifernum, Stellatibus campis, ſuis ipſi legionibus, miſti alienis, ab quattuor exercitibus, quat-

E tuor ducibus Romanis caeſi fuerant: imperatorem clariſſimum gentis ſuae amiſerant: ſocios belli, Etruſcos, Vmbros, Gallos, in eadem fortuna uidebant, qua ipſi erant: nec ſuis, nec externis uiribus iam ſtare poterant: tamen bello non abſtinebant. adeo ne infeliciter quidem defenſae libertatis taedebat: & uinci, quam non tentare uictoriam, malebant. Quinam ſit ille, quem non pigeat longinquitatis bellorum ſcribendo, legendoque, quae gerentes non fatigauerunt? Q. Fabium, P. Decium, L. Poſtumius Megellus, & M. Atilius Regulus conſules ſecuti ſunt. Samnium ambobus decreta prouincia eſt: quia ~~tres conſcriptos hoſtium exercitus~~: uno Etruriam, altero populationem Campaniae repeti, tertium tuendis parari finibus, fama eſt. Poſtumium ualetudo aduerſa Romae tenuit. Atilius cum exercitu extemplo profectus, ut in Samnio hoſtes (ita enun placuerat patribus) nondum

egreſſos

egreſſos opprimeret, uelut ex compoſito ibi obuium habuit hoſtem, ubi & intrare, nedum F
uaſtare ipſi Samnitium agrum prohiberentur: & egredi inde in pacata, ſociorumq. populi
R. fines Samnitem prohiberent. Cum caſtra caſtris collata eſſent: quod uix Romanus to-
ties uictor auderet, auſi Samnites ſunt (tantum deſperatio ultima temeritatis facit) ca-
ſtra Romana oppugnare. & quamquam non uenit ad finem tam audax inceptum, tamen
haud omnino uanum fuit. Nebula erat ad multum diei denſa adeo, ut lucis uſum eriperet,
non proſpectu modo extra uallum adempto, ſed propinquo etiam congredientium inter
ſe conſpectu. hac uelut latebra inſidiarum freti Samnites, uixdum ſatis certa luce, & eam
ipſam premente caligine, ad ſtationem Romanam in porta ſegniter agentem uigilias per-
ueniunt. Improuiſo oppreſſis, nec animi ſatis ad reſiſtendum, nec uirium fuit. ab tergo ca-
ſtrorum decumana porta impetus factus. itaque captũ quaeſtorium: quaeſtorq. ibi L. Opi-
mius Panſa occiſus. conclamatum inde ad arma. conſul tumultu excitus, cohortes duas G
ſociorum, Lucanam, Sueſſanamque, quae proximae forte erant, tueri praetorium iubet: ma
nipulos legionum principali uia inducit. uixdum ſatis aptatis armis, in ordines eunt: &
clamore magis, quam oculis, hoſtem noſcunt; nec, quantus numerus ſit, aeſtimari poteſt.
Cedunt primo incerti fortunae ſuae, & hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt. inde
cum conſul uociferaretur, expulſi ne extra uallum, caſtra deinde ſua oppugnaturi eſſent,
rogitans: clamore ſublato, connixi primo reſiſtunt: deinde inferunt pedem, urgentque,
& impulſos ſemel, terrore eodem agunt, quo coeperunt: expellunt extra portam uallum-
que: inde pergere, ac perſequi, quia turbida lux metum circa inſidiarum faciebat, nõ auſi,
liberatis caſtris contenti, receperunt ſe intra uallum, trecentis ferme hoſtium occiſis. Ro-
manorum ſtationis primae, uigilumque, & eorum qui circa quaeſtorium oppreſſi, periere
ad ducentos triginta. Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit: & non modo H
proferre inde caſtra Romanum, ſed ne pabulari quidem per agros ſuos patiebantur. re-
tro in pacatum Soranum agrum pabulatores ibant. Quarum rerum fama tumultuoſior
etiam, quam res erant, perlata Romam, coegit L. Poſtumium conſulem uixdum uali-
dum proficiſci ex urbe, prius tamen quam exiret, militibus edicto Soram iuſſis conueni-
re. Ipſe aedem Victoriae, quam aedilis curulis ex multaticia pecunia faciendã curauerat,
dedicauit. Ita ad exercitum profectus ab Sora in Samnium, ad caſtra collegae perrexit.
inde poſtquam Samnites diffiſi duobus exercitibus reſiſti poſſe, receſſerunt: diuerſi con-
ſules ad uaſtandos agros, urbesq. oppugnandas diſcedunt. Poſtumius Miloniam oppu-
gnare adortus, ui primo atque impetu, deinde, poſtquam ea parum procedebant, opere ac
uineis demum iniunctis muro cepit. ibi, capta iam urbe, ab hora quarta diei ad octauam
omnibus partibus urbis diu incerto euentu pugnatum eſt. poſtremo potitur opido Ro- I
manus. Samnitium caeſi tria millia ducenti: capti quattuor millia CC. praeter praedam
aliam. Inde Ferentinum ductae legiones: unde opidani cum omnibus rebus ſuis, quae fer
ri agiq. potuerunt, nocte per auerſam portam ſilentio exceſſerunt. Igitur ſimul aduenit
conſul, primo ita compoſitus inſtructuſq. moenibus ſucceſſit, tamquam idem, quod ad Mi
loniam fuerat, certaminis foret: deinde ut ſilentium uaſtum in urbe, nec arma nec uiros
in turribus ac muris uidit, auidum inuadendi deſerta moenia militem detinet, ne quam oc
cultam in fraudem incautus rueret: duas turmas ſociorum Latini nominis circumequita-
re moenia, atque explorare omnia iubet. Equites portam unam alteramq. eadem regio-
ne in propinquo patentes conſpiciunt, itineribuſq. ijs ueſtigia nocturnae hoſtium fugae.
adequitant deinde ſenſim portis: urbemq. ex tuto rectis itineribus peruiam conſpiciunt:
& conſuli referunt exceſſum urbe: ſolitudine haud dubia id perſpicuum eſſe, & recenti- K
bus ueſtigijs fugae, ac ſtrage rerum in trepidatione nocturna paſſim relictarum. His audi-
tis conſul ad eam partem urbis, quam adierant equites, circumducit agmen: conſtitutiſq.
haud procul porta ſignis, quinque equites iubet intrare urbem; & modicum ſpatium pro-
greſſos tres manere eodem loco, ſi tuta uideantur; duos explorata ad ſe referre. Qui ubi
redierunt, retuleruntq. eo ſe progreſſos, unde in omneis partes circumſpectus eſſet, lon-
ge lateq. ſilentium ac ſolitudinem uidiſſe: extemplo conſul cohortes expeditas in urbem
induxit, ceteros interim caſtra communire iuſſit. Ingreſſi milites, refractis foribus, pau-
cos, graues aetate, aut inualidos, inueniunt; relictaque, quae migratu difficilia eſſent, ea
direpta: & cognitum ex captiuis eſt, communi conſilio aliquot circa urbes conſciſſe fu-

gam:

A gam: ſuos prima uigilia profectos: credere eandem in alijs urbibus ſolitudinem inuenturos. Dictis captiuorum fides exſtitit. deſertis opidis conſul potitur. Alteri conſuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit, cum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hoſtis obuius fuit. ibi ira uires aequauit. proelium uarium & anceps fuit, triſtius tamen euentu Romanis; & quia inſueti erant uinci, & quia digredientes magis, quam in ipſo certamine, ſenſerunt, quantum in ſua parte plus uulnerum ac caedis fuiſſet. itaque is terror in caſtris ortus, qui ſi pugnantes cepiſſet, inſignis accepta clades foret. tum quoque ſollicita nox fuit, iam inuaſurum caſtra Samnitem credentibus, aut prima luce cum uictoribus conſerendas manus. Minus cladis, ceterum non plus animorum ad hoſtes erat. ubi primum illuxit, abire ſine certamine cupiunt. Sed uia una, & ea ipſa praeter hoſtes erat: quam ingreſſi praebuere ſpeciem

B recta tendentium ad caſtra oppugnanda. conſul arma capere milites iubet, & ſequi ſe extra uallum: legatis, tribunis, praefectis ſociorum imperat, quod apud quéque facto opus eſt. Omnes affirmant, ſe quidem omnia facturos: ſed militum iacere animos: tota nocte inter uulnera & gemitus morientium uigilatum eſſe. ſi ante lucem ad caſtra uentum foret, tantum pauoris fuiſſe, ut relicturi ſigna fuerint: nunc pudore a fuga contineri, alioquin pro uictis eſſe. Quae ubi conſul accepit, ſibimetipſi circumeundos alloquendoſq. milites ratus, ut ad quoſque uenerat, cunctantes arma capere increpabat, quid ceſſarent, tergiuerſarenturque? hoſtem in caſtra uenturum, ni ipſi extra caſtra exiſſent: & pro tentorijs ſuis pugnaturos, ſi pro uallo nollent. armatis ac dimicantibus haud dubiam uictoriam eſſe: qui nudus, atque inermis hoſtem maneat, ei aut mortem, aut ſeruitutem patiendam. Haec iurganti increpantiq. reſpondebant, confectos ſe pugna heſterna eſſe: nec uirium

C quidquam, nec ſanguinis ſupereſſe; maiorem multitudinem hoſtium apparere, quam pridie fuerit. Inter haec appropinquabat agmen: & iam breuiore interuallo certiora intuentes, uallum ſecum portare Samnitem affirmant, nec dubium eſſe quin caſtra circumuallaturi ſint. Tunc, Enimuero, conſul, indignum facinus eſſe, uociferari, tantam contumeliam ignominiamq. ab ignauiſſimo accipi hoſte. etiamne circumſedebimur, inquit, in caſtris: ut fame potius per ignominiam, quam ferro, ſi neceſſe eſt, per uirtutem moriamur? Dij bene uerterent: facerentque, quod ſe dignum quiſque duceret: conſulem M. Atilium uel ſolum, ſi nemo alius ſequatur, iturum aduerſus hoſtes: caſurumq. inter ſigna Samnitium potius, quam circumuallari caſtra Romana uideat. Dicta conſulis, legati, tribunique, & omnes turmae equitum, & centuriones primorum ordinum approbauere. tũ pudore uictus miles ſegniter arma capit, ſegniter e caſtris egreditur: longo agmine, nec continenti, mae-

D ſti, ac prope uicti procedunt aduerſus hoſtem nec ſpe, nec animo fortiorem. Itaque ſimul conſpecta ſunt Romana ſigna, extemplo a primo Samnitium agmine ad nouiſſimum fremitus perfertur: exire, id quod timuerint, ad impediendum iter Romanos: nullam inde ne fugae quidem patere uiam: illo loco aut cadendum eſſe, aut ſtratis hoſtibus per corpora eorum euadendũ. in medio ſarcinas conijciunt: armati ſuis quiſque ordinibus inſtruunt aciem. Iam exiguum inter duas acies erat ſpatium, & ſtabant exſpectantes, dum ab hoſtibus prius impetus, prius clamor inciperet: neutris animus eſt ad pugnandum. diuerſique integri atque intacti abiſſent, ni cedentem inſtaturum alterum timuiſſent. ſua ſponte inter inuitos tergiuerſanteſq. ſegnis pugna, clamore incerto, atque impari, coepit: nec ueſtigio quiſquam mouebatur. Tum conſul Romanus, ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem immiſit: quorum cum plerique delapſi ex equis eſſent, & alij turbati; & ab

E Samnitium acie ad opprimendos eos, qui ceciderant, & ad ſuos tuendos ab Romanis procurſum eſt. inde paullulum irritata pugna eſt, ſed aliquanto & impigre magis, & plures procurrerunt Samnites: & turbatus eques ſua ipſe ſubſidia territis equis proculcauit. hinc fuga coepta totam auertit aciem Romanam. Iamq. in terga fugientium Samnites pugnabant, cum conſul equo praeuectus ad portam caſtrorum, ac ſtatione equitum ibi oppoſita, edictoque, ut quicumque ad uallum tenderet, ſiue ille Romanus, ſiue Samnis eſſet, pro hoſte haberetur; haec ipſa minitans, obſtitit profuſe tendentibus ſuis in caſtra, Quo pergis, inquit, miles? & hic arma & uiros inuenies, nec uiuo conſule tuo, niſi uictor, caſtra intrabis: proinde elige, cum ciue, an hoſte pugnare malis. Haec dicente conſule equites infeſtis cuſpidibus circumfunduntur, ac peditem in pugnam redire iubent. Non uirtus

ſolum

ſolum conſulis, ſed ſors etiam adiuuit, quod non institerunt Samnites, ſpatiumq. circum- F
agendi ſigna, uertendique aciem a caſtris in hoſtem fuit. Tum alij alios hortari, ut repe-
terent pugnam: centuriones ab ſigniferis rapta ſigna inferre: & oſtendere ſuis, paucos &
ordinibus incompoſitis effuſe uenire hoſtes. Inter haec conſul manus ad caelum attol-
lens, uoce clara, ita ut exaudiretur, templum Ioui Statori uouet, ſi conſtitiſſet a fuga Ro-
mana acies, redintegratoque proelio, cecidiſſet uiciſſetque legiones Samnitium. Omnes
undique anniſi ad reſtituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumque uis: nu-
men etiam deorum reſpexiſſe nomen Romanum uiſum. Adeo facile inclinata res: re-
pulſique a caſtris hoſtes: mox etiam redacti ad eum locum: in quo commiſſa pugna erat.
Ibi obiacente ſarcinarum cumulo, quas coniecerant in medium, haeſere impediti: dein-
de, ne diriperentur res, orbem armatorum ſarcinis circumdant. tum uero eos a fronte
urgere pedites, ab tergo circumuecti equites. ita in medio caeſi captique. Captiuorum G
numerus fuit ſeptem millium ac ducentorum, qui omnes nudi ſub iugum miſſi. Caeſos
retulere ad quattuor millia octingentos. Ne Romanis quidem laeta uictoria fuit. recen-
ſente conſule biduo acceptam cladem, amiſſorum militum numerus relatus millium &
ducentorum. Dum haec in Apulia gerebantur: altero exercitu Samnites Interamnam,
coloniam Romanam, quae uia Latina eſt, occupare conati, urbem non tenuerunt: agros
depopulati, cum praedam aliam inde miſtam hominum, atque pecudum, colonoſque ca-
ptos agerent, in uictorem incidunt conſulem ab Luceria redeuntem: nec praedam ſolum
amittunt, ſed ipſi longo ac impedito agmine incompoſiti caeduntur. Conſul Interamnam
edicto dominis ad res ſuas noſcendas recipiendaſque reuocatis, & exercitu ibi relicto, co-
mitiorum cauſſa Romam eſt profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos, & ob
amiſſa tot millia militum, & quod captiuos ſine pactione ſub iugum miſiſſet. conſul alter, H
Poſtumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, in Etruriam tranſducto exercitu, pri-
mum peruaſtauerat Vulſinienſem agrum: deinde cum egreſſis ad tuendos fines haud pro-
cul moenibus ipſorum depugnat. duo millia C C Etruſcorũ caeſi: ceteros propinquitas
urbis tutata eſt. In Roſellanum agrum exercitus tranſductus. ibi non agri tantum uaſtati,
ſed opidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum: minus duo millia
circa muros caeſa. Pax tamen clarior maiorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat,
parta eſt. tres ualidiſſimae urbes, Etruriae capita, Vulſinij, Peruſia, Arretium, pacem peti-
re: & ueſtimentis militum, frumentoque pacti cum conſule, ut mitti Romam oratores li-
ceret, indutias in quadraginta annos impetrauerunt. multa praeſens quingentum mil-
lium aeris in ſingulas ciuitates impoſita. Ob haſce res geſtas conſul cum triumphum ab
ſenatu, moris magis cauſſa, quam ſpe impetrandi, petiſſet: uideretque alios, quod tardius I
ab urbe exiſſet: alios, quod iniuſſu ſenatus ex Samnio in Etruriam tranſiſſet, partim ſuos
inimicos, partim collegae amicos, ad ſolatium aequatae repulſae, ſibi quoque negare triũ-
phum: Non ita, inquit, patres conſcripti, ueſtrae maieſtatis meminero, ut me conſulẽ eſſe
obliuiſcar. eodem iure imperij, quo bella geſſi, bellis feliciter geſtis, Samnio atque Etru-
ria ſubactis, uictoria & pace parta, triumphabo. ita ſenatum reliquit. Inde inter tribu-
nos plebis contentio orta eſt. Pars interceſſuros, ne nouo exemplo triumpharet, aiebant:
pars auxilio ſe aduerſus collegas triumphanti futuros. Iactata res ad populum eſt: uoca-
tuſque eo conſul, cum M. Horatium, L. Valerium conſules, C. Marcium Rutilum nuper,
patrem eius, qui tunc cenſor eſſet, non ex auctoritate ſenatus, ſed iuſſu populi triumphaſ-
ſe diceret: adijciebat ſe quoque laturum fuiſſe ad populum: ni ſciret, mancipia nobilium,
tribunos plebis legem impedituros: uoluntatem ſibi ac fauorem conſentientis populi pro K
omnibus iuſſis eſſe, ac futuram: poſteroque die auxilio tribunorum plebis trium aduer-
ſus interceſſionem ſeptem tribunorum, & conſenſum ſenatus, celebrante populo diem,
triumphauit. Et huius anni parum conſtans memoria eſt. Poſtumium auctor eſt Clau-
dius, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fuſum fugatumque, ſaucium ipſum cum
paucis Luceriam compulſum: ab Atilio in Etruria res geſtas; eumque triumphaſſe. Fa-
bius ambos conſules in Samnio, & ad Luceriam res geſſiſſe ſcribit; tranſductumq. in Etru-
riam exercitum: ſed, ab utro conſule, non adiecit: & ad Luceriam utrimque multos occi-
ſos: inque ea pugna Iouis Statoris aedem uotam, ut Romulus ante uouerat. ſed fanum
tantum, id eſt locus templo effatus, iam ſacratus fuerat. Ceterum hoc demum anno,

A ut aedem etiam fieri ſenatus iuberet, bis eiuſdem uoti damnata reſp. in religionem uenit.
Sequitur hunc annum & conſul inſignis, L. Papirius Curſor, qua paterna gloria, qua ſua: An.459.
& bellum ingens, uictoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, praeter L. Pa-
pirium patrem, conſulem pepererat. & forte eodem conatu apparatuq. omni opulentia in
ſignium armorum bellum adornauerant: & opes deorum etiam adhibuerāt, ritu quodam
ſacramenti uetuſto uelut initiatis militibus, delectu per omne Samnium habito noua le-
ge: ut qui iuniorum non conueniſſet ad imperatorium edictum, quiq. iniuſſu abiſſet, caput
Ioui ſacratum eſſet. Tum exercitus omnis Aquiloniam eſt indictus. ad XL. millia militum,
quod roboris in Samnio erat, conuenerunt. ibi medijs fere caſtris locus eſt conſaeptus cra
tibus pluteiſque, & linteis contectus, patens ducentos maxime pedes in omnes pariter
partes. Ibi ex libro uetere linteo lecto ſacrificatū ſacerdote Ouio Paccio quodam, homine
B magno natu, qui ſe id ſacrum petere affirmabat ex uetuſta Samnitium religione: qua quō-
dam uſi maiores eorū fuiſſent, cum adimendae Etruſcis Capuae clamdeſtinū cepiſſent cō-
ſilium. Sacrificio perfecto, per uiatorem imperator acciri iubebat nobiliſſimum quemque
genere factiſque. ſinguli introducebantur. erat cum alius apparatus ſacri, qui perfundere
religione animum poſſet: tum in loco circa omni contecto arae in medio, uictimaeq. circa
caeſae, & circumſtantes centuriones ſtrictis gladijs. admouebatur altaribus miles, magis
ut uictima, quam ut ſacri particeps: adigebaturq. iureiurando, quae uiſa auditaq. in eo loco
eſſent, non enunciaturum. dein iurare cogebatur diro quodam carmine in exſecrationem
capitis, familiaeque, & ſtirpis compoſito, niſi iſſet in proeliū, quo imperatores duxiſſent: &
ſi aut ipſe ex acie fugiſſet, aut ſi quem fugientem uidiſſet, nō extemplo occidiſſet. Id primo
quidam abnuentes iuraturos ſe, obtruncati circa altaria ſunt: iacentes deinde inter ſtragē
C uictimarum, documento ceteris fuere, ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea deteſta-
tione obſtrictis, decem nominatis ab imperatore, eis edictum, ut uir uirum legerēt: donec
ſexdecim millium numerum cōfeciſſent. ea legio linteata, ab integumento conſaepti quo
ſacrata nobilitas erat, appellata eſt. his arma inſignia data, & criſtatae galeae, ut inter cete-
ros eminerent. Paullo plus uiginti millium alius exercitus fuit, nec corporum ſpecie, nec
gloria belli, nec apparatu linteatae legioni diſpar. hic hominum numerus, quod roboris
erat, ad Aquiloniam conſedit. conſules profecti ab urbe: prior Sp. Caruilius, cui ueteres
legiones, quas M. Atilius, ſuperioris anni conſul, in agro Interamnati reliquerat, decretae
erant. cum eis in Samnium profectus, dum hoſtes operati ſuperſtitionibus concilia ſecre-
ta agunt, Amiternum opidum de Samnitibus ui cepit. caeſa ibi millia hominum duo fer-
me atque octingenti: capta quattuor millia ducenti ſeptuaginta. Papirius, nouo exercitu
(ita enim decretum erat) ſcripto, Duroniam urbem expugnauit. minus, quam collega,
D cepit hominum: plus aliquanto occidit: praeda opulenta utrobique eſt parta. Inde per-
uagati Samnium conſules, maxime depopulato Antiate agro, Caruilius ad Cominium,
Papirius ad Aquiloniam, ubi ſumma rei Samnitium erat, peruenit. ibi aliquandiu nec ceſ-
ſatum ab armis eſt, neque gnauiter pugnatum: laceſſendo quietos, reſiſtentibus ceden-
do, comminandoque magis, quam inferendo pugnam, dies abſumebatur. quod cum in-
ciperetur, remittereturque, omnium rerum etiam paruarum euentus proferebatur in
dies. Altera Romana caſtra uiginti millium ſpatio aberant: & abſentis collegae conſi-
lia omnibus gerendis intererant rebus: intentiuſque Caruilius, quo maiore diſcrimine
res uertebatur, in Aquiloniam, quam ad Cominium, quod obſidebat, erat. L. Papirius,
iam per omnia ad dimicandum ſatis paratus, nuncium ad collegam mittit: ſibi in animo
eſſe, poſtero die, ſi per auſpicia liceret, confligere cum hoſte: opus eſſe & illum quanta ma
E xima ui poſſet, Cominium oppugnare, ne quid laxamenti ſit Samnitibus ad ſubſidia Aqui
loniam mittenda. diem ad proficiſcendum nuncius habuit: nocte rediit, approbare colle-
gam conſulta referens. Papirius, nuncio miſſo, extemplo concionem habuit: multa de uni-
uerſo genere belli, multa de praeſenti hoſtium apparatu uana magis ſpecie, quam efficaci
ad euentum, diſſeruit, non enim criſtas uulnera facere: & per picta, atque aurata ſcuta
tranſire Romanum pilum: & candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur,
cruentari. Auream olim, atque argenteam Samnitium aciem a parente ſuo occidio-
ne occiſam; ſpoliaque ea honeſtiora uictori hoſti, quam ipſis arma, fuiſſe. datum hoc
forſan nomini familiaeque ſuae, ut aduerſus maximos conatus Samnitium opponerentur

duces, ſpoliaq. ea referrent, quae inſignia publicis etiam locis decorandis eſſent. deos F
immortales adeſſe propter toties petita foedera, toties rupta: tum, ſi qua coniectura
mētis diuinae ſit, nulli umquam exercitui fuiſſe infeſtiores, quam qui nefando ſacro miſta
hominum pecudumq. caede reſperſus, ancipiti deum irae deuotus, hinc foederum cum Ro
manis ictorum teſtes deos, hinc iuriſiurandi aduerſus foedera ſuſcepti exſecrationes hor-
rens, inuitus iurauerit, oderit ſacramentum, uno tempore deos, ciues, hoſtes metuat.
Haec comperta perfugarum indicijs, cum apud infenſos iam ſua ſponte milites diſſeruiſ-
ſet: ſimul diuinae humanaeq. ſpei pleni, clamore conſentienti pugnam poſcunt: paenitet
in poſterum dilatum certamen: moram diei noctiſq. oderunt. Tertia uigilia noctis, iam
relatis litteris a collega, Papirius ſilentio ſurgit: & pullarium in auſpicium mittit. Nullum
erat genus hominum in caſtris intactum cupiditate pugnae: ſummi infimiq. aeque intenti
erant: dux militum, miles ducis ardorem ſpectabat. Is ardor omnium etiam ad eos qui G
auſpicio intererant, peruenit. nam cum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium men-
tiri auſus, tripudium ſolliſtimum conſuli nunciauit. conſul laetus, auſpicium egregium eſ-
ſe, & deis auctoribus rem geſturos pronunciat, ſignumq. pugnae proponit. Exeunti
iam forte in aciem nunciat perfuga, uiginti cohortes Samnitium (quadringenariae ferme
erant) Cominium profectas. quod ne ignoraret collega, extemplo nuncium mittit:
ipſe ſigna ocius proferri iubet: ſubſidiaque ſuis quaeque locis, & praefectos ſubſidijs
attribuerat. Dextro cornu L. Volumnium, ſiniſtro L. Scipionem, equitibus legatos
alios, C. Caedicium & C. Trebonium praefecit. Sp. Nautium mulos detractis clitel-
lis cum cohortibus alaribus in tumulum conſpectum propere circumducere iubet: at-
que inde inter ipſam dimicationem quanto maxime poſſet moto puluere oſtendere.
Dum his intentus imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auſpicio eius diei, H
exauditaq. ab equitibus R. qui rem haud ſpernendam rati, Sp. Papirio fratris filio con-
ſulis ambigi de auſpicio renunciauerunt. Iuuenis ante doctrinam deos ſpernentem na-
tus, rem inquiſitam, ne quid incompertum deferret, ad conſulem detulit. cui ille. Tu
quidem macte uirtute diligentiaq. eſto; ceterum qui auſpicio adeſt, ſi quid falſi nunciat,
in ſemetipſum religionem recipit: mihi quidem tripudium nunciatum, & populo R. exerci
tuiq. egregium auſpicium eſt. Centurionibus deinde imperauit, ut pullarios inter prima
ſigna conſtituerent. Promouent & Samnites ſigna: inſequitur acies ornata armataque: ut
hoſtium quoque magnificum ſpectaculum eſſet. Prius quam clamor tolleretur, concurre-
returque, emiſſo temere pilo ictus pullarius ante ſigna cecidit. quod ubi conſuli nunciatū
eſt, Dij in proelio ſunt, inquit. habet poenam noxium caput. Ante conſulem haec dicētem
coruus uoce clara occinuit. quo laetus augurio conſul, affirmās numquam humanis rebus I
magis praeſentes interfuiſſe deos, ſigna canere, & clamorem tolli iuſſit. Proelium com-
miſſum atrox, ceterum longe diſparibus animis. Romanos ira, ſpes, ardor certaminis,
auidos hoſtium ſanguinis in proelium rapit: Samnitium magnam partem neceſſitas ac re-
ligio inuitos magis reſiſtere, quam inferre pugnam, cogit. nec ſuſtinuiſſent primum clamo
rem, atque impetum Romanorum, per aliquot iam annos uinci aſſueti, ni potentior alius
metus inſidens pectoribus a fuga retineret. quippe in oculis erat omnis ille occulti pa-
ratus ſacri, & armati ſacerdotes, & promiſcua hominum pecudumq. ſtrages, & reſperſae
fando nefandoq. ſanguine arae, & dira exſecratio, ac furiale carmen deteſtandae familiae
ſtirpiq. compoſitum. his uinculis fugae obſtricti ſtabant, ciuem magis, quam hoſtem timen-
tes. Inſtare Romanus a cornu utroque, a media acie, & caedere deorum hominumq. at-
tonitos metu. Repugnatur ſegniter, ut ab ijs quos timor moraretur a fuga. Iam prope ad K
ſigna caedes peruenerat, cum ex tranſuerſo puluis uelut ingentis agminis inceſſu motus
apparuit. Sp. Nautius (Octauium Metium quidam eum tradunt) dux alaribus cohorti-
bus erat: puluerem maiorem quam pro numero excitabant: inſidentes mulis calones fron
doſos ramos per terram trahebant: arma, ſignaq. per turbidam lucem in primo appare-
bant: poſt altior denſiorq. puluis equitum ſpeciem cogentium agmen dabat. fefellitq. non
Samnites modo, ſed etiam Romanos: & conſul affirmauit errorem, clamitans inter prima
ſigna, ita ut uox etiam ad hoſtes accideret, captum Cominium, uictorem collegam adeſſe.
anniterentur uincere prius, quam gloria alterius exercitus fieret. Haec inſidens equo. in-
de tribunis centurionibusq. imperat, ut uias equitibus patefaciant. Ipſe Trebonio Caedi-
cioq.

A cioq. praedixerat, ut, ubi ſe cuſpidem erectam quatientem uidiſſent, quanta maxima ui
poſſent, concitarent equites in hoſtem. Ad nutum omnia, ut ex ante praeparato, fiunt.
panduntur inter ordines uiae: prouolat eques: atque infeſtis cuſpidibus in medium agmẽ
hoſtium ruit: perrumpitq. ordines, quacumque impetum dedit. inſtant Volumnius & Sci
pio, & perculſos ſternunt. Tum iam deorum hominumq. uicta ui, funduntur linteatae co
hortes: pariter iurati iniuratiq. fugiunt, nec quemquam praeter hoſtes metuunt. Peditum
agmen, quod ſuperfuit pugnae, in caſtra ad Aquiloniam compulſum eſt. nobilitas equi-
teſq. Bouianum perfugerunt. equites eques ſequitur, peditem pedes: ac diuerſa cornua,
dextrum ad caſtra Samnitium, laeuum ad urbem tendit. Prior aliquanto Volumnius ca-
ſtra cepit. ad urbem Scipioni maiore reſiſtitur ui: non quia plus animi uictis eſt, ſed me-
lius muri, quam uallum armatos arcent. inde lapidibus propulſant hoſtem. Scipio, niſi
B in primo pauore prius, quam colligerentur animi, tranſacta res eſſet, lentiorem fore mu-
nitae urbis oppugnationem ratus, interrogat milites: Satin' aequo animo paterentur ab al
tero cornu caſtra capta eſſe: ſe uictores pelli a portis urbis? Reclamantibus uniuerſis, pri-
mus ipſe ſcuto ſuper caput elato pergit ad portam: ſecuti alij teſtudine facta in urbem
perrumpunt: deturbatiſq. Samnitibus, quae circa portam erant muri occupauere: pene-
trare interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent. Haec primo ignorare
conſul, & intentus recipiendo exercitui eſſe. iam enim praeceps in occaſum ſol erat, &
appetens nox periculoſa & ſuſpecta omnia etiam uictoribus faciebat. progreſſus longius
ab dextra caſtra capta uidet, ab laeua clamorem in urbe miſtum pugnantium ac pauen-
tium fremitu eſſe, & tum forte certamen ad portam erat. aduectus deinde equo propius,
ut ſuos in muris uidet, nec iam integri quidquam eſſe, quoniam temeritate paucorum,
C magnae rei parta occaſio eſſet; acciri quas receperat copias: ſignaq. in urbem inferri iuſ-
ſit. ingreſſi proxima ex parte, quia nox appropinquabat, quieuere. nocte opidum ab ho-
ſtibus deſertum eſt. Caeſa illo die ad Aquiloniam Samnitium millia triginta trecenti qua
draginta: capta tria millia octingenti & ſeptuaginta: ſigna militaria nonaginta ſeptem.
Ceterum illud memoriae traditur, non ferme alium ducem laetiorem in acie uiſum ſeu
ſuopte ingenio, ſeu fiducia bene gerendae rei. Ab eodem robore animi neque contro-
uerſo auſpicio reuocari a proelio potuit: & in ipſo diſcrimine, quo templa dijs immortali-
bus uoueri mos erat, uouerat Ioui Victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi
prius, quam temetum biberet, ſeſe facturum. id uotum dijs cordi fuit, & auſpicia in bo-
num uerterunt. Eadem fortuna ab altero conſule ad Cominium geſta res. Prima luce
ad moenia omnibus copijs admotis, corona cinxit urbem: ſubſidiaq. firma, ne qua eruptio
D fieret, portis oppoſuit. Iam ſignum dantem eum nuncius a collega trepidus de uiginti co-
hortium aduentu, & ab impetu moratus eſt: & partem copiarum reuocare inſtructam in-
tentamq. ad oppugnandum coegit. D. Brutum Scaeuam legatum cum legione prima, & ui
ginti cohortibus alaribus, equitatuq. ire aduerſus ſubſidium hoſtium iuſſit: quocumque in
loco fuiſſet obuius, obſiſteret ac moraretur: manumque, ſi forte ita res poſceret, confer-
ret: modo ne ad Cominium eae copiae admoueri poſſent. ipſe ſcalas ferri ad muros ab
omni parte urbis iuſſit: ac teſtudine ad portas ſucceſſit. ſimul & refringebantur portae, &
uis undique in muros fiebat. Samnites, ſicut, antequam in muris uiderent armatos, ſatis
animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hoſtes: ita poſtquam iam non ex interuallo,
nec miſſilibus; ſed comminus gerebatur res: & qui aegre ſucceſſerãt ex plano in muros, lo
co quem magis timuerant uicto, facile in hoſtem imparem ex aequo pugnabant: relictis
E turribus muriſque, in forum omnes compulſi, paullisper inde tentauerunt extremam pu-
gnae fortunam. deinde abiectis armis, ad quindecim millia hominum & quadringenti in
fidem conſulis uenerunt. caeſa ad quattuor millia ac trecenti octoginta. Sic ad Cominiũ,
ſic ad Aquiloniam geſta res. Inde medio inter duas urbes ſpatio, ubi tertia exſpectata erat
pugna, hoſtes non inuenti. ſeptem millia paſſuum cum abeſſent a Cominio, reuocati ab
ſuis, neutri proelio occurrerunt. primis ferme tenebris, cum in conſpectu iam caſtra, iam
Aquiloniam habuiſſent; clamor eos utrimque par accidens ſuſtinuit. deinde e regione ca
ſtrorũ, quae inceſa ab Romanis erant, flamma late fuſa certioris cladis indicio progredi lõ-
gius prohibuit. Eo ipſo loco prope temere ſub armis ſtrati paſſim inquietum omne tempus
noctis, exſpectãdo timendoq. lucem, egere. prima luce incerti, quã in partem intenderent

iter, repente in fugam conſternantur conſpecti ab equitibus: qui egreſſos nocte ab opi- F
do Samnites perſecuti, uiderant multitudinem non uallo, non ſtationibus firmatam. conſpecta & ex muris Aquiloniae ea multitudo erat. iamq etiam legionariae cohortes ſequebantur: ceterum nec pedes fugientes perſequi potuit: & ab equite nouiſſimi agminis ducenti ferme & octoginta interfecti. arma multa pauidi, ac ſigna militaria duodeuiginti reliquere. alio agmine incolumi, ut ex tanta trepidatione, Bouianum peruentum eſt. Laetitiam utriuſque exercitus Romani auxit & ab altera parte feliciter geſta res. uterque ex alterius ſententia conſul captum opidum diripiendum militi dedit: exhauſtis deinde tectis ignem iniecit: eodemque die Aquilonia & Cominium deflagrauere. & conſules cum gratulatione mutua legionum ſuaque, caſtra coniunxere. In conſpectu duorum exercituũ & Caruilius ſuos pro cuiuſq. merito laudauit, donauitque: & Papirius, apud quem multiplex, in acie, circa caſtra, circa urbem, fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium fratris fi- G
lium, & quattuor cẽturiones, manipulumq. haſtatorum, armillis aureiſq. coronis donauit. Nautium, propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hoſtes: iuuenem Papirium, propter nauatam cum equitatu & in proelio operam, & nocte, qua fugam infeſtam Samnitibus ab Aquilonia clam egreſſis fecit; centuriones, militeſque, quia primi portam murumq. Aquiloniae ceperant. equites omnes ob inſignem multis locis operam, corniculis, armilliſq. argenteis donat. Conſilium inde habitum, cum iam tempus eſſet deducendi ab Samnio exercitus, aut utriuſque, aut certe alterius. optimum uiſum, quo magis fractae res Samnitiũ eſſent, eo pertinacius & infeſtius agere cetera & perſequi: ut perdomitum Samnium inſequentibus conſulibus tradi poſſet. quando iam nullus eſſet hoſtium exercitus, qui ſignis collatis dimicaturus uideretur; unum ſupereſſe belli genus, urbium oppugnationes; quarum per excidia militem locupletare praeda; & hoſtem pro aris H
ac focis dimicantem conficere poſſent. itaque, litteris miſſis ad ſenatum populumque R. de rebus ab ſe geſtis, diuerſi, Papirius ad Saepinum, Caruilius ad Volanam oppugnãdam, legiones ducunt. Litterae conſulum ingenti laetitia & in curia & in concione auditae: & qua tridui ſupplicatione publicum gaudium priuatis ſtudijs celebratum eſt. nec populo R. magna ſolum, ſed peropportuna etiam ea uictoria fuit: quia per idem forte tempus rebellaſſe Etruſcos allatum eſt. Subibat cogitatio animum. quonam modo tolerabilis futura Etruria fuiſſet, ſiquid in Samnio aduerſi ueniſſet: quae, coniuratione Samnitium erecta, quoniam ambo conſules, omniſque Romana uis auerſa in Samnium eſſet, occupationem populi R. pro occaſione rebellandi habuiſſet. Legationes ſociorum a M. Atilio praetore in ſenatum introductae. querebantur uri & uaſtari agros a finitimis Etruſcis, quod deſciſcere a populo R. nollent: obteſtabanturque patres conſcriptos, ut ſe a ui atque iniuria I
communium hoſtium tutarentur. Reſponſum legatis, curae ſenatui futurum, ne ſocios fidei ſuae paeniteret: Etruſcorum propediem eandem fortunam, quam Samnitium, fore. Segnius tamen, quod ad Etruriam attinebat, acta res eſſet, ni Faliſcos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant, allatum foret, arma Etruſcis iunxiſſe. Huius propinquitas populi acuit curam patribus, ut fetiales mittendos ad res repetendas cenſerent. Quibus non redditis, ex auctoritate patrum, iuſſu populi, bellum Faliſcis indictum eſt: iuſsique conſules ſortiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu tranſiret. Iam Caruilius Volanam, & Palumbinum, & Herculaneum ex Samnitibus ceperat: Volanam intra paucos dies: Palumbinum eodem quo ad muros acceſſit. ad Herculaneum bis etiam ſignis collatis ancipiti proelio, & cum maiore ſua, quam hoſtium, iactura dimicauit: caſtris deinde poſitis, moenibus hoſtem incluſit: oppugnatum opidum captumque. In his K
tribus urbibus capta aut caeſa ad decem millia hominum: ita, ut paruo admodum numero plures caperentur. Sortientibus prouincias conſulibus, Etruria Caruilio euenit ſecundum uota militum, qui uim frigoris iam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Saepinum maior uis hoſtium reſtitit: ſaepe in acie, ſaepe in agmine, ſaepe circa ipſam urbẽ aduerſus eruptiones hoſtium pugnatum: neque obſidio, neque bellum ex aequo erat: non enim muris magis ſe Samnites, quam armis ac uiris moenia, tutabantur. tandem pugnando in obſidionem iuſtam coegit hoſtes: obſidendoque, ui atque operibus urbem expugnauit. itaque ab ira plus caedis editum capta urbe: ſeptem millia quadringenti caeſi: capta minus tria millia hominum: praeda, quae plurima fuit, congeſtis Samnitium rebus in urbes

paucas,

A paucas,militi conceſſa eſt. Niues iam omnia oppleuerant; nec durari extra tecta poterat:
itaque conſul de Samnio exercitum deduxit. Venienti Romam triumphus omnium con-
ſenſu eſt delatus. triumphauit in magiſtratu, inſigni, ut illorum temporum habitus erat,
triumpho. pedites equitesq. inſignes donis tranſiere,ac tranſuecti ſunt: multae ciuicae co
ronae,uallaresque,ac murales conſpectae. inſpectae ſpolia Samnitium: & decore ac pul-
chritudine paternis ſpolijs,quae nota frequenti publicorum ornatu locorum erant,compa
rabantur. nobiles aliquot captiui,clari ſuis patrumq. factis, ducti. aeris grauis magna uis
tranſuecta. uicies centies millies,& quingenta triginta millia. id aes redactum ex captiuis
dicebatur. argenti quod captum ex urbibus erat. P. M. CCCXXX.omne aes argentumq.
in aerarium conditum. militibus nihil datum ex praeda eſt. auctaq. ea inuidia eſt ad ple-
bem, quod tributum etiam in ſtipendium militum collatum eſt: cum, ſi ſpreta gloria fuiſ-
B ſet captiuae pecuniae in aerarium illatae, & militi tū dari ex praeda, & ſtipendiū militare
praeſtari potuiſſet. Aedem Quirini,quam in ipſa dimicatione uotam,apud neminem uete
rem auctorem inuenio: (neque hercule tam exiguo tempore perficere potuiſſet) ab dicta-
tore patre uotam filius conſul dedicauit: exornauitq. hoſtium ſpolijs. quorum tanta mul-
titudo fuit, ut non templum tantum forumq.his ornaretur, ſed ſocijs etiam coloniſq. fini-
timis ad templorum locorumq. publicorum ornatum diuiderētur. A triumpho exercitum
in agrum Veſtinum,quia regio ea infeſta ab Samnitibus erat,hibernatum duxit. Inter haec
Caruilius conſul in Etruria Troilium primum oppugnare adortus,quadringentos ſeptua-
ginta ditiſſimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimiſit: ceteram multitudi-
nem opidumque ipſum ui cepit. inde quinque caſtella locis ſita munitis expugnauit. Cae
ſa ibi hoſtium duo millia quadringenti, minus duo millia capta. & Faliſcis,pacem petenti
C bus,annuas indutias dedit: pactus centum millia grauis aeris,& ſtipendium eius anni mi-
litibus. His rebus actis,ad triumphum deceſſit,ut minus clarum de Samnitibus, quam col-
legae triumphus fuerat: ita cumulo Etruſci belli aequatum. aeris grauis tulit in aera-
rium trecenta nonaginta millia: de reliquo aere aedem Fortis Fortunae de manubijs faciē AEDES FORTIS FORTVNAE
dam locauit,prope aedem eidem deae ab rege Ser. Tullio dedicatam. & militibus ex prae-
da centenos binos aſſes, & alterum tantum centurionibus, atque equitibus, malignitate
collegae gratius accipientibus munus, diuiſit. Fauor conſulis tutatus ad populum eſt L.
Poſtumium, legatum eius: qui dicta die a M. Cantio tribuno pl. fuerat in legationem
(ut fama ferebat) populi iudicium: iactariq. magis, quam peragi, accuſatio eius poterat.
Exacto iam anno noui tribuni plebis magiſtratuum inierant: ijſq. ipſis, quia uitio creati
erant, quinque poſt dies alij ſuffecti. Luſtrum conditum eo anno eſt a P. Cornelio Arui-
D na, C. Marcio Rutilo, cenſoribus: cenſa capitum millia ducenta ſeptuaginta duo, tre-
centa uigintiduo. Cenſores uiceſimiſexti a primis cenſoribus: luſtrum undeuiceſimum
fuit. Eodem anno coronati primum ob res bello bene geſtas ludos Romanos ſpectaue-
runt: palmaeq. tum primum,tranſlato e Graecia more,uictoribus datae. Eodē anno ab ae-
dilibus curulibus,qui eos ludos fecerunt,damnatis aliquot pecuarijs, uia a Martis ſilice ad AN.460.
Bouillas perſtrata eſt. Comitia conſularia L. Papirius habuit: creauit conſules, Q. Fabium
Maximi filium Gurgitem,& D. Iunium Brutū Scaeuam. ipſe Papirius praetor factus. Mul-
tis rebus laetus annus, uix ad ſolatium unius mali, peſtilentiae urentis ſimul urbem, atque
agros, ſuffecit. portentoq. iam ſimilis clades erat. & libri aditi, quinam finis, aut quod re-
medium eius mali ab dijs daretur. inuentum in libris; Aeſculapium ab Epidauro Romam
accerſendum. neque eo anno, quia bello occupati conſules erant, quidquam de ea re
E actum, praeterquam quod unum diem Aeſculapio ſupplicatio habita eſt.

EPITOMAE . AB . XI . AD . XX
librum Hiſtoriarum ab urbe condita
T. Liuij Patauini:

Quas, ut amiſſae hiſtoriae argumentum exſtaret, hoc in loco placuit interponere.

EPITOME . LIBRI . XI

G

CVM Fabius Gurges conſul male aduerſum Samnites pugnaſſet; & ſenatus de remouendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc ſibi ignominiam, eo maxime ſenatum mouit, quod iturum ſe filio legatum pollicitus eſt: idq. praeſtitit: atque eius conſilijs & opera filius conſul adiutus, caeſis Samnitibus triumphauit. C. Pontium, imperatorem Samnitium, ductū in triūpho ſecuri percuſſit. Cum ciuitas peſtilentia laboraret, miſſis legatis, ut Aeſculapij ſignum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui ſe in nauem eorum contulerat, in quo ipſum numen eſſe conſtabat, deportauere: eoq. in inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco aedes Aeſculapio conſecrata eſt. H L. Poſtumius conſularis, quoniam cum exercitui praeeſſet, opera militum in agro ſuo uſus eſſet, damnatus eſt. Cum Samnitibus pacem petentibus foedus quarto renouatum eſt. Curius Dentatus conſul Samnitibus caeſis, & Sabinis, qui rebellauerant, uictis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triūphauit. Coloniae deductae ſunt, Caſtrum, Sena, Hadria. Triumuiri capitales tunc primum creati ſunt. Cenſus actus eſt: luſtrum conditum. cenſa ſunt ciuium capita CCLXXIII millia. Plebs propter aes alienum, poſt graues & longas ſeditiones, ad ultimum ſeceſſit in Ianiculum: unde a Q. Hortenſio dictatore deducta eſt, isq. in ipſo magiſtratu deceſſit. Res praeterea contra Vulſinienſes geſtas continet: item aduerſus Lucanos, contra quos auxilium Tyrrhenis ferre placuerat.

AN.462.

Hic est quo Imperatore Romani ad Caudium victi erant. Vide Valerium libro primo capite 8.

Fuerat autem consul cum C. Curio Dentato

Vide Suidam in voce Postumius.

De quibus Pomponius lege secunda de origine iuris.

LIBRI . XII

I

CVm legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti eſſent, bello ob id Gallis indicto, L. Caecilius praetor cum legionibus ab ijs caeſus eſt. Cum a Tarētinis claſſis Romana direpta eſſet, duumuiro, qui praeerat claſſi, occiſo, legati ad eos a ſenatu, ut de ijs iniurijs quererentur, miſſi, pulſati ſunt. ob id bellum ijs indictum eſt. Samnites defecerunt. Aduerſus eos, & Lucanos, & Bruttios, & Etruſcos aliquot proelijs a compluribus ducibus bene pugnatum eſt. Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam uenit. Cum in praeſidium Rheginorum legio Campana cum praefecto D. Iubellio miſſa eſſet, occiſis Rheginis Rhegium occupauit.

LIBRI . XIII

K

AN.472. VAlerius Laeuinus conſul parum proſpere aduerſus Pyrrhum pugnauit, elephantorū maxime inuſitata facie territis militibus. Poſt id proelium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inſpiceret, omnia uerſa in hoſtem inuenit, populabundusq. ad urbem Romam proceſſit. C. Fabricius miſſus ad eum a ſenatu, ut de redimendis captiuis ageret, fruſtra, ut patriam deſereret, a rege tentatus eſt. captiui ſine pretio remiſſi ſunt. Cineas legatus a Pyrrho ad ſenatum miſſus, petijt, ut, componendae pacis cauſſa, rex in urbem reciperetur. de qua re cum ad frequentiorem ſenatum referri placuiſſet, Ap. Claudius, qui, propter inualetudinem oculorum, iamdiu conſilijs publicis ſe abſtinuerat, uenit in curiam, & ſententia ſua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius cenſor primus ex plebe luſtrum condidit. cenſa ſunt ciuium capita

Cn. Domitius primus censor ex plebe.

CCLXXIIX

A CCLXXIIX millia, CCXXII. Iterum aduerſus Pyrrhum dubio euentu pugnatum eſt. Cum Carthaginienſibus quarto foedus renouatum eſt. Cum C. Fabricio conſuli is qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur ſe regi uenenum daturum, cum indicio ad regem remiſſus eſt. Res praeterea contra Etruſcos, Lucanos, Bruttios, & Samnites proſpere geſtas continet. An.474.

LIBRI. XIV

PYrrhus in Siciliam traiecit. Cum inter alia prodigia fulmine deiectum eſſet in Capitolio Iouis ſignum, caput eius per haruſpices inuentum eſt. Curius Dentatus, cum delectum haberet, eius, qui citatus non reſponderat, bona primus uendidit. Iterum Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reuerſum uicit, & Italia expulit. Fabricius cenſor P. Cornelium Rufinum conſularem ſenatu mouit, quod decem argenti pondo facti haberet. Luſtro a cenſoribus condito, cenſa ſunt capita ciuium CCLXXXI millia, CCXXIV. Cum Ptolemaeo Aegypti rege ſocietas iuncta eſt. Sextilia uirgo Veſtalis damnata inceſti uiua defoſſa eſt. Coloniae deductae ſunt, Poſidonia & Coſſa. Carthaginienſium claſſis auxilio Tarentinis uenit. quo facto ab ijs foedus uiolatum eſt. Res praeterea contra Lucanos, Samnites & Bruttios feliciter geſtas, & Pyrrhi regis mortem continet. An.478. B

LIBRI. XV

VIctis Tarentinis pax & libertas data eſt. Legio Campana, quae Rhegium occupauerat, obſeſſa, deditione facta, ſecuri percuſſa eſt. Cum legatos Apolloniatium ad ſenatum miſſos quidam iuuenes pulſaſſent, dediti ſunt Apolloniatibus. Picentibus uictis pax data. Coloniae deductae, Ariminum in Piceno, Beneuentum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti coepit. Vmbri & Sallentini uicti in deditionem accepti ſunt. Quaeſtorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent [illegible]o. C

LIBRI. XVI

ORigo Carthaginienſium & primordia urbis eorum referuntur: contra quos & Hieronem regem Syracuſanorum auxilium Mamertinis ferendum cenſuit ſenatus. Cum de ea re inter ſuadentes ut id fieret, diſſuadenteſq. contentio fuiſſet, tranſgreſſis tum primum mare equitibus Romanis aduerſus Hieronem ſaepius bene pugnatum. Petenti pax data eſt. Luſtrum a cenſoribus conditum. cenſa ſunt ciuium capita CCXCII. millia, CCXXIV. D. Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris primus edidit. Colonia Aeſernia deducta eſt. Res praeterea contra Poenos & Vulſinios proſpere geſtas continet. D

LIBRI. XVII

CN. Cornelius conſul a claſſe Punica circumuentus, & per fraudem ueluti in colloquium euocatus, captus eſt. C. Duilius conſul aduerſus claſſem Poenorum proſpere pugnauit, primuſq. omnium Romanorum ducum naualis uictoriae duxit triumphum. ob quam cauſſam ei perpetuus quoque honos habitus eſt, ut reuertenti a cena, tibicine canente, funale praeferretur. L. Cornelius conſul in Sardinia contra Sardos & Corſos & Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnauit. Atilius Calatinus conſul, cum in locum iniquum a Poenis circumſeſſum temere duxiſſet exercitum, M. Calpurnij tribuni militum uirtute & opera euaſit: qui cum trecentis militibus eruptione facta hoſtes in ſe conuertit. Hannibal dux Poenorum, uicta claſſe, cui praefuerat, a militibus ſuis in crucē ſublatus eſt. Atilius Regulus conſul, uictis nauali proelio Poenis, in Africam traiecit. An.490. E An.491. An.492. An.494.

LIBRI. XIIX

AN.494. ATilius Regulus conſul in Africa ſerpentem portentoſae magnitudinis cum maxima
militum clade occidit. & cũ aliquot proelijs bene aduerſus Carthaginiẽſes pugnaſ-
ſet, ſucceſſorq. a ſenatu proſpere bellum gerenti non mitteretur, id ipſum per litteras ad ſe-
natum miſſas cõqueſtus eſt. in quibus inter cauſſas petendi ſucceſſoris erat, quod agellus
eius a mercenarijs deſertus eſſet. Quaerente deinde fortuna, ut magnum utriuſque caſus
exemplum in Regulo proderetur, accerſito a Carthaginienſibus Xãthippo Lacedaemonio
rum duce, uictus in proelio & captus eſt. Res deinde a ducibus Romanis omnibus terra ma
riq. proſpere geſtas deformauere naufragia claſſium. Ti. Coruncanius primus ex plebe
AN.498. pontifex maximus creatus eſt. P. Sempronius Sophus, M'. Valerius Maximus cenſores cũ G
ſenatum legerent, XIII ſenatu mouerunt. luſtrum condiderunt: quo cenſa ſunt ciuiũ capi
ta CCXCVII millia, DCCXCVII. Regulus miſſus a Carthaginienſibus ad ſenatum, ut de
pace, &, ſi eam nõ poſſet impetrare, de captiuis commutandis ageret, & iureiurando adſtri
ctus rediturum ſe Carthaginem, ſi commutari captiuos non placuiſſet, utrumque negandi
auctor ſenatui fuit: & cum, fide cuſtodita, reuerſus eſſet, ſupplicio a Carthaginienſibus de
co ſumpto perijt.

LIBRI. XIX

AN.499. CAecilius Metellus, rebus aduerſus Poenos proſpere geſtis, ſpecioſiſſimum egit trium
AN.501. phum, XIII ducibus hoſtium, & centum uiginti elephantis in eo ductis. Claudius
Pulcher conſul, qui contra auſpicia profectus iuſſit immergi pullos, qui cibari nolebant, in H
feliciter aduerſus Carthaginienſes claſſe pugnauit: & reuocatus a ſenatu, iuſſuſq. dictato-
rem dicere, Claudiũ Gliciam dixit, ſortis ultimae hominem; qui coactus abdicare ſe magi
ſtratu, poſtea ludos praetextatus ſpectauit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiã
exercitum duxit. Cum Poenis captiuorum commutatio facta eſt. Coloniae deductae ſunt
Fregellae, in agro Sallentino Brundiſium. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt
ciuium capita CCLI millia, CCXXII. Claudia ſoror P. Claudij, qui, contemptis auſpi-
cijs, male pugnauerat, reuertens a ludis, cum turba premeretur, dixit: Vtinam frater meus
uiueret, iterumq. claſſem duceret. ob eam cauſſam multa ei dicta eſt. Duo praetores tum
AN.508. primum creati ſunt. Caecilius Metellus, pontifex maximus, A. Poſtumium conſulem, quo
niam idem & flamen Martialis erat, cum ille ad bellum gerendum proficiſci uellet, in ur-
be tenuit, nec paſſus eſt a ſacris recedere. Rebus aduerſus Poenos a pluribus ducibus pro- I
ſpere geſtis, ſummam uictoriae C. Lutatius conſul, uicta ad Aegates inſulam claſſe Poeno
rum, finem bello impoſuit. Petentibus Carthaginienſibus pax data eſt. Cum templum
Veſtae arderet, Caecilius Metellus, pontifex maximus, ex incendio ſacra rapuit. Duae tri
bus adiectae ſunt, Velina, & Quirina. Faliſci cum rebellaſſent, ſexto die domiti in deditio-
nem uenerunt.

LIBRI. XX

SPoletum colonia deducta eſt. Aduerſus Ligures tunc primum exercitus promotus eſt.
Sardi & Corſi cũ rebellaſſent, ſubacti ſunt. Tuccia uirgo Veſtalis inceſti damnata eſt.
Bellũ Illyrijs propter unum ex legatis, qui ad eos miſſi erant, occiſum, indictũ eſt: ſubactiq.
in deditionẽ uenerunt. Praetorũ numerus ampliatus eſt, ut eſſent quattuor. Galli tranſalpi K
ni, qui in Italiã irruperant, caeſi ſunt. Eo bello populus Romanus ſociorũ Latiniq. nominis
ad trecenta millia armatorũ habuiſſe dicitur. Exercitibus Romanis tũ primum trans Padũ
AN.528. ductis, Galli Inſubres, aliquot proelijs fuſi, in deditionem uenerunt. M. Claudius Marcel-
lus conſul, occiſo Inſubrium Gallorum duce Virdumaro, opima ſpolia rettulit. Iſtri ſuba-
cti ſunt. Item Illyrij cum rebellaſſent, domiti in deditionem uenerunt. Luſtrum a cenſori-
bus conditum eſt: quo cenſa ſunt ciuium capita CCLXX millia CCXIII. Libertini in
AN.530. quattuor tribus redacti ſunt: cum antea diſperſi fuiſſent: Eſquilinam, Palatinam, Suburra
nam, Collinam. C. Flaminius Cenſor uiam Flaminiam muniuit: & circum Flaminium ex
ſtruxit. Coloniae deductae ſunt in agro de Gallis capto, Placentia, & Cremona.

A

EPITOME. LIBRI. XXI

In Italia belli Punici ſecundi acta narrantur: & Hannibalis Poenorum ducis contra foedus per Iberum amnem tranſitus: a quo Saguntum ſociorum populi R. ciuitas octauo menſe capta eſt. de quibus iniurijs miſſi legati ad Carthaginienſes, qui quererentur. & cum ſatisfacere nollent, bellum ijs
B *indictum eſt. Hannibal ſuperato Pyrenaeo ſaltu, per Gallias, fuſis Volſcis, qui obſiſtere ei conati erant, ad Alpes uenit; & laborioſo per eas tranſitu, cum montanos quoque Gallos obuios aliquot proelijs repuliſſet, deſcendit in Italiam, & ad Ticinum amnem Romanos equeſtri proelio fudit: in quo uulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani poſtea nomen accepit. iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuſo, Hannibal Apenninum per maximam militum uexationem propter uim tempeſtatum tranſijt. Cn. Cornelius Scipio in Hiſpania contra Poenos proſpere pugnauit, duce hoſtium Magone capto.*

LIBER. XXI

In parte operis mei licet mihi praefari, quod in principio ſummae totius profeſſi plerique ſunt rerum ſcriptores, bellum maxime memorabile omnium, quae umquam geſta ſint, me ſcripturũ, quod Hannibale duce Carthaginienſes cum populo R. geſſere. nam neque ualidiores opibus ullae inter ſe ciuitates genteſq. con-
C tulerunt arma: neque his ipſis tantum umquam uirium aut roboris fuit: & haud ignotas belli artes inter ſe, ſed expertas primo Punico conſerebant bello. & adeo uaria belli fortuna, ancepſque Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui uicere. odijs etiam prope maioribus certarunt, quam uiribus; Romanis indignantibus, quod uictoribus uicti ultro inferrent arma; Poenis, quod ſuperbe auareq. crederent imperitatum uictis eſſe. Fama etiam eſt, Hannibalem annorum ferme nouem pueriliter blandientem patri Hamilcari, ut duceretur in Hiſpaniã, cum, perfecto Africo bello, exercitum eo traiecturus ſacrificaret, altaribus admotum, tactis ſacris iureiurando adactum, ſe, cum primum poſſet, hoſtem fore populo R. Angebant ingentis ſpiritus uirum Sicilia Sardiniaq. amiſſae. nam & Siciliam nimis celeri rerum deſperatione conceſſam, & Sardiniam inter motum Africae fraude Romanorum, ſtipẽdio
D etiã ſuperimpoſito, interceptam. His anxius curis ita ſe Africo bello, quod fuit ſub recentem Romanam pacem, per quinque annos; ita deinde nouem annis in Hiſpania augendo Punico imperio geſſit, ut appareret omnibus, maius eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum; &, ſi diutius uixiſſet, Hamilcare duce Poenos arma Italiae illaturos fuiſſe, quae Hannibalis ductu intulerũt. Mors Hamilcaris peropportuna, & pueritia Hannibalis, diſtulerunt bellum. Medius Haſdrubal inter patrem & filium octo ferme annos imperium obtinuit, flore aetatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus: gener inde ob altam indolem animi profecto adſcitus & quia gener erat, factionis Barcinae opibus, quae apud milites plebemq. plus quam modicae erant, haud ſane uoluntate principum, imperio potitus. is plura conſilio, quam ui, gerens, hoſpitijs regulorum magis, conciliandiſq. per amicitiam principum nouis gentibus, quam bello aut armis, rem Carthaginienſem auxit. ce-
E terum nihilo ei pax tutior fuit. barbarus eum quidam palam, ob iram interfecti ab eo domini, obtruncauit: comprehenſuſq. a circumſtantibus haud alio, quam ſi euaſiſſet, uultu, tormentis quoque cum lacerararetur, eo fuit habitu oris, ut, ſuperante laetitia dolores, ridẽtis etiam ſpeciem praebuerit. Cum hoc Haſdrubale, quia mirae artis in ſollicitandis gentibus, imperioq. iungendis ſuo fuerat, foedus renouauerat populus R. ut finis utriuſque imperij eſſet amnis Iberus, Saguntiniſq. medijs inter imperia duorum populorum libertas ſeruaretur. In Haſdrubalis locum haud dubia res fuit, quin praerogatiuam militarem, qua extemplo iuuenis Hannibal in praetorium delatus, imperatorq. ingenti omnium clamore atque aſſenſu appellatus erat, fauor etiam plebis ſequeretur. Hunc uix dum puberem Haſdrubal litteris ad ſe accerſierat: actaq. res in ſenatu etiam fuerat; Barcinis nitẽtibus,

ut

ut aſſueſceret militiae Hannibal, atque in paternas ſuccederet opes. Hanno alterius factio F
nis princeps, Et aequùm poſtulare uidetur, inquit, Haſdrubal; & ego tamen non cenſeo,
quod petit, tribuendum. Cum, admiratione tam ancipitis ſententiae, in ſe omnes con-
uertiſſet; Florem aetatis, inquit, Haſdrubal, quem ipſe patri Hannibalis fruendum prae-
buit, iuſto iure eum a filio repeti cenſet. nos tamen minime decet iuuentutem noſtram
pro militari rudimento aſſueſacere libidini imperatorum. An hoc timemus, ne Hamilca-
ris filius nimis ſero imperia immodica, & regni paterni ſpeciem uideat? & cuius regis ge-
nero hereditarij ſint relicti exercitus noſtri, eius filio parum mature ſeruiamus? Ego,
iſtum iuuenem domi tenendum, ſub legibus, ſub magiſtratibus docendum uiuere aequo
iure cum ceteris, cenſeo; ne quandoque paruus hic ignis incendium ingens exſuſcitet.
Pauci, ac ferme optimus quiſque, Hannoni aſſentiebantur: ſed, ut plerumque fit, maior
pars meliorem uicit. Miſſus Hannibal in Hiſpaniam, primo ſtatim aduentu omnem exer- G
citum in ſe conuertit. Hamilcarem uiuentem redditum ſibi, ueteres milites credere, eun-
dem uigorem in uultu, uimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri. deinde
breui effecit, ut pater in ſe minimum momentum ad fauorem conciliandum eſſet. Num-
quam ingenium idem ad res diuerſiſſimas, parendum atque imperandum, habilius fuit.
itaque haud facile diſcerneres, utrum imperatori, an exercitui carior eſſet: neque Haſdru
bal alium quemquam praeficere malle, ubi quid fortiter ac ſtrenue agendum eſſet: neque
milites alio duce plus confidere, aut audere. plurimum audaciae ad pericula capeſſenda,
plurimum conſilij inter ipſa pericula erat. nullo labore aut corpus fatigari, aut animus
uinci poterat. caloris ac frigoris patientia par: cibi potioniſque deſiderio naturali non
uoluptate modus finitus. uigiliarum ſomnique nec die nec nocte diſcriminata tempora.
id quod gerendis rebus ſupereſſet, quieti datum. ea neque molli ſtrato, neque ſilentio H
accerſita. multi ſaepe militari ſagulo opertum, humi iacentem inter cuſtodias ſtationesq.
militum conſpexerunt. ueſtitus nihil inter aequales excellens: arma atque equi conſpicie
bantur. equitum peditumque idem longe primus erat. princeps proelium inibat, ultimus
conſecto proelio excedebat. Has tantas uiri uirtutes, ingentia uitia aequabant: inhuma-
na crudelitas, perfidia plus, quam Punica, nihil ueri, nihil ſancti, nullus deum metus, nul-
lum iuſiurandum, nulla religio. Cum hac indole uirtutum ac uitiorum triennio ſub Haſ-
drubale imperatore meruit: nulla re, quae agenda audendaque magno futuro duci eſſet,
praetermiſſa. Ceterum ex quo die dux declaratus, uelut Italia ei prouincia decreta,
bellumque Romanum mandatum eſſet, nihil prolatandum ratus, ne ſe quoque, ut patrem
Hamilcarem, deinde Haſdrubalem, cunctantem caſus aliquis opprimeret: Saguntinis in-
ferre bellum ſtatuit. quibus oppugnandis quia haud dubie Romana arma mouebantur, I
in Olcadum fines prius (ultra Iberum ea gens in parte magis, quam in ditione Carthagi-
nienſium erat) induxit exercitum, ut non petiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie finitimis do-
mitis gentibus, iungendiſque, tractus ad id bellum uideri poſſet. Althiam, urbem
opulentam, caput gentis eius, expugnat, diripitque. quo metu perculſae maiores ciuita-
tes, ſtipendio impoſito imperium accepere. uictor exercitus opulentuſque praeda Car-
thaginem Nouam in hiberna eſt deductus. Ibi large partiendo praedam, ſtipendia prae-
terita cum fide exſoluendo, cunctis ciuium, ſociorumque animis in ſe firmatis, uere primo
in Vaccaeos promotum bellum. Helmandica & Arbocala Vaccaeorum urbes ui captae.
Arbocala & uirtute & multitudine opidanorum diu defenſa. Ab Helmandica profugi,
exſulibus Olcadum, priore aeſtate domitae gentis, cum ſe iunxiſſent, concitant Carpeta-
nos: adortique Hannibalem regreſſum ex Vaccaeis, haud procul Tago flumine agmē gra- K
ue praeda turbauere. Hannibal proelio abſtinuit; caſtriſque ſuper ripam poſitis, cum pri-
ma quies ſilentiumque ab hoſtibus fuit, agmen uado tranſiecit: ualloque ita producto, ut
locum ad tranſgrediendum hoſtes haberent, inuadere eos tranſeuntes ſtatuit. equitibus
praecepit, ut, cum ingreſſos aquam uiderent, adorirentur. peditum agmen, in ripa, ele-
phantos ad quadraginta diſpoſuit. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vaccaeo
rumque centum millia fuere, inuicta acies, ſi aequo dimicaretur campo. Itaque & inge-
nio feroces, & multitudine freti, & quod metu ceſſiſſe credebant hoſtem: id morari ui-
ctoriam rati, quod intereſſet amnis; clamore ſublato, paſſim ſine ullius imperio, qua cui-
que proximum eſt, in amnem ruunt. Et ex parte altera ripae uis ingens equitum in flumen
immiſſa:

A immiſſa: medioque alueo haudquaquam pari certamine concurſum: quippe ubi pedes inſtabilis, ac uix uado fidens, uel ab inermi equite equo temere acto peruerti poſſet: eques corpore armiſq. liber, equo uel per medios gurgites ſtabili, comminus eminuſq. rem gereret. Pars magna flumine abſumpta. quidam uorticoſo amni delati in hoſtes ab elephantis obtriti ſunt. poſtremi, quibus regreſſus in ſuam ripam tutior fuit, ex uaria trepidatione cum in unum colligerentur, prius quam tanto ex pauore reciperent animos: Hannibal agmine quadrato amnem ingreſſus, fugam ex ripa fecit: uaſtatiſq. agris, intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit. Et iam omnia trans Iberum, praeter Saguntinos, Carthanienſium erant. cum Saguntinis bellum nondum erat. ceterum iam belli cauſſa certamina cum finitimis ſerebantur, maxime Turdetanis. quibus cum adeſſet idem, qui litis erat ſator: nec certamen iuris, ſed uim, quaeri appareret: legati a Saguntinis Ro-

B mam miſſi, auxilium ad bellum iam haud dubie imminens orantes. Conſules tunc Romae erant, P. Cornelius Scipio, & Ti. Sempronius Longus. qui cum legatis in ſenatum introductis, de rep. retuliſſent, placuiſſetque mitti legatos in Hiſpaniam ad res ſociorum inſpiciendas, quibus ſi uideretur digna cauſſa, & Hannibali denunciarent, ut ab Sagũtinis, ſocijs populi Romani, abſtineret, & Carthaginem in Africam traijcerent, ac ſociorum populi Romani querimonias deferrent: hac legatione decreta, necdum miſſa, omnium ſpe celerius Saguntum oppugnari allatum eſt. tunc delata ex integro res ad ſenatum. Alij prouincias conſulibus Hiſpaniam, atque Africam decernentes terra mariq. rem gerendam cenſebant. Alij totum in Hiſpaniam Hannibalemq. intendebant bellum. erant, qui non temere mouendam rem tantam, exſpectandoſq. ex Hiſpania legatos cenſerent. Haec ſententia, quae tutiſſima uidebatur, uicit. legatiq. eo maturius miſſi P. Valerius Flaccus & Q. Baebius

C Tamphilus Saguntum ad Hannibalem: atque inde Carthaginem, ſi non abſiſteretur bello, ad ducem ipſum in poenam foederis rupti depoſcendum. Dum ea Romani parant, conſultantque, iam Saguntum ſumma ui oppugnabatur. Ciuitas ea longe opulentiſsima ultra Iberum fuit ſita paſſus mille ferme a mari. oriundi a Zacyntho inſula dicuntur: miſtiq. etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis, ceterum in tantas breui creuerant opes, ſeu maritimis, ſeu terreſtribus fructibus, ſeu multitudinis incremento, ſeu ſanctitate diſciplinae, qua fidem ſocialem uſque ad perniciem ſuam coluerunt. Hannibal infeſto exercitu ingreſſus fines, peruaſtatis paſſim agris, urbem tripartito aggreditur. Angulus muri erat in planiorem patentioremque, quam cetera, circa uallem uergens: aduerſus eum uineas agere inſtituit, per quas aries moenibus admoueri poſſet. Sed ut locus procul muro ſatis aequus agendis uineis fuit: ita haudquaquam proſpere, poſtquam ad effectum operis

D uentum eſt, coeptis ſuccedebat. & turris ingens imminebat: & murus, ut in ſuſpecto loco, ſupra ceterae modum altitudinis emunitus erat: & iuuentus delecta, ubi plurimum periculi ac laboris oſtendebatur, ibi ui maiore obſiſtebat. ac primo miſsilibus ſummouere hoſtem: nec quidquam ſatis tutum munientibus pati. deinde iam non pro moenibus modo, atque turri tela micare, ſed ad erumpẽdum etiam in ſtationes operaq. hoſtium animus erat, quibus tumultuarijs certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant, quam Poeni. Vt uero Hannibal ipſe, dum murum incautius ſubit, aduerſum femur tragula grauiter ictus cecidit: tanta circa fuga atque trepidatio fuit, ut non multum abeſſet, quin opera ac uineae desererentur. Obſidio deinde per paucos dies magis, quam oppugnatio, fuit, dum uulnus ducis curaretur. per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab apparatu operum ac munitionum nihil ceſſatum. itaque acrius deintegro obortum eſt bellum; pluri-

E buſq. partibus, uix accipientibus quibuſdam opera locis, uineae coeptae agi, admouerique aries. Abundabat multitudine hominum Poenus. ad centum enim & quinquaginta millia habuiſſe in armis creditur. Opidani ad omnia tuenda, atque obeunda multimoda arte diſtineri coepti ſunt: & non ſufficiebant. iam enim feriebantur arietibus muri: quaſſatae quoque multae partes erant. una continentibus ruinis nudauerat urbem. tres deinceps turres, quantumq. inter eas muri erat, cum fragore ingenti prociderant: captumque opidum ea ruina crediderant Poeni, qua, uelut ſi pariter utroſque murus texiſſet, ita utrimque in pugnam procurſum eſt. Nihil tumultuariae pugnae ſimile erat, quales in oppugnationibus urbiũ, per occaſionem partis alterius, conſeri ſolent: ſed iuſtae acies, uelut patenti campo, inter ruinas muri tectaq. urbis modico diſtantia interuallo conſtiterant. Hinc ſpes,

hinc

hinc deſperatio animos irritat: Poeno cepiſſe iam ſe urbem, ſi paullulum adnitatur, credẽ F
te; Saguntinis pro nudata moenibus patria corpora opponentibus: nec ullo pedem refe-
rente, ne relicto a ſe loco hoſtem immitteret. Itaque quo acrius & confertim magis utrim
que pugnabatur, eo plures uulnerabantur: nullo inter arma corporaq. uano intercidente
telo. Falarica erat Saguntinis, miſſile telum, haſtili oblongo, & cetera tereti, praeterquam
ad extremum, unde ferrum exſtabat. id, ſicut in pilo, quadratum, ſtuppa circum ligabant,
linebantq. pice; ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transfigere
corpus poſſet. ſed id maxime, etiam ſi haeſiſſet in ſcuto, nec penetraſſet in corpus, pauorem
faciebat: quod cum medium accenſum mitteretur, conceptumq. ipſo motu multo ma-
iorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumq. militem ad inſequentes ictus praebe-
bat. Cum ergo diu anceps fuiſſet certamen, & Saguntinis, quia praeter ſpem reſiſterent,
creuiſſent animi: Poenus, quia non uiciſſet, pro uicto eſſet: clamorem repente opidani G
tollunt, hoſtemq. in ruinas muri expellunt: inde impeditum trepidantemq. exturbant: po
ſtremo fuſum fugatumq. in caſtra redigunt. Interim, ab Roma legatos ueniſſe, nunciatum
eſt, quibus obuiam ad mare miſſi ab Hannibale, qui dicerent, nec tuto eos adituros inter
tot tam efferatarum gentium arma: nec Hannibali in tanto diſcrimine rerum operae eſſe
legationes audire. Apparebat, non admiſſos, protinus Carthaginem ituros. litteras igitur
nunciosq. ad principes factionis Barchinae praemittit, ut praepararent ſuorum animos, ne
quid pars altera gratificari pro Romanis poſſet. Itaque praeterquam quod admiſſi auditi
que non ſunt, ea quoque uana, atque irrita legatio fuit. Hanno unus, aduerſo ſenatu, cauſ-
ſam foederis rupti, magno ſilentio, propter auctoritatem ſuam, cum aſſenſu audientium
egit. Per deos foederum arbitros ac teſtes monuiſſe, praedixiſſe ſe, ne Hamilcaris proge-
niem ad exercitum mitterent. non manes, non ſtirpem eius conquieſcere uiri: nec um- H
quam, donec ſanguinis nominiſq. Barchini quiſquam ſuperſit, quietura Romana foedera.
Iuuenem flagrantem cupidine regni, uiamq. unam ad id cernentem, ſi ex bellis bella ſeren-
do, ſuccinctus armis legionibuſq. uiuat, uelut materiam igni praebentes, ad exercitus mi-
ſiſtis. aluiſtis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum ueſtri circumſident exer-
citus, unde arcentur foedere: mox Carthaginem circumſidebunt Romanae legiones, duci
bus iiſdem diis, per quos priore bello rupta foedera ſunt ulti. Vtrum hoſtem, an uos, an
fortunam utriuſque populi ignoratis? Legatos ab ſociis, & pro ſociis uenientes bonus im
perator ueſter in caſtra non admiſit, ius gentium ſuſtulit. hi tamen, unde ne hoſtium qui-
dem legati arcentur, pulſi ad uos ueniunt, res ex foedere repetunt: publica fraus abſit: au
ctorem culpae, & reum criminis depoſcunt. quo lenius agunt, ſegnius incipiunt: eo, cum
coeperint, uereor, ne perſeuerantius saeuiant. Aegates inſulam, Erycemq. ante oculos pro I
ponite, quae terra mariq. per quattuor & uiginti annos paſſi ſitis. Nec puer hic dux erat,
ſed pater ipſe Hamilcar, Mars alter, ut iſti uolunt. ſed tunc Tarento & Italia non abſtinue
ramus ex foedere: ſicut nunc Sagunto non abſtinemus. uicerunt ergo dii homineſque:
& id, de quo uerbis ambigebatur, uter populus foedus rupiſſet: euetus belli, uelut aequus
iudex, unde ius ſtabat, ei uictoriam dedit. Carthagini nunc Hannibal uineas turreſq. admo
uit: Carthaginis moenia quatit ariete. Sagunti ruinae (falſus utinam uates ſim) noſtris ca
pitibus incident: ſuſceptumq. cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis eſt. De
demus ergo Hannibalem? dicet aliquis. ſcio meam leuem eſſe in eo auctoritatem, propter
paternas inimicitias. ſed & Hamilcarem eo periiſſe laetatus ſum, quod, ſi ille uiueret, bel-
lum iam cum Romanis haberemus: & hunc iuuenem, tamquam furiam facemq. huius bel-
li, odi ac deteſtor. nec dedendum ſolum ad piaculum rupti foederis: ſed, ſi nemo depo- K
ſcat, deuehendum in ultimas maris terrarumq. oras, ablegandumq. eo, unde nec ad nos
nomen famaq. eius accedere, nec ſollicitare quietae ciuitatis ſtatum poſſit. Ego autem ita
cenſeo, legatos extemplo Romam mittendos, qui ſenatui ſatisfaciant: alios qui Hanniba
li nuncient, ut exercitum ab Sagunto abducat: ipſumq. Hannibalem ex foedere Romanis
dedant. tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno. Cum Hanno peroraſ-
ſet, nemini omnium certare oratione cum eo neceſſe fuit. adeo prope omnis ſenatus Han
nibalis erat, infeſtiusq. locutum arguebat Hannonem, quam Flaccum Valerium, legatum
Romanum. Reſponſum inde legatis Romanis eſt, bellum ortum ab Saguntinis, nõ ab Han-
nibale eſſe, populum Romanum iniuſte facere, ſi Saguntinos uetuſtiſſimae Carthaginien-
ſium

A ſium ſocietati praeponat. Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Hannibal,
quia feſſum militem proelijs operibuſq. habebat, paucorum ijs dierum quietem dedit, ſta-
tionibus ad cuſtodiam uinearum aliorumque operum diſpoſitis. interim animos eorum
nunc ira in hoſtes ſtimulando, nunc ſpe praemiorum accendit. ut uero pro concione prae
dam captae urbis edixit militum fore, adeo accenſi omnes ſunt, ut ſi extemplo ſignum da-
tum eſſet, nulla ui reſiſti uideretur poſſe. Saguntini, ut a proelijs quietem habuerant, nec la
ceſſentes, nec laceſsiti per aliquot dies: ita non nocte, non die umquam ceſſauerant ab ope
re, ut nouum murum ab ea parte, qua patefactum opidum ruinis erat, reficerent. Inde
oppugnatio eos aliquanto atrocior, quam ante, adorta eſt: nec, qua primum aut potiſsi-
mum parte ferrent opem, cum omnia uarijs clamoribus ſtreperét, ſatis ſcire poterant. Ipſe
Hannibal, qua turris mobilis, omnia munimenta urbis ſuperans altitudine, agebatur, hor-
B tator aderat. quae cum admota catapultis baliſtiſq. per omnia tabulata diſpoſitis, muros
defenſoribus nudaſſet, tum Hannibal occaſionem ratus, quingentos ferme Afros cum do-
labris ad ſubruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus, quod caementa non
calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructurae antiquae genere. itaque ante quam caedere
tur, ruebat: perq. patentia ruinis, agmina armatorum in urbem uadebant, locum quoque
editum capiunt: collatiſq. eo catapultis baliſtiſque, ut caſtellum in ipſa urbe, uelut arcem
imminentem, haberent, muro circumdant. & Saguntini murum interiorem ab nondum ca
pta urbis parte ducunt. Vtrimque ſumma ui & muniunt, & pugnant. ſed interiora tuendo,
minorem in dies urbem Saguntini faciunt. ſimul creſcit inopia omnium longa obſidione,
& minuitur exſpectatio externae opis, cum tam procul Romani, unica ſpes, circa omnia ho
ſtium eſſent. paulliſper tamen affectos animos recreauit repétina profectio Hannibalis in
C Oretanos Carpentanoſque. qui duo populi delectus acerbitate conſternati, retentis con-
quiſitoribus, metum defectionis cum praebuiſſent: oppreſſi celeritate Hannibalis, omiſe-
runt mota arma. Nec Sagunti oppugnatio ſegnior erat, Maharbale Himilconis filio,
quem praefecerat Hannibal, ita impigre rem agente, ut, ducem abeſſe, nec ciues, nec hoſtes
ſentirent. Is & proelia aliquot ſecunda fecit, & tribus arietibus aliquantum muri diſcuſſit:
ſtrataq. omnia recentibus ruinis aduenienti Hannibali oſtendit. itaque ad ipſam arcem ex
templo ductus exercitus, atroxq. proelium cum multorum utrimque caede initum, & pars
arcis capta eſt. Tentata deinde per duos exigua pacis ſpes, Alconem Saguntinum, & Alor-
cum Hiſpanum. Alco inſcijs Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, cum ad Hanni-
balem noctu tranſiſſet, poſtquam nihil lacrymae mouebant, condicioneſq. triſtes, ut ab ira
to uictore, ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hoſtem manſit, moriturum affir-
D mans, qui ſub condicionibus his de pace ageret. Poſtulabatur autem, redderent res Tur
detanis: traditoq. omni auro atque argento, egreſſi urbe cum ſingulis ueſtimentis, ibi habi
tarent, ubi Poenus iuſſiſſet. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos,
Alorcus, uinci animos, ubi alia uincantur, affirmans, ſe pacis eius interpretem fore pollice
tur. Erat autem tum miles Hannibalis: ceterum publice Saguntinis amicus, atque hoſpes.
Tradito palam telo cuſtodibus hoſtium, tranſgreſſus munimenta, ad praetorem Sagunti-
num (& ipſe ita iubebat) eſt deductus. Quo cum extemplo concurſus omnis generis ho-
minum eſſet factus: ſummota cetera multitudine, ſenatus Alorco datus eſt, cuius talis
oratio fuit. Si ciuis ueſter Alco, ſicuti ad pacem petendam ad Hannibalem uenit, ita pacis
condiciones ab Hannibale ad uos retuliſſet. ſuperuacaneum hoc mihi fuiſſet iter, quo nec
orator Hannibalis, nec transfuga ad uos ueniſſem. cum uero ille aut ueſtra, aut ſua culpa
E manſerit apud hoſtem: ſi metum ſimulauit, ſua; ueſtra, ſi periculum eſt apud uos uera refe-
rentibus: ego, ne ignoraretis eſſe aliquas & ſalutis & pacis uobis condiciones, pro uetu-
ſto hoſpitio, quod mihi uobiſcum eſt, ad uos ueni. Veſtra autem cauſſa me, nec ullius alte-
rius, loqui, quae loquor apud uos, uel ea fides ſit, quod neque dũ ueſtris uiribus reſtitiſtis,
neque dum auxilia ab Romanis ſperaſtis, pacis umquam apud uos mentionem feci. poſt-
quam nec ab Romanis uobis ulla ſpes eſt, nec ueſtra iam aut arma uos, aut moenia ſatis de-
fendunt, pacem affero ad uos magis neceſſariam, quam aequam. cuius ita aliqua ſpes eſt,
ſi eam quemadmodum, ut uictor, fert Hannibal ſic uos, ut uicti, audiatis: ſi non id quod a-
mittitur, in damno, cum omnia uictoris ſint; ſed quidquid relinquitur, pro munere habitu
ri eſtis. Vrbem uobis, quam ex magna iam parte dirutam, captam fere totam habet, adi-

mit;

mit: agros relinquit, locum aſſignaturus, in quo nouum opidum aedificetis: aurum ar- F
gentumq. omne, publicum priuatumque, ad ſe iubet deferri: coniugum ueſtraq. corpo-
ra, ac liberorum ueſtrorum ſeruat inuiolata, ſi inermes cum binis ueſtimentis uelitis a Sa-
gunto exire. Haec uictor hoſtis imperat. haec, quamquam ſint grauia, atque acerba, fortu
na ueſtra uobis ſuadet. Equidem haud deſpero, cum omnium poteſtas ei a uobis facta ſit,
aliquid ex his rebus remiſſurum. Sed haec patienda cenſeo potius, quam trucidari corpo-
ra ueſtra, rapi trahiq. ante ora ueſtra coniuges ac liberos belli iure ſinatis. Ad haec audien
da cum circumfuſa paullatim multitudine, permiſtum ſenatui eſſet populi concilium: re-
pente primores ſeceſſione facta, priuſquam reſponſum daretur, argentum aurumq. omne
ex publico priuatoq. in forum collatum, in ignem ad id raptim factum conijcientes, eo-
dem plerique ſemetipſos praecipitauerunt. Cum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem
peruaſiſſet, alius inſuper tumultus ex arce auditur. turris diu quaſſata prociderat: perque G
ruinam eius cohors Poenorum impetu facto, cum ſignum imperatori dediſſet, nudatam ſta
tionibus cuſtodijsq. ſolitis hoſtium eſſe urbem, non cunctandum in tali occaſione ratus
Hannibal, totis uiribus aggreſſus urbem, momento cepit: ſigno dato, ut omnes puberes in
terficerentur. quod imperium crudele, ceterum prope neceſſarium cognitum in ipſo euen
tu eſt. cui enim parci potuit ex ijs, qui aut incluſi cum coniugibus ac liberis, domos ſuper
ſeipſos concremauerunt; aut armati nullum ante finem pugnae, quam morientes, fecerũt?
Captum opidum eſt cum ingenti praeda. quamquam pleraque ab dominis de induſtria
corrupta erant, & in caedibus uix ullum diſcrimen aetatis ira fecerat, & captiui, militũ prae
da fuerant: tamen ex pretio rerum uenditarum aliquantum pecuniae redactum eſſe con-
ſtat, & multam pretioſam ſupellectilem ueſtemq. miſſam Carthaginem. Octauo menſe,
quam coeptum oppugnari, captum Saguntum, quidam ſcripſere: inde Carthaginem No- H
uam in hiberna Hannibalem conceſsiſſe: quincto deinde menſe, quam a Carthagine profe
ctus ſit, in Italiam perueniſſe. Quae ſi ita ſunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius, & Ti. Sem-
pronius conſules fuerint. ad quos & in principio oppugnationis legati Saguntini miſsi
ſint: & qui in ſuo magiſtratu cum Hannibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto
poſt ad Trebiam pugnauerint, aut omnia breuiora aliquanto fuere: aut Saguntum princi-
pio anni, quo P. Cornelius, & Ti. Sempronius conſules fuerunt, non coeptum oppugnari
eſt, ſed captum. nam exceſſiſſe pugna ad Trebiam in annum Cn. Seruilij & C. Flaminij
non poteſt. quia Flaminius Arimini conſulatum inijt, creatus ab Ti. Sempronio conſule
cui poſt pugnam ad Trebiam, ad creandos conſules Romam cum ueniſſet, comitijs perfe-
ctis ad exercitum in hiberna redijt. Sub idem fere tempus & legati qui redierant a Car-
thagine, Romam retulerunt omnia hoſtilia eſſe: & Sagunti excidium nunciatum eſt: tan- I
tusq. ſimul maeror patres, miſericordiaq. ſociorum peremptorum indigne, & pudor non
lati auxilij, & ira in Carthaginienſes, metuſq. de ſumma rerum cepit, uelut ſi iam ad por-
tas hoſtis eſſet: ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis, quam con-
ſultarent. Nam neque hoſtem acriorem bellicoſioremq. ſecum congreſſum: nec rem Ro-
manam tam deſidem umquam fuiſſe, atque imbellem. Sardos Corſoſq. & Iſtros, atque Il-
lyrios laceſsiſſe magis, quam exercuiſſe Romana arma: & cum Gallis tumultuatum ma-
gis, quam belligeratum. Poenum, hoſtem ueteranum, XIIX. annorum militia duriſsima
inter Hiſpanas gentes ſemper uictorem, primum Hamilcare, deinde Haſdrubale, nũc Han
nibale duce acerrimo aſſuetum, recentem ab excidio opulentiſſimae urbis, Iberum trãſire:
trahere ſecum tot excitos Hiſpanorum populos: conciturum auidas ſemper armorum
Gallicas gentes: cum orbe terrarum bellum gerendum in Italia, ac pro moenibus Roma- K
nis eſſe. Nominatae iam ante conſulibus prouinciae erant. tum ſortiri iuſſi. Cornelio Hi
ſpania, Sempronio Africa cum Sicilia euenit. Sex in eum annum decretae legiones, & ſo-
ciorum quãtum ipſis uideretur, & claſſis quanta parari poſſet. quattuor & uiginti peditum
Romanorum millia ſunt ſcripta, mille & octingenti equites: ſociorum XLIV. pedi-
tum, & IV equitum. naues CCXX quinqueremes, celoces uiginti deductae. Latum
inde ad populum, uellent, iuberent, populo Carthaginienſi bellum indici. eiuſq. belli
cauſſa ſupplicatio per urbem habita, atque adorati dij, ut bene ac feliciter eueniret, quod
bellum populus R. iuſsiſſet. Inter conſules ita copiae diuiſae. Sempronio datae legiones
duae: ea quaterna millia erant peditum, & trecenti equites: ſociorum ſexdecim millia pe

ditum,

A ditum, equites mille octingenti, naues longae CLX, celoces duodecim. Cum his terreſtribus maritimiſq. copijs Ti. Sempronius miſſus in Siciliam, ita in Africam tranſmiſſurus, ſi ad arcendum Italia Poenum conſul alter ſatis eſſet. Cornelio minus copiarum datum; quia L. Manlius praetor & ipſe cum haud inualido praeſidio in Galliam mittebatur. Nauium maxime Cornelio numerus deminutus. ſexaginta quinqueremes datae: (neque enim mari uenturum, aut ea parte dimicaturum hoſtē credebant) & duae Romanae legiones cum ſuo iuſto equitatu, & quattuordecim millibus ſociorum peditum, equitibus mille ducentis. Duas legiones Romanas, & quattuordecim millia ſociorum peditum, mille equites ſocios, ſexcentos Romanos, Gallia prouincia eodem anno uerſa in Punicum bellum habuit. His ita comparatis, ut omnia iuſta ante bellum fierent, legatos maiores natu, Q. Fabium, M. Liuium, L. Aemilium, C. Licinium, Q. Baebium, in Africam mittunt ad per- B cunctandos Carthaginienſes, publicone conſilio Hannibal Saguntum oppugnaſſet: & ſi, id quod facturi uidebantur, faterentur, ac defenderent publico conſilio factum, ut indicerent populo Carthaginienſi bellum. Romani poſtquam Carthaginem uenerunt, cum ſenatus datus eſſet, & Q. Fabius nihil ultra, quam unum, quod mandatum erat, percunctatus eſſet: tum ex Carthaginienſibus unus princeps: Vana Romani, inquit, & prior legatio fuit, cum Hannibalem, tamquam ſuo conſilio Saguntum oppugnantem, depoſcebatis. ceterum haec legatio uerbis adhuc lenior eſt, re aſperior. tunc enim Hannibal & inſimulabatur, & depoſcebatur. nunc a nobis & confeſſio culpae exprimitur: &, ut a confeſſis, res extemplo repetuntur. Ego autem non, priuato publicone conſilio Saguntum oppugnatum ſit, quaerendum cenſeo: ſed utrum iure, an iniuria. noſtra enim haec quaeſtio, atque animaduerſio in ciuem noſtrum eſt: noſtro, an ſuo fecerit arbitrio. uobiſcū una diſceptatio eſt, C liceritne per foedus fieri. Itaque quoniam diſcerni placet, quid publico conſilio, quid ſua ſponte imperatores faciant: nobis uobiſcum foedus eſt a Lutatio conſule ictum: in quo cauetur utrorumque ſocijs. nihil de Saguntinis (necdum enim erant ſocij ueſtri) cautum eſt. At enim eo foedere, quod cum Haſdrubale ictum eſt, Saguntini excipiuntur. aduerſus quod nihil ego dicturus ſum, niſi quod a uobis didici. uos enim quod C. Lutatius conſul primo nobiſcum foedus icit: quia neque auctoritate patrum, nec populi iuſſu ictum erat: negaſtis uos eo teneri. itaque aliud de integro foedus publico conſilio ictum eſt. Si uos non tenent ueſtra foedera, niſi aut ex auctoritate, aut iuſſu ueſtro icta: ne nos quidem Haſdrubalis foedus, quod nobis inſcijs icit, obligare potuit. Proinde omittite Sagunti atque Iberi mentionem facere: & quod diu parturit animus ueſter, aliquando pariat. Tum Romanus ſinu ex toga facto, Hic, inquit, uobis bellum & pacem portamus: utrum placet, D ſumite. Sub hanc uocem haud minus ferociter, daret utrum uellet, ſucclamatum eſt. & cum is iterum ſinu effuſo bellum dare dixiſſet, accipere ſe omnes reſponderunt: &, quibus acciperent animis, iiſdem ſe geſturos. Haec directa percunctatio ac denunciatio belli magis ex dignitate populi R. uiſa eſt, quam de foederum iure uerbis diſceptare, cum ante, tum maxime Sagunto exciſa. nam ſi uerborum diſceptationis res eſſet, quod foedus Haſdrubalis cum Lutatij priore foedere commutatum eſt, comparandum non erat: cū in Lutatij foedere diſerte additum eſſet, ita id ratum fore, ſi populus cenſuiſſet: in Haſdrubalis foedere nec exceptum tale quidquam fuerit, & tot annorum ſilentio ita uiuo eo comprobatum ſit foedus, ut ne mortuo quidem auctore quidquam mutaretur. quamquam & ſi priore foedere ſtaretur, ſatis cautum erat Saguntinis, ſocijs utrorumque exceptis. nam neque additum erat ijs, qui tunc eſſent: nec, ne qui poſtea aſſumerentur. & cum aſſumere E nouos liceret ſocios, quis aequum cenſeret, aut ob nulla quemquam merita in amicitiā recipi; aut receptos in fidem, non defendi? tantum, ne Carthaginienſium ſocij aut ſollicitarentur ad defectionem, aut ſua ſponte deſciſcentes reciperentur. Legati Romani ab Carthagine, ſicut his Romae imperatum erat, in Hiſpaniam, ut adirent ciuitates, ut in ſocietatem pellicerent, aut auerterent a Poenis, traiecerunt. Ad Barguſios primum uenerunt: a quibus benigne excepti, quia taedebat imperij Punici, multos trans Iberum populos ad cupidinem nouae fortunae erexerunt. Ad Volcianos inde eſt uentum: quorum celebre per Hiſpaniam reſponſum, ceteros populos a ſocietate Romana auertit. ita enim maximus natu ex ijs in concilio reſpondit: Quae uerecundia eſt uos Romani poſtulare, uti ueſtram Carthaginienſium praeponamus amicitiae, cum, qui id fecerunt, Saguntinos, crudelius,

quam Poenus hoſtis perdidit, uos ſocij prodideritis? Ibi quaeratis ſocios, cenſeo, ubi Sa- F
guntina clades ignota eſt. Hiſpanis populis ſicut lugubre, ita inſigne documentũ Sagunti
ruinae erunt, ne quis fidei Romanae, aut ſocietati confidat. Inde extemplo abire finibus
Volcianorum iuſſi, ab nullo deinde concilio Hiſpaniae benigniora uerba tulere. itaque ne
quidquam peragrata Hiſpania in Galliam tranſeunt. In his noua terribiliſq. ſpecies uiſa
eſt, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium uenerunt. Cum, uerbis extollentes
uirtutem gloriamq. populi R. ac magnitudinem imperij, petiſſent, ne Poeno bellum Italiae
inferenti, per agros urbeſq. ſuas tranſitum darent: tantus cum fremitu riſus dicitur ortus,
ut uix a magiſtratibus maioribuſq. natu iuuentus ſedaretur. adeo ſtolida impudenſq. po-
ſtulatio uiſa eſt, cenſere, ne in Italiam tranſmittant Galli bellum, ipſos id auertere in ſe, a- G
groſq. ſuos pro alienis populandos obijcere. Sedato tandem fremitu, reſponſum legatis
eſt, neque Romanorum in ſe meritum eſſe, neque Carthagirienſium iniuriam, ob quae
aut pro Romanis, aut aduerſus Poenos ſumant arma. contra ea, audire ſeſe, gentis ſuae ho
mines agris finibuſq. Italiae pelli a populo R. ſtipendiumq. pendere, & cetera indigna pa-
ti. Eadem ferme in ceteris Galliae concilijs dicta, auditaque. nec hoſpitale quidquam, pa-
catumue ſatis prius auditum, quam Maſsiliam uenerunt. ibi omnia ab ſocijs inquiſita cum
cura ac fide, cognita: praeoccupatos iam ab Hannibale Gallorum animos eſſe. ſed ne illi
quidem ipſi ſatis mitem gentem fore, (adeo ferocia, atque indomita ingenia eſſe) niſi ſub-
inde auro, cuius auidiſsima gens eſt, principum animi concilientur. Ita peragratis Hiſpa-
niae & Galliae populis, legati Romam redeunt, haud ita multo poſt, quam conſules in pro
uincias profecti erant. ciuitatem omnem in exſpectationem belli erectam inuenerunt: ſa- H
tis conſtante fama, iam Iberum Poenos tranſiſſe. Hannibal, Sagunto capto, Carthaginem
Nouam in hiberna conceſſerat. ibiq. auditis, quae Romae, quaeq. Carthagine acta decreta
que forent, ſeq. non ducem ſolum, ſed etiam cauſam eſſe belli, partitis diuenditiſq. reli-
quijs praedae, nihil ultra differendum ratus, Hiſpani generis milites conuocat: Credo ego
uos, inquit, ſocij, & ipſos cernere, pacatis omnibus Hiſpaniae populis, aut finiendam no-
bis militiam, exercituſq. dimittendos eſſe, aut in alias terras transferendum bellum. ita
enim hae gentes non pacis ſolum, ſed etiam uictoriae bonis florebunt, ſi ex alijs gentibus
praedam & gloriam quaeremus. itaque cum longinqua ab domo inſtet militia, incertũq.
ſit, quando domus ueſtras, & quae cuique ibi cara ſint, uiſuri ſitis: ſiquis ueſtrum ſuos inui
ſere uult, commeatum do. primo uere, edico, adſitis: ut, dijs bene iuuantibus, bellum in-
gentis gloriae praedaeq. futurum incipiamus. Omnibus fere uiſendi domos oblata ultro
poteſtas, grata erat, & iam deſiderantibus ſuos, & longius in futurum prouidentibus deſi-
derium. Per totum tempus hiemis quies inter labores aut iam exhauſtos, aut mox exhau- I
riendos, renouauit corpora animoſq. ad omnia deintegro patienda. uere primo ad edi-
ctum conuenere. Hannibal, cum recenſuiſſet omnium auxilia gentium, Gades profectus
Herculi uota exſoluit: nouiſq. ſe obligat uotis, ſi cetera proſpere eueniſſent. Inde par-
tiens curas ſimul inferendi, atque arcendi belli, ne, dum ipſe terreſtri per Hiſpaniam Gal-
liaſq. itinere Italiam peteret, nuda apertaq. Romanis Africa ab Sicilia eſſet, ualido praeſi-
dio eam firmare ſtatuit. pro eo ſupplementum ipſe ex Africa, maxime iaculatorum le-
uium, armis petijt: ut Afri in Hiſpania, Hiſpani in Africa, melior procul ab domo futu-
rus uterque miles, uelut mutuis pignoribus obligati ſtipendia facerent. Tredecim millia
octingentos quinquaginta pedites cetratos miſit in Africam, & funditores baleares octin
gentos ſeptuaginta, equites miſtos ex multis gentibus mille ducentos. has copias partim
Carthagini praeſidio eſſe, partim diſtribui per Africam iubet. ſimul conquiſitoribus in ci- K
uitates miſſis, quattuor millia conſcripta delectae iuuẽtutis, praeſidium eoſdem & obſides
duci Carthaginem iubet. Neque Hiſpaniam negligendam ratus, atque ideo haud mi-
nus, quod haud ignarus erat, circuitam ab Romanis eam legatis ad ſollicitandos princi-
pum animos, Haſdrubali fratri, uiro impigro, eam prouinciam deſtinat: firmatq. eam Afri
cis maxime praeſidijs, peditum Afrorum undecim millibus octingentis quinquaginta, Li-
guribus, trecentis, Balearibus quingẽtis. ad haec peditum auxilia additi equites Libyphoe
nices, miſtum Punicum Afris genus, trecenti, & Numidae, Mauriq. accolae Oceani ad mil
le octingentos, & parua Ilergetum manus, ex Hiſpania ducenti equites: &, ne quod ter-
reſtris deeſſet auxilij genus, elephanti quattuordecim. claſſis praeterea data ad tuendam
maritimam

A maritimam oram: quia qua parte belli uicerant, ea tum quoque rem geſturos Romanos, credi poterat: quinquaginta quinqueremes, quadriremes duae, triremes quinque: ſed aptae inſtructaeq. remigio triginta & duae quinqueremes erāt, & triremes quinque. Ab Gadibus Carthaginem ad hiberna exercitus redijt: atque inde profectus praeter Etouiſſam urbem ad Iberum, maritimamq. oram ducit. Ibi, fama eſt, in quiete uiſum ab eo iuuenem diuina ſpecie, qui ſe ab Ioue diceret ducem in Italiam Hannibali miſſum: proinde ſequeretur; neque uſquam a ſe deflecteret oculos. pauidum primo, nuſquam circumſpicientem, aut reſpicientem, ſecutum: deinde cura humani ingenij, cum quidnam id eſſet, quod reſpicere uetitus eſſet, agitaret animo, temperare oculis nequiuiſſe. tum uidiſſe poſt ſe ſerpentem mira magnitudine cum ingenti arborum ac uirgultorum ſtrage ferri: ac poſt inſequi cum fragore caeli nimbum. tum, quae moles ea, quidue prodigij eſſet, quaerentem, audiſſe, uaſtitatem Italiae eſſe: pergeret porro ire, nec ultra inquireret, ſineretq. fata in occulto eſſe. Hoc uiſu laetus, tripartito Iberum copias traiecit, praemiſſis, qui Gallorum animos, qua traducendus exercitus erat, donis conciliarent, alpiumq. tranſitus ſpecularentur. nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit. Ilergetes inde, Barguſioſque, & Auſetanos, & Lacetaniam, quae ſubiecta Pyrenaeis montibus eſt, ſubegit: oraeq. huic omni praefecit Hannonem, ut fauces, quae Hiſpanias Gallijs iungunt, in poteſtate eſſent. Decem millia peditum Hannoni ad praeſidium obtinendae regionis data, & mille equites. Poſtquam per Pyrenaeum ſaltum traduci exercitus coeptus eſt, rumorq. per barbaros manauit certior de bello Romano: tria millia inde Carpetanorum peditum iter auerterunt. conſtabat, non tam bello motos, quam longinquitate uiae, inſuperabiliq. Alpium tranſitu. Hannibal, quia reuocare, aut ui retinere eos, anceps erat, ne ceterorum etiam feroces animi irritarentur, ſupra ſeptem millia hominum domos remiſit, quos & ipſos grauari militia ſenſerat, Carpetanos quoque ab ſe dimiſſos ſimulans. inde, ne mora atque otium animos ſollicitarent, cum reliquis copijs Pyrenaeum tranſgreditur: & ad opidum Illiberim caſtra locat. Galli, quamquam Italiae bellum inferri audiebant: tamen quia ui ſubactos trans Pyrenaeum Hiſpanos fama erat, praeſidiaq. ualida impoſita, metu ſeruitutis ad arma conſternati, Ruſcinonem aliquot populi conueniunt. quod ubi Hannibali nunciatum eſt, moram magis, quam bellum, metuens, oratores ad regulos eorum miſit, colloqui ſemetipſum uelle cum his: & uel illi propius Illiberim accederent, uel ſe Ruſcinonem proceſſurum, ut ex propinquo congreſſus facilior eſſet. nam & accepturum eos in caſtra ſua ſe laetum, nec cunctanter ipſum ad eos uenturum. hoſpitem enim ſe Galliae, non hoſtem aduenisse: nec ſtricturum ante gladium, ſi per Gallos liceat, quam in Italiam ueniſſet. Et per nuncios quidem haec. Vt

D uero reguli Gallorum caſtris ad Illiberim extemplo motis, haud grauate ad Poenum uenerunt, capti donis, cum bona pace exercitum per fines ſuos praeter Ruſcinonem opidum tranſmiſerunt. In Italiam interim nihil ultra, quam Iberum tranſiſſe Hannibalem, a Maſſilienſium legatis Romam perlatum erat: cum perinde ac ſi alpes iam tranſiſſet, Boij ſollicitatis Inſubribus defecerunt: nec tam ob ueteres in populum R. iras, quam quod nuper circa Padum, Placentiam, Cremonamq. colonias in agrum Gallicum deductas aegre patiebantur. Itaque armis repente arreptis, in eum ipſum agrum impetu facto, tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agreſtis modo multitudo, ſed ipſi triumuiri Romani, qui ad agrum uenerant aſſignandum, diffiſi Placentiae moenibus, Mutinam confugerint, C. Lutatius, C. Seruilius, T. Annius. Lutatij nomen haud dubium eſt. pro C. Seruilio, & T. Annio, Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam annales: alij P. Cor-

E nelium Aſinam, & C. Papirium Maſonem. Id quoque dubium eſt, legati ad Boios ad expoſtulandum miſſi, uiolati ſint: an in triumuiros agrum metantes impetus ſit factus. Mutinae cum obſiderentur, & gens ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, ſegnis intactis aſſideret muris, ſimulari coeptum de pace agi: euocatiq. ab Gallorum principibus legati ad colloquium, non contra ius modo gentium, ſed uiolata etiam, quae data in id tempus erat, fide, comprehenduntur, negantibus Gallis, niſi obſides ſibi redderentur, eos ſe dimiſſuros. Cum haec de legatis nunciata eſſent, & Mutina praeſidiumq. in periculo eſſet, L. Manlius, praetor, ira accenſus effuſum agmen ad Mutinam ducit. Siluae tunc circam uiam erant, pleriſque locis incultis. ibi

R inexplo-

Inexplorato profectus, in inſidias praecipitatus, multaq. cum caede ſuorum aegre in aper- F
tos campos emerſit. ibi caſtra communita: &, quia Gallis ad tentanda ea defuit ſpes, refe-
cti ſunt militum animi, quamquam acciſas res ſatis conſtabat. Iter deinde de integro coe-
ptum: necdum per patentia loca ducebatur agmen, cum apparuit hoſtis. ubi rurſus ſiluae
intratae, tum poſtremos adorti, cum magna trepidatione ac pauore omnium, octingentos
milites occiderunt: ſex ſigna ademere. Finis inde & Gallis territandi, & pauendi Roma-
nis fuit, ut ex ſaltu inuio, atque impedito euaſere. inde apertis locis facile tutantes agmen
Romani, Tanetum uicum propinquum Pado contendere. ibi ſe munimento ad tempus,
commeatibusq. fluminis, & Brixianorum Gallorum auxilio aduerſus creſcentem in dies
multitudinem hoſtium tutabantur. Qui tumultus repens poſtquam eſt Romam perla-
tus, & Punicum inſuper Gallico bello auctum patres acceperunt: C. Atilium praetorem
cum una legione Romana, & quinque millibus ſociorum delectu nouo a conſule con- G
ſcriptis, auxilium ferre Manlio iubent. qui ſine ullo certamine (abſceſſerant enim me-
tu hoſtes) Tanetum peruenit. Et P. Cornelius, in locum eius, quae miſſa cum praeto-
re fuerat, tranſcripta legione noua, profectus ab urbe ſexaginta longis nauibus praeter
oram Etruriae Ligurumque, & inde Salyum, mox peruenit Maſſiliam: & ad proximum
oſtium Rhodani (pluribus enim diuiſus amnis in mare decurrit) caſtra locat, uixdum
ſatis credens Hannibalem ſuperaſſe Pyrenaeos montes. quem ut de Rhodani quoque trã-
ſitu agitare animaduertit, incertus, quonam ei loco occurreret, necdum ſatis refectis ab
iactatione maritima militibus, trecentos interim delectos equites, ducibus Maſſilienſi-
bus, & auxiliaribus Gallis, ad exploranda omnia, uiſendoſq. ex tuto hoſtes praemittit:
Hannibal, ceteris metu aut pretio pacatis, iam in Volcarum peruenerat agrum, gentis ua-
lidae. colunt autem circa utramque ripam Rhodani: ſed diffiſi citeriore agro arceri Poe- H
num poſſe, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme ſuis trans Rhodanum tra-
iectis, ulteriorem ripam amnis obtinebant. Ceteros accolas fluminis Hannibal, & eos
ipſos, quorum ſedes tenuerat, ſimul pellicit donis ad naues undique contrahendas, fabri-
candaſque: ſimul & ipſi tranſiici exercitum, leuariq. quamprimum regionem ſuam tanta
urgente hominum turba cupiebant. Itaque ingens coacta uis nauium eſt, lintriumq. te-
mere ad uicinalem uſum paratarum. nouasq. alias primum Galli inchoantes cauabant ex
ſingulis arboribus: deinde & ipſi milites ſimul copia materiae, ſimul facilitate operis indu-
cti, alueos informes, nihil, dummodo innare aquae, & capere onera poſſent, curantes, ra-
ptim faciebant, quibus ſe ſuaq. tranſueherent. Iamq. omnibus ſatis comparatis ad tranſii-
ciendum, terrebant ex aduerſo hoſtes, omnem ripam equis uiriſq. obtinentes. quos ut
auerteret, Hannonem, Bomilcaris filium, uigilia prima noctis cum parte copiarum, maxi- I
me Hiſpanis, aduerſo flumine ire iter unius diei iubet: & ubi primo poſſit, quam occultiſ-
ſime tranſiecto amni, circumducere agmen: ut, cum facto opus ſit, adoriatur ab tergo ho-
ſtem. ad id dati duces Galli educunt inde millia quinque & uiginti ferme ſupra paruae in-
ſulae circumfuſum amnem, latiorem ubi diuidebatur: eoq. minus alto alueo tranſitum
oſtendere. ibi raptim caeſa materia, rateſq. fabricatae: in quibus equi uirique, & alia one-
ra tranſiicerentur. Hiſpani ſine ulla mole, in utres ueſtimentis coniectis, ipſi cetris ſuppo-
ſitis incubantes flumen tranſnatauere. Et alius exercitus ratibus iunctis traiectus, caſtris
prope flumen poſitis, nocturno itinere atque operis labore feſſus, quiete unius diei refici-
tur, intento duce ad conſilium opportune exſequendum. Poſtero die profecti ex loco, pro
dito fumo, ſignificant ſe tranſiſſe, & haud procul abeſſe. quod ubi accepit Hannibal, ne tem
pori deeſſet, dat ſignum ad tranſiiciendum. Iam paratas aptataſq habebat pedes lintres. K
equites fere praeter equos nantes nauium agmen ad excipiendum aduerſi impetum flumi
nis parte ſuperiore tranſmittens, tranquillitatẽ infra tranſiicientibus lintribus praebebat.
equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur, praeter eos quos inſtratos frẽ
natosque, ut extemplo egreſſo in ripam equiti uſui eſſent, impoſuerant in naues. Galli oc
curſant in ripam cum uarijs ululatibus, cantuq. moris ſui, quatientes ſcuta ſuper capita, ui-
brantesq. dextris tela: quamquã & ex aduerſo terrebat tanta uis nauiũ cum ingenti ſono
fluminis, & clamore uario nautarum & militũ, qui nitebantur perrumpere impetum flumi-
nis, & qui ex altera ripa tranſiicientes ſuos hortabantur. Iam ſatis pauentes aduerſo tumul
tu, terribilior ab tergo adortus clamor, caſtris ab Hannone captis. mox & ipſe aderat, an-

cepsq.

A cepſq. terror circumſtabat: & e nauibus tanta uis armatorum in terram euadens, & a ter-
go improuiſa premebat acies. Galli, poſtquam uim facere conati, ultro pellebantur, qua
patere uiſum maxime iter, perrumpunt: trepidiq. in uicos paſſim ſuos diffugiunt. Hanni-
bal, ceteris copijs per otium tranſiectis, ſpernens iam Gallicos tumultus, caſtra locat. Ele-
phantorum tranſijciendorum uaria conſilia fuiſſe credo: certe uaria memoria eſt actae rei.
quidam congregatis ad ripam elephantis, tradunt ferociſſimum ex ijs irritatum a rectore
ſuo, cum refugientem eum in aquam natantem ſequeretur, traxiſſe gregem, ut quemque
timentem altitudinem deſtituerat uadum, impetu ipſo fluminis in alteram ripam rapiente.
Ceterum magis conſtat ratibus traiectos. id, ut tutius conſilium ante rem foret, ita acta
re, ad fidem pronius eſt. Ratem unam ducentos longam pedes, quinquaginta latam, a ter-
ra in amnem porrexerunt: quam, ne ſecunda aqua deferretur, pluribus retinaculis ualidis
B parte ſuperiore ripae religatam, pontis in modum, humo iniecta conſtrauerunt: ut belluae
audacter uelut per ſolum ingrederentur. altera ratis aeque lata, longa pedes centum, ad
traijciendum flumen apta, huic copulata eſt: & cum elephanti per ſtabilem ratem, tam-
quam uiam, praegredientibus feminis, acti, in minorem applicatam tranſgreſsi ſunt: ea
extemplo reſolutis, quibus leuiter annexa erat, uinculis, ab actuarijs aliquot nauibus ad
alteram ripam pertrahitur. ita primis expoſitis, alij deinde repetiti ac traiecti ſunt. nihil
ſane trepidabant, donec continenti uelut ponte agerentur. primis erat pauor, cum ſoluta
ab ceteris rate in altum raperentur. ibi urgentes inter ſe, cedentibus extremis ab aqua,
trepidationem aliquãtum edebant, donec quietem ipſe timor circumſpicientibus aquam
feciſſet. excidere etiam ſaeuientes quidam in flumen, ſed pondere ipſo ſtabiles, deiectis re
ctoribus, quaerendis pedetentim uadis in terram euaſere. Dum elephanti traijciuntur,
C interim Hannibal Numidas equites quingentos ad caſtra Romana miſerat ſpeculatũ, ubi,
& quantae copiae eſſent, & quid pararent. huic alae equitum, miſsi, ut ante dictum eſt, ab
oſtio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt. proelium atrocius, quam pro nu-
mero pugnantium, editur. nam praeter multa uulnera, caedes etiam prope par utrimque
fuit: fugaq. & pauor Numidarum Romanis iam admodum feſſis uictoriam dedit. uicto-
res ad centum ſexaginta, nec omnes Romani, ſed pars Gallorum: uicti amplius ducenti
ceciderunt. Hoc principium, ſimulq. omen belli, ut ſummae rerum proſperum euentum,
ita haud ſane incruentam, ancipitisq. certaminis uictoriam Romanis portendit. Re ita ge-
ſta, ad utrumque ducem ſui redierunt. Nec Scipioni ſtare ſententia poterat, niſi ut ex con-
ſilijs coeptiſq. hoſtis & ipſe conatus caperet: & Hannibalem incertum, utrum coeptum in
Italiam intenderet iter, an cum eo qui primus ſe obtuliſſet Romanus exercitus, manus con
D ſereret, auerterat a praeſenti certamine Boiorum legatorum, reguliq. Matali aduentus:
qui ſe duces itinerum, ſocios periculi fore affirmantes, integro bello, nuſquam ante liba-
tis uiribus, Italiam aggrediendam cenſent. Multitudo timebat quidem hoſtes, nondum
oblitterata memoria ſuperioris belli: ſed magis iter immenſum alpeſque, rem fama utiq.
inexpertis horrendam, metuebat. Itaque Hannibal, poſtquam ipſi ſententia ſtetit pergere
ire, atque Italiam petere, aduocata concione, uarie militum uerſat animos, caſtigando ad-
hortandoque. Mirari ſe, quinam pectora ſemper impauida repens terror inuaſerit. per tot
annos uincentes eos ſtipendia facere: neque ante Hiſpania exceſſiſſe, quam omnes gen-
teſq. & terrae eae, quas duo diuerſa maria amplectantur, Carthaginienſium eſſent. indigna
tos deinde, quod quicumque Saguntum obſediſſent, uelut ob noxam ſibi dedi poſtularet
populus R. Iberum traieciſſe ad delẽdum nomen Romanorum, liberandumq. orbem ter-
E rarum. tum nemini uiſum id longum, cum ab occaſu ſolis ad ortum intenderẽt iter. nunc,
poſtquam multo maiorem partem itineris emenſam cernant, Pyrenaeum ſaltum inter fe-
rociſsimas gentes ſuperatum: Rhodanum, tantum amnem, tot millibus Gallorum prohi-
bentibus, domita etiam ipſius fluminis ui, traiectum: in conſpectu alpes habeant, qua-
rum alterum latus Italia ſit: in ipſis portis hoſtium fatigatos ſubſiſtere, quid aliud alpes
eſſe credentes, quam montium altitudines? fingerent altiores Pyrenaeis iugis: nullas pro
fecto terras caelum contingere, nec inexſuperabiles humano generi eſſe. Alpes quidem
habitari, coli, gignere atque alere animantes, peruias paucis eſſe, exercitibus inuias?
eos ipſos, quos cernant, legatos non pennis ſublime elatos alpes tranſgreſſos: ne ma-
iores quidem eorũ indigenas, ſed aduenas Italiae cultores, has ipſas alpes ingẽtibus ſaepe

agminibus cum liberis ac coniugibus, migrantium modo, tuto tranſiſſe. Militi quidem ar- F
mato, nihil ſecum praeter inſtrumenta belli portanti, quid inuium aut inexſuperabile eſſe?
Saguntum ut caperetur, quid per octo menſes periculi, quid laboris exhauſtum eſſe; Ro-
mam, orbis terrarum caput, petentibus, quidquam adeo aſperum, atque arduum uideri,
quod inceptum moretur? cepiſſe quondam Gallos ea, quae adiri poſſe Poenus deſperet.
proinde aut cederent animo, atque uirtute gēti per eos dies toties ab ſe uictae, aut itineris
finem ſperent campum interiacentem Tiberi ac moenibus Romanis. His adhortationi-
bus incitatos corpora curare, atque ad iter ſe parare iubet. Poſtero die profectus aduer-
ſa ripa Rhodani, mediterranea Galliae petit: non quia rectior ad alpes uia eſſet, ſed quan-
tum a mari receſſiſſet, minus obuiam fore Romanum credens: cum quo, prius quam in Ita-
liam uentum foret, non erat in animo manus conſerere. Quartis caſtris ad inſulam perue-
nit: ibi Arar Rhodanuſq. amnis diuerſis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum am- G
plexi confluunt in unum. medijs campis Inſulae nomen inditum. accolunt prope Allobro
ges, gens iam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum diſcors erat. regni
certamine ambigebant fratres. maior, & qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore
a fratre & coetu iuniorum, qui iure minus, ui plus poterat, pellebatur. Huius ſeditionis
peropportuna diſceptatio cum ad Hannibalē reiecta eſſet, arbiter regni factus, quod erat
ſenatus principumq. ſententia futurum, imperium maiori reſtituit. ob id meritum, com-
meatu copiaq. rerum omnium & ueſtimentis eſt adiutus, quae infames frigoribus alpes
praeparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, cum iam alpes peteret, non re-
cta regione iter inſtituit, ſed ad laeuam in Tricaſtinos flexit: inde per extremam oram Vo-
contiorum agri tetendit in Tricorios: haud uſquam impedita uia, prius quam ad Druen-
tiam flumen peruenit. Is & ipſe Alpinus amnis longe omnium Galliae fluminum difficilli H
mus tranſitu eſt. nam cum aquae uim uehat ingentem, non tamen nauium patiens eſt:
quia nullis coercitus ripis, pluribus ſimul, neque ijſdem alueis fluens, noua ſemper uada
nouoſq. gurgites faciens, (& ob eadem pediti quoque incerta uia eſt) ad haec ſaxa glo-
meroſa uoluens, nihil ſtabilis nec tuti ingredienti praebet. & tum forte imbribus auctus,
ingentem tranſgredientibus tumultum fecit, cum, ſuper cetera, trepidatione ipſi ſua, at-
que incertis clamoribus turbarentur. P. Cornelius conſul, triduo fere poſtquam Hanni-
bal ab ripa Rhodani mouit, quadrato agmine ad caſtra hoſtium uenerat, nullam dimican-
di moram facturus. ceterum ubi deſerta munimenta, nec facile ſe tantum progreſſos aſ-
ſecuturum uidet, ad mare ad naues redijt, tutius faciliuſq. ita deſcendenti ab alpibus Han-
nibali occurſurus. Ne tamen nuda auxilijs Romanis Hiſpania eſſet, quam prouinciam
ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum aduerſus Haſdrubalem I
miſit: non ad tutandos tantummodo ueteres ſocios, conciliandoſq. nouos, ſed etiam ad
pellendum Hiſpania Haſdrubalem. ipſe cum admodum exiguis copijs Genuam repetit,
eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defenſurus. Hannibal ab Druentia campeſtri ma
xime itinere cum bona pace ad alpes incolentium ea loca Gallorum peruenit. Tum quam-
quam fama prius, qua quidem incerta in maius uero ferri ſolent, percepta res erat: tamen
ex propinquo uiſa montium altitudo, niueſq. caelo prope immiſtae, tecta informia impoſi
ta rupibus, pecora iumentaq. torrida frigore, homines intonſi & inculti, animalia inani-
maq. omnia rigentia gelu, cetera uiſu, quam dictu, foediora, terrorem renouauere. Eri-
gentibus in primos agmen cliuos apparuerunt imminentes tumulos inſidentes montani.
qui, ſi ualles occultiores inſediſſent, coorti in pugnam repente, ingentem fugam ſtragem
que dediſſent. Hannibal conſiſtere ſigna iubet: Galliſq. ad uiſenda loca praemiſſis, poſt- K
quam comperit tranſitum ea non eſſe, caſtra inter confragoſa omnia praeruptaque, quam
extentiſſima poteſt ualle, locat. Tum per eoſdem Gallos, haud ſane multum lingua mori-
buſq. abhorrentes, cum ſe immiſcuiſſent colloquijs montanorum, edoctus, interdiu tantū
obſideri ſaltum, nocte in ſua quemque dilabi tecta: luce prima ſubijt tumulos, ut ex aperto
atque interdiu uiam per anguſtias facturus. die deinde, ſimulando aliud, quam quod pa-
rabatur, conſumpto, cum eodem, quo conſtiterat, loco caſtra communiſſet: ubi pri-
mum degreſſos tumulis montanos, laxataſque ſenſit cuſtodias, pluribus ignibus, quam
pro numero, manentium in ſpeciem factis, impedimentiſq. cum equite relictis, & maxi-
ma parte peditum, ipſe cū expeditis, acerrimo quoque uiro, raptim anguſtias euadit: ijſq.

ipſis

A ipſis tumulis, quos hoſtes tenuerant, conſedit. Prima deinde luce caſtra mota, & agmen reliquum incedere coepit. Iam mõtani ſigno dato ex caſtellis ad ſtationem ſolitam conueniebant: cum repente conſpiciunt alios arce occupata ſua ſuper capita imminentes, alios uia tranſire hoſtes. utraque ſimul obiecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit: deinde ut trepidationem in anguſtijs, ſuoq. ipſo tumultu Hannibalis miſceri agmẽ uidere, equis maxime conſternatis, quidquid adiecißent ipſi terroris, ſatis ad perniciem fore rati, peruerſis rupibus iuxta inuia ac deuia aſſueti diſcurrunt. Tum uero ſimul ab hoſtibus, ſimul ab iniquitate locorum Poeni oppugnabantur: pluſq. inter ipſos, ſibi cuique tendenti, ut periculo prius euaderet, quam cum hoſtibus, certaminis erat. equi maxime infeſtum agmen faciebant. qui & clamoribus diſſonis, quos nemora etiam repercuſſaeq. ualles augebant, territi trepidabant: & icti forte aut uulnerati adeo conſternati ſunt, ut ſtra-

B gem ingentem ſimul hominum ac ſarcinarum omnis generis facerent, multoſque turba, cum praecipites deruptaeq; utrimque anguſtiae eſſent, in immenſum altitudinis deiecit: quidam & armati in ruinas maximas, modo iumenta cum oneribus deuoluebantur. Quae quamquam foeda uiſu erant, ſtetit parumper tamen Hannibal, ac ſuos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret, deinde poſtquam interrumpi agmen uidit, periculũq. eſſe, ne exſutum impedimentis exercitum nequidquam incolumem traduxiſſet, decurrit ex ſuperiore loco: & cum impetu ipſo fudiſſet hoſtem, ſuis tumultum auxit. ſed is tumultus momento temporis, poſtquam liberata itinera fuga montanorum erant, ſedatur: nec per otium modo, ſed prope ſilentio mox omnes traducti. caſtellũ inde, quod caput eius regionis erat, uicoſque circumiectos capit, & captiuorum pecoribus per triduum exercitum aluit. & quia nec montanis primo perculſis, nec loco magnopere impediebantur,

C aliquantum eo triduo uiae confecit. Peruentum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. ibi non bello aperto, ſed ſuis artibus, fraude, deinde inſidijs eſt prope circumuentus. Magno natu principes caſtellorum oratores ad Poenum ueniunt: alienis malis, utili exemplo, doctos, memorantes, amicitiam malle, quam uim experiri Poenorum: itaque obedienter imperata facturos, commeatum, itinerisq. duces, & ad fidem promiſſorum obſides acciperet. Hannibal nec temere credendo, nec aſpernando, ne repudiati aperte hoſtes fierent, benigne cum reſpondiſſet: obſidibus, quos dabant, acceptis, & commeatu, quem in uiam ipſi detulerant, uſus: nequaquam, ut inter pacatos, incompoſito agmine duces eorum ſequitur. Primum agmen elephanti & equites erant: ipſe poſt cum robore peditum circumſpectans ſollicitus omnia, incedebat. ubi in anguſtiorem uiam ex parte altera ſubiectam iugo inſuper imminenti uentum eſt, undi-

D que ex inſidijs barbari a fronte & a tergo coorti, comminus eminuſque petunt, ſaxa ingentia in agmen deuoluunt. maxima ab tergo uis hominum urgebat. in eos uerſa peditum acies, haud dubium fecit, quin, niſi firmata extrema agminis fuiſſent, ingens in ſaltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi, ac prope perniciem uentum eſt. nam, dum cunctatur Hannibal demittere in anguſtias agmen, quia non, ut ipſe equitibus praeſidio erat, ita peditibus quidquam ab tergo auxilij reliquerat: occurſantes per obliqua montani, perrupto medio agmine uiã inſedere. noxque una Hannibali ſine equitibus ac impedimentis acta eſt. Poſtero die, iam ſegnius intercurſantibus barbaris, iunctae copiae, ſaltuſque haud ſine clade, maiore tamen iumentorum, quam hominum pernicie, ſuperatus, inde montani pauciores iam, & latrocinij magis, quam belli, more concurſabant, modo in primum, modo in nouiſſimum agmen: ut cuique aut locus op-

E portunitatem daret, aut progreſſi, moratiue aliquam occaſionem feciſſent. Elephanti ſicut praecipites per artas uias magna mora agebantur: ita tutum ab hoſtibus, quacumq. incederent, quia inſuetis adeundi propius metus erat, agmen praebebant. Nono die in iugũ alpium peruentum eſt, per inuia pleraque, & errores, quos aut ducentium fraus, aut, ubi fides ijs non eſſet, temere initae ualles a coniectantibus iter, faciebant. Biduum in iugis ſtatiua habita: feſſiſq. labore ac pugnando quies data militibus: iumentaque aliquot, quae prolapſa in rupibus erant, ſequendo ueſtigia agminis, in caſtra peruenere. Feſſis taedio tot malorum, niuis etiam caſus, occidente iam ſidere Vergiliarum, ingentem terrorem adiecit. Per omnia niue oppleta cum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet, pigritiaque & deſperatio in omnium uultu emineret: praegreſſus ſigna Hannibal, in pro-

montorio quodam, unde longe ac late proſpectus erat, conſiſtere iuſſis militibus Italiam oſtentat, ſubiectoſq. alpinis montibus circumpadanos campos: moeniaq. eos tum tranſcendere non Italiae modo, ſed etiam urbis Romae: cetera plana, procliuia fore: uno, aut ad ſummum altero proelio arcem & caput Italiae in manu ac poteſtate habituros. Procedere inde agmen coepit: iam nihil ne hoſtibus quidem, praeter parua furta per occaſionem, tentantibus. ceterum iter multo, quam in adſcenſu fuerat, ut pleraque alpium ab Italia ſicut breuiora, ita arrectiora ſunt, difficilius fuit. omnis enim ferme uia praeceps, anguſta, lubrica erat, ut neque ſuſtinere ſe a lapſu poſſent: nec, ſi qui paullulum titubaſſent, haerere afflicti ueſtigio ſuo: alijq. ſuper alios, & iumenta & homines occiderent. Ventum deinde ad multo anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis, ut aegre expeditus miles tentabundus, manibuſq. retinens uirgulta ac ſtirpes circa eminentes, demittere ſeſe poſſet. F

Natura locus iam ante praeceps, recenti terrae lapſu impeditus, in miram modum altitudinem abruptus erat. G Ibi cum uelut ad finem uiae equites conſtitiſſent, miranti Hannibali, quae res moraretur agmen, nunciatur, rupem inuiam eſſe. digreſſus deinde ipſe ad locum uiſendum: haud dubia res uiſa, quin per inuia circa nec trita antea, quamuis longo ambitu, circumduceret agmen. Ea uero uia inſuperabilis fuit. nam cum ſuper ueterem niuem intactam nouae modicae altitudinis eſſet: molli, nec praealtae niui facile pedes ingredientium inſiſtebant. ut uero tot hominum iumentorumq. inceſſu dilapſa eſt, per nudam infra glaciem, fluentemq. labem liqueſcentis niuis ingrediebantur. taetra ibi luctatio erat ut a lubrica glacie non recipiente ueſtigium, & in prono citius pede ſe fallente: & ſeu manibus in aſſurgendo, ſeu genu ſe adiuuiſſent, ipſis adminiculis prolapſi iterum corruiſſent, nec ſtirpes circa, radiceſue, ad quas pede, aut manu quiſquam eniti poſſet, erant, H ita in leui tantum glacie tabidaque niue uolutabantur iumenta: necabantur interdum etiam, dum infimam ingredientia niuem, & prolapſa, iactandis grauius in continendo ungulis, penitus perfringebant: ut pleraque, uelut pedica capta, haererent indurata & alte concreta glacie. Tandem, nequidquam iumentis, atque hominibus fatigatis, caſtra in iugo poſita, aegerrime ad id ipſum loco purgato. tantum niuis fodiendum, atque egerendum fuit. inde ad rupem muniendam, per quam uia una eſſe poterat, milites ducti: cum caedendum eſſet ſaxum, arboribus circa immanibus deiectis detruncatiſque, ſtruem ingentem lignorum faciunt: eamque, cum & uis uenti apta faciendo igni coorta eſſet, ſuccendunt, ardentiaq. ſaxa infuſo aceto putrefaciunt. ita torridam incendio rupe ferro pandunt, molliuntq. anfractibus modicis cliuos, ut non iumenta ſolum, ſed elephanti etiam deduci poſſent. Quatriduum circa rupem conſumptum. iumenta prope fame abſumebantur. nuda enim fere cacumina ſunt: & ſi quid eſt pabuli, obruunt niues. inferiores ualles I apricos quoſdam colles habent, riuoſq. prope ſiluas, etiam humano cultu digniora loca. ibi iumenta in pabulum miſſa, & quies muniendo feſſis hominibus data triduo. inde ad planum deſcenſum eſt etiam locis mollioribus, & accolarum ingenijs. Hoc maxime modo peruentum eſt in Italiam, quincto menſe a Carthagine Noua, ut quidam auctores ſunt, quinctodecimo die alpibus ſuperatis. Quantae copiae trāſgreſſo in Italiam Hannibali fuerint, nequaquam inter auctores conſtat. qui plurimum, centum millia peditum, uiginti equitum fuiſſe ſcribunt. qui minimum, uiginti millia peditum, ſex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum ſe ab Hannibale ſcribit, maximus auctor, moueret me, niſi confunderet numerum, Gallis Liguribuſq. additis. cum his ſcribit octoginta millia peditum, decem equitum, adducta in Italiam: (magis affluxiſſe ueriſimile eſt, & ita quidam auctores ſunt) ex ipſo autem audiſſe Hannibale, poſtquam Rhodanum tranſierit, triginta ſex millia K hominum, ingentemq. numerum equorum, & aliorum iumentorum amiſiſſe, in Taurinos, quae Gallis proxima gens erat in Italia, degreſſo. Id cum inter omnes conſtet, eo magis miror, ambigi, quanam alpes tranſierit: & uulgo credere, Penino, atque inde nomen & iugo alpium inditum, tranſgreſſum. Coelius per Cremonis iugum dicit tranſiſſe. qui ambo ſaltus eum non in Taurinos, ſed per ſaltus montanos ad Lebuos Gallos deduxiſſent. Nec ueriſimile eſt, ea tum ad Galliam patuiſſe itinera: utique cum quae ad Peninum ferant, obſaepta gentibus ſemigermanis fuiſſent. neque hercule montibus his (ſi quem forte id mouit) ab tranſitu Poenorum ullo Veragri, incolae iugi eius, norunt nomen inditum: ſed ab eo, quem in ſummo ſacratum uertice Peninum montani appellant. Peropportune ad princi-

A pia rerum Taurinis, proximae genti, aduerſus Inſubres motum bellum erat. ſed armare
exercitum Hannibal, ut parti alteri auxilio eſſet, in reficiendo maxime ſentientem contra-
cta ante mala, non poterat. otiū enim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuuie tabeque,
ſqualida & prope efferata corpora uarie mouebant. Ea P. Cornelio conſuli cauſſa fuit, cum
Piſas nauibus ueniſſet, exercitu a Manlio Atilioq. accepto tirone, & in nouis ignominijs
trepido, ad Padum feſtinandi: ut cum hoſte nondum refecto manum confereret. ſed cum
Placentiam conſul uenit, iam ex ſtatiuis mouerat Hannibal: Taurinorumque unam urbem,
caput gentis eius, quia uolens in amicitiam non ueniebat, ui expugnarat: iunxiſſetque
ſibi, non metu ſolum, ſed etiam uoluntate, Gallos accolas Padi, ni eos, circumſpectan-
tes defectionis tempus, ſubito aduentus conſulis oppreſſiſſet. Et Hannibal mouit ex Tau
rinis, incertos quae pars ſequenda eſſet, Gallos praeſentim ſe ſecuturos ratus. Iam prope
B in conſpectu erant exercitus, conuenerantque duces, ſicut uterque inter ſe nondum ſatis
noti, ita iam imbutus uterque quadam admiratione alterius. nam Hannibalis & apud Ro-
manos, iam ante Sagunti excidium, celeberrimum nomen erat: & Scipionem Hannibal
eo ipſo, quod aduerſus ſe dux potiſſimum lectus eſſet, praeſtantem uirum credebat. & au-
xerant inter ſe opinionem: Scipio, quod relictus in Gallia, obuius fuerat in Italiam tranſ-
greſſo Hannibali: Hannibal, conatu tam audaci tranſijciendarū Alpium, & effectu. Occu-
pauit tamen Scipio Padum tranſijcere: & ad Ticinum amnē motis caſtris, prius quam edu-
ceret in aciem, adhortandorum militum cauſſa, talem orationem exorſus eſt: Si eū exerci-
tum milites educerem in aciem, quem in Gallia mecum habui, ſuperſediſſem loqui apud
uos. quid enim adhortari referret aut eos equites, qui equitatum hoſtium ad Rhodanum
flumen egregie uiciſſent; aut eas legiones, cum quibus fugientem hunc ipſum hoſtem ſe-
C cutus, confeſſionem cedentis ac detrectantis certamen pro uictoria habui? Nunc quia
ille exercitus Hiſpaniae prouinciae ſcriptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auſpicijs
rem gerit, ubi eum gerere ſenatus populuſque R. uoluit: ego, ut conſulem ducem aduer-
ſus Hannibalem ac Poenos haberetis, ipſe me huic uoluntario certamini obtuli. Nouo im
peratori apud nouos milites pauca uerba facienda ſunt. Ne genus belli, neue hoſtem
ignoretis: cum ijs eſt uobis milites pugnandum, quos terra marique priore bello uiciſtis:
a quibus ſtipendiū per uiginti annos exegiſtis: a quibus capta belli praemia Siciliā ac Sar-
diniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is uobis illiſque animus, qui uictoribus &
uictis eſſe ſolet. nec nunc illi, quia audent, ſed quia neceſſe eſt, pugnaturi ſunt: niſi credi-
tis, qui exercitu incolumi pugnam detrectauere, eos duabus partibus peditum equitumq.
in trāſitu Alpium amiſſis, qui plures paene perierint, quam ſuperſint, plus ſpei nactos eſſe.
D Atenim pauci quidem ſunt: ſed uigentes animis corporibuſque, quorum robora ac uires
uix ſuſtinere uis ulla poſſit. Effigies, immo umbrae hominum, fame, frigore, illuuie, ſqualo
re enecti: contuſi ac debilitati inter ſaxa rupeſque: ad haec, peruſti artus, niue rigētes ner-
ui, membra torrida gelu, quaſſata confractaque arma: claudi ac debiles equi. cum hoc
equite, cum hoc pedite pugnaturi eſtis: reliquias extremas hoſtium, non hoſtes, habebi-
tis. Ac nihil magis uereor, quam ne, antequam uos cum hoſte pugnaueritis, Alpes uiciſ-
ſe Hannibalem uideantur. Sed ita forſitan decuit, cum foederum ruptore duce ac populo
deos ipſos ſine ulla humana ope committere ac profligare bellum: nos autem, qui ſecun-
dum deos uiolati ſumus, commiſſum ac profligatum conficere. Non uereor, ne quis me
hoc, ueſtri adhortandi cauſſa, magnifice loqui exiſtimet; ipſum aliter animo affectum eſ-
ſe. Licuit mihi in Hiſpaniam prouinciam meam ire, quo iam profectus eram cum exerci-
E tu meo, ubi & fratrem conſilij participem, ac periculi ſocium haberem: & Haſdrubalem
potius quam Hannibalem hoſtem, & minorem haud dubie molem belli. tamen cum prae-
terueherer nauibus Galliae oram, ad famam huius hoſtis in terrā egreſſus, praemiſſo equi-
tatu, ad Rhodanum moui caſtra. equeſtri proelio, quā parte copiarum conſerendi manum
fortuna data eſt, hoſtem fudi. peditum agmen, quod in modum fugientium raptim age-
batur, quia aſſequi terra non poteram, regreſſus ad naues, quanta maxime celeritate po-
tui, tanto maris terrarumq. circuitu in radicibus alpium obuius fui. Huic timendo hoſti
utrum cum declinarem certamen, improuiſus uideor incidiſſe, an occurrere in ueſtigijs
eius, laceſſere ac trahere ad decernendum? Experiri iuuat, utrum alios certe repente Car-
thaginienſes per uiginti annos terra ediderit: an ijdem ſint, qui ad Aegates pugnauere

inſulam: & quos ab Eryce duodeuicenis denarijs aeſtimatos emiſiſtis. & utrum Hannibal F
hic ſit aemulus itinerũ Herculis, ut ipſe fert: an uectigalis ſtipẽdiariusq. & ſeruus populi R.
a patre relictus. quem niſi Saguntinum ſcelus agitaret, reſpiceret protecto, ſi non patriam
uictam, domum certe patremque, & foedera Hamilcaris ſcripta manu: qui, iuſſus a conſule
noſtro, praeſidium deduxit ab Eryce: qui graues impoſitas uictis Carthaginienſibus leges
fremens maerensq. accepit: qui decedere Sicilia, qui ſtipendium populo R. dare pactus
eſt. Itaque uos ego milites, non eo ſolum animo, quo aduerſus alios hoſtes ſoletis, pugna-
re uelim: ſed cum indignatione quadam, atque ira, uelut ſi ſeruos uideatis ueſtros arma re
pente contra uos ferentes. Licuit, ſi uoluiſſemus, ad Erycem clauſos, ultimo ſupplicio hu-
manorum, fame interficere. licuit claſſem uictricem in Africam trãſijcere, atque intra pau
cos dies ſine ullo certamine Carthaginem delere. Veniam dedimus precantibus: emiſi-
mus ex obſidione: pacem cum uictis fecimus: tutelae noſtrae deinde duximus, cum Afri- G
co bello urgerentur. Pro his impertitis, furioſum iuuenem ſequentes, oppugnatum pa-
triam noſtram ueniunt. Atque utinam pro decore nobis hoc tantum, & non pro ſalute eſ-
ſet certamen. Non de poſſeſſione Siciliae ac Sardiniae, de quibus quondam agebatur: ſed
pro Italia nobis eſt pugnandum. nec eſt alius ab tergo exercitus: qui, niſi nos uincimus,
hoſti obſiſtat: nec Alpes aliae ſunt, quas dum ſuperat, comparari noua poſſint praeſidia.
Hic eſt obſtandum milites, uelut ſi ante Romana moenia pugnemus. Vnuſquiſque ſe non
corpus ſuum ſolum, ſed coniugem ac liberos paruos armis protegere putet: nec domeſti-
cas ſolum agitet curas, ſed identidem hoc animo reputet, noſtras nunc intueri manus ſena
tum populumq. R. qualis noſtra uis uirtuſq. fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac
Romani imperij fore. Haec apud Romanos conſul. Hannibal rebus prius, quam uerbis,
adhortandos milites ratus, circumdato ad ſpectaculum exercitu, captiuos montanos uin- H
ctos in medio conſtituit: armiſq. Gallicis ante eorum pedes proiectis, interrogare inter-
pretem iuſſit, quis, ſi uinculis leuaretur, armaq. & equum uictor acciperet, decertare fer-
ro uellet? Cum ad unum omnes ferrum pugnamq. poſcerent, & deiecta eſſet in id ſors,
ſe quiſque eum optabat, quem fortuna in id certamen eligeret. Vt cuiuſque ſors excide-
rat, alacer inter gratulantes gaudio exſultans, cum ſui moris tripudijs arma raptim capie-
bat. ubi uero dimicarent, is habitus animorum non inter eiuſdem modo condicionis ho-
mines erat, ſed etiam inter ſpectantes uulgo, ut non uincentium magis, quam bene mo-
rientium, fortuna laudaretur. Dum ſic aliquot ſpectatis paribus affectos dimiſiſſet, con-
cione inde aduocata, ita apud eos locutus fertur. Si quem animum in alienae ſortis exem
plo paullo ante habuiſtis, eundem mox in aeſtimãda fortuna ueſtra habueritis, uicimus mi
lites. neque enim ſpectaculum modo illud, ſed quaedam ueluti imago ueſtrae condicionis I
erat. ac neſcio an maiora uincula maioreſq. neceſſitates uobis, quam captiuis ueſtris, for-
tuna circumdederit. dextra laeuaq. duo maria claudunt, nullam ne ad effugium quidem
nauem habentibus: circa Padus amnis, maior ac uiolentior Rhodano: a tergo Alpes ur-
gent uix integris uobis ac uigentibus tranſitae. Hic uobis uincendum, aut moriendum
milites eſt, ubi primũ hoſti occurriſtis: & eadem fortuna, quae neceſſitatem pugnandi im-
poſuit, praemia uobis ea uictoribus proponit, quibus ampliora homines ne a dijs qui-
dem immortalibus optare ſolent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam parentibus noſtris ere
ptas, noſtra uirtute recuperaturi eſſemus: ſatis tamen ampla pretia eſſent. quidquid Ro-
mani tot triumphis partum congeſtumq. poſſident, id omne noſtrum cum ipſis dominis
futurum eſt. in hanc tam opimam mercedem, agite, cum dijs bene iuuantibus arma ca-
pite. Satis adhuc in uaſtis Luſitaniae Celtiberiaeque montibus pecora conſectando, nul-
lum emolumentum tot laborum periculorumque ueſtrorum uidiſtis: tempus eſt iam opu- K
lenta uos ac ditia ſtipendia facere, & magna operaepretia mereri, tantum itineris per
tot montes, fluminaque, & tot armatas gentes emenſos. Hic uobis terminum laborum
fortuna dedit: hic dignam mercedem emeritis ſtipendijs dabit. nec quam magni nomi-
nis bellum eſt, tam difficilem exiſtimaueritis uictoriam fore. Saepe & contemptus hoſtis
cruentum certamen edidit: & inclyti populi regeſq. perleui momento uicti ſunt. Nam,
dempto hoc uno fulgore nominis Romani, quid eſt, quod illi uobis comparandi ſint? Vt
uiginti annorum militiam ueſtram cum illa uirtute, cum illa fortuna taceam, ab Herculis
columnis, ab Oceano, terminiſq. ultimis terrarum, per tot ferociſſimos Hiſpaniae & Gal-

A liae populos, uincētes huc perueniſtis: pugnabitis cum exercitu tirone, hac ipſa aeſtate cae
ſo, uicto, circumſeſſoq. a Gallis, ignoto adhuc duci ſuo, ignoranteq. ducem. An me in
praetorio patris, clariſſimi imperatoris, prope natum, certe educatum, domitorem Hiſpa-
niae Galliaeque, uictorem eundem non Alpinarum modo gētium, ſed ipſarum, quod mul-
to maius eſt, Alpium, cum ſemeſtri hoc conferam duce, deſertore exercitus ſui? cui ſi quis
demptis ſignis Poenos Romanoſq. hodie oſtēdat, ignoraturum certum habeo, utrius exer-
citus ſit conſul. Non ego illud parui aeſtimo milites, quod nemo ueſtrum eſt, cuius non an
te oculos ipſe ſaepe militare aliquod ediderim facinus, cuius non idem ego uirtutis ſpecta
tor ac teſtis, notata temporibus locisque referre ſua poſſim decora: collaudaſtis me mili-
tes, donaſtis. Alumnus prius omnium ueſtrum, quam imperator, procedam acie aduerſus
ignotos inter ſe, ignoranteſque. Quocumque circumtuli oculos, plena omnia uideo ani-
B morum, ac roboris, ueteranum peditem, generoſiſſimarum gentium equites frenatos &
infrenatos, uos ſocios fideliſſimos fortiſſimoſque, uos Carthaginienſes tum ob patriam,
tum ob iram iuſtiſſimam pugnaturos. Inferimus bellum, infeſtiſque ſignis deſcendimus
in Italiam, tanto audacius fortiuſque pugnaturi, quanto maior ſpes maiorque animus in
ferentis eſt uim, quam arcentis. Accendit praeterea animos & ſtimulat dolor, iniuria, in-
dignitas. Ad ſupplicium depōpoſcere me ducem primum, deinde uos omnes, qui Sagun-
tum oppugnaſſetis. deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere. Crudeliſſima ac ſuperbiſ-
ſima gens, ſua omnia, ſuiq. arbitrij facit: cum quibus bellum, cum quibus pacem habea-
mus, ſe modum imponere, aequum cenſet: circumſcribit includitq. nos terminis montiū
fluminumque, quos ne excedamus: neque eos, quos ſtatuit, terminos obſeruat. Ne tranſ-
ieris Iberum: ne quid rei tibi ſit cum Saguntinis: ad Iberum eſt Saguntum: nuſquam te
C ueſtigio moueris. Parum eſt, quod ueterrimas prouincias noſtras, Siciliam ac Sardiniam,
ademit, niſi adimat etiam Hiſpaniam: &, ſi inde ceſſero, in Africam tranſſcendet. tranſſcen
det autem dico? duos conſules huius anni, unum in Africam, alterum in Hiſpaniam miſe-
re. nihil uſquam nobis relictum eſt, niſi quod armis uindicauerimus. illis timidis & igna-
uis licet eſſe, qui receptum habent, quos ſuus ager, ſua terra per tuta ac pacata itinera fu-
gientes accipient: uobis neceſſe eſt fortibus uiris eſſe, & omnibus inter uictoriam mor-
temue certa deſperatione obrutis, aut uincere, aut, ſi fortuna dubitabit, in proelio potius,
quam in fuga, mortem oppetere. ſi hoc bene fixum omnibus, deſtinatumq. in animo eſt;
iterum dicam, uiciſtis. nullum incitamentum ad uincendum homini a dijs immortalibus
acrius datum eſt. His adhortationibus cum utrimque ad certamen accenſi militum animi
eſſent, Romani ponte Ticinum iungunt, tutandiq. pontis cauſſa, caſtellum ſuperimponūt.
D Poenus, opere occupatis hoſtibus, Maharbalem cum ala Numidarum, equitibus quingen-
tis, ad depopulandos ſociorum populi R. agros mittit: Gallis parci quammaxime iubet,
principumq. animos ſollicitare ad defectionē. Ponte perfecto, traductus Romanus exer
citus in agrum Inſubrium, quinque millia paſſuum a uico tumulis conſedit. ibi Hannibal
caſtra habebat: reuocatoq. propere Maharbale, atque equitibus, cum inſtare certamen
cerneret, nihil umquam ſatis dictum praemonitumq. ad cohortandos milites ratus, uoca-
tis ad concionem certa praemia pronunciat, in quorum ſpem pugnarent: agrum ſeſe datu
rum eſſe in Italia, Africa, Hiſpania, ubi quiſquis uelit, immunem ipſi qui accepiſſent, libe-
riſque: qui pecuniam, quam agrum, maluiſſet, ei ſe argento ſatisfacturum: qui ſociorum
Carthaginienſes ciues fieri uellent, poteſtatem facturum: qui domos redire mallent, da-
turū ſe operā, ne cuius ſuorū popularium immutatā ſecum fortunā eſſe uellent: ſeruis quo
E que dominos proſecutis libertatem promittit, binaq. pro his mancipia dominis ſe reddi-
turum. Eaq. ut rata ſcirent fore, agnum laeua manu, dextra ſilicem retinens, ſi falleret, Io-
uem ceteroſq. precatus deos, ita ſe mactarent, quemadmodum ipſe agnum mactaſſet; ſe-
cundum precationem caput pecudis ſaxo eliſit. Tum uero omnes, uelut dijs auctoribus
in ſpem ſuam quiſque acceptis, id morae, quod nondum pugnarent, ad potiēda ſperata ra
ti, proelium uno animo & uoce una poſcunt. Apud Romanos haudquaquam tanta alacri-
tas erat, ſuper cetera recentibus etiam territos prodigijs. nam & lupus intrauerat caſtra,
laniatiſq. obuijs, ipſe intactus euaſerat: & examen apum in arbore praetorio imminente
conſederat. Quibus procuratis, Scipio cum equitatu iaculatoribuſq. expeditis profectus
ad caſtra hoſtium, ex propinquo copias, quantae & cuius generis eſſent, ſpeculandas,

obuius

obuius fit Hannibali, & ipſi cum equitibus ad exploranda circa loca progreſſo. neutri alte- F
ros primo cernebant. denſior deinde inceſſu tot hominum equorumq. oriens puluis, ſi-
gnum propinquãtium hoſtium fuit. conſtitit utrimque agmen, & proelio ſeſe expediebãt.
Scipio iaculatores & Gallos equites in fronte locat; Romanos, ſociorumq. quod robo-
ris fuit, in ſubſidijs. Hannibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat.
Vixdum clamore ſublato, iaculatores fugere inter ſubſidia ad ſecundam aciem. inde equi-
tum certamen erat aliquandiu anceps. deinde quia turbabant equos pedites intermiſti,
multis labentibus ex equis, aut deſilientibus, ubi ſuos premi circumuentos uidiſſent, iam
magna ex parte anceps pugna erat: donec Numidae, qui in cornibus erant, circumuecti,
paullulum ab tergo ſe oſtendere. Is pauor perculit Romanos: auxitq. pauorem conſulis
uulnus, periculumq. intercurſu tum primum pubeſcentis filij propulſatum. Hic erat iuue-
nis, penes quem perfecti huiuſce belli laus eſt, Africanus ob egregiam uictoriam de Hanni G
bale & de Poenis appellatus. Fuga tamen effuſa iaculatorum maxime fuit, quos primos
Numidae inuaſerunt. Alius confertus equitatus conſulem in medium acceptum, non ar-
mis modo, ſed etiam corporibus ſuis protegens, in caſtra, nuſquam trepide neque effuſe
cedendo, reduxit. Seruati conſulis decus Coelius ad ſeruum natione Ligurem delegat.
Malim equidem de filio uerum eſſe, quod & plures tradidere auctores: [illegible] fama obti
nuit. Hoc primum cum Hannibale proelium fuit: quo facile apparuit, & equitatu meliorẽ
Poenum eſſe: & ob id campos patentes, quales ſunt inter Padum Alpeſque, bello geren-
do Romanis aptos non eſſe. Itaque proxima nocte iuſſis militibus uaſa ſilentio colligere,
caſtra ab Ticino motã: feſtinatumq. ad Padum eſt, ut ratibus, quibus iunxerat flumen, non
dum reſolutis, ſine tumultu, atque inſectatione hoſtis, copias trãſijceret. Prius Placentiam
peruenere, quam ſatis ſciret Hannibal ab Ticino profectos: tamen aliquot moratorum in H
citeriore ripa ſegniter ratem ſoluentes cepit: tranſire non potuit pontem, quod extrema
reſoluta erant, tota rate in ſecundam aquam labente. Coelius auctor eſt, Magonem cum
equitatu & Hiſpanis peditibus flumen extemplo trãſnataſſe: ipſum Hannibalem per ſupe-
riora Padi uada exercitum tranſduxiſſe, elephantis in ordinem ad ſuſtinendum impetũ flu
minis oppoſitis. Ea periti amnis eius uix fecerint. nam neque equites armis equiſq. ſal-
uis tantam uim fluminis ſuperaſſe ueriſimile eſt, ut iam Hiſpanos omnes inflati tranſue-
xerint utres: & multorum dierum circuitu Padi uada petenda fuerint, qua exercitus gra-
uis impedimentis tranſduci poſſet. Potiores apud me auctores ſunt, qui biduo uix locũ ra-
te iungendo flumini inuentum tradunt, ea cum Magone equites Hiſpanorum expeditos
praemiſſos. Dum Hãnibal, citra flumen legationibus Gallorum audiendis moratus, tranſij
cit grauius peditum agmen: interim Mago, equiteſq. ab tranſitu fluminis diei unius itine- I
re Placentiam ad hoſtes contendunt. Hannibal paucis poſt diebus ſex millia a Placentia ca
ſtra communiuit, & poſtero die in conſpectu hoſtium acie directa, poteſtatem pugnae fe-
cit. Inſequenti nocte caedes in caſtris Romanis, tumultu tamen, quam re, maior, ab auxi-
liaribus Gallis facta eſt. Ad duo millia peditum, & ducenti equites, uigilibus ad portas
trucidatis, ad Hannibalem transfugiunt: quos Poenus benigne allocutus, ſpe ingentium
donorum accenſos, in ciuitates quemque ſuas, ad ſollicitandos popularium animos dimi-
ſit. Scipio caedem eam ſignum defectionis omnium Gallorum eſſe ratus, contactoſq. eo
ſcelere, uelut iniecta rabie, ad arma ituros: quamquam grauis adhuc uulnere erat, tamen
quarta uigilia noctis inſequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluuium, in loca al-
tiora, colleſq. impeditiores equiti, caſtra mouet. Minus, quam ad Ticinum, fefellit. miſ-
ſiſq. Hannibal primum Numidis, deinde omni equitatu, turbaſſet utique nouiſſimum ag- K
men, ni auiditate praedae in uacua Romana caſtra Numidae diuertiſſent. ibi dũ perſcrutan
tes loca omnia caſtrorum, nullo ſatis digno morae pretio tempus terunt, emiſſus hoſtis de
manibus eſt. & cum iam tranſgreſſos Trebiam Romanos, metanteſque caſtra conſpexiſ-
ſent, paucos moratorum occiderunt citra flumen interceptos. Scipio nec uexationem
uulneris in uia iactantis ultra patiens, & collegam (iam enim reuocatum ex Sicilia audie-
rat) ratus exſpectandum, locum, qui prope flumen tutiſſimus ſtatiuis eſt uiſus, delectum
communiuit. Nec procul inde Hannibal cum conſediſſet, quantum uictoria equeſtri ela-
tus, tantum anxius inopia, quae per hoſtium agros euntem, nuſquam praeparatis com-
meatibus, maior in dies excipiebat: ad Claſtidium uicum, quo magnum frumenti nume-

rum

A rum congeſſerant Romani, mittit. ibi cum uim pararent, ſpes facta proditionis: nec ſane magno pretio, nummis aureis quadringentis datis P. Brundiſino praefecto praeſidij corru pto, traditur Hannibali Claſtidium. id horreum fuit Poenis ſedentibus ad Trebiam. In captiuos ex tradito praeſidio, ut fama clemētiae in principio rerum colligeretur, nihil ſaeuitum eſt. Cum ad Trebiam terreſtre conſtitiſſet bellum, interim circa Siciliam inſulaſque Italiae imminentes, & a Sempronio conſule, & ante aduentum eius terra mariq. res geſtae. Viginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram Italiae a Carthaginienſibus miſſae, nouem Liparas, octo inſulam Vulcani tenuerūt, tres in fretum auertit aeſtus. Ad eas conſpectas a Meſſana duodecim naues ab Hierone rege Syracuſanorum miſſae, qui tum forte Meſſanae erat conſulem Romanum opperiens, nullo repugnante captas naues Meſſanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captiuis, praeter uiginti naues, cuius

B ipſi claſſis eſſent, in Italiam miſſas, quinque & triginta alias quinqueremes Siciliam petere ad ſollicitandos ueteres ſocios. Lilybaei occupandi praecipuam curam eſſe credere eadem tempeſtate qua ipſi diiecti forent, eam quoque claſſem ad Aegates inſulam deiectam. Haec ſicut audita erant Meſſanae, rex Aemilio praetori, cuius Sicilia erat prouincia, perſcribit: monetque, Lilybaeum firmo teneret praeſidio. Extemplo & circa a praetore ad ciuitates miſſi legati tribunique, qui ſuos ad curam cuſtodiae intenderent: ante omnia Lilybaeum teneri ad apparatum belli: edicto propoſito, ut ſocij nauales decem dierum cocta cibaria ad naues deferrent: ubi ſignum datum eſſet, ne quis moram conſcendendi faceret: perq. omnem oram qui erant, ex ſpeculis conſpicerent aduentantem hoſtium claſſem. Simul itaque, quamquam de induſtria morati curſum nauium erant Carthaginienſes, ut ante lucem accederent Lilybaeum: praeſenſum tamen eſt, quia & luna pernox erat, &

C ſublatis armamentis ueniebant, extemplo datum e ſpeculis ſignum, & in opido ad arma conclamatum eſt, & in naues conſcenſum. pars militum in muris portarumq. ſtationibus, pars in nauibus erant. Et Carthaginienſes, quia rem fore haud cum imparatis cernebant, uſque ad lucem portu ſe abſtinuerunt: demendis armamentis eo tempore, aptandaque ad pugnam claſſe abſumpto. Vbi illuxit, recepere claſſem in altum, ut ſpatium pugnae eſſet, exitumq. liberum e portu naues hoſtium haberent. Nec Romani detrectauere pugnam, & memoria circa ea ipſa loca geſtarum rerum freti, & militum multitudine ac uirtute. Vbi in altum euecti ſunt, Romanus conſerere pugnam, & ex propinquo uires conferre uelle. contra eludere Poenus, & arte, non ui, rem gerere, nauiumque, quam uirorum aut armorum, malle certamen facere. nam ut ſocijs naualibus affatim inſtructam claſſem, ita inopem milite habebat: & ſicubi conſerta manus eſſet, haudquaquam par numerus ar-

D matorum ex ea pugnabat. Quod ubi animaduerſum eſt, & Romanis multitudo ſua auxit animum, & paucitas illis minuit. Extemplo ſeptem naues Punicae circumuentae, ceterae fugam ceperunt. Mille & DCC fuere in nauibus capti milites nautaeque, in ijs tres nobiles Carthaginienſium. Claſſis Romana incolumis, una tantum perforata naui, ſed ea quoque ipſa reduce, in portum redijt. Secundum hanc pugnam, nondum gnaris eis, qui Meſſanae erant, Ti. Sempronius conſul Meſſanam uenit. Ei fretum intranti rex Hiero claſſem ornatam obuiam duxit. tranſgreſſuſq. ex regia in praetoriam nauem, gratulatus ſoſpitem cum exercitu & nauibus adueniſſe, precatuſque proſperum ac felicem in Siciliam tranſitum, ſtatum deinde inſulae, & Carthaginienſium conata expoſuit: pollicituſq. eſt, quo animo priore bello populum R. iuuenis adiuuiſſet, eo ſenem adiuturum: frumenta ueſtimentaq. ſe legionibus conſulis ſocijsq. naualibus gratis praebiturum: grande periculum

E Lilybaeorum maritimiſq. ciuitatibus eſſe, & quibuſdam uolentibus nouas res fore. Ob hoc conſuli nihil cunctandum uiſum, quin Lilybaeum claſſe peteret: & rex regiaq. claſſis una profecti. nauigantes inde, pugnatum ad Lilybaeum, fuſaſq. & captas hoſtium naues accepere. A Lilybaeo conſul, Hierone cum claſſe regia dimiſſo, relictoq. praetore ad tuendam Siciliae oram, ipſe in inſulam Melitam, quae a Carthaginienſibus tenebatur, trāſiecit. Aduenienti Hamilcar, Giſgonis filius, praefectus praeſidij, cū paullo minus duobus millibus militum, opidumq. cum inſula traditur. inde poſt paucos dies reditum Lilybaeum: captiuiq. & a conſule & a praetore, praeter inſignes nobilitate uiros, ſub corona uenierunt. Poſtquam ab ea parte ſatis tutam Siciliam cenſebat conſul, ad inſulas Vulcani, quia fama erat ſtare ibi Punicam claſſem, tranſiecit. nec quiſquam hoſtium circa eas inſulas inuentus.

iam

iam forte tranſmiſerant ad uaſtandam Italiae oram: depopulatoq. Vibonenſi agro, urbem F
etiam terrebant. Repetenti Siciliam conſuli, excuſio hoſtium in agrum Vibonenſem fa-
cta nunciatur: litteraeq. a ſenatu de tranſitu in Italiam Hannibalis, & ut primo quoque tẽ-
pore collegae ferret auxilium, miſſae traduntur. Multis ſimul anxius curis, exercitum ex-
templo in naues impoſitum, Ariminum ſupero mari miſit: Sex. Pomponio legato cum ui-
gintiquinque longis nauibus Vibonenſem agrum, maritimamq. oram Italiae tuendam at-
tribuit: M. Aemilio praetori quinquaginta nauium claſſem expleuit: ipſe compoſitis Sici-
liae rebus, decem nauibus oram Italiae legẽs, Ariminum peruenit: inde cum exercitu ſuo
profectus ad Trebiam flumen, collegae coniungitur. Iam ambo conſules, & quidquid Ro-
manarum uirium erat, Hannibali oppoſitum, aut illis copijs defendi poſſe Romanum impe-
rium, aut ſpem nullam aliam eſſe, ſatis declarabat. Tamen cõſul alter equeſtri proelio uno,
& uulnere ſuo minutus, trahi rem malebat: recentis animi alter, eoq. ferocior, nullam di- G
lationem patiebatur. Quod inter Trebiam Padumq. agri eſt, Galli tum incolebant, in
duorum praepotentium populorum certamine, per ambiguum fauorem, haud dubie gra-
tiam uictoris ſpectantes. Id Romani, ne quid modo mouerent, aequo ſatis, Poenus perini
quo animo ferebat, a Gallis accitum ſe ueniſſe ad liberandum eos dictitans. Ob eam iram,
ſimul ut praeda militem aleret, duo millia peditum & mille equites, Numidas pleroſque,
miſtos quoſdam & Gallos populari omnem deinceps agrum uſque ad Padi ripas iuſſit.
Egentes ope Galli, cum ad id dubios ſeruaſſent animos, coacti ab auctoribus iniuriae ad
uindices futuros declinant: legatiſq. ad conſulem miſſis auxilium Romanorum terrae ob
nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti, orant. Cornelio nec cauſſa, nec tempus
agendae rei placebat: ſuſpectaq. ei gens erat, tum ob infida multa facinora: tum, ut alia
uetuſtate obſoleuiſſent, ob recentem Boiorum perfidiam. Sempronius contra, continen- H
dis in fide ſocijs maximum uinculum eſſe, primos qui coiſſent, ope defenſos, cenſebat.
Tum collega cunctante, equitatum ſuum, mille peditum iaculatoribus ferme admiſtis, ad
defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittit. hi ſparſos & incompoſitos, onera-
toſq. praeda pleroſque cum inopinantes inuaſiſſent: ingentem terrorem, caedemq. ac fu-
gam uſque ad caſtra ſtationeſq. hoſtium fecere: unde multitudine effuſa pulſi, rurſus ſub-
ſidio ſuorum proelium reſtituere. uaria inde pugna ſequentes, quamquam ad extremum
aequaſſent certamen, maior tamen hoſtium Romanis fama uictoriae fuit. Ceterum nemi-
ni omnium maior iuſtiorque, quam ipſi conſuli, uideri. gaudio efferri, qua parte copiarum
alter conſul uictus foret, ea ſe uiciſſe. reſtitutos ac refectos militum animos, nec quem-
quam eſſe, praeter collegam, qui dilatam dimicationem uellet. cum animo magis, quam
corpore, aegrum, memoria uulneris, aciem ac tela horrere. ſed non eſſe cum aegro ſene- I
ſcendum. quid enim ultra differri, aut teri tempus? quem tertium conſulem, quem alium
exercitum exſpectari? caſtra Carthaginienſium in Italia, ac prope in conſpectu urbis eſſe.
non Siciliam ac Sardiniam uictis ademptas, nec cis Iberum Hiſpaniam peti: ſed ſolo pa-
trio, terraq. in qua geniti forent, pelli Romanos. Quantum ingemiſcant, inquit, patres
noſtri circa moenia Carthaginis bellare ſoliti, ſi uideant nos, progeniem ſuam, duos conſu
les conſulareſq. exercitus in media Italia pauentes intra caſtra; Poenum, quod inter alpes
Apenninũq. agri ſit, ſuae ditionis feciſſe? Haec aſſidens aegro collegae, haec in praetorio
prope concionabundus agere. ſtimulabat & tempus propinquum comitiorum, ne in no-
uos conſules bellum differretur: & occaſio in ſe unum uertendae gloriae, dum aeger colle
ga erat. Itaque nequidquam diſſentiente Cornelio, parari ad propinquum certamen mi-
lites iubet. Hannibal, cum quid optimum foret hoſti, cerneret: uix ullam ſpem habebat, K
temere atque improuide quidquam conſules acturos. ſed cum alterius ingenium fama
prius, deinde re cognitum, percitum ac ferox ſciret eſſe, ferociuſq. factum ex proſpero
cum praedatoribus ſuis certamine crederet: adeſſe gerendae rei fortunã haud diffidebat.
cuius nequod praetermitteret tempus, ſollicituſq. & intentus erat, dum tiro hoſtium eſſet
miles: dum meliorem ex ducibus inutilem uulnus faceret: dum Gallorum animi uige-
rent: quorum ingentem multitudinem ſciebat ſegnius ſecuturam, quanto longius ab do-
mo traheretur. Cum ob haec taliaq. ſperaret propinquum certamen, & facere, ſi ceſſare-
tur, cuperet: ſpeculatoreſq. Galli ad ea exploranda, quae uellet, tutiores, quia in utriſque
caſtris militabant, paratos pugnae eſſe Romanos retuliſſent: locum inſidijs circumſpecta-

re Poenus

A re Poenus cepit. Erat in medio riuus praealtis utrimque clauſus ripis, & circa obſitus palu
ſtribus herbis, &, quibus inculta ferme ueſtiuntur, uirgultis uepribusque. quem ubi ad
equites quoque tegendos ſatis latebroſum locum circumuectus ipſe oculis perluſtrauit:
Hic erit locus, Magoni fratri ait, quem teneas. delige centenos uiros ex omni pedite at-
que equite: cum quibus ad me uigilia prima uenias. nunc corpora curare tempus eſt. Ita
praetorium miſſum. mox cum delectis Mago aderat. Robora uirorum cerno, inquit Han
nibal: ſed ut & numero etiam, non animis modo ualeatis, ſingulis uobis nouenos ex tur-
mis manipulisq; ueſtri ſimiles eligite: Mago locum monſtrabit, quem inſideatis. hoſtem
caecum ad has belli artes habebitis. Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimiſſis,
Hannibal prima luce Numidas equites, tranſgreſſos Trebiam flumen, obequitare iubet ho
ſtium portis, iaculandoq. in ſtationes elicere ad pugnam hoſtem: iniecto deinde certami-
B ne, cedendo ſenſim citra flumen pertrahere. Haec mandata Numidis. ceteris ducibus pe-
ditum equitumq. praeceptum, ut prandere omnes iuberent: armatos deinde, inſtratiſque
equis ſignum exſpectare. Sempronius ad tumultum Numidarum primum omnem equita
tum, ferox ea parte uirium, deinde ſex millia peditum, poſtremo omnes copias ad deſti-
natum locum iam ante conſilio, auidus certaminis eduxit. Erat forte brumae tempus, &
niualis dies in locis Alpibus Apenninoq. interiectis, propinquitate etiam fluminum ac pa
ludum praegelidis. ad haec raptim eductis hominibus, atque equis, non capto ante cibo,
non ope ulla ad arcendum frigus adhibita, nihil caloris inerat: & quidquid aurae fluminis
appropinquabat, afflabat acrior frigoris uis. ut uero refugientes Numidas inſequentes
aquam ingreſſi ſunt: (& erat pectoribus tenus aucta nocturno imbri) tum utique egreſſis
rigere omnibus corpora, ut uix armorum tenendorum potentia eſſent: & ſimul proceden-
C te iam die, fame etiam deficere. Hannibalis interim miles ignibus ante tentoria factis,
oleoq. per manipulos, ut mollirent artus, miſſo, & cibo per otium capto, ubi tranſgreſſos
flumen nunciatum eſt hoſtes, alacer animis corporibuſq. arma capit, atque in aciem pro-
cedit. Baleares locat ante ſigna, leuemq. armaturam, octo ferme millia hominum: deinde
grauiorem armis peditem, quod uirium, quod roboris erat: in cornibus circumfundit de-
cem millia equitum, & ab cornibus in utramque partem diuiſos elephantos ſtatuit. Con-
ſul effuſos ſequentes equites, cum ab reſiſtentibus ſubito Numidis incauti exciperentur,
ſigno receptui dato reuocatos circumdedit peditibus. Duodeuiginti millia Romanorum
erant, ſocium nominiſq. latini XX. auxilia praeterea Caenomanorum. ea ſola in fide man
ſerat Gallica gens. his copijs concurſum eſt. Proelium a Balearibus ortum eſt. quibus cũ
maiore robore legiones obſiſterẽt, deductae propere in cornua leues armaturae ſunt. quae
D res effecit, ut equitatus Romanus extemplo urgeretur. nam cum uix iam per ſe reſiſterent
decẽ millibus equitum quattuor millia, & feſſi pleriſque integris, obruti ſunt inſuper uel-
ut nube iaculorum a Balearibus coniecta. ad hoc elephanti eminentes ab extremis cor-
nibus, equis maxime non uiſu modo, ſed odore inſolito territis, fugam late faciebant.
Pedeſtris pugna par animis magis quam uiribus erat, quas recentes Poenus paullo ante cu
ratis corporibus in proelium attulerat: contra, ieiuna feſſaq. corpora Romanis, & rigentia
gelu torpebant. reſtitiſſent tamen animis, ſi cum pedite ſolum foret pugnatum: ſed & Ba-
leares pulſo equite iaculabantur in latera, & elephanti iam in mediam peditum aciem ſe-
ſe tulerant: & Mago Numidaeque, ſimul latebras eorum improuida praeterlata acies eſt,
exorti a tergo ingentem tumultũ ac terrorem fecere. Tamen in tot circumſtantibus malis
manſit aliquandiu immota acies, maxime praeter ſpem omnium aduerſus elephantos. eos
E pedites ad idipſum locati ueruti s coniectis & auertere, & inſecuti auerſos ſub caudis, qua
maxime molli cute uulnera accipiunt, fodiebant. Trepidantes, propeq. iam in ſuos con-
ſternatos, media acie in extremam, ad ſiniſtrum cornu, aduerſus Gallos auxiliares agi
iuſſit Hannibal. extemplo haud dubiam fecere fugam. additus quoque nouus terror Ro-
manis, ut fuſa auxilia ſua uiderunt. itaque cum iam in orbem utrimque pugnarent, decem
millia ferme hominum, cum alia euadere nequiuiſſent, media Afrorum acie, quae Gallicis
auxilijs firmata erat, cum ingenti caede hoſtium perrupere. & cum neque in caſtra reditus
eſſet, flumine interclufis: neque prae imbri ſatis diſcernere poſſent, qua ſuis opem ferrent,
Placentiam recto itinere perrexere. Plures deinde in omnes partes eruptiones factae. &
qui flumen petiere, aut gurgitibus abſumpti ſunt, aut inter cunctationem ingrediendi ab

hoſtibus

hoſtibus oppreſſi. qui paſſim per agros fuga ſparſi erant, ueſtigia ſequentes cedentis agmi F
ne, Placentiam contendere. alijs timor hoſtium audaciam ingrediendi flumen fecit,
tranſgreſſiq. in caſtra peruenere. Imber niue miſtus, & intoleranda uis frigoris, & homi-
nes multos, & iumenta & elephantos prope omnes abſumpſit. Finis inſequendi hoſtis
Poenis flumen Trebia fuit: & ita torpentes gelu in caſtra rediere, ut uix laetitiam uictoriae
ſentirent. Itaque nocte inſequenti cum praeſidium Romanorum caſtrorum, & quod reli-
quum ex magna parte militum erat, ratibus Trebiam tranſijcerent: aut nihil ſenſere Poeni,
obſtrepente pluuia: aut quia iam moueri prae laſſitudine nequibant ac uulneribus, ſentire
ſeſe diſſimulauerunt: quietiſq. Poenis, tacito agmine ab Scipione conſule exercitus Pla-
centiam eſt perductus: inde Pado traiectus Cremonam, ne duorum exercituũ hibernis G
una colonia premeretur. Romam tantus terror ex hac clade perlatus eſt, ut iam ad urbem
Romam crederent infeſtis ſignis hoſtem uenturum: nec quidquã ſpei aut auxilij eſſe, quo
portis moenibuſq. uim arcerent. Vno conſule ad Ticinum uicto, altero ex Sicilia reuoca-
to, duobus conſulibus, duobus cõſularibus exercitibus uictis, quos alios duces, quas alias
legiones eſſe, quae accerſerentur? Ita territis Sempronius cõſul aduenit: ingenti periculo
per effuſos paſſim ad praedandum hoſtium equites, audacia magis, quam conſilio aut ſpe
fallendi reſiſtendiue, ſi non falleret, tranſgreſſus. Id quod unum maxime in praeſentia de-
ſiderabatur: comitijs conſularibus habitis, in hiberna redijt. Creati conſules Cn. Serui-
lius & C. Flaminius. Ceterum ne hiberna quidem Romanis quieta erant, uaganti-
bus paſſim Numidis equitibus, & quae his impeditiora erant, Celtiberis, Luſitaniſque.
Omnes igitur clauſi undique commeatus erant, niſi quos Pado naues ſubueherent. Em- H
porium prope Placentiam fuit, & opere magno munitum, & ualido firmatum praeſidio.
Eius caſtelli oppugnandi ſpe cum equitibus ac leui armatura profectus Hannibal, cũ plu-
rimum in celando incepto ad effectum ſpei habuiſſet, nocte adortus non fefellit uigiles.
tantus repente clamor eſt ſublatus, ut Placentiae quoque audiretur. Itaque ſub lucem cum
equitatu conſul aderat, iuſſis quadrato agmine legionibus ſequi. Equeſtre proeliũ interim
cõmiſſum: in quo, quia Hãnibal ſaucius pugna exceſſit, pauore hoſtibus iniecto, defenſum
egregie praeſidiũ eſt. Paucorum inde dierum quiete ſumpta, & uix dum ſatis percurato uul
nere, ad Victumuias ire pergit oppugnandas. Id emporium a Romanis Gallico bello fue-
rat munitum. inde locum frequentauerant accolae miſti undique ex finitimis populis: &
tum terror populationum eo pleroſque ex agris compulerat. Huius generis multitudo
fama impigre defenſi ad Placentiam praeſidij accenſa, armis arreptis obuiã Hannibali pro
cedit. Magis agmine, quam acie, in uia concurrerunt. & cum ex altera parte nihil praeter
inconditam turbam eſſet, in altera & dux militi, & duci fidens miles: ad trigintaquinque I
millia hominum a paucis fuſa. Poſtero die deditione facta, praeſidium intra moenia acce-
pere: iuſſiq. arma tradere, cum dicto paruiſſent, ſignum repente uictoribus datur, ut tam-
quam ui captam, urbem diriperent. neque ulla quae in tali re memorabilis ſcribentibus
uideri ſolet, praetermiſſa clades eſt. adeo omnis libidinis, crudelitatiſque, & inhumanae ſu
perbiae editum in miſeros eſt exemplum. Hae fuere hibernae expeditiones Hannibalis.
Haud longis inde temporibus, dum intolerabilia frigora erant, quies militi data eſt: & ad
prima ac dubia ſigna ueris profectus ex hibernis, in Etruriam ducit, eam quoque gentem,
ſicut Gallos Liguresque, aut ui, aut uoluntate adiuncturus. Tranſeuntem autem Apenni-
num adeo atrox tempeſtas adorta eſt, ut alpium foeditatem prope ſuperauerit. Vento mi-
ſtus imber cum ferretur in ipſa ora: primum, quia aut arma omittenda erant, aut contra
enitentes uortice intorti affligebantur, conſtitere. deinde cum iam ſpiritum intercluderet, K
nec reciprocare animam ſineret, auerſi a uento parumper conſedere. Tum uero ingenti
ſono caelum ſtrepere, & inter horrendos fragores, micare ignes. capti auribus & oculis,
metu omnes torpere. Tandem effuſo imbre, cum eo magis accenſa uis uenti eſſet, ipſo il-
lo, quo deprehenſi erant, loco caſtra ponere neceſſarium uiſum eſt. Id uero laboris uelut
de integro initium fuit. nam nec explicare quidquam, nec ſtatuere poterant: nec quod ſta
tutum eſſet, manebat, omnia perſcindente uento, & rapiente. & mox aqua leuata uento,
cum ſuper gelida montium cacumina concreta eſſet, tantum niuoſae grandinis deiecit, ut
omnibus omiſſis procumberent homines, tegminibus ſuis magis obruti, quam tecti. tan-
taq. uis frigoris inſecuta eſt, ut ex illa miſerabili hominum iumentorumq. ſtrage, cum ſe
quiſque

A quiſque attollere ac leuare uellet, diu nequiret: quia torpentibus rigore neruis, uix flecte-re artus poterant, deinde ut tandem agitando ſeſe mouere, ac recepere animos, & raris lo cis ignis fieri eſt coeptus: ad alienam opem quiſque inops tendere. Biduum eo loco uelut obſeſſi manſere. multi homines, multa iumenta, elephanti quoque, ex his qui proelio ad Trebiam facto ſuperfuerant, ſeptem abſumpti. Degreſſus Apennino retro ad Placentiam caſtra mouit, & ad decem millia progreſſus cōſedit. Poſtero die XII millia peditū, quinque equitum aduerſus hoſtem ducit. Nec Sempronius conſul (iam enim redierat ab Roma) detrectauit certamen. atque eo die tria millia paſſuum inter bina caſtra fuere. Poſtero die ingentibus animis, uario euentu pugnatum eſt. primo concurſu adeo res Romana ſuperior fuit, ut non acie uincerent ſolum, ſed pulſos hoſtes in caſtra perſequerentur: mox caſtra quoque oppugnarent. Hannibal paucis propugnatoribus in uallo portiſque poſi-

B tis, ceteros confertos in media caſtra recepit: intentoſque ſignum ad erumpendum ſpectare iubet. Iam nona ferme diei hora erat, cum Romanus, nequidquam fatigato milite, poſtquam nulla ſpes erat potiundi caſtris, ſignum receptui dedit. Quod ubi Hannibal accepit, laxatamque pugnam, & receſſum a caſtris uidit, extēplo equitibus dextra laeuaque emiſſis in hoſtem, ipſe cum peditum robore de his caſtris erupit. Pugna raro ulla magis ſaeua: & cum utriuſque partis pernicie clarior fuiſſet, ſi extendi in longum ſpatium quiuiſſet. nox accenſum ingentibus animis proelium diremit. itaque acrior concurſus fuit, quam caedes. & ſicut aequata ferme pugna erat, ita clade diſceſſum eſt. ab utraque parte ſexcentis plus peditibus, & dimidium eius equitum cecidit. ſed maior Romanis, quam pro numero, iactura fuit: quia equeſtris ordinis aliquot, & tribuni militum quinque, & praefecti ſociorum tres ſunt interfecti. Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sem

C pronius Lucam conceſſit. Venienti in Ligures Hannibali, per inſidias intercepti duo quaeſtores Romani, C. Fuluius & L. Lucretius cum duobus tribunis militum, & quinque equeſtris ordinis ſenatorum ferme liberis, quo magis ratam fore cum his pacem ſocietatemq. crederet, traduntur. Dum haec in Italia geruntur. Cn. Scipio in Hiſpaniam cum claſſe & exercitu miſſus, cum ab oſtio Rhodani profectus, Pyrenaeoſque montes circumuectus, Emporijs appuliſſet claſſem: expoſito ibi exercitu, orſus a Lacetanis, omnem oram uſque ad Iberum flumen, partim renouandis ſocietatibus, partim nouis inſtituendis, Romanae ditionis fecit. inde conciliata clementiae fama, non ad maritimos modo populos, ſed in mediterraneis quoque ac montanis ad ferociores iam gentes ualuit: nec pax modo apud eos, ſed ſocietas etiam armorum parata eſt. ualidaeque aliquot auxiliorum cohortes ex ijs conſcriptae ſunt. Hanno non inſcius in Iberi prouincia erat. eū reliquerat Hannibal ad

D regionis eius praeſidium. itaque prius, quam alienarentur omnia, obuiam eundum ratus, caſtris in conſpectu hoſtium poſitis in aciem eduxit. Nec Romano differendum certamen uiſum: quippe qui ſciret cum Hannone & Haſdrubale ſibi dimicādum eſſe, malletq. aduerſus ſingulos ſeparatim, quam aduerſus duos ſimul rem gerere. Nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex millia hoſtium caeſa, duo capta cum praeſidio caſtrorum. nam & caſtra expugnata ſunt, atque ipſe dux militū cum aliquot praeſidijs capitur: & Stiſſum, propinquum caſtris opidum, expugnatur. ceterum praeda opidi parui pretij rerum fuit, ſupellex barbarica, ac uilium mancipiorum. caſtra militem ditauere. non eius modo exercitus, qui uictus erat, ſed & eius, qui cum Hannibale in Italia militabat, omnibus fere caris rebus, ne grauia impedimenta ferētibus eſſent, citra Pyrenaeum relictis. Prius quam certa huius cladis fama accideret, tranſgreſſus Iberum Haſdrubal cum octo millibus pedi-

E tum, mille equitibus tamquam ad primum aduentum Romanorum occurſurus, poſtquam perditas res, amiſſaque caſtra accepit, iter ad mare conuertit. Haud procul Tarracone claſſicos milites naualeſque ſocios, uagos palanteſque per agros, (quod ferme fit, ut ſecundae res negligētiam creent) equite paſſim dimiſſo, cum magna caede, maiore fuga ad naues compellit. nec diutius circa ea loca morari auſus, ne a Scipione opprimeretur, trans Iberum ſeſe recepit. Et Scipio raptim ad famam nouorum hoſtium agmine acto, cum in paucos praefectos paullulum animaduertiſſet, praeſidio Tarracone modico relicto, Emporias cum claſſe redijt. Vixdum digreſſo eo, Haſdrubal aderat: & Ilergetum populo, qui obſides Scipioni dederat, ad defectionem impulſo, cum eorum ipſorum iuuentute agros fidelium Romanis ſociorum uaſtat. Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum

ruſſus

rurſus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infeſto F
exercitu inuaſiſſet, compulſis omnibus, Athanagiam urbem, quae caput eius populi erat, circumſedit: intraq. dies paucos pluribus quam ante obſidibus imperatis, Ilergetes pecunia etiam multatos in ius ditionemq. recepit. inde in Auſetanos prope Iberum, ſocios & ipſos Poenorum, procedit: atque urbe eorum obſeſſa, Lacetanos auxilium finitimis ferentes, nocte haud procul iam urbe, cum intrare uellent, excepit inſidijs. Caeſa ad duodecim millia; exſuti paene omnes armis, domos, paſſim palantes per agros, diffugere. nec obſeſſos alia ulla res, quam iniqua oppugnantibus hiems, tutabatur. XXX. dies obſidio fuit: per quos raro umquam nix minus quattuor pedes alta iacuit: adeoq. pluteos ac uineas Romanorum operuerat, ut ea ſola, ignibus aliquoties coniectis ab hoſte, etiam tutamentum fuerit. poſtremo cum Amuſitus, princeps eorum, ad Haſdrubalem profugiſſet, uiginti
argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna reditum eſt. Romae autem & G
circa urbem multa ea hieme prodigia facta: aut (quod euenire ſolet motis ſemel in religionem animis) multa nunciata, & temere credita ſunt. in queis ingenuum infantem ſemeſtrem in foro olitorio triumphum clamaſſe: & foro boario bouem in tertiam contignationem ſua ſponte ſcandiſſe, atque inde tumultu habitatorum territum ſeſe deieciſſe: & nauium ſpeciem de caelo affulſiſſe: & aedē Spei, quae in foro olitorio eſt, fulmine ictā: & Lanuuij haſtam ſe commouiſſe: & coruum in aedem Iunonis deuolaſſe, atq. in ipſo puluinario conſediſſe: & in agro Amiternino multis locis hominum ſpecies procul candida ueſte uiſas, nec tamen cum ullo congreſſos: & in Piceno lapidibus pluiſſe: & Caere ſortes extenuatas: & in Gallia lupum uigili gladium e uagina raptum abſtuliſſe. Ob cetera prodigia libros adire decemuiri iuſſi. quod autem lapidibus pluiſſet in Piceno, nouendiale ſa-
crum edictum: & ſubinde alijs procurandis prope tota ciuitas operata fuit. Iam primum H
omnium urbs luſtrata eſt: hoſtiaeq. maiores quibus edictum eſt dijs caeſae: & donū ex auri pondo XL Lanuuium Iunoni portatū eſt: & ſignum aeneum matronae Iunoni in Auentino aedificauerunt: & lectiſternium Caere, ubi ſortes extenuatae erant, imperatū: & ſupplicatio Fortunae in Algido: Romae quoque & lectiſterniū Iuuentati, & ſupplicatio ad aedē Herculis, nominatim deinde uniuerſo populo circa omnia puluinaria indicta: & Genio maiores hoſtiae caeſae quinque: & C. Atilius Serranus praetor uota ſuſcipere iuſſus, ſi in decem annos reſp. eodem ſtetiſſet ſtatu. Haec procurata uotaq. ex libris Sibyllinis magna ex parte leuauerant animum religione. Conſulum deſignatorū alter Flaminius, cui eae legiones, quae Placentiae hibernabant, ſorte euenerant, edictum & litteras ad conſulem miſit, ut is exercitus idibus Martijs Arimini adeſſet in caſtris. Huic in prouincia conſulatum ini-
re cōſilium erat, memori ueterum certaminum cum patribus, quae tribunus plebis, & quae I
poſtea conſul, prius de conſulatu qui abrogabatur, deinde triumpho habuerat: inuiſus etiam ſenatui ob nouam legem, quam [illegible] Q. Claudius tribunus plebis aduerſus ſenatum uno patrum adiuuante C. Flaminio, tulerat: ne quis ſenator, quiue ſenatoris pater fuiſſet, maritimam nauem, quae plus quam trecentarum amphorarum eſſet, haberet. id ſatis habitum ad fructus ex agris uectandos. Quaeſtus omnis patribus indecorus uiſus eſt. Res per ſummam contentionem acta, inuidiam apud nobilitatem ſuaſori legis Flaminio: fauorē apud plebē, alterumq. inde conſulatū peperit. Ob hoc ratus auſpicijs portēdis, Latinarumq. feriarum mora, & conſularibus alijs impedimentis retenturos ſe in urbe, ſimulato itinere priuatus clam in prouinciam abijt. ea res ubi palam facta eſt, nouam inſuper irā infeſtis iam ante patribus mouit. nō cum ſenatu modo, ſed cum dijs immortalibus C. Fla-
minium bellum gerere. conſulem ante inauſpicato factum, reuocantibus ex ipſa acie dijs K
atque hominibus non paruiſſe: & nunc, conſcientia praeteritorum, & Capitolium & ſollemnem uotorum nuncupationem fugiſſe: ne die initi magiſtratus Iouis opt. max. templū adiret: ne ſenatum inuiſus ipſi, & ſibi uni inuiſum, uideret, conſuleretque: ne Latinas indiceret, Iouiq. Latiali ſollemne ſacrum in monte Albano faceret: ne auſpicato profectus in Capitolium ad uota nuncupanda, paludatus inde ad prouinciam iret. lixae modo, ſine inſignibus, ſine lictoribus profectum clam, furtim, haud aliter, quā ſi exſilij cauſſa ſolum uertiſſet: magis pro maieſtate uidelicet imperij Arimini, quam Romae, magiſtratum initurū; & in diuerſorio hoſpitali, quam apud penates ſuos praetextam ſumpturum. Reuocandum uniuerſi retrahendumq. cenſuerunt: & cogendum omnibus prius praeſentem in deos ho-

mineſq.

A mineſq. fungi officijs, quam ad exercitum & in prouinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius & M. Antiſtius profecti nihilo magis eum mouere, quam priori conſulatu litterae mouerant a ſenatu miſſae. Paucos poſt dies magiſtratũ inijt: immolantiq. ei uitulus iam ictus e manibus ſacrificantium ſeſe cum proripuiſſet, multos circumſtantes cruore reſperſit. Fuga procul etiam maior apud ignaros quid trepidaretur, & concurſatio fuit. id a pleriſque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus a Sempronio, prioris anni conſule, duabus a C. Atilio praetore acceptis, in Etruriã iam per Apennini tramites exercitus duci eſt coeptus.

EPITOME. LIBRI. XXII

B *HANNIBAL per continuas uigilias in paludibus oculo amiſſo, uenit in Etruriam: per quas paludes quattriduo, et tribus noctibus ſine ulla requie iter fecit. C. Flaminius conſul, homo temerarius, contra auſpicia profectus, ſignis militaribus effoſſis, quae tolli non poterant: & ab equo, quem conſcenderat, per caput deuolutus, inſidijs ab Hannibale circumuentus ad Traſimenum lacum cum exercitu caeſus eſt. Sex millia, quae eruperant fide ab Maharbale data, perfidia Hannibalis uincta ſunt.* C *Cum ad nuncium cladis Romae luctus eſſet, duae matres inſperato receptis filijs gaudio mortuae ſunt. Ob hanc cladem ex Sybillinis libris uer ſacrum uotum. Cum deinde Q. Fabius Maximus dictator aduerſus Hannibalem miſſus nollet acie cum eo confligere, ne contra ferocem tot uictorijs hoſtem, territum aduerſis proelijs militem pugnae committeret, &, opponendo ſe tantummodo, conatus Hannibalis impediret: M. Minucius, magiſter equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem, tamquam timidum & ſegnem, ef-* D *fecit, ut populi iuſſu ei imperium cum dictatore aequaretur. diuiſoq. exercitu, cum iniquo loco conflixiſſet, & in maximo diſcrimine legiones eius eſſent, ſuperueniente cum exercitu Fabio Maximo, ex diſcrimine liberatus eſt. quo beneficio uictus, caſtra cum eo iunxit, & patrem eum ſalutauit, idemq. facere milites iuſſit. Hannibal, uaſtata Campania, inter Caſilinum oppidum & Calliculam montem a Fabio clauſus, ſarmentis ad cornua boum alligatis, & incenſis, praeſidium Romanorum, quod Calliculam inſidebat, fugauit, & ſic tranſgreſſus eſt ſaltum. Idemq. Fabij Maximi dictatoris, cũ circumpoſita ureret, agro pepercit, ut illum tamquam proditorem ſuſpectum faceret. Aemilio deinde Paullo, & Terentio Varrone conſulibus; & ducibus cum maxima clade aduerſus Hannibalem ad Cãnas pugnatum eſt, caeſaq. eo proelio Romanorum quadragintaquinque millia cũ Paullo conſule, & ſenatoribus LXXX. conſularibus, atque praetorijs, aut aedilicijs triginta. Poſt quam cladem cum a nobilibus adoleſcentibus propter deſperationem conſilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio, tribunus militum, qui poſtea Africanus nuncupatus eſt, ſtricto ſuper capita deliberantium ferro, iurauit ſe pro hoſte habiturum eũ, qui in uerba ſua non iuraſſet: effecitque, ut omnes non relictum iri a ſe Italiam iureiurando adſtringerentur. Praeterea trepidationem urbis, & luctum, & res in Hiſpania meliore euentu geſtas continet. Opimia & Floronia Veſtales uirgines inceſti damnatae ſunt. Propter paucitatem uero militum, ſeruorum octo millia armata ſunt. Captiui, cum poteſtas eſſet redimendi, redempti non ſunt. Varroni obuiam itum eſt, & gratiae actae, quod de republica non deſperaſſet.*

LIBER. XXII

IAM uer appetebat, cum Hannibal ex hibernis mouit, & nequidquam ante conatus tranſſcendere Apenninum intolerandis frigoribus, & cum ingenti periculo moratus, ac metu. Galli, quos
E praedae populationumq. conciuerat ſpes: poſtquam pro eo ut ipſi ex alieno agro raperent agerentque, ſuas terras ſedem belli eſſe, premique utriuſque partis exercituum hibernis uiderent, uerterunt retro ad Hannibalem ab Romanis odia: petituſq. ſaepe principum inſidijs, ipſorumq. inter ſe fraude, eadem leuitate qua conſenſerant, conſenſum indicantium, ſeruatus erat: & mutando nunc ueſtem, nunc tegumenta capitis, errore etiam ſeſe ab inſidijs munierat. ceterum hic quoque ei timor cauſſa fuit maturius mouendi ex hibernis. Per idem tempus Cn. Seruilius Romae idibus Martijs magiſtratum inijt. Ibi cum de rep. retuliſſet, redintegrata in C. Flaminium inuidia eſt. duos ſe conſules creaſſe, unũ habere. quod enim illi iuſtũ imperium, quod auſpicium eſſet

magiſtratus: id a domo, publicis priuatiſq. penatibus, Latinis ferijs actis, ſacrificio in mon F
te perfecto, uotis rite in Capitolio nuncupatis, ſecum ferre: nec priuatū auſpicia ſequi: nec
ſine auſpicijs profectū in externo ea ſolo noua, atq. integra cōcipere poſſe. Augebant me
tū prodigia ex pluribus ſimul locis nūciata: in Sicilia militibus aliquot ſpicula, in Sardinia
autem in muro circumeunti uigilias equiti, ſcipionem, quem manu tenuerat, arſiſſe: & lito
ra crebris ignibus fulſiſſe: & ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe: & milites quoſdam ictos ful-
minibus: & ſolis orbem minui uiſum: & Praeneſte ardentes lapides caelo cecidiſſe: & Ar-
pis palmas in caelo uiſas, pugnantemq. cum luna ſolem: & Capenae duas interdiu lunas
ortas: & aquas Caerete ſanguine miſtas fluxiſſe, fontemq. ipſum Herculis cruentis manaſ-
ſe ſparſum maculis: & in Antij agro metentibus cruentas in corbem ſpicas cecidiſſe: & Fa
lerijs caelum findi uiſum uelut magno hiatu: quaq. patuerit, ingens lumen effulſiſſe: ſor-
tes ſua ſponte attenuatas, unamq. excidiſſe ita ſcriptam: Mauors telum ſuum concutit. & G
per idem tempus Romae ſignum Martis Appia uia ad ſimulacra luporum ſudaſſe: & Ca-
puae ſpeciem caeli ardentis fuiſſe, lunaeq. inter imbrem cadentis. Inde minoribus etiam
dictu prodigijs fides habita: Capras lanatas quibuſdam factas, & gallinam in marem, gal-
lum in feminam ſeſe uertiſſe. His, ſicut erant nunciata, expoſitis, auctoribuſq. in curiam
introductis, conſul de religione patres conſuluit. Decretum, ut ea prodigia partim maio-
ribus hoſtijs, partim lactentibus procurarentur: & uti ſupplicatio per triduum, ad omnia
puluinaria haberetur. Cetera, cum decemuiri libros inſpexiſſent, ut ita fierent, quemad-
modum cordi eſſe diui carminibus praefarentur. id decemuirorum monitu decretum eſt,
Ioui primum donum fulmē aureum pondo quinquaginta fieret: Iunoni Mineruaeq. ex ar
gento daretur: & Iunoni Reginae in Auentino, Iunoniq. Soſpitae Lanuuij maioribus ho-
ſtijs ſacrificaretur: matronaeque, pecunia collata, quantū conferre cuique commodum eſ- H
ſet, donum Iunoni Reginae in Auentinū ferrēt, lectiſterniumq. fieret: quin & libertinae, &
ipſae, unde Feroniae donum daretur, pecuniā pro facultatibus ſuis conferrent. Haec ubi fa
cta, decēuiri Ardeae in foro maioribus hoſtijs ſacrificarūt. poſtremo ex libris Decembri iā
menſe ad aedē Saturni Romae immolatū eſt, lectiſterniumq. imperatum: (& cum lectū ſe
natores ſtrauerunt) & conuiuiū publicum, ac per urbē Saturnalia die ac nocte clamatum,
populuſq. eū diem feſtum habere, ac ſeruare in perpetuum iuſſus. Dum conſul placandis
Romae dijs, habendoq. delectu dat operam, Hannibal profectus ex hibernis, quia iā Flami
nium conſulē Arretium perueniſſe fama erat: cū aliud longius, ceterū commodius oſtēde
retur iter, propiorem uiam per paludem petit, qua fluuius Arnus per eos dies ſolito magis
inūdauerat. Hiſpanos & Afros, & omne quod ueterani erat robur exercitus, admiſtis ipſo-
rum impedimentis, necubi conſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent, primos ire iuſ- I
ſit, ſequi Gallos, ut id agminis medium eſſet, nouiſſimos ire equites: Magonem inde cum
expeditis Numidis cogere agmen: maxime Gallos, ſi taedio laboris, lōgaeque uiae (ut eſt
mollis ad talia gens) dilaberentur aut ſubſiſterent, cohibentem. Primi, qua modo praeirēt
duces, per praealtas fluuij ac profundas uoragines hauſti paene limo, immergenteſq. ſe, ta-
men ſigna ſequebantur. Galli neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex uoraginibus
poterant; aut corpora animis, aut animos ſpe ſuſtinebant: alij feſſa aegre trahentes mem-
bra: alij, ubi ſemel uictis taedio animis procubuiſſent, inter iumenta & ipſa iacentia pal-
ſim morientes. maximeq. omnium uigiliae conficiebant, per quattriduum iam & tres no-
ctes toleratae. Cum, omnia obtinentibus aquis, nihil, ubi in ſicco feſſa ſternerent corpora,
inueniri poſſet, cumulatis in aquas ſarcinis inſuper incumbebant. iumentorum itinere to-
to proſtratorum paſſim aceruī, tātum, quod exſtaret aqua, quaerentibus ad quietē, parui tē K
poris neceſſarium cubile dabant. Ipſe Hannibal aeger oculis ex uerna primum intemperie
uariante calores frigoraque, elephāto, qui unus ſuperfuerat, quod altius ab aqua exſtaret,
uectus: uigilijs tamen, & nocturno humore, paluſtriq. caelo grauante caput, & quia medē-
ti nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur. Multis hominibus iumentiſq. foede
amiſſis, cum tandem de paludibus emerſiſſet, ubi primum in ſicco potuit, caſtra locat: cer-
tumque per praemiſſos exploratores habuit, exercitū Romanum circa Arretij moenia eſ-
ſe. conſulis deinde conſilia, atque animum, & ſitum regionum, itineraque, & copias, at-
que commeatus expediendos, & cetera, quae cognoſcenda in eo erant, ſumma omnia
cum cura inquirendo exſequebatur. Regio erat in primis Italiae fertilis, Etruſci campi,

qui

A qui Faeſulas inter Arretiumq. iacent, frumenti ac pecoris, & omnium copia rerum opulenti. Conſul ferox ab conſulatu priore, & non modo legum aut patrum maieſtatis, ſed ne deorum quidem ſatis metuens erat. hanc inſitam ingenio eius temeritatem fortuna proſpero ciuilibus bellicisq. rebus ſucceſſu aluerat. itaque ſatis apparebat, nec deos nec homines conſulentem, ferociter omnia ac praepropere acturum: quoq. pronior eſſet in uitia ſua, agitare eum, atque irritare Poenus parat: & laeua relicto hoſte, Faeſulas petens, Etruriae agros praedatum profectus, quantam maximam uaſtitatem poteſt, caedibus incẽdijsq. conſuli procul oſtendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoſte ipſe quieturus erat: tum uero, poſteaquam res ſociorum ante oculos prope ſuos ferri agiq. uidit, ſuum id dedecus ratus, per mediam iam Italiam uagari Poenum, atque obſiſtente nullo ad ipſa Romana moenia ire oppugnanda: ceteris omnibus in concilio ſalutaria magis, quam ſpe-

B cioſa, ſuadentibus, collegam exſpectandum, ut coniunctis exercitibus communi animo conſilioq. rem gererent: interim equitatu, auxilijsq. leuium armorum ab effuſa praedandi licentia hoſtem cohibendum: iratus, ſe ex concilio proripuit, ſignumque, ſimul itineris pugnaeq. propoſuit. Quinimmo Arretij ante moenia ſedeamus, inquit: hic enim patria & penates ſunt: Hannibal emiſſus e manibus perpopuletur Italiam, uaſtandoq. & urendo omnia, ad Romana moenia perueniat: nec ante nos hinc mouerimus, quam, ſicut olim, Camillum ab Veijs, C. Flaminium ab Arretio patres acciuerint. Haec ſimul increpans, cum ocius ſigna conuelli iuberet, & ipſe in equum inſiluiſſet, equus repente corruit, conſulemq. lapſum ſuper caput effudit. Territis omnibus, qui circa erant, uelut foedo omine incipiendae rei, inſuper nunciatur, ſignum omni ui moliente ſignifero conuelli nequire. Conuerſus ad nuncium, Num litteras quoque, inquit, ab ſenatu affers, quae me rem gere-

C re uetent? abi, nuncia, ſignum effodiant, ſi ad conuellendum manus prae metu obtorpuerint. Incedere inde agmen coepit: primoribus, ſuperquam quod diſſenſerant a conſilio, territis etiam duplici prodigio: milite in uulgus laeto ferocia ducis, cum ſpem magis ipſam, quam cauſſam ſpei, intueretur. Hannibal, quod agri eſt inter Cortonam urbem Traſymenumq. lacum, omni clade belli peruaſtat, quo magis iram hoſti ad uindicandas ſociorum iniurias acuat. Et iam peruenerant ad loca inſidijs nata, ubi maxime montes Cortonenſes, Traſymenus ſubit. Via tantum intereſt peranguſta, uelut ad id ipſum de induſtria relicto ſpatio: deinde paullo latior pateſcit campus, inde colles aſſurgunt. Ibi caſtra in aperto locat, ubi ipſe cum Afris modo Hiſpanisq. conſideret. Baleares, ceteramq. leuem armaturam poſt montes circumducit: equites ad ipſas fauces ſaltus, tumulis apte tegentibus, locat: ut ubi intraſſent Romani, obiecto equitatu clauſa omnia lacu ac montibus

D eſſent. Flaminius cum pridie ſolis occaſu ad lacum perueniſſet, inexplorato, poſtero die, uixdum ſatis certa luce anguſtijs ſuperatis, poſtquam in patentiorem campum pandi agmen coepit, id tantum hoſtium, quod ex aduerſo erat, adſpexit: a tergo ac ſuper caput detectae inſidiae. Poenus ubi, id quod petierat, clauſum lacu montibusque, & circũfuſum ſuis copijs habuit hoſtem, ſignum omnibus dat inuadendi. Qui ubi qua cuique proximũ fuit, decurrere: eo magis Romanis ſubita atque improuiſa res fuit, quod orta ex lacu nebula, campo, quam montibus, denſior ſederat: agminaq. hoſtium ex pluribus uallibus ipſa inter ſe ſatis cõſpecta, eoq. magis pariter decurrerunt. Romanus clamore prius undique orto, quam ſatis cerneret, ſe circumuentum eſſe ſenſit: & ante in frontẽ lateraq. pugnari coeptum eſt, quam ſatis inſtrueretur acies, aut expediri arma, ſtringiq. gladij poſſent. Conſul, perculſis omnibus, ipſe ſatis, ut in trepida re, impauidus, turbatos ordines, uertenteſq. ſe

E quoque ad diſſonos clamores, inſtruit, ut tẽpus locuſq. patitur: & quacumque poteſt, adhortatur, ac ſtare & pugnare iubet. Nec enim inde uotis, aut imploratione deum, ſed ui ac uirtute euadendum eſſe. per medias acies ferro uiã fieri: & quo timoris minus ſit, eo minus ferme periculi eſſe. Ceterum prae ſtrepitu ac tumultu, nec conſilium, nec imperium accipi poterat: tantumq. aberat, ut ſua ſigna, atque ordinem, & locũ noſceret miles, ut uix ad arma capienda aptandaq. pugnae competeret animus: opprimerenturq. quidam onerati magis his, quam tecti. & erat in tanta caligine maior uſus aurium, quam oculorum. ad gemitus uulnerum, ictuſq. corporum aut armorum, & miſtos ſtrepentium pauentiumq. clamores circumferebant ora, oculoſque. Alij fugientes pugnantium globo illati haerebant: alios redeuntes in pugnam auertebat fugientium agmen. Deinde ubi in omnes partes ne-

quidquam impetus facti, & ab lateribus montes ac lacus, a fronte & a tergo hoſtium acies claudebat, apparuitq. nullam, niſi in dextra ferroque, ſalutis ſpem eſſe: tum ſibi unuſquiſque dux adhortatorq. factus ad rem gerendam, & noua deintegro pugna exorta eſt, non illa ordinata per principes, haſtatoſque, ac triarios: nec ut pro ſignis anteſignanus, poſt ſigna alia pugnaret acies: nec ut in ſua legione miles, aut cohorte, aut manipulo eſſet. ſors conglobabat, & animus ſuus cuique ante aut poſt pugnandi ordinem dabat. tantuſque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnae animus, ut eum terrae motum, qui multarum urbium Italiae magnas partes proſtrauit, auertitq. curſu rapido amnes, mare fluminibus inuexit, montes lapſu ingenti proruit, nemo pugnantium ſenſerit. Tres ferme horas pugnatum eſt, & ubique atrociter. circa conſulem tamen acrior infeſtiorq. pugna erat. eum & robora uirorum ſequebantur: & ipſe quacumque in parte premi ac laborare ſenſerat ſuos, impigre ferebat opem: inſigniſq. armis, & hoſtem ſumma ui petebat, & tuebatur ſuos ciues: donec Inſuber eques (Ducario nomen erat) faciem noſcitans, [illegible], inquit, hic eſt, popularibus ſuis, qui legiones noſtras cecidit, agroſq. & urbem eſt depopulatus. iam ego hanc uictimam Manibus peremptorum foede ciuium dabo. ſubditiſq. calcaribus equo, per confertiſſimam hoſtium turbam impetum facit: obtruncatoq. prius armigero, qui ſe infeſto uenienti obuiam obiecerat, conſulem lancea transfixit. ſpoliare cupientem triarij obiectis clypeis arcuere. Magnae partis fuga inde primum coepit: & iam nec lacus, nec montes obſtabant pauori. per omnia arcta praeruptaque, ueluti caeci, euadunt: armaq. & uiri ſuper alium alij praecipitantur. pars magna, ubi locus fugae deeſt, per prima uada paludis in aquam progreſſi, quo ad capitibus humeriſq. extare poſſunt, ſeſe immergunt. fuere, quos inconſultus pauor nando etiam capeſſere fugam impulerit. quae ubi immenſa, ac ſine ſpe erat: aut, deficientibus animis, hauriebantur gurgitibus, aut, ubi nequidquam feſtinauerant, retro aegerrime terram repetebant, atque ibi ab ingreſſis aquã hoſtium equitibus paſſim trucidabantur. Sex millia ferme primi agminis, per aduerſos hoſtes eruptione impigre facta, ignari omnium quae poſt ſe agerentur, ex ſaltu euaſere. & cum in tumulo quodam conſtitiſſent, clamorem modo ac ſonum armorum audientes, quae fortuna pugnae eſſet, neque ſcire, nec proſpicere prae caligine poterant. Inclinata ad iniqua re, cum caleſcentẽ ſole diſpulſa nebula aperuiſſet diem: tum liquida iam luce montes campiq. perditas res, ſtratamq. oſtendere foede Romanam aciem. itaque ne in conſpectos procul immitteretur eques: ſublatis raptim ſignis, quam citatiſſimo poterant agmine, ſeſe abripuerunt. poſtero die, cum ſuper cetera extrema fames etiam inſtaret: fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equeſtribus copijs nocte conſecutus erat, ſi arma tradidiſſent, abire cum ſingulis ueſtimentis paſſurum, ſeſe dediderunt. quae Punica religione ſeruata fides ab Hannibale eſt, atque in uincula omnes coniecti. Haec eſt nobilis ad Traſymenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie caeſa ſunt: decem millia ſparſa fuga per omnem Etruriam diuerſis itineribus Romam petiere. Mille & quingenti hoſtium in acie, multi poſtea utrimque ex uulneribus periere. Multiplex caedes utrimque facta traditur ab alijs. Ego, praeterquam quod nihil hauſtum ex uano uelim, quo nimis inclinant ferme ſcribentium animi: Fabium aequalem temporibus huiuſce belli potiſſimum auctorem habui. Hãnibal, captiuorum, qui Latini nominis eſſent, ſine pretio dimiſſis, Romanis in uincula datis, ſegregata ex hoſtium coacervatorum cumulis corpora ſuorum cũ ſepeliri iuſſiſſet, Flamini quoque corpus funeris cauſſa magna cum cura inquiſitum non inuenit. Romae ad primum nũcium cladis eius, cum ingenti terrore ac tumultu concurſus in forum populi eſt factus. Matronae uagae per uias, quae repẽs clades allata, quaeue fortuna exercitus eſſet, obuios percunctantur. & cum frequentis concionis modo turba in Comitiũ & curiam uerſa, magiſtratus uocaret; tandẽ haud multo ante ſolis occaſum M. Pomponius praetor, Pugna, inquit, magna uicti ſumus. & quamquam nihil certius ex eo auditum eſt, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt, conſulem cum magna parte copiarum caeſum: ſupereſſe paucos, aut fuga paſſim per Etruriam ſparſos, aut captos ab hoſte. Quot caſus exercitus uicti fuerant, tot in curas diſpertiti eorum animi erant, quorum propinqui ſub C. Flaminio conſule meruerant, ignorantium, quae cuiuſque ſuorum fortuna eſſet. nec quiſquam ſatis certum habet, quid aut ſperet, aut timeat. Poſtero, ac deinceps aliquot diebus ad

portas

A portas maior prope mulierum, quam uirorum, multitudo ſtetit, aut ſuorum aliquem, ut nuncios de his opperiens; circumfundebanturq. obuijs ſciſcitantes: neque auelli utique a notis, prius quam ordine omnia inquiſiſſent, poterant. inde uarios uultus digredientium ab nunciis cerneres, ut cuique aut laeta aut triſtia nunciabantur: gratulanteſq. aut conſolantes redeuntibus domos circumfuſos. Feminarum praecipue & gaudia inſignia erant, & luctus. Vnam in ipſa porta, ſoſpite filio repente oblato, in conſpectu eius exſpiraſſe ferunt. alteram, cui mors filij falſo nunciata erat, maeſtam ſedentem domi, ad primum conſpectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam. Senatum praetores per dies aliquot ab orto uſque ad occidentem ſolem in curia retinent, conſultantes, quonam duce, aut quibus copijs reſiſti uictoribus Poenis poſſet. Prius quam ſatis certa conſilia eſſent, repens alia nunciatur clades: quattuor millia equitum cum C. Centenio propraetore miſſa

B ad collegam a Seruilio conſule in Vmbria, quo poſt pugnam ad Traſymenum auditum auerterant iret, ab Hannibale circumuenta. Eius rei fama uarie homines affecit. pars, occupatis maiore aegritudine animis, leuem ex comparatione priorum ducere recentem equitum iacturam. pars non id quod acciderat, per ſe aeſtimare, ſed ut in affecto corpore quamuis leuis cauſſa, magis quam ualido, grauior ſentiretur: ita tum aegrae & affectae ciuitati quodcumque aduerſi inciderit, non rerũ magnitudine, ſed uiribus extenuatis, quae nihil, quod aggrauaret, pati poſſent, aeſtimãdum eſſe. Itaque ad remedium iamdiu deſideratum, nec adhibitum, dictatorem dicendum, ciuitas confugit: & quia & conſul aberat, a quo uno dici poſſe uidebatur: nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat, aut nuncium, aut litteras mitti: nec dictatorem populus creare poterat: quod numquã ante eam diem factum erat, prodictatorem populus creauit Q. Fabium Maximum, & magiſtrũ equi-

C tum M. Minucium Rufum. hiſq. negotium ab ſenatu datum, ut muros turreſq. urbis firmarent, & praeſidia diſponerent, quibus locis uideretur, ponteſq. reſcinderent fluminum: cum Poenis pro urbe dimicandum eſſe, quando Italiam tueri nequiuiſſent. Hannibal interim recto itinere per Vmbriam uſque ad Spoletum uenit. inde cum perpopulato agro urbem oppugnare adortus eſſet, cum magna caede ſuorum repulſus, coniectans ex unius coloniae haud nimis proſpere tentatae uiribus, quanta moles Romanae urbis eſſet, in agrum Picenum auertit iter, non copia ſolum omnis generis frugum abundantem, ſed refertum praeda, quam effuſe auidi, atque egentes rapiebant. ibi per dies aliquot ſtatiua habita: refectuſq. miles hibernis itineribus ac paluſtri uia, proelioq. magis ad euentum ſecundo, quam leui aut facili, affectus. Vbi ſatis quieti datum, praeda ac populationibus magis, quam otio aut requie, gaudens, profectus, Praetutianum Hadrianumq. agrum, Marſos

D inde Marucinoſq. & Pelignos deuaſtat, circaq. Arpos & Luceriam proximam Apuliae regionem. Cn. Seruilius conſul leuibus proelijs cum Gallis actis, & uno opido ignobili expugnato, poſtquam de collegae exercituſq. caede audiuit: iam moenibus patriae metuẽs, ne abeſſet in diſcrimine extremo, ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus, dictator iterum, quo die magiſtratum inijt, uocato ſenatu, ab dijs orſus, cum edocuiſſet patres, plus negligentia caerimoniarum, auſpiciorumque, quam temeritate, atque inſcitia, peccatum a C. Flaminio conſule eſſe: quaeq. piacula irae deum eſſent, ipſos deos conſulendos eſſe: peruicit, ut (quod non ferme decernitur, niſi cum taetra prodigia nunciata ſunt) decemuiri libros Sibyllinos adire iuberentur. qui, inſpectis fatalibus libris, retulerunt patribus, quod eius belli cauſſa uotum Marti foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum eſſe: & Ioui ludos magnos, & aedes Veneri Erycinae ac Menti uouendas eſſe,

E & ſupplicationem lectiſterniumq. habendum, & uer ſacrum uouendum: ſi bellatum proſpere eſſet, reſq. publica in eodem, quo ante bellum fuiſſet, ſtatu permanſiſſet. Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura eſſet, M. Aemilium praetorem, ex collegij pontificum ſententia omnia ea ut mature fiant, curare iubet. His ſenatuſconſultis perfectis, L. Cornelius Lentulus pont. max. conſulente collegio pontificum, omnium primum populum conſulendum de uere ſacro cenſet: iniuſſu populi uoueri non poſſe. Rogatus in haec uerba populus: Velitis iubeatiſne hoc ſic fieri? ſi res populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, ſicut uelim eam, ſalua ſeruata erit hiſce duellis, datum donum duit populus Romanus Quiritium, quod duellum populo Romano cum Carthaginienſi eſt, quaeq. duella cum Gallis ſunt, qui cis Alpes ſunt, quod uer attulerit ex ſuillo,

S 3 ouillo,

Valerius Maximus capit. 12 libri 9.

dictatorem. Vide fol. 144.

ergo supra legendum, dictatorem non prodictatorem.

VER SACRUM

haec l. v.

ouillo, caprino grege, quaeque profana erunt, Ioui fieri, ex qua die ſenatus populuſque F.
iuſſerit. qui faciet, quando uolet, quaque lege uolet, facito: quo modo faxit, probe factum
eſto. ſi id moritur, quod fieri oportebit: profanum eſto. neque ſcelus eſto. ſi quis rum-
pet, occidetue inſciens, ne fraus eſto. ſi quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, neue cui cle-
ptum erit. ſi atro die faxit inſciens, probe factum eſto. ſi nocte ſiue luce, ſi ſeruus ſiue liber
faxit, probe factum eſto. ſi antidea ſenatus populuſque iuſſerit fieri, ac faxit, eo, popu-
lus ſolutus, liber eſto. Et eiuſdem rei cauſſa ludi magni uoti aeris CCCXXXIII millibus,
triente: praeterea bubus Ioui CCC, multis alijs diuis bubus albis, atque ceteris hoſtijs.
Votis rite nuncupatis, ſupplicatio edicta: ſupplicatumque ijt cum coniugibus ac liberis
non urbana multitudo tantum, ſed agreſtium etiam, quos in aliqua ſua fortuna publica
quoque contingebat. Curatum lectiſternium, & per triduum habitum, decemuiris ſacro-
rum curantibus. & puluinaria in conſpectu fuere, Ioui & Iunoni unum: alterum Neptuno G
& Mineruae: tertium Marti ac Veneri: quartum Apollini ac Dianae: quinctum Vulcano
ac Veſtae: ſextum Mercurio & Cereri. Tum aedes uotae. Veneri Erycinae aedẽ Q. Fabius
Maximus dictator uouit: quia ita ex fatalibus libris editum erat, ut is uoueret, cuius maxi
mum imperium in ciuitate eſſet. Menti aedem Otacilius praetor uouit. Ita rebus diuinis
peractis, tum de bello deque rep. dictator retulit, quibus quotue legionibus uictori ho-
ſti obuiam eundum eſſe patres cenſerent. Decretum, ut ab Cn. Seruilio conſule exercitum
acciperet: ſcriberet praeterea ex ciuibus ſocijſque quantum equitum ac peditum uidere-
tur: cetera omnia ageret faceretque, ut e republica duceret. Fabius duas legiones ſe adie-
cturum ad Seruilianum exercitum dixit. his per magiſtrum equitum ſcriptis, Tibur diem
ad conueniendum edixit. edictoque propoſito, ut quibus opida caſtellaque immunita
eſſent, in loca tuta commigrarent: ex agris quoque uti demigrarent omnes regionis eius, H
qua iturus Hannibal eſſet: tectis prius incenſis, ac frugibus corruptis, ne cuius rei copia eſ-
ſet: ipſe uia Flaminia profectus obuiam conſuli exercituique, cum ad Tiberim circa Otri-
culum proſpexiſſet agmen, conſulemque cum equitibus ad ſe progredientem, uiatorem
miſit, qui conſuli nunciaret, ut ſine lictoribus ad dictatorem ueniret. Qui cum dicto pa-
ruiſſet, congreſſuſque eorum ingentem ſpeciem dictaturae apud ciues ſocioſque, uetuſta-
te iam prope oblitos eius imperij, feciſſet, litterae ab urbe allatae ſunt, naues onerarias cõ-
meatum ab Oſtia in Hiſpaniam ad exercitum portantes a claſſe Punica circa portum Coſ-
ſanum captas eſſe. Itaque extemplo cõſul Oſtiam proficiſci iuſſus, nauibus, quae ad urbem
Romanam aut Oſtiae eſſent, completis milite ac naualibus ſocijs, perſequi hoſtiũ claſſem,
ac litora Italiae tutari. Magna uis hominum conſcripta Romae erat. Libertini etiam, qui-
bus liberi eſſent, & aetas militaris, in uerba iurauerant. Ex hoc urbano exercitu qui mino- I
res quinque & triginta annis erant, in naues impoſiti: alij, ut urbi praeſiderent, relicti. dicta
tor exercitu conſulis accepto a Fuluio Flacco legato, per agrum Sabinum Tibur, quo diem
ad conueniendum edixerat nouis militibus, uenit: inde Praeneſte tranſuerſis tramitibus
in uiam Latinam eſt regreſſus: unde itineribus ſumma cum cura exploratis, ad hoſtem du
cit: nullo loco, niſi quantum neceſſitas cogeret, fortunae ſe commiſſurus. Quo primum
die haud procul Arpis in conſpectu hoſtium poſuit caſtra, nulla mora facta, quin Poenus
educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret. ſed ubi quieta omnia apud hoſtes, nec
caſtra ullo tumultu mota uidet: increpans quidem uictos tandem Martios animos Ro-
manorum, debellatumque, & conceſſum eis propalam de uirtute ac gloria eſſe, in caſtra
redijt. ceterum tacita cura animum incenſus, quod cum duce haudquaquam Flaminio
Semproniоque ſimili, futura ſibi res eſſet: ac tum demum edocti malis Romani pa- K
rem Hannibali ducem quaeſiſſent: & prudentiam quidem, non uim dictatoris extemplo ti
muit, conſtantiamque eius haud dum expertus, agitare ac tentare animum mouendo cre-
bro caſtra, populandoque in oculis eius agros ſociorum, coepit: & modo citato agmine e
conſpectu abibat, modo repente in aliquo flexu uiae, ſi excipere degreſſum in aequũ poſ-
ſet: occultus ſubſiſtebat: Fabius per loca alta agmen ducebat, modico ab hoſte interuallo,
ut neque omitteret eum, neque congrederetur. caſtris, niſi quantum uſus neceſſario coge-
ret, tenebatur miles. pabulum & ligna nec pauci petebant, nec paſſim. equitum leuiſq. ar-
maturae ſtatio cõpoſita inſtructaq. in ſubitos tumultus, & ſuo militi tuta omnia, & infeſta
effuſis hoſtium populatoribus praebebat. neque uniuerſo periculo ſumma rerum commit-
tebatur:

A tebatur: & parua momenta leuium certaminum ex tuto coeptorum, finitimorum receptu,
aſſuefaciebant territum priſtinis cladibus militem, minus iam tandem aut uirtutis, aut for-
tunae paenitere ſuae. Sed non Hannibalem magis infeſtum tam ſanis cõſilijs habebat, quã
magiſtrum equitum, qui nihil aliud, quam quod non imperabat, morae ad rempublicam
praecipitandam habebat. ferox rapiduſque in conſilijs, ac lingua immodicus, primo inter
paucos, dein propalam in uulgus pro cunctatore ſegnem, pro cauto timidum, affingens ui-
cina uirtutibus uitia, compellebat: premẽdorumque ſuperiorum arte, quae peſſima ars ni-
mis proſperis multorum ſucceſſibus creuit, ſeſe extollebat. Hannibal ex Arpinis in Sa-
mniũ tranſit, Beneuentanum depopulatur agrum, Teleſiam urbem capit: irritat etiam de in
duſtria ducem, ſi forte accenſum tot indignitatibus cladibuſque ſociorum trahere ad ae-
quum certamen poſſit. Inter multitudinem ſociorum Italici generis, qui ad Traſyme-
B num capti ab Hannibale, dimiſſique fuerant, tres Campani equites erant, multis iam tum
illecti donis promiſſiſque Hannibalis ad conciliandos popularium animos. Hi nuncian-
tes, ſi in Campaniam exercitum admouiſſet, Capuae potiendae copiam fore: cum res ma-
ior, quam auctores, eſſet, dubium Hannibalem, alterniſque fidentem ac diffidentem, tamẽ
ut Campanos ex Samnio peteret, mouerunt. Monitos ut etiam, atque etiam promiſſa re-
bus confirmarent, iuſſoſque cum popularibus & aliquibus principum redire ad ſe, dimi-
ſit. ipſe imperat duci, ut ſe in agrum Caſinatem ducat: edoctus a peritis regionum, ſi eum
ſaltum occupaſſet, exitum Romano ad opem ferendam ſocijs intercluſurum. Sed Puni-
cum abhorrens ab Latino nomen, Caſilinum pro Caſino ducem accipere fecit: auerſuſq.
ab itinere, per Allifanum, Calatinumque & Calenum agrum, in Campum Stellatem de
ſcendit. ubi cum montibus fluminibuſque clauſam regionem circumſpexiſſet, uocatum
C ducem percunctatur, ubi terrarum eſſet. cum is Caſilini eo die manſurum eum dixiſſet:
tum demum cognitus eſt error, & Caſinum longe inde alia regione eſſe. uirgiſque caeſo
duce, & ad reliquorum terrorem in crucem ſublato, caſtris communitis, Maharbalem
cum equitibus in agrum Falernum praedatum dimiſit. Vſque ad aquas Sinueſſanas po-
pulatio ea peruenit. ingentem cladem, fugam, terroremque latius Numidae fecerunt.
nec tamen is terror, cum omnia bello flagrarent, fide ſocios dimouit, uidelicet quia
iuſto & moderato regebantur imperio: nec abnuebant, quod unum uinculum fidei eſt,
melioribus parere. Vt uero ad Vulturnum flumen caſtra ſunt poſita, exurebaturque
amoeniſſimus Italiae ager, uillaeque paſſim incendijs fumabant, per iuga Maſſici montis
Fabio ducente, prope deintegro eſt orta ſeditio, ac duces ſeditionis accenſi quidam.
fuerat enim ſilentium per paucos dies: quia cum celerius ſolito ductum agmen fuiſſet,
D feſtinari ad prohibendam populationibus Campaniam crediderant. ut uero in extrema
iuga Maſſici montis uentum eſt, hoſteſque ſub oculis erant, Falerni agri, colonorum-
que Sinueſſae tecta urentes, nec ulla erat mentio pugnae: Spectatumne huc, inquit Mi-
nucius, ad rem fruendam oculis, ſociorum caedes & incendia, uenimus? nec ſi nul-
lius alterius nos, ne ciuium quidem horum pudet, quos in Sinueſſam colonos pa-
tres noſtri miſerunt, ut ab Samnite hoſte tuta haec ora eſſet, quam nunc non uicinus
Samnis urit, ſed Poenus aduena, ab extremis orbis terrarum terminis noſtra cuncta-
tione & ſocordia iam huc progreſſus? Tantum (pro dolor) degeneramus a parenti-
bus noſtris, ut praeter quam oram illi Punicas uagari claſſes, dedecus eſſe imperij ſui
duxerint: eam nos nunc plenam Numidarum hoſtium, ac Maurorum iam factam ui-
deamus? Qui modo Saguntum oppugnari indignando, non homines tantum, ſed
E foedera & deos ciebamus, tendentem ad moenia Romanae coloniae Hannibalem lenti
ſpectamus? Fumus ex incendijs uillarum agrorumque in oculos, atque ora uenit, ſtre-
punt aures clamoribus plorantium ſociorum, ſaepius nos, quam deorum inuocantium
opem. nos hic pecorum more per aeſtiuos ſaltus, deuioſque calles exercitum ducimus,
conditi nubibus, ſiluiſque? Si hoc modo peragrando cacumina ſaltuſque Furius reci-
pere a Gallis urbem uoluiſſet, quo hic nouus Camillus nobis dictator unicus in rebus affe
ctis quaeſitus, Italiam ab Hannibale recuperare parat, Gallorum Roma eſſet: quã uereor,
ne ſic cunctãtibus nobis, Hannibali ac Poenis toties ſeruauerint maiores noſtri. Sed uir, ac
uere Romanus, quo die dictatorem eum ex auctoritate patrum iuſſuq. populi dictum, Ve-
ios allatus eſt nuncius: cum eſſet ſatis altum Ianiculum, ubi ſedens ſpectaret hoſtem,

deſcendit in aequum: atque illo ipſo die media in urbe, qua nunc Buſta Gallica ſunt, & po- F
ſtero die citra Gabios, cecidit Gallorum legiones. Quid poſt multos annos, cum ad fur-
cas Caudinas ab Samnite hoſte ſub iugum miſſi ſumus? utrum tandem L. Papirius Cur-
ſor iuga Samnij perluſtrando, an Luceriam premendo, obſidendoque, & laceſſendo ui-
ctorem hoſtem, depulſum ab Romanis ceruicibus iugum ſuperbo Samniti impoſuit? Mo-
do conſuli Lutatio quae alia res, quam celeritas, uictoriam dedit? quod poſtero die, quam
hoſtem uidit, claſſem grauem commeatibus, impeditam ſuo ipſam inſtrumento atque ap-
paratu, oppreſſit. ſtultitia eſt, ſedendo aut uotis debellari credere poſſe: armari copias o-
portet, deducendas in aequum, ut uir cum uiro congrediaris. Audendo agendoq. res Ro-
mana creuit, non his ſenſibus, conſilijſue, quae timidi cauta uocant. Haec uelut concionan-
ti Minucio circumfundebatur tribunorum equitumq. Romanorum multitudo, & ad au-
res quoque militum dicta ferocia uoluebantur: ac ſi militaris ſuffragij res eſſet, haud du- G
bie ferebant, Minucium Fabio duci praelaturos. Fabius pariter in ſuos, haud minus quam
in hoſtes, intentus, prius ab alijs inuictum animum praeſtans, quamquã probe ſcit, non in
caſtris modo ſuis, ſed iam etiam Romae ſuam cunctationem infamem eſſe, obſtinatus ta-
men eodem conſiliorum tenore aeſtatis reliquum extraxit: ut Hannibal deſtitutus ab ſpe
ſumma appetiti certaminis, iam hibernis locum circumſpectaret: quia ea regio praeſentis
erat copiae, non perpetuae, arbuſta uineaeque, & conſita omnia magis amoenis quã neceſ-
ſarijs fructibus. Hac per exploratores relata fama Fabio, cum ſatis ſciret per eaſdem an-
guſtias, quibus intrauerat Falernum agrum, rediturum, Calliculam montem & Caſilinum
occupat modicis praeſidijs: quae urbs Vulturno flumine dirempta, Falernum a Campano
agro diuidit: ipſe iugis iiſdem exercitum reducit, miſſo exploratum cum C D equiti-
bus ſociorum L. Hoſtilio Mancino: qui ex turba iuuenum audientium ſaepe ferociter cõ- H
cionantem magiſtrum equitum, progreſſus primo exploratoris modo, ut ex tuto ſpecula-
retur hoſtem, ubi uagos paſſim per uicos Numidas uidit, per occaſionem etiam paucos oc-
cidit, extemplo occupatus certamine eſt animus, exciderũtq. praecepta dictatoris: qui,
quam tuto poſſet, progreſſum, prius recipere ſeſe iuſſerat, quam in conſpectum hoſtium
ueniret. Numidae alij, atque alij occurſantes, refugienteſque, ad caſtra prope ipſum cum
fatigatione equorum, atque hominum pertraxere. inde Cartalo, penes quem ſumma eque-
ſtris imperij erat, concitatis equis inuectus, cum prius quam ad coniectum teli ueniret,
auertiſſet hoſtem: quinque millia ferme continenti curſu ſecutus eſt fugientes. Manci-
nus, poſtquam nec hoſtem deſiſtere ſequi, nec ſpem uidit effugiendi eſſe, cohortatus ſuos,
in proelium redijt, omni parte uirium impar. itaque ipſe, & delecti equitum circumuenti
occiduntur: ceteri effuſo rurſus curſu Cales primum, inde prope inuijs callibus ad dicta- I
torem perfugerunt. Eo forte die Minucius ſe coniunxerat Fabio, miſſus ad firmandum
praeſidio ſaltum, qui ſuper Tarracinam in artas coactus fauces imminet mari, ne immuni-
to Appiae limite, Poenus peruenire in agrum Romanum poſſet. Coniunctis exercitibus
dictator ac magiſter equitum caſtra in uiam deferunt, qua Hannibal ducturus erat. duo in-
de millia hoſtes aberant. Poſtero die Poeni quod uiae inter bina caſtra erat, agmine com-
pleuere. Cum Romani ſub ipſo conſtitiſſent uallo, haud dubie aequiore loco, ſucceſſit ta-
men Poenus cum expeditis equitibus, atque ad laceſſendum hoſtem carptim & procurſan-
do, recipiendoq. ſeſe, pugnauere. Reſtitit ſuo loco Romana acies. lenta pugna, & ex di-
ctatoris magis, quam Hannibalis, fuit uoluntate. C C ab Romanis, DCCC hoſtium ceci-
dere. Incluſus inde uideri Hannibal, & ad Caſilinum obſeſſus: cum Capua, & Samnium,
& tantum ab tergo diuitum ſociorum Romanis commeatus ſubueheret: Poenus contra in- K
tra Formiana ſaxa, ac Literni arenas, ſtagnaq. perhorrida ſitu, hibernaturus eſſet. Nec Han-
nibalem fefellit, ſuis ſe artibus peti. itaque cum per Caſilinum euadere non poſſet, peten-
diq. montes, & iugum Calliculae ſuperandum eſſet; nec ubi Romanus incluſum uallibus
agmen aggrederetur, ludibrium oculorum ſpecie terribile ad fruſtrandum hoſtem com-
mentus, principio noctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit: fallacis conſilij talis appara-
tus fuit. Faces undique ex agris collectae, faſceſq. uirgarum, atque arida ſarmenta praeli-
gantur cornibus boum: quos domitos, indomitoſq. multos inter ceterã agreſtem praedã
agebat. ad duo millia ferme boum effecta: Haſdrubaliq. negotiũ datũ, ut primis tenebris
noctis id armentum accenſis cornibus ad montes ageret, maxime, ſi poſſet, ſaltu ab hoſte
inſeſſo.

A inſeſſo. Primis tenebris ſilentio mota caſtra, boues aliquanto ante ſigna acti. ubi ad radices montium, uiaſque anguſtas uentum eſt, ſignum extemplo datur, ut accenſis cornibus armenta in aduerſos concitentur montes. & metus ipſe relucentis flammae ex capite, calorque iam ad uiuum, ad imaque cornuum adueniens, uelut ſtimulatos furore agebat boues. quo repente diſcurſu haud ſecus quam ſiluis montibuſque accenſis, omnia circum uirgulta ardere: capitumque inquietatio excitans flammam, hominum paſſim diſcurrentium ſpeciem praebebat. Qui ad tranſitus ſaltus inſidendos locati erant, ubi in ſummis montibus, ac ſuper ſe quoſdam ignes conſpexerunt, circumuentos ſe eſſe rati, praeſidio exceſſere: qua ingens emicabat flamma, uelut tutiſſimum iter petentes ſumma montium iuga. tum in quoſdam boues palantes a ſuis gregibus inciderunt: & primo cum procul cernerent, ueluti flammas ſpirantium miraculo attoniti conſtiterunt. deinde ut humana
B apparuit fraus, tum uero inſidias rati eſſe, cum multo maximoque ſtrepitu concitant ſe in fugam, leuique armaturae hoſtium incurrere. ceterum nox aequato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit. Interea toto agmine Hannibal tranſducto per ſaltũ, & quibuſdam in ipſo ſaltu hoſtium oppreſſis, in agro Alliſano poſuit caſtra. Hunc tumultum ſenſit Fabius: ceterum & inſidias eſſe ratus, & ab nocturno utique abhorrens certamine, ſuos munimentis tenuit. Luce prima ſub iugo montis proelium fuit, quo intercluſam ab ſuis leuem armaturam facile (etenim numero aliquantum praeſtabant) Romani ſuperaſſent, niſi Hiſpanorum cohors ad idipſum remiſſa ab Hannibale, perueniſſet. ea aſſuetior montibus, & ad concurſandum inter ſaxa rupeſque aptior ac leuior, cum uelocitate corporum, tum armorum habitu, campeſtrem hoſtem grauem armis, ſtatariumque, pugnae genere facile eluſit. Ita haudquaquam pari certamine digreſſi, Hiſpani fere omnes inco-
C lumes, Romani aliquot ſuis amiſſis, in caſtra contenderunt. Fabius quoque mouit caſtra: tranſgreſſuſque ſaltum ſuper Alliſas loco alto ac munito conſedit. Tum per Samniũ Romam petere ſimulans Hannibal, uſque in Pelignos populabundus rediјt. Fabius medijs inter hoſtium agmen urbemque Romam iugis ducebat, nec abſiſtens, nec congrediens. Ex Pelignis Poenus flexit iter, retroque Apuliam repetens, Gerionem peruenit, urbem metu, quia collapſa ruinis pars moenium erat, ab ſuis deſertam. Dictator in Larinate agro caſtra communijt. inde ſacrorum cauſſa Romam reuocatus, non imperio modo, ſed conſilio etiam, ac prope precibus agens cum magiſtro equitum, ut plus conſilio, quam fortunae confidat: & ſe potius ducem, quam Sempronium Flaminiumque imitetur. ne nihil actum cenſeret, exacta prope aeſtate per ludificationem hoſtis: medicos quoque plus interdum quiete, quam mouendo, atque agendo, proficere. haud paruam rem eſ-
D ſe, ab toties uictore hoſte uinci deſiſſe, & ab continuis cladibus reſpiraſſe. Haec nequidquam praemonito magiſtro equitum, Romam eſt profectus. Principio aeſtatis qua haec gerebantur, in Hiſpania quoque terra marique pugnari coeptum eſt. Haſdrubal ad eum nauium numerum, quem a fratre inſtructum, paratumque acceperat, decem adiecit. quadraginta nauium claſſem Himilconi tradidit, atque ita Carthagine profectus, nauibus prope terram exercitum in litore ducebat, paratus confligere, quacumque parte copiarum hoſtis occurriſſet. Cn. Scipioni, poſtquam mouiſſe ex hibernis hoſtem audiuit, primo inde conſilij fuit: deinde minus terra, propter ingentem famam nouorum auxiliorum, occurrere auſus, delecto milite in naues impoſito, quinque & triginta nauium claſſe ire obuiam hoſti pergit. Altero ab Tarracone die ad ſtationem X millia paſſuum diſtantem ab oſtio Iberi amnis peruenit. inde duae Maſſilienſium ſpeculatoriae praemiſſae retu-
E lerunt, claſſem Punicam ſtare in oſtio fluminis, caſtraque in ripa poſita. Itaque ut improuidos incautoſque uniuerſo ſimul effuſo terrore opprimeret, ſublatis anchoris ad hoſtem uadit. Multas & locis altis poſitas turres Hiſpania habet, quibus & ſpeculis, & propugnaculis aduerſus latrones utuntur. Inde primo conſpectis hoſtium nauibus, datum ſignum Haſdrubali eſt: tumultuſque prius in terra & caſtris, quam ad mare & ad naues eſt ortus, nondum aut pulſu remorum, ſtrepituque alio nautico exaudito, aut aperientibus claſſem promontorijs: cum repente eques alius ſuper alium ab Haſdrubale miſſus, uagos in litore, quietoſque in tentorijs ſuis: nihil minus, quam hoſtem aut proelium, eo die exſpectantes conſcendere naues propere, atque arma capere iubet. claſſem Romanam iam haud procul a portu eſſe. Haec equites dimiſſi paſſim imperabant. mox Haſdrubal ipſe

cum

cum omni exercitu aderat: uarioq. omnia tumultu ſtrepunt, ruentibus in naues ſimul re- F
migibus militibuſque, fugientium magis e terra, quam in pugnam euntium, modo. Vix-
dum omnes conſcenderant, cum alij reſolutis oris anchoram uellunt: alij, ne quid teneat,
anchoralia incidunt: raptimq. omnia praepropere agendo, militum apparatu nautica mi-
niſteria impediuntur, trepidatione nautarum capere & aptare arma miles prohibetur.
Et iam Romanus non propinquabat modo, ſed direxerat etiam in pugnam naues. itaque
non ab hoſte & proelio magis Poeni, quam ſuomet ipſi tumultu, turbabantur: & tẽtata ue-
rius pugna, quam inita, in fugam auerterunt claſſem. & cum auerſi, ac diuerſo lato agmi-
ne, tam multis ſimul uenientibus haud ſane impenetrabiles eſſent, in litus paſſim naues
egerunt: atque alij uadis, alij ſicco litore excepti, partim armati, partim inermes ad inſtru-
ctam per litus aciem ſuorum perfugere. Duae tamen primo concurſu captae erant Punicae
naues, quattuor ſuppreſſae. Romani, quamquam terra hoſtium erat, armatamq. aciem toto G
praetentam in litore cernebant, haud cunctanter tamen inſecuti trepidam hoſtium claſ-
ſem, naues omnes, quae non aut perfregerant proras litori illiſas, aut carinas fixerant ua-
dis, religatas puppibus in altum extraxere, ad V & XX naues ex XXX cepere. Neque id
pulcherrimum eius uictoriae fuit, ſed quod una leui pugna toto eius orae mari potiti erãt.
Itaque ad Honoſcam claſſe prouecti, exſcenſu e nauibus in terram facto, cum urbem ui
cepiſſent, captamq. diripuiſſent, Carthaginem inde petunt: atque omnem agrum circa
depopulati, poſtremo tecta quoque iuncta muro, portiſq. incenderunt. Inde iam praeda
grauis ad Longunticam peruenit claſſis: ubi uis magna ſparti fuit, ad rem nauticam con-
geſta ab Haſdrubale. quod ſatis in uſum fuit, ſublato, ceterum omne incenſum eſt. Nec
continentis modo proiectas oras praeteruecta, ſed in Ebuſum inſulam tranſmiſſum. ubi
urbe, quae caput inſulae eſt, biduum nequidquam ſummo labore oppugnata, ubi in ſpem H
irritam fruſtra teri tempus animaduerſum eſt, ad populationem agri uerſi, direptis aliquot
incenſiſq. uicis, maiore quam ex continenti praeda parta, cum in naues ſeſe recepiſſent,
ex Balearibus inſulis legati pacem petentes ad Scipionem uenerunt. Inde flexa retro claſ-
ſis, reditumq. in citeriora prouinciae: quo omnium populorum, qui Iberum incolunt, mul-
torum & ultimae Hiſpaniae legati concurrerunt. Sed qui uere ditionis imperijq. Romani
facti ſunt obſidibus datis, populi amplius fuerunt centumuiginti. Igitur terreſtribus quo
que copijs ſatis fidens Romanus, uſque ad ſaltum Caſtulonenſem eſt progreſſus. Haſdru-
bal in Luſitaniam, ac propius Oceanum conceſſit. Quietum inde fore uidebatur reliquum
aeſtatis tempus, fuiſſetq. prope per Poenum hoſtem: ſed praeterquam quod ipſorũ Hiſpa-
norum inquieta, auidaq. in nouas res ſunt ingenia, Mandonius, uir nobilis, qui antea Iler-
getum regulus fuerat, poſtquam Romani ab ſaltu receſſere ad maritimam oram, concitis I
popularibus, in agrum pacatum Romanorum ſociorum ad populandum uenit. Aduer-
ſus eos tribus millibus cum expeditis auxilijs a Scipione miſſis, leui certamine ut tumul-
tuariam manum fudere, multis occiſis, quibuſdam captis, magnaq. parte armis exſuta.
Hic tamen tumultus cedentem ad Oceanum Haſdrubalem cis Iberum ad ſocios tutandos
retraxit. caſtra Punica in agro Ilercaonenſium, caſtra Romana ad nouam claſſem erant,
cum fama repens alio uertit bellum. Celtiberi principes, qui regionis ſuae legatos obſi-
deſq. dederant Romanis, nuncio miſſo a Scipione exciti arma capiunt, prouinciamq. Car-
thaginienſium ualido exercitu inuadunt: tria opida ui expugnant. inde cum ipſo Haſdru-
bale duobus proelijs egregie pugnantes, XV millia hoſtium occiderunt, quattuor millia
cum multis militaribus ſignis capiunt. Hoc ſtatu rerum in Hiſpania, P. Scipio in prouin-
ciam uenit, prorogato poſt conſulatum imperio, ab ſenatu miſſus cum XXX longis naui- K
bus, & octo millibus militum, magnoq. commeatu aduecto. Ea claſſis ingens agmine
onerariarum procul uiſa cum magna laetitia ciuium ſociorumque, portum Tarraconis ex
alto tenuit. ibi milite expoſito, profectus Scipio fratri coniungitur: ac deinde communi
animo conſilioq. gerebant bellum. Occupatis igitur Carthaginienſibus Celtiberico bel-
lo, haud cunctanter Iberum tranſgrediuntur: nec ullo uiſo hoſte, Saguntum pergunt ire,
quod ibi obſides totius Hiſpaniae cuſtodiae traditos ab Hannibale, fama erat modico in ar-
ce cuſtodiri praeſidio. Id unum pignus inclinatos ad Romanam ſocietatem omnium Hi-
ſpaniae populorum animos morabatur, ne ſanguine liberorum ſuorum culpa defectionis
lueretur. Eo uinculo Hiſpaniam uir unus ſollerti magis, quam fideli conſilio exſoluit. Ace

dux

A dux erat Sagunti nobilis Hiſpanus, fidus ante Poenis : tum (qualia pleraque ſunt barbarorum ingenia) cum fortuna mutauerat fidem. ceterum transfugam ſine magnae rei proditione uenientem ad hoſtes, nihil aliud quam unum uile, atque infame corpus eſſe ratus, id agebat, ut quammaximum emolumentum nouis ſocijs eſſet. circumſpectis igitur omnibus quae fortuna poteſtatis eius poterat facere, obſidibus potiſſimum tradendis animum adiecit: eam unam rem maxime ratus conciliaturam Romanis principem Hiſpaniae amicitiam. Sed cum iniuſſu Boſtaris praefecti ſatis ſciret nihil obſidum cuſtodes facturos eſſe, Boſtarem ipſum aggreditur. Caſtra extra urbem in ipſo litore habebat Boſtar, ut aditum ex portu intercluderet Romanis. ibi eum in ſecretum abductum, uelut ignorantem, monet, in quo ſtatu ſit res. Metum continuiſſe ad eam diem Hiſpanorum animos, quia procul Romani abeſſent: nunc cis Iberum caſtra Romana eſſe, arcem tutam, perfugiumq.

B nouas uolentibus res. itaque quos metus non teneat, beneficio & gratia deuinciendos eſſe. Miranti Boſtari, percunctantique, quodnam id ſubitum tantae rei donum poſſit eſſe, Obſides, inquit, in ciuitates remitte. id priuatim parentibus, quorum maximum nomen in ciuitatibus eſt ſuis, & publice populis gratum erit. Vult ſibi quiſque credi, & habita fides ipſam plerumque obligat fidem. Miniſterium reſtituendorum domos obſidum, mihimet depoſco ipſe, ut opera quoque impenſa conſilium adiuuem meum, & rei ſuapte natura gratae, quantam inſuper gratiam poſſim, adijciam. Homini non ad cetera Punica ingenia callido ut perſuaſit, nocte clam progreſſus ad hoſtium ſtationes, conuentis quibuſdam auxiliaribus Hiſpanis, & ab ijs ad Scipionem perductus, quid afferret, expromit. Fide accepta dataque, ac loco & tempore conſtituto ad obſides tradendos, Saguntum redit. diem inſequentem abſumpſit cum Boſtare mandatis ad rem agendam accipiendis. dimiſſus,

C cum ſe nocte iturum, ut cuſtodias hoſtium falleret, conſtituiſſet, ad compoſitam cum ijs horam excitatis cuſtodibus puerorum profectus, ueluti ignarus, in praeparatas ſua fraude inſidias ducit. In caſtra Romana perducti, cetera omnia de reddendis obſidibus, ſicut cum Boſtare conſtitutum erat, acta per eundem ordinem, quaſi Carthaginienſium nomine ſic agerentur. Maior aliquanto Romanorum gratia fuit in re pari, quam quanta futura Carthaginienſium fuerat. illos enim graues ſuperboſq. in rebus ſecundis expertos, fortuna & timor mitigaſſe uideri poterat. Romanus primo aduentu, incognitus ante, ab re clementi liberaliq. initium fecerat: & Acedux, uir prudens, haud fruſtra uidebatur ſocios mutaſſe. Itaque ingenti conſenſu ad defectionem omnes ſpectare: armaq. extemplo mota forent, ni hiems quae Romanos quoque & Carthaginienſes concedere in tecta coegit, interueniſſet. Haec in Hiſpania quoque ſecunda aeſtate Punici belli geſta, cum in Italia

D paullulum interualli cladibus Romanis ſollers cunctatio Fabij feciſſet: quae ut Hannibalē non mediocri ſollicitum cura habebat, tādem eum militiae magiſtrum delegiſſe Romanos cernentem, qui bellum ratione, non fortuna gereret: ita contempta erat inter ciues armatos pariter togatoſque, utique poſtquam abſente eo, temeritate magiſtri equitum, laeto, ut uerius dixerim, quam proſpero, euentu pugnatum fuerat. Acceſſerant duae res ad augendam inuidiam dictatoris. una, fraude ac dolo Hannibalis: quod cum a perfugis ei monſtratus ager dictatoris eſſet, omnibus circa ſolo aequatis, ab uno eo ferrum, ignēque, & uim omnem hoſtium abſtineri iuſſit, ut occulti alicuius pacti ea merces uideri poſſet. altera ipſius facto, primo forſitan dubio, quia non exſpectata in eo ſenatus auctoritas eſt: ad extremum haud ambigue in maximam laudem uerſo, in permutandis captiuis: quod, ſicut primo Punico bello factum erat, conuenerat inter duces Romanos, Poenumque, ut, quae pars plus reciperet, quam daret, argenti pondo bina & ſelibras in militem praeſtaret.

E CCXLVII cum plures Romanus quam Poenus recepiſſet, argentumq. pro eis debitum, ſaepe iactata in ſenatu re, quoniam non conſuluiſſet patres, tardius rogaretur: inuiolatum ab hoſte agrum miſſo Romam filio uendidit, fidemq. publicam impendio priuato exſoluit. Hannibal pro Gerionis moenibus, cuius urbis captae, atq. incenſae ab ſe in uſum horreorū pauca reliquerat tecta, ſtatiua habebat. inde frumentatum duas exercitus partes mittebat: cum tertia ipſe expedita in ſtatione erat, ſimul caſtris praeſidio, & circumſpectans nec unde impetus in frumentatores fieret. Romanus tunc exercitus in agro Larinati erat. praeerat Minucius magiſter equitum, profecto, ſicut ante dictum eſt, ad urbem dictatore. Ceterum caſtra, quae in monte alto ac tuto loco poſita fuerant, iam in planum deferuntur:

tur: agitabanturq. pro ingenio ducis conſilia callidiora, ut impetus aut in frumentatores F
palantes, aut in caſtra relicta, cum leui manu praeſidioq. fieret. Nec Hannibalem fefellit,
cum duce mutatam eſſe belli rationem, & ferocius, quam conſultius, rem hoſtes geſturos.
Ipſe autem (quod minime quis crederet) cum hoſtis propius eſſet, tertiam partem mili-
tum frumentatum, duabus in caſtris retentis, dimiſit: deinde caſtra ipſa propius hoſtem
mouit, duo ferme a Gerione millia, in tumulum hoſti conſpectum: ut intentum ſciret eſſe
ad frumentatores, ſiqua uis fieret, tutandos. Propior inde ei, atque ipſis imminens Roma-
norum caſtris tumulus apparuit: ad quem capiendum ſi luce palam iretur, quia haud du-
bie hoſtibus breuiore uia praeuentus eſſet, nocte clam miſſi Numidae ceperunt: quos te-
nentes locum contempta paucitate Romani poſtero die cum eieciſſent, ipſi eo transfe- G
runt caſtra. Tum itaque ut exiguum ſpatij uallum a uallo aberat, & id ipſum totum pro-
pe compleuerat Romana acies, ſimul & per auerſa caſtra a caſtris Hannibalis equitatus cũ
leui armatura emiſſus in frumentatores late caedem fugamq. hoſtium palatorum fecit: nec
acie certare Hannibal auſus: quia tanta paucitate uix caſtra, ſi oppugnarentur, tutari pote-
rat. iamq. artibus Fabij pars exercitus aberat, iam ferme ſedendo & cunctando bellum
gerebat, receperatq. ſuos in priora caſtra, quae pro Gerionis moenibus erant. Iuſta quo-
que acie, & collatis ſignis dimicatum, quidam auctores ſunt. primo concurſu Poenum uſ-
que ad caſtra fuſum, inde eruptione facta repente uerſum terrorem in Romanos: Nume-
rij Decimj Samnitis deinde interuentu proelium reſtitutum. hunc principem genere ac
diuitijs non Bouiani modo, unde erat, ſed toto Samnio, iuſſu dictatoris octo millia pedi-
tum, & equites ducentos adducentem in caſtra, ab tergo cum apparuiſſet Hannibali, ſpem H
parti utrique praebuiſſe noui ſubſidij: tumq. Fabio ab Roma ueniente, Hannibalem inſidia-
rum quoque aliquid timentem recepiſſe ſuos: Romanum inſecutum adiuuante Samnite
duo caſtella eo die expugnaſſe: ſex millia hoſtium caeſa, quinque admodũ Romanorum.
tamen in tam pari prope clade famam egregiae uictoriae cum uanioribus litteris magiſtri
equitum Romam perlatam. De his rebus perſaepe & in ſenatu & in concione actum eſt.
Cũ laeta ciuitate dictator unus nihil nec famae, nec litteris crederet, &, ut uera omnia eſ-
ſent, ſecunda ſe magis, quam aduerſa, timere diceret: tum M. Metilius tribunus plebis id
enimuero ferendum eſſe negat, non praeſentem ſolum dictatorem obſtitiſſe rei bene ge-
rendae, ſed abſentem etiam geſtae obſtare: & in ducendo bello ſedulo tempus terere, quo
diutius in magiſtratu ſit, ſoluſq. & Romae & in exercitu imperium habeat. quippe conſu-
lum alterum in acie cecidiſſe, alterum, ſpecie claſſis Puniceae perſequendae, procul ab Italia
ablegatum. duos praetores Sicilia, atque Sardinia occupatos, quorum neutra hoc tempo-
re prouincia praetore egeat. M. Minucium magiſtrum equitũ, ne hoſtem uideret, ne quid I
rei bellicae gereret, prope in cuſtodia habitum. Itaque Hercule, non Samnium modo, quo
iam tamquam trans Iberum agro Poenis conceſſum ſit, & Campanum Calenumque, & Fa-
lernum agrum peruaſtatos eſſe, ſedente Caſilini dictatore, & legionibus populi Romani
agrum ſuum tutante, uerum etiam exercitum cupientem pugnare, & magiſtrum equitum,
clauſos prope intra uallum retentos, tamquam hoſtibus captiuis arma adempta. tandem
ut abſceſſerit inde dictator, ut obſidione liberatos, extra uallum egreſſos, fudiſſe ac fugaſ-
ſe hoſtes. Quas ob res, ſi antiquus animus plebi Romanae eſſet, audacter ſe laturum fuiſſe
de abrogando Q. Fabij imperio. Nunc modicam rogationem promulgaturum de aequan-
do magiſtri equitum & dictatoris iure: nec tamen, ne ita quidem, prius dimittendum ad
exercitum Q. Fabium, quam conſulem in locum C. Flaminij ſuffeciſſet. Dictator con-
cionibus ſe abſtinuit, in actione minime popularis. ne in ſenatu quidem ſatis aequis auri- K
bus audiebatur, tunc cum hoſtem uerbis extolleret, bienniiq. clades per temeritatem at-
que inſcitiam ducum acceptas referret: magiſtroq. equitum, quod contra edictum ſuum
pugnaſſet, rationem diceret reddendam eſſe. ſi penes ſe ſumma imperij conſilijq. ſit, pro-
pediem effectum, ut ſciant homines, bono imperatori haud magni fortunam momenti
eſſe: mentem, rationemq. dominari. ſe ſaeuo tempore, & ſine ignominia ſeruaſſe exerci-
tum, quam multa millia hoſtium occidiſſe, ducere maiorem gloriam eſſe. Huius generis
orationibus fruſtra habitis, & conſule creato M. Atilio Regulo, ne praeſens de iure impe-
rij dimicaret, pridie quam rogationis ferendae dies adeſſet, nocte ad exercitum abijt. Lu-
ce orta, cum plebis concilium eſſet, magis tacita inuidia dictatoris, fauorq. magiſtri equi-
tum

A tum animos uerſabat, quam ſatis audebant homines ad ſuadendum quod uulgo place-
bat, prodire: & fauore ſuperante, auctoritas tamen rogationi deerat. Vnus inuentus eſt
ſuaſor legis, C. Terentius Varro, qui priore anno praetor fuerat, loco non humili ſolum,
ſed etiam ſordido ortus, patrem lanium fuiſſe ferunt, ipſum inſtitorem mercis, filioque
hoc ipſo in ſeruili eius artis miniſterio uſum. Is iuuenis ubi ex eo genere quaeſtus pecu-
nia a patre relicta, animum ad ſpem liberalioris fortunae adiecit, togaque & forum pla-
cuere, proclamando pro ſordidis hominibus cauſſiſque aduerſus rem & famam bono-
rum, primum in notitiam populi, deinde ad honorem peruenit. quaeſtura quoque, & dua-
bus aedilitatibus, plebeia & curuli, poſtremo & praetura perfunctus, iam ad conſulatus
ſpem cum attolleret animos, haud parum callide auram fauorabilis populi ex dictatoria
inuidia petijt: ſicque plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationem, quique Ro-
B mae, quique in exercitu erant, aequi atque iniqui, praeter ipſum dictatorem, in contumeliā
eius latam acceperunt. ipſe, qua grauitate animi criminantes ſe ad multitudinem inimi-
cos tulerat, eadem & populi in ſe ſaeuientis iniuriam tulit: acceptiſque in ipſo itinere litte
ris ſenatus conſulti de aequato imperio, ſatis fidens haudquaquam cum imperij iure ar-
tem imperandi aequatam, cumque inuicto a ciuibus hoſtibuſque animo ad exercitum re-
dijt. Minucius uero, cum iam ante uix tolerabilis fuiſſet, ſecundis rebus, ac fauore uul-
gi: tum utique immodice immodeſteque non Hannibale magis uicto ab ſe, quam Fabio,
gloriari. Illum in rebus aſperis unicum ac parem ducem quaeſitum Hannibali, maiorem
minori, dictatorem magiſtro equitum, quod nulla memoria habeat annalium, iuſſu popu-
li aequatum in eadem ciuitate, in qua magiſtri equitum uirgas ac ſecures dictatoris treme
re, atque horrere ſoliti ſint. in tantum ſuam felicitatem uirtutemque enituiſſe. ergo ſecu-
C turum ſe fortunam ſuam, ſi dictatoris cunctatio in ſegnitie deorum hominumque iudicio
damnata perſtaret. Itaque quo die primum congreſſus eſt cum Fabio, ſtatuendum omniū
primum ait eſſe, quemadmodum imperio adaequato utantur. ſe optimum ducere, aut
diebus alternis, aut, ſi maiora interualla placerent, partitis temporibus, alternis ſum-
mum ius imperiumq. eſſe, ut par hoſti non ſolum conſilio, ſed uiribus etiam eſſet, ſi quam
occaſionem rei gerendae habuiſſet. Q. Fabio haudquaquam id placere: omnia enim for-
tunam habituram, quaecumque temeritas collegae habuiſſet. ſibi communicatum cū illo,
non ademptum imperium eſſe. itaque ſe nunquam uolentem parte qua poſſet, rerum con-
ſilio gerendarum, ceſſurum: nec ſe tempora aut dies imperij cum eo, ſed exercitus diuiſu-
rum: ſuiſque conſilijs, quoniam omnia nō liceret, quae poſſet, ſeruaturum. Ita obtinuit, ut
legiones, ſicut conſulibus mos eſſet, inter ſe diuiderent. prima & quarta Minucio, ſecun-
D da & tertia Fabio euenerunt. item equites pari numero, ſociumque & Latini nominis au-
xilia diuiſerunt. caſtris ſe quoque ſeparari magiſter equitum uoluit. Duplex inde Hanni-
bali gaudium fuit: (neque enim quidquam eorum quae apud hoſtes agerentur, eum falle
bat, & perfugis multa indicantibus, & per ſuos explorantem) nam & liberam Minucij te-
meritatem ſe ſuo modo capturum, & ſollertiae Fabij dimidium uirium deceſſiſſe. Tumu-
lus erat inter caſtra Minucij, & Poenorum, quem qui occupaſſet, haud dubie iniquiorem
erat hoſti locum facturus. eum non tam capere ſine certamine uolebat Hannibal, quam-
quam id operaepretium erat, quam cauſſam certaminis cum Minucio, quem ſemper occur
ſurum ad obſiſtendum ſatis ſciebat, contrahere. Ager omnis medius erat prima ſpecie
inutilis inſidiatori, quia non modo ſiluestre quidquam, ſed ne uepribus quidem ueſtitum
habebat: re ipſa natus tegendis inſidijs eo magis, quod in nuda ualle nulla talis fraus time
E ri poterat. & erant in amfractibus cauae rupes, ut quaedam earum ducenos armatos poſ-
ſent capere. In has latebras, quot quemque locum apte inſidere poterant, quinque mil-
lia conduntur peditum equitumque. necubi tamen aut motus alicuius temere egreſſi, aut
fulgor armorum fraudem in ualle tam aperta detegeret, miſſis paucis prima luce ad ca-
piendum quem ante diximus tumulum, auertit oculos hoſtium. Primo ſtatim conſpectu
contempta paucitas; ac ſibi quiſque depoſcere pellendos inde hoſtes. ad locum capien-
dum dux ipſe inter ſtolidiſſimos ferociſſimoſque ad arma uocat, & uanis animis & minis
increpat hoſtem. Principio leuem armaturam dimittit, deinde conferto agmine mittit
equites: poſtremo, cum hoſtibus quoque ſubſidia mitti uideret, inſtructis legionibus pro
cedit. Et Hannibal laborantibus ſuis alia atque alia, creſcente certamine, mittens auxilia

peditum equitumque, iam iuſtam expleuerat aciem, ac totis utrimque uiribus certabatur. F
Prima leuis armatura Romanorum praeoccupatum inferiore loco ſuccedens tumulum, pulſa detruſaq. terrorem in ſuccedentem intulit equitem, & ad ſigna legionum refugit. peditum acies inter perculſos impauida ſola erat, uidebaturque, ſi iuſta, aut ſi recta pugna eſſet, haudquaquam impar futura. tantum animorum fecerat proſpere ante paucos dies res geſta. ſed exorti repente inſidiatores, cum tumultum terroremq. in latera utrimque, ab tergoq. incurſantes fecerunt, ut neque animus ad pugnam, neque ad fugam ſpes cuiquam ſupereſſet. Tunc Fabius primo clamore pauentũ audito, dein conſpecta, procul turbata acie: Ita eſt, inquit, non celerius, quam timui, deprehendit fortuna temeritatem. Fabio aequatus imperio, Hannibalem & uirtute & fortuna ſuperiorem uidet. ſed aliud iurgãdi ſuccenſendiq. tempus erit: nunc ſigna extra uallum proferte. uictoriam hoſti extorqueamus, confeſſionem erroris ciuibus. Iam magna ex parte caeſis alijs, alijs circumſpe- G
ctantibus fugam, Fabiana ſe acies repente, uelut caelo demiſſa, ad auxilium oſtendit. itaque priuſquam ad coniectum teli ueniret, aut manum conſereret, & ſuos a fuga effuſa, & a feroci pugna hoſtes continuit. Qui ſolutis ordinibus uage diſſipati erant, undique confugerunt ad integram aciem. qui plures ſimul terga dederant, conuerſi in hoſtem, uoluenteſq. orbem, nunc ſenſim referre pedem, nunc conglobati reſtare. ac iam prope una acies facta erat uicti, atque integri exercitus, inferebantq. ſigna in hoſtem, cum Poenus receptui cecinit, palam ferente Hannibale, ab ſe Minucium, ſe a Fabio uictum. Ita per uariam fortunam diei maiore parte exacta, cum in caſtra reditum eſſet, Minucius conuocatis militibus: Saepe ego, inquit, audiui, milites, eum primum eſſe uirum, qui ipſe cõſulat, quid in rẽ ſit: ſecundum, eum qui bene monenti obediat: qui nec ipſe cõſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenij eſſe. Nobis quoniam prima animi ingenijq. negata ſors eſt, ſecun- H
dam ac mediam teneamus: & cum imperare diſcimus, parere prudenti in animum inducamus. caſtra cum Fabio iungamus. ad praetorium eius ſigna cum tulerimus: ubi ego eum parentem appellauero, quod beneficio eius erga nos, ac maieſtate eius dignum eſt: uos milites eos, quorum uos modo arma dextraeq. texerunt, patronos ſalutabitis: &, ſi nihil aliud gratorum certe nobis animorum gloriam dies haec dederit. Signo dato, conclamatur inde, ut colligantur uaſa. profecti agmine incedentes ad dictatoris caſtra, in admirationem & ipſum, & omnes qui circa erant, conuerterunt. Vt conſtituta ſunt ante tribunal ſigna, progreſſus ante alios magiſter equitum, cum patrem Fabium appellaſſet, circumfuſoſq. militum eius totum agmen patronos conſalutaſſet: parentibus, inquit, meis, dictator, quibus te modo nomine, quo fando poſſum, aequaui, uitam tantum debeo: tibi cum meam ſalutem, tum omnium horum. itaque plebiſcitum, quo oneratus magis, quam honoratus, I
ſum, primus antiquo, abrogoque: &, quod tibi mihique, quod meo exercitui tuoque, conſeruato ac conſeruatori ſit felix, ſub imperium auſpiciumq. tuum redeo, & ſigna haec legioneſq. reſtituo. tu quaeſo placatus, me magiſtrum equitum, hos ordinibus ſuis quemque teneri iubeas. Tum dextrae interiunctae: militeſq. concione dimiſſa a notis ignotiſq. benigne, atque hoſpitaliter inuitati: laetuſq. dies ex admodum triſti paullo ante ac prope exſecrabili factus. Romae, ut eſt perlata fama rei geſtae, dein litteris non magis ipſorũ imperatorum, quam uulgo militum ex utroque exercitu affirmata, pro ſe quiſque Maximum laudibus ad caelum ferre. Par gloria apud Hannibalem hoſteſq. Poenos erat: ac tum demum ſentire, cum Romanis, atque in Italia bellum eſſe: nam biennio ante adeo & duces Romanos, & milites ſpreuerant, ut uix cum eadem gente bellum eſſe crederent, cuius terribilem eam famam a patribus accepiſſent. Hannibalem quoque ex acie redeuntem dixiſ- K
ſe ferunt, tandem eam nubem, quae ſederet in iugis montium, ſollicitatam procella imbrẽ dediſſe. Dum haec geruntur in Italia: Cn. Seruilius Geminus conſul cum claſſe nauium circumuectus Sardiniae & Corſicae oram, & obſidibus utrimque acceptis in Africam trãſmiſit: & prius quam in continentem deſcenſiones faceret, Meninge inſula uaſtata, & ab incolentibus circa eam, ne & ipſorum ureretur diripereturq. ager, decem talentis argenti acceptis, ad litora Africae acceſſit, copiaſq. expoſuit. Inde ad populandum agrum ducti milites, naualeſq. ſocij iuxta effuſi, ac ſi inſulas cultorum egentes praedarentur. itaque in inſidias temere illati, cum a ſequentibus palantes, & locorum ignari circumuenirentur, cum multa caede, ac foeda fuga retro ad naues compulſi ſunt. Ad mille hominum, cum

his

A his Sempronio Blaeſo quaeſtore amiſſo, claſſis a litoribus hoſtium plenis trepide ſoluta in
Siciliam curſum tenuit: traditaq. Lilybaei T. Otacilio praetori, ut ab legato eius P. Sura
Romam reduceretur. ipſe per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam traiecit: litte-
ris Q. Fabij accitus & ipſe, & collega eius M. Atilius, ut exercitum ab ſe exacto iam pro-
pe ſemeſtri imperio acciperent. Omnium prope annales Fabium dictatorem aduerſus
Hannibalem rem geſſiſſe tradunt. Coelius etiam eum primum a populo creatum dictato-
rem ſcribit. Sed & Coelium & ceteros fugit, uni conſuli Cn. Seruilio, qui tunc procul in
Gallia prouincia aberat, ius fuiſſe dicendi dictatoris: quam moram quia exſpectare territa
iam clade ciuitas non poterat, eo decurſum eſſe, ut a populo crearetur, qui pro dictatore eſ-
ſet: res inde geſtas, gloriamq. inſignem ducis, & augendae titulum imaginis poſteris, ut di
ctator pro dictatore diceretur, facile obtinuiſſe. Conſules M. Atilius Regulus, Cn.
B Seruilius Geminus exercitu accepto, hibernaculis mature communitis (tum enim autu-
mni erat tẽpus) Fabij artibus cum ſumma inter ſe cõcordia bellũ geſſerunt. Frumentatum
exeunti Hannibali diuerſis locis opportune aderant, carpentes agmen, palanteſque exci-
piẽtes. in caſum uniuerſae dimicationis, quam omnibus artibus petebat hoſtis, non uenie-
bant. adeoq. inopia eſt coactus Hannibal, ut niſi tum fugae ſpeciem abeundo timuiſſet, Gal
liam repetiturus fuerit: nulla relicta ſpe alendi exercitus in eis locis, ſi inſequentes con-
ſules eiſdem artibus bellum gererent. Cum ad Gerionem, iam hieme impendente, conſti-
tiſſet bellum, Neapolitani legati Romam uenere. ab ijs quadraginta paterae aureae magni
ponderis in curiam illatae, atque ita uerba facta, ut dicerent, ſcire ſe Romani populi aera-
rium bello exhauriri: &, cum iuxta pro urbibus agriſq. ſociorum, ac pro capite atque arce
Italiae, urbe Romana, atque imperio geratur: aequum cenſuiſſe Neapolitanos, quod auri
C ſibi cum ad [illegible] ornatum, tum ad ſubſidium fortunae a maioribus relictum foret, eo iu
uare populum Romanum. ſi quam opem in ſeſe crederent, eodem ſtudio fuiſſe oblaturos.
gratum ſibi patres Romanos populumq. facturum, ſi omnes res Neapolitanorum ſuas du-
xiſſent: dignoſq. iudicauerint, a quibus donum animo ac uoluntate eorum, qui libentes
darent, quam re, maius ampliusq. acciperent. Legatis gratiae actae pro munificentia, cura-
que. patera, quae ponderis minimi fuit, accepta. Per eoſdem dies ſpeculator Carthagi-
niẽſis, qui per biennium fefellerat, Romae deprehenſus, praeciſiſq. manibus dimiſſus: & ſer
ui quinque & uiginti in crucem acti, quod in campo Martio coniuraſſent. indici data liber
tas, & aeris grauis uiginti millia. Legati & ad Philippum Macedonum regem miſſi ad depo
ſcendum Demetrium Pharium, qui bello uictus ad eum fugiſſet: & alij in Ligures, ad ex-
poſtulandum, quod Poenum opibus auxilijſq. ſuis iuuiſſent: ſimul ad uiſendum ex propin
D quo, quae in Boijs atque Inſubribus gererentur. Ad Pineum quoque regem in Illyrios le-
gati miſſi ad ſtipendium, cuius dies exierat, poſcendum: aut, ſi diem proferre uellet, obſi-
des accipiendos. adeo, etſi bellum ingens in ceruicibus erat, nullius uſquam terrarum rei
cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat. In religionem etiam uenit, aedem Con-
cordiae, quam per ſeditionem militarem biẽnio ante L. Mãlius praetor in Gallia uouiſſet,
locatam ad id tempus non eſſe. itaque duumuiri ad eam rem creati ab Aemilio praetore
urbano, Cn. Pupius, & K. Quinctius Flamininus, aedem in arce faciendam locauerunt. Ab
eodem praetore ex ſenatus conſulto litterae ad cõſules miſſae, ut ſi ijs uideretur, alter eorũ
ad conſules creandos Romam ueniret: ſe in eam diem, qua iuſſiſſent, comitia edicturum.
Ad haec a conſulibus reſcriptum, ſine detrimento reipublicae abſcedi non poſſe ab hoſte.
itaque per interregem comitia habenda eſſe potius, quam conſulum alter a bello auocare-
tur. Patribus rectius uiſum eſt, dictatorem a conſule dici comitiorum habendorum cauſſa.
E Dictus L. Veturius Philo, M. Pomponium Mathonem magiſtrum equitum dixit. His ui-
tio creatis, iuſſiſq. die quartodecimo ſe magiſtratu abdicare, ad interregnum res redijt.
conſulibus prorogatum in annum imperium. interreges proditi a patribus C. Claudius
Ap. F. Cencho, inde P. Cornelius Aſina. in eius interregno comitia habita magno cer-
tamine patrum ac plebis. C. Terentium Varronem, ſui generis hominem, plebi, inſecta-
tione principum, popularibuſq. artibus conciliatum, ab Q. Fabij opibus & dictatorio
imperio concuſsis, aliena inuidia ſplendentem, uulgus etiam extrahere ad conſulatum ni
tebatur. patres ſumma ope obſtabant, ne ſe inſectando ſibi aequari aſſueſcerent homines.
Baebius Herennius, tribunus plebis, cognatus C. Terentij, criminando non ſenatum mo-
do,

do, ſed etiam augures, quod dictatorem prohibuiſſent comitia perficere, per inuidiam eo- F
rum, fauorem candidato ſuo conciliabat. Ab hominibus nobilibus per multos annos bellum quaerentibus Hannibalem in Italiam adductum: ab ijſdem, cum debellari poſſit, fraude id bellum trahi. cum quattuor militum legionibus uniuerſis pugnari poſſe apparuiſſet, eo quod M. Minucius abſente Fabio proſpere pugnaſſet, duas legiones hoſti ad caedem obiectas: deinde ex ipſa caede ereptas, ut pater patronuſq. appellaretur, qui prius uincere prohibuiſſet Romanos, quam uinci. Conſules deinde Fabianis artibus, cũ debellari poſſet, bellũ traxiſſe. Id foedus inter omnes nobiles ictum: nec finẽ ante belli habituros, quam conſulem uere plebeium, id eſt hominem nouum feciſſent. nam plebeios nobiles iam eiſdem initiatos eſſe ſacris: & contemnere plebem, ex quo contemni deſierint a patribus, coepiſſe. Cui non id apparere? id actum & quaeſitum eſſe, ut interregnum iniretur: ut in patrum poteſtate comitia eſſent. id conſules ambos ad exercitum morando quaeſiſſe. id G
poſtea, quia inuitis ijs dictator eſſet dictus comitiorum cauſſa, expugnatum eſſe, ut uitioſus dictator per augures fieret. Abhorrere igitur interregnum eos: conſulatum unum certe plebis Romanae eſſe: populum liberius habiturum ac daturum ei, qui magis uincere, quam diu imperare, malit. Cum his orationibus accenſa plebs eſſet, tribus patricijs petentibus, P. Cornelio Merenda, L. Manlio Vulſone, M. Aemilio Lepido, duobus nobilibus iam familiaribus plebi, C. Atilio Serrano, & Q. Aelio Paeto, quorum alter pontifex, alter augur erat, C. Terentius conſul unus creatur, ut in manu eius eſſent comitia rogando collegae. Tum experta nobilitas parum fuiſſe uirium in competitoribus eius, L. Aemilium Paullum, qui cum M. Liuio conſul fuerat, & damnatione collegae, & ſua prope ambuſtus euaſerat, infeſtum plebi, diu ac multum recuſantem ad peti-

AN. 534. tionem compellit. Ita is proximo comitiali die, concedentibus omnibus, qui cum Var- H
rone certauerant, par magis in aduerſando, quam collega, datur conſuli. Inde praetoria comitia habita. creati M. Pomponius Matho, & P. Furius Philus. Romae iuris dicundi urbana ſors Pomponio, inter ciues Romanos & inter peregrinos P. Furio Philo euenit. Additi duo praetores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Poſtumius Albinus in Galliam. Omnes abſentes creati ſunt, nec cuiquam eorum praeter Terentium conſulem, erat mandatus honos, quem iam non antea geſſiſſet, praeteritis aliquot fortibus ac ſtrenuis uiris, quia in tali tempore nullus nouis magiſtratus uidebatur mandandus. Exercitus quoque multiplicati ſunt. Quantae autem peditum equitumque additae ſint copiae, adeo & numero, & genere copiarum uariant auctores, ut uix quidquam ſatis certum affirmare auſim. Decem millia nouorum militum alij ſcripta in ſupplementum, alij nouas quattuor legiones quinque legionibus additas, ut nouem legionibus rem gererent. nu- I
mero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in ſingulas adiectis: ut quina millia peditum, treceni equites eſſent: ſocij duplicem numerum equitum darent, pedites aequarent. Septem & octoginta millia armatorum, & ducentos in caſtris Romanis, cum pugnatum ad Cannas eſt, quidam auctores ſunt.

Illud haudquaquam diſcrepat, maiore conatu, atque impetu rem actam, quam prioribus annis, quia ſpem, poſſe uinci hoſtem, dictator praebuerat. Ceterum prius quam ſigna ab urbe nouae legiones mouerent, decemuiri libros adire, atque inſpicere iuſſi, propter territos uulgo homines nouis prodigijs. nam & Romae in Auentino, & Ariciae nunciatum erat, ſub idem tempus lapidibus pluiſſe, & multo cruore, ſigna in Sabinis caedis, aquas e fonte calidas manaſſe. id quidem & quod ſaepius acciderat, magis terrebat. & in uia Fornicata, quae ad campum erat, aliquot homines de caelo tacti exanimatique fue- K
rant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati a Paeſto pateras aureas Romam attulerunt. ijs, ſicut Neapolitanis, gratiae actae, aurum non acceptum. Per eoſdem dies ab Hierone claſſis Oſtiam cum magno apparatu acceſſit. legati Syracuſani in ſenatum introducti nunciarunt, caedem C. Flaminij conſulis exercituſque allatam adeo affeciſſe regem Hieronem, ut nulla ſui propria, regnique ſui clade moueri magis potuerit. itaque, quamquam probe ſciat magnitudinem populi Romani admirabiliorem prope aduerſis rebus, quam ſecundis, eſſe, miſſa tamen a ſe omnia, quibus a bonis fidelibuſque ſocijs bella iuuari ſoleant. quae ne accipere abnuant, magnopere ſe patres conſcriptos orare. Iam omnium primum ominis cauſſa uictoriam auream pondo CCCXX afferre ſeſe: acciperent

A ciperent eam, tenerentque, & haberent propriam, & perpetuam. aduexiſſe etiam trecen-
ta millia modium tritici, ducenta hordei, ne commeatus deeſſent. & quantum praeterea
opus eſſet, & quo iuſſiſſent, ſubuecturos. Milite atque equite ſcire, niſi Romano, Latini-
que nominis, non uti populum Romanum: leuium armatorum auxilia etiam externa ui-
diſſe in caſtris Romanis. itaque miſiſſe mille ſagittariorum ac funditorum aptam manum
aduerſus Baleares ac Mauros, pugnaceſq. alias miſſili telō gentes. Ad ea dona conſilium
quoque addebant, ut praetor, cui prouincia Sicilia eueniſſet, claſſem in Africam traijce-
ret: ut & hoſtes in terra ſua bellum haberent, minuſq. laxamenti daretur ijs ad auxilia
Hannibali ſummittenda. Ab ſenatu ita reſponſum regi eſt: Virum bonum egregiumque
ſocium Hieronem eſſe, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani uenerit,
fidem coluiſſe, ac rem Romanam omni tempore ac loco munifice adiuuiſſe: id, perinde
B ac deberet, pergratum populo Romano eſſe. Aurum & a ciuitatibus quibuſdam alla-
tum, gratia rei accepta, non accepiſſe populum Romanum: Victoriam, omenq. acci-
pere, ſedemque ei ſe diuae dare, dicare Capitolium, templum Iouis Optimi Maximi.
in ea arce urbis Romae ſacratam, uolentem propitiamque, firmam ac ſtabilem fore po-
pulo Romano. Funditores, ſagittarijque, & frumentum traditum conſulibus. Quin-
queremes ad nauium claſſem, quae cum T. Otacilio propraetore in Sicilia erant, quin-
que & uiginti additae: permiſſumque eſt, ut, ſi e republica cenſeret eſſe, in Africam traij-
ceret. Delectu perfecto, conſules paucos morati dies, dum ſocij ab nomine Latino
uenirent. Milites tunc, quod numquam antea factum erat, iureiurando a tribunis mili-
tum adacti, iuſſu conſulum conuenturos, neque iniuſſu abituros. nam ad eam diem nihil
praeter ſacramentum fuerat: & ubi ad decuriatum aut centuriatum conueniſſent, ſua uo-
C luntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites coniurabant, ſeſe fugae atque for-
midinis ergo non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli ſumendi, aut petendi,
aut hoſtis feriendi, aut ciuis ſeruandi cauſſa. id ex uoluntario inter ipſos foedere a tribu-
nis ad legitimam iuriſiurandi adactionem tranſlatum. Conciones, prius quam urbe ſigna
mouerentur, conſulis Varronis multae ac feroces fuere, denunciantis, bellum acceſſi-
tum in Italiam ab nobilibus, manſurumq. in uiſceribus reipublicae, ſi plures Fabios impe-
ratores haberet, ſe quo die hoſtem uidiſſet, profligaturum. Collegae eius Paulli una,
pridie quam ex urbe proficiſcerentur, concio fuit, uerior quam gratior populo, qua nihil
inclementer in Varronem dictum, niſi id modo, Mirari ſe, quo modo quis dux, prius quam
aut ſuum, aut hoſtium exercitum, locorum ſitum, naturam regionis noſſet: iam nunc lo-
catus in urbe ſciret, quae ſibi agenda armato forent: & diem quoque praedicere poſſet,
D qua cum hoſte ſignis collatis eſſet dimicaturus. Se, quae conſilia magis res dent homini-
bus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non praecepturum. optare, ut, quae
caute, atque conſulte geſta eſſent, ſatis proſpere euenirent. temeritatem, praeterquam
quod ſtulta ſit, infelicem etiam ad id locorum fuiſſe. Eum ſua ſponte apparebat tuta
celeribus conſilijs praepoſiturum: &, quo id conſtantius perſeueraret, Q. Fabius Maxi-
mus ſic eum proficiſcentem allocutus fertur: Si aut collegam (id quod mallem) tui ſimi-
lem L. Aemili haberes, aut tu collegae tui ſimilis eſſes, ſuperuacanea eſſet oratio mea.
nam & duo boni conſules, etiam me tacente, omnia e republica fide ueſtra faceretis: &
mali nec mea uerba auribus ueſtris, nec conſilia animis reciperetis. nunc & collegam
tuum, & te talem uirum intuenti mihi, tecum omnis oratio eſt: quem uideo nequidquam
& uirum bonum, & ciuem fore, ſi altera parte claudicet reſpublica. malis conſilijs idem ac
E bonis iuris & poteſtatis erit. Erras enim L. Paulle, ſi tibi minus certaminis cum C. Teren-
tio, quam cum Hannibale, futurum cenſes. neſcio an infeſtior hic aduerſarius, quam ille ho
ſtis maneat. & cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus certatu-
rus es. Et aduerſus Hannibalem legioneſque eius tuis equitibus ac peditibus pugnan-
dum tibi eſt: Varro dux tuis militibus te eſt oppugnaturus. Ominis etiam tibi cauſſa abſit
C. Flaminij memoria. tamen ille conſul demum, & in prouincia, & ad exercitum coepit
furere: hic prius quam peteret conſulatum: deinde in petendo conſulatu: nunc quoque
conſul, prius quam caſtra uideat, aut hoſtem, inſanit. & qui tantas iam nunc procellas,
proelia atque acies iactando inter togatos ciet, quid inter armatam iuuentutem cenſes fa-
cturum? & ubi extemplo uerba res ſequitur? Atqui ſi hic, quod facturum ſe denunciat, ex

T templo

templo pugnauerit: aut ego rem militarem, belli hoc genus, hoſtem hunc ignoro, aut no- F
bilior alius Traſymeno locus noſtris cladibus erit. Nec gloriandi tempus aduerſus unum
eſt: & ego contemnendo potius, quam appetendo gloriam, modum exceſſerim. ſed ita res
habet. una ratio belli gerendi aduerſus Hannibalem eſt, qua ego geſſi. nec euentus mo-
do hoc docet: ſtultorum iſte magiſter eſt: ſed eadem ratio quae fuit, futuraque, donec res
eaedem manebunt, immutabilis eſt. In Italia bellum gerimus, in ſede ac ſolo noſtro. o-
mnia circa plena ciuium ac ſociorum ſunt. armis, uiris, equis, commeatibus iuuant, iuua-
buntque: id iam fidei documentum in aduerſis rebus noſtris dederunt. meliores, pruden-
tiores, conſtantiores nos tempus dieſque facit. Hannibal contra, in aliena, in hoſtili eſt ter
ra, inter omnia inimica infeſtaque, procul a domo, procul a patria. neque illi terra, neque
mari eſt pax: nullae eum urbes accipiũt, nulla moenia: nihil uſquam ſui uidet, in dié rapto
uiuit. partem uix tertiam exercitus eius habet, quem Iberum amnem tranſiecit. plures fa- G
mes quam ferrum abſumpſit: nec his paucis iam uictum ſuppeditat. Dubitas ergo, quin
eum ſedendo ſuperaturi ſimus, qui ſeneſcat in dies? non commeatus, non ſupplementum,
non pecuniam habeat? Quamdiu pro Gerionis, caſtelli Apuliae inopis, tamquam pro Car
thaginis moenibus, pugnatum eſt? Sed aduerſus te quidem ego gloriabor. Cn. Seruilius,
atque M. Atilius, proximi conſules, uide quemadmodum eum ludificati ſint. Haec una ſa
lutis eſt uia, L. Paulle, quam difficilem infeſtamque ciues tibi magis, quam hoſtes facient.
idem enim tui, quod hoſtium milites, uolent: idem Varro, conſul Romanus, quod Hanni-
bal, Poenus imperator, cupiet. duobus ducibus unus reſiſtas oportet. reſiſtes autem, ad-
uerſus famam rumoreſque hominum ſi ſatis firmus ſteteris: ſi te neque collegae uana glo-
ria, neque tua falſa infamia mouerit. Veritatem laborare nimis ſaepe aiunt, exſtingui
numquam. Gloriam qui ſpreuerit, ueram habebit. Sine, timidum pro cauto, tardum pro H
conſiderato, imbellem pro perito belli uocent. malo, te ſapiens hoſtis metuat, quam ſtul-
ti ciues laudent. omnia audentem contemnet Hannibal: nil temere agentem metuet. nec
ego, ut nihil agatur, moneo, ſed ut agentem te ratio ducat, non fortuna. tuae poteſtatis
ſemper, tuaque omnia ſint. armatus intentuſque ſis, neque occaſioni tuae deſis, neque
ſuam occaſionem hoſti des. omnia non properanti clara certaque erunt. feſtinatio im-
prouida eſt, & caeca. Aduerſus ea oratio conſulis haud ſane laeta fuit, magis fatentis ea,
quae diceret, uera, quam facilia factu eſſe. Dictatori magiſtrum equitum intolerabilem
fuiſſe; quid conſuli aduerſus collegam ſeditioſum ac temerarium uirium, atque auctorita
tis fore? Se populare incendium priore conſulatu ſemiuſtum effugiſſe. optare ut omnia
proſpere euenirent. at ſi quid aduerſi caderet: hoſtium ſe telis potius, quam ſuffragijs ira-
torum ciuium, caput obiecturum. Ab hoc ſermone profectum Paullum tradunt, proſequẽ- I
tibus primoribus patrum. Plebeium conſulem ſua plebs proſecuta, turba quam dignita-
te conſpectior. Vt in caſtra uenerunt, permiſto nouo exercitu ac uetere, caſtris bifariam fa-
ctis: ut noua minora eſſent propius Hannibali, in ueteribus maior pars, & omne robur ui-
rium eſſet: tum anni prioris conſulem M. Atilium aetatem excuſantem Romam miſerunt.
Cn. Seruilium in minoribus caſtris legioni Romanae, & ſocium peditum equitumq. duo-
bus millibus praeficiunt. Hannibal, quamquam parte dimidia auctas hoſtium copias cerne
bat: tamen aduentu conſulum mire gaudere. non ſolum enim nihil ex raptis in diem com-
meatibus ſuperabat, ſed ne unde raperet quidem, quidquam reliqui erat, omni undique
frumento, poſteaquam ager parum tutus erat, in urbes munitas conuecto: ut uix decem
dierum, quod compertum poſtea eſt, frumentum ſupereſſet: Hiſpanorumque ob inopiam
tranſitio parata fuerit, ſi maturitas temporis exſpectata foret. Ceterum temeritati conſu- K
lis, ac praepropero ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis praedatori
bus tumultuario proelio, ac procurſu magis militum, quam ex praeparato, aut iuſſu impe-
ratorum orto, haudquaquam par Poenis dimicatio fuit. Ad mille & ſeptingentos caeſi: nõ
plus centum Romanorum ſociorumque occiſis. Ceterum uictoribus effuſe ſequenti-
bus, metu inſidiarum, obſtitit Paullus conſul, cuius eo die (nam alternis imperitabant)
imperium erat: Varrone indignante, ac uociferante, emiſſum hoſtem e manibus: debella-
rique, ni ceſſatum foret, potuiſſe. Hannibal id damnum haud aegerrime pati: quin potius
credere uelut ineſcatam temeritatem ferocioris conſulis, ac nouorum maxime militum
eſſe. & omnia ei hoſtium, haud ſecus quam ſua, nota erant: diſſimiles diſcordeſque im-
peritare,

A peritate, duas prope partes tironum militum in exercitu eſſe. itaque locum & tempus inſidijs aptum ſe habere ratus, nocte proxima, nihil, praeter arma ferentes ſecum milites, ducens, caſtra plena omnis fortunae publicae priuataeque relinquit: tranſque proximos mõtes laeua pedites inſtructos condit, dextra equites, impedimenta per cornua in medium agmen tranſducit, ut diripiendis uelut deſertis fuga dominorum caſtris occupatum impeditumque hoſtem opprimeret. Crebri relicti in caſtris ignes, ut fides fieret, dum ipſe longius ſpatium fuga praeriperet, falſa imagine caſtrorum, ſicut Fabium priore anno fruſtratus eſſet, tenere in locis conſules uoluiſſe. Vbi illuxit, ſubductae primo ſtationes, deinde propius adeuntibus inſolitum ſilentium admirationem fecit. Iam ſatis comperta ſolitudine in caſtris, concurſus fit ad praetoria conſulum, nunciantium fugam hoſtium adeo trepidam, ut tabernaculis ſtantibus caſtra reliquerint: quoq. fuga obſcurior eſſet, crebros etiã

B relictos ignes. Clamor inde ortus, ut ſigna proferri iuberent, ducerentque ad perſequendos hoſtes, ac protinus caſtra diripienda. Et conſul alter uelut unus turbae militaris erat. Paullus etiam atque etiam dicere, prouidendum praecauendumque eſſe. poſtremo cum aliter neque ſeditionem, neque ducem ſeditionis ſuſtinere poſſet: M. Statilium praefectũ cum turma Lucanorum exploratum miſit. qui ubi adequitauit portis, ſubſiſtere extra munimenta ceteris iuſſis, ipſe cum duobus equitibus uallum intrauit: ſpeculatuſq. omnia cũ cura, renunciat inſidias profecto eſſe: ignes in parte caſtrorum, quae uergat in hoſtem, relictos: tabernacula aperta, & omnia cara in promptu relicta: argentum quibuſdam locis temere per uias uelut obiectum ad praedam uidiſſe. Quae ad detinendos a cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt: & clamore ſublato a militibus, niſi ſignum detur, ſine ducibus ituros: haudquaquam dux defuit. nam extemplo Varro ſignum dedit profici-

C ſcendi. Paullus, cum ei ſua ſponte cunctanti, pulli quoque auſpicio non addixiſſent, obnunciari iam efferenti porta ſigna collegae iuſſit. quod quamquam Varro aegre eſt paſſus: Flaminij tamen recens caſus, Claudijque conſulis primo Punico bello memorata naualis clades religionem animo incuſſit. Dij prope ipſi eo die magis diſtulere, quam prohibuere, imminentem peſtem Romanis. nam forte ita euenit, ut cum referri ſigna in caſtra iubenti conſuli milites non parerent, ſerui duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Seruilio atque Atilio conſulibus inter pabulatores excepti a Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos: qui deducti ad conſules, denunciant, omnem exercitũ Hannibalis trans proximos montes ſedere in inſidijs. Horum opportunus aduentus conſules imperij potentes fecit: cum ambitio alterius ſuam primum apud eos praua indulgentia maieſtatem ſoluiſſet. Hannibal, poſteaquam motos magis inconſulte Romanos, quam

D ad ultimum temere euectos, uidit: nequidquam detecta fraude in caſtra redijt. ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat: nouaque conſilia in dies non apud milites ſolum miſtos ex colluuione omnium gentium, ſed etiam apud ipſum ducem oriebantur. nam cum initio fremitus, deinde aperta uociferatio fuiſſet expoſcentium ſtipendium debitum, querentiumque annonam primo, poſtremo famem: & mercenarios milites, maxime Hiſpani generis, de tranſitione coepiſſe conſilium, fama eſſet: ipſe etiam interdum Hannibal de fuga in Galliam dicitur agitaſſe: ita ut relicto peditatu omni cum equitatu ſe proriperet. Cum haec conſilia, atque hic habitus animorum eſſet in caſtris, mouere inde ſtatuit in calidiora, atque eo maturiora meſſibus Apuliae loca: ſimul ut quo longius ab hoſte receſſiſſet, transfugia impeditiora leuibus ingenijs eſſent. Profectus eſt nocte, ignibus ſimiliter factis, tabernaculiſq. paucis in ſpeciẽ relictis, ut inſidiarum par priori metus contineret Romanos.

E Sed per eundem Lucanũ Statilium omnibus ultra caſtra, tranſq. montes exploratis, cum relatum eſſet, uiſum procul hoſtium agmen: tum die ſequenti eius inſequendi conſilia agitari coepta. Cum utriuſque conſulis eadem eſſet, quae ſemper ante fuiſſet, ſententia: ceterum Varroni fere omnes, Paullo nemo, praeter Seruilium prioris anni conſulem, aſſentiretur: maioris partis ſententia ad nobilitandas clade Romana Cannas urgente fato profecti ſunt. Prope eum uicum Hannibal caſtra poſuerat auerſa a Vulturno uento, qui campis torridis ſiccitate nubes pulueris uehit. id cum ipſis caſtris percommodum fuit, tum ſalutare praecipue futurum erat, cum aciem dirigerẽt, ipſi auerſi, terga tantum afflante uento, in obcaecatum puluere effuſo hoſtem pugnaturi. conſules ſatis exploratis itineribus ſequentes Poenum: ut uentum ad Cannas eſt: ubi in conſpectu

Poenum habebant, bina caſtra communiunt eodem ferme interuallo, quo ad Gerio- B
nem, ſicut ante, copijs diuiſis. Aufidus amnis utriſque caſtris affluens, aditum aquato-
ribus ex ſua cuiuſque opportunitate haud ſine certamine dabat. ex minoribus tamen ca-
ſtris, quae poſita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani, quia ripa ulterior nul
lum habebat hoſtium praeſidium. Hannibal ſpem nactus loci ad equeſtrem pugnam, qua
parte uirium inuictus erat, facturus copiam pugnandi conſulibus, dirigit aciem, laceſſitq.
Numidarum procurſatione hoſtes. Inde rurſus ſollicitari ſeditione militari, ac diſcordia
conſulum Romana caſtra, cum Paullus Sempronij & Flaminij temeritatem Varroni, Var-
ro ſpecioſum timidis ac ſegnibus ducibus exemplum Fabij obijceret: teſtareturq. deos &
homines, hic nullam penes ſe culpam eſſe, quod Hannibal iam uelut uſucepiſſet Italiam,
ſe conſtrictum a collega teneri, ferrum atque arma iratis & pugnare cupientibus adimi mi
litibus: ille, ſi quid proiectis ac proditis ad inconſultam, atque improuidam pugnam legio G
nibus accideret, ſe omnis culpae exſortem, omnis tamen euentus participem fore diceret,
uideret, ut quibus lingua prompta ac temeraria eſſet, aeque in pugnam uigerent manus.
Dum altercationibus magis, quam conſilijs, tempus teritur: Hannibal ex acie, quā ad mul-
tum diei tenuerat inſtructam, cum in caſtra ceteras reciperet copias, Numidas ad inuaden-
dos ex minoribus caſtris Romanorum aquatores trans flumen mittit. quam inconditam
turbam cum uix dum in ripam egreſſi clamore ac tumultu fugaſſent, in ſtationem quoque
pro uallo locatam, atque ipſas prope portas euecti ſunt. Id uero indignum uiſum, ab tu-
multuario auxilio iam etiam caſtra Romana terreri, ut ea modo una cauſſa, ne extemplo
tranſirent flumen, dirigerentq. aciem, tenuerit Romanos, quod ſumma imperij eo die pe-
nes Paullum fuerit. itaque Varro poſtero die, cui ſors eius diei imperij erat, nihil conſulto
collega, ſignum pugnae propoſuit: inſtructiſq. copijs flumen tranſiuit, ſequente Paullo: H
quia magis non probare, quam non adiuuare conſilium poterat. Tranſgreſſi flumen, eas
quoque, quas in caſtris minoribus habuerant copias, ſuis adiungunt: atque ita inſtructa
acie, in dextro cornu (id erat flumini propius) Romanos equites locant, deinde pedites. lae
uum cornu extremi equites ſociorum, intra pedites, ad medium iuncti legionibus Roma-
nis tenuerunt iaculatores. ex ceteris leuium armorum auxilijs prima acies facta. conſu-
les cornua tenent, Terentius laeuum, Aemilius dextrum. Cn. Seruilio media pugna tuen-
da data. Hannibal luce prima, Balearibus leuiq. alia armatura praemiſſa, tranſgreſſus flumē,
ut quoſque traduxerat, ita in acie locabat: Gallos Hiſpanoſq. equites prope ripā laeuo
in cornu aduerſus Romanū equitatum. dextrum cornu Numidis equitibus datum, media
acies peditibus firmata: ita ut Afrorum utraque cornua eſſent, interponerentur his medij
Galli, atque Hiſpani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant, I
armis & ad Trebiam, ceterum magna ex parte ad Traſymenum captis. Gallis Hiſpaniſq.
ſcuta eiuſdem formae fere erant: diſpares ac diſſimiles gladij: Gallis praelongi, ac ſine mu
cronibus: Hiſpano punctim magis, quam caeſim, aſſueto petere hoſtem, breuitate habiles
& cum mucronibus. ante ceteros armati ſic gentium harum habitus tum magnitudine
corporum, tum ſpecie terribilis erat. Galli ſuper umbilicum erant nudi: Hiſpani linteis
praetextis purpura tunicis candore miro fulgentibus conſtiterant. Numerum omnium
qui tum peditum equitumq. in acie ſtetere, illum ferunt, uidelicet quadraginta peditum
millia, decem equitum. Duces cornibus praeerant: ſiniſtrum Haſdrubal, dextrum regebat
Maharbal; mediam aciem Hannibal ipſe cum fratre Magone tenuit. ſol ſeu de induſtria ita
locatis, ſeu forte ita ſtando, peropportune utrique parti obliquus erat, Romanis in meri-
diem, Poenis in ſeptemtrionem uerſis. uentus, quem Vulturnum incolae regionis uocant, K
aduerſus Romanos coortus, multo puluere in ipſa ora uoluendo proſpectum ademit. Cla-
more ſublato procurſum ab auxilijs, & pugna leuibus primum armis commiſſa: deinde
equitum Gallorum Hiſpanorumque laeuum cornu cum dextro Romano concurrit, mi-
nime equeſtris more pugnae. frontibus enim aduerſis concurrendum erat: quia nullo
circa ad euagandum relicto ſpatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant. in di-
rectum utrimque nitentes, ſtantibus ac confertis, poſtremo turbatis equis, uir uirum
amplexus detrahebat equo. pedeſtre magna iam ex parte certamen factum erat. acrius
tamen, quam diutius, pugnatum eſt: pulſiq. Romani equites terga uertunt. Sub eque-
ſtris finem certaminis coorta eſt peditum pugna, primo & uiribus & animis pares conſta-
bant

A bant ordines Gallis Hiſpaniſque. tandem Romani diu ac ſaepe conſilia agitabant, qua fronte acieq. denſa impellerent hoſtium cuneum nimis tenuem, eoq. parum ualidum, a cetera prominentem acie. impulſis deinde ac trepide referentibus pedem inſiſtere, ac tenore uno per praeceps pauore fugientium agmen in mediam primam aciem illati, poſtremo, nullo reſiſtente, ad ſubſidia Afrorum peruenerunt, qui utrimque reductis alis conſtiterant. medijq. Galli Hiſpaniq. ſteterunt aliquantum prominente acie. qui cuneus ut pulſus aequauit frontem primum, deinde nitendo etiam ſinum in medio dedit, Afri circa iam cornua [redacted] fecerant: irruentibuſq. incaute in medium Romanis circumdedere alas: mox cornua extendendo, clauſere & ab tergo hoſtes. Hinc Romani defuncti nequidquam proelio uno, omiſſis Gallis Hiſpaniſque, quorum terga ceciderant, etiam aduerſus Afros integram pugnam ineunt: non tantum eo iniquam, quod incluſi aduerſus circumfuſos, ſed

B etiam quod feſſi cum recentibus ac uegetis pugnabant. Iam & in ſiniſtro cornu Romano, ubi ſociorum equites aduerſus Numidas ſteterant, conſertum proelium erat, ſegne primo, & a Punica coeptum fraude. Quingenti ferme Numidae praeter conſueta arma telaque, gladios occultos ſub loricis habētes, ſpecie transfugarum cum ab ſuis parmas poſt terga habentes adequitaſſent: repente ex equis deſiliunt, parmiſq. & iaculis ante pedes hoſtium proiectis, in mediam aciem accepti, ductiq. ad ultimos, conſidere ab tergo iubentur. ac dum proelium ab omni parte conſeritur, quieti manſerunt. poſtquam omnium animos oculoſq. occupauerat certamen, tum arreptis ſcutis, quae paſsim inter aceruos caeſorum corporum ſtrata erant, auerſam adoriuntur Romanam aciem: tergaq. ferientes, ac poplites caedentes, ſtragem ingentem dederunt, ac maiorem aliquanto pauorem ac tumultum fecerunt. Cum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala iam ſpe proelium eſ-

C ſet: Haſdrubal, qui ea parte praeerat, ſubductos ex media acie Numidas, quia ſegnis eorũ cum aduerſis pugna erat, ad perſequendos paſsim fugientes mittit. Hiſpanos & Gallos pedites Afris iam prope feſsis caede magis, quam pugna, adiungit. Parte altera pugnae Paullus, quamquam primo ſtatim proelio funda grauiter ictus fuerat, tamẽ & occurrit ſaepe cũ confertis Hannibali, & aliquot locis proelium reſtituit, protegentibus eum equitibus Romanis. omiſsis poſtremo equis, quia conſulem ad regendum equum uires deficiebant: tũ denuncianti cuidam iuſsiſſe conſulem, ad pedes deſcendere equites, dixiſſe Hannibalẽ ferunt, ~~Quam mallem, uinctos mihi traderet.~~ Equitum pedeſtre proelium, quale iã haud dubia hoſtium uictoria fuit: cum uicti mori in ueſtigio mallent, quam fugere: uictores morantibus uictoriam irati, trucidarent, quos pellere non poterant: pepulerunt tamen iam paucos ſuperatos, & labore ac uulneribus feſſos. inde diſsipati omnes ſunt, equoſq. ad

D fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus tr. mil. cum praeteruehens equo, ſedentem in ſaxo, cruore oppletum conſulem uidiſſet: L. Aemili, inquit, quem unum inſontem culpae cladis hodiernae dij reſpicere debent, cape hunc equum, dum & tibi uirium aliquid ſupereſt: comes ego te tollere poſſum ac protegere, nec funeſtam hanc pugnam morte conſulis feceris. etiam ſine hoc lacrymarum ſatis luctuſq. eſt. Ad ea conſul. Tu quidem Cn. Corneli macte uirtute eſto: ſed caue, fruſtra miſerando exiguum tempus e manibus hoſtium euadendi abſumas. Abi, nuncia publice patribus, urbem Romam muniant, ac prius, quam hoſtis uictor adueniat, praeſidijs firment: priuatimq. Q. Fabio, L. Aemilium praeceptorum eius memorem exſtitiſſe, & uixiſſe, & adhuc mori. & tu me in hac ſtrage militum meorum patere exſpirare, ne ut reus interea m: cauſſaq. conſulatus accuſator collegae exiſtam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam. Haec exigen-

E tem, prius turba fugientium ciuium, deinde hoſtes oppreſſere conſulem, ignorantes quis eſſet, obrueruntq. telis. Lentulum in tumulum abripuit equus. tum inde effuſe fugiunt. Septem millia hominum in minora caſtra, decem in maiora, duo ferme in uicum ipſum Cannas perfugerunt: qui extemplo a Cartalone, atque equitibus, nullo munimento tegente uicum, circumuenti ſunt. conſul alter, ſeu forte, ſeu conſilio, nihil fugientium infeſtus agmini, cum quinquaginta fere equitibus Venuſiam profugit. Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti equites, & tanta prope ciuium ſociorumq. pars caeſi dicuntur. in his alter conſulum, queſtores L. Atilius & L. Furius Bibaculus: XXI tribuni militum, conſulares quidam, praetorijque & aedilicij: inter eos Cn. Seruilius, M. Matho, qui magiſter equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat: LXXX praeterea ſena-

tores, aut qui eos magiſtratus geſſiſſent, unde in ſenatum legi deberent, cum ſua uolunta F
te milites in legionibus facti eſſent. Capta eo proelio tria millia peditum, & equites tre-
centi dicuntur. Haec eſt pugna Cannenſi clade nobilitata, par Alienſi. Ceterum ut haec
illa iis quae poſt pugnam accidere, leuior, quia ab hoſte ceſſatum eſt: ſic ſtrage exercitus
grauior foediorq. fuit [redacted]. namque ad Aliam fuga ſicut urbem prodidit, ita exercitum ſer
uauit: ad Cannas fugientem conſulem uix quinquaginta ſecuti ſunt: alterius morientis
prope totus exercitus fugit. Binis in caſtris cum multitudo ſemiermis ſine ducibus eſſet,
nuncium, qui maioribus praeerant, mittunt: dum proelio, deinde ex laetitia epulis fatiga
tos quies nocturna hoſtes premeret, ut ad ſe tranſirent. uno agmine inde Canuſium abi-
turos eſſe. Eam ſententiam alij totam aſpernari. cur enim illos, qui ſe accerſant, ipſos
nó uenire, cum aeque coniungi poſſent? quia uidelicet plena hoſtium omnia in medio eſ-
ſent: & aliorum, quam ſua corpora tanto periculo mallent obijcere. Alijs non tam ſen- G
tentia diſplicere, quam animus deeſſe. P. Sempronius Tuditanus, tribunus mil. Capi er-
go mauuſtis, inquit, ab auariſſimo & crudeliſſimo hoſte? aeſtimariq. capita ueſtra pretio? &
exquiri ab interrogantibus, Romanus ciuis ſis, an Latinus ſocius? ut ex tua contumelia &
miſeria alteri honos quaeratur, non tibi? Non uos quidem L. Aemilij, qui ſe bene mori,
quam turpiter uiuere, maluit: & tot fortiſſimorum uirorum, qui circa eum cumulati iacét,
ſimiles eſtis. Sed antequam opprimat lux, maioraq. hoſtium agmina obſaepiant iter: per
hos, qui inordinati atque incompoſiti obſtrepunt portis, erumpamus. Ferro atque auda-
cia iter fit, quamuis per confertos hoſtes. cuneo quidem hoc laxum, atque ſolutum agmé
ac ſi nihil obſtet, tranſibimus. itaque ite mecum, qui & uoſmetipſos & remp. ſaluam
uultis. Haec ubi dicta dedit, ſtringit gladium, cuneoq. facto per medios uadit hoſtes. &
cum in latus dextrum, quod patebat, Numidae iacularentur: tranſlatis in dexteram parté H
ſcutis, in maiora caſtra ad ſexcentos euaſerunt, atque inde protinus alio magno agmine
adiuncto Canuſium incolumes perueniunt. Haec apud uictos magis impetu animorum,
quem ingenium ſuum cuique aut ſors dabat, quam ex conſilio ipſorum, aut imperio cuiuſ-
quam agebantur. Hannibali uictori cum ceteri circumfuſi gratularentur, ſuaderentque,
ut tanto perfunctus bello, diei quod reliquum eſſet, noctiſq. inſequentis, quietem & ipſe
ſibimet ſumeret, & feſſis daret militibus, Maharbal praefectus equitum minime ceſſandú
ratus: Immo ut quid hac pugna ſit actum, ſcias, die quinti, inquit, uictor in Capitolio epu
laberis. ſequere cum equite, ut prius te ueniſſe, quam uéturum, ſciant. Praecedant, Hanni-
bal inquit, nuncij: laeta res eſt, ſed uia maior, quam ut eam ſtatim capere animo poſſim. ita-
que uoluntatem ſe laudare Maharbalis ait, ad conſilium prenſandum tempus opus eſſe.
Tum Mahaſbal: Non omnia nimirum eidem dij dedere. Vincere ſcis Hannibal, uictoria I
uti neſcis. Mora eius diei ſatis creditur ſaluti fuiſſe urbi, atque imperio. Poſtero die ubi
primum illuxit, ad ſpolia legenda, foedamq. etiam hoſtibus ſpectandam ſtragem inſiſtunt.
Iacebant tot Romanorum millia, pedites paſſim equiteſque, ut quem cuique ſors aut pu-
gna iunxerat, aut fuga. aſſurgentes quidam ex ſtrage media cruenti, quos ſtricta matu-
tino frigore excitauerant uulnera, ab hoſte oppreſſi ſunt. Quoſdam & iacentes uiuos
ſuccisis feminibus poplitibuſque inuenerunt, nudantes ceruicem iugulumque, & re-
liquum ſanguinem inuitantes haurire. Inuenti ſunt quidam merſis in effoſſam terram
capitibus, quos ſibi ipſos feciſſe foueas, obruenteſq. ora ſubiecta ſuper humo iniecta
interclusiſſe ſpiritum apparebat. Praecipue conuertit omnes ſubſtratus Numida mor-
tuo ſuperincumbenti Romano uiuus, naſo auribuſque laceratis: cum, manibus ad ca-
piendum telum inutilibus, in rabiem ira uerſus, laniando dentibus hoſtem exſpiraſſet. K
Spolijs ad multum diei lectis, Hannibal ad minora ducit caſtra oppugnanda, & omnium
primum brachio fluminis obiecto eos excludit. Ceterum ab omnibus, labore, ui-
gilijs, uulneribus etiam feſſis, maturior ipſius ſpe deditio eſt facta. pacti, ut arma at-
que equos traderent, in capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in ſocios ducenis, in
ſeruos centenis: & ut eo pretio perſoluto, cum ſingulis abirent ueſtimentis, in caſtra ho-
ſtes receperunt: traditiq. in cuſtodiam omnes ſunt, ſed ſeorſum ciues ſocijque. Dum ibi
tempus teritur: interea [redacted] ex maioribus caſtris, quibus ſatis uirium aut animi fuit, ad
quattuor millia hominum, & CC equites, alij agmine, alij palátes paſsim per agros, quod
haud minus tutum erat, Canuſium profugiſſent, caſtra ipſa ab ſaucijs timidiſq. eadé con-

dicione,

A ditione, quæ altera, tradita hoſti. Praeda ingens parta eſt: & praeter equos uiroſque, & ſi
quid argenti, quod plurimum in faleris equorum erat: (nam ad ueſcendum facto perexi-
guo utique militantes utebantur) omnis cetera praeda diripienda data eſt. Tum ſepelien-
di cauſſa conferri in unum corpora ſuorum iuſſit. Ad octo millia fuiſſe dicuntur fortiſſimo-
rum uirorum. conſulem quoque Romanum conquiſitum ſepultumque, quidam auctores
ſunt. Eos qui Canuſium perfugerant, muliercula nomine Buſa, genere clara ac diuitijs,
moenibus tantum tectiſq. a Canuſinis receptos, frumento, ueſte, uiatico etiam iuuit. pro
qua ei munificentia poſtea bello perfecto ab ſenatu honores habiti ſunt. Ceterum cum
ibi tribuni militum quattuor eſſent, Fabius Maximus de legione prima, cuius pater priore
anno dictator fuerat: & de legione ſecunda L. Publicius Bibulus, & P. Cornelius Scipio:
& de legione tertia Ap. Claudius Pulcher, qui proxime aedilis fuerat: omnium conſenſu
B ad P. Scipionem admodum adoleſcentem, & ad Ap. Claudium ſumma imperij delata eſt.
quibus conſultantibus inter paucos de ſumma rerum, nunciat P. Furius Philus, conſula-
ris uiri filius, nequidquam eos conſultare: perditam ſpem fouere: deſperatam complora-
tamq. rem eſſe publicam. nobiles iuuenes quoſdam, quorum principem L. Caecilium Me-
tellum, mare ac naues ſpectare, ut deſerta Italia, ad regum aliquem transfugiant. Quod
malum, praeter quam quod atrox, ſuper tot clades, etiam nouum, cum ſtupore ac miracu-
lo torpidos defixiſſet: & qui aderant, conſilium aduocandum de eo cenſerent: negat con-
ſilij rem eſſe Scipio, iuuenis fatalis dux huiuſce belli. audendum atque agendum, non
conſultandum, ait in tanto malo eſſe. irent ſecum extemplo armati, qui remp. ſaluam uel-
lent. nuſquam uerius, quam ubi ea cogitentur, hoſtium caſtra eſſe. Pergit deinde ire ſe-
quentibus paucis in hoſpitium Metelli. & cum concilium ibi iuuenum, de quibus allatum
C erat, inueniſſet: ſtricto ſuper capita conſultantium gladio, Ex mei animi ſententia, in-
quit, iuro, ut ego remp. non deſeram, neque alium ciuem Romanum deſerere patiar. Si
ſciens fallo: tum me Iuppiter opt. max. domum, familiam, remq. meam peſſimo leto af-
ficias. In haec uerba L. Caecili iures, expoſtulo, ceterique qui adeſtis. qui non iuraue-
rit, in ſe hunc gladium ſtrictum eſſe ſciat. Haud ſecus pauidi, quam ſi uictorem Hanniba-
lem cernerent, iurant omnes: cuſtodiendoſq. ſemetipſos contra Hannibalem Scipioni
tradunt. Eo tempore, quo haec Canuſij agebantur, Venuſiam ad conſulem ad quattuor
millia peditum equitumque, qui ſparſi fuga per agros fuerant, peruenere. Eos omnes
Venuſini per familias benigne accipiendos curandoſq. cum diuiſiſſent: in ſingulos equi-
tes togas & tunicas & quadrigatos nūmos quinoſuicenos, & peditibus denos, & arma
quibus deerant, dederunt. ceteraq. publice ac priuatim hoſpitaliter facta: certatumque,
D ne a muliere Canuſina populus Venuſinus officiis uinceretur. Sed Canuſij grauius onus
Buſae multitudo faciebat, & iam ad decem millia hominum erant. Appius, & Scipio,
poſtquam incolumem eſſe alterum conſulem acceperunt, nuncium extemplo mittunt,
quantae ſecum peditum equitumq. copiae eſſent: ſciſcitatumq. ſimul, utrum Venuſiam ad-
duci exercitum, an manere iuberet Canuſij. Varro ipſe Canuſium copias tranſduxit. Et
iam aliqua ſpecies conſularis exercitus erat, moenibuſq. ſe certe, ſi non armis, ab hoſte ui-
debantur defenſuri. Romam, ne has quidem reliquias ſupereſſe ciuium ſociorumque,
ſed occidione occiſum cum duobus exercitibus conſulem, deletaſq. omnes copias, alla-
tum fuerat. Numquam ſalua urbe tantum pauoris tumultuſq. intra moenia Romana fuit.
Itaque ſuccumbam oneri, neque aggrediar narrare, quae diſſerendo minora uero facio.
Conſule exercituq. ad Traſymenum priore anno amiſſo, non uulnus ſuper uulnus, ſed mul-
E tiplex clades, cum duobus conſulibus conſulares exercitus amiſſi nunciabantur: nec ulla
iam caſtra Romana, nec ducem, nec militem eſſe: Hannibalis Apuliam, Samnium, ac iam
prope totam Italiam factam. Nulla profecto alia gens tanta mole cladis non obruta eſſet.
Comparem cladem ad Aegates inſulam Carthaginienſium proelio nauali acceptam? qua
fracti, Sicilia ac Sardinia ceſſere: hinc uectigales ac ſtipendiarios fieri ſe paſſi ſunt. aut pu-
gnam aduerſam in Africa? cui poſtea hic ipſe Hannibal ſuccubuit? nulla ex parte compa-
randae ſunt: niſi quod minore animo latae ſunt. P. Furius Philus, & M. Pomponius praeto-
res ſenatum in curiam Hoſtiliā uocauerunt, ut de urbis cuſtodia conſulerent. neque enim
dubitabant, deletis exercitibus, hoſtem ad oppugnandam Romam, quod unum opus bel-
li reſtaret, uenturum. Cum malis ſicut ingentibus, ita ignotis, nec conſilium quidem ſatis

expedirent, obſtreperetq. clamor lamentantium mulierum: & nondum palam factis uiui F
mortuiq. per omnes paene domos promiſcue complorarentur: tum Fabius Maximus cē-
ſuit equites expeditos & Appia & Latina uia mittendos, qui obuiam euntes percunctaren
tur aliquos profectos ex fuga, paſſim diſsipatos, ſi forte referant, quae fortuna conſulum
atque exercituū ſit, & ſi quid dij immortales miſeri imperij reliquum Romano nomini fe-
cerint: ubi eae copiae ſint: quo ſe Hannibal poſt proelium contulerit, quid paret, quid agat,
acturuſq. ſit. Haec exploranda noſcendaq. per impigros iuuenes eſſe. Illud per patres ipſos
agendum: quoniam magiſtratuum parum ſit, ut tumultum ac trepidationem in urbe
tollant, matronas publico arceant, contineriq. intra ſuum quamque limen cogant: com-
ploratus familiarum coerceant: ſilentium per urbem faciant: nuncios rerum omnium ad
Praetores deducendos curent: ſuae quiſque fortunae domi auctorem exſpectet: cuſtodes
praeterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbem: cogantq. homines G
nullam, niſi urbe ac moenibus ſaluis, ſalutem ſperare. ubi conticuerit tumultus, recte tum
in curiam patres reuocandos, conſulendumq. de urbis cuſtodia eſſe. Cum in hanc ſen-
tentiam pedibus omnes iſſent, ſummotaq. foro per magiſtratus turba, patres diuerſi ad ſe
dādos tumultus diſceſsiſſent: tum demum litterae a Terentio cōſule allatae ſunt, L. Aemi
lium conſulem exercitumq. caeſum: Canuſijq. ſe eſſe, reliquias tantae cladis uelut ex nau-
fragio colligentem: ad X millia militum ferme eſſe incompoſitorum, inordinatorumque.
ſed Hannibalem nūc ſedere ad Cannas, in captiuorum pretijs, praedaq. alia, uictoriam nec
uictoris animo, nec magni ducis more metientem. Tunc priuatae quoque per domos cla
des uulgatae ſunt: adeoq. totam urbem oppleuit luctus, ut ſacrum anniuerſarium Cere-
ris intermiſſum ſit; quia nec lugentibus id facere eſt fas, nec ulla in illa tempeſtate matro-
na expers luctus fuerat. Itaque ne ob eandem cauſſam alia quoque ſacra publica aut pri- H
uata deſererentur, ſenatuſconſulto diebus XXX luctus eſt finitus. Ceterum cum ſeda-
to urbis tumultu, reuocati in curiam patres eſſent, aliae inſuper ex Sicilia litterae allatae
ſunt ab T. Otacilio propraetore. regnum Hieronis claſſe Punica uaſtari. cui cum opem
imploranti ferre uellet, nunciatum ſibi eſſe, aliam claſſem ad Aegates inſulam ſtare pa-
ratam inſtructamque, ut, ubi ſe uerſum ad tuendam Syracuſanam oram Poeni ſenſiſſent,
Lilybaeum extemplo prouinciamque aliam Romanam aggrederentur. itaque claſſe opus
eſſe, ſi regem ſocium Siciliamque tueri uellent. Litteris conſulis propraetoriſque lectis, M.
Claudium, qui claſſi ad Oſtiam ſtanti praeeſſet, Canuſium ad exercitum mittendum: ſcri-
bendumque conſuli, ut, cum praetori exercitum tradidiſſet, primo quoque tempore, quan
tum per commodum reip. fieri poſſet, Romam ueniret. Territi etiam ſuper tantas clades,
cum ceteris prodigijs, tum quod duae Veſtales eo anno, Opimia atque Floronia, ſtupri I
compertae: & altera ſub terram, ut mos eſt, ad portam Collinam necata fuerat: alte-
ra ſibimet ipſa mortem conſciuerat: L. Cantilius, ſcriba pontificum, quos nunc mi-
nores pontifices appellant, qui cum Floronia ſtuprum fecerat, a pont. max. eo uſque
uirgis in Comitio caeſus erat, ut inter uerbera exſpiraret. Hoc nefas cum inter tot, ut
fit, clades, in prodigium uerſum eſſet: decemuiri libros adire iuſſi ſunt. Et Q. Fabius Pi-
ctor Delphos ad oraculum miſſus eſt ſciſcitatum, quibus precibus ſupplices deos poſſent
placare: & quaenam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris ſacrifi-
cia aliquot extraordinaria facta: inter quae Gallus & Galla, Graecus & Graeca in foro Boa
rio ſub terra uiui demiſſi ſunt in locum ſaxo conſaeptum, ibi ante hoſtijs humanis minime
Romano ſacro imbutum. Placatis ſatis, ut rebantur, deis, M. Claudius Marcellus ab
Oſtia mille & quingentos milites, quos in claſſem ſcriptos habebat, Romam, ut urbi praeſi K
dio eſſent, mittit: ipſe legione claſſis (ea tertia legio erat) cum tribunis mil. Teanum Si-
dicinum praemiſſa, claſſe tradita P. Furio collegae, paucos poſt dies Canuſium magnis iti
neribus contendit. Dictator ex auctoritate patrum dictus M. Iunius, & Ti. Sempronius
magiſter equitum, delectu edicto, iuniores annis XVII & quoſdam praetextatos ſcribunt.
quattuor ex his legiones, & mille equites effecti. item ad ſocios Latinumq. nomen ad mi
lites ex formula accipiendos mittunt: arma, tela, alia parari iubent: & uetera hoſtium
ſpolia detrahunt templis, porticibuſque. Et aliam formam noui delectus inopia li-
berorum capitum ac neceſſitas dedit: octo millia iuuenum ualidorum ex ſeruitijs, prius
ſciſcitantes ſingulos, uellentne militare, empta publice armauerunt. Hic miles ma-

gis placuit

A gis placuit, cum pretio minore redimendi captiuos copia fieret. Namque Hannibal ſecundum tam proſperam ad Cannas pugnam, uictoris magis, quam bellum gerentis, intentus curis, cum captiuis productis, ſegregatiſque ſocijs, eos, ſicut ante ad Trebiam Traſymenumque lacum, benigne allocutus, ſine pretio dimiſiſſet: Romanos quoque uocatos, quod numquam alias antea, ſatis miti ſermone alloquitur. Non interneciuum ſibi eſſe cum Romanis bellum: de dignitate, atque imperio certare. & patres uirtuti Romanae ceſſiſſe, & ſe id adniti, ut ſuae inuicem ſimul felicitati & uirtuti cedatur. itaque redimendi ſe captiuis copiam facere. pretium fore in capita, equiti quingenos quadrigatos nummos, trecentos pediti, ſeruo centenos. Quamquam aliquantum adijciebatur equitibus ad id pretium quod pepigerant dedentes ſe: laeti tamen quamcumque condicionem paciſcendi acceperunt. Placuit ſuffragio eorum decem deligi, qui Romam ad ſenatum irent.

B nec pignus aliud fidei, quam ut iurarent ſe redituros, acceptum. Miſſus cum his Carthalo nobilis Carthaginienſis: qui, ſi forte ad pacem inclinarent animos, condiciones ferret. Cum egreſſi caſtris eſſent, unus ex ijs minime Romani ingenij homo, uelut aliquid oblitus, iuriſiurandi ſoluendi cauſſa cum in caſtra rediſſet, ante noctem comites aſſequitur. Vbi eos Romam uenire nunciatum eſt, Carthaloni obuiam lictor miſſus, qui dictatoris uerbis nunciaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis. Legatis captiuorum ſenatus ab dictatore datus eſt. Quorum princeps M. Iunius, P. C. inquit, nemo ueſtrum ignorat, nulli umquam ciuitati uiliores fuiſſe captiuos, quam noſtrae. ceterum, niſi nobis plus iuſto noſtra placet cauſſa, non alij umquam minus negligendi uobis, quam nos, in hoſtium poteſtatem uenerunt. non enim in acie per timorem arma tradidimus, ſed cum prope ad noctem ſuperſtantes cumulis caeſorum corporum proelium extraxiſſemus, in ca-

C ſtra recepimus nos. diei reliquum, ac noctem inſequentem feſſi labore ac uulneribus uallum ſumus tutati. poſtero die, cum circumſeſſi ab exercitu uictore aqua arceremur, nec ulla alia iam per confertos hoſtes erumpendi ſpes eſſet, nec eſſe nefas duceremus, quinquaginta millibus hominum ex acie noſtra trucidatis, aliquem ex Cannenſi pugna Romanum militem reſtare: tum demum pacti ſumus pretium, quo redempti dimitteremur: arma, in quibus nihil iam auxilij erat, hoſti tradidimus. Maiores noſtros quoque acceperamus, ſe a Gallis auro redemiſſe: & patres noſtros, aſperrimos illos ad condicionem pacis, legatos tamen captiuorum redimendorum gratia Tarentum miſiſſe. atqui in Italia cum Gallis, & ad Heracleam cum Pyrrho, utraque non tam clade infamis, quam pauore & fuga, pugna fuit. Cannenſes campos acerui Romanorum corporum tegunt: nec ſuperſumus pugnae, niſi in quibus trucidandis & ferrum & uires hoſtem defecerunt.

D Sunt etiam de noſtris quidam, qui nec in acie quidem refugerunt; ſed praeſidio caſtris relicti, cum caſtra traderentur, in poteſtatem hoſtium uenerunt. Haud equidem ullius ciuis aut commilitonis fortunae aut condicioni inuideo, nec premendo alium, me extuliſſe uelim uideri. ne illi quidem (niſi pernicitatis pedum, & curſus aliquod praemium eſt) qui plerique inermes ex acie fugientes, non prius, quam Venuſiae aut Canuſij conſtiterunt, ſe nobis merito praetulerint: gloriatique ſint, in ſe plus, quam in nobis, praeſidij reip. eſſe. ſed illis ut bonis ac fortibus uiris militibuſque utemini: & nobis iam promptioribus pro patria, quod beneficio ueſtro redempti, atque in patriam reſtituti fuerimus. Delectum ex omni aetate & fortuna habetis. octo millia ſeruorum audio armari. non minor numerus noſter eſt, nec maiori pretio redimi poſſumus, quam hi emuntur: nam ſi conferam nos cum illis, iniuriam nomini Romano faciam. Illud etiam in tali conſilio animaduer-

E tendum uobis cenſeam P. C. ſi duriores eſſe uelitis, quod nullo noſtro merito faciatis: cui nos hoſti relicturi ſitis. Pyrrho uidelicet? qui nos hoſpitum numero habuit captiuos. an barbaro ac Poeno? qui utrum auarior, an crudelior ſit, uix aeſtimari poteſt. Si uideatis catenas, ſqualorem deformitatemque ciuium ueſtrorum, non minus profecto uos ea ſpecies moueat, quam ſi ex altera parte cernatis ſtratas Cannenſibus campis legiones ueſtras. Intueri poteſtis ſollicitudinem & lacrymas in ueſtibulo curiae ſtantium cognatorum noſtrorum, exſpectantiumque reſponſum ueſtrum. cum ij pro nobis, proq. ijs qui abſunt, ita ſuſpenſi ac ſolliciti ſint, quem cenſetis animum ipſorum eſſe, quorum in diſcrimine uita libertaſque eſt? Si medius fidius ipſe in nos mitis Hannibal contra naturam ſuam eſſe uelit: nihil tamen nobis uita opus eſſe cenſeamus, cum indigni ut a uobis

redime-

redimeremur, uiſi ſimus. Rediere Romam quondam remiſſi a Pyrrho ſine pretio capti: F A
ſed rediere cum legatis, primoribus ciuitatis, ad redimendos ſeſe miſſis. Redeam ego in
patriam trecentis nũmis non aeſtimatus ciuis? Suum quiſque habet animum P. C. ſcio in
diſcrimine eſſe uitam corpuſq. meum. magis me tamen periculum mouet, ne a uobis da-
mnati ac repulſi habeamur. neque enim uos pretio pepercisse homines credent. Vbi is fi-
nẽ fecit, extemplo ab ea turba quae in Comitio erat, clamor flebilis eſt ſublatus, manuſq.
ad curiam tendebant, orantes, ut ſibi liberos, fratres, cognatos redderent. Feminas quo-
que metus ac neceſſitas turbae huic uirorum in foro immiſcuerat. Senatus, ſummotis arbi-
tris conſuli coeptus. Ibi cum ſententijs uariaretur, & alij redimendos de publico, alij nul-
lam publicam impenſam faciendam, nec prohibendos ex priuato redimi: ſi quibus argen-
tum in praeſentia deeſſet, dandam ex aerario pecuniam mutuam, praedibuſq. ac praedijs ca-
uendum populo, cenſerent: tum T. Manlius Torquatus, priſcae ac nimis durae, ut pleriſque G
uidebatur, ſeueritatis, interrogatus ſententiam, ita locutus fertur: Si tantummodo poſtu-
laſſent legati pro ijs, qui in hoſtium poteſtate ſunt, ut redimerentur, ſine ullius inſectatio-
ne, eorum breui ſententiam peregiſſem. quid enim aliud, quam admonendi eſſetis, ut mo-
rem traditum a patribus neceſſario ad rem militarem exemplo, ſeruaretis? nunc autem
cum prope gloriati ſint, quod ſe hoſtibus dediderint, praeferriq. non captis modo in acie
ab hoſtibus, ſed etiam ijs, qui Venuſiam Canuſiumq. peruenerunt, atque ipſi C. Terentio
conſuli aequum cenſuerint: nihil uos eorum P. C. quae illic acta ſunt, ignorare patiar. At-
que utinam haec, quae apud uos acturus ſum, Canuſij apud ipſum exercitum agerem, opti-
mum teſtem ignauiae cuiuſque, & uirtutis: aut unus hic ſaltem adeſſet P. Sempronius,
quem ſi illi ducem ſecuti eſſent, milites hodie in caſtris Romanis, non captiui in hoſtium
poteſtate eſſent: & cum feſſis pugnando hoſtibus, tum uictoria laetis, & ipſis pleriſque re- H
greſſis in caſtra ſua, noctem ad erumpendum liberam habuiſſent, & ſeptem armatorum
hominum millia erumpere etiam inter confertos hoſtes potuiſſent. neque [redacted] per ſe ipſi
id facere conati ſunt, neque alium ſequi uoluerunt. Nocte prope tota P. Sempronius Tu-
ditanus non deſtitit admonere, adhortariq. eos, dum paucitas hoſtium circa caſtra, dum
quies ac ſilentium eſſet, dum nox inceptum tegeret, ſe ducem ſequerentur: ante lucem per-
uenire in tuta loca, in ſociorum urbes poſſe. Sicut auorum memoria P. Decius tribunus
mil. in Samnio: ſicut nobis adoleſcentibus priori Punico bello Calpurnius Flamma tre-
centis uoluntarijs, cum ad tumulum eos capiendum, ſitum inter medios hoſtes, duceret,
dixit, Moriamur milites, & morte noſtra eripiamus ex obſidione circumuentas legiones:
ſi hoc P. Sempronius diceret: nec uiros quidem, nec Romanos uos duceret, ſi nemo tan-
tae uirtutis extiſteret comes. Viam non ad gloriam magis quam ad ſalutem ferentem de- I
monſtrat: ducem ſe in patriam, ad parentes, ad coniuges ac liberos facit: ut ſeruemini,
deeſt uobis animus: quid, ſi moriendum pro patria eſſet, faceretis? Quinquaginta millia ci-
uium ſociorumq. circa uos eo ipſo die caeſa iacent: ſi tot exempla uirtutis non mouent, ni-
hil umquam mouebit: ſi tanta clades uobis uilem uitam non fecit, nulla faciet. Liberi at-
que incolumes deſiderate patriã. immo deſiderate, dum patria eſt, dum ciues eius eſtis. ſe-
ro nunc deſideratis, deminuti capite, abalienati iure ciuium, ſerui Carthaginienſium facti.
Pretio redituri eſtis eõ, unde ignauia ac nequitia abiſtis? P. Sempronium ciuem ueſtrum
non audiſtis, arma capere, ac ſe iubẽtem ſequi: Hannibalem paullo poſt audiſtis, caſtra pro-
di, & arma tradi iubentem. Quam ego ignauiam iſtorum accuſo, cum ſcelus poſſim accu-
ſare? non enim modo ſequi recuſarunt bene monentem, ſed obſiſtere ac retinere conati
ſunt, ni ſtrictis gladijs uiri fortiſſimi inertes ſummouiſſent. prius, inquam, P. Sempronio K
per ciuium agmen, quam per hoſtium, fuit erumpendum. Hos ciues patria deſideret, quo-
rum ſi ceteri ſimiles fuiſſent, neminem hodie ex ijs qui ad Cannas pugnauerunt, ciuem ha-
beret? Ex millibus ſeptem armatorum ſexcenti extiterunt, qui erumpere auderent, qui
in patriam liberi atque armati redirent: neque ijs quadraginta millia hoſtium obſtitere.
quam tutum iter duarum prope legionum agmini futurum cenſetis fuiſſe? haberetis ho-
die uiginti millia armatorum Canuſij, fortia, fidelia, P. C. Nunc autem quemadmodum hi
boni, fideleſq. (nam fortes ne ipſi quidem dixerint) ciues eſſe poſſunt? niſi quis credere
poteſt fuiſſe, qui erumpentibus, quin erumperent, obſiſtere conati ſunt: aut non inuidere
eos cum incolumitati, tum gloriae illorum per uirtutem partae, cũ ſibi timorẽ ignauiamq.

ſeruitutis

A ſeruitutis ignominioſae cauſſam eſſe ſciant. Maluerunt in tentorijs latentes ſimul lucē atque hoſtem exſpectare: cum ſilentio noctis erumpendi occaſio eſſet. Atenim ad erumpendum e caſtris defuit animus, ad tutanda fortiter caſtra animum habuerunt. dies noctesq. aliquot obſeſſi, armati ſe ipſi tutati uallo ſunt: tandem ultima auſi, paſsique, cum omnia ſubſidia uitae deeſſent, affectiſq. fame uiribus arma iam ſuſtinere nequirent, neceſſitatibus magis humanis, quam armis, uicti ſunt. Orto ſole hoſtis ad uallum acceſsit. ante ſecundam horam, nullam fortunam certaminis experti, tradiderunt arma ac ſeipſos. Haec uobis ipſorum per biduum militia fuit. cum in acie ſtare, ac pugnare decuerat, tum in caſtra refugerunt: cum pro uallo pugnandum erat, caſtra tradiderunt, neque in acie, neque in caſtris utiles. Vos redimamè cum erumpere caſtris oportet, cunctamini, ac manetis: cum manere, & caſtra tutari armis neceſſe eſt, & caſtra, & arma, & uos ipſos traditis
B hoſti. Ego non magis iſtos redimendos P. C. cenſeo, quam illos dedendos Hannibali, qui per medios hoſtes e caſtris eruperunt, ac per ſummam uirtutem ſe patriae reſtituerunt.
Poſteaquam Manlius dixit: quamquam patrum quoque pleroſque captiui cognatione attingebant, praeter exemplum ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indulgentis, pecuniae quoque ſumma homines mouit: quia nec aerarium exhaurire, magna iam ſumma erogata in ſeruos ad militiam emendos, armandoſque, nec Hannibalem maxime huiuſce rei, ut fama erat, egentem, locupletari uolebant. Cum triſte reſponſum, non redimi captiuos, redditum eſſet, nouuſq. ſuper ueterem luctus tot iactura ciuium adiectus eſſet, cum magnis fletibus queſtibuſq. legatos ad portam proſecuti ſunt. Vnus ex ijs domum abijt, quod fallaci reditu in caſtra, iureiurando ſe exſoluiſſet. quod ubi innotuit, relatumq. ad ſenatum eſt: omnes cenſuerunt comprehendendum, & cuſtodibus publice da-
C tis, deducendum ad Hannibalem eſſe. Eſt & alia de captiuis fama. X. primos ueniſſe. de eis cum dubitatum in ſenatu eſſet, admitterentur in urbem, necne: ita admiſſos eſſe, ne tamen ijs ſenatus daretur. morantibus deinde longius omnium ſpe, alios tres inſuper legatos ueniſſe, L. Scribonium, & C. Calpurnium, & L. Manlium. tum demum ab cognato Scribonij tribun. pl. de redimendis captiuis relatum eſſe, nec cenſuiſſe redimendos ſenatum, & nouos legatos tres ad Hannibalem reuertiſſe, decem ueteres remanſiſſe, quod, per cauſſam recognoſcendi nomina captiuorum, ad Hannibalem ex itinere regreſſi, religione ſeſe exſoluiſſent. de ijs dedendis magna contentione actum in ſenatu eſſe: uictoſq. paucis ſententijs, qui dedendos cenſuerint. ceterum proximis cenſoribus adeo omnibus notis ignominijſq. affectos eſſe, ut quidam eorum mortem ſibi ipſi extemplo conſciuerint: ceteri non foro ſolum omni deinde uita, ſed prope luce ac publico caruerint. Mirari ma-
D gis, adeo diſcrepare inter auctores, quam quid ueri ſit, diſcernere queas. Quanto autem maior haec clades ſuperioribus cladibus fuerit, uel ea res indicio eſt, quod qui ſociorum ad eam diem firmi ſteterant, tum labare coeperunt: nulla profecto alia de re, quam quod deſperare coeperant de imperio. Defecere autem ad Poenos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites praeter Pentros, Bruttij omnes, Lucani: praeter hos Surrentini, & Graecorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini, Crotonienſes, Locrique, & Ciſalpini omnes Galli. nec tamen hae clades defectioneſq. ſociorum mouerunt, ut pacis umquam mentio apud Romanos fieret, neque ante conſulis aduentum Romam, nec poſtquam is redijt, renouauitq. memoriam acceptae cladis. quo in tempore ipſo adeo magno animo ciuitas fuit, ut conſuli ex tanta clade, cuius ipſe maxima cauſſa fuiſſet, redeunti, & obuiam itum frequenter ab omnibus ordinibus ſit, & gratiae actae, quod
E de rep. non deſperaſſet: cui, ſi Carthaginienſium ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicij foret.

EPITOME. LIBRI. XXIII

CAMPANI ad Hannibalem defecere. Nuncius Cannenſis uictoriae Mago Carthaginem miſſus anulos aureos a digitis occiſorum Romanorum detractos in ueſtibulo curiae fudit, quos exceſſiſſe modij menſuram traditur. poſt quem nuncium Hanno, ex Poenis uir nobiliſſimus, ſuadebat ſenatui Carthaginienſium, ut pacem a populo Romano peteret: nec tenuit, obſtrepente Barchina factione. Claudius Marcellus praetor ad Nolam eruptione aduerſus Hannibalem ex oppido facta, proſpere pugnauit.

Exercitus

Exercitus Hannibalis per biberna Capuae ita luxuriatus eſt, ut corporum uiribus, atq. animorum eneruaretur. Caſilinum a Poenis obſeſſum, ita fame uexatum eſt, ut lora, & pelles ſcutis detractas, & mures incluſi eſſent. nucibus per Vulturnum amnem a Romanis miſſis uixerunt. Senatus ex equeſtri ordine hominibus centum nonaginta ſeptem ſuppletus eſt. L. Poſtumius praetor a Gallis cũ exercitu caeſus eſt. Cn. & P. Scipiones in Hiſpania Haſdrubalem uicerunt, & Hiſpaniam ſuam fecerunt. Reliquiae Cannenſis exercitus in Siciliam relegatae ſunt: ne recedẽ F
rent inde, niſi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem & Hannibalem ſocietas iuncta eſt. Sempronius Gracchus conſul Campanos cecidit. Praeterea in Sardinia feliciter a T. Manlio praetore aduerſus Poenos Sardoſq. res geſtas continet: a quo Haſdrubal dux, & Mago, & Hanno capti. Claudius Marcellus praetor, Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit, & uicit. primuſq. omnium tot cladibus feſſis Romanis meliorem ſpem belli dedit.

LIBER. XXIII G

HANNIBAL, poſt Cannenſem pugnam, caſtra capta ac direpta, confeſtim ex Apulia in Samnium mouerat: accitus in Hirpinos a Statio pollicente ſe Coſſam tradicurum. Coſſanus erat Trebius, nobilis inter ſuos: ſed premebat eum Coſſanorum factio, familiae per gratiam Romanorum potentis. Poſt famam Cannenſis pugnae, uulgatumq. Trebij ſermonibus aduentum Hannibalis, cum Coſſani urbe exceſſiſſent, ſine certamine tradita urbs Poeno, praeſidiumq. acceptum eſt. ibi praeda omni, atque impedimentis relictis, exercitu partito, Magonem regionis eius urbes, aut deficientes ab Romanis accipere, aut detrectantes cogere ad defectionem iubet. ipſe per agrum Campanum mare inferum petit, oppugnaturus Neapolim, ut urbem maritimam haberet. Vbi fines Neapolita- H
norum intrauit, Numidas partim in inſidijs (& pleraeque cauae ſunt uiae, ſinuſq. occulti) quacumque arte potuit, diſpoſuit: alios, prae ſe actam praedam ex agris oſtentantes, obequitare portis iuſſit. in quos, quia nec multi & incompoſiti uidebantur, cum turma equitum erupiſſet, a cedentibus conſulto tracta in inſidias, circumuenta eſt. nec euaſiſſet quiſquam, ni mare propinquum, & haud procul litore naues piſcatoriae pleraeque conſpectae peritis nandi dediſſent effugium. aliquot tamen eo proelio nobiles iuuenes caeſi ſunt: inter quos & Hegeas, praefectus equitum, intemperantius cedentes ſecutus, cecidit. ab urbe oppugnanda Poenum abſterruere conſpecta moenia, haudquaquam prompta oppugnanti. Inde Capuam flectit iter, luxuriantem longa felicitate, atque indulgentia fortunae. maxime tamen inter corrupta omnia, licentia plebis ſine modo libertatem exercentis, ſenatum & ſibi & plebi obnoxium Pacullus Calauius fecerat, nobilis idem, ac popula- I
ris homo, ceterum malis artibus nactus opes. Is cum eo forte anno, quo res male geſta ad Traſymenum eſt, in ſummo magiſtratu eſſet; iam diu infeſtam ſenatui plebem, ratus per occaſionem nouandi res, magnum auſuram facinus, ut, ſi in ea loca Hannibal cum uictore exercitu ueniſſe, trucidato ſenatu traderet Capuam Poenis; improbus homo, ſed non ad extremum perditus, cum mallet incolumi, quam euerſa, rep. dominari, nullam autem incolumem eſſe orbatam publico conſilio crederet, rationem inijt, qua & ſenatum ſeruaret, & obnoxium ſibi ac plebi faceret. Vocato ſenatu, cum ſibi defectionis ab Romanis conſilium placiturum nullo modo, niſi neceſſarium fuiſſet, praefatus eſſet: quippe qui liberos ex Ap. Claudij filia haberet, filiamq. Romae nuptum Liuio dediſſet: ceterum maiorem multo rem, magiſq. timendam inſtare. non enim per defectionem ad tollendum ex ciuitate ſenatum plebem ſpectare: ſed per caedem ſenatus uacuam rempub. tradere Hanniba K
li ac Poenis uelle. eo ſe periculo poſſe liberare eos, ſi ſe permittant ſibi, & certaminum in rep. obliti credant. Cum omnes uicti metu permitterent: Claudam in curia uos, inquit, & tamquam & ipſe cogitati facinoris particeps, approbando conſilia, quibus nequidquam aduerſarer, uiam ſaluti ueſtrae inueniam. in hoc fidem, quam uultis ipſi, accipite. Fide data egreſſus, claudi curiam iubet, praeſidiumq. in ueſtibulo reliquit, nequis adire curiam iniuſſu ſuo, neue inde egredi poſſit. Tunc uocato ad concionem populo, Quod ſaepe, inquit, optaſtis Campani, ut ſupplicij ſumendi uobis ex improbo ac deteſtabili ſenatu poteſtas eſſet, eam nunc non per tumultum expugnantes domos ſingulorum, quas praeſi-

dijs

A dijs clientium ſeruorumq. tuentur, cum ſummo ueſtro periculo, ſed tutam habetis, ac libe-
ram. Clauſos omnes in curiam accipite, ſolos, inermes: nec quidquam raptim aut forte
temere egeritis. de ſingulorum capite uobis ius ſententiae dicendae faciam: ut, quas quiſ-
que meritus eſt, poenas pendat. Sed ante omnia ita uos irae indulgere oportet, ut potio-
rem ira ſalutem, atque utilitatem ueſtram habeatis. Etenim hos (ut opinor) odiſtis ſena-
tores. nam ſenatum omnino non habere non uultis: quippe aut rex, quod abominandum:
aut, quod unum liberae ciuitatis conſilium eſt, ſenatus habendus eſt. Itaque duae res ſimul
agendae ſunt uobis, ut & ueterem ſenatum tollatis, & nouum cooptetis. Citari ſingulos
ſenatores iubebo: de quorum capite uos conſulam: quod de quoque cenſueritis, fiet.
Sed prius in eius locum, uirum fortem ac ſtrenuum nouum ſenatorem cooptabitis, quam
de noxio ſupplicium ſumatur. Inde conſedit, & nominibus in urnam coniectis, citari
B quod primum ſorte nomen excidit, ipſumq. e curia produci iuſſit. Vbi auditum eſt no-
men, malum & improbum pro ſe quiſque clamare, & ſupplicio dignum. Tum Pacullus:
Video quae ſententia de hoc ſit data: eijcitur pro malo, atque improbo, bonum ſenatorem
& iuſtum eligite. Primo ſilentium erat, inopia potioris ſubijciundi. deinde cum aliquis
omiſſa uerecundia quempiam nominaſſet, multo maior extemplo clamor oriebatur: cum
alij negarent noſſe: alij nunc probra, nunc humilitatem, ſordidamq. inopiam, & pudendae
artis aut quaeſtus genus obijcerent. Hoc multo magis in ſecundo ac tertio citato ſenato-
re eſt factum, ut ipſius paenitere homines appareret: quem autem in eius ſubſtituerent lo-
cum, deeſſe. quia nec eoſdem nominari attinebat, nihil aliud quam ad audienda probra
nominatos: & multo humiliores obſcurioreſq. ceteri erant eis, qui primi memoriae occur
rebant. Ita dilabi homines, notiſſimum quodque malum maxime tolerabile dicentes eſſe,
C iubenteſq. ſenatum ex cuſtodia dimitti. Hoc modo Pacullus cum obnoxium uitae bene-
ficio ſenatum multo ſibi magis quam plebi feciſſet, ſine armis, iam omnibus concedenti-
bus, dominabatur. Hinc ſenatores, omiſſa dignitatis libertatiſq. memoria, plebem adula-
ri, ſalutare, benigne inuitare, apparatis accipere epulis, eius cauſſas ſuſcipere, ei ſemper
parati adeſſe, ſecundum eam in lite iudicem dare, qui magis popularis, aptiorq. in uulgus
fauori conciliando eſſet. Iam uero nihil in ſenatu actum aliter, quam ſi plebis ibi adeſſet
concilium. Prona ſemper ciuitas in luxuriam, non ingeniorum modo uitio, ſed affluenti
copia uoluptatum, & illecebris omnis amoenitatis maritimae, terreſtriſque: tum uero ita
obſequio principum, & licentia plebis laſciuire, ut nec libidini, nec ſumptibus modus eſ-
ſet. ad contemptum legum, magiſtratuum, ſenatuſque, acceſſit tum poſt Cannenſem cla-
dem, ut, cuius aliqua erat uerecundia, Romanum quoque imperium ſpernerent. id modo
D erat in mora, ne id extemplo efficerent, quod connubium uetuſtum multas familias cla-
ras ac potentes Romanis miſcuerat: &, quod, cum militarent aliquot apud Romanos, ma
ximum uinculum erant trecenti equites, nobiliſſimus quiſque Campanorum, in praeſidia
Siculárum urbium delecti ab Romanis, ac miſſi. Horum parentes cognatiq. aegre peruice
runt, ut legati ad conſulem Romanum mitterentur. Ij nondum Canuſium profectum,
ſed Venuſiae cum paucis ac ſemiermibus cōſulem inuenerunt: quam poterat maxime mi-
ſerabilem bonis ſocijs: ſuperbis atque infidelibus, ut erant Campani, ſpernendum. Et au-
xit rerum ſuarum ſuiq. contemptum conſul, nimis detegendo cladem, nudandoque. nam
cum legati aegre ferre ſenatum populumq. Campanum, aduerſi quidquam eueniſſe Roma
nis, nunciaſſent, pollicerenturq. omnia, quae ad bellum opus eſſent: Morem, inquit, magis
loquendi cum ſocijs ſeruaſtis Campani, iubentes quae opus eſſent ad bellum, imperare,
E quam cōuenienter ad praeſentem fortunae noſtrae ſtatum locuti eſtis. quid enim nobis ad
Cannas relictum eſt, ut, quaſi aliquid habeamus, id quod deeſt, expleri ab ſocijs uelimus?
pedites uobis imperemus, tamquam equites habeamus? pecuniam deeſſe dicamus, tam-
quam ea tantum deſit? Nihil, ne quod ſuppleremus quidem, nobis reliquit fortuna. le-
giones, equitatus, arma, ſigna, equi uirique, pecunia, commeatus, aut in acie, aut in ruinis
poſtero die amiſſis caſtris perierunt. Itaque non, iuuetis nos in bello, oportet Campani,
ſed cum Poenis bellum pro nobis ſuſcipiatis. Veniat in mentem, ut trepidos quondam
maiores ueſtros intra moenia compulſos, nec Samnitem modo hoſtem, ſed etiam Sidici-
num pauentes, receptos in fidem apud Saticulam defenderimus, coeptumq. propter uos
cum Samnitibus bellum, per centum prope annos, uariante fortuna euentum, tolerimus.

Adijcite ad haec, quod foedus aequum dedimus, quod leges noſtras, quod ad extremũ, id P
quod ante Cannenſem certe cladem maximum fuit, ciuitatem noſtram magnae parti ue-
ſtrum dedimus, communicauimuſq. uobiſcum. Itaque communem uos hanc cladem,
quae accepta eſt, credere Campani oportet, communem patriam tuendam arbitrari eſſe.
Non cum Samnite aut Etruſco res eſt, ut quod a nobis ablatum ſit, in Italia tamen impe-
rium maneat. Poenus hoſtis, ne Africae quidem indigenam, ab ultimis terrarum oris, fre-
to Oceani, Herculiſq. columnis, expertem omnis iuris, & condicionis, & linguae prope hu-
manae militem trahit. Hunc natura & moribus immitem ferumque, inſuper dux ipſe ef-
ferauit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum ſtrue faciendis, & (quod prolo-
qui etiam piget) ueſci humanis corporibus docendo. hos infandis paſtos epulis, quos
contingere etiam nefas ſit, uidere atque habere dominos, & ex Africa & a Carthagine iu-
ra petere, & Italiam Numidarum ac Maurorum pati prouinciam eſſe, cui non, genito mo- G
do in Italia, deteſtabile ſit? Pulchrum erit Campani, prolapſum clade Romanum impe-
rium, ueſtra fide, ueſtris uiribus retentum ac recuperatum eſſe. Triginta millia peditum,
quattuor equitum arbitror ex Campania uos ſcripſiſſe: iam pecuniae affatim eſſe, frumen
tique. qui ſi parem fortunae ueſtrae fidem habetis, nec Hãnibal ſe uiciſſe ſentiet, nec Roma
ni ſe uictos eſſe. Hac oratione conſul dimiſſis redeuntibuſq. domum legatis, unus ex ijs,
Vibus Virius, tempus ueniſſe ait, quo Campani non agrum ſolum ab Romanis quondam
per iniuriam ademptum, recuperare, ſed imperio etiam Italiae potiri poſſint. foedus enim
cum Hannibale quibus uelint legibus facturos. neque controuerſiam fore, quin ipſe con-
fecto bello Hannibal uictor in Africam hinc decedat, exercitumq. deportet: Italiae impe-
rium Campanis relinquatur. Haec Virio loquenti aſſenſi omnes, ita renunciant legatio-
nem, uti deletum omnibus uideretur nomen Romanum. Extemplo plebes ad defectio- H
nem, ac pars maxima ſenatus ſpectare. extracta tamen auctoritatibus ſeniorum per pau-
cos dies eſt res: poſtremo uicit ſententia plurium, ut ijdem legati, qui ad conſulem Roma-
num ierant, ad Hannibalem mitterentur. Quo prius quam iretur, certumque defectionis
conſilium eſſet: Romam legatos miſſos a Campanis, in quibuſdam annalibus inuenio, po
ſtulantes, ut alter conſul Campanus fieret, ſi rem Romanam adiuuari uellent. indignatio-
ne orta, ſummoueri a curia iuſſos eſſe: miſſumq. lictorem, qui ex urbe educeret eos, at-
que eo die manere extra fines Romanos iuberet. Quia nimis compar Latinorum quon-
dam poſtulationi erat: Coeliuſq. & alij id, haud ſine cauſſa, praetermiſerant ſcriptores, po-
nere pro certo ſum ueritus. Legati ad Hannibalem uenerunt, pacemq. cum eo his condi-
cionibus fecerunt, ne quis imperator magiſtratusue Poenorum ius ullum in ciuem Cam-
panum haberet, neue ciuis Campanus inuitus militaret, munusue faceret. ut ſuae leges, I
ſui magiſtratus Campanis eſſent. ut trecentos ex Romanis captiuos Poenus daret Cam-
panis, quos ipſi elegiſſent: cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia ſtipendia fa
cerent, permutatio fieret. Haec pacta. Alia inſuper, quam quae pacta erant, facinora Cam
pani ediderunt. nam praefectos ſocium, ciueſq. Romanos alios, partim aliquo militiae mu-
nere occupatos, partim priuatis negotijs implicitos, plebs repente omnes comprehen-
ſos, uelut cuſtodiae cauſſa, balneis includi iuſſit: ubi fetore atque aeſtu anima intercluſa,
foedum in modum exſpirarent. Ea ne fierent, neu legatio mitteretur ad Poenum, ſumma
ope D. Magius, uir cui ad ſummam auctoritatem nihil praeter ſanam ciuium mẽtem de-
fuit, reſtiterat. ut uero praeſidium mitti ab Hãnibale audiuit: Pyrrhi ſuperbam dominatio
nem, miſerabilemq. Tarentinorum ſeruitutem, exempla referens, primo, ne reciperetur
praeſidium, palam uociferatus eſt: deinde, ut receptum aut eijceretur: aut, ſi malum faci-
nus, quod a uetuſtiſſimis ſocijs conſanguineiſq. defeciſſent, forti ac memorabili facinore K
purgare uellent, ut interfecto Punico praeſidio reſtituerent ſe Romanis. Haec (neque enim
occulte agebantur) cum relata Hannibali eſſent, primo miſit, qui uocarent Magium ad ſe-
ſe in caſtra. deinde cum is ferociter negaſſet ſe iturum, (nec enim Hannibali ius eſſe in ci-
uem Campanum) concitatus ira Poenus, comprehendi hominem, uinctumq. attrahi ad
ſe iuſſit: ueritus deinde, ne quid inter uim tumultus, atque ex concitatione animorum in
conſulti certaminis oriretur, ipſe praemiſſo nuncio ad M. Bloſium, praetorem Campa-
num, poſtero die ſe Capuae futurum, proficiſcitur e caſtris cum modico praeſidio. Marcus
concione aduocata edicit, ut frequentes cum coniugibus ac liberis obuiam irent Hanni-
bali,

A bali. Ab uniuerſis id non obedienter modo, ſed enixe, fauore etiam uulgi, & ſtudio uiſendi tot iam uictorijs clarum imperatorem, factum eſt. D. Magius nec obuiam egreſſus eſt: nec, quo timorem aliquem ex conſcientia ſignificare poſſet, priuatim ſe tenuit. in foro cum filio clientibuſq. paucis otioſe inambulauit, trepidante tota ciuitate ad excipiendum Poenum, uiſendumque. Hannibal ingreſſus urbem, ſenatum extemplo poſtulat. precantibuſq. inde primoribus Campanorum, nequid eo die fere gereret, diemq. ut ipſe aduentu ſuo feſtum laetus ac libens celebraret: quamquam praeceps ingenio in irã erat, tamen, ne quid in principio negaret, uiſendo urbem, magnam diei partem conſumpſit. Diuerſatus eſt apud Minios Celeres, Stenium Pacullumque, inclytos nobilitate ac diuitijs. Eo Pacullus Calauius, de quo ante dictum eſt, princeps factionis eius, quae attraxerat rem ad Poenos, filium iuuenem adduxit; abſtractumq. ab ſinu a Decimi eis latere, cum quo fero-
B ciſſime pro Romana ſocietate aduerſus Punicum foedus ſteterat: nec eum aut inclinata in partem alteram ciuitas, aut patria maieſtas ſententia depulerat. Huic tum pater iuueni Hannibalem deprecando magis, quam purgando, placuit. uictuſq. patris precibus lacrymiſque, etiam ad cenam eum cum patre uocari iuſſit: cui conuiuio neminem Campanum, praeterquam hoſpites, Iubelliumq. Tauream, inſignem bello uirum, adhibiturus erat. Coeperunt epulari de die, & conuiuium non ex more Punico, aut militari diſciplina eſſe: ſed ut in ciuitate, atque etiam domo, diu ad uarias omnium uoluptatum illecebras inſtructum. Vnus nec dominorum inuitatione, nec ipſius interdum Hannibalis, Calauij filius Perolla uinci potuit. ipſiq. ualetudinem excuſans patri, animi quoque eius mirabilem interturbationem cum quaereret: ante ſolis ferme occaſum, patrem Calauium ex conuiuio egreſſum ſecutus filius, ubi in ſecretum (hortus erat poſticis aedium partibus) peruene-
C runt: Conſilium, inquit, affero pater, quo non ueniam ſolum peccati, quo defecimus ad Hannibalem, impetraturi ab Romanis: ſed in multo maiore dignitate & gratia ſimus Campani, quam umquam fuimus. Cum mirabundus pater, quidnam id eſſet conſilij, quaereret: toga reiecta ab humero, latus ſuccinctum gladio nudat. Iam ego, inquit, ſanguine Hannibalis ſanciam Romanum foedus. te id prius ſcire uolui, ſi forte abeſſe, dum facinus patratur, malles. Quae ubi uidit audiuitq. ſenex, uelut ſi iam agendis quae audiebat, inter eſſet, cum metu: Per ego te, inquit, fili quaecumque iura liberos iungunt parentibus, precor quaeſoque, ne ante oculos patris facere & pati omnia infanda uelis. paucae horae ſunt, intra quas, iurantes per quidquid deorum eſt, dextras dextrae iungentes, fidem obſtrinximus, ut ſacratis de menſis eſſemus. digreſſi a colloquio, extemplo in eum armamur? ſurgis ab hoſpitali menſa, ad quam tertius Campanorum adhibitus ab Hannibale es: eam
D ipſam menſam cruentare uis hoſpitis ſanguine? Hannibalẽ modo pater filio meo potui placare, filium Hannibali non poſſum? Sed ſit nihil ſancti, non fides, non religio, non pietas, audeantur infanda, ſi non perniciem nobis cum ſcelere afferunt: unus aggreſſurus es Hannibalem? quid illa turba tot liberorum ſeruorumque? quid in unum intenti omnium oculi? quid tot dextrae? torpeſcentne? in amentia illa uultum ipſius Hannibalis, quem armati exercitus tremunt, quem horret populus Romanus, tu ſuſtinebis? &, ſi alia auxilia deſint, meipſum ferire, corpus meum opponentem pro corpore Hannibalis, ſuſtinebis? atqui per meum pectus petendus ille tibi, transfigenduſq. eſt. deterreri hic ſine te potius, quam illic uinci. ualeant preces apud te meae, ſicut pro te hodie ualuerunt. Lacrymantem inde iuuenem cernens, medium complectitur: atque oſculo haerens, non ante precibus abſtitit, quam peruicit, ut gladium poneret, fidemq. daret, nihil facturum tale. Tum iuuenis:
E Ego quidem, inquit, quam patriae debeo pietatem, exſoluam patri. tuam doleo uicem, cui ter proditae patriae ſuſtinendum eſt crimen: ſemel, cum defectionem iniſti ab Romanis: iterum, cum pacis cum Hannibale fuiſti auctor: tertio hodie, cum reſtituendae Romanis Capuae mora atque impedimentum tu es. O patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem defendere uolebam, hoſti minime parcens, quando parens extorquet, accipe. Haec cum dixiſſet, gladium in publicum trans maceriam horti abiecit: &, quo minus res ſuſpecta eſſet, ſe ipſe conuiuio reddidit. Poſtero die ſenatus frequens datus Hannibali. ubi prima eius oratio perblanda ac benigna fuit, qua gratias egit Campanis, quod amicitiam ſuam Romanae ſocietati praepoſuiſſent: & inter cetera magnifica promiſſa pollicitus, breui caput Italiae omnis Capuam fore: iuraq. inde cum ceteris populum Romanum etiam

petiturum.

petiturum. Vnum eſſe exſortem Punicae amicitiae, foederiſq. ſecum facti, quē neque eſſe F
Campanum, neque dici debere, Magium Decimum. eum poſtulare, ut ſibi dedatur, ac ſe
praeſente de eo referatur, ſenatuſq. conſultum fiat. omnes in eam ſententiam ierūt: quam
quam magnae parti & uir indignus ea calamitate, & haud paruo initio minui uidebatur ius
libertatis. Egreſſus curia, in templo magiſtratus conſedit: comprehendiq. D. Magium,
atque ante pedes ſtatutum cauſſam dicere iuſſit. Qui cum, manente ferocia animi, negaret
lege foederis id cogi poſſe: tum iniectae catenae, duciq. ante lictorem in caſtra iuſſus eſt.
Quoad capite aperto eſt ductus, concionabundus inceſſit, ad circumfuſam undique mul-
titudinem uociferans: Habetis eam libertatem Campani, quam petiſtis. foro medio, lu-
ce clara, uidentibus uobis, nulli Campanorum ſecundus, uinctus ad mortem rapior. quid
uiolentius Capua capta fieret? ite obuiam Hannibali, exornate urbem, diemq. aduentus
eius conſecrate, ut hunc triumphum de ciue ueſtro ſpectetis. Haec eo uociferante cum G
moueri uulgus uideretur, obuolutum caput eſt: ociuſq. rapi extra portam iuſſus, ita in ca-
ſtra perducitur: extemploq. impoſitus in nauim, & Carthaginem miſſus: ne motu aliquo
Capuae ex indignitate rei orto, ſenatum quoque paeniteret dediti principis: & legatione
miſſa ad repetendum eum, ne aut negando rem, quam primum peterent, offendendi ſibi
noui ſocij: aut tribuendo, habendus Capuae eſſet ſeditionis ac turbarum auctor. Nauem
Cyrenas detulit tempeſtas, quae tum in ditione regum erant. ibi cum Magius ad ſtatuam
Ptolemaei regis confugiſſet, deportatus a cuſtodibus Alexandriam ad Ptolemaeum, cum
eum docuiſſet, contra ius foederis uinctum ſe ab Hannibale eſſe, uinculis liberatur: permiſ-
ſumq. ut rediret, ſeu Romam ſeu Capuam mallet. Nec Magius Capuam ſibi tutam dice-
re: & Romam eo tempore, quo inter Romanos Campanoſq. bellum ſit, transfugae ma-
gis, quam hoſpitis, domicilium fore: nuſquam malle, quam in regno eius, uiuere, quem H
uindicem, atque auctorem habeat libertatis. Dum haec geruntur, Q. Fabius Pictor lega-
tus a Delphis Romam redijt, reſponſumq. ex ſcripto recitauit: (diui quoque in eo erant,
quibus quoq. modo ſupplicaretur.) Tum, ſi ita faxitis Romani, ueſtrae res meliores feli-
cioreſq. erunt: magiſq; ex ſententia reſp. ueſtra uobis procedet. uictoriaque duelli, popu-
li Romani erit. Pythio Apollini, Rep. ueſtra bene geſta ſeruataque, lucris meritis donum
mittitote: deq. praeda, manubijs, ſpolijſq. honorem habetote. Haec ubi ex Graeco carmi
ne interpretata recitauit: tum dixit, ſe oraculo egreſſum, extemplo his omnibus diuis rem
diuinam ture ac uino feciſſe: iuſſumq. ab antiſtite, ſicut coronatus laurea corona & ora-
culum adiſſet, & rem diuinam feciſſet: ita coronatum nauim adſcendere, nec ante depone-
re eam, quam Romam perueniſſet. ſe quaecumque imperata ſint, cum ſumma religione ac
diligentia exſecutum, coronam Romae in ara Apollinis depoſuiſſe. Senatus decreuit, ut I
res diuinae, ſupplicationeſq. primo quoque tempore cum cura fierent. Dum haec Romae
atque in Italia geruntur, nuncius uictoriae ad Cannas, Carthaginē uenerat. Mago, Hamil-
caris filius, non ex ipſa acie a fratre miſſus, ſed retentus aliquot dies in recipiendis ciuita-
tibus Bruttiorum, quae deficiebant. Is, cum ei ſenatus datus eſſet, res geſtas in Italia a fra-
tre expoſuit. Cum ſex imperatoribus eum, quorum quattuor conſules, duo dictator ac ma
giſter equitum fuerint: cum ſex conſularibus exercitibus acie conflixiſſe. occidiſſe ſupra
ducenta millia hoſtium: ſupra L. millia cepiſſe. ex quattuor conſulibus duos occidiſſe. ex
duobus ſaucium alterum, alterum toto exercitu amiſſo uix cum L. hominibus effugiſſe.
magiſtrum equitum, qui conſularis poteſtatis ſit, fuſum fugatumque. dictatorem, quia ſe
in aciem numquam commiſerit, unicum haberi imperatorem. Bruttios Apuloſque, par-
tem Samnitium ac Lucanorum, defeciſſe ad Poenos. Capuam, quod caput non Campa- K
niae modo, ſed poſt afflictam rem Romanam Cannenſi pugna, Italiae ſit, Hannibali ſe tradi
diſſe. Pro his tot, tantiſq. uictorijs ſacrum dijs immortalibus agi haberique. Ad fidem de
inde tam laetarum rerum, effundi in ueſtibulo curiae iuſſit anulos aureos. qui tantus acer-
uus fuit, ut metientibus, dimidium ſuper tres modios expleſſe, ſint quidam auctores. Fa-
ma tenuit, quae propior uero eſt, haud plus fuiſſe modio. Adiecit deinde uerbis, quo maio-
ris cladis indicium eſſet, neminem, niſi equitem, atque eorum ipſorum primores, id gere-
re inſigne. Summa fuit orationis, quo propius ſpes belli perficiendi ſit, eo magis omni
ope iuuandum Hannibalem eſſe. procul enim ab domo militiam eſſe, in media hoſtium ter
ra, magnam uim frumenti pecuniaeq. abſumi: & tot acies ut hoſtium exercitus deleſſe,

A ita uictoris etiam copias parte aliqua minuiſſe. mittendum igitur ſupplementum eſſe, mittendam in ſtipendium pecuniam, frumentumq. tam benemeritis de nomine Punico militibus. Secundum haec dicta Magonis laetis omnibus, Himilco, uir factionis Barchinae, locum Hannonis increpãti eſſe ratus: Quid eſt Hanno? inquit, etiã nunc te paenitet belli ſuſcepti aduerſus Romanos? iube dedi Hannibalem: ueta in tam proſperis rebus gratias dijs immortalibus agi. audiamus Romanum ſenatorem in Carthaginienſium curia. Tum Hanno: Tacuiſſem hodie patres conſcripti, ne quid in communi omnium gaudio, minus laetum quod eſſet uobis, loquerer. nunc interrogante ſenatore, paeniteatne me adhuc ſuſcepti aduerſus Romanos belli, ſi reticeam, aut ſuperbus, aut obnoxius uidear. quorum alterum eſt hominis alienae libertatis obliti, alterum ſuae. Reſpondeam igitur Himilconi, non deſiſſe paenitere me belli, neque deſiturum ante inuictum noſtrum imperatorem incuſare,
B quam finitum aliqua tolerabili condicione bellum uidero; nec mihi pacis antiquae deſiderium ulla alia res, quam pax noua, finiet. Itaque iſta quae modo Mago iactauit, Himilconi ceteriſq. Hannibalis ſatellitibus iam laeta ſunt. mihi poſſunt laeta eſſe, quia res bello bene geſtae, ſi uolumus fortuna uti, pacem nobis aequiorem dabũt. nam ſi praetermittimus hoc tempus, quo magis dare quam accipere poſſumus uideri pacem: uereor, ne haec quoque laetitia luxuriet nobis, ac uana euadat. quae tamen nunc quoque qualis eſt? Occidi exercitus hoſtium: mittite milites mihi. Quid aliud rogares: ſi eſſes uictus? Hoſtium cepi bina caſtra, praedae uidelicet plena, & commeatuum: frumentum, & pecuniam date. Quid aliud, inquam, ſi ſpoliatus, ſi exſutus caſtris eſſes, peteres? Et ne omnia ipſe mirer: (mihi quoque enim, quoniam reſpondi Himilconi, interrogare ius faſq. eſt) uelim ſeu Himilco, ſeu Mago reſpondeat: cum ad internecionem Romani imperij pugnatum ad Cannas ſit,
C conſtetq. in defectione totam Italiam eſſe: primum ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo ex V & XXX tribubus ad Hannibalem transfugerit? Cũ utrumque Mago negaſſet: Hoſtium quidem ergo, inquit, adhuc multum ſupereſt. ſed multitudo ea quid animorum, quidue ſpei habeat, ſcire uelim. Cum id neſcire ſe Mago diceret: Nihil facilius ſcitu eſt, inquit. ecquos legatos ad Hannibalem Romani miſerunt de pace? ecquam denique mentionem pacis Romae factam eſſe, allatũ ad uos eſt? Cum id quoque negaſſet: Bellũ igitur, inquit, tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Hannibal in Italiam eſt ingreſſus. Quam uaria uictoria priore Punico bello fuerit, plerique qui meminerimus, ſuperſumus. numquam terra mariq. magis proſperae res noſtrae uiſae ſunt, quam ante conſules C. Lutatium & A. Poſtumium fuerunt. Lutatio & Poſtumio conſulibus deuicti ad Aegates inſulam ſumus. Quod ſi (id quod dij omen auertant) nunc quo-
D que fortuna aliquid uariauerit, tum pacem ſperatis, cum uincimur: quam nunc, cum uicimus, dat nemo? Ego, ſi quis de pace conſulet, ſeu deferenda hoſtibus, ſeu accipienda: habeo quid ſentẽtiae dicam. ſi de ijs quae Mago poſtulat, ceteris, nec uictoribus mitti attinere puto: & fruſtrantibus nos falſa atque inani uictoria multo minus cenſeo mittenda eſſe. Haud multos mouit Hannonis oratio. nam & ſimultas cum familia Barchina, leuiorem auctorem faciebat: & occupati animi praeſenti laetitia, nihil, quo uanius fieret gaudium ſuũ, auribus admittebant: debellatumq. mox fore, ſi adniti paullulum uoluiſſent, rebantur. Itaque ingenti conſenſu fit ſenatuſconſultum, ut Hannibali XL Numidarum millia in ſupplementum mitterentur, & XL elephanti, & argenti multa talenta. Dictatorq. cum Magone in Hiſpaniam praemiſſus eſt ad conducenda XX millia peditum, quattuor equitum, quibus exercitus, qui in Italia, quiq. in Hiſpania erant, ſupplerentur. Ceterum haec, ut in
E ſecundis rebus, ſegniter otioſeq. geſta ſunt. Romanos, praeter inſitam induſtriam animis, fortuna etiam cunctari prohibebat. nam nec conſul ulli rei, quae per eum agenda eſſet, deerat; & dictator M. Iunius, rebus diuinis perfectis, latoq. (ut ſolet) ad populum, ut equum adſcẽdere liceret: praeter duas urbanas legiones, quae principio anni a conſulibus conſcriptae fuerant, & ſeruorum delectum, cohorteſque ex agro Piceno & Gallico collectas, ad ultimum prope deſperatae reip. auxilium, cum honeſta utilibus cedunt, deſcendit equo, dixitque: qui capitalem fraudem auſi, quique pecuniae iudicati in uinculis eſſent: qui eorum apud ſe milites fierent, eos noxa pecuniaque ſe exſolui iuſſurum. Et ſex millia hominum Gallicis ſpolijs, quae triumpho C. Flaminij tranſlata erant, armauit. Ita cum XXV millibus armatorum ab urbe proficiſcitur. Hannibal, Ca-

pua recepta, cum iterum Neapolitanorum animos partim ſpe, partim metu nequidquam F
tentaſſet, in agrum Nolanum exercitum traducit: & ut non hoſtiliter ſtatim, quia non
deſperabat uoluntariam deditionem: ita, ſi morarentur ſpem, nihil eorum, quae pati
aut timere poſſent, praetermiſſurus. Senatus, ac maxime primores eius, in ſocietate
Romana cum fide perſtare. plebs nouarum (ut ſolet) rerum auida, atque Hannibalis to-
ta eſſe: metumq. agrorum populationis, & patienda in obſidione multa grauia indigna-
que, proponere animo. neque auctores defectionis deerant. Itaque ubi ſenatum me-
tus cepit, ſi palam contra tenderent, reſiſti multitudini concitatae non poſſe. clam ſimu-
lando dilationem mali inueniunt. placere enim ſibi defectionem ad Hannibalem, ſimulant:
quibus autem condicionibus in foedus amicitiamq. nouam tranſeant, parum conſtare.
Ita ſpatio ſumpto, legatos propere ad praetorem Romanum, Marcellum Claudium,
qui Canuſij cum exercitu erat, mittunt: docentque, quanto in diſcrimine ſit Nolana G
res. agrum Hannibalis eſſe, & Poenorum: urbem extemplo futuram, ni ſubueniatur.
concedendo plebi ſenatum, ubi uelint, defecturos ſe, ne deficere praefeſtinarent, ef-
feciſſe. Marcellus, collaudatis Nolanis, eadem ſimulatione extrahi rem in ſuum ad-
uentum iuſſit: interim celari quae ſecum acta eſſent, ſpemq. omnem auxilij Romani.
Ipſe a Canuſio Calatiam petit: atque inde Vulturno amne traiecto, perq. agrum Saticu-
lanum Trebianumque ſuper Sueſſulam per montes Nolam peruenit. Sub aduentum
praetoris Romani Poenus agro Nolano exceſſit: & ad mare proxime Neapolim deſcen-
dit, cupidus maritimi opidi potiundi, quo curſus nauibus tutus ex Africa eſſet. Ce-
terum poſteaquam Neapolim a praefecto Romano teneri accepit: (M. Iunius Silanus
erat, ab ipſis Neapolitanis accitus) Neapolis quoque, ſicut Nola, non admiſſus,
petit Nuceriam. Eam cum aliquandiu circumſediſſet: ſaepe ui, ſaepe ſollicitandis ne- H
quidquam nunc plebe, nunc principibus, fame demum in deditionem accepit, pa-
ctus, ut inermes cum ſingulis abirent ueſtimentis: deinde, ut qui a principio mitis
omnibus Italicis, praeter Romanos, uideri uellet, praemia atque honores ijs qui remanſiſ-
ſent, ac militare uellent ſecum, propoſuit. nec ea ſpe quemquam tenuit. dilapſi omnes,
quocumque hoſpitia, aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniae urbes, maxime
Nolam, Neapolimque. Cum ferme triginta ſenatores, ac forte primus quiſque, Capuam
petiſſent: excluſi inde, quod portas Hannibali clauſiſſent, Cumas ſe contulerunt. Nuceriae
praeda militi data eſt, urbs direpta, atque incenſa. Nolam Marcellus non ſui magis fidu-
cia praeſidij, quam uoluntate principum habebat. plebs timebatur, & ante omnes L. Ban-
tius, quem conſcientia attentatae defectionis, ac metus a praetore Romano, nunc ad pro-
ditionem patriae, nunc, ſi illic fortuna defuiſſet, ad transfugiendum ſtimulabat. Erat I
iuuenis acer, & ſociorum ea tempeſtate nobiliſſimus eques. ſeminecem eum ad Cannas
in aceruo caeſorum corporum inuentum, curatumq. benigne, etiam cum donis Hannibal
domum remiſerat. ob eius gratiam meriti, rem Nolanam in ius ditionemq. dare uolue-
rat Poeno: anxiumq. eum & ſollicitum cura nouandi res, praetor cernebat. ceterum cum
aut poena cohibendus eſſet, aut beneficio conciliandus, ſibi aſſumpſiſſe, quam hoſti ade-
miſſe fortem ac ſtrenuum maluit ſocium: accitumq. ad ſe benigne appellat, Multos eum
inuidos inter populares habere, inde exiſtimatu facile eſſe, quod nemo ciuis Nolanus
ſibi indicauerit, quam multa eius egregia facinora militaria eſſent. ſed qui in Romanis
militauerit caſtris, non poſſe obſcuram eius uirtutem eſſe. multos ſibi, qui cum eo ſtipen-
dia fecerint, referre, qui uir eſſet ille: quaeq. & quoties pericula pro ſalute ac dignitate
populi Romani adiſſet: utiq. Cannenſi pugna non prius proelio abſtiterit, quam prope K
exſanguis ruina ſuperincidentium uirorum, equorum, armorumq. ſit oppreſſus. Itaque
macte uirtute eſto, inquit. apud me tibi omnis honos, atque omne praemium erit: &
quo frequentior mecum fueris, ſenties eam rem tibi dignitati, atque emolumento
eſſe. Laetoque iuueni promiſſis, equum eximium dono dat, bigatoſque quingentos
quaeſtorem numerare iubet. lictoribus imperat, ut cum ſe adire, quoties uelit, patiantur.
Hac comitate Marcelli, ferocis iuuenis animus adeo eſt mollitus, ut nemo inde ſocio-
rum rem Romanam fortius ac fidelius iuuerit. Cum Hannibal ad portas eſſet, (Nolam
enim rurſus a Nuceria mouerat caſtra) plebeſq. Nolana de integro ad defectionem ſpe-
ctaret: Marcellus ſub aduentum hoſtium intra muros ſe recepit, non caſtris metuens,
ſed

A ſed ne prodendae urbis occaſionem nimis multis in eam imminentibus daret. Inſtrui deinde utrimque acies coeptae, Romanorum pro moenibus Nolae, Poenorũ ante caſtra ſua. proelia hinc parua inter urbem caſtraque, & uario euentu fiebant: quia duces nec prohibere paucos temere rogantes, nec dare ſignum uniuerſae pugnae uolebant. in hac continua duorum exercituum ſtatione principes Nolanorum nunciant Marcello, nocturna colloquia inter plebem ac Poenos fieri: ſtatutumque eſſe, ut cum Romana acies egreſſa portis iret, impedimenta eorum ac ſarcinas diriperent: clauderentque deinde portas, muroſque occuparent, ut potentes rerum ſuarum atque urbis, Poenum inde pro Romano acciperent. Haec ubi nunciata ſunt Marcello, collaudatis ſenatoribus Nolanis, priuſquam aliquis motus intus oriretur, fortunam pugnae experiri ſtatuit. Ad tres portas in hoſtes uerſas tripartito exercitum inſtruxit. impedimenta ſubſequi iuſſit: calones,

B lixaſque, & inualidos milites uallum ferre. media porta robora legionum, & Romanos equites, duabus circa portis nouos milites, leuemque armaturam, ac ſociorum equites ſtatuit. Nolani muros portaſque adire uetiti: ſubſidiaque deſtinata impedimentis data, ne occupatis proelio legionibus, in ea impetus fieret. ita inſtructi intra portas ſtabant. Hannibali ſub ſignis (id quod per aliquot dies fecerat) ad multum diei in acie ſtanti, primo miraculo eſſe, quod nec exercitus Romanus porta egrederetur, nec armatus quiſquam in muris eſſet. ratus deinde prodita colloquia eſſe, metuque reſides factos, partem militum in caſtra remittit, iuſſos propere apparatum omnem oppugnandae urbis in primam aciem afferre: ſatis fidens, ſi cunctantibus inſtaret tumultum aliquem in urbe plebem moturam. Moxq. dum in ſua quiſque miniſteria diſcurſu trepidat ad prima ſigna, ſucceditq. ad muros acies: pateſacta repente porta, Marcellus ſigna canere,

C clamoremq. tolli, ac pedites primum, deinde equites, quanto maximo poſſent impetu, in hoſtem erumpere iubet. Satis terroris tumultuſq. in aciem mediam intulerant, cum duabus circa portis P. Valerius Flaccus & C. Aurelius legati in cornua hoſtium erupere. Addidere clamorem lixae caloneſque, & alia turba cuſtodiae impedimentorum appoſita, ut paucitatem maxime ſpernentibus Poenis ingentis repente exercitus ſpeciem fecerint. Vix equidem auſim affirmare, quod quidam auctores ſunt, duo millia & CCC hoſtium caeſos: non plus uno Romanos amiſiſſe. Siue tanta, ſiue minor uictoria fuit, ingens eo die res, ac neſcio an maxima illo bello geſta ſit. non uinci enim ab Hannibale, uincere ſolito, difficilius fuit, quam poſtea uincere. Hannibal ſpe potiundae Nolae adempta, cum Acerras receſſiſſet: Marcellus extemplo clauſis portis, cuſtodibuſq. diſpoſitis, ne quis egrederetur, quaeſtionem in foro de ijs, qui clam in colloquijs hoſtium fuerant, habuit.

D ſupra LXX damnatos proditionis ſecuri percuſſit, bonaq. eorum iuſſit publica eſſe. et ſumma rerum ſenatui tradita, cum exercitu omni profectus ſupra Sueſſulam caſtris poſitis conſedit. Poenus Acerras primum ad uoluntariam deditionem conatus perlicere, poſtea quã obſtinatos uidit, obſidere inde atque oppugnare parat. Ceterum Acerranis plus animi quam uirium erat. itaque, deſperata tutela urbis, ut circumuallari moenia uiderunt, prius quam continuarentur hoſtium opera, per intermiſſa munimenta, neglectaſq. cuſtodias, ſilentio noctis dilapſi, per uias inuiaque, qua quemque aut conſilium aut terror tulit, in urbes Campaniae, quas ſatis certum erat non mutaſſe fidem, perfugerunt. Hannibal, Acerris direptis atque incenſis, cum a Caſilino dictatorem Romanum legioneſq. nuncij accipi nunciaſſent, ne quis tam propinquis hoſtium caſtris Capua quoque recurrat, exercitum ad Caſilinum ducit. Caſilinum eo tempore quingenti Praeneſtini habebant cum paucis

E Romanis Latiniq. nominis, quos eodem audita Cannenſis clades contulerat. Hi, non confecto Praeneſte ad diem delectu, ſerius profecti domo, cũ Caſilinũ ante aduerſae pugnae famam ueniſſent, & alijs aggregarent ſeſe Romanis ſocijſque, profecti a Caſilino, cum ſatis magno agmine irent, auertit eos retro Caſilinum nuncius Cannenſis pugnae. ibi cum dies aliquot, ſuſpecti Campanis, timenteſque, cauendis ac ſtruendis inuicem inſidijs traduxiſſent, iamque de Capuae defectione agi, accipique Hannibalem, ſatis pro certo haberent: interfectis nocte opidanis, partem urbis, quae circa Vulturnum eſt, (eo enim diuiditur amni) occupauere. idq. praeſidium Caſilini habebant Romani. Additur & Peruſina cohors, homines C D & L X, eodem nuncio, quo Praeneſtini, paucos ante dies Caſilinum compulſi. et ſatis ferme armatorum ad tam exigua moenia, & flumine

altera parte cincta, tuenda erat. paenuria frumenti, nimium etiam ut uideretur hominum, F
efficiebat. Hannibal cum iam inde haud procul eſſet, Gaetulos cum praefecto, nomine Ital
ca, praemittit. ac primo, ſi fiat colloquij copia, uerbis benignis ad portas aperiendas, praeſi-
diumque accipiendum perlicere iubet. ſin in pertinacia perſtent, rem gerere, ac tentare ſi
qua parte inuadere urbem poſſit. Vbi ad moenia acceſſere, quia ſilentium erat, ſolitudo ui
ſa: metuque conceſſum barbarus ratus, moliri portas, & ſeras clauſtraque effringere parat:
cum patefactis repente portis cohortes duae ad idipſum inſtructae intus, ingenti cum tu-
multu erumpunt, ſtragemque hoſtium faciunt. Ita primis repulſis, Maharbal cum maio-
re robore uirorum miſſus, nec ipſe eruptionem cohortium ſuſtinuit. Poſtremum Hannibal
caſtris ante ipſa moenia oppoſitis, paruam urbem, paruumque praeſidium ſumma ui atque
omnibus copijs oppugnare parat. ac dum inſtat laceſſitque, corona undique circumdatis
moenibus, aliquot milites, & promptiſsimum quemque e muro turribuſque ictos amiſit. G
Semel ultro erumpentes agmine elephantorum oppoſito prope intercluſit; trepidoſque
compulit in urbem: ſatis multis, ut ex tanta paucitate, interfectis. plures cecidiſſent, ni
nox proelio interueniſſet. Poſtero die omnium animi ad oppugnandum accenduntur: uti
que poſteaquam corona aurea muralis propoſita eſt, atque ipſe dux caſtelli plano loco
poſiti ſegnem oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrabat: Cannarum Traſy-
menique & Trebiae ſingulos admonés, uniuerſoſque. inde uineae quoque coeptae agi, cu-
niculique: nec ad uarios conatus hoſtium aut uis ulla, aut ars deerat. Socij Romanorum
propugnacula aduerſus uineas ſtatuere, tranſuerſis cuniculis hoſtium cuniculos excipere,
& palam & clam coeptis obuiam ire, donec pudor etiam Hannibalem ab incoepto auertit,
caſtriſque communitis, ac praeſidio modico impoſito, ne omiſſa res uideretur, in hiberna
Capuam conceſsit. ibi partem maiorem hiemis exercitũ in tectis habuit, aduerſus omnia H
humana mala ſaepe ac diu durantem, bonis inexpertum, atque inſuetum. itaque quos
nulla mali uicerat uis, perdidere nimia bona, ac uoluptates immodicae: & eo impenſius,
quo auidius ex inſolentia in eas ſe immerſerant. ſomnus enim, & uinum, & epulae, & ſcor
ta, balneaque, & otium conſuetudine in dies blandius, ita eneruauerunt corpora ani-
moſque, ut magis deinde praeteritae uictoriae eos, quam praeſentes tutarentur uires, ma-
iuſque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod non ex
Cannenſi acie protinus ad urbem Romam duxiſſet. illa enim cunctatio diſtuliſſe modo ui
ctoriam uideri potuit; hic error uires ademiſſe ad uincendum. Itaque Hercule, uelut ſi cum
alio exercitu a Capua exiret, nihil uſquam priſtinae diſciplinae tenuit. nam & redierunt
plerique ſcortis impliciti: & ubi primum ſub pellibus haberi coepti ſunt, uiaque & alius
militaris labor excepit, tironum modo corporibus animiſque deficiebant: & deinde per I
omne aeſtiuorum tempus magna pars ſine commeatibus ab ſignis dilabebantur: neque
aliae latebrae, quam Capua, deſertoribus erant. Ceterum miteſcente iam hieme, ducto
ex hibernis milite, Caſilinum redit. ubi quamquam ab oppugnatione ceſſatum erat, ob-
ſidio tamen continuata oppidanos praeſidiumque ad ultimum inopiae adduxerat. Ca-
ſtris Romanis Ti. Sempronius praeerat, dictatore auſpiciorum repetendorum cauſſa pro-
fecto Romam. Marcellum & ipſum cupientem ferre auxilium obſeſſis, Vulturnus amnis
inflatus aquis, & preces Nolanorum, atque Acerranorum tenebant, Campanos timen-
tium, ſi praeſidium Romanum abſceſſiſſet. Gracchus aſsidens tantum Caſilino, quia edi-
ctum erat dictatoris, ne quid abſente eo rei gereret, nihil mouebat, quamquam quae facile
omnem patientiam uincerent, nunciabantur a Caſilino. nam & praecipitaſſe ſe quoſdam
non tolerantes famem, conſtabat: & ſtare inermes in muris, nuda corpora ad miſſilium K
telorum ictus praebentes. Ea aegre patiens Gracchus, cum neque pugnam cõſerere dicta
toris iniuſſu auderet: pugnandum autem eſſe, ſi palam frumentum importare uellet, uide-
ret: neque clam importandi ſpes eſſet: farre ex agris circa undique cõuecto cum plura do
lia compleſſet, nuncium ad magiſtratum Caſilinum miſit, ut exciperent dolia, quae a-
mnis deferret. Inſequenti nocte intentis omnibus in flumen, ac ſpem ab nuncio Romano
factam, dolia medio miſſa amni defluxerunt. aequaliter inter omnes frumentum diui-
ſum. id poſtero quoque die, ac tertio factum eſt. nocte & mittebantur, & peruenie-
bant: eo cuſtodias hoſtium fallebant. Imbribus deinde cõtinuis citatior ſolito amnis, trãſ-
uerſo uertice dolia impulit ad ripam, quã hoſtes ſeruabant. ibi haerentia inter obnata ripis
ſalicta

A ſalicta conſpiciuntur, nunciatumq. Hannibali eſt: & deinde intentiore cuſtodia cautum, ne quid falleret Vulturno ad urbem miſſum. Nuces inde fuſae ab Romanis caſtris, cum medio amni ad Caſilinum defluerent, cratibus excipiebantur. Poſtremo ad id uentum inopiae eſt, ut lora, detractaſq. ſcutis pelles, ubi feruida molliſſent aqua, mandere conarentur: nec muribus, aliove animali abſtinerent: & omne herbarum radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent. & cum hoſtes obaraſſent, quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum ſemen iniecerunt, ut Hannibal, Eo ne uſque dum ea naſcantur, ad Caſilinum ſeſſuri ſumus? exclamaret. & qui nullam antea pactionem auribus admiſerat, tum demum agi ſecum eſt paſſus de redemptione liberorum capitum. Septunces auri in ſingulos pretium conuenit. fide accepta, ſeſe tradiderunt. donec omne aurum perſolutum eſt, in uinculis habiti. tum remiſſi Cumas cum fide. Id uerius eſt, quam ab equite

B in abeuntes immiſſo interfectos. Praeneſtini maxima pars fuere. ex quingentis ſeptuaginta, qui in praeſidio fuerunt, minus dimidium, ferrum fameſq. abſumpſit. ceteri incolumes Praeneſte cum praetore ſuo Manitio (ſcriba is antea fuerat) redierunt. Statua eius indicio fuit Praeneſte in foro ſtatuta, loricata, amicta toga, uelato capite: & tria ſigna cum titulo laminae aeneae inſcripto, Manitiũ pro militibus qui Caſilini in praeſidio fuerint, uotum uouiſſe. Idem titulus tribus ſignis in aede Fortunae poſitis fuit ſubiectus. Caſilinũ oppidum redditum Campanis eſt, firmatum ſeptingentorum militum de exercitu Hannibalis praeſidio: ne, ubi Poenus inde abſceſſiſſet, Romani oppugnarent. Praeneſtinis militibus ſenatus Romanus duplex ſtipendium, & quinquennij militiae uacationem decreuit. ciuitate cum donarentur ob uirtutem, non mutauerunt. Peruſinorum caſus obſcurior fama eſt, quia nec ipſorum monumento ullo eſt illuſtratus, nec decreto Romanorum. Eo-

C dem tempore Petellinos, qui uni ex Bruttijs manſerant in amicitia Romanorum, non Carthaginienſes modo, qui regionem obtinebant, ſed Bruttij quoque ceteri ob ſeparata ab ſe conſilia oppugnabant. Quibus cum reſiſtere malis nequirent Petellini, legatos Romam ad praeſidium petendum miſerunt. Quorum preces lacrymaeq. (in queſtus enim flebiles, cum ſibimet ipſi conſulere iuſſi ſunt, ſeſe in ueſtibulo curiae profuderunt) ingẽtem miſericordiam patribus ac populo mouerunt. conſultiq. iterum a Manio praetore patres, circumſpectis omnibus imperij uiribus, fateri coacti, nihil iam longinquis ſocijs in ſe praeſidij eſſe: redire domum, fideq. ad ultimum expleta, cõſulere ſibimet ipſos in praeſenti fortuna iuſſerunt. Haec poſteaquam renunciata legatio Petellinis eſt, tantus repente maeror pauorq. ſenatum eorum cepit, ut pars profugiendi qua quiſque poſſet, ac deſerendae urbis auctores eſſent, pars, quando deſerti a ueteribus ſocijs eſſent, adiungendi ſe ceteris Brut-

D tijs, ac per eos dedendi Hannibali. Vicit tamen ea pars, quae nihil raptim nec temere agendum, conſulendumq. de integro cenſuit. Relaxata poſtero die per minorem trepidationem ſe tenuerunt optimates, ut conuectis omnibus ex agris, urbem ac muros firmarent. Per idem fere tempus litterae ex Sicilia Sardiniaq. Romam allatae. priores ex Sicilia Otacilij propraetoris in ſenatu recitatae ſunt. P. Furium praetorem cũ claſſe ex Africa Lilybaeũ ueniſſe. ipſum grauiter ſaucium in diſcrimine ultimo uitae eſſe. militi & naualibus ſocijs neque ſtipendium neque frumentum ad diẽ dari: neque unde detur eſſe: magnopere ſuadere, ut quamprimum ea mittantur: ſibique, ſi ita uideatur, ex nouis praetoribus ſucceſſorem mittant. Eademq. ferme de ſtipendio frumentoq. ab A. Cornelio Mammula propraetore ex Sardinia ſcripta. Reſponſum utriſque, non eſſe unde mitteretur. iuſſiq. ipſi, claſſibus atque exercitibus ſuis conſulerent. Otacilius ad unicum ſubſidium populi Romani

E Hieronem legatos cum miſiſſet, in ſtipendium quantum argenti opus fuit, & ſex menſium frumentum accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates ſociae benigne contulerunt. Et Romae quoque, propter paenuriam argenti, triumuiri mẽſarij rogatione Minucij trib. pleb. facti, L. Aemilius, qui conſul cenſorq. fuerat: & M. Atilius Regulus, qui bis conſul fuerat: & L. Scribonius Libo qui tum trib. pleb. erat. Et duumuiri creati, M. & C. Atilij, aedem Concordiae, quam L. Manlius Praetor uouerat, dedicauerunt. Et tres pontifices creati, Q. Caecilius Metellus, Q. Fabius Maximus, & Q. Fuluius Flaccus, in locum P. Scantinij demortui, & L. Aemilij Paulli conſulis & Q. Aelij Paeti, qui ceciderant in pugna Cannenſi. Cum cetera quae continuis cladibus fortuna minuerat, quantum conſilijs humanis aſſequi poterant, patres expleſſent: tandem ſe quoque, & ſolitudinem curiae, paucita-

temque conuenientium ad publicum conſilium reſpexerunt. neque enim poſt L. Aemi- F
lium & C. Flaminium cenſores ſenatus lectus fuerat, cum tantum ſenatorum aduerſae pu
gnae, ad hoc ſui quemque caſus per quinquennium abſumpſiſſent. Cum de ea re M. Pom-
ponius praetor, dictatore poſt Caſilinum amiſſum profecto iam ad exercitum, expoſcen-
tibus cunctis, retuliſſet, tum Sp. Caruilius, cum longa oratione non ſolum inopiam, ſed
paucitatem etiam ciuium, ex quibus in patres legerentur, conqueſtus eſſet: explendi ſena
tus cauſſa, & iungendi artius Latini nominis pro magna re ſe ſuadere dixit, ut ex ſingulis
populis Latinorum binis ſenatoribus, quos patres Romani cenſuiſſent, ciuitas daretur: at-
que in demortuorum locum in ſenatum legerentur. Eam ſententiã haud aequioribus ani-
mis, quam ipſorum quondam poſtulatum Latinorum, patres audierunt. & cum fremitus
indignantium tota curia eſſet: & praecipue Manlius eſſe etiam nunc ſtirpis eius uirum di-
ceret, ex qua quondam in Capitolio conſul minatus eſſet, quem Latinum in curia uidiſ- G
ſet, cum ſua manu ſe interfecturum: Q. Fabius Maximus numquam rei ullius alieniore
tempore mentionem factam in ſenatu dixit, quam inter tam ſuſpenſos ſociorum animos,
incertamq. fidem id tactum, quod inſuper ſollicitaret eos. eam unius hominis temerariam
uocem ſilentio omnium exſtinguendam eſſe: & ſi quid umquam arcani ſanctiue ad ſilendũ
in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occulendum, obliuiſcendum, pro non di-
cto habendum eſſe. Ita eius rei oppreſſa mentio eſt. Dictatorem, qui cenſor ante fuiſſet,
uetuſtiſſimuſque ex ijs qui uiuerent cenſorijs eſſet, creari placuit, qui ſenatum legeret:
accirique C. Terentium conſulem ad dictatorem dicendum iuſſerunt. qui cum ex Apu-
lia, relicto ibi praeſidio, magnis itineribus Romam rediſſet: nocte proxima, ut mos erat,
N. Fabium Buteonem ex S. C. ſine magiſtro equitum dictatorem in ſex menſes dixit.
is ubi cum lictoribus in Roſtra ~~adſcendit~~, neque duos dictatores tempore uno, quod H
numquam antea factum eſſet, probare ſe dixit: neque dictatorem ſine magiſtro equi-
tum. nec cenſoriam uim permiſſam uni & eidem iterum: nec dictatori, niſi rei geren-
dae cauſſa creato, in ſex menſes datum imperium, quae immoderata fors, tempus ac ne-
ceſſitas fecerint, ijs ſe modum impoſiturum. nam neque ſenatu quemquam moturum ex
ijs, quos C. Flaminius, L. Aemilius cenſores in ſenatum legiſſent: tranſſcribi tantum, re-
citarique eos iuſſurum, ne penes unum hominem iudicium arbitriumque de fama ac mo-
ribus ſenatoris fuerit: & ita in demortuorum locum ſublecturum, ut ordo ordini, non ho-
mo homini praelatus uideretur. Recitato uetere ſenatu, inde primum in demortuorum
locum legit, qui poſt L. Aemilium & C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſ-
ſent, necdum in ſenatum lecti eſſent, ut quiſque eorum primus creatus erat. tum legit,
qui aediles, tribuni pl. quaeſtoreſue fuerant, tum ex ijs qui magiſtratus non cepiſſent, qui
ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent, aut ciuicam coronam accepiſſent. Ita I
CLXXVII cum ingenti approbatione omnium in ſenatum lectis, extemplo ſe magiſtra-
tu abdicauit, priuatuſque de Roſtris deſcẽdit, lictoribus abire iuſſis: turbaeq. ſe immiſcuit
priuatas agentium res: tempus hic ſedulo terens, ne deducendi ſui cauſſa populũ de foro
abduceret. neque tamen elanguit cura hominum ea mora, frequenteſque eum domum
deduxerunt. Conſul nocte inſequenti ad exercitum redijt, non facto certiore ſenatu, ne
comitiorum cauſſa in urbe retineretur. Poſtero die conſultus a M. Pomponio praetore ſe
natus decreuit dictatori ſcribendum, uti, ſi e repub. cenſeret eſſe, ad conſules ſubrogandos
ueniret cum magiſtro equitum, & praetore M. Marcello, ut ex ijs praeſentibus noſcere pa-
tres poſſent, quo ſtatu ~~res publicae eſſent~~, conſiliaque ex rebus caperent. Qui acciti erant,
omnes uenerunt, relictis legatis, qui legionibus praeeſſent. Dictator de ſe pauca ac modi-
ce locutus, in magiſtrum equitum Ti. Sempronium Gracchum magnam partem gloriae K
uertit: comitiaque edixit, quibus L. Poſtumius III abſens, qui tum Galliam prouinciam
obtinebat: & Ti. Sempronius Gracchus, qui tum magiſter equitum eo accurrerat, conſu-
les crearentur. Praetores inde creati, M. Valerius Laeuinus, Ap. Claudius Pulcher, Q.
Fuluius Flaccus, Q. Mucius Scaeuola. Dictator creatis magiſtratibus, Teanum in hi-
berna ad exercitum redijt, relicto magiſtro equitum Romae: qui, cum poſt paucos dies
magiſtratum initurus eſſet, de exercitibus ſcribendis comparandiſque in annum, patres
conſuleret. Cum eae res maxime agerentur, noua clades nunciata, alia ſuper aliam cumu-
lante in eum annum fortuna: L. Poſtumium conſulem deſignatum, in Gallia ipſum, atque

exercitum

A exercitum deleros. Silua erat uaſta (Litanam Galli uocant) qua exercitum tranſducturus erat. eius ſiluae dextra laeuaq. circa uiam Galli arbores ita inciderant, ut immotae ſtarét, momento leui impulſae occiderent. Legiones duas Romanas habebat Poſtumius: ſociumq. ab ſupero mari tantum conſcripſerat, ut XXV millia armatorum in agros hoſtium induxiſſet. Galli oram extremae ſiluae cum circumſediſſent, ubi intrauit agmen ſaltum, tum extremas arborum ſucciſarum impellunt. quae alia in aliam inſtabilem per ſe ac male haerentem incidentes, ancipiti ſtrage arma, uiros, equos obruerunt, ut uix decem homines effugerent. nam cum exanimati plerique eſſent arborum truncis, fragmentiſq. ramorum: ceteram quoque multitudinem inopinato malo trepidam Galli ſaltum omnem armati circumſidentes interfecerunt: paucis e tanto numero captis, qui pontem fluminis petentes obſeſſe, ante ab hoſtibus ponte interclusi ſunt. Ibi Poſtumius omni ui ne
B caperetur obnixus, occubuit. ſpolia corporis, caputque ducis praeciſum Boij ouantes templo quod ſanctiſſimum eſt apud eos, intulere. purgato inde capite, ut mos ijs eſt, caluam auro caelauere. idq. ſacrum uas ijs erat, quo ſollemnibus libarent: poculumq. idem ſacerdoti eſſe, ac templi antiſtitibus. Praeda quoque haud minor Gallis, quam uictoria, fuit. nam etſi magna pars animalium ſtrage ſiluae oppreſſa erat: tamen ceterae res, quia nihil diſſipatum fuga eſt, ſtratae per omnem iacentis agminis ordinem inuentae ſunt. Hac nunciata clade, cum per dies multos in tanto pauore fuiſſet ciuitas, ut tabernis clauſis, uelut nocturna ſolitudine per urbem acta, ſenatus aedilibus negotium daret, ut urbem circumirent, apeririq. tabernas, & maeſtitiae publicae ſpeciem urbi demi iuberent: tum Ti. Sempronius ſenatum habuit, conſolatuſq. patres eſt, & adhortatus, ne qui Cannenſi ruinae non ſuccubuiſſent, ad minores calamitates animos ſummitterent. quod ad
C Carthaginienſes hoſtes, Hannibalemque attinet, proſpera modo eſſet, ſicut ſperaret, fortuna. Gallicum bellum & omitti tuto, & differri poſſe: ultionemq. eam fraudis in deorum ac populi Romani poteſtate fore. de hoſte Poeno, exercitibuſque, per quos id bellum gereretur, conſultandum atque agitandum. Ipſe primum, quid peditum equitumque, quid ciuium, quid ſociorum in exercitu eſſet dictatoris, diſſeruit. Tum Marcellus ſuarum copiarum ſummam expoſuit. Quid in Apulia cum C. Terentio conſule eſſet, a peritis quaeſitum eſt. duone conſulares exercitus ſatis ~~firmati tanto bello~~ ſufficerent, inibatur ratio, itaque Galliam, quamquam ſtimulabat iuſta ira, omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris conſuli decretus eſt. De exercitu Marcelli, qui ex fuga Cannenſi eſſent, in Siciliam eos tranſduci, atque ibi militare, donec in Italia bellum eſſet, placuit. eodem ex dictatoris legionibus reijci militem minimi quemque roboris, nullo praeſtituto militiae tē-
D pore, niſi quod ſtipendiorum legitimorum eſſet. Duae legiones urbanae alteri conſuli, qui in locum L. Poſtumij ſuffectus eſſet, decretae ſunt: eumq. cum primum ſaluis auſpicijs poſſet, creari placuit. legiones praeterea duas primo quoque tempore ex Sicilia acciri: atque inde conſul, cui legiones urbanae eueniſſent, militum ſumeret, quantum opus eſſet. C. Terentio conſuli prorogari in annum imperium: neque de eo exercitu, quem ad praeſidium Apuliae haberet, quidquam minui. Dum haec in Italia geruntur apparanturque, nihilo ſegnius in Hiſpania bellum erat, ſed ad eam diem magis proſperum Romanis. P. & Cn. Scipiones inter ſe partiti ſunt copias, ut Cnaeus terra, Publius mari nauibuſque rem gereret. Haſdrubal Poenorum imperator neutri parti uirium ſatis fidens, procul ab hoſte interuallo, ac locis tutis tenebat ſe. qui multum ac diu obteſtanti quattuor millia peditum, & quingenti equites in ſupplementum miſſi ex Africa ſunt. tum refecta tandem
E ſpe, caſtra propius hoſtem mouit: claſſemq. & ipſe inſtrui parariq. iubet, ad inſulas maritimamq. oram tutandam. In ipſo impetu mouendarum deintegro rerum, perculit eum praefectorum nauium tranſitio, qui poſt claſſem ad Iberum per pauorem deſertam grauiter increpiti, numquam deinde ſatis fidi aut duci aut Carthaginienſium rebus fuerant. Fecerant ij transfugae motum in Carpeſiorum gente: deſciuerantq. ijs auctoribus urbes aliquot: una etiam ab ipſis ui capta fuerat. In eam gentem uerſum ab Romanis bellum eſt: in feſtoque exercitu Haſdrubal ingreſſus agrum hoſtium, pro captae ante dies paucos urbis moenibus Galbum, nobilem Carpeſiorum ducem, cum ualido exercitu caſtris ſe detinentem aggredi ſtatuit. Praemiſſa igitur leui armatura, quae eliceret hoſtes ad pugnam, peditum parté ad depopulandum per agros paſſim dimiſit, ut palantes exciperent. ſimul & ad

caſtra tumultus erat, & per agros fugaq. & caedes. deinde undique diuerſis itineribus cum F
in caſtra ſe recepiſſent, adeo repente deceſſit animis pauor, ut non ad munimenta modo defendenda ſatis animorum eſſet, ſed etiam ad laceſſendum hoſtem proelio. Erumpunt igitur agmine e caſtris tripudiantes more ſuo: repentinaq. eorum audacia terrorem hoſti paullo ante ultro laceſſenti incuſſit. itaque & ipſe Haſdrubal in collem ſatis arduum tutum que flumine etiam obiecto tum copias ſubducit, & praemiſſam leuem armaturā equiteſq; palatos eodem recepit: nec aut colli aut flumini ſatis fidens, uallo caſtra permunijt. In hoc alterno pauore certamina aliquot ſunt contracta. Nec Numida Hiſpano eques par fuit: nec iaculator Maurus cetrato, uelocitate pari, robore animi uiriumq. aliquantū praeſtanti. Poſteaquam neque elicere Poenum ad certamen obuerſati caſtris poterant, neque caſtrorum oppugnatio facilis erat: urbem Aſenam, quo fines hoſtium ingrediēs Haſdrubal frumentum commeatuſq. alios conuexerat, ui capiunt, omniq. circa agro potiuntur. nec iam aut in agmine, aut in caſtris ullo imperio contineri. Quam ubi negligentiam ex re (ut fit) bene geſta oriri ſenſerat Haſdrubal: cohortatus milites, ut palantes ſine ſignis hoſtes aggrederentur, degreſſus colle, pergit ire acie inſtructa ad caſtra. Quem ut adeſſe tumultuoſi nuncij refugientes ex ſpeculis ſtationibuſq. attulere, ad arma conclamatum eſt. Vt quiſque arma ceperat, ſine imperio, ſine ſigno, incompoſiti, inordinati in proeliū ruunt. Iam primi conſeruerant manus, cum alij cateruatim currerent, alij nondum e caſtris exiſſent. tum primo ipſa audacia terruere hoſtem. deinde rari in conſertos illati, cum paucitas parum tuta eſſet, reſpicere alij alios, & undique pulſi coire in orbem. & dum corporibus applicantur, armaq. armis iungunt, in artum compulſi, cum uix mouendis armis ſatis ſpatij eſſet, corona hoſtium cincti, ad multum diei caeduntur. Exigua pars, eruptione facta, ſiluas ac montes petit: pariq. terrore & caſtra ſunt deſerta, & uniuerſa gens poſtero die H
in deditonem uenit. nec diu in pacato manſit. nam ſubinde ab Carthagine allatum eſt, ut Haſdrubal primo quoque tempore in Italiam exercitum duceret. quae uulgata res per Hiſpaniam, omnium ferme animos ad Romanos auertit. Itaque Haſdrubal extemplo litteras Carthaginem mittit, indicans, quanto fama profectionis ſuae damno fuiſſet. Si uero inde pergeret, priuſquam Iberum tranſiret, Romanorum Hiſpaniam fore. nam praeterquā quod nec praeſidium, nec ducē haberet, quem relinqueret pro ſe, imperatores eſſe Romanos, quibus uix aequis uiribus reſiſti poſſit. itaque ſi ulla Hiſpaniae cura eſſet, ſucceſſorem ſibi cum ualido exercitu mitterent. cui ſi omnia proſpere euenirent, non tamen otioſam prouinciam fore. Hae litterae quamquam primo admodum mouerunt ſenatum: tamen quia Italiae cura prior potiorq. erat, nihil de Haſdrubale neque de copijs eius mutatū eſt. Himilco cum exercitu iuſto, & aucta claſſe ad retinendam terra marique, ac tuendam I
Hiſpaniam eſt miſſus. qui ut pedeſtres naualeſq. copias traiecit, caſtris communitis, nauibuſq. ſubductis, & uallo circumdatis, cum equitibus delectis ipſe, quantum maxime accelerare poterat, per dubios infeſtoſq. populos iuxta intentus ad Haſdrubalem peruenit. Cum decreta ſenatus mandataque expoſuiſſet, atque edidiciſſet, ipſe inuicem, quemadmodum tractandum bellum in Hiſpania foret, retro in ſua caſtra redijt: nulla re, quam celeritate, tutior, quod undique abierat, antequam populi conſentirent. Haſdrubal, priuſquam moueret caſtra, pecunias imperat populis omnibus ſuae ditionis: ſatis gnarus, Hannibalem tranſitus quoſdam pretio mercatum: nec auxilia Gallica aliter quam conducta habuiſſe: inopem tantum iter ingreſſum, uix penetraturum ad Alpes fuiſſe. pecunijs igitur raptim exactis, ad Iberum deſcendit. Decreta Carthaginienſium, & Haſdrubalis iter, ubi ad Romanos ſunt perlata, omnibus omiſſis rebus, ambo duces K
iunctis copijs ire obuiam coeptis, atque obſiſtere parant: rati, ſi Hannibali, uix per ſe ipſi tolerando Italiae hoſti, Haſdrubal dux, atque Hiſpanienſis exercitus eſſet iunctus, illico Romani finem imperij fore. His anxij curis ad Iberum contrahunt copias, & tranſito amne, cum diu conſultaſſent, utrum caſtra caſtris conferrent, an ſatis haberent ſocijs Carthaginienſium oppugnandis morari ab itinere propoſito hoſtem: urbem a propinquo flumine Iberam appellatam, opulentiſſimam ea tempeſtate regionis eius, oppugnare parant. quod ubi ſenſit Haſdrubal, pro ope ferenda ſocijs pergit ipſe ire ad urbem deditam nuper in fidem Romanorum oppugnandam. Ita iam coepta obſidio omiſſa ab Romanis eſt, & in ipſum Haſdrubalem uerſum bellum. Quinque millium interuallo

A caſtra diſtantia habuerẽ paucos dies, nec ſine leuibus proelijs, nec ut in aciem exirent. tan
dem uno eodemq. die, uelut ex compoſito, utrimque ſignum pugnae propoſitum eſt: at
que omnibus copijs in campum deſcenſum eſt. Triplex ſtetit Romana acies: peditum
pars ante ſigna locata, pars poſt ſigna accepta: equites cornua cinxere. Haſdrubal me-
diam aciem Hiſpanis firmat: in cornibus, dextro Poenos locat, laeuo Afros: mercenario-
rumq. auxilia equitum, Numidas Poenorum peditibus, ceteros Afros pro cornibus op-
ponit. nec omnes Numidae in dextro locati cornu, ſed quibus, deſultorum in modum, bi-
nos trahentibus equos, inter acerrimam ſaepe pugnam in recentem equum ex feſſo arma
tis tranſſultare mos erat. tanta uelocitas ipſis, tamq. docile equorum genus eſt. Cum hoc
modo inſtructi ſtarent, imperatorum utriuſque partis haud ferme diſpares ſpes erant.
nam ne multum quidem aut numero aut genere militum hi aut illi praeſtabant. militibus
B longe diſpar animus erat. Romanis enim, quamquam procul a patria pugnarent, facile
perſuaſerant duces, pro Italia atque urbe Roma eos pugnare. itaque uelut quibus reditus
in patriam eo diſcrimine pugnae uerteretur, obſtinauerãt animis uincere aut mori. Minus
pertinaces uiros habebat altera acies. nam maxima pars Hiſpani erant. qui uinci in Hiſpa-
nia, quam uictores in Italiam trahi, malebant. Primo igitur concurſu, cum uix pila conie-
cta eſſent, retulit pedem media acies, inferentibuſq. ſeſe magno impetu Romanis terga
uertit. Nihilo ſegnius in cornibus proelium fuit. hinc Poenus, hinc Afer urget: & uelut
in circumuentos proelio ancipiti pugnant. ſed cum in medium tota iam coiſſet Romana
acies, ſatis uirium ad dimouenda hoſtium cornua habuit. ita duo diuerſa proelia erãt: utro
que Romani, ut qui pulſis tandem medijs, & numero & robore uirorum praeſtarent, haud
dubie ſuperarunt. Magna uis hominum ibi occiſa. & niſi Hiſpani uixdum conſerto proe-
C lio tam effuſe fugiſſent, perpauci ex tota ſuperfuiſſent acie. Equeſtris pugna nulla admo-
dum fuit: quia ſimul inclinatam mediam aciem Mauri Numidaeq. uiderunt, extemplo fu-
ga effuſa nuda cornua, elephantis quoque prae ſe actis, deſeruere. Et Haſdrubal uſque ad
ultimum euentum pugnae moratus, e media caede cum paucis effugit. Caſtra Romani ce-
pere, atque inde diripuere. Ea pugna, ſi qua dubia in Hiſpania erant, Romanis adiunxit:
Haſdrubaliq. non modo in Italiam tranſducendi exercitus, ſed ne manẽdi quidẽ ſatis tuto
in Hiſpania ſpem reliquit. Quae poſteaquam litteris Scipionum Romae uulgata ſunt, non
tam uictoria, quam prohibito Haſdrubalis in Italiam tranſitu, laetabantur. Dum haec in Hi
ſpania geruntur, Petelia Bruttijs aliquot poſt menſibus, quam coepta oppugnari erat,
ab Himilcone, praefecto Hannibalis, expugnata eſt. multorumq. ſanguine ac uulneribus
ab Poenis uictoria ſtetit: nec ulla magis uis obſeſſos, quam fames, expugnauit. abſumptis
D enim frugum alimentis, carniſq. omnis generis quadrupedum, ſutrinae poſtremo corijs,
herbiſque, & radicibus, corticibus teneris, ſtrictiſque rubis uixere. nec ante quam uires ad
ſtandum in muris ferendaq. arma deerant, expugnati ſunt. Recepta Petelia, Poenus ad
Conſentiam copias tranſducit. quã minus pertinaciter defenſam, intra paucos dies in de-
ditionem accepit. Iiſdem ferme diebus & Bruttiorum exercitus Crotonem, Graecam ur-
bem, circumſedit. opulentam quondam armis uiriſque: tum iam adeo multis magniſque
cladibus afflictam, ut omnis aetatis minus uiginti millia ciuiũ ſupereſſent. itaque urbe de-
fenſoribus uacua, facile potiti ſunt hoſtes: arx tantum retenta, in quam inter tumultum ca
ptae urbis e media caede quidam effugere. Et Locrenſes deſciuere ad Bruttios Poenoſq.,
prodita multitudine a principibus. Rhegini tantummodo regionis eius & in fide erga Ro-
manos, & poteſtatis ſuae ad ultimum manſerunt. In Siciliam quoque eadem inclinatio ani-
E morum peruenit: & ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abſtinuit. namque Ge
lo, maximus ſtirpis, contempta ſimul ſenectute patris, ſimul poſt Cannenſem cladem Ro-
mana ſocietate, ad Poenos defecit. mouiſſetq. in Sicilia res, niſi mors adeo opportuna,
ut patrem quoque ſuſpicione adſpergeret, armantem eum multitudinem, ſollicitantemq.
ſocios, abſumpſiſſet. Haec eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hiſpania uario euentu
acta. Exitu anni Q. Fabius Maximus a ſenatu poſtulauit, ut aedem Veneris Erycinae, quam
dictator uouiſſet, dedicari liceret. Senatus decreuit, ut Ti. Sempronius, conſul deſigna-
tus, cum primum magiſtratum iniſſet, ad populum ferret, ut duumuiros eſſe iuberent ae-
dium dedicandarum cauſſa. Et M. Aemilio Lepido, qui bis conſul augurq. fuerat, filij
tres, Lucius, Marcus, Quinctus, ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo,

& XX per triduum in foro dederunt. Aediles curules C. Laetorius, & Ti. Sempronius F
Gracchus, conſul deſignatus, qui in aedilitate magiſter equitum fuerat, ludos Romanos
fecerunt, qui per triduum inſtaurati ſunt. Plebeij ludi a M. Aurelio Cotta & M. Claudio
An. 535. Marcello ter inſtaurati ſunt. Circumacto tertio anno Punici belli, Ti. Sempronius con-
ſul idibus Martijs magiſtratum inijt. Praetores Q. Fuluius Flaccus, qui antea conſul cen-
ſorq. fuerat, urbanam, M. Valerius Laeuinus peregrinam ſortem in iuriſdictione habuit,
Ap. Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mucius Scaeuola Sardiniam ſortiti ſunt. M. Marcello
proconſulare imperium eſſe populus iuſſit, quod poſt Cannenſem cladem unus Romano-
rum imperatorum in Italia proſpere rem geſſiſſet. Senatus quo die primum eſt in Capito-
lio conſultus, decreuit, ut eo anno duplex tributum imperaretur, ſimplex confeſtim exige-
retur, ex quo ſtipendium praeſens omnibus militibus daretur, praeterquam qui milites ad
Cannas fuiſſent. Inde de exercitibus ita decretum eſt, ut duabus legionibus urbanis Ti. G
Sempronius conſul Cales ad conueniendũ diem ediceret. inde ſex legiones in caſtra Clau
diana ſupra Sueſſulam deducerentur. quae ibi legiones eſſent, (erant autẽ Cannenſis maxi
me exercitus) eas Ap. Claudius Pulcher praetor in Siciliã tranſijceret: quaeq. in Sicilia eſ-
ſent, Romam deportarentur. Ad exercitum cui ad conueniendum Cales edicta dies erat,
M. Claudius Marcellus miſſus, iſq. iuſſus in caſtra Claudiana deducere urbanas legiones.
ad ueterem exercitum accipiendum deducendumq. in Siciliam, T. Metilius Croto lega-
tus ab Ap. Claudio eſt miſſus. Taciti primo exſpectauerunt homines, uti conſul comitia
collegae creando haberet. deinde ubi ablegatum uelut de induſtria M. Marcellum uide-
runt, quem maxime conſulem in eum annum ob egregie in praetura res geſtas creari uole
bant, fremitus in curia eſt ortus. Quod ubi ſenſit conſul, Vtrumque, inquit, e republica
fuit, patres conſcripti, & M. Claudium ad permutandos exercitus in Campaniam profici- H
ſci, & comitia non prius edici, quam is inde, confecto quod mandatum eſt negotio, re-
uertiſſet: ut uos conſulem, quem tempus reipublicae poſtularet, quemq. maxime uultis, ha
beretis. Ita de comitijs, donec redijt Marcellus, ſilentiũ fuit. Interea duumuiri creati ſunt
Q. Fabius Maximus, & T. Otacilius Craſſus, aedibus dedicandis, Menti Otacilius, Fa-
bius Veneri Erycinae. Vtraque in Capitolio eſt, canali uno diſcretae. Et de trecentis equi-
tibus Campanis, qui in Sicilia cum fide ſtipendijs emeritis Romam uenerant, dein latum
ad populum, ut ciues Romani eſſent: item uti municipes Cumani eſſent, pridie quam po-
pulus Campanus a populo Romano defeciſſet. Maxime ut hoc ferretur, mouerat, quod,
quorum hominum eſſent, ſcire ſe ipſi negabant, uetere patria relicta, in eam in quam red-
ierant, nondum adſciti. Poſteàquam Marcellus ab exercitu redijt, comitia uni conſuli
rogando in locum L. Poſtumij edicuntur. Creatur ingenti conſenſu Marcellus, qui extem
plo magiſtratum occiperet. cui ineunti conſulatum cum tonuiſſet, uocati augures uitio I
creatum uideri pronunciauerunt, uulgoq. patres ita fama ferebant, quod tum primum
duo plebeij conſules facti eſſent, id deis cordi non eſſe. In locum Marcelli, ubi is ſe ma-
giſtratu abdicauit, ſuffectus Fabius Maximus tertium. Mare arſit eo anno: ad Sinueſſam
bos equuleum peperit: ſigna Lanuui ad Iunonis Soſpitae cruore manauere: lapidibuſque
circa id templum pluuit, ob quem imbrem Nouendiale, ut aſſolet, ſacrum fuit: ceteraque
prodigia cum cura expiata. Conſules exercitus inter ſe diuiſerunt. Fabio exercitus, cui
M. Iunius dictator praefuerat, euenit. Sempronio, uolonum quod fuerat, & ſociorum
XXV millia. M. Valerio praetori legiones, quae ex Sicilia rediſſent, decretae. M. Claudius
proconſ. ad eum exercitum, qui ſupra Sueſſulam Nolae praeſideret, miſſus. Praetores in
Siciliam ac Sardiniam profecti. Conſules edixerunt, quoties ſenatum uocaſſent, uti ſena-
tores, quibuſq. in ſenatu dicere ſententiam liceret, ad portam Capenam conuenirent. K
Praetores, quorum iuriſdictio erat, tribunalia ad Piſcinam publicam poſuerunt. eo uadi-
monia fieri iuſſerunt: ibiq. eo anno ius dictum eſt. Interim Carthaginem, unde Mago,
frater Hannibalis, XII millia peditum, & mille quingentos equites, XX elephantos, mille
argenti talenta in Italiam tranſmiſſurus erat cum praeſidio LX nauium longarum, nuncius
affertur, in Hiſpania rem male geſtam, omneſq. ferme eius prouinciae populos ad Roma-
nos defeciſſe. Erant qui Magonem cum claſſe ea copijſque, omiſſa Italia, in Hiſpaniam
auerterent, cum Sardiniae recipiendae repentina ſpes affulſit. Paruum ibi exercitum Ro-
manum eſſe, ueterem praetorem inde Cornelium prouinciae peritum decedere, nouũ ex-
ſpectari.

A ſpectari. ad hoc, feſſos iam animos Sardorum eſſe diuturnitate imperij, & proximo ijs anno
acerbe atque auare imperatum: graui tributo & collatione iniqua frumenti oppreſſos. ni-
hil deeſſe aliud, quam auctorem, ad quem deficerent. Haec clamdeſtina legatio per princi
pes miſſa erat: maxime eam rem moliente Harſicora, qui tum auctoritate, atque opibus
longe primus erat. His nuncijs prope uno tempore turbati, erectique, Magonem cum
claſſe ſua copijſq. in Hiſpaniam mittunt. in Sardiniam Haſdrubalem cognomento Caluū
deligunt ducem: & tantum ferme copiarum, quantum Magoni, decernunt. Et Romae
conſules, tranſactis rebus quae in urbe agendae erant, mouebant iam ſeſe ad bellum. Ti.
Sempronius militibus Sinueſſam diem ad conueniendum edixit. & Q. Fabius, conſulto
prius ſenatu, ut frumenta omnes ex agris ante Kalendas Iunias primas in urbes munitas
conueherent. qui non inuexiſſent, eorum ſe agrum populaturum, ſeruos ſub haſta uendi-
B turum, uillas incenſurum. Ne praetoribus quidem, qui ad ius dicendum creati erant, ua-
catio a belli adminiſtratione data eſt. Valerium praetorem in Apuliam ire placuit ad ex-
ercitum a Terentio accipiendum: cum ex Sicilia legiones ueniſſent, ijs potiſſimum uti ad
regionis eius praeſidium: Terentianū mitti cum aliquo legatorum. Et XXV naues M. Vale
rio datae ſunt, quibus oram maritimam inter Brundiſium ac Tarentū tutari poſſet. Par na-
uium numerus Q. Fuluio praetori urbano decretus ad ſuburbana litora tutanda. C. Teren-
tio proconſ. negotium datum, ut in Piceno agro conquiſitionem militum haberet, locaſ-
que ijs praeſidio eſſet. T. Otacilius Craſſus poſteaquam aedem Mentis in Capitolio de
dicauit: in Siciliam cum imperio, qui claſſi praeeſſet, miſſus. In hanc dimicationem duo-
rum opulentiſſimorum in terris populorum, omnes reges genteſq. animos intenderant.
inter quos Philippus Macedonum rex eo magis, quod propior Italiae, ac mari tantum Io-
C nio diſcretus erat. Is, ubi primum fama accepit, Hannibalem alpes tranſgreſſum: ut bello
inter Romanos Poenumq. orto laetatus erat: ita utrius populi mallet uictoriam eſſe incer-
tis adhuc uiribus, fluctuatus animo fuerat. poſteaquam tertia iam pugna, tertia uictoria
cum Hannibale & Poenis erat, ad fortunam inclinauit, legatoſq. ad Hannibalem miſit. qui
uitantes portus Brundiſinum Tarentinumque, quia cuſtodijs nauium Romanarum tene-
bantur: ad Laciniae Iunonis templum in terram egreſſi ſunt. inde per Apuliam petentes
Capuam, media in praeſidia Romana illati ſunt, deductiq. ad M. Valerium Laeuinum prae
torem, circa Nuceriam caſtra habentem. Ibi intrepide Xenophanes legationis princeps
a Philippo rege ſe miſſum ait ad amicitiam ſocietatemq. iungendam cum populo Roma-
no, mandata habere ad conſules, ac ſenatum populumq. Romanum. Inter defectiones
ueterum ſociorum Valerius noua ſocietate tam clari regis laetus admodum, hoſtē pro ho-
D ſpite comiter accepit. dat, qui proſequantur, itinera cum cura demonſtrēt, quae loca quoſ-
que ſaltus, aut Romani, aut hoſtes teneant. Xenophanes per praeſidia Romana in Cam-
paniam, inde qua proximum fuit in caſtra Hannibalis peruenit: foeduſq cum eo, atque
amicitiam iungit legibus his, ut Philippus rex quammaxima claſſe (ducentas autem na-
ues uidebatur effecturus) in Italiam tranſijceret, & uaſtaret maritimam oram, bellum pro
parte ſua terra mariq. gereret. ubi debellatum eſſet, Italia omnis cum ipſa urbe Roma Car
thaginiēſium, atque Hannibalis eſſet, praedaq. omnis Hannibali cederet. perdomita Italia,
nauigarent in Graeciam, bellumq. cum quibus regibus placeret, gererent. quae ciuitates
continentis, quae inſulae ad Macedoniam uergunt, eae Philippi, regniq. eius eſſent. In has
ferme leges inter Poenum ducem, legatoſq. Macedonum ictum foedus. miſſiq. cum ijs
ad regis ipſius firmandam fidem legati, Giſgo, & Boſtar, & Mago, eodem ad Iunonis Laci-
E niae templum, ubi nauis occulta in ſtatione erat, perueniunt. inde prouecti, cum iam altum
tenerent, conſpecti a claſſe Romana ſunt, quae praeſidio erat Calabriae litoribus. P. Vale-
rius Flaccus Corcyraeos ad perſequendam retrahendamq. nauem cum miſiſſet, primo fu-
gere regij conati: deinde, ubi celeritate uicti ceſſerunt, tradunt ſe Romanis: & ad praefe-
ctum claſſis adducti, cum quaereret, qui, & unde, & quo tenderent curſum: Xenophanes,
primo ſatis iam ſemel felix mendacium ſtruere, a Philippo ſe ad Romanos miſſum, ad M.
Valerium, ad quem unum iter tutum fuerit, perueniſſe: Campaniam ſuperare nequiſſe, ſae
ptam hoſtium praeſidijs. deinde ut Punicus cultus habituſq. ſuſpectos legatos fecit Hanni
balis, interrogatoſq. ſermo prodidit: tum comitibus eorum ſeductis, ac metu territis, lit-
terae quoque ab Hānibale ad Philippum inuentae de pace inter regem Macedonum, Poe-

numq.

numq. ducem. Quibus ſatis cognitis, optimum uiſum eſt, captiuos, comiteſq. eorum Ro- F
mam ad ſenatum, aut ad conſules, ubicunque eſſent, quamprimum deportare. ad id ce-
lerrimae quinque naues delectae: ac L. Valerius Antias, qui praeeſſet, miſſus: eiq. manda-
tum, ut in omnes naues legatos ſeparatim cuſtodiendos diuideret: daretq. operam, ne
quod ijs colloquium inter ſe, neue communicatio conſilij eſſet. Per idem tempus Romae,
cum A. Cornelius Mammula ex Sardinia prouincia decedens retuliſſet, qui ſtatus rerum
in inſula eſſet, ad bellum ac defectionem omnes ſpectare, Q. Mucium, qui ſucceſſiſſet ſi-
bi, grauitate caeli aquarumq. aduenientem exceptum, non tam in periculoſum quam lon
gum morbum implicitum, diu ad belli uim ſuſtinendam inutilem fore: exercitumq. ibi ut
ſatis firmum pacatae prouinciae praeſidium eſſe, ita parũ bello, quod motum iri uideretur:
decreuerunt patres, ut Q. Fuluius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equi-
tes ſcriberet, eamq. legionem primo quoque tempore in Sardiniam traijciendã curaret, G
mitteretq. cum imperio quem ipſi uideretur, qui rem gereret, quoad Mucius conualuiſſet.
Ad eam rem miſſus eſt T. Manlius Torquatus, qui bis conſul cenſorq. fuerat, ſubegerat-
que in conſulatu Sardos. Sub idem fere tempus & a Carthagine in Sardiniam claſſis miſ-
ſa duce Haſdrubale, cui Caluo cognomen erat, foeda tempeſtate uexata ad Baleares inſu-
las eijcitur. ibiq. (adeo non armamenta modo, ſed etiam aluei nauium quaſſati erant) ſub-
ductae naues dum reficiuntur, aliquantum temporis triuerunt. In Italia cum poſt Cannen-
ſem pugnam fractis partis alterius uiribus, alterius mollitis animis, ſegnius bellum eſſet:
Campani per ſe adorti ſunt rem Cumanam ſuae ditionis facere, primo ſollicitantes, ut ab
Romanis deficerent. ubi id parum proceſſit, dolum ad capiendos eos comparant. Cam-
panis omnibus ſtatum ſacrificium ad Hamas. eo ſenatum Campanum uenturum, certio-
res Cumanos fecerunt: petieruntq. ut & Cumanus eo ſenatus ueniret ad conſultandum H
communiter, ut eoſdem uterque populus ſocios hoſteſq. haberet. praeſidium ibi armatum
ſeſe habituros, ne quid ab Romanis noui periculi eſſet. Cumani, quamquam ſuſpecta
fraus erat, nihil abnuere, ita tegi fallax conſilium poſſe rati. Interim Ti. Sempronius, con-
ſul Romanus, Sinueſſae, quo ad conueniendum diem edixerat, exercitu luſtrato, trãſgreſ-
ſus Vulturnum flumen circa Liternum caſtra poſuit. Ibi quia otioſa ſtatiua erant, crebro
decurrere milites cogebat, ut tirones (ea maxima pars uolonum erat) aſſueſcerent ſigna
ſequi, & in acie agnoſcere ordines ſuos, inter quae, concordiae maxima erat cura duci. ita
que legatis tribuniſq. praeceperat, ne qua exprobratio cuiquam ueteris fortunae diſcor
diam inter ordines ſereret: uetus miles tironi, liber uoloni ſeſe exaequari ſineret. omnes
ſatis honeſtos, generoſq. ducerent, quibus arma ſua, ſignaq. populus Romanus commi-
ſiſſet. quae fortuna coegiſſet ita fieri, eandem cogere tueri factum. Ea nõ maiore cura prae- I
cepta ab ducibus ſunt, quam a militibus obſeruata. breuiq. tanta concordia coaluerant
omnium animi, ut prope in obliuionem uenirent, qua ex cõditione quiſque eſſet miles fa-
ctus. Haec agenti Graccho legati Cumani nunciarunt, quae a Campanis legatio paucos
ante dies ueniſſet, & quid ijs ipſi reſpondiſſent. Triduum poſt eum diem feſtum eſſe: non
ſenatum ſolum omnem ibi futurum, ſed caſtra etiam, & exercitum Campanum. Grac-
chus, iuſſis Cumanis omnia ex agris in urbem conuehere, & manere intra muros: ipſe pri-
die quam ſtatutum ſacrificium Campanis eſſet, Cumas mouet caſtra. Hamae inde tria mil
lia paſſuum abſunt. Iam Campani eo frequentes ex compoſito conuenerant: nec procul
inde in occulto Marius Alfius, qui ſummus magiſtratus erat Campanis, cum XIV milli-
bus militum habebat caſtra. is ſacrificio apparando, & inter id inſtruendae fraudi aliquan-
to intentior, quam muniendis caſtris, aut ulli militari operi fuit. Triduum ſacrificatum ad K
Hamas. nocturnum erat ſacrum, ita ut ante mediam noctem compleretur. Huic Grac-
chus inſidiandum tempori ratus, cuſtodibus ad portas poſitis, ne quis enunciare poſſet, a
ſexta ad decimam diei horam coactis militibus corpora curare, ſomnoq. operam dare, ut
primis tenebris conuenire ad ſignum poſſent, uigilia ferme prima tolli iuſſit ſigna. ſilen-
tiq. profectus agmine, cum ad Hamas media nocte perueniſſet, caſtra Campana, ut in per
uigilio neglecta, ſimul omnibus portis inuadit. alios ſomno ſtratos, alios perpetrato ſa-
cro inermes redeuntes obtruncat. Hominum eo tumultu caeſa plus duo millia cum ipſo
duce Mario Alfio. capta ſunt ſigna militaria quattuor & triginta. Gracchus minus cẽtum
militum iactura caſtris hoſtium potitus, Cumas ſe propere recepit, ab Hãnibale metuens,
qui

A qui ſuper Capuam ad Tifata habebat caſtra. Nec eum prouida uiri feſellit opinio. nam ſimul Capuam ea clades eſt nunciata, ratus Hannibal ab re bene geſta inſolenter lætũ exercitum, tironum magna ex parte ſeruorumque, ſpoliantem uictos, praedaſq. agentem ad Hamas ſe inuenturum, citatum agmen praeter Capuam rapit: obuioſq. ex fuga Campanorum per duo praeſidia Capuam duci, ſaucios uehiculis tolli, portariq. iubet. ipſe ad Hamas uacua ab hoſtibus caſtra, nec quidquam praeter recẽtis ueſtigia caedis, ſtrataq. paſſim corpora ſociorum, inuenit. Auctores erant quidam, ut protinus inde Cumas duceret, urbemq. oppugnaret. Id quamquam haud modice Hannibal cupiebat, ut quia Neapolim non potuerat, Cumas ſaltem maritimam urbem haberet: tamen quia praeter arma nihil ſecum miles raptim acto agmine extulerat, retro in caſtra ſupra Tifata ſe recepit. inde fatigatus Campanorum precibus, ſequenti die, cum omni apparatu oppugnandae urbis, Cumas

B redit: populatoq. agro Cumano, mille paſſus ab urbe caſtra locat. Tum Gracchus magis uerecundia in tali neceſſitate deſerendi ſocios implorantes fidem ſuam populique Romani, ſubſtitit, quam ſatis fidens exercitui. Nec alter conſul Fabius, qui ad Cales caſtra habebat, Vulturnum tranſducere audebat exercitum: occupatus primo auſpicijs repetendis Romae: dein prodigijs, quae alia ſuper alia nunciabantur, expiantiq. ea, haud facile litari, haruſpices reſpondebant. Hae cauſſae cum Fabium tenerent, Sempronius in obſidione erat: & iam operibus oppugnabatur. Aduerſus ligneam ingentem turrim admotam urbi, aliam turrim ex ipſo muro excitauit conſul Romanus aliquanto altiorem: quia muro ſatis per ſe alto ſubiectis ualidis ſublicis pro ſolo uſus erat. inde primum ſaxis, ſudibuſque, & ceteris miſſilibus propugnatores urbem ac moenia tuebantur: poſtremo ubi promouendo adiunctam muro uiderunt turrim, facibus ardentibus plurimum ſimul ignem conie-

C cerunt. quo incendio trepida armatorum multitudo cum de turri ſeſe praecipitaret, eruptio ex opido ſimul duabus portis facta, ſtationes hoſtium fudit, fugauitq. in caſtra, ut eo die obſeſſo quam obſidenti ſimilior eſſet Poenus. Ad mille C D Carthaginienſium caeſi, unde quadraginta uiui capti, qui circa muros & in ſtationibus ſolute ac negligenter agentes, cum nihil minus quam eruptionem timuiſſent, ex improuiſo oppreſſi ſunt. Gracchus, prius quam ſe hoſtes ab repentino pauore colligerent, receptui ſignum dedit, ac ſuos intra muros recepit. Poſtero die Hannibal elatum ſecunda re conſulem, iuſto proelio ratus certaturum, aciem inter caſtra atque urbem inſtruxit. ceterum poſteaquam neminem moueri ab ſolita cuſtodia urbis uidit, nec committi quidquam temerariae ſpei, ad Tifata redit, infecta re. Quibus diebus Cumae liberatae ſunt obſidione, iiſdem diebus & in Lucanis ad Grumentum Ti. Sempronius, cui Longo cognomen erat, cum Hannone Poe-

D no proſpere pugnat. ſupra duo millia hominum occidit: & CCLXXX milites amiſit. ſigna militaria ad XLI cepit. Pulſus finibus Lucanis Hanno, retro in Bruttios ſeſe recepit. Et ex Hirpinis opida tria, quae a populo Romano defecerant, ui recepta per M. Valerium praetorem. Vercellius, Sicilliuſque, auctores defectionis, ſecuri percuſſi. ſupra mille captiuorum ſub haſta uenierunt. praeda alia militi conceſſa, exercituſq. Cumas reductus. Dum haec in Lucanis, atque in Hirpinis geruntur, quinque naues, quae Macedonum atque Poenorum captos legatos Romam portabant, a ſupero mari ad inferum circumuectae prope omnem Italiae oram, cum praeter Cumas uelis ferrentur, neque hoſtium an ſociorum eſſent, ſatis ſciretur, Gracchus obuiam ex claſſe ſua naues miſit: Cum percunctando inuicem, cognitum eſſet, cõſulem Cumis eſſe, naues Cumas appulſae, captiuiq. ad conſulẽ deducti, & litterae datae. conſul, litteris Philippi atque Hãnibalis perlectis,

E conſignata omnia ad ſenatum itinere terreſtri miſit: nauibus deuehi legatos iuſsit. Cum eodem fere die litterae legatiq. Romam ueniſſent, & percunctatione facta, dicta cum ſcriptis congruerent, primo grauis cura patres inceſſit, cernentes quanta uix tolerantibus Punicum bellum, Macedonici belli moles inſtaret. cui tamen adeo non ſuccubuerunt, ut extemplo agitaretur, quemadmodum ultro inferendo bello auerterent ab Italia hoſtem. Captiuis in uincula conditis, comitibuſq. eorum ſub haſta uenditis, ad naues XXV. quibus P. Valerius Flaccus praefectus praeerat, uiginti parari alias decernunt. His comparatis deductiſque, & additis quinque nauibus, quae aduexerant captiuos legatos, quinquaginta naues ab Oſtia Tarentum profectae: iuſſuſq. P. Valerius militibus Varronianis, quibus L. Apuſtius legatus Tarẽti praeerat, in naues impoſitis, L. nauiũ claſſe non tueri modo

Italiae

Italiae oram, ſed explorare de Macedonico bello. ſi congruentia litteris, legatorumq. indi F
cijs Philippi conſilia eſſent, ut M. Valerium praetorem litteris certiorem faceret: iſque,
L. Apuſtio legato exercitui praepoſito, Tarentum ad claſſem profectus, primo quoque
tempore in Macedoniam tranſmitteret: daretq. operam, ut Philippum in regno contine-
ret. Pecunia ad claſſem tuendam, bellumq. Macedonicum ei decreta eſt, quae Ap. Clau-
dio in Siciliam miſſa erat, ut redderetur Hieroni regi. & haec per L. Apuſtium legatum
Tarentum eſt deuecta. ſimul ab Hierone miſſa ducenta millia modium tritici, & hordei
centum. Dum haec Romani parant, aguntque, ad Philippum captiua nauis una ex ijs,
quae Romam miſſae erant, ex curſu fugit: inde ſcitum, legatos cum litteris captos. itaque
ignarus de ijs, quae cum Hannibale legatis ſuis conueniſſent, quaeq. legati eius ad ſe allatu-
ri fuiſſent, legationem aliam cum eiſdem mandatis mittit. Legati ad Hannibalem miſſi, He
raclitus cui Scotino cognomen erat, & Crito Berroeus, & Soſitheus Magnes. hi proſpere G
tulerunt ac retulerunt mandata. ſed prius ſe aeſtas circumegit, quã mouere ac moliri quid-
quam rex poſſet. tantum nauis una capta cum legatis momenti fecit ad dilationem immi-
nentis Romanis belli. Et circa Capuam, tranſgreſſo Vulturnum Fabio poſt expiata tan-
dem prodigia, ambo conſules rem gerebant. Combulteriam, & Trebulam, & Auſticu-
lam urbes, quae ad Poenum defecerant, Fabius ui cepit: praeſidiaq. in ijs Hannibalis. Cam
pani permulti capti. & Nolae, ſicut priore anno, ſenatus Romanorum, plebs Hannibalis
erat: conſiliaq. occulta de caede principum, & proditione urbis inibantur. Quibus ne in-
cepta procederẽt, inter Capuam, caſtraq. Hannibalis, quae in Tifatis erant, trãſducto exer-
citu Fabius ſuper Veſuuium in caſtris Claudianis conſedit. inde M. Marcellum proprae-
torẽ cum ijs copijs, quas habebat, Nolam praeſidium miſit. Et in Sardinia res per T. Man-
lium praetorem adminiſtrari coeptae, quae omiſſae erant, poſteaquam Q. Mucius praetor H
graui morbo eſt implicitus. Manlius nauibus longis ad Caraleis ſubductis, naualibuſq. ſo
cijs armatis, ut terra rem gereret, & a praetore exercitu accepto, duo & uiginti millia pedi-
tum, mille & ducentos equites confecit. Cum his equitum peditumq. copijs profectus
in agrum hoſtium, haud procul ab Harſicorae caſtris caſtra poſuit. Harſicora tum forte pro
fectus erat in Pellidos Sardos ad iuuentutem armandam, qua copias augeret. Filius eius
nomine Hioſtus caſtris praeerat. Is adoleſcentia ferox, temere proelio inito fuſus, fugatuſ-
que. ad XXX millia Sardorum eo proelio caeſa: mille trecenti ferme uiui capti. Alius exer
citus primo per agros ſiluaſq. fuga palatus: dein, quo ducem fugiſſe fama erat, ad urbem
nomine Cornum, caput eius regionis, confugit. debellatumq. eo proelio in Sardinia eſ-
ſet, ni claſſis Punica cum duce Haſdrubale, quã tempeſtate deiecta ad Baleares erat, in tẽ-
pore ad ſpem rebellandi aduenitſſet. Manlius poſt famam appulſae Punicae claſſis Caraleis I
ſe recepit. ea occaſio Harſicorae data Poeno ſe iungendi. Haſdrubal, copijs in terram ex-
poſitis, & claſſe remiſſa Carthaginem, duce Harſicora ad ſociorum populi Romani agrum
populandum profectus, Caraleis peruenturus erat, ni Manlius obuio exercitu ab effuſa
eum populatione continuiſſet. Primo caſtra caſtris modico interuallo ſunt obiecta: dein-
ceps procurſationes, leuiaq. certamina uario euentu inita: poſtremo deſcenſum in aciem,
ſigniſq. collatis iuſto proelio per quattuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Poe-
ni, Sardis facile uinci aſſuetis, fecerunt: poſtremo & ipſi, cum omnia circa ſtrage ac fuga
Sardorum repleta eſſent, fuſi. ceterum terga dantes, circumducto cornu, quo pepulerat
Sardos, incluſit Romanus: caedes inde magis quam pugna fuit. Duodecim millia ho-
ſtium caeſa, Sardorum ſimul Poenorumq. ferme III millia, & DCC capti, & ſigna militaria
ſeptem & uiginti. Ante omnia claram & memorabilem pugnam fecit Haſdrubal impera- K
tor captus & Hanno & Mago, nobiles Carthaginienſes: Mago ex gente Barchina, propin-
qua cognatione Hannibali iunctus: Hanno auctor rebellionis Sardis, belliq. eius haud du
bie concitator. Nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus ſuis fecerunt:
nam & filius Harſicorae Hioſtus in acie cecidit: & Harſicora cũ paucis equitibus fugiens,
ut ſuper afflictas res necem quoque filij audiuit: nocte, ne cuiuſquam interuẽtus coeptum
impediret, mortem ſibi conſciuit. Ceteris urbs Cornus, eadem quae ante, fugae recepta-
culum fuit. quam Manlius uictore exercitu aggreſſus intra paucos dies recepit. Deinde
aliae quoque ciuitates, quae ad Harſicoram Poenoſq. defecerant, obſidibus datis, dedide
runt ſeſe, quibus ſtipendio frumentoq. imperato pro cuiuſque aut uiribus, aut delicto,

Caraleis,

A Caraleis exercitum reduxit. ibi nauibus longis deductis, impoſitoq. quem ſecum aduexerat milite, Romam nauigat: Sardiniamq. perdomitam nunciat patribus: & ſtipendium quaeſtoribus, frumentum aedilibus, captiuoſq. Fuluio praetori tradidit. Per idem tempus T. Otacilius praetor quinquaginta nauium claſſe ab Lilybaeo in Africam tranſuectus, depopulatuſq. agrum Carthaginienſem, cum Sardiniam inde peteret, quo fama erat Haſdrubalem a Balearibus nuper tranſieciſſe, claſſi Africam repetenti occurrit: leuiq. armatura certamine in alto commiſſo, ſeptem inde naues cum ſocijs naualibus cepit. ceteras metus haud ſecus, quam tempeſtas, paſſim diſiecit. Per eoſdem forte dies & Bomilcar cum militibus ad ſupplementum Carthagine miſſis, quadragintaque elephantis, & commeatu, Locros acceſſit. quem ut incautum opprimeret Ap. Claudius, per ſimulationem prouinciae circumeundae, Meſſanam raptim exercitu ducto, aeſtu ſecundo Locros
B tranſiecit. Iam inde Bomilcar ad Hannonem in Bruttios profectus erat, & Locrenſes portas Romanis clauſerunt. Appius, magno conatu nulla re geſta, Meſſanam repetit. Eadem aeſtate Marcellus ab Nola, quam praeſidio obtinebat, crebras excurſiones in agrum Hirpinum & Samnites Caudinos fecit: adeoq. omnia ferro, atque igni uaſtauit, ut antiquarum cladium Samnio memoriam renouaret. itaque extemplo legati ad Hannibalem miſſi ſimul ex utraque gente, ita Poenum allocuti ſunt: Hoſtes populi Romani, Hannibal, fuimus primum per nos ipſi, quoad noſtra arma, noſtrae uires nos tutari poterant. poſteaquam ijs parum fidebamus, Pyrrho regi nos adiunximus: a quo relicti, pacem neceſſariam accepimus, fuimuſque in ea per annos prope LX, ad id tempus, quo in Italiam ueniſti. Tua nos non magis uirtus fortunaque, quam unica comitas ac benignitas erga ciues noſtros, quos captos nobis remiſiſti, ita conciliauit tibi, ut, te ſaluo at-
C que incolumi amico, non modo populum Romanum, ſed ne deos quidem iratos (ſi dici fas eſt) timeremus. At Hercule, non ſolum incolumi & uictore, ſed praeſente te, cum ploratum prope coniugum ac liberorum noſtrorum exaudire & flagrantia tecta poſſes conſpicere; ita ſumus aliquoties hac aeſtate deuaſtati, ut M. Marcellus, non Hannibal, uiciſſe ad Cannas uideatur; glorienturq. Romani, te ad unum modo ictum uigentem, uelut iaculo emiſſo torpere. Per centum prope annos cum populo Romano bellum geſſimus, nullo externo adiuti nec duce, nec exercitu: niſi quod per biennium Pyrrhus noſtro magis milite ſuas auxit uires, quam ſuis uiribus nos defendit. Non ergo ſecundis rebus noſtris gloriabimur: duos conſules, ac duos conſulares exercitus a nobis ſub iugum miſſos, & ſi qua alia aut laeta aut glorioſa nobis euenerunt. quae aſpera aduerſaque tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus, quam quae hodie eueniunt.
D Magni dictatores cum magiſtris equitum, bini conſules cum binis conſularibus exercitibus ingrediebantur fines noſtros. ante explorato, & ſubſidijs poſitis, & ſub ſignis ad populandum ducebant. nunc prope unius & parui ad tuēdam Nolam praeſidij praeda ſumus. iam ne manipulatim quidem ſed latronum modo percurſant totis finibus noſtris negligentius, quam ſi in Romano uagarentur agro. Cauſſa autem haec eſt, quod neque tu defendis; & noſtra iuuentus, quae, ſi domi eſſet, tutaretur, omnis ſub ſignis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim, niſi a quo tot Romanas acies fuſas ſtrataſq. eſſe ſciam, ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros uagos, ſine ſignis palatos, quo quemque trahit quamuis uana praedae ſpes. Numidarum paucorum illi quidē praeda erūt: praeſidiumq. miſſum nobis erit: & Nolae ademeris, ſi modo quos ut ſocios haberes, dignos duxiſti, haud indignos iudicas, quos in fidem receptos tuearis. Ad ea Hannibal reſpon-
E dit: Omnia ſimul facere Hirpinos, Samniteſque: & indicare clades ſuas, & petere praeſidium: & quaeri indefenſos ſe, neglectoſque. Indicandum autē fuiſſe primum: dein petendum praeſidium: poſtremo ni impetraretur, tum denique querendum fruſtra opem imploratam. Exercitum ſe non in agrum Hirpinum, Samnitemue, ne & ipſe oneri eſſet: ſed in proxima loca ſociorum populi Romani adducturum. ijs populandis & militem ſuum repleturum ſe: & metu procul ab ijs ſummoturum hoſtes. Quod ad bellum Romanum attineret: ſi Traſymeni quam Trebiae, ſi Cannarum quam Traſymeni pugna nobilior eſſet: Cannarum ſe quoque memoriam obſcuram maiore & clariore uictoria facturum. Cum hoc reſponſo, muneribuſq. amplis legatos dimiſit. ipſe praeſidio modico relicto in Tifatis, profectus cum cetero exercitu ire Nolam pergit. Eodem Hanno ex Bruttijs cum ſupplemento

A ſubſidijs fultus nos iam iterum laceſſit? Vbi ille meus miles eſt, qui erepto ex equo C. Fla-
minio conſuli caput abſtulit? ubi, qui L. Paullum ad Cannas occidit? ferrum ne hebet, an
dextrae torpent? an quid prodigij eſt aliud? qui pauci plures uincere ſoliti eſtis, nunc pau-
cis plures uix reſiſtitis? Romam uos expugnaturos, ſi quis duceret, fortes lingua iactaba-
tis. en nunc minor res eſt. hic experiri uim uirtutemq. uolo. expugnate Nolam, campe-
ſtrem urbem, non flumine, nō mari ſaeptam. hinc uos ex tā opulenta urbe praeda ſpolijſq.
onuſtos uel ducam quo uoletis, uel ſequar. Nec bene nec male dicta profuerūt ad confir-
mandos animos. Cum omni parte pellerentur, Romaniſq. creſcerent animi, non duce ſo-
lum adhortante, ſed Nolanis etiam per clamorem, fauoris indicem, accendētibus ad ardo-
rem pugnae, terga Poeni dederunt, atque in caſtra cōpulſi ſunt. quae oppugnare cupientes
milites Romanos, Marcellus Nolam reduxit cū magno gaudio, & gratulatione etiam ple-
B bis, quae ante inclinatior ad Poenos fuerat. Hoſtium plus mille caeſi eo die, capti ∞ DC;
& ſigna militaria undeuiginti, & duo elephāti, quattuor in acie occiſi. Romanorum minus
mille interfecti. Poſterum diem, indutijs datis, ſepeliendo utrimque caeſos in acie, conſu-
mpſerunt. Spolia hoſtiū Marcellus Vulcano uotum cremauit. Tertio poſt die (ob iram cre-
do aliquam, aut ſpem liberalioris militiae) ∞ C C LX XII equites miſti Numidae Hiſpa-
niq. ad Marcellum transfugerunt. eorum forti fideliq. opera in eo bello uſi ſunt ſaepe Ro-
mani. Ager Hiſpanis in Hiſpania, Numidis in Africa poſt bellum uirtutis cauſſa latus da-
tus eſt. Hannibal, ab Nola remiſſo in Bruttios Hannone, cum quibus uenerat copijs, ipſe
Apuliae hiberna petit, circaque Arpos conſedit. Q. Fabius, ut profectum in Apuliam
Hannibalem audiuit, frumento ab Nola Neapoliq. in ea caſtra conuecto, quae ſuper Sueſ-
ſulam erant, munimentiſq. firmatis, & praeſidio, quod per hiberna ad tutandum locum
C ſatis eſſet, relicto, ipſe Capuam propius mouit caſtra, agrumque Campanum ferro igni-
que eſt depopulatus: donec coacti ſunt Campani nihil admodum uiribus ſuis fidentes e-
gredi portis, & caſtra ante urbem in aperto communire. Sex millia armatorum habe-
bant, peditem imbellem: equitatu plus poterant. Itaque equeſtribus proelijs laceſſebant
hoſtem. Inter multos nobiles equites Campanos acerrimus erat Iubellius, cognomine
Taurea: ciuis indidem erat, longe omnium Campanorum fortiſſimus eques: adeo ut
cum apud Romanos militaret, unus eum Romanus, Claudius Aſellus, gloria equeſtri
aequaret. Hunc Taurea, cum diu perluſtrans oculis obequitaſſet hoſtium turmis, tandem
facto ſilentio, ubi eſſet Claudius Aſellus, quaeſiuit. & quoniam uerbis ſecum de uirtute
ambigere ſolitus eſſet, cur non ferro decerneret; daretque opima ſpolia uictus, aut ui-
ctor caperet. Haec ubi Aſello nunciata ſunt in caſtra, id modo moratus, ut conſulem per-
D cunctaretur, liceretne extra ordinem in prouocantem hoſtem pugnare: permiſſu eius ar-
ma extemplo cepit: prouectuſque ante ſtationes equo, Tauream nomine compellauit,
congredique ubi uellet, iuſſit. Iam Romani ad ſpectaculum pugnae eius frequentes ex-
ierant: & Campani non uallum modo caſtrorum, ſed moenia etiam urbis proſpectantes
repleuerant. Cum iam ante ferocibus dictis rem nobilitaſſent, infeſtis haſtis concita-
runt equos. dein libero ſpatio inter ſe ludificantes, ſine uulnere pugnam extrahebant.
Tum Campanus Romano, Equorum, inquit, hoc, non equitum erit certamen, niſi e
campo in cauam hanc uiam demittimus equos. ibi nullo ad euagandum ſpatio comminus
conſerentur manus. Dicto prope citius equum in uiam Claudius egit: Taurea uerbis fe-
rocior quam re, Minime ſis, inquit, canterium in foſſa. quae uox in ruſticum inde prouer-
bium prodita. Claudius, cum ex uia longe perequitaſſet nullo obuio hoſte, in campum
E rurſus euectus, increpans ignauiam hoſtis, cum magno gaudio & gratulatione uictor in
caſtra redit. Huic pugnae equeſtri rem, quam ſatis certam, communis exiſtimatio eſt, mi-
rabilem certe, adijciunt quidam annales: cum refugientem ad urbem Tauream Claudius
ſequeretur, patenti hoſtium portae inuectum, per alteram, ſtupentibus miraculo hoſtibus,
intactum euaſiſſe. Quieta inde ſtatiua fuere, ac retro etiam conſul mouit caſtra, ut ſe-
mentem Campani facerent: nec ante uiolauit agrum Campanum, quam iam altae in ſe-
getibus herbae pabulum praebere poterant. id conuexit in Claudiana caſtra ſuper Sueſſu-
lam, ibiq. hiberna aedificauit. M. Claudio proconſule imperauit, ut retento Nolae neceſſa-
rio ad tuendam urbem praeſidio, ceteros milites dimitteret Romam, ne oneri ſocijs, &
ſumptui reipublicae eſſent. Et Ti. Gracchus a Cumis Luceriam in Apuliam legiones

X cum

cum duxiſſet, M. Valerium inde praetorem Brundiſium cum eo quem Luceriae habuerat exercitu miſit, tueriq. oram agri Sallentini, & prouidere quodad Philippum bellumque Macedonicum attineret, iuſsit. Exitu aeſtatis eius, qua haec geſta perſcripſimus, litterae a P. & Cn. Scipionibus uenerunt, quantas, quamq. proſperas in Hiſpania res geſsiſſent: ſed pecuniam in ſtipendium, ueſtimentaque, & frumentũ exercitui, & ſocijs naualibus omnia deeſſe. quod ad ſtipendium attineat, ſi aerarium inops eſſet, ſe aliquam rationẽ inituros, quo modo ab Hiſpanis ſumant. cetera utique ab Roma mittenda eſſe: nec aliter aut exercitum aut prouinciam retineri poſſe. Litteris recitatis, nemo omnium erat, qui non, & uera ſcribi, & poſtulari aequa, fateretur. ſed occurrebat animis, quantos exercitus terreſtres naualeſq. tuerentur: quantaq. noua claſsis mox paranda eſſet, ſi bellum Macedonicum moueretur. Siciliam ac Sardiniam, quae ante bellum uectigales fuiſſent, uix praeſides prouinciarum exercitus alere: tributo ſumptus ſuppeditari. uerum cum ipſum tributum conferentium numerum, tantis exercituum ſtragibus & ad Traſymenum lacum & ad Cannas imminutum: tum qui ſupereſſent pauci, ſi multiplici grauarentur ſtipendio, alia perituros peſte. itaque niſi fide ſtaret reſpublica, opibus non ſtaturam. Prodeundum in concionem Fuluio praetori eſſe, indicandaſq. populo publicas neceſsitates, exhortandoſq. qui redempturis auxiſſent patrimonia, ut reipublicae, ex qua creuiſſent, ad tempus commodarent: conducerentq. ea lege praebenda, quae ad exercitũ Hiſpanienſem opus eſſent: ut cum [redacted] ſſet, ijs primis ſolueretur. Haec praetor in cõcione edixit, qua die ueſtimenta, frumentum, Hiſpanienſi exercitui praebenda, quaeq. alia opus eſſent naualibus ſocijs, eſſet locaturus. Vbi ea dies uenit, ad conducendum tres ſocietates aderant hominum undeuiginti. quorum duo poſtulata fuere: unum, ne alij triennio eo publicani eſſent: alterum, ut quae in naues impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatiſque ui publico periculo eſſent. utroque impetrato, conduxerunt, priuataque pecunia reſpublica adminiſtrata eſt. Hi mores, eaque caritas patriae per omnes ordines uelut tenore uno pertinebat. Quemadmodum conducta omnia magno animo ſunt, ſic ſumma fide praebita: nec quidquam deſideratum, ac ſi ex opulento aerario, ut quondam, alerentur. Cum hi commeatus uenerunt, Illiturgi opidum ab Haſdrubale ac Magone, & Hamilcare, Bomilcaris filio, ob defectionem, ad Romanos, oppugnabatur. Inter haec terna caſtra hoſtium Scipiones cum in urbem ſociorum magno certamine ac ſtrage obſiſtentium perueniſſent, frumẽtum, cuius inopia erat, aduexerunt. cohortatiq. opidanos, ut eodem animo moenia tutarentur, quo pro ſe pugnãtem Romanum exercitum uidiſſent, ad caſtra maxima oppugnanda, quibus Haſdrubal praeerat, ducunt. Eodem & duo duces, & duo exercitus Carthaginienſium, ibi rem ſummam agi cernentes, conuenerunt. itaque eruptione e caſtris pugnatum eſt. LX hoſtium millia eo die in pugna fuerunt, ſexdecim circiter Romanis. Tamen adeo haud dubia uictoria fuit, ut plures numero, quam ipſi erant, Romani hoſtium occiderint, ceperint amplius tria millia hominum, paullo minus mille equorum, unde ſexaginta militaria ſigna, elephantis V. in proelio occiſis. ternisq. caſtris eo die potiti ſunt. Illiturgi obſidione liberato, ad Incibili oppugnandum Punici exercitus tranſducti, ſuppletis copijs ex prouincia, ut quae maxime omniũ belli auida, modo praeda aut merces eſſet, & tum iuuentute abundante. Iterum ſignis collatis eadem fortuna utriuſque partis pugnatum. ſupra XIII millia hoſtium caeſa, ſupraq. tria capta, cum ſignis duobus & XL, & nouem elephantis. Tum uero omnes prope Hiſpaniae populi ad Romanos defecerunt. multoq. maiores ea aeſtate in Hiſpania, quam in Italia, res geſtae.

EPITOME. LIBRI. XXIV

HIERONYMVS Syracuſanorum rex, cuius auus Hiero amicus populo R. fuerat, ad Carthaginienſes defecit: & propter crudelitatem ſuperbiamq. a ſuis interfectus eſt. Ti. Sempronius Gracchus proconſul proſpere aduerſus Poenos & Hannonem ducem ad Beneuentum pugnauit, ſeruorum maxime opera: quos liberos eſſe iuſſit. Claudius Marcellus conſul in Sicilia, quae prope tota ad Poenos defecerat, Syracuſas obſedit. Philippo Macedonum regi bellum indictum eſt: qui ad Apolloniam nocturno proelio oppreſſus,

A preſſus, fugatusque. in Macedoniam cum prope inermi exercitu profugit. ad id bellum gerendum Valerius praetor miſſus eſt. Res praeterea in Hiſpania a P. & Cn. Scipionibus aduerſus Carthaginienſes geſtas continet. Syphax, rex Numidarum, in amicitiam adſcitus, & a Maſanſſa rege Maſſylionum pro Carthaginienſibus pugnante, uictus, in Hiſpaniam ad Scipionem cum maxima manu tranſit contra Gades: ubi anguſto freto Africa & Hiſpania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti ſunt: quorum auxilijs accitis, tunc primum mercenarium militem Romana caſtra habuerunt.

LIBER. XXIV

VT EX Campania in Bruttios reditum eſt: Hanno adiutoribus &
ducibus Bruttijs Graecas urbes tentauit, eo facilius in ſocietate
B manentes Romana, quod Bruttios, quos & oderant & metuebant,
Carthaginienſium partis factos cernebant. Rhegium primũ tenta-
tum eſt, dieſq. aliquot ibi nequidquam abſumpti. Interim Locren-
ſes frumentum, lignaque, & cetera neceſſaria uſibus ex agris in ur
bem rapere, etiam nequid relictũ praedae hoſtibus eſſet: & in dies
maior omnibus portis multitudo effundi. poſtremo ij modo reli-
cti in urbe erant, qui reficere muros ac portas, telaq. in propugnacula congerere cogeban-
tur. In permiſtam omnium aetatum ordinumq. multitudinem, & uagantem in agris magna
ex parte inermem Hamilcar Poenus equites emiſit. qui uiolare quemquam uetiti, tantũ ut
excluderent ab urbe fuga diſſipatos, turmas obiecere. Dux ipſe loco ſuperiore caſtra po-
nit, unde agros urbemq. poſſit conſpicere. Bruttiorum cohortem adire muros, atque euo-
C care principes Locrenſium ad colloquium iuſſit, & pollicentes amicitiam Hannibalis, ad-
hortari ad urbem tradendam. Bruttijs in colloquio nullius rei primo fides eſt: deinde ut
Poenus apparuit in collibus, & refugientes pauci aliam omnem multitudinem in poteſta-
te hoſtium eſſe afferebant, tum metu uicti, conſulturos ſe populum reſponderunt. aduoca-
taq. extemplo concione, cũ & leuiſſimus quiſque nouas res, nouamq. ſocietatem mallet:
& quorum propinqui extra urbem interclusi ab hoſtibus erant, uelut obſidibus datis, pi-
gnoratos haberent animos: pauci magis taciti probarent conſtantem fidem, quam proba-
tã tueri auderẽt: haud dubio in ſpeciem cõſenſu fit ad Poenos deditio, L. Atilio, praefecto
praeſidij, quiq. cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis, atque impoſitis in
naues, ut Rhegiũ deueherentur: Hamilcarem, Poenoſq. ea condicione, ut foedus extẽplo
aequis legibus fieret, in urbẽ acceperunt. Cuius rei prope nõ ſeruata fides deditis eſt, cum
D Poenus dolo dimiſſum Romanum incuſaret, Locrenſes profugiſſe ipſum cauſſarentur. In-
ſecuti etiã equites ſunt, ſi quo caſu in freto aeſtus morari, aut deferre naues in terrã poſſet.
& eos quidem, quos ſequebantur, non ſunt adepti. alias a Meſſana tranſijcientes freto Rhe
gium naues conſpexerunt. milites erant Romani a Claudio praetore miſſi ad obtinendam
urbẽ praeſidio. itaq. Rhegio extẽplo abſceſſum eſt. Locrenſibus iuſſu Hannibalis data pax,
ut liberi ſuis legibus uiuerent: urbs pariter & portus in poteſtate Locrenſiũ eſſet: ſocietas
eo iure ſtaret, ut Poenus Locrenſem, Locrenſiſq. Poenum pace ac bello iuuaret. Sic a freto
Poeni reducti, frementibus Bruttijs, quod Rhegiũ ac Locros, quas urbes direpturos ſe de-
ſtinauerant, intactas reliquiſſent. Itaque per ſe ipſi conſcriptis armatiſq. iuuẽtutis ſuae XV
millibus, ad Crotonem oppugnandum pergunt ire, Graecam & ipſam urbẽ, & maritimam:
plurimũ acceſſurum opibus, ſi in orã maris portum ac urbem moenibus ualidã tenuiſſent,
E credẽtes. Ea cura angebat, quod neque nõ accerſere ad auxiliũ Poenos ſatis audebant, ne
quid nõ pro ſocijs egiſſe uiderentur: & ſi Poenus rurſus magis arbiter pacis, quam adiutor
belli fuiſſet, ne in libertatẽ Crotonis, ſicut ante Locrorum, fruſtra pugnaretur. itaque opti-
mum uiſum eſt, ad Hannibalẽ mitti legatos: caueriq. ab eo, ut receptus Croto Bruttiorũ
eſſet. Hannibal cum praeſentium eam conſultationem eſſe reſpondiſſet, & ad Hannonem
eos reiecisset, ab Hannone nihil certi ablatum. nec enim diripi uolebant nobilem atque o-
pulentam urbem: & ſperabãt, cum Bruttius oppugnaret, Poenos nec probare nec iuuare eã
oppugnationem appareret, eo maturius ad ſe defecturos. Crotone nec conſilium unum in
ter populares, nec uoluntas erat. Vnus uelut morbus inuaſerat oẽs Italiae ciuitates, ut ple-
bes ab optimatibus diſſentiret: ſenatus Romanis faueret, plebs ad Poenos rẽ traheret. Eã

diſſenſionem in urbe perfuga nunciat Bruttijs: Ariſtomachum eſſe principem plebis, tra- F
dendaeq. auctorem urbis: & in uaſta urbe, lateq. omnibus diſiectis moenibus partitas ſta-
tiones cuſtodiaſq. ſenatorum ac plebis eſſe. quacumque cuſtodiant plebis homines, ea pa-
tere aditum. Auctore ac duce perfuga Bruttij corona cinxerunt urbem, acceptiq. a plebe,
primo impetu [redacted], praeter arcem, cepere. Arcem optimates tenebant, praeparato
iam ante ad talem caſum perfugio. Eodem Ariſtomachus perfugit, tamquam Poenis, non
Bruttijs auctor urbis tradendae fuiſſet. Vrbs Croto murum in circuitu patentem XII mil-
lia paſſuum habuit ante Pyrrhi in Italiam aduentum. poſt uaſtitatem eo bello factam, uix
pars dimidia habitabatur. flumen, quod medio opido fluxerat, extra frequentia tectis
loca praeterfluebat muros, procul ijs quae inhabitabantur. ſex millia aberat ab urbe nobile
tēplum, ipſa urbe nobilius, Laciniae Iunonis, ſanctum omnibus circa populis. lucus ibi fre
quenti ſilua, & proceris abietis arboribus saeptus, laeta in medio paſcua habuit, ubi omnis G
generis ſacrū deae paſcebatur pecus ſine ullo paſtore: ſeparatimq. egreſſi cuiuſque generis
greges nocte remeabant ad ſtabula, numquam inſidijs ferarum, nō fraude uiolati hominū.
magni igitur fructus ex eo pecore capti: columnaq. inde aurea ſolida facta, & ſacrata eſt:
inclytumq. templum diuitijs etiam, non tantum ſanctitate fuit. Ac miracula aliqua affin-
guntur plerumque tam inſignibus locis. Fama eſt aram eſſe in ueſtibulo templi, cuius cine-
rem nullus umquam moueat uentus. Et arx Crotonis una parte imminet mari, altera uer-
gente in agrum, ſitu naturali quondā munita, poſtea & muro cincta, qua per auerſas rupes
ab Dionyſio Siciliae tyranno per dolum fuerat capta. Eam tum arcem ſatis, ut uidebatur,
tutam, Crotoniatum optimates tenebant, circumſedente cum Bruttijs eos etiā plebe ſua.
Poſtremo Bruttij cum ſuis uiribus inexpugnabilem uiderent arcē, coacti neceſſitate, Han-
nonis auxilium implorant. Is condicionibus ad deditionem compellere Crotoniatas co- H
natus, ut coloniam Bruttiorum eo deduci, antiquamq. frequētiam eorum recipere uaſtam
ac deſertam bellis urbem paterentur, omnium neminem praeter Ariſtomachum mouit.
morituros ſe affirmabant citius, quam immiſti Bruttiis, in alienos ritus, mores, legeſque,
ac mox linguam etiam uerterentur. Ariſtomachus unus, quando nec ſuadendo ad deditio
nem ſatis ualebat: nec, ſicut urbem prodiderat, locum prodendae arcis inueniebat, transfu
git ad Hannonem. Locrenſes breui poſt legati cum permiſſu Hannonis arcem intraſſent,
perſuadent, ut transduci ſe in Locros paterentur, nec ultima experiri uellent. iam hoc ut ſi-
bi liceret, impetrauerant & ab Hannibale, miſſis ad idipſum tum legatis. Ita Crotone ex-
ceſſum eſt: deductiq. Crotoniatae ad mare, naues conſcendunt. Locros omnis multitudo
abeunt. In Apulia ne hiems quidem quieta inter Romanos atque Hannibalem erat. Lu-
ceriae Sempronius conſul, Hannibal haud procul Arpis hibernabat. Inter eos leuia proelia I
ex occaſione, aut opportunitate huius aut illius partis oriebantur: meliorque eis Roma-
nus, & in dies cautior tutiorque ab inſidijs fiebat. In Sicilia Romanis omnia mutauerat
mors Hieronis, regnumq. ad Hieronymum nepotem eius tranſlatum, puerum uixdum
libertatem, nedum dominationem modice laturum. Laetē id ingenium tutores atque ami-
ci ad praecipitandum in omnia uitia acceperunt. Quae ita futura cernens Hiero, ultima
ſenecta uoluiſſe dicitur liberas Syracuſas relinquere: ne ſub dominatu puerili, per ludi-
brium, bonis artibus partum firmatumq. interiret regnum. Huic conſilio eius ſumma
ope obſtitere filiae, nomen regium penes puerum futurum ratae, regimen rerum omnium
penes ſe, uiroſq. ſuos, Andronodorum, & Zoilum: nam ij tutorum primi relinquebã-
tur. Non facile erat nonageſimum iam agenti annum, circumſeſſo dies nocteſq. mulie-
bribus blanditijs, liberare animum, & conuertere ad publicam priuatamq. curam. Itaque K
tutores numero quindecim puero reliquit. quos precatus eſt moriens, ut fidem erga po-
pulum Romanum quinquaginta annos ab ſe cultam, inuiolatam ſeruarent: iuuenemq.
ſuis potiſſimum ueſtigijs inſiſtere uellent, diſciplinaeq. in qua edoctus eſſet. Poſt haec
mandata cum exſpiraſſet, tutores prodeunt. teſtamento prolato, pueroq. in concionem
producto, (erat autem XV tunc ferme annorum) paucis, qui per concionem ad exci-
tandos clamores diſpoſiti erant, approbantibus teſtamentum, ceteris uelut patre amiſ-
ſo in orba ciuitate omnia timentibus, funus fit regium, magis amore ciuium & caritate,
quam cura ſuorum celebre. Deinde ceteros tutores ſummouet Andronodorus: iuue-
nem iam eſſe dictitans Hieronymum, ac regni potentem: deponendoq. tutelam, quae

ipſi

A ipſi cum pluribus communis erat, in ſe unum omnium uires conuertit. Vix quidem ulli bono moderatoq. regi facilis erat fauor apud Syracuſanos ſuccedendi tanta caritate Hieronis. uerum enimuero Hieronymus, uelut ſuis uitijs deſiderabilem efficere uellet auum, primo ſtatim conſpectu omnia, quam diſparia eſſent, oſtendit. nam qui per tot annos Hieronem, filiumq. eius Gelonem, nec ueſtis habitu, nec alio ullo inſigni differentes a ceteris ciuibus uidiſſent, conſpexere purpuram, ac diadema, ac ſatellites armatos: quadrigiſq. etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem, more Dionyſij tyranni. Hunc tam ſuperbum apparatum, habitumq., conuenientes ſequebantur mores: contemptus omnium hominum, ſuperbae aures, contumelioſa dicta: aditus nō alienis modo, ſed tutoribus etiam difficiles: libidines nouae, inhumana crudelitas. itaque tantus omnes terror inuaſerat, ut quidam ex tutoribus aut morte uoluntaria, aut fuga praeuerterent me-

B tum ſuppliciorum. Tres ex ijs, quibus ſolis aditus in domum familiarior erat, Andronodorus & Zoilus, generi Hieronis, & Thraſo quidam, de alijs quidem rebus haud magnopere audiebantur. Tendendo autem duo ad Carthaginiēſes, Thraſo ad ſocietatem Romanam, certamine ac ſtudijs interdum in ſe conuertebant animum adoleſcentis. Coniuratio in tyranni caput facta, indicatur per Calonem quendam, aequalem Hieronymi, & iā inde a puero in omnia familiaria iura aſſuetum. Index unum ex coniuratis Theodorum, a quo ipſe appellatus erat, nominare potuit. qui comprehenſus extēplo, tradituſq. Andronodoro torquendus, de ſe ipſe haud cunctanter faſſus, conſcios celabat. poſtremo cum omnibus intolerandis patientiae humanae cruciatibus lacerararetur, uictum malis ſe ſimulans, auertit ab conſcijs in inſontes indicium, Thraſonem eſſe auctorem conſilij mentitus: nec niſi tam potenti duce confiſos, rem tantam auſuros. ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capi-

C ta uiliſſima fingenti inter dolores gemituſq. occurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraſo nominatus fecit. itaque extemplo traditur ad ſupplicium: adiectiq. poenae ceteri iuxta inſontes. Conſciorū nemo, cum diu ſocius conſilij torqueretur, aut latuit, aut fugit. tantum illis in uirtute ac fide Theodori fiduciae fuit: tantumq. ipſi Theodoro uirium ad arcana occultanda. Itaque quod unum uinculum cum Romanis ſocietatis erat, Thraſone ſublato e medio, extemplo haud dubie ad defectionem res ſpectabat. legatiq. ad Hannibalem miſſi: ac remiſſi ab eodem Hannibale nobiles adoleſcentuli, Hippocrates & Epicides, nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis exſule auo, Poeni ipſi materno genere. per hos iuncta ſocietas Hannibali, ac Syracuſano tyranno. nec inuito Hānibale apud tyrannum manſerunt. Ap. Claudius praetor, cuius Sicilia prouincia erat: ubi ea accepit, extemplo legatos ad Hieronymum miſit. qui cum ſeſe ad renouandam ſocietatem, quae cum

D auo fuiſſet, ueniſſe dicerent, per ludibrium auditi, dimiſſiq. ſunt ab quaerente per iocum Hieronymo, quae fortuna eis pugnae ad Cannas fuiſſet. uix credibilia enim legatos Hānibalis narrare. uelle, quid ueri ſit, ſcire, ut ex eo utram ſpem ſequatur, conſilium capiat. Romani, cum ſerio legationes audire coepiſſet,redituros ſe ad eum dicentes eſſe: monito magis eo, quam rogato, ne fidem temere mutaret, proficiſcuntur. Hieronymus legatos Carthaginem miſit ad foedus ex ſocietate cum Hannibale faciendum. Pacto conuenit, ut cū Romanos Sicilia expuliſſent, (id autem breui fore, ſi naues atque exercitum miſiſſent) Himera amnis, qui ferme inſulam diuidit, finis regni Syracuſani ac Punici imperij eſſet. Aliam deinde, inflatus aſſentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, ſed Pyrrhi etiam regis, materni aui, iubebant meminiſſe, legationem miſit, qua aequum cenſebat, Siciliam ſibi omnem cedi: Italiae imperiū proprium quaeri Carthagienſi populo. Hanc leui-

E tatem animi ac iactationem neque mirabantur in iuuene furioſo, neque arguebant, dummodo auerterent eum ab Romanis. Sed omnia in eo praecipitia ad exitium fuerunt. nam cum praemiſſis Hippocrate atque Epicide cum binis millibus armatorum ad tentandas urbes quae praeſidijs tenebantur Romanis, & ipſe in Leontinos cum cetero omni exercitu (erant autem ad XV. millia peditum equitumq.) profectus eſſet: liberas aedes coniurati (& omnes forte militabant) imminentes uiae anguſtae, qua deſcendere ad forum rex ſolebat, ſumpſerunt. ibi cum inſtructi armatiq. ceteri tranſitum exſpectantes ſtarent, uni ex eis (Indigemini fuit nomen) quia cuſtos corporis erat, partes datae ſunt, ut cum appropinquaret ianuae rex, per cauſſam aliquam in anguſtijs ſuſtineret ab tergo agmen. Ita ut conuenerat, factum eſt. tamquam laxaret elatum pedem ab ſtricto nodo, mora-

X 3 tus

tus turbam Indigemines, tantum interualli fecit, ut, cum in praetereuntem ſine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius uulneribus, quam ſuccurri poſſet. Clamore & tumultu audito, in Indigeminem iam haud dubie obſtantem tela conijciuntur: per quae tamen, duobus acceptis uulneribus, euaſit. fuga ſatellitum, ut iacentem uidere regē, facta eſt. interfectores, pars in forum in multitudinem laetam libertate, pars Syracuſas pergunt ad praeoccupanda Andronodori regiorumq. aliorum conſilia. incerto rerum ſtatu, Ap. Claudius bellum oriens ex propinquo cum cerneret, ſenatum litteris certiorem fecit, Siciliam Carthaginienſi populo & Hannibali conciliari. ipſe aduerſus Syracuſana conſilia, prouinciam, regniq. fines, omnia conuertit praeſidia. Exitu anni eius Q. Fabius ex authoritate ſenatus Puteolos, per bellum coeptum frequentari emporium, communijt, praeſidiumq. impoſuit. inde Romam comitiorum cauſſa ueniens, in eum quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit, atque ex itinere praeter urbem in campum deſcendit. Eo die cum ſors praerogatiuae ante iuniorum exiſſet, eaq. T. Otacilium & M. Aemilium Regillum conſules diceret, tum Q. Fabius, ſilentio facto, tali oratione eſt uſus: Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoſte haberemus, in quo negligentiae aut errori locus eſſet: qui ueſtris ſtudijs, quae in campum ad mandandos, quibus uelitis, honores affertis, moram ullam afferret, is mihi parum meminiſſe uideretur ueſtrae libertatis. ſed cum in hoc bello, cum hoc hoſte numquam ab ullo duce ſine ingenti noſtra clade erratum ſit: eadem uos cura, qua in aciem armati deſcenditis, inire ſuffragium ad creandos conſules decet, & ſibi ſic quemque dicere: Hannibali imperatori parem conſulem nomino. Hoc anno ad Capuam Iubellio Taureae, Campano ſummo equiti, prouocanti, ſummus Romanus eques, Aſellus Claudius oppoſitus. Aduerſus Gallum quondam prouocantem in ponte Anienis, Manlium fidentem & animo & uiribus miſere maiores noſtri. Ob eandem cauſſam haud multis annis poſt fuiſſe non negauerim, cur M. Valerio non diffideretur arma capienti aduerſus ſimiliter prouocantem ad certamen Gallum. Quemadmodum pedites equiteſq. optamus, ut ualidiores, ſi minus, ut pares hoſti habeamus: ita duci hoſtium parem imperatorem quaeramus. Cum qui eſt ſummus in ciuitate dux eum legerimus: tū repente lectus, in annum creatus aduerſus ueterem ac perpetuum imperatorem comparabitur, nullis neque temporis neque iuris incluſum anguſtijs, quo minus ita omnia gerat ad miniſtretque, ut belli tempora poſtulabunt. nobis autem in apparatu ipſo, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur. Quoniam quales uiros creare uos conſules deceat, ſatis eſt dictum: reſtat ut pauca de eis, in quos praerogatiuae fauor inclinauit, dicam. M. Aemilius Regillus flamen eſt Quirinalis, quem neque mittere a ſacris, neque retinere poſſumus, ut non deum aut belli deſeramus curam. Otacilius ſororis meae filiam uxorem, atque ex ea liberos habet. ceterum non ea ueſtra in me, maioreſq. meos merita ſunt, ut non potiorem priuatis neceſſitudinibus remp. habeam. Quilibet nautarum uectorumque tranquillo mari gubernare poteſt. ubi ſaeua orta tempeſtas eſt, ac turbato mari rapitur uento nauis, tum uiro, & gubernatore opus eſt. Non tranquillo nauigamus: ſed iam aliquot procellis ſubmerſi paene ſumus. itaque quis ad gubernacula ſedeat, ſumma cura prouidendum ac praecauendum nobis eſt. In minore re experti T. Otacili operam tuam ſumus. haud ſane cur ad maiora tibi fidamus, documenti quidquam dediſti. Claſſem hoc anno, cui tu praefuiſti, trium rerum cauſſa parauimus: ut Africae oram popularetur: ut tuta nobis Italiae litora eſſent: ante omnia, ne ſupplementum cum ſtipendio commeatuq. ab Carthagine Hannibali tranſportaretur. Create conſulem T. Otacilium: non dico ſi omnia haec, ſed ſi aliquid eorum reip. praeſtitit. Sin autem te claſſem obtinente, etiam uelut pacato mari quaecumque Hannibali tuta atque integra ab domo uenerunt: ſi ora Italiae infeſtior hoc anno, quā Africae, fuit: quid dicere potes, cur te potiſſimū ducē Hannibali hoſti opponant? Si cōſul eſſes, dictatorem dicendum exemplo maiorum noſtrorū cenſeremus. nec tu id indignari poſſes: aliquem in ciuitate Romana meliorem bello haberi, quam te. magis nullius intereſt, quam tua T. Otacili, non imponi ceruicibus tuis onus ſub quo concidas. Ego magnopere ſuadeo, eodem animo, quo, ſi ſtantibus uobis in acie armatis repente deligendi duo imperatores eſſent, quorum ductu atque auſpicio dimicaretis, hodie quoque conſules creetis, quibus ſacramenta liberi noſtri dicant: ad quorum edictum conueniant: ſub quorum tutela atque cura militent. Lacus Traſymenus, & Cannae, triſte

A ſte ad recordationem exemplar: & ad praecauendum ſimile, utilia documenta ſunt. Praerogatiua iuniorum in ſuffragium reuocata, cum T. Otacilius ferociter eum continuare conſulatum uelle uociferaretur, atque obſtreperet, lictores ad eum accedere conſul iuſſit: & quia in urbem non inierat, protinus in campum ex itinere profectus, admonuit, cum ſecuribus ſibi faſces praeferri. Interim praerogatiua ſuffragium init: creatiq. in ea conſules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. eoſdem conſules ceterae cẽturiae ſine uariatione ulla dixerunt. & praetor unus refectus, Q. Fuluius Flaccus. noui alij creati: T. Otacilius Craſſus iterum, Q. Fabius conſulis filius, qui tum aedilis curulis erat: P. Cornelius Lentulus. Comitijs praetorum perfectis, ſenatus conſultum factum eſt, ut Q. Fuluio extra ordinem urbana prouincia eſſet, iſque potiſſimum conſulibus ad bellum profectis, urbi praeeſſet. Aquae magnae & niues eo anno fuerunt: Tiberiſq. agros inundauit cum ma

B gna ſtrage tectorum, pecorumq. & hominum pernicie. Quincto anno ſecundi Punici belli Q. Fabius Maximus quartum, M. Claudius Marcellus tertium, conſulatum ineuntes, plus ſolito conuerterant in ſe ciuitatis animos. multis enim annis tale conſulum par non fuerat. Referebant ſenes: ſic Maximum Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum, ſic poſtea Papirium & Caruilium aduerſus Samnites, Bruttioſque, & Lucanum cum Tarentino populum, conſules declaratos. Abſens Marcellus conſul creatus, cum ad exercitum eſſet: praeſenti Fabio, atque ipſo comitia habente, conſulatus continuatus. Tempus, ac neceſſitas belli, ac diſcrimen ſummae rerum faciebant, ne quis aut in exemplum exquireret, aut ſuſpectum cupiditatis imperij conſulem haberet. quin laudabant potius magnitudinem animi: quod cum ſummo imperatore eſſet opus reip. ſciretque ſe eum haud dubie eſſe: minoris inuidiam ſuam, ſiqua ex re oriretur, quam utilitatem reip. feciſſet. Quo die ma AN. 536.

C giſtratum inierunt conſules, ſenatus in Capitolio eſt habitus: decretumque omnium primum, ut conſules ſortirentur, compararentue inter ſe, uter cenſoribus creandis comitia haberet prius, quam ad exercitum proficiſceretur. Prorogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant, iuſſiq. in prouincijs manere, Ti. Gracchus Luceriae, ubi cũ uolonum exercitu erat, C. Terentius Varro in agro Piceno, M. Pomponius in Gallico. ex praetoribus prioris anni propraetor Q. Mucius obtineret Sardiniam, M. Valerius ad Brũdiſium orae maritimae, intentus aduerſus omnes motus Philippi Macedonum regis, praeeſſet. P. Cornelio Lentulo praetori Sicilia decreta prouincia, T. Otacilio claſſis eadem, quã aduerſus Carthaginienſes priore anno habuiſſet. Prodigia eo anno multa nunciata ſunt, quae quo magis credebant ſimplices ac religioſi homines, eo etiam plura nunciabantur. Lanuuij in aede intus Soſpitae Iunonis coruos nidum feciſſe. In Apulia palmam uiridem

D arſiſſe. Mantuae ſtagnum effuſum Mincio amni cruentum uiſum. Et Calibus creta, & Romae in foro Boario ſanguine pluuiſſe. Et in uico Iſtrico fontem ſub terra tanta ui aquarum fluxiſſe, ut ſerias doliaque, quae in eo loco erant, prouoluta uelut impetus torrentis tulerit. Tacta de caelo, atrium publicum in Capitolio, aedem in campo Vulcani, nucem in Sabinis, publicamque uiam, murum ac portam Gabijs. Iam alia uulgata miracula erant: haſtam Martis Praeneſte ſua ſponte promotam: bouem in Sicilia locutum: infantem in utero matris in Marrucinis, Io triumphe, clamaſſe: ex muliere Spoleti uirũ factum: Hadriae arma in caelo, ſpecieſque hominum circum eam cum candida ueſte uiſas eſſe. Quin Romae quoque in ipſa urbe ſecundum apum examen in foro uiſum. quod mirabile eſt, quia rarum. affirmantes quidam legiones ſe armatas in Ianiculo uidere, concitauerunt ciuitatem ad arma: qui cum in Ianiculum iuiſſent, negarunt quemquam ibi, praeter aſſuetos

E collis eius cultores, apparuiſſe. Haec prodigia hoſtijs maioribus procurata ſunt ex haruſpicum reſponſo: & ſupplicatio omnibus dijs, quorum puluinaria Romae ſint, indicta eſt. Perpetratis quae ad pacem deum pertinebant, de rep. belloque gerendo, & quantum copiarum, & ubi quaeque eſſent, conſules ad ſenatum retulerunt. Duodeuiginti legionibus bellum geri placuit: binas conſules ſibi ſumere: binis Galliam Siciliamque ac Sardiniam obtineri: duabus Q. Fabium, praetorem Apuliae, duabus uolonum Ti. Gracchum circa Luceriam praeeſſe: ſingulas C. Terentio proconſ. ad Picenum, & M. Valerio ad claſſem circa Brundiſium, & duas urbi praeſidium relinqui. Hic ut numerus legionum expleretur, ſex nouae legiones erant ſcribendae. Eas primo quoque tempore conſules ſcribere iuſſi, & claſſem parare, ut cum eis nauibus, quae pro Calabriae litoribus in ſtatione eſſent, CL

longarum nauium claſſis eo anno expleretur. Delectu habito, & nauibus nouis deductis, F
Q. Fabius comitia cenſoribus creandis habuit. creati M. Atilius Regulus, & P. Furius
Philus. Cum increbeſceret rumor, bellum in Sicilia eſſe: T. Otacilius eo cum claſſe pro-
ficiſci iuſſus eſt. Cum deeſſent nautae, conſules ex ſenatuſconſulto edixerunt, ut qui L. Ae
milio, C. Flaminio cenſoribus millibus aeris quinquaginta ipſe, aut pater eius cenſus fuiſ-
ſet uſque ad centum millia, aut cui poſtea res tanta eſſet facta, nautam unum cum ſex men-
ſium ſtipendio daret. qui ſupra centum millia, uſque ad CCC millia, tres nautas cum ſti-
pendio annuo; qui ſupra trecenta millia uſque ad decies aeris, quinque nautas: qui ſupra
decies, ſeptem. ſenatores, octo nautas cum annuo ſtipendio darent. Ex hoc edicto dati
nautae armati inſtructique ab dominis cum triginta dierum coctis cibarijs naues conſcen
derunt. Tum primum eſt factum, ut claſſis Romana ſocijs naualibus priuata impenſa pa-
ratis compleretur. Hic maior ſolito apparatus praecipue conterruit Campanos, ne ab ob- G
ſidione Capuae bellum eius anni Romani inciperẽt. itaque legatos ad Hannibalẽ oratum
miſerunt, ut Capuam exercitum admoueret. ad eam oppugnandam nouos exercitus ſcri-
bi Romae, nec ullius urbis defectioni magis infenſos eorũ animos eſſe. Id quia tam trepidi
nunciabant, maturandum Hannibal ratus, ne praeuenirẽt Romani: profectus Arpis, ad Ti-
fata in ueteribus caſtris ſuper Capuam conſedit. inde Numidis Hiſpaniſq. ad praeſidium
ſimul caſtrorum, ſimul Capuae relictis, cum cetero exercitu ad lacum Auerni, per ſpeciem
ſacrificandi, re ipſa ut tentaret Puteolos, quique ibi praeſidio erant, deſcendit. Maximus,
poſtquam Hannibalem Arpis profectum, & regredi in Campaniam, allatum eſt, nec die
nec nocte intermiſſo itinere, ad exercitum redit: & Ti. Gracchum ab Luceria, Beneuen-
tum copias admouere: Q. Fabium praetorem (is filius conſulis erat) Luceriã Graccho ſuc-
cedere iubet. In Siciliam eodem tempore duo praetores profecti: P. Cornelius ad exer- H
citum, Otacilius, qui maritimae orae, reique nauali praeeſſet. & ceteri in ſuas quiſque pro-
uincias profecti, & quibus prorogatum imperium erat, eaſdem, quas priore anno, regio-
nes obtinuerunt. Ad Hannibalem, cum ad lacum Auerni eſſet, quinque nobiles iuuenes
ab Tarento uenerunt, partim ad Traſymenum lacum, partim ad Cannas capti, dimiſſique
domos cum eadem comitate, qua uſus aduerſus omnes Romanorum ſocios Poenus fue-
rat. Ij memores beneficiorum eius, perpuliſſe magnam partem ſe iuuentutis Tarentinae
referunt, ut Hannibalis amicitiam ac ſocietatem quam populi R. mallent: legatoſq. ab ſuis
miſſos rogare Hannibalem, ut exercitum propius Tarẽtum admoueat. ſi ſigna eius, ſi caſtra
conſpecta a Tarento ſint, haud ullam interceſſuram moram, quin urbs dedatur. in poteſta-
te iuniorum plebem, in manu plebis rem Tarentinam eſſe. Hannibal collaudatos eos,
oneratoſque ingentibus promiſſis domum ad coepta maturanda redire iubet: ſe in tempo I
re affuturum eſſe. Hac cum ſpe dimiſſi Tarentini. ipſum ingens cupido inceſſerat Tarenti
potiundi. urbem eſſe uidebat cum opulentam nobilemque, tum maritimam, & in Macedo
niam opportune uerſam: regemque Philippum hunc portum, ſi tranſiret in Italiam, cum
Brundiſium Romani haberent, petiturum. Sacro inde perpetrato, ad quod uenerat: &
dum ibi moratur, peruaſtato agro Cumano uſque ad Miſeni promontorium, Puteolos
repente agmen conuertit ad opprimendum praeſidium Romanum. Sex millia homi-
num erant: & locus munimento quoque, non natura modo tutus. Triduum ibi mora-
tus Poenus. ab omni parte tentato praeſidio. deinde, ut nihil procedebat, ad populandum
agrum Neapolitanum magis ira quam potiundae urbis ſpe proceſſit. Aduentu eius in pro
pinquum agrum Nolana mota eſt plebs, iamdiu auerſa ab Romanis, & infeſta ſenatui ſuo.
itaque legati ad accerſendum Hannibalem cum haud dubio promiſſo tradẽdae urbis uene K
runt. Praeuenit inceptum eorum Marcellus conſul a primoribus accitus. die uno Sueſſu-
lam a Calibus, cum Vulturnus amnis tranſijciẽtem moratus eſſet, contenderat. inde proxi-
ma nocte ſex millia peditum, equiteſque CCC qui praeſidio ſenatui eſſent, Nolã intro-
miſit. et uti a conſule omnia impigre facta ſunt ad praeoccupandam Nolam: ita Hannibal
tempus terebat, bis iam ante nequidquam tentata re, ſegnior ad credendum Nolanis fa-
ctus. Iiſdem diebus & Q. Fabius conſul ad Caſilinum tentandum, quod praeſidio Puni-
co tenebatur, uenit. & ad Beneuentum uelut ex compoſito parte altera Hanno ex Brut-
tijs cum magna peditum equitumque manu, altera Ti. Gracchus ab Luceria acceſſit.
qui primo opidum intrauit. deinde ut Hannonem tria millia ferme ab urbe ad Calo-

A rem fluuium caſtra poſuiſſe,& inde agrum populari audiuit: & ipſe egreſſus moenibus,mil
le ferme paſſus ab hoſte caſtra locat: ibiq. concionem militum habuit. Legiones magna
ex parte uolonum habebat: qui iam alterum annum libertatem tacite mereri, quam poſtu
lare palam,maluerant.ſenſerat tamen hibernis egrediens murmur in agmine eſſe,queren-
tium,numquam ne liberi militaturi eſſent? ſcripſeratque ſenatui, non tam quid deſidera-
rent, quam quid meruiſſent. bona fortique opera eorum ſe ad eam diem uſum, neque ad
exemplum iuſti militis quidquam eis praeter libertatem deeſſe. De eo permiſſum ipſi
erat, faceret quod e rep. duceret eſſe. Itaque prius quam cum hoſte manum conſereret,
pronunciat, tempus ueniſſe eius libertatis,quam diu ſperaſſent, potiundae. poſtero die ſi-
gnis collatis dimicaturum puro ac patenti campo, ubi ſine ullo inſidiarum metu uera uir-
tute geri res poſſet.Qui caput hoſtis retuliſſet,eum ſe extemplo liberum iuſſurum eſſe:qui
B loco ceſſiſſet,in eum ſeruili ſupplicio animaduerſurum. Suam cuique fortunam in manu
eſſe. libertatis auctorem eis non ſe fore ſolum, ſed conſulem M. Marcellum, & uniuerſos
patres,qui conſulti ab ſe de libertate eorum,ſibi permiſiſſent. Litteras inde cõſulis ac ſena
tus conſultum recitauit. Ad quae clamor cum ingenti aſſenſu eſt ſublatus. pugnam poſce-
bant,ſiguumque ut daret extemplo,ferociter inſtabant.Gracchus,proelio in poſterũ diem
pronunciato,concionem dimiſit. Milites laeti,praecipue quibus merces nauatae in unum
diem operae,libertas futura erat: armis expediendis,quod reliquum diei fuit,conſumpſe-
runt. Poſtero die ubi ſigna coeperunt canere,primi omnium parati inſtructique ad praeto-
rium conueniunt. ſole orto Gracchus in aciem copias eduxit. Nec hoſtes moram dimi-
candi fecerunt. Decem & ſeptem millia peditum erant, maxima ex parte Bruttij ac Luca-
ni: equites MCC, inter quos pauci admodum Italici,ceteri Numidae fere omnes, Mau-
C rique. Pugnatum eſt & acriter,& diu. quattuor horis neutro inclinata eſt pugna. nec alia
magis Romanum impediebat res,quam capita hoſtium pretia libertati facta. nam ut quiſ-
que hoſtem impigre occiderat,primum capita aegre inter turbam tumultumq.abſcinden-
do, tempus terebat: deinde occupata dextra tenendo caput, fortiſſimus quiſque pugna-
tor eſſe deſierat.ſegnibus,ac timidis tradita pugna erat.Quod ubi tribuni mil. Graccho nũ
ciauerunt,neminem ſtantem iam uulnerari hoſtem,carnificari iacentes, & in dextris mili-
tum pro gladijs humana capita eſſe: ſignum dari propere iuſſit,proijcerent capita, inuade-
rentque hoſtem. claram ſatis & inſignem uirtutem eſſe: nec dubiam libertatem futuram
ſtrenuis uiris. Tum redintegrata pugna eſt,& eques etiam in hoſtem emiſſus. Quibus cum
impigre Numidae concurriſſent, nec ſegnior equitum quam peditum pugna eſſet, iterum
in dubium adducta res: cum utrimque duces, Romanus Bruttium Lucanumque toties a
D maioribus ſuis uictos ſubactoſque,Poenus mancipia Romana, & ex ergaſtulo militem uer
bis obtereret. Poſtremo pronunciat Gracchus, eſſe nihil quod de libertate ſperarent, niſi
eo die fuſi fugatique hoſtes eſſent. Ea demum uox ita animos accendit, ut renouato cla-
more uelut alij repente facti,tanta ui ſe in hoſtem intulerint,ut ſuſtineri ultra non poſſent.
Primo anteſignani Poenorum,deinde ſigna perturbata,poſtremo tota impulſa acies: inde
haud dubie terga data. ruuntque fugientes in caſtra adeo pauidi, trepidique, ut ne in por-
tis quidem aut uallo quiſquam reſtiterit. ac prope continenti agmine Romani inſecuti,
nouum deintegro proelium incluſi hoſtium uallo ediderint. ibi ſicut pugna impeditior in
anguſtijs,ita caedes atrocior fuit: & adiuuere captiui, qui rapto inter tumultum ferro con
globati, & a tergo caeciderunt Poenos, & fugam impedierunt. itaque minus duo millia
hominum ex tanto exercitu, & ea maior pars equitum cum ipſo duce effugerunt. alij o-
E mnes caeſi, aut capti. capta & ſigna duodequadraginta. Ex uictoribus duo millia ferme
cecidere. praeda omnis, praeterquam hominum captiuorum,militi conceſſa eſt. & pecus
exceptum eſt,quod intra dies triginta domini cognouiſſent. Cum praeda onuſti in caſtra
rediſſent, quattuor millia ferme uolonum militum, qui pugnauerant ſegnius, nec in ca-
ſtra irruperant ſimul, metu poenae, collem haud procul caſtris ceperunt. poſtero die per
tribunos militum inde deducti, concione militum aduocata a Graccho, ſuperueniũt: ubi
cum proconſul ueteres milites primum, prout cuiuſque uirtus atque opera in ea pugna
fuerat, militaribus donis donaſſet: tunc quod ad uolones attineret, omnes ait malle lau-
datos a ſe, dignos indignoſque, quam quemquam eo die caſtigatum eſſe. quod bo-
num, fauſtum, felixque reipublicae ipſiſque eſſet, omnes eos liberos eſſe iubere. Ad
quam

quam uocem cum clamor ingenti alacritate ſublatus eſſet: ac nunc complexi inter ſe, gra- F
tulanteſque, nunc manus ad caelum tollentes, bona omnia populo Romano, Gracchoque
ipſi precarentur: tum Gracchus, Prius quam omnes iure libertatis aequaſſem, inquit, ne-
minem nota ſtrenui aut ignaui militis notaſſe uolui. nunc exſoluta iam fide publica, ne diſ-
crimen omne uirtutis ignauiaeq. pereat, nomina eorũ, qui detrectatae pugnae memores,
ſeceſsionem paullo ante fecerunt, referri ad me iubebo: citatoſq. ſingulos iureiurando adi
gam, niſi quibus morbus cauſſa erit, non aliter quam ſtantes, cibum potumque, quoad ſti-
pendia facient, capturos eſſe. Hanc multam ita aequo animo feretis, ſi reputabitis, nulla
ignauiae nota leuiore uos deſignari potuiſſe. Signum deinde colligendi uaſa dedit: mili-
teſq. praedam portantes agenteſque, per laſciuiam ac iocum ita ludibundi Beneuentum
rediere, ut ab epulis per celebrem feſtumq. diem actis, non ex acie, reuerti uiderentur. Be-
neuentani omnes turba effuſa cum obuiam ad portas exiſſent, complecti milites, gratula- G
ri uocare in hoſpitium. Apparata conuiuia omnibus in propatulo aedium fuerant: ad ea
inuitabant: Gracchumq. orabant, ut epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita per-
miſit, in publico epularentur omnes. Ante ſuas quibuſque fores prolata omnia. pileati,
aut lana alba uelatis capitibus uolones epulati ſunt, alij accubantes, alij ſtantes, qui ſimul
miniſtrabant, ueſcebanturque. Digna res uiſa, ut ſimulacrum celebrati eius diei Grac-
chus, poſtquam Romam redijt, pingi iuberet in aede Libertatis, quam pater eius in Auenti
no ex multaticia pecunia faciendam curauit, dedicauitque. Dum haec ad Beneuentum ge-
runtur: Hannibal depopulatus agrum Neapolitanum, ad Nolam caſtra mouet. Quem ubi
aduentare conſul ſenſit: Pomponio propraetore cum eo exercitu qui ſuper Sueſſulam in
caſtris erat, accito, ire obuiam hoſti parat, ne moram dimicandi faceret: Claudium Nero-
nem cum robore equitum, ſilentio noctis, per auerſam maxime ab hoſte portam emittit: H
circumuectumq. occulte ſubſequi ſenſim agmen hoſtium iubet: & cum coeptum proelium
uideret, ab tergo ſe obijcere. Id errore uiarum, an exiguitate temporis Nero exſequi non
potuerit, incertum eſt. Abſente eo cum proelium commiſſum eſſet, ſuperior quidem
haud dubie Romanus erat. ſed quia equites non affuere in tempore, ratio compoſitae rei
turbata eſt. Non auſus inſequi cedentes Marcellus, uincentibus ſuis ſignum receptui de
dit: plus tamen duo millia hoſtium eo die caeſa traduntur: Romanorum minus C D.
Solis fere occaſu Nero diem noctemq. nequidquam fatigatis equis hominibuſque, ne ui-
ſo quidem hoſte rediens, adeo grauiter eſt ab conſule increpitus, ut per eum ſtetiſſe dice-
ret, quo minus accepta ad Cannas redderetur hoſti clades. Poſtero die Romanus in
aciem deſcendit. Poenus tacita etiam confeſſione uictus, caſtris ſe tenuit. Tertio die
ſilentio noctis, omiſſa ſpe Nolae potiundae, rei numquam proſpere tentatae, Tarentum ad I
certiorem ſpem proditionis proficiſcitur. Nec minore animo res Romanae domi, quam
militiae gerebantur. Cenſores uacui ab operum locandorum cura propter inopiam ae-
rarij, ad mores hominum regendos animum aduerterunt, caſtigandaq. uitia: quae, uelut
diutinis morbis aegra corpora ex ſeſe gignunt, nata bello erant. Primum eos citauerũt, qui
poſt Cannenſem pugnam remp. deſeruiſſe, Italiaq. exceſſiſſe uelle dicebantur. princeps
eorum L. Caecilius Metellus, qui quaeſtor tum forte erat. iuſſo deinde eo, ceteriſq. eiuſdẽ
noxae reis cauſſam dicere, cum purgari nequiſſent, pronunciarunt, uerba orationemq. eos
aduerſus remp. habuiſſe, quo coniuratio deſerendae Italiae cauſſa fieret. Secundũ eos cita-
ti nimis callidi exſoluendi iuriſiurãdi interpretes, qui captiuorum ex itinere regreſſi clam
in caſtra Hannibalis, ſolutum quod iurauerant redituros, rebantur. His ſuperioribuſq. il-
lis equi adempti, qui publicum equum habebant: tribuq. moti, aerarij omnes facti. Ne K
que ſenatu modo aut equeſtri ordine regendo cura ſe cenſorum tenuit. nomina omnium
ex iuniorum tabulis excerpſerunt, qui quadriennio non militaſſent, quibus neque uacatio
iuſta militiae, neque morbus cauſſa fuiſſet. & ea ſupra duo millia nominum in aerarios
relata, tribuque omnes moti: additumq. [illegible] cenſoriae notae triſte ſenatuſconſultum,
ut ij omnes, quos cenſores notaſſent, pedibus mererent, mitterenturque in Siciliam
ad Cannenſis exercitus reliquias: cui militum generi non prius, quam pulſus Italia
hoſtis eſſet, finitum ſtipendiorum tempus erat. Cum cenſores ob inopiam aerarii ſe
iam locationibus abſtinerent aedium ſacrarum tuendarum, curuliumq. equorum praeben-
dorum, ac ſimilium his rerum, conuenere ad eos frequentes, qui haſtae huius generis aſ-
ſueuerant:

A ſueuerant: hortatiq. cenſores, ut omnia perinde agerent locarentque, ac ſi pecunia in aerario eſſet: neminem, niſi bello confecto pecuniam ab aerario petiturum eſſe. Conuenere deinde domini eorum, quos Ti. Sempronius ad Beneuentum manu emiſerat: accertitoſq. ſe ab triumuiris menſarijs eſſe dixerunt, ut pretia ſeruorum acciperent. ceterum non ante quam bello confecto accepturos eſſe. Cum haec inclinatio animorum plebis ad ſuſtinendam inopiam aerarij fieret: pecuniae quoque pupillares primo, deinde uiduarum coeptae conferri, nuſquam eas tutius ſanctiuſq. deponere credentibus qui deferebant, quam in publica fide. inde ſi quid emptum paratumq. pupillis ac uiduis foret, a quaeſtore perſcribebatur. Manauit ea priuatorum benignitas ex urbe etiam in caſtra. ut non eques, non centurio ſtipendium acciperent: mercenariumq. increpantes uocarent, qui accepiſſet. Q. Fabius conſul ad Caſilinum caſtra habebat, quod duum millium Campanorũ, & B ſeptingentorũ militum Hannibalis tenebatur praeſidio. Praeerat Statius Minius, miſſus ab Cn. Magio Atellano: qui eo anno Mediaſtuticus erat, ſeruitiaq. & plebẽ promiſcue armabat, ut caſtra Romana inuaderet, intento conſule ad Caſilinum oppugnandum. Nihil eorum Fabium fefellit. Itaque Nolam ad collegam mittit, altero exercitu, dum Caſilinum oppugnatur, opus eſſe, qui Campanis opponatur. uel ipſe relicto Nolae praeſidio modico ueniret: uel, ſi eum Nola teneret, & necdum ſecurae res ab Hannibale eſſent, Ti. Gracchũ proconſ. a Beneuento acciturum. Hoc nuncio Marcellus, duobus militum millibus Nolae in praeſidio relictis, cum cetero exercitu Caſilinum uenit. aduentuq. eius Campani iã mouentes ſeſe, quieuerunt. ita a duobus conſulibus Caſilinũ oppugnari coeptum. ubi cum multa ſuccedentes temere moenibus Romani milites acciperent uulnera, neque ſatis inceptis ſuccederet, Fabius omittendam rem paruam, ac iuxta magnis difficilem, abſceC dendumq. inde cenſebat, cum res maiores inſtarent. Marcellus multa magnis ducibus ſicut non aggredienda, ita ſemel aggreſſis non dimittenda eſſe dicendo, quia magna famae momenta in utramque partem fierent, tenuit ne incepto abiretur. Vineae inde, omniaq. alia operum machinationumq. genera cum admouerentur, Campaniq. Fabium orarent ut abire Capuam tuto liceret, paucis egreſſis, Marcellus portam, qua egrediebantur, occupauit: caedeſq. promiſcue omnium circa portam primo, deinde irruptione facta, etiam in urbe fieri coepta eſt. Quinquaginta fere primo egreſſi Campanorum cum ad Fabium confugiſſent, praeſidio eius Capuam peruenerunt. Caſilinum inter colloquia, cunctationemq. petentium fidem, per occaſionem captum eſt. captiui quiq. Campanorum, quiq. Hannibalis militum erant, Romam miſſi, atque ibi in carcere incluſi ſunt: opidanorum turba per finitimos populos in cuſtodiam diuiſa. Quibus diebus a D Caſilino re bene geſta receſſum eſt, eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conſcriptas cum praefecto ſociorum in agros hoſtium praedatum miſit. eos effuſe palatos Hãno adortus, haud multo minorem, quam ad Beneuentum acceperat, reddidit hoſti cladem: atque in Bruttios raptim, ne Gracchus aſſequeretur, conceſſit. conſulum Marcellus retro, unde uenerat, Nolam redit: Fabius in Samnium ad populandos agros, recipiendaſq. armis, quae defecerant, urbes proceſſit. Caudinus Samnis grauius deuaſtatus: perusti populatiq. late agri praedae pecudum hominumq. actae: opida ui capta, Compulteria, Teleſia, Compſa, Melae, Fuiſulae, & Orbitaniũ. ex Lucanis Blandae, Apulorum Ancae oppugnatae. Millia hoſtium in his urbibus XXV capta aut occiſa, & recepti perfugae CCCLXX. quos cum Romam miſiſſet conſul, uirgis in Comitio caeſi omnes, ac de ſaxo deiecti. Haec a Q. Fabio intra paucos dies geſta. Marcellum ab gerendis rebus ualetudo E aduerſa Nolae tenuit. Et a praetore Q. Fabio, cui circa Luceriam prouincia erat, Accua opidum per eos dies ui captum, ſtatiuaq. ad Ardoneas communita. Dum haec alijs locis ab Romanis geruntur, iam Tarentum peruenerat Hannibal cum maxima omnium, quacumque ierat, clade. in Tarentino demum agro pacatum incedere agmen coepit. nihil ibi uiolatum, neque uſquam uia exceſſum eſt. apparebatq. non id modeſtia militum aut ducis, niſi ad conciliandos Tarentinorum animos, fieri. Ceterum cum prope iam moenibus acceſſiſſet, nullo ad conſpectum primi agminis, ut rebatur, motu facto, caſtra ab urbe ferme paſſus mille locat. Tarentum triduo antequam Hannibal ad moenia accederet, a M. Valerio propr. qui claſſi ad Brundiſium praeerat, P. Valerius legatus miſſus. Is primorum iuuentute conſcripta, diſpoſitiſq. ad omnes portas, circaq. muros, qua res poſtulabat,

Ita notabatur praecipuus magistratus Campanorum.

ſtulabat, ſtationibus, die ac nocte plurimum intentus, neque hoſtibus neque dubijs ſocijs F
loci quidquam praebuit ad tentandũ. Sicq. diebus aliquot fruſtra ibi abſumptis, Hannibal, cum eorum nemo, qui ad lacum Auerni adiſſent, aut ipſi uenirent, aut nuncium litteraſue mitterent, uana promiſſa ſe temere ſecutum cernens, caſtra inde mouit. Tum quoque intacto agro Tarentino, quamquam ſimulata lenitas nondum profuerat: tamen ſpe labefactandae fidei haud abſiſtens, Salapiam tendit: eoq. frumentum ex agris Metapontino atque Heracleenſi (iam media aeſtas exacta erat, & hibernis placebat locus) comportat. Praedatum inde Numidae Mauriq. per Sallentinum agrum, proximoſq. Apuliae ſaltus dimiſſi. unde ceterae praedae haud multum, equorum greges maxime abacti: e quibus ad quattuor millia domanda equitibus diuiſa. Romani, cum bellum nequaquam contemnendum in Sicilia oriretur; morſq. tyranni duces magis impigros dediſſet Syracuſanis, quam cauſſam aut animos mutaſſet; M. Marcello alteri conſulum eam prouinciam decernunt. G

Secundum Hieronymi caedem primo tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat, uociferatumq. ferociter, parentandũ regi ſanguine coniuratorum eſſe. deinde libertatis reſtitutae dulce auditum nomen, crebro uſurpatum, ſpes facta ex pecunia regia largitionis militi, atque fungẽdi potioribus ducibus: & relata tyranni foeda ſcelera, foedioreſq. libidines, adeo mutauere animos, ut inſepultum iacere corpus paullo ante deſiderati regis paterentur. Cum ceteri ex coniuratis ad exercitum obtinendum remanſiſſent, Theodorus & Sosis regijs equis, quanto maximo curſu poterant, ut ignaros omnium regios opprimerent, Syracuſas contendunt. ceterum praeuenerat non fama ſolum, qua nihil in talibus rebus eſt celerius, ſed nuncius etiẽm ex regijs ſeruis. itaque Andronodorus & Inſulam & arcem, & alia, quae poterat, quaeq. opportuna erãt, praeſidijs firmarat. Hexapylo Theodorus ac Sosis poſt ſolis occaſum iam obſcura luce inuecti, cum cruentam regiam ueſtem, atque H
inſigne capitis oſtentarent, tranſuecti per Ticam, ſimul ad libertatem, ſimul ad arma uocãtes, in Achradinam conuenire iubent. Multitudo, pars procurrit in uias, pars in aedium ueſtibulis ſtat, pars ex tectis feneſtriſq. proſpectãt, & quid rei ſit, rogitant. omnia luminibus collucent, ſtrepituq. uario complentur. armati locis patẽtibus congregantur. inermes ex Olympij Iouis templo ſpolia Gallorum Illyriorumque, dono data Hieroni a P.R. fixaq. ab eo, detrahunt, precantes Iouẽ, ut uolens propitius praebeat ſacra arma pro patria, pro deũ delubris, pro libertate ſeſe armantibus. Haec quoque multitudo ſtationibus per principes regionum urbis diſpoſitis adiungitur. In inſula inter cetera Andronodorus praeſidijs firmat horrea publica. Locus ſaxo quadrato ſaeptus, atque arcis in modum emunitus capitur ab iuuentute, quae praeſidio eius loci attributa erat, mittuntq. nuncios in Achradinam: horrea frumentumq. in ſenatus poteſtate eſſe. Luce prima populus omnis armatus inermiſq. in Achradinam ad curiam conuenit. ibi pro Cõcordiae ara, quae in eo ſita loco erat, I
ex principibus, unus nomine Polyæ̃us, concionem & liberam & moderatam habuit: Seruitudinis indignitatiſq. homines expertos, aduerſus notum malum irritatos eſſe. Diſcordia ciuilis quas importet clades, audiſſe magis a patribus Syracuſanos, quam ipſos uidiſſe. Arma quod impigre ceperint, laudare. magis laudaturum, ſi non utantur, niſi ultima neceſſitate coacti. in praeſentia legatos ad Andronodorum mitti placere, qui denuncient, ut in poteſtate ſenatus ac populi ſit: portae inſulae pateant, reddat praeſidium. ſi tutelam alieni regni ſuum regnum uelit facere, eundem ſe cenſere, multo acrius ab Andronodoro, quam ab Hieronymo, repeti libertatem. Ab hac concione legati miſſi ſunt. ſenatus inde haberi coeptus eſt, quod ſicut regnante Hierone manſerat publicum conſilium, ita poſt mortem eius ante eam diem nulla de re neque conuocati neque conſulti K
fuerant. Vt uentum ad Andronodorum eſt: ipſum quidem mouebat & ciuium conſenſus, & cum aliae occupatae urbis partes, tum pars inſulae, uelut munitiſſima, prodita atq. alienata: ſed euocatum eum ab legatis Demarata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regijs animis, ac muliebri ſpiritu, admonet ſaepe uſurpatae Dionyſij tyranni uocis: qua pedibus tractum, non inſidentem equo, relinquere tyrannidem dixerit debere. facile eſſe momento quo quis uelit, cedere poſſeſſione magnae fortunae: facere & parare eam, difficile atque arduum eſſe. paullulum ſumeret ſpatij ad conſultandum ab legatis. eo uteretur ad accreſcendos ex Leontinis milites. quibus ſi pecuniam regiam pollicitus eſſet, omnia in poteſtate eius futura. Haec muliebria cõſilia Andronodorus neque tota aſpernatus

tus

A tus eſt, neque extemplo accepit: tutiorem ad opes affectandas ratus eſſe uiam, ſi in prae-
ſentia tempori ceſſiſſet. itaque legatos renunciare iuſſit, futurum ſe in ſenatus ac populi
poteſtate. Poſtero die luce prima patefactis inſulae portis, in forum Achradinae uenit. ibi
in aram Concordiae, ex qua pridie Polyaenus concionatus erat, adſcendit: orationemque
eam orſus eſt, qua primum cunctationis ſuae ueniam petiuit. Se enim clauſas habuiſſe por
tas, non ſeparantem ſuas res a publicis, ſed, ſtrictis ſemel gladijs, timentem, qui finis caedi
bus eſſet futurus, utrum, quod ſatis libertati foret, contenti nece tyranni eſſent: an qui-
cumque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus miniſterijs regiam contigiſſent, a-
lienae culpae rei trucidarentur. poſtquam animaduertit, eos qui liberaſſent patriam, ſerua
re etiam liberatam uelle, atque undique conſuli in medium: non dubitaſſe, quin & corpus
ſuum, & cetera omnia, quae ſuae fidei tutelaeq. eſſent, quando eũ qui mandaſſet, ſuus furor
B abſumpſiſſet, patriae reſtitueret. Conuerſus deinde ad interfectores tyranni, ac nomine ap
pellans Theodorũ ac Soſim: Facinus, inquit, memorabile feciſtis. ſed mihi credite, inchoa-
ta ueſtra gloria, nondum perfecta eſt. periculumq. ingens manet, niſi communi cõcordiae
conſulitis, ne libera efferatur reſp. Poſt hãc orationem, claues portarum pecuniaeq. regiae
ante pedes eorum poſuit. atque illo quidem die dimiſſi ex concione laeti circa omnia tanq.
deum ſupplicauerunt cum coniugibus ac liberis. poſtero die comitia praetoribus creandis
habita. creatus in primis Andronodorus: ceteri magna ex parte interfectores tyranni.
duos etiam abſentes, Sopatrum ac Deomenem, fecerunt. Qui, auditis ijs quae Syracuſis
acta erant, pecuniam regiam quae in Leontinis erat Syracuſas deuectam quaeſtoribus ad
idipſum creatis tradiderunt. & ea quae in inſula erat, & Achradina, tradita eſt. muriq. ea
pars, quae ab cetera urbe nimis firmo munimento interſaepiebat inſulam, cõſenſu omniũ
C deiecta eſt. ſecutae & ceterae res hanc inclinationem animorum ad libertatem. Hippocra-
tes atque Epicides, audita morte tyranni, quam Hippocrates etiam nuncio interfecto ce-
lare uoluerat: deſerti a militibus, quia id tutiſſimum ex praeſentibus uidebatur, Syracuſas
rediere. ubi ne ſuſpecti obſeruarentur, tamquam nouandi res aliquam occaſionem quaerẽ
tes: praetores primum, dein per eos ſenatum adeunt. Ab Hannibale ſe miſſos praedicãt ad
Hieronymum, tamquam amicum ac ſocium. paruiſſe imperio eius, cuius imperator ſuus
uoluerit. uelle ad Hannibalem redire. ceterum cum iter tutum non ſit, uagantibus paſsim
per totam Siciliam Romanis armis, petere ut praeſidij dent aliquid, quo Locros in Italiam
perducantur. gratiam magnam eos parua opera apud Hannibalem inituros. Facile res im-
petrata: abire enim duces regios, cum peritos militiae, tum egentes eoſdem atque auda-
ces, cupiebant. ſed, quod uolebant, non quam maturato opus erat, gnauiter expediebant.
D Interim iuuenes militares, & aſſueti militibus, nunc apud eos ipſos, nunc apud transfu-
gas, quorum maxima pars ex naualibus ſocijs Romanorum erat: nunc etiam apud infi-
mae plebis homines crimina ſerebant in ſenatum, optimateſque. moliri clam eos atque
ſtruere, ut Syracuſae per ſpeciem reconciliandae ſocietatis in ditione Romanorum ſint:
dein factio, ac perpauci auctores foederis renouati dominentur. His audiendis creden-
diſq. opportuna multitudo maior in dies Syracuſas confluebat: nec Hippocrati & Epicidi
ſolum ſpem nouandarum rerum, ſed Andronodoro etiam praebebat. Qui feſſus tandem
uxoris uocibus monentis nunc illud eſſe tempus occupandi res, dum turbata omnia noua,
atque incognita libertate eſſent, dum regijs ſtipendijs paſtus obuerſaretur miles, dum ab
Hannibale miſſi duces aſſueti militibus iuuare poſſent incepta: cum Themiſto, cui Gelonis
filia nupta erat, rem conſociatam, paucos poſt dies Ariſtoni cuidam tragico actori, cui &
E alia arcana committere aſſuerat, incaute aperit. Huic & genus & fortuna honeſta erant:
nec ars, quia nihil tale apud Graecos pudori eſt, ea deformabat. itaque fidem potiorem ra-
tus, quam patriae debebat, indicium ad praetores defert. Qui ubi rem haud uanam eſſe cer
tis indicijs compererunt: conſultis ſenioribus, & auctoritate eorum praeſidio ad fores po-
ſito, ingreſſos curiam Themiſtum atque Andronodorum interfecerunt. & cum tumultus
ab re in ſpeciem atrociore, cauſſam alijs ignorantibus, ortus eſſet: ſilentio tandem facto, in
dicem in curiã introduxerunt. Qui cũ ordine omnia edocuiſſet: & principiũ coniurationis
factum ab Harmoniae, Gelonis filiae, nuptijs, quibus Themiſto iuncta eſſet: Afrorũ Hiſpa
norũq. auxiliares inſtructos ad caedẽ praetorum principumq. aliorũ: bonaq. eorũ praedae
futura interfectoribus pronunciatum: iam mercenariorum manum aſſuetam imperijs An-

dronodori

dronodori paratã fuiſſe ad inſulam rurſus occupandam: ſingula deinde, quae, per quoſq. F
agerentur, totamq. uiris armiſq. inſtructam coniurationem ante oculos poſuiſſet: ſenatui
quidem tam iure caeſi, quam Hieronymus, uidebantur. Ante curiam uariae atque incertae
rerum multitudinis clamor erat. quam ferociter minitantem in ueſtibulo curiae corpora
coniuratorum eo metu compreſſerunt, ut ſilentes integram plebem in concionem ſeque-
rentur. Sopatro mandatum ab ſenatu, & ab collegis, ut uerba faceret. Is tamquam reos a-
gebat ab anteacta uita orſus, quaecumque poſt Hieronis mortem ſceleſte atque impie fa-
cta eſſent, Andronodorum ac Themiſtum arguit feciſſe. Quid enim ſua ſponte feciſſe Hie-
ronymum puerum, ac uixdum pubeſcentem, facere potuiſſe? tutores ac magiſtratus eius
ſub aliena inuidia regnaſſe. itaque aut ante Hieronymum, aut certe cum Hieronymo pe-
rire eos debuiſſe. At illos debitos iam morti deſtinatoſque, alia noua ſcelera poſt mor-
tem tyranni molitos. palam primo, cum clauſis Andronodorus inſulae portis, heredita- G
tem regni creuerit: quaeq. procurator tenuerat, pro domino poſſederit. proditus deinde
ab eis qui in inſula erat, circumſeſſus ab uniuerſa ciuitate, quae Achradinam tenuerit, ne-
quidquam palam atque aperte petitum regnum, clam & dolo affectare conatus ſit. & ne
beneficio quidem atque honore potuerit uinci: cũ inter liberatores patriae inſidiator ipſe
libertatis creatus eſſet praetor. Sed animos eis regios regias coniuges feciſſe: alteri Hie-
ronis, alteri Gelonis, filias nuptas. Sub hanc uocem ex omnibus partibus concionis cla-
mor oritur, nullam earum uiuere debere, nec quemquam ſupereſſe tyrannorum ſtirpis.
Haec natura multitudinis eſt: aut ſeruit humiliter, aut ſuperbe dominatur, libertatẽ, quae
media eſt, nec ſpernere modice, nec habere ſciunt. & non ferme deſunt irarum indul-
gentes miniſtri, qui auidos atque intemperantes plebeiorum animos ad ſanguinem & cae
des irritent: ſic tum extemplo praetores rogationem promulgarunt, (acceptaque paene H
prius, quam promulgata eſt) ut omnes regiae ſtirpis interficerentur. miſſiq. a praetoribus
Damaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filias, coniuges Andronodori & Themi-
ſtij, interfecerunt. Heraclea erat filia Hieronis, uxor Soſippi: qui legatus ab Hieronymo
ad regem Ptolemaeum miſſus, uoluntarium conſciuerat exſilium. Ea cum ad ſe quoque ue
nire praeſciſſet, in ſacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus uirginibus, reſolu-
tis crinibus, miſerabiliq. alio habitu: & ad ea addidit preces, nunc per memoriam Hiero-
nis patris, Geloniſq. fratris, ne ſe innoxiam inuidia Hieronymi conflagrare ſinerent. ni-
hil ſe ex regno illius, praeter exſilium uiri, habere. neque fortunam ſuam eandem uiuo Hie
ronymo fuiſſe, quam ſororis: neque interfecto eo cauſſam eandem eſſe. Quid, quod ſi
Andronodoro conſilia proceſſiſſent: illa cum uiro fuerit regnatura, ſibi cum ceteris ſer-
uiendum? Si quis Soſippo nunciet, interfectum Hieronymum, ac liberatas Syracuſas, cui I
dubium eſſe, quin extemplo conſcenſurus ſit nauim, atque in patriam rediturus? Quan-
tum ſpes hominum fallit: in liberata patria coniugem eius, ac liberos de uita dimicare?
quid obſtantes libertati, aut legibus? quod ab ſe cuiquam periculũ a ſola, ac prope uidua,
& puellis in orbitate degentibus eſſe? Atenim periculi quidem nihil ab ſe timeri: inuiſam
tantum regiam ſtirpem eſſe. Ablegarent ergo procul ab Syracuſis, Siciliaque, & aſportari
Alexandriam iuberent ad uirum uxorem, ad patrem filias. Auerſis auribus animiſque, caſ-
ſe ne tempus tereretur, (ferrum enim quoſdam expedientes cernebat) tum omiſsis pro ſe
precibus, puellis ut ſaltem parcerent, orare inſtitit: a qua aetate etiam hoſtes irati abſtine-
rent. ne tyrannos ulciſcendo, quae odiſſent ſcelera, ipſi imitarentur. Inter haec abſtractam
a penetralibus iugulant. in uirgines deinde reſperſas matris cruore, impetum faciũt: quae
alienata mente ſimul luctu metuque, uelut captae furore, eo curſu ſe ex ſacrario proripue- K
runt: ut, ſi effugium patuiſſet in publicum, impleturae urbem tumultu fuerint. tum quoque
haud magno aedium ſpatio inter medios tot armatos aliquoties integro corpore euaſe-
runt: tenentibuſque, cum tot ac tam ualidae eluctandae manus eſſent, ſeſe eripuerunt. tan-
dem uulneribus cõfectae, cum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt. caedemq.
per ſe miſerabilem, miſerabiliorem caſus fecit: quod paullo poſt nuncius uenit, mutatis re
pente ad miſericordiam animis, ne interficerentur. Ira deinde ex miſericordia orta: quod
adeo feſtinatum ad ſupplicium, neque locus paenitendi, aut regreſſus ab ira relictus eſ-
ſet. itaque fremere multitudo, & in locum Andronodori ac Themiſtij (nam ambo praeto
res fuerant) comitia poſcere, quae nequaquam ex ſententia praetorum futura eſſent. Statu

A tus eſt comitijs dies: quo nec opinantibus omnibus, unus ex ultima turba Epicidem no-
minauit: tum inde alius Hippocratem. crebriores deinde eae uoces, & cum haud dubio
aſſenſu multitudinis eſſe. Et erat confuſa concio, non populari modo, ſed militari quoque
turba, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia nouare cupiebant, permiſtis. Praetores
diſſimulare primo: & trahendam rem eſſe. poſtremo uicti conſenſu, & ſeditionem metuen
tes, pronunciant eos praetores. Nec illi primo ſtatim creati nudare quid uellent: quãquam
aegre ferebant, & de indutijs dierum decem legatos iſſe ad Ap. Claudium: &, impetratis
eis, alios qui de foedere antiquo renouando agerent, miſſos. Ad Murgantiam tum claſſem
nauium centum Romanus habebat, quo euaderent motus ex caedibus tyrannorum orti
Syracuſis, quoue eos ageret noua atque inſolita libertas, opperiens. Per eoſdem dies
cum ad Marcellum uenientem in Siciliam legati Syracuſani miſſi ab Appio eſſent: auditis
B condicionibus pacis Marcellus poſſe rem conuenire ratus, & ipſe legatos Syracuſas, qui
coram cum praetoribus de renouando foedere agerent, mitit. Et iam ibi nequaquam ea-
dem quies & tranquillitas erat. poſtquam Punicam claſſem acceſſiſſe Pachynum allatum
eſt: dempto timore, Hippocrates & Epicides nunc apud mercenarios milites, nunc apud
transfugas, prodi Romanis Syracuſas, criminabantur. At uero Appius naues ad hoſtium
portus, quid aliae partis hominibus animi accederet, opperiens, in ſtatione habere coepit.
Ingens in ſpeciem criminibus uanis acceſſerat fides: ac primo etiam tumultuoſe decurre-
rat multitudo ad prohibendos, ſi in terram egrederentur. In hac turbatione rerum con-
cionem uocari placuit, ubi cum alij alio tenderent, nec procul a ſeditione res eſſet, Apol-
lonides, principum unus, orationem ſalutarem, ut in tali tempore, habuit: Nec ſpem ſalu-
tis, nec perniciem propiorem umquam ciuitati ulli fuiſſe. ſi enim uno animo omnes uel ad
C Romanos, uel ad Carthaginienſes inclinent, nullius ciuitatis ſtatum fortunatiorem, gra-
tioremue fore. ſi alius alio trahat res, non inter Poenos Romanoſq. bellum atrocius fore,
quam inter ipſos Syracuſanos: cum intra eoſdem muros pars unaquaeque ſuos exercitus,
ſua arma, ſuos habitura ſit duces. itaque ut idem omnes ſentiant, ſumma ui agendum eſſe.
utra ſocietas ſit utilior: longe minoris adeo rem momenti ad conſultationem eſſe. ſed ta-
men Hieronis potius, quam Hieronymi auctoritatem ſequendam in ſocijs legendis, uel
quinquaginta annis feliciter expertam amicitiam, nũc incognitae, quondam infideli, prae-
ferendam. Eſſe etiam momenti aliquid ad conſilium, quod Carthagnienſibus ita pax ne-
gari poſſit, ut non utique in praeſentia bellum cum eis geratur: cum Romanis extemplo
aut pacem aut bellum habendum. Quo minus cupiditatis ac ſtudij uiſa eſt oratio habere,
eo plus auctoritatis habuit. Adiectum eſt praetoribus ac delectis ſenatorum militare et-
D iam conſilium, iuſſi & duces ordinum praefectiq. auxiliorum ſimul conſulere. Cum ſaepe
acta res eſſet medijs certaminibus: poſtremo, quia belli cum Romanis gerendi ratio nul-
la apparebat, pacem fieri placuit, mittiq. cum eis legatos ad rem confirmandam. Dies
haud ita multi interceſſerant, cum ex Leontinis legati praeſidium finibus ſuis orantes ue-
nerunt. Legatio peropportuna uiſa ad multitudinem inconditam ac tumultuoſam exone-
randam, duceſq. eius ablegandos. Hippocrates praetor ducere eo transfugas iuſſus. ſecuti
multi ex auxilijs mercenarijs quattuor millia armatorum effecerunt. Et mittẽtibus & miſ-
ſis ea laeta expeditio fuit. nam & illis, quod iamdiu cupiebant, nouandi res occaſio data
eſt: & hi ſentinam quandam urbis rati exhauſtam, laetabantur, ceterum leuauerunt modo
in praeſentia uelut corpus aegrum, quo mox in grauiorem morbũ recideret. Hippocrates
enim finitima prouinciae Romanae primo furtiuis excurſionibus uaſtare coepit: deinde
E cum ad tuendos ſociorum agros miſſum ab Appio praeſidium eſſet, omnibus copijs impe-
tum in oppoſitam ſtationem cum caede multorum fecit. Quae cum eſſent nunciata Mar-
cello, legatos extemplo Syracuſas miſit, qui pacis fidem ruptam eſſe dicerent: nec belli
defuturam umquam cauſſam, niſi Hippocrates atque Epicides non ab Syracuſis modo,
ſed tota procul Sicilia ablegarentur. Epicides, ne aut reus criminis abſentis fratris prae-
ſens eſſet, aut deeſſet pro parte ſua concitando bello: profectus & ipſe in Leontinos,
quia ſatis eos aduerſus populum Romanum concitatos cernebat: auertere etiam ab Sy-
racuſis coepit. Nam ita eos pacem pepigiſſe cum Romanis, ut quicumque populi ſub regi-
bus fuiſſent, ſuae ditionis eſſent: nec iam libertate contentos eſſe, niſi etiam regnent, ac
dominentur. Renunciandum igitur eis eſſe, Leontinos quoque aequum cenſere liberos
eſſe:

eſſe: uel quod in ſolo urbis ſuae tyrannus ceciderit: uel quod ibi primum conclamatum F
ad libertatem, relictiſq. regijs ducibus, Syracuſas ſit concurſum. Itaque aut eximendum id de foedere eſſe, aut legem eam foederis nó accipiendam. Facile multitudini perſuaſum. legatiſq. Syracuſanorum & de caede ſtationis Romanae querentibus, & Hippocratem atque Epicidem abire, ſeu Locros, ſeu quo alio mallent, dummodo Sicilia cederent, iubentibus, ferociter reſponſum eſt. Neque mandaſſe ſeſe Syracuſanis, ut pacem pro ſe cum Romanis facerent, neque teneri alienis foederibus. Haec ad Romanos Syracuſani detulerunt, abnuentes Leontinos in ſua poteſtate eſſe. itaque integro ſecum foedere, bellū Romanos cum ijs geſturos, neque ſeſe defuturos ei bello: ita, ut in poteſtatē redacti, ſuae rurſus ditionis eſſet, ſicut pax conueniſſet. Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos, Appio quoque accito; ut altera parte aggrederetur, tanto ardore militum eſt uſus ob iram inter condiciones pacis interfectae ſtationis, ut primo impetu urbē expugnaret. G
Hippocrates atque Epicides, poſteaquam capi muros, refringiq. portas uiderunt, in arcem ſeſe cum paucis recepere. inde clam nocte Herbeſum perfugiunt. Syracuſanis octo millium armatorum agmine profectis domo, ad Mylam flumen nuncius occurrit, captam urbem eſſe, cetera falſa miſta ueris ferens, caedem promiſcuam militum atque opidanorum factam, nec quemquam puberem arbitrari ſupereſſe: direptam urbem, bona locupletum donata. Ad nuncium tam atrocem conſtitit agmen: concitatiſq. omnibus, duces, (erant autem Soſis ac Dinomenes) quid agerent, conſultabant. Erroris ſpeciem haud uanam mendacio praebuerant uerberati ac ſecuri percuſſi transfugae ad duo millia hominum. Ceterū Leontinorum militumq. aliorum nemo poſt captam urbem uiolatus fuerat: ſuaq. omnia eis, niſi quae primus tumultus captae urbis abſumpſerat, reſtituebantur. Nec ut in Leontinos irent, proditos ad caedem commilitones querentes, perpelli potuere: nec ut eodem H
loco certiorem nuncium exſpectarent. Cum ad defectionem inclinatos animos cernerent praetores; ſed eum motum haud diuturnum fore, ſi duces amentiae ſublati eſſent; exercitū ducunt Megaram. ipſi cum paucis equitibus Herbeſum proficiſcuntur, ſpe, territis omnibus, per proditionem urbis potiundae. quod ubi fruſtra eis fuit inceptum, ui agendum rati, poſtero die Megaris caſtra mouent, ut Herbeſum omnibus copijs oppugnarent. Hippocrates & Epicides non tam tutum prima ſpecie, quam unum, ſpe undique abſciſſa, conſilium eſſe rati, ut ſe militibus permitterent, & aſſuetis magna ex parte ſibi, & tum fama caedis commilitonum accenſis, obuiam agmini procedunt. Prima forte ſigna ſexcentorū Cretenſium erant, qui apud Hieronymum meruerant ſub eis, & Hannibalis beneficium habebant, capti ad Traſymenum inter Romana auxilia, dimiſſique. quos ubi ex ſignis armorumq. habitu cognouere Hippocrates atque Epicides, ramos oleae ac uelamenta alia ſupplicum porrigentes orare, ut reciperent ſeſe, receptoſq. tutarentur, neu proderent Syracuſanis, a quibus mox ipſi trucidandi P. R. dederentur. enimuero conclamant, bonum ut animum haberent, omnem ſe cum illis fortunam ſubituros. Inter hoc colloquium ſigna conſtiterant, tenebaturq. agmen: necdum, quae morae cauſſa foret, peruenerat ad duces. Poſtquam Hippocratem atque Epicidem adeſſe peruaſit rumor, fremituſque toto agmine haud dubie approbantium aduentum eorum, extemplo praetores citatis equis ad prima ſigna perrexerunt: qui mos ille, quae licentia Cretenſium eſſet, rogitantes, colloquia ſerendi cum hoſte, iniuſſuq. praetorum miſcendi eos agmini ſuo? comprehendi uinciriq. catenis iuſſerunt Hippocratem. ad quam uocem tantus extemplo primum a Cretenſibus clamor eſt ortus, deinde exceptus ab alijs, ut facile, ſi ultra tenderent, appareret, eis timendum eſſe. Solliciti incertique rerum ſuarum Megaram, unde profecti erant, referri ſigna iubent, nuncioſq. de ſtatu praeſenti Syracuſas mittunt. Fraudem quoque Hippocrates addit inclinatis ad omnem ſuſpicionem animis: & Cretenſium quibuſdam ad itinera inſidenda miſſis, uelut interceptas litteras, quas ipſe compoſuerat, recitat. Praetores Syracuſani Marcello [redacted] Secundum ſalutem, ut aſſolet, ſcriptum erat, Recte eum atque ordine feciſſe, quod in Leontinis nulli pepercifſet. ſed omnium mercenariorum militum eandem eſſe cauſſam: nec umquam Syracuſas quieturas, donec quidquam externorum auxiliorum aut in urbe aut in exercitu ſuo eſſet. itaque daret operam, ut eos qui cum ſuis praetoribus caſtra ad Megaram haberent, in ſuam poteſtatem redigeret, ac ſupplicio eorum liberaret tandem Syracuſas. Haec cum recitata eſſent, tāto clamore ad arma diſcurſum eſt,

A ſum eſt, ut praetores inter tumultum pauidi obequitauerint Syracuſas. et ne fuga quidem
eorum ſeditio compreſſa eſt, impetuſq. in Syracuſanos milites fiebat. nec ab ullo tempe-
ratum foret, ni Epicides atque Hippocrates irae multitudinis obuiam iſſent: non a miſeri
cordia, aut humano conſilio: ſed ne ſpem reditus praeciderent ſibi, &, cum ipſos ſimul mili
tes fidos haberét, ſimul obſides: tum cognatos quoque eorum, atque amicos tanto meri-
to primum, dein pignore ſibi cóciliarent, expertique, quam uana aut leui aura mobile uul-
gus eſſet, militem nacti ex eo numero qui in Leontinis circumſeſſi erant, ſubornant, ut Sy-
racuſas perferret nuncium conuenientem eis, quae ad Mylam falſo nunciata erant: aucto-
remq. ſe exhibendo, ac uelut uiſa, quae dubia erant, narrando, concitaret iras hominum.
Huic non apud uulgum modo fides fuit, ſed ſenatum quoque in curiã introductus mouit,
ut uani quidam homines palam ferrent, perbene detectam in Leontinis eſſe auaritiam &
B crudelitatem Romanorum. eadem, ſi intraſſent Syracuſas, aut foediora etiã, quo maius ibi
auaritiae praemium eſſet, facturos fuiſſe. Itaque claudendas cuncti portas, & cuſtodiẽdam
urbem cenſere. ſed non ab eiſdem omnes timere, nec eoſdem odiſſe. apud militares paene
omnes, partemq. magnam plebis inuiſum eſſe nomen Romanum. praetores, optimatũq.
pauci quamquam inflati uano nuncio erant, tamen ad propius praeſentiuſq. malum cautio
res eſſe. Et iam ad Hexapylum erant Hippocrates atque Epicides: ferebanturque collo-
quia per propinquos popularium qui in exercitu erant, ut portas aperirent, finerentque
communem patriam defendi ab impetu Romanorum. Iam unis foribus Hexapyli a-
pertis coepti erant recipi, cum praetores interuenerunt. et primo imperio miniſque, de-
inde auctoritate deterrendo, poſtremo, ut omnia uana erant, obliti maieſtatis, precibus
agebant, ne proderent patriam tyranni ante ſatellitibus, & tum corruptoribus exercitus.
C Sed ſurdae adeo omnium aures concitatae multitudinis erant, quod non minore intus
ui, quam foris, portae effringerentur. effractiſq. omnibus tuto in Hexapylo agmen re-
ceptum eſt. Praetores in Achradinam cum iuuentute popularium confugiunt. merce-
narij milites, perfugaeque, & quidquid regiorum militum Syracuſis erat, agmen hoſtium
augent. ita Achradina quoque primo impetu capitur, praetoreſque, niſi qui inter tumul-
tum effugerunt, omnes interficiuntur. nox caedibus finem fecit. Poſtero die ſerui ad pi- i. ad libertatem
leum uocati; & carcere uincti, emiſſi. confuſaque omnis multitudo Hippocratem atque
Epicidem creant praetores: Syracuſaeque, cum breue tempus libertas affulſiſſet, in anti-
quam ſeruitutem reciderunt. Haec nunciata cum eſſent Romanis, ex Leontinis mota ſunt
extemplo caſtra ad Syracuſas. Et ab Appio legati per portum miſſi forte in quinqueremi
erant. praemiſſa quadriremis cum intraſſet fauces portus, capitur. legati aegre effugerunt.
D Et iam nõ modo pacis, ſed ne belli quidem iura relicta erant: cum Romanus exercitus ad
Olympicum (Iouis id templum eſt) mille & quingentis paſſibus ab urbe caſtra poſuit.
Inde quoque legatos praemitti placuit. quibus, ne intrarent urbem, extra portam Hippo-
crates atque Epicides obuiam cum ſuis proceſſerunt. Romanus orator non bellum ſe Sy-
racuſanis, ſed opem auxiliumq. afferre ait: & ijs qui ex media caede elapſi perfugerint ad
ſe, & eis qui metu oppreſſi, foediorem non exſilio ſolũ, ſed etiam morte ſeruitutem patian
tur. Nec caedem nefandam ſociorum inultam Romanos paſſuros. itaque ſi eis qui ad ſe per
fugerunt, tutus in patriam reditus pateret, ac caedis auctores dedantur, & libertas legeſque
Syracuſanis reſtituantur, nihil armis opus eſſe. ſi ea non fiant: quicumque in mora ſit, bel-
lo perſecuturos. Ad ea Epicides, ſi qua ad ſe mandata haberent, reſponſum eis ait ſe datu-
ros fuiſſe: cum in eorum, ad quos uenerint, manu res Syracuſana eſſet; tum reuerterẽtur.
E Si bello laceſſant, ipſa re intellecturos, nequaquam idem eſſe Syracuſas ac Leótinos oppu
gnare. Ita legatis relictis portas clauſit. Inde terra marique ſimul coeptae oppugna-
ri Syracuſae, terra ab Hexapylo, mari ab Achradina, cuius murus fluctu alluitur. et quia
ſicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant uaſtam diſiectamq. ſpa-
tio urbem parte aliqua ſe inuaſuros, omnem apparatum oppugnandarum urbium muris
admouerunt. Et habuiſſet tanto impetu coepta res fortunã, niſi unus homo Syracuſis ea
tempeſtate fuiſſet. Archimedes is erat, unicus ſpectator caeli, ſiderumque, mirabilior tã- Archimedes
men inuentor ac machinator bellicorum tormentorum, operumque: quibus ~~ea, quae~~ ho- quicquid
ſtes ingenti mole agerent, ipſe perleui momento ludificaretur. Murum per inaequales du-
ctum colles, pleraque alta & difficilia aditu, ſummiſſa quaedam, & quae planis uallibus adi

ri poſſent, ut cuique aptum uiſum eſt loco, ita omni genere tormentorum inſtruxit. Achradinae murum, qui, ut ante dictum eſt, mari alluitur, ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. ex ceteris nauibus ſagittarij funditoreſque, & uelites etiam, quorum telum inhabile ad remittendum imperitis eſt, uix quemquam ſine uulnere conſiſtere in muro patiebantur. Hi, quia ſpatio miſsilibus opus eſt, procul muro tenebãt naues. iunctae aliae binae ad quinqueremes, demptis interioribus remis, ut latus lateri applicaretur: cum exteriore ordine remorum uelut naues agerentur: turres contabulatas, machinamentaq. alia quatiendis muris portabant. Aduerſus hunc naualem apparatum, Archimedes uariae magnitudinis tormenta in muris diſpoſuit. in eas quae procul erant naues, ſaxa ingenti pondere emittebat: propiores leuioribus, eoq. magis crebris petebat telis. poſtremo, ut ſui uulnere intacti tela in hoſtem ingererent, murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cauis aperuit: per quae caua pars ſagittis, pars ſcorpionibus modicis ex occulto petebant hoſtem. Quae propius quidam ſubibant naues, quo interiores ictibus tormentorũ eſſent, in eas tollenone ſuper murum eminente, ferrea manu firmae catenae illigata, cum iniecta prorae eſſet, grauiq. libramento plumbi recelleret ad ſolum, ſuſpenſa prora nauim in puppim ſtatuebat. dein remiſſa ſubito, uelut ex muro cadentem nauim cum ingenti trepidatione nautarum ita undae affligebat, ut, etiam ſi recta recideret, aliquantum aquae acciperet. Ita maritima oppugnatio eſt eluſa; omniſq. uis eſt auerſa, ut totis uiribus terra aggrederentur. ſed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum inſtructa erat, Hieronis impenſis curaq. per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam adiuuabat loci: quod ſaxum, cui impoſita muri fundamenta ſunt, magna ex parte ita procliue eſt, ut non ſolum miſſa tormenta, ſed etiam quae pondere ſuo prouoluta eſſent, grauiter in hoſtem inciderent. eadem cauſſa ad ſubeundum arduum aditum inſtabilemq. ingreſſum praebebat. Ita conſilio habito, cum omnis conatus ludibrio eſſet, abſiſtere oppugnatione, atque obſidendo tantum arcere terra, mariq commeatibus hoſtem placuit. Interim Marcellus cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quae in motu rerum ad Carthaginienſes defecerant, Pelorum atque Herbeſum dedentibus ipſis recepit. Megaram ui captam diruit ac diripuit, ad reliquorum, ac maxime Syracuſanorum, terrorem. Per idem fere tempus & Himilco, qui ad Pachyni promontorium claſſem diu tenuerat, ad Heracleam, quam uocant Minoam, quinque & uiginti millia peditum, tria equitum, XII elephantos expoſuit. Nequaquam cum tantis copijs ante tenuerat ad Pachynum claſſem: ſed poſtquam ab Hippocrate occupatae Syracuſae erãt, profectus Carthaginem, adiutique ibi & ab legatis Hippocratis, alteriſque Hannibalis, qui uenisſe tempus aiebant Siciliae per ſummum decus repetendae: & ipſe haud uanus praeſens monitor facile perpulerat, ut, quantae maximae poſſent, peditum equitũque copiae in Siciliam tranſijcerentur. Adueniens Heracleam, intra paucos dies inde Agragantum recipit: aliarumque ciuitatum, quae partis Carthaginienſium erant, adeo accenſae ſunt ſpes ad pellendos Sicilia Romanos, ut poſtremo etiam qui obſidebantur Syracuſis, animos ſuſtulerint. & parte copiarum ſatis defendi urbem poſſe rati, ita inter ſe munera belli partiti ſunt: ut Epicides praeeſſet cuſtodiae urbis; Hippocrates Himilconi coniunctus, bellum aduerſus conſulem Romanum gereret. Cum decem millibus peditum, quingentis equitibus nocte per intermiſſa cuſtodijs loca profectus, caſtra circa Acrillas urbem ponebat. Munientibus ſuperuenit Marcellus, ab Agraganto iam occupato, cum fruſtra eo, praeuenire hoſtem feſtinans, tetendiſſet; rediens, nihil minus ratus, quam illo tempore ac loco Syracuſanum ſibi exercitum obuiam fore. ſed tamen metu Himilconis Poenorumque, ut quibus nequaquam eis copiis quas habebat, par eſſet, quam poterat maxime intentus, atque agmine ad omnes caſus compoſito ibat. Forte ea cura, quae erat aduerſus Poenos praeparata, aduerſus Siculos uſui fuit. Caſtris ponendis incõpoſitos ac diſperſos nactus eos, & pleroſque inermes, quod peditum fuit, circumuenit. eques leui certamine inito, cum Hippocrate Acras perfugit. Ea pugna deficientes ab Romanis cum cohibuiſſet Siculos, Marcellus Syracuſas redijt: & poſt paucos dies Himilco adiuncto Hippocrate ad flumen Anatim, octo ferme inde millia caſtra poſuit. Sub idem fere tempus & naues longae quinque & quinquaginta Carthaginienſium cum Bomilcare, claſſis praefecto, in magnum portum Syracuſas ex alto decurrere: & Romana item claſſis, XXX quinqueremes legionem primam Panhormi

A mil expoſuete: uerſumq. ab Italia bellum. adeo uterque populus in Siciliam intentus fuiſ-
ſe uideri poterat. Legionem Romanam, quae expoſita Panormi erat, uenientem Syracuſas
praedae haud dubie ſibi futuram, Himilco ratus, uia decipitur. mediterraneo namque Poe
nus itinere duxit: legio maritimis locis claſſe proſequente ad Ap. Claudium Pachynum
cum parte copiarum obuium progreſſum, peruenit. Nec diutius Poeni Syracuſis morati
ſunt. & Bomilcar ſimul parum fidens nauibus ſuis, duplici facile numero claſſe aduentan-
tibus Romanis, ſimul inutili mora cernens nihil aliud ab ſuis, quam inopia aggrauari ſo-
cios, uelis in altum datis, in Africam tranſmiſit. & Himilco ſecutus nequidquam Marcel-
lum Syracuſas, ſi qua prius, quam maioribus copijs iungeretur, occaſio pugnandi eſſet;
poſtquam ea nulla cõtigerat, tutumq. ad Syracuſas & munimento & uiribus hoſtem cerne-
bat: ne fruſtra aſſidendo, ſpectandoq. obſidionem ſociorum, tempus tereret, caſtra inde
B mouit: ut quocũque uocaſſet defectionis ab Romanis ſpes, admoueret exercitum: ac prae
ſens ſuas res fouentibus adderet animos. Murgantiam primum, prodito ab ipſis praeſidio
Romano, recepit: ubi frumenti magna uis, commeatuſq. omnis generis conuecti erant a
Romanis. Ad hanc defectionem erecti ſunt & aliarum ciuitatum animi: praeſidiaq. Roma
na aut pellebantur arcibus, aut prodita per fraudem opprimebantur. Enna in excelſo loco
ac praerupto undique ſita, cum loco inexpugnabilis erat, tum praeſidium in arce ualidum,
praefectumq. praeſidij haud ſane opportunum inſidiantibus habebat. L. Pinarius erat, uir
acer, & qui plus in eo, ne poſſet decipi, quam in fide Siculorum, reponeret. & tum in-
tenderant eum ad cauendum omni cura tot auditae proditiones defectioneſque urbium
& clades praeſidiorum. itaque nocte dieq. iuxta parata inſtructaq. omnia cuſtodijs ac
uigilijs erant: nec ab armis aut loco ſuo miles abſcedebat. Quod ubi Ennenſium
C principes iam pacti cum Himilcone de proditione praeſidij, animaduerterunt, nulli oc-
caſioni fraudis Romanum patere, aperte ac propalam placuerat agendum. Vrbem
arcemque ſuae poteſtatis aiunt debere eſſe. ſi liberi in ſocietatem, non ſerui in cuſto-
diam traditi eſſent Romanis. itaque claues portarum reddi ſibi, aequum cenſent. bonis
ſocijs fidem ſuam maximum uinculum eſſe. & ita ſibi populum Romanum ſenatumque
gratias habiturum, ſi uolentes, ac non coacti, manſiſſent in amicitia. Ad ea Romanus, ſe
in praeſidio impoſitum eſſe dicere ab imperatore ſuo: clauesque portarum, & cuſtodiam
arcis ab eo accepiſſe, quae nec ſuo, nec Ennenſium arbitrio haberet, ſed eius qui com-
miſiſſet. praeſidio decedere, apud Romanos capitale eſſe: & nec liberorum etiam ſuo-
rum eam parentes ſanxiſſe. conſulem Marcellum haud procul eſſe: ad eum mitterent
legatos, cuius iuris atque arbitrij eſſet. Se uero negare illi miſſuros: teſtarique, ſi uer-
D bis nihil agerent, uindictam aliquam libertatis ſuae quaeſituros. Tum Pinarius ait illis,
ſi ad conſulem grauarentur mittere, ſibi ſaltem darent populi conſilium: ut ſciretur,
utrum paucorum ea denunciata, an uniuerſae ciuitatis eſſent. Conſenſu in poſterum
diem concio edicitur. Poſtquam ab eo colloquio in arcem ſeſe recepit, conuocatis mi-
litibus, Credo ego uos audiſſe milites, inquit, quemadmodum praeſidia Romana ab Sicu-
lis circumuenta & oppreſſa ſint per hos dies. eam uos fraudem, deum primo benignitate,
dein ueſtra ipſi uirtute, dies nocteſq. perſtando ac peruigilando in armis, uitaſtis. utinam
reliquum tempus nec patiendo infanda, nec faciendo, trãſduci poſſit. Haec, occulta frau-
de, cautiq eſt: qua, quia adhuc minus cuiquam ſucceſſit, aperte ac propalam claues porta-
rum repoſcunt. quas ſimul tradiderimus, Carthaginienſium extemplo Enna erit: foe-
diuſq. hic trucidabimur, quam Murgantiae praeſidium interfectum eſt. Noctem unam
E aegre ad conſultandum ſumpſi, qua uos certiores periculi inſtantis facerem. Orta luce
concionem habituri ſunt ad criminandum me, concitandumq. in uos populum. itaque
craſtino die, aut ueſtro, aut Ennenſium ſanguine Enna inundabitur. nec praeoccupati,
populij: nec occupantes, periculi quidquam habebitis. qui prior ſtrinxerit ferrum,
eius uictoria erit. intenti ergo omnes armatiq. ſignum exſpectabitis. ego in concione
ero: & tempus quoad omnia inſtructa ſint, loquendo altercandoq. traham. cum toga ſi-
gnum dedero, tum mihi undique clamore ſublato turbam inuadite, ac ſternite omnia fer-
ro: & cauete, quiſquam ex ijs ſuperſit, a quibus aut uis aut fraus timeri poſsit. Vos Ceres
mater ac Proſerpina precor, ceteri ſuperi inferiq. dij, qui hanc urbem, hos ſacratos la-
cus lucoſq. colitis, ut ita nobis uolẽtes propitij adſitis, ſi uitãdae, nõ inferẽdae fraudis cauſ-

ſa hoc conſilij capimus. Pluribus uos milites hortarer, ſi cum armatis dimicatio futura eſ- F
ſet. inermes, incautos ad ſatietatem trucidabitis. Et conſulis caſtra in propinquo ſunt; ne
quid ab Himilcone & Carthaginienſibus timeri poſſit. Ab hac adhortatione dimiſſi, corpo
ra curant. Poſtero die alij alijs locis ad obſidenda itinera, claudendoſq. opidanis exitus,
pars maxima ſuper theatrum, circaq. aſſueti & ante ſpectaculis concionum, cóſiſtunt. Pro-
ductus ad populum a magiſtratibus praefectus Romanus, cum conſulis ea de re ius ac po-
teſtatem eſſe, non ſuam, & pleraque eadem, quae pridie, prius dixiſſet; primo ſenſim ac plu
res reddere claues, dein iam una uoce id omnes iuberent, cunctantiq. ac differenti fero-
citer minitarentur, nec uiderentur ultra uim ultimam dilaturi: tum praefectus toga ſignũ,
ut conuenerat, dedit. militeſq. intenti dudum ac parati, alij ſuperne in aduerſam concio-
nem clamore ſublato decurrunt: alij ad exitus theatri conferti obſiſtunt. Caeduntur En-
nenſes cauea incluſi: coaceruanturq. non caede ſolum, ſed etiam fuga, cum alij ſuper a- G
liorum capita ruerent, atque integri ſaucijs, uiui mortuis incidentes cumularentur. Inde
paſſim diſcurritur, & urbis captae modo fugaq. & caedes omnia tenent, nihilo remiſſiore
militum ira, quod iure turbam inermem caedebãt, quam ſi periculum par & ardor certami-
nis eos irritaret. Ita Enna malo, at neceſſario facinore retenta. Marcellus nec factum
improbauit, & praedam Ennenſium militibus conceſſit, ratus timore deterritos tempera-
turos proditionibus praeſidiorum Siculos. Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia ſitae,
claraeq. uel ob inſignem munimento naturali locum, uel ob ſacrata omnia ueſtigijs raptae
quondam Proſerpinae, prope uno die omnem Siciliam peruaſit. & quia caede infanda re-
bantur non hominum tantum, ſed etiam deorum ſedem uiolatam eſſe: tum uero qui etiam
ante dubij fuerant, defecere ad Poenos. Hippocrates inde Murgantiam, Himilco Agri-
gentum ſeſe recepit, cum acciti a proditoribus nequidquam ad Ennam exercitum admo- H
uiſſent. Marcellus retro in Leontinos redit; frumentoq. & commeatibus alijs in caſtra
conuectis, praeſidio modico ibi relicto, ad Syracuſas obſidendas uenit. inde, Ap. Claudio
Romam ad conſulatum petendum miſſo, T. Quinctium Criſpinum in eius locum claſſi
caſtriſq. praefecit ueteribus, ipſe hibernacula quinque millia paſſuum ab Hexapylo (Leon
tiam uocant locum) communijt, aedificauitque. Haec in Sicilia uſque ad principium hie-
mis geſta. Eadem aeſtate & cum Philippo rege, quod iam ante ſuſpectum fuerat, motum
bellum eſt. Legati ab Orico ad M. Valerium praetorem uenerũt, praeſidentem claſſi, Brun
diſio, Calabriaeq. circa litoribus, nunciantes Philippum primum Apolloniam tentaſſe,
leuibus biremibus C X X. flumine aduerſo ſubuectum: deinde, ut ea res tardior ſpe fue-
rit, ad Oricum clam nocte exercitum admouiſſe: eamque urbem ſitam in plano, neque
moenibus, neque uiris, neque armis ualidam, primo impetu oppreſſam eſſe. Haec nuncian I
tes, orabant ut opem ferret, hoſtemq. haud dubium Romanis, terra aut maritimis uiri-
bus arceret, qui ob nullam aliam cauſſam, niſi quod imminerent Italiae, peterentur. M.
Valerius, praeſidio loci eius relicto P. Valerio legato, cum claſſe inſtructa parataque, &
quot longae naues militum capere non poterant, in onerarias impoſitis, altera die Ori-
cum peruenit: urbemq. eam leui tenente praeſidio, quod recedens inde reliquerat Philip-
pus, haud magno certamine recepit. Legati eo ab Apollonia uenerunt nunciantes, in obſi-
dione ſeſe, quod deficere ab Romanis nollent, eſſe: neque ſuſtinere ultra uim Macedo-
num poſſe, niſi praeſidium mittatur Romanum. Facturum ſe quae uellent pollicitus, mille
delectorum militum nauibus longis mittit ad oſtium fluminis cum praefecto ſocium Nae
uio Criſpo, uiro impigro, & perito militiae. Is, expoſitis in terram militibus, nauibuſq. Ori-
cum retro, unde uenerat, ad ceteram claſſem remiſsis, milites procul a flumine per uiã mi- K
nime ab regijs obſeſſam duxit: & nocte, ita ut nemo hoſtium ſentiret, urbem eſt ingreſſus.
Die inſequenti quieuere, dum praefectus iuuentutem Apolloniatum, armaque, & urbis
uires inſpiceret. ubi ea uiſa inſpectaque ſatis animorum fecere, ſimulq. ab exploratori-
bus comperit, quanta ſecordia ac negligentia apud hoſtes eſſet: ſilentio noctis ab urbe
ſine ullo tumultu egreſſus, caſtra hoſtium adeo neglecta atque aperta intrauit, ut ſatis
conſtaret, prius plus mille hominum uallum intraſſe, quam quiſquam ſentiret: ac ſi caede
abſtinuiſſent, peruenire ad tabernaculum regium potuiſſe. Caedes proximorum por-
tae excitauit hoſtes. inde tantus terror pauorq. omnes occupauit, ut non modo alius quiſ-
quam arma caperet, aut caſtris pellere hoſtem conaretur: ſed etiam ipſe rex, ſicut ſomno
excitus

A excitus erat, prope ſeminudus fugiens, militi quoque, nedum regi, uix decoro habitu, ad flumen naueſq. perfugerit. eodem & alia turba effuſa eſt. Paullo minùs tria millia militum in caſtris aut capta, aut occiſa: plus tamen hoſtium aliquanto captum, quam caeſum eſt. Caſtris direptis, Apolloniatae catapultas, baliſtas, tormentaq. alia, quae oppugnandae urbi comparata erant, ad tuenda moenia, ſi quando ſimilis fortuna ueniſſet, Apolloniam deuexere. cetera omnis praeda caſtrorum Romanis conceſſa eſt. Haec cum Oricum eſſent nunciata, M. Valerius claſſem extemplo ad oſtium fluminis duxit, ne nauibus capeſſere fugam rex poſſet. itaque Philippus neque terreſtri neque nauali certamine ſatis fore parem ſe fidens, ſubductis aut incenſis nauibus, terra Macedoniam petijt, magna ex parte inermi exercitu, ſpoliatoque. Romana claſſis cum M. Valerio Orici hibernauit. Eodem anno in Hiſpania uariae res geſtae. nam prius quam Romani amnem Iberum tranſirent, B ingentes copias Hiſpanorum Mago & Haſdrubal fuderunt. defeciſſetq. ab Romanis ulterior Hiſpania, ni P. Cornelius, raptim tranſducto exercitu Iberum, dubijs ſociorum animis in tẽpore aduenniſſet. Primo ad caſtrum Altum (locus eſt inſignis caede magni Hamilcaris) caſtra Romani habuere. Arx erat munita, & conuexerant ante frumentum. tamen quia omnia circa hoſtium plena erant, agmenque Romanum impune incurſatum ab equitibus hoſtium fuerat, & ad duo millia aut moratorum, aut palantium per agros interfecta: ceſſere inde Romani per prius pacata loca, & ad montem Victoriae caſtra communiuere. Eo Cn. Scipio cum omnibus copijs, & Haſdrubal, Giſgonis filius, tertius Carthaginienſium dux, cum exercitu iuſto aduenit: contraq. caſtra Romana trans fluuium omnes conſedere. P. Scipio cum expeditis clam profectus ad loca circa uiſenda, haud fefellit hoſtes: oppreſſiſſentq. eum in patentibus campis, ni tumulum in propinquo cepiſſet. ibi quoque C circumſeſſus, aduentu fratris obſidione eximitur. Caſtulo urbs Hiſpaniae ualida ac nobilis, & adeo coniuncta ſocietate Poenis, ut uxor inde Hannibali eſſet, ad Romanos defecit. Carthaginienſes Illiturgi oppugnare adorti, quia praeſidium ibi Romanum erat, uidebanturq. inopia eum locum maxime expugnaturi. Cn. Scipio, ut ſocijs praeſidioq. ferret opem, cum legione expedita profectus inter bina caſtra cum magna caede hoſtium urbem eſt ingreſſus. & poſtero die eruptione aeque felici pugnauit. ſupra duodecim millia hominum caeſa duobus proelijs: plus decem millia capta, cum ſex & triginta militaribus ſignis. ita ab Illiturgi receſſum eſt obſidione. Bigerra inde urbs (ſocia & haec Romanorum erat) a Carthaginienſibus oppugnari coepta eſt. Eam obſidionem ſine certamine adueniens Cn. Scipio ſoluit. Ad Mundam exinde caſtra Punica mota. Et Romani eo confeſtim ſecuti ſunt. Ibi ſignis collatis pugnatum per quattuor ferme horas. egregieq. uincentibus Romanis D ſignum receptui eſt datum, quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat: pauorq. circa eum ceperat milites, ne mortiferum eſſet uulnus. Ceterum haud dubium fuit, quin, niſi ea mora interueniſſet, caſtra eo die Punica capi potuerint. iam enim non milites ſolum, ſed elephanti etiam uſque ad uallum acti erant: ſuperq. ipſo nouem & triginta elephanti pilis confixi. Hoc quoque proelio ad duodecim millia hominũ dicuntur caeſa: prope tria millia capta, cum ſignis militaribus ſeptem & quinquaginta. Ad Aurigen inde urbem Poeni receſſere. & ut territis inſtaret, ſecutus Romanus. Ibi iterum Scipio lecticula in aciem illatus conflixit. nec dubia uictoria fuit: minus tamen dimidio hoſtium, quam antea, quia pauciores ſuperfuerant qui pugnarent, occiſum. Sed gens nata inſtaurandis reparandiſq. bellis, Magone ad conquiſitionem militum fratre miſſo, breui repleuit exercitum: animoſq. ad tentandum deintegro certamen fecit. alij plerique milites, ſicut pro E parte toties intra paucos dies uicta, eiſdem animis, quibus prius, eodemq. euentu pugnauere. plus octo millia hominum caeſa: haud multo minus quam mille capta: & ſigna militaria LIX & ſpolia plurima Gallica fuere: anuli aurei, torques, armillaeq. magnus numerus. duo etiam inſignes reguli Gallorum (Moenicapto & Ciuiſmaro nomina erant) eo proelio ceciderunt. octo elephanti capti, tres occiſi. Cum iam res proſperae in Hiſpania eſſent, uerecundia Romanos tandem cepit, Saguntum opidum, quod cauſſa belli eſſet, quinctum iam annum ſub hoſtium poteſtate eſſe. itaque id opidum, ui pulſo praeſidio Punico, receperunt: cultoribuſq. antiquis, quos uis reliquerat belli, reſtituerunt. & Turdetanos, qui contraxerant eis cum Carthaginienſibus bellum, in poteſtatem redactos ſub corona uendiderunt, urbemq. eorum deleuere. Haec in Hiſpania, Q. Fabio, M. Claudio

conſulibus, geſta. Romae cum tribuni plebis noui magiſtratum iniſſent, extemplo cenſo- F
ribus P. Furio & M. Atilio a L. Metello tribuno plebis dies dicta ad populum eſt. quaeſto-
rem eum proximo anno adempto equo tribu mouerant, atque aerarium fecerant, propter
coniurationem deſerendae Italiae ad Cannas factam. ſed nouem tribunorũ auxilio ueti-
ti cauſſam in magiſtratu dicere, dimiſſiq. fuerant. Ne luſtrum perficerent, mors prohibuit
P. Furij. M. Atilius magiſtratu ſe abdicauit. Cõſularia comitia habita a Q. Fabio Maximo
cõſule. creati cõſules ambo abſentes, Q. Fabius Maximus, conſulis filius, & Ti. Sempronius
Gracchus iterũ. Praetores fiũt M. Atilius, & qui tũ aediles curules erant, P. Sempronius Tu-
ditanus, & Cn. Fuluius Centumalus, & M. Aemilius Lepidus. Ludos ſcenicos per quat-
riduum eo anno primum factos ab curulibus aedilibus, memoriae proditur. Aedilis Tu-
ditanus hic erat, qui ad Cannas, pauore alijs in tanta clade torpentibus, per medios ho-
ſtes erupit. Comitijs perfectis ab Q. Fabio conſule deſignati conſules Romam accerſiti G
AN. 537. magiſtratum inierunt: ſenatumque de bello ac prouincijs ſuis, praetorumque, & de exer-
citibus quibus quique praeeſſent, conſuluerunt. Itaque prouinciae atque exercitus diui-
ſi. Bellum undecumque cum Hannibale conſulibus mandatum, & exercitus unus, quem
ipſe Sempronius habuerat, alter, quem Fabius conſul. eae binae erant legiones. M. Aemi-
lius praetor cuius peregrina ſors erat, iuriſdictionem Atilio collegae, praetori urbano,
mandarat, ut Luceriam prouinciam haberet, legioneſq. duas, quibus Q. Fabius, qui tum
conſul erat, praetor praefuerat. praetori Sempronio prouincia Ariminum, Cn. Fuluio Sueſ-
ſula, cum binis item legionibus euenerunt, ut Fuluius urbanas legiones duceret, Tudita-
nus a M. Pomponio acciperet. Prorogata imperia prouinciaeque. M. Claudio Sicilia fi-
nibus eis, quibus regnum Hieronis fuiſſet, Lentulo propr. prouincia uetus: T. Otacilio
claſſis, exercitus nulli additi noui: M. Valerio Graecia Macedoniaque, cum legione & H
claſſe quam haberet: Q. Mucio cum uetere exercitu (duae autem legiones erant) Sardi-
nia: C. Terentio cum legione una cui iam diu praeerat, Picenum. Scribi praeterea duae
legiones urbanae iuſſae, & uiginti millia ſociorum. His ducibus, his copijs aduerſus mul-
ta ſimul aut mota aut ſuſpecta bella munierunt Romanum imperium. Conſules, duabus
urbanis legionibus ſcriptis, ſupplementoq. in alias lecto, prius quam ab urbe mouerent,
prodigia procurarunt, quae nunciata erant. Murus ac portae tactae: & Ariciae etiam Io-
uis aedes de caelo tacta fuerat. Et alia ludibria oculorum auriumque credita pro ueris.
nauium longarum ſpecies in flumine Tarracinae, quae nullae erant, uiſae. & in Iouis Vi-
cilini templo, quod in Coſſano agro eſt, arma concrepuiſſe: & flumen Amiterni cruen-
tum fluxiſſe. His procuratis ex decreto pontificum, profecti conſules, Sempronius in
Lucanos, in Apuliam Fabius. Pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra uenit. cum ob- I
uiam filius progrederetur, lictoreſq. uerecundia maieſtatis eius taciti anteirent non ſum-
mouentes patrem, praeter undecim faſces equo praeuectus ſenex, ut cõſul, animaduertere
proximum lictorem iuſſit: &, ut is deſcenderet ex equo, inclamauit: tum demum deſiliens,
Experiri, inquit, uolui fili, ſatin' ſcires conſulem te eſſe. In ea caſtra Caſſius Altinus
Arpinus clam nocte cum tribus ſeruis uenit, promittens, ſi ſibi praemium foret, ſe Arpos
proditurum eſſe. Cum eam rem ad conſilium retuliſſet Fabius, Altinus pro transfuga uer-
berandus, necanduſq. uideri, ancipitis animi, communis hoſtis: qui poſt Cannenſem cla-
dem, tamquam cum fortuna fidem ſtare oporteret, ad Hannibalem [illegible], traxiſſetq.
ad defectionem Arpos: tum, poſteaquam res Romana, contra ſpem uotaq. eius, uelut re-
ſurgeret, turpius uideatur nouam referre proditionem: ut proditio pro ſeptemuirali iudi-
cio eſſet, ſemperq. aliud ſentiret, infidus ſocius, uanus hoſtis, ad Faleriorum Pyrrhiue pro- K
ditorem, tertium transfugis documentum eſſet. Contra ea conſulis pater Fabius, tem-
porum oblitos homines in medio ardore belli, tamquam in pace libera de quoque arbi-
trari & agere aiebat: cum illud potius agendum, atque [illegible] cogitandum ſit, ſi quo modo
fieri poſſit, ne qui ſocij a populo Romano deſciſcant: [illegible]nt. documentum [illegible]
ducant ſtatui oportere, ſi quis reſipiſcat, & antiquam ſocietatem reſpiciat. quod ſi
abire ab Romanis liceat, redire ad eos non liceat, cui dubium eſſe, quin breui deſerta ab ſo-
cijs Romana res, foederibus Punicis omnia in Italia iuncta uiſura ſit? Se tamen non eum
eſſe, qui Altino fidei quidquam cenſeat habendam, ſed mediam [illegible]ſecuturum conſilij
uiam. neque eum pro hoſte, neque pro ſocio in praeſentia habitum, libera cuſtodia haud

procul

A procul a caſtris placere in aliqua fida ciuitate ſeruari per belli tempus. perpetrato bello,
tum conſultandum utrum defectio prior plus merita ſit poenae,an hic reditus ueniae. Fa-
bio aſſenſum eſt. catenisq. ligatus traditus & ipſe & comites: & auri ſatis magnum pódus,
quod ſecum tum attulerat, ei ſeruari iuſſum. Calibus eum interdiu ſolutum cuſtodes ſe-
quebātur,nocte clauſum aſſeruabant. Arpis domi primum deſiderari quaeriq. eſt coeptus:
dein fama per totam urbem uulgata, tumultum pro principe amiſſo fecit: metuq. rerum
nouarum, extemplo nuncij ad Hannibalem miſsi. Quibus nequaquam offenſus Poenus;
quia & ipſum,ut ambiguae fidei uirum, ſuſpectum iampridem habebat, & cauſſam nactus
erat tam ditis hominis bona poſſidendi,uendendique. ceterum ut irae magis,quam auari-
tiae,datum crederent homines, crudelitati quoque grauitatem addidit: coniugem eius
ac liberos in caſtra accitos, quaeſtione prius habita,primum de fuga,deinde quantum auri
B argentiq. domi relictum eſſet: ſatis cognitis omnibus,uiuos combuſſit. Fabius ab Sueſſula
profectus, Arpos primum inſtitit oppugnare. ubi cum mille fere paſſibus caſtra poſuiſ-
ſet,contéplatus ex propinquo ſitum urbis,moeniaque,quae pars tutiſſima moenibus erat,
qua maxime neglectam cuſtodia uidit, ea potiſſimum aggredi ſtatuit. Comparatis omni-
bus,quae ad urbes oppugnandas uſui ſunt,centurionū robora ex toto exercitu delegit,tri-
bunoſq. uiros fortes eis praefecit: & milites ſexcentos, quantum ſatis uiſum eſt,attribuit:
eoſque, ubi quartae uigiliae ſignum cecinitſet, ad eum locum ſcalas iuſſit ferre. Porta ibi
humilis & anguſta erat,uia infrequēti per deſertam partem urbis. eam portam ſcalis prius
tranſgreſſos, ad murum pergere, & ex interiore parte clauſtra refringere iubet: & tenen-
tes partem urbis cornu ſignum dare, ut ceterae copiae admouerentur; parata omnia atque
inſtructa ſeſe habiturum. Ea impigre facta; & quod impedimentum agentibus fore uide-
C batur, id maxime ad fallendum iuuit. Imber a nocte media coortus, cuſtodes uigileſque
dilapſos e ſtationibus ſuffugere in tecta coegit, ſonituq. primo largioris procellae,ſtrepi-
tum demolientium portam exaudiri prohibuit: lentior deinde aequaliorq. accidens auri-
bus, magnam partem hominum ſopiuit. Poſteaquam portam tenuerunt, cornicines in
uia paribus interuallis diſpoſitos canere iubent, ut conſulem excitent. Id ubi factum ex
compoſito eſt, ſigna efferri conſul iubet: ac paullo ante lucem per effractam portam ur-
bem ingreditur. Tum demum hoſtes excitati ſunt, iam & imbre conquieſcente, & pro-
pinqua luce. Praeſidium in urbe erat Hannibalis, quinque millia ferme armatorum: & ipſi
Arpini tria millia hominum armabant.eos primos Poeni,ne quid ab tergo fraudis eſſet,ho
ſti oppoſuerunt. Pugnatum primo in tenebris anguſtiſq. uijs eſt; cum Romani non uias
tātum, ſed tecta etiam proxima portae occupaſſent: ne peti ſuperne ac uulnerari poſſent.
D Cogniti inter ſe quidam Arpiniq. & Romani, atque inde colloquia coepta fieri: percun-
ctantibus Romanis,quid ſibi uellent Arpini? quam ob noxam Romanorum,quod ob me-
ritum Poenorum, pro alienigenis ac barbaris Italici aduerſus ueteres ſocios Romanos bel
lum gererent? & uectigalem ac ſtipendiariam Italiam Africae facerent? Arpinis purganti
bus, ignaros omnium ſe uenum a principibus datos, paene captos oppreſſoſq.a paucis eſ-
ſe.Initio orto plures cum pluribus colloqui. poſtremo praetor Arpinus ab ſuis ad cōſulem
deductus, fideq. data inter ſigna acieſque, Arpini repente pro Romanis aduerſus Cartha-
ginienſes arma uerterunt.Hiſpani quoque paullo minus mille homines,nihil praeterea cū
conſule pacti,quam ut ſine fraude Punicum emitteretur praeſidium, ad conſulem tranſtu-
lerunt ſigna.Carthaginienſibus portae patefactae,emiſſiq.cum fide incolumes ad Hāniba-
lem,Salapiam uenerunt. Arpi ſine clade ullius, praeterquam unius ueteris proditoris,no-
E ui perfugae,reſtituti Romanis. Hiſpanis duplicia cibaria dari iuſſa, operaq. eorum forti ac
fideli perſaepe reſpublica uſa eſt. Cum conſulum alter in Apulia, alter in Lucanis eſſet: e-
quites CXII nobiles Campani,per ſpeciem praedandi ex hoſtium agro,permiſſu magiſtra
tuum ab Capua profecti,ad caſtra Romana,quae ſuper Sueſſulam erant,uenerunt. ſtationi
militum,qui eſſent,dixerunt,colloqui ſe cum praetore uelle. Cn. Fuluius caſtris praeerat.
cui ubi nunciatum eſt, X ex eo numero iuſſis inermibus deduci ad ſe, ubi quae poſtularent
audiuit: (nihil autem aliud petebant,quam ut Capua recepta, bona ſibi reſtituerentur) in
fidem omnes accepti. Et ab altero praetore Sempronio Tuditano opidum Aternum
expugnatum. amplius ſeptem millia hominum capta, & aeris argentique ſignati ali-
quantum. Romae foedum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit.ſolo aequa-

ta omnia inter Salinas ac portam Carmentalem cum Aequimaelio Iugarioque uico, in F templis Fortunae ac matris Matutae & Spei extra portam, late uagatus ignis ſacra profanaque multa abſumpſit. Eodem anno P. & Cn. Cornelij, cum in Hiſpania res proſperae eſſent, multoſque & ueteres reciperent ſocios, & nouos adijcerent, in Africam quoque ſpem extenderunt. Syphax erat rex Numidarum, ſubito Carthaginienſibus hoſtis factus. ad eum centuriones tres legatos miſerunt, qui cum eo amicitiam ſocietatemq. facerent: & pollicerentur, ſi perſeueraret urgere bello Carthaginienſes, gratam eam rem fore ſenatui populoque Romano: & adnixuros, ut in tempore, & bene cumulatam gratiam referãt. Grata ea legatio barbaro fuit. collocutuſque cum legatis de ratione belli gerendi, ut ueterum militum uerba audiuit, quam multarum rerum ipſe ignarus eſſet, ex comparatione tam ordinatae diſciplinae animaduertit. Tum primum, ut pro bonis ac fidelibus ſocijs facerent, orauit, ut duo legationem referrent ad imperatores ſuos: unus apud ſeſe magi- G ſter rei militaris remaneret. rudem ad pedeſtria bella Numidarum gentem eſſe, equis tantum habilem. Ita iam inde a principijs gentis maiores ſuos bella geſſiſſe, ita ſe a pueris inſue[illegible]. ſed habere hoſtem pedeſtri fidentem Marte, cui ſe aequari robore uirium uelit. & ſibi pedites comparandos eſſe: & ad id multitudine hominum regnum abundare: ſed armandi ordinandique & inſtruendi eos, artem ignorare, omnis, uelut forte congregata, turba ſua inſcia ac temeraria eſſet. Facturos ſe in praeſentia quod uellet, legati reſpond[illegible], fide accepta, ut remitteret extemplo eum, ſi imperatores ſui non comprobaſſent factum. Q. Statorio nomen fuit, qui apud regem remanſit. Cum duobus Romanis relata Numidaſque legatos in Hiſpaniam miſit ad accipiendam fidem ab imperatoribus Romanis. ijſdem mandauit, ut protinus Numidas, qui intra portas ſeu praeſidia Carthaginienſium auxiliares eſſent, ad tranſitionem perlicerent. Et Statorius ex multa H iuuentute regi pedites conſcripſit: ordinatoſque proxime morem Romanum inſtruendo, & decurrendo ſigna ſequi, & ſeruare ordines docuit: & operi, alijſque inſtitutis militaribus ita aſſuefecit, ut breui rex non equiti magis fideret, quam pediti, collatiſque aequo campo ſignis, iuſto proelio Carthaginienſem hoſtem ſuperaret. Romanis quoque in Hiſpania legatorum regis aduentus magno emolumento fuit. namque ad famam eorum tranſitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri. Ita cum Syphace Romanis iũcta amicitia eſt. Quod ubi Carthaginienſes acceperunt, extemplo ad Galam in parte altera Numidiae (Maſſylia ea gens uocatur) regnantem, legatos mittunt. Filium Gala Maſſaniſam habebat, XVII annos natum, ceterum iuuenem ea indole, ut iam tum appareret, eius regnum opulentius, quam quod accepiſſet, facturum. Legati, quoniam Syphax ſe Romanis iunxiſſet, ut potentior ſocietate eorum aduerſus reges populoſque Africae I eſſet, docent, melius fore Galae quoque, Carthaginienſibus iungi quamprimum, antequam Syphax in Hiſpaniam, aut Romani in Africam tranſeant: opprimi Syphacem, nihildum praeter nomen ex foedere Romano habentem, poſſe. Facile perſuaſum Galae, filio depoſcente id bellum, ut exercitum mitteret. Qui Carthaginienſium legionibus coniunctis, magno proelio Syphacem deuicit. XXX millia eo proelio hominum caeſa dicuntur. Syphax cum paucis equitibus in Maurufios ex acie [illegible] (extremi prope Oceanum aduerſus Gades colunt) refugit: affluentibuſque ad famam eius undique barbaris, ingentes breui copias armauit: cum quibus antequam in Hiſpaniam anguſto diremptam freto tranſijceret, Maſſaniſa cum uictore exercitu aduenit. iſq. ibi cum Syphace, ingenti gloria, per ſe, ſine ullis Carthaginienſium opibus geſſit bellum. In Hiſpania nihil memorabile geſtum, praeterquam quod Celtiberum iuuentutem eadem mercede, quae K pacta cum Carthaginienſibus erat, imperatores Romani ad ſe perduxerunt: & nobiliſſimos Hiſpanos ſupra CCC inde in Italiam ad ſollicitandos populares, qui inter auxilia Hannibalis erant, miſerunt. Id modo eius anni in Hiſpania ad memoriam inſigne eſt, quod mercenarium militem in caſtris neminem, ante quam tum Celtiberos, Romani habuerunt.

A

EPITOME. LIBRI. XXV

P. Cornelius Scipio, poſtea Africanus, ante legitimos annos aedilis factus eſt. Hannibal urbem Tarentum praeter arcem, in quam praeſidium Romanorum fugerat, per Tarentinos iuuenes, qui ſe noctu uenatum ire ſimulauerant, cepit. Ludi Apollinares ex Martij carminibus, quibus Cannēſis clades praedicta fuerat, B *inſtituti ſunt. A Q. Fuluio, & Ap. Claudio conſulibus aduerſus Hannonem, Poenorū ducem, proſpere pugnatū eſt. Ti. Sempronius Gracchus proconſul ab hoſpite ſuo Lucano in inſidias deductus: a Magone interemptus eſt. Centenius Penula, qui centurio militauerat, cum petiſſet a ſenatu, ut ſibi exercitus daretur, pollicituſq. eſſet, ſi hoc impetraſſet, de Hannibale uictoriam: octo millibus acceptis militum dux factus, conflixit acie cum Hannibale, & cum exercitu caeſus eſt. Cn. Fuluius praetor male aduerſus Hannibalem pugnauit: in quo proelio hominum ſexdecim millia ceciderunt: ipſe cum equitibus ducentis effugit. Capua obſeſſa eſt a Q. Fuluio, & ab Ap. Claudio conſulibus. Claudius Marcellus Syracuſas expugnauit anno tertio: & ingentem ſe uirum geſſit. in eo tumultu urbis captae Archimedes intentus formis, quas in puluere deſcripſerat, interfectus eſt. P. & Cn. Scipiones in Hiſpania tot tantarumque rerum feliciter geſtarum triſtem exitum tulerunt, prope cum totis exercitibus caeſi anno octauo, quam in Hiſpaniam iuerant. amiſſaq. eius prouinciae poſſeſſio foret, niſi L. Marcij, equitis Romani, uirtute & induſtria contractis exercituum reliquijs, eiuſdem hortatu, bina caſtra hoſtium expugnata eſſent. ad triginta ſeptem millia caeſa, ad mille octingentos triginta capti, praeda ingens parta. dux Marcius appellatus eſt.*

C

LIBER. XXV

DVM haec in Africa atque in Hiſpania geruntur, Hannibal in agro Tarentino aeſtatem conſumpſit, ſpe per proditionem urbis Tarentinorum potiundae. ipſorum interim Salentinorum ignobiles urbes ad eum defecerunt. Eodem tempore in Bruttijs ex XII populis, qui anno priore ad Poenos deſciuerant, Conſentini & Terinaei in fidem populi R. redierunt. & plures rediſſent, ni L. Pomponius Veientanus, praefectus ſocium, proſperis aliquot populationibus in agro Bruttio iuſti ducis ſpeciem nactus, tumultuario exercitu coacto cum Hannone conflixiſſet. Magna ibi uis hominum, ſed incōditae turbae D agreſtium ſeruorumque, caeſa aut capta eſt: minimumq. iacturae fuit, quod praefectus inter ceteros eſt captus, & tum temerariae pugnae auctor, & ante publicanus, omnibus malis artibus & reip. & ſocietatibus infidus, damnoſuſque. Sempronius conſul in Lucanis multa proelia parua, haud ulla digna memoria fecit: & ignobilia opida Lucanorum aliquot expugnauit. Quo diutius trahebatur bellum, & uariabant ſecundae aduerſaeq. res non fortunam magis quam animos hominum: tanta religio, & ea magna ex parte externa ciuitatem inceſſit, ut aut homines aut dij repente alij uiderentur facti. nec iam in ſecreto modo atque intra parietes ac poſtes contemnebantur Romani ritus, ſed in publico etiam ac foro Capitolioq. mulierum turba erat, nec ſacrificantium, nec precantium deos patrio more. Sacrificuli ac uates ceperant hominum mentes, quorum numerū auxit ruſtica plebs, ex incultis diutino bello infeſtiſq. agris egeſtate & metu in urbem compulſa, & quaeſtus E ex alieno errore facilis, quem, uelut ex conceſſae artis uſu, exercebant. Primo ſecretae bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam & ad publicam querimoniā exceſſit res. Incuſati grauiter ab ſenatu aediles, triumuiriq. capitales, quod non prohiberent; cum ſummouere eam multitudinem e foro, ac diſiicere apparatus ſacrorum conati eſſent, haud procul abfuit, quin uiolarentur. Vbi potentius iam eſſe id malum apparuit, quam ut minores per magiſtratus ſedaretur: M. Atilio, praetori urbano, negotium ab ſenatu datum eſt, ut de his religionibus populum liberaret. Is & in concione ſenatuſconſultum recitauit, & edixit, ut quicumque libros uaticinos precationesue, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omnes litteraſq. ad ſe ante Kal. Apriles deferret: neu quis in publico ſacroue loco, nouo aut externo ritu ſacrificaret. Et aliquot publici ſacerdotes

dotes mortui eo anno ſunt: L. Cornelius Lentulus, pont. max. & C. Papirius C. F. Maſo pontifex, & P. Furius Philus augur, & C. Papirius L. F. Maſo, decemuir ſacrorum. In Lentuli locum M. Cornelius Cethegus, in Papirij Cn. Seruilius Caepio, pontifices ſuffecti ſunt. augur creatus L. Quinctius Flamininus, decemuir ſacrorum L. Cornelius Lentulus. Comitiorum conſularium iam appetebat tempus: ſed quia conſules a bello intentos auocare nõ placebat; Ti. Sempronius conſul comitiorum cauſſa dictatorem dixit C. Claudium Centhonem. ab eo magiſter equitum eſt dictus Q. Fuluius Flaccus. Dictator primo comitiali die creauit conſules Q. Fuluium Flaccum, magiſtrum equitum, & Ap. Claudium Pulchrum, cui Sicilia prouincia in praetura fuerat. Tum praetores creati Cn. Fuluius Flaccus, C. Claudius Nero, M. Iunius Silanus, P. Cornelius Sulla. Comitiis perfectis, dictator magiſtratu abijt. Aedilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio, cui poſt Africanus fuit cognomen. Huic petenti aedilitatem cum obſiſterent tribuni plebis, negantes, rationem eius habendam eſſe, quod nondum ad petendum legitima aetas eſſet: Si me, inquit, omnes Quirites aedilem facere uolunt, ſatis annorum habeo. Tanto inde fauore ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt, ut tribuni repente incepto deſtiterint. Aedilicia largitio haec fuit. Ludi Romani pro temporis illius copijs magnifice facti, & diem unum inſtaurati, & congij olei in uicos ſingulos dati. L. Villius Tappulus & M. Fundanius Fundulus, aediles plebeij, aliquot matronas apud populum probri accuſarunt: quaſdam ex eis damnatas in exſilium egerunt. Ludi plebeij per biduum inſtaurati: & Iouis epulum fuit ludorum cauſſa. Q. Fuluius Flaccus tertium, Ap. Claudius conſulatum ineunt. Et praetores prouincias ſortiti ſunt. P. Cornelius Sulla urbanam & peregrinam, quae duorum ante ſors fuerat: Cn. Fuluius Flaccus Apuliam, C. Claudius Nero Sueſſulam, M. Iunius Silanus Tuſcos. Conſulibus bellum cum Hannibale, & binae legiones decretae. alter a Q. Fabio, ſuperioris anni conſule, alter a Fuluio Centumalo acciperet. Praetorum, Fuluij Flacci, quae Luceriae ſub Aemilio Praetore; Neronis Claudij, quae in Piceno ſub C. Terentio fuiſſent, legiones eſſent. ſupplementum in eas quiſque ſcriberet ſibi. M. Iunio in Tuſcos legiones urbanae prioris anni datae. Ti. Sempronio Graccho & P. Sempronio Tuditano imperium prouinciaeq. Lucani & Gallia cum ſuis exercitibus prorogatae, item P. Lentulo, qua uetus prouincia in Sicilia eſſet, M. Marcello Syracuſae, & qua Hieronis regnum fuiſſet, T. Otacilio claſſis, Graecia M. Valerio, Sardinia Q. Mucio Scaeuolae, Hiſpaniae P. & Cn. Cornelijs. Ad ueteres exercitus duae urbanae legiones a conſulibus ſcriptae. ſummaque trium & uiginti legionum eo anno effecta eſt. Delectum conſulum M. Poſtumij Pyrgenſis cum magno prope motu rerum factum impedijt. Publicanus erat Poſtumius, qui multis annis parem fraude auaritiaq. neminem in ciuitate habuerat, praeter L. Pomponium Veientanũ, quem populantem temere agros in Lucanis, ductu Hannonis priore anno ceperant Carthaginienſes. Hi, quia publicum periculum erat a ui tempeſtatis in ijs, quae portarentur ad exercitus, & ementiti erant falſa naufragia, & ea ipſa, quae uera renunciauerant, fraude ipſorum facta erant, non caſu: in ueteres quaſſataſq. naues paucis & parui pretij rebus impoſitis, cum merſiſſent eas in alto, exceptis in praeparatas ſcaphas nautis, multiplices fuiſſe merces ementiebantur. Ea fraus indicata M. Atilio praetori priore anno fuerat, ac per eum ad ſenatum delata: nec tamen ullo ſenatuſconſulto notata: quia patres ordinem publicanorum in tali tempore offenſum nolebant. populus ſeuerior uindex fraudis erat: excitatiq. tandem duo tribuni plebis Sp. & L. Caruilij, cum rem inuiſam infamemque cernerent, ducentum millium aeris multam M. Poſtumio dixerunt. cuius certandae cum dies aduenisset, conciliumq. tam frequens plebis adeſſet, ut multitudinem area Capitolij uix caperet: perorata cauſſa, ſpes una uidebatur eſſe, ſi C. Seruilius Caſca, trib. pleb. qui propinquus cognatuſque Poſtumio erat, prius quam ad ſuffragium tribus uocarentur, interceſſiſſet. Teſtibus datis, tribuni populum ſummouerunt: ſitellaq. allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent. Interim publicani Caſcae inſtare, ut concilio diem eximeret. populus reclamare. & forte in cornu primus ſedebat Caſca, cui ſimul metus pudorq. animum uerſabat. Cum in eo parum praeſidij eſſet, turbandae rei cauſſa, publicani, per uacuũ ui ſummo occupato loco, in eos irruperunt, iurgantes ſimul cum populo tribuniſque. Nec procul dimicatione res erat, cum Fuluius conſul tribunis, Nonne uidetis, inquit, uos in ordinem coactos eſſe? &

rem

A rem ad ſeditionem ſpectare, ni propere dimittitis plebis concilium? plebe dimiſſa, ſenatus
uocatur: & conſules referunt de concilio plebis turbato ui atque audacia publicanorum.
M. Furium Camillum, cuius exſilium ruina urbis ſecuta fuerit, damnari ſe ab ingratis ciui-
bus paſſum eſſe: decemuiros ante eum, quorum legibus ad eam diem uiuerent: multos
poſtea principes ciuitatis iudicium de ſe populi paſſos. Poſtumium Pyrgenſem ſuffragium
populo per uim extorſiſſe, conſilium plebis ſuſtuliſſe, tribunos in ordinem coegiſſe, con-
tra populum Romanum aciem introduxiſſe, locum occupaſſe, ut tribunos a plebe interclu-
deret: tribus in ſuffragium uocari prohiberet, nihil aliud a caede ac dimicatione cõtinuiſſe
homines, niſi patiẽtiam magiſtratuum, quod ceſſerint in praeſentia furori atque audaciae
paucorum: uinciq. ſe ac populum Romanum paſſi ſint: & comitia, quae reus ui atque ar-
mis prohibiturus erat, ne cauſſa quaerentibus dimicationem daretur, uolũtate ipſius ſuſtu-
B lerint. Haec cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta eſſent, uimq. eam contra rem
publicam pernicioſo exemplo factam, ſenatus decerneret: confeſtim Caruilij tribuni ple-
bis, omiſſa multae certatione, rei capitalis diem Poſtumio dixerunt: ac, ni uades daret, pre-
hendi a uiatore, atque in carcerem duci iuſſerunt. Poſtumius, uadibus datis, non affuit.
Tribuni plebis plebem rogarunt, plebeſq. ſciuit, Si M. Poſtumius ante Kal. Maias non pro-
diſſet, citatuſq. eo die non reſpondiſſet, neque excuſatus eſſet, uideri eum in exſilio eſſe. bo-
naq. eius uenire, ipſi aqua & igni placere interdici. Singulis deinde eorum, qui turbae ac tu-
multus concitatores fuerant, rei capitalis diem dicere, ac uades poſcere coeperunt. primo
non dantes, deinde etiam eos qui dare poſſent, in carcerem conijciebant. cuius rei pericu-
lum uitantes plerique in exſilium abierunt. Hunc fraus publicanorum, deinde fraudẽ au-
dacia protegens, exitum habuit. Comitia inde pontifici maximo creando ſunt habita. Ea
C comitia nouus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit. Tres ingenti certamine petierũt;
Q. Fuluius Flaccus, conſul, qui & ante bis conſul & cenſor fuerat: & T. Manlius Torqua-
tus, & ipſe duobus conſulatibus & cenſura inſignis: & P. Licinius Craſſus, qui aedilitatem
curulem petiturus erat. Hic ſenes honoratoſq. iuuenis in eo certamine deuicit. Ante
hunc intra centum annos & uiginti, nemo, praeter P. Cornelium Scapulam, pontifex maxi-
mus creatus fuerat, qui ſella curuli non ſediſſet. Conſules cum aegre dilectum confice-
rent, quod inopia iuniorum nõ facile in utrumque, ut & nouae urbanae legiones, & ſupple-
mentum ueteribus ſcriberetur, ſufficiebat: ſenatus abſiſtere eos incepto uetuit: & trium-
uiros binos creari iuſſit, alteros qui citra, alteros qui ultra quinquageſimum lapidem in
plateis foriſq. & in conciliabulis omnem copiam ingenuorum inſpicerent: & ſi qui robo-
ris ſatis ad ferenda arma habere uiderentur, etiam ſi nondum militari aetate eſſent, milites
D facerent. tribuni plebis, ſi ijs uideretur, ad populum ferrent, ut qui minores ſeptem & de-
cem annis ſacramento dixiſſent, ijs perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & decem
annorum, aut maiores, milites facti eſſent. Ex hoc ſenatuſconſulto creati triumuiri bini
conquiſitionem ingenuorum per agros habuerunt. Eodem tempore ex Sicilia litterae M.
Marcelli de poſtulatis militum, qui cum P. Lentulo militabant, in ſenatu recitatae ſunt.
Cannenſis reliquiae cladis is exercitus erat, relegatus in Siciliam, ſicut ante dictum eſt, ne
ante Punici belli finem in Italiam reportaretur. Hi, permiſſu Lentuli, primores equitum
centurionumque, & robora ex legionibus peditum legatos in hiberna ad M. Marcellum
miſerunt. e quibus unus, poteſtate dicendi facta, conſulem, inquit, te M. Marcelle in Ita-
liam adiſſemus, cum primum de nobis, etſi non iniquum, certe triſte ſenatuſconſultum fa-
ctum eſt: niſi hoc ſperaſſemus, in prouinciam nos morte regum turbatam ad graue bellum
E aduerſus Siculos, ſimul Poenoſque mitti, & ſanguine noſtro uulneribuſque magiſtrati-
bus ſatisfacturos eſſe: ſicut patrum memoria, qui capti a Pyrrho ad Heracleam erant, ad-
uerſus Pyrrhum ipſum pugnantes ſatisfecerunt. quamquam quod ob meritum noſtrum
ſuccenſuiſtis patres conſcripti nobis, aut ſuccenſetis? Ambos mihi conſules, & uniuer-
ſum ſenatum intueri uideor, cum te M. Marcelle intueor: quem ſi ad Cannas conſulem ha-
buiſſemus, melior & reip. & noſtra fortuna eſſet. Sine, quaeſo, priuſquã de condicione no-
ſtra queror, noxam, cuius arguimur, nos purgare. Si non deum ira, nec fato, cuius lege im-
mobilis rerum humanarum ordo ſeritur, ſed culpa perijmus ad Cannas, cuius tandem ea
culpa fuit? militum? an imperatorum? Equidem miles nihil umquam dicam de imperato-
re eo, cui praeſertim gratias ſciam ab ſenatu actas, quod non deſperauerit de republica, cui

poſt

poſt fugam actam ſit per omnes annos prorogatum imperium. Ceteros item ex reliquijs F.
cladis eius, quos tribunos militum habuimus, honores petere & gerere, & prouincias ob-
tinere audiuimus. An uobis ueſtriſq. liberis ignoſcitis facile patres conſcripti? in haec ui-
lia capita ſaeuitis? & conſuli primoribuſq. alijs ciuitatis fugere, cum ſpes alia nulla eſſet,
turpe non fuit? milites utique morituros in aciem miſiſtis? Ad Aliam prope omnis exer-
citus fugit: ad Furcas Caudinas ne expertus quidem certamen, arma tradidit hoſti, ut alias
pudendas clades exercituum taceam: tamen tantum abfuit ab eo, ut ulla ignominia ijs
exercitibus quaereretur, ut & urbs Roma per eum exercitum, qui ab Alia Veios transfuge-
rat, recuperaretur: & Caudinae legiones, quae ſine armis redierant Romā, armatae remiſ-
ſae in Samnium, eundem illum hoſtem ſub iugum miſerint, qui hac ſua ignominia laetatus
fuerat. Cannenſem uero quiſquam exercitum fugae, aut pauoris inſimulare poteſt? ubi
plus quinquaginta millia hominum ceciderunt? unde conſul cum equitibus quinquagin- G
ta fugit? unde nemo ſupereſt, niſi quem hoſtis caedendo feſſus reliquit? Cum captiuis red-
emptio negabatur, nos uulgo homines laudabāt. quod reipublicae nos ſeruaſſemus: quod
ad conſulem Venuſiam rediſſemus, & ſpeciem iuſti exercitus feciſſemus. Nunc deteriore
condicione ſumus, quam apud patres noſtros fuerant captiui. quippe illis arma tantū atq.
ordo militandi, locuſq. in quo tenderent, in caſtris eſt mutatus. quae tamen ſemel nauata
reipublicae opera, & uno felici proelio recuperarunt. nemo eorum relegatus in exilium
eſt: nemini ſpes emerendi ſtipendia adempta. hoſtis denique eſt datus, cum quo dimican-
tes, aut uitam ſemel, aut ignominiam finirent. Nos, quibus, niſi quod commiſimus, ut quiſ-
quam ex Cannenſi pugna miles Romanus ſupereſſet, nihil obijci poteſt: nō ſolum a patria
procul Italiaque, ſed ab hoſte etiam relegati ſumus, ubi ſeneſcamus in exſilio, nequa ſpes,
nequa occaſio abolendae ignominiae, nequa placandae ciuium irae, nequa denique bene H
moriendi ſit. Neque ignominiae finē, nec uirtutis praemiū petimus: modo experiri animū
& uirtutem exercere liceat. laborem & periculum petimus: ut uirorum, ut militum offi-
cio fungamur. Bellum in Sicilia iam alterum annum ingenti dimicatione geritur. Vrbes
alias Poenus, alias Romanus expugnat. peditum & equitum acies concurrunt. ad Syracu-
ſas terra mariq. res geritur. clamorem pugnantium, crepitumq. armorum exaudimus re-
ſides ipſi ac ſegnes, tamquam nec manus nec arma habeamus. Seruorum legionibus Ti.
Sempronius conſul tóties iam cum hoſte ſignis collatis pugnauit. operaepretium habent,
libertatem, ciuitatemque. pro ſeruis ſaltem ad hoc bellum emptis nobis ſimul congredi
cum hoſte liceat, & oppugnando quaerere libertatem. Vis tu mari, uis terra, uis acie, uis
urbibus oppugnandis experiri uirtutem? Aſperrima quaeque ad laborem periculumq. de-
poſcimus, ut quod ad Cannas faciundum fuit, quamprimum fiat: quoniam quidquid po- I
ſtea uiximus, id omne deſtinatum ignominiae eſt. Sub haec dicta ad genua Marcelli procu-
buerunt. Marcellus id nec iuris nec poteſtatis ſuae eſſe dixit. ſenatui ſcripturum ſe, o-
mniaq. de ſententia patrum facturū eſſe. Hae litterae ad nouos conſules allatae, ac per eos
in ſenatu recitatae ſunt. conſultuſq. de his litteris ita decreuit ſenatus, Militibus qui ad Cā
nas commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent, ſenatui nihil uideri, rempublicam com-
mittendam eſſe. ſi M. Claudio proconſuli aliter uideretur, faceret quod e rep. fideque
ſua duceret, dum ne quis eorum munere uacaret, neu dono militari uirtutis ergo donare-
tur, neu in Italiam reportaretur, donec hoſtis intra Italiam eſſet. Comitia deinde a praeto-
re urbano de ſenatus ſententia, plebiſq. ſcito ſunt habita, quibus creati ſunt quinqueuirī
muris turribuſq. reficiendis: & triumuiri bini, uni ſacris conquirendis, doniſq. perſignan-
dis: alteri reficiendis aedibus Fortunae & matris Matutae intra portam Carmentalē, ſed K
& Spei extra portam, quae priore anno incendio conſumptae fuerant. Tempeſtates foedae
fuere. In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit. tacta de caelo multa: duae in
Capitolio aedes: uallum in caſtris multis locis ſupra Sueſſulam, & duo uigiles exanimati:
murus turreſq. quaedam Cumis non ictae modo fulminibus, ſed etiam decuſſae, Reate ſa-
xum ingens uiſum uolitare: ſol rubere ſolito magis, ſanguineoq. ſimilis. Horum prodigio-
rum cauſſa diem unum ſupplicatio fuit: & per aliquot dies conſules rebus diuinis operam
dederunt: & per eoſdem dies ſacrum nouendiale fuit. Cum Tarentinorum defectio iā diu
& in ſpe Hānibali, & in ſuſpicione Romanis eſſet, cauſſa forte extrinſecus maturādae eius
interuenit. Phileas Tarentinus diu iam per ſpeciē legationis Romae cum eſſet, uir inquieti
animi,

A animi,& minime otium (quo tum diutino ſeneſcere uidebatur) patientis, aditum ſibi ad ob
ſides Tarẽtinos inuenit. Cuſtodiebantur in atrio Libertatis minore cura: quia nec ipſis, nec
ciuitati eorum fallere Romanos expediebat. Hos crebris colloquijs ſollicitatos, corruptis
aedituis duobus, cum primis tenebris cuſtodia eduxiſſet, ipſe comes occulti itineris factus
profugit. Luce prima uulgata per urbem fuga eſt; miſſiq. qui ſequerentur, a Tarracina cõ-
prehenſos omnes retraxerunt. deducti in comitio, uirgiſque, approbante populo, caeſi, de
ſaxo deijciuntur. Huius atrocitas poenae, duarum nobiliſſimarum in Italia Graecarũ ciui-
tatum animos irritauit, tum publice, tum etiam ſingulos priuatim, ut quiſque tam foede in
teremptos aut propinquitate aut amicitia contingebat. Ex ijs tredecim fere nobiles iuue-
nes Tarentini coniurauerunt, quorũ princeps Nico & Philomenus erant. Hi prius, quam
aliquid mouerent, colloquendum cum Hannibale rati, nocte, per ſpeciem uenandi, urbe
B egreſſi ad eum proficiſcuntur. et cum haud procul caſtris abeſſent, ceteri ſilua prope uiam
ſeſe occuluerunt. Nico & Philomenus progreſſi ad ſtationes, comprehenſique, ultro
id petentes, ad Hannibalem deducti ſunt. Qui cum & cauſſas conſilij ſui, & quid pararẽt, ex
poſuiſſent: collaudati, oneratiq. promiſſis, iubentur, ut fidem popularibus facerent praedã
di cauſſa ſe urbe egreſſos: pecora Carthaginienſium, quae paſtum propulſa eſſent, ad urbẽ
agere. tuto ac ſine certamine id facturos, promiſſum eſt. Conſpecta ea praeda iuuenum eſt:
minuſq. iterum ac ſaepius id eos audere, miraculo fuit. cõgreſſi cum Hannibale rurſus, fide
ſanxerunt, liberos Tarentinos leges ſuaq. omnia habituros, neque ullum uectigal Poeno
penſuros, praeſidiumue inuitos recepturos: prodita praeſidia Carthaginiẽſium fore. Haec
ubi conuenerunt, tube uero Philomenus conſuetudinem nocte egrediundi, redeundiq. in
urbem, frequentiorem facere, (& erat uenandi ſtudio inſignis) caneſq. & alius apparatus ſe
C quebatur: captumq. ferme aliquid aut ab hoſte ex praeparato ablatum reportando, dona-
bat aut praefecto, aut cuſtodibus portarum. nocte maxime commeare propter metum ho-
ſtium credebant. Vbi iam eo conſuetudinis adducta res eſt, ut, quocumque noctis tẽpore ſi
bilo dediſſet ſignum, porta aperiretur: tempus agendae rei Hannibali uiſum eſt. Tridui uia
aberat. ubi, quo minus mirum eſſet uno eodemq. loco ſtatiua eum tamdiu habere, aegrum
ſimulabat. Romanis quoque, qui in praeſidio Tarenti erant, ſuſpecta eſſe iam ſegnis mora
eius deſierat. Ceterum poſteaquam Tarentum ire conſtituit, decem millibus peditum at-
que equitum, quos in expeditione uelocitate corporum ac leuitate armorum aptiſſimos
eſſe ratus eſt, electis, quarta uigilia noctis ſigna mouit: praemiſſiſq. octuaginta fere Numi
dis equitibus praecepit, ut diſcurrerẽt circũuias, perluſtrarentq. omnia oculis, ne quis agre
ſtium procul ſpectator agminis falleret, progreſſos retraherent, obuios occiderent, ut prae
D donum magis, quam exercitus, accolis ſpecies eſſet. ipſe raptim agmine acto, quindecim
ferme millium ſpatio caſtra ab Tarento poſuit. et ne ibi quidem nunciato quo pergerent,
tantum conuocatos milites monuit, uia omnes irent: nec diuerti quemquam, aut excede-
re ordinem agminis paterentur: & in primis intenti ad imperia accipiẽda eſſent, neu quid,
niſi ducum iuſſu, facerent. ſe in tempore editurum quae uellet agi. Eadem ferme hora Ta-
rentum fama peruenerat, Numidas equites paucos populari agros terroremq. late agre-
ſtibus inieciſſe. Ad quem nuncium nihil ultra motus praefectus Romanus, quam ut partẽ
equitum poſtero die luce prima iuberet exire ad arcendum populationibus hoſtem. inter-
ea adeo nihil obedienter curatum eſt, ut contra pro argumento fuerit illa procurſatio
Numidarum, Hannibalem exercitumq. caſtris non mouiſſe. Hannibal concubia nocte mo
uit. dux Philomenus erat cum ſolito captae uenationis onere. ceteri proditores ea, quae
E compoſita erant, exſpectabant. Conuenerat autem ut Philomenus portula aſſueta uenatio
nem inferens, armatos induceret, parte alia portam Temenida adiret Hannibal. Ea medi-
terranea regione orientem ſpectabat: aliquantũ intra moenia includitur. Cum portae ap-
propinquaret, editus ex compoſito ignis ab Hannibale refulſit. idem redditum ab Nicone
ſignum. exſtinctae deinde utrimque flãmae ſunt. Hannibal ſilentio ducebat ad portã. Nico
ex improuiſo ad portas ſopitos uigiles in cubilibus ſuis obtruncat, portamq. aperit. Hanni
bal cum peditum agmine ingreditur, equites ſubſiſtere iubet, ut, quo res poſtulet, occurre-
re libero campo poſſent. Et Philomenus portulae parte alia, qua commeare aſſuerat, appro
pinquabat. nota uox eius, & familiare iam ſignum cum excitaſſet uigilem, dicentis, uix ſuſ-
tinere grandis beſtiae onus, portula aperitur. inferentes aprum duos iuuenes ſecutus ipſe
cum

cum expedito uenatore, uigilem incautius, miraculo magnitudinis, in eos qui ferebant; F
uerſum uenabulo tranſijcit. ingreſſi deinde triginta fere armati ceteros uigiles obtruncãt,
refringuntq. portam maximam. & agmen ſub ſignis confeſtim irrupit. inde cum ſilentio
in forũ ducti, Hannibali ſe iunxerunt. Tum duo millia Gallorum Poenus in tres diuiſas par
tes per urbem dimittit. Tarentinos & Afros quammaxime frequentia occupare iubet, tu-
multu orto Romanos paſſim caedi, opidanis parci. ſed ut fieri id poſſet, praecipit iuueni-
bus Tarentinis, ut ubi quem ſuorum procul uidiſſent, quieſcere, & ſilere, ac bono animo
eſſe iuberent. Iam tumultus erat, clamorque, qualis eſſe in capta urbe ſolet: ſed quid rei
eſſet, nemo ſatis pro certo ſcire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere coor-
tos. Romanis ſeditio aliqua cum fraude uideri ab opidanis mota. Praefectus primo exci-
tatus tumultu in portum effugit: inde acceptus ſcapha in arcem confugit. Terrorem & tu
ba audita ex theatro faciebat. nam & Romana erat, a proditoribus ad hoc ipſum praepara- G
ta, & inſcienter a Graeco inflata. quis, aut quibus ſignum daret, incertum efficiebat.
Vbi illuxit, & Romanis Punica, & Gallica arma cognita, tum dubitationem exemerunt:
& Graeci Romanos paſſim caede ſtratos cernentes, ab Hannibale captam urbem ſenſerũt.
Poſtquam lux certior erat, & Romani, qui caedibus ſuperfuerant, in arcem confugerant,
conticeſcebatq. paullatim tumultus: tum Hannibal Tarentinos ſine armis cõuocare iubet.
Conuenere omnes, praeterquam qui cedentes in arcem Romanos ad omnem adeundam
ſimul fortunam perſecuti fuerant. Ibi Hannibal benigne allocutus Tarentinos, teſtatuſq.
ea, quae praeſtitiſſet ciuibus eorũ, quos ad Traſymenum aut ad Cannas cepiſſet: ſimul in
dominationem ſuperbam Romanorum inuectus, recipere ſe in domos ſuas quẽque iuſſit,
& foribus nomen ſuum inſcribere. ſe domos eas quae inſcriptae non eſſent, ſigno extẽplo
dato, diripi iuſſurũ. ſiquis in hoſpitio ciuis Romani (uacuas autem cernebat domos) no- H
men inſcripſiſſet, eum ſe pro hoſte habiturum. Concione dimiſſa, cum titulis notatae fores
diſcrimen pacatae ab hoſtili domo feciſſent: ſigno dato, ad eripienda hoſpitia Romana
paſſim diſcurſum eſt. et fuit praedae aliquantum. Poſtero die ad oppugnandam arcẽ ducit.
quam cum & mari, quo in paeninſulae modum pars maior circumluitur, praealtis rupibus,
& ab ipſa urbe muro & foſſa ingenti ſaeptam uideret, eoq. nec ui, nec operibus expugnabi-
lem eſſe, ne aut ſe ipſum cura tuendi Tarentinos, a maioribus rebus moraretur, aut in reli-
ctos ſine ualido praeſidio Tarentinos impetum ex arce cum uellent, Romani facerent: ual
lo urbem ab arce interſaepire ſtatuit, non ſine ulla etiam ſpe, cum prohibentibus opus Ro-
manis manum poſſe conſeri: &, ſi ferocius procurriſſent, magna caede ita attenuari prae
ſidij uires, ut facile per ſe ipſi Tarentini urbem ab ijs tueri poſſent. Vbi coeptum opus eſt,
patefacta repente porta, in munientes impetum fecerunt Romani. pelliq. ſe ſtatio paſſa I
eſt, quae pro opere erat, ut ſucceſſu creſceret audacia, pluresq. & longius pulſos perſeque-
rentur. Tum ſigno dato coorti undique Poeni ſunt, quos inſtructos ad hoc Hannibal tenue
rat. nec ſuſtinere impetum Romani, ſed ab effuſa fuga loci anguſtiae eos, impedimentaq.
alia opere iam coepto, alia apparatu operis, morabantur. plurimi in foſſam praecipitati, oc
ciſiq. ſunt plures in fuga, quam in pugna. Inde & opus, nullo prohibente, fieri coeptum. foſ-
ſa ingens ducta, & uallum intra eam erigitur: modicoq. poſt interuallo murum etiam eadẽ
regione addere parat: ut uel ſine praeſidio tueri ſe aduerſus Romanos poſſent. reliquit ta-
men modicum praeſidium, ut ſimul in faciendo muro adiuuaret. ipſe profectus cum
ceteris copijs, ad Galeſum flumen (quinque millia ab urbe abeſt) poſuit caſtra. Ex ijs ſta-
tiuis regreſſus ad inſpiciendum opus, quod aliquantum opinione eius celerius creuerat,
ſpem cepit, etiam arcem expugnari poſſe. Et eſt non altitudine, ut cetera, tuta, ſed loco pla K
no poſita, & ab urbe muro tantum ac foſſa diuiſa. Cum iam machinationum omni genere
& operibus oppugnaretur, miſſum a Metaponto praeſidium Romanis fecit animum, ut no-
cte ex improuiſo opera hoſtium inuaderent. alia diſiecerunt, alia igni corruperunt. iſq. fi-
nis Hannibali fuit ea parte arcem oppugnandi. Reliqua erat in obſidione ſpes, nec ea ſatis
efficax: quia arcem tenẽtes, qua in paeninſula poſita imminet faucibus portus, mare liberũ
habebant: urbs contra excluſa maritimis commeatibus: propiuſq. inopiam erant obſiden
tes, quam obſeſſi. Hannibal, conuocatis principibus Tarentinis, omnes praeſentes difficul
tates expoſuit: neque arcis tam munitae expugnandae uiam cernere, neque in obſidione
quidquam habere ſpei, donec mari potiãtur hoſtes. quod ſi naues ſint, quibus commeatus

inuehi

A inuehi prohibeant, extemplo aut abſceſſuros, aut dedituros ſe hoſtes. Aſſentiebantur Tarentini. ceterum ei qui conſilium afferret, opem quoque in eam rem afferendam eſſe cenſebant. Punicas enim naues ex Sicilia accitas id poſſe facere: ſuas, quae ſinu exiguo inter clauſae eſſent, cum clauſtra portus hoſtis haberet, quemadmodum inde in apertum mare euaſuras? Euadent, inquit Hannibal, MVLTA, quae impedita natura ſunt, cōſilio expediuntur. urbem etiam in campo ſitam habetis: planae & ſatis latae uiae patēt in omnes partes. uia, quae in portum per mediam urbem ad mare tranſmiſſa eſt, plauſtris tranſueham naues haud magna mole. et mare noſtrū erit, quo nunc hoſtes potiuntur: & illinc mari, hinc terra circumſidebimus arcem. immo breui aut relictam ab hoſtibus, aut cum ipſis hoſtibus capiemus. Haec oratio non ſpem modo effectus, ſed ingentem etiam ducis admirationem fecit. Contracta extemplo undique plauſtra, iunctaq. inter ſe: & machinae ad ſubducēdas

B naues admotae, munitumq. iter, quo faciliora plauſtra, minorq. moles in tranſitu eſſet. iumenta inde & homines contracti, & opus impigre coeptum: paucoſq. poſt dies claſſis inſtructa ac parata circumuehitur arcem, & ante ipſum portum anchoras iacit. Hunc ſtatum rerum Hannibal Tarenti reliquit, regreſſus ipſe in hiberna. Ceterum defectio Tarentinorū utrum priore anno, an hoc facta ſit, in diuerſum auctores trahunt. plures propioreſq. aetate memoriae rerum hoc anno tradunt factam. Romae conſules praetoreſq. uſque ante diem quinctum Kal. Maias Latinae tenuerunt. eo die perpetrato ſacro in monte, in ſuas quiſque prouincias proficiſcuntur. Religio deinde noua obiecta eſt ex carminibus Marcianis. Vates hic Marcius illuſtris fuerat. et cum inquiſitio priore anno ex ſenatuſconſulto talium librorum fieret, in M. Atilij praetoris urbani, qui eam rem agebat, manus uenerant. is protinus nouo praetori Sullae tradiderat. Ex huius Marcij duobus carminibus alterius poſt ea

C acta editi certo auctoritas euentu, alteri quoque, cuius nondum tempus uenerat, afferebat fidem. Priore carmine Cannenſis praedicta clades in haec ferme uerba erat. Amnem Troiugena Cannam Romane fuge, ne te alienigenae cogant in campo Diomedis conſerere manus. ſed neque credes tu mihi, donec compleris ſanguine campum: multaque millia occiſa tua deferat amnis in pontum magnū ex terra frugifera, piſcibus, atque auibus, feriſq. quae incolunt terras, ijs fiet eſca caro tua. nā mihi ita Iuppiter fatus eſt. Et Diomedis Argiui campos, & Cannam flumen, qui militauerant in ijs locis, iuxta atque ipſam cladem agnoſcebant. Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obſcurius, quia incertiora futura praeteritis ſunt, ſed perplexius etiā ſcripturae genere. Hoſtē Romani ſi ex agro pellere uultis, uomicamque, quae gentium uenit longe, Apollini uouendos cenſeo ludos: qui quotannis comiter Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem, priuati uti con

D ferant, pro ſe quiſque. His ludis faciendis praeerit praetor is, qui ius populo plebiq. dabit ſummum. decemuiri Graeco ritu hoſtijs ſacra faciant. haec ſi recte faxitis, gaudebitis ſemper, fietq. res ueſtra melior. nam is diuus exſtinguet perduelles ueſtros, qui ueſtros campos paſcunt placide. Ad id carmen expiandum diem unum ſumpſerunt. poſtero die ſenatuſconſultum factum eſt, ut decemuiri libros de ludis Apollini req. diuina facienda inſpicerent. Ea cum inſpecta relataq. ad ſenatum eſſent, cenſuerunt Patres, Apollini ludos uouendos faciendoſque: & quando ludi facti eſſent, duodecim millia aeris praetori ad rem diuinam, & duas hoſtias maiores dandas. Alterum ſenatuſconſultum factum eſt, ut decemuiri ſacrum graeco ritu facerent, hiſce hoſtijs, Apollini, boue aurato, & capris duabus albis auratis: Latonae, boue femina aurata. Ludos praetor in circo maximo cum facturus eſſet, edixit, ut populus per eos ludos ſtipem Apollini, quantam commodum eſſet, conferret. Haec

E eſt origo ludorum Apollinarium, uictoriae non ualetudinis ergo, ut plerique rentur, uotorum. factoſq. populus coronatus ſpectauit. matronae ſupplicauere. uulgo apertis ianuis in propatulo epulati ſunt: celeberq. dies omni caerimoniarum genere fuit. Cum Hannibal circa Tarentum, conſules ambo in Samnio eſſent, ſed circumſeſſuri Capuam uiderētur: quod malum diuturnae obſidionis eſſe ſolet, iam famem Campani ſentiebant, quia ſementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. itaque legatos ad Hannibalem miſerunt, orantes, ut, prius quam conſules in agros ſuos educerent legiones, uiaeq. omnes hoſtium praeſidijs inſiderentur, frumentum ex propinquis locis conuehi iuberet Capuam. Hannibal Hannonem ex Bruttijs cum exercitu in Campaniam tranſire, & dare operam, ut frumenti copia fieret Campanis, iuſſit. Hanno ex Bruttijs profectus cum exercitu, uitabundus caſtra

hoſtium,

hoſtium, conſuleſq. qui in Samnio erant, cum Beneuento iam appropinquaret tria paſſuū P
millia ab ipſa urbe loco edito caſtra poſuit. inde ex ſocijs circa populis, quo aeſtate com-
portatum erat, deuehi frumentū in caſtra iuſſit, praeſidijs datis, quae commeatus eos proſe-
querentur. Capuam inde nuncium miſit, qua die ad accipiendum frumentū praeſto eſſent,
omni undique genere uehiculorum iumentorumq. ex agris contracto. Id pro cetera ſe-
cordia negligentiaq. a Campanis actum. paullo plus XL uehicula miſſa, & pauca praeter-
ea iumenta. ob id caſtigatis ab Hannone, quod ne fames quidem, quae mutas accende-
ret beſtias, curam eorum ſtimulare poſſet: alia prodita dies ad frumentum maiore appa-
ratu petendum. Ea omnia, ſicut acta erant, cum enunciata Beneuentanis eſſent, legatos de-
cem extemplo ad conſules (circa Bouianum caſtra Romanorum erant) miſerunt. Qui
cum, auditis quae ad Capuam agerentur, inter ſe comparaſſent, ut alter in Campaniam
exercitum duceret: Fuluius, cui ea prouincia euenerat, profectus nocte Beneuentum, moe- Q
nia eſt ingreſſus. Ex propinquo cognoſcit, Hannonem cum exercitus parte profectum
frumentatum: duo millia plauſtrorum, inconditam, inermemq. aliam turbam adueniſſe:
per tumultum ac trepidationem omnia agi, caſtrorumq. formam, & militarem ordinem,
immiſtis agreſtibus iis ex terris, ſublatum. His ſatis compertis, conſul militibus edicit,
ſigna tantum armaq. in proximam noctem expedirent: caſtra Punica oppugnanda eſſe.
Quarta uigilia profecti, ſarcinis omnibus impedimentiſq. Beneuenti relictis, paullo ante
lucem cum ad caſtra perueniſſent, tantum pauoris iniecerunt, ut, ſi in plano caſtra poſita
eſſent, haud dubie primo impetu capi potuerint. altitudo loci, & munimenta defenderūt,
quae nulla ex parte adiri, niſi arduo ac difficili adſcenſu, poterant. Luce prima praelium in
gens accenſum eſt, nec uallum modo tutantur Poeni: ſed, ut quibus locus aequior eſſet, de
turbant nitentes per ardua hoſtes. Vicit tamen omnia pertinax uirtus, & aliquot ſimul H
partibus ad uallum ac foſſas peruentum eſt, ſed cum multis uulneribus, ac militum perni-
cie. Itaque conuocatis tribunis militum, conſul, abſiſtendum temerario incepto, ait: tu-
tius ſibi uideri, reduci eo die exercitum Beneuentum: dein poſtero caſtris ſe hoſtiū iungi,
ne exire inde Campani, neue Hanno regredi poſſet. id quo facilius obtineatur, collegam
quoque, & exercitum eius ſe acciturum, totumq. eo uerſurum bellum. Haec conſilia du-
cis, cum iam receptui caneret, clamor militum aſpernantium tam ſegne imperium, diſie-
cit. Proxima portae hoſtium erat cohors Peligna: cuius praefectus Vibius ereptum uexil
lum trans uallum hoſtium trāiecit. exſecratus inde ſe, & cohortem, ſi eius uexilli hoſtes
potiti eſſent: princeps ipſe per foſſam uallumq. in caſtra irrumpit. Iamq. intra uallum Pe-
ligni pugnabant, cum altera parte, Valerio Flacco, tribuno militum tertiae legionis, ex-
probrante Romanis ignauiam, qui ſocijs captorum caſtrorum concederent decus: T. Pe- I
danius, princeps primus centurio, cum ſignifero ſignum ademiſſet: Iam hoc ſignum, & hic
centurio, inquit, intra uallum hoſtium erit. ſequantur, qui capi ſignum ab hoſte prohibi-
turi ſunt. Manipulares ſui primum tranſcenderunt foſſam, dein legio tota ſecuta eſt. Iam
& conſul ad conſpectum tranſgredientium uallum mutato conſilio, ab reuocandis ad in-
citandos hortandoſq. uerſus milites, oſtendere, in quanto diſcrimine ac periculo fortiſ-
ſima cohors ſociorum & ciuium legio eſſet. Itaque pro ſe quiſque omnes per aequa atque
iniqua loca, cum undique tela conijcerentur, armaq. & corpora hoſtes obijcerent, perua
dunt, irrumpuntq. multi uulnerati: etiam quos uires ſanguiſq. defereret, ut intra uallum
hoſtium caderent, nitebantur. Capta itaque momento temporis, uelut in plano ſita, nec
permunita caſtra. Caedes inde, non iam pugna erat, omnibus intra uallum permiſtis. ſu
pra ſex millia hoſtium caeſa. ſupra ſeptem millia capiuntur, cum frumentatoribus Cam- K
panis, omnique plauſtrorum & iumentorum apparatu. capta & alia ingens praeda fuit,
quam Hanno populabundus paſſim cum iſſet, ex ſociorum populi Romani agris traxerat.
Inde deiectis hoſtium caſtris, Beneuentum reditum eſt: praedamq. ibi ambo conſules
(nam & Ap. Claudius eo poſt paucos dies uenit) uendiderunt, diuiſeruntque. & donati,
quorum opera caſtra hoſtium capta erant, ante alios Vibius Pelignus, & T. Pedanius,
princeps tertiae legionis. Hanno ab Cominio Cerito, quo nunciata caſtrorum clades eſt,
cum paucis frumentatoribus, quos forte ſecum habuerat, fugae magis quam itineris mo-
do, in Bruttios redijt. Et Campani, audita ſua pariter ſociorumq. clade, legatos ad Han-
nibalem miſerunt, qui nunciarent, duos conſules ad Beneuentum eſſe, diei iter a Capua:

tantum

A tantum non ad portas & muros bellum eſſe. ni propere ſubueniat, celerius Capuam, quam
Arpos, in poteſtatem hoſtium uenturam. ne Tarentum quidē, non modo arcem, tanti de-
bere eſſe, ut Capuam, quam Carthagini aequare ſit ſolitus, deſertam indefenſamq. popu-
lo Romano tradat. Hannibal curae ſibi fore rē Campanā pollicitus, in praeſentia duo mil-
lia equitum cum legatis mittit, quo praeſidio agros populationibus poſſent prohibere. Ro
manis interim, ſicut aliarum rerum, arcis Tarentinae, praeſidijq. quod ibi obſideretur, curae
eſſe. C. Seruilius legatus ex auctoritate patrum a P. Cornelio praetore in Etruriam ad fru-
mentū coemendum miſſus, cum aliquot nauibus onuſtis in portum Tarentinum inter ho-
ſtium cuſtodias peruenit. Cuius aduentu qui ante in exigua ſpe uocati ſaepe ad tranſitio-
nem ab hoſtibus per colloquia erant, ultro ad tranſeundum hoſtes uocabant, ſollicita-
bantque. & erat ſatis ualidum praeſidium, tranſductis ad arcem Tarenti tuendā, qui Meta-
B ponti erant, militibus. Itaque Metapontini extemplo metu, quo tenebantur, liberati, ad
Hannibalem defecere. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt. mouit eos non
Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumque, quibus indidem ex Achaia oriundi
etiam cognatione iuncti erant, quam ira in Romanos, propter obſides nuper interfectos.
Eorum amici cognatiq. litteras ac nūcios ad Hannonem Magonemque, qui in propinquo
in Bruttijs erant, miſerunt, ſi exercitum ad moenia admouiſſent, ſe in poteſtatem eorum ur
bem tradituros eſſe. M. Atinius Thurijs cum modico praeſidio praeerat: quem facile elici
ad certamen temere ineundum rebantur poſſe, non tam militum, quos perpaucos habe-
bat, fiducia, quam iuuentutis Thurinae. eam ex induſtria centuriauerat, armaueratq. ad ta- i. diuiserat in centurias
les caſus. Diuiſis copijs inter ſe duces Poeni cum agrum Thurinum ingreſſi eſſent, Hanno
cum peditum agmine infeſtis ſignis ire ad urbem pergit. Mago cum equitatu tectus col-
C libus ad tegendas inſidias oppoſitis ſubſiſtit. Atinius peditum tantum agmine per explo-
ratores comperto, in aciem copias educit, & fraudis inteſtinae, & hoſtium inſidiarum ig-
narus. Pedeſtre proelium fuit perſegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis, Thu-
rinis exſpectantibus magis, quam adiuuantibus euentum: & Carthaginienſium acies de
induſtria pedem referebat, ut ad terga collis ab equite ſuo inſeſſi hoſtem incautum pertra-
heret. Quo ubi uentum eſt, coorti cum clamore equites propere inconditam Thurinorum
turbam, nec ſatis fido animo unde pugnabat ſtantem, extemplo in fugam auerterunt. Ro-
mani, quamquam circumuentos hinc pedes hinc eques urgebat, tamen aliquandiu pugnā
traxere. poſtremo & ipſi terga uertunt, atque ad urbem fugiunt. Ibi proditores congloba-
ti, cum popularium agmen patentibus portis accepiſſent: ubi Romanos fuſos ad urbē fer
ri uiderunt, conclamant, inſtare Poenum, permiſtoſq. hoſtes urbem inuaſuros, ni prope-
D re portas claudant. ita excluſos Romanos praebuere hoſti ad caedem. Atinius tamen cum
paucis receptus. Seditio inde paulliſper tenuit, cum alij urbem tuendam, inde alij ceden-
dum fortunae, & tradendam urbem uictoribus cenſerent. ceterum, ut plerumque, fortuna,
& conſilia mala uicerunt. Atinio cum ſuis ad mare ac naues deducto, magis quia ipſi, ob
imperium in ſe mite ac iuſtum, conſultum uolebant, quam reſpectu Romanorum, Car-
thaginienſes in urbem accipiunt. Conſules a Beneuento in Campanum agrum legiones
ducunt, non ad frumenta modo, quae iam in hibernis erant, corrumpenda, ſed ad Capuam
oppugnādam, nobilem ſe conſulatum tam opulentae urbis excidio rati facturos: ſimul &
ingens flagitium imperio dempturos, quod urbi tam propinquae tertium annum impuni-
ta defectio eſſet. Ceterum ne Beneuentum ſine praeſidio eſſet, & ut ad ſubita belli, ſi Han-
nibal (quod facturum haud dubitabant) ad opem ferendam ſocijs Capuam ueniſſet, equi-
tes uim ſuſtinere poſſent: Ti. Gracchum ex Lucanis cum equitatu ac leui armatura Bene-
E uentum uenire iubent: legionibus, ſtatiuiſq. ab obtinendas res in Lucanis aliquem prae-
ficeret. Graccho, priuſquam ex Lucanis moueret, ſacrificanti triſte prodigium factum eſt. Valerius Maximus libri
ad exta, ſacrificio perpetrato, angues duo ex occulto allapſi edere iecur, conſpectiq. re- primi capite sexto.
pente ex oculis abierunt. id cum haruſpicum monitu ſacrificium inſtauraretur, atque intē-
tius exta reſerata ſeruarentur, iterum ac tertium ueniſſe tradunt, libatoq. iocinore intactos
angues abijſſe. Cum haruſpices, ad imperatorem id pertinere prodigium, praemonuiſſent,
& ab occultis cauendū hominibus, conſilijſque, nulla tamen prouidentia fatum imminens
moueri potuit. Flauius Lucanus fuit caput partis eius Lucanorū, cum pars ad Hannibalem
defeciſſet, quae cum Romanis ſtabat: & iā anno in magiſtratu erat, ab eiſdem illis creatus

praetor. Is, mutata repente uoluntate, locum gratiae apud Poenum quaerens, neque trāſ- F
ire ipſe, neque trahere ad defectionem Lucanos ſatis habuit, niſi imperatoris & eiuſdem
hoſpitis proditi capite ac ſanguine foedus cum hoſtibus ſanxiſſet. ad Magonem qui in
Bruttijs praeerat, clam in colloquium uenit. fideq. ab eo accepta, ſi Romanum imperato-
rem ſibi tradidiſſet, liberos cum ſuis legibus uenturos in amicitiam Lucanos, deducit Poe
num in locum cum paucis Gracchum adducturus. Magonem ibi pedites equiteſq. ar-
mare, & capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret, iubet. Loco ſatis inſpecto,
atq. undique explorato, dies compoſita gerendae rei eſt. Flauius ad Romanum imperatorē
uenit. Rem ſe ait magnam inchoaſſe, ad quam perficiendā ipſius Gracchi opera opus eſſet.
omnium populorum praetoribus, qui ad Poenum in illo cōmuni Italiae motu deſciſſent,
perſuaſiſſe, ut redirēt in amicitiam Romanorum, quando res quoque Romana, quae prope
exitium clade Cannēſi ueniſſet, in dies melior atq. auctior fieret, Hānibalis uis ſeneſceret, G
ac prope ad nihilum ueniſſet. ueteri delicto aut implacabiles fore Romanos: nullam um-
quam gentem magis exorabilem, promptioremq. ueniae dandae fuiſſe. quoties rebellioni
etiam maiorum ſuorum ignotum? Haec ab ſe ait dicta. ceterum ab ipſo Graccho eadem
haec audire malle eos, praeſentiſq. contingere dextram: id pignus fidei ſecum ferre. Lo-
cum ſe conſilijs edixiſſe a conſpectu amotum, haud procul a caſtris Romanis. ibi paucis
uerbis tranſigi rem poſſe, ut omne nomen Lucanum in fide ac ſocietate Romana ſit. Grac-
chus fraudem & ſermoni & rei abeſſe ratus, ac ſimilitudine ueri captus, cum lictoribus
ac turma equitum e caſtris profectus, duce hoſpite in inſidias praecipitatus. Hoſtes ſubi-
to exorti, &, ne dubia proditio eſſet, Flauius his ſe adiungit. tela undique in Gracchum
atque equites conijciuntur. Gracchus ex equo deſilit, idem ceteros facere iubet: horta-
turque, ut, quod unum reliquum fortuna fecerit, id honeſtent uirtute. reliquum au- H
tem quid eſſe paucis a multitudine in ualle ſilua ac montibus ſaepta circumuentis, prae-
ter mortem? id referre, utrum praebentes corpore, pecorum modo, inulti trucidentur, an
toto animo a patiendo exſpectādoq. euentu in impetum atque iram uerſo, agentes auden-
teſque, perfuſi hoſtium cruore, inter exſpirantium inimicorum cumulata armaq. & corpo-
ra cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. qui eam uictimam prae ſe
ad inferos miſiſſet, eum decus eximium, egregiumq. ſolatium ſuae morti inuenturū. Inter
haec dicta, paludamento circum laeuum brachium intorto, (nam ne ſcuta quidem ſecū ex
tulerant) in hoſtes impetum fecit. Maior, quam pro numero hominum, editur pugna. ia-
culis maxime aperta corpora Romanorum, & cum undique ex altioribus locis in cauam
uallem coniectus eſſet, transfiguntur. Gracchum iam nudatum praeſidio, uiuū capere Poe-
ni nituntur. ceterum ille conſpicatus Lucanum hoſpitem inter hoſtes adeo infeſtus con- I
fertos inuaſit, ut parci ei ſine multorum pernicie non poſſet. Exanimem eum Mago extem
plo ad Hannibalem miſit, poniq. cum captis ſimul faſcibus ante tribunal imperatoris iuſ-
ſit. Haec uera fama eſt. Gracchus in Lucanis, ad campos, qui ueteres uocantur, perijt. Sunt
qui in agro Beneuentano prope Calorem fluuium oſtendant a caſtris cum lictoribus ac
tribus ſeruis lauandi cauſſa progreſſum, cum forte inter ſalicta innata ripis laterent ho-
ſtes, nudum atque inermem, ſaxiſque, quae uoluit amnis, propugnantem, interfectum.
Sunt qui haruſpicū monitu quingentos paſſus a caſtris progreſſum, uti loco puro ea, quae
ante dicta prodigia ſunt, procuraret, ab inſidentibus forte locum duabus turmis Numida-
rum circumuentum ſcribant. adeo nec locus, nec ratio mortis in uiro tam claro & inſigni
conſtat. Funeris quoque Gracchi uaria fama eſt. Alij in caſtris Romanis ſepultum ab
ſuis: alij ab Hannibale (& ea uulgatior fama eſt) tradunt in ueſtibulo Punicorum caſtro- K
rum rogum exſtructum eſſe, armatum exercitum decurriſſe cum tripudijs Hiſpanorum,
motibuſq. armorum & corporum ſuae cuique genti aſſuetis, ipſo Hannibale omni rerum
uerborūq. honore exſequias celebrante. Haec tradunt, qui in Lucanis rei geſtae auctores
ſunt. Si illis, qui ad Calorem fluuium interfectum memorant, credere uelis, capitis tantum
Gracchi hoſtes potiti ſunt. eo delato ad Hannibalem miſſus ab eo confeſtim Carthalo,
qui in caſtra Romana ad Cn. Cornelium quaeſtorem deferret. is funus imperatoris in
caſtris, celebrantibus cum exercitu Beneuentanis, fecit. Conſules agrum Campanum
ingreſſi, cum paſſim popularentur, eruptione opidanorum & Magonis cum equitatu ter-
riti, ac trepidi ad ſigna milites palatos paſſim reuocarunt: & uix dum inſtructa acie fuſi, ſu-
pra mille & quingentos milites amiſerunt. Inde ingens ferocia ſuperbae ſuopte ingenio

genti

A genti creuit: multiſq. proelijs laceſſebant Romanos: ſed interiores ad cauendum conſu-
les una pugna fecerat incaute atque inconſulte inita. Reſtituit tamen his animos, & il-
lis minuit audaciam parua una res. Sed in bello nihil tam leue eſt, quod non magnae in-
terdum rei momentum faciat. T. Quinctio Criſpino Badius Campanus hoſpes erat per-
familiari hoſpitio iunctus. creuerat conſuetudo, quod aeger Romae apud Criſpinum Ba-
dius ante defectionem Campanam liberaliter, comiterq. curatus fuerat. Tum Badius
progreſſus ante ſtationes, quae pro porta ſtabant, euocari Criſpinum iuſſit. quod ubi eſt
Criſpino nunciatum, ratus colloquium amicum ac familiare quaeri, manente memoria, et-
iam in diſſidio publicorum foederum, priuati iuris, paullum a ceteris proceſſit. Poſtquam
in conſpectum uenere, Prouoco te, inquit, ad pugnam Criſpine, Badius. conſcendamus
equos, ſummotiſq. alijs, uter bello melior ſit, decernamus. Ad ea Criſpinus, nec ſibi nec
B illi ait hoſtes deeſſe, in quibus uirtutem oſtendant. ſe ab eo, etiam ſi in acie occurrat, decli-
naturum, ne hoſpitali caede dextram uiolet. conuerſuſq. abibat. Enimuero ferocius tum
Campanus increpare mollitiem ignauiamque, & ſe digna probra in inſontem iacere, ho-
ſpitalem hoſtem appellans, ſimulantemq. parcere, cui ſciat parem ſe non eſſe, ſi parum pu-
blicis foederibus ruptis dirempta ſimul & priuata iura eſſe putet, Badium Campanum T.
Quinctio Criſpino Romano, palam omnibus, duobus exercitibus audietibus, renunciare
hoſpitium. nihil ſibi cum eo conſociatum, nihil foederatum hoſpiti cum hoſte, cuius pa-
triam ac penates publicos priuatoſq. oppugnatum ueniſſet. ſi uir eſſet, congrederetur.
Diu cunctantem Criſpinum perpulere turmales, ne impune inſultare Campanum patere-
tur. itaque tantum moratus, dum imperatores conſuleret, permitterent ne ſibi extra
ordinem in prouocantem hoſtem pugnare, permiſſu eorum arma cepit, equumq. con-
C ſcendit, & Badium nomine compellans ad pugnam euocauit. Nulla mora a Campa-
no facta eſt. infeſtis equis concurrere. Criſpinus ſupra ſcutum ſiniſtrum humerum Ba-
dio haſta transfixit: ſuperq. delapſum cum uulnere ex equo deſilijt, ut pedes iacentem
conficeret. Badius priuſquam opprimeretur, parma atque equo relicto, ad ſuos aufu-
git. Criſpinus equum, armaq. capta, & cruentam cuſpidem inſignis ſpolijs oſtentans, cum
magna laude & gratulatione militum ad conſules eſt deductus, laudatuſq. ibi magnifice,
& donis donatus. Hannibal, ex agro Beneuentano caſtra ad Capuam cum mouiſſet, tertio
poſt die quam uenit, copias in aciem eduxit, haudquaquam dubius, quod Campanis ab-
ſente ſe paucos ante dies ſecunda fuiſſet pugna, quin multo minus ſe, ſuumque toties ui-
ctorem exercitum ſuſtinere Romani poſſent. Ceterum poſteaquam pugnari coeptum eſt,
equitum maxime incurſu cum iaculis obrueretur, laborabat Romana acies: donec ſignum
D equitibus datum eſt, ut in hoſtem admitterent equos. Ita equeſtre proelium erat, cum pro-
cul uiſus Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quaeſtor praeerat, utrique parti pa-
rem metum praebuit, ne hoſtes noui aduentarent. uelut ex compoſito utrimque ſignum
receptui datum: reductiq. in caſtra prope aequo Marte diſceſſerunt. plures tamen ab Ro-
manis primo incurſu equitum ceciderunt. Inde conſules, ut auerterent Capua Hanniba-
lem, nocte quae ſecuta eſt, diuerſi, Fuluius in agrum Cumanum, Claudius in Lucanos, abie-
runt. Poſtero die cum uacua caſtra Romanorum nunciatum Hannibali eſſet, & duobus ag-
minibus diuerſos abijſſe: incertus primo, utrum ſequeretur, Appium inſtitit ſequi. Ille cir-
cumducto hoſte qua uoluit, alio itinere ad Capuam redijt. Hannibali alia in ijs locis bene
gerendae rei fortuna oblata eſt. M. Centenius fuit cognomine Penula, inſignis inter primi
pili centuriones & magnitudine corporis & animi. Is perfunctus militia, per P. Cornelium
E Sullam praetorem in ſenatum introductus petit a patribus, uti ſibi quinque millia militũ
darentur: ſe peritum & hoſtis & regionum, breui operaepretium facturum: & quibus ar-
tibus ad id locorum noſtri & duces & exercitus capti forent, ijs aduerſus inuentorem uſu-
rum. Id non promiſſum magis ſtolide, quam ſtolide creditum: tamquam eaedem milita-
res, & imperatoriae artes eſſent. Data pro quinque, octo millia militum: pars dimidia
ciues, pars ſocij. & ipſe aliquantum uoluntariorum itinere in agris conciuit: ac prope du-
plicato exercitu in Lucanos peruenit, ubi Hannibal nequidquam ſecutus Claudium ſub-
ſtiterat. Haud dubia res eſt: quippe inter Hannibalem ducem & centurionem; exercituſq.,
alterum uincendo ueteranum, alterum nouum totum, & magna ex parte etiam tumultua-
rium ac ſemiermem. Vt conſpecta inter ſe agmina ſunt, & neutra pars detrectauit pugnã,

extemplo inſtructae acies. pugnatum tamen duabus amplius horis, ui in nullam partem F
concitata, donec dux ſtetit, Romana acie. Poſteaquam is non pro uetere fama ſolum,
ſed etiam metu futuri dedecoris, ſi ſua temeritate contractae cladi ſupereſſet, obiectans ſe
hoſtium telis cecidit: fuſa extemplo eſt Romana acies. ſed adeo ne fugae quidem iter pa-
tuit, omnibus uijs ab equite inſeſſis, ut ex tanta multitudine uix mille euaſerint: ceteri
paſſim alij alia peſte abſumpti ſunt. Capua a conſulibus interim ſumma ui obſideri coepta
eſt: quaeq. in eam rem opus erant, comportabantur, parabanturque. Caſilinum frumētum
conuectum: ad Vulturni oſtium, ubi nunc urbs eſt, caſtellum communitum: (ante Fabius
Maximus munierat) praeſidium impoſitum, ut & mare proximum, & flumen in poteſtate
eſſent. In ea duo maritima caſtella frumentū quod ex Sardinia nuper miſſum erat, quodq;
M. Iunius praetor ex Etruria coemerat, ab Oſtia conuectum eſt, ut exercitui per hiemem
copia eſſet. Ceterum ſuper eam cladem quae in Lucanis accepta erat, uolonū quoq. exer- G
citus qui uiuo Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat, uelut exauctoratus morte ducis, ab
ſignis deceſſit. Hannibal non Capuam neglectam, neque in tanto diſcrimine deſertos uole
bat ſocios, ſed proſpero ex temeritate unius Romani ducis ſucceſſu, in alterius ducis exer
citusq. opprimendi occaſionem imminebat. Cn. Fuluium praetorem Apuli legati nuncia-
bāt, primo dum urbes quaſdam Apulorum, quae ad Hannibalem deſciuiſſent, oppugnaret,
intentius rem egiſſe: poſtea nimio ſucceſſu & ipſum & milites praeda impletos, in tantam
licentiam ſecordiamq. effuſos, ut nulla diſciplina militiae eſſet. Hannibal cum ſaepe alias,
tum paucis diebus ante expertus, qualis ſub inſcio duce exercitus eſſet, in Apuliā caſtra
mouit. Circa Herdoneam Romanae legiones & praetor Fuluius erant. quo ubi allatū eſt,
hoſtes aduentare: prope eſt factum, ut iniuſſu praetoris ſignis conuulſis in aciem exirent:
nec res ulla magis renuit, quam ſpes haud dubia, ſuo id arbitrio, ubi uellent, acturos. No- H
cte inſequenti Hannibal, cum tumultuatum in caſtris, & pleroſque ferociter, ſignum ut
daret, inſtitiſſe duci ad arma uocantes, ſciret: haud dubius proſperae pugnae occaſionem
dari, tria millia expeditorum militum in uillis circa uepribusq. & ſiluis diſponit, qui ſigno
dato ſimul omnes e latebris exſilirent. & Magonem, ac duo ferme millia equitum, qua fu-
gam inclinaturam credebat, omnia itinera inſidere iubet. his nocte praeparatis, prima luce
in aciem copias educit. Nec Fuluius eſt cunctatus, non tam ſua ulla ſpe, quam militum im
petu fortuito tractus. itaque eadem temeritate, qua proceſſum in aciem eſt, inſtruitur ipſa
acies ad libidinem militum forte procurrentium, conſiſtentiumq. quo loco ipſorum tuliſ-
ſet animus, deinde per libidinem aut metum deſerentium locum. prima legio & ſiniſtra
ala primo inſtructae, & in longitudinem porrectae acies, clamantibus tribunis, nihil intror-
ſus roboris ac uirium eſſe, & quacumque impetum feciſſent hoſtes, perrupturos. nil I
quod ſalutare eſſet, non modo ad animum, ſed ne ad aures quidem admittebant. Et
Hannibal quidem haudquaquam ſimili ſententia, neque ſimili exercitu, neque ita inſtru-
cto aderat, ergo ne clamorem quidem atque impetum primum eorum Romani ſuſtinue-
re. Dux ſtultitia & temeritate Centenio par, animo nequaquam comparandus, ubi rem
inclinatam ac trepidantes ſuos uidit, equo arrepto cum ducentis ferme equitibus effu-
git. cetera a fronte pulſa, a tergo atque alis circumuenta acies eo uſque eſt caeſa, ut ex
duodeuiginti millibus hominum duo millia, haud amplius, euaſerint. caſtris hoſtes potiti
ſunt. Hae clades, ſuper aliam alia, Romam cum eſſent nunciatae, ingens quidem & luctus &
pauor ciuitatem cepit, ſed tamen quia conſules, ubi ſumma rerum eſſet, ad id locorum pro
ſpere gererent, minus his cladibus commouebantur. Legatos ad conſules mittunt C.
Laetorium, M. Metilium: qui nunciarent, ut reliquias duorum exercituum cum cura col- K
ligerent, darentque operam, ne qui per metum ac deſperationem hoſti ſe dederent, (id
quod poſt Cannenſem accidiſſet cladem) & ut deſertores de exerciu uolonum conqui-
rerent. Idem negotij P. Cornelio datum, cui & delectus mandatus erat. iſque per fora
conciliabulaq. edixit, ut conquiſitio uolonum fieret, ijq. ad ſigna reducerentur. Haec o-
mnia intentiſſima cura acta. Ap. Claudius conſul D. Iunio ad oſtium Vulturni, M. Au-
relio Cotta Puteolis praepoſito, qui, ut quaeque naues ex Etruria ac Sardinia acceſſiſ-
ſent, extemplo in caſtra mitterent frumentum: ipſe ad Capuam regreſſus, Q. Fuluium col
legam inuenit Caſilino omnia importantem, molientemq. ad oppugnādam Capuā. Tum
ambo conſules circumſederunt urbem, & C. Neronem praetorem ab Sueſſula ex Clau-
dianis

A dianis caſtris exciuerunt. Is quoque, modico ibi praeſidio ad tenendum locum relicto, ceteris cum omnibus copijs ad Capuam deſcendit. ita tria praetoria circa Capuam erecta. exercitus diuerſis partibus opus aggreſſi, foſſa ualloq. circumdare urbem parant: & caſtella excitant modicis interuallis: multiſq. ſimul locis cum prohibentibus opera Campanis eo euentu pugnant, ut poſtremo portis muroq. ſe contineret Campanus. Prius tamen quam haec continuaretur opera, legati ad Hannibalem miſſi, qui quererentur, deſertam ab eo Capuam, ac prope redditam Romanis: obteſtarenturque, ut tunc ſaltem opem non circumſeſſis modo, ſed etiam circumuallatis ferret. Conſulibus litterae a P. Cornelio praetore miſſae, ut priuſquam clauderent Capuam operibus, poteſtatem Campanis facerent, ut qui eorum uellent, exirent ab Capua, ſuaſq. res ſecum auferrent. liberos fore, ſuaq. omnia habituros, qui ante idus Martias exiſſent: poſt eam diem quiq. exiſſent, quiq. ibi

B manſiſſent, hoſtium futuros numero. Ea pronunciata Campanis, atque ita ſpreta, ut ultro dicerent contumelias, minarenturque. Hannibal ab Herdonea Tarentum duxerat legiones, ſpe aut ui aut dolo arcis Tarentinae potiundae. quod ubi parum proceſſit, ad Brundiſium flexit iter, prodi id opidum ratus. ibi quoque cum fruſtra tereret tempus, legati Campani ad eum uenerunt, querentes ſimul, oranteſque: quibus Hannibal magnifice reſpondit, & antea ſoluiſſe obſidionem, & nunc aduentum ſuum conſules non laturos. Cum hac ſpe dimiſſi legati, uix regredi Capuam, iam duplici foſſa ualloq. cinctam, potuerunt. Cum maxime Capua circumuallaretur, Syracuſarum quoque oppugnatio ad finem uenit, praeterquam ui ac uirtute ducis exercituſque, inteſtina etiam proditione adiuta. Namque Marcellus initio ueris incertus, utrum Agragantum ad Himilconem & Hippocratem uerteret bellum, an obſidione Syracuſas premeret: quamquam nec ui capi uidebat poſſe inex

C pugnabilem terreſtri ac maritimo ſitu urbem, nec fame, quam prope liberi ab Carthagine commeatus alerent: tamen, ne quid inexpertũ relinqueret, transfugas Syracuſanos (erant autem apud Romanos aliqui nobiliſſimi uiri, inter defectionem ab Romanis, quia ab nouis conſilijs abhorrebant, pulſi) colloquijs ſuae partis tentare hominum animos iuſsit: & fidem dare, ſi traditae forent Syracuſae, liberos eos, ac ſuis legibus uicturos eſſe. Non erat colloquij copia: quia multorum animi ſuſpecti, omnium curam oculoſq. conuerterant: ne quid falleret tale admiſſum. Seruus unus exſulum pro transfuga intromiſſus in urbem conuentis paucis, initium colloquendi de tali re fecit. deinde piſcatoria quidam naui retibus operti, circumuectiq. ad caſtra Romana, collocutiq. cum transfugis. & idem ſaepius eodem modo alij atque alij. poſtremo ad octuaginta facti. & cum iam compoſita omnia ad proditionem eſſent, indicio delato ad Epicidem per Attalum quendam indignantem

D ſibi rem creditam non eſſe, necati omnes, & cruciati ſunt. Alia ſubinde ſpes, poſtquam haec uana euaſerat, excepit. Damippus quidam Lacedaemonius miſſus ab Syracuſis ad Philippum regem, captus ab Romanis nauibus erat. huius utique redimendi & Epicidi cura erat ingens, nec abnuit Marcellus: iam tum Aetolorum, cuius gentis ſocij Lacedaemonij erant, amicitiam affectantibus Romanis. Ad colloquium de redemptione eius miſſis medius maxime, atque utriſque opportunus locus ad portum Trogilorum, propter turrim quam uocant Galeagram, eſt uiſus. quo cum ſaepius commearent: unus ex Romanis ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides, aeſtimandoq. ipſe ſecum, [illegible] altitudinem muri, quantum proxime coniectura poterat, permenſus: humilioremq. aliquanto priſtina opinione ſua, & ceterorum omnium ratus eſſe, & uel mediocribus ſcalis ſuperabilem: ad Marcellum rem defert. Haud ſpernenda

E res uiſa: ſed cum adiri locus, qui ob idipſum intentius cuſtodiebatur, non poſſet, occaſio quaerebatur. quam obtulit transfuga, nuncians, diem feſtum Dianae per triduum agi: & quia alia in obſidione deſint, uino largius epulas celebrari, & ab Epicide praebito uniuerſae plebi & per tribus a principibus diuiſo. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus, electiſq. per eos ad rem tantam agendam audendamq. idoneis centurionibus, militibuſque, & ſcalis in occulto comparatis, ceteris ſignum dari iubet, ut mature corpora curarent, quietiq. darent: nocte in expeditionem eundum eſſe. Inde ubi id temporis uiſum, quo die epulatis iam, uinoq. ſatiatis principium ſomni eſſet, ſigni unius milites ferre ſcalas iuſſit: & ad mille fere armati tenui agmine per ſilentium eo deducti. Vbi ſine ſtrepitu ac tumultu primi euaſerunt in murum, ſecuti ordine alij, cum

priorum audacia dubijs etiam animum faceret. Iam mille armatorum ceperant partem, F
cum ceterae admotae, pluribuſq. ſcalis in murum euadebant, ſigno ab Hexapylo dato,
quo per ingentem ſolitudinem erat peruentum, quia magna pars in turribus epulati, aut
ſopiti uino erant, aut ſemigraues potabant, paucos tamen eorum oppreſſos in cubilibus
interfecerunt. Prope Hexapylon eſt portula. ea magna ui refringi coepta. et e muro com
poſito tuba datum ſignum erat: & iam undique non furtim, ſed ui aperte gerebatur res.
quippe ad Epipolas, frequentem cuſtodijs locum, peruentum erat. terrendiq. magis ho-
ſtes erant, quam fallendi: ſicut territi ſunt. Nã ſimulac tubarũ eſt auditus cantus, clamorq.
tenentium muros, partemq. urbis: omnia teneri, cuſtodes rati, alij per murum fugere, alij
ſalire de muro, praecipitariq. turba pauentium. magna pars tamen ignara tanti mali erat, &
grauatis omnibus uino ſomnoque, & in uaſtae magnitudinis urbe partium ſenſu non ſatis
pertinente in omnia. Sub luce Hexapylo effracto, Marcellus omnibus copijs urbẽ ingreſ- G
ſus, excitauit conuertitq. omnes ad arma capienda, opemque, ſiquam poſſent, iam captae
prope urbi ferendam. Epicides ab inſula, quam ipſi Naſon uocant, citato profectus agmi-
ne, haud dubius, quin paucos per negligentiam cuſtodum tranſgreſſos murum expulſurus
foret, occurrẽtibus pauidis tumultum augere eos dictitans, & maiora ac terribiliora uero
afferre; poſtquam conſpexit omnia circa Epipolas armis completa, laceſſito tantum hoſte
paucis miſſilibus, retro in Achradinam agmen conuertit, non tam uim multitudinemq.
hoſtium metuens, quam nequa inteſtina fraus per occaſionem oriretur, clauſaſq. inter
tumultum Achradinae atque inſulae inueniret portas. Marcellus, ut moenia ingreſſus, ex
ſuperioribus locis urbem, omnium ferme illa tempeſtate pulcherrimam, ſubiectam oculis
uidit, illacrymaſſe dicitur, partim gaudio tantae perpetratae rei, partim uetuſta gloria ur-
bis. Atheninſium claſſes demerſae, & duo ingentes exercitus cum duobus clariſſi- H
mis ducibus deleti occurrebant: & tot bella cum Carthaginienſibus tanto cum diſcri-
mine geſta, tot ac tam opulenti tyranni regeſque: praeter ceteros Hiero, cum recentiſſi-
mae memoriae rex, tũ ante omnia, quae uirtus eius fortunaq. ſua dederat, beneficijs in po-
pulum Romanum inſignis. ea cum uniuerſa occurrerent animo, ſubiretq. cogitatio, iam
illa momento horae arſura omnia, & ad cineres reditura: priuſquam ſigna Achradinae ad
moueret, praemittit Syracuſanos, qui inter praeſidia Romana, ut ante dictum eſt, fuerant,
ut alloquio leni perlicerent hoſtes ad dedendam urbem. Tenebant Achradinae portas
muroſq. maxime transfugae, quibus nulla erat per cõdiciones ueniae ſpes. ij nec adire mu
ros, nec alloqui quemquam paſſi. itaque Marcellus, poſtquam id inceptum irritum fuit,
ad Euryalum ſigna referri iuſſit. Tumulus eſt in extrema parte urbis uerſus a mari, uiaeq.
imminens ferenti in agros mediterraneaq. inſulae, percõmodus ad commeatus excipien- I
dos. Praeerat huic arci Philodemus Argiuus ab Epicide impoſitus. ad quem miſſus a
Marcello Soſis, unus ex interfectoribus tyranni, cum longo ſermone habito dilatus per
fruſtrationem eſſet, retulit Marcello, tempus eum ad deliberandum ſumpſiſſe. Cum
is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admouerẽt caſtra legioneſque,
haud dubius, ſi in arcem accepiſſet eos, deleri Romanum exercitum incluſum muris poſ-
ſe: Marcellus, ut Euryalum neque tradi neque capi uidit poſſe, inter Neapolim & Tycam
(nomina partium urbis, & inſtar urbium ſunt) poſuit caſtra: timens ne ſi frequentia in-
traſſet loca, contineri a diſcurſu miles auidus praedae non poſſet. Legati [illegible] ab Tyca &
Neapoli cum infulis & uelamentis uenerunt, precantes ut caedibus, & incendijs parcere-
tur. De quorum precibus quam poſtulatis magis conſilio habito, Marcellus ex omnium
ſententia edixit militibus, ne quis liberum corpus uiolaret, cetera praedae futura. caſtraq. K
tectis parietum pro muro ſaepta, portis regione platearum patẽtibus ſtationes praeſidiaq.
diſpoſuit, ne quis in diſcurſu militum impetus in caſtra fieri poſſet. Inde ſigno dato mili-
tes diſcurrerunt: refractiſq. foribus cum omnia terrore ac tumultu ſtreperent, a caedibus
tamen tẽperatum eſt. Rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturna felicitate cu-
mulata bona egeſſere. Inter haec & Philodemus, cum ſpes auxilij nulla eſſet, fide accepta,
ut inuiolatus ad Epicidem rediret, reducto praeſidio tradidit tumulum Romanis. Auer-
ſis omnibus ad tumultum ex parte captae urbis, Bomilcar noctem eam nactus, qua, pro-
pter uim tempeſtatis, ſtare ad anchoram in ſalo Romana claſsis nõ poſſet, cũ triginta quin-
que nauibus ex porto Syracuſano profectus, libero mari uela in altum dedit, quinque &

quinqua-

A quinquaginta nauibus Epicidae & Syracuſanis relictis. edoctiſq. Carthaginienſibus, in quanto res Syracuſana diſcrimine eſſet, cum centum nauibus poſt paucos dies redit, multis (ut fama eſt) donis ex Hieronis gaza ab Epicide donatus. Marcellus, Euryalo recepto, praeſidioq. addito, una cura erat liber, ne qua ab tergo uis hoſtium in arcem accepta, incluſos impeditoſq. moenibus ſuos turbaret. Achradinam inde, ternis caſtris per idonea diſpoſitis loca, ſpe ad inopiam omniũ rerum incluſos redacturum ſe, circumſedit. Cum per aliquot dies quietae ſtationes utrimque fuiſſent, repente aduentus Hippocratis & Himilconis, ut ultro undique oppugnarentur Romani, fecit. nam & Hippocrates, caſtris ad magnum portum communitis, ſignoq. ijs dato qui Achradinam tenebant, caſtra uetera Romanorum adortus eſt, quibus Criſpinus praeerat: & Epicides eruptionem in ſtationes Marcelli fecit, & claſſis Punica litori quod inter urbem & caſtra Romana erat, appulſa eſt,

B ne quid praeſidij Criſpino ſummitti a Marcello poſſet. Tumultum tamen maiorem hoſtes praebuerunt, quam certamen. nam & Criſpinus Hippocratem non repulit tantum a munimentis, ſed inſecutus etiam eſt trepide fugientem: & Epicidem Marcellus in urbem compulit. ſatiſq. iam etiam in poſterum uidebatur prouiſum, ne quid ab repentinis eorum excurſionibus periculi foret. Acceſſit & peſtilentia, commune malum, quod facile utrorumq. animos auerteret a belli conſilijs. nam tempore autumni, & locis natura grauibus, multo tamen magis extra urbem, quam in urbe, intoleranda uis aeſtus per utraque caſtra omnium ferme corpora mouit. et primo, temporis ac loci uitio, & aegri erant, & moriebantur. poſtea curatio ipſa, & contactus aegrorum uulgabat morbos: ut aut neglecti deſertique, qui incidiſſent, morerentur: aut aſſidentes curanteſq. eadem ui morbi repletos ſecum traherent: quotidianaq. funera, & mors ob omnium oculos eſſet, & undique dies

C noctéſq. ploratus audirentur. poſtremo ita aſſuetudine mali efferauerant animos, ut non modo lacrymis, iuſtoq. comploratu proſequerentur mortuos, ſed ne efferrent quidem aut ſepelirent: iacerentq. ſtrata exanima corpora in conſpectu ſimilem quoque mortem exſpectantium: mortuiq. aegros, aegri ualidos cum metu, tum tabe ac peſtifero odore corporum conficerent, & ut ferro potius morerentur, [redacted] quidam inuadebant ſoli hoſtium ſtationes. Multo tamen maior uis peſtis Poenorum caſtra, quam Romana, diu circumſidendo Syracuſas, [redacted] aquisq. affecerat magis. Ex hoſtium exercitu Siculi, ut primum uidere, ex grauitate [redacted] uulgari morbos; in ſuas quiſque propinquas urbes dilapſi ſunt. at Carthaginienſes, quibus nuſquam receptus erat, cum ipſis ducibus Hippocrate atque Himilcone ad internecionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta uis ingruebat mali, adduxerat in urbem ſuos: infirmaq. corpora tecta & umbrae recreauerant. multi tamen ex Ro-

D mano exercitu eadem peſte abſumpti ſunt. Deleto terreſtri Punico exercitu, Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, haud in magna opida, ceterũ & ſitu & munimentis tuta, tria millia alterum ab Syracuſis, alterum quindecim ab oſtio, & commeatus e ciuitatibus ſuis comportabant, & auxilia accerſebant. Interea Bomilcar iterum cum claſſe profectus Carthaginem, ita expoſita fortuna ſociorum, ut ſpem faceret, non ipſis modo ſalutarem opem ferri poſſe, ſed Romanos quoque in capta quodammodo urbe capi: perpulit, ut onerarias naues quamplurimas omni copia rerum onuſtas ſecum mitterent, claſſemq. ſuam augerent. Igitur centum triginta nauibus longis, & ſeptuaginta onerarijs profectus a Carthagine, ſatis proſperos uentos ad trãſijciendum in Siciliam habuit: ſed ijdem uenti ſuperare eum Pachynum prohibebant. Bomilcaris aduentus fama primo, dein praeter ſpem mora, cum gaudium & metum inuicem Romanis Syracuſaniſq. praebuiſſet: Epicides metuens

E ne, ſi pergerent ijdem, qui tum tenebant, ab ortu ſolis flare per dies plures uenti, claſſis Punica Africam repeteret: tradita Achradina mercenariorum militum ducibus, ad Bomilcarem nauigat, claſſem in ſtatione uerſa in Africam habentem, atque timentem nauale proelium, non tam quod impar uiribus aut numero nauium eſſet, (quippe etiam plures habebat) quam quod uẽti aptiores Romanae, quam ſuae, claſſi flarent: perpulit [redacted], ut fortunam naualis certaminis experiri uellet. Et Marcellus, cum & Siculum exercitum ex tota inſula conciri uideret, & cum ingenti commeatu claſſem Punicam aduentare, ne ſimul terra mariq. incluſus, urbem hoſtium urgeretur, quamquam impar numero nauium erat, prohibere aditu Syracuſarum Bomilcarem conſtituit. Duae claſſes infeſtae circa promontorium Pachynum ſtabant, ubi primum tranquillitas maris in altum euexiſſet,

concurſurae. Itaque cadente iam Euro, qui per dies aliquot ſaeuierat, prior Bomilcar mo- F
uit: cuius prima claſſis petere altum uiſa eſt, quo facilius ſuperaret promontorium. Cete-
rum poſtquam tendere ad ſe Romanas naues uidit, incertum qua ſubita territus re Bomil-
car, uela in altum dedit: miſſiſq. nuncijs Heracleam, qui onerarias naues retro in Africam
repetere iuberent, ipſe Siciliam praeteruectus, Tarentum petit. Epicides tanta repente
deſtitutus ſpe, ne in obſidionem magna ex parte captae urbis rediret, Agrigentum naui-
gat, exſpectaturus magis euentum, quam inde quidquam moturus. Quae ubi in caſtra Sicu
lorum ſunt nunciata, Epicidem Syracuſis exceſſiſſe, a Carthaginienſibus relictam inſu-
lam, & prope iterum Romanis traditam: legatos de condicionibus dedendae urbis, explo
rata prius per colloquia uoluntate eorum, qui obſidebantur, ad Marcellum mittunt.
Cum aut ferme diſcreparet, quin quae ubique regum fuiſſent, Romanorum eſſent; Si-
culis cetera cum libertate ac legibus ſuis ſeruarentur: euocatis ad colloquium ijs, qui G
bus ab Epicide credita res erat, miſſos ſe ſimul ad Marcellum, ſimul ab eo ad exercitum
Siculorum aiunt, ut una omnium, qui obſiderentur, quiq. extra obſidionem eſſent, fortu-
na eſſet: neue alteri proprie ſibi paciſcerentur quidquam. Recepti deinde ab ijs, ut neceſ-
ſarios hoſpiteſq. alloquerentur, expoſitis quae pacta iam cum Marcello haberent, oblata
ſpe ſalutis perpulere eos, ut ſecum praefectos Epicidis Polycletum & Philiſtionem &
Epicidem cui Sydon cognomen erat, aggrederentur. Interfectis ijs, & multitudine ad
concionem uocata: & inopiam, qua ipſi inter ſe fremere occulte ſoliti erant, conqueſti:
&, quamquam tot mala urgerent, negarunt fortunam accuſandam eſſe, quod in ipſorum
eſſet poteſtate, quamdiu ea paterentur. Romanis cauſſam oppugnandi Syracuſas fuiſſe
caritatem Syracuſanorum, non odium: nam ut occupatas res ab ſatellitibus Hannibalis,
deinde Hieronymi Hippocrate atque Epicide audierint, tum bellum mouiſſe, & obſi- H
dere urbem coepiſſe: ut crudeles tyrannos eius, non ut ipſam urbem expugnarent.
Hippocrate uero interempto, Epicide intercluſo ab Syracuſis, & praefectis eius occi-
ſis, Carthaginienſibus omni poſſeſſione Siciliae terra marique pulſis: quam ſupereſſe cauſ-
ſam Romanis, cur non, perinde ac ſi Hiero ipſe uiueret, unicus Romanae amicitiae cultor,
incolumes Syracuſas eſſe uelint? Itaque nec urbi nec hominibus aliud periculi, quam ab
ſemetipſis eſſe, ſi occaſionem reconciliandi ſe Romanis praetermiſiſſent. eam autem, qua
lis illo momento horae ſit, nullam deinde fore, ſi ſimul libertas ab impotentibus tyran-
nis apparuiſſet. Omnium ingenti aſſenſu oratio audita eſt. praetores tamen prius crea-
ri, quam legatos nominari, placuit. ex ipſorum deinde praetorum numero miſſi oratores
ad Marcellum: quorum princeps, Neque primo, inquit, Syracuſani a uobis defecimus, ſed
Hieronymus nequaquam tam in uos impius, quam in nos: nec poſtea pacem tyranni cae- I
de compoſitam Syracuſanus quiſquam, ſed ſatellites regij, Hippocrates atque Epicides,
oppreſſis nobis hinc metu, hinc fraude, turbauerunt. nec quiſquam dicere poteſt, ali-
quando nobis libertatis tempus fuiſſe, quod pacis uobiſcum non fuerit. Nunc caede eo-
rum qui oppreſſas tenebant Syracuſas, cum primum arbitrij noſtri eſſe coepimus, extem-
plo uenimus ad tradenda arma, dedendos nos, urbem, moenia: nullam recuſandam for-
tunam, quae impoſita a uobis fuerit. Gloriã captae nobiliſſimae pulcherrimaeq. urbis Grae
carum dij tibi dederunt Marcelle. quidquid umquam terra mariq. memorandum geſſi-
mus, id tui triumphi titulo accedit. famae ne credi malis, quanta urbs a te capta ſit, quam
poſteris quoque eam ſpectaculo eſſe. quo quiſquis terra, quiſquis mari uenerit: nunc no-
ſtra de Athenienſibus, Carthaginienſibuſq. trophaea, nunc tua de nobis oſtendat. inco-
lumeſq. Syracuſas familiae ueſtrae ſub clientela nominis Marcellorum, tutelaq. haben- K
das tradas. ne plus apud uos Hieronymi, quam Hieronis memoria momenti faciat. diu
tius ille multo amicus fuit, quam hic hoſtis: & illius etiam benefacta perſenſiſtis, huius
amentia ad perniciem tantum ipſius ualuit. Omnia & impetrabilia & tuta erant apud
Romanos: inter ipſos plus belli ac periculi erat. namque transfugae tradi ſe Romanis ra-
ti, mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum: arreptiſque
armis praetores primum obtruncant, inde ad caedem Syracuſanorum diſcurrunt: quoſ-
que fors obtulit, irati interfecerunt: atque omnia, quae inpromptu erant, diripuere.
Tum ne ſine ducibus eſſent, ſex praefectos creauere, ut terni Achradinae ac Naſo praeeſ-
ſent. Sedato tandem tumultu, exſequentibus ſciſcitando mercenarijs, quae acta cum Ro-

manis

A manis eſſent: dilucere id quod erat, coepit: aliam ſuam ac transfugarum cauſſam eſſe. In
tempore legati a Marcello redierunt, falſa eos ſuſpicione incitatos memorantes: nec
cauſſam expetendae poenae eorum ullam Romanis eſſe. Erat ex tribus Achradinae praefe-
ctis Hiſpanus Mericus nomine. ad eum inter comites legatorum de induſtria unus ex Hi-
ſpanorum auxiliaribus eſt miſſus: qui ſine arbitris Mericum nactus, primum, quo in ſtatu
reliquiſſet Hiſpaniam, (& nuper inde uenerat) exponit. omnia Romanis ibi obtineri ar-
mis. poſſe eum, ſi operaepretium faciat, principem popularium eſſe: ſeu militare cum
Romanis, ſeu in patriam reuerti libeat. contra, ſi malle obſideri pergat, quam ſedem eſſe
terra marique clauſo? Motus his Mericus, cum legatos ad Marcellum mitti placuiſſet,
fratrem inter eos mittit: qui per eundem illum Hiſpanum ſecretus ab alijs ad Marcellum
deductus, cum fidem accepiſſet, compoſuiſſetque agendae rei ordinem, Achradinam
B redit. Tum Mericus, ut ab ſuſpicione proditionis auerteret omnium animos, negat ſibi
placere legatos commeare ultro citroque; neque recipiendum quemquam, neque mit-
tendum. & quo intentius cuſtodiae ſeruentur, opportuna loca diuidenda praefectis eſſe,
ut ſuae quiſque partis tutandae reus ſit. Omnes aſſenſi ſunt. Partibus diuidendis, ipſi regio
euenit ab Arethuſa fonte uſque ad oſtium magni portus. id ut ſcirent Romani, fecit. Ita-
que Marcellus nocte nauim onerariā cum armatis remulco quadriremis trahi ad Achra-
dinam iuſſit: exponitque milites regione portae quae prope fontem Arethuſam eſt. Hoc
cum quarta uigilia factum eſſet, expoſitoſque milites porta, ut conuenerat, recepiſſet
Mericus: luce prima Marcellus omnibus copijs moenia Achradinae aggreditur: ita ut nō
eos ſolum, qui Achradinam tenebant, in ſe conuerteret, ſed ab Naſo etiam agmina ar-
matorum concurrerent, relictis ſtationibus ſuis, ad uim & impetum Romanorum arcen-
C dum. In hoc tumultu actuariae naues inſtructae iam ante, circumuectaeque, ad Naſum ar-
matos exponunt. qui improuiſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portae,
qua paullo ante excurrerant armati, haud magno certamine Naſum cepere, deſertam tre-
pidatione & fuga cuſtodum. neque ullis minus praeſidij, aut pertinaciae ad manendum,
quam transfugis, fuit: quia ne ſuis quidem ſatis credentes ſe, medio certamine effugerūt.
Marcellus, ut captam eſſe Naſum didicit, & Achradinae regionem unam teneri, Mericum-
que cum praeſidio ſuis adiunctum, receptui cecinit, ne regiae opes, quarum fama maior
quam res erat, diriperentur. Suppreſſo impetu militum, & ijs, qui in Achradina erāt, tranſ-
fugis ſpatium locuſq. fugae datus eſt: & Syracuſani tandem liberi metu, portis Achradi-
nae apertis, oratores ad Marcellum mittunt, nihil petentes aliud, quam incolumitatem ſi-
bi, liberiſque ſuis. Marcellus, concilio aduocato, & adhibitis etiam Syracuſanis, qui per
D ſeditiones pulſi ab domo intra praeſidia Romana erant, reſpōdit non plura per annos quin
quaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum, qui Syracuſas te-
nuerint, erga populum Romanum eſſe: ſed pleraque eorum, quo debuerint, recidiſſe: foe-
derumq. ruptorum ipſos ab ſe grauiores multo, quam populus Romanus uoluerit, poenas
exegiſſe. Se quidem tertium annum circumſedere Syracuſas, non ut populus R. ſeruam
ciuitatem haberet, ſed ne transfugarum duces captam & oppreſſam tenerent. Quid po-
tuerint Syracuſani facere, exemplo uel eos Syracuſanorum eſſe, qui intra praeſidia Roma
na fuerint: uel Hiſpanum ducem Mericum, qui praeſidiū tradiderit: uel ipſorum Syracu-
ſanorum poſtremo ſerum quidem, ſed forte conſilium. Omnium ſibi laborum periculo-
rumq. circa moenia Syracuſana terra mariq. tamdiu exhauſtorum, nequaquam tantū fru-
ctum eſſe, quam capere Syracuſas potuiſſe. Inde quaeſtor cum praeſidio ad Naſum ad ac-
E cipiendam pecuniam regiam cuſtodiendamq. miſſus. diripiendaq. urbs militi data eſt, cu-
ſtodibus diuiſis per domos eorum, qui intra praeſidia Romana fuerunt. Cum multa irae,
multa inuidiae auaritiaeq; foeda exempla ederentur: Archimedem memoriae proditū eſt,
in tanto tumultu, quantum capta urbs in diſcurſu diripientium militum ciere poterat, in-
tentum formis, quas in puluere deſcripſerat, ab ignaro milite quis eſſet, interfectum. aegre
id Marcellum tuliſſe, ſepulturaeq. curam habitam: & propinquis etiam inquiſitis honori
praeſidioq. nomen ac memoriam eius fuiſſe. Hoc maxime modo Syracuſae captae: in qui
bus praedae tantum fuit, quantum uix capta Carthagine tum fuiſſet, cū qua uiribus aequis
certabatur. Paucis ante diebus, quam Syracuſae caperentur, T. Otacilius cum quinque-
remibus octoginta Vticam ab Lilybaeo tranſmiſit. & cum ante lucem portum intraſſet,

onerarias

onerarias frumento onuſtas cepit: egreſſuſq. in terram, depopulatus eſt aliquantum a- F
gri circa Vticam: praedamq. omnis generis retro ad naues egit. Lilybaeum tertio die
quam inde profectus erat, cum centum triginta onerarijs nauibus frumento praedaq. o-
nuſtis redijt: idq. frumentum extemplo Syracuſas miſit. quod ni tam in tempore ſubue-
niſſet, uictoribus uictiſq. pariter pernicioſa fames inſtabat. Eadem aeſtate in Hiſpania,
cum biennio ferme nihil admodum memorabile factum eſſet, conſilijſq. magis, quam
armis bellum gereretur, Romani imperatores egreſſi hibernis copias coniunxerunt. ibi
concilium aduocatum; omniumq. in unum congruerunt ſententiae, quando ad id loco-
rum id modo actum eſſet, ut Haſdrubalem tendentem in Italiam retinerent: tempus eſ-
ſe, id iam agi, ut bellum in Hiſpania finiretur. & ſatis ad id uirium credebant acceſſiſſe;
triginta millia Celtiberorum ea hieme ad arma excitata. Tres exercitus erant. Haſdrubal
Giſgonis filius, & Mago coniunctis caſtris quinque ferme dierum iter ab Romanis abe- G
rant. Propior erat Hamilcaris filius Haſdrubal, uetus in Hiſpania imperator. ad urbem
nomine Anitorgin exercitum habebat. Eum uolebant prius opprimi duces Romani: &
ſpes erat ſatis ſuperq. ad id uirium eſſe. illa reſtabat cura, ne fuſo eo perculſi alter Haſdru-
bal, & Mago, in auios ſaltus monteſq. recipientes ſeſe, bellum extraherent. Optimum
igitur rati, diuiſis bifariam copijs, totius ſimul Hiſpaniae amplecti bellum, ita inter ſe di-
uiſerunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum ſociorumq. aduerſus Ma-
gonem duceret atque Haſdrubalem, Cn. Cornelius cum tertia parte ueteris exercitus
Celtiberis adiunctis cum Haſdrubale Barchino bellum gereret. Vna profecti ambo du-
ces exercituſque, Celtiberis praegredientibus, ad urbem Anitorgin, in conſpectu ho-
ſtium, dirimente amne, ponunt caſtra. Ibi Cn. Scipio cum quibus ante dictum eſt co-
pijs ſubſtitit, & P. Scipio profectus ad deſtinatam belli partem. Haſdrubal, poſtquam a- H
nimaduertit, exiguum Romanum exercitum in caſtris, & ſpem omnem in Celtiberorum
auxilijs eſſe: peritus omnis barbaricae, & praecipue omnium earum gentium, in quibus
per tot annos militabat, perfidiae, facili linguae commercio, cum utraque caſtra plena Hi-
ſpanorum eſſent, per occulta colloquia paciſcitur magna mercede cum Celtiberorum
principibus, ut copias inde abducant. Nec atrox uiſum facinus. non enim, ut in Ro-
manos uerterent arma, agebatur: & merces, quanta uel pro bello ſatis eſſet, dabatur,
ne bellum gererent: & cum quies ipſa, tum reditus domum, fructuſq. uidendi ſuos ſua-
que, grata uulgo erant. itaque non ducibus facilius, quam multitudini, perſuaſum eſt:
ſimul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, ſi ne retinerent. Id qui-
dem cauendum ſemper Romanis ducibus erit; exemplaq. haec uere pro documentis ha-
benda, ne ita externis credant auxilijs, ut non plus ſui roboris, ſuarumq. proprie uirium I
in caſtris habeant. Signis repente ſublatis, Celtiberi abeunt, nihil aliud quaerentibus cauſ-
ſam, obteſtantibuſque, ut manerent, Romanis reſpondentes, quam domeſtico ſe auo-
cari bello. Scipio, poſtquam ſocij nec precibus nec ui retineri poterant, nec ſe aut pa-
rem ſine illis hoſti eſſe, aut fratri rurſus coniungi uidit poſſe, nec ullum aliud ſalutare con-
ſilium in promptu eſſe: retro quantum poſſet, cedere ſtatuit, in id omni cura intentus,
necubi hoſti aequo ſe committeret loco, qui tranſgreſſus flumen, prope ueſtigijs abeun-
tium inſiſtebat. Per eoſdem dies P. Scipionem par terror, periculum maius ab nouo ho-
ſte urgebat. Maſſaniſſa erat iuuenis, qui eo tempore erat ſocius Carthaginienſium, quem
deinde clarum potentemq. Romana fecit amicitia. Is tum cum equitatu Numidarum &
aduenienti P. Scipioni occurrit, & deinde aſſidue dies nocteſq. infeſtus aderat: ut non ua-
gos tantum procul a caſtris lignatum pabulatumq. progreſſos exciperet, ſed ipſis obe- K
quitaret caſtris, inuectuſq. in medias ſaepe ſtationes, omnia ingenti tumultu turbaret.
noctibus quoque ſaepe incurſu repentino in portis ualloq. trepidatum eſt: nec aut locus
aut tempus ullum uacuum a metu ac ſollicitudine erat Romanis. compulſiſq. intra ual-
lum, adempto rerum omnium uſu, cum prope iuſta obſidio eſſet, futuramq. artiorem
eam appareret, ſi ſe Indibilis, quem cum ſeptem millibus & quingentis Sueſſetanorum
aduentare fama erat, Poenis coniunxiſſet: dux cautus & prudens, Scipio, uictus neceſ-
ſitatibus, temerarium capit conſilium, ut nocte Indibili obuiam iret, & quocumque oc-
curriſſet loco, proelium conſereret. Relicto igitur modico praeſidio in caſtris, praepoſi-
toq. T. Fonteio legato, media nocte profectus, cum obuijs hoſtibus manus conſeruit.

Agmina

A Agmina magis quam acies pugnabant, ſuperior tamē, ut in tumultuaria pugna, Romanus
erat. Ceterum & equites Numidae repente, quos feſelliſſe ſe dux ratus erat, ab lateribus
circumfuſi magnum terrorem intulere. Contracto aduerſus Numidas certamine nouo,
tertius inſuper aduenit hoſtis. Duces Poeni aſſecuti ab tergo iam pugnantes. ancepſq. proe
lium Romanos circumſteterat, incertos, in quem potiſsimum hoſtem, quamue in partem
conferti eruptionem facerent. Pugnanti, hortantiq. imperatori, & offerenti ſe, ubi pluri-
mus labor erat, latus dexterum lancea tranſijcitur: cuneuſq. is hoſtium, qui in confertos cir
ca ducem impetum fecerat, ut exanimem labentemq. ex equo Scipionem uidit, alacres
gaudio cum clamore per totam aciem nunciātes diſcurrunt, imperatorem Romanum ce-
cidiſſe. Haec peruagata paſsim uox, ut & hoſtes haud dubie pro uictoribus, & Romani pro
uictis eſſent, fecit. Fuga confeſtim ex acie, duce amiſſo, fieri coepta eſt. Ceterum ut ad erū
B pendum inter Numidas, aliaq. leuium armatorum auxilia haud difficilis res erat: ita effu-
gere tantum equitum, aequantiumq. equos uelocitate peditum, uix poterant: caeſiq. pro-
pe plures in fuga, quam in pugna, ſunt. nec ſuperfuiſſet quiſquam, ni praecipiti iam ad ue-
ſperum die nox interueniſſet. Haud ſegniter inde duces Poeni fortuna uſi, confeſtim e
proelio, uix neceſſaria quiete data militibus, ad Haſdrubalem Hamilcaris citatum agmen
rapiunt, non dubia ſpe, cum copias coniunxiſſent, debellari poſſe. Quo ubi eſt uentum,
inter exercitus duceſq. uictoria recenti laetos gratulatio ingens facta, imperatore tanto
cum omni exercitu deleto, & alteram pro haud dubio parem uictoriam exſpectantes. Ad
Romanos nondum quidem fama tantae cladis peruenerat, ſed tamen maeſtum quoddam
ſilentium erat, & tacita diuinatio, qualis iam praeſagientibus animis imminentis mali eſſe
ſolet. Imperator ipſe, praeterquam quod ab ſocijs ſe deſertum, hoſtium tantum auctas co-
C pias ſentiebat, coniectura etiam & ratione ad ſuſpicionem acceptae cladis, quam ad ullam
bonam ſpem pronior erat. Quonam modo enim Haſdrubalem ac Magonē, niſi defuncto
ſuo [patre] bello, ſine certamine adducere exercitum potuiſſe? quomodo autem non obſti-
tiſſe? aut ab tergo non ſecutum fratrem? ut, ſi prohibere, quo minus in unum coirent &
duces & exercitus hoſtium, non poſſet, ipſe certe cum fratre coniungeret copias! His
anxius curis, id modo eſſe ſalutare in praeſens credebat, cedere inde, quantum poſſet. & in
de una nocte ignaris hoſtibus, & ob id quietis, aliquantum emenſus eſt iter. Luce ut
ſenſerunt profectos hoſtes, praemiſſis Numidis, quam poterant maxime citato agmine, ſe
qui coeperunt. ante noctem aſſecuti Numidae, nunc ab tergo, nunc in latera incurſantes.
Conſiſtere coeperunt, ac tutari agmen quantum poſſent. tamen tuto ut ſimul pugnarent
procederentque, Scipio hortabatur, priuſquam pedeſtres copiae aſſequerentur. Cete-
D rum nunc agendo, nunc ſuſtinendo agmen, cum aliquandiu haud multum procederetur,
& nox iam inſtaret, reuocat e proelio ſuos Scipio: & collectos in tumulum quendam,
non quidem ſatis tutum, praeſertim agmini perculſo, editiorem tamen, quam cetera cir-
ca erant, ſubducit. Ibi primo impedimentis & equitatu in medium receptis, circumdati
pedites haud difficulter impetus incurſantium Numidarum arcebant. dein poſtquam to-
to agmine tres imperatores cum tribus iuſtis exercitibus aderant, apparebatque, parum
armis ad tuendum locum ſine munimento ualituros eſſe, circumſpectare ac cogitare dux
coepit, ſi quo modo poſſet uallum circum inijcere. ſed erat adeo nudus tumulus, & aſpe
ri ſoli, ut nec uirgulta uallo caedendo, nec terra ceſpiti faciūdo, aut ducendae foſſae, alijue
ulli operi apta inueniri poſſet: nec ferme quidquam ſatis arduum aut abſciſſum erat, quod
hoſti aditum adſcenſumue difficilem praeberet. omnia faſtigio leni ſubuexa. ut tamen ali
E quam imaginem ualli obijcerent, clitellas illigatas oneribus, uelut ſtruentes ad altitudi-
nem ſolitam, circumdabant: cumulo ſarcinarum omnis generis obiecto, ubi ad molien-
dum clitellae defuerant. Punici exercitus poſtquam aduenere, in tumulum quidem per
facile agmen erexere: munitionis uero facies noua primo eos uelut miraculo quodam
tenuit, cum duces undique uociferarentur, quid ſtarent? & non ludibrium illud uix femi-
nis pueriſue morandis ſatis ualidum diſtraherent diriperentque? captum hoſtem teneri, la
tentem poſt ſarcinas. Haec contemptim duces increpabant: ceterum neque tranſilire, ne-
que moliri onera obiecta, nec caedere ſtipatas clitellas, ipſiſq. obrutas ſarcinis, facile erat.
Tardatis diu, cum amoliri obiecta onera, armati ſ dediſſent uiam, pluribuſq. idem parti-
bus fieret, capta iam undique caſtra erant: pauci ab multis, perculſiq. a uictoribus paſ-
ſim

ſim caedebantur. Magna pars tamen militum, cum in propinquas refugiſſet ſiluas, in caſtra P. Scipionis, quibus T. Fonteius legatus praeerat, perfugerunt. Cn. Scipionem alij in tumulo primo impetu hoſtium caeſum tradunt: alij cum paucis in propinquam caſtris turrim perfugiſſe. hanc igni circumdatam, atque ita exuſtis foribus, quas nulla moliri potuerunt ui, captam: omneſq. intus cum ipſo imperatore occiſos. Anno ſexto poſtquam in Hiſpaniam uenerat Cn. Scipio, undetrigeſimo die poſt fratris mortem eſt interfectus. Luctus ex morte eorum non Romae maior, quam per totam Hiſpaniam fuit. quin apud ciues partem doloris & exercitus amiſſi, & alienata prouincia, & publica trahebat clades. Hiſpaniae ipſos lugebant deſiderabantq. duces, Cnaeum tamen magis, quod diutius praefuerat ijs, priorq. & fauorem occupauerat, & ſpecimen iuſtitiae temperantiaeq. Romanae primus dederat. Cum deletus exercitus, amiſſaeq. Hiſpaniae uiderentur: uir unus [illegible] reſtituit. Erat in exercitu L. Marcius, Septimi filius, eques Romanus, impiger iuuenis, G animiq. & ingenij aliquanto, quam pro fortuna in qua erat natus, maioris. ad ſummam indolem acceſſerat Cn. Scipionis diſciplina: ſub qua per tot annos omnes militiae artes edoctus fuerat. Hic & ex fuga collectis militibus, & quibuſdam de praeſidijs deductis, haud contemnendum exercitum fecerat, iunxeratq. cum T. Fonteio, P. Scipionis legato. Sed tantum praeſtitit eques Romanus auctoritate inter milites atque honore, ut caſtris citra Iberum communitis, cum ducem exercituum comitijs militaribus creari placuiſſet, ſubeũtes alij alijs in cuſtodiam ualli ſtationeſque, donec per omnes ſuffragium iret, ad L. Marcium cuncti ſummam imperij detulerint. Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis caſtris, conuehendiſq. commeatibus conſumptum: & omnia imperia milites cum impigre, tum haudquaquam abiecto animo exſequebantur. Ceterum poſtquam Haſdrubalem Giſgonis uenientem ad reliquias belli delendas tranſiſſe Iberum, & appropinquare allatum eſt, ſignumq. pugnae propoſitum ab nouo duce milites uiderunt: recordati, H quos paullo ante imperatores habuiſſent, quibuſq. & ducibus & copijs freti prodire ad pugnam ſoliti eſſent, flere omnes repente, & offenſare capita; & alij manus ad caelum tendere, deos incuſantes: alij ſtrati humi ſuum quiſque nominatim ducem implorare. neque ſedari lamentatio poterat, excitantibus centurionibus manipulares, & ipſo mulcente & increpante Marcio, quod in muliebres & inutiles ſe proieciſſent fletus, potius, quam ad tutandos ſemetipſum & rempublicam ſecum acuerent animos, & ne inultos imperatores ſuos iacere ſinerent: cum ſubito clamor tubarumq. ſonus (iam enim prope uallum hoſtes erant) exaũditur. inde uerſo repente in iram luctu, diſcurrunt ad arma: ac uelut accenſi rabie, diſcurrunt ad portas, & in hoſtem negligenter atque incompoſite uenientem incurrunt. Extemplo improuiſa res pauorem incutit Poenis: mirabũdique, un- I de tot hoſtes tam ſubito exorti prope deleto exercitu forent: unde tanta audacia, tanta fiducia ſui uictis ac fugatis. quis imperator duobus Scipionibus caeſis exſtitiſſet: quis caſtris praeeſſet: quis ſignum dediſſet pugnae: ad haec tot, tam nec opinata, primo, omnium incerti, ſtupenteſq. referunt pedem: dein ualida impreſſione pulſi terga uertunt. et aut fugientium caedes foeda fuiſſet, aut temerarius periculoſuſq. ſequentium impetus, ni Marcius propere receptui dediſſet ſignum, obſiſtenſque ad prima ſigna, quoſdam & ipſe retinens, concitatã repreſſiſſet aciẽ. inde in caſtra auidos adhuc caediſq. & ſanguinis reduxit. Carthaginienſes trepide primo ab hoſtium uallo acti, poſtquam neminem inſequi uiderũt, metu ſubſtitiſſe rati, contemptim rurſus & ſedato gradu in caſtra abeunt. Par negligentia in caſtris cuſtodiendis fuit. nam etſi propinquus hoſtis erat: tamen reliquias eum eſſe duorum exercituum ante paucos dies deletorum, ſuccurrebat. Ob hoc cum omnia K neglecta apud hoſtes eſſent: exploratis ijs Marcius ad conſilium prima ſpecie temerarium magis quam audax, animum adiecit, ut ultro caſtra hoſtium oppugnaret: ſimul facilius eſſe ratus, unius Haſdrubalis expugnari caſtra, quam ſi ſe rurſus tres exercitus ac tres duces iunxiſſent, ſua defendi, ſimul, aut ſi ſucceſſiſſet coeptis recepturum ſe afflictas res: aut ſi pulſus eſſet, tamen ultro inferendo arma, contemptum ſui dempturum. Ne tamen ſubita res, & nocturnus terror [redacted] ſuae fortunae conſilium perturbaret: alloquendos adhortandoſq. ſibi milites ratus, concione aduocata, ita diſſeruit. Vel mea erga imperatores noſtros uiuos mortuoſq. pietas, uel praeſens omnium noſtrum, milites, fortuna fidem cuiuis facere poteſt, mihi hoc imperium, ut amplum iudicio uoſtro, ita re ipſa graue

ac

A ac ſollicitum eſſe. quo enim tempore, niſi metus maerorē obſtupefaceret, uix ita compos mei eſſem, ut aliqua ſolatia inuenire aegro animo poſſem: cogor ueſtram omnium uicem (quod difficillimum in luctu eſt) unus conſolari. et ne tum quidem, ubi quonam modo has reliquias duorum exercituum patriae conſeruare poſſim, cogitandum eſt: auertere animū ab aſſiduo maerore libet. praeſto eſt enim acerba memoria: & Scipiones me ambo dies no-

B ctesq. curis inſomnijſq. agitant, & excitant ſaepe ſomno: neu ſe, neu inuictos per ſeptem annos in ijs terris milites ſuos, commilitones ueſtros, neu remp. patiar inultam, & ſuam diſciplinam ſuaq. inſtituta ſequi iubent. Et ut imperijs uiuorum nemo obedientior me uno fuerit: ita poſt mortem ſuam, quod quaque in re facturos illos fuiſſe maxime cenſeam, id optimum ducere uos quoque uelim milites: non lamentis lacrymiſq. tamquam extinctos proſequi, (uiuunt enim uigentq. fama rerum geſtarum) ſed quotieſcumque occurret memoria illorum, uelut ſi adhortantes ſignumq. dantes uideatis eos, ita proelia inire. Nec alia profecto ſpecies heſterno die oculis animiſq. ueſtris oblata memorabile illud edidit proelium: quo documentum dediſtis hoſtibus, non cum Scipionibus extinctum eſſe nomen Romanum: & cuius populi uis, atque uirtus non obruta ſit Cannenſi clade, ex omni profecto ſaeuitia fortunae emerſuram eſſe. Nunc, qui tantum auſi eſtis ſponte ueſtra, experiri libet, quantum audeatis duce ueſtro auctore. non enim heſterno die, cum ſignum receptui dedi, ſequentibus effuſe uobis turbatum hoſtem, frangere audaciam ueſtram, ſed differre in maiorem gloriam, atque opportunitatem uolui: ut poſtmodum praeparati incautos, armati inermes, atque etiam ſopitos per occaſionem aggredi poſſetis. Nec huius occaſionis ſpem milites forte temere, ſed ex re ipſa conceptam habeo. A uobis quoque profecto ſi quis quaerat, quonam modo pauci a multis, uicti a ui-

C ctoribus caſtra tutati ſitis, nihil aliud reſpondeatis, quam idipſum timentes uos, omnia & operibus firmata habuiſſe, & ipſos paratos inſtructoſq. fuiſſe. Et ita ſe res habet. Ad id, quod ne timeatur, fortuna facit, minime cauti ſunt homines: quia quod neglexeris, incautum atque apertum habeas. Nihil omnium nunc minus metuunt hoſtes, quam ne obſeſſi modo ipſi atque oppugnati, caſtra ſua ultro oppugnemus. Audeamus, quod credi non poteſt auſuros nos. eo ipſo quod difficillimum uidetur, facillimum erit. Tertia uigilia noctis, ſilenti agmine ducam uos. exploratum habeo, non uigiliarum ordinem, non ſtationes iuſtas eſſe. clamor in portis auditus, & primus impetus caſtra ceperit. tum inter torpidos ſomno, pauenteſq. ad necopinatum tumultum, & inermes in cubilibus ſuis oppreſſos illa caedes edatur, a qua uos heſterno die reuocatos aegre ferebatis. Scio, audax uideri conſilium: ſed in rebus aſperis & tenuibus fortiſſima quaeque conſilia tutiſſima

D ſunt: quia ſi in occaſionis momento, cuius praeteruolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequidquam mox omiſſam quaeras. Vnus exercitus in propinquo eſt: duo haud procul abſunt. nunc aggredientibus par aliqua opportunitas eſt: & iam tentaſtis ueſtras atque illorum uires. ſi diem proferimus, & heſternae eruptionis fama contenti deſierimus, periculum eſt, ne omnes duces, omneſq. copiae conueniant. tres deinde duces, tres exercitus ſuſtinebimus hoſtium, quos Cn. Scipio incolumi exercitu non ſuſtinuit? Vt diuidendo copias, periere duces noſtri: ita ſeparati ac diuiſi opprimi poſſunt hoſtes. alia belli gerendi uia nulla eſt. proinde nihil praeter noctis proximae opportunitatem expectemus. Ite dijs bene iuuantibus, corpora curate, ut integri uigenteſque eodem animo in caſtra hoſtium irrumpatis, quo ueſtra tutati eſtis. Laeti & audiere ab nouo duce nouum conſilium: & quo audacius erat, magis placebat. reliquum diei expediendis armis,

E & curatione corporum conſumptum: & maior pars noctis quieti data eſt. quarta uigilia mouere. Erant ultra proxima caſtra ſex millium interuallo diſtantes aliae copiae Poenorum. Vallis caua intererat, condenſa arboribus. in huius ſiluae medio ferme ſpatio cohors Romana arte Punica abditur, & equites. Ita medio itinere intercepto, ceterae copiae ſilenti agmine ad proximos hoſtes ductae. et cum ſtatio nulla pro portis, neque in uallo cuſtodiae eſſent, uelut in ſua caſtra, nullo uſquam obſiſtente, penetrauere. inde ſigna canunt, & tollitur clamor. pars ſemiſopitos hoſtes caedunt, pars ignis eſcas ſtramenta arida tectis inijciunt, pars portas occupant, ut fugam intercludant. hoſtes ſimul ignis, clamor, caedes, uelut alienatos ſenſibus, nec audire, nec prouidere quidquam ſinunt. incidunt inermes inter cateruas armatorum. alij ruunt ad portas, alij obſaeptis itineribus

ſuper

ſuper uallum ſaliunt: & ut quiſque euaſerat, protinus ad caſtra altera fugiunt. ubi à cohorte & equitibus ex occulto prouentibus circumuenti caeſiq. ad unum omnes ſunt. quã- F quam etiam ſiquis ex ea caede effugiſſet, adeo raptim captis propioribus caſtris, in altera tranſcurſum caſtra ab Romanis eſt, ut praeuenire nuncius cladis nõ poſſet. Ibi uero quo longius ab hoſte aberant, & quia ſub lucẽ pabulatum, lignatum, & praedatum quidam dilapſi fuerant, neglecta magis omnia ac ſoluta inuenere: arma tantum in ſtationibus poſita, milites inermes, aut humi ſedentes accubanteſque, aut obambulantes ante uallum portaſque. Cum his tam ſecuris ſolutiſque Romani calentes adhuc ab recenti pugna, feroceſq. uictoria proelium ineunt. itaque nequaquam reſiſti in portis potuit. intra portas, concurſu ex totis caſtris ad primum clamorem ex tumultu facto, atrox proelium oritur. diuq. tenuiſſet, ni cruenta ſcuta Romanorum uiſa indicium alterius cladis Poenis, atque inde pauorem inieciſſent. hic terror in fugam uertit omnes. effuſique, qua iter eſt, niſi G quos caedes oppreſſit, exſuuntur caſtris. Atque ita nocte ac die bina caſtra hoſtium expugnata ductu L. Marcij. Ad triginta ſeptem millia hoſtium caeſa, auctor eſt Claudius, qui annales Acilianos ex Graeco ſermone uertit, captos ad mille octingentos triginta: praedam ingentem partam in ea fuiſſe clypeum argenteum pondo centum trigintaocto, cum imagine Barchini Haſdrubalis. Valerius Antias una caſtra Magonis capta tradit: ſeptem millia ferme caeſa hoſtium: altero proelio eruptione pugnatum cum Haſdrubale, decem millia occiſa: quattuor millia trecentos triginta captos. Piſo quinque millia hominum, cum Mago caedentes noſtros effuſe ſequeretur, caeſa ex inſidijs ſcribit. Apud omnes magnum nomen Marcij ducis eſt: & uerae gloriae eius etiam miracula addunt, flammã ei concionanti fuſam e capite ſine ipſius ſenſu, cum magno pauore circumſtantium militum: monumentumq. uictoriae eius de Poenis uſque ad incenſum Capitolium fuiſſe in templo clypeum Martium appellatum, cum imagine Haſdrubalis. Quietae deinde aliquandiu in Hiſpania res fuere, utriſque poſt tantas acceptas inuicem illataſq. clades cunctantibus periculum ſummae rerum facere. Dum haec in Hiſpania geruntur, Marcellus, captis Syracuſis, cum cetera in Sicilia tanta fide, atque integritate compoſuiſſet, ut non modo ſuam gloriam, ſed etiam maieſtatem populi R. augeret: ornamenta urbis, ſigna, tabulaſque, quibus abundabant Syracuſae, Romam deuexit, hoſtium quidem illa ſpolia, & parta belli iure: ceterum inde primum initium mirandi Graecarum artium opera, licentiaeq. hinc ſacra profanaq. omnia uulgo ſpoliandi, factum eſt. quae poſtremo in Romanos deos, templum id ipſum primum, quod a Marcello eximie ornatum eſt, uertit. uiſebantur enim ab externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa, propter excellentia eius generis ornamenta, quorum perexigua pars comparet. Legationes omnium ferme ciuitatum Siciliae I ad eum conueniebant. diſpar ut cauſſa earum, ita condicio erat. Qui ante captas Syracuſas aut non deſciuerant, aut redierant in amicitiam, ut ſocij fideles, accepti, cultique. quos metus poſt captas Syracuſas dediderat: ut uicti a uictore leges acceperunt. Erant tamen haud paruae reliquiae belli circa Agragantum Romanis, Epicides & Hanno, duces reliqui prioris belli, & tertius nouus ab Hannibale in locum Hippocratis miſſus, Libyphoenicum generis Hipponiates, (Mutinem populares uocabant) uir impiger, & ſub Hannibale magiſtro omnes belli artes edoctus. Huic ab Epicide & Hannone Numidae dati auxiliares. cum quibus ita peruagatus eſt hoſtium agros, ita ſocios ad retinendos in fide animos eorum, ferendumq. in tempore cuique auxilium, adijt, ut breui tempore totam Siciliam impleret nominis ſui; nec ſpes alia maior apud fauentes rebus Carthaginienſium eſſet. Itaque incluſi ad tempus moenibus Agraganti dux Poenus Syracuſanuſque, non conſilio K Mutinis magis, quam fiducia, auſi agredi extra muros, ad Himeram amnem poſuerunt caſtra. Quod ubi perlatum ad Marcellum eſt, extemplo copias mouit: & ab hoſte quattuor ferme millium interuallo conſedit, quid agerent, pararentue, exſpectaturus. Sed nullum neque locum neque tempus cunctationi conſilioue dedit Mutines, tranſgreſſus amnem, ac ſtationibus hoſtium cum ingenti terrore ac tumultu inuectus. Poſtero die, prope iuſto proelio compulit hoſtem intra munimenta. inde reuocatus ſeditione Numidarum in caſtris facta, cum trecenti ferme eorum Heracleam Minoam conceſſiſſent, ad mitigandos reuocandoſq. eos profectus, magnopere monuiſſe duces dicitur, ne abſente ſe cum hoſte manus conſererent. Id ambo aegre paſſi duces, magis Hanno, iam ante anxius gloria

eius:

A eiuſ; Mutinem ſibi modum facere, degenerem Afrum imperatori Carthaginiēſi miſſo ab
ſenatu populoque. Is perpulit cunctantem Epicidem, ut tranſgreſſi flumen in aciem exi-
rent. nam ſi Mutinem opperirentur, & ſecunda pugnae fortuna eueniſſet: haud dubie Mu-
tinis gloriam fore. Enimuero indignum ratus Marcellus, ſe, qui Hannibalem ſubnixum ui-
ctoria Cannenſi ab Nola repuliſſet, his terra mariq. uictis ab ſe hoſtibus cedere, arma pro-
pere capere milites, & efferri ſigna iubet. Ad inſtruentem exercitum decem effuſis equis
aduolant ex hoſtium acie Numidae, nunciantes, populares ſuos primum ea ſeditione mo-
tos, qua trecenti ex numero ſuo conceſſerint Heracleam: dein quod praefectum ſuum ab
obtrectantibus ducibus gloriae eius ſub ipſam certaminis diem ablegatum uideant, quie-
turos in pugna. Gens fallax promiſſi fidem praeſtitit. itaque & Romanis creuit animus, nū-
cio celeri per ordinem miſſo, deſtitutum ab equite hoſtem eſſe, quem maxime timuerant:
B & territi hoſtes, praeterquam quod maxima parte uirium ſuarum non iuuabantur, timore
etiam incuſſo, ne ab ſuo & ipſi equite oppugnarentur. Itaque haud magna uis certaminis
fuit. Primus clamor atque impetus rem decreuit. Numidae cum in concurſu quieti ſteti ſ-
ſent in cornibus, ut terga dantes ſuos uiderunt, fugae tantum parumper comites facti, poſt
quam omnes Agragantum trepido agmen petentes uiderunt, ipſi metu obſidionis paſſim
in ciuitates proximas dilapſi. Multa millia hominum caeſa captaque: & octo elephanti.
Haec ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. uictor inde Syracuſas rediit. Iam ferme in exi-
tu annus erat. itaque ſenatus Romae decreuit, ut P. Cornelius praetor litteras Capuam ad
cōſules mitteret: dum Hannibal procul abeſſet, nec ulla magni diſcriminis res ad Capuam
gereretur: alter eorum, ſi ita uideretur, ad magiſtratus ſubrogandos Romam ueniret. Litte-
ris acceptis, inter ſe conſules compararunt, ut Claudius comitia perficeret, Fuluius ad Ca-
C puam maneret. conſules Claudius creauit Cn. Fuluium Centumalū, & P. Sulpicium Ser.
F. Galbam, qui nullum antea curulem magiſtratum geſſiſſet. praetores deinde creati L.
Cornelius Lentulus, M. Cornelius Cethegus, C. Sulpicius, C. Calpurnius Piſo. Piſoni iu-
riſdictio urbana, Sulpicio Apulia, Cethego Sicilia, Lentulo Sardinia euenit. Conſulibus
prorogatum in annum imperium eſt.

EPITOME. LIBRI. XXVI

D *HANNIBAL ad tertium ab urbe Romana lapidem ſuper Anienem caſtra poſuit. ipſe uero cum duobus millibus equitū uſque ad portam Capenam, ut urbis ſitum exploraret, obequitauit. et cum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis deſcendiſſet: certamen tempeſtas diremit. nam cum in caſtra rediiſſent, ſtatim ſerenitas erat. Capua capta eſt a Q. Fuluio & Ap. Claudio proconſulibus. principes Campani ueneno ſibi conſciuerunt mortem. Cum ſenatus Campanorum deligatus eſſet ad palos, ut ſecuri feriretur: litteras a ſenatu miſſas Q. Ful-*
E *uius proconſ. quibus iubebatur parcere, anteaquam legeret, in ſinu poſuit, & lege agi iuſſit, & ſupplicium peregit. Cum in comitiis apud populum quaereretur, cui mandaretur Hiſpaniarum imperium, nullo id uolente ſuſcipere, P. Scipio P. filius qui in Hiſpania ceciderat, profeſſus eſt ſe iturum. & ſuffragio populi, conſenſuque omnium miſſus, Nouam Carthaginem uno die expugnauit, cum ageret uigeſimū quartum annum: uidereturq. diuina ſtirpe creatus, quoniam & ipſe, poſteaquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris eius anguis ſaepenumero uiſus erat. Res praeterea in Sicilia geſtas continet, & amicitiam cum Aetolis inſtam, bellumq. geſtum aduerſus Acarnanas, & Philippum Macedonum regem.*

LIBER. XXVI

CN. FVLVIVS Centumalus, P. Sulpicius Galba conſules cum idibus Mar- AN. 539.
tiis magiſtratum iniſſent: ſenatu in Capitolium uocato de rep. de admini-
ſtratione belli, de prouinciis exercitibuſq. patres conſuluerunt, Q. Fuluio
& Ap. Claudio, prioris anni conſulibus, prorogatum imperium eſt, atque
exercitus, quos habebant, decreti: adiectumque, ne a Capua, quam obſi-
debant, abſcederent, priuſquam expugnaſſent. Ea tum cura maxime in-
tentos

tentos habebat Romanos: non tam ob iram, quae in nullam umquam ciuitatem iuſtior F
fuit, quam quod urbs tam nobilis ac potens ſicut defectione ſua traxerat aliquot populos,
ita recepta, inclinatura rurſus animos uidebatur ad ueteris imperij reſpectum. Et praetori
bus prioris anni, M. Iunio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas
habuerant, prorogatum eſt imperium. Prorogatum & M. Marcello: ut proconſul in Sici-
lia reliquias belli perficeret eo exercitu quem haberet. ſi ſupplemento opus eſſet, ſupple-
ret de legionibus, quibus P. Cornelius propraetor in Sicilia praeeſſet: dum ne quem mili-
tem legeret ex eo numero, quibus ſenatus miſſionem reditumq. in patriam negaſſet, ante
belli finem. C. Sulpicio, cui Apulia euenerat, duae legiones, quas P. Cornelius habuiſſet,
decretae: & ſupplementum de exercitu Cn. Fulij, qui priore anno in Apulia foede caeſus
fugatuſq. erat. Huic generi militum ſenatus eundem, quem Cannenſibus, finem ſtatuerat
militiae. additum etiam utrorumq. ignominiae eſt, ne in opidis hibernarent, ne ue hiber- G
na propius ullam urbem decem millibus paſſuũ aedificarent. L. Cornelio in Sardinia duae
legiones datae, quibus Q. Mucius praefuerat. ſupplementum, ſi opus eſſet, conſules ſcribe
re iuſſi. T. Otacilio, & M. Valerio, Siciliae Graeciaeq. ora cum legionibus claſſibuſq. qui-
bus praeerant, decreta. Quinquaginta Graeci cum legione una, centum Siculi cum duabus
legionibus habebant naues. Tribus & uiginti legionibus Romanis eo anno bellum terra
mariq. eſt geſtum. Principio eius anni cum de litteris L. Marcij referretur, res geſtae ma-
gnificae ſenatui uiſae. titulus honoris, quod imperio non populi iuſſu, non ex auctoritate
patrum dato, propraetor ſenatui ſcripſerat, magnam partem hominum offendebat. Rem
mali exempli eſſe, imperatores legi ab exercitibus, & ſollemne auſpicatorum comitiorum
in caſtra & prouincias, procul ab legibus magiſtratibuſque, ad militarem temeritatem
transferri. et cum quidam referendum ad ſenatum cenſerent, melius uiſum, differri eam H
conſultationem, donec proficiſcerentur equites, qui ab Marcio litteras attulerant. Reſcri-
bi de frumento & ueſtimentis exercitus placuit: utramque rem eam curae fore ſenatui. ad
ſcribi autem, propraetore L. Marcio, non placuit: ne idipſum, quod conſultationi relique
rant, pro praeiudicato ferrent. Dimiſſis equitibus, de nulla re prius conſules retulerunt,
omniumq. in unum ſententiae congruebant, agendum cum tribunis plebis eſſe, primo
quoque tempore ad plebem ferrent, quem cum imperio mitti placeret in Hiſpaniam, ad
eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator praefuiſſet. Ea res cum tribunis acta promulga-
taq. eſt. Sed aliud certamen occupauerat animos. C. Sempronius Blaeſus, die dicta, Cn.
Fuluium, ob exercitum in Apulia amiſſum, in concionibus uexabat, multa imperatorem
temeritate atque inſcitia exercitum in locum praecipitem perduxiſſe dictitans, neminem,
praeter Cn. Fuluium, ante corrupiſſe omnibus uitijs legiones ſuas, quam prodeeret. ita- I
que uere dici poſſe, prius eos periſſe, quam uiderent hoſtem: nec ab Hannibale, ſed ab
imperatore ſuo uictos eſſe. neminem, cum ſuffragium ineat, ſatis cernere, cui imperium,
cui exercitum permittat. Quid interfuiſſe inter Ti. Sempronium? Cum ei ſeruorum
exercitus datus eſſet, breui effeciſſe diſciplina atque imperio, ut nemo eorum generis ac
ſanguinis ſui memor in acie eſſet: praeſidio ſocijs, hoſtibus terrori eſſent, cum ad Beneuen
tum aliaſq. urbes eos, uelut e faucibus Hannibalis ereptos, populo R. reſtituiſſet. Cn. Ful-
uium Quiritium Romanorum exercitum, honeſte genitos, liberaliter educatos, ſeruili-
bus uitijs imbuiſſe. ergo effeciſſe, ut feroces & inquieti inter ſocios, ignaui & imbelles
inter hoſtes eſſent: nec impetum modo Poenorum, ſed ne clamorem quidem ſuſtinere
poſſent. Nec Hercule mirum eſſe milites in acie non ſtetiſſe, cum primus omnium impe
rator fugeret. magis mirari ſe, aliquos ſtantes cecidiſſe, & non omnes comites Cn. Ful- K
uij fuiſſe pauoris ac fugae. C. Flaminium, L. Paullum, L. Poſtumium, Cn. ac P. Scipiones
cadere in acie maluiſſe, quam deſerere circumuentos hoſtibus ſuos exercitus. Cn. Ful-
uium prope unum nuncium deleti exercitus Romam rediſſe. Facinus indignum eſſe, Can
nenſem exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum, ne prius inde dimitta-
tur, quam hoſtis ex Italia deceſſerit: & hoc idem in Cn. Fuluij legionibus nuper decre-
tum; Cn. Fuluio fugam ex proelio ipſius temeritate commiſſo, impunitam eſſe: & eum in
ganea luſtriſque, ubi iuuentam egerit, ſenectutem acturum: milites, qui nihil aliud pecca-
uerint, quã quod imperatoris ſimiles fuerint, relegatos prope in exſilium, ignominioſam
pati militiam. adeo imparem libertatem Romae diti ac pauperi, honorato atque inhonora
to eſſe.

A tõ eſſe. Reus ab ſe culpam in milites transferebat. Eos ferociter pugnam poſcentes, productos in aciem, non eo, quo uoluerint, quia ſerum diei fuerit, ſed poſtero die & tempore & loco aequo inſtructos, ſeu famam, ſeu uim hoſtium non ſuſtinuiſſe. cum effuſe omnes fugerent, ſe quoque turba ablatum, ut Varronem Cannenſi pugna, ut multos alios imperatores. Quid autem ſolum ſe reſtantem prodeſſe reip. potuiſſe? niſi ſi mors ſua remedio publicis cladibus futura eſſe potuiſſet. Non ſe inopia commeatus, non in loca iniqua incaute deductum: non agmine inexplorato euntem, inſidijs circumuentum: ui aperta, armis, acie uictum: nec ſuorum animos, nec hoſtium, in poteſtate habuiſſe: ſuum cuique ingenium audaciam aut pauorem facere. Bis eſt accuſatus: pecuniaq. anquiſitum. tertio teſtibus datis, cum, praeterquam quod omnibus probris onerabatur, iurati permulti dicerent, fugae pauoriſque initium a praetore ortum: ab eo deſertos milites: cum haud uanum ti-
B morem ducis crederent, terga dediſſe: tanta ira accenſa eſt, ut capite anquirendum concio ſucclamaret. De eo quoque nouum certamen ortum. nam cum tribunus bis pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anquirere diceret: tribuni pl. appellati. cum collegae negarent, ſe in mora eſſe, quo minus, quod ei more maiorum permiſſum eſſet, ſeu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret, quoad uel capitis, uel pecuniae iudicaſſet priuato: tum Sempronius perduellionis ſe iudicare Cn. Fuluio dixit: diemq. comitijs ab C. Calpurnio praetore urbano petit. Inde alia ſpes ab reo tentata eſt, ſi adeſſe iudicio Q. Fuluius frater poſſet, florens tum & fama rerum geſtarum, & propinqua ſpe Capuae potiundae. Id cum per litteras miſerabiliter pro fratris capite ſcriptas petiſſet Fuluius; negaſſentq. patres e rep. eſſe abſcedi a Capua, priuſquam dies comitiorum aderat: Cn. Fuluius exſulatum Tarquinios abijt. id ei iuſtum exilium eſſe ſciuit plebs. Inter haec uis omnis belli uerſa in Ca-
C puam erat. obſidebatur tamen acrius, quam oppugnabatur. nec aut famem tolerare ſeruitia ac plebs poterant, aut mittere nuncios ad Hannibalem per cuſtodias tam artas. Inuentus eſt tãdem quidam Numida, qui, acceptis litteris, euaſurum ſe profeſſus, ut promiſſum praeſtaret: per media Romana caſtra nocte egreſſus, ſpem accendit Campanis, dum aliquid uirium ſupereſſet, ab omni parte eruptionem tentandi. Ceterum in multis certaminibus equeſtria proelia ferme proſpera faciebant: pedites ſuperabãtur. ſed nequaquam tam laetum uincere, quam triſte uinci ulla parte erat ab obſeſſo & prope expugnato hoſte. Inita tandem ratio eſt, ut, quod uiribus deerat, arte aequaretur. Ex omnibus legionibus electi ſunt iuuenes maxime uigore ac leuitate corporum ueloces. eis parmae breuiores, qu...n equeſtres, & ſeptena iacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro quale haſtis uelitaribus ineſt. eos ſingulos in equos ſuos accipientes equites, aſſueſecerunt, & uehi
D poſt ſeſe, & deſilire perniciter, ubi datum ſignum eſſet. Poſtquam aſſuetudine quotidiana ſatis intrepide uiſum eſt fieri, in campum qui medius inter caſtra murumq. erat, aduerſus inſtructos Campanorum equites proceſſerunt. & ubi ad coniectum teli uentum eſt, ſigno dato uelites deſiliunt. pedeſtris inde acies ex equitatu repente in hoſtium equites incurrit: iaculaque cum impetu alia ſuper alia emittunt: quibus plurimis in equos uiroſque paſſim coniectis, permultos uulnerauerunt. pauoris tamen plus ex re noua atque inopinata iniectum eſt. & in perculſum hoſtem equites inuecti, fugam ſtragemq. eorum uſque ad portas fecerunt. Inde equitatu quoque ſuperior Romana acies fuit. Inſtitutum, ut uelites in legionibus eſſent. Auctorem peditum equiti immiſcendorum centurionem Q. Nauium ferunt, honorique id ei apud imperatorem fuiſſe. Cum in hoc ſtatu ad Capuam res eſſent, Hannibalem in diuerſum Tarentinae arcis potiundae, Capuaeq. retinẽdae trahebãt curae.
E uicit tamen reſpectus Capuae, in quam omnium ſociorum hoſtiumq. conuerſos uidebat animos, documento futurae, qualemcumque euentum defectio ab Romanis habuiſſet. Igitur, magna parte impedimentorum relicta in Bruttijs, & omni grauiore armatura, cum delectis peditum equitumq. quam poterat aptiſſimis ad maturandum iter, in Campaniam contendit. ſecuti tamen tam raptim euntem tres & triginta elephanti. in ualle occulta poſt Tifata montem imminentem Capuae conſedit. Adueniens cum caſtellum Galatiam, praeſidio inde ui pulſo, cepiſſet, in circumſidentes Capuam ſe uertit: praemiſſis ante nuncijs Capuam, quo tempore caſtra Romana aggreſſurus eſſet, ut eodem & illi ad eruptionem parati portis omnibus ſeſe effunderent. Res nec explorata Romanis ingentem praebuit terrorem. nam alia parte ipſe adortus eſt: alia Campani omnes pedites equi-

teſque, & cum ijs Punicum praeſidium, cui Boſtar & Hanno praeerant, erupit. Romani, ut F
in re trepida, ne ad unam concurrendo partem, aliquid indefenſi relinquerent: ita inter
ſe copias partiti ſunt. Ap. Claudius Campanis, Fuluius Hannibali eſt oppoſitus. C. Ne
ro propraetor cum equitibus ſextae legionis uia, quae Sueſſulam fert: C. Fuluius Flaccus
legatus cum ſociali equitatu conſtitit e regione Vulturni amnis. Proelium non ſolito mo
do clamore ac tumultu eſt coeptum, ſed ad alium uirorum, equorum, armorumq. ſonum
diſpoſita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum aeris crepitu, qualis in
defectu lunae ſilenti nocte cieri ſolet, edidit clamorem: ut auerteret etiam pugnantium
animos. Campanos facile a uallo Appius arcebat. Maior uis ab altera parte Ful-
uium, Hannibal & Poeni urgebant. legio ibi ſexta loco ceſſit. qua pulſa, cohors Hiſpano-
rum cum tribus elephãtis uſque ad uallum peruaſit: ruperatq. mediam aciem Romanorũ:
& in ancipiti ſpe ac periculo erat, utrum in caſtra perrumperet, an intercluderetur a ſuis. G
Quem pauorem legionis, periculumq. caſtrorum Fuluius ubi uidit, Q. Nauium primo-
reſq. alios centurionum hortatur, ut cohortem hoſtium ſub uallo pugnantem inuadant
ac trucident: in ſummo diſcrimine rem uerti: aut uiam dandam ijs eſſe, & minore conatu,
quod condenſam aciem irrupiſſent, in caſtra irrupturos: aut conficiendos ſub uallo eſſe:
nec magni certaminis rem fore: paucos eſſe, & ab ſuis interclusos: & quae, dum paueat,
Romanis interrupta acies uideatur: etiam ſi ſe utrimque in hoſtem uertat, ancipiti pugna
medios circumuenturam. Nauius, ubi haec imperatoris dicta accepit, ſecundi haſtati ſignũ
ademptum ſignifero in hoſtes infert, iacturum in medios eos minitans, ni ſe propere ſe-
quantur milites, & partem capeſſant pugnae. Ingens corpus erat, & arma honeſtabant, &
ſublatum alte ſignum conuerterat ad ſpectaculum ciues hoſteſque. ceterum poſtquam
iam ad ſigna peruenerat Hiſpanorum, tum undique in eum tragulae coniectae, & prope to H
ta in unum acies uerſa. ſed neque hoſtium multitudo, neque telorum uis arcere impetum
eius uiri potuerunt. Et M. Atilius, legatus primi pili, ex eadem legione ſignum inferri in
cohortem Hiſpanorum coegit. Et qui caſtris praeerant, L. Porcius Licinus, & T. Pompi-
lius legati pro uallo acriter pugnant: elephantoſq. tranſgredientes in ipſo uallo conficiũt.
quorum corporibus cum oppleta eſſet foſſa, uelut aggere aut ponte iniecto, tranſitum
hoſtibus dedit. ibi per ſtragem iacentium elephantorum atrox edita caedes. Altera in
parte caſtrorum iam pulſi erant Campani, Punicũq. praeſidium: & ſub ipſa porta Capuae,
quae ad Vulturnum fert, pugnabatur: neque tam armati irrumpentibus Romanis reſiſte-
bant, quam quod porta balliſtis ſcorpionibuſq. inſtructa, miſſilibus procul hoſtes arcebat.
& ſuppreſſit impetum Romanorum uulnus imperatoris Ap. Claudij: cui ſuos ante prima
ſigna adhortanti, ſub laeuo humero ſummum pectus gaeſo ictum eſt. magna tamen uis ho I
ſtium ante portam eſt caeſa: ceteri trepidi in urbem compulſi. Et Hannibal, poſteaquam
cohortis Hiſpanorum ſtragem uidit, ſummaq. ui caſtra hoſtium defendi: omiſſa oppugna-
tione recipere ſigna, & conuertere agmen retro peditum, obiecto a tergo equitatu, ne ho-
ſtis inſtaret, coepit. Legionum ardor ingens ad hoſtem inſequendum fuit: ſed Flaccus re-
ceptui cani iuſſit, ſatis ad utrumque profectum ratus, ut & Campani, quam haud multum
in Hannibale praeſidij eſſet, & ipſe Hannibal ſentiret. Caeſa eo die, qui huius pugnae au-
ctores ſunt, octo millia hominũ de Hannibalis exercitu, tria ex Campanis tradũt: ſignaq.
Carthaginienſibus quindecim adépta, duodeuiginti Campanis. Apud alios nequaquam
tantam molem pugnae inuenio, pluſq. pauoris, quam certaminis, fuiſſe, cum inopinato
in caſtra Romana Numidae Hiſpaniq. cum elephantis irrupiſſent: elephanti per media ca
ſtra uadentes, ſtragem tabernaculorum ingenti ſonitu ac fuga abrumpentium uincula iu- K
mentorum facerent. fraudem quoque ſuper tumultum adiectam, immiſſis ab Hannibale,
qui (habuit aliquot) gnari Latinae linguae, iuberent conſulum uerbis, quoniam amiſſa ca-
ſtra eſſent, pro ſe quemque militum in proximos montes fugere. ſed eam celeriter cog-
nitam fraudem, oppreſſamque magna caede hoſtium. elephantos igni e caſtris exa-
ctos. Hoc ultimum, utcumque initum finitumque eſt, ante deditionem Capuae proe-
lium fuit. Mediaſtuticus, qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt, eo anno Sep-
pius Leſius erat, loco obſcuro, tenuique fortuna ortus. Matrem eius quondam pro pu-
pillo eo procurantem familiare oſtẽtum, cum reſpondiſſet haruſpex, ſummum quod eſſet
imperium Capuae, peruenturum ad eum puerum: nihil ad eam ſpem agnoſcentem, di-

xiſſe

A xiſſe ferunt, Tu perditas res Campanorum narras, ubi ſummus honos ad filium meum perueniet. Ea ludificatio ueri, & ipſa in uerum uertit. nam cum fame ferroq. urgerentur, nec ſpes ulla ſupereſſet: ijs qui nati in ſpem honorum erant, honores detrectantibus, Leſius, querendo deſertam ac proditam a primoribus Capuam, ſummum magiſtratum, ultimum omnium Campanorum cepit. Ceterum Hannibal, ut nec hoſtes elici amplius ad pugnam uidit, nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuã poſſe: ne ſuos quoq. cõmeatus intercluderent noui conſules, abſcedere irrito incepto, & mouere e Capua ſtatuit caſtra. multa ſecum quo iam inde pergeret, uoluenti, ſubijt animum impetus, caput ipſum belli, Romam petendi, cuius rei ſemper cupitae praetermiſſam occaſionem poſt Cannenſem pugnam, & alij uulgo fremebant, & ipſe non diſsimulabat: nec opinato pauore ac tumultu non eſſe deſperandum aliquam partem urbis occupari poſſe. et ſi Roma in diſcrimine

B eſſet, Capuam extemplo omiſſuros aut ambos imperatores Romanos, aut alterum ex ijs. qui ſi diuiſiſſent copias, utrumque infirmiorem facturos, aut ſibi, aut Campanis bene gerendae rei fortunam daturos eſſe. Vna ea cura angebat, ne, ubi abſceſsiſſet, extemplo dederentur Campani. Numidam promptum ad omnia audenda donis perlicit, ut, litteris acceptis, ſpecie trãsfugae caſtra Romana ingreſſus, altera parte Capuã clã peruadat. Litterae autem erant adhortatione plenae. Profectionem ſuam, quae ſalutaris illis foret, abſtracturam ad defendendam Romam ab oppugnãda Capua duces atque exercitus Romanos: ne deſponderent animos, tolerando paucos dies, totam ſoluturos obſidionem. Inde naues in flumine Vulturno comprehẽſas duci ad id, quod iam ante praeſidij cauſſa fecerat, caſtellum iuſsit. quarum ubi tantam copiam eſſe, ut una nocte traijci poſſet exercitus, allatum eſt: cibarijs decem dierum praeparatis, deductas nocte ad fluuium legiones ante lucem

C traiecit. Id priuſquam fieret, ita futurum compertum ex transfugis Fuluius Flaccus ſenatui Romam cũ ſcripſiſſet, uarie hominum animi pro cuiuſque ingenio affecti ſunt. Vt in re tam trepida, ſenatu extemplo uocato, P. Cornelius, cui Aſinae cognomen erat, omnes duces exercitusq. ex tota Italia, neque Capuae, neque ullius alterius rei memor, ad urbis praeſidium reuocabat. Fabius Maximus, abſcedi a Capua, terreriq. & circumagi ad nutus comminationeſque Hannibalis, flagitioſum ducebat. Qui ad Cannas uictor, ire tamen ad urbem auſus non eſſet, cum a Capua repulſum ſpem potiundae urbis Romae cepiſſe? Non ad Romam obſidendam, ſed ad Capuam liberandam obſidione ire Romam. cum eo exercitu, qui ad urbem eſſet: Iouem foederum ruptorum ab Hannibale teſtem, deoſque alios defenſuros eſſe. Has diuerſas ſententias media ſententia P. Valerij Flacci uicit: qui utriuſque rei memor, imperatoribus qui ad Capuam eſsẽt, ſcribendum cenſuit,

D quid ad urbem praeſidij eſset. quãtas autem Hannibal copias duceret, aut quãto exercitu ad Capuam obſidendam opus eſset, ipſos ſcire. ſi & Romam e ducibus alter, & exercitus pars mitti poſset, ut ab reliquo & duce & exercitu Capua recte obſideretur: inter ſe compararent Claudius Fuluiusque, utri obſidenda Capua, utri ad prohibendam obſidione patriã Romam ueniendum eſset. Hoc ſenatuſconſulto Capuam perlato, Q. Fuluius proconſul, cui collega ex uulnere aegro eundum Romam erat: e tribus exercitibus milite electo ad quindecim millia peditum, mille equites Vulturnum tranſducit. inde cũ Hannibalem Latina uia iturum ſatis cõperiſset, ipſe per Appiae municipia, quaeq. propter eã uiam ſunt, Setiam, Soram, Lauiniam praemiſit, ut commeatus paratos & in urbibus haberent, & ex agris de uijs in uiam proferrent: praeſidiaq. in urbes contraherent, ut ſua cuique reſpublica in manu eſset. Hannibal quo die Vulturnus eſt tranſgreſsus, haud procul a flumine caſtra po-

E ſuit. poſtero die praeter Cales in agrum Sidicinum peruenit. ibi diem unum populando moratus, per Sueſſulanum, Allifanumque, & Caſinatem agrum uia Latina ducit. Sub Caſinum biduo ſtatiua habita: & paſsim populationes factae. Inde praeter Interamnam Aquinumq. in Fregellanum agrum ad Lirim fluuium uentum. ubi interciſum pontem a Fregellanis, morandi itineris cauſſa, inuenit. Et Fuluium Vulturnus tenuerat amnis, nauibus ab Hãnibale incenſis, rates ad trãſijciendum exercitum in magna inopia materiae aegre comparantem. trãiecto ratibus exercitu, reliquum Fuluio expeditum iter, non per urbes modo, ſed circa uiam expoſitis benigne commeatibus, erat. alacreſq. milites, alius alium, ut adderet gradum, memor ad defendendam ire patriam, hortabantur. Romam Fregellanus nuncius, diem noctemq. itinere continuato, ingentem attulit terrorẽ. tumultuoſius, quam

allatum erat, curſus hominum affingentium uana auditis, totam urbem conciuetat. plorá- F
tus mulierum non ex priuatis ſolum domibus exaudiebãtur, ſed undique matronae in publicum effuſae circa deum delubra diſcurrũt, crinibus paſſis aras uerrentes, nixae genibus, ſupinas manus ad caelum ac deos tendentes: orantesque, ut urbem Romam e manibus hoſtium eriperent: matreſq. Romanas, & liberos paruos inuiolatos ſeruarent. Senatus magiſtratibus in foro praeſto eſt, ſiquid conſulere uelint. alij accipiunt imperia, diſcedũtq. ad ſuas quiſque officiorum partes. alij offerunt ſe, ſi quo uſus operae ſit. praeſidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam Albano, atque arce Tuſculana ponuntur. Inter hunc tumultum Q. Fulnium proconſulẽ profectum cum exercitu a Capua affertur, cui ne minueretur imperium, ſi in urbem ueniſſet, decreuit ſenatus, ut Q. Fuluio par cum conſulibus imperium eſſet. Hannibal, infeſtius perpopulato agro Fregella
no, propter interciſos pontes, per Fruſinatem Ferentinatemq. & Anagninũ agrum in Labi G
canum uenit. inde Algido Tuſculum petijt: nec receptus moenibus, infra Tuſculum dextrorſus Gabios deſcendit. inde in Pupiniam exercitu demiſſo, octo millia paſſuum a Roma poſuit caſtra. Quo propius hoſtis accedebat, eo maior caedes fiebat fugientium, praecedentibus Numidis: pluresq. omnium generum, atque aetatum capiebantur. In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cum exercitu Romam ingreſſus, media urbe per Carinas Exquilias contendit. inde egreſſus, inter Exquilinam Collinamq. portam poſuit caſtra. Aediles plebis commeatum eo comportarunt. Conſules ſenatuſq. in caſtra uenerunt. ibi de ſumma reip. conſultatum. Placuit conſulibus, circa portas Collinam Exquilinãq. ponere caſtra: C. Calpurnium, praetorem urbanum, Capitolio, atque arci praeeſſe: & ſenatum frequentem in foro contineri, ſi quid in tam ſubitis rebus conſulto opus eſſet. In-
ter haec Hannibal ad Anienẽ fluuium tria millia paſſuum ab urbe caſtra admouit. ibi ſtati- H
uis poſitis, ipſe cum duobus millibus equitum a porta Collina uſque ad Herculis templum eſt progreſſus: atque unde proxime poterat, moenia ſitumque urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter, atque otioſe facere, Flacco indignum uiſum eſt. itaque immiſit equites, ſubmouerique, atque in caſtra redigi hoſtium equitatum iuſſit. Cum commiſſum proelium eſſet: conſules transfugas Numidarum, qui tum in Auentino ad ∞, & CC erant, media urbe tranſire Exquilias iuſſerunt: nullos aptiores inter conualles, tectaq. hortorum, & ſepulcra, & cauas undique uias ad pugnandum futuros rati. quos cum ex arce Capitolioq. cliuo publico in equis decurrentes quidam uidiſſent, captum Auentinum conclamauerunt. Ea res tantum tumultum ac fugam praebuit, ut, niſi caſtra Punica extra urbem fuiſſent, effuſura ſe omnis pauida multitudo fuerit. Tunc
in domos, atque in tecta refugiebant: uagoſque in uijs ſuos pro hoſtibus lapidibus te- I
liſque inceſſebant. nec comprimi tumultus, aperirique error poterat, refertis itineribus agreſtium turba pecorumque, quae repentinus pauor in urbem compulerat. Equeſtre proelium ſecundum fuit, ſummotiq. hoſtes ſunt. et quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temere oriebantur, placuit, omnes, qui dictatores, conſules, cenſoresue fuiſſent, cum imperio eſſe, donec receſſiſſet a muris hoſtis. Et diei quod reliquum fuit, & nocte inſequenti, multi temere excitati tumultus ſunt, compreſſique. Poſtero die tranſgreſſus Anienem Hannibal in aciem omnes copias eduxit: nec Flaccus conſuleſq. certamen detrectauere. Inſtructis utrimque exercitibus in eius pugnae caſum, in qua urbs Roma uictori praemium eſſet, imber ingens grandine miſtus ita utramque aciem turbauit, ut uix armis retentis in caſtra ſeſe receperint, nullius rei minore, quam hoſtium metu. Et poſtero die eodem loco acies inſtructas eadem tempeſtas diremit. ubi rece-
piſſent ſe in caſtra, mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res K
apud Poenos uerſa eſt: auditaq. uox Hannibalis fertur, potiundae ſibi urbis Romae modo mentem non dari, modo fortunam. Minuere etiam ſpem eius & aliae magnae, paruaeq. res: magna illa, quod, cum ipſe ad moenia urbis Romae armatus ſederet, milites ſub uexillis in ſupplementum Hiſpaniae profectos audiuit: parua autem, quod per eos dies eum forte agrum, in quo ipſe caſtra haberet, ueniſſe nihil ob id deminuto pretio, cognitum ex quodam captiuo eſt. id uero adeo ſuperbum, atque indignum uiſum, eius ſoli, quod ipſe bello captum poſſideret haberetque, inuentum Romae emptorem: ut extẽplo uocato praecone, tabernas argentarias, quae circa forum Romanum tunc eſſent, iuſſerit uenire.

His

Matronae in magno periculo crinibus suis aras verrebant.

Imperatores cum urbem intrabant deponebant imperium.

A His motus ad Tutiam fluuium caſtra retulit, ſex millia paſſuum ab urbe. Inde ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempeſtate inclytum diuitijs. Capenates aliqui accolae eius erant. primitias frugum eo, donaq. alia pro copia portantes, multo auro argentoq. id exornatum habebant. His omnibus donis tum ſpoliatum templum. aeris acerui, cum rudera milites religione inducti iacerent, poſt profectionem Hannibalis magni inuenti. Huius populatio templi haud dubia inter ſcriptores eſt. Coelius Romam euntem ab Ereto diuertiſſe eo Hannibalem tradit; iterq. eius ab Reate, Cutilijſque, & ab Amiterno orditur. ex Campania in Samnium, inde in Pelignos peruenisse: praeterq. opidum Sulmonem in Marrucinos tranſiſſe: inde Albenſi agro in Marſos: hinc Amiternum Foruloſque uicum ueniſſe. Neque ibi error eſt, quod tanti exercitus ueſtigia intra tam breuis aeui memoriam potuerint confundi. iſſe enim ea conſtat. tantum id intereſt, uenerit ne eo

B itinere ad urbem, an ab urbe in Campaniam redierit. Ceterum non quantum pertinaciae ad premendam obſidione Capuam Romanis fuit, tantum ad defendendam Hannibali. namque ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum uero ac Rhegium eo curſu contendit, ut prope repentino aduentu incautos oppreſſerit. Capua, etſi nihilo ſegnius oppreſſa per eos dies fuerat, tamen aduentum Flacci ſenſit: & admiratio orta eſt, non ſimul regreſſum Hannibalem. inde per colloquia intellexerunt relictos ſe, deſertoſque, & ſpem Capuae retinendae deploratam apud Poenos eſſe. Acceſſit edictum proconſulis ex ſenatuſconſulto propoſitum uulgatumque apud hoſtes, ut, qui ciuis Campanus ante certam diem trãſiſſet, ſine fraude eſſet. nec ulla facta eſt tranſitio, metu magis eos, quam fide, continente: quia maiora in defectione deliquerant, quam quibus ignoſci poſſet. Ceterum quemadmodum nemo priuato conſilio ad hoſtem tranſibat, ita nihil ſalutare in medium

C conſulebatur. Nobilitas remp. deſeruerat, neque in ſenatum cogi poterat. in magiſtratu autem erat, qui non ſibi honorem adieciſſet, ſed indignitate ſua uim ac ius magiſtratui quem gerebat, dempſiſſet. Iam ne in foro quidem, aut publico loco principum quiſquam apparebat. domibus incluſi, patriaeq. occaſum cum ſuo exitio in dies exſpectabant. ſumma curae omnis in Boſtarem Hannonẽque, praefectos praeſidij Punici, uerſa erat, ſuo non ſociorum, periculo ſollicitos. Hi conſcriptis ad Hannibalem litteris non libere modo, ſed etiam aſpere, quibus non Capuam ſolum traditam in manum hoſtibus, ſed ſe quoque, & praeſidium in omnes cruciatus proditos incuſabant: abijſſe eũ in Bruttios, uelut auertẽtem ſeſe, ne Capua in oculis eius caperetur. at hercule Romanos ne oppugnatione quidem urbis Romae abſtrahi a Capua obſidenda potuiſſe. tanto conſtantiorem inimicum Romanum, quam amicum Poenum eſſe. Si redeat Capuam, bellumq. omne eo uertat: &

D ſe, & Campanos paratos eruptioni fore. Non cum Rheginis, neque Tarentinis bellum geſturos tranſiſſe Alpes. ubi Romanae legiones ſint, ibi & Carthaginienſium exercitus debere eſſe. ſic ad Cannas, ſic ad Traſymenum rem bene geſtam, coeundo, conferendo cum hoſte caſtra, fortunam tentando. In hanc ſententiam litterae conſcriptae, Numidis, propoſita mercede iam profeſsis operam, dantur. Hi ſpecie transfugarum cum ad Flaccum in caſtra ueniſſent, ut inde tempore captato abirent: fameſque, quae tam diu Capuae erat, nulli non probabilem cauſſam tranſitionis faceret: mulier repente Campana in caſtra uenit, ſcortum transfugarum unius: indicatq. imperatori Romano, Numidas fraude compoſita tranſiſſe, litteraſq. ad Hannibalem ferre. Id unum ex ijs, qui ſibi rẽ aperuiſſet, arguere ſeſe paratam. Productus, primo ſatis conſtanter ignorare ſe mulierem ſimulabat. paullatim deinde conuictus ueri, cum tormenta poſci & parari uideret: fatius id ita eſſe.

E litteraeq. prolatae: & additum etiam indicio, quod celabatur, & alios ſpecie transfugarũ Numidas uagari in caſtris Romanis. Hi ſupra LXX comprehenſi, & cum transfugis nouis mulctati uirgis, manibuſque praeciſis Capuam rediguntur. Conſpectum tam triſte ſupplicium fregit animos Campanorum. Concurſus ad curiam populi factus coegit Leſtum ſenatum uocare: & primoribus, qui iam diu publicis conſilijs aberant, propalam minabantur, niſi uenirent in ſenatum, circa domos eorum ituros ſe, & in publicum omnes ui extracturos eſſe. Is timor frequentem ſenatum magiſtratui praebuit. Ibi cum ceteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent: Vibius Virius, qui defectionis ab Romanis auctor fuerat, interrogatus ſententiam, negat eos, qui de legatis & de pace ac deditione loquantur, meminiſſe, nec quid facturi fuerint, ſi Romanos in poteſtate habuiſſent,

nec quid ipſis patiendum ſit. Quid, uos, inquit, eam deditionem fore cenſetis, qua quon- F.
dam, ut aduerſus Samnites auxilium impetraremus, nos noſtraque omnia Romanis dedi-
mus? Iam e memoria exceſsit, quo tempore, & in qua fortuna a populo R. defecerimus?
iam quemadmodum in defectione praeſidium, quod poterat emitti, per cruciatum, & ad
contumeliam necauerimus? quoties in obſidentes, quam inimici eruperimus? caſtra op-
pugnauerimus? Hannibalem uocauerimus ad opprimendos eos? hoc quod recentiſsimũ
eſt, ad oppugnandam Romam hinc eum miſerimus? Age contra, quae illi infeſte in nos fe-
cerint, repetite, ut ex eo, quid ſperetis, habeatis. Cum hoſtis alienigena in Italia eſſet, &
Hannibal hoſtis, & cuncta bello arderent: omiſsis omnibus, omiſſo ipſo Hãnibale, ambos
conſules, & duos conſulares exercitus ad Capuam oppugnandam miſerunt. Alterum an-
num circumuallatos incluſoſque nos fame macerant, & ipſi nobiſcum ultima pericula, gra
uiſſimos labores perpeſſi, circa uallum ac foſſas ſaepe trucidati, & prope ad extremũ caſtris G
exſuti. Sed omitto haec. uetus atque uſitata res eſt, in oppugnanda hoſtium urbe labores ac
pericula pati: Illud irae atque odij exſecrabilis indicium eſt. Hãnibal ingẽtibus copijs pedi
tum equitumq. caſtra oppugnauit, & ex parte cepit: tanto periculo nihil moti ſunt ab obſi
dione. profectus trans Vulturnum peruſſit Calenum agrum: nihil tanta ſociorũ clade auo-
cati ſunt. Ad ipſam urbem Romam infeſta ſigna ferri iuſsit: eam quoque tempeſtatem im
minentem ſpreuerunt. Tranſgreſſus Aniene, tria millia paſſuum ab urbe caſtra poſuit: po-
ſtremo ad moenia ipſa & ad portas acceſsit: Romam ſe adempturum eis, niſi omitterẽt Ca
puam, oſtendit: & non omiſerunt. Feras beſtias caeco impetu ac rabie concitatas, ſi ad cubi
lia & catulos earum ire pergas, ad opem ſuis ferendam auertas; Romanos Roma circum-
ſeſſa, coniuges, liberi, quorũ ploratus hinc quoque prope exaudiebantur: arae, foci, deum
delubra, ſepulcra maiorum temerata ac uiolata, a Capua non auerterũt. tanta auiditas ſup H
plicij expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis. nec iniuria fortitan. nos quoque
idẽ feciſſemus, ſi data fortuna eſſet. Itaque quando aliter dijs immortalibus uiſum eſt, cum
mortem ne recuſare quidem debeam: cruciatus contumeliaſque, quas ſperat hoſtis, dum
liber, dum mei potens ſum, effugere morte, praeterquam honeſta, etiam leni poſſum. non
uideo Ap. Claudium & Q. Fuluium uictoria inſolenti ſubnixos: neque uinctus per ur-
bem Romam triumphi ſpectaculum trahar; ut deinde in carcere, aut ad palum deligatus,
lacerato uirgis tergo, ceruicem ſecuri Romanae ſubijciam: nec dirui incendiq. patriam ui-
debo: nec rapi ad ſtuprum matres Campanas uirgineſq. & ingenuos pueros. Albam, un-
de ipſi oriundi erant, a fundamentis proruerunt, ne ſtirps, ne memoria originum ſuarum
exſtaret: nedum eos Capuae parſuros credam, cui infeſtiores, quam Carthagini, ſunt. Ita-
que quibus ueſtrum ante fato cedere, quam haec tot & tam acerba uideant, in animo eſt, I
ijs apud me hodie epulae inſtructae parataeq. ſunt. ſatiatis uino ciboque, poculum idem,
quod mihi datum fuerit, circumferetur. ea potio corpus a cruciatu, animum a contume-
lijs, oculos, aures, a uidendis audiendiſque omnibus acerbis indigniſque, quae manent ui-
ctos, uindicabit. parati erunt, qui magno rogo in propatulo aedium accenſo corpora exa-
nima inijciant. Haec una uia & honeſta & libera ad mortem. & ipſi uirtutem mirabuntur
hoſtes, & Hannibal fortes ſocios ſciet ab ſe deſertos ac proditos eſſe. Hanc orationem
Virij plures audierunt cum aſſenſu, quam forti animo id, quod probabant, exſequi potue-
runt. Maior pars ſenatus multis ſaepe bellis expertã populi Romani clementiam, haud dif-
fidentes ſibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreue-
runt, miſeruntque. Vibum Virium ſeptem & uiginti ferme ſenatores domum ſecuti ſunt:
epulatiq. cum eo, & quantum facere potuerãt, alienatis mentibus uino ab imminentis ſen K
ſu mali, uenenum omnes ſumpſerunt. inde miſſo conuiuio dextris inter ſe datis, ultimoq.
complexu, collacrymantes ſuum patriaeq. caſum, alij, ut eodem rogo cremarentur, manſe-
runt, alij domos digreſsi ſunt. Impletae cibis uinoq. uenae minus efficacem in maturanda
morte uim ueneni fecerunt. itaque noctem totam plerique eorum, & diei inſequentis par-
tem, cum animam egiſſent: omnes tamen prius, quam aperirentur hoſtibus portae, exſpira
runt. Poſtero die porta Iouis, quae aduerſus caſtra Romana erat, iuſſu proconſulis aperta
eſt. ea intromiſſa legio una, & duae alae cum C. Fuluio legato. Is, cum omnium primum
arma telaque, quae Capuae erãt, ad ſe conferenda curaſset, cuſtodijs ad omnes portas diſ-
poſitis, ne quis exire aut emitti poſset, praeſidium Punicum comprehendit: ſenatum

Campanum

A Campanum ire in caſtra ad imperatores Romanos iuſſit. quo cum ueniſſent, extemplo
his omnibus catenae iniectae, iuſsiq. ad quaeſtores deferre, quod auri argentiq. haberent.
auri pondo LXX fuit: argenti tria millia pondo & CC. ſenatores quinque & uiginti Ca-
les in cuſtodiam, duodetriginta Teanum miſsi, quorum de ſententia maxime deſcitum ab
Romanis conſtabat. De ſupplicio Campani ſenatus haudquaquam inter Fuluium Clau-
diumq. conueniebat. facilis impetrandae ueniae Claudius, Fuluij durior ſententia erat.
Itaque Appius Romam ad ſenatum arbitrium eius rei totum reijciebat. percunctandi
etiam aequum eſſe poteſtatem fieri patribus, num communicaſſent conſilia cum aliquibus
ſociorum Latini nominis municipiorum, & num ope eorum in bello forent & municipio
rum adiuti. Id uero minime committendum eſſe, Fuluius dicere, ut ſollicitarentur cri-
minibus dubijs ſociorum fidelium animi, & ſubijcerentur indicibus, queis, neque quid
B facerent, neque quid dicerent, quidquam umquam penſi fuiſſet. itaque ſe eam quaeſtio-
nem oppreſſurum, exſtincturumque. Ab hoc ſermone cum digreſsi eſſent: & Appius
quamuis ferociter loquentem collegam, non dubitaret tamen litteras ſuper tanta re ab Ro
ma exſpectaturum: Fuluius, ne idipſum impedimentum incepto foret, dimittens praeto-
rium, tribunis militum ac praefectis ſociorum imperauit, uti duobus millibus equitum
delectis denunciarét, ut ad tertiam buccinam praeſto eſſent. Cum hoc equitatu nocte Tea
num profectus, prima luce portam intrauit, atque in forum perrexit: concurſuq. ad pri-
mum equitum ingreſſum facto, magiſtratum Sidicinum citari iuſsit: imperauitque, ut pro
duceret Campanos, quos in cuſtodia haberet. Producti omnes, uirgiſq. caeſi, ac ſecuri
percuſſi. Inde citato equo Cales percurrit. ubi cum in tribunali conſediſſet, productiq.
Campani deligarentur ad palum: eques citus ab Roma uenit: litteraſq. a C. Calpurnio
C praetore Fuluio cum tradidiſſet: murmur a tribunali totam concionem peruaſit, deferri
rem integram ad patres de Campanis. Et Fuluius id ita eſſe ratus, acceptas litteras, neque
reſolutas cũ in gremio repoſuiſſet, praeconi imperauit, ut lictorem lege agere iuberet. Ita
de iis quoque, qui Calibus erant, ſumptum ſupplicium. tum litterae lectae, ſenatuſq. cõſul
tum, ſerum ad impediendam rem actam, quae ſumma ope approperata erat, ne impediri
poſſet. Conſurgentem iam Fuluium Taurea Iubellius Campanus per mediam uadens tur-
bam nomine inclamauit: & cum mirabundus, quidnam ſeſe uellet, inquireret, reſidens
Flaccus: Me quoque, inquit, iube occidi: ut gloriari poſſis, multo fortiorem, quam ipſe
es, uirum abs te occiſum eſſe. Cum Flaccus negaret profecto ſatis compotem mentis eſſe:
modo prohiberi etiam ſe, ſi id uellet, ſenatus conſulto diceret: tum Iubellius: Quandoqui-
dem, inquit, capta patria, propinquis amiciſq. amiſſis, cum ipſe manu mea coniugem libe-
D roſq. interfecerim, ne quid indigni paterentur, mihi ne mortis quidem copia eadem eſt,
quae his ciuibus meis: petatur a uirtute inuiſae huius uitae uindicta. atque ita gladio, quẽ
ueſte texerat, per aduerſum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procu-
buit. Quia & quod ad ſupplicium attinet Campanorum, & pleraque alia, de Flacci unius
ſententia acta erant, mortuum Ap. Claudium ſub deditionem Capuae quidam tradunt.
hunc quoque ipſum Tauream neque ſua ſponte ueniſſe Cales, neque ſua manu interfe-
ctum; ſed dum inter ceteros ad palum deligatur, quia parum inter ſtrepitus exaudiri poſ-
ſent, quae uociferabatur, ſilentium fieri Flaccum iuſſiſſe: tum Tauream illa, quae ante me-
morata ſunt, dixiſſe: uirum ſe fortiſſimum a nequaquam pari ad uirtutem occidi. ſub haec
dicta iuſſu proconſulis praeconem ita pronunciaſſe, Lictor uiro forti adde uirgas, & in eũ
primum lege age. Lectum quoque ſenatuſconſultum, priuſquam ſecuri feriret, quidam au
E ctores ſunt: ſed quia adſcriptum in ſenatuſconſulto fuerit, ſi ei uideretur, integram rem ad
ſenatum reijceret: interpretatum eſſe, quid magis e rep. duceret, aeſtimationem ſibi per-
miſſam. Capuam a Calibus reditum eſt: Atellaq. & Calatia in deditionem acceptae. ibi
quoque in eos, qui capita rerum erant, animaduerſum. ita ad LXX principes ſenatus inter-
fecti, trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi. alij per ſociorum Latini nomi-
nis urbes in cuſtodias dati, uarijs caſibus interierunt. multitudo alia ciuium Campano-
rum uenumdata. De urbe agroq. reliqua conſultatio fuit: quibuſdam delendam cenſen-
tibus urbem praeualidam, propinquam, inimicam. Ceterum praeſens utilitas uicit. nam
propter agrum, quem omni fertilitate terrae ſatis conſtabat primum in Italia eſſe, urbs ſer-
uata eſt, ut eſſet aliqua aratorum ſedes. urbi frequentandae multitudo incolarũ libertino-

rumq. & inſtitorum opificumq. retenta. ager omnis & tecta publica populi Romani fa- F
cta. Ceterum habitari tantum tamquam urbem, Capuam, frequentariq. placuit: corpus
nullum ciuitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe. ſine conſilio pu-
blico, ſine imperio multitudinem: nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fo-
re. praefectum ad iura reddenda ab Roma quotannis miſſuros. Ita ad Capuam res com-
poſitae conſilio ab omni parte laudabili. ſeuere & celeriter in maxime noxios animaduer
ſum: multitudo ciuium diſsipata in nullam ſpem reditus: non ſaeuitum incendijs ruinisq.
in tecta innoxia, muroſque: & cũ emolumẽto quaeſita etiam apud ſocios lenitatis ſpecies
incolumitate urbis nobiliſsimae opulentiſsimaeque, cuius ruinis omnis Cãpania, omnes,
qui Campaniam circa accolunt, populi ingemuiſſent: confeſsio expreſſa hoſti, quanta uis
in Romanis ad expetendas poenas ab infidelibus ſocijs, &, quam nihil in Hannibale auxilij
ad receptos in fidem tuendos eſſet. Romani proconſules perſuncti, quod ad Capuam atti- G
nebat, cura, C. Neroni ex ijs duabus legionibus, quas ad Capuam habuerant, ſex millia pe-
ditum, & trecentos equites, quos ipſe legiſſet, & ſocium Latini nominis peditum nume-
rum parem, & octingentos equites decernunt. Eum exercitum, Puteolis in naues impoſi-
tum, Nero in Hiſpaniam tranſportauit. Cum Tarraconem nauibus ueniſſet, expoſitiſq. ibi
copijs, & nauibus ſubductis, ſocios quoq. nauales, multitudinis augendae cauſſa, armaſſet:
profectus ad Iberum flumen, exercitum ab T. Fonteio & L. Marcio accepit. inde pergit ad
hoſtes ire. Haſdrubal Hamilcaris ad Lapides Atros caſtra habebat in Auſetanis, is locus
eſt inter opida Illiturgi, & Mẽtiſſam. huius ſaltus fauces Nero occupauit. Haſdrubal, ne in
arto res eſſet, caduceatorem mitit, qui promitteret, ſi inde miſſus foret, ſe omnem exerci-
tum ex Hiſpania deportaturum. Quam rem cum laeto animo Romanus accepiſſet, diem
poſterum Haſdrubal colloquio petiuit, ut Romani leges conſcriberent de tradendis arci- H
bus urbium, dieq. ſtatuenda ad quam praeſidia deducerentur, ſuaq. omnia ſine fraude Poe
ni deportarent. Quod ubi impetrauit, extemplo primis tenebris, atque inde tota nocte,
quod grauiſsimum exercitus erat, Haſdrubal, quacũque poſſet, euadere e ſaltu iuſsit. data
ſedulo opera eſt, ne multi ea nocte exirent, ut ipſa paucitas tum ad hoſtem ſilentio fallen-
dum aptior, tum ad euadendum per artas ſemitas ac difficiles eſſet. Ventum inſequenti
die ad colloquium eſt: ſed loquendo plura ſcribendoq. dedita opera, quae in rem non eſ-
ſent, die conſumpto, in poſterum dilatum eſt. addita inſequens nox ſpatium dedit & alios
emittendi: nec poſtero die res finem inuenit. ita aliquot dies diſceptando palam de legi-
bus, nocteſque, emittendis clam e clauſtris Carthaginienſibus, abſumptae. et poſteaquam
maior pars emiſſa exercitus erat, iam ne ijs quidem, quae ultro dicta erant, ſtabatur: mi-
nuſq. ac minus, cum timore ſimul fide decreſcente, conueniebat. Iam ferme pedeſtres o-
mnes copiae euaſerant e ſaltu: cum prima luce denſa nebula ſaltum omnẽ campoſq. circa I
intexuit. quod ubi ſenſit Haſdrubal, mittit ad Neronem, qui in poſterum diem colloquium
differret. illum diem religioſum Carthaginienſibus ad agendum quidquam rei feriatum
eſſe. Ne tum quidem ſuſpecta fraus. cum data eſſet uenia eius diei, extemplo Haſdrubal cũ
equitatu elephantiſq. caſtris egreſſus, ſine ullo tumultu in tutum euaſit. Hora ferme quar-
ta depulſa ſole nebula aperuit diem, uacuaq. hoſtium caſtra conſpexerunt Romani. Tum
demum Claudius Punicam fraudem agnoſcens, ut ſe dolo captum ſenſit, proficiſcentem
inſtitit ſequi, paratus confligere acie: ſed hoſtis detrectabat pugnam, leuia tamen proelia
inter extremum Punicum agmen, praecurſoreſq. Romanorum fiebãt. Inter haec Hiſpaniae
populi, nec qui poſt cladem acceptam defecerant, redibant ad Romanos, nec ulli noui defi
ciebant. Et Romae ſenatui populoq. poſt receptam Capuam non Italiae iam maior, quam
Hiſpaniae, cura erat. et exercitum augeri, & imperatorem mitti placebat, nec tamen, quem K
mitterent, ſatis conſtabat: quoniam illuc, ubi duo ſummi imperatores intra dies XXX ceci
diſſent, qui in locum duorum ſuccederet, extraordinaria cura deligẽdus eſſet. Cũ alij aliũ
nominarent, poſtremum eo decurſum eſt, ut populus proconſulem creando in Hiſpaniam
comitia haberet. diemq. comitijs conſules edixerunt. Primo exſpectauerant, ut, qui ſe tan
to imperio dignos crederent, nomina profiterẽtur. quae ut deſtituta exſpectatio eſt, redin
tegratus luctus acceptae cladis, deſideriumq. imperatorum amiſſorum. Maeſta itaque
ciuitas, prope inops conſilij, comitiorum die tamen in campum deſcendit. atque in magi-
ſtratus uerſi, circumſpectant ora principum aliorum alios intuentium, fremuntque, adeo

A perditas res, deſperatumq. de repub. eſſe, ut nemo audeat in Hiſpaniam imperium accipere. Cum ſubito P. Cornelius, illius, qui in Hiſpania ceciderat, filius, quattuor & uiginti ferme annos natus, profeſſus ſe petere, in ſuperiore, unde conſpici poſſet, loco conſtitit. In quem poſtquam omniũ ora conuerſa ſunt, clamore ac fauore ominati extẽplo ſunt felix fauſtumq. imperium. iuſsi deinde inire ſuffragium, ad unum omnes non centuriae modo, ſed etiam homines P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam iuſſerunt. Ceterum poſt rem actam, ut iam reſederat impetus animorum ardorque, ſilentium ſubito ortum, & tacita cogitatio, quidnam egiſſent noui. quod fauor plus ualuiſſet, quam ratio aetatis, maxime poenitebat. quidam fortunam etiam domus horrebant, nomenque, ex funeſtis duabus familijs, in eas prouincias, ubi inter ſepulcra patris patruique res gerendae eſſent, proficiſcentis. Quam ubi ab re tanto impetu acta ſolicitudinem curamque hominum animaduertit,

B aduocata concione, ita de aetate, ſua, imperioq. mãdato, & bello quod gerendum eſſet, magno, elatoq. animo diſſeruit: ut ardorem eum, qui reſederat, excitaret rurſus, innouaretq. & impleret homines certioris ſpei, quam quãtam fides promiſsi humani, aut ratio ex fiducia rerum ſubijcere ſolet. Fuit enim Scipio non ueris tantum uirtutibus mirabilis, ſed arte quoque quadam ab iuuenta in oſtentationem earum compoſitus: pleraque apud multitudinem aut per nocturnas uiſa ſpecies, aut uelut diuinitus mente monita, agens: ſiue & ipſe capti quadam ſuperſtitione animi: ſiue ut imperia conſiliaque, uelut ſorte oraculi miſſa ſine cunctatione aſſequeretur ad haec iam inde ab initio praeparãs animos, ex quo togam uirilem ſumpſit, nullo die prius ullam publicam priuatamq. rem egit, quam in Capitoliũ iret, ingreſſuſq. aedem conſideret: & plerumque tempus ſolus in ſecreto ibi tereret. Hic mos, qui per omnem uitam ſeruabatur, ſeu conſulto, ſeu temere uulgatae opinioni fidem

C apud quoſdam fecit ſtirpis eum diuinae uirum eſſe: retulitq. famam in Alexandro Magno prius uulgatam, & uanitate & fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris eius perſaepe uiſam prodigij eius ſpeciem, interuẽtuq. hominum euolutã repente, atque ex oculis elapſam. His miraculis numquam ab ipſo eluſa fides eſt: quin potius aucta arte quadã, nec abnuendi tale quidquam, nec palam affirmandi. Multa alia eiuſdem generis, alia uera, alia aſsimulata, admirationis humanae in eo iuuene exceſſerant modum. quibus freta tunc ciuitas, aetati haudquaquam maturae tantam molem rerum, tantũque imperium permiſit. Ad eas copias, quas ex uetere exercitu Hiſpania habebat, quaeque a Puteolis cum C. Nerone trãiectae erant, decẽ millia peditum, & mille equites adduntur. & M. Iunius Silanus propraetor adiutor ad res gerendas datus eſt. Ita cum XXX nauium claſſe (omnes autem quinqueremes erant) oſtijs Tiberinis profectus praeter oram

D Tuſci maris, Alpes atque Gallicum ſinum, & deinde Pyrenes circumuectus promontoriũ Emporijs, urbe Graeca, (oriundi & ipſi a Phocaea ſunt) copias expoſuit. inde ſequi nauibus iuſsis, Tarraconem pedibus profectus, conuentum omnium ſociorum (etenim legationes ad famam aduentus eius ex omni ſe prouincia effuderant) habuit. naues ibi ſubduci iuſsit: remiſsis quattuor triremibus Maſsilienſium, quae officij cauſſa ab domo proſecutae fuerãt. Reſponſa inde legationibus ſuſpenſis uarietate tot caſuum dare coepit: ita elato ab ingenti uirtutum ſuarum fiducia animo, ut nullum ferox uerbum excideret: ingenſque omnibus quae diceret, cum maieſtas ineſſet, tum fides. Profectus ab Tarracone, & ciuitates ſociorũ & hiberna exercitus adijt. collaudauitq. milites, quod duabus tantis cladibus deinceps icti, prouinciam obtinuiſſent: nec fructum ſecũdarum rerum ſentire hoſtes paſsi omni cis Iberum agro eos arcuiſſent, ſocioſq. cum fide tutati eſſent. Marcium ſecum habebat cum

E tanto honore, ut facile appareret, nihil minus eum uereri, quam ne quis obſtaret gloriae ſuae. Succeſsit inde Neroni Silanus, & in hiberna noui milites deducti. Scipio, omnib. quae adeunda agendaq. erant, mature aditis peractiſque, Tarraconem conceſsit. Nihilo minor fama apud hoſtes Scipionis erat, quam apud ciues ſocioſq.: & diuinatio quaedam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat, eo opportune maiorem inferens metum. In hiberna diuerſi conceſſerant: Haſdrubal Giſgonis uſque ad Oceanum & Gades: Mago in mediterranea maxime ſupra Caſtulonenſem ſaltum. Haſdrubal Hamilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hibernauit. Aeſtatis eius extremo, quo capta eſt Capua, & Scipio in Hiſpaniam uenit: Punica claſsis ex Sicilia Tarentum accita ad arcendos commeatus praeſidij Romani, quod in arce Tarentina erat, clauſerat quidem omnes ad arcem a mari

aditus:

aditus: ſed aſſidendo diutius, artiorem annonam ſocijs quam hoſti faciebat. non enim F tantum ſubuehi opidanis per pacata litora apertoſque portus praeſidio nauium Punicarum poterat, quantum frumenti claſſis ipſa turba nauali miſta ex omni genere hominum abſumebat: ut arcis praeſidium etiam ſine inuecto, quia ibi pauci erant, ex ante praeparato ſuſtentari poſſet: Tarentinis claſſique ne inuectum quidem ſufficeret. tandem maiore gratia, quam uenerat, claſſis dimiſſa eſt. annona haud multum laxauerat: quia remoto maritimo praeſidio ſubuehi frumentum non poterat. Eiuſdem aeſtatis exitu M. Marcellus ex Sicilia prouincia cum ad urbem ueniſſet, a C. Calpurnio praetore ſenatus ei ad aedem Bellonae datus eſt. ibi cum de rebus ab ſe geſtis diſſeruiſſet, queſtus leniter, non ſuam magis quam militum uicem, quod prouincia confecta exercitum deportare non licuiſſet, poſtulauit, ut triumphanti urbem inire liceret. id non impetrauit. Cum multis uerbis actum eſſet, utrum minus conueniret, cuius nomine abſentis, ob res proſpere ductu eius geſtas, ſupplicatio decreta foret, & dijs immortalibus habitus honos, ei praeſenti negare triumphum: G an quem tradere exercitum ſucceſſori iuſſiſſent, quod, niſi manente in prouincia bello, non decerneretur, eum quaſi debellato triumphare, cum exercitus teſtis meriti atque immeriti triumphi abeſſet: medium uiſum, ut ouans urbem iniret. Tribuni plebis ex auctoritate ſenatus ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die urbem ouans iniret, imperium eſſet. Pridie quam urbem iniret, in monte Albano triumphauit. inde, ouans, multam prae ſe praedam in urbem intulit. Cum ſimulacro captarum Syracuſarum, catapultae, balliſtaeque, & alia omnia inſtrumenta belli lata, & pacis diuturnae, regiaeq. opulentiae ornaméta, argenti aeriſq. fabrefacta uaſa, & alia ſuppellex, pretioſaq. ueſtis: & multa nobilia ſigna, quibus inter primas Graeciae urbes Syracuſae ornatae fuerant. Punicae quoque uictoriae ſignum, octo ducti elephanti. Et nó minimum fuere ſpectaculum cum coronis aureis praecedentes Soſis Syracuſanus, & Mericus Hiſpanus, quorum altero duce nocturno Syra- H cuſas introitum erat: alter Naſum, quodque ibi praeſidij erat, prodiderat. His ambobus ciuitas data, & quingena iugera agri: Soſidi in agro Syracuſano, qui aut regius, aut hoſtium populi R. fuiſſet, & aedes Syracuſis, cuius uellet eorum, in quos belli iure animaduerſum eſſet: Merico, Hiſpaniſque qui cum eo tranſierant, urbs agerque in Sicilia ex ijs, qui a populo R. defeciſſent, iuſſa dari. id M. Cornelio mandatum, ut, ubi ei uideretur, urbem agrumque eis aſſignaret. In eodem agro, Belligeni, per quem illectus ad tranſitionem Mericus erat, CD iugera agri decreta. Poſt profectionem ex Sicilia Marcelli Punica claſſis octo millia peditum, tria Numidarum equitum expoſuit. Ad eos Murgantinae deſciuerunt urbes. ſecutae defectionem earum Hybla & Magella ſunt, & ignobiliores quaedam aliae. Et Numidae, praefecto Mutine, uagi per totam Siciliam ſociorum I populi Romani agros urebant. Super haec exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non deuectus ex prouincia eſſet, partim quod in opidis hibernare uetiti erant, ſegni fungebantur militia: magiſq. eis auctor ad ſeditionem, quam animus, deerat. Inter has difficultates M. Cornelius praetor & militum animos, nunc conſolando, nunc caſtigando, ſedauit: & ciuitates omnes, quae defecerant, in deditionem redegit: atque ex his Murgantiam Hiſpanis, quibus urbs agerq. debebatur, ex ſenatus conſulto tribuit. Conſules, cum ambo Apuliam prouinciam haberent, minuſque iam terroris a Poenis & Hannibale eſſet, ſortiri iuſſi Apuliam Macedoniamque prouincias. Sulpicio Macedonia euenit, iſque Laeuino ſucceſſit. Fuluius Romam comitiorum cauſſa accerſitus, cum comitia conſulibus rogandis haberet, praerogatiua Veturia iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum & T. Otacilium. Manlius, qui praeſens erat, gratulandi cauſſa cum tur- K ba coiret, nec dubius eſſet conſenſus populi, magna circumfuſus turba ad tribunal conſulis uenit: petitque, ut pauca ſua uerba audiret, centuriamque, quae tuliſſet ſuffragium, reuocari iuberet. Erectis omnibus exſpectatione, quidnam poſtulaturus eſſet, oculorum ualetudinem excuſauit. Impudentem & gubernatorem & imperatorem eſſe, qui, cum alienis oculis ei omnia agenda ſint, poſtulet ſibi aliorum capita ac fortunas committi. proinde ſi uideretur, & redire in ſuffragium Veturiam iuniorum iuberet: & meminiſſet in conſulibus creandis, belli, quod in Italia ſit, temporumque reipublicae, uixdum requieſcere aureis a ſtrepitu & tumultu hoſtili, quo paucos ante menſes aſſederint prope moenia Romana. Poſt haec cum centuria frequens ſuccla maſſet, nihil ſe mutare ſententiae,

A tiae, eoſdemq. cōſules dicturos eſſe: tum Torquatus, Neque ego ueſtros, inquit, mores cō
ſul ferre potero, neque uos imperium meum, redite in ſuffragium, & cogitate, bellum Pu-
nicum in Italia, & hoſtium ducem Hannibalem eſſe. Tum Veturia & auctoritate mota uiri,
& admirantium circa fremitu, petit a conſule, ut Veturiam ſeniorum citaret. uelle ſeſe cum
maioribus natu colloqui, & ex auctoritate eorum conſules dicere. Citatis Veturiae ſeniori
bus, datum ſecreto in ouili cum his colloquendi tempus. Seniores de tribus conſulendum
dixerunt eſſe: duobus iam plenis honorum, Q. Fabio, & M. Marcello: &, ſi utiq. nouū ali-
quem aduerſus Poenos conſulem creari uellent, M. Valerium Laeuinum egregie aduerſus
Philippum regem terra mariq. res geſſiſſe. Ita de tribus conſultatione data, ſenioribus di-
miſſis, iuniores ſuffragium ineunt. M. Claudium Marcellum fulgentem tum Sicilia domi- An. 540.
ta, & M. Valerium abſentem conſules dixerunt. auctoritatem praerogatiuae omnes centu
B riae ſecutae ſunt. Eludant nunc antiqua mirantes. non equidem ſiqua ſit ſapientiū ciuitas,
quam docti fingunt magis, quam norunt: aut principes, grauiores, temperantioreſq. a cu-
pidine imperij, aut multitudinem melius moratam cenſeam fieri poſſe. centuriam uero iu-
niorum ſeniores conſulere uoluiſſe, quibus imperium ſuffragio mandaret: uix ut uerisimi-
le ſit, parentum quoque hoc ſaeculo uilis leuiſq. apud liberos auctoritas facit. Praetoria in
de comitia habita. P. Manlius Vulſo, & L. Manlius Acidinus, & C. Laetorius & L. Cincius
Alimentus creati ſunt. Forte ita incidit, ut comitijs perfectis nunciaretur, T. Otacilium,
quem T. Manlio, niſi interpellatus ordo comitiorum eſſet, collegam abſentem daturus
fuiſſe uidebatur populus, mortuum in Sicilia eſſe. Ludi Apollinares & priore anno fuerāt:
& eo anno ut fierent, referente C. Calpurnio praetore, ſenatus decreuit, ut in perpetuū uo-
uerentur. Eodem anno prodigia aliquot uiſa nunciataq. ſunt. In aede Concordiae Victo
C ria, quae in culmine erat, fulmine icta, decuſſaq. ad Victorias, quae in ante fixae erāt, haeſit,
neque inde procidit. Et Anagniae & Fregellis, nunciatum eſt, murum portaſq. de caelo ta-
ctas. & in foro Sudertano ſanguinis riuos per diem totum fluxiſſe. & Ereti lapidibus plu-
uiſſe. & Reate mulam peperiſſe. Ea prodigia hoſtijs maioribus ſunt procurata: & obſecra-
tio in unum diem populo indicta, & nouendiale ſacrum. ſacerdotes publici aliquot eo an
no mortui ſunt, nouiq. ſuffecti. in locum M. Aemilij Numidae, decemuiri ſacrorum, M. Ae-
milius Lepidus: in locum M. Pomponij Mathonis pontificis C. Liuius: in locum Sp. Car-
uilij Maximi auguris M. Seruilius. L. Otacilius Craſſus pōtifex, quia exacto anno mortuus
erat, ideo nominatio in locum eius non eſt facta. C. Claudius, flamen dialis, quod exta per
peram dederat, flaminio abijt. Per idem tempus M. Valerius Laeuinus, tentatis prius per
ſecreta colloquia principum animis, ad indictum ante ad idipſum concilium Aetolorum
D claſſe expedita uenit. Vbi cum Syracuſas Capuamq. captas in fidem, in Italiaq. rerum ſe-
cundarum ſucceſſum oſtentaſſet: adieciſſetque, iam inde a maioribus traditum morē Ro-
manis colendi ſocios: ex quibus alios in ciuitatem, atque aequum ſecum ius accepiſſent;
alios in ea fortuna haberent, ut ſocij eſſe, quam ciues mallent: Aetolos eo in maiore futu-
ros honore, quod gentium transmarinarū in amicitiam primi ueniſſent: Philippum eis &
Macedonas graues accolas eſſe, quorum ſe uim ac ſpiritus citra quam fregiſſe: & eo redactos
eſſe, ut non ijs modo urbibus, quas per uim ademiſſet Aetolis, excedat: ſed ipſam Mace
doniam infeſtam habeat. Et Acarnanas, quos aegre ferrent Aetoli a corpore ſuo dire-
mptos, reſtituturū ſe in antiquam formulam, iuriſq. ac ditionis eorū. Haec dicta promiſſa
que a Romano imperatore, Scopas, qui tum praetor gentis erat, & Dorimachus, princeps
Aetolorum, affirmarunt auctoritate ſua, minore cum uerecundia, & maiore cum fide uim
E maieſtatemq. populi R. extollentes. maxime tamen ſpes potiundae mouebat Acarnaniae.
Igitur conſcriptae condiciones, quibus in amicitiam ſocietatemq. populi Romani uenirēt,
additumque, ut, ſi placeret, uellētq., eodem iure amicitiae Elei Lacedaemoniique, & Atta-
lus, & Pleuratus, & Scerdiletus eſſent: Aſiae Attalus, hi Illyriorum reges. Bellum ut extē-
plo Aetoli cum Philippo terra gererent. Nauibus ne minus uiginti quinqueremibus adiu-
uaret Romanus. Vrbium, Corcyra tenus, ab Aetolia incipienti, ſolum tectaque, & muri cū
agris Aetolorum; alia omnis praeda populi Romani eſſet. Darentq. operam Romani, ut
Acarnaniam Aetoli haberēt. Si Aetoli pacem cum Philippo facerent, foederi adſcriberēt
ita ratam eam pacem, ſi Philippus arma ab Romanis, ſocijſq. quiq. eorum ditionis eſ-
ſent, abſtinuiſſet. Item ſi populus R. foedere iungeretur regi, ut caueret ne ius ei belli infe-
rendi

rendi Aetolis, ſocijſque eorum eſſet. Haec conuenerunt, conſcriptaque biennio poſt, F Olympiae, ab Aetolis, in Capitolio ab Romanis, ut teſtata ſacratis monumẽtis eſſent, ſunt poſita. Morae cauſſa fuerant retenti Romae diutius legati Aetolorum. nec tamen impedimento id rebus gerendis fuit. & Aetoli extemplo mouerunt aduerſus Philippum bellum: & Laeuinus Zacynthum, (parua inſula eſt, propinqua Aetoliae: urbem unam eodem quo ipſa eſt nomine habet: eam praeter arcem ui cepit) & Oeniadas, Naxumque Acarnanum captas Aetolis contribuit. Philippum quoque ſatis implicatum bello finitimo ratus, ne Italiam Poenoſq. & pacta cum Hannibale poſſet reſpicere, Corcyram ipſe ſe recepit. Philippo Aetolorum defectio Pellae hibernãti allata eſt. itaque, quia primo uere moturus exercitum in Graeciã erat, Illyrios finitimaſq. eis urbes alieno metu quietas, ut Macedonia haberet, expeditionem ſubitam in Oricinorum, atque Apolloniatum fines fecit, egreſſoſq. Apolloniatas cum magno terrore ac pauore compulit intra muros. uaſtatis proximis Illyrijs, in Pelagoniam eadem celeritate uertit iter. G inde Dardanorum urbem ſitam in Macedonia, tranſitum Dardanis facturam, cepit. His raptim actis, memor Aetolici, iunctiq. cum eo Romani belli, per Pelagoniam & Nymphaeum & Beroeam in Theſſaliam deſcendit. ad bellum ſecum aduerſus Aetolos capeſſendum incitari poſſe homines credebat: &, relicto ad fauces Theſſaliae Perſeo cum quattuor millibus armatorum ad arcendos aditu Aetolos, ipſe, priuſquam maioribus occuparetur rebus, in Macedoniam, atque inde in Thraciam exercitum ac Medos eduxit. Incurrere ea gens in Macedoniam ſolita erat, ubi, regem occupatum externo bello, ac ſine praeſidio eſſe regnum, ſenſiſſent. Ad Phragandas igitur uaſtare agros, & urbem Iamphorinam, caput arcemque Medicae, oppugnare coepit. Scopas, ubi profectum in Thraciam regem, occupatumque ibi bello audiuit, armata omni iuuentute Aetolorum, bellum inferre Acarnaniae parat. H Aduerſus quos Acarnanum gens & uiribus impar, & iam Oeniadas Naxumq. amiſſa cernens, Romanaque inſuper arma ingruere, ira magis inſtruit, quam conſilio, bellum. coniugibus, liberiſque, & ſenioribus ſupra L X annos in propinquam Epirum miſſis, ab X V ad L X annos coniurant, niſi uictores, ſe non redituros. qui uictus acie exceſſiſſet, eum nequis urbe, tecto, menſa, lare reciperet, diram exſecrationem in populares, obteſtationem, quam ſanctiſſimam potuerunt, aduerſus hoſpites compoſuerunt: precatique ſimul Epirotas ſunt, ut, qui ſuorum in acie cecidiſſent, eos uno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum, Hic ſiti ſunt Acarnanes, qui aduerſus uim atque iniuriam Aetolorum pro patria pugnantes, mortem oppetierunt. Per haec incitatis animis, caſtra in extremis finibus ſuis obuia hoſti poſuerunt. nuncijs ad Philippum miſsis, quanto res in diſcrimine eſſet, omittere Philippum, id, quod in manibus erat, coegerunt bellum, I Iamphorina per deditionem recepta, & proſpero alio ſucceſſu rerum. Aetolorum impetum tardauerat, primo coniurationis fama Acarnaniae, deinde auditus Philippi aduentus regredi etiam in intimos coegit fines. Nec Philippus, quamquam, ne opprimerentur Acarnanes, itineribus magnis ierat, ultra Clinen eſt progreſſus. inde cum audiſſet reditum Aetolorum ex Acarnania, & ipſe Pellam redijt. Laeuinus ueris principio a Corcyra profectus nauibus, ſuperato Leucate promontorio, cum ueniſſet Naupactum: Anticyram inde ſe petiturum edixit, ut praeſto ibi Scopas Aetolique eſſent. Sita Anticyra eſt in Locride laeua parte ſinum Corinthiacum intrantibus. breue terra iter eo, breuis nauigatio ab Naupacto eſt. Tertio ferme poſt die utrimque oppugnari coepta eſt. grauior a mari oppugnatio erat: quia & tormenta machinaeque omnis generis in nauibus erant, & Romani inde oppugnabant. K itaque intra paucos dies recepta urbs per deditionem, Aetolis traditur. praeda ex pacto Romanis ceſsit. Litterae Laeuino redditae, conſulem eum abſentem declaratum, & ſucceſſorem uenire P. Sulpicium. ceterum diuturno ibi morbo implicitus, ſerius ſpe omnium Romam uenit. M. Marcellus, cum idib. Martijs conſulatum iniſſet, ſenatum eo die moris modo cauſſa habuit, profeſſus, nihil ſe abſente collega, neque de repub. neque de prouincijs acturum. Scire ſe, frequentes Siculos prope urbem in uillis obtrectatorum ſuorum eſſe: quibus, tantum abeſſe, ut per ſe non liceat palam Romae crimina edita fictaque ab inimicis uulgare: ut, ni ſimularent aliquem ſibi timorem abſente collega dicendi de conſule eſſe, ipſe eis extemplo daturus ſenatum fuerit. Ubi quidem collega ueniſſet: non paſſurum quidquam prius agi, quam Siculi in ſenatum

intro-

A introducantur. delectum prope a M. Cornelio per totam Siciliam habitum, ut quamplurimi queſtum de ſe Romam uenirent. eundem litteris falſis urbem impleſſe, bellum in Sicilia eſſe, ut ſuam laudem minuat. Moderati animi gloriam eo die adeptus conſul, ſenatum dimiſit. ac prope iuſtitium omnium rerũ futurum uidebatur, donec alter conſul ad urbem ueniſſet. Otium, ut ſolet, excitauit plebis rumores. belli diuturnitate & uaſtatos agros circa urbem, qua infeſto agmine iſſet Hannibal: & exhauſtam delectibus Italiam, & pro republica Cannis exercitus caeſos querebantur: & conſules bellicoſos ambos, uiros acres nimis, & feroces creatos: qui uel in pace tranquilla bellum excitare poſſent, nedum in bello reſpirare ciuitatem forent paſſuri. Interrupit hos ſermones nocte quae pridie Quinquatrus fuit, pluribus ſimul locis circa forum incendium ortum. eodem tempore ſeptem tabernae, quae poſtea quinque, & argentariae, quae nunc Nouae appellantur, arſere. com-

B prehenſa poſtea priuata aedificia: (neque enim tum baſilicae erãt) comprehẽſae latumiae, forumq. piſcatorium, & atrium regium. aedes Veſtae uix defenſa eſt, tredecim maxime ſeruorum opera, qui in publicum redempti, ac manumiſſi ſunt. nocte ac die continuatum incendium fuit. nec ulli dubium erat, humana id fraude factum eſſe, quod pluribus ſimul locis, & ijs diuerſis, ignes coorti eſſent. Itaque conſul ex auctoritate ſenatus pro concione edixit, qui, quorum opera id conflatum incendium, profiteretur, praemium fore libero pecuniam, ſeruo libertatem. Eo praemio inductus Campanorum Calauiorum ſeruus (Mannus ei nomen erat) indicauit: dominos, & quinque praeterea iuuenes nobiles Campanos, quorum parentes a Q. Fuluio ſecuri percuſſi erant, id incendium feciſſe: uulgoque facturos alia, ni comprehendantur. Comprehenſi, familiaeque eorum. & primo eleuabatur index indiciumque. pridie eum uerberibus caſtigatum ab dominis diſ-

C ceſsiſſe: per iram ac leuitatem ex re fortuita crimen commentum. ceterum ut coram coarguebantur, & quaeſtio ex miniſtris facinoris foro medio haberi coepta eſt: faſsi omnes. atque in dominos ſeruoſque conſcios animaduerſum eſt. indici libertas data, & uiginti millia aeris. Conſuli Laeuino Capuam praetereunti circumfuſa multitudo Campanorum eſt, obſecrantium cum lacrymis, ut ſibi Romam ad ſenatum ire liceret oratum, ſi qua miſericordia tandem flecti poſſent, ne ſe ad ultimum perditum irent, nomenque Campanorum a Q. Flacco deleri ſinerent. Flaccus ſibi priuatam ſimultatem cum Campanis negare ullam eſſe; publicas inimicitias & hoſtiles eſſe, & futuras, quoad alieno animo eſſe a populo R. ſciret. nullam enim in terris gentem eſſe; nullum infeſtiorem populum nomini Romano. ideo ſe moenibus incluſos tenere eos: quia ſi qui euaſiſſent aliqua, uelut feras beſtias per agros uagari, & laniare, & trucidare, quodcumque obuium detur. alios

D ad Hannibalem transfugiſſe, alios ad Romam incendendam profectos. inuenturum in ſemiuſto foro conſulem ueſtigia ſceleris Campanorum. Veſtae aedem petitam, & aeternos ignes, & conditum in penetrali fatale pignus imperij Romani. ſe minime cenſere tutum eſſe, Campanis poteſtatem intrandi Romana moenia fieri. Laeuinus Campanos iureiurando a Flacco adactos, quincto die, quam a ſenatu reſponſum accepiſsent, Capuam redituros, ſequi ſe Romam iuſsit. Hac circumfuſus multitudine, ſimul Siculis obuiam egreſſis, Romam peruenit: clariſſimarum urbium excidio celeberrimis uiris uictos bello accuſatores in urbem adducens. De republica tamen primum, ac de prouincijs ambo conſules ad ſenatum retulere. Ibi Laeuinus, quo ſtatu Macedonia, & Graecia, Aetoli, Acarnanes Locrique eſsent, quaſque ibi res ipſe egiſset terra marique, expoſuit. Philippum inferentem bellum Aetolis, in Macedoniam retro ab ſe compulſum, ad intima penitus regni abijſse, legionemque inde deduci poſse. claſsem ſatis eſse ad arcendum Italia regem.

E Haec de ſe, deque prouincia cui praefuerat. Conſulum de prouincijs communis relatio fuit. Decreuere patres, ut alteri conſulum Italia, bellumque cum Hannibale, prouincia eſſet: alter claſſem, cui T. Otacilius praefuiſſet, Siciliamque prouinciam cum L. Cincio praetore obtineret. Exercitus eis duo decreti, qui in Etruria Galliaq. eſsent. eae quattuor erant legiones. urbanae duae ſuperioris anni in Etruriam: duae quibus Sulpicius conſul praefuiſset, in Galliã mitterentur. Galliae & legionibus praeeſset, quem cõſul, cuius Italia prouincia eſset, praefeciſset. In Etruriã C. Calpurnius poſt praeturã, prorogato in annum imperio, miſsus. & Q. Fuluio Capua prouincia decreta, prorogatumque in annum imperium. Exercitus ciuium ſociorumq. minui iuſsus, ut ex duabus legionibus una legio quin-

que

i. Sacra Cereris

vide caput octauum libri 16. variarum lectionum M. Antonij Mureti.

s. ancile

que millia peditum,& trecenti equites eſſent:dimiſsis qui plurima ſtipendia haberēt: & ſo F
ciorum ſeptem millia peditum , & trecenti equites relinquerentur : eadem ratione ſtipen-
diorum habita in ueteribus militibus dimittendis. Cn.Fuluio, conſuli ſuperioris anni, nec
de prouincia Apulia, nec de exercitu quem habuerat, quidquam mutatum : tantum in an-
num prorogatū imperium eſt.P.Sulpicius,collega eius,omnē exercitū,praeter ſocios naua
les,iuſſus dimittere eſt.Itē ex Sicilia exercitus cui M.Cornelius praeeſſet:ubi conſul in pro
uinciā ueniſſet,dimitti iuſſus.L.Cincio praetori ad obtinendā Siciliam Cannenſes milites
dati duarum iuſtar legionum. Totidem legiones in Sardiniam P.Manlio Vulſoni praetori
decretae : quibus L.Cornelius in eadem prouincia priore anno praefuerat. Vrbanas legio-
nes ita ſcribere conſules iuſſi,ne quem militem facerent,qui in exercitu M.Claudij, M.Va
lerij,Fuluijque fuiſſent : ne ue eo anno plures, quam una & uiginti , Romanae legiones eſ- G
ſent.His ſenatuſconſultis perfectis,ſortiri prouincias conſules . Sicilia & claſſis Marcello,
Italia cum bello aduerſus Hannibalē Laeuino euenit.Quae ſors, uelut iterum captis Syra-
cuſis,ita exanimauit Siculos exſpectatione ſortis in conſulū conſpectu ſtantes, ut complo-
ratio eorum flebileſq. uoces,& extemplo oculos hominum conuerterent, & poſtmodū ſer
mones praebuerint.Circumibant enim ſenatum cum ueſte ſordida,affirmantes, ſe non mo
do ſuam quiſque patriam,ſed totam Siciliam relicturos,ſi eo Marcellus iterum cū imperio
rediſſet.nullo ſuo merito eum ante implacabilem in ſe fuiſſe ; quid iratū, quod Romam de
ſe queſtū ueniſſe Siculos ſciat , facturum?obrui Aetnae ignibus,aut mergi freto,ſatius illi
inſulae eſſe,quam uelut dedi noxae inimico.Hae Siculorū querellae, per domos primum
nobilium circumlatae, celebrataeque ſermonibus , quos partim miſericordia Siculorum,
partim inuidia Marcelli excitabat, in ſenatum etiam peruenerunt . poſtulatum a conſuli- H
bus eſt , ut de permutandis prouincijs ſenatum conſulerent . Marcellus , ſi iam auditi ab
ſenatu Siculi eſſent , aliam forſitan futuram fuiſſe ſententiam ſuam , dicere . nunc , ne quis
timore frenari eos dicere poſſet, quo minus de eo libere querantur, in cuius poteſtate
mox futuri ſint , ſi collegae nihil interſit, mutare ſe prouinciam paratum eſſe. deprecari
ſenatus praeiudicium.nam cum extra ſortem collegae optionem dare prouinciae iniquum
fuerit , quanto maiorem iniuriam , immo contumeliam eſſe , ſortem ſuam ad eum tranſ-
ferri? Ita ſenatus , cum, quid placeret , magis oſtendiſſet, quam decreuiſſet , dimittitur.
Inter ipſos conſules permutatio prouinciarum , rapiente fato Marcellum ad Hannibalem
facta eſt:ut ex quo primus aduerſae pugnae gloriam ceperat,in eius laudem poſtremus Ro
manorum imperatorum , proſperis tum maxime bellicis rebus , caderet . permutatis pro-
uincijs , Siculi in ſenatum introducti , multa de Hieronis regis fide perpetua erga popu- I
lum Romanum uerba fecerunt , in gratiam publicam auertentes. Hieronymum ac po-
ſtea Hippocratem & Epicidem tyrannos , cum ob alia, tum propter defectionem ab Ro-
manis ad Hannibalem, inuiſos fuiſſe ſibi : ob eam cauſſam & Hieronymum a principibus
iuuentutis prope publico conſilio interfectum , & in Epicidis Hippocratiſque caedem ſe-
ptuaginta nobiliſſimorum iuuenum coniurationem factam. quos Marcelli mora deſti-
tutos , quia ad praedictum tempus exercitum ad Syracuſas non admouiſſet, indicio fa-
cto , omnes ab tyrannis interfectos. Eam quoque Hippocratis atque Epicidis tyran-
nidem Marcellum excitaſſe, Leontinis crudeliter direptis . Numquam deinde princi-
pes Syracuſanorum deſiſse ad Marcellum tranſire , pollicerique, ſe urbem, cum uel-
let , ei tradituros : ſed eum primo ui capere maluiſse : dein cum id neque terra neque mari
omnia expertus potuiſset , auctores traditarum Syracuſarum fabrum aerarium Soſin , & K
Mericum Hiſpanum , quam principes Syracuſanorum habere , toties id nequidquam ul-
tro offerentes, praeoptaſse, quo ſcilicet iuſtiore de cauſsa uetuſtiſsimos ſocios populi Ro
mani trucidaret ac diriperet . Si non Hieronymus ad Hannibalem defeciſset , ſed populus
Syracuſanus & ſenatus : ſi portas Marcello Syracuſani publice , & non , oppreſſis Syracu-
ſanis, tyranni eorum Hippocrates & Epicides clauſiſsent : ſi Carthaginienſium animis
bellum cum populo Romano geſſiſsent : quid ultra,quam quod fecerit , niſi ut deleret Sy-
racuſas,facere hoſtiliter Marcellū potuiſse?Certe praeter moenia & tecta exhauſta urbis,
& refracta deum delubra , dijs ipſis ornamentiſq. eorum ablatis, nihil relictum Syracuſis
eſse. bona quoque multis adempta : ita ut ne nudo quidem ſolo , reliquijs direptae fortu-
nae alere ſeſe ac ſuos poſsent . orare ſe patres conſcriptos , ut,ſi nequeant omnia , ſaltem
quae

A quae compareant, cognoſcique poſsint, reſtitui dominis iubeant. Talia conqueſtos cum excedere templo, ut de poſtulatis eorum patres conſuli poſsent, Laeuinus iuſsiſset: Immo maneant, inquit Marcellus, ut coram his reſpondeam: quando ea condicione pro uobis patres conſcripti bella gerimus, ut uictos armis, accuſatores habeamus: duae captae hoc anno urbes, Capua Fuluium reum, Marcellum Syracuſae habeant. Reductis in curiam legatis, tum conſul, Non adeo maieſtatis, inquit, populi Romani imperijque huius oblitus ſum, patres conſcripti, ut, ſi de meo crimine ambigeretur, conſul dicturus cauſsam accuſantibus Graecis fuerim: ſed non quid ego fecerim, in diſquiſitionem uenit, quem quidquid in hoſtibus feci, ius belli defendit, ſed quid iſti pati debuerint. qui ſi non fuerunt hoſtes, nihil intereſt, nunc, an uiuo Hierone Syracuſas uiolauerim. ſin autem deſciuerunt, legatos noſtros ferro atque armis petierunt, urbem ac moenia clauſerunt, exercitumq. Carthaginienſium aduerſus nos tutati ſunt: quis paſsos eſse hoſtilia, cum fecerint, indignatur? Tradentes urbem principes Syracuſanorum auerſatus ſum: Soſin & Mericum Hiſpanum, quibus tantam rem crederem, potiores habui? Non eſtis extremi Syracuſanorum: quippe qui alijs humilitatem obijciatis. quis eſt ueſtrum, qui ſe mihi portas aperturũ, qui armatos milites meos in urbem accepturũ promiſerit? Odiſtis, & exſecramini eos qui fecerunt: & ne hic quidem contumelijs in eos dicendis parcitis: tantum abeſt ut & ipſi tale quidquam facturi fueritis. Ipſa humilitas eorum patres conſcripti, quam iſti obijciunt, maximo argumento eſt, me neminem, qui nauatam operam reipublicae noſtrae uelit, auerſatũ eſse. Et antequam obſiderem Syracuſas, nunc legatis mittendis, nunc ad colloquiũ eundo, tentaui pacem: & poſteaquam neque legatos uiolandi uerecundia erat, nec mihi ipſi congreſſo ad portas cum principibus reſponſum dabatur, multis terra mariq. exhauſtis laboribus, tandem ui atque armis Syracuſas cepi. Quae captis acciderint, apud Hannibalem & Carthaginienſes, uictosque, iuſtius, quam apud uictoris populi Romani ſenatum, quererentur. Ego patres conſcripti Syracuſas ſpoliatas ſi negaturus eſſem: numquam ſpolijs earum urbem Romam exornarem. quae autem ſingulis uictor aut ademi, aut dedi, cũ belli iure, tum ex cuiuſque merito ſatis ſcio me feciſſe. ea uos rata habeatis patres conſcripti, necne, magis reipublicae intereſt, quam mea. mea quippe fides exſoluta eſt: ad rempublicam pertinet, ne, acta mea reſcindendo, alios in poſterum ſegniores duces faciatis. Et quoniam coram & Siculorum & mea uerba audiſtis patres conſcripti: ſimul templo excedemus, ut me abſente liberius conſuli ſenatus poſſit. Ita dimiſſis Siculis, & ipſe in Capitolium ad delectum diſceſſit. Conſul alter de poſtulatis Siculorum ad patres retulit. Ibi cum diu de ſententijs certatum eſſet: & magna pars ſenatus, principe eius ſententiae T. Manlio Torquato, cum tyrannis bellum gerendum fuiſſe cenſeret, hoſtibus & Syracuſanorum, & populi Romani: & urbem recipi, non capi: & receptam legibus antiquis & libertate ſtabiliri, non feſſam miſeranda ſeruitute, bello affligi: inter tyrannorum & ducis Romani certamina praemium uictoris in medio poſitam urbem pulcherrimam ac nobiliſſimam perijſſe, horreum atque aerarium quondam populi Romani: cuius munificentia ac donis, multis tempeſtatibus, hoc denique ipſo Punico bello, adiuta ornataque reſpublica eſſet. Si ab inferis exſiſtat rex Hiero, fidiſſimus imperij Romani cultor, quo ore aut Syracuſas, aut Romam ei oſtendi poſſe? cum ubi ſemirutam ac ſpoliatam patriã reſpexiſſet, ingrediens Romam in ueſtibulo urbis, prope in porta, ſpolia patriae ſuae uiſurus ſit? Haec taliaq. cum ad inuidiam conſulis, miſerationemq. Siculorũ dicerentur, mitius tamen decreuerunt patres cauſſa Marcelli, Quae is gerens bellum uictorq. egiſſet, rata habenda eſſe. in reliquum curae ſenatui fore rem Syracuſanã, mandaturosq. conſuli Laeuino, quoad ſine iactura reip. fieri poſſet, fortunis eius ciuitatis cõſuleret. Miſſis duobus ſenatoribus in Capitoliũ ad conſulem, uti rediret in curiam, & introductis Siculis, ſenatuſconſultũ recitatum eſt, legatiq. benigne appellati, ac dimiſſi, ad genua ſe Marcelli conſulis proiecerũt obſecrantes, ut quae deplorandae ac leuandae calamitatis cauſſa dixiſſent, ueniã eis daret: & in fidem & clientelam ſe urbemq. Syracuſas reciperet. poſt haec conſul clemẽter appellatos eos dimiſit. Campanis deinde ſenatus datus eſt. quorũ oratio miſerabilior, cauſſa durior erat. neque.n. meritas poenas negare poterant, nec tyranni erant, in quos culpã cõferrent: ſed ſatis penſum poenarũ, tot ueneno abſumptis, tot ſecuri percuſſis ſenatoribus, credebant. Paucos nobilium ſuperſtites eſſe, quos nec ſua conſcientia, ut quidquã de ſe grauius

uius conſulerent, impulerit: nec uictoris ira capitis damnauerit: eos libertatem ſibi ſuis- F
que, & bonorum aliquam partem orare, ciues Romanos, affinitatibus pleroſque, & pro-
pinquis iam cognationibus ex connubio uetuſto iunctos. Summotis deinde e templo,
paulliſper dubitatum, an accerſendus a Capua Q. Fuluius eſſet: (mortuus enim poſt ca-
ptam Claudius proconſul erat) ut coram imperatore qui res geſſiſſet, ſicut inter Marcel-
lum Siculosq. diſceptatum fuerat, diſceptaretur: dein cum M. Atilium, C. Fuluium, fra-
trem Flacci, legatos eius, ac Q. Minucium & L. Veturium Philonem, item Claudij lega-
tos, qui omnibus gerendis rebus interfuerant, in ſenatu uiderent: nec Fuluium auocari a
Capua, nec differri Campanos uellent: interrogatus ſententiam M. Atilius Regulus, cu-
ius ex ijs, qui ad Capuam fuerunt, maxima auctoritas erat, In conſilio, inquit, arbitror me
fuiſſe conſulibus Capua capta. cum quaereretur, ecquis Campanorum de rep. noſtra bene
meritus eſſet: duas mulieres compertum eſt, Veſtiam Oppiam Attellanam Capuae habi- G
tantem, & Fauculã Cluuiam, quae quondã quaeſtum corpore feciſſet: illam quotidie ſacri-
ficaſſe pro ſalute & uictoria populi Romani: hanc captiuis egentibus alimenta clam ſup-
peditaſſe: ceterorum omnium Campanorum eundem erga nos animum, quem Cartha-
ginienſium, fuiſſe. ſecuriq. percuſſos a Q. Fuluio [illegible]e magis, quorum dignitas inter alios,
quam quorum culpa eminebat. Per ſenatum agi de Campanis, qui ciues Romani ſunt
iniuſſu populi non uideo poſſe. idq. & apud maiores noſtros in Satricanis factum eſt, cum
defeciſſent: ut M. Antiſtius trib. pl. prius rogationem ferret: ſciretq. plebs, uti ſenatui de
Satricanis ſententiae dicendae ius eſſet. Itaque cenſeo cum tribunis plebis agendum eſſe,
ut eorum unus pluresue rogationem ferant ad plebem, qua nobis ſtatuendi de Campanis
ius fiat. L. Atilius trib. pleb. ex auctoritate ſenatus plebem in haec uerba rogauit. Omnes
Campani, Attellani, Calatini, Sabatini, qui ſe dediderunt in arbitrium ditionemque po- H
puli Romani Fuluio proconſuli, quaeq. una ſecum dediderunt, agrum urbemque, diuina
humanaq. utenſiliaque: ſiue quid aliud dediderunt: de his rebus quid fieri uelitis, uos ro-
go Quirites. Plebs ſic iuſſit. Quod ſenatus maxima pars cenſeat, qui aſſi[illegible], id uolumus
iubemusque. Ex hoc plebiſcito ſenatus conſultus Oppiae Cluuiaeq. primum bona, ac li-
bertatem reſtituit. ſi qua alia praemia petere a ſenatu uellent, uenire eas Romam. Campa
nis in familias ſingulas decreta facta, quae non operaepretium eſt omnia enumerare. Alio
rum bona publicanda, ipſos liberosq. eorum & coniuges uendendas, extra filias, quae enu
pſiſſent prius, quam in populi Romani poteſtatem uenirent. alios in uincula condendos,
ac de his poſterius conſulendum. aliorum Campanorum ſummam etiam cenſus diſtin-
xerunt, publicanda nec ne bona eſſent. pecua captiua, praeter equos, & mancipia, praeter
puberes uirilis ſexus, & omnia quae ſolo non continerentur, reſtituenda cenſuerunt domi I
nis. Campanos omnes, Attellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quam qui eorum, aut ip-
ſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe iuſſerunt: ita ut nemo eorum ciuis
Romanus, aut Latini nominis eſſet, neue quis eorum, qui Capuae fuiſſent, dum portae clau
ſae eſſent, in urbe agroue Campano intra certã diem maneret. locus ubi habitarent, trans
Tiberim, qui non contingeret Tiberim, daretur. qui nec Capuae, nec in urbe Campana,
quae a populo Romano defeciſſet, per bellum fuiſſent, eos cis Lirim amnem Romam
uerſus: qui ad Romanos tranſiſſent prius, quam Hannibal Capuam ueniret, cis Vultur-
num emouendos cenſuerunt: ne quis eorum propius mare XV millibus paſſuum agrum
aedificiumue haberet. qui eorum trans Tiberim emoti eſſent, ne ipſi poſteriue eorum
uſpiam pararent haberentue, niſi in Veiente, aut Sutrino, Nepeſinoue agro: dum ne cui K
maior, quam quinquaginta iugerum, agri modus eſſet. Senatorum omnium, quiq. magi-
ſtratus Capuae, Attellae, Calatiae geſsiſſent, bona uenire Capuae iuſſerunt. libera corpo-
ra, quae uenumdari placuerat, Romam mitti, ac Romae uenire. Signa, ſtatuas aeneas, quae
capta de hoſtibus dicerentur, quae eorum ſacra ac profana eſſent, ad pontificum colle-
gium reiecerunt. Ob haec decreta maeſtiores aliquanto, quam Romam uenerant, Campa
nos dimiſerunt. nec iam Q. Fuluij ſaeuitiam in ſeſe, ſed iniquitatem deum, atque exſecra-
bilem fortunam ſuam incuſabant. Dimiſsis Siculis Campaniſque, delectus habitus. ſcri-
pto deinde exercitu, de remigum ſupplemento agi coeptum. in quam rem cum neque ho
minum ſatis, nec ex qua pararentur, ſtipendiumq. acciperent, pecuniae quidquam ea tem-
peſtate in publico eſſet: edixerũt conſules, ut priuati ex cenſu ordinibusque, ſicut antea, re-

miges

A remiges darent cum ſtipendio cibarijſq. dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus hominum, tantaq. indignatio fuit, ut magis dux, quam materia ſeditioni deeſſet. Secundum Siculos Campanoſq. plebem Romanam perdendã, lacerandamq. ſibi conſules ſumpſiſſe. per tot annos tributo exhauſtos, nil reliqui praeter terram nudam ac uaſtam habere. tecta hoſtes incendiſſe, ſeruos agri cultóres praetores abduxiſſe, nunc ad militiam paruo aere emendo, nunc remiges imperando. ſi quid cui argenti aeriſue fuerit, ſtipendio remigum, & tributis annuis ablatum. ſe ut dent, quod non habent, nulla ui, nullo imperio cogi poſſe. bona ſua uenderent: in corpora, quae reliqua eſſent, ſaeuirent. ne unde redimantur quidẽ, quidquam ſupereſſe. Haec non in occulto, ſed propalam in foro, atque oculis ipſorum con ſulum ingens turba circumfuſi fremebant: nec eos ſedare conſules nunc caſtigando, nunc conſolando poterant. Spatium deinde tridui ſe dare ad cogitandum dixerunt: quo ipſi ad
B rem inſpiciendam expediendamq. uſi ſunt. Senatum poſtero die habuerunt de remigum ſupplemento. ubi cum multa diſſeruiſſent, cur aequa plebis recuſatio eſſet: uerterunt orationem eo, ut dicerent: priuatis id ſeu aequum, ſeu iniquum onus iniungendum eſſe. nam unde, cum pecunia in aerario non eſſet, paraturos nauales ſocios? quo modo autem ſine claſſibus aut Siciliam obtineri, aut Italia Philippum arceri poſſe? aut tuta Italiae litora eſſe? Cum in hac difficultate rerum conſilium haereret, ac prope torpor quidam occupaſſet hominum mentes, tum Laeuinus conſul: Magiſtratus ſenatui, & ſenatus populo ſicut honore praeſtet, ita ad omnia, quae dura, atque aſpera eſſent, ſubeunda ducem debere eſſe. ſi quid iniungere inferiori uelis, id prius in te ac tuos ſi ipſe iuris ſtatueris, facilius omnes obedientes habeas. nec impenſa grauis eſt, cum ex ea plus, quam pro uirili parte ſibi quemque capere principum uident. Itaque ut claſſem habeat, quam ornare uolumus, Reſp.
C priuatos ſine recuſatione remiges dare nobiſmetipſis primum imperemus. aurum, argentum, aes ſignatum omnes ſenatores craſtina die in publicum conferamus: ita ut anulos ſibi quiſque & coniugi, & liberis & filio bullam, & quibus uxor filiaeue ſunt, ſingulas uncias pondo relinquant auri argenti: qui curuli ſella ſederunt, equi ornamenta & libras pondo, ut ſalinum patellamque deorum cauſſa habere poſſint. ceteri ſenatores libram argenti tantum. aeris ſignati quina millia in ſingulos patreſfamiliae relinquamus. ceterum omne aurum, argentum, aes ſignatum, ad triumuiros menſarios extemplo deferamus. nullo ante ſenatus conſulto facto, ut uoluntaria collatio, & certamen adiuuandae reipublicae excitet ad aemulandum animos primum equeſtris ordinis, dein reliquae plebis. hanc unam uiam, multa inter nos collocuti conſules inuenimus. Ingredimini dijs bene iuuantibus. reſpublica incolumis & priuatas res facile ſaluas praeſtat. publica perdẽdo, tua
D nequidquam ſerues. In haec tanto animo conſenſum eſt, ut gratiae ultro conſulibus agerẽtur. ſenatu inde miſſo, pro ſe quiſq. aurum, argentum & aes in publicum conferunt, tanto certamine iniecto, ut prima inter primos nomina ſua uellent in publicis tabulis eſſe: ut nec triuumuiri accipiendo, nec ſcribae referendo ſufficerent. Hunc conſenſum ſenatus equeſter ordo eſt ſecutus, equeſtris ordinis plebs. ita ſine edicto, ſine coercitione magiſtratus, nec remige in ſupplementum, nec ſtipendio reſpublica eguit: paratiſque omnibus ad bellum, conſules in prouincias profecti ſunt. Neque aliud magis tempus belli fuit, quo Carthaginienſes Romanique, pariter uarijs caſibus immiſtis, in ancipiti ſpe ac metu fuerint. Nam Romanis & in prouincijs, hinc in Hiſpania aduerſae res, hinc proſperae in Sicilia, luctum & laetitiam miſcuerant: & in Italia, cum Tarentum amiſſum damno & dolori: tum arx cum praeſidio retenta praeter ſpem, gaudio fuit: & terrorẽ ſubitũ
E pauoremq. urbis Romae obſeſſae & oppugnatae, Capua poſt dies paucos capta in laetitiã uertit. Transmarinae quoque res quadam uice penſatae. Philippus hoſtis tempore haud ſatis opportuno factus: Aetoli noui adſciti ſocij, Attaluſq. Aſiae rex, iam uelut deſpondente fortuna Romanis imperium orientis. Carthaginienſes quoque Capuam amiſſam, & Tarentum captum aequabant: & ut, ad moenia urbis Romae nullo prohibente ſe perueniſſe, in gloria ponebant, ita pigebat irriti incepti, pudebatque adeo ſe ſpretos, ut ſedentibus ipſis ad Romana moenia, alia porta exercitus Romanus in Hiſpaniam duceretur. Ipſae quoque Hiſpaniae quo propius ſpẽ uenerant, tantis duobus ducibus exercitibuſq. caeſis, debellatũ ibi, ac pulſos inde Romanos eſſe, eo plus, ab L. Marcio, tumultuario duce, ad uanum & irritum uictoriam redactam eſſe, indignationis praebebant. Ita aequãte fortuna,

ſuſpenſa omnia utrimque erant, integra ſpe, integro metu, uelut illo tempore primum bel- F
lum inciperent. Hannibalem ante omnia angebat, quod Capua pertinacius oppugnata ab
Romanis, quam defenſa ab ſe, multorũ Italiae populorum animos auerterat: quos neque
omnes tenere praeſidijs, niſi uellet in multas paruaſq. partes carpere exercitum, (quod mi
nime tum expediebat) poterat: nec deductis praeſidijs ſpei liberam, uel obnoxiam timori
ſociorum relinquere fidem. Praeceps in auaritiam & crudelitatẽ animus, ad ſpoliãda quae
tueri nequibat, ut uaſtata hoſti relinquerentur, inclinauit. Id foedum conſilium tum ince-
pto, tum exitu etiam fuit. neque enim indigna patientium modo abalienabãtur animi, ſed
ceterorum etiam. quippe ad plures exemplum, quam calamitas, pertinebat. Nec conſul
Romanus tentandis urbibus, ſicunde ſpes aliqua ſe oſtendiſſet, deerat. Salapiae principes
erant Daſius & Blaſius: Daſius Hannibali amicus, Blaſius, quantum ex tuto poterat, rẽ Ro
manam fouebat: & per occultos nuncios ſpem proditionis fecerat Marcello. ſed ſine ad- G
iutore Daſio res tranſigi non poterat. Multum ac diu cunctatus, & tum quoque magis in-
opia cõſilij potioris, quam ſpe effectus, Daſium appellat. at ille cum ab re auerſus, tum
aemulo potentatus inimicus, rem Hannibali aperit. Accerſito utroque, Hannibal cũ pro tri
bunali quaedam ageret, mox de Blaſio cogniturus, ſtarẽtque, ſummoto populo, accuſator
& reus: Blaſius de proditione Daſium appellabat. Enimuero ille, uelut in manifeſta re, ex-
clamat, ſub oculis Hannibalis ſecum de proditione agi. Hannibali, atq. eis qui aderãt, quo
audacior res erat, minus ſimilis ueri uiſa eſt. aemulationem profecto, atque odium eſſe: &
id crimen afferri, quod, quia teſtem habere non potuiſſet, liberius fingeretur. Ita inde di-
miſſi ſunt. nec Blaſius ante abſtitit tam audaci incoepto, quam idem obtundendo, docen-
doque, quam ea res ipſis patriaeq. ſalutaris eſſet, peruicit, ut praeſidium Punicum, (hi autẽ
Numidae erant) Salapiaq. traderetur Marcello. Nec ſine caede multa tradi potuit. longe H
fortiſſimi equitum toto Punico exercitu erant. itaque quamquam improuiſa res fuit, nec
uſus equorum in urbe erat, tamen armis inter tumultum captis, & eruptionem tentauerũt:
&, cum euadere nequirent, pugnantes ad ultimum occubuerunt. nec plus quinquaginta
ex his in poteſtatem hoſtium uiui uenerunt: pluſq. aliquanto damni haec ala equitum a-
miſſa Hannibali, quam Salapia fuit: nec deinde umquam Poenus, quo longe plurimum ua
luerat, equitatu ſuperior fuit. Per idem tempus cum in arce Tarentina uix inopia tolera-
bilis eſſet, ſpem omnem praeſidium quod ibi erat Romanum, praefectuſq. praeſidij, atque
arcis M. Liuius in commeatibus ab Sicilia miſſis habebant. qui ut tuto praeteruherentur
oram Italiae, claſſis uiginti ferme nauium Rhegij ſtabat. Praeerat claſſi commeatibuſq. D.
Quinctius, obſcuro genere ortus, ceterum multis fortibus factis gloria militari illuſtris.
primo quinque naues, quarum maxime duae triremes a Marcello ei traditae erant, habuit: I
poſtea rem impigre ſaepe gerenti, tres additae quinqueremes: poſtremo ipſe a ſocijs, Rhe
giniſque, & a Velia & a Paeſto, debitas ex foedere exigendo, claſſem XX nauium, ſic-
ut ante dictum eſt, effecit. Huic ab Rhegio profectae claſſi Democrates cum pari claſ-
ſe nauium Tarentinarum numero, quindecim millia ferme ab urbe ad Sacriportum ob-
uius fuit. Velis tum forte improuidus futuri certaminis Romanus ueniebat: ſed circa Cro
tonem Sibarimq. ſuppleuerat remigio naues: inſtructamq. & armatam egregie pro ma-
gnitudine nauium claſſem habebat. & tum forte ſub idem fere tempus & uenti uis omnis
cecidit, & hoſtes in conſpectu fuere, ut ad componenda armamenta, expediendumq. re-
migem ac militem ad imminens certamen uix ſatis temporis eſſet. Raro alias tantis ani-
mis iuſtae concurrerunt claſſes: quippe cum in maioris diſcrimen rei, quam ipſae erant, pu
gnarent. Tarentini, ut recuperata urbe ab Romanis poſt centeſimum prope annum, ar- K
cem etiam liberarent: ſpem commeatus quoque hoſtibus, ſi nauali proelio poſſeſſionem
maris ademiſſent, interclusuri: Romani ut retenta poſſeſsione arcis oſtenderent, non ui
aut uirtute, ſed proditione ac furto Tarentum amiſſum. Itaque ex utraque parte ſigno
dato, cum roſtris concurriſſent, neque retro nauem inhiberent, nec dirimi ab ſe hoſtem
paterentur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu: ita conſerebant ex pro-
pinquo pugnam, ut non miſſilibus tantum, ſed gladijs etiam prope collato pede proelia-
rentur. Prorae inter ſe iunctae haerebant, puppes alieno remigio circumagebantur. ita in
arto ſtipatae erant naues, ut uix ullum telum in mari uanum intercideret. frontibus, uel-
ut pedeſtris acies, urgebant: peruiaeque naues pugnantibus erant. Inſignis tamen in-
ter

A ter ceteras pugna fuit duarum, quae primae agminis concurrerant inter ſe. in Romana naue ipſe Quinctius erat, in Tarentina Nico, cui Perconi fuit cognomen, non publico modo, ſed priuato etiam odio inuiſus, atque infeſtus Romanis: quod eius factionis erat, quae Tarentum Hannibali prodiderat. Hic Quinctium ſimul pugnantem hortantemq. ſuos, incautum haſta transfigit. ille ſimulatque praeceps cum armis procidit ante proram, uictor Tarentinus in turbatam duce amiſſo nauem impigre tranſgreſſus, cum ſummouiſſet hoſtes, & prora iam Tarentinorum eſſet, puppim male conglobati tuerentur Romani: repente & alia a puppi triremis hoſtium apparuit. ita in medio circumuenta Romana nauis capitur. hinc ceteris terror iniectus, ut praetoriam nauem captam uidere: fugienteſq. paſſim, aliae in alto merſae, aliae in terrã remis abreptae, mox praedae fuere Thurinis Metapõtiniſque. ex onerarijs, quae cum commeatu ſequebantur, perpaucae in poteſtatem hoſtiũ
B uenere: aliae ad incertos uentos hinc, atque illinc obliqua transferentes uela, in altum euectae ſunt. Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res geſta. nam ad quattuor millia hominum frumentatum egreſſa, cum in agris paſſim uagarentur: Liuius, qui arci praeſidioq. Romano praeerat, intentus in omnes occaſiones gerendae rei, C. Perſium, impigrum uirum, cum duobus millibus armatorum ex arce emiſit. qui uage effuſos per agros, palatoſq. adortus, cum diu paſſim cecidiſſet: paucos ex multis trepida fuga incidentes ſemiapertis portarum foribus, in urbem compulit: ne urbs eodem impetu caperetur. Ita aequatae res ad Tarentum, Romanis uictoribus terra, Tarentinis mari. Frumenti ſpes, quae in oculis fuerat, utroſque fruſtrata pariter. Per idem tempus Laeuinus conſul iam magna parte anni circumacta, in Siciliam, ueteribus nouiſq. ſocijs exſpectatus, cum ueniſſet, primum ac potiſſimum omnium ratus Syracuſanis noua pace inconditas componere
C res: Agragantum inde, quod belli reliquum erat, tenebaturq. a Carthaginienſium ualido praeſidio, duxit legiones. & affuit fortuna incoepto. Hanno erat imperator Carthaginienſium, ſed omnem in Mutine Numidiſque ſpem repoſitam habebat. Per totam Siciliam uagus, praedas agebat ex ſocijs Romanorum: neque intercludi ab Agraganto ui aut arte ulla, nec, quin erumperet, ubi uellet, prohiberi poterat. Haec eius gloria quia iam imperatoris quoque famae officiebat, poſtremo in inuidiam uertit: ut ne bene geſtae quidẽ res iam Hannoni propter auctorem ſatis laetae eſſent. propter quae poſtremo praefecturã eius filio ſuo dedit, ratus cum imperio auctoritatem quoque ei inter Numidas erepturũ. quod longe aliter euenit. nam ueterem fauorem eius ſua inſuper inuidia auxit. neque ille indignitatem iniuriae tulit: confeſtimq. ad Laeuinum occultos nuncios miſit de tradendo Agraganto. per quos ut eſt facta fides, compoſituſq. rei gerendae modus: portam ad
D mare ferentem Numidae cum occupaſſent, pulſis inde cuſtodibus, aut caeſis, Romanos ad idipſum miſſos in urbem acceperunt. & cum agmine iam in media urbis, ac forum magno tumultu iretur, ratus Hanno non aliud, quam tumultum ac ſeceſſionem (id quod & ante acciderat) Numidarum eſſe, ad comprimendam ſeditionem proceſſit. atque ille, cum ei multitudo maior, quam Numidarum, procul uiſa, & clamor Romanus, haudquaquam ignotus, ad aures accidiſſet: prius, quam ad ictum teli ueniret, capeſſit fugam. per auerſam portam emiſſus, aſſumpto comite Epicide, cum paucis ad mare peruenit: nactique opportunum paruum nauigium, relicta hoſtibus Sicilia, de qua per tot annos certatum erat, in Africam tranſiecerunt. alia multitudo Poenorum Siculorumque, ne tentato quidem certamine, cum caeci in fugam ruerent, clauſique exitus eſſent, circa portas caeſa. Opido recepto, Laeuinus, qui capita rerũ Agraganti erant, uirgis caeſos ſecuri percuſſit: ceteros, prae
E damque uendidit. omnem pecuniam Romam miſit. Fama Agragantinorum cladis Siciliam cum peruaſiſſet, omnia repente ad Romanos inclinauerunt. Prodita breui ſunt XX opida, ſed ui capta, uoluntaria deditione in fidem uenerunt ad quadraginta. Quarum ciuitatum principibus cum pro cuiuſque merito conſul praemia poenaſq. exſoluiſſet: coegiſſetque Siculos, poſitis tandem armis, ad agrum colendum animos conuertere: ut eſſet non incolarum modo alimentis frugifera inſula, ſed urbis Romae, atque Italiae (id quod multis ſaepe tempeſtatibus fecerat) annonam leuaret: ab Agatirna inconditam multitudinem ſecum in Italiam tranſuexit. Quattuor millia hominum erant, miſti ex omni colluuione, exſules, obaerati, capitalia auſi plerique, & cum in ciuitatibus ſuis, ac ſub legibus uixerant, & poſtquam eos ex uarijs cauſſis fortuna ſimilis conglobauerat, Agatirnae per latro-

 cinia

cinia ac rapinam tolerantes uitam. Hos neque relinquere Laeuinus in inſula, tum primum F
noua pace coaleſcente, uelut materiam nouandis rebus, ſatis tutum ratus eſt: & Rheginis uſui futuri erant ad populandum Bruttium agrum, aſſuetā latrociniis quaerētibus manum. Et quod ad Siciliam attinet, eo anno debellatum eſt. In Hiſpania principio ueris P. Scipio nauibus deductis, euocatiſq. edicto Tarraconem ſociorum auxilijs, claſſem onerariaſq. oſtium inde Iberi fluminis petere iubet. eodem legiones ex hibernis conuenire cum iuſſiſſet, ipſe cum quinque millibus ſociorum ab Tarracone profectus ad exercitum eſt. quo cum ueniſſet, alloquendos maxime ueteres milites, qui tantis ſuperfuerant cladibus, ratus, concione aduocata ita diſſeruit. Nemo ante me nouus imperator militibus ſuis prius, quam opera eorum uſus eſſet, gratias agere iure ac merito potuit. me uobis prius, quam prouinciam aut caſtra uiderem, obligauit fortuna: primum, quod ea pietate erga patrem patruumque meum uiuos mortuoſque fuiſtis: deinde, quod amiſſam tanta clade prouinciae poſſeſſionem, integram & populo Romano, & ſucceſſori mihi uirtute ueſtra obtinuiſtis. G
Sed cum iam benignitate deum id paremus atque agamus, non ut ipſi maneamus in Hiſpania, ſed ne Poeni maneant: nec ut pro ripa Iberi ſtantes, arceamus tranſitum hoſtis, ſed ut ultro tranſeamus, transferamuſque bellum: uereor, ne cui ueſtrum maius id, audaciuſq. conſilium, quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum, aut pro aetate mea uideatur. Aduerſae pugnae in Hiſpania nullius in animo, quam meo, minus oblitterari poſſunt. Quippe cui pater & patruus intra triginta dierum ſpatium, ut aliud ſuper aliud cumularetur familiae noſtrae funus, interfecti ſunt. ſed ut familiaris paene orbitas ac ſolitudo frangit animum: ita publica cum fortuna tum uirtus deſperare de ſumma rerum prohibet, eo fato, quo donata nobis ſors eſt, ut magnis omnibus bellis uicti uicerimus. Vetera omitto, Porſenam, Gallos, Samnites. a Punicis bellis incipiam. H
Quot claſſes, quot duces, quot exercitus priore bello amiſſi ſunt? iam quid hoc de bello memorem? omnibus aut ipſe affui cladibus, aut, quibus abfui, maxime unus omnium eas ſenſi. Trebia, Traſymenus, Cannae, quid aliud ſunt, quam monumenta occiſorum exercituum, conſulumque Romanorum? adde defectionem Italiae, Siciliae maioris partis, Sardiniae: adde ultimum terrorem ac pauorem, caſtra Punica inter Anienem & moenia Romana poſita, & uiſum prope in portis uictorem Hannibalem. In hac ruina rerum ſtetit una integra, atque immobilis uirtus populi Romani. Haec omnia ſtrata humi erexit, ac ſuſtulit. Vos omnium primi milites poſt Cannenſem cladem uadenti Haſdrubali ad Alpes Italiamque, (qui ſi ſe cum fratre coniunxiſſet, nullum iam nomen eſſet populi Romani) ductu auſpicioque patris mei obſtitiſtis. & hae ſecundae res illas aduerſas ſuſtinuerunt. Nunc benignitate deum omnia ſecunda, proſpera, in dies laetiora ac meliora in Italia Siciliaq. geruntur. I
In Sicilia Syracuſae, Agragantumq. captum, pulſi tota inſula hoſtes. receptaq. prouincia in ditionem populi Romani eſt. In Italia Arpi recepti, Capua capta: iter omne ab urbe Roma trepida fuga emenſus Hannibal, in extremum angulum agri Bruttij compulſus, nihil iam magis precatur deos, quam ut incolumi cedere, atque abire ex hoſtium terra liceat. Quid igitur minus conueniat milites, quam, cum aliae ſuper alias clades cumularentur, ac dij prope ipſi cum Hannibale ſtarent, uos hic cum parentibus meis (aequentur enim ipſi etiam honore nominis) ſuſtinuiſſe labantem fortunam populi Romani: nunc eoſdem, quia illic omnia ſecunda laetaque ſunt, animis deficere? Nuper quoque, quae acciderunt, utinam tam ſine meo luctu, quam ueſtro tranſiſſent. Nunc dij immortales, imperij Romani praeſides, qui centurijs omnibus, ut mihi imperium iuberent dari, fuere auctores, ijdem augurijs, auſpicijſque, & per nocturnos etiam uiſus omnia laeta ac proſpera portendunt: animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus uates, praeſagit, noſtram Hiſpaniam eſſe: breui extorre hinc omne Punicum nomen, maria terraſq. foeda fuga impleturum. K
Quod mens ſua ſponte diuinat, idem ſubijcit ratio haud fallax. Vexati ab iis ſocij, noſtram fidem per legatos implorant. tres duces diſcrepantes, prope ut defecerint alij ab alijs, trifariam exercitum in diuerſiſſimas regiones diſtraxere. Eadem in illos ingruit fortuna, quae nuper nos afflixit. nam & deſeruntur ab ſocijs, ut prius ab Celtiberis nos: & diduxere exercitus, quae patri, patruoq. meo cauſſa exitij fuit. nec diſcordia inteſtina coire eos in unum ſinet, neque ſinguli nobis reſiſtere poterunt. Vos modo milites fauete nomini Scipionum, ſoboli imperatorum ueſtrorum, ue-

lut

A lut acciſis recreſcenti ſtirpibus. Agite milites ueteres, nouum exercitum, nouumque du-
cem tranſducite Iberum, trāſducite in terras cum multis fortibus factis ſaepe a uobis pera-
gratas. Breui faciam, ut quemadmodum nunc noſcitatis in me patris patruique ſimilitu-
dinem oris uultuſque, & lineamenta corporis, ita ingenij, fidei, uirtutiſque exemplum ac
effigiem uobis reddam: ut reuixiſſe, aut renatum ſibi quiſque Scipionem imperatorem di-
cat. Hac oratione accenſis militum animis, relicto ad praeſidium regionis eius M. Silano
cum tribus millibus peditum, & trecentis equitibus, ceteras omnes copias (erant autem
uigintiquinque millia peditum, duo millia & quingenti equites) Iberum tranſiecit. Ibi qui-
buſdam ſuadentibus, ut, quoniam in tres tam diuerſas regiones diſceſſiſſent Punici exer-
citus, proximum aggrederetur: periculum eſſe ratus, ne, eo facto, in unum omnes contra-
heret, nec par eſſet unus tot exercitibus, Carthaginem Nouam interim oppugnare ſta-
B tuit, urbem cum ipſam opulentam ſuis opibus, tum hoſtium omni bellico apparatu ple-
nam, (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hiſpaniae obſides erant) ſitam praeterea cū op-
portune ad tranſijciendum in Africam, tum ſuper portum ſatis amplū quantaeuis claſſi, &
neſcio an unum in Hiſpaniae ora, qua noſtro adiacet mari. Nemo omnium, quo iretur, ſcie-
bat, praeter C. Laelium. Is claſſe circummiſſus ita moderari curſum nauium iuſſus erat,
ut eodem tempore Scipio ab terra exercitum oſtenderet, claſſis portum intraret. Septimo
die ab Ibero Carthaginem uentum eſt. ſimul terra mariq. caſtra ab regione urbis, qua in
Septemtrionem uerſa eſt, poſita. his ab tergo (nam frons natura tuta erat) uallum obie-
ctum. Etenim ſita Carthago ſic eſt. Sinus eſt maris media fere Hiſpaniae ora, maxime
Africo uento oppoſitus, & quingentos paſſus introrſus retractus, paullulo plus paſſuum
in latitudinem patens. huius in oſtio ſinus parua inſula obiecta ab alto, portum ab omni-
C bus uentis, praeterquam Africo, tutum facit. ab intimo ſinu paeninſula excurrit, tumulus is
ipſe, in quo condita urbs eſt: ab ortu ſolis & a meridie cincta mari: ab occaſu ſtagnum clau-
dit, paullum etiam ad Septemtrionem fuſum, incertae altitudinis, utcumque exaeſtuat aut
deficit mare, continenti urbem iugum ducentos fere & quinquaginta paſſus patens con-
iungit. unde cum tam parui operis munitio eſſet, nō obiecit uallum imperator Romanus:
ſeu fiduciam hoſti ſuperbe oſtentans, ſiue ut ſubeunti ſaepe ad moenia urbis recurſus pate-
ret. Cetera, quae munienda erant, cum perfeciſſet, naues etiam in portu, uelut mariti-
mam quoque oſtentans obſidionem, inſtruxit. circumuectuſque claſſem, cum monuiſſet
praefectos nauium, ut uigilias nocturnas intenti ſeruarent, (omnia ubique primo obſeſ-
ſum hoſtem conari) regreſſus in caſtra, ut conſilij ſui rationem, quod ab urbe potiſſimum
oppugnanda bellum orſus eſſet, militibus oſtenderet, & ſpem potiundae cohortando fa-
D ceret, concione aduocata, ita diſſeruit. Ad urbem unam oppugnandam ſi quis uos ad-
ductos credit, is magis operis ueſtri, quam emolumenti, rationem exactam milites ha-
bet. oppugnabitis enim uere moenia unius urbis, ſed in una urbe uniuerſam ceperitis
Hiſpaniam. Hic ſunt obſides omnium nobilium regum populorumque: qui ſimul in
poteſtate ueſtra erunt, extemplo omnia, quae nunc ſub Carthaginienſibus ſunt, in ditio-
nem tradent. hic pecunia omnis hoſtium, ſine qua neque illi gerere bellum poſſunt,
quippe qui mercenarios exercitus alant: & quae nobis maximo uſui ad conciliandos a-
nimos barbarorum erit. hic tormenta, arma, armamenta, & omnis apparatus bel-
li eſt, qui ſimul & uos inſtruet, & hoſtes nudabit. Potiemur praeterea cum pulcher-
rima opulentiſſimaque urbe, tum opportuniſſima portu egregio: unde terra marique,
quae belli uſus poſcunt, ſuppeditentur. quae cum magna ipſi habebimus, tum dempſe-
E rimus hoſtibus multo maiora. haec illis arx, hoc horreum, aerarium, armamentarium,
hoc omnium rerum receptaculum eſt. huc rectus ex Africa curſus eſt, haec una in-
ter Pyrenaeum & Gades ſtatio, hinc omnis Hiſpania imminet Africae. Sed quoniam
uos inſtructos & ordinatos cognoſco, ad Carthaginem nouam oppugnandam urbis ui-
ribus, & bono animo tranſeamus. Cumque omnes una uoce hoc faciendum ſuccla-
marent, eos Carthaginem duxit. tum terra marique eam oppugnari iubet. Contra
Mago Poenorum dux, cum terra marique inſtrui oppugnationem uideret, & ipſe co-
pias ita diſponit. Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua caſtra Romana erant,
opponit: quingentis militibus arcem inſedit: quingentos tumulo urbis in orientem uer-
ſo imponit: multitudinem aliam quo clamor, quo ſubita uis aduocaſſet, reſiſtentem

ad omnia occurrere iubet. Patefacta deinde porta, eos, quos in uia ferente ad caſtra hoſtium F inſtruxerat, mittit. Romani, duce ipſo praecipiente, parumper ceſſere, ut propiores ſubſidijs in certamine ipſo ſummittendis eſſent. Et primo haud impari ſtetere acie. ſubſidia deinde identidem ſummiſſa e caſtris non auerterunt ſolum in fugam hoſtes: ſed adeo effuſis inſtiterunt, ut, niſi receptui ceciniſſet, permiſti fugientibus, irrupturi fuiſſe in urbem uiderentur. Trepidatio uero non proelio maior, quam tota urbe fuit. multae ſtationes pauore, atque loca deſerta ſunt: relictique muri, cum qua cuique erat proximum, deſiluiſſent. Quod ubi uerſus Scipio in tumulum, quem Mercurium Teutatem appellant, aduertit, multis partibus nudata defenſoribus moenia eſſe, omnes e caſtris excitos ire ad oppugnandam urbem, & ferre ſcalas iubet. ipſe, trium prae ſe iuuenum ualidorum ſcutis oppoſitis, (ingens enim iam uis omnis generis telorum e muris uolabat) ad urbem ſuccedit. hortatur, imperat quae in rem ſunt: quodque plurimum ad accendendos militum G animos intererat, teſtis ſpectatorque uirtutis, atque ignauiae cuiuſque adeſt. Itaque in uulnera ac tela ruunt: neque illos muri, neque ſuperſtantes armati arcere queunt, quin certatim adſcendāt. Et ab nauibus eodem tempore ea, quae mari alluitur, pars urbis oppugnari coepta eſt. ceterum tumultus inde maior, quam uis, uideri poterat. Dum applicant, dum partim exponunt ſcalas militeſque, dum, qua cuique proximum eſt, in terram euadere properant. ipſa feſtinatione & certamine alij alios impediunt. inter haec repleuerat iam Poenus armatis muros, & uis magna & ingens copia congeſta telorum ſuppeditabat. Sed neque uiri, nec tela, nec quidquam aliud aeque quam moenia ipſa ſeſe defendebant. rarae enim ſcalae altitudini aequari poterant: & quo quaeque altiores, eo infirmiores erāt. itaque cum ſummus quiſque euadere non poſſet, ſubirent tamen alij, onere ipſo frangebantur. quidam ſtantibus ſcalis, cum altitudo caliginem oculis offudiſſet, ad terram dela- H ti ſunt. Et cum paſſim homines ſcalaeque ruerent, & ipſo ſucceſſu audacia atque alacritas hoſtium creſceret, ſignum receptui datum eſt. quod ſpem non praeſentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obſeſſis, ſed etiam in poſterum dedit, ſcalis & corona capi urbem non poſſe: opera & difficilia eſſe, & tempus datura ad ferendam opem imperatoribus ſuis. Vix prior tumultus conticuerat, cum Scipio ab defeſſis iam uulneratiſque recentes integroſque alios accipere ſcalas iubet, & ui maiore aggredi urbem. ipſe, ut ei nunciatum eſt aeſtum decedere: quod per piſcatores Tarraconenſes, nunc leuibus cymbis, nunc ubi eae ſiderent, uadis peruagatos per ſtagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum tranſitum dari: eo armatos duxit. Medium ferme diei erat: & ad id, quod ſua ſponte cedente in mare aeſtu trahebatur aqua, acer etiam Septemtrio ortus inclinatum ſtagnum eodem quo aeſtus ferebat: & adeo nudauerat uada, ut alibi umbilico te- I nus aqua eſſet, alibi genua uix ſuperaret. Hoc cura ac ratione compertum, in prodigium ac deos uertens Scipio, qui ad tranſitum Romanis mare uerterent & ſtagna auferrent, uiaſque ante numquam initas humano ueſtigio aperirent: Neptunum iubebat ducem itineris ſequi, ac medio ſtagno euadere ad moenia. Ab terra ingens labor ſuccedentibus erat: nec altitudine tantum moenium impediebantur: ſed quod euntes ad ancipites utrimque ictus ſubiectos habebant Romanos: ut latera infeſtiora ſubeuntibus, quam aduerſa corpora, eſſent. At parte in alia quietus, & per ſtagnum facilis tranſitus, & in murum adſcenſus inde fuit. nam neque opere emunitus erat, ut ubi ipſius loci ac ſtagni praeſidio ſatis creditum foret: nec ulla armatorum ſtatio, aut cuſtodia oppoſita, intentis omnibus ad opem eo ferendam, unde periculum oſtendebatur. Vbi urbem ſine certamine intrauere, pergunt inde, quanto maximo curſu poterant, ad eam portam, circa quam omne con- K tractum certamen erat. in quod adeo intenti omnium non animi ſolum fuerant, ſed etiam oculi aureſque oppugnantium, ſpectantiumq. & adhortantium pugnantes, ut nemo ante ab tergo ſenſerit captam urbem, quam tela in auerſos inciderunt. & utrimque ancipitem hoſtem habebant. tunc turbatis defenſoribus metu, & moenia capta, & porta intus foriſque pariter refringi coepit: & mox caedendo confractis, ac diſtractis, ne iter impediretur, foribus, armati impetum fecerunt. Magna multitudo & muros tranſcendebat, ſed hi paſſim ad caedem opidanorum uerſi. illa quae portam ingreſſa erat iuſta acies, cū ducibus, cum ordinibus, media urbe in forum proceſſit. Inde cum duobus itineribus fugiētes uideret hoſtes: alios ad tumulum in orientem uerſum, qui tenebatur quingentorum militum praeſi-

A praeſidio: alios in arcem, in quam & ipſe Mago cum omnibus ferme armatis qui muris pulſi fuerant, refugerat: partem copiarum ad tumulum expugnandum mittit, ipſe ad arcem ducit. Et tumulus primo impetu eſt captus: & Mago arcem conatus defendere, cum omnia hoſtiũ plena uideret, neque ſpem ullam eſſe, ſe arcemq. & praeſidium dedidit. Quoad dedita arx eſt, caedes tota urbe paſſim factae: nec ulli puberum, qui obuius fuit, parcebatur. Tum ſigno dato, caedibus finis factus. ad praedam uictores uerſi, quae ingens omnis generis fuit. Liberorum capitum uirilis ſexus ad X millia capta. inde qui ciues nouae Carthaginis erant, dimiſit: urbemque, & ſua omnia, quae reliqua eis bellum fecerat, reſtituit. Opifices ad duo millia hominum erant. eos publicos fore populi R. edixit, cum ſpe propinqua libertatis, ſi ad miniſteria belli enixe operam nauaſſent. ceteram multitudinem incolarum, iuuenum, ac ualidorum ſeruorum in claſſem ad ſupplementum remigum dedit: & auxerat nauibus octo captiuis claſſem.
B Extra hanc multitudinem Hiſpanorum obſides erant: quorum perinde, ac ſi ſociorum liberi eſſent, cura habita. Captus & apparatus ingens belli, catapultae maximae ferme centum uiginti, minores CCLXXXI, balliſtae maiores XXIII, minores LII, ſcorpionum maiorum minorumque, & armorum telorumque ingens numerus. ſigna militaria LXXIV. Et auri argentique relata ad imperatorem magna uis. paterae aureae fuerunt CCLXXVI, librales ferme omnes pondo: argenti facti ſignatique decem & octo millia & CCC pondo. uaſorum argẽteorum magnus numerus. Haec omnia C. Flaminio quaeſtori appenſa adnumerataque ſunt. tritici XL millia modium, hordei CCLXX. Naues onerariae CXIII in portu expugnatae, captaeque: quaedam cum ſuis oneribus, frumento, armis, aere praeterea, ferroque, & linteis, & ſparto, & nauali alia materia ad claſſem aedificandam: ut minimum omnium inter tantas opes bellicas
C Carthago ipſa fuerit. Eo die Scipio, C. Laelio cum ſocijs naualibus urbem cuſtodire iuſſo, ipſe in caſtra legiones reduxit, feſſoſque milites omnibus uno die belli operibus, (quippe qui & acie dimicaſſent, & in capienda urbe tantum laboris periculique adiſſent: & capta, cum ijs qui in arcem confugerant, iniquo etiam loco pugnaſſent) curare corpora iuſſit. Poſtero die, militibus, naualibuſque ſocijs conuocatis, primum dijs immortalibus laudes gratesque egit: qui ſe non urbis ſolum opulentiſsimae omnium in Hiſpania uno die compotem feciſſent, ſed ante eo congeſsiſſent omnis paene Africae atque Hiſpaniae opes: ut neque hoſtibus quidquam relinqueretur, & ſibi ac ſuis omnia ſupereſſent. Militum deinde uirtutem collaudauit, quod eos non eruptio hoſtium, non altitudo moenium, non inexplorata ſtagni uada, non caſtellum in alto tumulo ſitum, non munitiſsima arx deterruiſſet, quo minus tranſſcenderent omnia, perrumperentque. Itaque quamquam
D omnibus omnia deberet: praecipuum tamen muralis coronae decus eius eſſe, qui primus murum adſcendiſſe ſe profiteretur, qui ſe dignum eo duceret dono. Duo profeſsi ſunt, Q. Trebellius, centurio legionis quartae, & Sex. Digitius, ſocius naualis. Nec ipſi tam inter ſe acriter contendebant, quam ſtudia excitauerant uterque ſui corporis hominum. ſocijs C. Laelius praefectus claſsis, legionarijs M. Sẽpronius Tuditanus aderat. Ea contentio cũ prope ſeditionem ueniret: Scipio, tres recuperatores cum ſe daturum pronunciaſſet, qui, cognita cauſſa, teſtibuſq. auditis, iudicarent, uter prior in opidum trãſſcendiſſet: C. Laelio, & M. Sempronio aduocatis partis utriuſque P. Cornelium Caudinum de medio adiecit: eoſq. tres recuperatores conſidere, & cauſſam cognoſcere iuſsit. Cum res eo maiore ageretur certamine, quod amoti tantae dignitatis non tam aduocati, quam moderatores ſtudiorum fuerant: C. Laelius relicto conſilio, ad tribunal ad Scipionẽ accedit: eumq. docet,
E rem ſine modo ac modeſtia agi: ac prope eſſe, ut manus inter ſe conſerant. Ceterum etiam ſi uis abſit, nihilominus deteſtabili exemplo rem agi. quippe ubi fraude ac periurio decus petatur uirtutis. Stare hinc legionarios milites, hinc claſsicos, per omnes deos paratos iurare magis quae uelint, quam quae ſciant, uera eſſe, & obſtringere periurio non ſe ſolũ ſuumq. caput, ſed ſigna militaria & aquilas, ſacramentiq. religionem. Haec ſe ad eum de ſententia P. Cornelij & M. Sempronij deferre. Scipio, collaudato Laelio, ad concionem uocauit, pronunciauitque, ſe ſatis compertum habere, Q. Trebellium & Sex. Digitium pariter in murum adſcẽdiſſe: ſeque eos ambos uirtutis cauſſa coronis muralibus donare. Tum reliquos, prout cuiuſque meritum uirtuſque erat, donauit: ante omnes C. Laelium, praefectum claſsis, & omni genere laudis ſibimetipſi aequauit, & corona aurea ac XXX

bobus donauit. Tum obſides ciuitatum Hiſpaniae uocari iuſſit. quorum quantus numerus fuerit, piget ſcribere: quippe cum alibi CCC ferme, alibi DCCXXV fuiſſe inueniam. Aeque & alia inter auctores diſcrepant. Praeſidium Punicum alius X, alius VII, alius haud plus quam duum millium fuiſſe ſcribit. Capta alibi X millia capitum, alibi ſupra V & XX inuenio. Scorpiones maiores minoresque ad LX captos ſcripſerim, ſi auctorem Graecum ſequar Silenum: ſi Valerium Antiatem, maiorum ſcorpionum VI millia, minorum XIII. adeo nullus mentiendi modus eſt. Ne de ducibus quidem conuenit, plerique Laelium praefuiſſe claſſi, ſunt qui M. Iunium Silanũ dicant. Armen praefuiſſe Punico praeſidio, deditumq. Romanis, Antias Valerius: Magonem alij ſcriptores tradunt. Non de numero nauium captarũ, non de pondere auri atque argenti, & redacta pecunia conuenit. Si aliquibus aſſentiri neceſſe eſt, media ſimilia ueri ſunt. Ceterum Scipio uocatis obſidibus, primum uniuerſos bonum animum habere iuſſit. ueniſſe eos in populi Romani poteſtatẽ, qui beneficio, quam metu, obligare homines malit: exterasq. gentes fide ac ſocietate iunctas habere, quam triſti ſubiectas ſeruitio. deinde acceptis nominibus ciuitatum, recenſuit captiuos, quot cuiuſque populi eſſent, & nuncios domum miſit, ut ad ſuos quiſque recipiẽdos ueniret. ſi quarum forte ciuitatum legati aderant, eis praeſentibus ſuos reſtituit. ceterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio quaeſtori attribuit. Inter haec, e media turba obſidum, mulier magno natu, Mandonij uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit: obteſtariq. coepit, ut curam cultumq. feminarum impenſius cuſtodibus commendaret. Cum Scipio nihil profecto defuturum ijs diceret: tum rurſus mulier, Haud magni iſta facimus, inquit. quid enim huic fortunae non ſatis eſt? alia me cura, aetatem harum intuentem (nam ipſa iam extra periculum iniuriae muliebris ſum) ſtimulat. aetate & forma florentes circa eam Indibilis filiae erãt, aliaeq. nobilitate pari, quae omnes eam pro parente colebant. Tum Scipio, Meae, populiq. Romani diſciplinae cauſſa facerem, inquit, ne quid, quod ſanctum uſquam eſſet, apud nos uiolaretur. nunc ut id curem impenſius, ueſtra quoque uirtus dignitaſque facit, quae ne in malis quidem oblitae decoris matronalis eſtis. Spectatae deinde integritatis uiro tradidit eas: tueriq. haud ſecus uerecunde ac modeſte, quam hoſpitum coniuges ac parentes iuſſit. Captiua deinde a militibus adducitur ad eum adulta uirgo, adeo eximia forma, ut quacumque incedebat, conuerteret omnium oculos. Scipio percunctatus patriam, parenteſque, inter cetera accepit, deſponſatam eam principi Celtiberorum adoleſcenti, cui Allucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus ſponſoq. ab domo accitis, cum interim audiret deperire eum ſponſae amore: ubi primum uenit, accuratiore eum ſermone, quam parentes, alloquitur. Iuuenis, inquit, iuuenem appello, quo minus ſit inter nos huius ſermonis uerecundia. Ego, cum ſponſa tua capta a militibus noſtris ad me deducta eſſet, audiremq. eam tibi cordi eſſe, & forma faceret fidem: quia ipſe, ſi frui liceret ludo aetatis, praeſertim recto & legitimo amore, & non reſpublica animum noſtrum occupaſſet: ueniam mihi dari ſponſam impenſius amanti uellem: tuo, cuius poſſum, amori faueo. Fuit ſponſa tua apud me eadem, qua apud ſoceros tuos parenteſque ſuos, uerecundia: ſeruata tibi eſt, ut inuiolatum, dignum me teque dari tibi donum poſſet. hanc mercedem unam pro eo munere paciſcor: amicus populo Romano ſis. & ſi me uirum bonum credis eſſe, quales patrem, patruumque meum iam ante hae gentes norant: ſcias multos noſtri ſimiles in ciuitate Romana eſſe: nec ullum in terris populum hodie dici poſſe, quem minus tibi hoſtem tuisq. eſſe uelis, aut amicum malis. Cum adoleſcens ſimul pudore gaudioque perfuſus, dextram Scipionis tenens, deos omnes inuocaret ad gratiam illi pro ſe referendam, quoniam ſibi nequaquam ſatis facultatis pro ſuo animo, atque illius erga ſe merito eſſet: parẽtes inde cognatique uirginis appellati. qui, quoniam gratis ſibi redderetur uirgo, ad quam redimendam ſatis magnum attuliſſent auri pondus: orare Scipionem, ut id ab ſe donum acciperet, coeperunt: haud minorem eius rei apud ſe gratiam futuram affirmantes, quam redditae inuiolatae foret uirginis. Scipio, quando tantopere peterent, accepturum ſe pollicitus, poni ante pedes iuſſit: uocatoq. ad ſe Allucio, Super dotem, inquit, quam accepturus a ſocero es, haec tibi a me dotalia dona accedent. aurumq. tollere, ac ſibi habere iuſſit. His laetus donis honoribusq. dimiſſus domum, impleuit populares laudibus & meritis Scipionis. Veniſſe dijs ſimillimum iuuenem, uincentem omnia cum armis, tum benignitate ac

bene-

A beneficijs. Itaque delectu clientum habito, cum delectis ∞ & C D equitibus intra paucos dies ad Scipionem reuertit. Scipio retentum ſecum Laelium, dum captiuos obſideſque & praedam ex conſilio eius diſponeret: rebus omnibus compoſitis, data quinqueremе, captiuis cum Magone, & quindecim fere ſenatoribus, qui ſimul cum eo capti erant, in nauem impoſitis, nuncium uictoriae Romam mittit. ipſe paucos dies, quibus morari Carthagine ſtatuerat, exercendis naualibus pedeſtribuſq. copijs abſumpſit. Primo die legiones in armis quatuor millium ſpatio decurrerunt. ſecundo die arma curare, & tergere ante tentoria iuſſit. tertio die ſudibus inter ſe in modum iuſtae pugnae concurrerunt: praepilatiſque miſſilibus iaculati ſunt. quarto die quies data. quincto iterũ in armis decurſum eſt. Hunc ordinem laboris quietiſque, quoad Carthagine morati ſunt, ſeruauerunt. Remigio, claſsici milites tranquillo in altũ euecti, agilitatem nauium ſimulacris naualis pugnae
B experiebantur. Haec extra urbem terra mariq. corpora ſimul animoſq. ad bellũ acuebant. Vrbs ipſa ſtrepebat apparatu belli, fabris omnium generum in publica officina incluſis. dux cuncta pari cura obibat: nunc in claſſe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat, nunc operibus adſpiciẽdis tempus dabat, quaeq. in officinis, quaeq. in armamẽtario ac naualibus fabrorum multitudo plurima in ſingulos dies certamine ingenti faciebat. His ita inchoatis, refectiſq. quos quaſſauerat, muris, diſpoſitiſque praeſidijs ad cuſtodiam urbis, Tarraconem eſt profectus, a multis legationibus protinus in uia aditus, quas partim dato reſponſo ex itinere dimiſit, partim diſtulit Tarraconem, quo omnibus nouis ueteribuſque ſocijs edixerat conuentum. Et cuncti fere qui cis Iberum incolunt populi, multique etiam ulterioris Hiſpaniae conuenerunt. Carthaginienſium duces primo ex induſtria famam captae Carthaginis compreſſerant: deinde ut clarior res erat, quam ut tegi ac
C diſſimulari poſſet, eleuabant uerbis, nec opinato aduentu, ac prope furto unius diei urbem unam Hiſpaniae interceptam. cuius rei tam paruae praemio elatum inſolentem iuuenem immodico gaudio ſpeciẽ magnae uictoriae impoſuiſſe: at ubi appropinquare tres duces, tres uictores hoſtium exercitus audiſſet, occurſuram ei extemplo domeſticorum funerum memoriam. Haec in uulgus iactabant, haudquaquam ipſi ignari, quantum ſibi ad omnia uirium, Carthagine amiſſa, deceſſiſſet.

EPITOME. LIBRI. XXVII

D *CN. Fuluius proconſul cum exercitu ab Hannibale caeſus ad Herdoneam eſt. Meliore euentu a Claudio Marcello conſule aduerſus eundem ad Numiſtronem pugnatum eſt. inde Hannibal noctu receſſit. Marcellus inſecutus eſt, & ſubinde cedentem preſſit, donec confligeret. Priore pugna Hannibal ſuperior fuit: Marcellus inſequenti. Fabius Maximus, pater, conſul Tarentinos per proditionem recepit. In Hiſpania ad Baetulam Scipio cum Haſdrubale Hamilcaris conflixit, & uicit. inter alia captum puerum regalem eximiae formae ad auunculum Maſſaniſſam cũ*
E *donis miſit. Claudius Marcellus, T. Quinctius Criſpinus conſules ſpeculandi cauſſa egreſſi e caſtris, inſidijs ab Hannibale circumuenti ſunt. Marcellus occiſus fuit: Criſpinus fugit. Res praeterea a P. Sulpicio praetore aduerſus Philippum & Achaeos geſtas continet. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ciuium capita centum triginta ſeptem millia, centum & octo. ex quo numero apparuit, quantum hominum tot proeliorum aduerſa fortuna populo R. abſtuliſſet. Haſdrubal, qui cum exercitu nouo tranſſcenderat Alpes, ut ſe Hannibali coniungeret, cum millibus hominum LVI caeſus eſt M. Liuij conſulis ductu, non minore opera Claudij Neronis conſulis. qui cũ Hannibali oppoſitus eſſet, relictis caſtris, ita ut hoſtem falleret, cum electa manu profectus, Haſdrubalem circumuenit.*

LIBER. XXVII

HIC ſtatus rerum Hiſpaniae erat. In Italia autem conſul Marcellus, Salapia per deditionem recepta, Maroneam & Meles de Samnitibus ui cepit. Ad tria millia militum ibi Hannibalis, quae praeſidij cauſſa relicta erant, oppreſſa. praedae aliquantum. uſui militum conceſſa. tritici quoque C C X L millia modium & C X millia hordei inuenta. Ceterum nequaquam inde tantum gaudium fuit, quanta clades intra paucos

dies accepta eſt haud procul Herdonea urbe. Caſtra ibi Cn. Fuluius proconſul habe- F
bat, ſpe recipiundae Herdoneae, quae poſt Cannenſem cladem ab Romanis defecerat, nec
loco ſatis tuto poſita, nec praeſidijs firmata. Negligentiam inſitam ingenio ducis, auge-
bat ſpes ea, quod labare ijs aduerſus Poenum fidem ſenſerat, poſtquam Salapia amiſſa
exceſſiſſe his locis Hannibalem in Bruttios auditum eſt. Ea omnia ab Herdonea per oc-
cultos nuncios delata Hannibali, ſimul curam ſociae retinendae urbis, & ſpem fecere in-
cautum hoſtem aggrediendi. Exercitu expedito, ita ut famam quoque praeueniret, ma-
gnis itineribus ad Herdoneam contendit. & quo plus terroris hoſti obijceret, acie inſtru-
cta acceſſit. Par audacia Romanus, conſilio & uiribus impar, copijs raptim eductis con-
flixit. quinta legio & ſiniſtra ala acriter pugnam inierunt. Ceterum Hannibal, ſigno equi
tibus dato, ut cum pedeſtres acies occupaſſent praeſenti certamine oculos animoſque,
circumuecti, pars caſtra hoſtium, pars terga pugnantium inuaderent: ipſe Cn. Fuluij ſimi- G
litudinem nominis, quod Cn. Fuluium praetorem biennio ante in iiſdem deuicerat locis,
increpans, ſimilem euentum pugnae fore affirmabat. Neque ea ſpes uana fuit. nam cum
cominus acie & peditum certamine multi Romanorum cecidiſſent, ſtarent tamen ordi-
nes ſignaque: equeſtris tumultus a tergo, ſimul a caſtris clamor hoſtilis auditus, ſextam
ante legionem, quae in ſecunda acie poſita, prior ab Numidis turbata eſt: quintam dein
de, atque eos, qui ad prima ſigna erant, auertit. Pars in fugam effuſi, pars in medio cae-
ſi: ubi & ipſe Cn. Fuluius cum undecim tribunis militum cecidit. Romanorum ſocio-
rumque quot caeſa in eo proelio millia ſint, quis pro certo affirmet, cũ tredecim millia ali
bi, alibi haud pluſquam ſeptem inueniam? Caſtris, praedaq. uictor potitur. Herdoneam,
quia & defecturam fuiſſe ad Romanos comperit, nec manſuram in fide, ſi inde abſceſſiſſet,
multitudine omni Metapontum ac Thurios tranſducta, incendit: principes, qui cum Ful- H
uio colloquia occulta habuiſſe comperti ſunt, perempti. Romani, qui ex tanta clade eua-
ſerant, diuerſis itineribus ſemiermes ad Marcellum conſulem in Samnium confugerunt.
Marcellus, nihil admodum tanta clade territus, litteras Romam ad ſenatum de duce & ex-
ercitu ad Herdoneam amiſſo ſcribit. Ceterum eundem ſe, qui poſt Cannenſem pugnam
ferocem uictoria Hannibalem contudiſſet, irae aduerſus eum, breuem illi laetitiam, qua ex
ſultet, facturum. Et Romae quidem cum luctus ingens ex praeterito, tum timor in futurum
erat. Conſul ex Samnio in Lucanos tranſgreſſus ad Numiſtronem, in conſpectu Hanni-
balis, loco plano, cum Poenus collem teneret, poſuit caſtra. addidit & aliam fidentis ſpe-
ciem, quod prior in aciem eduxit. Nec detrectauit Hannibal, ut ſigna portis efferri uidit.
Ita tamen aciem inſtruxerunt, ut Poenus dexterum cornu in collem erigeret, Romani ſi-
niſtrum ad opidum applicarent. Ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendiſſent, I
feſſaeque pugnando primae acies eſſent, ab Romanis prima legio & dextera ala, ab Hanni
bale Hiſpani milites & funditores Baleares, elephanti quoque, commiſſo iam certamine,
in proeliũ acti. Diu pugna neutro inclinata ſtetit. Primae legioni tertia, dexterae alae ſini
ſtra ſubit. & apud hoſtes integri a feſſis pugnam accepere. Nouum atque atrox proelium
ex tam ſegni repente exarſit, recentibus animis corporibuſque. ſed nox incerta uictoria
diremit pugnantes. Poſtero die Romani ab ſole orto in multum diem ſtetere in acie: ubi
nemo hoſtium aduerſus prodijt, ſpolia per otium legere, & congeſtos in unum locum cre-
mauere ſuos. Nocte inſequenti Hannibal ſilentio mouit caſtra, & in Apuliã abijt. Marcel-
lus, ubi lux fugam hoſtiũ aperuit, ſaucijs cum praeſidio modico Numiſtrone relictis, prae-
poſitoq. his L. Furio Purpureone, tribuno militum, ueſtigijs inſtitit ſequi. Ad Venuſiam
adeptus eum eſt. Ibi per dies aliquot cum ab ſtationibus procurſaretur, mixta equitum pe- K
ditumque tumultuoſa magis proelia, quam magna, & ferme omnia Romanis ſecunda fue-
runt. Inde per Apuliam ducti exercitus ſine ullo memorando certamine, cum Hannibal no
cte ſigna moueret, locum inſidijs quaerens: Marcellus niſi certa luce, & explorato ante, nõ
ſequeretur. Capuae interim Flaccus dum bonis principum uendendis, agro, qui publica-
tus fuerat, locando, (locauit autem omnem frumento) tempus terit, ne deeſſet materia
in Capuanos ſaeuiendi, nouum in occulto gliſcens per indicium protractum eſt facinus,
milites aedificijs emotos, ſimul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur: ſimul metuẽs
ne ſuum quoque exercitum, ſicut Hãnibalis, nimia urbis amoenitas emolliret: in portis mu-
riſque ſibimetipſos tecta militariter coegerat aedificare. erant autem pleraque ex cratibus

A aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta omnia, uelut de induſtria alimentis ignis. Haec noctis una hora ut omnia incenderent, CLXX Capuani, principibus fratribus Bloſijs, coniurauerant. indicio eius rei ex familia Bloſiorum facto, portis repente iuſſu proconſulis clauſis, cum ad arma, ſigno dato, milites concurriſſent, cóprehenſi omnes, qui in noxa erant, & quaeſtione acriter habita, damnati necatique. indicibus libertas, & aeris dena millia data. Nucerinos & Acerranos querentes ubi habitarent non eſſe, Acerris ex parte incenſis, Nuceria deleta, Romam Fuluius ad ſenatum miſit. Acerranis permiſſum, ut aedificarent quae incenſa erant. Nucerini Atellam, quia id maluerát, Atellanis Calatiá migrare iuſſis, tranſducti. Inter multas magnaſq. res, quae nunc ſecundae, nunc aduerſae occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinae quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius, & P. Aquillius in Aetoliam legati ad frumentum coemendum, quod Tarentum portaretur, profecti: & mille milites de exercitu urbano, par numerus Romanorum ſociorumq.

B eodem in praeſidium cum frumento miſſi ſunt. Iam aeſtas in exitu erat, comitiorumq. conſularium inſtabat tempus. ſed litterae Marcelli negantis e republica eſſe, ueſtigium abſcedi ab Hannibale, cui cedenti, certamenq. abnuenti, grauis ipſe inſtaret, curam iniecerant, ne aut conſulem tum maxime res agentem a bello auocarent, aut in annum cóſules deeſſent. optimum uiſum eſt, quamquam extra Italiam eſſet, Valerium potius conſulem ex Sicilia reuocari. Ad eú litterae iuſſu ſenatus ab L. Manlio, praetore urbano, miſſae cum litteris cóſulis M. Marcelli: ut ex ijs noſceret, quae cauſſa patribus eum potius, quam collegam, reuocandi ex prouincia eſſet. Eo fere tempore legati ab rege Syphace Romam uenerunt, quae is proſpera proelia cum Carthaginienſibus feciſſet, memorátes. Regem nec inimiciorem ulli populo, quam Carthaginienſi, nec amiciorem, quam Romano, affirmabant eſ-

C ſe. miſiſſe eum antea legatos in Hiſpaniam ad Cn. & P. Cornelios Scipiones, imperatores Romanos. nunc ab ipſo uelut fonte petere Romanam amicitiam uoluiſſe. Senatus non legatis modo benigne reſpondit, ſed & ipſe legatos cum donis ad regem miſit, L. Genucium, P. Poetelium, P. Popilium. Dona tulere, togam & tunicam purpuream, ſellam eburneam, pateram auream ex quinque pondo factam. Protinus & alios Africae regulos iuſſi adire. ijs quoque quae darentur, portata, togae praetextae, & ternú pondo paterae aureae. Et Alexandriam ad Ptolemaeum Cleopatramq. reges M. Atilius, & M'. Acilius legati ad commemorandam renouandamq. amicitiam miſſi dona tulere, regi togam & tunicam purpuream cum ſella eburnea: reginae pallam pictam cum amiculo purpureo. Multa ea aeſtate, qua haec facta ſunt, ex propinquis urbibus agriſque nunciata ſunt prodigia. Tuſculi agnum cum ubere lactanti natum: Iouis aedis culmen fulmine ictum, ac prope o-

D mni tecto nudatum. Iiſdem ferme diebus Anagniae terram ante portam ictam diem ac noctem ſine ullo ignis alimento arſiſſe: & aues ad compitum Anagninum in luco Dianae nidos in arboribus reliquiſſe. Tarracinae in mari, haud procul portu, angues magnitudinis mirae, laſciuientium piſcium modo exſultaſſe: Tarquinijs porcum cum ore humano genitum. Et in agro Capenate ad lucum Feroniae IV ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe. Haec prodigia hoſtijs maioribus procurata decreto pontificum: & ſupplicatio diem unum Romae ad omnia puluinaria, alterum in Capenate agro ad Feroniae lucum indicta. M. Valerius conſul litteris excitus, prouincia exercituq. mandato Cincio praetori, M. Valerio Meſſalla praefecto claſſis cum parte nauium in Africam praedatum ſimul, ſpeculatumque, quae populus Carthaginienſis ageret, pararetque, miſſo: ipſe X nauibus Romam profectus cum proſpere perueniſſet, ſenatum extemplo habuit. ibi de ſuis rebus geſtis com-

E memorauit. Cum annos prope LX in Sicilia terra mariq. ſaepe magnis cladibus bellatum eſſet, ſe eam prouinciam confeciſſe, neminem Carthaginienſem in Sicilia eſſe: neminem Siculum, qui metu inde fugati abfuerint, non eſſe. omnes in urbes, agroſq. ſuos reductos, arare, ſerere: deſertam recoli tandem terram frugiferam ipſis cultoribus, populoq. Romano pace ac bello fidiſſimum annonae ſubſidium. Exin Mutinae, & ſi quorum aliorum merita erga populum Romanum erant, in ſenatum introductis, honores omnibus ad exſoluendam fidem conſulis habiti. Mutines etiam ciuis Romanus factus, rogatione ab tribuno plebis ex auctoritate patrum ad plebem lata. Dum haec Romae geruntur, M. Valerius Meſſalla L nauibus cum ante lucem ad Africam acceſſiſſet, improuiſo in agrum Vticenſem excurſionem fecit: eumque late depopulatus, multis mortalibus cum alia omnis generis

ris praeda captis,ad naues redijt,atque in Siciliam tranſmiſit:tertiodecimo die,quam profectus inde erat,Lilybaeum reuectus.Ex captiuis quaeſtione habita,haec comperta:conſuliq. Laeuino omnia ordine perſcripta,ut ſciret,in quo ſtatu res Africae eſſet.Quinque millia Numidarum cum Maſſaniſſa Galae filio,acerrimo iuuene, Carthagine eſſe: & alios per totam Africam milites mercede conduci, qui in Hiſpaniam ad Haſdrubalé traiicerétur, ut is quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam tranſgreſſus iungeret ſe Hannibali.in eo poſitam uictoriam credere Carthaginienſes. claſſem praeterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam,eamq. ſe credere breui tranſiecturá. Haec,recitata a conſule, ita mouere ſenatum,ut non exſpectanda comitia conſulis cenſeret,ſed, dictatore comitiorum habendorum cauſſa dicto,extemplo in prouinciam redeundum. Illa diſceptatio tenebat,quod conſul in Sicilia ſe M. Valerium Meſſallam,qui tum claſſi praeeſſet, dictatorem dicturum eſſe aiebat:patres extra Romanum agrum (eum autem Italia terminari) negabant dictatorem dici poſſe.M.Lucretius tribunus plebis cum de ea re conſuleret, ita decreuit ſenatus,ut conſul prius,quam ab urbe diſcederet,populum rogaret, quem dictatorem dici placeret:eumque,quem populus iuſſiſſet, dictatorem diceret. ſi conſul noluiſſet,praetor urbanus populum rogaret.ſi ne is quidem uellet, tum tribuni ad plebem ferrent.Cum conſul ſe populum rogaturum negaſſet,quod ſuae poteſtatis eſſet,praetoremq. uetuiſſet rogare: tribuni plebis plebé rogarút,plebesq. ſciuit,ut Q.Fuluius,qui tum ad Capuam erat,dictator diceretur.Sed quo die id plebis concilium futurum erat, conſul clam nocte in Siciliam abijt.deſtitutique patres litteras ad M.Claudium mittendas cenſuerunt, ut deſertae a collega reipublicae ſubueniret,diceretque,qué populus iuſſiſſet, dictatorem. Ita a M.Claudio conſule Q. Fuluius dictator dictus. & ex eodem plebiſcito a Q. Fuluio dictatore P.Licinius Craſſus,pontifex maximus,magiſter equitum dictus. Dictator, poſteaquam Romam uenit,Cn.Sempronium Blaeſum legatum,quem ad Capuam habuerat, in Etruriam prouinciam ad exercitum miſit,in locum C.Calpurnij praetoris: quem,ut,Capuae exercituiq. ſuo praeeſſet,litteris exciuit. ipſe comitia,in quem diem primum potuit, edixit:quae,certamine inter tribunos dictatoremq. iniecto,perfici non potuerant. Galeria iuniorum,quae ſorte praerogatiua erat, Q. Fuluium & Q. Fabium conſules dixerat. eodemq. iure uocatae inclinaſſent,ni tribuni plebis C. & L. Arriani ſe interpoſuiſſent:qui neque magiſtratum continuari,ſatis ciuile eſſe aiebant,& multo foedioris exempli, eum ipſum creari,qui comitia haberet.itaque ſi ſuum nomen dictator acciperet,ſe comitijs interceſſuros.ſi aliorum,praeterquam ipſius,ratio haberetur,comitiis ſe morá nó facere. Dictator cauſſam comitiorum auctoritate ſenatus,plebiſcito,exemplisq. tutabatur.ná Cn.Seruilio conſule cum C.Flaminius alter conſul ad Traſymenú cecidiſſet,ex auctoritate patrum ad plebem latú,plebemq. ſciuiſſe, ut,quoad bellum in Italia eſſet, ex ijs qui conſules fuiſſent,quos & quoties uellet,reficiendi cóſules populo ius eſſet.exemplaq. ea in re ſe habere, uetus L.Poſtumij Megelli:qui interrex ijs comitijs quae ipſe habuiſſet, conſul cum C. Iunio Bubulco creatus eſſet:recens Q.Fabij,qui ſibi continuari conſulatú, niſi id bono publico fieret,profecto numquam ſiuiſſet.His orationibus cum diu certatum eſſet, poſtremo ita inter dictatorem ac tribunos conuenit,ut eo,quod cenſuiſſet ſenatus,ſtaretur. Patribus id tépus reipublicae uiſum eſt,ut per ueteres & expertos,belliq. peritos imperatores reſpublica gereretur.itaq. moram fieri comitijs non placere.Concedétibus tribunis, comitia habita. Declarati cóſules Q.Fabius Maximus quinctú,Q.Fuluius Flaccus IV. Praetores inde creati,L. Veturius Philo,T. Quinctius Criſpinus,C.Hoſtilius Tubulus, C. Aurunculeius. Magiſtratibus in annum creatis,Q.Fuluius dictatura ſe abdicauit. Extremo aeſtatis huius claſſis Punica nauium XL cum praefecto Hamilcare in Sardiniá tráiecta,Olbienſem primo, dein,poſtquá ibi P.Manlius Vulſo praetor cú exercitu apparuit, circumacta inde ad alterú inſulae latus,Caralitanum agrum uaſtauit:& cú praeda omnis generis in Africá redijt. Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot, ſuffectique. C. Seruilius pótifex factus in locú T.Otacilij Craſſi. Decemuir item ſacris faciundis in locum Ti. Sépronij Ti.F. Longi Ti.Sépronius C.F.Longus ſuffectus.M.Marcius,rex ſacrorú,mortuus eſt, & M.Aemilius Papus maximus curio: neque in eorum locum ſacerdotes eo anno ſuffecti.Et cenſores hic annus habuit L.Veturium Philonem,& P.Licinium Craſſum,pótificem maximum. Craſſus Licinius nec conſul, nec praetor ante fuerat, quam cenſor eſt factus. ex aedilitate gradum ad

A cenſuram fecit.Sed hi cenſores neque ſenatum legerunt, nequidquam publicae rei ge-
runt.mors diremit L.Veturij.inde & Licinius cenſura ſe abdicauit. Aediles curules L.Ve-
turius,& P.Licinius Varus ludos Romanos diem unũ inſtaurarunt. Aediles plebis Q.Ca-
tius,& L.Porcius Licinus ex multaticio argento ſigna aenea ad Cereris dedere: & ludos
pro temporis eius copia magnifice apparatos fecerunt. Exitu anni huius, die IV & XXX,
quam ab Tarracone profectus erat Laelius,Romam uenit. iſque cum agmine captiuorum
ingreſſus urbem,magnum cõcurſum hominum fecit. Poſtero die in ſenatum introductus,
captam Carthaginem,caput Hiſpaniae,uno die, receptaſque aliquot urbes, quae defeciſ-
ſent,nouaſq. in ſocietatem adſcitas,expoſuit.Ex captiuis comperta his fere congruentia,
quae in litteris fuerant M.Valerij Meſſallae.Maxime mouit patres Haſdrubalis tranſitus in
Italiam,uix Hannibali atque eius armis obſiſtentem.Productus in cõcionem Laelius eadẽ
B diſſeruit.Senatus ob res feliciter a P.Scipione geſtas ſupplicationem in unum diem decre
uit.C.Laelium primo quoque tempore cum quibus uenerat nauibus, redire in Hiſpaniam
iuſſit.Carthaginis expugnationem in hunc annum cõtuli,multis auctoribus, haud neſcius
quoſdam eſſe,qui anno inſequenti captam tradiderint. Sed mihi minus ſimile ueri uiſum
eſt,annum integrum Scipionem nihil gerendo in Hiſpania conſumpſiſſe. Q. Fabio Maxi-
mo quinctum, Q. Fuluio Flacco quartum conſulibus Idibus Martijs, quo die magiſtratũ AN.541.
inierunt,Italia ambobus prouincia decreta: regionibus tamẽ partitum imperium: Fabius
ad Tarentum,Fuluius in Lucanis ac Bruttijs rem gereret.M.Claudio prorogatũ in annum
imperium.Praetores ſortiti prouincias: C.Hoſtilius Tubulus urbanam: L.Veturius Philo
peregrinam cum Gallia: T.Quinctius Criſpinus Capuam: C. Aurunculeius Sardiniam.
Exercitus ita per prouincias diuiſi.Fuluio duae legiones, quas in Sicilia M.Valerius Laeui
C nus haberet: Q. Fabio,quibus in Etruria C.Calpurnius praefuiſſet, exercitus urbanus ut
in Etruriam ſuccederet,C.Calpurnius eidem praeeſſet prouinciae,exercituique. Capuam
exercitumque,quem Q. Fuluius habuiſſet, T. Quinctius obtineret: C. Hoſtilius ab C.
Laetorio propraetore prouinciam, exercitumque, qui tum iam Arimini erat, acciperet:
M. Marcello, quibus conſul rem geſſerat, legiones decretae: M. Valerio cum L. Cincio
(his quoque enim prorogatum in Sicilia imperium) Cannenſis exercitus datus: eumque
ſupplere ex militibus,qui ex legionibus Cn.Fuluij ſupereſſent,iuſſi. Conquiſitos eos con-
ſules in Siciliam miſerunt: additaq. eadem militiae ignominia, ſub qua Cannenſes milita
bant:quiq. ex praetoris Cn.Fuluij exercitu ob ſimilis iram fugae miſſi eo ab ſenatu fuerãt.
C.Aurunculeio eaedem in Sardinia legiones, quibus P. Manlius Vulſo eam prouinciam
obtinuerat,decretae.P.Sulpicio eadem legione, eademque claſſe Macedoniam obtinere
D iuſſo, prorogatum in annum imperium. XXX quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Q.
Fabium conſulem mitti iuſſae:cetera claſſe placere praedatum in Africam aut ipſum M.
Valerium Laeuinum tranſijcere:aut mittere,ſeu L.Cincium,ſeu M. Valerium Meſſallã uel
let.Nec de Hiſpania quidquam mutatum,niſi quod nõ in annum Scipioni,Silanoque, ſed
donec reuocati ab ſenatu forent,prorogatum imperium eſt.ita prouinciae, exercituſque in
eum annum partita imperia.Inter maiorum rerum curas comitia maximi curionis, cum in
locum M.Aemilij ſacerdos crearetur, uetus excitauerunt certamen, patricijs negantibus
C.Mamilij Vituli, qui unus ex plebe petebat, habendam rationem eſſe, quia nemo ante
eum,niſi ex patribus,id ſacerdotium habuiſſet. Tribuni appellati, ad ſenatum reiecerunt.
Senatus populo poteſtatem fecit.Ita primus ex plebe creatus maximus curio C. Mamilius
Vitulus.Et flaminem dialem inuitum inaugurari coegit P. Licinius pontifex maximus C. Primus ex plebe crea-tus maximus curio. C. Mamilius.
E Valerium Flaccum.decemuir ſacris faciundis creatus in locum Q. Mucij Scaeuolae demor
tui C.Laetorius. Cauſſam inaugurari coacti flaminis libens reticuiſſem, ni ex mala fama
in bonam uertiſſet.Ob adoleſcentiam negligentem luxurioſamque, C. Flaccus flamen ca-
ptus a P.Licinio pontifice maximo erat,L.Flacco,fratri germano,cognatiſque alijs ob ea-
dem uitia inuiſus. Is, ut animum eius cura ſacrorum & caerimoniarum cepit, ita repente
exuit antiquos mores,ut nemo tota iuuentute haberetur prior:nec probatior primoribus Nota quam efficax sit honos ad mores mutandos.
patrum, ſuis pariter, alienisq. eſſet. Huius famae conſenſu elatus ad iuſtam fiduciam ſui,
rem intermiſſam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetiuit, ut in ſe-
natum introiret. Ingreſſum eum curiam,cum P. Licinius praetor inde eduxiſſet, tribunos
plebis appellauit flamen. Vetuſtum ius ſacerdotij repetebat. datum id cum toga prae-

texta,

flaminio texta, & ſella curuli [crossed out] eſſe. Praetor non exoletis uetuſtate annalium exemplis ſtare ius, ſed recentiſſimae cuiuſque conſuetudinis uſu uolebat. nec patrum, nec auorum memoria dialem quemquam id ius uſurpaſſe. Tribuni rem inertia flaminum obliteratã, ipſis, non ſacerdotio damno fuiſſe cum aequum cenſuiſſent, ne ipſo quidem cõtra tẽdente praetore, magno aſſenſu patrum plebiſq. flaminẽ in ſenatum introduxerunt: omnibus ita exiſtimantibus, magis ſanctitate uitae, quam ſacerdotij iure, rem eam flaminem obtinuiſſe. Conſules prius, quam in prouincias irent, duas urbanas legiones in ſupplementum, quantum opus erat ceteris exercitibus militum, ſcripſerunt. Vrbanum ueterem exercitum Fuluius conſul C. Fuluio Flacco legato (frater hic conſulis erat) in Etruriam dedit ducẽdum: & legiones, quae in Etruria erant, Romam deducendas. Et Fabius conſul reliquias exercitus Fuluiani conquiſitas (fuerunt autem ad tria millia CCCXXXVI) Q. Maximum filium ducere in Siciliam ad M. Valerium proconſulem iuſſit: atque ab eo duas legiones, & triginta quinqueremes accipere. Nihil eductae ex inſula legiones minuerunt nec uiribus nec ſpecie eius prouinciae praeſidium. nam cum, praeter egregie ſuppletas duas ueteres legiones, transfugarum etiam Numidarum equitum peditumque magnam uim haberet: Siculos quoque, qui in exercitu Epicidis aut Poenorum fuerant, belli peritos uiros, milites ſcripſit. Ea externa auxilia cum ſingulis Romanis legionibus adiunxiſſet, duorum ſpeciem exercituum ſeruauit. altero L. Cincium partem inſulae, qua regnum Hieronis fuerat, tueri iuſſit. altero ipſe ceteram inſulam tuebatur, diuiſam quondam Romani Punicique imperij finibus. Claſſis quoque nauium LXX parata, ut omni ambitu litorum praeſidio orae maritimae eſſent. Ipſe cum Mutinis equitatu prouinciam peragrabat, ut uiſeret agros, cultaque ab incultis notaret: & perinde dominos laudaret, caſtigaretque. Ita tantum ea cura frumenti prouenit, ut & Romam mitteret, & Catanam conueheret, unde exercitui, qui ad Tarentum aeſtiua acturus eſſet, poſſet praeberi. Ceterum transportati milites in Siciliam, (& erat maior pars Latini nominis, ſociorumque) prope magni motus cauſſa fuere. adeo ex paruis ſaepe magnarum momenta rerum pendẽt. fremitus enim inter Latinos ſocioſq. in concilijs ortus. Decimum annum delectibus & ſtipendijs exhauſtos eſſe, quotannis ferme clade magna pugnare. alios in acie occidi, alios morbo abſumi. magis perire ſibi ciuem, qui ab Romano miles lectus ſit, quam qui a Poeno captus. quippe ab hoſte gratis remitti in patriam, ab Romanis extra Italiam in exſilium uerius, quam in militiam, ablegari. Octauum iam ibi annum ſeneſcere Cannenſem militem, moriturum ante, quam Italia hoſtis (quippe nunc cum maxime florens uiribus) excedat. ſi ueteres milites nõ redeant in patriam, noui legantur, breui neminem ſuperfuturum. Itaque quod propediem res ipſa negatura ſit, prius, quam ad ultimam ſolitudinem atque egeſtatem perueniant, negandum populo Romano eſſe. ſi conſentientes in hoc ſocios uideãt Romani, profecto de pace cum Carthaginienſibus iungenda cogitaturos. aliter numquam, uiuo Hannibale, ſine bello Italiam fore. Haec acta in concilijs. Triginta tum coloniae populi Romani erant. ex ijs duodecim, cum omnium legationes Romae eſſent, negauerunt cõſulibus, eſſe, unde milites pecuniamq. darent. Eae fuere, Ardea, Nepet, Sutrium, Circeij, Alba, Carſeoli, Sueſſa, Sora, Setia, Cales, Narnia, Interamna. Noua re conſules icti, cum abſterrere eos a tam deteſtabili conſilio uellent, caſtigando increpandoq. plus, quam leniter agendo, profecturos rati, eos auſos eſſe conſulibus dicere aiebant, quod conſules, in ſenatu ut pronunciarent, in animum inducere non poſſent. nõ enim detrectationem eam munerum militiae, ſed apertam defectionem a populo Romano eſſe. Redirent itaque propere in colonias, & tamquam integra re, locuti magis, quam auſi tantum nefas, cum ſuis conſulerent, admonerent, non Campanos, neque Tarentinos eos eſſe, ſed Romanos. inde oriundos, inde in colonias atque in agrum bello captum ſtirpis augendae cauſſa miſſos: quae liberi parentibus deberẽt, ea illos Romanis debere, ſi ulla pietas, ſi memoria antiquae patriae eſſet, Conſulerent igitur de integro. nam tum quidem quae temere agitaſſent, ea prodẽdi imperij Romani, tradendae Hannibali uictoriae eſſe. Cum alternis haec cõſules [crossed out]; nihil moti legati, neq. ſe quod domũ renunciarent, habere dixerunt, neque ſenatum ſuum, quid noui conſuleret: ubi nec miles, qui legeretur, nec pecunia, quae daretur in ſtipendiũ, eſſet. Cum obſtinatos eos uiderent conſules, rem ad ſenatum detulerunt. ubi tantus pauor animis omnium eſt iniectus, ut magna pars actum de imperio dicerent. idem alias colonias

A lonias facturas,idem ſocios conſenſiſſe omnes ad prodendam Hannibali urbem Romam.
Conſules hortari & conſolari ſenatum: & dicere,alias colonias in fide atque officio priſti-
no fore.eas quoque ipſas,quae officio deceſſerint,ſi legati circa eas colonias mittãtur, qui
caſtigent,non qui precentur, uerecundiam imperij habituras eſſe. Permiſſum ab ſenatu
ijs cum eſſet,agerent facerentque,ut e republica ducerent,pertentatis prius aliarum colo-
niarum animis, citauerunt legatos:quaeſiueruntq. ab ijs, ecquid milites ex formula para-
tos haberent?Pro duodeuiginti colonijs M.Sextilius Fregellanus reſpondit, & milites ex
formula paratos eſſe:&,ſi pluribus opus eſſet,plures daturos:& quidquid aliud imperaret,
uelletque populus Romanus,enixe facturos. ad id ſibi neque opes deeſſe, animum etiam
ſupereſſe. Conſules ſibi parum uideri praefati pro merito eorum,ſua uoce collaudari eos,
niſi uniuerſi patres in curia gratias egiſſent,ſequi in ſenatum iuſſerunt. Senatus quam po-
B terat honoratiſsimo decreto allocutus eos, mandat conſulibus, ut ad populum quoque
eos producerent,& inter multa alia praeclara,quae ipſis maioribus ſuis praeſtitiſſent, re-
cens etiam meritum eorum in rempublicam commemorarent. Ne nunc quidem poſt tot
ſaecula ſileantur,fraudenturue laude ſua.Signini fuere,& Norbani,Saticulanique, & Brun
duſini,& Fregellani,& Lucerini,& Venuſini & Hadriani,& Firmani:& Ariminenſes: & ab
altero mari,Pontiani,& Paeſtani,& Coſani:& mediterranei, Beneuentani, & Aeſernini,
& Spoletani,& Placentini,& Cremonenſes. Harum coloniarum ſubſidio tum imperium
populi Romani ſtetit. ijſque gratiae & in ſenatu & apud populum actae. Duodecim alia-
rum coloniarum,quae detrectauerunt imperium, mentionem fieri patres uetuerunt: ne-
que illos dimitti,neque retineri,neque appellari a conſulibus. Ea tacita caſtigatio maxi-
me ex dignitate populi Romani uiſa eſt.Cetera expedientibus, quae ad bellum opus erãt,
C cõſulibus,aurum uiceſimarium,quod in ſanctiore aerario ad ultimos caſus ſeruaretur,pro
mi placuit.prompta ad quattuor millia pondo auri. Inde quingena pondo data cõſulibus,
& M.Marcello,& P.Sulpicio proconſulibus,& L.Veturio praetori, qui Galliam prouin-
ciam ſortitus erat.additumq. Fabio conſuli C pondo auri praecipuum,quod in arcem Ta-
rentinam portaretur.cetero uſi ſunt ad ueſtimẽta praeſenti pecunia locanda exercitui, qui
in Hiſpania bellum ſecunda ſua fama, ducisq. gerebat. Prodigia quoque prius, quam ab
urbe conſules proficiſcerentur,procurari placuit.In Albano monte tacta de caelo erant ſi-
gnum Iouis,arborq. templo propinqua,& Oſtiae lacus,& Capuae murus, Fortunaeq. ae-
des,Sinueſſae murus portaque.Haec de caelo tacta. Cruentã etiam fluxiſſe aquã Albanã,
quidam auctores erant. Et Romae intra cellam aedis Fortis Fortunae de capite ſignum,
quod in corona erat, in manus ſponte ſua prolapſum. Et Priuerni ſatis conſtabat, bouem
D locutum,uulturemq. frequenti foro in tabernam deuolaſſe. Et Sinueſſae natum ambiguo
inter marem ac feminam ſexu infantem, quos androgynos uulgus, ut pleraque faciliore
ad duplicanda uerba Graeco ſermone,appellat: & lacte pluiſſe, & cum elephanti capite
puerum natum.Ea prodigia hoſtijs maioribus procurata, & ſupplicatio circa omnia pul-
uinaria,& obſecratio in unum diem indicta.& decretum,ut C. Hoſtilius praetor ludos A-
pollini,ſicut his annis uoti factiq. erant,uoueret faceretque.Per eos dies & cẽſoribus creã-
dis Q.Fuluis conſul comitia habuit. Creati cenſores, ambo qui nondum conſules fue-
rant,M.Cornelius Cethegus,P.Sempronius Tuditanus. Hi Cenſores ut agrum Campa-
num fruendum locarent,ex auctoritate patrum latum ab plebem eſt,plebesque ſciuit. Se-
natus lectionem contentio inter cenſores de principe legendo tenuit. Sempronij lectio
erat. Ceterum Cornelius morem traditum a patribus ſequendum aiebat, ut,qui primus
E cenſor ex ijs qui uiuerent,fuiſſet, eum principem legerent. is T. Manlius Torquatus erat.
Sempronius,cui dij ſortem legendi dediſſent:ei ius liberum eoſdem dediſſe deos. ſe id ſuo
arbitrio facturum:lecturumq.Q.Fabium Maximum, quem tum principem Romanae ciui-
tatis eſſe, uel Hannibale iudice uicturus eſſet.Cum diu certatum eſset uerbis, conceden-
te collega,lectus a Sempronio princeps in ſenatu Q.Fabius Maximus conſul. Inde alius
lectus ſenatus, octo praeteritis, inter quos L. Caecilius Metellus erat, infamis auctor
deſerendae Italiae poſt Cannenſem cladem. In equeſtribus quoque notis eadem ſeruata
cauſſa.ſed erant perpauci,quos ea infamia attingeret. Illis omnibus(& multi erant) ade-
mpti equi, qui Cannenſium legionum equites in Sicilia erant, addiderunt acerbitati e-
tiam tempus, ne praeterita ſtipendia procederent ijs, qui equo publico meruerant, ſed
dena

dena ſtipendia equis priuatis facerent. Magnum praeterea numerum eorum conquiſiue- F.
runt,qui equo merere deberent: atque ex ijs,qui,principio eius belli, ſeptem,&decem an
nos nati fuerant,neque militauerant,omnes aerarios fecerunt.Locauerunt inde reficiéda,
quae circa forum incendio conſumpta erant,VII tabernas,macellum,atrium regium.Trá-
ſactis omnibus, quae Romae agenda erant,conſules ad bellum profecti.prior Fuluius prae-
greſſus Capuam. poſt paucos dies conſecutus Fabius. qui & collegam coram obteſtatus,
& per litteras Marcellum,ut quamacerrimo bello detineret Hannibalem,dum ipſe Taren-
tum oppugnaret; ea urbe adempta,hoſti undique pulſo,nec,ubi cóſiſteret,nec quid fidum
reſpiceret, habenti, ne morandi quidem cauſſam in Italia fore: Rhegium etiam nuncium
mittit ad praefectum praeſidij, quod ab Laeuino conſule aduerſus Bruttios ibi locatum e-
rat. octo millia hominum, pars maxima ab Agathirna (ſicut antea dictum eſt) ex Sicilia
tranſducta,rapto uiuere hominum aſſuetorum. additi erant Bruttiorũ indidem perfugae, G
& audacia,& [illegible] omnia neceſſitatibus pares. Hanc manum ad Bruttium pri-
mum agrum depopulandum duci iuſſit.inde ad Cauloniam urbem oppugnandam. Impe-
rata non impigre ſolum, ſed etiam auide exſecuti,direptis fugatiſque cultoribus agri,ſum
ma ui urbem oppugnabant. Marcellus conſulis litteris excitus, & quia ita in animum in-
duxerat,neminem ducem Romanum tam parem Hannibali,quam ſe, eſſe: ubi primum in
agris pabuli copia fuit,ex hibernis profectus,ad Canuſium Hannibali occurrit. Sollicita-
bat ad defectionem Canuſinos Poenus. ceterum ut appropinquare Marcellum audiuit,
caſtra inde mouit. Aperta erat regio ſine ullis ad inſidias latebris: itaque in loca ſaltuo-
ſa cedere inde coepit.Marcellus ueſtigijs inſtabat, caſtraque caſtris conferebat: & opere
perfecto, extemplo in aciem legiones educebat. Hannibal turmatim per equites, pedi-
tumque iaculatores leuia certamina ferens, caſum uniuerſae pugnae non neceſſarium du- H
cebat. tractus eſt tamen ad id,quod uitabat,certamen.Nocte praegreſſum eum aſſequitur
locis planis ac patentibus Marcellus. caſtra inde ponentem, pugnando undique in muni-
tores,operibus prohibet.Ita ſigna collata,pugnatumq. totis copijs: &,cum iam nox inſta-
ret, Marte aequo diſceſſum eſt. Caſtra exiguo diſtantia ſpatio raptim ante noctem per-
munita. Poſtero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit. Nec Hannibal detre-
ctauit certamen,multis uerbis adhortatus milites, ut memores Traſymeni Cannarũque,
contunderent ferociam hoſtis. urgere,atque inſtare eum:non iter quietos facere, non ca-
ſtra ponere pati, non reſpirare aut circumſpicere. quotidie ſimul orientem ſolem, & Ro-
manam aciem in campis uidendam eſſe.ſi uno proelio haud intermortuus abeat, quietius de
inde tranquilliuſq.eum bellaturum.His irritati adhortationibus,ſimulque taedio ferociae
hoſtium quotidie inſtantium laceſſentiumque,acriter proelium ineunt. Pugnatũ amplius I
duabus horis eſt.cedere inde ab Romanis dextera ala, & extraordinarij coepere.quod ubi
Marcellus uidit, duodeuiceſimam legionem in primam aciem inducit. Dum alij trepide
cedunt, alij ſegniter ſubeunt,turbata tota acies eſt: dein prorſus fuſa, &,uincente pudo-
rem metu,terga dabant.Cecidereq. in pugna ad duo millia & ſeptingenti ciuiũ ſociorum-
que,in his quattuor Romani centuriones fuere,duo tribuni militum,M.Licinius & M.Ful
uius.ſigna militaria quattuor de ala prima,quae fugit,duo de legione,quae cedentibus ſo-
cijs ſucceſſerat,amiſſa.Marcellus,poſtquã in caſtra reditum eſt, concionem adeo ſacuã at-
que acerbam apud milites habuit, ut,proelio per diem totum infeliciter tolerato, triſtior
ijs irati ducis oratio eſſet. Dijs immortalibus ut in tali re laudes grateſque, inquit,ago,
quod uictor hoſtis,cum tanto pauore incidentibus uobis in uallum portaſque, non [illegible] ipſa
caſtra eſt aggreſſus.deſeruiſſetis profecto eodem terrore caſtra, quo omiſiſtis pugnam. K
Qui pauor hic?qui terror?quae repente,qui,& cum quibus pugnaretis, obliuio animos ce
pit?nempe ijdem ſunt ij hoſtes,quos uincendo,& uictos ſequendo', priorem aeſtatem ab-
ſumpſiſtis:quibus dies noctesque fugientibus,per hos dies inſtitiſtis:quos leuibus proelijs
fatigaſtis:quos heſterno die nec iter facere,nec caſtra ponere paſſi eſtis. Omitto ea quibus
gloriari poteſtis: cuius & ipſius pudere ac paenitere uos oportet. nempe aequis manibus
heſterna die diremiſtis pugnã.quid haec nox,quid haec dies abſtulit?ueſtrae his copiae im
minutae ſunt,an illorum auctae? Non equidem mihi cum exercitu meo loqui uideor, nec
cum Romanis militibus. corpora tantum atque arma eadem ſunt.an ſi eoſdem animos ha
buiſſetis,terga ueſtra uidiſſet hoſtis? ſigna alicui manipulo, aut cohorti abſtuliſſet? [illegible]

adhuc

A adhuc caeſis Romanis legionibus gloriabatur, uos illi hodierno die primum fugati exer-
citus dediſtis decus. Clamor inde ortus, ut ueniam eius diei daret: ubi uellet deinde ex-
periretur militum ſuorum animos. Ego uero experiar, inquit, milites, & uos craſtina die
in aciem educam, ut uictores potius, quam uicti ueniam impetretis, [redacted]. Cohor-
tibus, quae ſigna admiſerant, hordeum dari iuſſit: centurionesq. manipulorũ, quorum ſigna
amiſſa fuerant, diſtrictis gladijs diſcinctos deſtituit: & ut poſtero die omnes pedites equi-
tesq. armati adeſſent, edixit. Ita concio dimiſſa fatentium iure ac merito ſeſe increpitos,
neque illo die uirum quemquam in acie Romana fuiſſe, praeter unum ducem: cui aut mor-
te ſatisfaciendum, aut egregia uictoria eſſet. Poſtero die armati ornatiq. ad edictum ade-
rant. Imperator eos collaudat: pronunciatque, a quibus orta pridie fuga eſſet, cohorteſque
quae ſigna amiſiſſent, ſe in primam aciem inducturum. edicere iam ſeſe, omnibus pugnan-
B dum ac uincendũ eſſe: & adnitendum ſingulis uniuerſiſque, ne prius heſternae fugae, quam
hodiernae uictoriae fama Romam perueniat. Inde cibo corpora firmare iuſſit, ut, ſi longior
eſſet pugna, uiribus ſufficerent. Vbi omnia dicta factaq. ſunt, quibus excitarentur animi
militum, in aciem procedunt. Quod ubi Hannibali nunciatum eſt, Cum eo nimirum, in-
quit, hoſte res eſt, qui nec bonam nec malam ferre fortunam poteſt. ſeu uicit, ferociter in-
ſtat [redacted]: ſeu uictus eſt, inſtaurat cum uictoribus certamen. Signa inde canere iuſſit, & co
pias educit. Pugnatum utrimque aliquanto, quam pridie, acrius eſt, Poenis ad obtinendum
heſternum decus adnitentibus, Romanis ad demendam ignominiam. Siniſtra ala ab Ro-
manis & cohortes, quae amiſerant ſigna, in prima acie pugnabant, & legio uiceſima ab
dextro cornu inſtructa. L. Cornelius Lentulus & C. Claudius Nero legati cornibus prae-
erant: Marcellus mediam aciem hortator teſtiſq. praeſens firmabat. Ab Hannibale Hiſpa
C ni primam obtinebant frontem. & id roboris in omni exercitu erat. Cum anceps diu pu-
gna eſſet, Hannibal elephantos in primam aciem induci iuſſit, ſi quem inijcere ea res tu-
multum ac pauorem poſſet. & primo turbarunt ſigna ordineſque, &, partim occulcatis,
partim diſſipatis terrore qui circa erant, nudauerant una parte aciem. latiuſq. fuga manaſ-
ſet, ni C. Decimius Flauus tribunus militum ſigno arrepto primi haſtati manipulum eius
ſigni ſe ſequi iuſsiſſet. duxit, ubi maxime tumultũ conglobatae belluae faciebant: pilaq. in
eas conijci iuſsit. Haeſere omnia tela, haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu, &
tam conferta turba. ſed ut non omnes uulnerati ſunt: ita in quorum tergis infixa ſtetere
pila, ut eſt genus anceps, in fugam uerſi, etiam integros auertere. Tum iam non unus mani
pulus, ſed pro ſe quiſque miles, qui modo aſſequi agmen fugientium elephantorum po-
terat, pila conijcere. eo magis ruere in ſuos belluae: tantoq. maiorem ſtragem edere, quam
D inter hoſtes ediderant, quanto acrius pauor conſternatas agit, quam inſidentis magiſtri
imperio reguntur. In perturbatam tranſcurſu belluarum aciem ſigna inferunt Romani
pedites: & haud magno certamine diſsipatos trepidanteſque auertunt. Tum in fugientes
equitatum immittit Marcellus. nec ante finis ſequendi eſt factus, quam in caſtra pauen-
tes compulſi ſunt. nam ſuper alia, quae terrorem trepidationemq. facerent, elephanti for-
te duo in ipſa porta corruerant, coactique erant milites per foſſam uallumque ruere in ca-
ſtra. ibi maxima hoſtium caedes facta. Caeſa ad octo millia hominum, quinque elephanti.
Nec Romanis incruenta uictoria fuit. mille ferme & ſeptingenti de duabus legionibus,
& ſociorum ſupra ∞ & CCC occiſi: uulnerati permulti ciuium, ſociorumque. Hannibal
nocte proxima caſtra mouit. Cupientem inſequi Marcellum prohibuit multitudo ſaucio-
rum. Speculatores, qui ſequerentur agmen, miſsi poſtero die retulerunt, Bruttios Hãniba
E lem petere. Iiſdem ferme diebus & ad Q. Fuluium conſulem Hirpini, & Lucani, Vol-
ſcentes, traditis praeſidijs Hannibalis, quae in urbibus habebant, dediderunt ſeſe: clemen-
terq. a conſule cum uerborum tantum caſtigatione ob errorem praeteritum accepti. Et
Bruttijs ſimilis ſpes ueniae facta eſt, cum ab ijs Vibius & Pactius fratres, longe nobiliſsimi
gentis eius, eandem, quae data Lucanis erat, condicionem deditionis petentes ueniſſent.
Q. Fabius conſul opidum in Sallentinis Manduriam ui cepit. ibi ad quattuor millia ho-
minum capta, & ceterae praedae aliquantum. Inde Tarẽtum profectus, in ipſis faucibus por
tus poſuit caſtra. naues, quas Liuius tutandis commeatibus habuerat: partim machinatio-
nibus onerat, apparatuq. moenium oppugnandorũ: partim tormentis & ſaxis omniq. miſ-
ſilium telorum genere inſtruit: onerarias quoque, non eas ſolum, quae remis agerentur: ut

alij machinas ſcalaſque ad muros ferrent, alij procul ex nauibus uulnerarent moenium F
propugnatores. Eae naues, ab aperto mari ut urbem aggrederentur, inſtructae parataeque ſunt. Et erat liberum mare, claſſe Punica, cum Philippus oppugnare Aetolos pararet, Corcyram tranſmiſſa. In Bruttijs interim Cauloniae oppugnatores ſub aduentum Hannibalis, ne opprimerentur, in tumulum a praeſenti impetu tutum, ad cetera inopem, conceſſere. Fabium Tarentum obſidentem leue dictu momentum ad rem ingentem potiundam adiuuit. Praeſidium Bruttiorum datum ab Hannibale Tarentini habebant. eius praeſidij praefectus deperiebat amore mulierculae, cuius frater in exercitu Fabij conſulis erat. Is certior litteris ſororis factus de noua conſuetudine aduenae locupletis, atque inter populares tam honorati, ſpem nactus, per ſororem quolibet impelli amantem poſſe, quid ſperaret, ad conſulem detulit. quae cum haud uana cogitatio uiſa eſſet, perfuga iuſſus Tarentum tranſire, ac per ſororem praefecto conciliatus, primo oc- G
culte animum eius tentando, dein ſatis explorata leuitate, blanditijs muliebribus perpulit eum ad proditionem cuſtodiae loci, cui praepoſitus erat. Vbi & ratio agendae rei, & tempus conuenit, miles nocte per interualla ſtationum clam ex urbe emiſſus, ea, quae acta erant, quaeque ut agerentur conuenerat, ad conſulem [illegible]. Fabius, uigilia prima, dato ſigno ijs qui in arce erant, quique cuſtodiam portus habebant, ipſe circuitu portu ab regione urbis in orientem uerſa occultus conſedit. Canere inde tubae ſimul ab arce, & a portu & a nauibus, quae aperto mari adpulſae erant: clamorque undique cum ingenti tumultu, unde minimum periculi erat, de induſtria ortus. Conſul interim ſilentio continebat ſuos. Igitur Democrates, qui praefectus antea claſſis fuerat, forte illi loco praepoſitus, poſtquam quieta omnia circa ſe uidit, alias partes eo tumultu perſonare, ut captae urbis interdum excitaretur clamor: ueritus ne inter cunctationem ſuam conſul aliquam uim fa- H
ceret, ac ſigna inferret, praeſidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat ſonus, trãducit. Fabius cum ex temporis ſpatio, & ex ſilentio ipſo (quod, ubi paullo ante ſtrepebant excitantes uocanteſque ad arma, inde nulla accidebat uox) deductas cuſtodias ſenſiſſet, ferri ſcalas ad eam partem muri, qua Bruttiorum cohortem praeſidium agitare proditionis conciliator pronunciauerat, iubet. Ea primum captus eſt murus, adiuuantibus recipientibuſque Bruttijs, & tranſſcenſum in urbem eſt. deinde proxima refracta porta, ut frequenti agmine ſigna inferrentur. Tum clamore ſublato ſub ortum ferme lucis nullo obuio armato in forum perueniunt: omneſque undique, qui ad arcem portumque pugnabant, in ſe conuertunt. Proelium in aditu fori maiori impetu, quam perſeuerantia, commiſſum eſt. non animo, non armis, non arte belli, non uigore aut uiribus corporis par Romano Tarentinis erat. Igitur pilis tantum coniectis, prius paene, quam conſererent I
manus, terga dederunt, dilapſique per nota urbis itinera in ſuas amicorumque domos. Duo ex ducibus, Nico & Democrates, fortiter pugnantes [illegible]. Philemenus qui proditionis ad Hannibalem auctor fuerat, cũ citato equo ex proelio auectus eſſet, uacuus paullo poſt equus erranſq. per urbem cognitus, corpus nuſquam inuentum eſt. creditum uulgo eſt, in puteum apertum ex equo praecipitaſſe. Carthalonem autẽ praefectum Punici praeſidij, cum commemoratione paterni hoſpitij poſitis armis uenientem ad conſulem, miles obuius obtruncat. Alij alios paſſim ſine diſcrimine armatos inermeſq. caedũt, Carthaginienſes Tarentinoſq. pariter. Bruttij quoque multi paſſim interfecti, ſeu per errorem, ſeu uetere in eos inſito odio, ſeu ad proditionis famam, ut ui potius atque armis captum Tarẽtum uideretur, exſtinguendam. Tum a caede ad diripiendam urbem diſcurſum. Triginta millia ſeruilium capitum dicuntur capta, ingens argenti uis facti ſignatique, auri LXXXIII mil- K
lia pondo. ſigna tabulaeque, prope ut Syracuſarum ornamenta aequarent. Sed maiore animo generis eius praeda abſtinuit Fabius, quam Marcellus: qui interroganti ſcribae quid fieri de ſignis uellet (ingentis magnitudinis dij ſunt, ſuo quiſque habitu in modũ pugnantium formati) deos iratos Tarentinis relinqui iuſſit. Murus inde, qui urbem ab arce dirimebat, dirutus eſt ac diſiectus. Dum haec Tarenti aguntur, Hãnibal ijs, qui Cauloniam obſidebant, in deditionẽ acceptis, audita oppugnatione Tarẽti, dies noctesq. curſim agmine acto cũ feſtinans ad opem ferendam, captã urbem audiſſet, & Romani, inquit, ſuum Hannibalem habent. eadem, qua ceperamus, arte Tarentum amiſimus. Ne tamen fugientis modo conuertiſſe agmen uideretur, quo conſtiterat loco, quinque millia ferme ab urbe po-

ſuit

A fuit caſtra. ibi paucos moratus dies, Metapontum ſeſe recepit. Inde duos Metapontinos cum litteris principum eius ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit, fidem ab conſule accepturos impunita priora fore, ſi Metapontum ei cum praeſidio Punico prodidiſſent. Fabius uera quae afferrent eſſe ratus, diem, qua acceſſurus eſſet Metapontum, conſtituit: litteraſq. ad principes dedit, quae ad Hannibalem delatae ſunt. Enimuero laetus ſucceſſu fraudis, ſi ne Fabius quidem dolo inuictus eſſet, haud procul Metaponto inſidias ponit. Fabio auſpicanti prius, quam egrederetur ab Tarento, aues ſemel atque iterum non addixerunt. hoſtia quoque caeſa conſulenti deos, haruſpex cauendum a fraude hoſtili, & ab inſidijs, praedixit. Metapontini, poſtquam ad conſtitutam non uenerat diem, remiſſi, ut cunctantem hortarentur, repente comprehenſi, metu grauioris quaeſtionis, detegunt inſidias. Aeſtatis eius principio, qua haec agebantur, P. Scipio in Hiſpania cum hiemem to-
B tam reconciliãdis barbarorum animis partim donis, partim remiſſione obſidũ captiuorumque abſumpſiſſet: Edeſco ad eum, clarus inter duces Hiſpanos, uenit. erant coniux liberique eius apud Romanos. ſed praeter eam cauſſam, etiam uelut fortuita inclinatio animorum quae Hiſpaniam omnem auerterat ad Romanum a Punico imperio, traxit eum. Eadẽ cauſſa Indibili Mandonioq. fuit, haud dubie omnis Hiſpaniae principibus, cum omni popularium manu relicto Haſdrubale, seced[redacted]in imminẽtes caſtris eius tumulos, unde per continentia iuga tutus receptus ad Romanos eſſet. Haſdrubal, cum hoſtium res [redacted] augeſcere incrementis cerneret, ſuas imminui, ac fore, ut, niſi audendo aliquid moueret, qua coepiſſent, [redacted]t: dimicare quamprimum ſtatuit. Scipio auidior etiam certaminis erat, cum a ſpe, quam ſucceſſus rerum augebat: tum quod prius, quã iungerentur hoſtium exercitus, cum uno dimicare duce, exercituque, quam ſimul cum uniuerſis, malebat. Ce-
C terum etiam ſi cum pluribus pariter dimicandum foret, arte quadam copias auxerat. nam cum uideret nullum eſſe nauium uſum, quia uacua omnis Hiſpaniae ora claſſibus Punicis erat, ſubductis nauibus Tarraconem, nauales ſocios terreſtribus copijs addidit. Et armorum affatim erat captorum Carthagine: & quae poſt captam eam fecerat, tanto opificum numero incluſo. Cum ijs Scipio ueris principio ab Tarracone egreſſus (iam enim & Laelius redierat ab Roma, ſine quo nihil maioris rei motum uolebat) ducere ad hoſtem pergit. Per omnia pacata eunti, ut cuiuſque populi fines tranſiret, proſequentibus excipientibuſque ſocijs, Indibilis & Mandonius cum ſuis copijs occurrerunt. Indibilis pro utroque locutus, haudquaquam ut barbarus ſtolide incauteque, ſed potius cum uerecunda grauitate: propiorque excuſanti tranſitionem ut neceſſariam, quam glorianti ea uelut ad primam occaſionem [redacted]. Scire enim ſe, tranſfugae nomen exſecrabile ueteribus ſocijs,
D nouis ſuſpectum eſſe. neque eum ſe reprehendere morem hominum, ſi tamen anceps odium cauſſa, non nomen faciat. Merita inde ſua in duces Carthaginienſes commemorauit. auaritiam contra eorum, ſuperbiamque, & omnis generis iniurias in ſe atque populares. [redacted]corpus dumtaxat ſuum ad id tempus apud eos fuiſſe: animum iam pridem ibi eſſe, ubi ius ac fas crederet coli. ad deos quoq. confugere ſupplices, qui nequeãt hominum uim atque iniurias pati. ſe id Scipionem orare, ut tranſitio ſibi nec fraudi apud eum, nec honori ſit. quales ex ea die experiundo cognouerit, perinde operae eorum pretium faciat. Ita prorſus reſpondet facturum Romanus: nec pro tranſfugis habiturum, qui non [redacted]xerint ſocietatem ratam, ubi nec diuini quidquam nec humani ſanctum eſſet. Productae deinde in conſpectum eius coniuges liberiq. lacrymantibus gaudio redduntur: atque eo die in hoſpitium abducti. Poſtero die foedere accepta fides, dimiſſique ad copias adducendas. Iiſ-
E dem deinde in caſtris tendebant, donec ducibus ijs ad hoſtem peruentũ eſt. Proximus Carthaginienſiũ exercitus Haſdrubalis prope urbem Baeculã erat. pro caſtris equitũ ſtationes habebat. In eas uelites, anteſignanique, & qui primi agminis erant, aduenientes ex itinere, priuſquã caſtris locum caperent, adeo contemptim impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utrique parti animorum eſſet. In caſtra trepida fuga cõpulſi equites ſunt, ſignaque Romana portis prope ipſis illata. Atq. illo quidẽ die irritatis tantũ ad certamen animis, caſtra Romani poſuerunt. Nocte Haſdrubal in tumulum copias recepit, plano cãpo in ſummo patentẽ: fluuius ab tergo, ante circaq. uelut ripa praeceps oram eius omnẽ cingebat. ſuberat & altera inferior ſummiſſa faſtigio planities. eam quoque altera crepido haud facilior in adſcenſum ambibat. In hunc inferiorem campum poſtero die Haſdrubal, poſtquam ſtãtem

pro caſtris hoſtium aciem uidit:equites Numidas,leuiumq. armorum Baleares, & Afros F
demiſit.Scipio circumuectus ordines ſignaque,oſtendebat hoſtē, praedamnata ſpe aequo
dimicandi campo,captantem tumulos;loci fiducia,non uirtutis aut armorum, ſtare in con
ſpectu.ſed altiora moenia habuiſſe Carthaginem,quae trāſcendiſſet miles Romanus. nec
tumulos,nec arcem,ne mare quidem armis obſtitiſſe ſuis. ad id fore altitudines, quas ce-
piſſent, hoſtibus,ut per praecipitia & praerupta ſalientes fugerent:eam quoque ſe illis fu-
gam clauſurum.Cohorteſq. duas,alteram tenere fauces uallis, per quam defertur amnis,
iubet: alteram uiam inſidere,quae ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. ipſe expedi
tos,qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant, ad leuem armaturam infimo ſtantem ſuper-
cilio ducit. Per aſpreta primum,nihil aliud, quam uia impediti iere.deinde ut ſub iactum
uenerunt telorum: primo omnis generis uis ingens effuſa eſt in eos.ipſi contra ſaxa, quae
locus ſtrata paſſim,omnia ferme miſſilia,praebet,ingerere:non milites ſolum,ſed etiā tur- G
ba calonum immiſta armatis.Ceterum quamquam adſcēſus difficilis erat,& prope obrue-
bantur telis ſaxiſque,aſſuetudine tamen ſuccedendi muros, & pertinacia animi ſubierunt
primi.Qui,ſimul cepere aliquid aequi loci,ubi firmo conſiſterent gradu,leuem & concurſa-
torem hoſtem, atque interuallo tutum cum procul miſſilibus pugna eluditur, inſtabilem
eundem ad comminus conferendas manus expulerunt loco: & caede magna in aciem al-
tiorem ſuperſtantem tumulo impegere. inde Scipio, iuſſis aduerſus mediam euadere aciem
uictoribus, ceteras copias cum Laelio diuidit: atque eum parte dextra tumuli circumire,
donec mollioris adſcēſus uiam inueniret,iubet.ipſe ab laeua,circuitu haud magno,in trāſ-
uerſos hoſtes incurrit.Inde primo turbata acies eſt,dum ad circumſonantem undique cla-
morem flectere cornua & obuertere ordines uolunt. Hoc tumultu & Laelius ſubijt. &,dū
pedem referunt,ne ab tergo uulnerarentur,laxata prima acies, locuſque ad euadendum & H
mediis datus eſt:qui per tam iniquum locum,ſtantibus integris ordinibus, elephantiſque
ante ſigna locatis,numquam euaſiſſent.Cum ab omni parte caedes fieret,Scipio, qui laeuo
cornu in dextrum incurrerat,maxime in nuda hoſtiū latera pugnabat.Et iam ne fugae qui-
dem patebat locus.nam & ſtationes utrimque Romanae,dextra laeuaq. inſederant uias:&
portam caſtrorum ducis principumq. fuga clauſerat, addita trepidatione elephantorum,
quos territos aeque atque hoſtes timebant.Caeſa igitur ad octo millia hominnm. Haſdru
bal iam antequam dimicaret,pecunia rapta,elephantiſque praemiſsis, quamplurimos po-
terat de fuga excipiens,praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit. Scipio caſtris hoſtiū
potitus,cum,praeter libera capita,omnem praedam militibus conceſsiſſet, in recenſendis
captiuis decem millia peditum, duo millia equitum inuenit. ex his Hiſpanos ſine pretio o-
mnes domum dimiſit:Afros uendere quaeſtorem iuſsit. Circumfuſa inde multitudo Hi- I
ſpanorum & ante deditorum,& pridie captorum, regem eum ingenti conſenſu appella-
uit.Tum Scipio,ſilentio per praeconem facto,ſibi maximum nomē imperatoris eſſe dixit,
quo ſe milites ſui appellaſſent. regium nomen alibi magnum, Romae intolerabile eſſe.
regalem animum in ſe eſſe. ſi id in hominis ingenio ampliſsimum ducerent, taciti iudica-
rent, uocis uſurpatione abſtinerent. Senſere etiam barbari magnitudinem animi, cuius
miraculo nominis alii mortales ſtuperent, id ex tam alto faſtigio aſpernantis. Dona in-
de regulis principibuſque Hiſpanorum diuiſa,& ex magna copia captorum equorum tre-
centos,quos uellet,eligere Indibilem iuſsit. Cum Afros uenderet iuſſu imperatoris quae-
ſtor, puerum adultum inter eos forma inſigni, cum audiſſet regii generis eſſe, ad Scipio-
nem miſit.quem cum percunctaretur Scipio, quis, & cuias,& cur id aetatis in caſtris fuiſ-
ſet: Numidam ſe lacrymans eſſe ait.Maſsiuam populares uocare. orbum a patre relictum, K
apud maternum auum Galam regem Numidarum educatum. cum auunculo Maſſaniſa,
qui nuper cum equitatu ſubſidio Carthaginienſibus ueniſſet,in Hiſpaniam trāſieciſſe. pro
hibitum propter aetatem a Maſſaniſa,numquam ante proelium iniiſſe. eo die, quo pu-
gnatum cum Romanis eſſet, inſcio auunculo clam armis equoque ſumpto in aciem exiſ-
ſe. ibi prolapſo equo effuſum in praeceps captum ab Romanis eſſe. Scipio cum aſſerua-
ri Numidam iuſsiſſet; quae pro tribunali agenda erant, peragit. Inde cum ſe in praetoriū
recepiſſet, uocatum eum interrogat, uelletne ad Maſſaniſam reuerti? Cum effuſis gau-
dio lacrymis cupere uero diceret,tum puero annulum aureum,tunicam latoclauo cum Hi
ſpano ſagulo,& aurea fibula, equumq. ornatū donat: iuſſiſq. proſequi quoad uellet equi-
tibus,

A tibus, dimiſit. De bello inde conſilium habitum. et auctoribus quibuſdam ut confeſtim
Haſdrubalē perſequeretur, anceps id ratus, ne Mago atq. Haſdrubal, cū eo iungerent co-
pias, praeſidio tantum ad inſidendum Pyrenaeum miſſo, ipſe reliquum aeſtatis recipiendis
in fidem Hiſpaniae populis abſumpſit. Paucis poſt proelium factum ad Baeculā diebus, cū
Scipio rediens Tarraconem ſaltu Caſtulonenſi iam exceſsiſſet; Haſdrubal Giſgonis filius
& Mago imperatores ex ulteriore Hiſpania ad Haſdrubalem uenere, ſerum poſt male ge-
ſtam rem auxilium, conſilio in cetera exſequenda belli haud parum opportuni. Ibi confe-
rentibus quid in cuiuſque prouinciae regione animorum Hiſpanis eſſet, unus Haſdrubal
Giſgonis ultimam Hiſpaniae oram, quae ad Oceanum & Gades uergit, ignaram adhuc Ro
manorum eſſe, eoq. Carthaginienſibus ſatis fidam cenſebat. Inter Haſdrubalem alterum &
Magonem conſtabat, beneficijs Scipionis occupatos omnium animos publice priuatimq.
B eſſe: nec tranſitionum finem ante fore, quam omnes Hiſpani milites aut in ultima Hiſpaniae
amoti, aut tranſducti in Galliam forent. itaq. etiam ſi ſenatus Carthaginienſium non cen-
ſuiſſet, eundum tamen Haſdrubali fuiſſe in Italiam, ubi belli caput & rerum ſumma eſſet, ſi
mul ut Hiſpanos omnes procul ab nomine Scipionis ex Hiſpania abduceret, exercitū eius
cum tranſitionibus, tum aduerſo proelio imminutū, Hiſpanis repleri militibus. & Mago-
nem, Haſdrubali Giſgonis filio tradito exercitu, ipſum cum grandi pecunia ad conducen-
da mercede auxilia in Baleares tranſijcere. Haſdrubalem Giſgonis cum exercitu penitus in
Luſitaniam abire: nec cum Romano manus conſerere. Maſſaniſae ex omni equitatu quod
roboris eſſet, tria millia equitum expleri: eumq. uagum per citeriorem Hiſpaniam ſocijs
opem ferre, hoſtium opida atque agros populari. His decretis, ad exſequenda quae ſtatue
rant duces digreſſi. Haec eo anno in Hiſpania acta. Romae fama Scipionis in dies creſcere.
C Fabio Tarentum captum aſtu magis, quam uirtute, gloriae tamen eſſe. Fuluij ſeneſcere fa
ma. Marcellus etiam aduerſo rumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnauerat,
quia, uagante per Italiam Hannibale, media aeſtate Venuſiā in tecta milites abduxiſſet. Ini
micus erat ei C. Poblicius Bibulus tribunus plebis. Is iam a prima pugna, quae aduerſa fue
rat, aſſiduis concionibus infamem inuiſumque plebi Claudium fecerat: & iam de imperio
abrogando eius agebat. tum tamen neceſſarij Claudij obtinuerūt, ut, relicto Venuſiae lega
to, Marcellus Romam ueniret ad purganda ea quae inimici obijcerēt, nec de imperio eius
abrogando abſente ipſo ageretur. Forte ſub idem tempus & Marcellus ad deprecandam
ignominiam, & Q. Fuluius conſul comitiorum cauſſa Romam uenit. Actum de imperio
Marcelli in circo Flaminio eſt, ingenti concurſu plebiſq. & omnium ordinum. accuſauit
tribunus plebis non Marcellum modo, ſed omnem nobilitatem. Fraude eorum & cun-
D ctatione fieri, ut Hannibal decimum iam annum Italiam prouinciam habeat, diutius ibi,
quam Carthagine uixerit. habere fructum imperij prorogati Marcello populum Ro-
manum. bis caeſum exercitum eius aeſtiua Venuſiae ſub tectis agere. Hanc tribuni ora-
tionem ita obruit Marcellus commemoratione rerum ſuarum, ut non rogatio ſolum de im
perio eius abrogando antiquaretur, ſed poſtero die conſulem eum ingenti conſenſu
centuriae omnes crearent. Additur collega T. Quinctius Criſpinus, qui tum praetor
erat. Poſtero die praetores creati P. Licinius Craſſus Diues, pont. Max. P. Licinius Va-
rus, Sex. Iulius Caeſar, Q. Claudius Flamen. Comitiorum ipſorum diebus ſollicita ciui-
tas de Etruriae defectione fuit. Principium eius rei ab Arretinis fieri, C. Calpurnius
ſcripſerat, qui eam prouinciam propraetor obtinebat. Itaque confeſtim eo miſſus Mar-
cellus conſul deſignatus, qui rem inſpiceret, ac, ſi digna uideretur, exercitu accito bellum
E ex Apulia in Etruriam transferret. eo metu compreſsi Etruſci quieuerunt. Tarentinorum
legatis pacem petentibus cum libertate ac legibus ſuis, reſponſum ab ſenatu eſt, ut redi-
rent cum Fabius conſul Romam ueniſſet. Ludi & Romani & plebeii eo anno in ſingulos
dies inſtaurati. Aediles curules fuere L. Cornelius Caudinus, & Ser. Sulpicius Galba:
plebeij, C. Seruilius, & Q. Caecilius Metellus. Seruilium negabant iure aut tribunum
plebis fuiſſe, aut aedilem eſſe, quod patrem eius, quem triumuirum agrarium occiſum a
Boijs circa Mutinam eſſe, opinio per decem annos fuerat, uiuere, atque in hoſtium pote-
ſtate eſſe ſatis conſtabat. Vndecimo anno Punici belli conſulatum inierunt M. Marcel- An. 541
lus quinctum (ut numeretur conſulatus, quem uitio creatus nō geſsit) & T. Quinctius Cri
ſpinus. Vtrique conſulum Italia decreta prouincia eſt, & duo conſulum prioris anni exer-

citus: tertius tum erat Venuſiae, cui M. Marcellus praefuerat: ita ut ex tribus eligerent F
duos quos uellent, tertius ei traderetur, cui Tarentum & Salentini prouincia eueniſſet.
Ceterae prouinciae ita diuiſae praetoribus: P.Licinio Varo urbana: P.Licinio Craſſo pōt.
max.peregrina, & quo ſenatus cenſuiſſet: Sex.Iulio Caeſari Sicilia: Q. Claudio Flamini
Tarentum. Prorogatum imperium in annum eſt Q. Fuluio Flacco, ut prouinciam Ca-
puam, quae T.Quinctij praetoris fuerat, cum una legione obtineret. Prorogatum & C.Ho
ſtilio Tubulo eſt, ut propraetor in Etruriam ad duas legiones ſuccederet C. Calpurnio.
Prorogatum & L.Veturio Philoni eſt, ut propraetor Galliam eandem prouinciam cum iiſ-
dem duabus legionibus obtineret, quibus praetor obtinuiſſet. Quod in L.Veturio, idem
in C.Aurunculeio decretum ab ſenatu, latumq. de prorogando imperio ad populum eſt,
qui praetor Sardiniam prouinciam cum duabus legionibus obtinuerat. additae ei ad praeſi
dium prouinciae quinquaginta longae naues, quas P.Scipio ex Hiſpania miſiſſet. Et P.Sci G
pioni & M.Silano ſuae Hiſpaniae, ſuiq. exercitus in annum decreti. Scipio ex octuaginta
nauibus, quas aut ſecum ex Italia adductas, aut captas Carthagine habebat, quinquagin-
ta in Sardiniam tranſmittere iuſſus: quia fama erat, magnum naualem apparatum eo an-
no Carthagine eſſe: CC nauibus omnem oram Italiae, Siciliaeq. ac Sardiniae impleturos.
Et in Sicilia ita diuiſa res eſt. Sex.Caeſari exercitus Cannenſis eſt datus: M. Valerius Lae-
uinus (ei quoque enim in annū prorogatū imperiū eſt) claſſem, quae ad Siciliam erat, nauiū
LXX obtineret, adderet eo XXX naues, quae ad Tarentum priore anno fuerant: cum ea
centum nauium claſſe, ſi uideretur ei, praedatum in Africam trāſiiceret. & P.Sulpicio, ut ea
dem claſſe Macedoniam Graeciamq. prouinciam haberet, prorogatum in annum imperiū
eſt. De duabus quae ad urbem Romam fuerant legionibus nihil mutatum ſupplementū,
quo opus eſſet, ut ſcriberent, conſulibus permiſſum. Vna & uiginti legionibus eo anno H
defenſum imperium Romanum eſt. Et P. Licinio Varo praetori urbano negotium da-
tum, ut naues longas XXX ueteres reficeret, quae Oſtiae erant, & XX nouas naues ſocijs
naualibus compleret, ut quinquaginta nauium claſſe oram maris uicinam urbi Romae
tueri poſſet. C.Calpurnius uetitus ab Arretio mouere exercitum, niſi cum ſucceſſor ue-
niſſet. Idem & Tubulo imperatum, ut inde praecipuae caueret, ne qua noua conſilia ori-
rentur. Praetores in prouincias profecti. Conſules religio tenebat, quod prodigijs aliquot
nunciatis, non facile litabant. & ex Campania nunciata erant, Capuae duas aedes, Fortu-
nae & Martis, & ſepulcra aliquot de caelo tacta: cum ijs (adeo minimis etiam rebus pra-
ua religio inſerit deos) mures in aede Iouis aurum roſiſſe: Caſini examen apum ingens in
foro conſediſſe: & Oſtiae murum portamq. de caelo tactam: Caere uulturem uolaſſe in
aedem Iouis: Vulſinis ſanguine lacum manaſſe. Horum prodigiorum cauſſa diem unum I
ſupplicatio fuit. Per dies aliquot hoſtiae maiores ſine litatione caeſae, diuq. nō impetrata
pax deum, in capita conſulum, repub. incolumi, exitiabilis prodigiorum euentus uertit. Lu-
di Apollinares Q.Fuluio, Ap.Claudio conſulibus a P. Cornelio Sulla, praetore urbano,
primum facti erant, inde omnes deinceps praetores urbani fecerant: ſed in unum annum
uouebant, dieq. incerta faciebant. Eo anno peſtilētia grauis incidit in urbē, agroſque, quae
tamen magis in longos morbos, quam in perniciales, euaſit. Eius peſtilentiae cauſſa & ſup-
plicatum per compita tota urbe eſt, & P.Licinius Varus, praetor urbanus, legē ferre ad po-
pulum iuſſus, ut hi ludi in perpetuum in ſtatam diem uouerentur. Itaque ipſe primus ita uo
uit, fecitq. ante diem tertium nonas Quinctiles. is dies deinde ſollemnis ſeruatus. De Arre
tinis & fama in dies grauior, & cura creſcere patribus. Itaque C. Hoſtilio ſcriptum eſt,
ne differret obſides ab Arretinis accipere. cui traderet Romam deducendos, C. Terentius K
Varro cū imperio miſſus: qui ut aduenit, extēplo Hoſtilius legionē unā, quae ante urbem
caſtra habebat, ſigna in urbem ferre iuſſit, praeſidiaq. locis idoneis diſpoſuit. tum in foro ci
tatis ſenatoribus obſides imperauit. Cum ſenatus biduum ad conſiderandum peteret tem
pus; aut ipſos extemplo dare, aut ſe poſtero die ſenatorum omnes liberos ſumpturum,
edixit. inde portas cuſtodire iuſſit tribunos militum, praefectoſq. ſocium & centuriones,
ne quis nocte urbe exiret. id ſegnius negligentiusque factum. ſeptem principes ſenatus,
prius, quam cuſtodiae in portis locarentur, ante noctem cum liberis euaſerunt. Poſte-
ro die luce prima cum ſenatus in forum citari coeptus eſſet, deſiderati, bonaque eorum ue
nierunt. a ceteris ſenatoribus CXX obſides liberi ipſorum accepti, traditique C. Teren-
tio

A tio Romam deducendi. Is omnia ſuſpectiora, quam ante fuerant, in ſenatu fecit. Itaque tamquam imminente Etruſco tumultu, legionem alteram ex urbanis Arretium ducere iuſſus ipſe C. Terentius, eamque habere in praeſidio urbis. C. Hoſtilium cum cetero exercitu placuit totam prouinciam peragrare, & cauere, ne qua occaſio nouare cupientibus res daretur. C. Terentius ut Arretium cum legione uenit, claues portarum cum magiſtratus popoſciſſet, negantibus ijs comparere, fraude amotas magis ratus, quam negligentia intercidiſſe, ipſe alias claues omnibus portis impoſuit: cauitq. cum cura, ut omnia in poteſtate ſua eſſent. Hoſtilium intentius monuit, ut in eo ſpem, non moturos quidquam Etruſcos, poneret, ſi, ne quid mouere poſſent, praecauiſſet. De Tarentinis inde magna contentione in ſenatu actum corā Fabio, defendente ipſo quos ceperat armis, alijs infenſis, & pleriſque aequantibus eos Campanorum noxae, poenaeque. ſenatus conſultum in ſententiā

B M. Acilij factum eſt, ut opidū praeſidio cuſtodiretur: Tarentiniq. omnes intra moenia continerentur: res integra poſtea referretur, cum tranquillior ſtatus Italiae eſſet. Et de M. Liuio, praefecto arcis Tarentinae, haud minore certamine actum eſt, alijs S. conſulto notantibus praefectum, quod eius ſocordia Tarentum proditum hoſti eſſet: alijs praemia decernētibus, quod per quinquennium arcem tutatus eſſet, maximeq. unius eius opera receptum Tarentum foret: medijs, ad cenſores, non ad ſenatum, [illegible] de eo pertinere, dicentibus. cuius ſententiae & Fabius fuit. adiecit tamen, fateri ſe, opera Liuij Tarentum receptū, quod amici eius uulgo in ſenatu iactaſſent. neque enim recipiendum fuiſſe, niſi amiſſum foret. Conſulum alter T. Quinctius Criſpinus ad exercitum, quem Q. Fuluius Flaccus habuerat, cum ſupplemento in Lucanos eſt profectus. Marcellum aliae atque aliae obiectae animo religiones tenebant, in quibus, quod cū bello Gallico ad Claſtidium aedem Honori &

C Virtuti uouiſſet, dedicatio eius a pontificibus impediebatur: quod negabant unam cellam amplius, quam uni deo rite dedicari: quia ſi de caelo tacta, aut prodigij aliquid in ea factum eſſet, difficilis procuratio foret: quod, utri deo diuina res fieret, ſciri non poſſet. neque enim duobus, niſi certis deis, rite una hoſtia fieri. Ita addita Virtutis aedes approperato opere. neque tamen ab ipſo aedes eae dedicatae ſunt. Tum demum ad exercitū, quem priore anno Venuſiae reliquerat, cum ſupplemento proficiſcitur. Locros in Bruttijs Criſpinus oppugnare conatus, quia magnam famam attuliſſe Fabio Tarentum ferebatur, omne genus tormentorum, machinarumque ex Sicilia acceſſerat: & naues indidem accitae erant, quae uergentem ad mare partem urbis oppugnarent. Ea omiſſa oppugnatio eſt, quia Lacinium Hannibal admouerat copias: &, collegam eduxiſſe iam a Venuſia exercitum, fama erat, qui coniungi uolebat. Itaque in Apuliam ex Bruttijs reditum, & inter Venuſiam

D Bantiamque minus trium millium paſſuum interuallo conſules binis caſtris conſederant. In eandem regionem & Hannibal rediit, auerſo ab Locris bello. Ibi conſules ambo ingenio feroces prope quotidie milites in aciem excire, haud dubia ſpe, ſi duobus exercitibus conſularibus iunctis commiſiſſet ſeſe hoſtis, debellari poſſe. Hannibal, quia cum Marcello bis priore anno congreſſus uicerat, uictuſque erat: ut, cum eodem ſi dimicandum foret, nec ſpem nec metum ex uano haberet: ita duobus conſulibus haudquaquam ſeſe parem futurum credebat. itaque totus in ſuas artes uerſus, inſidiis locum quaerebat. Leuia tamen proelia inter bina caſtra uario euentu fiebant. quibus cum extrahi aeſtatem poſſe, conſules crederent, nihilominus oppugnari Locros poſſe rati, L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum claſſe tranſiiceret, ſcribunt. Et ut ab terra quoq. oppugnari moenia poſſent, ab Tarento partem exercitus, qui in praeſidio erat, duci eo, iuſſerunt. Sed ita futura per quoſdā Thu-

E rinos comperta Hannibali cum eſſent, mittit ad inſidendam ab Tarēto uiam. Ibi ſub tumulo Poeteliae equitū duo, peditum tria millia in occulto locata: in quae inexplorato euntes Romani cum incidiſſent, ad duo millia armatorum caeſa, & mille & CC ferme uiui capti. alii diſſipati fuga per agros ſaltuſque Tarentum rediere. Tumulus erat ſilueſtris inter Punica & Romana caſtra, ab neutris primo occupatus: quia Romani, qualis pars eius, quae uergeret in hoſtium caſtra, eſſet, ignorabāt. Hannibal inſidiis, quam caſtris, aptiorem eum crediderat. itaque nocte ad id miſſas aliquot Numidarum turmas medio in ſaltu condiderat, quorum interdiu nemo ab ſtatione mouebatur, ne aut arma, aut ipſi procul conſpicerentur. Fremebant uulgo in caſtris Romanis, occupandum eum tumulum eſſe, & caſtello firmandum: ne, ſi occupatus ab Hannibale foret, uelut in ceruicibus habe-

rent hoſtem. Mouit ea res Marcellum. & collegae, Quin imus, inquit, ipſi, cum equitibus F
paucis exploratum? ſubiecta res oculis certius dabit conſilium. Adſentiente Criſpino,
cum equitibus ducentis & uiginti, ex quibus XL. Fregellani, ceteri Etruſci erant, profici-
ſcuntur. Secuti M. Marcellus, conſulis filius, & A. Manlius tribuni militum, ſimul & duo
praefecti ſocium, L. Arennius, & M. Aulius. Immolaſſe eo die, quidam memoriae prodide
re, conſulem Marcellum: & prima hoſtia caeſa, iecur ſine capite inuentum: in ſecunda o-
mnia comparuiſſe, quae aſſoelt. Auctum etiā uiſum in capite: nec id ſane haruſpici placuiſ
ſe, quod ſecundum trunca & turpia exta, nimis laeta apparuiſſent. Ceterum conſulem Mar
cellum tanta cupido tenebat dimicandi cum Hannibale, ut nūquam ſatis caſtra caſtris col
lata duceret. Tum quoque uallo egrediens ſignum dedit, ut ad locum miles eſſet paratus:
ſi collis in quem ſpeculatum irent, placuiſſet, uaſa colligerent, ac ſequerentur. Exiguum
campi ante caſtra erat, inde in collem aperta undique & conſpecta ferebat uia. Numi- G
dis ſpeculator nequaquam in ſpem tantae rei poſitus, ſed ſi quos uagos pabuli aut ligno-
rum cauſſa longius a caſtris progreſſos poſſent excipere, ſignum dat ut pariter ab ſuis quiſ-
que latebris exorirentur. Non ante apparuere quibus obuijs ab iugo ipſo conſurgendum
erat, quam circumiere qui ab tergo intercluderēt uiam. Tum undique omnes exorti, & cla
more ſublato impetum fecere. Cum in ea ualle conſules eſſent, ut neque euaderent in iu-
gum occupatum ab hoſte, nec receptum ab tergo circumuenti haberent: extrahi tamen
diutius certamen potuiſſet, ni coepta ab Etruſcis fuga pauorem ceteris inieciſſet. non ta-
men omiſere pugnam deſerti ab Etruſcis Fregellani, donec integri conſules hortando, ip-
ſiq. ex parte pugnando rem ſuſtinebant. Sed poſtquam uulneratos ambos conſules, Mar-
cellum etiam transfixum lancea prolabentem ex equo moribundum uidere, tum & ipſi
(perpauci autem ſupererant) cum Criſpino conſule duobus iaculis icto, & Marcello ado- H
leſcente, ſaucio & ipſo, effugerunt. Interfectus A. Manlius tribunus militum: & ex duobus
praefectis ſocium M. Aulius occiſus: L. Arennius captus. & lictores conſulum quinque ui-
ui in hoſtium poteſtatem uenerunt. ceteri aut interfecti, aut cum conſule effugerunt. equi
tes tres & XL aut in proelio aut in fuga ceciderunt: duodeuiginti uiui capti. Tumultuatū &
in caſtris fuerat, ut conſulibus irent ſubſidio: cum conſulem, & filium alterius conſulis ſau
cios, exiguaſq. infelicis expeditionis reliquias ad caſtra uenientes cernunt. Mors Marcel-
li cum alioqui miſerabilis fuit: tū quod nec pro aetate, (maior iā enim LX annis erat) ne-
que pro ueteris prudentia ducis, tam improuide ſe collegamque, & prope totam remp. in
praeceps dederat. Multos circa unam rem ambitus fecerim, ſi, quae de Marcelli morte ua-
riant auctores, omnia exſequi uelim. Vt omittam alios: L. Coelius triplicem geſtae rei ordi
nem edit, unam traditam fama: alteram ſcripta laudatione filij, qui rei geſtae interfuerit: I
tertiam, quam ipſe pro inquiſita ac ſibi comperta affert. Ceterum ita fama uariat, ut ta-
men plerique loci ſpeculandi cauſſa caſtris egreſſum, omnes inſidijs circumuentum tra-
dant. Hannibal magnum terrorem hoſtibus morte conſulis unius, uulnere alterius, iniectū
eſſe ratus, ne cui deeſſet occaſioni, caſtra in tumulum, in quo pugnatum erat, extemplo
transfert. ibi inuentum Marcelli corpus ſepelit. Criſpinus & morte collegae, & ſuo uulne-
re territus, ſilentio inſequentis noctis profectus, quos proximos nactus eſt montes, in ijs
loco alto & tuto undique caſtra poſuit. Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt, alter ad inferen-
dam, alter ad cauendam fraudem. Anulo Marcelli ſimul cum corpore Hannibal potitus
erat. eius ſigni errore ne qui dolus necteretur a Poeno, metuens Criſpinus, circa ciuitates
proximas miſerat nuncios, occiſum collegam eſſe, anuloque eius hoſtem potitum: ne qui-
bus litteris crederent nomine Marcelli compoſitis. Paullo ante hic nuncius conſulis Sala-
piam uenerat, quā litterae ab Hānibale allatae ſunt, Marcelli nomine cōpoſitae: ſe nocte, K
quae diem illum ſecutura eſſet, Salapiam uenturum. parati milites eſſent, qui in praeſidio
erant, ſi quo opera eorum opus eſſet. Senſere Salapiani fraudem & ab ira non defectionis
modo, ſed etiam equitum interfectorum rati occaſionem ſupplicij peti remiſſo retro nun-
cio, (perfuga autem Romanus erat) ut ſine arbitro milites quae uellent agerent, opida-
nos per muros urbiſq. opportuna loca in ſtationibus diſponunt: cuſtodias, uigiliaſque in
eam noctem intentius inſtruunt: circa portam, qua uenturum hoſtem rebantur, quod ro-
boris in praeſidio erat, opponunt. Hannibal quarta uigilia ferme ad urbem acceſſit. Primi
agminis erant perfugae Romanorum, & arma Romana habebant. ij, ubi ad portam eſt

uentum,

A uentum, latine omnes loquentes: excitant uigiles: apeririq. portam iubent. conſulem ad
eſſe. Vigiles, uelut ad uocem eorum excitati, tumultuati, trepidare, moliri. porta catara-
cta deiecta clauſa erat. eam partim uectibus leuant: partim funibus ſubducunt in tantum
altitudinis, ut ſubire recti poſſent. Vix dum ſatis patebat iter, cum perfugae certatim ru-
unt per portam. cum ſexcenti ferme intraſſent, remiſſo fune, quo ſuſpenſa erat, cataracta
magno ſonitu cecidit. Salapiani, alij perfugas negligenter ex itinere ſuſpenſa humeris, ut
inter pacatos, gerētes arma, inuadunt: alij e turribus portae muriſq. ſaxis, ſudibus, pilis abſ-
terrent hoſtem. Ita inde Hannibal ſuamet ipſe fraude captus abijt: profectuſq. ad Locro-
rum ſoluendam obſidionem, quam L. Cincius ſumma ui, operibus, tormentorumque
omni genere ex Sicilia aduecto oppugnabat. Magoni iam haud ferme fidenti retenturum
defenſurumq. ſe urbem, prima ſpes morte nūciata Marcelli affulſit: ſecutus inde nuncius,
B Hannibalem, Numidarum equitatu praemiſſo, ipſum, quantum accelerare poſſet, cum pe-
ditum agmine ſequi. Itaque, ubi primum Numidas edito e ſpeculis ſigno aduentare ſenſit,
& ipſe patefacta repēte porta ferox in hoſtes erumpit. Et primo, magis quia improuiſo id
fecerat, quam quod par uiribus eſſet, anceps certamen erat. deinde ut ſuperuenere Numi
dae, tantus pauor Romanis eſt iniectus, ut paſſim ad mare ac naues fugerent, relictis operi
bus machiniſque, quibus muros quatiebant. Ita aduentu Hannibalis ſoluta Locrorum
obſidio eſt. Criſpinus, poſtquā in Bruttios profectum Hannibalem ſenſit, exercitū, cui col-
lega praefuerat, M. Marcellum trib. mil. Venuſiam abducere iuſſit. ipſe cū legionibus ſuis
Capuam profectus, uix lecticae agitationem prae grauitate uulnerum patiens, Romam lit-
teras de morte collegae ſcripſit, quantoq. ipſe in diſcrimine eſſet. Se comitiorum cauſſa nō
poſſe Romam uenire: quia nec uiae laborem paſſurus uideretur, & de Tarēto ſollicitus eſ-
C ſet, ne ex Bruttijs Hannibal eo conuerteret agmen. legatos opus eſſe ad ſe mitti, uiros pru
dentes, cum quibus, quae uellet, de repub. loqueretur. Hae litterae recitatae, & luctū ma
gnum morte alterius conſulis, & metum de altero fecerunt. Itaque & Q. Fabium filium ad
exercitum Venuſiam miſerunt: & ad conſulem tres legati miſſi: Sex. Iulius Caeſar, L. Li
cinius Pollio, L. Cincius Alimentus, cum paucis ante diebus ex Sicilia rediſſet. Hi nuncia-
re conſuli iuſſi, ut, ſi ad comitia ipſe Romam uenire non poſſet, dictatorem in agro Roma-
no diceret comitiorum cauſſa. ſi conſul Tarentum profectus eſſet, Q. Claudium praetorem
placere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas ſociorum urbes tueri
poſſet. Eadem aeſtate M. Valerius cum claſſe centum nauium ex Sicilia in Africam tranſ-
miſit: & ad Clupeam urbem eſcenſione facta, agrum late nullo ferme obuio armato ua-
ſtabat. inde ad naues raptim praedatores recepti, quia repente fama accidit, claſſem Puni-
D cam aduentare. LXXX erant & tres naues. Cum ijs haud procul Clupea proſpere pugnat
Romanus. Decem & octo nauibus captis, fugatis alijs, cum magna terreſtri naualiq. prae-
da Lilybaeum redijt. Eadem aeſtate & Philippus implorātibus Achaeis auxiliū tulit, quos
Machanidas, tyrannus Lacedaemoniorū, finitimo bello urebat: & Aetoli nauibus per fre-
tum quod Naupactum & Patras interfluit: (Rhion incolae uocant) exercitu traiecto, de-
populati erant. Attalum quoque regem Aſiae, quia Aetoli ſummum gentis ſuae magiſtra-
tū ad eū proximo cōcilio detulerant, fama erat in Europam tranſiecturum. Ob haec Philip-
po in Graeciam deſcendenti ad Lamiam urbem Aetoli duce Phyſia, qui praetor in eum an
num cum abſente Attalo creatus erat, occurrerunt. Habebant & ab Attalo auxilia ſecum,
& mille ferme ex Romana claſſe a P. Sulpicio miſſos. Aduerſus hunc ducem, atque has
copias Philippus bis proſpero euentu pugnauit: multos admodum hoſtium utraque pu-
E gna occidit. Inde cum Aetoli metu compulſi Lamiae urbis moenibus tenerent ſeſe. Phi-
lippus ad Phalaram exercitum reduxit. in Maliaco ſinu is locus eſt, quondam frequenter
habitatus propter egregium portum, tutaſq. circa ſtationes, & aliam opportunitatem ma-
ritimam terreſtremque. Eo legati ab rege Aegypti Ptolemaeo Rhodijſq. & Athenienſi-
bus & Chijs uenerunt, ad dirimendum inter Philippum, atque Aetolos bellum. Adhibi-
tus ab Aetolis ex finitimis pacificator Aminander rex Athamanum. Omnium autem non
tanta pro Aetolis cura erat, ferocioribus, quam pro ingenijs Graecorum gentis: quam
ne Philippus regnumq. eius graue libertati futurum, rebus Graeciae immiſceretur. De pa
ce dilata conſultatio eſt in concilium Achaeorum: concilioq. ei & locus, & dies certa in-
dicta. interim triginta dierū induciae impetratae. Profectus inde rex per Theſſaliam Boeo

tiamque,

tiamque, Chalcidem Euboeae uenit, ut Attalum, quem claſſe Euboeam petiturum audie- F
rat, portubus & litorum appulſu arceret. Inde praeſidio relicto aduerſus Attalum, ſi forte
interim traniecisſet, profectus ipſe cum paucis equitum, leuiſq armaturae Argos uenit.
Ibi curatione Herœorum Nemeorumq. ſuffragijs populi ad eum delata, quia ſe Macedonū
reges ex ea ciuitate oriundos referunt: Hereis peractis, ab ipſo ludicro extemplo Rhium
profectus eſt ad indictum multo ante ſociorum concilium. Ibi de Aetolico finiendo bel-
lo actum, ne cauſſa aut Romanis aut Attalo intrandi Graeciam eſſet. Sed ea omnia uixdum
induciarum tempore circumacto, Aetoli turbauere; poſtquam & Attalum Aeginam ue-
niſſe, & Romanā claſſem ſtare ad Naupactum audiuere. uocati enim in concilium Achaeo-
rum, in quo eaedem legationes erant, quae ad Phalarum egerant de pace, primum queſti
ſunt quaedam parua contra fidem cōuentionis tempore induciarū facta: poſtremo negarūt
dirimi bellum poſſe, niſi Meſſenijs Achaei Pylum redderent: Sationis reſtitueretur Atha- G
manis, Serdileto & Pleurato Parthini. [illegible] indignum ratus Philippus, uictos uicto-
ri ſibi ultro condiciones ferre, ne antea quidem ſe aut de pace audiſſe, aut inducias pepigiſ-
ſe dixit, ſpem ullam habentem quieturos Aetolos; ſed ut omnes ſocios teſtes haberet,
ſe pacis, illos belli cauſſam quaeſiſſe. Ita infecta pace concilium dimiſit, quattuor millibus
armatorum relictis ad praeſidium Achaeorum, & quinque longis nauibus acceptis. quas ſi
adiecisſet miſſae nuper ad ſe claſſi Carthaginienſium, & ex Bithynia ab rege Pruſia uenien-
tibus nauibus, ſtatuerat nauali proelio laceſſere Romanos; iamdiu in ea regione potentes
maris. ipſe habito concilio Argos regreſſus. iam enim Nemeorum appetebat tempus;
quae celebrari uolebat praeſentia ſua. Occupato rege apparatu ludorum, & per dies fe-
ſtos licentius, quam inter belli tempora, remittente animum, P. Sulpicius ab Naupacto
profectus claſſem appulit inter Sicyonem & Corinthum, agrumq. nobiliſſimae fertilita- H
tis effuſe uaſtauit. Fama eius rei Philippum ab ludis exciuit: raptimq. cum equitatu pro-
fectus, ſubſequi peditibus iuſſis, palatos paſſim per agros, graueſq. praeda, ut qui nihil
tale metuerent, adortus Romanos compulit ad naues. Claſsis Romana haudquaquam
laeta praeda Naupactum redijt. Philippus ludorum quoque, qui reliqui erant, celebrita-
tem quantaecumque de Romanis tamen uictoriae partae fama auxerat: laetitiaq. ingenti
celebrati feſti dies, eo magis etiam, quod, populariter dempto capitis inſigni, purpura atq.
alio regio habitu, aequauerat ceteris ſe in ſpeciem: quo nihil gratius eſt ciuitatibus libe-
ris. praebuiſſetq. haud dubiam eo facto ſpem libertatis, niſi omnia intoleranda libidine foe-
da ac deformia effecisſet. uagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos
dies noctesque: & ſubmittendo ſe in priuatum faſtigium, quo minus conſpectus, eo ſolu-
tior erat: & libertatem cum alijs uanam oſtendiſſet, totam in ſuam licentiam uerterat. I
Neque enim omnia emebat, aut eblandiebatur, ſed uim etiam flagitijs adhibebat: pericu-
loſumq. & uiris & parentibus erat, moram incommoda ſeueritate libidini regiae fecisſe.
uni etiam principi Achaeorum Arato adempta uxor nomine Polycratia, ac ſpe regiarum
nuptiarum in Macedoniam aſportata fuerat. Per haec flagitia ſollemni Nemeorum per-
acto, paucisq. additis diebus, Dymas eſt profectus ad praeſidium Aetolorum, quod ab
Eleis accitum, acceptumq. in urbem erat, eijciendum. Cycliadas (penes eum ſumma
imperij erat) Achaeiq. ad Dymas regi occurrere, & Eleorum accenſi odio, quod a cete-
ris Achaeis diſſentirent: & infenſi Aetolis, quos Romanum quoque aduerſus ſe mouiſ-
ſe bellum credebant. Profecti a Dymis, coniuncto exercitu, tranſeunt Lariſſum amnem,
qui Eleum agrum ab Dymaeo dirimit. Primum diem, quo fines hoſtium ingreſsi ſunt,
populando abſumpſerunt. Poſtero die acie inſtructa ad urbem acceſſerunt, praemiſsis K
equitibus, qui obequitando portis promptum ad excurſiones genus laceſſerent Aetolo-
rum. Ignorabant, Sulpicium cum quindecim nauibus ab Naupacto Cylenem traniecisſe:
&, expoſitis in terram quattuor millibus armatorum ſilentio noctis, ne conſpici agmē poſ-
ſet, intraſſe Elim. Itaque improuiſa res ingentem iniecit terrorem: poſtquam inter Ae-
tolos Eleoſq. Romana ſigna, atque arma cognouere. Et primo recipere ſuos uoluerat rex:
dein contracto iam inter Aetolos & Trallos (Illyriorum id eſt genus) certamine, cum urge-
ri uideret ſuos, & ipſe rex cum equitatu in cohortem Romanā incurrit. Ibi equus pilo trāſ-
iectus cum prolapſum per caput regem effudiſset, atrox pugna utrimque accenſa eſt: & ab
Romanis impetu in regem facto, & protegentibus regijs. Inſignis & ipſius pugna fuit cum

pedes

A pedes inter equites coactus eſſet proelium inire. deinde cum iam impar certamen eſſet, caderentque circa eum multi, & uulnerarentur, raptus ab ſuis, atque alteri equo iniectus fugit. Eo die caſtra quinque millia paſſuum ab urbe Eleorum poſuit. poſtero die omnes copias ad propinquum Eleorum caſtellum (Pyrgum uocant) duxit, quo agreſtium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulſam audierat. eam inconditam inermemq. multitudinem primo ſtatim terrore adueniens cepit: compenſaueratque ea praeda, quod ignominiae ad Elim acceptum fuerat. Diuidenti praedam, captiuoſq. (fuerunt autem quattuor millia hominum, pecorumq. omnis generis ad uiginti millia) nuncius ex Macedonia uenit, Eropum quendam, corrupto arcis praeſidijq. praefecto, Lycnidum cepiſſe: tenere Daſſaritiorum quoſdam uicos, & Dardanos etiam concire. Omiſſo igitur Achaico, atque Aetolico bello, relictis tamen duobus millibus & quingentis o-
B mnis generis armatorum, cum Menippo & Polyphante ducibus ad praeſidium ſociorum profectus ab Dymis per Achaiam Boeotiamq. & Beboeidem, decimis caſtris Demetriadem in Theſſaliam peruenit. Ibi alij maiorem afferentes tumultum nuncij occurrunt: Dardanos in Macedoniam effuſos Oreſtidem iam tenere, ac deſcendiſſe in Aegeſtaeum campum: famamq. inter barbaros celebrem eſſe, Philippum occiſum. Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnauit: in arborem illatus impetu equi, ad eminentem ramum cornu alterum galeae perfregit. id inuentum ab Aetolo quodam, perlatumq. in Aetoliam ad Scerdiletum, cui notum erat inſigne galeae: famam interfecti regis uulgauit. Poſt profectionem ex Achaia Philippi, Sulpicius Aeginam claſſe profectus cum Attalo ſeſe coniunxit. Achaei cum Aetolis, Eleiſq. haud procul Meſſene proſperam pugnam fecerunt. Attalus rex, & P. Sulpicius Aeginae hibernarunt. Exitu huius anni
C T. Quinctius Criſpinus conſul, dictatore comitiorum ludorumq. faciendorum cauſſa dicto T. Manlio Torquato, ex uulnere moritur. Alij Tarenti, alij in Campania mortuum tradunt. Id quod nullo ante bello acciderat: duo conſules ſine memorando proelio interfecti uelut orbam rempub. reliquerant. Dictator Manlius magiſtrum equitum C. Seruilium qui tum aedilis curulis erat, dixit. Senatus quo die primum eſt habitus, ludos magnos facere dictatorem iuſſit: quos M. Aemilius, praetor urb. C. Flaminio Cn. Seruilio cõſulibus fecerat, & in quinquennium uouerat. Tum dictator & ludos fecit, & in ſequens luſtrum uouit. Ceterum cum duo conſulares exercitus tam prope hoſtem ſine ducibus eſſent: omnibus alijs omiſſis, una praecipua cura patres populumq. inceſſit, conſules primo quoque tempore creandi: & ut eos potiſſimum crearent, quorum uirtus ſatis tuta a fraude Punica eſſet. Cum toto eo bello damnoſa praepropera ac feruida ingenia imperatorum
D fuiſſe: tum eo ipſo anno conſules nimia cupiditate conſerendi cum hoſte manum, in nec opinatam fraudem lapſos eſſe. ceterum deos immortales, miſertos nominis Romani, pepercisse innoxijs exercitibus: temeritatem conſulum ipſorum capitibus damnaſſe. Cum circumſpicerent Patres, quoſnam conſules facerent: longe ante alios eminebat C. Claudius Nero. ei collega quaerebatur. & uirum quidem eum egregium ducebant: ſed promptiorem acrioremque, quam tempora belli poſtularent, aut hoſtis Hannibal. temperandum acre eius ingenium moderato & prudenti uiro adiuncto collega cenſebant. M. Liuius erat, multis ante annis ex conſulatu populi iudicio damnatus, quam ignominiã adeo aegre tulerat, ut & rus migrarit, & per multos annos & urbe, & omni coetu caruerit hominũ. octauo ferme poſt damnationẽ anno M. Claudius Marcellus, & M. Valerius Laeuinus conſules reduxerant eum in urbem. ſed erat ueſte obſoleta, capilloq. & barba promiſſa,
E praeferens in uultu habituq. inſignem memoriam ignominiae acceptae. L. Veturius, & P. Licinius cenſores eum tondere, & ſqualorem deponere, & in ſenatum uenire, fungique alijs publicis muneribus coegerunt. ſed tum quoque aut uerbo aſſentiebatur: aut pedibus in ſententiam ibat: donec cognati hominis cum cauſſa M. Liuij Macati, cum de fama eius ageretur, ſtantem coegit in ſenatu ſententiam dicere. Tum ex tanto interuallo auditus, conuertit ora hominum in ſe: cauſſamq. ſermonibus praebuit, indigno iniuriam a populo factam: magnoq. id damno fuiſſe, quod tam graui bello nec opera nec conſilio talis uiri uſa reſpub. eſſet. C. Neroni neque Q. Fabium, neque M. Valerium Laeuinum dari collegas poſſe: quia duos patricios creari non liceret. eandem cauſſam in T. Manlio eſſe, praeterquam quod recuſaſſet delatum conſulatum: recuſaturuſq. eſſet. egregium par

conſulum

conſulum fore, ſi M. Liuium C. Claudio collegam adiunxiſſent. Nec populus mentionem F eius rei ortam a patribus eſt aſpernatus. Vnus eam rem in ciuitate, is cui deferebatur honos, abnuebat: leuitatem ciuitatis accuſans. Sordidati rei non miſertos, candidam togam inuito offerre: eodem honores poenaſq. congeri. ſi bonum uirum ducerent: quid ita pro malo ac noxio damnaſſent? ſin noxium comperiſſent, quid ita male credito priore conſulatu, alterum crederent? Haec, taliaq. arguentem & querentem caſtigabant patres: & M. Furium memorantes, reuocatum de exſilio, patriam pulſam ſede ſua reſtituiſſe, ut parentum ſaeuitiam, ſic patriae, patiendo ac ferendo leniendam eſſe. Adnixi omnes cum C. Claudio M. Liuium conſulem fecerunt. Poſt diem tertium eius diei praetorum comitia habita. Praetores creati L. Porcius Licinus, C. Mamilius, A. & C. Hoſtilij Catones. Comitijs perfectis, ludiſq. factis, dictator & magiſter equitum magiſtratu abierunt. C. Terentius Varro in Etruriam propraetor miſſus: ut ex ea prouincia C. Hoſtilius Tarentum G ad eum exercitum iret, quem T. Quinctius conſul habuerat. et L. Manlius trans mare legatus iret: uiſeretque, quae res ibi gererentur: ſimul, quod Olympiae ludicrum ea aeſtate futurum erat, quod maximo coetu Graeciae celebraretur: ut, ſi tuto per hoſtem poſſet, adiret id concilium: ut qui Siculi bello ibi profugi, aut Tarentini ciues relegati ab Hannibale eſſent, domos redirent: ſcirentq. ſua omnia, quae ante bellum habuiſſent, reddere populum Romanũ. Quia periculoſiſſimus annus imminere uidebatur, neque cõſules in republica erant: in conſules deſignatos omnes uerſi, quamprimum eos ſortiri prouincias, & praeſcire quã quiſque eorum prouinciam, quem hoſtem haberet, uolebant. De reconciliatione etiam gratiae eorum in ſenatu actũ eſt, principio facto a Q. Fabio Maximo. Inimicitiae ante nobiles inter eos erant: & acerbiores eas, indignioreſq. Liuio ſua calamitas fecerat, quod ſpretum ſe in ea fortuna credebat. itaque is magis implacabilis erat: & nihil opus H eſſe reconciliatione aiebat. acrius & intentius omnia geſturos, timentes ne creſcendi ex ſe inimico collegae poteſtas fieret. uicit tamen auctoritas ſenatus: ut, poſitis ſimultatibus, communi animo conſilioq. adminiſtrarent rempublicam. Prouinciae ijs non permiſtae regionibus, ſicut ſuperioribus annis, ſed diuerſae extremis Italiae finibus, alteri aduerſus Hannibalem Bruttij, Lucani, alteri Gallia aduerſus Haſdrubalẽ, quem iam Alpibus appropinquare fama erat, decreta. Exercitum ex duobus, qui in Gallia, quiq. in Etruria eſſent, addito urbano eligeret quem mallet, qui Galliam eſſet ſortitus. Cui Bruttij prouincia eueniſſet: nouis legionibus urbanis ſcriptis, utrius mallet conſulum prioris anni exercitum ſumeret. Relictum a conſule exercitum Q. Fuluius proconſul acciperet: eique in annum imperium eſſet. et C. Hoſtilio, cui pro Etruria Tarentum mutauerant prouinciam: pro Tarento Capuam mutauerunt. legio una data, cui Fuluius proximo anno praefuerat. I De Haſdrubalis aduentu in Italiam cura in dies creſcebat. Maſſilienſium primum legati nunciauerant, eum in Galliam tranſgreſſum: erectoſq. aduentu eius, quia magnum pondus auri attuliſſe diceretur ad mercede auxilia conducenda, Gallorum animos. miſſi deinde cum ijs legati ab Roma S. Antiſtius, & M. Retius ad rem inſpiciendam, retulerant, miſiſſe ſe cum Maſſilienſibus ducibus, qui per hoſpites eorum, principes Gallorum, omnia explorata referrent. pro comperto habere, Haſdrubalem ingenti iam coacto exercitu proximo uere Alpes transiecturum: nec tum eum quidquam aliud morari, niſi quod clauſae hieme Alpes eſſent. In locum M. Marcelli P. Aelius Paetus augur creatus, inauguratuſque. Et Cn. Cornelius Dolabella rex ſacrorum inauguratus eſt in locum M. Marcij, qui biennio ante mortuus erat. Hoc eodem anno & luſtrum conditum eſt a cenſoribus P. Sempronio Tuditano, & M. Cornelio Cethego: cenſa ciuium capita CXXXVII millia C & IIX: minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum fuerat. Eo anno primum, K ex quo Hannibal in Italiam ueniſſet, Comitium tectum eſſe, memoriae proditum eſt: & ludos Romanos ſemel inſtauratos ab aedilibus curulibus Q. Metello, & C. Seruilio. & plebeijs ludis biduum inſtauratum ab Q. Mamilio, & M. Caecilio Metello aedilibus plebis. & tria ſigna ad Cereris aedem dederunt. & Iouis epulum fuit, ludorum cauſſa. Conſulatum inde ineunt C. Claudius Nero, & M. Liuius iterum. qui, quia iam deſignati prouincias ſortiti erant, praetores ſortiri iuſſerunt. C. Hoſtilio urbana iuriſdictio euenit addita & peregrina, ut tres in prouincias exire poſſent. A. Hoſtilio Sardinia, C. Mamilio Sicilia, L. Porcio Gallia euenit. Summa legionum trium & XX ita per prouincias diuiſa: ut binae

A ut binae conſulũ eſſent: quattuor Hiſpania haberet: tres praetores binas, in Sicilia, in Sardinia, & Gallia: duas C. Terentius in Etruria: duas Q. Fuluius in Bruttijs: duas Q. Claudius circa Tarentum & Sallentinos: unam C. Hoſtilius Tubulus Capuae: duae urbanae ut ſcriberentur. primis quattuor legionibus populus tribunos creauit: in ceteras conſules miſerunt. Priuſquam conſules proficiſcerentur, nouendiale ſacrum fuit, quia Veijs de caelo lapidauerat. Sub unius prodigij, ut fit, mentionem, alia quoque nunciata, Minturnis aedem Iouis, & lucum Maricae, item Attellae murum, & portam de caelo tactam. Minturnenſes, terribilius quod eſſet, adijciebant: ſanguinis riuum in porta fluxiſſe. Et Capuae lupus nocte portam ingreſſus uigilem laniauerat. Haec procurata hoſtijs maioribus prodigia: & ſupplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum, inde iterum nouendiale inſtauratum, quod in Armiluſtro lapidibus uiſum pluere. Liberatas religione mentes tur-
B bauit rurſus nunciatum, Fruſinone infantem natum eſſe quadrimo parem: nec magnitudine tam mirandum, quam quod is quoque, ut Sinueſſae biennio ante, incertus, mas an foemina eſſet, natus erat. Id uero haruſpices ex Etruria acciti foedum ac turpe prodigium dicere: extorrem agro Romano, procul terrae contactu, alto mergendum. uiuum in arcam condidere, prouectumq. in mare proiecerunt. Decreuere item pontifices, ut uirgines ter nouenae per urbem euntes carmen canerent. Id cum in Iouis Statoris aede diſcerent conditum ab Liuio poeta carmen, tacta de caelo aedes in Auentino Iunonis Reginae. prodigiumq. id ad matronas pertinere haruſpices cum reſpondiſſent, donoq. diuam placandam eſſe, aedilium curulium edicto in Capitolium conuocatae, quibus in urbe Roma intraq. decimum lapidem ab urbe domicilia eſſent, ipſae inter ſe quinque & uiginti delegerunt, ad quas ex dotibus ſtipem conferrent. inde donum peluis aurea facta, lataq. in Auenti-
C num, pureq. & caſte a matronis ſacrificatum. Confeſtim ad aliud ſacrificium eidem diuae ab decemuiris edicta dies, cuius ordo talis fuit. Ab aede Apollinis boues feminae albae duae porta Carmẽtali in urbem ductae. poſt eas duo ſigna cupreſſea Iunonis Reginae portabantur. tum ſeptem & uiginti uirgines longam indutae ueſtem, carmen in Iunonem Reginam canentes ibant, illa tempeſtate forſitan laudabile rudibus ingenijs, nunc abhorrens & inconditum, ſi referatur. Virginum ordinem ſequebantur decemuiri coronati laurea, praetextatique. a porta Iugario uico in forum uenere. in foro pompa conſtitit. et per manus reſte data, uirgines ſonum uocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt. inde uico Tuſco, Velabroq. per Boarium forum in cliuum publicum, atque aedem Iunonis Reginae perrectum. ibi duae hoſtiae ab decemuiris immolatae, & ſimulacra cupreſſea in aedẽ illata. Dijs rite placatis, delectum conſules habebant acrius intentiuſque, quam priori-
D bus annis quiſquam meminerat habitum. nam & belli terror duplicatus, noui hoſtis in Italiam aduentu: & minus iuuentutis erat, unde ſcriberent milites. itaque colonos etiam maritimos, qui ſacroſanctam uacationem dicebatur habere, dare milites cogebant. quibus recuſantibus edixere in diem certam, ut, quo quiſque iure uacationem haberet, ad ſenatũ deferret. Ea die hi populi ad ſenatũ uenerunt: Oſtienſis, Alſienſis, Antias, Anxuras, Minturnenſis, Sinueſſanus, & a ſupero mari Senenſis. Cum uacationes ſuas quiſque populus recitaret, nullius, cum in Italia hoſtis eſſet, praeter Antiatem Oſtienſemque, uacatio obſeruata eſt. et earum coloniarum iuniores iureiurando adacti, ſupra quadraginta non pernoctaturos ſe eſſe extra moenia coloniae ſuae, donec hoſtis in Italia eſſet. Cum omnes cenſerent, primo quoque tempore conſulibus eundum ad bellum, (nam & Haſdrubali occurrendum eſſe deſcendenti ab Alpibus, ne Gallos Ciſalpinos, neue Etruriam erectam
E in ſpem rerum nouarum ſollicitaret: & Hannibalem ſuo proprio occupandum bello, ne emergere ex Bruttijs, atque obuiam fratri ire poſſet) Liuius cunctabatur, parum fidens ſuarum prouinciarum exercitibus: collegam ex duobus conſularibus egregijs exercitibus, & tertio, cui Q. Claudius Tarenti praeeſſet, electionem habere. intuleratque mentionem de Volonibus reuocandis ad ſigna. Senatus liberam poteſtatem conſulibus fecit & ſupplendi, unde uellent: & eligendi de omnibus exercitibus, quos uellent, permutandique: & ex prouincijs, quo e republica cenſerent eſſe, tranſducendi. Ea omnia cum ſumma concordia conſulum acta. Volones in undeuiceſimam & uiceſimam legiones ſcripti. magni roboris auxilia ex Hiſpania quoque a P. Scipione Liuio miſſa quidam ad id bellum auctores ſunt, octo millia Hiſpanorum Gallorumque, ad duo millia de legionibus

militum,

militum, equitum ad mille octingentos, miſtos Numidas Hiſpanoſque. M. Lucretium has F
copias nauibus aduexiſſe, & ſagittariorum funditorumq. ad quattuor millia ex Sicilia C.
Mamilium miſiſſe. Auxerunt Romae tumultum litterae ex Gallia miſſae ab L. Porcio prae
tore: Haſdrubalem mouiſſe ex hibernis, & iam Alpes tranſire: octo millia Ligurum con-
ſcripta, armataque, coniunctaq. ſe tranſgreſſo in Italiam eſſe, niſi mitteretur in Ligures
qui eos bello occuparet. ſe cũ inualido exercitu, quoad tutum putaret, progreſſurum. Hae
litterae conſules raptim confecto delectu maturius, quam conſtituerant, exire in prouin-
cias coegerunt: ea mente, ut uterque hoſtem in ſua prouincia contineret, neque coniun-
gi, aut conferre in unum uires pateretur. Plurimum in eam rem adiuuit opinio Hanniba-
lis: quod etſi ea aeſtate tranſiturum in Italiam fratrem crediderat, recordando quae ipſe
in tranſitu nunc Rhodani, nunc Alpium, cum hominibus locisq. pugnando per quinque
menſes exhauſiſſet, haudquaquam tam facilem maturumq. tranſitum exſpectabat. ea tar- G
dius mouendi ex hibernis cauſſa fuit. Ceterum Haſdrubali & ſua, & aliorũ ſpe omnia ce-
leriora, atque expeditiora fuere. non enim receperunt modo Aruerni eum, deincepſque
aliae Gallicae, atq. Alpinae gentes, ſed etiam ſecutae ſunt ad bellum. et cũ per munita ple-
raque tranſitu fratris, quae antea inuia fuerant, ducebat: tũ etiam duodecim annorũ aſſue-
tudine peruijs Alpibus factis, inter mitiora iam hominum tranſibat ingenia. inuſitati nam-
que antea alienigenis, nec uidere ipſi aduenam in ſua terra aſſueti, omni generi humano
inſociabiles erant. et primo ignari quo Poenus pergeret, ſuas rupes ſuaq. caſtella, & peco-
rum hominumq. praedam peti crediderant. fama deinde Punici belli, quo duodecimum
annum Italia urebatur, ſatis edocuerat, uiam tantum Alpes eſſe: duas praeualidas urbes,
magno inter ſe maris terrarumq. ſpatio diſcretas, de imperio & opibus certare. Hae cauſ-
ſae aperuerant Alpes Haſdrubali. Ceterum quod celeritate itineris profectum erat, id mo H
ra ad Placentiam, dum fruſtra obſidet magis, quam oppugnat, corrupit. Crediderat
campeſtris opidi facilem expugnationem eſſe: & nobilitas coloniae induxerat eum, ma-
gnum ſe excidio eius urbis terrorem ceteris iniecturum. Non ipſe ſe ſolum ea oppugna-
tione impediit: ſed Hannibalem poſt famam tranſitus eius tanto ſpe ſua celeriorem, iam
mouentem ex hibernis, continuerat, quippe reputantem non ſolum, quam lenta urbiũ op-
pugnatio eſſet, ſed etiam, quam ipſe fruſtra eandem illam coloniam ab Trebia uictor re-
greſſus tentaſſet. Conſules diuerſis itineribus profecti ab urbe, uelut in duo pariter bel-
la diſtenderant curas hominum, ſimul recordantium quas primus aduentus Hannibalis in
tuliſſet Italiae clades: ſimul, cum illa angeret cura, quos tam propitios urbi, atque impe-
rio fore deos, ut eodem tempore utrobique reſpublica proſpere gereretur. aduerſa ſecun-
dis penſando, rem ad id tempus extractam eſſe. cum in Italia ad Traſymenum & Cannas I
praecipitaſſet remp. proſpera bella in Hiſpania prolapſam eam erexiſſe. poſtea cum in Hi-
ſpania alia ſuper aliam clades, duobus egregijs ducibus amiſſis, duos exercitus ex parte
deleſſet, multa ſecunda in Italia Siciliaque geſta quaſſatam rempublicam excepiſſet. et
ipſum interuallum loci, quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, ſpatium
dediſſe ad reſpirandum. nunc duo bella in Italiam accepta, duos celeberrimi nominis
duces circũſtare urbem Romam, & unum in locum totã periculi molem, omne onus incu-
buiſſe. qui eorum prior uiciſſet, intra paucos dies caſtra cum altero iuncturum. Terrebat
& proximus annus lugubris duorum conſulum funeribus. His anxij curis homines, di-
gredientes in prouincias conſules proſecuti ſunt. Memoriae proditum eſt, plenum adhuc
ira in ciues M. Liuium ad bellum proficiſcentem monenti Q. Fabio, ne priuſquam genus
hoſtium cognoſſet, temere manum conſereret, reſpondiſſe, ubi primum hoſtium agmen K
conſpexiſſet, pugnaturum. cum quaereretur, quae cauſſa feſtinandi eſſet: aut ex hoſte egre
giam gloriam, inquit, aut ex ciuibus uictis gaudium, meritum certe, etſi non honeſtum ca-
piam. Priuſquam Claudius conſul in prouinciam perueniret, per extremum finem agri
Larinatis ducẽtem in Sallentinos exercitum Hannibalem cum expeditis cohortibus ador
tus C. Hoſtilius Tubulus incompoſito agmini terribilem tumultum intulit. Ad quattuor
millia hominum occidit, nouem ſigna militaria cepit. Mouerat ex hibernis ad famam
hoſtis Q. Claudius, qui per urbes agri Sallentini caſtra diſpoſita habebat. Itaque ne
cum duobus exercitibus ſimul confligeret Hannibal, nocte caſtra ex agro Tarentino mo
uit, atque in Bruttios conceſſit. Claudius in Sallentinos agmen conuertit. Hoſtilius

A Capuam petens, obuius ad Venuſiam fit conſuli Claudio. Ibi ex utroque exercitu electa peditum quadraginta millia, duo millia & quingenti equites, quibus conſul aduerſus Hannibalem rem gereret. reliquas copias Hoſtilius Capuam ducere iuſſus, ut Q. Fuluio proconſuli traderet. Hannibal undique contracto exercitu, quem in hibernis, aut in praeſidijs agri Bruttij habuerat in Lucanos ad Grumentum uenit, ſpe recipiendi opida, quae per metum ad Romanos defeciſſent. eodem a Venuſia conſul Romanus exploratis itineribus contendit, & mille fere & quingentos paſſus caſtra ab hoſte locat. Grumenti moenibus prope iunctum uidebatur Poenorum uallum. quingenti paſſus erant inter caſtra Punica, ac Romana. interiacebat campus: colles imminebant nudi, ſiniſtro lateri Carthaginienſium, dextro Romanorum, neutris ſuſpecti, quod nihil ſiluae, neque ad inſidias latebrarum habebant. In medio campo, ab ſtationibus procurſantes, certamina haud ſatis digna dictu ſerebant.

B Id modo Romanum quaerere apparebat, ne abire hoſtem pateretur. Hannibal inde euadere cupiens, totis uiribus in aciem deſcendebat. Tum conſul ingenio hoſtis uſus, quo minus in tam apertis collibus timeri inſidiae poterant, quinque cohortes additis quinque manipulis, nocte iugum ſuperare, & in auerſis uallibus conſidere iubet: tempus exſurgendi ex inſidijs, & aggrediendi hoſtem, Ti. Claudium Aſellum, tribunum militum, & P. Claudium, praefectum ſocium, edocet: quos cum ijs mittebat. ipſe luce prima copias omnes peditum equitumque in aciem eduxit. Paullo poſt & ab Hannibale ſignum pugnae propoſitum eſt: clamorque in caſtris ad arma diſcurrentium eſt ſublatus. inde eques, pedeſque certatim portis ruere, ac palati per campum properare ad hoſtes. Quos ubi effuſos conſul uidet: tribuno militum tertiae legionis C. Aurunculeio imperat, ut equites legionis, quanto maximo impetu poſſit, in hoſtem emittat. ita pecorum modo incompo-

C ſitos toto paſſim campo ſe fudiſſe, ut ſterni opprimique, priuſquam inſtruantur, poſſint. Nondum Hannibal e caſtris exierat, cum pugnantium clamorem audiuit. itaque excitus tumultu raptim ad hoſtem copias agit. Iam primos occupauerat equeſtris terror. peditum etiam prima legio, & dextra ala proelium inibăt. incompoſiti hoſtes, ut quemque, aut pediti aut equiti caſus obtulit, ita conſerunt manus. creſcit pugna ſubſidijs, & procurrentium ad certamen numero augetur. pugnanteſque (quod niſi in uetere exercitu, & duce uetere haud facile eſt) inter tumultum ac terrorem inſtruxiſſet Hannibal, ni cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor ab tergo auditus, metum, ne intercluderentur a caſtris, inieciſſet. Inde pauor incuſſus: & fuga paſſim fieri coepta eſt. minorq. caedes fuit, quia propinquitas caſtrorum breuiorem fugam perculſis fecit. equites enim in tergo inhaerebant: in tranſuerſa latera inuaſerant cohortes, ſecundis collibus, uia nuda ac

D facili decurrentes. tamen ſupra octo millia hominum occiſa: ſupra ſeptingentos capti: ſigna militaria nouem adempta. elephanti etiam, quorum nullus uſus in repentina ac tumultuaria pugna fuerat, quattuor occiſi, duo capti. Romanorum ſociorumque ducenti ceciderunt. Poſtero die Poenus quieuit. Romanus, in aciem copijs eductis, poſteaquam neminem ſigna contra efferre uidit: ſpolia legi caeſorum hoſtium, ſuorum corpora collata in unum ſepeliri iuſſit. inde inſequentibus continuis diebus aliquot, ita inſtitit portis, ut prope inferre ſigna uideretur: donec Hannibal tertia uigilia, crebris ignibus tabernaculiſque, quae pars caſtrorum ad hoſtes uergebat: & Numidis paucis, qui in uallo portiſque ſe oſtenderent, relictis, profectus, Apuliam petere intendit. Vbi illuxit, ſucceſsit uallo Romana acies: & Numidae ex compoſito paulliſper in portis ſe ualloque oſtentauere: fruſtratique aliquandiu hoſtem, citatis equis agmen ſuorum aſſequuntur. Conſul, ubi

E ſilentium in caſtris, & ne paucos quidem, qui prima luce obambulauerant, parte ulla cernebat: duobus equitibus ſpeculatum in caſtra praemiſsis, poſteaquam ſatis tuta omnia eſſe exploratum eſt, inferri ſigna iuſſit. tantumque ibi moratus, dum milites ad praedam diſcurrunt, receptui deinde cecinit: multoque ante noctem copias reduxit. Poſtero die prima luce profectus, magnis itineribus famam & ueſtigia agminis ſequens, haud procul Venuſia hoſtem aſſequitur. Ibi quoque tumultuaria pugna fuit. ſupra duo millia Poenorum caeſa. Inde nocturnis, montaniſque itineribus Poenus, ne locum pugnandi daret, Metapontum petijt. Hanno inde (is enim praeſidio eius loci praefuerat) in Bruttios cũ paucis ad exercitum nouum comparandum miſſus. Hannibal, copijs eius ad ſuas additis, Venuſiam retro, quibus uenerat itineribus, repetit: atque inde Canuſium procedit. Numquam

Nero ueſtigijs hoſtis abſtiterat: & Q. Fuluium, cum Metapontum ipſe proficiſceretur: in F
Lucanos, ne regio ea ſine praeſidio eſſet, acceſſierat. Inter haec ab Haſdrubale, poſtquam a
Placentiae obſidione abſceſſit, quattuor Galli equites, duo Numidae cū litteris ad Hanni-
balem miſsi, cum per medios hoſtes totam ferme longitudinem Italiae emenſi eſſent: dū
Metapontum cedentem Hannibalem ſequuntur, incertis itineribus Tarentum delati, a ua-
gis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium propraetorē deducuntur. Eum
primo incertis implicantes reſponſis, ut metus tormentorum admotus fateri uera coegit,
edocuerunt, litteras ſe ab Haſdrubale ad Hannibalē ferre. Cum ijs litteris, ſicut erāt, ſigna
tis, L. Virginio, tribuno militum, ducendi ad Claudium conſulem traduntur. duae ſimul
turmae Samnitum praeſidij cauſa miſſae. Qui ubi ad conſulē peruenerunt, litteraeq. lectae
per interpretem ſunt, & ex captiuis percunctatio facta: tum Claudius non id tempus eſſe
reipublicae ratus, quo conſilijs ordinarijs prouinciae ſuae quiſque finibus per exercitus G
ſuos cum hoſte deſtinato ab ſenatu bellum gereret: audendum, ac nouandum aliquid im-
prouiſum, inopinatum, quod coeptum non minorem apud ciues, quam hoſtes, terrorem
faceret, perpetratum in magnā laetitiam ex magno metu uerteret: litteris Haſdrubalis Ro
mam ad ſenatum miſſis, ſimul & ipſe patres conſcriptos, quid paret, edocet: ut, cum in Vm
bria ſe occurſurum Haſdrubal fratri ſcribat, legionem a Capua Romam acceſſant, delectū
Romae habeant, exercitum urbanum ad Narniam hoſti opponant. Haec ſenatui ſcripta.
Praemiſſi item per agrum Larinatem, Marrucinum, Frentanum, Praetutianum, qua exerci-
tum ducturus erat, ut omnes ex agris urbibuſq. commeatus paratos militi ad ueſcendum
in uiam deferrent, equos iumentaq. alia producerent, ut uehiculorum feſsis copia eſſet. ip-
ſe de toto exercitu ciuium ſociorumq. quod roboris erat, delegit, ſex millia peditum, mil-
le equites. pronunciat, occupare ſe in Lucanis proximam urbem, Punicumq. in ea praeſi- H
dium uelle, ut ad iter parati omnes eſſent. Profectus nocte flexit in Picenum. Et conſul
quidem, quantis maximis poterat itineribus, ad collegam ducebat, relicto Q. Catio lega-
to, qui caſtris praeeſſet. Romae haud minus terroris ac tumultus erat, quam fuerat biennio
ante, cum caſtra Punica obiecta Romanis moenibus portiſq. fuerant. neque ſatis conſta-
bat animis, tam audax iter conſulis laudarent, uituperarentue. apparebat, (quo nihil ini-
quius eſt) ex euentu famam habiturum. Caſtra prope Hannibalem hoſtem relicta ſine du
ce, cum exercitu, cui detractum foret omne, quod roboris, quod floris fuerit: & conſu-
lem in Lucanos oſtendiſſe iter, cum Picenum & Galliam peteret, caſtra relinquentem nul-
la alia re tutiora, quam errore hoſtis, qui ducem inde, atque exercitus partem abiſſe igno-
raret. Quid futurum, ſi id palam fiat? & aut inſequi Neronem cum ſex millibus armato-
rum profectum Hannibal toto exercitu uelit; aut caſtra inuadere praedae relicta, ſine uiri- I
bus, ſine imperio, ſine auſpicio? Veteres eius belli clades, duo conſules proximo anno
interfecti, terrebant. & ea omnia accidiſſe, cum unus imperator, unus exercitus hoſtium
in Italia eſſet. nunc duo bella Punica facta, duos ingentes exercitus, duos prope Hanniba-
les in Italia eſſe. quippe & Haſdrubalem patre eodem Hamilcare genitum aeque impigrū
ducem, per tot in Hiſpania annos Romano exercitum bello, gemina uictoria inſignem,
duobus exercitibus cum clariſſimis ducibus deletis. nam itineris quidem celeritate ex Hi-
ſpania, & concitatis ad arma Gallicis gētibus, multo magis, quam Hannibalem ipſum, glo
riari poſſe. quippe in ijs locis hunc coegiſſe exercitum, quibus ille maiorem partem mili-
tum fame, frigore, quae miſerrima mortis genera ſint, amiſiſſet. Adijciebant etiam periti
rerum Hiſpaniae, haud cum ignoto duce C. Nerone congreſſurum, ſed quem in ſaltu impe
dito deprehenſus forte, haud ſecus, quam puerum, conſcribendis fallacibus condicioni- K
bus pacis fruſtratus eluſiſſet. Omnia maiora etiam uero praeſidia hoſtium, minora ſua, me
tu interprete ſemper in deteriora inclinato, ducebant. Nero poſtquam iam tantum inter-
ualli ab hoſte fecerat, ut detegi conſilium ſatis tutum eſſet, paucis milites alloquitur. Ne-
gat ullius conſilium imperatoris in ſpeciem audacius, re ipſa tutius fuiſſe, quam ſuum.
Ad certam eos ſe uictoriam ducere. quippe ad quod bellum collega non antequam ad ſa-
tietatem ipſius peditum, atque equitū datae ab ſenatu copiae fuiſſent. maiores inſtructio-
reſque, quam ſi aduerſus ipſum Hannibalem iret, profectus ſit: eo ipſos, quantumcumque
uirium momentum addiderint, rem omnem inclinaturos. auditum modo in acie, (nam
ne ante audiatur, daturum operam) alterum conſulem, & alterum exercitum adueniſſe,

haud

A haud dubiā uictoriā facturū. Famā bellū cōficere, & parua momēta in ſpē metumq. impel-
lere animos. Gloriae quidē ex re bene geſta partae fructū prope omnē ipſos laturos. Sem-
per quod poſtremū adiectū ſit, id rē totā uideri traxiſſe. Cernere ipſos, quo cōcurſu, qua ad
miratione, quo fauore hominū iter ſuū celebretur. Et Hercule per inſtructa omnia ordini-
bus uirorū mulierumq. undiq. ex agris effuſorū, inter uota ac preces & laudes ibant. illos
praeſidia reipublicae, uindices urbis Romae imperijq. appellabāt. in illorū armis dextriſq.
ſuā liberorumq. ſuorū ſalutē ac libertatē repoſitā eſſe. deos omnes deaſq. precabantur, ut
illis fauſtū iter, felixq. pugna, matura ex hoſtibus uictoria eſſet, damnarenturq. ipſi uotorū,
quae pro ijs ſuſcepiſſent: ut quemadmodū nunc ſolliciti proſequerētur eos, ita paucos poſt
dies laeti ouātibus uictoria obuiā irent. Inuitare inde pro ſe quiſque, & offerre, & fatigare
precibus, ut, quae ipſis iumentiſq. uſui eſſent, ab ſe potiſſimū ſumerent, benigne omnia cu-
B mulata dare. Modeſtia certare milites, ne quid ultra uſum neceſſariū ſumerent. nihil mora
ri, nec ab ſignis abſiſtere. cibū capientes diē ac noctē ire. uix quod ſatis ad naturale deſide-
riū corporū eſſet, quieti dare. Et ad collegā praemiſſi erāt, qui nunciarēt aduentū, percūcta
renturq., clam an palā, interdiu an noctu uenire ſeſe uellet, ijſdem an alijs conſidere caſtris.
Nocte clā ingredi melius uiſum eſt. Teſſera per caſtra ab Liuio cōſule data erat, ut tribunū
tribunus, centurio centurionē, eques equitē, pedes peditē acciperet. neq. enim dilatari ca-
ſtra opus eſſe, ne hoſtis aduentū alterius conſulis ſentiret: & coartatio pluriū in anguſto
tendentiū facilior futura erat, quod Claudianus exercitus nihil ferme, praeter arma, ſecū
in expeditionē tulerat. Ceterum in ipſo itinere auctum uoluntarijs agmen erat: offerenti
bus ſeſe ultro & ueteribus militibus, perfunctis iā militia, & iuuenibus: quos certatim no-
mina dantes, ſi quorū corporis ſpecies, roburq. uiriū aptū militiae uidebatur, cōſcripſerat.
C Ad Senā caſtra alterius cōſulis erant: & quingentos inde ferme paſſus Haſdrubal aberat.
Itaque cum iā appropinquaret, tectus montibus ſubſtitit Nero, ne ante noctē caſtra ingre-
deretur. Silentio ingreſſi, ab ſui quiſq. ordinis hominibus in tentoria adducti, cū ſumma
omniū laetitia hoſpitaliter excipiūtur. Poſtero die conciliū habitum, cui & L. Porcius Lici
nus praetor affuit. Caſtra iūcta conſulū caſtris habebat: & ante aduentū eorū per loca alta
ducēdo exercitū, cū modo inſideret anguſtos ſaltus, ut tranſitū clauderet, modo ab latere,
aut ab tergo carperet agmē, ludificatus hoſtē omnibus artibus belli fuerat. is tum in con-
cilio aderat. Multorum eo inclinabant ſententiae: ut, dum feſſum uia ac uigilijs reficeret
militem Nero, ſimul & ad noſcendum hoſtem paucos ſibi ſumeret dies, tempus pugnandi
differretur. Nero non ſuadere modo, ſed ſumma ope orare inſtitit, ne cōſilium ſuum, quod
tutum celeritas feciſſet, temerarium morando facerent. Errore, qui non diuturnus futu-
D rus eſſet, uelut torpentem Hannibalem, nec caſtra ſua ſine duce relicta aggredi, nec ad ſe-
quendum ſe iter intēdiſſe. antequam ſe moueat, delerę exercitum Haſdrubalis poſſe, red-
ireq. in Apuliam. Qui prolatando ſpatium hoſti det, cum & illa caſtra prodere Hanniba-
li, & aperire in Galliā iter, ut per otiū, ubi uelit, Haſdrubali coniungatur. Extēplo ſignū dan
dū, & exeundū in aciem: abutendumq. errore hoſtiū abſentiū, praeſentiumque: dū neque
illi ſciant cum paucioribus, nec hi cum pluribus & ualidioribus rem eſſe. Concilio dimiſ-
ſo ſignum pugnae proponitur, confeſtimq. in aciem procedunt. Iam hoſtes ante caſtra in-
ſtructi ſtabant. Moram pugnae attulit, quod Haſdrubal prouectus ante ſigna cum paucis
equitibus ſcuta uetera hoſtium notauit, quae ante non uiderat, & ſtrigoſiores equos. mul-
titudo quoque maior ſolito uiſa eſt. Suſpicatus id quod erat, receptui propere cecinit, ac
miſit ad flumen, unde aquabantur: ubi & excipi aliqui poſſent, & notari oculis, ſi qui forte
E aduſtioris coloris, ut ex recenti uia, eſſent. ſimul circumuehi procul caſtra iubet, ſpeculari-
que, num auctum aliqua parte ſit uallum: & attendant, ſemel, biſne ſignum canat in ca-
ſtris. Ea cum ordine omnia relata eſſent, caſtra nihil aucta errorem faciebant. Bina erant,
ſicut ante aduentum conſulis alterius fuerant, una M. Liuij, altera L. Porcij. neutris quid-
quam, quo latius tenderetur, ad munimenta adiectum. Illud ueterem ducem aſſuetum-
que Romano hoſti mouit, quod ſemel in praetorijs caſtris ſignum, bis in conſularibus re-
ferebant ceciniſſe. duos profecto conſules eſſe: & quonam modo alter ab Hannibale abſ-
ceſſiſſet, cura angebat. minime id quod erat, ſuſpicari poterat, tantae rei fruſtratione Hāni
balem eluſum: ut, ubi dux, ubi exercitus eſſet, cum quo caſtra collata haberet, ignoraret.
profecto haud mediocri clade abſterritum, inſequi non auſum: magnopere uereri, ne per-

ditis rebus ſerum ipſe auxilium ueniſſet, Romaniſq. eadem iã fortuna in Italia, quae in Hi F
ſpania eſſet. interdum litteras ſuas ad eum non perueniſſe, credere: interceptiſq. ijs, conſu
lem ad ſeſe opprimendum acceleraſſe. His anxius curis, exſtinctis ignibus, uigilia prima da
to ſigno, ut taciti uaſa colligerent, ſigna ferri iuſſit. In trepidatione & nocturno tumultu
duces parum intente aſſeruati, alter in deſtinatis iam inde ante animo latebris ſubſedit, al-
ter per uada nota Metaurum flumen tranſnauit. Ita deſertum a ducibus agmen primo per
agros palatur: feſſiq. aliquot ſomno ac uigilijs ſternunt corpora paſſim, atque infrequen-
tia relinquũt ſigna. Haſdrubal, dum lux uiam oſtenderet, ripa fluminis ſigna ferri iubet. &
per tortuoſi amnis ſinus flexuſq. cum errore obiens haud multum proceſſiſſet, & ubi pri-
ma lux tranſitum opportunum oſtendiſſet, tranſiturus erat: ſed cum quantum a mari abſce
debat, tanto altioribus coercentibus amnem ripis, non inueniret uada, diem terendo, ſpa-
tium dedit ad inſequendum ſeſe hoſti. Nero primum cum omni equitatu aduenit. Por- G
cius deinde aſſecutus cum leui armatura. Qui cum feſſum agmen carperent ab omni par-
te incurſarentque, & iam omiſſo itinere, quod fugae ſimile erat, caſtra metari Poenus in tu
mulo ſuper fluminis ripam uellet: aduenit Liuius peditum omnibus copijs, non itineri mo
do, ſed ad conſerendum extemplo proelium inſtructis, armatiſque. Sed ubi omnes copias
coniunxerunt, directaq. acies eſt, Claudius dextro in cornu, Liuius ab ſiniſtro pugnam in
ſtruit; media acies praetori tuenda datur. Haſdrubal, omiſſa munitione caſtrorum, poſt-
quam pugnandum uidit, in prima acie ante ſigna elephantos locat. circa eos laeuo in cor-
nu aduerſus Claudium Gallos opponit, haud tantum eis fidens, quantum ab hoſte timeri
eos credebat. ipſe dextrum cornu aduerſus M. Liuium ſibi, atque Hiſpanis (& ibi maxi-
me in uetere milite ſpem habebat) ſumpſit. Ligures in medio poſt elephantos poſuit: ſed
longior, quam latior, acies erat. Gallos prominens collis tegebat. Ea frons, quam Hiſpa- H
ni tenebant, cum ſiniſtro Romanorum cornu concurrit. dextra omnis acies extra proeliũ
eminens ceſſabat. collis oppoſitus arcebat, ne aut a fronte aut ab latere aggrederentur.
Inter Liuium Haſdrubalemq. ingens contractum certamẽ erat, atroxq. caedes utrimq. ede
batur. ibi duces ambo, ibi pars maior peditum equitumq. Romanorum, ibi Hiſpani, uetus
miles, perituſq. Romanae pugnae, & Ligures, durum in armis genus. eodem uerſi elephan-
ti, qui primo impetu turbauerant anteſignanos. & iam ſigna mouerant loco: deinde cre-
ſcente certamine, & clamore, impotentius iam regi, & inter duas acies uerſari, uelut incer-
ti quorum eſſent, haud diſſimiliter nauibus ſine gubernaculo uagis. Claudius, Quid ergo
praecipiti curſu tam longum iter emenſi ſumus? clamitans militibus, cum in aduerſum col
lem fruſtra ſigna erigere conatus eſſet, poſtquam ea regione penetrari ad hoſtem non uide
bat poſſe, cohortes aliquot ſubductas e dextro cornu, ubi ſtationem magis ſegnem, quam I
pugnam futuram cernebat, poſt aciem circumducit: & non hoſtibus modo, ſed etiam ſuis
inopinantibus, in ſiniſtum hoſtium latus incurrit: tantaq. celeritas fuit, ut cum oſtendiſ-
ſent ſe in latere, mox in terga depugnarent, ita ut omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab
tergo, trucidarentur Hiſpani Liguresſque. Et ad Gallos iam caedes peruenerat. Ibi mini-
mum certaminis fuit. nam & pars magna ab ſignis aberant, nocte dilapſi, ſtratiq. ſomno
paſſim per agros: & qui aderant, itinere ac uigilijs feſſi, intolerantiſſima laboris corpora,
uix arma humeris gerebant. Et iã diei medium erat, ſitiſq. & calor hiantes caedendos ca-
piendoſq. affatim praebebat. Elephanti plures ab ipſis rectoribus, quam ab hoſte, interfe-
cti. fabrile ſcalprũ cum malleo habebant. id, ubi ſaeuire belluae ac ruere in ſuos coeperant,
magiſter inter aures poſitũ ipſa in cõpage qua iungitur capiti ceruix, quanto maximo pote
rat ictu adigebat. ea celerrima uia mortis in tantae molis bellua inuenta erat, ubi regendi K
ſpem uiciſſet. primuſq. id Haſdrubal inſtituerat, dux cum ſaepe alias memorabilis, tum il-
la praecipue pugna. ille pugnantes, hortando, pariterq. obeundo pericula, ſuſtinuit: ille feſ
ſos, abnuenteſq. taedio & labore, nunc precando, nunc caſtigando accendit: ille fugientes
reuocauit, omiſſamq. pugnam aliquot locis reſtituit. poſtremo cum haud dubia fortuna
hoſtium eſſet, ne ſuperſtes tanto exercitui ſuum nomen ſecuto eſſet, concitato equo ſe in
Hasdrubal caesus. cohortem Romanam immiſit. ibi, ut patre Hamilcare, & Hannibale fratre dignũ erat, pu-
gnans cecidit. Numquam eo bello una acie tantum hoſtium interfectũ eſt. redditaq. aequa
Cannenſi clades uel ducis uel exercitus interitu uidebatur. Quinquagintaſex millia ho-
ſtium occiſa: capta quinque millia & quadringenti, praeda alia magna tum omnis gene-
ris,

A ris, tum auri etiam, argentique. ciuium etiam Romanorum, qui capti apud hoſtes erant, ſupra quattuor millia capitum recepta. id ſolatij fuit pro amiſſis eo proelio militibus. Nā haudquaquam incruenta uictoria fuit. octo ferme millia Romanorum ſociorumq. occiſi. Adeoq. etiam uictores ſanguinis caediſq. ceperat ſatietas, ut poſtero die cum eſſet nunciatum Liuio conſuli, Gallos Ciſalpinos, Liguresque, qui aut proelio non affuiſſent, aut inter caedem effugiſſent, uno agmine abire ſine certo duce, ſine ſignis, ſine ordine ullo aut imperio: poſſe, ſi una equitum ala mittatur, omnes deleri: Superſint, inquit, aliqui nuncij & hoſtium cladis, & noſtrae uirtutis. Nero ea nocte, quae ſecuta eſt pugnam, citatiore, quam inde uenerat, agmine, die ſexto ad ſtatiua ſua, atque ad hoſtem peruenit. Iter eius frequentia minore, (nemo enim praeceſſerat nuncius) laetitia uero tanta, uix ut compotes mentium gaudio eſſent, celebratum eſt. Nam Romae neuter animi habitus ſatis dici nar-
B rarique poteſt, nec quo incerta exſpectatione euentus ciuitas fuerit: nec quo uictoriae famam acceperit. Numquam per omnes dies, ex quo Claudium conſulem profectum fama attulit, ab orto ſole ad occidentem, aut ſenator quiſquam a curia, atque ab magiſtratibus abſceſſit, aut populus e foro. Matronae, quia nihil in ipſis opis erat, in preces obteſtationeſq. uerſae, per omnia delubra uagae, ſupplicijs uotiſq. fatigauere deos. Tam ſollicitae ac ſuſpenſae ciuitati fama incerta primo accidit, duos Narnienſes equites in caſtra, quae in faucibus Vmbriae oppoſita erāt, ueniſſe ex proelio, nunciātes, caeſos hoſtes. & primo magis auribus, quam animis, id acceptum erat, ut maius laetiuſque, quam quod mente capere, aut ſatis credere poſſent. & ipſa celeritas fidem impediebat, quod biduo ante pugnatum dicebatur. litterae deinde ab L. Manlio Acidino miſſae ex caſtris afferūtur de Narnienſium equitum aduentu. Eae litterae per forum ad tribunal praetoris latae ſenatū curia
C exciuerunt, tantoq. certamine ac tumultu populi ad fores curiae concurſum eſt, ut adire nuncius non poſſet, trahereturque a percunctantibus, uociferantibuſque, ut in Roſtris prius, quam in ſenatu, litterae recitarentur. tandem ſummoti & coerciti a magiſtratibus: uixq. ſeruari laetitia intra impotentes eius animos potuit. In ſenatu primum, deinde in concione litterae recitatae ſunt: & pro cuiuſque ingenio, alijs iam certum gaudium, alijs nulla ante futura fides erat, quam legatos conſulum, uel litteras audiſſent. Ipſos deinde appropinquare legatos, allatum eſt. Tum enimuero omnis aetas currere obuiam, primus quiſque oculis auribuſq. haurire tantum gaudium cupientes. Ad Miluium uſque pontem continens agmen peruenit. Legati erant L. Veturius Philo, P. Licinius Varus, Q. Caecilius Metellus. Circumfuſi omnis generis hominum frequentia in forum peruenerunt, cum alij ipſos, alij comites eorum, quae acta eſſent, percunctarentur: & ut quiſque au-
D dierat, exercitum hoſtium, imperatoremque occiſum, legiones Romanas incolumes, ſaluos conſules eſſe, extemplo alijs porro impertiebant gaudium ſuum. Cum aegre in curiam peruentū eſſet, multo aegrius ſummota turba, ne patribus miſceretur, litterae in ſenatu recitatae ſunt. inde producti in concionem legati. L. Veturius, litteris recitatis, planius omnia, quae acta erant, expoſuit cum ingenti aſſenſu: poſtremo etiam clamore uniuerſae concionis, cum uix gaudium animis caperent. Diſcurſum inde ab alijs circa templa deum, ut grates agerent: ab alijs domos, ut coniugibus liberiſq. tam laetum nuncium impertirēt. Senatus, quod M. Liuius & C. Claudius cōſules, incolumi exercitu, ducem hoſtium legioneſq. occidiſſent, ſupplicationem in triduum decreuit. Eam ſupplicationem C. Hoſtilius praetor pro concione edixit: celebrata a uiris, feminiſq. eſt. omnia templa per totum triduum aequalem turbam habuere; cum matronae ampliſſima ueſte cum liberis, perinde ac
E ſi debellatum foret, omni ſolutae metu, deis immortalibus grates agerēt. Statum quoque ciuitatis ea uictoria mouit, ut iam inde haud ſecus, quam in pace, res inter ſe contrahere, uendendo, emendo, mutuum dando argentum, creditumq. ſoluendo auderent. C. Claudius cōſul cum in caſtra rediſſet, caput Haſdrubalis, quod ſeruatum cū cura attulerat, proijci ante hoſtium ſtationes: captiuoſq. Afros uinctos, ut erant, oſtendi: duos etiam ex ijs ſolutos, ire ad Hannibalē, & expromere quae acta eſſent, iuſſit. Hannibal tanto ſimul publico familiariq. ictus luctu, agnoſcere ſe fortunam Carthaginis, fertur dixiſſe: caſtriſq. inde motis, omnia auxilia, quae diffuſa latius, tueri nō potuerat, in extremum Italiae angulum, Bruttios, contrahit. & Metapontinos, ciuitatem uniuerſam, excitos ſedibus ſuis, & Lucanorum, qui ſuae ditionis erant, in Bruttium agrum tranſduxit.

EPITOME. LIBRI. XXIIX F

RES in Hiſpania proſpere geſtae a Silano Scipionis legato, & L. Scipione fratre aduerſus Poenos, a Sulpicio proconſule, & ab Attalo, rege Aſiae, aduerſus Philippum, regem Macedonum, pro Aetolis referuntur. Cum M. Liuio, & C. Neroni conſulibus triumphus decretus eſſet: Liuius, qui in prouincia ſua rem geſſerat, quadrigis inuectus eſt: Nero, qui in collegae prouinciam, ut uictoriam eius adiuuaret, uenerat, equo eſt ſecutus: & in hoc actu plus gloriae reuerentiaeq. habuit. nam & plus in bello, quam collega fecerat. Ignis in aede Veſtae negligentia uirginis, quae non cuſtodierat, extinctus eſt. uirgo caeſa eſt flagro. P. Scipio in Hiſpania cum Poenis debellauit XIV. anno eius belli, anno quincto poſtea quam ierat: excluſiſq. in totum poſſeſſione eius hoſtibus, Hiſpaniā recepit: & a Tarracone in Africam ad Syphacem, regem Numidarum, duobus nauigijs tranſuectus, foedus iunxit. Haſdrubal Giſgonis ibi cum eo in eodem lecto accubuit. Munus gladiatorium in honorem patris patruiq. Carthagine Noua dedit, non ex gladiatoribus, ſed ex ijs, qui aut in honorē ducis, aut ex prouocatione, in certamen deſcendebant: in quo Reguli fratres de regno ferro contenderunt. Cū Aſtapa urbs ab Romanis oppugnaretur, opidani liberos & coniuges rogo exſtructo occiderunt: & ſe inſuper praecipitauerunt. Ipſe Scipio, dum graui morbo implicitus eſſet, ſeditionem in parte exercitus motam confirmatus diſcuſſit. rebellanteſq. Hiſpaniae populos coegit in deditionem uenire: & amicitia facta cum Maſſaniſſa rege Numidarum, qui illi auxilium, ſi in Africā tranſieciſſet, pollicebatur: Cū Gaditanis quoq. poſt diſceſſū inde Magonis, cui ex Carthagine ſcriptum erat, ut in Italiam tranſiceret: Romam reuerſus, conſulq. creatus. Africam prouinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data eſt: permiſſumque, ut in Africam tranſiiceret, ſi e republica eſſe cenſeret. Mago Hamilcaris filius a minore Baleari inſula, ubi hiemarat, in Italiam tranſiicit. G H

LIBER. XXIIX

CVM tranſitu Haſdrubalis, quantum in Italiam inclinauerat belli, tantum leuatae Hiſpaniae uiderentur: renatum ibi ſubito par priori bellum eſt. Et Hiſpanias ea tempeſtate ſic habebant Romani, Poenique. Haſdrubal, Giſgonis filius, ad oceanum penitus, Gadeſq. conceſſerat. Noſtri maris ora, omniſq. ferme Hiſpania, qua in orientem uergit, Scipionis ac Romanae ditionis erat. Nouus imperator Hanno in locum Barchini Haſdrubalis nouo cum exercitu ex Africa tranſgreſſus, Magoniq. iunctus, cum in Celtiberia, quae media inter duo maria eſt, breui magnum hominum numerum armaſſet, Scipio aduerſus I
eum M. Silanum cum decem millibus peditum, equitibus quingentis miſit. Silanus, quantis maximis potuit itineribus, (impediebant autem & aſperitates uiarum, & anguſtiae ſaltibus crebris, ut pleraq. Hiſpaniae ſunt, incluſae) tamen non ſolum nuncios, ſed etiam famā aduentus ſui praegreſſus, ducibus indidem ex Celtiberia transfugis ad hoſtem peruenit. Eiſdem auctoribus compertum eſt, cum decem circiter millia ab hoſte abeſſent: bina caſtra circa uiam qua irent eſſe: laeua Celtiberos, nouum exercitum ſupra nouem millia hominum, dextra Punica tenere caſtra. Haec ſtationibus, uigilijs, omni iuſta militari cuſtodia tuta & firma eſſe: illa altera ſoluta neglectaq., ut barbarorum, & tironum, & minus timentiū, quod in ſua terra eſſent. Ea prius aggredienda ratus Silanus, ſigna quammaxime ad laeuā iubebat ferri, ne cunde ab ſtationibus Punicis cōſpiceretur. ipſe praemiſſis ſpeculatoribus, citato agmine ad hoſtem pergit. Tria millia ferme aberat: cum haud dum quiſquam hoſtiū K
ſenſerat. confragoſa loca, & obſita uirgultis tenebant colles. ibi in caua ualle, atq. ob id occulta, conſidere militem, & cibum capere iubet. interim ſpeculatores, transfugarum dicta affirmantes uenerunt. Tum ſarcinis in medium coniectis, arma Romani capiunt, acieque iuſta in pugnam uadunt. Mille paſſuum aberant, cum ab hoſte conſpecti ſunt. trepidatiq. repente coeptum. Mago ex caſtris citato equo ad primum clamorem & tumultum aduehitur. Erant in Celtiberorum exercitu quattuor millia ſcutatorum, & CC equites. hanc iuſtam legionem (& id ferme roboris erat) in prima acie locat: ceteros, leuem armaturam, in ſubſidijs poſuit. Cum ita inſtructos educeret caſtris, uixdum in egreſſos uallo Romani pila coniecerunt. Subſidunt Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte.

inde

A inde ad remittenda ipſi conſurgunt. quae cum Romani conferti, ut ſolent, denſatis exce-
piſſent ſcutis: tum pes cum pede collatus, & gladijs geri res coepta eſt. Ceterum aſperi-
tas locorum & Celtiberis (quibus in proelio concurſare mos eſt) uelocitatem inutilem fa
ciebat: & haud iniqua eadem erat Romanis ſtabili pugnae aſſuetis: niſi quod anguſtiae &
internata uirgulta ordines dirimebant: & ſinguli biniq. uelut cum paribus conſerere pu-
gnam cogebantur: quod ad fugam impedimento hoſtibus erat: ad caedem eos uelut uin-
ctos praebebat. Et iam ferme omnibus ſcutatis Celtiberorum interfectis, leuis armatura,
& Carthaginienſes, qui ex alteris caſtris ſubſidio uenerant, perculſi caedebantur. Haud
amplius tria millia peditum, & equitatus omnis, uix inito proelio, cum Magone effugerũt.
Hanno, alter imperator, cum eis qui poſtremi iam profligato proelio aduenerant, uiuus ca-
pitur. Magonem fugientem equitatus ferme omnis, & quod ueterum peditum erat ſecu-
B ti, decimo die in Gaditanam prouinciam ad Haſdrubalem peruenerunt. Celtiberi, nouus
miles, in proximas dilapſi ſiluas, inde domos diffugerunt. Peropportuna uictoria nequa-
quam tantum iam conflatum bellum, quanta futuri materia belli, ſi licuiſſet, in Celtibero-
rum gente excita, & alios ad arma ſollicitare populos, oppreſſerat. Itaque collaudato be
nigne Silano, Scipio ſpem debellandi, ſi nihil iam ipſe cunctando moratus eſſet, nactus,
ad id quod reliquum belli erat, in ultimã Hiſpaniam aduerſus Haſdrubalem pergit. Poe-
nus cum caſtra ſua forte in Baetica ad ſociorum animos continendos in fide haberet: ſignis
repente ſublatis, fugae magis, quam itineris, modo, penitus ad Oceanum & Gades du-
cit. Ceterum quoad continuiſſet exercitum, propoſitum fore ſe bello ratus, antequam
freto Gades tranſijceret, exercitum omnem paſſim in ciuitates dimiſit: ut & muris ſe ipſi,
& armis muros tutarentur. Scipio ubi animaduertit diſſipatum paſſim bellum: & circum-
C ferre ad ſingulas urbes arma, diutini magis, quam magni, eſſe operis: retro uertit iter. ne
tamen hoſtibus eam relinqueret regionem, L. Scipionem fratrem cum decem millibus pe
ditum, & mille equitum ad oppugnandam opulentiſſimam in ijs locis urbem (Oringin
barbari appellant) mittit. ſita in Meleſſum finibus eſt, Hiſpanae gentis, ager frugifer: ar-
gẽtum etiam incolae fodiũt. Ea arx fuit Haſdrubali ad excurſiones circa in mediterraneos
populos faciendas. Scipio, caſtris prope urbem poſitis, prius, quam circumuallaret ur-
bem, miſit ad portas, qui ex propinquo alloquio animos tentarent: ſuaderentque, ut ami-
citiam potius, quam uim, experirentur Romanorum. Vbi nihil pacati reſpondebatur, foſ-
ſa dupliciq. uallo circumdata urbe, in tres partes exercitum diuidit: ut una ſemper pars,
quietis interim duabus, oppugnaret. Prima pars cum adorta oppugnare eſt, atrox ſane
& anceps proelium fuit. non ſubire, non ſcalas ferre ad muros prae incidentibus telis faci-
D le erat. & iam qui erexerant ad murum ſcalas, alij furcis ad idipſum factis detrudebantur:
in alios lupi ſuperne ferrei iniecti, ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraheren-
tur. Quod ubi animaduertit Scipio, nimia paucitate ſuorum exaequatum certamen eſſe:
& iam eo ſuperare hoſtem, quod ex muro pugnaret: duabus ſimul partibus, prima rece-
pta, urbem eſt aggreſſus. Quae res tantum pauoris iniecit feſſis iam cum primis pugnan-
do, ut & opidani moenia repentina fuga deſererent: & Punicum praeſidium metu, ne pro-
dita urbs eſſet, relictis ſtationibus in unum locum ſe colligeret. Timor inde opidanos in
ceſſit, ne, ſi hoſtis urbem intraſſet, ſine diſcrimine, Poenus an Hiſpanus eſſet, obuij paſsim
caederentur. itaque patefacta repente porta, frequentes ex opido ſeſe eiecerunt, ſcuta prae
ſe tenentes, ne tela procul conijcerentur, dextras nudas oſtentantes, ut gladios abieciſſe
appareret. Id utrum parum ex interuallo ſit conſpectum, an dolus aliquis ſuſpectus fuerit,
E incompertum eſt. Impetus hoſtilis in tranſfugas factus: nec ſecus, quam aduerſa acies,
caeſi: eademq. porta ſigna infeſta urbi illata. & alijs partibus ſecuribus dolabriſq. caede-
bantur & refringebantur portae. & ut quiſque intrauerat eques: ad forum occupandũ (ita
enim praeceptum erat) citato equo pergebat. additum erat & triariorũ equiti praeſidiũ.
legionarij ceteram partem urbis peruadunt direptione & caede obuiorum, niſi qui armis
ſe tuebantur. Carthaginienſes omnes in cuſtodiam dati ſunt: opidanorum quoque
CCC ferme, qui clauſerant portas: ceteris traditum opidum, ſuae redditae res. Ce-
cidere in urbis eius oppugnatione hoſtium duo millia ferme, Romanorum haud plus XC.
Laeta & ipſis qui rem geſſere, urbis eius oppugnatio fuit: & imperatori, ceteroq. exerci-
tui. Speciosum aduentũ ſuum, ingentem turbam captiuorum prae ſe agentes, fecerunt. Sci

pio, collaudato fratre, cum, quanto poterat uerborum honore, Carthagini ab ſe captae, F
captam ab eo Oringin aequaſſet: quia & hiems inſtabat, ut nec tentare Gades, nec diſiectũ
paſſim per prouinciam exercitum Haſdrubalis conſectari poſſet: in citeriorem Hiſpaniam
recipit exercitum: dimiſſiſq. in hiberna legionibus, L. Scipione fratre Romam miſſo, &
Hannone hoſtium imperatore, ceteriſque nobilibus captiuis, ipſe Tarraconem conceſsit.
Eodem anno claſsis Romana M. Valerio Laeuino proconſule ex Sicilia in Africam tranſ-
miſſa, in Vticenſi Carthaginienſiq. agro late populationes fecit. extremis finibus Cartha-
ginienſium, circa ipſa moenia Vticae praedae actae ſunt. Repetentibus Siciliã, claſsis Puni
ca (ſeptuaginta erant longae naues) occurrit. decem & ſeptẽ naues ex ijs captae ſunt: quat-
tuor in alto merſae: cetera fuſa ac fugata claſsis. Terra mariq. uictor Romanus cum ma-
gna omnis generis praeda Lilybaeum repetit. Toto inde mari pulſis hoſtium nauibus, ma-
gni commeatus frumenti Romam ſubuecti. Principio aeſtatis eius, qua haec ſunt geſta, P. G
Sulpicius proconſul, & Attalus rex, cum Aeginae (ſicut ante dictum eſt) hibernaſſent:
Lemnum inde claſſe iuncta, Romanae V & XX quinqueremes, regiae V & XXX tranſmiſe-
runt. Et Philippus, ut, ſeu terra ſeu mari obuiam eundum hoſti foret, paratus ad omnes
conatus eſſet, ipſe Demetriadem ad mare deſcendit: Lariſſam diem ad conueniendum ex
ercitui edixit. Vndique ab ſocijs legationes Demetriadem ad famam regis conuenerunt.
Suſtulerant enim animos Aetoli, cum ab Romana ſocietate, tum poſt Attali aduentum:
finitimoſq. depopulabantur. nec Acarnanes ſolum Boeotique, & qui Euboeam incolunt,
in magno metu erant: ſed Achaei quoque, quos ſuper Aetolicum bellum Machanidas et-
iã, Lacedaemonius tyrannus, haud procul Argiuorũ fine poſitis caſtris terrebat. Hi omnes,
ſuis quiſque urbibus, quae pericula terra mariq. portenderentur, memorantes, auxilia re-
gem orabant. Ne ex regno quidem ipſius tranquillae nunciabantur res: & Scerdiletum H
Pleuratumq. motos eſſe, & Thracum maxime Maedos, ſi quod longinquum bellum regem
occupaſſet, proxima Macedoniae incurſuros. Boeoti quidẽ ipſi, & interiores Graeciae po-
puli, Thermopylarum ſaltus, ubi anguſtae fauces coartant iter, foſſa ualloq. intercludi ab
Aetolis, nunciarant, ne tranſitum ad ſociorum urbes tuendas Philippo darent. Vel ſegnem
ducem tot excitare tumultus circumfuſi poterant. Legationes dimittit: pollicitus, prout
tempus ac res ſineret, omnibus laturum auxilium. in praeſentia, quae maxime urgebant,
res pararent. Tum Peparethum praeſidium urbi mittit, unde allatum erat, Attalum ab Le-
mno claſſe tranſmiſſa omnẽ circa urbem agrum depopulatum. Polyphantem cum modica
manu in Boeotiam, Menippum item quendam ex regijs ducibus cum mille peltatis (pelta
cetrae haud diſsimilis eſt) Chalcidem mittit. additi quingenti Agrianũ: ut omnes inſulae
partes tueri poſſent. ipſe Scotuſam eſt profectus: eodemq. ab Lariſſa Macedonũ copias I
tranſduci iuſsit. Eo nunciatum eſt, concilium Aetolis Heracleam indictum: regemq. Atta
lum ad conſultandum de ſumma belli uenturum. Hunc conuentum, ut turbaret ſubito ad-
uentu, magnis itineribus Heracleam duxit: & concilio quidem dimiſſo iam uenit: ſegeti-
bus tamẽ, quae iam prope maturitatẽ erant, maxime in ſinu Aeniano euaſtatis, Scotuſam
copias reducit. ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem ſeſe recipit.
Inde ut ad omnes hoſtium motus poſſet occurrere: etiam in Phocidem, atque Euboeam
& Peparethum mittit, qui loca alta eligerent, unde editi ignes apparerent. ipſe in Tiſaeo
(mons eſt in altitudinem ingentem cacuminis editi) ſpeculam poſuit: ut ignibus procul
ſublatis, ſignum, ubi quid molirentur hoſtes, momento temporis acciperet. Romanus
imperator, & Attalus rex a Peparetho Nicaeam tranſiecerunt. inde claſſem in Euboeam in
urbem Oreum tranſmittunt: quae ab Demetriaco ſinu Chalcidem & Euripum petenti ad K
laeuam prima urbium Euboeae poſita eſt. Ita inter Attalum ac Sulpicium conuenit, ut Ro
mani a mari, regij a terra oppugnarent. Quattriduo poſtquam appulſa claſsis eſt, urbem ag
greſsi ſunt. Id tempus occultis cũ Platore, qui a Philippo praepoſitus urbi erat, colloquijs
abſumptum eſt. Duas arces urbs habet: unam imminentem mari: altera urbis medio eſt:
cuniculo inde uia ad mare ducit, quam a mari turris quinque tabulatorum, egregium
propugnaculum, claudebat. Ibi primo atrociſsimum contractum eſt certamen, & tur-
re inſtructa omni genere telorum, & tormentis machiniſque ad oppugnandam eam ex
nauibus expoſitis. Cum omnium animos oculoſque id certamen auertiſſet: porta ma-
ritimae arcis Plator Romanos accepit: momentoq. arx occupata eſt. Opidani pulſi inde
in

A in mediam urbem ad alteram tendere arcem. Et ibi poſiti erant, qui fores portae obijce-
rent. ita excluſi in medio caeduntur, capiunturque. Macedonum praeſidium conglobatū
ſub arcis muro ſtetit, nec fuga effuſe petita, nec pertinaciter proelio inito. Eos Plator, ue-
nia a Sulpicio impetrata, in naues impoſitos ad Demetrium Phthiotidis expoſuit: ipſe ad
Attalum ſe recepit. Sulpicius tam facili ad Oreum ſucceſſu elatus, Chalcidem inde proti-
nus uictrici claſſe petit. ubi haudquaquam ad ſpem euentus reſpondit. Ex patenti utrim-
que coactum in anguſtias mare, ut ſpeciem intuenti primo gemini portus in ora duo uerſi
praebuerit: ſed haud facile alia infeſtior claſſi ſtatio eſt. nam & uenti ab utriuſq. terrae prae
altis montibus ſubiti ac procelloſi decidunt: & fretum ipſum Euripi non ſepties in die, ſic-
ut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat: ſed temere in modum uenti nunc huc nunc il-
luc uerſo mari, uelut mõte praecipiti deuolutus torrẽs, rapitur. ita nec nocte nec die quies
B nauibus datur. Cum claſſem tam infeſta ſtatio accepit: tum & opidum alia parte clau-
ſum mari, alia a terra egregie munitum, praeſidioq. ualido firmatum, & praecipue fide prae
fectorũ principumque, quae fluxa & uana apud Oreum fuerat, ſtabile atque inexpugnabi-
le fuit. Id prudenter, ut in temere ſuſcepta re, Romanus fecit: quod circumſpectis difficulta
tibus, ne fruſtra tempus tereret, celeriter abſtitit incepto: claſſemq. inde ad Cynum Lo-
cridis (emporium id eſt Opuntiorum urbis mille paſſuum a mari ſitae) tranſiecit. Philippũ
& ignes ab Oreo editi monuerant, ſed ſerius Platoris fraude e ſpecula elati: & impari ma-
ritimis uiribus haud facilis erat in inſulam claſſi acceſſus. Ita res per cunctationem omiſ-
ſa. Ad Chalcidis auxilium ubi ſignum accepit, impigre eſt motus. nã & ipſa Chalcis quam-
quam eiuſdem inſulae urbs eſt, tamen adeo arto interſcinditur freto, ut ponte continenti
iungatur, terra aditum faciliorem, quam mari habeat. igitur Philippus deiecto praeſidio,
C fuſis Aetolis, qui ſaltum Thermopylarum inſidebant, cum ab Demetriade Scotuſam, inde
tertia uigilia profectus trepidos hoſtes Heracleam compuliſſet, ipſe uno die Phocidis Ela-
tiam millia amplius LX contendit. Eodem ferme die ab Attalo rege Opuntiorum urbs ca-
pta diripiebatur. conceſſerat eam praedam regi Sulpicius, quia Oreum paucos ante dies
ab Romano milite, expertibus regijs, direptum fuerat, Romana claſſis Oreum ſeſe recepe-
rat, & Attalus ignarus aduentus Philippi, pecunijs a principibus exigendis terebat tem-
pus. adeoq. improuiſa res fuit, ut, niſi Cretenſium quidam forte pabulatum ab urbe lon-
gius progreſſi agmen hoſtium procul conſpexiſſent, opprimi potuerit. Attalus inermis, at-
que incompoſitus, curſu effuſo mare ac naues petit. & molientibus ab terra naues Philip-
pus ſuperuenit, metumq. etiam ex terra nauticis praebuit. inde Opuntem redijt, deos ho-
mineſque accuſans, quod tantae rei fortunam ex oculis prope raptam amiſiſſet. Opuntij
D quoque ab eadem ira increpiti, quod, cum trahere obſidionem in aduentum ſuum potuiſ-
ſent, uiſo ſtatim hoſte prope in uoluntariam deditionem conceſſiſſent. Compoſitis circa
Opuntem rebus, Thronium eſt profectus. Et Attalus primo Oreum ſe recepit. inde cum
fama accidiſſet, Pruſiam Bithyniae regem in fines regni ſui tranſgreſſum, omiſſis Romanis
rebus, atque Aetolico bello, in Aſiam tranſiecit. Et Sulpicius Aeginam claſſem recipit, un-
de initio ueris profectus erat. Haud maiore certamine, quam Opuntem Attalus ceperat,
Philippus Thronium cepit. Incolebant urbem eam profugi ab Thebis Phthioticis. urbe
ſua capta a Philippo, cum in fidem Aetolorum perueniſſent ſedem eis Aetoli eam dede-
rant, urbis uaſtae ac deſertae priore eiuſdem Philippi bello. Tum ab Thronio, ſicut paullo
ante dictum eſt, recepta profectus, Tritonon, & Drumias, Doridis parua, atque ignobilia
opida cepit. inde Elatiam, iuſſis ibi ſe opperiri Ptolemaei Rhodiorumq. legatis, uenit.
E ubi cum de finiendo Aetolico bello ageretur, (affuerant enim legati nuper Heracleae con
cilio Romanorum Aetolorumq.) nuncius affertur, Machanidam olympiorum ſollemne lu
dicrum parantes Eleos aggredi ſtatuiſſe. Praeuertendum id ratus, legatis cum benigno re-
ſponſo dimiſſis: ſe neque cauſſam eius belli fuiſſe: nec moram, ſi modo aequa & honeſta
condicione liceat, paci facturum: cum expedito agmine profectus per Boeotiã Megaram,
atque inde Corinthum deſcendit. unde commeatibus ſumptis, Phliunta Pheneumq. pe-
tit. & iam cum Heraeam ueniſſet, audito Machanidam fama aduentus ſui territũ refugiſ-
ſe Lacedaemonem, Aegium ſe ad concilium Achaeorum recepit: ſimul claſſem Punicam,
ut mari quoque aliquid poſſet, accitam, ibi ratus ſe inuenturũ. Paucis ante diebus in Pho-
ceas tranſiecerant Poeni: inde portus Acarnanũ petierant, cum ab Oreo profectum Atta-

lum Romanoſq. audiſſent, ueriti, ne in ſe iretur, & intra Rhium (fauces eae ſunt Corinthij F
ſinus) opprimerentur. Philippus maerebat quidem, & angebatur, cũ ad omnia ipſe raptim
iſſet, nulli tamen ſe rei in tempore occurriſſe, & rapientem omnia ex oculis eluſiſſe celeri-
tatem ſuam fortunam. In concilio tamen, diſſimulans aegritudinem, elato animo diſſeruit:
teſtatus deos homineſque, ſe nulli loco nec tempori defuiſſe, quin, ubi hoſtium arma con-
crepuiſſent, eo, quanta maxima poſſet celeritate, contenderet, ſed uix rationem iniri poſ-
ſe, utrum ab ſe audacius, an fugacius ab hoſtibus geratur bellum. ſic ab Opunte Attalum,
ſic Sulpicium a Chalcide, ſic his ipſis diebus Machanidam e manibus ſuis elapſum. Sed
non ſemper felicem eſſe fugam: nec pro difficili id bellum habendum, in quo, ſi modo
congreſſus cum hoſte ſis, uiceris. quod primum eſſet, confeſſionem ſe hoſtium habere,
nequaquam pares eſſe eos. breui & uictoriam haud dubiam habiturum: nec meliore euen
tu eos ſecum, quam ſpe, pugnaturos. Laeti regem ſocij audierunt. Reddidit inde Achaeis G
Heraeam & Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod ſuorum ius eſſe finium
ſatis probabant, reſtituit. inde nauibus acceptis ab Achaeis, (erant autem tres quadrire-
mes, & biremes totidem) Anticyram tranſiecit, inde quinqueremibus ſeptem, & lembis ui
ginti amplius, quos ut adiungeret Carthaginienſium claſſi, miſerat in Corinthium ſuum,
profectus, ad Erythras Aetolorum, quae prope Eupalium ſunt, exſcenſionem fecit. Haud
fefellit Aetolos. nam hominum quod aut in agris, aut in propinquis caſtellis Potidaniae
Apolloniae fuit, in ſiluas, monteſq. refugit. Pecora, quae inter feſtinationẽ abigi nequi-
uerãt, ſunt direpta, & in naues compulſa. Cum his, ceteraq. praeda Nicia praetore Achaeo
rum Aegium miſſo, cum Corinthum petiſſet, pedeſtres inde copias per Boeotiam terra du
ci iuſſit. ipſe a Cenchreis praeter Atticen ſuper Sunium nauigans, inter medias prope ho-
ſtium claſſes Chalcidem peruenit. inde collaudata fide ac uirtute, quod neque timor ne- H
que ſpes flexiſſent eorum animos, hortatuſq. in poſterum, ut eadem conſtantia permane-
rent in ſocietate, ſi ſuam, quam Oritanorum, atque Opuntiorum, fortunam mallent, ab
Chalcide Oreum nauigat. principumq. iis, qui fugere capta urbe, quam ſe Romanis trade-
re, maluerant, ſumma rerum & cuſtodia urbis permiſſa, ipſe Demetriadem ab Euboea, un-
de primo ad opem ferendam ſocijs profectus erat, trãiecit. Caſſandreae deinde centũ na-
uium longarum carinis poſitis, contractaq. ad effectum eius operis multitudine fabrorum
naualium, quia res in Graecia tranquillas & profectio Attali fecerat, & in tempore laborã
tibus ſocijs latum ab ſe auxilium, retro in regnum conceſſit, ut Dardanis bellum inferret.
Extremo aeſtatis eius, qua haec in Graecia ſunt geſta, cum Q. Fabius Maximus, pater, lega
tus ab M. Liuio conſule Romam ad ſenatum miſſus, nunciaſſet, conſulem ſatis praeſidij
Galliae prouinciae credere L. Porcium cum ſuis legionibus eſſe, decedere ſe inde, ac dedu I
ci exercitum conſularem poſſe: patres non M. Liuium tantum redire ad urbem, ſed colle-
gam quoque eius C. Claudium iuſſerunt. Id modo in decreto interfuit, quod M. Liuij ex-
ercitum reduci, Neronis legiones Hannibali oppoſitas manere in prouincia iuſſerunt. In-
ter conſules ita per litteras conuenit, ut, quemadmodum uno animo rem geſſiſſent, ita, quã
quam ex diuerſis regionibus conuenirent, uno tempore ad urbem accederent. Praeneſte
qui prior ueniſſet, collegam ibi operiri iuſſus. Forte ita euenit, ut eodem die ambo Praene-
ſte uenirent. inde praemiſſo edicto, ut triduo poſt frequens ſenatus ad aedẽ Bellonae adeſ-
ſet, omni multitudine obuiam effuſa ad urbem acceſſere. Non ſalutabant modo uniuerſi,
circumfuſi, ſed contingere pro ſe quiſque uictrices dextras conſulum cupientes, alij gra-
tulabantur, alij gratias agebant, quod eorum opera incolumis reſpublica eſſet. In ſenatu K
cum, more omnium imperatorum expoſitis rebus ab ſe geſtis, poſtulaſſent, ut pro repu-
blica fortiter feliciterq. adminiſtrata, & dijs immortalibus haberetur honos, & ipſis trium
phantibus urbem inire liceret: ſe uero ea, quae poſtularent, decernere patres merito deo-
rum primum, dein ſecundum deos conſulum, reſponderunt, & ſupplicationem amborum
nomine, & triumphum utrique decreuerunt. Inter ipſos, ne, cum bellum communi animo
geſſiſſent, triumphum ſepararent, ita conuenit: quoniam in prouincia M. Liuij res geſta
eſſet, & eo die, quo pugnatum foret, eius forte auſpicium fuiſſet; exercitus Liuianus de-
ductus Romam ueniſſet, Neronis de prouincia deduci non potuiſſe: ut M. Liuium quadri- L
gis urbem ineuntem milites ſequerẽtur, C. Claudius equo ſine militibus inueheretur. Ita
conſociatus triumphus, cum utrique, tum magis ei, qui, quantum merito anteibat, tantum

honore

A honore collegae ceſſerat,gloriam auxit. Illum equites aiebant ſex dierum ſpatio tranſcur-
riſſe longintudinẽ Italiae:& eo die cum Haſdrubale in Gallia ſignis collatis pugnaſſe,quo
cum caſtra aduerſus ſeſe in Apulia poſita habere Hannibal crediſſet. ita unum conſulem
pro utraque parte Italiae aduerſus duos duces, duos imperatores, hinc conſilium ſuum,
hinc corpus oppoſuiſſe. nomen Neronis ſatis fuiſſe ad continendum caſtris Hannibalem:
Haſdrubalem uero qua alia re,quam aduentu eius,obrutum atque exſtinctum eſſe?Itaque
iret alter conſul ſublimis curru multijugis,ſi uellet,equis:uno equo per urbem uerum triũ-
phum uehi: Neronemque, etiam ſi pedes incedat,uel parto eo bello, uel ſpreto eo trium-
pho gloria,memorabilem fore.Hi ſermones ſpectantium Neronem uſque in Capitolium
proſecuti ſunt. Pecuniae in aerarium tulerunt ſeſtertium tricies [illegible] milia aeris.
militibus M.Liuius quinquagenos ſenos aſſes diuiſit. tantundem C. Claudius abſentibus
B militibus ſuis eſt pollicitus cum ad exercitum rediſſet. Notatum eo die plura carmina
militaribus iocis in C.Claudium, quam in conſulem ſuum, iactata. equites L.Veturium
& Q. Caecilium legatos magnis tuliſſe laudibus: hortatoſq. eſſe plebem, ut eos conſules
in proximum annum crearent. adieciſſe equitum praerogatiuae auctoritatem conſules,
poſtero die in concione,quam forti fideliq. duorum praecipue legatorum opera uſi eſſent,
commemorantes. Cum comitiorum tempus appeteret, & per dictatorem comitia haberi
placuiſſet,C.Claudius conſul M.Liuium collegam dictatorem dixit, Liuius Q.Caecilium
magiſtrum equitum. A M.Liuio dictatore creati conſules L.Veturius,Q.Caecilius,is ipſe
qui tum erat magiſter equitum. Inde praetorum comitia habita. Creati C. Seruilius,M.
Caecilius Metellus,Ti.Claudius Aſellus,Q.Mamilius Turrinus, qui tũ aedilis plebis erat.
Comitijs perfectis,dictator magiſtratu abdicato,dimiſſoq. exercitu, in Etruriam prouin-
C ciam ex ſenatus conſulto eſt profectus ad quaeſtiones habendas, qui Etruſcorum Vmbro
rum ue populi defectionis ab Romanis ad Haſdrubalem ſub aduentum eius cõſilia agitaſ-
ſent,quiq. eum auxilijs aut commeatu,aut ope aliqua iuuiſſent. Haec eo anno domi mi-
litiaeq. geſta. Ludi Romani ter toti inſtaurati ab aedilibus curulib. Cn.Seruilio Caepione,
Ser. Cornelio Lentulo. Itẽ ludi plebeij ſemel toti inſtaurati ab aedilibus pleb. M. Pom-
ponio Mathone,& Q.Mamilio Turrino. Tertiodecimo anno Punici belli,L.Veturio Phi-
lone & Q. Caecilio Metello conſulibus, Bruttij, ambobus, & ut cum Hannibale bellum
gererent, prouincia decreta. Praetores exinde ſortiti ſunt, M. Caecilius Metellus urba-
nam,Q.Mamilius peregrinam,C.Seruilius Siciliam,Ti.Claudius Sardiniam. Exercitus ita
diuiſi; cõſulũ alteri,quẽ C.Claudius,anni prioris cõſul,alteri,quẽ Q.Claudius propraetor
(eae binae legiones erãt)habuiſſet exercitũ:in Etruria duas uolonum legiones a C. Teren
D tio propraetore M.Liuius proconſul,cui prorogatũ in annũ imperium erat,acciperet,& Q.
Mamilio ut collegae iuriſdictione tradita, Galliam cũ exercitu, cui L. Porcius propraetor
praefuerat, obtineret, decretum eſt, iuſſuſque populari agros Gallorum,qui ad Poenos
ſub aduentum Haſdrubalis defeciſſent. C. Seruilio cum Cannenſibus duabus legionibus,
ſicut C.Manilius tenuerat,Sicilia tuẽda data.Ex Sardinia uetus exercitus,cui A.Hoſtilius
praefuerat,deportatus. nouam legionẽ,quam Ti.Claudius trãſiiceret ſecum,cõſules con-
ſcripſerunt.Q. Claudio ut Tarentum, C. Hoſtilio Tubulo ut Capuam prouinciam habe-
ret, prorogatum in annum imperium eſt. M. Valerius proconſul, qui tuendae circa Sici-
liã maritimae orae praefuerat,XXX nauibus C.Seruilio traditis, cũ cetera omni claſſe red
ire ad urbem iuſſus. In ciuitate tanto diſcrimine belli ſollicita, cum omnium ſecundorum
aduerſorumq. cauſſas in deos uerterent, multa prodigia nunciabantur: Tarracinae Iouis
E aedem,Satrici matris Matutae de caelo tactam. Satricanos haud minus terrebant in aedẽ
Iouis foribus ipſis duo prolapſi angues. Ab Antio nunciatum eſt,cruentas ſpicas metenti-
bus uiſas eſſe. Caere porcus biceps,& agnus mas idemque femina natus erat. Et Albae
duos ſoles uiſos referebant,& nocte Fregellis lucem obortam.Et bos in agro Romano lo-
cutus,& ara Neptuni multo ſudore manaſſe in circo Flaminio dicebatur,& aedes Cereris,
Salutis,Quirini,de caelo tactae.Prodigia cõſules hoſtijs maioribus procurare iuſſi,& ſup-
plicationem in unum diem habere. Ea ex ſenatuſconſulto facta. Plus omnibus aut nun-
ciatis peregre,aut uiſis domi prodigijs,terruit animos hominũ ignis in aede Veſtae exſtin-
ctus.ob quam cauſſam caeſa flagris eſt Veſtalis, cuius cuſtodia noctis eius fuerat, iuſſu P.
Licinij pontificis. Id,quamquam nihil portendentibus deis,ceterum negligentia huma-
na

na acciderat, tamen & hoſtijs maioribus procurari, & ſupplicationem ad Veſtae haberi placuit. Priuſquam proficiſcerentur conſules ad bellum, admoniti ab ſenatu ſunt, ut in agros reducendae plebis curam haberent, deum benignitate ſummotum bellum ab urbe Roma & Latio eſſe: & poſſe ſine metu in agris habitari. minime conuenire, Siciliae, quam Italiae, colendae maiorem curam eſſe. Sed res haudquaquā erat populo facilis, & liberis cultoribus bello abſumptis, & inopia ſeruitiorum, & pecore direpto, uillisq. dirutis aut incenſis: magna tamen pars auctoritate conſulum compulſa in agros remigrauit. Mouerant autem huiuſce rei mentionem Placentinorum & Cremonenſium legati, querentes, agrum ſuum ab accolis Gallis incurſari ac uaſtari: magnamque partem colonorum ſuorū dilapſam eſſe: [redacted]quentes ſe urbes, agrum uaſtum ac deſertum habere. Mamilio praetori mandatum, ut colonias ab hoſte tueretur, conſules ex S.C. edixerunt, ut, qui ciues Cremonenſes atque Placentini eſſent, ante certam diem in colonias reuerterentur. G principio deinde ueris & ipſi ad bellum profecti ſunt. Q. Caecilius conſul exercitum ab C. Nerone, L. Veturius ab Q. Claudio propraetore accepit, nouiſq. militibus, quos ipſe conſcripſerat, ſuppleuit. In Conſentinum agrum conſules exercitum eduxerunt, paſſimque depopulati, cum agmen iam graue praeda eſſet, in ſaltu anguſto a Bruttijs iaculatoribus diſturbati ſunt, ita ut non praeda tantum, ſed armati quoque in periculo fuerint. maior tamen tumultus, quam pugna, fuit: & praemiſſa praeda, incolumes legiones in loca tuta euaſere. inde in Lucanos profecti. Ea ſine certamine tota gens in ditionem populi Romani redijt. Cum Hannibale nihil eo anno rei geſtum eſt. nam neque ipſe ſe obtulit in tam recenti uulnere publico priuatoque, neque laceſſierunt quietum Romani. tantam ineſſe uim, etſi omnia alia circa eum ruerent, in uno illo duce cenſebant. Ac neſcio, an mirabilior fuerit aduerſis, quam ſecundis rebus: quippe qui cum & in hoſtium terra per annos H tredecim, tam procul ab domo, uaria fortuna bellum gereret exercitu non ſuo ciuili, ſed miſto ex colluuione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia ueſtis, alia arma, alij ritus, alia ſacra, alij prope dij eſſent: ita quo[redacted]dam [redacted] uinculo copulauerit eos, ut nulla nec inter ipſos, nec aduerſus ducem ſeditio exſtiterit, cum & pecunia ſaepe in ſtipendium, & cōmeatus in hoſtium agro deeſſent: quorum inopia priore Punico bello multa infanda inter duces militeſque commiſſa fuerant. Poſt Haſdrubalis uero exercitum cum duce, in quibus ſpes omnis repoſita uictoriae fuerat, deletum, cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia conceſſum, cui non uideatur mirabile, nullum motum in caſtris factum? nam ad cetera id quoque acceſſerat, ut ne alendi quidem exercitus, niſi ex Bruttio agro ſpes eſſet. qui ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat: tum magnam partem iuuentutis abſtractam a cultu agrorum bellum occupauerat, & mos uitio etiam inſitus genti [redacted] latrocinia militiam exercendi. nec ab domo quidquam mittebatur, de Hiſpania retinenda ſollicitis, tamquam omnia proſpera in Italia eſſent. In Hiſpania res quadam ex parte eandem fortunam, quadam longe diſparem habebant: eādem, quod proelio uicti Carthaginienſes duce amiſſo, in ultimam Hiſpaniae oram uſque ad Oceanum compulſi erant: diſparem autem, quod Hiſpania non, quam Italia modo, ſed quam ulla pars terrarum bello reparando aptior erat locorum hominumq. ingenijs. Ita ergo prima Romanis inita prouinciarum, quae quidem continentis ſint, poſtrema omnium noſtra demum aetate ductu auſpicioq. Auguſti Caeſaris perdomita eſt. Ibi tū Haſdrubal Giſgonis filius, maximus clariſſimuſq. eo bello ſecundum Barchinos dux, regreſſus ab Gadibus, rebellandi ſpem adiuuante Magone Hamilcaris filio, delectibus per ulteriorem Hiſpaniam habitis, ad quinquaginta millia peditum, & quattuor millia & quingentos equites armauit. De equeſtribus copijs ferme K inter auctores conuenit. peditum LXX millia quidam adducta ad Silpiam urbem ſcribunt. Ibi ſuper campos patentes duo duces Poeni ea mente, ne detrectarent certamen, conſederunt. Scipio, cum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata eſſet, neque Romanis legionibus tantae ſe parem fore multitudini ratus, ut non in ſpeciem ſaltem opponerentur barbarorum auxilia: neque in ijs tamen tantum uirium ponendum, ut mutando fidem, quae cladis cauſſa fuiſſet patri patruoque, magnum momentū facerent: praemiſſo Silano ad Colcam duodetriginta opidis regnantem, ut equites pediteſque ab eo, quos ſe per hiemem conſcripturum pollicitus erat, acciperet: ipſe a Tarracone profectus, protinus

ab

A ab ſocijs qui accolunt uiam,modica contrahendo auxilia, Caſtulonem peruenit. Eo adducta ab Silano auxilia, tria millia peditum, & quingenti equites. Inde ad Baeculam urbem proceſſum cum omni exercitu ciuium,ſociorum,peditum equitumque V & XL millibus. Caſtra ponentes eos Mago & Maſſaniſa cum omni equitatu aggreſſi ſunt. turbaſſentque munientes,ni abditi poſt tumulum,opportune ad id poſiti ab Scipione equites in prouiſo in effuſos incurriſſent. hi promptiſſimum quemque, & proxime uallum, atque in ipſos munitores primum inuectum uixdum proelio inito fuderunt.cum ceteris, qui ſub ſignis atque ordine agminis inceſſerant,longior & diu ambigua pugna fuit: ſed cum ab ſtationibus primum expeditae cohortes,deinde ex opere deducti milites, atque arma capere iuſſi plures & uſque integri feſſis ſubirent, magnumque iam agmen armatorum a caſtris in proelium rueret,terga haud dubie uertũt Poeni Numidaeque.Et primo, turmatim abibãt,

B nihil propter pauorem feſtinationem ue confuſis ordinibus: dein poſtquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque ſuſtineri impetus poterat, nihil iam ordinum memores, paſſim qua cuique proximum fuit,in fugam effunduntur.& quamquam eo proelio aliquãtum & Romanis aucti,& deminuti hoſtibus animi erant: tamen numquam per aliquot inſequentes dies ab excurſionibus equitum leuiſq.armaturae ceſſatum eſt.Vbi ſatis tentatae per haec leuia certamina uires ſunt,prior Haſdrubal in aciem copias eduxit: deinde & Romani proceſſere. ſed utraque acies pro uallo ſtetit inſtructa. & cum ab neutris pugna coepta eſſet,iam die ad occaſum inclinante,a Poeno prius,deinde ab Romano in caſtra copiae reductae.Hoc idem per dies aliquot factum.prior ſemper Poenus copias caſtris educebat, prior feſſis ſtando ſignum receptui dabat. ab neutra parte procurſum, telum ue miſſum, aut uox ulla orta. mediam aciem hinc Romani,illinc Carthaginienſes miſti Afris, cornua

C ſocij tenebant. erant autem utrimque Hiſpani pro cornibus.ante Punicam aciem elephanti caſtellorum procul ſpeciem praebebant.Iam hoc in utriſque caſtris ſermonis erat, ita ut inſtructi ſtetiſſent, pugnaturos. medias acies, Romanum Poenumque, quos inter belli cauſſa eſſet,pari robore animorum armorumque concurſuras. Scipio, ubi haec obſtinate credita animaduertit,omnia de induſtria in eum diem quo pugnaturus erat,mutauit. Teſſeram ueſperi per caſtra dedit, ut ante lucem uiri equique pranſi eſſent,armatus eques frenatos ſtratosq. teneret equos. Vixdum ſatis certa luce equitatum omnem cum leui armatura in ſtationes Punicas immiſit.inde confeſtim ipſe cum graui agmine legionum procedit,praeter opinionem deſtinatam ſuorum hoſtiũque,Romano milite cornibus firmatis, ſocijs in mediam aciem acceptis. Haſdrubal clamore equitum excitatus, ut ex tabernaculo proſiluit,tumultumq. ante uallum, & trepidationem ſuorum, & procul ſigna legionum

D fulgentia,plenoſq. hoſtium campos uidit, equitatum omnem extẽplo in equites emittit. ipſe cum peditum agmine caſtris egreditur: nec ex ordine ſolito quidquam acie inſtruenda mutat. Equitum iamdiu anceps pugna erat, nec ipſa per ſe decerni poterat, quia pulſis (quod prope inuicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat: ſed ubi iam haud plus quingentos paſſus acies inter ſeſe aberant,ſigno receptui dato,Scipio,patefactiſque ordinibus,equitatum omnem leuemq. armaturam in medium acceptam, diuiſamque in partes duas,in ſubſidijs poſt cornua locat. inde ubi incipiendae iam pugnae tempus erat, Hiſpanos (ea media acies fuit) preſſo gradu incedere iubet. ipſe e dextro cornu (ibi namque praeerat) nuncium ad Silanum & Marcium mittit, ut cornu extenderent in ſiniſtrã partẽ, quemadmodum ſe tendentem a dextra uidiſſent, & cum expeditis peditũ equitũq. prius pugnam cõſererent cum hoſte, quam coire inter ſe mediae acies poſſent. Ita diductis

E cornibus,cum ternis peditum cohortibus,terniſq.equitum turmis,ad hoc uelitibus,citato gradu in hoſtem ducebant, ſequentibus in obliquum alijs. Sinus in medio erat, quia ſegnius Hiſpanorum ſigna incedebant.& iam conflixerant cornua,cum quod roboris in acie hoſtium erat,Poeni ueterani Afriq. nondum ad teli coniectum ueniſſent,neque in cornua ut adiuuarent pugnantes,diſcurrere auderent,ne aperirent mediam aciem uenienti ex aduerſo hoſti.Cornua ancipiti proelio urgebantur. eques,leuiſque armatura,& uelites circũ ductis alis in latera incurrebant,cohortes a fronte urgebant, ut abrumperent cornua a cetera acie. Et cum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum quod turba lixarum tironumque Hiſpanorum Romano Latinoque militi obiecta erat. Et procedente iam die uires etiam deficere Haſdrubalis exercitum coeperant,oppreſſos matutino tumultu, coactoſque,

ctoſque, priuſquam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire. Ad id ſedulo diem F
extraxerat Scipio, ut ſera pugna eſſet: nam ab ſeptima demum hora peditum ſigna corni-
bus concurrerunt. ad medias acies aliquanto ſerius peruenit pugna, ita ut prius aeſtus a
meridiano ſole, laborq. ſtanti ſub armis, & ſimul fames ſitiſq. corpora afficerent, quam
manus cum hoſte conſererent. itaque ſteterunt ſcutis innixi. nam ſuper cetera elephanti
etiam tumultuoſo genere pugnae equitum uelitumq. & leuis armaturae conſternati, e cor
nibus in mediam aciem ſeſe intulerant. Feſsi igitur corporibus animiſq. retulere pedem,
ordines tamen ſeruantes haud ſecus, quam ſi imperio ducis cederet integra acies. Sed cũ
eo ipſo acrius, ubi inclinatam ſenſere, uictores ſe undique inueherent, nec facile impetus
ſuſtineri poſſet: quamquam retinebat obſiſtebatq. cedentibus Haſdrubal, ab tergo eſſe col
les tutumq. receptum, ſi modice ſe reciperent, clamitans: tamen uincente uerecundiam
metu, cum proximus quiſque hoſtem caederet, terga extemplo data, atque in fugam ſeſe G
omnes effuderunt. Ac primo conſiſtere ſigna in radicibus collium, ac reuocare in ordines
militem coeperant, cunctantibus in aduerſum collem erigere aciem Romanis. deinde ut
inferri impigre ſigna uiderunt, integrata fuga in caſtra pauidi compelluntur. Nec procul
uallo Romanus aberat. cepiſſetq. tanto impetu caſtra, ni ſe ex uehementi ſole, qualis in-
ter graues imbre nubes effulget, tanta uis aquae deieciſſet, ut uix in caſtra ſua receperit ſe
uictor. quoſdam etiam religio ceperit, ulterius quidquam eo die conandi. Carthaginien
ſes quamquam feſſos labore ac uulneribus, nox imberq. ad neceſſariam quietem uocabat:
tamen quia metus & periculum ceſſandi non dabat tempus, prima luce oppugnaturis ho-
ſtibus caſtra, ſaxis undique circa, ex propinquis uallibus congeſtis augent uallum, muni-
mento ſeſe, quando in armis parum praeſidij foret, defenſuri. Sed tranſitio ſociorum, fuga
ut tutior mora uideretur, fecit. principium defectionis ab Attane, regulo Turdetanorum, H
factum eſt. is cum magna popularium manu trãsfugit. inde duo munita opida cum prae
ſidijs tradita a praefectis Romano. Et ne latius, inclinatis ſemel ad defectionem animis,
ſerperet res, ſilentio proximae noctis Haſdrubal caſtra mouet. Scipio, ut prima luce, qui in
ſtationibus erant, retulerunt profectos hoſtes, praemiſſo equitatu ſigna ferri iubet. adeoq;
citato agmine ducti ſunt, ut, ſi uia recta ueſtigia ſequentes iſſent, haud dubie aſſecuturi fue
rint. ducibus eſt creditum, breuius aliud eſſe iter ad Baetim fluuium, ut tranſeuntes aggre-
derentur. Haſdrubal clauſo tranſitu fluminis ad Oceanũ flectit. & iã inde fugientiũ modo
effuſi abibant. idq. aliquantum ab legionibus Romanis interualli fecit. eques, leuiſq. ar-
matura nunc ab tergo, nunc ab lateribus occurrendo, fatigabat morabaturque: ſed cum
ad crebros tumultus ſigna conſiſterent & nunc equeſtria, nunc cum uelitibus auxilijſque
peditum proelia conſererent, ſuperuenerunt legiones. Inde non iam pugna, ſed trucidatio I
uelut pecorum fieri, donec ipſe dux fugae auctor in proximos colles cum ſeptem millibus
ferme ſemiermium euaſit. ceteri caeſi captique, caſtra tumultuaria raptim Poeni tumulo
editiſſimo communierunt. atque inde cum hoſtes nequidquam ſubire iniquo adſcenſu co
nati eſſent, haud difficulter ſeſe tutati ſunt. ſed obſidio in loco nudo atq. inopi uix in pau-
cos dies tolerabilis erat. itaque tranſitiones ad hoſtem fiebant. poſtremo ipſe dux, naui-
bus acceptis, (nec procul inde aberat mare) nocte relicto exercitu, Gades perfugit. Sci-
pio, fuga ducis hoſtium audita, decem millia peditum, mille equites relinquit Silano ad
caſtrorum obſidionem. ipſe cum ceteris copijs, ſeptuageſimis caſtris, protinus cauſſis re-
gulorum ciuitatumq. cognoſcendis, ut praemia ad ueram meritorũ aeſtimationem tribui
poſſent, Tarraconem redijt. Poſt profectionem eius Maſſaniſa cum Silano clam congreſ-
ſus, ut ad noua conſilia gentem quoque ſuam obedientem haberet, cum paucis populari- K
bus in Africam trãſiecit, nõ tam euidenti eo tempore ſubitae mutationis cauſſa, quã docu
mento poſt id tempus conſtantiſſimae ad ultimam ſenectam fidei, ne tum quidem eũ ſine
probabili cauſſa feciſſe. Mago inde, remiſſis ab Haſdrubale nauibus, Gades petit. Ceteri de
ſerti ab ducibus, pars trãſitione, pars fuga diſſipati ꝑ proximas ciuitates ſunt, nulla manus
numero aut uiribus inſignis. Hoc maxime modo, ductu atq. auſpicio P. Scipionis, pulſi Hi
ſpania Carthaginienſes ſunt duodecimo anno poſt bellum initum, quincto poſtquã P. Sci-
pio prouinciam & exercitũ accepit. Haud multo poſt Silanus debellatum referens, Tarra-
conem ad Scipionem redijt. L. Scipio cum multis nobilibus captiuis nuncius receptae Hi-
ſpaniae Romam eſt miſſus. Et cum ceteri laetitia gloriaq. ingenti eam rem uulgo ferrent,

unus

A unus qui geſſerat, inexplebilis uirtutis ueraeq. laudis, parium inſtar corū quae ſpe ac magnitudine animi concepiſſet, receptas Hiſpanias ducebat. iam Africam magnamque Carthaginem, & in ſuum decus nomenque uelut conſummatam eius belli gloriam ſpectabat. Itaque praemoliendas ibi ratus iam res, conciliandoſq. regum gentiumq. animos, Syphacem primum regem ſtatuit tentare. Maſaeſylorum is rex erat. Maſaeſyli gens affinis Mauris, regionem Hiſpaniae, maxime qua ſita Noua Carthago eſt, ſpectant. Foedus ea tempeſtate regi cum Carthanienſibus erat. quod haud grauius ei ſanctiuſque, quam uulgo barbaris, quibus ex fortuna pendet fides, ratus fore, oratorem ad eum C. Laelium cum donis mittit. Quibus barbarus laetus, & quia res tum proſperae ubique Romanis, Poenis in Italia aduerſae, in Hiſpania nullae iam erant, amicitiam ſe Romanorū accipere annuit. firmandae eius fidē nec dare nec accipere, niſi cum ipſo coram duce Romano. Ita Laelius in id modo

B fide ab rege accepta, tutum aduentum fore, ad Scipionem rediit. Magnum in omnia momentū Syphax affectanti res Africae erat, opulentiſſimus eius terrae rex, bello iā expertus ipſos Carthaginienſes, finibus etiam regni apte ad Hiſpaniam, quod freto exiguo dirimuntur, poſitis. Dignam itaque rem Scipio ratus, quae, quoniam non aliter poſſet, magno periculo peteretur: L. Marcio Tarracone, M. Silano Carthagine Noua, quo pedibus ab Tarracone itineribus magnis ierat, ad praeſidiū Hiſpaniae relictis: ipſe cum C. Laelio duabus quinqueremibus ab Carthagine profectus trāquillo mari plurimum remis, interdum & leni iuuante uento in Africam traiecit. Forte ita incidit, ut eo ipſo tempore Haſdrubal pulſus Hiſpania ſeptem triremibus portum inuectus, anchoris poſitis terrae applicaret naues: cum conſpectae duae quinqueremes, haud cuiquam dubio quin hoſtium eſſent, opprimiq. a pluribus, priuſquam portum intrarent, poſſent, nihil aliud, quam tumultum ac trepi

C dationem ſimul militum ac nautarum, nequidquam armaq. & naues expedientium, fecerunt. percuſſa enim ex alto uela paullo acriori uento prius in portum intulerunt quinqueremes, quam Poeni anchoras molirentur. nec ultra tumultum ageretur quiſquam in regio portu audebat. Itaque prior in terram Haſdrubal, mox Scipio & Laelius egreſſi ad regē pergunt. Magnificumque id Syphaci (nec erat aliter) uiſum, duorum opulentiſſimorum ea tempeſtate duces populorum uno die ſuam pacem amicitiamque petētes ueniſſe. Vtrumque in hoſpitium inuitat. & quoniam fors eos ſub uno tecto eſſe, atque ad eoſdem penates uoluiſſet, contrahere in colloquium dirimendarum ſimultatum cauſſa eſt conatus: Scipione abnuente aut priuatim ſibi ullum cum Poeno odium eſſe, quod colloquendo finiret: aut de republica ſe quidquam cū hoſte agere iniuſſu ſenatus poſſe. Illud magnopere contendente rege, ne alter hoſpitum excluſus menſa uideretur, ut in animum induceret ad eaſ

D dem uenire epulas, haud abnuit. cenatumq. ſimul apud regem eſt. eodem etiam lecto Scipio atque Haſdrubal, quia ita cordi erat regi, accubuerunt. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modo barbarum, inſuetumq. moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facunde alloquendo ſibi conciliarit. mirabilioremque ſibi eum congreſſo coram uiſum praeſeferebat, quam bello rebus geſtis. nec dubitare quin Syphax, regnumque eius in Romanorum eſſet poteſtate. eam artem illi uiro ad conciliandos animos eſſe. Itaque non quo modo Hiſpania amiſſa ſit, quaerendum magis Carthaginienſibus eſſe, quam quo modo Africam retineant, cogitandum. Non peregrinabundum, neque circa amoenas oras uagantem tantum ducem Romanum, relicta prouincia nouae ditionis, relictis exercitibus, duabus nauibus in Africam tranſieciſſe, & commiſiſſe ſeſe in hoſtilem terrā, in poteſtatem regiam, in fidem inexpertam, ſed potiundae Africae ſpem affectantem. hoc eum iampridem uolutare in animo,

E hoc palam fremere, quod non, quemadmodum Hannibal in Italia, ſic Scipio in Africa bellum gereret. Scipio, foedere icto cum Syphace, profectus ex Africa, dubiiſque & plerumque ſaeuis in alto iactatus uētis, die quarto Nouae Carthaginis portum tenuit. Hiſpaniae ſicut a bello Punico quietae erant, ita quaſdam ciuitates, propter conſcientiam culpae, metu magis, quam fide, quietas eſſe apparebat: quarum maxime inſignes & magnitudine & noxa, Illiturgi & Caſtulo erant. Caſtulonenſes, cum proſperis rebus ſocii fuiſſent, poſt caeſos cum exercitibus Scipiones defecerant ad Poenos. Illiturgitani, prodendis qui ex illa clade ad eos perfugerant, interficiendiſque, ſcelus etiam defectioni addiderant. In eos populos primo aduentu, cum dubiae Hiſpaniae eſſent, merito magis, quam utiliter, ſaeui-

tum

tum foret; tum iam tranquillis rebus, quia tempus expetendae poenae uidebatur ueniſſe; F
accitum ab Tarracone L. Marcium cum tertia parte copiarum ad Caſtulonem oppugnan-
dum mittit. ipſe cum cetero exercitu quinctis ferme ad Illiturgi caſtris peruenit. Clauſae
erant portae, omniaque inſtructa & parata ad oppugnationem arcendam. adeo conſcien-
tia, quid ſe meritos ſcirent, pro indicto eis bello fuerat. Hinc exhortari milites Scipio
orſus eſt. Ipſos, claudendo portas, indicaſſe Hiſpanos, quid ut timerent, meriti eſſent.
itaque multo infeſtioribus animis cum eis, quam cum Carthanienſibus bellum geren-
dum eſſe. quippe cum illis prope ſine ira de imperio & gloria certari: ab ijs perfidiae &
crudelitatis & ſceleris poenas expetendas eſſe. ueniſſe tempus, quo & nefandam com-
militonum necem, & in ſemetipſos, ſi eodem fuga delati forent, inſtructam fraudem ul-
ciſcerentur: & in omne tempus graui documento ſancirent, ne quis umquam Romanum
ciuem militem ue in ulla fortuna opportunum iniuriae duceret. Ab hac exhortatione du- G
cis incitati ſcalas electis per manipulos uiris diuidunt: partito exercitu, ita ut parti alte-
ri Laelius praeeſſet legatus, duobus ſimul locis ancipiti terrore urbem aggrediuntur. Non
dux unus aut plures principes opidanos, ſed ſuus ipſorum ex conſcientia culpae metus
ad defendendam impigre urbem hortatur. & meminerant, & admonebant alij alios ſup-
plicium ex ſe, non uictoriam peti: ubi quiſque mortem oppeteret, id referre, utrum in pu-
gna & in acie, ubi mars communis & uictum ſaepe erigeret, & affligeret uictorem: an
poſtmodum, cremata & diruta urbe, ante ora captarum coniugum liberorumque inter
uerbera & uincula, omnia foeda atque indigna paſſi exſpirarent. Igitur non militaris mo-
do aetas, aut uiri tantum, ſed feminae quoque puerique ſupra animi corporiſque uires
adſunt: propugnantibus tela miniſtrant, ſaxa in muros munientibus gerunt. non libertas
ſolum agebatur, quae uirorum fortium tantum pectora acuit: ſed ultima omnibus ſuppli- H
cia, & foeda mors ob oculos erat. accendebantur animi & certamine laboris ac periculi,
atque ipſo inter ſe conſpectu. itaque tanto ardore certamen initum eſt, ut domitor ille
totius Hiſpaniae exercitus ab unius opidi iuuentute ſaepe repulſus a muris, haud ſatis de-
coro proelio trepidarit. Id ubi uidit Scipio: ueritus ne, uanis tot conatibus ſuorum, ho-
ſtibus creſceret animus, & ſegnior miles fieret: ſibimet conandum, ac partem periculi
capeſſendam eſſe ratus, increpita ignauia militum, ferri ſcalas iubet: ſeipſum, ſi ceteri
cunctentur, adſcenſurum minatur. Iam ſubierat haud mediocri periculo moenia, cum
clamor undique ab ſollicitis uicem imperatoris militibus ſublatus, ſcalaeque multis ſimul
partibus erigi coeptae. Et ex altera parte Laelius inſtitit. Tum uicta opidanorum uis,
deiectiſque propugnatoribus occupantur muri. arx etiam ab ea parte, quae inexpugna-
bilis uidebatur, inter tumultum capta eſt. Transfugae Afri, qui tum inter auxilia Ro- I
mana erant, & opidanis in ea tuenda, unde periculum uidebatur, uerſis, & Romanis
ſubeuntibus qua adire poterant: conſpexerunt editiſſimam urbis partem, quia rupe prae-
alta tegebatur, neque opere ullo munitam, & ab defenſoribus uacuam. leuium corporum
homines, & multa exercitatione pernicium, clauos ſecum ferreos portantes, qua per in-
aequaliter eminentia rupis poterant, ſcandunt. ſicubi nimis arduum & leue ſaxum occur-
rebat: clauos per modica interualla figentes cum uelut gradus feciſſent: primi inſequen-
tes extrahentes manu, poſtremi ſubleuantes eos qui prae ſe irent, in ſummum euadunt. in-
de decurrunt cum clamore in urbem iam captam ab Romanis. Tum uero apparuit ab ira
& ab odio urbem oppugnatam eſſe. nemo capiendi uiuos, nemo, patentibus ad dire-
ptionem omnibus, praedae memor eſt. trucidant inermes iuxta atque armatos, feminas K
pariter ac uiros: uſque ad infantium caedem ira crudelis peruenit. ignem deinde tectis
inijciunt, ac diruunt quae incendio abſumi nequeunt. adeo ueſtigia quoque urbis exſtin-
guere, ac delere memoriam hoſtium ſedis cordi eſt. Caſtulonem inde Scipio exercitum
ducit. quam urbem non Hiſpani modo conuenae, ſed Punici etiam exercitus e diſſipata
paſsim fuga reliquiae tutabantur. ſed aduentum Scipionis praeuenerat fama cladis Illitur
gitanorum: terrorque inde ac deſperatio inuaſerat omnes. & in diuerſis cauſſis cum ſibi
quiſque conſultum ſine alterius reſpectu uellet, primo tacita ſuſpicio, deinde aperta diſ-
cordia ſeceſsionem inter Carthaginienſes atque Hiſpanos fecit. His Cerdubellus pro-
palam deditionis auctor, Himilco Punicis auxiliaribus praeerat: quos urbemque, clam
fide accepta, Cerdubellus Romano prodit. Mitior ea uictoria fuit. nec tantundem no-

xae

A xae admiſſum erat, & aliquantum irae lenierat uoluntaria deditio. Marcius inde in bar-
baros, ſi qui nondum perdomiti erant, ſub ius ditionemque redigendos miſſus. Scipio
Carthaginem ad uota ſoluenda dijs, munuſque gladiatorum, quod mortis cauſſa patris
patruique parauerat, edendum redijt. Gladiatorum ſpectaculum fuit non ex eo genere
hominum, ex quo laniſtis comparare mos eſt, ſeruorum delectu ac libertorum, qui ue-
nalem ſanguinem habent. uoluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit. nam alij
miſſi ab regulis ſunt ad ſpecimen inſitae genti uirtutis oſtendendum, alij ipſi profeſſi ſe pu-
gnaturos in gratiam ducis, alios aemulatio & certamen, ut prouocarent, prouocatique
haud abnuerent, traxit. quidam, quas diſceptando controuerſias finire nequiuerant,
aut noluerant, pacto inter ſe, ut uictorem res ſequeretur, ferro decreuerunt. Neque
obſcuri generis homines, ſed clari illuſtreſque, Corbis & Orſua, patrueles fratres, de
B principatu ciuitatis, quam Ibem uocabant, ambigentes, ferro ſe certaturos profeſsi ſunt.
Corbis maior erat aetate. Orſuae pater princeps proxime fuerat, a fratre maiore poſt mor-
tem eius principatu accepto. Cum uerbis diſceptare Scipio uellet, ac ſedare iras, nega-
tum id ambo dicere communibus cognatis: nec alium deorum hominumue, quam Mar-
tem, ſe iudicem habituros eſſe. Robore maior, minor flore aetatis ferox, mortem in cer-
tamine, quam ut alter alterius imperio ſubijceretur, praeoptantes, quod ab tanta rabie
dirimi nequirent, inſigne ſpectaculum exercitui praebuere, documentumque, quantum
cupiditas imperij malum inter mortales eſſet. Maior uſu armorum & aſtu facile ſtolidas
uires minoris ſuperauit. Huic gladiatorum ſpectaculo ludi funebres additi pro copia, &
prouinciali & caſtrenſi apparatu. Res interim nihilo minus ab legatis gerebantur. Mar-
cius, ſuperato Baete amni, quem incolae Circen appellant, duas opulentas ciuitates ſine
C certamine in deditionem accepit. Aſtapa urbs erat, Carthaginienſium ſemper partis;
neque id tam dignum ira erat, quam quod extra neceſsitates belli praecipuum in Roma-
nos gerebant odium. nec urbem aut ſitu, aut munimento tutam habebant, quae ferocio-
res ijs animos faceret. ſed ingenia incolarum latrocinio laeta, ut excurſiones in finitimum
agrum ſociorum populi Romani facerent, impulerant, & uagos milites Romanos, li-
xaſque aut mercatores exciperent. magnum etiam comitatum, quia paucis parum tu-
tum fuerat, tranſgredientem fines, poſitis inſidijs circumuentum iniquo loco interfece-
rant. Ad hanc urbem oppugnandam cum admotus exercitus eſſet, opidani conſcien-
tia ſcelerum, quia nec deditio tuta ad tam infeſtos uidebatur: nec ſpes moenibus aut ar-
mis tuendae ſalutis erat, facinus in ſe ac ſuos foedum ac ferum conſciſcunt. Locum in fo-
ro deſtinant, quo pretioſiſſima rerum ſuarum congererent. ſuper eum cumulum coniu-
D ges ac liberos conſidere cum iuſſiſſent, ligna circa exſtruunt, faſceſque uirgultorum con-
ijciunt. quinquaginta deinde armatis iuuenibus praecipiunt, ut, donec incertus euentus
pugnae eſſet, praeſidium eo loco fortunarum ſuarum corporumque, quae cariora fortu-
nis eſſent, ſeruarent. ſi rem inclinatam uiderent, atque in eo iam eſſe ut urbs caperetur:
ſcirent, omnes, quos euntes in proelium cernerent, mortem in ipſa pugna obituros. illos
ſe per deos ſuperos inferoſque orare, ut, memores libertatis, quae illo die aut morte ho-
neſta, aut ſeruitute infami finienda eſſet, nihil relinquerent, quod ſaeuire iratus hoſtis
poſſet. ferrum, ignemque in manibus eſſe. amicae, ac fideles potius ea, quae peritura fo-
rent, abſumerent manus, quam inſultarent ſuperbo ludibrio hoſtes. His adhortationi-
bus exſecratio dira adiecta, ſi quem a propoſito ſpes mollitia ue animi flexiſſet. inde conci-
tato agmine patentibus portis ingenti cum tumultu erumpunt. Neque erat ulla ſatis fir-
E ma ſtatio oppoſita; quia nihil minus, quam ut egredi moenibus auderent, timeri pote-
rat. perpaucae equitum turmae, leuiſque armatura repente e caſtris ad idipſum emiſſa oc-
currit. Acrior impetu atque animis, quam compoſitior ordine ullo, pugna fuit. Itaque
pulſus eques, qui primum hoſti ſe obtulerat, terrorem intulit leui armaturae. pugnatum-
que ſub ipſo uallo foret, ni robur legionum, perexiguo ad inſtruendum dato tempore,
aciem direxiſſet. Ibi quoque trepidatum parumper circa ſigna eſt; cum caeci furore in
uulnera ac ferrum uaecordi audacia ruerent. deinde uetus miles aduerſus temerarios im-
petus pertinax, caede primorum inſequentes ſuppreſſit. conatus paullo poſt ultro inferre
pedem, ut neminem cedere, atque obſtinatos mori in ueſtigio quemque ſuo uidit: pate-
facta acie, quod ut facere poſſet, multitudo armatorum facile ſuppeditabat, cornua ho-
ſtium

ſtium amplexus in orbem pugnantes ad unum omnes occidit. Atque haec tamen hoſtium F
iratorum, ac tum maxime dimicantium iure belli in armatos repugnanteſque edebantur.
Foedior alia in urbe trucidatio erat, cum turbam feminaſum puerorumque imbellem iner
memq. ciues ſui caederent, & in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque inijcerent corpora, riuique ſanguinis flammam orientem reſtinguerent: poſtremo ipſi caede miſeranda ſuorum fatigati, cum armis medio incendio ſe iniecerunt. Iam caedi perpetratae uictores Romani ſuperuenerunt. ac primo conſpectu tam foedae rei mirabundi parumper obſtupuerunt. dein cum aurum argentumq. cumulo rerum aliarũ interfulgens auiditate ingenij humani rapere ex igne uellent, correpti alij flamma ſunt, alij ambuſti afflatu uaporis: cum receptus primis urgente ab tergo ingenti turba non eſſet. Ita Aſtapa ſine praeda militum ferro igniq. abſumpta eſt. Marcius, ceteris eius regionis metu in deditionem acceptis, uictorem exercitum Carthaginem ad Scipionem reduxit. Per eos ipſos dies perfugae a Gadibus uenerunt, pollicentes, urbem, Punicumq. praeſidium, quod in ea eſſet, & imperatorem praeſidij cum claſſe prodituros eſſe. Mago ibi ex fuga ſubſtiterat: nauibuſque in Oceano collectis, aliquãtum auxiliorum & trans fretum Africae orae, & ex proximis Hiſpaniae locis per Hannonem praefectum coegerat. Fide accepta dataque perfugis, & Marcius eo cum expeditis cohortibus, & Laelius cum ſeptem triremibus, & quinqueremi una eſt miſſus, ut terra mariq. communi conſilio rem gererent. Scipio ipſe graui morbo implicitus, grauiore tamen fama, cum ad id quiſque quod audierat, inſita hominibus libidine alendi de induſtria rumores, adijceret aliquid: prouinciam omnem, ac maxime longinqua eius turbauit: apparuitque, quantam excitatura molem uera fuiſſet clades, cum uanus rumor tantas procellas exciuiſſet. non ſocij in fide, non exercitus in officio manſit. Mandonius & Indibilis, quibus, quia regnum ſibi Hiſpaniae, pulſis inde Carthaginienſibus, deſtinarant animis, nihil pro ſpe contigerat: concitatis popularibus, (Lacetani autem erant) & iuuentute Celtiberorum excita, agrum Sueſſetanum, Sedetanumq. ſociorum populi Romani hoſtiliter depopulati ſunt. Ciuilis alius furor in caſtris ad Sucronem ortus. Octo ibi millia militum erant, praeſidium gentibus, quae cis Iberum incolunt, impoſitum. Motae autẽ eorum mentes ſunt non tum, cum primum de uita imperatoris dubij rumores allati ſunt: ſed iam ante, licentia ex diutino, ut fit, otio collecta: & nonnihil, quod in hoſtico laxius rapto ſueris uiuere, artiores in pace res erant. Ac primo ſermones tantum occulti ferebantur. ſi bellum in prouincia eſſet, quid ſeſe inter pacatos facere? ſi debellatum iam & confecta prouincia eſſet, cur in Italiam non reuehi? Flagitatum quoque ſtipendium procacius, quam ex more & modeſtia militari erat, & a cuſtodibus probra in circumeuntes uigilias tribunos iacta: & noctu quidam praedatum in agrum circa pacatum ierant: poſtremo interdiu ac propalam ſine commeatu ab ſignis abibant. omnia libidine ac licentia militum, nihil inſtituto ac diſciplina militiae, aut imperio eorum, qui praeerãt, gerebatur. forma tamen Romanorum caſtrorum conſtabat una ea ſpe, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes ſeditionis defectioniſq. rati fore, & iura reddere in principijs ſinebãt, & ſignum ab eis petebant, & in ſtationes ac uigilias ordine ibant: & ut uim imperij abſtulerant, ita ſpeciem dicto parentium ultro ipſi imperantes ſeruabant. Erupit deinde ſeditio, poſtquam reprehendere atque improbare tribunos ea quae fierent, & conari obuiam ire, & propalam abnuere furoris eorum ſe futuros ſocios, ſenſerunt. Fugatis itaque ex principijs, ac paullo poſt e caſtris tribunis, ad principes ſeditionis, gregarios milites, C. Albium Calenum, & C. Atrium Vmbrum, delatum omnium conſenſu imperium eſt. qui nequaquam tribunicijs contenti ornamentis, inſignia etiam ſummi imperij, faſces ſecureſq. attrectare auſi. neque ijs uenit in mentem, ſuis tergis, ſuis ceruicibus uirgas illas ſecureſque imminere, quas ad metum aliorum praeferrent. Mors Scipionis falſo credita occaecabat animos: ſub cuius uulgatam iam famam, non dubitabant, totam Hiſpaniam arſuram bello. in eo tumultu & ſocijs pecunias imperari, & diripi propinquas urbes poſſe, & turbatis rebus, cum omnia omnes auderent, minus inſignia fore, quae ipſi feciſſent. Cum alios ſubinde recentes nuncios non mortis modo, ſed etiam funeris exſpectarent, neque ſuperueniret quiſquam, euaneſceretq. temere ortus rumor: tum primi auctores requiri coepti. & ſubiraſcentes quoque, ut crediſſe potius temere, quam finxiſſe rem talem, uideri poſſent: deſtituti duces iam ſua ipſi inſignia, & pro uana imagine imperij quod gererent, ueram iuſtamq.

A ſtamq. mox in ſe uerſuram poteſtatem exhorrebant. Stupenti ita ſeditioni cum, uiuere primo, mox etiam ualere Scipionem, certi auctores afferrent: tribuni militum ſeptem ab ipſo Scipione miſſi ſuperuenerunt. Ad quorum primum aduentum exaſperati animi: mox ipſis placido ſermone permulcentibus notos, cum quibus congreſſi erãt, leniti ſunt. circumeuntes enim tentoria primo, deinde in principijs praetorioque, ubi ſermones inter ſe ſerẽtium circulos uidiſſent, alloquebantur: percunctantes magis, quae cauſſa irae conſternationiſq. ſubitae foret, quam factum accuſantes. Vulgo ſtipendium non datum ad diem iactabatur, & cum eodẽ tempore, quo ſcelus Illiturgitanũ extitiſſet, poſt duorum imperatorum duorumque exercituum ſtragem ſua [illegible] defenſum nomen Romanum, ac detenta prouincia eſſet, Illiturgitanos poenam noxae meritam habere, ſuis recte factis gratiam qui exſoluat, non eſſe. Talia querentes aequa orare, ſeq. ea relaturos ad imperatorem reſpondebãt.

B laetari, quod nihil triſtius nec inſanabilius eſſet: & P. Scipionem deum benignitate, & populum R. eſſe gratiae referendae. Scipionem bellis aſſuetum, ad ſeditionem procellas rudem, ſollicitum habebat res, ne aut exercitus peccando, aut ipſe puniendo modum excederet. in praeſentia, ut coepiſſet, leniter agi placuit, & miſſis circa ſtipendiarias ciuitates exactoribus, ſtipendij ſpem propinquam facere. Edictum ſubinde propoſitum, ut ad ſtipendium petendum conuenirent Carthaginem, ſeu carptim partes, ſeu uniuerſi mallent. Tranquillam ſeditionem iam per ſe langueſcentem repentina quies rebellantium Hiſpanorum fecit. redierant enim in fines omiſſo incepto Mandonius & Indibilis, poſtquam uiuere Scipionem allatum eſt. nec iam erat aut ciuis, aut externus, cum quo furorem ſuum conſociarent. omnia circumſpectantes conſilia, nihil reliqui habebant, praeter uulgatiſſimum a malis conſilijs receptum, ut imperatoris uel iuſtae irae, uel non deſperandae clementiae

C ſeſe committerent. etiam hoſtibus eum ignouiſſe, cum quibus ferro dimicaſſet. ſuam ſeditionem ſine uulnere, ſine ſanguine fuiſſe: nec ipſam atrocem, nec atroci poena dignam: ut ingenia humana ſunt ad ſuam cuique leuandam culpam nimio plus facunda. Illa dubitatio erat, ſingulaene cohortes, an uniuerſi ad ſtipendium petendum irent. inclinauit eo ſententia, quod tutius cenſebant uniuerſos ire. Per eoſdem dies, quibus haec illi conſultabant, conſilium de ijs Carthagine erat: certabaturq. ſententijs, utrum in auctores tantum ſeditionis (erant autem hi numero haud plus, quam quinque & triginta) animaduerteretur, an plurium ſupplicio uindicanda tam foedi exempli defectio magis, quam ſeditio, eſſet. Vicit ſententia lenior, ut, unde orta culpa eſſet, ibi poena conſiſteret. ad multitudinem caſtigationem ſatis eſſe. Concilio dimiſſo, ut id actum uideretur, expeditio aduerſus Mandonium Indibilemque edicitur [illegible] qui Carthagine erãt, & cibaria dierum ali-

D quot parare iubentur. tribunis ſeptem, qui & antea Sucronem ad leniendam ſeditionem ierant, obuiam exercitui miſſis, quina nomina principum ſeditionis edita ſunt, ut eos per idoneos homines benigno uultu ac ſermone in hoſpitium inuitatos, ſopitoſque uino uincirent. Haud procul iam Carthagine aberant, cum ex obuijs auditum, poſtero die omnem exercitum cum Laelio Silanoq. in Lacetanos proficiſci, nõ metu modo omni, qui tacitus inſidebat animis, liberauit eos, ſed laetitiam ingentem fecit, quod magis habituri ſolum imperatorem, quam ipſi futuri in poteſtate eius eſſent. Sub occaſum ſolis urbẽ ingreſſi ſunt, exercitumq. alterum parantem omnia ad iter uiderunt. Excepti ſermonibus de induſtria compoſitis, laetum opportunumq. aduentum eorum imperatori eſſe, quod ſub ipſam profectionem alterius exercitus ueniſſent, corpora curant. a tribunis ſine ullo tumultu auctores ſeditionis per idoneos homines producti in hoſpitia comprehenſi ac uincti

E ſunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus, [illegible] ſimulabatur iter, proficiſci coepere. ſub lucem ſigna mota, & ad portam retentum agmen: cuſtodeſque circa omnes portas miſſi, ne quis urbe egrederetur. Vocati deinde ad concionem, qui pridie uenerant, ferociter in forum ad tribunal imperatoris, ut ultro territuri ſuccl amationibus, concurrunt. Simul & imperator in tribunal conſcendit, & reducti armati a portis inermi ſe concioni ab tergo circumfuderunt. tum omnis ferocia cõcidit, & (ut poſtea fatebantur) nihil aeque eos terruit, quam praeter ſpem robur & color imperatoris, quem affectum uiſuros crediderant, uultuſque, qualem ne in acie quidem aiebant meminiſſe. Sedit tacitus paulliſper, donec nunciatum eſt deductos in forum auctores ſeditionis, & parata iam omnia eſſe. Tum, ſilẽtio per praeconem facto, ita coepit. Numquam mihi defuturam orationem, qua exercitum meum

Ee allo-

alloquerer,credidi:non quo uerba umquam potius,quam res,exercuerim, ſed quia prope F
a pueritia in caſtris habitus,aſſueueram militaribus ingenijs. apud uos quemadmodum lo-
quar,nec conſilium nec oratio ſuppeditat: quos ne quo nomine quidem appellare debeã,
ſcio.ciues?qui a patria ueſtra deſciuiſtis.an milites ? qui imperium auſpiciumq. abnuiſtis,
ſacramenti religionem rupiſtis.hoſtes ? corpora , ora,ueſtitum,habitum ciuium agnoſco:
facta,dicta,conſilia,animos hoſtium uideo. Quid enim uos , niſi quod Illergetes & Lace-
tani,aut optaſtis aliud,aut ſperaſtis?& illi tamen Mandonium atque Indibilem, regiae no-
bilitatis uiros,duces furoris ſecuti ſunt : uos auſpicium & imperium ad Vmbrum Atrium,
Calenum Albium detuliſtis. Negate uos , id omnes feciſſe , aut factum uoluiſſe milites.
paucorum eum furorem atque amentiam eſſe . libenter credam negantibus , nec enim ea
ſunt commiſſa,quae uulgata in oẽm exercitum ſine piaculis ingẽtibus expiari poſſint. inui
tus ea tamquam uulnera attingo:ſed , niſi tacta tractataque,ſanari non poſſunt . Equidem , G
pulſis Hiſpania Carthaginienſibus,nullum locum in tota prouincia, nullos homines crede
bam eſſe,ubi uita inuiſa eſſet mea. ſic me non ſolum aduerſus ſocios geſſeram, ſed etiã ad-
uerſus hoſtes . In caſtris meis(en quantum me opinio fefellit)fama mortis meae non acce
pta ſolum,ſed etiam ſperata eſt.non quod ego uulgari facinus per omnes uelim:(equidem
ſi totum exercitum meum mortem mihi optaſſe crederem , hic ſtatim ante oculos ueſtros
morerer : nec me uita iuuaret inuiſa ciuibus & militibus meis)ſed multitudo omnis , ſicut
natura maris,per ſe immobilis eſt : ut uenti & aurae cient,aut tranquilli,aut procelloſi. [illegible]
cauſſa in[illegible]s atque origo omnis furoris penes auctores eſt . uos contagione inſaniſtis.
Quin mihi ne hodie quidem ſcire uidemini,quo amentiae progreſſi ſitis , quid facinoris in
me,quid in patriam,parenteſque ac liberos ueſtros,quid in deos, ſacramenti teſtes , quid
aduerſus auſpicia,ſub quibus militaſtis,quid aduerſus morẽ militiae, diſciplinamq. maio- H
rum,quid aduerſus ſummi imperij maieſtatem auſi ſitis . De meipſo taceo. temere potius,
quam auide,crediderítis; is denique ego ſim,cuius imperij taedere exercitum,minime mi-
randum ſit : patria quid de uobis meruerat,quam,cum Mandonio & Indibili conſociando
conſilia,prodebatis?quid populus Romanus?cum imperium ablatum ab tribunis ſuffragio
populi creatis,ad homines priuatos detuliſtis? cum eo ipſo non contenti,ſi pro tribunis il-
los haberetis : faſces imperatoris ueſtri ad eos,quibus ſeruus,cui imperarent, numquã fue
rat,Romanus exercitus detuliſtis.In praetorio tetenderunt Albius & Atrius:claſſicũ apud
eos cecinit:ſignum ab ijs petitum eſt:ſederunt in tribunali proconſulis Scipionis:lictor ap-
paruit:ſubmouente eo inceſſerũt: faſces cum ſecuribus praelati ſunt.Lapides pluere,& ful
mina iaci de caelo , & inſuetos fetus animalia edere, uos portenta eſſe putatis?hoc eſt por-
tentum,quod nullis hoſtijs,nullis ſupplicationibus ſine ſanguine eorum , qui tantum faci- I
nus auſi ſunt,expiari poſſit. Atque ego,quamquam nullum ſcelus rationem habet : tamen
ut in re nefaria,quae mens,quod conſilium ueſtrum fuerit,ſcire uelim.Rhegium quondam
in praeſidium miſſa legio,interfectis per ſcelus principibus ciuitatis , urbem opulẽtam per
decẽ annos tenuit.propter quod facinus tota legio,millia hominum quattuor, in foro Ro-
mae ſecuri percuſſi ſunt. Sed illi primum non Atrium Vmbrum ſemilixam,nominis etiam
abominandi ducem,ſed D.Iubellium tribunum militum,ſecuti ſunt : nec cum Pyrrho, nec
cum Samnitibus aut Lucanis,hoſtibus populi Romani,ſe coniunxerant . uos cum Mando-
nio atque Indibili & conſilia communicaſtis,& arma conſociaturi fuiſtis.Illi, ſicut Campa
ni Capuam Tuſcis ueteribus cultoribus ademptam, Mamertini in Sicilia Meſſanam, ſic
Rhegium habituri perpetuam ſedem erant:nec populum Romanũ,nec ſocios populi Roma K
ni ultro laceſſituri bello . Sucronemne uos domicilium habituri eratis ? ubi ſi uos dece-
dens confecta prouincia imperator relinquerem , deum hominumque fidem implorare
debebatis , quod non rediretis ad coniuges liberoſque ueſtros . ſed horum quoque me-
moriam , ſicut patriae meique , eieceratis ex animis ueſtris. Viam conſilij ſcelerati,
ſed non ad ultimum dementis exſequi uolo.Mene uiuo,& cetero incolumi exercitu, cum
quo ego die una Carthaginẽ cepi:cum quo quattuor imperatores,quattuor exercitus Car
thaginienſium fudi,fugaui , Hiſpania expuli : uos octo millia hominum , maioris certe o-
mnes pretij,quam Albius & Atrius ſunt,quibus uos ſubieciſtis, Hiſpaniam prouinciam po
pulo Romano erepturi eratis ? Amolior & amoueo nomen meum: nihil ultra facile credi-
tam mortem meam a uobis uiolatus ſim:quid?ſi ego morerer , mecum exſpiratura reſpu-
blica,

A blica,mecum caſurum imperium populi Romani erat?ne iſtuc Iuppiter Opt.Max.ſiuerit, ur
bem auſpicato dijs auctoribus in aeternum cõditam,fragili huic & mortali corpori aequa-
lem eſſe. Flaminio,Paullo,Graccho,Poſtumio Albino,M.Marcello,T.Criſpino,Cn.Ful-
uio,Scipionibus meis,tot tam claris imperatoribus uno bello abſumptis, ſuperſtes eſt po-
pulus Romanus,eritque mille alijs nunc ferro nunc morbo morientibus: meo unius fune-
re elata populi Romani eſſet reſpublica? Vos ipſi hic in Hiſpania patre & patruo meo duo
bus imperatoribus interfectis,Septimum Marcium ducem uobis aduerſus exſultantes re-
centi uictoria Poenos delegiſtis. & ſic loquor,tamquam ſine duce Hiſpaniae futurae fue-
rint.M.Silanus eodem iure,eodem imperio mecum in prouinciam miſſus; L.Scipio,frater
meus,& C.Laelius legati,uindices maieſtatis imperij deeſſent? utrum exercitus exercitui,
an duces ducibus,an dignitas,an cauſſa comparari poterat? quibus ſi omnibus ſuperiores
B eſſetis,arma tamen Poenis contra patriam,contra ciues ueſtros ferretis? Africã Italiae,Car
thaginem urbi Romae imperare uelletis? quam ob noxam patriae? Coriolanum quondam
damnatio iniuſta,miſerum & indignum exſilium, ut iret ad oppugnãdam patriam,impulit,
reuocauit tamen a publico parricidio priuata pietas. uos qui dolor,quae ira incitauit? ſti-
pendiumne diebus paucis imperatore aegro ſerius numeratum,ſatis digna cauſſa fuit, cur
patriae indiceretis bellum? cur ad Ilergetes deſciſceretis a populo Romano? cur nihil diui
narum,humanarum ue rerum inuiolatum uobis eſſet? Inſaniſtis profecto milites: nec ma-
ior in corpus meum uis morbi, quam in ueſtras mentes inuaſit. Horret animus referre,
quid crediderint homines,quid ſperauerint, quid optauerint. auferat omnia irrita obli-
uio iſta, ſi poteſt.ſi non,utcumque ſilentium tegat. Non negauerim,triſtem atrocemq. uo
bis uiſam orationem, quanto creditis facta ueſtra atrociora eſſe, quam dicta mea? & me
C ea quae feciſtis,pati aequum cenſetis:uos ne dici quidem omnia aequo animo feretis? ſed
ne ea quidem ipſa ultra exprobrabuntur. utinam tam facile uos obliuiſcamini eorum,
quam ego obliuiſcar. Itaque quod ad uos uniuerſos attinet,ſi erroris paenitet,ſatis ſuper
que poenarum habeo. Albius Calenus, & Atrius Vmber, & ceteri nefariae ſeditionis au-
ctores ſanguine luent quod admiſerunt.uobis ſupplicij eorum ſpectaculum non modo nõ
acerbum,ſed laetum etiam,ſi ſana mens redijt,debet eſſe. de nullis enim, quam de uobis,
infeſtius aut uſerius conſuluerunt. Vix finem dicendi fecerat, cum ex praeparato ſimul
omnium rerum terror oculis auribuſq. eſt offuſus. Exercitus,qui corona concionem cir-
cumdederat,gladijs ad ſcuta concrepuit.praeconis audita uox citantis nomina damnato-
rum in concilio. nudi in medium protrahebantur. & ſimul omnis apparatus ſupplicij ex-
promebatur. deligati ad palum,uirgiſque caeſi,& ſecuri percuſſi, adeo torpentibus metu
D qui aderant, ut non modo ferocior uox aduerſus atrocitatem poenae, ſed ne gemitus qui
dem exaudiretur.Tracti inde de medio omnes, purgatoq. loco, citati milites nominatim
apud tribunos militum in uerba P. Scipionis iurarunt, ſtipendiumque ad nomen ſingu-
lis perſolutum. Hunc finem exitumque ſeditio militum coepta apud Sucronem habuit.
Per idem tempus ad Baetim fluuium Hanno praefectus a Magone miſſus a Gadibus cum
parua manu Afrorum, mercede Hiſpanos ſollicitando, ad IV millia iuuenum armauit.
caſtris deinde exſutus ab L. Marcio, maxima parte militum inter tumultum captorum
caſtrorum, quibuſdam etiam in fuga amiſſis, palatos perſequente equite, cum paucis ip-
ſe effugit. Cum haec ad Baetim fluuium geruntur,Laelius interim freto in Oceanum eue-
ctus ad Carteiã claſſe acceſſit.Vrbs ea in ora Oceani ſita eſt, ubi primum e faucibus angu-
ſtis panditur mare. Gades ſine certamine per proditionem recipiendi,ultro qui eam rem
E pollicerentur,in caſtra Romana uenientibus,ſpes(ſicut ante dictum eſt)fuerat, ſed patefa-
cta immatura proditio eſt,comprehenſoſque omnes Mago Adherbali praetori Carthagi-
nem deuehendos tradit. Adherbal,coniuratis in quinqueremem impoſitis, praemiſſaque
ea,quia tardior,quam triremis erat,ipſe cum octo triremibus modico interuallo ſequitur.
Iam fretum intrabat quinqueremis, cum Laelius & ipſe in quinqueremi e portu Car-
teiae ſequentibus ſeptem triremibus euectus, in Adherbalem ac triremes inuehitur,
quinqueremem ſatis credens deprehenſam rapido in freto in aduerſum aeſtum reci-
procari non poſſe. Poenus in re ſubita parumper incertus trepidauit, utrum quinque-
remem ſequeretur, an in hoſtes roſtra conuerteret. ipſa cunctatio facultatem detre-
ctandae pugnae ademit.iam enim ſub ictu teli erant,& undiq. inſtabant hoſtes.aeſtus quo-

que arbitrium moderandi naues ademerat. neque erat nauali pugna ſimilis: quippe ubi F
nihil uoluntarium, nihil artis aut conſilij eſſet. una natura freti aeſtuſque, totius certami-
nis potens, ſuis alienis nauibus nequidquam remigio in contrarium tendentes inuehe-
bat: ut fugientem uideres retro uertice intortam uictricibus illatam: & ſequentem, ſi in
contrarium tractum incidiſſet maris, fugientis modo ſeſe auertentem. Iam in ipſa pugna
haec cum infeſto roſtro peteret hoſtium nauem, obliqua ipſa ictum alterius roſtri accipie-
bat: illa cum tranſuerſa obijceretur hoſti, repente intorta in proram circumagebatur. Cum
inter triremes, fortuna regente anceps proelium, miſceretur quinqueremis Romana, ſeu
pondere tenacior, ſeu pluribus remorum ordinibus ſcindentibus uertices, cum facilius re-
geretur, duas triremes ſuppreſſit, unius praelata impetu lateris alterius remos deterſit. ce-
teraſque, quas indepta eſſet, mulctaſſet, ni cum reliquis quinque nauibus Adherbal uelis
in Africam tranſmiſiſſet. Laelius uictor Carteiam reuectus, auditis quae acta Gadibus G
erant, patefactam proditionem, coniuratoſq. miſſos Carthaginem: ſpe in irritum redacta,
qua uenissent: nuncijs ad L. Marcium miſſis, niſi terere fruſtra tempus ſedendo ad Gades
uellent, redeundum ad imperatorem eſſe: aſſentiente Marcio, paucos poſt dies ambo Car
thaginem rediere. Ad quorum diſceſſum non reſpirauit modo Mago, cum terra marique
ancipiti metu urgeretur: ſed etiam, audita rebellione Illergetum, ſpem recuperandae Hi-
ſpaniae nactus, nuncios Carthaginem mittit ad ſenatum: qui ſimul ſeditionem ciuilem in
caſtris Romanis, ſimul defectionem ſociorum in maius uerbis extollentes, hortarentur, ut
auxilia mitterent, quibus traditum a patribus imperium Hiſpaniae repeti poſſet. Mando-
nius & Indibilis in fines regreſſi, paulliſper, dum quidnam de ſeditione ſtatueretur, ſcirent,
ſuſpenſi quieuerunt: ſi ciuium errori ignoſceretur, non diffidentes, ſibi quoque ignoſci
poſſe. poſtquam uulgata eſt atrocitas ſupplicij, ſuam quoque noxam pari poena aeſtimatã H
rati, uocatis rurſus ad arma popularibus, contractiſque, quae ante habuerant, auxilijs, in
Sedetanum agrum, ubi principio defectionis ſtatiua habuerant, cum XX millibus pedi-
tum, duobus millibus equitum & quingentis tranſcenderunt. Scipio cum fide ſoluendi
pariter omnibus noxijs innoxijſque ſtipendijs, tum uultu ac ſermone in omnes placato faci
le reconciliatis militum animis, priuſquam caſtra a Carthagine moueret, concione aduo-
cata, multis uerbis in perfidiam rebellantium regulorum inuectus, nequaquam eodem ani-
mo ſe ire profeſſus eſt ad uindicandum id ſcelus, quo ciuilem errorem nuper ſanauerit. Tũ
ſe haud ſecus, quam uiſcera ſecantem ſua, cum gemitu & lacrymis quinque & triginta ho-
minum capitibus expiaſſe octo millium ſeu imprudentiam ſeu noxam: nunc laeto, & ere-
cto animo ad caedem Illergetum ire. non enim eos neque natos in eadem terra, nec ulla
ſecum ſocietate iunctos eſſe. eam, quae ſola fuerit, fidem atque amicitiam ipſos per ſcelus I
rupiſſe. in exercitu ſuo ſe, praeterquam quod omnes ciues aut ſocios, Latiniq. nominis ui-
deat, etiam eo moueri, quod nemo fere ſit miles, qui non aut a patruo ſuo Cn. Scipio-
ne, qui primus Romani nominis in eam prouinciam uenerit, aut a patre conſule, aut a ſe
ſit ex Italia aduectus. Scipionum nomini auſpicijſque omnes aſſuetos, quos ſecum in
patriam ad meritum triumphum deducere uelit: quos conſulatum petenti, uelut ſi o-
mnium communis agatur honos, affuturos ſperet. Quod ad expeditionem eam attineat,
quae inſtet, immemorem eſſe rerum ſuarum geſtarum, qui id bellum ducat. Magonis her
cle ſibi, qui extra orbem terrarum in circumfuſam Oceano inſulam cum paucis perfuge-
rit nauibus, maiorem curam eſſe, quam Illergetum. Quippe illic & ducem Carthaginien-
ſem, & quantumcumque Punicum praeſidium eſſe; hic latrones, latronumq. duces: qui-
bus ut ad populandos finitimorum agros, tectaque urenda, & rapienda pecora aliqua uis K
ſit, ita in acie ac ſignis collatis nullam eſſe. magis uelocitate ad fugam, quam armis, fretos,
pugnaturos eſſe. Itaque non, quod ullum inde periculum, aut ſemen maioris belli uideat,
ideo ſe, priuſquam prouincia decedat, opprimendos Illergetes duxiſſe: ſed primum, ne
impunita tam ſcelerata defectio eſſet: deinde, ne quis in prouincia ſimul uirtute tanta
& felicitate perdomita relictus hoſtis dici poſſet. Proinde deis bene iuuantibus ſeque-
rentur non tam ad bellum gerendum, (neque enim cum pari hoſte certamen eſſe)
quam ad expetendas ab hominibus ſceleſtis poenas. Ab hac oratione dimiſſos, ad iter
ſe comparare in diem poſterum iubet, profectuſque, decimis caſtris peruenit ad Iberum flu
men. inde ſuperato amni, die quarto in conſpectu hoſtium poſuit caſtra. Campus autem

A montibus circumſaeptus erat. in eam uallem Scipio cum pecora rapta pleraque ex ipſo-
rum hoſtium agris, propelli ad irritandam feritatem barbarorum iuſsiſſet, uelites ſubſidio
miſit. a quibus ubi per procurſationem commiſſa pugna eſſet, Laelium cum equitatu impe
tum ex occulto facere iubet. mons opportune prominens equitum inſidias texit. Nec ul-
la mora pugnae facta eſt. Hiſpani in conſpecta procul pecora, uelites in Hiſpanos praeda
occupatos incurrere. Primo miſſilibus territauere, deinde emiſſis leuibus telis, quae irrita
re magis, quam decernere, pugnam poterant, gladios nudant, & collato pede res coepta
geri eſt: ancepsq. pedeſtre certamen erat, ni equites ſuperueniſſent. neque ex aduerſo tan-
tum illati obuios obtriuere, ſed circumuecti etiam quidam per infima cliui, ab tergo ſe, ut
pleroſque intercluderent, obiecere. maiorque caedes fuit, quam quantam edere leuia per
excurſiones proelia ſolent. Ira magis accenſa aduerſo proelio barbaris eſt, quam imminuti
B animi. itaq. ne perculſi uiderentur, prima luce poſtero die in aciem proceſſere. Non capie
bat omnes copias anguſta, ſicut ante dictum eſt, uallis. duae ferme peditum partes, & o-
mnis equitatus in aciem deſcendit: quod reliquum peditum erat, obliquo conſtituit col-
le. Scipio pro ſe eſſe loci anguſtias ratus, & quod in arto pugna Romano aptior, quam
Hiſpano militi futura uidebatur: & quod in eum locum detracta hoſtium acies eſſet, qui
non omnem multitudinem eorum caperet: nouo etiam conſilio adiecit animum, equitem
nec ſe poſſe circumdare cornibus in tam anguſto ſpatio: & hoſti, quem cum pedite edu-
xiſſet, inutilem fore. itaq. imperat Laelio, ut per colles quam occultiſsimo itinere circum
ducat equites: ſegregetque, quantum poſsit, equeſtrem a pedeſtri pugna. ipſe omnia ſigna
peditum in hoſtes uertit: quattuor cohortes in fronte ſtatuit, quia latius pandere aciem
non poterat. moram pugnandi nullam fecit, ut ipſo certamine auerteret a conſpectu tranſ-
C euntium per colles equitum. nec ante circumductos ſenſere, quam tumultum equeſtris
pugnae ab tergo accepere. Ita duo, diuerſa proelia erant, duae peditum acies, duo equita-
tus per longitudinem campi (quia miſceri ex genere utroque proelium anguſtiae non pa-
tiebantur) pugnabant. Hiſpanorum cum neque pedes equiti, nec eques pediti auxilio eſ-
ſet: pedes fiducia equitis temere commiſſus campo caederetur: eques circumuentus nec
peditem a fronte, (iam enim ſtratae pedeſtres copiae erant) nec ab tergo equitem ſuſtine-
ret: & ipſi cum diu in orbem ſeſe ſtantibus equis defendiſſent, ad unum omnes caeſi ſunt:
nec quiſquam peditum equitum ue ſuperfuit, qui in ualle pugnauerũt. Tertia pars, quae in
colle ad ſpectaculum magis tutum quam ad partem pugnae capeſſendam ſteterat, & locũ
& tempus ad fugiendum habuit. inter eos & reguli ipſi fugerunt, priuſquam tota circum-
ueniretur acies, inter tumultum elapſi. Caſtra eodem die Hiſpanorum praeter ceterã prae-
D dam cum tribus ferme millibus hominum capiuntur. Romani ſocijque ad mille CC eo
proelio ceciderunt, uulnerata amplius tria millia hominum. minus cruenta uictoria fuiſ-
ſet, ſi patentiore campo, & ad fugam capeſſendam facili foret pugnatum. Indibilis, abie-
ctis belli conſilijs, nihil tutius afflictis rebus experta fide & clementia Scipionis ratus,
Mandonium fratrem ad eum mittit. qui aduolutus genibus fatalem rabiem temporis eius
accuſat, cum uelut contagione quadam peſtifera non Illergetes modo & Lacetani, ſed ca-
ſtra quoque Romana inſanierint. ſuam quidem & fratris, & reliquorum popularium eam
condicionem eſſe, ut aut, ſi ita uideatur, reddant ſpiritum P. Scipioni, ab eodem illo acce-
ptum: aut ſeruati, bis uni debitam uitam pro eo in perpetuum deuoueant, antea in cauſſa
ſua fiduciam ſibi fuiſſe, nondum experta clementia eius: nunc contra, nullam in cauſſa, o-
mnẽ in miſericordia uictoris ſpem repoſitam habere. Mos uetuſtus erat Romanis, cũ quo
E nec foedere nec aequis legibus iungerentur amicitia, non prius imperio in eum tamquam
pacatum uti, quam omnia diuina humanaque dediſſet; obſides accepti, arma adempta,
praeſidia urbibus impoſita forent. Scipio multis inuectus in praeſentem Mandonium, ab-
ſentemque Indibilem uerbis, illos quidem merito perituros fuiſſe ipſorum maleficio, ait
uicturos ſuo atque populi Romani beneficio. Ceterum ſe neque arma ijs adempturum:
quippe ea pignora timentium rebellionem eſſe, ſe libera arma relinquere, ſolutoſque me-
tu animos: neque ſe in obſides innoxios, ſed in ipſos, ſi defecerint, ſaeuiturum: nec ab in-
ermi, ſed ab armato hoſte poenas expetiturum. utramque fortunam expertis permittere
ſeſe, utrum propitios, an iratos habere Romanos mallent. Ita dimiſſus Mandonius, pecu-
nia tantummodo imperata, ex qua ſtipendium militi praeſtari poſſet. Ipſe, Marcio in ulte-

riorem Hiſpaniam praemiſſo, Silano Tarraconem remiſſo, paucos moratus dies, dum im- F
peratam pecuniam Ilergetes pernumerarent, cum expeditis Marcium iam appropinquan
tem Oceano aſſequitur. Inchoata res iam ante de Maſſaniſa, alijs atque alijs de cauſſis dila-
ta erat; quod Numida cum ipſo utique congredi Scipione uolebat, atque eius dextra fi-
dem ſancire. ea tum itineris tam longi ac tam deuij cauſſa Scipioni fuit. Maſſaniſa cum
Gadibus eſſet, certior aduentare eum a Marcio factus, cauſſando corrumpi equos inclu-
ſos in inſula, paenuriamq. omniũ rerum & facere ceteris, & ipſos ſentire, ad hoc equitem
marceſcere deſidia: Magonem perpulit, ut ſe tranſijcere in continentem ad depopulandos
proximos Hiſpaniae agros pateretur. Tranſgreſſus tres principes Numidarum praemittit
ad tempus locumq. colloquio ſtatuendum, duos pro obſidibus retineri a Scipione iubet:
remiſſo tertio, qui, quo iuſſus erat, adduceret Maſſaniſſam. cum paucis in colloquium ue-
nerunt. Ceperat iam ante Numidam ex fama rerum geſtarum admiratio uiri, ſubſtituerat- G
que animo ſpeciem quoque corporis amplam ac magnificam. ceterum maior praeſentis
ueneratio cepit. & praeterquam quod ſuapte natura multa maieſtas inerat, adornabat pro-
miſſa caeſaries, habituſque corporis non cultus munditijs, ſed uirilis, ac uere militaris: &
aetas erat in medio uirium robore, quod plenius nitidiuſq. ex morbo uelut renouatus flos
iuuentae faciebat. Prope attonitus ipſo congreſſu Numida gratias de fratris filio remiſſo
agit. Ex eo tempore affirmat, eam ſe quaeſiſſe occaſionem, quam tandem oblatam deũm
immortalium beneficio non omiſerit. cupere ſe illi populoque Romano operam nauare:
ita ut nemo unus externus magis enixe adiuuerit rem Romanam. id ſe, etiam ſi iampridem
uellet, minus praeſtare in Hiſpania, terra aliena atque ignota, potuiſſe: in qua autem geni-
tus educatuſq. in ſpem paterni regni eſſet, facile praeſtaturum. ſiquidem eundem Scipio-
nem ducem in Africam mittant Romani, ſatis ſperare, perbreuis aeui Carthaginem eſſe. H
Laetus eum Scipio uidit, audiuitque, cum caput rerum in omni hoſtium equitatu Maſſani-
ſam fuiſſe ſciret, & ipſe iuuenis ſpecimen animi praeſeferret. Fide data acceptaque, pro-
fectus retro Tarraconem eſt. Maſſaniſa permiſſu Romanorum, ne ſine cauſſa tranſieciſſe in
cõtinentem uideretur: populatus proximos agros, Gades redijt. Magoni, deſperatis in Hi-
ſpania rebus, in quarum ſpem ſeditio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos
eius ſuſtulerant, paranti tranſijcere in Africam nunciatum ab Carthagine eſt, iubere ſena-
tũ, ut claſſem, quã Gadibus haberet, in Italiam tranſijceret: conductaq. ibi Gallorum ac Li-
gurum quanta maxima poſſet iuuentute, coniungeret ſe Hannibali: neu ſeneſcere bellum
maximo impetu, maiore fortuna coeptum fineret. Ad eam rem & a Carthagine pecunia
Magoni aduecta eſt, & ipſe, quantam potuit, a Gaditanis exegit: non aerario modo eorum,
ſed etiam templis ſpoliatis, & priuatim omnibus coactis aurum argentumque in publicum I
conferre. Cum praeteruheheretur Hiſpaniae oram, haud procul Carthagine Noua expoſi-
tis in terram militibus proximos depopulatus agros, inde ad urbem claſſem appulit. ibi
cum interdiu milites in nauibus tenuiſſet, nocte in litus expoſitos ad partem eã muri, qua
capta Carthago ab Romanis fuerat, ducit: nec praeſidio ſatis ualido urbem teneri ratus,
& aliquos opidanorum ad ſpem nouandi res aliquid moturos. Ceterum nuncij ex agris
trepidi ſimul populationem agreſtiumq. fugam, & hoſtium aduentum attulerant: & uiſa
interdiu claſsis erat, nec ſine cauſſa electã ante urbem ſtationẽ apparebat. itaque inſtructi
armatique intra portam ad ſtagnũ ac mare uerſam continebantur. Vbi effuſi hoſtes, miſta
inter milites nauali turba, ad muros tumultu maiore, quam ui, ſubierunt: patefacta repen-
te porta Romani cum clamore erumpunt: turbatoſq. hoſtes, & ad primum incurſum conie-
ctumq. telorum auerſos uſque ad litus cum multa caede perſequũtur. nec, niſi naues litori K
appulſae trepidos accepiſſent, ſuperfuiſſet fugae aut pugnae quiſquam. In ipſis quoque tre
pidatũ nauibus eſt, dum, ne hoſtes cum ſuis ſimul irrumperent, trahunt ſcalas, ponteſque,
oraſque, & anchoras, ne in moliendo mora eſſet, praecidunt. multiq. adnantes nauibus in
certi prae tenebris, quid aut peterent, aut uitarent, foede interierunt. Poſtero die cũ claſſis
inde retro ad Oceanum, unde uenerat, fugiſſet, ad octingentos homines caeſi inter murũ li-
tuſque, & ad duo millia armorum inuenta. Mago cum Gades repetiſſet, excluſus inde, ad
Cimbim (haud procul Gadibus is locus abeſt) claſſe appulſa, mittẽdis legatis, querendoq.
ꝗ portae ſibi ſocio atq. amico clauſae forẽt: purgantibus ijs, multitudinis cõcurſu factũ, in
feſtae ob direpta quaedã ab cõſcendẽtibus naues militibus, ad colloquiũ Sufetes eorũ, qui
ſummus

A ſummus Poenis eſt magiſtratus,cum quaeſtore elicuit: laceratoſque uerberibus cruci affi-
gi iuſsit. inde nauibus ad Pityuſam inſulam centum millia ferme a continenti (Poeni tum
eam incolebant) tranſiecit.itaq. claſsis bona cum pace accepta eſt, nec commeatus modo
benigne praebiti,ſed in ſupplementum claſsis iuuentus armaq. data.quorum fiducia Poe-
nus in Baleares inſulas(quinquaginta inde millia abſunt) tranſmiſit. Duae ſunt Baleares.
maior altera,atque opulentior armis uiriſque:& portum habet,ubi cõmode hibernaturum
ſe(& iam extremum autumni erat)cenſebat. ceterum haud ſecus, quam ſi Romani eam in
ſulam incolerent,hoſtiliter claſsi occurſum eſt. Fundis ut nunc plurimum, ita tunc ſolo eo
telo utebantur. nec quiſquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum inter alios o-
mnes Baleares excellunt.Itaque tanta uis lapidum creberrimae grandinis modo in propin
quantem iam terrae claſſem effuſa eſt,ut intrare portum non auſi, auerterẽt in altũ naues.
B In minorem inde Balearium inſulam tranſiecerunt,fertilem agro,uiris armiſq.haud aeque
ualidam.itaque egreſsi nauibus ſupra portum loco munito caſtra locant: ac ſine certami-
ne urbe agroque potiti,duobus millibus auxiliarium inde conſcriptis, miſsiſque Carthagi
nem ad hibernandum,naues ſubduxerunt.Poſt Magonis ab Oceani ora diſceſſum Gadita-
ni Romanis deduntur. Haec in Hiſpania P.Scipionis ductu auſpicioque geſta.Ipſe, L.Len
tulo & L.Manlio Acidino prouincia tradita, decem nauibus Romam redijt. & ſenatu ex-
tra urbem dato in aede Bellonae quas res in Hiſpania geſsiſſet,diſſeruit:quoties ſignis col
latis dimicaſſet,quot opida ex hoſtibus ui cepiſſet,quas gentes in ditionem populi Roma
ni redegiſſet. aduerſus quattuor ſe imperatores, quattuor uictores exercitus in Hiſpaniã
iuiſſe,neminem Carthaginienſem in ijs terris reliquiſſe. Ob has res geſtas magis tentata
eſt triumphi ſpes,quam petita pertinaciter: quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui
C ſine magiſtratu res geſsiſſet,conſtabat. Senatu miſſo,urbem eſt ingreſſus,argentique prae
ſe in aerarium tulit quattuordecim millia põdo CCCLII, & ſignati argenti magnũ nume
rum. Comitia inde creandis conſulibus habuit L.Veturius Philo: centuriaeque omnes in
genti fauore P. Scipionem conſulem dixerunt. collega additur ei P. Licinius Craſſus,
pontifex maximus. Ceterum comitia maiore,quam ulla per id bellum,celebrata frequen
tia,proditum memoriae eſt.conuenerant undique non ſuffragandi modo,ſed etiam ſpectã
di cauſſa P.Scipionis: concurrebantque & domum frequentes, & in Capitolium ad immo
lantem eum,cum centum bobus uotis in Hiſpania Ioui ſacrificaret: deſpondebantque ani
mis,ſicut C.Lutatius ſuperius bellum Punicum finiſſet,ita id quod inſtaret, P. Cornelium
finiturum: atque ut Hiſpania omni Poenos expuliſſet, ſic Italia pulſurum eſſe. Africamq.
ei,perinde ac debellatum in Italia foret,prouinciam deſtinabant. Praetoria inde comitia
D habita. creati duo,qui tum aediles plebis erant, Sp. Lucretius & Cn. Octauius, & ex pri-
uatis Cn.Seruilius Caepio, & L.Aemilius Papus. Quartodecimo anno Punici belli P.
Cornelius Scipio & P.Licinius Craſſus conſulatum inierunt: nominatae conſulibus pro-
uinciae ſunt:Sicilia Scipioni extra ſortem,concedente collega, quia cura ſacrorum ponti-
ficem maximum in Italia retinebat: Bruttij Craſſo. Tum praetoriae prouinciae in ſortem
coniectae.urbana Cn.Seruilio obtigit: Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucre-
tio,Sicilia L.Aemilio, Cn. Octauio Sardinia. Senatus in Capitolio habitus. ibi referente
P.Scipione, ſenatuſconſultum factum eſt; ut quos ludos inter ſeditionem militarem in
Hiſpania uouiſſet: ex ea pecunia,quam ipſe in aerarium detuliſſet, faceret. Tum Sagun-
tinorum legatos in ſenatum introduxit.ex eis maximus natu. Etſi nihil ultra malorum eſt
P.C.,quam quod paſsi ſumus, ut ad ultimum fidem uobis praeſtaremus: tamen ea ueſtra
E merita,imperatorumque ueſtrorum erga nos fuerunt,ut nos cladium noſtrarum non pae-
niteat. Bellum propter nos ſuſcepiſtis: ſuſceptum quartumdecimum annum tam pertina
citer geritis,ut ſaepe ad ultimum diſcrimen & ipſi ueneritis, & populum Carthaginienſem
adduxeritis. Cum in Italia tam atrox bellum & Hannibalem hoſtem haberetis, conſules
cum exercitu in Hiſpaniã,uelut ad colligẽdas reliquias naufragij noſtri,miſiſtis. P. & Cn.
Cornelij ex quo in prouinciam uenerunt,nullo tempore deſtiterunt, quae nobis ſecunda,
quaeque aduerſa hoſtibus noſtris eſſent,facere.iam omnium primum opidum nobis reſti-
tuerunt:per omnem Hiſpaniam ciues noſtros uenundatos, dimiſsis qui conquirerent, ex
ſeruitute in libertatem reſtituerunt.cum iam prope eſſet,ut optabilem ex miſerrima fortu
nam haberemus:P.& Cn.Cornelij,imperatores ueſtri, luctuoſius nobis prope quam uo-

bis perierunt. tum uero ad hoc retracti ex diſtantibus locis in ſedem antiquam uidebamur, ut iterum periremus, & alterum excidium patriae uideremus: nec ad perniciem noſtram Carthaginienſi utique aut duce aut exercitu opus eſſe, ab Turdetanis ueterrimis hoſtibus, qui prioris quoque excidij cauſſa nobis fuerant, exſtingui poſſe: cum ex inſperato repente miſiſtis nobis hunc P. Scipionem, quem, fortunatiſſimi omnium Saguntinorum uidemur, quia conſulem declaratum uidimus, ac, uidiſſe nos, ciuibus noſtris renunciaturi ſumus: ſpem, opem, ſalutem noſtram. qui cum plurimas hoſtium ueſtrorum cepiſſet in Hiſpania urbes, ubique ex captorum numero excretos Saguntinos in patriam remiſit. poſtremo Turdetaniam adeo infeſtam nobis, ut illa gente incolumi ſtare Saguntum non poſſet, ita bello afflixit, ut non modo nobis, (abſit uerbo inuidia) ſed ne poſteris quidem timenda noſtris eſſet. deletam urbem cernimus eorum, quorum in gratiam Saguntum deleuerat Hannibal. uectigal ex agro eorũ capimus, quod nobis non fructu iucundius eſt, quam ultione. Ob haec, quibus maiora neque ſperare, neque optare ab dijs immortalibus poteramus: gratias actum nos decem legatos Saguntinus ſenatus populuſque ad uos miſit: ſimul gratulatum, quod ita res per hos annos in Hiſpania atque Italia geſſiſtis, ut Hiſpaniam non Ibero amne tenus, ſed qua terrarum ultima finis Oceanus, domitam armis habeatis. Italiae, niſi quatenus uallum caſtrorum cingit, nihil reliqueritis Poeno. Ioui Opt. Max. praeſidi Capitolinae arcis, non grates tantum ob haec agere iuſſi ſumus: ſed donũ hoc etiam, ſi uos permitteretis, coronã auream in Capitolium uictoriae ergo ferre. Id uti permittatis, quaeſumus: utique, ſi uobis ita uidetur, quae nobis imperatores ueſtri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua auctoritate ueſtra faciatis. Senatus legatis Saguntinis reſpondit, & dirutum & reſtitutum Saguntum, fidei ſocialis utrimque ſeruatae documentum omnibus gentibus fore. ſuos imperatores recte & ordine & ex uoluntate ſenatus feciſſe, quod Saguntum reſtituerint, ciueſque Saguntinos ſeruitio exemerint: quaeque alia eis benigne fecerint, ea ſenatum ita uoluiſſe fieri. donum permittere, ut in Capitolio ponerẽt. Locus inde lautiaq. legatis praeberi iuſſa, & muneris ergo in ſingulos dari ne minus dena millia aeris. Legationes deinde ceterae in ſenatum introductae, auditaeque. Et petentibus Saguntinis, ut, quatenus tuto poſſent, Italiam ſpectatum irent: duces dati, litteraeque per oppida miſſae, ut Hiſpanos comiter acciperent. Tum de repub. de exercitibus ſcribendis, de prouincijs relatum. Cum Africam nouam prouinciam extra ſortem P. Scipioni deſtinari, homines fama ferrent: & ipſe nulla iam modica gloria contentus. non ad gerendum modo bellum, ſed ad finiendum, diceret ſe conſulem declaratum eſſe: neque aliter finiri id poſſe, quam ſi ipſe in Africam exercitum tranſportaſſet: & acturum ſe id per populum aperte ferret, ſi ſenatus aduerſaretur: idque conſilium haudquaquam primoribus patrum placeret: ceterique per metum aut ambitionem muſſarent: Q. Fabius Maximus rogatus ſententiam, Scio, inquit, multis ueſtrum uideri patres conſcripti, rem actam hodierno die agi, & fruſtra habiturum orationem, qui, tamquam de integra re, de Africa prouincia ſententiam dixerit. Ego autem primum illud ignoro, quemadmodum iam certa prouincia Africa conſulis, uiri fortis ac ſtrenui, ſit, quam nec ſenatus cenſuit in hunc annum prouinciam eſſe, nec populus iuſſit. deinde, ſi eſt, conſulem peccare arbitror, qui de re tranſacta ſimulando ſe referre, ſenatum ludibrio habet, non ſenatorem, qui, de quo conſulitur, ſuo loco dicit ſententiam. Atque ego certum habeo, diſſentienti mihi ab iſta feſtinatione in Africam traijciendi, duarum rerum ſubeundam opinionem eſſe. unius inſitae ingenio meo cunctationis, quam metum pigritiamque homines adoleſcentes ſane appellent, dum me non paeniteat, adhuc aliorum ſpecioſiora primo adſpectu conſilia ſemper uiſa, mea uſu meliora. alterius, obtrectationis atque inuidiae aduerſus creſcentem in dies gloriam fortiſſimi conſulis. A qua ſuſpicione ſi me neque uita acta & mores mei, neque dictatura cum quinque conſulatibus, tantumque gloriae belli domique parte uindicat, ut propius faſtidium eius ſim, quam deſiderium, aetas ſaltem liberat. quae enim mihi aemulatio cum eo eſſe poteſt, qui ne filio quidem meo aequalis ſit? Me dictatorem, cum uigerem adhuc uiribus, & in curſu maximarum rerum eſſem, recuſantem nemo aut in ſenatu, aut ad populum audiuit, quo minus inſectanti me magiſtro equitum, quod fando numquam ante auditum erat, imperium mecum aequaretur. rebus, quam uerbis, aſſequi malui, ut, qui aliorum iudicio mihi comparatus erat, ſua mox confeſſione me ſibi praeferret.

nedum

F G H I K

Lautia dicebantur quae publice praebebantur legatis, ut dum Romae essent, lautius ac nitidius uiuerent.

transportaret l.v.

Q. Fabij Maximi aduersus Scipionem consulem oratio.

partam l.v.

A nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi, atque aemulationes cum adoleſcente florentiſſimo proponam: uidelicet, ut mihi iam uiuendo, non ſolum rebus gerendis, feſſo, ſi huic negata fuerit, Africa prouincia decernatur. cum ea gloria, quae parta eſt, uiuendũ, atque moriendum eſt. Vincere ego prohibui Hannibalem, ut a uobis, quorum uigent nũc uires, etiam uinci poſſet. Illud te mihi ignoſcere P. Corneli aequum erit, ſi, cum in me ipſo nunquam pluris famam hominum, quam rempub. fecerim, ne tuam quidem gloriam bono publico praeponam. quamquam ſi aut bellum nullum in Italia, aut is hoſtis eſſet, ex quo uicto nihil gloriae quaereretur: qui te in Italia retineret, etſi id bono publico faceret, ſimul cum bello materiam gloriae tuae ire ereptum uideri poſſet. cum uero Hannibal hoſtis inco lumi exercitu quartumdecimum annum Italiam poſſideat, paenitebit te P. Corneli gloriae tuae, ſi hoſtem eum, qui tot funerum, tot cladium nobis cauſſa fuit, tu conſul Italia ex-
B puleris? & ſicut penes C. Lutatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te huius fuerit? niſi aut Hamilcar Hannibali dux eſt praeferẽdus, aut illud bellum huic, aut uictoria illa maior clariorque, quam haec (modo contingat, ut te conſule uincamus) futura eſt. Ab Drepano, atque Eryce detraxiſſe Hamilcarem, quam Italia expuliſſe Poenos, atq. Hannibalem, malis? Ne tu quidem, etſi magis partam, quam ſperatam, gloriam amplectẽ ris: Hiſpania potius, quam Italia bello liberata gloriatus fueris. Nondum is eſt Hannibal, quem non magis timuiſſe uideatur, quam contempſiſſe, qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris? nec per iſtos circuitus, ut cum in Africam tranſieceris, ſecuturum te illuc Hannibalem ſperes, potius quam recto hinc itinere, ubi Hannibal eſt, eo bellum intendis, Egregiam iſtam palmam belli Punici patrati petis? & natura prius eſt, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum. Pax ante in Italia, quam bellum in Africa ſit, & nobis
C prius decedat timor, quam ultro alijs inferatur. ſi utrumq. tuo ductu auſpicioq. fieri poteſt: Hannibale hic uicto, illic Carthaginem expugna. ſi alterutra uictoria nouis conſulibus relinquenda eſt: prior cum maior clariorque, tum cauſſa etiam inſequentis fuerit. Nam nunc quidem, praeterquam quod & in Italia & in Africa duos diuerſos exercitus alere aerarium non poteſt, praeterquam quod, unde claſſes tueamur, unde commeatibus praebendis ſufficiamus, nihil reliqui eſt, periculi tandem quantum adeatur, quem fallit? P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum in Africa geret. Quid ſi (quod omnes dij omen auertãt, & dicere etiã reformidat animus; ſed, quae acciderunt, accidere poſſunt) uictor Hannibal ire ad urbem pergat: tum demum te conſulem ex Africa, ſicut Q. Fuluium a Capua acerſemus? Quid quod in Africa quoque Mars communis belli erit? Domus tibi tua, pater patruuſq. intra triginta dies cum exercitibus caeſi, documento ſint, ubi per aliquot annos
D maximis rebus terra mariq. gerendis, ampliſſimum nomen apud exteras gentes populi Romani ueſtraeq. familiae fecerant. Dies me deficiat, ſi reges imperatoreſq. temere in hoſtium terras tranſgreſſos cum maximis cladibus ſuis exercituumq. ſuorum enumerare uelim. Athenienſes, prudentiſsima ciuitas, bello domi relicto, auctore aeque impigro ac nobili iuuene, magna claſſe in Siciliam tranſmiſſa, una pugna nauali florentem rempublicam ſuam in perpetuum afflixerunt. Externa & nimis antiqua repeto. Africa eadem iſta, & M. Atilius, inſigne utriuſque fortunae exemplum, nobis documento ſint. Nec tibi P. Corneli, cum ex alto Africam cõſpexeris, ludus & iocus fuiſſe Hiſpaniae tuae uidebũtur. quid enim ſimile? Placato mari praeter oram Italiae Galliaeq. uectus, Emporias in urbẽ ſociorum claſſem appuliſti: expoſitos milites per tutiſsima omnia ad ſocios & amicos populi Romani, Tarraconem duxiſti: ab Tarracone deinde iter per praeſidia Romana: circa Iberum exercitus patris patruiq. tui poſt amiſſos imperatores ferociores calamitate ipſa fa-
E cti: & dux tumultuarius quidem ille L. Marcius, & militari ſuffragio ad tempus lectus, ceterum ſi nobilitas ac iuſti honores adornarẽt, claris imperatoribus qualibet arte belli par: oppugnata per ſummum otium Carthago, nullo trium Punicorum exercituum ſocios defendente. Cetera, neque ea eleuo, nullo tamen modo Africo bello comparanda: ubi non portus ullus claſſi noſtrae apertus, non ager pacatus, non ciuitas ſocia, non rex amicus, nõ conſiſtendi uſquam locus, non procedendi. quacumque circumſpexeris, hoſtilia omnia, at que infeſta. An Syphaci Numidiſq. credis? ſatis ſit, ſemel creditum. non ſemper temeritas eſt felix: & fraus fidem in paruis ſibi praeſtruit, ut cum operaepretium ſit, cũ mercede magna fallat. Non hoſtes patrem patruumq. tuum armis prius, quam Celtiberi ſocij frau-

de cir-

de circumuenerunt. nec tibi ipſi a Magone & Haſdrubale hoſtium ducibus, quantum ab F
Indibili & Mandonio in fidem acceptus, periculi fuit. Numidis tu credere potes, defe-
ctionem militum tuorum expertus? Et Syphax & Maſſaniſa, ſe, quam Carthaginienſes,
malunt potentiſſimos in Africa eſſe; Carthaginienſes, quam quemquam alium. nunc illos
aemulatio inter ſe ſe, & omnes cauſſae certaminū acuunt, quia procul externus metus eſt:
oſtende illis Romana arma, & exercitum alienigenam: iam uelut ad commune reſtinguen
dum incendium concurrent. Aliter ijdem illi Carthaginienſes Hiſpaniam defenderunt:
aliter moenia patriae, templa deum, aras & focos defendent: cum euntes in proelium paui
da proſequetur coniux, & parui liberi occurſabunt. Quid porro ſi ſatis conſiſi Carthagi-
nienſes conſenſu Africae, fide ſociorum regum, moenibus ſuis, cū tuo exercituſq. tui prae
ſidio nudatam Italiam uiderint: ipſi ultro nouum exercitum in Italiam aut ex Africa miſe
rint, aut Magonem, quem a Balearibus claſſe tranſmiſſa iam praeter oram Ligurū Alpino- G
rum uectari conſtat, Hannibali ſe coniungere iuſſerit? nempe in eodem terrore erimus, in
quo nuper fuimus cum Haſdrubal in Italiam tranſſcendit. quem tu, qui non ſolum Cartha
ginem, ſed omnem Africam exercitu tuo es clauſurus, e manibus tuis in Italiam emiſiſti.
Victum a te dices: eo quidem minus uellem, & id tua, non reipub. ſolum cauſſa, iter da-
tum uicto in Italiam eſſe. Patere nos omnia, quae proſpera tibi ac reip. in imperio euenere,
tuo conſilio aſſignare: aduerſa caſibus incertis belli & fortunae allegare. quo melior for-
tiorq. es, eo magis talem praeſidem ſibi patria, atque uniuerſa Italia retinet. Non potes ne
ipſe quidem diſſimulare, ubi Hannibal ſit, ibi caput, atque arcem huius belli eſſe. quippe
qui praeteferas, eam tibi cauſſam tranſijciendi in Africam eſſe, ut Hannibalem eo trahas.
Siue igitur hic, ſiue illic, cum Hannibale eſt tibi futura res. utrum ergo tandem firmior eris
in Africa ſolus, an hic tuo collegaeq. exercitu coniūcto? ne Claudius quidem & Liuius H
conſules tam recenti exemplo, quantum id interſit, documento ſunt? Quid? Hannibalem
utrum tandem extremus angulus agri Bruttij fruſtra iamdiu poſcentem ab domo auxilia,
an propinqua Carthago, & tota ſocia Africa potentiorem armis uiriſque faciet? Quod
iſtuc conſilium eſt, ibi malle decernere, ubi tuae dimidio minores copiae ſint, hoſtium mul
to maiores; quam ubi duobus exercitibus aduerſus unum tot proelijs & tam diuturna ac
graui militia feſſum, pugnandum ſit? Quam compar conſilium tuum parentis tui conſilio
ſit, reputa. ille conſul profectus in Hiſpaniam, ut Hannibali ab Alpibus deſcendenti occur-
reret, in Italiam ex prouincia redijt. tu cum Hannibal in Italia ſit, relinquere Italiam paras,
non quia reipublicae id utile, ſed quia tibi amplum & glorioſum cenſes eſſe: ſicut cū pro-
uincia & exercitu relicto ſine lege, ſine ſenatuſcōſulto duabus nauibus populi Romani im-
perator fortunam publicam & maieſtatem imperij, quae tum in tuo capite periclitabantur I
commiſiſti. Ego P. Cornelium P. C. reipublicae nobiſque, non ſibi ipſi priuatim creatum,
conſulem exiſtimo: exercituſq. ad cuſtodiam urbis, atque Italiae ſcriptos eſſe, non quos
regio more per ſuperbiam conſules, quo terrarum uelint, tranſijciant. Cum oratione ad tē
pus parata Fabius, tum auctoritate & inueterata prudētiae fama magnam partem ſenatus
& ſeniores maxime mouiſſet; pluresq. conſilium ſenis, quam animum adoleſcentis fero-
cem laudarent: Scipio ita locutus fertur. Et ipſe Q. Fabius principio orationis P.C. com-
memorauit, in ſententia ſua poſſe obtrectationem ſuſpectam eſſe. cuius ego rei non tam
ipſe auſim tantum uirum inſimulare, quam quod ea ſuſpicio, uitio orationis an rei, haud ſa
ne purgata eſt. ſic enim honores ſuos & famam rerum geſtarum extulit uerbis ad exſtin-
guendum inuidiae crimen, tamquam mihi ab infimo quoque periculum ſit ne mecū aemu K
letur; & non ab eo, qui quia ſuper ceteros excellat, quo me quoque niti non diſſimulo,
me ſibi aequare nolit. ſic ſenem ſe perfunctū honoribus, & me infra aetatem filij ſui po-
ſuit, tamquam non longius, quā quantum uitae humanae ſpatium eſt, cupiditas gloriae ex
tendatur: maximaq. pars eius in memoriam ac poſteritatem promineat. Maximo cuique
id accidere certum animo habeo, ut ſe non cum praeſentibus modo, ſed cum omnis aeui
claris uiris comparet. Equidem haud diſſimulo, me tuas Q. Fabi laudes non aſſequi ſo-
lum uelle, ſed, (bona uenia tua dixerim) ſi poſſim, etiam exſuperare. Illud nec tibi in me,
nec mihi in minores natu animi ſit, ut nolimus quemquam noſtri ſimilem euadere ciuem.
id enim non eorum modo, quibus inuiderimus, ſed reipublicae, & paene omnis generis hu
mani detrimentum ſit. Commemorauit quantum eſſem periculi aditurus, ſi in Africam
tranſijcerem:

A tranſijcerem: ut meam quoque,non ſolum reipublicae & exercitus uicem uideretur ſolli-
citus. Vnde haec repente de me cura exorta? cum pater patruuſq. meus interfecti,cum duo
exercitus eorum prope occidione occiſi eſſent: cũ amiſſae Hiſpaniae, cum quattuor exer-
citus Poenorum, quattuorq. duces omnia metu armiſq. tenerent: cum quaeſitus ad id bel
lum imperator nemo ſe oſtenderet praeter me,nemo profiteri nomen auſus eſſet: cum mi
hi quattuor & uiginti annos nato detuliſſet imperium populus Romanus: quid ita tum ne
mo aetatem meam,uim hoſtium,difficultatem belli,patris patruiq. recentem cladem com
memorabat? utrum maior aliqua nunc in Africa calamitas accepta eſt, quam tunc in Hi-
ſpania erat? an maiores nunc ſunt exercitus in Africa, duces plures melioreſque, quam
tunc in Hiſpania fuerunt? an aetas mea tunc maturior bello gerendo fuit, quam nunc eſt?
an cum Carthaginienſi hoſte in Hiſpania, quam in Africa, bellum geri aptius eſt? Facile
B eſt, poſt fuſos fugatoſq. quattuor exercitus Punicos, poſt tot urbes ui captas, aut metu
ſubactas in ditionem, poſt perdomita omnia uſque ad Oceanum, tot regulos, tot ſaeuas
gentes, poſt receptam totam Hiſpaniam, ita ut ueſtigium nullum belli reliquum ſit, ele-
uare meas res geſtas: tam hercule, quam ſi uictor ex Africa redierim,ea ipſa eleuare,quae
nunc retinendi mei cauſſa, ut terribilia eadem uideantur, uerbis extolluntur. Negat adi-
tum eſſe in Africam, negat ullos patere portus: M. Atilium captum in Africa commemo-
rat, tamquam M. Atilius primo acceſſu ad Africam offenderit: neque recordatur, illi ipſi
tam infelici imperatori patuiſſe tamen portus Africae, & res egregias primo anno geſſiſ-
ſe, &, quantum ad Carthaginienſes duces attinet, inuictum ad ultimum permanſiſſe.
Nihil igitur me iſto exemplo terrueris: ſi hoc bello, non priore; ſi nuper, non annis ante
quadraginta iſta clades accepta foret: qui ego minus in Africam Regulo capto, quam
C Scipionibus occiſis in Hiſpaniam tranſijcerem? nec felicius Xanthippum Lacedaemonium
Carthagini,quam me patriae meae ſinerem natũ eſſe: creſceretq. mihi ex eo ipſo fiducia,
quod poſſit in hominis unius uirtute tantum momenti eſſe. At etiam Athenienſes au-
diendi ſunt, temere in Siciliam, omiſſo domi bello, tranſgreſſi. Cur ergo, quoniam Grae-
cas fabulas narrare uacat: non Agathoclem potius, Syracuſanum regem, cum diu Sicilia
Punico bello ureretur, tranſgreſſum in hanc eandem Africam, auertiſſe eo bellum,unde
uenerat, refers? Sed quid ultro metum inferre hoſti,& ab ſe remoto periculo alium in diſ-
crimen adducere, quale ſit,ueteribus externiſq. exemplis admonere opus eſt? maius prae
ſentiuſue ullum exemplum eſſe, quam Hannibal,poteſt? Multum intereſt, alienos popu-
lare fines, an tuos uri exſcindiq. uideas. plus animi eſt inferenti periculum, quam propul-
ſanti. ad hoc maior ignotarum rerum eſt terror, bona malaq. hoſtium ex propinquo in-
D greſſus fines adſpicias. Non ſperauerat Hannibal fore,ut tot in Italia populi ad ſe defice-
rent, quot defecerunt poſt Cannenſem cladem. Quanto minus quidquam in Africa Car-
thaginienſibus firmum ac ſtabile eſt,infidis ſocijs, grauibus ac ſuperbis dominis? Ad haec,
nos etiam deſerti ab ſocijs, uiribus noſtris,milite Romano ſtetimus. Carthagine nihil ci-
uilis roboris eſt: mercede paratos milites habent, Afros Numidaſque,leuiſſima fidei mu-
tandae ingenia. Hic modo nihil morae ſit, una & tranſiceiſſe me audietis, & ardere bello
Africam, & molientem hinc Hannibalem,& obſideri Carthaginem. laetiores & frequen-
tiores ex Africa exſpectate nuncios,quam ex Hiſpania accipiebatis. Has mihi ſpes ſubij-
cit fortuna populi Romani, dij foederis ab hoſte uiolatĩ teſtes, Syphax & Maſſaniſſa reges:
quorum ego fidei ita innitor, ut ueriturus perfidiam ſim: multa quae nunc ex interuallo
non apparent, bellum aperiet. & id eſt uiri & ducis, non deeſſe fortunae praebenti ſe, &
E oblata caſu, flectere ad conſilium. Habebo Q. Fabi parem quidem Hannibalem: ſed il-
lum potius ego traham,quam ille me retineat. in ſua terra cogam pugnare eum,& Cartha
go potius praemium uictoriae erit, quam ſemiruta Bruttiorum caſtella. Nequid interim
dum trãſijcio, dum expono exercitum in Africam, dũ caſtra ad Carthaginem promoueo,
reſpublica hic detrimẽti capiat,quod tu Q. Fabi,cum uictor tota Italia uolitaret Hannibal,
potuiſti praeſtare: hoc,uide,ne contumelioſum ſit, cõcuſſo iam & paene fracto Hannibale,
negare poſſe P. Licinium conſulem,uirum fortiſſimum,praeſtare. qui,ne a ſacris abſit pon-
tifex maximus,ideo in ſortem tam longinquae prouinciae non uenit. Si hercule nihilo ma
turius hoc,quo ego cenſeo, modo perficeretur bellum: tamen ad dignitatẽ populi Roma-
ni,famamq. apud reges genteſq. externas pertinebat,non ad defendendam modo Italiam,
ſed ad

ſed ad inferenda etiam Africae arma, uideri nobis animum eſſe: nec hoc credi, uulgarique F
quod Hannibal auſus ſit, neminem ducem Romanorum audere: & priore Punico bello, tū
cum de Sicilia certaretur, toties Africam noſtris exercitibus & claſſibus oppugnatā: nunc,
cum de Italia certatur, Africam pacatam eſſe. Requieſcat aliquando uexata diu Italia, ura
tur populeturq. inuicem Africa. caſtra Romana potius Carthaginis portis immineant,
quam nos iterum uallum hoſtium ex moenibus noſtris uideamus. Africa ſit reliqui belli ſe
des: illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio ſociorū, ceterae belli clades, quae
in nos per quattuordecim annos ingruerunt, uertantur. Quae ad rempublicam pertinent,
& bellum quod inſtat, & prouincias de quibus agitur, dixiſſe ſatis eſt. Illa longa oratio nec
ad uos pertinens ſit, ſi quemadmodum Q. Fabius meas res geſtas in Hiſpania eleuauit, ſic
& ego contra gloriam eius lædere, & meam uerbis extollere uelim. neutrum faciam P.
C. & ſi nulla alia re, modeſtia certe & temperamento linguae adoleſcēs ſenem uicero. ita G
& uixi, & res geſſi, ut tacitus ea opinione, quam ueſtra ſponte conceptam animis habere-
tis, facile contentus eſſem. Minus aequis animis auditus eſt Scipio, quia uulgatum erat,
ſi apud ſenatum non obtinuiſſet, ut prouincia Africa ſibi decerneretur, ad populum extem
plo laturum. Itaque Q. Fuluius, qui conſul quater & cenſor fuerat, poſtulauit a conſule,
ut palam in ſenatu diceret, permitteretne patribus, ut de prouincijs decernerent, ſtaturuſ-
que eo eſſet quod cenſuiſſent, an ad populum laturus. Cum Scipio reſpondiſſet, ſe, quod
e republica crediſſet, facturum: tum Fuluius: Non ego ignarus, quid reſponſurus factu
ruſue eſſes, quaeſiui: quippe cum praeteferas, tentare magis, quam conſulere ſenatum: &,
ni prouinciam tibi, quam uolueris, extemplo decernamus, paratam rogationem habeas.
Itaque a uobis tribuni plebis poſtulo, inquit, ut ſententiam mihi ideo non dicenti, quod, ſi
in meam ſententiam diſcedatur, non ſit ratum habiturus conſul, auxilio ſitis. Inde alterca- H
tio orta; cum conſul negaret, aequum eſſe tribunos intercedere, quo minus ſuo quiſque lo
co ſenator rogatus ſententiam diceret. Tribuni ita decreuerunt. Si conſul ſenatui de pro-
uincijs permittit, ſtari eo, quod ſenatus cenſuerit, placet: nec de ea re ferri ad populum pa-
tiemur. ſi non permittit, qui de ea re ſententiam recuſabit dicere, auxilio erimus. Con-
ſul diem ad colloquendum cum collega petijt. Poſtero die permiſſum ſenatui eſt. Pro-
uinciae ita decretae. Alteri conſuli Sicilia, & triginta roſtratae naues, quas C. Seruilius ſu
periore anno habuiſſet: permiſſumque, ut in Africam, ſi id e republica eſſe cenſeret, trāſij-
ceret. Alteri Bruttij, & bellum cum Hannibale cum eo exercitu quem L. Veturius, aut Q.
Caecilius, habuit, & ut L. Veturius & Q. Caecilius ſortirentur inter ſe ue compararēt, uter
in Bruttijs duabus legionibus, quas conſul reliquiſſet, rem gereret: imperiumq. in annum
ei prorogaretur, cui ea prouincia eueniſſet. Et ceteris praeter conſules, praetoreſque, qui I
exercitibus prouincijſq. praefuturi erant, prorogata imperia. Q. Caecilio ſorte euenit, ut
cum conſule in Bruttijs aduerſus Hannibalem bellum gereret. Ludi deinde Scipionis ma
gna frequentia & fauore ſpectantium celebrati. Legati Delphos ad donū ex praeda Haſ-
drubalis portandum miſſi. M. Pomponius Matho, & Q. Catius, tulerunt coronam auream
CC pondo, & ſimulacra ſpoliorum ex M. pondo argenti facta. Scipio cum, ut delectum
haberet, neque impetraſſet, neque magnopere tetendiſſet, ut uoluntarios ducere ſibi mi-
lites liceret, tenuit. & quia impenſae negauerat reipublicae futuram claſſem, ſi, quae a ſo-
cijs darentur ad nouas fabricādas naues, acciperet, Etruriae primum populi pro ſuis quiſ-
que facultatibus conſulem adiuturos polliciti. Caerites frumentum ſocijs naualibus, cō-
meatumq. omnis generis, Populonienſes ferrum, Tarquinienſes lintea in uela, Volaterra
ni armamenta nauium & frumentum, Arretini XXX millia ſcutorum, galeas totidem, pi- K
la, gaeſa, haſtas longas, millium quinquaginta ſummam pari cuiuſque generis numero ex-
pleturos: ſecures, rutra, falces, alueolos, molas, quantum in XL longas naues opus eſſet:
tritici centum & XX millia modium in uiaticum decurionibus remigibuſq. collaturos: Pe
ruſini, Cluſini, Ruſellani, abietem in fabricandas naues, & frumenti magnum numerum.
abiete ex publicis ſiluis eſt uſus. Vmbriae populi, Nurſinique, & Reatini, & Amiternini,
Sabinuſq. omnis ager, milites polliciti. Marſi, Peligni, Marruciniq. multi uoluntarij no-
mina in claſſem dederunt. Camertes cum aequo foedere cum Romanis eſſent, cohortem
armatam ſexcentorum hominum miſerunt. XXX nauium carinae, XX quinqueremes, X
quadriremes cum eſſent poſitae, ipſe ita inſtitit operi, ut die quadrageſimoquincto, quam

A ex ſiluis detracta materia erat, naues inſtructae armataeq. in aquam deductae ſint. Profectus in Siciliam eſt XXX nauibus longis, uoluntariorum ſeptem ferme millibus in naues impoſitis. Et P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus conſulares uenit. ex eis eum ſibi ſumpſit, quem L. Veturius conſul habuerat. Metello, ut, quibus praefuiſſet legionibus, ijs praeeſſet, facilius cum aſſuetis imperio rem geſturũ ratus, permiſit. Et praetores diuerſi in prouincias profecti. Et quia pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionem a Foſſa graeca ad mare uerſam uẽdere quaeſtores iuſsi. indicio quoque permiſſo, qui ager ciuis Campani fuiſſet, ut is publicus populi Romani eſſet. indici praemium conſtitutum, quantae pecuniae ager indicatus eſſet, pars decima. Et Cn. Seruilio praet. urb. negotium datũ, ut Campani ciues, ubi cuique ex S.C. liceret, habitarent: animaduerteretq. in eos, qui alibi habitarent. Eadẽ aeſtate Mago Hamilcaris filius ex minore Balearium inſula, ubi hiber-
B narat, iuuentute lecta in claſſem impoſita, in Italiam XXX ferme roſtratis nauibus, & multis onerarijs XII millia peditum, duo ferme equitum traiecit: Genuamque, nullis praeſidijs maritimam oram tutantibus, repentino aduentu cepit: inde ad oram Ligurum alpinorum, ſi quos ibi motus facere poſſet, claſſem appulit. Ingauni (Ligurum ea gens eſt) bellum ea tempeſtate gerebant cum Epanterijs montanis. Igitur Poenus, Sauone opido alpino praeda depoſita, & decem longis nauibus in ſtatione ad praeſidium relictis, ceteris Carthaginem miſsis ad tuẽdam maritimam oram, quia fama erat Scipionem tranſiecturũ eſſe, ipſe ſocietate cum Ingaunis, quorum gratiam malebat, compoſita, montanos inſtitit oppugnare. Et creſcebat exercitus in dies, ad famam nominis eius Gallis undique confluentibus. Ea litteris cognita Sp. Lucretij, ne fruſtra Haſdrubale cũ exercitu deleto biennio ante forent laetati, ſi par aliud inde bellum duce tantum mutato oriretur, curam ingen-
C tem accenderunt patribus. itaque & M. Liuium proconſulem ex Etruria uolonum exercitum admouere Ariminum iuſſerunt: & Cn. Seruilio praetori negotium datum, ut, ſi e rep. cenſeret eſſe, duas urbanas legiones, cui imperio uideretur dato, ex urbe duci iuberet. M. Valerius Laeuinus Arretium eas legiones duxit. Eiſdem diebus naues onerariae Poenorũ ad LXXX circa Sardiniam ab Cn. Octauio, qui prouinciae praeerat, captae. eas Coelius frumento miſſo ad Hannibalem, commeatuq. onuſtas, Valerius praedam Etruſcam Ligurũq. montanorum captiuos Carthaginem portantes, captas tradit. In Bruttijs nihil ferme anno eo memorabile geſtum eſt. Peſtilentia inceſſerat pari clade in Romanos Poenoſque, niſi quod Punicum exercitum ſuper morbum etiam fames affecit. Propter Iunonis Laciniae templum aeſtatẽ Hannibal egit: ibiq. aram condidit, dedicauitq. cum ingenti rerum ab ſe geſtarum titulo, Punicis Graeciſq. litteris inſculpto.

D

EPITOME. LIBRI. XXIX

Ex Sicilia C. Laelius in Africam a Scipione miſſus, ingentem praedã reportauit: & mandata Maſſaniſſae Scipioni expoſuit, conquerẽtis quod nondum exercitum in Africam trãſieciſſet. Bellum in Hiſpania finitum, uictore Romano, quod Indibilis excitauerat. ipſe in acie occiſus. Mandonius expoſcentibus Romanis a ſuis deditus eſt. E *Magoni, qui in Gallia, & in Liguribus erat, ex Africa & militũ ampla manus miſſa, & pecuniae quibus auxilia conduceret: praeceptũque, ut ſe Hãnibali iũgeret. Scipio a Syracuſis in Bruttios trãſiecit: & Locros, pulſo punico praeſidio, fugatoq. Hannibale, recepit. Pax cũ Philippo facta eſt. Idaea mater deportata eſt Romã a Peſinunte opido Phrygiae, carmine in libris ſibyllinis inuẽto, pelli Italia alienigenã hoſtem poſſe, ſi mater Idaea deportata Romã eſſet. tradita autem eſt Romanis per Attalũ regem Aſiae. lapis erat, quem matrem deum incolae dicebant. excepit P. Scipio Naſica, Cn. filius, eius qui in Hiſpania perierat, uir optimus a ſenatu iudicatus, adoleſcens nondum quaeſtorius: quoniam ita reſponſum habebatur, ut numen id ab optimo uiro reciperetur, conſecraretur que. Locrenſes legatos Romam miſerunt, qui de impotentia Q. Pleminij legati quererentur, quod pecuniam Proſerpinae abſtulerat, & liberos eorum & coniuges ſtuprauerat. Pleminius in catenis Romam perductus, in carcere mortuus eſt. Cum falſus rumor de P. Scipione proconſule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus eſſet, tamquam luxuriaretur: miſſis ob hoc legatis a ſenatu, qui explorarent an ea uera eſſent, purgatus infamia Scipio in Africam tranſiecit ſenatus permiſſu. Syphax, accepta in matrimonium Haſdrubalis Giſgonis filia, amicitiae, quam cum Scipione ipſe iunxerat, renunciauit. Maſſaniſa rex Maſſyliorum, dum pro*

Carthagi-

Carthaginienſibus in Hiſpania militat, amiſſo patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum ſaepe repetito, aliquot proelijs a Syphace rege Numidarum uictus, in totum priuatus eſt: & cum ducentis equitibus exſul Scipioni ſe iunxit, & cum eo primo ſtatim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio aduentu Haſdrubalis & Syphacis, qui prope cum centum millibus armatorum uenerāt, ab obſidione Vticae depulſus, hiberna communiuit. Sempronius conſul in agro Crotonienſi proſpere aduerſus Hannibalem pugnauit. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ciuium capita CCLXV F *millia. Inter cenſores M. Liuium & C. Neronem notabilis diſcordia fuit. nam & Claudius Liuio collegae equum ademit, quod a populo Romano damnatus, actuſq. in exſilium fuerat. & Liuius Claudio, quod falſum in ſe teſtimonium dixiſſet, & quod non bona fide ſecum in gratiam rediſſet. idem omnes tribus, extra unam, aerarias reliquit: quod & innocentem ſe damnaſſent, & poſtea conſulem cenſoremq. feciſſent.*

G

LIBER. XXIX

SCIPIO poſteaquam in Siciliam uenit, uoluntarios milites ordinauit centuriauitque. ex ijs trecentos iuuenes florentes aetate, & uirium robore inſignes circa ſe habebat, ignorantes quē ad uſum neque centuriati, neque armati ſeruarentur. tum ex totius Siciliae iuniorum numero principes genere & fortuna trecentos equites, qui ſecum in Africam traijcerent, legit, diemq. ijs, qua equis armiſq. inſtructi, atque ornati adeſſent, edixit. Grauis ea militia procul domo terra mariq. multos labores, magna pericula allatura uidebatur: neque ipſos modo, ſed parentes cognatoſq. eorum ea cura angebat. Vbi H
dies, quae edicta erat, aduenit, arma equoſq. oſtenderunt. tum Scipio renunciari ſibi dixit, quoſdam equites Siculorum tamquam grauem & duram horrere eam militiam. ſi qui ita animati eſſent: malle eos ſibi iam tunc fateri, quam poſtmodum querentes, ſegnes atque inutiles milites reipublicae eſſe. expromerent quid ſentirent. cum bona uenia ſe auditurum. Vbi ex his unus auſus eſt dicere: ſe prorſus, ſi ſibi utrum uellet liberum eſſet, nolle militare: tum Scipio ei. Quando igitur adoleſcens quid ſentires non diſſimulaſti, uicarium tibi expediam, cui tu arma equumq. & cetera inſtrumenta militiae tradas, & tecum hinc extemplo domum ducas, exerceas, docendum cures equo tradito armiſque. Laeto condicionem accipienti, unum ex CCC, quos inermes habebat, tradit. Vbi hoc modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris ceteri uiderunt: ſe quiſque excuſare, & uicarium accipere. Ita trecentis Siculis Romani equites ſubſtituti ſine publica impenſa. do- I
cendorum, atque exercendorum curam Siculi habuerunt: quia edictum imperatoris erat, ipſum militaturum, qui ita non feciſſet. Egregiam hanc alam equitum euaſiſſe ferunt, multiſque proelijs remp. adiuuiſſe. Legiones inde cum inſpiceret, plurimorum ſtipendiorum ex ijs milites delegit, maxime qui ſub duce Marcello militauerant. quos cum optima diſciplina inſtitutos credebat, tum etiam ab longa Syracuſarum obſidione peritiſsimos eſſe urbium oppugnandarum. nihil enim paruum, ſed Carthaginis iam excidia agitabat animo. Inde exercitum per opida diſpertit: frumentum Siculorum ciuitatibus imperat: ex Italia aduecto parcit: ueteres naues reficit, & cum ijs C. Laelium in Africam praedatū mittit, nouas Panhormi ſubducit, quia ex uiridi materia raptim factae erāt, ut in ſicco hibernarent. Praeparatis omnibus ad bellum, Syracuſas nondum ex magnis belli motibus ſatis tranquillas uenit. Graeci res a quibuſdam Italici generis eadem ui, qua per bellum ceperant, retinentibus, conceſſas ſibi ab ſenatu repetebant. Omnium primum ratus, tueri publicam fidem, partim edicto, partim iudicijs etiam in pertinaces ad obtinendam iniuriam redditis, ſuas res Syracuſanis reſtituit. Non ipſis tantum ea res, ſed omnibus Siciliae populis grata fuit, eoq. enixius ad bellum adiuuerunt. Eadem aeſtate in Hiſpania coortū ingens bellum, cōciente Illergete Indibili, nulla alia de cauſſa, quam per admirationem Scipionis contemptu imperatorum aliorum orto. Eum ſupereſſe unum ducem Romanis, ceteris ab Hannibale interfectis, rebantur. eo nec, in Hiſpaniam, caeſis Scipionibus, alium quem mitterent, habuiſſe: & poſteaquam in Italia grauius bellum urgeret, aduerſus Hannibalē eum accerſitum. praeterquam quod nomina tantum ducum in Hiſpania Romani haberent, exer-
citum

A citum quoque inde ueterem deductum. trepida omnia & inconditam turbam tironum
eſſe. numquam talem occaſionem liberandae Hiſpaniae fore. ſeruitum ad eam diem aut
Carthaginienſibus, aut Romanis: nec inuicem his, aut illis, ſed interdum utriſque ſimul.
pulſos ab Romanis Carthaginienſes: ab Hiſpanis, ſi conſentirent, pelli Romanos poſſe:
ut ab omni externo imperio ſoluta in perpetuũ Hiſpania in patrios rediret mores ritusq.
Haec taliaque dicendo, non populares modo, ſed Auſetanos quoque, uicinam gentem,
concitat, & alios finitimos ſibi, atque illis populos. itaque intra paucos dies XXX millia
peditum, quattuor ferme equitum in Sedetanum agrum, quo edictum erat, conuenerunt.
Romani quoque imperatores, L. Lentulus, & L. Manlius Acidinus, ne gliſceret, prima
negligendo, bellum: iunctis & ipſi exercitibus per agrum Auſetanum hoſtico tamquam
pacato clementer ductis militibus, ad ſedem hoſtium peruenere. trium millium ſpatio
B procul a caſtris eorum poſuerunt caſtra. Primo per legatos nequidquam eſt tentatum, ut
diſcederetur ab armis. deinde cũ in pabulatores Romanos impetus repente ab equitibus
Hiſpanis factus eſſet, ſummiſſo ab ſtatione Romana equitatu, proelium equeſtre fuit, haud
ſane memorando in partem ullam euentu. Sole oriente poſtero die armati inſtructiq. o-
mnes mille ferme paſſus procul a caſtris Romanis aciem oſtendere. Medij Auſetani erant.
cornua, dextrum Illergetes, laeuum ignobiles tenebant Hiſpani populi. inter cornua &
mediam aciem interualla patentia ſatis late fecerunt, qua equitatum, ubi tẽpus eſſet, emit
terent. Et Romani more ſuo exercitum cum inſtruxiſſent, id modo hoſtium imitati ſunt, ut
inter legiones & ipſi patentes equiti relinquerent uias. Ceterum Lentulus ei parti uſum
equitis fore ratus, quae prior in dehiſcentem interuallis hoſtium aciem equites emiſiſſet:
Ser. Cornelio, tribuno militum, imperat, equites per patentes in hoſtium acie uias immit-
C tere equos iubeat. ipſe, coepta parum proſpere pedeſtri pugna, tantum moratus, dum ce-
denti duodecimae legioni, quae in laeuo cornu aduerſus Illergetes locata erat, tertiamde-
cimam legionem ex ſubſidijs in primam aciem firmamentum ducit. poſteaquã aequata ibi
pugna eſt, ad L. Manlium inter prima ſigna hortantem, ac ſubſidia quibus res poſtulabat
locis inducentem, uenit. indicat, tuta ab laeuo cornu eſſe: iam miſſum ab ſe Ser. Corneliũ
procella equeſtri hoſtes circumfuſurum. Vix haec dicta dederat, cum Romani equites in
medios inuecti hoſtes, ſimul pedeſtres acies turbarunt, ſimul equitibus Hiſpanorum uiam
immittendi equos clauſerunt. itaque, omiſſa pugna equeſtri, ad pedes Hiſpani deſcende-
runt. Romani imperatores, ut turbatos hoſtium ordines, & trepidationem pauoremque, &
fluctuantia uiderunt ſigna, hortantur, orant milites, ut perculſos inuadant, neu reſtitui aciẽ
patiantur. Non ſuſtinuiſſent tam infeſtum impetum barbari, ni regulus Indibilis ipſe cum
D equitibus ad pedes digreſſis ante prima ſigna peditum ſe obieciſſet. Ibi aliquandiu atrox
pugna ſtetit. tandem poſtquam ij qui circa regem ſeminecem reſtantem, deinde pilo ter-
rae affixum pugnabant, obruti telis occubuerunt; tum fuga paſſim coepta, plures caeſi, quia
equos conſcendendi equitibus ſpatium non fuerat, & quia perculſis acriter inſtiterunt Ro
mani. nec ante abſceſſum eſt, quam caſtris quoque exſuerunt hoſtem. Tredecim millia Hi
ſpanorum caeſa eo die, DCCC ferme capti. Romanorum ſociorũq. paullo amplius CC,
maxime in laeuo cornu ceciderunt. Pulſi caſtris Hiſpani; at qui ex proelio effugerãt, ſparſi
primo per agros, deinde in ſuas quiſq. ciuitates redierunt. Tum a Mandonio euocati in cõ
cilium, conteſtatiq. ibi clades ſuas, increpitis auctoribus belli, legatos mittendos ad arma
tradenda, deditionemq. faciendam cenſuerunt. Quibus culpam in auctores belli Indibilẽ
ceteroſq. principes, quorum plerique in acie cecidiſſent, conferentibus, tradentibuſq. ar-
E ma, & dedentibus ſeſe, reſponſum eſt: in deditionẽ ita accipi eos, ſi Mandonium ceteroſq.
belli concitores tradidiſſent uiuos. ſin minus, exercitus ſe in agrum Illergetum Auſetano-
rumque, & deinceps aliorum populorum ducturos. Haec dicta legatis, renunciataq. in con
cilium. Ibi Mandonius ceteriq. principes comprehenſi traditi ad ſupplicium. Hiſpanis po-
pulis reddita pax: ſtipendium eius anni duplex, & frumentum ſex menſium imperatum,
ſagaque & togae exercitui: & obſides ab triginta ferme populis accepti. Ita Hiſpaniae re-
bellantis tumultu, haud magno motu intra paucos dies concito & compreſſo, in Africam
omnis terror uerſus. C. Laelius nocte ad Hipponem Regium cum acceſſiſſet, luce prima ad
populandum agrum ſub ſignis milites ſocioſque nauales duxit. Omnibus pacis modo in-
curioſe agentibus, magna clades illata, nuncijque trepidi Carthaginem terrore ingenti
compleuere,

compleuere, claſſem Romanam, Scipionemque imperatorem (& fama fuerat iam in Sici- F
liam tranſgreſſum) aduenisse. Nec, quot naues uidiſſent, nec, quanta manus agros popula-
retur, ſatis gnari, omnia in maius metu augente accipiebant. itaq. primo terror pauorque,
deinde maeſtitia animos inceſſit: tantum fortunam mutaſſe, ut qui modo ipſi exercitum
ante moenia Romana habuiſſent, uictores ſtratis tot hoſtiũ exercitibus, omnes Italiae po-
pulos aut ui aut uoluntate in deditionẽ accepiſſent: ij, uerſo Marte, Africae populationes,
& obſidionem Carthaginis uiſuri forent, nequaquam pari ad patienda ea robore, ac Ro-
mani fuiſſent. Illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem praebuiſſe, maiorem ſem
per frequentioremque pro tot caeſis exercitibus ſuboleſcentem: ceterum ſuam plebẽ im-
bellem in urbe, imbellem in agris eſſe: mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem
auram ſpei mobili, atque infida. iam reges, Syphacem poſt colloquium cum Scipione alie
natum, Maſſaniſſam aperta defectione infeſtiſſimum hoſtem. nihil uſquam ſpei, nihil auxi- G
lij eſſe. nec Magonem ex Gallia mouere tumultus quidquam, nec coniungere ſe Hanniba
li: & Hannibalem ipſum iam & fama ſeneſcere, & uiribus. In haec deflẽda prolapſos ab re
centi nuncio animos rurſus terror inſtans reuocauit ad conſultandum quonam modo ob-
uiam praeſentibus periculis iretur. Delectus raptim in urbe agriſq. haberi placet, mittere
ad conducenda Afrorum auxilia, munire urbem, frumentum conuehere, tela arma parare,
inſtruere naues, ac mittere ad Hipponem aduerſus Romanam claſſem. Iam haec agẽtibus
nuncius tandem uenit, Laelium, non Scipionem, copiaſque, quãtae ad incurſiones agrorũ
ſatis ſint, tranſuectas, ſummam belli molem adhuc in Sicilia eſſe. Ita reſpiratum, mittique
ad Syphacem legationes, alioſque regulos firmandae ſocietatis cauſſa coeptae. Ad Philip
[redacted] quoque miſſi, qui ducenta argenti talenta pollicerentur, ut in Siciliam aut Italiam
tranſijceret. Miſſi & ad ſuos imperatores in Italiam, ut omni terrore Scipionem retinerent. H
ad Magonem non legati modo, ſed XXV naues lõgae, ſex millia peditum, octingenti equi
tes, ſeptem elephanti, ad haec magna pecunia ad conducenda auxilia, quibus fretus pro-
pius urbem Romam exercitum admoueret, coniungeretque ſe Hannibali. Haec Cartha-
gine parabant agitabantque. cũ ad Laelium praedas ingẽtes ex agro inermi, ac nudo prae-
ſidijs agentem Maſſaniſa fama Romanae claſſis excitus cum equitibus paucis uenit. Is ſe-
gniter rem agi a Scipione queſtus, quod non iam exercitum in Africam trãiecilſet, percul
ſis Carthaginienſibus, Syphace impedito finitimis bellis, quem certum haberet, ſi ſpatium
ad ſua ut uelit componenda detur, nihil ſincera fide cum Romanis acturum. Hortaretur ac
ſtimularet Scipionem ne ceſſaret. ſe, quamquam regno pulſus eſſet, cum haud contemnen
dis copijs affuturum peditum equitumque. nec ipſi Laelio morandũ in Africa eſſe. claſſem
credere profectam a Carthagine, cum qua abſente Scipione non ſatis tutum eſſet contra- I
hi certamen. Ab hoc ſermone dimiſſo Maſſaniſa, Laelius poſtero die naues praeda onuſtas
ab Hippone ſoluit: reuectuſque in Siciliam [redacted] Maſſaniſae Scipioni expoſuit. Eiſdẽ
ferme diebus naues, quae ab Carthagine ad Magonẽ miſſae erãt, inter Albingaunos Ligu
res Genuamque acceſſerunt. In ijs locis tum forte Mago tenebat claſſem. qui legatorum
auditis uerbis iubentium exercitus quammaximos comparare, extemplo Gallorum &
Ligurum (namque utriuſque gentis ingens ibi multitudo erat) concilium habuit. & miſ-
ſum ſe ad eos uindicandos in libertatem ait; & ut ipſi cernant, mitti ſibi ab domo praeſi-
dia: ſed quantis uiribus, quanto exercitu id bellum [redacted], in eorũ poteſtate eſſe. duos
exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum in Etruria eſſe. ſatis ſcire Sp. Lucretium ſe
cum M. Liuio iuncturum. multa millia ipſis etiam armanda eſſe, ut duobus ducibus, duo-
bus exercitibus Romanis reſiſtatur. Galli ſummam ad id ſuam uoluntatem eſſe dicere. K
ſed cum una caſtra Romana intra fines, altera in finitima terra Etruria prope in conſpectu
habeant, ſi palam fiat auxilijs adiutum ab ſeſe Poenum, extemplo infeſtos utrimque exer-
citus in agrum ſuum incurſuros. ea ab Gallis deſideraret, quibus occulte adiuuari poſſet.
Liguribus, quod procul agro urbibuſque eorum caſtra Romana ſint, libera conſilia eſſe:
illos armare iuuentutem, & capeſſere pro parte bellum aequum eſſe. Ligures haud abnue
re. tempus modo duorum menſium petere ad delectus habendos. Interim Mago mili-
tes, Gallis dimiſſis, clam per agros eorum mercede conducere. commeatus quoque o-
mnis generis occulte ad eum a Gallicis populis mittebantur. M. Liuius exercitum uolo-
nũ ex Etruria in Galliam trãſducit: iunctuſq. Lucretio, ſi Mago ex Liguribus propius urbẽ

moueat,

A moueat, obuiam ire parat: ſi Poenus ſub angulo Alpium quietus ſe contineat, & ipſe in ea-
dem ſtatione circa Ariminum Italiae praeſidio futurus. Poſt aditū ex Africa C. Laelij, &
Scipione ſtimulato Maſſaniſſae adhortationibus, & militibus praedam ex hoſtiū terra cer-
nentibus tota claſſe efferri, accenſis ad trāſiiciendum quamprimum, interuenit maiori mi-
nor cogitatio, Locros urbem recipiendi, quae ſub defectionem Italiae deſciuerat & ipſa
ad Poenos. Spes autem affectandae eius rei ex minima re affulſit: quod latrocinij magis
more, quam iuſto bello, in Bruttijs gerebatur res, principio ab Numidis facto, & Bruttijs
non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio, propriis in eum morem. poſtremo
Romani quoque milites iam contagione quadam rapto gaudentes, quantum per duces
licebat, excurſiones in hoſtium agros facere. Ab ijs egreſſi quidam urbe Locrenſes cir-
cumuenti, Rhegiumq. abſtracti fuerant. in eo captiuorum numero fabri quidam fuere, aſ-
B ſueti forte apud Poenos mercede opus in arce Locrorum facere. ij cogniti ab Locrenſium
principibus, qui exſulabant Rhegij, pulſi ab aduerſa factione, quae Hannibali Locros tradi-
derat, cum cetera percunctantibus, (ut mos eſt ijs, qui diu abſunt) quae domi agerentur, ex-
poſuiſſent: ſpem fecerunt, ſi redempti ac remiſſi forent, arcem ſe ijs tradituros. ibi ſe habi-
tare, fidemq. ſibi rerum omnium inter Carthaginienſes eſſe. Itaque, ut qui ſimul deſiderio
patriae augerentur, ſimul cupiditate inimicos ulciſcendi arderent, redemptis extemplo ijs
remiſſiſque, cum ordinem agendae rei compoſuiſſent, ſignaq. quae procul edita obſerua-
rent: ipſi ad Scipionem Syracuſas profecti, apud quem pars exſulum erat, referētes ibi pro
miſſa captiuorum, cum ſpem ab effectu haud abhorrentem conſuli feciſſent: tribuni militum
cum ijs M. Sergius & P. Matienus miſſi: iuſſiq. ab Rhegio tria millia militum Locros
ducere. & Q. Pleminio propraetori ſcriptum, ut rei agendae adeſſet. Profecti ab Rhegio,
C ſcalas ad editam altitudinem arcis fabricatas portantes, media ferme nocte ex loco un-
de conuenerat, ſignum dedere proditoribus arcis. qui parati intentique, & ipſi ſcalas ad
idipſum factas cū demiſiſſent, pluribuſq. ſimul locis ſcandentes accepiſſent, priuſquam cla-
mor oriretur, in uigiles Poenorum, ut in nullo tali metu ſopitos, impetus eſt factus. quorū
gemitus primo morientium exauditus: deinde ſubita conſternatio ex ſomno & tumultus.
cum cauſſa ignoraretur, poſtremo certior res, alijs excitantibus alios, iamq. ad arma pro ſe
quiſque uocabat. hoſtes in arce eſſe: & caedi uigiles. oppreſſiq. forent Romani, nequaquā
numero pares: ni clamor ab ijs, qui extra arcem erant, ſublatus, incertus unde accidiſſet,
omnia uana augente nocturno tumultu feciſſet. Itaque uelut plena iam hoſtium arce
territi Poeni, omiſſo certamine, in alteram arcem (duae ſunt haud multum inter ſe diſtan-
tes) confugiunt. Opidani urbem habebant, uictoribus praemium in medio poſitam. Ex
D arcibus duabus proelijs quotidie leuibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Hamilcar Pu-
nico praeſidio praeerat: & acceríentes ex propinquis locis ſubſidia, copias augebant. Ipſe
poſtremo ueniebat Hannibal. nec ſuſtinuiſſent Romani, niſi Locrenſium multitudo exacer-
bata ſuperbia, atque auaritia Poenorum, ad Romanos inclinaſſet. Scipio, ut nunciatum eſt,
in maiore diſcrimine Locris rem uerti, ipſumq. Hannibalem aduētare: ne praeſidium etiā
periclitaretur haud facili inde receptu, & ipſe a Meſſana, L. Scipione fratre in praeſidio
ibi relicto, cum primum aeſtu fretum inclinatum eſt, naues mari ſecundo tranſmiſit. Et
Hannibal a Buthroto amni (haud procul is ab urbe Locris abeſt) nūcio praemiſſo, ut ſui lu-
ce prima ſumma ui proelium cum Romanis ac Locrenſibus conſererent, dum ipſe, auerſis
omnibus in eum tumultum, ab tergo urbem incautam aggrederetur: ubi luce coeptam in-
uenit pugnam, ipſe nec in arcem ſe includere, turba locum artum impediturus, uoluit: ne-
E que ſcalas, quibus ſcanderent muros, attulerant. ſarcinis in aceruum coniectis, cum haud
procul muris, ad terrorem hoſtium, aciē oſtendiſſet, cum equitibus Numidis circumequi-
tabat urbem. dum ſcalae, quaeq. alia ad oppugnandum opus erant, parantur, ad uiſendum,
qua maxime parte aggrederetur, progreſſus ad murum, ſcorpione ictus, qui proximus
eum forte ſteterat. territus inde tam periculoſo caſu, receptui canere cum iuſſiſſet, caſtra
procul ab ictu teli communijt. Claſſis Romana a Meſſana Locros multa die ſuperante ac-
ceſſit, expoſiti omnes nauibus: & ante occaſum ſolis urbem ingreſſi ſunt. Poſtero die
coepta ex arce a Poenis pugna. & Hannibal iam ſcalis, alijſque omnibus ad oppugnatio-
nem paratis ſubibat muros, cum repente in eum nihil minus, quam tale quidquam, timen-
tem, patefacta porta erumpunt Romani. ad CC, improuidos cum inuaſiſſent, occidunt.

ceteros Hannibal, ut conſulem adeſſe ſenſit, in caſtra recipit: nuncioq. miſſo ad eos, qui F in arce erant, ut ſibimet ipſi conſulerent, nocte motis caſtris abijt. Et qui in arce erant, igni iniecto tectis, quae tenebant, ut is tumultus hoſtem moraretur, agmen ſuorum fugae ſimili curſu ante noctem aſſecuti ſunt. Scipio, ut & arcem relictam ab hoſtibus, & uacua uidit caſtra, uocatos ad concionem Locrenſes grauiter ob defectionem incuſauit: de auctoribus ſupplicium ſumpſit, bonaq. eorum alterius factionis principibus ob egregiam fidem aduerſus Romanos conceſsit. publice nec dare nec eripere ſe quidquam Locrenſibus dixit. Romam mitterent legatos. quam ſenatus aequum cenſuiſſet, eam fortunam habituros. illud ſatis ſcire, etſi male de populo Romano meriti eſſent, in meliore ſtatu ſub iratis Romanis futuros, quam ſub amicis Carthaginienſibus fuerint. Ipſe Q. Pleminio legato, praeſidioq. quod arcem ceperat, ad tuendam urbem relicto, cum quibus uenerat copijs Meſſanam traſiecit. Ita ſuperbe crudeliterq. habiti Locrenſes a Carthaginienſibus poſt defectionem ab Romanis fuerant, ut modicas iniurias non aequo modo animo G pati, ſed prope libenti uideo poſſent. uerumenimuero tantum Pleminius Hamilcaré praeſidij praefectũ, tãtum praeſidiarij milites Romani Poenos ſcelere, atque auaritia ſuperauerunt, ut non armis, ſed uitijs uideretur certari. nihil omnium, quae inopi inuiſas opes potentioris faciunt, praetermiſſum in opidanos eſt ab duce, aut a militibus, in corpora ipſorum, in liberos, in coniuges infandae contumeliae editae. Iam auaritia ne ſacrorum quidẽ ſpoliatione abſtinuit: nec alia modo templa uiolata, ſed Proſerpinae etiam intacti omni aeuo theſauri: praeterquam quod a Pyrrho, qui cum magno piaculo ſacrilegij ſui manubias retulit, ſpoliati dicebantur. Ergo ſicut ante regiae naues laceratae naufragijs nihil in terram integri, praeter ſacram pecuniam deae, quam aſportabant, extulerunt: tũ quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea uiolatione templi furorem H obiecit: atque inter ſe ducem in ducem, militem in militem rabie hoſtili uertit. Summae rei Pleminius praeerat: militum pars ſub eo, quam ipſe ab Rhegio adduxerat, pars ſub tribunis erat. Rapto poculo argenteo ex opidani domo Pleminij miles fugiens, ſequentibus quorum erat, obuius forte Sergio & Matieno tribunis militum fuit. cui cum iuſſu tribunorum ademptum poculum eſſet, iurgium inde & clamor, pugna poſtremo orta inter Pleminij milites tribunorumque, ut ſuis quiſque opportunus aduenerat, multitudine ſimul ac tumultu creſcente. Victi Pleminij milites, cum ad Pleminium, cruorem & uulnera oſtentantes, non ſine uociferatione, atque indignatione concurriſſent, probra in eum ipſum iactata in iurgijs referentes, accenſus ira, domo ſeſe proripuit: uocatoſq. tribunos nudari, ac uirgas expediri iubet. Dum ſpoliandis ijs (repugnabant enim, militumq. fidem implorabant) tempus teritur, repente frequentes milites feroces re- I centi uictoria ex omnibus locis, uelut aduerſus hoſtes ad arma conclamatum eſſet, concurrerunt. & cum uiolata iam uirgis corpora tribunorum uidiſſent, tum uero in multo impotentiorem ſubito rabiem accenſi, ſine reſpectu non maieſtatis modo, ſed etiam humanitatis, in legatum impetum, lictoribus prius indignum in modum mulctatis, faciunt. tum ipſum ab ſuis interceptum & ſecluſum hoſtiliter lacerant, & prope exſanguem, naſo auribuſq. mutilatis, relinquunt. His Meſſanam nunciatis, Scipio poſt paucos dies Locros exeri aduectus, cum cauſſam Pleminij & tribunorum audiſſet, Pleminio noxa liberato, relictoq. in eiuſdem loci praeſidio, tribunis ſontibus iudicatis, & in uincula coniectis, ut Romam ad ſenatum mitterentur, Meſſanam, atque inde Syracuſas redit. Pleminius impotens irae, neglectam ab Scipione & nimis leuiter latam ſuam iniuriam ratus: nec quemquam aeſtimare alium eam litem poſſe, niſi qui atrocitatem eius patiendo ſenſiſſet: K tribunos attrahi ad ſe iuſſit, laceratoſq. omnibus, quae pati corpus ullum poteſt, ſupplicijs, interfecit: nec ſatiatus uiuorum poena, inſepultos proiecit. Simili crudelitate & in Locrenſium principes eſt uſus, quos ad conquerendas iniurias ad Scipionem profectos audiuit. et quae antea per libidinem, atque auaritiam foeda exempla in ſocios ediderat, tunc ab ira multiplicia edere: infamiae, atque inuidiae non ſibi modo, ſed etiam imperatori eſſe. Iam comitiorũ appetebat tempus, cum a P. Licinio conſule litterae Romã allatae ſunt: ſe, exercitumq. ſuum graui morbo affictari: nec ſubſiſti potuiſſe, niſi eadem uis mali, aut grauior etiã in hoſtes ingruiſſet. itaque quoniam ipſe uenire ad comitia non poſſet, ſi ita patribus uideretur, ſe Q. Caecilium Metellũ dictatorem comitiorũ cauſſa dicturum, exercitum

citum

A citum Q. Caecilij dimitti e republica eſſe. nam neque uſum eius ullum in praeſentia eſſe, cum Hannibal iam in hiberna ſuos receperit: & tantam inceſſiſſe in ea caſtra uim morbi, ut, niſi mature dimittantur, nemo omnium ſuperfuturus uideatur. Ea conſuli a patribus facienda, ut e republica fideq. ſua duceret, permiſſa. Ciuitatem eo tempore repens religio inuaſerat, inuento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de caelo lapidatum inſpectis. Quandocunque hoſtis alienigena terrae Italiae bellum intuliſſet, eum pelli Italia uinciq. poſſe, ſi mater Idaea Peſſinunte Romam aduecta eſſet. Id carmen ab decemuiris inuentum eo magis patres mouit, quod & legati, qui donum Delphos portauerant, referebant, & ſacrificantibus ipſis Pythio Apollini, omnia laeta exta fuiſſe: & reſponſum oraculo editum, maiorem multo uictoriam, quam cuius ex ſpolijs dona portarent, adeſſe populo Romano. In eiuſdem ſpei ſummam conferebant P. Scipionis uelut prae-
B ſagientem animum de fine belli, quod depopoſciſſet prouinciam Africá. Itaque quo maturius, fatis omnibus, oraculiſq. portendentis ſe uictoriae compotes fierent, cogitare, quae ratio tráſportandae Romam Deae eſſet. Nullas dum in Aſia ſocias ciuitates habebat populus Romanus: tamen memores, Eſculapium quoque ex Graecia quondam hauddum ullo foedere ſociata, ualetudinis populi cauſſa, accerſitũ: & iam cum Attalo rege propter commune aduerſus Philippum bellum coeptam amicitiam eſſe, facturum eum quae poſſit, populi Romani cauſſa: legatos ad eũ decernunt, M. Valerium Laeuinum, qui bis conſul fuerat, ac res in Graecia geſſerat, M. Caecilium Metellum praetorium, Ser. Sulpicium Galbam aedilicium, duos quaeſtorios, C. Tremellium Flaccũ, & M. Valerium Faltonem. His quinque naues quinqueremes, ut ex dignitate populi Romani adirent terras, ad quas conciliáda maieſtas nomini Romano eſſet, decernunt. Legati Aſiam petentes, protinus Delphos
C cum exſcendiſſent, oraculum adierunt, cóſulentes, ad quod negotium domo miſſi eſſent, perficiendi eius quam ſibi ſpem populoq. Romano portenderet. Reſponſum eſſe ferunt, per Attalum regem compotes eius fore, quod peterent. cum Romam deam deuexiſſent, tum curarent, ut eam, qui uir optimus Romae eſſet, hoſpitio acciperet. Pergamum ad regé uenerunt. Is legatos comiter acceptos Peſſinuntem in Phrygiam deduxit: ſacrumq. ijs lapidem, quem Matrem deum incolae eſſe dicebant, tradidit, ac deportare Romam iuſſit. Remiſſus ab legatis M. Valerius Falto nunciauit deam apportari; quaerendum uirum optimũ in ciuitate eſſe, qui eam rite hoſpitio acciperet. Q. Caecilius Metellus dictator ab conſule in Bruttijs comitiorum cauſſa dictus, exercituſq. eius dimiſſus, magiſter equitum L. Veturius Philo. Comitia per dictatorem habita. Conſules facti M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus abſens, cum prouinciam Graeciam haberet. Praetores inde creati, Ti.
D Claudius Nero, M. Martius Ralla, L. Scribonius Libo, M. Pomponius Matho. Comitijs perfectis dictator ſeſe magiſtratu abdicauit. Ludi Romani ter, plebeij ſepties inſtaurati. Curules erant aediles Cn. & L. Cornelij Lentuli. Lucius Hiſpaniam prouinciam habebat, abſens creatus, abſens eum honorem geſsit. Ti. Claudius Aſellus, & M. Iunius Pennus plebeij aediles fuerunt. Aedé Virtutis eo anno ad portam Capenam M. Marcellus dedicauit, ſeptimodecimo anno poſtquam a patre eius primo conſulatu uota in Gallia ad Claſtidiũ fuerat. Et flamen Martialis eo anno eſt mortuus M. Aemilius Regillus. Neglectae eo biennio res in Graecia erant. itaque Philippus Aetolos deſertos ab Romanis, cui uni fidebant auxilio, quibus uoluit condicionibus ad petendam & paciſcendam ſubegit pacem. quod niſi omni ui perficere maturaſſet, bellantem eum cum Aetolis P. Sempronius proconſul, ſucceſſor imperij miſſus Sulpicio cum decem millibus peditum, & mille equitibus, & tri-
E gintaquinque roſtratis nauibus, haud paruum momentum ad opem ferendam ſocijs, oppreſſiſſet. Vixdum pace facta, nuncius regi uenit, Romanos Dyrrhachium ueniſſe: Parthinoſq. & propinquas alias gentes motas eſſe ad ſpem nouandi res: Dimallumq. oppugnari. eo ſe auerterant Romani ab Aetolorũ, quo miſſi erant, auxilio: irati, quod ſine auctoritate ſua aduerſus foedus cum rege pacem feciſſent. Ea cum audiſſet Philippus, ne qui motus maior in finitimis gentibus populiſq. oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit, quo Sempronius ſe receperat, miſſo Laetorio legato cum parte copiarum & XV nauibus in Aetoliam ad uiſendas res, pacemque, ſi poſſet, turbandam. Philippus agros Apolloniatum uaſtauit, & ad urbem admotis copijs, poteſtatem pugnae Romano fecit. quem poſteaquam quietum muros tantummodo tueri uidit: nec ſatis fidens uiribus, ut ur-

Ff 2 bem

hem oppugnaret, & cum Romanis quoque, ſicut cum Aetolis, cupiens pacem, ſi poſſet, F
ſin minus, indutias facere, nihil ultra irritatis nouo certamine odijs in regnum ſe recepit.
Per idem tempus, taedio diutini belli, Epirotae, tentata prius Romanorum uoluntate, lega-
tos de pace communi ad Philippum miſere, ſatis confidere conuenturam eam, affirman-
tes, ſi ad colloquium cum P. Sempronio, imperatore Romano ueniſſet. Facile impetra-
tum, (neque enim ne ipſius quidem regis abhorrebat animus) ut in Epirum tranſiret. Phoe
nice urbs eſt Epiri. ibi prius collocutus rex cum Eropo, & Derda, & Philippo, Epirota-
rum praetoribus, poſtea cum P. Sempronio congreditur. Affuit colloquio & Hamināder,
Athamanum rex, & magiſtratus alij Epirotarum, & Acarnanum. Primus Philippus prae-
tor uerba fecit, & petijt ſimul ab rege & ab imperatore Romano, ut finem belli facerent,
darentq. eam Epirotis ueniam. P. Sempronius condiciones pacis dixit, ut Partini, & Di-
mallum, & Bargulum, & Eugenium Romanorum eſſent, addito quod miſſis Romam lega- G
tis ab ſenatu impetraſſent, ut Macedoni accederet. In eas condiciones cum pax conue-
niſſet, ab rege foederi adſcripti, Pruſia Bithyniae rex, Achaei, Boeoti, Theſſali, Acarnanes,
Epirotae: ab Romanis, Ilienſes, Attalus rex, Pleuratus, Nabis Lacedaemoniorum tyran-
nus, Elei, Meſſenij, Athenienſes. Haec cōſcripta cōſignataq. ſunt, & in duos mēſes induti ae
factae, donec Romam mitterentur legati, ut populus in has condiciones pacem iuberet.
Iuſſeruntq. omnes tribus, quia, uerſo in Africam bello, omnibus alijs in praeſentia leuari
bellis uolebant. P. Sempronius, pace facta, ad conſulatum Romam deceſſit. M. Cornelio
An. 546 P. Sempronio conſulibus (quinctuſdecimus is annus Punici belli erat) prouinciae, Corne-
lio Etruria cum uetere exercitu, Sempronio Bruttij, ut nouas ſcriberet legiones, decre-
tae. Praetoribus, M. Marcio urbana, L. Scribonio Liboni peregrina, & eidem Gallia. M.
Pomponio Mathoni Sicilia, Ti. Claudio Neroni Sardinia euenit. P. Scipioni cum eo H
exercitu cumq. ea claſſe quam habebat, prorogatum in annum imperium eſt. Item P. Li-
cinio, ut Bruttios cum duabus legionibus obtineret, quoad, eum in prouincia cum impe-
rio morari conſuli e republica uiſum eſſet. Et M. Liuio, & Sp. Lucretio cum binis legioni-
bus, quibus aduerſus Magonem Galliae praeſidio fuiſſent, prorogatū imperiū eſt. Et Cn.
Octauio, ut, cum Sardiniam legionemq. Ti. Claudio tradidiſſet, ipſe nauibus longis XL
maritimā oram, quibus finibus ſenatus cenſuiſſet, tutaretur. M. Pōponio praetori in Sicilia
Cannenſis exercitus duae legiones decretae. T. Quinctius Tarentum, C. Hoſtilius Tubu-
lus Capuam propraetores, ſicut priore anno, cum uetere uterque praeſidio, obtinerent.
De Hiſpaniae imperio, quos in eam prouinciam duos proconſules mitti placeret, latum
ad populum eſt. Omnes tribus eoſdem L. Cornelium Lētulum, & L. Manlium Acidinum
proconſules, ſicut priore anno tenuiſſent, obtinere eas prouincias iuſſerunt. Conſules I
delectum habere inſtituerunt & ad nouas ſcribendas in Bruttios legiones, & ceterorum
(ita enim iuſſi ab ſenatu erant) exercituum ſupplementum. Quamquam nondum aperte
Africa prouincia decreta erat, occultantibus id, credo, patribus, ne praeſcirent Carthagi-
nienſes: tamen in eam ſpem erecta ciuitas erat, in Africa eo anno debellatum iri, finemq.
bello Punico adeſſe. Impleuerat ea res ſuperſtitione animos: proniq. & ad nuncianda, &
ad credenda prodigia erant. eo plura uulgabantur: duos ſoles uiſos: & nocte interluxiſſe:
& facem Setiae ab ortu Solis in occidentem porrigi uiſam. Tarracinae portam, Anagniae
& portam, & multis locis murum de caelo tactum. in aede Iunonis Soſpitae Lanuuij cum
horrendo fragore ſtrepitum editum. Eorum procurandorum cauſſa, diem unum ſup-
plicatio fuit: & nouēdiale ſacrum, quod de caelo lapidatum eſſet, factum. Eo acceſsit con-
ſultatio de matre Idaea accipienda. quam praeterquam quod M. Valerius unus ex legatis K
regreſſus acturum in Italia fore nunciauerat, recens nuncius aderat Tarracinae iam eſſe.
Haud paruae rei iudicium ſenatum tenebat, qui uir optimus in ciuitate eſſet. ueram cer-
te uictoriam eius rei ſibi quiſque mallet, quam ulla imperia honoreſue ſuffragio ſeu pa-
trum ſeu plebis delatos. P. Scipionem Cn. filium, eius qui in Hiſpania ceciderat, ado-
leſcentem nondum quaeſtorium, iudicauerunt in tota ciuitate uirum optimum eſſe. Id
quibus uirtutibus inducti ita iudicauerint, ſicut proditum memoriae a proximis tempo-
rum illorum ſcriptoribus libens poſteris tradiderim: ita meas opiniones, coniectando
rem uetuſtate obrutam, non interponam. P. Cornelius cum omnibus matronis Oſtiam
obuiam ire deae iuſſus: iſq. eam de naue accipere, & in terram elatam tradere ferendā ma-
tronis.

A tronis. Poſtquam nauis ad oſtium amnis Tiberini acceſſiſſet, ſicut erat iuſſus, in ſalum naue euectus, ab ſacerdotibus deam accepit, attulitq. in terram. Matronae primores ciuitatis, inter quas unius Claudiae Quinctae inſigne eſt nomen, accepere: cui dubia (ut traditur) ante fama, clariorem ad poſteros tam religioſo miniſterio pudicitiam fecit. Eae per manus ſuccedentes deinceps aliae alijs, omni effuſa ciuitate obuiam, turibulis ante ianuas poſitis qua praeferebatur, atque accenſo thure, precantibus ut uolens propitiaque urbem Romam iniret, in aedem Victoriae, quae eſt in Palatio, pertulere deam pridie idus Aprilis: iſq. dies feſtus fuit. populus frequens dona deae in Palatium tulit; lectiſterniumque, & ludi fuere, Megaleſia appellata. Cum de ſupplemento legionum, quae in prouincijs erant, ageretur, tempus eſſe a quibuſdam ſenatoribus ſubiectum eſt, quae dubijs in rebus utcumque tolerata eſſent, ea, dempto iam tandem deum benignitate metu, non ultra

B pati. Erectis exſpectatione patribus, ſubiecerunt, colonias Latinas duodecim, quae Q. Fabio & Q. Fuluio conſulibus abnuiſſent milites dare, eas annum iam ferme ſextum uacatione militiae, quaſi honoris & beneficij cauſſa habere: cũ interim boni obedientesq. ſocij pro fide, atque obſequio imperij Romani continuis omnium annorum delectibus exhauſti eſſent. Sub hanc uocem non memoria magis patribus renouata rei prope iam oblitteratae, quã ira irritata eſt. Itaque nihil prius referre conſules paſſi, decreuerunt, ut conſules magiſtratus, denosq. principes Nepet, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carſeolis, Sora, Sueſſa, Setia, Circeis, Narnia, Interamna (eae namque coloniae in ea cauſſa erant) Romã excirent: ijs imperarent, quantum quaeque earum coloniarum militum plurimum dediſſet populo Romano, ex quo hoſtes in Italia eſſent, duplicatum eius ſummae numerum peditum daret, & equites centenos uicenos. ſi qua eum numerum equitum explere non poſſet,

C pro equite uno tres pedites liceret dare. pedites equiteſque, quam locupletiſſimi legerentur, mitterenturq. ubicumque extra Italiam ſupplemento opus eſſet. ſi qui ex ijs recuſarent, retineri eius coloniae magiſtratus legatoſq. placere: neque, ſi poſtularent, ſenatum dari, priuſquam imperata feciſſent. ſtipendium praeterea ijs colonijs tria millia aeris, aſſes ſingulos imperari, exigiq. quotannis: cenſumq. in ijs colonijs agi ex formula ab Romanis cenſoribus data. dari autem placere eandem, quam populo Romano: deferriq. Romam ab iuratis cenſoribus coloniarum, priuſquam magiſtratu abirent. Ex hoc ſenatuſconſulto accitis Romam magiſtratibus primoribuſq. earum coloniarum, conſules cum milites ſtipendiumq. imperaſſent, alij alijs magis recuſare ac reclamare. negare, tantum militum effici poſſe: uix, ſi ſimplum ex formula imperetur, enixuros. orare, atque obſecrare, ut ſibi ſenatum adire ac deprecari liceret. nihil ſe quare perire merito deberent, admiſiſſe. ſed ſi

D pereundum etiam foret, neque ſuum delictum, neque iram populi Romani, ut plus militum darent, quam haberent, poſſe efficere. Conſules obſtinati manere legatos Romae iubent, magiſtratus ire domos ad delectus habendos: niſi ſumma militũ, quae imperata eſſet Romam adducta, neminem ijs ſenatum daturum. Ita praeciſa ſpe ſenatum adeundi deprecandique, delectus in ijs duodecim colonijs, per longam uacationem numero iuniorum aucto, haud difficulter eſt perfectus. Altera item res, prope aeque longo neglecta ſilentio, relata a M. Valerio Laeuino eſt: qui priuatis collatas pecunias ſe ac M. Claudio Marcello conſulibus, reddi tandem, aequum eſſe dixit. nec mirari quemquã debere, in publica obligata fide ſuam praecipuam curam eſſe. nam praeterquam quod aliquid proprie ad conſulem eius anni, quo collatae pecuniae eſſent, pertineret, etiam ſe auctorem ita conferendi fuiſse inopi aerario, nec plebe ad tributum ſufficiente. Grata ea patribus admoni-

E tio fuit. iuſſiſq. referre conſulibus, decreuerunt, ut tribus penſionibus ea pecunia ſolueretur: primã praeſentem ij, qui tum eſſent, duas tertij, & quincti conſules numerarẽt. Omnes deinde alias curas una occupauit, poſtquam Locrenſium clades, quae ignotae ad eam diẽ fuerant, legatorum aduentu uulgatae ſunt. nec tam Q. Pleminij ſcelus, quam Scipionis in eo aut ambitio aut negligentia iras hominũ irritauit. Decem legati Locrenſiũ obſiti ſqualore & ſordibus, in Comitio ſedentibus conſulibus, uelamenta ſupplicum, ramos oleae (ut Graecis mos eſt) porrigẽtes, ante tribunal cũ flebili uociferatione humi procubuerunt. Quaerentibus cõſulibus, Locrenſes ſe dixerunt eſſe, ea paſſos a Q. Pleminio legato Romaniq. militibus: quae pati ne Carthaginiẽſes quidem uelit populus Romanus. orare, ut ſibi patres adeũdi, deplorandiq. aerumnas ſuas poteſtatẽ facerẽt. Senatu dato, maximus natu

ex iis. Scio,inquit,quanti aeſtimentur noſtrae apud uos querellae patres conſcripti, pluri- F
mum in eo momenti eſſe,ſi probe ſciatis, & quo modo proditi Locri Hannibali ſint,& quo
modo pulſo Hannibalis praeſidio,reſtituti in ditionem ueſtrã, quippe ſi & culpa defectio-
nis procul a publico conſilio abſit, & reditum in ueſtram ditionem appareat non uolunta-
te ſolum,ſed ope etiam ac uirtute noſtra,magis indignemini,bonis ac fidelibus ſocijs tam
atroces,atque indignas iniurias ab legato ueſtro militibuſq. fieri. Sed ego cauſſam utriuſ-
que defectionis noſtrae in aliud tempus differendam arbitror eſſe, duarum rerum gratia:
unius,ut coram P. Scipione qui Locros recepit, quiq. omnium nobis recte perperamque
factorum eſt teſtis,agatur: alterius,quod qualeſcumque ſumus,tamen haec,quae paſſi ſu-
mus, pati non debuimus. Non poſſumus diſſimulare P. C. nos, cum praeſidium Puni-
cum in arce noſtra haberemus,multa foeda,indigna & a praefecto praeſidij Hamilcare, &
ab Numidis Afriſque paſſos eſſe: ſed quid illa ſunt collata cum ijs, quae hodie patimur? G
Cum bona uenia quaeſo audiatis P. C. id, quod inuitus eloquar. In diſcrimine eſt nunc
humanum omne genus utrum uos, an Carthaginienſes principes orbis terrarum uideat.
ſed ſi ex ijs,quae Locrenſes,aut ab illis paſſi ſumus,aut a ueſtro praeſidio nunc quãmaxime
patimur, aeſtimandum Romanum ac Punicum imperium ſit, nemo non illos ſibi, quam
uos, dominos praeoptet. Et tamen uidete, quemadmodum Locrenſes in uos animati
ſint. Cum a Carthaginienſibus iniurias multo minores acciperemus, ad ueſtrum im-
peratorem confugimus: cum a ueſtro praeſidio pluſquam hoſtilia patiamur, nuſquã alio,
quam ad uos,querellas detulimus. Aut uos reſpicietis perditas res noſtras P. C. aut ne ab
dijs quidem immortalibus quod precemur, quidquam ſupereſt. Q. Pleminius legatus
miſſus eſt cum praeſidio ad recuperandos a Carthaginienſibus Locros, & cum eodem
ibi relictus eſt praeſidio. in hoc legato ueſtro (dant enim animum ad loquendum libe- H
re ultimae miſeriae) nec hominis quidquam eſt P. C. praeter figuram & ſpeciem, neque
Romani ciuis praeter habitum, & ſonum latinae linguae. peſtis ac bellua immanis, qua-
lem fretum quondam,quo ab Sicilia diuidimur, ad perniciem nauigantium circum-
ſediſſe fabulae ferunt. Ac ſi ſcelus, libidinem, & auaritiam ſolus ipſe exercere in ſo-
cios ueſtros ſatis haberet, unam profundam quidem uoraginem tamen patientia noſtra
expleremus. nunc omnes centuriones militeſq. ueſtros (adeo in promiſcuo licentiam,
atque improbitatem eſſe uoluit) Pleminios fecit. omnes rapiunt, ſpoliant, uerberant,
uulnerant, occidunt, conſtuprant matronas, uirgines, ingenuos raptos ex complexu pa-
rentum. quotidie capitur urbs noſtra, quotidie diripitur, dies nocteſque omnia paſſim
mulierum puerorumque, qui rapiuntur, atque aſportantur, ploratibus ſonant. Mire-
tur, qui neſciat, quo modo aut nos ad patiendum ſufficiamus: aut illos qui faciunt, non- I
dum tantarum iniuriarum ſatietas ceperit. Neque ego exſequi poſſum, nec uobis ope-
rae eſt audire ſingula, quae paſſi ſumus. communiter omnia complectar. Nego domum
ullam Locris,nego quemquam hominem expertem iniuriae eſſe: nego ullum genus ſcele
ris, libidinis, auaritiae ſupereſſe, quod in ullo,qui pati potuerit, praetermiſſum ſit. Vix
ratio iniri poteſt, uter caſus ciuitatis ſit deteſtabilior: cum hoſtes bello urbem cepere, an
cum exitiabilis tyrannus ui, atque armis oppreſſit. omnia,quae captae urbes patiũtur, paſ-
ſi ſumus, & nunc quammaxime patimur, P. C. omnia,quae crudeliſſimi, atque importu-
niſſimi tyranni ſcelera in oppreſſos ciues edunt, Pleminius in nos, liberoſq. noſtros &
coniuges edidit. Vnum eſt, de quo nominatim & nos queri religio infixa animis cogat:
& uos audire, & exſoluere remp. ueſtram religione, ſi ita uobis uidebitur, uelimus P. C. K
Vidimus enim, cum quanta caerimonia non ueſtros ſolum colatis deos, ſed etiam exter-
nos accipiatis. Fanũ eſt apud nos Proſerpinae,de cuius ſanctitate templi credo aliquam fa
mam ad uos perueniſſe Pyrrhi bello: qui cum Sicilia rediens Locros claſſe praeteruehe-
retur, inter alia foeda, quae propter fidem noſtram erga uos in ciuitatem noſtram facino-
ra edidit, theſauros quoque Proſerpinae, intactos ad eam diem, ſpoliauit: atque ita pe-
cunia in naues impoſita, ipſe terra eſt profectus. Quid ergo euenit P. C? claſſis poſte-
ro die foediſſima tempeſtate lacerata: omneſq. naues, quae ſacram pecuniam habebant,
in litora noſtra eiectae ſunt. qua tanta clade edoctus tandem deos eſſe ſuperbiſſimus
rex, pecuniam omnem inquiſitam in theſauros Proſerpinae referri iuſſit. nec tamen il-
li umquam poſt ea proſpere quidquam euenit: pulſuſque Italia, ignobili, atque inhoneſta

morte

A morte temere nocte ingreſſus Argos occubuit. Haec cum audiſſet legatus ueſter, tribu-
niq. militum, & mille alia, quae nó augendae religionis cauſſa, ſed praeſentis deae numine
ſaepe comperta nobis maioribuſq. noſtris, referebantur: auſi ſunt nihilo minus ſacrilegas
admouere manus intactis illis theſauris: & nefanda praeda ſeipſos ac domos contamina-
re ſuas, & milites ueſtros. quibus per uos fidemq. ueſtram P. C. priuſquam eorum ſcelus
expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei geſſeritis: ne quod piaculi com-
miſerunt, non ſuo ſolum ſanguine, ſed etiam publica clade luant. quamquã ne nunc quidẽ
P. C. aut in ducibus, aut in militibus ueſtris ceſſat ira deae. aliquoties iam inter ſe ſignis
collatis concurrerunt. dux alterius partis Pleminius, alterius duo tribuni militum erant.
non acrius cum Carthaginienſibus, quam ipſi inter ſe ferro dimicauerunt. praebuiſſentq.
occaſionem furore ſuo Locros recipiendi Hannibali, ni accitus a nobis Scipio interue-
B niſſet. At hercule milites contactos ſacrilegio furor agitat; in ducibus ipſis puniendis
nullum deae numẽ apparuit. immo ibi praeſens maxime fuit. uirgis caeſi tribuni ab legato
ſunt. legatus deinde inſidijs tribunorum interceptus, praeterquã quod toto corpore lace-
ratus, naſo quoque auribuſq. deciſis exſanguis eſt relictus. recreatus deinde legatus ex
uulneribus tribunos militum in uincula coniectos, dein uerberatos, ſeruilibuſque omni-
bus ſupplicijs cruciatos occidit: mortuos deinde prohibuit ſepeliri. Has dea poenas e
templi ſui ſpoliatoribus habet: nec ante deſinet omnibus eos agitare furijs, quam repoſi-
ta ſacra pecunia in theſauris fuerit. Maiores quondam noſtri graui Crotonienſium bello,
quia extra urbem templum eſt, transferre in urbem eam pecuniam uoluerunt. nocte au-
dita ex delubro uox eſt, abſtinerent manus; deam ſua templa defenſuram, quia mouendi
inde theſauros incuſſa erat religio, muro circumdare templum uoluerunt. ad aliquantum
C iam altitudinis excitata erant moenia, cum ſubito collapſa ruina ſunt. Sed & nunc, & ſae-
pe alias dea ſuam ſedem, ſuumq. templum aut tutata eſt, aut a uiolatoribus grauia piacu-
la exegit. noſtras iniurias nec poteſt, nec poſſit alius ulciſci, quam uos P. C. ad uos, ue-
ſtramq. fidem ſupplices confugimus. nihil noſtra intereſt, utrum ſub illo legato, ſub illo
praeſidio Locros eſſe ſinatis, an irato Hãnibali & Poenis ad ſupplicium dedatis. Nó poſtu-
lamus, ut extemplo nobis, ut de abſente, ut indicta cauſſa credatis. ueniat, coram ipſe au-
diat, ipſe diluat. ſi quidquam ſceleris, quod homo in homines edere poteſt, in nos praeter-
miſit; non recuſamus, quin & nos omnia eadem iterum, ſi pati poſſumus, patiamur, & ille
omni diuino humanoq. liberetur ſcelere. Haec cum ab legatis dicta eſſent, quaeſiſſetq. ab
ijs Q. Fabius, detuliſſentne eas querellas ad P. Scipionem, reſponderunt: miſſos legatos
eſſe, ſed eum belli apparatu occupatum eſſe: & in Africam aut iam trãſieciſſe, aut intra pau-
D cos dies trãſiecturum. & legati gratia quanta eſſet apud imperatorem, expertos eſſe, cum
inter eũ & tribunos cognita cauſſa, tribunos in uincula coniecerit: legatum aeque ſontẽ,
aut magis etiam, in ea poteſtate reliquerit. Iuſſis excedere e templo legatis, non Plemi-
nius modo, ſed etiam Scipio principum orationibus lacerari. ante omnes Q. Fabius na-
tum ad corrumpendam diſciplinam militarem arguere. ſic & in Hiſpania plus prope per
ſeditionem militum, quam bello, amiſſum. externo & regio more & indulgere licentiae
militum, & ſaeuire in eos. Sententiam deinde trucẽ orationi adiecit: Pleminium legatum
uinctum Romam deportari placere, & ex uinculis cauſſam dicere: ac, ſi uera forent, quae
Locrenſes quererentur, in carcere necari, bonaq. eius publicari. P. Scipionem, quod de
prouincia deceſſiſſet iniuſſu ſenatus, reuocari, agiq. cũ tribunis plebis, ut de imperio eius
abrogando ferrent ad populum. Locrenſibus coram ſenatum reſpondere: quas iniurias
E ſibi factas quererentur, neque ſenatum neque populum Romanum factas uelle, uiros bo-
nos, ſocioſq. & amicos eos appellari. liberos, coniuges, quaeq. alia erepta eſſent, reſtitui:
pecuniam, quanta ex theſauris Proſerpinae ſublata eſſet, conquiri: duplamq. pecuniam in
theſauris reponi: & ſacrum piaculare fieri: ita ut prius ad collegium pontificũ referretur,
quod ſacri theſauri moti, aperti, uiolatiq. eſſent, quae piacula quibus dijs, quibus hoſtijs
fieri placeret. milites qui Locris eſſent, omnes in Siciliam tranſportari: quattuor cohortes
ſociorum Latini nominis in praeſidium Locros adduci. Perrogari eo die ſententiae, accen-
ſis ſtudijs pro Scipione & aduerſus Scipionem, non potuere. Praeter Pleminij facinus, Lo-
crenſiumq. cladem, ipſius etiam imperatoris nó Romanus modo, ſed ne militaris quidem
cultus iactabatur. cum pallio crepidiſq. inambulare in gymnaſio, libellis etiam paleſtraeq.

operam dare, aeque ſegniter molliterq. cohortem totam Syracuſarum amoenitate frui, F
Carthaginem, atque Hannibalem excidiſſe de memoria: exercitum omnem licentia cor-
ruptum, qualis Sucrone in Hiſpania fuerit, qualis nunc Locris, ſocijs magis, quam hoſti
metuendus. Haec quamquam partim uera, partim miſta, eoq. ſimilia ueris iactabantur, ui-
cit tamen Q. Metelli ſententia: qui de ceteris Maximo aſſenſus, de Scipionis cauſſa diſſen
ſit. Qui enim conuenire, quem modo ciuitas iuuenem admodum, unum recuperandae Hi
ſpaniae delegerit ducem, quem, recepta ab hoſtibus Hiſpania, ad imponendum Punico
bello finem creauerit conſulem, ſpe deſtinauerit Hannibalem ex Italia detracturum, Afri
cam ſubacturum: eum repente, tamquam Q. Pleminium, indicta cauſſa prope damnatum,
ex prouincia reuocari? cum ea quae in ſe nefarie facta Locrenſes quererentur, ne praeſen-
te quidem Scipione facta dicerent: neque aliud, quam patientia, aut pudor, quod legato
pepercisſet, inſimulari poſſit. Sibi placere, M. Pomponium praetorem, cui Sicilia prouincia G
ſorte eueniſſet, triduo proximo in prouinciam proficiſci: conſules decem legatos, quos
ijs uideretur, ex ſenatu legere, quos cum praetore mitterent, & duos tribunos plebis, at-
que aedilem. cum eo conſilio praetorem cognoſcere. ſi ea, quae Locrenſes facta quereren
tur, iuſſu aut uoluntate P. Scipionis facta eſſent, ut eum de prouincia decedere iuberent;
ſi P. Scipio iam in Africam tranſieciſſet, tribuni plebis, atque aedilis cum duobus legatis,
quos maxime praetor idoneos cenſuiſſet, in Africam proficiſcerentur: tribuni atque aedi
lis, qui reducerent inde Scipionem: legati, qui exercitui praeeſſent, donec nouus impera-
tor ad eum exercitum ueniſſet. ſin M. Pomponius, & decẽ legati comperiſſent, neque iuſ-
ſu, neque uoluntate P. Scipionis ea facta eſſe, ut ad exercitum Scipio maneret, bellumque,
ut propoſuiſſet, gereret. Hoc facto ſenatuſconſulto, cũ tribunis plebis actum eſt, aut com-
pararent inter ſe, aut ſorte legerent, qui duo cum praetore ac legatis irent. Ad collegium H
pontificum relatum de expiandis, quae Locris in tẽplo Proſerpinae tacta, uiolata, elataq.
inde eſſent. Tribuni plebis cum praetore & decem legatis profecti, M. Claudius Marcel-
lus, & M. Cincius Alimentus: ijſq. aedilis plebis datus eſt: quem, ſi aut in Sicilia praetoris
dicto audiens non eſſet Scipio, aut iam in Africam trãieciſſet, prehendere tribuni iuberẽt,
ac iure ſacroſanctae poteſtatis reducerent. Prius Locros ire, quam Meſſanam, conſilium
erat. Ceterum duplex fama eſt, quod ad Pleminium attinet. alij, auditis, quae Romae acta
eſſent, in exſilium Neapolim euntem, forte in Q. Metellum unum ex legatis incidiſſe, &
ab eo Rhegium ui retractum, alij ab ipſo Scipione legatũ cum triginta nobiliſſimis equi-
tum miſſum: Q. Pleminium in catenas, & cum eo ſeditionis principes cõiectos. Ij omnes,
ſeu ante Scipionis, ſeu tum praetoris iuſſu traditi in cuſtodiam Rheginis ſunt. Praetor lega
tiq. Locros profecti, primum, ſicuti mandatum erat, religionis curam habuere. omnem I
enim ſacram pecuniam, quaeq. apud Pleminium, quaeq. apud milites erat, conquiſitam,
cum ea quam ipſi ſecum attulerant, in theſauris repoſuerunt, ac piaculare ſacrum fecerũt.
tum uocatos in concionem milites, praetor ſigna extra urbem efferre iubet: caſtraque in
campo locat, cum graui edicto, ſiquis miles aut in urbe reſtitiſſet, aut ſecum extuliſſet,
quod ſuum non eſſet. Locrenſibus ſe permittere, ut, quod ſuum quiſque cognoſceret, pre-
henderet: ſi quid non compareret, repeteret. ante omnia libera corpora placere ſine mo-
ra Locrenſibus reſtitui: non leui defunctorum poena, qui non reſtituiſſet. Locrenſium de-
inde concionem habuit, atque ijs libertatem, legeſq. ſuas populum Romanum ſenatumq.
reſtituere dixit. ſi qui Pleminium, aliumue quem accuſare uellet, Rhegiũ ſe ſequeretur. ſi
de P. Scipione publice queri uellẽt, ea quae Locris nefarie in deos homineſq. facta eſſent,
iuſſu aut uoluntate P. Scipionis facta eſſe, legatos mitterent Meſſanam. ibi ſe cum conſilio K
cogniturum. Locrenſes praetori legatiſque, & ſenatui ac populo Romano gratias egere.
ſe ad Pleminium accuſandum ituros. Scipionem, quamquam parum iniurijs ciuitatis ſuae
doluerit, eum eſſe uirum, quem amicum ſibi, quam inimicum, malint eſſe. pro certo ſe ha-
bere, neque iuſſu, neque uoluntate P. Scipionis tot tam nefanda commiſſa: ſed aut Plemi-
nio nimium, aut ſibi parum creditum. natura inſitum quibuſdam eſſe, ut magis peccari no-
lint, quam ſatis animi ad uindicanda peccata habeant. Et praetori & conſilio haud medio
cre onus demptum erat de Scipione cognoſcendi. Pleminium & ad duos & triginta ho-
mines cum eo damnauerunt, atque in catenis Romam miſerunt. ipſi ad Scipionem pro-
fecti ſunt, ut ea quoque, quae uulgata ſermonibus erant de cultu ac deſidia imperatoris,
ſolutaq.

A ſolutaq. militiae diſciplina, comperta oculis referrent Romam. Venientibus iis Syracuſas, Scipio res, non uerba, ad purgandum ſe parauit. exercitum omnem eo conuenire, claſſem expediri iuſſit, tamquam dimicandum eo die terra mariq. cum Carthaginienſibus eſſet. Quo die uenerunt, hoſpitio comiter accepti. poſtero die terreſtrem naualemque exercitus non inſtructos modo, ſed hoc decurrentes, claſſem in portu ſimulacrum & ipſam edentem naualis pugnae oſtendit: tum circa armamentaria & horrea aliumque belli apparatum uiſendum praetor legatiq. ducti. tantaq. admiratio ſingularum uniuerſarumq. rerum incuſſa, ut ſatis crederent, aut illo duce, atque exercitu uinci Carthaginienſem populum, aut nullo alio, poſſe: iuberentque, quod dij bene uerterent, tranſiiceret, & ſpei conceptae, quo die illum omnes centuriae priorem conſulem dixiſſent, primo quoque tempore compotem populum Romanum faceret. adeo laetis inde animis profecti ſunt, tamquam uicto-

B riam, non belli magnificum apparatum, nunciaturi Romam eſſent. Pleminius, quique in eadem cauſſa erant, poſtquam Romam eſt uentum, extemplo in carcerem conditi. ac primo producti ad populum ab tribunis apud praeoccupatos Locrenſium clade animos, nullum miſericordiae locum habuerunt. poſtea cum ſaepius producerentur, iam ſeneſcente inuidia mollicbatur ira: & ipſa deformitas Pleminij, memoriaque abſentis Scipionis fauorem ad uulgum conciliabat. mortuus tamen prius in uinculis eſt, quam iudicium de eo perficeretur. Hunc Pleminium Clodius Licinus in libro tertio rerum Romanarum refert ludis uotiuis, quos Romae Africanus iterum conſul faciebat, conatum per quoſdam, quos pretio corruperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris, fugiendiq. haberet occaſionem. patefacto dein ſcelere, delegatum in Tullianum ex S. C. De Scipione nuſquam niſi in ſenatu actum, ubi omnes legatique & tribuni claſſem, exerci-

C tum, ducemque uerbis extollentes, effecerunt, ut ſenatus cenſeret, primo quoque tempore in Africam tranſiiciendum: Scipioniq permitteretur, ut ex iis exercitibus, qui in Sicilia eſſent, ipſe eligeret, quos in Africam ſecum tranſiiceret, quos prouinciae relinqueret praeſidio. Dum haec apud Romanos geruntur, Carthaginienſes quoque cum, ſpeculis per promontoria omnia poſitis, percunctantes, pauenteſq. ad ſingulos nuncios, ſollicitam hiemem egiſſent: haud paruum & ipſi tuendae Africae momētum adiecerunt, ſocietatem Syphacis regis, cuius maxime fiducia traiecturũ in Africam Romanum crediderant. Erat Haſdrubali Giſgonis filio non hoſpitium modo cum rege, de quo ante dictum eſt, cum ex Hiſpania forte in idem tempus Scipio, atque Haſdrubal conuenerunt: ſed mentio quoque inchoatae affinitatis, ut rex duceret filiam Haſdrubalis. Ad eam rem confirmandam, tempuſq. nuptijs ſtatuendum (iam enim nubilis erat uirgo) profectus Haſdrubal, ut ac-

D cenſum cupiditate (ut ſunt ante omnes barbaros Numidae effuſi in Venerem) ſenſit, uirginem ab Carthagine acceriit, maturatque nuptias: & inter aliam gratulationem, ut publicum quoque foedus priuato adijceretur, ſocietas inter populum Carthaginienſem regemque, data ultro citroque fide eoſdem amicos inimicoſq. habituros, iureiurando affirmatur. Ceterum Haſdrubal memor & cum Scipione initae regi ſocietatis, & quam uana & mutabilia barbarorum ingenia eſſent: ueritus ne, ſi traiiceret in Africam Scipio, paruum uinculum eae nuptiae eſſent: dum accenſum recenti amore Numidam habet, perpellit, blanditijs quoque puellae adhibitis, ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat, per quos moneat eum, ne prioribus ſuis promiſſis fretus in Africam tranſiiciat. ſe & nuptiis ciuis Carthaginienſis, filiae Haſdrubalis, quem uiderit apud ſe in hoſpitio, & publico etiam foedere cum populo Carthaginienſi iunctum, hortari primum, ut procul ab Afri-

E ca, ſicut adhuc fecerint, bellum Romani cum Carthaginienſibus gerant, ne ſibi intereſſe certaminibus eorum, armaque aut haec aut illa abnuentem, alteram ſocietatem ſequi neceſſe ſit. ſi non abſtineat Africa Scipio, & Carthagini exercitum admoueat, ſibi neceſſarium fore, & pro terra Africa, in qua & ipſe ſit genitus, & pro patria coniugis ſuae, proque parente ac penatibus dimicare. Cum his mandatis ab rege legati ad Scipionem miſſi, Syracuſis eum conuenerunt. Scipio, quamquam magno momento rerum in Africa gerendarum, magnaq. ſpe deſtitutus erat, legatis propere, priuſquam res uulgaretur, remiſſis in Africam litteras dat ad regem: quibus etiam, atque etiam monet eum, ne iura hoſpitij ſecum, neu cum populo Romano initae ſocietatis, neu fas, fidem, dexteras, deos teſtes, atque arbitros conuentorum fallat. Ceterum quando neque celari aduen-

tus Numidarum poterat,(uagantur enim in urbe, obuerſatique praetorio erant) &, ſi ſilere- F
tur,quid petentes ueniſſent,periculum erat, ne uera,eo ipſo quod celarentur, ſua ſponte
magis emanarent;timorque in exercitum incideret,ne ſimul cum rege & Carthaginienſi-
bus foret bellandum: auertit a uero falſis praeoccupando mentes hominum. & uocatis
ad concionem militibus, non ultra eſſe cunctandum ait. inſtare, ut in Africam quampri-
mum tranſiiciat,ſocios reges. Maſſaniſſam prius ipſum ad C.Laelium ueniſſe,querentem,
quod cunctando tempus tereretur, nunc Syphacem mittere legatos, idem admirantem,
quae tam diuturnae morae ſit cauſſa:poſtulantemque,ut aut tranſiiciatur tandem in Africã
exercitus: aut,ſi mutata conſilia ſint, certior fiat, ut & ipſe ſibi ac regno poſsit conſulere.
Itaque iam ſatis omnibus inſtructis apparatiſque,& re iam non ultra recipiente cunctatio
nem,in animo ſibi eſſe,Lilybaeum claſſe trãſducta,eodemq.omnibus peditum equitumq.
copijs contractis,quae prima dies curſum nauibus daret, deis bene iuuantibus in Africam G
tranſiicere. Litteras ad M.Pomponium mittit, ut, ſi ei uideretur,Lilybaeum ueniret: ut
communiter conſulerent, quas legiones potiſſimum, & quantum militum numerum in
Africam tranſiiceret.item circum oram omnem maritimam miſit, ut naues onerariae com
prehenſae Lilybaeum omnes contraherentur.Quidquid militum,nauiumq.in Sicilia erat,
cum Lilybaeum conueniſſent,& nec urbs multitudinem hominum, nec portus naues cape
ret, tantus omnibus ardor erat in Africam tranſiiciendi, ut non ad bellum duci uiderentur,
ſed ad certa uictoriae praemia.praecipue qui ſuperabant ex Cannẽſi exercitu milites, illo,
non alio, duce credebant nauata reipublicae opera finire ſe militiam ignominioſam poſſe.
Et Scipio minime id genus militum aſpernabatur,ut qui neque ad Cannas ignauia eorum
cladem acceptam ſciret, neque ullos aeque ueteres milites in exercitu Romano eſſe, ex-
pertoſque non uarijs proelijs modo,ſed urbibus etiam oppugnandis. Quinta & ſexta Cã H
nenſes erant legiones.eas ſe traiecturum in Africam cum dixiſſet,ſingulos milites inſpe-
xit:relictiſque quos non idoneos credebat, in locum eorum ſubiecit quos ſecum ex Italia
adduxerat:ſuppleuitque ita eas legiones,ut ſingulae ſena millia & ducenos pedites,trece-
nos haberent equites.ſociorum item Latini nominis pedites equiteſque de exercitu Can-
nenſi legit. Quantum militum in Africam tranſportatum ſit: non paruo numero inter
auctores diſcrepat. alibi decem millia peditum, duo millia & ducentos equites: alibi
XVI millia peditum, mille & quingentos equites: alibi parte plus dimidia rem auctam
V & XXX millia peditum equitumque in naues impoſita inuenio. quidam non adiecere
numerum, inter quos me ipſe in re dubia poni malim. Coelius ut abſtinet numero, ita ad
immenſum multitudinis ſpeciem auget. uolucres ad terram delapſas clamore militum
ait.tantamque multitudinem conſcendiſſe naues,ut nemo mortaliũ aut in Italia aut in Si- I
cilia relinqui uideretur. Milites ut in naues ordine ac ſine tumultu conſcenderent, ipſe
eam ſibi curam ſumpſit.nauticos C.Laelius,qui claſſis praefectus erat, in naues ante con
ſcendere coactos continuit. commeatus imponendi M. Pomponio praetori cura data. V
& XL dierum cibaria, e quibus XV dierum cocta, impoſita. Vt omnes iam in nauibus
erant: ſcaphas circum miſit,ut ex omnibus nauibus gubernatoreſq. & magiſtri nauium, &
bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda. Poſteaquam conuenerunt,
primum ab ijs quaeſiuit: ſi aquam hominibus iumentiſque in totidem dies, quot frumen-
tum,impoſuiſſent. ubi reſponſum eſt,aquam dierum V & XL in nauibus eſſe: tum edixit
militibus,ut ſilentium quieti nautis ſine certamine ad miniſteria exſequenda bene obediẽ
tes praeſtarent. cum XX roſtratis ſe ac L. Scipionem ab dextro cornu: ab laeuo totidem
roſtratis C.Laelium,praefectum claſſis,cum M.Porcio Catone (quaeſtor is tum erat) one K
rarijs futurum praeſidio.lumina in nauibus ſingula roſtratae,bina onerariae haberẽt:in prae
toria naue inſigne nocturnum trium luminum fore. Emporia ut peterent,gubernatoribus
edixit.Fertiliſſimus ager,eoq. abundans omnium copia rerum eſt regio,& imbelles (quod
plerumque in ubere agro euenit) barbari ſunt: priuſque quam a Carthagine ſubueniretur,
opprimi uidebantur poſſe. Ijs editis imperijs, redire ad naues iuſſi: & poſtero die dijs
bene iuuantibus ſigno dato ſoluere naues. Multae claſſes Romanae e Sicilia, atque ipſo
illo portu profectae erant. ceterum non eo bello ſolum, (nec id mirum; praedatum enim
tantummodo pleraeq. claſſes ierant) ſed ne priore quidem ulla profectio tanti ſpectacu-
li fuit: quamquam ſi magnitudine claſſes aeſtimares: & bini conſules cum binis exercitĩ-
bus

A bus ante traiecerant:& prope totidem roſtratae in illis claſsibus fuerãt, quot onerarijs, Scipio tum tranſijciebat.nam praeter L. longas naues, quadringentis ferme onerarijs exercitum tranſuexit. ſed & bellum bello, ſecundum priore ut atrocius Romanis uideretur, cum quod in Italia bellabatur, tum ingentes ſtrages tot exercituum ſimul caeſis ducibus effecerant.& Scipio dux partim factis fortibus,partim ſuapte fortuna quadam ingenti,ad incrementa gloriae celebratus conuerterat animos: ſimul & mens ipſa traijciendi, nulli ante eo bello duci tentata, quod ad Hannibalem detrahendum ex Italia transferendũq. & finiendum in Africa bellum,ſe tranſire uulgauerat. Concurrerat ad ſpectaculum in portum omnis turba non habitantium modo Lilybaei, ſed legationum omnium ex Sicilia: quae & ad proſequendum Scipionem officij cauſſa conuenerant, & praetorem prouinciae M.Pomponium ſecutae fuerant.ad hoc legiones quae in Sicilia relinquebantur, ad proſe- B quendos commilitones proceſſerant. nec claſſis modo proſpectantibus e terra, ſed terra etiam omnis circa referta turba ſpectaculo nauigantibus erat. Vbi illuxit, Scipio e praetoria naue,ſilentio per praeconem facto, Diui,diuaeque,inquit, qui maria terraſque colitis, uos precor quaeſoque, quae in meo imperio geſta ſunt,geruntur,poſtque gerẽtur:ea mihi, populo plebiq. Romanae ſocijs nominiq. Latino,qui populi Romani, quiq. meam ſectam imperium,auſpiciumq. terra,mari,amnibuſq. ſequuntur,bene uertundo aeque uos omnia bene iuuetis:bonis auctibus auxitis: ſaluos incolumeſq. uictis perduellibus uictores ſpolijs decoratos,triumphanteſque mecum domos reduces ſiſtatis : inimicorum hoſtiumque ulciſcendorum copiam faxitis:quaeque populus Carthagienſis in ciuitatem noſtram facere molitus eſt,ea ut mihi populoque Romano in ciuitatem Carthaginienſium [illegible]. Secundum eas preces,cruda exta caeſa uictima (uti mos) in mare porrigit,tubaque ſignum de C dit proficiſcendi. Vento ſecundo uehementi ſatis profecti,celeriter e conſpectu terrae ablati ſunt.& a meridie nebula occoepit, ita ut uix [illegible] nauium inter ſe uitarent. lenior uentus in alto factus. noctem inſequentem eadem caligo obtinuit: ſole orto eſt diſcuſſa, & addita uis uento. Iam terram cernebant. haud ita multo poſt gubernator Scipioni ait, non plus quinque millia paſſuum Africam abeſſe, Mercurij promontorium ſe cernere. ſi iubeat eo dirigi,iam in portu fore omnem claſſem. Scipio,ut in conſpectu terra fuit, precatus deos,uti bono reipublicae ſuoque Africam uiderit,dare uela, & alium infra nauibus acceſſum petere iubet. uento eodem ferebantur. ceterum nebula ſub idem ferme tempus,quo pridie,exorta,conſpectum terrae ademit. & uento premente nebula cecidit. nox deinde incertiora omnia fecit. itaque anchoras,ne aut inter ſe concurrerent naues, aut terrae inferrentur, iecere.ubi illuxit, uentus idem coortus, nebula diſiecta, aperuit omnia D Africae litora.Scipio,quod eſſet proximum promontorium, percunctatus, cum Pulchri promontorium id uocari audiſſet,Placet omen, inquit, huc dirigite naues. eo claſſis decurrit: copiae omnes in terram expoſitae ſunt. Proſperam nauigationem ſine terrore ac tumultu fuiſſe, permultis Graecis Latiniſque auctoribus credidi. Coelius unus praeterquam quod non merſas fluctibus naues, ceteros omnes caeleſtes maritimoſque terrores, poſtremo abreptam tempeſtate ab Africa claſſem ad inſulam Aegimurum, inde aegre correctum curſum exponit: & prope obrutis nauibus, iniuſſu imperatoris, ſcaphis haud ſecus quam naufragos milites ſine armis cum ingenti tumultu in terram euaſiſſe. Expoſitis copijs Romani caſtra in proximis tumulis metantur. Iam non maritimos modo agros conſpectu primum claſſis, dein tumultu egredientium in terram, pauor terrorque peruenerat,ſed in ipſas urbes. neque enim hominum modo turba mulierum puerorumq.ag- E minibus immiſta omnes paſſim compleuerat uias,ſed pecora quoque prae ſe agreſtes agebant,ut relinqui ſubito Africam diceres,urbibus uero ipſis maiorem, quàm quem ſecum attulerant,terrorem inferebant.Praecipue Carthagini prope ut captae tumultus fuit. nam poſt M.Atilium Regulum & L.Manlium conſules annis prope quinquaginta nullum Romanum exercitum uiderát,praeter praedatorias claſſes, quibus [illegible] in agros maritimos factae erant:raptiſq.quae obuia fors fecerat,prius recurſum ſemper ad naues, quam clamor agreſtes conciret, fuerat.eo maior tum fuga pauorque in urbe fuit. Et hercule neque exercitus domi ualidus,neque dux,quem opponerent,erant. Haſdrubal Giſgonis filius,genere,fama,diuitijs, regia tum etiam affinitate longe primus ciuitatis erat. ſed eum ab illo ipſo Scipione aliquot proelijs fuſum, pulſumq. in Hiſpania meminerant: nec magis

gis

gis ducem duci parem, quam tumultuarium exercitum ſuum Romano exercitui eſſe. itaq; F
uelut ſi urbē extemplo aggreſſurus Scipio foret, ita ad arma eſt conclamatum: portaeq. ra-
ptim clauſae, & armati in muris, uigiliaeq. & ſtationes diſpoſitae: ac nocte inſequenti uigi-
latum eſt. Poſtero die quingenti equites ſpeculatum ad mare, turbandoſq. egredientes ex
nauibus miſsi, in ſtationes Romanorum inciderunt. iam enim Scipio, claſſe Vticā miſſa, ipſe
haud ita multum progreſſus a mari, tumulos proximos ceperat, & equites in ſtationibus
locis idoneis poſuerat, & per agros miſerat praedatum. Ij cum Carthaginienſi equitatu
proelium cum cōmiſiſſent, paucos in ipſo certamine, pleroſque fugientes perſecuti, in qui-
bus praefectum quoque Hannonem, nobilem iuuenem, occiderunt. Scipio nō agros modo
circa uaſtauit, ſed urbem etiam proximā Afrorum ſatis opulentam cepit. ubi praeter cete-
ra, quae extemplo in naues onerarias impoſita, miſſaq. in Siciliam erant, octo millia libe-
rorum capitum ſeruorumque ſunt capta. Laetiſsimus tum Romanis in principio rerum ge- G
rendarum aduentus Maſſaniſſae fuit. quem quidam cum CC haud amplius equitibus, ple-
rique cum duum millium equitatu tradunt ueniſſe. Ceterum cum longe maximus omniū
aetatis ſuae regum hic fuerit, plurimumque rem Romanam iuuerit: operaepretium uide-
tur excedere paullulum ad enarrandum, quam uaria fortuna uſus ſit in amittendo recupe-
randoque paterno regno. [redacted] pro Carthaginienſibus in Hiſpania, pater ei mo-
ritur: (Galae nomen erat) regnum ad fratrem regis Deſalcem pergrandem natu (mos ita
apud Numidas eſt) peruenit. haud multo poſt Deſalce quoque mortuo, maior ex duo-
bus filijs eius Capuſa, puero admodum altero, paternum imperium accepit. ceterum cū
magi[redacted]gentis auctoritate inter ſuos, [redacted] uiribus, obtineret regnum: exſtitit quidam
Mezetulus nomine, nōn alienus a ſanguine, regibus familiae ſemper inimicae, ac de impe-
rio uaria fortuna cum ijs qui tum obtinebant, certantis. Is concitatis popularibus, apud H
quos inuidia regum magnae auctorita[redacted]erat, caſtris palam poſitis, deſcendere regem in a-
ciem, ac dimicare de regno coegit. in eo proelio Capuſa cum multis principum cecidit, gēs
Maſſyliorum omnis in ditionem imperiumq. Mezetuli conceſſit. regio tamen nomine abſ-
tinuit: contentuſque nomine modico tutoris, puerum Lacumacen, qui ſtirpis regiae ſuper-
erat, regem appellat. Carthaginienſem nobilem feminam, ſororis filiam Hannibalis, quae
proxime Deſalci regi nupta fuerat, matrimonio ſibi iungit, ſpe Carthaginienſium ſocieta-
tis: & cum Syphace hoſpitium uetuſtum legatis miſſis renouat, omnia ea auxilia praepa-
rans aduerſus Maſſaniſſam. Et Maſſaniſſa, audita morte patrui, dein nece fratris patruelis,
ex Hiſpania in Mauritaniam (Bocchar ea tempeſtate rex Maurorum erat) tranſijcit. ab eo
ſupplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quattuor millia
Maurorum impetrauit. Cum ijs, praemiſſo nuncio ad paternos ſuoſque amicos, cum ad I
fines regni perueniſſet, quingenti ferme Numidae ad eum conuenerunt. Igitur Mauris in-
de, ſicut conuenerat, retro ad regem remiſſis, quanquam aliquanto minor ſpe multitudo,
nec cum qua tantam rem aggredi ſatis auderet, conueniret: ratus agendo ac moliendo
uires quoque ad agendum aliquid collecturum, proficiſcenti ad Syphacem Lacumaci re-
gulo ad Thapſum occurrit. trepidum agmen cum in urbem refugiſſet, & urbem Maſſani-
ſa primo impetu capit, & ex regijs alios tradentes ſe recipit, alios uim parantes occidit.
pars maxima cum ipſo puero inter tumultum ad Syphacem, quo primum intenderant
iter, peruenerunt. Fama huius modicae rei in principio rerum proſpere actae conuertit
ad Maſſaniſſam Numidas. affluebantque undique ex agris uicisq. ueteres milites Galae, &
incitabant iuuenem ad recuperandum paternum regnum. Numero militum aliquan-
tum Mezetulus ſuperabat. nam & ipſe eum exercitum, quo Capuſam uicerat, & ex rece- K
ptis poſt caedem regis, aliquot habebat, & puer Lacumaces ab Syphace auxilia ingentia
adduxerat, quindecim millia peditum. Mezetulo decem millia equitum erant. quibuſ-
cum Maſſaniſſa, nequaquam tantum peditum equitum ue habens, acie conflixit. uicit ta-
men & ueterum militum uirtus, & prudentia inter Romana & Punica arma exercitati du-
cis. Regulus cum tutore & exigua Maſaeſulorum manu in Carthaginienſium agrum re-
fugit. Ita recuperato regno paterno Maſſaniſſa, quia ſibi [redacted] haud paullo maio-
rem reſtare dimicationē cernebat: optimū ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare,
miſſis qui & puero ſpem facerent, ſi in fidem Maſſaniſſae ſeſe permiſiſſet, futurum in eo-
dem honore, quo apud Galam Deſalces quondam fuiſſet: & qui Mezetulo praeter inpu-

nitatem

i. digredi
De rebus Massanissae.

A nitatem ſua omnia cum fide reſtitui ſponderent: ambos praeoptantes exſilio modicam domi fortunam, omnia, ne id fieret, Carthaginienſibus de induſtria agentibus, ad ſeſe perduxit. Haſdrubal tum forte cum haec gerebantur, apud Syphacem erat. qui Numidae haud ſane multum ad ſe pertinere credenti, utrum penes Lacumacem, an Maſſaniſam regnum Maſſyliorum eſſet, falli eum magnopere ait, ſi Maſſaniſam eiſdem contentum fore, quibus patrem Galam, aut patruum eius Deſalcem, credat. multo maiorem indolem in eo animi ingeniique eſſe, quam in ullo gentis eius umquam fuiſſet. ſaepe eum in Hiſpania rarae inter homines uirtutis ſpecimen dediſſe ſocijs pariter hoſtibuſque. & Syphacem & Carthaginienſes, niſi orientem illum ignem oppreſſiſſent, ingenti mox incendio, cum iam nullam opem ferre poſsent, arſuros. adhuc teneras & fragiles eius uires eſſe: uixdum coaleſcere fouenti regnum. Inſtando ſtimulandoque peruicit, ut exerci-
B tum ad fines Maſsyliorum admoueat: atque in agro, de quo ſaepe cum Gala non uerbis modo diſceptatum, ſed etiam armis certatum fuerat, tamquam haud dubie iuris ſui, caſtra locet: ſi quis arceat, quod maxime opus ſit, acie dimicaturum. ſin per metum agro cedatur, in medium regni eundum. aut ſine certamine conceſsuros in ditionem eius Maſſylios, aut nequaquam pares futuros armis. His uocibus incitatus Syphax Maſſaniſae bellum infert: & primo certamine Maſſylios fundit fugatque. Maſſaniſa cum paucis equitibus ex acie in montem (Balbum incolae uocant) perfugit. familiae aliquot cum mapalibus pecoribuſque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt regem. cetera Maſſyliorum multitudo in ditionem Syphacis conceſſit. Quem ceperant exſules montem, herbidus aquoſuſque eſt: & quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque carne ac lacte ueſcentium abunde ſufficiebat alimentis. Inde nocturnis primo ac furtiuis incurſionibus,
C deinde aperto latrocinio infeſta omnia circa eſſe: maxime uri Carthaginienſis ager, quia & plus praedae, quam inter Numidas, & latrocinium tutius erat. iamque adeo licenter eludebant, ut ad mare deuectam praedam uenderent mercatoribus appellentibus naues ad id ipſum, pluresque, quam iuſto ſaepe in bello, Carthaginienſium caederentur caperenturque. Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginienſes, infenſumque & ipſum ad reliquias belli perſequendas inſtigabant. ſed uix regium uidebatur, latronem uagum in montibus conſectari. Bocchar, ex praefectis regijs uir acer & impiger, ad id delectus. ei data quattuor millia peditum, duo equitum: praemiorumque ingentium ſpe oneratus, ſi caput Maſſaniſae retuliſſet, aut uiuum (id uero inaeſtimabile gaudium fore) cepiſſet. Palatos incurioſeque agentes improuiſo adortus, pecorum hominumque ingenti multitudine a praeſidio armatorum excluſa, Maſsaniſam ipſum cum paucis in uerticem montis
D compellit. inde prope ut iam debellato, nec praeda modo pecorum hominumque captorum miſsa ad regem, ſed copijs etiam, ut aliquanto maioribus, quam pro reliquiis belli, remiſſis, cum quingentis haud amplius peditibus, ducentiſque equitibus degreſsum iugis Maſſaniſam perſecutus in ualle arta, faucibus utrimque obſeſſis, incluſit. ibi ingens caedes Maſſyliorum facta, Maſſaniſa cum quinquaginta haud amplius equitibus per anfractus montis ignotos ſequentibus ſe eripuit. Tenuit tamen ueſtigia Bocchar: adeptuſque eum patentibus prope Clupeam urbem campis, ita circumdedit, ut, praeter quattuor equites, omnes ad unum interfecerit. cum ijs ipſum quoque Maſſaniſam ſauciũ prope e manibus inter tumultum amiſit. In conſpectu erant fugientis alae equitum diſperſae lato campo, quibuſdam, ut occurrerent, per obliqua tendentibus, quacumque hoſtis flectebat. amnis ingens fugientes accepit; (neque enim cunctanter, ut quos maior
E metus urgeret, immiſerant equos) raptique gurgite, & in obliquum [illegible]. duobus in conſpectu hoſtium in [illegible] gurgitem hauſtis, ipſe periiſſe creditus. duo reliqui equites cum eo uirgulta [illegible]. Is finis Bocchari ſequendi fuit, nec ingredi flumen auſo, nec habere credenti ſe iam, quem ſequeretur. inde uanus auctor abſumpti Maſſaniſae ad regem redit: miſsique, qui Carthaginem gaudium ingens nunciarent: totaque Africa fama mortis Maſſaniſae repleta, uarie animos affecit. Maſſaniſa in ſpelunca occulta cum herbis curaret uulnus, duorum equitum latrocinio per dies aliquot uixit. ubi primum ducta cicatrix, patique poſſe uiſus eſt iactationem, audacia ingenti pergit ire ad regnum repetendum. atque in ipſo itinere haud plus XL equitibus collectis, cum in Maſſylios, palam iam quis eſſet ferens, ueniſset, tantum motum cum fauo-

re

re priſtino, tum gaudio inſperato, quod, quem periiſſe crediderant, incolumem cerne- F
bant, fecit, ut intra paucos dies VI millia peditum armatorum, quattuor equitum ad eũ conuenirent: atque non in poſſeſſione modo paterni regni eſſet, ſed etiam ſocios Carthaginienſium populos, Maſaeſulorumque fines (id Syphacis regnum erat) uaſtaret. irritato ad bellum Syphace, inter Cirtham Hipponemque in iugis opportunorum ad omnia montium conſedit. Maiorem igitur eam rem Syphax ratus, quam ut per praefectos ageret, cum filio iuuene (nomen Verminae erat) parte exercitus miſſa, illum circumducto agmine in ſe intentum, hoſtem ab tergo inuadere iubet. Nocte profectus Vermina, qui ex occulto aggreſſurus erat. Syphax autem interdiu aperto itinere, ut qui ſignis collatis acie dimicaturus eſſet, mouit caſtra. Vbi tempus uiſum eſt, quo perueniſſe iam circummiſſi poterant: & ipſe leni cliuo ferente ad hoſtem, cum multitudine fretus, tum praeparatis a tergo inſidijs, per aduerſum montem erectam aciem ducit. Maſſaniſa fidu- G
cia maxime loci, quo multo aequiore pugnaturus erat, & ipſe dirigit ſuos. Atrox proeliũ & diu anceps fuit: loco & uirtute militũ Maſſaniſam, multitudine, quae nimio maior erat, Syphacem iuuante. Ea multitudo diuiſa, cum pars a fronte urgeret, pars ab tergo ſe circumfudiſſet, uictoriam haud dubiam Syphaci dedit. & ne effugium quidem patebat, hinc a fronte, hinc a tergo incluſis. itaque ceteri pedites equiteſque caeſi, aut capti. Ducentos ferme equites Maſſaniſa circa ſe conglobatos, diuiſoſque turmatim in tres partes, erumpere iubet, loco praedicto, in quem ex diſſipata conuenirent fuga. ipſe, qua intenderat, inter media tela hoſtium euaſit. duae turmae haeſere. altera metu dedita hoſti, altera pertinacior in repugnando telis obruta & confixa eſt. Verminam prope ueſtigijs inſtantem in alia atque alia flectendo itinera eludens, taedio & deſperatione tandem feſſum abſiſtere ſequendo coegit. ipſe cum LXX equitibus ad minorem Syrtim peruenit. ibi H
cum conſcientia egregie ſaepe repetiti regni paterni inter Punica emporia, gentemq. Garamantum omne tempus uſque ad C. Laelij claſſiſque Romanae aduentum in Africam cõſumpſit. Haec animum inclinant, ut cum modico potius, quam cum magno, praeſidio equitum ad Scipionem quoque poſtea ueniſſe Maſſaniſam credam. quippe illa regnanti multitudo, haec paucitas exulis fortunae conueniens eſt. Carthaginienſes, ala equitum cum praefecto amiſſa, alioq. equitatu per nouum delectum comparato, Hannonẽ Hamilcaris filium praeficiunt, Haſdrubalem ſubinde ac Syphacem per litteras nũcioſque, poſtremo etiam per legatos acceſſunt. Haſdrubalẽ opem ferre prope circumſeſſae patriae iubent: Syphacem orant, ut Carthagini & uniuerſae Africae ſubueniat. Ad Vticam tum caſtra Scipio ferme mille paſſus ab urbe habebat translata a mari, ubi paucos dies ſtatiua coniuncta claſſi fuerant. Hanno, nequaquam ſatis ualido non modo ad laceſſendum hoſtẽ, ſed ne ad tuen- I
dos quidem a populationibus agros equitatu accepto, id omnium primum egit, ut per conquiſitionem numerum equitum augeret. nec aliarum gentium aſpernatus, maxime tamen Numidas (id longe primum equitum in Africa eſt genus) conducit. Iam ad quattuor millia equitum habebat, cum Saleram nomine urbem occupauit, XV ferme millia ab Romanis caſtris. Quod ubi Scipioni relatum eſt, aeſtiua ſub tectis agere equitatus, Sint, inquit, uel plures, dum talem ducem habeant. eo minus igitur ceſſandum ratus, quo illi ſegnius rem agerent: Maſſaniſam cum equitatu praemiſſum portis obequitare, atque hoſtem ad pugnam elicere iubet. ubi omnis multitudo ſe effudiſſet, grauiorq. iam in certamine eſſet, quam ut facile ſuſtineri poſſet, cedere paullatim. ſe in tempore pugnae aduenturum. Tantum moratus, quantum ſatis temporis praegreſſo uiſum ad eliciendos hoſtes, cũ Romano equitatu ſecutus, tegentibus tumulis, qui opportune circa uiae flexus oppoſiti K
erant, occultus proceſſit. Maſſaniſa ex compoſito, nunc terrentis, nunc timentis modo, aut ipſis obequitabat portis, aut cedendo, cum timoris ſimulatio audaciam hoſti faceret, ad inſequendum temere eliciebat. Nondum omnes egreſſi erant, uarieque dux fatigabatur: alios uino & ſomno graues arma capere, & frenare equos cogendo: alijs, ne ſparſi & inconditi ſine ordine, ſine ſignis omnibus portis excurrerent, obſiſtendo. Primo incaute ſe inuehentes Maſſaniſa excipiebat: mox plures ſimul conferti porta effuſi aequauerant certamen: poſtremo iam omnis equitatus proelio cum adeſſet, ſuſtineri ultra nequiuere. Non tamen effuſa fuga Maſſaniſa, ſed cedendo ſenſim, impetus eorum excipiebat, donec ad tumulos tegentes Romanum equitatum pertraxit. Inde exorti equites & ipſi in-

integris

A tegris uiribus, & recentibus equis, Hannoni Afriſque pugnando ac ſequendo feſſis, ſe cir-
cumfundere: & Maſſaniſſa flexis ſubito equis in pugnam rediјt. Mille ferme qui primi
agminis fuerant, ut quibus haud facilis receptus fuit, cum ipſo duce Hannone interclu-
ſi atque interfecti ſunt. ceteros, ducis praecipue territos caede, effuſe fugientes, per tria
millia paſſuum uictores ſecuti, ad duo praeterea millia equitum aut ceperunt, aut occide-
runt. inter eos, ſatis conſtabat, non minus ducentos Carthaginienſium equites fuiſſe, & di-
uitijs quoſdam & genere illuſtres. Eodem forte, quo haec geſta ſunt, die, naues quae prae-
dam in Siciliam uexerant, cum commeatu rediere, uelut ominatae ad praedam alteram
repetendam ſeſe ueniſſe. Duos eodem nomine Carthaginienſium duces duobus eque-
ſtribus proelijs interfectos, non omnes auctores ſunt: ueriti, credo, ne falleret bis relata
eadem res. Coelius quidem & Valerius captum etiam Hannonem tradunt. Scipio prae-
B fectos equiteſque, prout cuiuſque opera fuerat, & ante omnes Maſſaniſſam inſignibus
donis donat. & firmo praeſidio Salerae impoſito, ipſe cum cetero exercitu profectus, non
agris modo quacumque incedebat, populatis, ſed urbibus etiam quibuſdam uiciſque ex-
pugnatis, late fuſo terrore belli, ſeptimo die, quam profectus erat, magnam uim hominũ
& pecoris & omnis generis praedae trahens, in caſtra redit: graueſque iterum hoſtium ſpo-
lijs naues dimittit. inde omiſſis expeditionibus paruis populationibuſque, ad oppugnandã
Vticam omnes belli uires conuertit: eam deinde, ſi cepiſſet, ſedem ad cetera exſequenda
habiturus. Simul & a claſſe nauales ſocij, qua ex parte urbs mari alluitur: ſimul & terre-
ſtris exercitus, [illegible] prope ipſis moenibus tumulo eſt admotus. tormenta ma-
chinaſque & aduexerat ſecum, & ex Sicilia cum commeatu miſſae erant: & nouae in ar-
mamentario, multis talium operum artificibus de induſtria incluſis, fiebant. Vticenſibus
C tanta undique mole circumſeſſis, in Carthaginienſi populo, Carthaginienſibus in Haſdru-
bale, ita, ſi is mouiſſet Syphacem, ſpes omnis erat. ſed deſiderio indigentium auxilij tar-
dius cuncta mouebantur. Haſdrubal intentiſſima conquiſitione cum ad XXX millia pedi-
tum, tria equitum effeciſſet: non tamen ante aduentũ Syphacis caſtra propius hoſtem mo-
uere eſt auſus. Syphax cum quinquaginta millibus peditum, decem equitum aduenit: con
feſtimq. motis ab Carthagine caſtris, haud procul Vtica munitionibuſq. Romanis conſe-
dit. Quorum aduentus hoc tamen momenti fecit, ut Scipio, cum quadraginta ferme dies,
nequidquam omnia experiens, obſediſſet Vticam, abſcederet inde irrito incepto. iam enim
hiems inſtabat. caſtra hiberna in promontorio, quod tenui iugo cõtinenti adhaerens in ali
quantum maris ſpatium extenditur, communit: uno uallo & naualia caſtra amplectitur. iu-
go medio legionum caſtris impoſitis litus ad ſeptemtrionem uerſum ſubductae naues na-
D ualeſq. ſocij tenebant, meridianam uallẽ ad alterum litus deuexam equitatus. Haec in Afri
ca uſque ad extremum autumni geſta. Praeter conuectum undiq. ex populatis circa agris
frumentum, commeatuſque ex Sicilia atque Italia aduectos, Cn. Octauius propraetor ex
Sardinia ab Ti. Claudio praetore, cuius ea prouincia erat, ingentem uim frumenti aduexit:
horreaq. non ſolum ea quae iam facta erant, repleta, ſed noua aedificata. Veſtimenta exer-
citui deerãt. id mandatum Octauio, ut cum praetore ageret, ſi quid ex ea prouincia cõparari
ac mitti poſſet. ea quoque haud ſegniter curata res. mille ducentae togae breui ſpatio, duo
decim millia tunicarũ miſſa. Aeſtate ea, qua haec in Africa geſta ſunt, P. Sempronius cõſul,
cui Bruttij prouincia erat, in agro Crotonenſi cum Hannibale in ipſo itinere tumultuario
proelio conflixit. agminibus magis, quam acie pugnatum eſt. Romani pulſi; & tumultu ue-
rius, quam pugna, ad mille & [illegible] de exercitu conſulis interfectis, in caſtra trepidi redie-
E re. neque oppugnare tamen ea hoſtes auſi. Ceterum ſilentio proximae noctis profectus
inde conſul, praemiſſo nuncio ad P. Licinium procõſulem, ut ſuas legiones admoueret, co
pias coniunxit. ita duo duces, duo exercitus ad Hannibalem redierunt. nec mora dimican-
di facta eſt, cum conſuli duplicatae uires, Poeno recens uictoria animos faceret. In primã
aciem ſuas legiones Sempronius induxit: in ſubſidijs locatae P. Licinij legiones. Conſul
principio pugnae aedem Fortunae Primigeniae uouit, ſi eo die hoſtes fudiſſet: compoſque
eius uoti fuit. fuſi ac fugati Poeni. ſupra quattuor millia armatorum caeſa: paullo minus tre
centi uiui capti: equi quadraginta, & undecim militaria ſigna. Perculſus aduerſo proelio
Hannibal Crotonem exercitum abduxit. Eodem tempore M. Cornelius conſul in altera
parte Italiae non tam armis, quam iudiciorum terrore, Etruriam cõtinuit, totam ferme ad

Magonem

Magonem, ac per eum ad ſpem nouandi res uerſam. Eas quaeſtiones ex ſenatuſconſulto F
minime ambitioſe habuit. multique nobiles Etruſci, qui aut ipſi [redacted], aut miſerant ad Ma-
gonem de populorum ſuorum defectione, primo erãt praeſentes condemnati, poſtea con-
ſcientia ſibimet ipſi exſilium conſciſcentes, cum abſentes damnati eſſent, corporibus ſub-
tractis, bona tantum, quae publicari poterant, pigneranda poenae praebebant. Dum haec
conſules diuerſis regionibus agunt, cenſores interim Romae M. Liuius & C. Claudius ſe-
natum recitarunt. princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus. notati ſeptem, nemo tamen
qui ſella curuli ſediſſet. ſarta tecta acriter & cum ſumma fide exegerũt, uiam e foro Boario
ad Veneris, & circa foros publicos, & aedem Matris magnae in Palatio faciendam locaue-
runt. uectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt. ſextante ſal & Romae, & per to-
tam Italiam erat. Romae pretio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi pretio
praebendum locauerunt. Id uectigal commentum alterũ ex cenſoribus ſatis credebant, po G
pulo iratum, quod iniquo iudicio quondam damnatus eſſet. & in pretio ſalis maxime one-
ratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Liuio inditum cog-
nomen. Luſtrum conditum ſerius, quia per prouincias dimiſerunt cenſores, ut ciuium Ro-
manorum in exercitibus, quantus ubiq. eſſet, referretur numerus. Cenſa cum ijs CCLXV
millia hominum. condidit luſtrum C. Claudius Nero. Duodecim deinde coloniarũ, quod
numquam antea factum erat, deferentibus cenſoribus, cenſum acceperunt: ut, quantum nu
mero militum, quantum pecunia ualerent, in publicis tabulis monumenta exſtarent. Equi
tum deinde cenſus agi coeptus eſt. & ambo forte cenſores equum publicum habebant. cũ
ad tribum Polliam uentum eſt, in qua M. Liuij nomen erat: & praeco cunctaretur citare
ipſum cenſorem: cita, inquit Nero, M. Liuium. & ſiue ex reſidua & uetere ſimultate, ſiue in
tempeſtiua iactatione ſeueritatis inflatus, M. Liuium, quia populi iudicio eſſet conde- H
mnatus, equũ uendere iuſſit. Item M. Liuius cum ad tribum Arnienſem & nomen collegae
uentum eſt, uendere equum C. Claudium iuſſit, duarum rerum cauſſa: unius, quod falſum
aduerſus ſe teſtimonium dixiſſet: alterius, quod non ſincera fide ſecum in gratiam rediſſet.
Itaque ibi foedum certamen inquinandi famam alterius cum ſuae famae damno factũ eſt.
Exitu cenſurae, cum in leges iuraſſet C. Claudius, & in aerarium adſcẽdiſſet, inter nomina
eorũ, quos aerarios relinquebat, dedit collegae nomen. Deinde M. Liuius in aerariũ uenit,
& praeter Maeciam tribum, quae ſe nec condemnaſſet, neq. condemnatum conſulem aut
cenſorem feciſſet: populum Romanum omnẽ, quattuor & triginta tribus, aerarios reliquit,
quod & innocentem ſe condemnaſſent, & condemnatum conſulem & cenſorem feciſſent:
neque infitiari poſſent aut iudicio ſemel, aut comitijs bis ab ſe peccatũ eſſe. inter quattuor
& triginta tribus & C. Claudium aerarium fore. quod ſi exemplum haberet bis eundẽ aera I
rium relinquendi, C. Claudium nominatim ſe inter aerarios fuiſſe relicturum. Prauum cer
tamen notarum inter cenſores, caſtigatio inconſtantiae populi cenſoria & grauitate tem-
porum illorum digna. In inuidia cenſores cum eſſent, creſcendi ex his ratus eſſe occaſio-
nem Cn. Baebius tribunus plebis diem ad populum utrique dixit. Ea res conſenſu patrum
diſcuſſa eſt, ne poſtea obnoxia populari aurae cenſura eſſet. Eadem aeſtate in Bruttijs iam
Petelia a conſule ui capta, Conſentia & Pandoſia, & ignobiles aliae ciuitates uoluntate in
deditionem uenerunt. Et cum comitiorum iam appeteret tempus, Cornelium potius ex
Etruria, ubi nihil belli erat, Romam acciri placuit. Is conſules Cn. Seruilium Caepionem,
& C. Seruilium creauit. Inde praetoria comitia habita. Creati Cn. Cornelius Lentulus. P.
Quinctilius Varus, P. Aelius Paetus, P. Vilius Tappulus. [redacted] duo cum aediles plebis eſſent,
praetores creati ſunt. Conſul comitijs perfectis ad exercitum in Etruriam redijt. Sacerdo- K
tes eo anno mortui, atque in locum eorum ſuffecti. Ti. Veturius Philo flamen Martialis in
locum M. Aemilij Regilli, qui priore anno mortuus erat, creatus inauguratuſque. et in M.
Pomponij Mathonis auguris & decemuiri locum creati decemuir M. Aurelius Cotta
augur, Ti. Sempronius Gracchus admodum adoleſcens, quod tunc perrarum in mandan-
dis ſacerdotijs erat. Quadrigae aureae eo anno in Capitolio poſitae ab aedilibus curulibus
C. Liuio & M. Seruilio Gemino. Et ludi Romani biduum inſtaurati. item per biduum
plebeij ab aedilibus P. Aelio, P. Villio. & Iouis epulum fuit ludorum cauſſa.

A

EPITOME. LIBRI. XXX

IN. Africa Scipio Carthaginienſes, & eundem Syphacem Numidarum regem, Haſdrubalemque pluribus proelijs uicit, adiuuante Maſſaniſa: binaque hoſtium caſtra expugnauit, in quibus XL millia hominum ferro ignique conſumpta ſunt. Syphacem per C. Laelium & Maſſaniſam cepit.
B *Maſſaniſa Sophoniſbam, uxorem Syphacis, filiam Haſdrubalis, captam ſtatim adamauit: & nuptijs factis uxorem habuit: caſtigatuſque a Scipione, uenenum ei miſit. quo hauſto illa deceſſit. Effectumque eſt multis Scipionis uictorijs, ut Carthaginienſes in deſperationem acti, in auxilium publicae ſalutis Hannibalem ex Italia reuocarent. iſque anno decimoſexto Italia diſcedens, in Africam transiecit: tentauitque per colloquium pacem cum Scipione componere: &, cum de condicionibus pacis non conueniſſet, acie uictus eſt. Pax Carthaginienſibus data eſt petentibus. Hannibal Giſgonem pacem diſſuadentem, manu ſua detraxit: excuſata deinde temeritate facti, ipſe pacem ſuaſit. Migo, qui bello in agro Inſubrium cum Romanis conflixerat, uulneratus, dum in Africam per legatos reuocatus reuerteretur, ex uulnere mortuus eſt. Maſſaniſae regnum reſtitutum eſt. Reuerſus in urbem Scipio, ampliſſimum nobiliſſimumque egit triumphum: quem Q. Terentius Culleo ſenator pileatus ſecutus eſt. Scipio Africanus (incertum militari prius fauore, an populari aura ita cognominatus ſit:) primus certe hic imperator uictae a ſe nomine gentis nobilitatus eſt.*

LIBER. XXX

C CN. Seruilius Caepio & C. Seruilius conſules, (ſextuſdecimus is annus belli Punici erat) cum de republica belloque & prouincijs ad ſenatum retuliſſent: cenſuerunt patres, ut conſules inter ſe compararent, ſortirentur ue, uter Bruttios aduerſus Hannibalem, uter Etruriam ac Ligures prouinciam haberet: cui Bruttij eueniſſent, exercitum a P. Sempronio conſule acciperet. P. Sempronius (ei quoque enim proconſuli imperium in annum prorogabatur) P. Licinio ſuccederet; is Romam reuerteretur. Bello quoque bonus habitus ad cetera, quibus nemo ea tempeſtate inſtructior ciuis habebatur, congeſtis omnibus humanis a natura fortunaq. bonis. nobilis idem ac diues erat: forma uiribuſq. corporis excellebat: facundiſſimus habebatur, ſeu cauſſa oranda, ſeu in ſenatu & ad populum
D ſuadendi ac diſſuadendi locus eſſet; iuris pontificij peritiſſimus. ſuper haec bellicae quoq. laudis conſulatus compotem fecerat. Quod in Bruttijs prouincia, idem in Etruria ac Liguribus decretum. M. Cornelius nouo cõſuli tradere exercitum iuſſus: ipſe prorogato imperio Galliam prouinciam obtineret cum legionibus ijs, quas praetor L. Scribonius priore anno habuiſſet. Sortiti deinde prouincias. Caepioni Bruttij, Seruilio Etruria euenit. Tũ praetorum prouinciae in ſortem coniectae. Iuriſdictionem urbanam P. Aelius, Sardiniam Cn. Lentulus, Siciliam P. Villius, Ariminum cum duabus legionibus (ſub Spurio Lucretio eae fuerant) Quinctilius Varus eſt ſortitus. Et Lucretio prorogatum imperium, ut Genuam opidum a Magone Poeno dirutum exaedificaret. P. Scipioni non temporis, ſed rei gerendae fine, donec debellatum in Africa foret, prorogatum imperium eſt. decretumq. ut ſupplicatio fieret, quod is in Africã prouinciam tranſieciſſet, ut ea res ſalutaris populo R. ipſique duci, atque exercitui eſſet.
E In Sicilia tria millia militum ſunt ſcripta. & quia, quod roboris ea prouincia habuerat, in Africam tranſuectũ fuerat, ne qua claſsis ex Africa trãſijceret, XL nauibus cuſtodiri placuerat Siciliae maritimam orã. Tredecim nouas naues Villius ſecum in Siciliam duxit: ceterae in Sicilia ueteres refectae. Huic claſſi M. Pomponius, prioris anni praetor, prorogato imperio praepoſitus, nouos milites ex Italia aduectos in naues impoſuit. Parem nauium numerum Cn. Octauio praetori item prioris anni cum pari iure imperij ad tuendã Sardiniae orã patres decreuerunt. Lentulus praetori duo millia militum dare in naues iuſſus. Et Italiae ora, quia incertum erat, quo miſſuri claſſem Carthaginienſes forent: uidebantur autem, quidquid nudatum praeſidijs eſſet, petituri: M. Marcio, praetori prioris anni, cum totidem nauibus tuenda data eſt. tria millia militum in ei claſ-

ſem ex decreto patrum conſules ſcripſerunt,& duas legiones urbanas ad incerta belli. Hi- F
ſpaniae cum exercitibus imperioq. ueteribus imperatoribus, L.Lentulo & L.Manlio Aci-
dino decretae. Viginti omnino legionibus, & CLX nauibus longis res Romana eo anno
geſta. Praetores in prouincias ire iuſſi. Conſulibus imperatum, priuſquam ab urbe profici-
ſcerentur, ludos magnos facerent, quos T.Manlius Torquatus dictator in quinctum annũ
uouiſſet, ſi eodem ſtatu reſpublica ſtaret. Et nouas excitabant in animis hominum [redacted]
prodigia ex pluribus locis nunciata. Aurum in Capitolio corui non laceraſſe tantũ roſtris
crediti, ſed etiam ediſſe. Mures Antij coronam auream arroſerunt. Circa Capuam omnem
agrum locuſtarum uis ingens, ita ut, unde adueniſſent, parum conſtaret, compleuit. Equu-
leus Reate cum quinque pedibus natus. Anagniae ſparſi primum ignes in caelo, dein fax
ingens arſit. Fruſinone arcus ſolem tenui linea amplexus: circulum deinde ipſum maior ſo-
lis orbis extrinſecus incluſit. Arpini terra campeſtri agro in ingentem ſinum conſedit. Con G
ſulum alteri primam hoſtiam immolanti caput iecinori defuit. Ea prodigia maioribus ho-
ſtijs procurata. editi a collegio pontificum dij, quibus ſacrificaretur. Ijs tranſactis, conſu-
les praetoreſq. in prouincias profecti. omnibus tamen, uelut eã ſortitis, Africae cura erat:
ſeu quia ibi ſummam rerum belliq. uerti cernebant, ſeu ut Scipioni gratificarentur, in quẽ
tum omnis uerſa ciuitas erat. itaque non ex Sardinia tantum, (ſicut ante dictum) ſed ex Si-
cilia quoque & Hiſpania ueſtimenta, frumentumque, & arma etiam ex Sicilia & omne ge-
nus commeatus eo portabantur. Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiſerat,
quae multa ſimul undique eum circumſtabant. Vticam obſidebat. caſtra in conſpectu Haſ-
drubalis erant. Carthaginienſes deduxerant naues, claſſem paratam inſtructamq. ad com-
meatus intercipiendos habebant. inter haec ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex
animo dimiſerat: ſi forte iam ſatias amoris in uxorem ex multa copia cum cepiſſet. Ab Sy- H
phace magis pacis cum Carthaginienſibus condiciones, ut Romani Africa, Poeni Italia
excederent, quam, ſi bellaretur, ſpes ulla deſciturum, afferebatur. Haec per nuncios ma-
gis equidem acta crediderim, (& ita pars maior auctores ſunt) quam ipſum Syphacem, ut
Antias Valerius prodit, in caſtra Romana ad colloquium ueniſſe. Primo eas condicio-
nes imperator Romanus uix auribus admiſit. poſtea, ut cauſſa probabilis ſuis commean-
di foret in caſtra hoſtium, mollius eadem illa abnuere: ac ſpem facere, ſaepius ultro citro
que agitantibus, rem conuenturam. Hibernacula Carthaginienſium, congeſta temere
ex agris materia exaedificata, lignea ferme tota erant. Numidae praecipue arũdine textis,
ſtoreaque, pars maxima, tectis paſſim nullo ordine, quidam ut ſine imperio occupatis lo-
cis, extra foſſam etiam uallumque habitabant. Haec relata Scipioni ſpem fecerant caſtra
hoſtium per occaſionem incendendi. Cum legatis, quos mitteret ad Syphacem, calo- I
num loco primos ordinis ſpectatae uirtutis atque prudentiae ſeruili habitu mittebat: qui,
dum in colloquio legati eſſent, uagi per caſtra alius alia, aditus exituſque omnes, ſitum
formamque & uniuerſorum caſtrorum & partium, qua Poeni, qua Numidae haberent,
quantum interualli inter Haſdrubalis ac regia caſtra eſſet, ſpecularentur: moremque ſimul
noſcerent ſtationum, uigiliarumque: nocte, an interdiu opportuniores inſidiantibus eſ-
ſent. & inter crebra colloquia alii atque alij de induſtria, quo pluribus omnia nota eſſent,
mittebantur. Cum ſaepius agitata res certiorem ſpem pacis in dies & Syphaci & Cartha-
ginienſibus per eum faceret: legati Romani uetitos ſe reuerti ab imperatore aiunt, niſi cer
tũ reſponſum detur. proinde ſeu [redacted] ſtaret [redacted] ſententia, ſeu cõſulendus Haſdrubal & Car
thaginienſes eſſent, conſuleret. tempus eſſe aut pacem componi, aut bellum nauiter geri.
Dum conſulitur Haſdrubal ab Syphace, ab Haſdrubale Carthaginienſes: & ſpeculatores K
omnia uiſendi, & Scipio ad cõparanda quae in rem [redacted] erant, tempus habuit: & ex mẽtio
ne ac ſpe pacis, negligentia, ut fit, apud Poenos Numidaſq. orta cauendi ne quid hoſtile in-
terim paterentur. Tandem relatum reſponſum, quibuſdam, quia nimis cupere Romanus
pacem uidebatur, iniquis per occaſionem adiectis, quae peropportune cupienti tollere in-
dutias Scipioni cauſſam praebuere. ac nuncio regis, cum relaturum ſe ad conſilium dixiſ-
ſet, poſtero die reſpondit, ſe uno fruſtra tendente, nulli alij pacem placuiſſe. renunciaret
igitur, nullam aliam ſpem pacis, quam relictis Carthaginienſibus, Syphaci cum Roma-
nis eſſe. Ita tollit indutias, ut libera fide incepta exſequeretur. deductiſq. nauibus, (& iam
ueris principium erat) machinas tormentaque, uelut a mari aggreſſurus Vticam imponit.

duo

A duo millia militum ad capiendum, quem antea tenuerat, tumulum ſuper Vticam mittit: ſimul ut ab eo quod parabat, in alterius rei curam conuerteret hoſtium animos: ſimul ne qua, cum ipſe ad Syphacem Haſdrubalemque profectus eſſet, eruptio ex urbe, & impetus in caſtra ſua relicta cum leui praeſidio fieret. His praeparatis aduocatoque conſilio, & dicere exploratoribus iuſſis quae comperta afferrent, Maſſaniſſaque, cui omnia hoſtium nota erant: poſtremo, quid ipſe pararet in proximam noctem, proponit. tribunis edicit, ut, ubi praetorio dimiſſo ſigna concinuiſſent, extemplo educerent e caſtris legiones. Ita ut imperauerat, ſigna ſub occaſum ſolis efferri ſunt coepta. ad primam ferme uigiliam agmen explicauerunt: media nocte (ſeptem enim millia itineris erant) modico gradu ad caſtra hoſtium peruentum. Ibi Scipio partem copiarum Laelio, Maſſaniſſamque ac Numidas attribuit: & caſtra Syphacis inuadere, igneſque conijcere iubet.
B ſingulos deinde ſeparatim, Laelium ac Maſſaniſſam ſeductos obteſtatur, ut, quantum nox prouidentiae adimat, tantum diligentia expleant, curaque. ſe Haſdrubalem Punicaque aggreſſurum. ceterum non ante coepturum, quam ignem in regijs caſtris conſpexiſſet. Neque ea res morata diu eſt. nam ut proximis caſtris iniectus ignis haeſit, extemplo proxima quaeque, & deinceps continua amplexus, ſe paſſim diſſipauit caſtris. et trepidatio quidem, quanta neceſſe erat in nocturno effuſo tam late incendio, orta eſt. ceterum fortuitum, non hoſtilem ac bellicum, ignem rati eſſe, ſine armis ad reſtinguendum incendium effuſi in armatos inciderunt hoſtes, maxime Numidas ab Maſſaniſſa notitia regiorum caſtrorum ad exitus itinerum idoneis locis diſpoſitos. Multos in ipſis cubilibus ſemiſomnes hauſit flamma: multi praecipiti fuga ruentes ſuper alios alij, in anguſtijs portarum obtriti ſunt. Relucentem flammam primo uigiles Cartha-
C ginienſium, deinde excitati alij nocturno tumultu cum conſpexiſſent, ab eodem errore credere & ipſi ſua ſponte incendium ortum. & clamor inter caedem & uulnera ſublatus, an ex trepidatione nocturna eſſet, confuſus, ſenſum ueri adimebat. Igitur pro ſe quiſque inermes, ut quibus nihil hoſtile ſuſpectum eſſet, omnibus portis, qua cuique proximum erat, ea modo, quae reſtinguendo igni forent, portantes, in [illegible] Romanum ruebant. Quibus caeſis omnibus praeterquam hoſtili odio, etiam ne quis nuncius effugeret: extemplo Scipio neglectas, ut in tali tumultu, portas inuadit. ignibuſque in proxima tecta coniectis effuſa flamma primo ueluti ſparſa pluribus locis reluxit: dein per continua ſerpens uno repente omnia incendio hauſit. Ambuſti homines iumentaque foeda primum fuga, dein ſtrage obruerant itinera portarum. quos non oppreſſerat ignis, ferro abſumpti, binaque caſtra una die deleta. duces tamen ambo, & ex tot millibus ar-
D matorum ∞∞ peditum, & quingenti equites ſemiermes, magna pars ſaucij, afflatique incendio effugerunt. Caeſa aut hauſta flammis ad XL millia hominum ſunt: capti ſupra VI millia, multi Carthaginienſium nobiles, XI ſenatores, ſigna militaria CLXXIIX. equi Numidici ſupra II millia DCC, elephanti ſex capti: octo flamma ferroque abſumpti: magnaq. uis armorum capta. Ea omnia imperator Vulcano ſacrata incendit. Haſdrubal ex fuga cum paucis Afrorum urbem proximam petierat: eoque omnes, qui ſupererant, ueſtigia ducis ſequentes ſe contulerant. metu deinde, ne dederetur Scipioni, urbe exceſſit. Mox eodem patentibus portis Romani accepti, nec quidquam hoſtile, quia uoluntate conceſſerant in deditionem, factum. duae ſubinde urbes captae direptaeque. ea praeda, & quae caſtris incenſis ex igne rapta erat, militi cóceſſa eſt. Syphax octo millium ferme ipde ſpatio loco munito conſedit. Haſdrubal Carthaginem contédit, ne quid per metum ex
E recenti clade mollius conſuleretur: quo tantus primo terror eſt allatus, ut omiſſa Vtica Carthaginem crederent extemplo Scipionem obſeſſurum. Senatum itaque Sufetes, quod uelut conſulare imperium apud eos erat, uocauerunt. ibi tribus dictis ſententijs, una de pace legatos ad Scipionem decernebat: altera Hannibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam reuocabat: tertia Romanae in aduerſis rebus conſtantiae exemplo reparandum exercitum, Syphacemque orandum ne bello abſiſteret, cenſebat. Haec ſententia, quia Haſdrubal praeſens, Barchinaeq. omnes factionis bellũ malebant, uicit. Inde delectus in urbe agriſq. haberi coeptus: & ad Syphacẽ legati miſſi, ſumma ope & ipſum reparantem bellum: cum uxor iam non ut ante blanditijs ſatis potentibus ad animum amantis, ſed precibus & miſericordia ualuiſſet, plena lacrymarum obteſtans, ne patrem ſuum patriamque

proderet: ijſdemque flammis Carthaginem, quibus caſtra conflagraſſent, abſumi ſi- F
neret. Spem quoque opportune oblatam afferebant legati, quattuor millia Celtibero-
rum circa urbem nomine Abbam ab conquiſitoribus ſuis conducta in Hiſpania, egregiae
iuuentutis, ſibi occurriſſe: & Haſdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam cō
temnenda. Is non benigne modo legatis reſpondit, ſed oſtendit etiam multitudinem Nu
midarum agreſtium, quibus per eoſdem dies arma equoſq. dediſſet, & omnem iuuentutē
affirmat exciturum ex regno, ſcire, incendio, non proelio, cladem acceptam. eum bello in
feriorem eſſe, qui armis uincatur. Haec legatis reſponſa. Et poſt dies paucos rurſus Haſdru
bal & Syphax copias iunxerunt. is omnis exercitus fuit XXX ferme millium armatorum.
Scipionem, uelut debellato iam, quod ad Syphacem Carthaginienſeſque attineret: Vticae
oppugnandae intentum, iamque machinas admouentem muris, auertit fama redintegrati
belli. modiciſq. praeſidijs, ad ſpeciem modo obſidionis, terra mariq. relictis, ipſe cum robo G
re exercitus ire ad hoſtes pergit. Primo in tumulo quattuor ferme millia diſtante ab caſtris
regijs conſedit, poſtero die cum equitatu in Magnos (ita uocant) cāpos ſubiectos ei tumu-
lo degreſſus, ſuccedendo ad ſtationem hoſtium, laceſſendoq. leuibus proelijs, diem abſu-
mpſit. & per inſequens biduum tumultuoſis hinc atque illinc excurſionibus inuicem nihil
dictu ſatis dignum fecerunt. quarto die utrinque in aciem deſcenſum eſt. Romanus prin-
cipes poſt haſtatorum prima ſigna, in ſubſidijs triarios conſtituit: equitatum Italicum ab
dextro cornu, ab laeuo Numidas Maſſaniſſamq. oppoſuit. Syphax Haſdrubalq. Numidis ad
uerſus Italicum equitatum, Carthaginienſibus contra Maſſaniſſam locatis, Celtiberos in
mediam aciē in aduerſa ſigna legionū accepere. Ita inſtructi concurrunt. Primo impetu ſi-
mul utraq. cornua Numidae & Carthaginiēſes pulſi. nā neq. Numidae, maxima pars agre
ſtis, Romanum equitatum: neque Carthaginienſes, & ipſe nouus miles, Maſſaniſſam recen H
ti ſuper cetera uictoria terribilem ſuſtinuere. Nudata utrimque cornibus Celtiberorum
acies ſtabat, quod nec in fuga ſalus ulla oſtendebatur locis ignotis: neq. ſpes ueniae ab Sci-
pione erat, quem benemeritum de ſe & de gente ſua mercenarijs armis in Africam oppu-
gnatum ueniſſent. Igitur circumfuſis undique hoſtibus, alij ſuper alios cadentes obſtinati
moriebantur. omnibuſq. in eos uerſis, aliquantum ad fugam temporis Syphax & Haſdru-
bal praeceperunt. fatigatos caede diutius, quam pugna, uictores nox oppreſſit. Poſtero die
Scipio Laelium Maſſaniſſamq. cum omni Romano & Numidico equitatu expeditiſſimiſq.
militum ad perſequendos Syphacem atque Haſdrubalem mittit. ipſe cum robore exerci-
tus urbes circa omnes, quae Carthaginienſium ditionis erant, partim ui, partim metu ſub-
egit. Carthagini quidem erat ingens terror: & circumferentem arma Scipionem, omnibus
finitimis raptim perdomitis, ipſam Carthaginē repente aggreſſurū credebant. itaq. & mu- I
ri reficiebantur, propugnaculiſq. armabantur: & pro ſe quiſque, quae diutinae obſidioni
tolerandae ſunt, ex agris conuehebat. Rara mentio pacis, frequentior legatorum ad Hā
nibalē accerſendū mittendorū. pars maxima claſſem, quae ad commeatus excipiendos pa-
rata erat, mittere iubent ad opprimendam ſtationem nauium ad Vticam incaute agentem:
forſitan etiam naualia caſtra relicta cum leui praeſidio oppreſſuros. In hoc conſilium ma-
xime inclinant. legatos tamen ad Hannibalem mittendos cenſent. quippe claſſe ut feliciſ-
ſime geratur res, parte aliqua leuari Vticae obſidionem: Carthaginem ipſam qui tueantur,
neq. imperatorem alium, quam Hannibalē, neque exercitum alium, quam Hannibalis, ſu-
pereſſe. Deductae ergo poſtero die naues, ſimul & legati in Italiam profecti. raptimque o-
mnia ſtimulante fortuna agebantur: & in quo quiſque ceſſaſſet, prodi ab ſe ſalutem omniū
rebatur. Scipio grauem iam ſpolijs multarum urbium exercitum trahens, captiuis aliaq. K
praeda in uetera caſtra ad Vticam miſſis, iam in Carthaginem intentus occupat relictum
fuga cuſtodum Tuneta. abeſt ab Carthagine XV millia ferme paſſuum. locus tum operi-
bus, tum ſuapte natura tutus, & qui ab Carthagine conſpici, & praebere ipſe proſpectum
cum ad urbem, tum ad circumfuſum mare urbi poſſet. Inde cum maxime uallum Romani
iacerent, conſpecta claſſis hoſtium eſt Vticam Carthagine petens. Igitur omiſſo opere pro
nunciatum iter, ſignaque raptim ferri ſunt coepta, ne naues in terram & obſidionē uerſae,
ac minime nauali proelio aptae opprimerentur. qui n. reſtitiſſent agili & nautico inſtrumē
to aptae & armatae claſſi, naues tormenta machinaſq. portantes, & aut in onerariarum uſum
uerſae, aut ita appulſae muris, ut pro aggere ac pōtibus praebere adſcenſum poſſent? Itaq.

Scipio,

A Scipio, poſtquam eo uentũ eſt, ut in nauali certamine ſolet, roſtratis, quae praeſidio alijs eſſe poterant, in poſtremam aciem receptis prope terram, onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduerſus hoſtem oppoſuit: eaſque ipſas, ne in tumultu pugnae turbari ordines poſſent, malis antemniſque de naue in nauem tranſiectis, ac ualidis funibus uelut uno inter ſe uinculo illigatis comprehendit: tabulaſque ſuperſtrauit, [illegible] nauium ordo eſſet: & ſub ipſis pontibus interualla fecit, qua procurrere ſpeculatoriae naues in hoſtem, ac tuto recipi poſſent. His raptim pro tempore inſtructis, mille ferme delecti propugnatores onerarijs imponuntur: telorum maxime miſſilium, ut quamuis longo certamine ſufficerent, uis ingens congeritur. ita parati atque intenti hoſtium aduentum opperiebantur. Carthaginienſes, qui, ſi maturaſſent, omnia permiſta turba trepidantium primo impetu deprehendiſſent: perculſi terreſtribus cladibus, atque
B inde ne in mari quidem, ubi ipſi plus poterant, ſatis fidentes, die ſegni nauigatione abſumpto, ſub occaſum ſolis in portum (Ruſcinona Afri uocant) claſſem appulere. poſtero die ſub ortum ſolis inſtruxere ab alto naues uelut ad iuſtum proelium nauale, & tamquam exituris contra Romanis. Cum diu ſtetiſſent, poſtquam nihil moueri ab hoſtibus uiderunt, tum demum onerarias aggrediuntur. Erat res minime certamini nauali ſimilis, proxime ſpeciem muros oppugnantium nauium altitudine aliquantum onerariae ſuperabãt. ex roſtratis Poeni uana pleraque, ut pote ſupino iactu, tela in locum ſuperiorem mittebant. grauior ac pondere ipſo libratior ſuperne ex onerarijs ictus erat. ſpeculatoriae naues ac leuia ipſa nauigia, quae ſub conſtratis pontium per interualla excurrebant, primo ipſo tantum impetu ac magnitudine roſtratarum obruebantur, deinde & propugnatoribus quoque incommodae erant, quod permiſtae cum hoſtium nauibus inhibere ſaepe tela
C cogebant, metu, ne ambiguo ictu ſuis inciderent. poſtremo aſſeres ferreo unco praefixi (harpagones uocant [illegible]) ex Punicis nauibus inijci in Romanas coepti. quos cum neque ipſos, neque catenas, quibus ſuſpenſi inijciebantur, incidere poſſent: ut quaeque retro inhibita roſtrata onerariam haerentem unco traheret, ſcindi uideres uincula, quibus alijs innexa erat: ſeriemq. aliam ſimul plurium nauium trahi. Hoc maxime modo lacerati quidem omnes pontes, & uix tranſiliendi in ſecundum ordinem nauium ſpatium propugnatoribus datum eſt. Sex ferme onerariae puppibus abſtractae Carthaginem ſunt. maior, quam pro re, laetitia, ſed eo gratior, quod inter aſſiduas clades ac lacrymas unum quantumcumque ex inſperato gaudium affulſerat, cum eo, ut appareret, haud procul exitio fuiſſe Romanam claſſem, ni ceſſatum a praefectis ſuarum nauium foret, & Scipio in tempore ſubueniſſet. Per eoſdem forte dies cum Laelius & Maſſaniſa quinctodecimo ferme die in
D Numidiam perueniſſent, Maſſylij regnum paternum Maſſaniſae, laeti, ut ad regem diu deſideratum, conceſſere. Syphax, pulſis inde praefectis praeſidijſque ſuis, uetere ſe continebat regno, neutiquam quieturus. ſtimulabant aegrum amore uxor ſocerque: & ita uiris equiſq. abundabat, ut ſubiectae oculis regni per multos florentis annos uires, etiam minus barbaro atque impotenti animo ſpiritus poſſent facere. Igitur omnibus, qui bello apti erant, in unum coactis, equos, arma, tela diuidit: equites in turmas, pedites in cohortes, ſicut quondam ab Romanis centurionibus didicerat, diſtribuit. Exercitu haud minore, quam quem prius habuerat, ceterum omni prope nouo atque incondito ire ad hoſtes pergit. Et caſtris in propinquo poſitis, primo pauci equites ex tuto ſpeculantes ab ſtationibus progredi, inde iaculis ſummoti recurrere ad ſuos: inde excurſiones inuicem fieri, & cum pulſos indignatio accenderet, plures ſubire: quod irritamentum certaminum eque-
E ſtrium eſt, cum aut uincentibus ſpes, aut pulſis ira aggregat ſuos. Ita tum a paucis proelio accenſo: omnem utrimque poſtremo exercitum certaminis ſtudium effudit. ac dum equeſtre proelium erat, multitudo Maſaeſulorum, ingentia agmina Syphace emittente, ſuſtineri uix poterat. deinde ut pedes Romanus repentino per turmas ſuas uiam dantes intercurſu ſtabilem aciem fecit, abſterruitque effuſe inuehẽtem ſeſe hoſtem: primo barbari ſegnius permittere equos, dein ſtare ac prope turbari nouo genere pugnae: poſtremo non peditis ſolum cedere, ſed ne equitem quidem ſuſtinere peditis praeſidio audentem. Iam ſigna quoque legionum appropinquabant. tum uero Maſaeſuli non modo primum impetum, ſed ne conſpectum quidem ſignorum atque armorum tulerunt. tantum ſeu memoria priorum cladium, ſeu praeſens terror ualuit. Ibi Syphax, dum obequitat hoſtium tur-

mis, ſi pudore, ſi periculo ſuo fugam ſiſtere poſſet: equo grauiter icto effuſus opprimitur F
capiturque: & uiuus, laetum ante omnes Maſſaniſae praebiturus ſpectaculum, ad Laelium
pertrahitur. Cirtha caput regni Syphacis erat: eoq. ſe ingẽs uis hominum ex fuga cõtulerat.
Caedes in eo proelio minor, quam uictoria fuit, quia equeſtri tantummodo proelio certa-
tum fuerat. non plus quinque millia occiſa, minus dimidium eius hominum captum eſt, im
petu in caſtra facto, quo perculſa rege amiſſo multitudo ſe contulerat. Maſſaniſa Laelio di
cere, ſibi quidem nihil eſſe in praeſentia pulchrius, quam uictorem tanto poſt interuallo
inuiſere receptum patrium regnum: ſed tam ſecundis, quam aduerſis rebus non dari ſpa-
tium ad ceſſandum. ſi ſe Laelius cum equitatu uictoque Syphace Cirtham praecedere ſi-
nat, trepida omnia metu ſe oppreſſurum. Laelium cum peditibus ſubſequi modicis itineri-
bus poſſe. Aſſentiente Laelio praegreſſus Cirtham, euocari ad colloquium principes Cir-
thenſium iubet. ſed apud ignaros regis caſus, neque, quae acta eſſent, promendo, nec mi- G
nis, nec ſuadendo ante ualuit, quam rex uinctus in conſpectum datus eſt. Tum ad ſpecta-
culum tam foedum comploratio orta: & partim pauore moenia ſunt deſerta, partim repen
tino conſenſu gratiam apud uictorem quaerentium patefactae portae. [redacted] Maſſaniſa, prae-
ſidio circa portas opportunaque moenium dimiſſo, ne cui fugae pateret exitus, ad regiam
occupandam citato uadit equo. Intranti ueſtibulum in ipſo limine Sophoniſba, uxor
Syphacis, filia Haſdrubalis Poeni occurrit. & cum in medio agmine armatorum Maſſani-
ſam inſignem cum armis, tum cetero habitu conſpexiſſet, regem eſſe (id quod erat) rata, ge
nibus [redacted]uoluta eius, Omnia quidem, inquit, ut poſſes in nos, dij tibi dederunt, uirtuſque &
felicitas tua. ſed ſi captiuae apud dominum uitae necisque ſuae uocem ſupplicem mittere
licet: ſi genua, ſi uictricem attingere dextram, precor quaeſoq. per maieſtatem regiam, in
qua paullo ante nos quoque fuimus: perq. gentis Numidarum nomen, quod tibi cum Sy- H
phace commune fuit: per huiuſce regiae deos, qui te melioribus ominibus accipiant, quã
Syphacem hinc miſerunt: hanc ueniam ſupplici des, ut ipſe, quodcumque fert animus,
de captiua ſtatuas: [redacted] in cuiuſquam Romani ſuperbum ac crudele arbitrium uenire
ſinas. ſi nihil aliud, quam Syphacis uxor, fuiſſem, tamen Numidae, atque in eadem me-
cum Africa geniti, quam alienigenae & externi, fidem experiri mallem: quid Carthaginienſi
ab Romano, quid filiae Haſdrubalis timẽdum ſit, uides. ſi nulla alia re potes, morte me uin
dices ab Romanorum arbitrio, oro obteſtorque. Forma erat inſignis, & florentiſſima
aetas. itaque cum diu dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem expo-
ſceret: propiuſque iam blanditias oratio eſſet, quam preces: non in miſericordiam modo
prolapſus eſt animus uictoris, ſed (ut eſt genus Numidarum in Venerem praeceps) amo-
re captiuae uictor captus, data dextera in id quod petebatur, obligandae fidei, in regiam I
concedit. Inſtitit deinde reputare ſecum ipſe, quemadmodum promiſſi fidem praeſta-
ret, quod cum expedire non poſſet, ab amore temerarium atque impudens mutuatur
conſilium. nuptias in eum ipſum diem repente parari iubet, ne quid relinqueret integri
aut Laelio, aut ipſi Scipioni conſulendi uelut in captiuam, quae Maſſaniſae iam nupta fo-
ret. Factis nuptijs ſuperuenit Laelius: & adeo non diſſimulauit improbare factum, ut pri-
mo etiam cum Syphace & ceteris captiuis detractam eam thoro geniali mittere ad Sci-
pionem conatus ſit. uictus deinde precibus Maſſaniſae orantis, ut arbitriũ, utrius regũ duo
rum fortunae acceſſio Sophoniſba eſſet, ad Scipionem reiiceret: miſſo Syphace & ceteris
captiuis, ceteras urbes Numidiae quae praeſidiis regiis tenebãtur adiuuante Maſſaniſa re-
cipit. Syphacem in caſtra adduci, cum eſſet nunciatum, omnis, uelut ad ſpectaculum trium
phi, multitudo effuſa eſt. Praecedebat ipſe uinctus, ſequebatur grex nobilium Numida- K
rum. tum quantum quiſque plurimum poſſet, magnitudini, Syphacis, famaeq. gentis, ui-
ctoriam ſuam augendo, addebat. Illum eſſe regem, cuius tantum maieſtati duo potentiſ-
ſimi in terris tribuerint populi, Romanus Carthaginienſiſque, ut Scipio imperator
ſuus ad amicitiam eius petendam, relicta prouincia Hiſpania exercituque, duabus quin-
queremibus in Africam nauigarit: Haſdrubal Poenorum imperator non ipſe modo ad
eum in regnum uenerit, ſed etiam filiam ei nuptum dederit. habuiſſe eum tempore uno
in poteſtate duos imperatores, Poenum Romanumque. ſicut ab dijs immortalibus pars
utraque hoſtijs mactandis pacem petiſſet, ita ab eo utrimque pariter amicitiam petitã. iam
tãtas habuiſſe opes, ut Maſſaniſam regno pulſum eo redegerit, ut uita eius fama mortis &
late-

A latebris,ferarum modo in ſiluis rapto uiuentis,tegeretur. His ſermonibus circumſtantium celebratus rex in praetorium ad Scipionem eſt perductus.Mouit & Scipionem cum fortuna priſtina uiri praeſenti fortunae collata : tũ recordatio hoſpitij,dextraeq.datae,& foederis publice ac priuatim iuncti. Eadem haec & Syphaci animum dederunt in alloquendo uictore.nam cum Scipio,quid ſibi uoluiſſet, quaereret, qui non ſocietatem ſolum abnuiſſet Romanam,ſed ultro bellum intuliſſet:tum ille peccaſſe quidem ſeſe, atque inſaniſſe fatebatur:ſed tum demum cum arma aduerſus populum Romanum cepiſſet, exitum ſui furoris fuiſſe,non principium.tunc ſe inſaniſſe, cum hoſpitia priuata & publica foedera omnia ex animo eieciſſet:cum Carthaginienſem matronam domum acceperit. Illis nuptialibus facibus regiam conflagraſſe ſuam : illam furiam peſtemq. omnibus delenimentis animum ſuum auertiſſe atque alienaſſe:nec quieuiſſe,donec ipſa manib. ſuis nefaria ſibi arma aduer- *conquiesset l.v.*
B ſus hoſpitem atque amicum induerit.perdito tamen atque afflicto ſibi hoc in miſerijs ſolatij eſſe, quod in omnium hominum inimiciſſimi ſibi domum ac penates eandem peſtem ac furiam tranſiſſe uideat.neque prudentiorem, neque conſtantiorem Maſſaniſſam, quam Syphacem, eſſe, etiam ab iuuenta incautiorem. certe ſtultius illum atque intemperantius eam,quam ſe,duxiſſe.Haec non hoſtili modo odio,ſed amoris etiam ſtimulis,amatam apud aemulum cernens,cum dixiſſet:non mediocri cura Scipionis animum pepulit. & fidẽ criminibus factae prope inter arma nuptiae,neque conſulto neque exſpectato Laelio,faciebant:tamq. praeceps feſtinatio,ut quo die captam reginam uidiſſet, eodẽ matrimonio iunctam acciperet:& apud penates hoſtis ſui nuptiale ſacrum conficeret. Et eo [illegible] foediora *l.v.* haec uidebantur Scipioni, quod ipſum in Hiſpania iuuenem nullius forma pepulerat captiuae. Haec ſecum uolutanti Laelius ac Maſſaniſſa ſuperuenerunt, quos cum pariter am-
C bos & benigno uultu excepiſſet,& egregijs laudibus frequenti praetorio celebraſſet,abductum in ſecretum Maſſaniſſam ſic alloquitur. Aliqua te exiſtimo Maſſaniſſa intuentem in me bona, & principio in Hiſpaniam ad iungendam mecum amicitiam ueniſſe, & poſtea in Africa teipſum,ſpeſq. omnes tuas in fidem meam commiſiſſe. atqui nulla earum uirtus eſt,propter quas appetendus tibi uiſus ſim,qua ego aeque atque temperantia & continentia libidinum gloriatus fuerim.Hanc te quoque ad ceteras tuas eximias uirtutes, Maſſani-
l.v. ſa,adieciſſe uelim [illegible] non eſt(mihi crede)tantum ab hoſtibus armatis aetati noſtrae periculi, quantum ab circumfuſis undique uoluptatibus. qui eas ſua temperantia frenauit ac domuit,is multo maius decus maioremque uictoriam ſibi peperit, quam nos Syphace uicto habemus.Quae me abſente ſtrenue ac fortiter feciſti,libenter & commemoraui, & meminiſſe:cetera teipſum reputare tecum, quam me dicente erubeſcere, malo. Syphax populi *Iuvenibus maius periculum a voluptatibus quam ab hostibus.*
D Romani auſpicijs uictus captuſq. eſt.itaque ipſe,coniux,regnum,ager,opida, homines qui incolunt,quidquid deniq. Syphacis fuit, praeda populi Romani eſt:& regem coniugemq. eius,etiam ſi non ciuis Carthaginienſis eſſet,etiam ſi non patrem eius imperatorem hoſtiũ uideremus,Romam oporteret mitti:ac ſenatus populiq. R.de ea iudicium atque arbitrium eſſe,quae regem nobis ſocium alienaſſe,atque in arma [illegible]egiſſe praecipitem dicatur. Vince animum,caue deformes multa bona uno uitio,& tot meritorum gratiam maiore culpa, *l.v.* quam cauſſa culpae eſt,corrumpas.Maſſaniſſae haec audienti non rubor ſolum ſuffuſus,ſed lacrymae etiam obortae.& cum ſe quidem in poteſta[te] futurum imperatoris dixiſſet,oraſ- *tem* ſetq. eum,ut,quantum res ſineret,fidei ſuae temere obſtrictae cõſuleret, (promiſiſſe enim, *l.v.* ſeſe in nullius poteſtatem eam traditurum)ex praetorio in tabernaculum ſuum cõfuſus cõceſſit.Ibi arbitris remotis,cum crebro ſuſpirio & gemitu,quod facile a circumſtantibus ta-
E bernaculum exaudiri poſſet,aliquantũ tẽporis conſumpſiſſet,ingenti ad poſtremum edito gemitu,fido ex ſeruis uno accito,ſub cuius cuſtodia regio more ad incerta fortunae uenenum erat,ei miſtum in poculo ferre ad Sophoniſbam iubet,ac ſimul nunciare: Maſſaniſſam libenter primam ei fidem praeſtaturum fuiſſe, quam uir uxori debuerit . quoniam arbitrium eius, qui poſſint, adimant : ſecundam fidem praeſtare, ne uiua in poteſtatem Romanorum ueniat. memor patris imperatoris,patriaeque,& duorum regum, quibus nupta fuiſſet, ſibi ipſa conſuleret.Hunc nuncium ac ſimul uenenum ferens miniſter cum ad Sophoniſbam ueniſſet.Accipio,inquit,nuptiale munus,nec ingratum,ſi nihil maius uir uxori praeſtare potuit.hoc tamen nuncia:melius me morituram fuiſſe, ſi non in funere meo nupſiſſem.nec locuta eſt ferocius, quam acceptum poculum , nullo trepidationis ſigno da-

 to,

to,impauide hauſit. Quod ubi nunciatum eſt Scipioni: ne quid aeger animi ferox iuuenis F
grauius conſuleret: accitum eum extemplo,nunc ſolatur,nunc, quod temeritatem temeri
tate alia luerit,triſtioremq. rem,quam neceſse fuit,fecerit,leniter caſtigat. Poſtero die,ut
a praeſenti metu auerteret animum eius,in tribunal adſcendit: & concionem aduocari iuſ-
ſit. ibi Maſsaniſam primum regem appellatum,eximijſq. ornatum laudibus, aurea coro-
na,aurea patera,ſella curuli eburnea,& ſcipione eburneo,toga picta,& palmata tunica do-
nat.addit uerbis honorem,neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos,ne
que triumphantibus ampliorem eo ornatu eſse,quo unum omnium externorum dignum
Maſſaniſam populus Romanus ducat. Laelium deinde & ipſum collaudatum aurea coro-
na donat.& alij militares uiri, prout a quoqne nauata opera erat, donati. Iis honoribus
mollitus regis animus,erectuſq. in ſpem propinquam,ſublato Syphace, omnis Numidiae
potiundae. Scipio, C.Laelio cum Syphace alijſque captiuis Romam miſſo, cum quibus G
& Maſſaniſae legati profecti ſunt,ipſe ad Tuneta rurſum caſtra refert: &,quae munimenta
inchoauerat,permunijt. Carthaginienſes non breui ſolum, ſed prope uano gaudio ab ſa-
tis proſpera in praeſens oppugnatione claſſis perfuſi, poſt famam capti Syphacis, in quo
plus prope,quam in Haſdrubale atque exercitu ſuo,ſpei repoſuerant, perculſi, iam nullo
auctore belli ultra audito, oratores ad pacem petendam mittunt XXX ſeniorum princi-
pes. id erat ſanctius apud illos conſilium, maximaque ad ipſum ſenatum regendum uis.
Qui ubi in caſtra Romana & praetorium peruenerunt, more adorantium (accepto, cre-
do, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt. Conueniens oratio tam hu-
mili adorationi fuit, non culpam purgantium, ſed transferentium initium culpae in Han-
nibalem,impotentiaeque eius fautores, ueniam ciuitati petebant, ciuium temeritate bis
iam ante euerſae,incolumi futurae iterum hoſtium beneficio. imperium ex uictis hoſtibus H
populum Romanum, non perniciem petere. paratis obedienter ſeruire, quae uellet, im-
peraret. Scipio, & ueniſſe ea ſpe in Africam ſe ait, & ſpem ſuam proſpero belli euentu
auctam, uictoriam ſe non pacem domum reportaturum eſſe: tamen,cum uictoriam pro-
pe in manibus habeat, pacem non abnuere: ut omnes gentes ſciant, populum Roma-
num & ſuſcipere iuſte bella, & finire. Leges pacis ſe has dicere. Captiuos & perfugas
& fugitiuos reſtituant. exercitus ex Italia & Gallia deducant. Hiſpania abſtineant. in-
ſulis omnibus, quae inter Italiam & Africam ſunt,decedant. naues longas,praeter XXX,
omnes tradant. tritici quingenta,hordei CCC millia modium.Pecuniae ſummam quan
tam imperauerit, parum conuenit. alibi quinque millia talentum, alibi quinque millia
pondo argenti, alibi duplex ſtipendium militibus imperatum inuenio. His condicioni-
bus,inquit,placeatne pax, triduum ad conſultandum dabitur. ſi placuerit, mecum indu- I
tias facite, Romam ad ſenatum mittite legatos. Ita dimiſsi Carthaginienſes,nullas recu-
ſandas condiciones pacis cum cenſuiſſent,(quippe qui moram temporis quaererent, dum
Hannibal in Africam tranſijceret)legatos alios ad Scipionē,ut indutias facerent:alios Ro-
mam ad pacem petendam mittunt, ducentes paucos in ſpeciem captiuos, perfugaſque &
fugitiuos, quo impetrabilior pax eſſet. Multis ante diebus Laelius cum Syphace primo-
ribuſque Numidarum captiuis Romam uenit,quaeq. in Africa geſta eſſent, omnia expo-
ſuit ordine patribus,ingenti omnium & in praeſens laetitia,& in futurum ſpe.Conſulti in-
de patres regem in cuſtodiam Albam mittendum cenſuerunt,Laelium retinendum,donec
legati Carthaginienſes uenirent.Supplicatio in quattriduum decreta eſt.P.Aelius praetor
ſenatu miſſo,& concione inde aduocata,cum C.Laelio in roſtra adſcendit.Ibi uero audien
tes fuſos Carthaginienſium exercitus, deuictum & captum ingentis nominis regem,Nu- K
midiam omnem egregia uictoria peragratam, tacitum continere gaudium non poterant,
quin clamoribus, quibuſque alijs multitudo ſolet,laetitiam immodicam ſignificarent.Ita-
que praetor extēplo edixit,uti aeditui aedes ſacras omnes tota urbe aperirent, circūeun-
di,ſalutandique deos, agendique gratias per totum diem populo poteſtas fieret. poſtero
die legatos Maſſaniſae in ſenatum introduxit. Gratulati primum ſenatui ſunt,quod P.Sci-
pio proſpere res in Africa geſsiſſet.deinde gratias egerunt, quod Maſſaniſam non appel-
laſſet modo regem,ſed feciſſet, reſtituendo in paternum regnum: in quo poſt Syphacem
ſublatum, ſi ita patribus uiſum eſſet, ſine metu & certamine eſſet regnaturus: deinde,
quod collaudatum pro concione ampliſsimis decoraſſet donis: quibus ne indignus eſſet,

& dediſſe

A & dediſſe operam Maſſaniſam, & porro daturum eſſe. petere, ut regium nomen ceteraq.
Scipionis beneficia, & munera ſenatus decreto confirmaret: &, niſi moleſtum eſſet, illud
quoque petere Maſſaniſam, ut Numidas captiuos, qui Romae in cuſtodia eſſent, remitte-
rent. id ſibi amplum apud populares futurum eſſe. Ad ea reſponſum legatis. Rerum ge-
ſtarum in Africa proſpere, communem ſibi cum rege gratulationem eſſe. Scipionem re-
cte, atque ordine uideri feciſſe, quod eum regem appellaſſet: & quidquid aliud feciſſet,
quod honori foret Maſſaniſae, ea patres comprobare, atque laudare. Munera, quae lega-
ti ferrent regi, decreuerunt, ſagula purpurea duo cum fibulis aureis ſingulis, & lato clauo
tunicis, equos duos phaleratos, bina equeſtria arma cum loricis: & tabernacula, mili-
taremq. ſupellectilem, qualem praeberi conſuli mos eſt. Haec regi praetor mittere iuſſus.
legatis in ſingulos dona ne minus quinum millium, comitibus eorum millibus aeris, &
B ueſtimenta bina legatis, ſingula comitibus, Numidiſque, qui ex cuſtodia miſſi redderen-
tur regi. ad hoc aedes liberae, loca, lautia legatis decreta. Eadem aeſtate qua haec decre-
ta Romae, & in Africa geſta ſunt, P. Quinctilius Varus praetor, & M. Cornelius procon-
ſul in agro Inſubrium Gallorum cum Magone Poeno ſignis collatis pugnauerunt. Prae-
toris legiones in prima acie fuerunt: Cornelius ſuas in ſubſidijs tenuit, ipſe ad prima ſi-
gna equo aduectus. proq. duobus cornibus praetor ac proconſul milites ad inferenda in
hoſtes ſigna ſumma ui hortabantur. poſteaquam nihil commouebant, tum Cornelio
Quinctilius, Lentior, ut uides, fit pugna, inquit: & induratus praeter ſpem reſiſtendo ho-
ſtium timor: ac, ne uertat in audaciam, periculum eſt. equeſtrem procellam excitemus
oportet, ſi turbare ac ſtatu mouere uolumus. itaque uel tu ad prima ſigna proelium ſuſtine,
ego inducam in pugnam equites: uel ego hic in prima acie rem geram, tu quattuor le-
C gionum equites in hoſtem emittito. Vtram uellet praetor, muneris partem proconſu-
le accipiente, Quinctilius praetor cum filio, cui Marco praenomen erat, impigro iuuene,
ad equites pergit, iuſſoſq. adſcendere in equos repente in hoſtem emittit. Tumultum
equeſtrem auxit clamor ab legionibus additus: nec ſtetiſſet hoſtium acies, ni Mago
ad primum equitum motum paratos elephantos extemplo in proelium induxiſſet. ad quo
rum ſtridorem, odoremque, & adſpectum territi equi, uanum equeſtre auxilium fece-
runt. & ut permixtus, ubi cuſpide uti & comminus gladio poſſet, roboris maioris Ro-
manus eques erat: ita in ablatum pauentibus procul equis melius ex interuallo Numi-
dae iaculabantur. ſimul & peditum legio duodecima magna ex parte caeſa, pudore ma-
gis, quam uiribus, tenebat locum: nec diutius tenuiſſet, ni ex ſubſidijs tertiadecima le-
gio in primam aciem inducta proelium dubium excepiſſet. Magoque ex ſubſidijs Gal-
D los integrae legioni oppoſuiſſet. quibus haud magno certamine fuſis, haſtati legionis un-
decimae conglobant ſeſe, atque elephantos iam etiam peditum aciem turbantes inua-
dunt. in quos cum pila confertos conieciſſent: nullo ferme fruſtra emiſſo, omnes retro
in aciem ſuorum auerterunt. quattuor grauati uulneribus corruerunt. Tum prima com-
mota hoſtium acies, ſimul omnibus peditibus, ut auerſos uidere elephantos, ad au-
gendum pauorem ac tumultum effuſis. ſed donec ſtetit ante ſigna Mago, gradum ſen-
ſim referentes ordines tenorem pugnae ſeruabant. poſteaquam femore transfixo caden-
tem, auferriq. ex proelio prope exſanguem uidere: extemplo in fugam omnes conuerſi.
ad quinque millia hoſtium eo die caeſa, & ſigna militaria duodeuiginti capta. nec Roma-
nis incruenta uictoria fuit. II millia & CCC de exercitu praetoris, pars multo maxima
ex legione XII amiſſa. inde & tribuni militum duo, M. Coſconius, & M. Maenius. ter-
E tiaedecimae quoque legionis, quae poſtremo proelio affuerat, Cn. Heluius, tribunus mili
tum, in reſtituenda pugna cecidit, & duodeuiginti ferme equites illuſtres obtriti ab ele-
phantis cum centurionibus aliquot perierunt. et longius certamen fuiſſet, ni uulnere du-
cis conceſſa uictoria eſſet. Mago proximae noctis ſilentio profectus, quantum pati uiae
per uulnus poterat, itineribus extentis, ad mare in Ligures Ingaunos peruenit. ibi eum
legati ab Carthagine paucis ante diebus in ſinum Gallicum appulſis nauibus adierunt, iu-
bentes primo quoque tempore in Africam tranſijcere. idem & fratrem eius Hannibalem
(nam ad eum quoque iſſe legatos eadem iubentes) facturum. non in eo eſſe Carthagi-
nienſium res, ut Galliam, atque Italiam armis obtineant. Mago non imperio modo ſena-
tus, periculoq. patriae motus, ſed metuens etiam, ne uictor hoſtis moranti inſtaret:
Ligu-

Ligureſq. ipſi relinqui Italiam a Poenis cernentes, ad eos, quorum mox in poteſtate fu- F
turi eſſent, deficerent: ſimul ſperans leuiorem in nauigatione, quam in uia, iactationem
uulneris fore, & curationi omnia commodiora: impoſitis copijs in naues profectus, uix
dum ſuperata Sardinia, ex uulnere moritur. naues quoque aliquot Poenorum diſiectae in
alto, a claſſe Romana, quae circa Sardiniam erat, capiuntur. Haec terra mariq. in parte Ita-
liae, quae iacet ad Alpes, geſta. conſul C. Seruilius, nulla memorabili re in prouincia Etru-
ria, & Gallia (nam eo quoque proceſſerat) geſta, patre C. Seruilio, & C. Lutatio patruo
ex ſeruitute poſt decimumſextum annum receptis, qui ad uicum Tanetum a Boijs capti
fuerant: hinc patre, hinc patruo latera circumdantibus, priuato magis quam publico
decore inſignis Romam redijt. Latum ad populum eſt, ne C. Seruilio fraudi eſſet, quod
patre, qui ſella curuli ſediſſet, uiuo, cum id ignoraret: tribunus pl. atque aedilis pl. fuiſſet,
contra, quam ſancitum legibus erat. Hac rogatione perlata, in prouinciam redijt. Ad Cn. G
Seruilium conſulem, qui in Bruttijs erat, Conſentia, Vffugum, Vergae, Beſidiae, Hetricu-
lum, Sypheum, Argentanumque, Dampetia, multique alij ignobiles populi ſeneſcere Pu-
nicum bellum cernentes, defecere. Idem conſul cum Hannibale in agro Crotonienſi acie
conflixit. Obſcura eius pugnae fama eſt. Valerius Antias quinque millia hoſtium caeſa
ait. quae tanta res eſt, ut aut impudenter ficta ſit, aut negligenter praetermiſſa. Nihil cer-
te ultra rei in Italia ab Hannibale geſtum. nam ad eũ quoque legati ab Carthagine uocan
tes in Africam; ijs forte diebus, quibus ad Magonem, uenerunt. Frendens, gemenſque,
ac uix lacrymis temperans dicitur legatorum uerba audiſſe. Poſteaquam edita ſunt man-
data, Iam non perplexe, inquit, ſed palam reuocant, qui, uetando ſupplementum & pecu-
niam mitti, iampridem retrahebant. Vicit ergo Hannibalem non populus Romanus to-
ties caeſus fugatuſque, ſed ſenatus Carthaginienſis obtrectatione, atque inuidia. neque H
hac deformitate reditus mei tam P. Scipio exſultabit, atque efferet ſeſe, quam Hanno: qui
domum noſtram, quando alia re non potuit, ruina Carthaginis oppreſſit. Iam hoc ip-
ſum praeſagiens animo, praeparauerat ante naues. itaque inutili militum turba praeſidij
ſpecie in opida Bruttij agri, quae pauca magis metu, quam fide, continebantur, dimiſſa,
quod roboris in exercitu erat, in Africam tranſuexit: multis Italici generis, quia in Afri-
cam ſecuturos abnuentes cõceſſerant in Iunonis Laciniae delubrum, inuiolatum ad eam
diem, in templo ipſo foede interfectis. Raro quemquam alium patriam exſilij cauſſa relin
quentem, magis maeſtum abiſſe ferunt, quam Hannibalem hoſtium terra excedentem. re
ſpexiſſe ſaepe Italiae litora, & deos homineſque accuſantem, ſe quoque ac ſuum ipſius ca-
put exſecratum, quod non cruentum ab Cannenſi uictoria militem Romam duxiſſet. Sci-
pionem ire ad Carthaginem auſum, qui conſul hoſtem in Italia Poenum non uidiſſet: ſe I
centum millibus armatorum ad Traſymenum & Cannas caeſis, circa Caſilinum, Cumas,
Nolamque conſenuiſſe. Haec accuſans, querenſque, ex diutina poſſeſſione Italiae eſt de-
tractus. Romam per eoſdem dies, & Magonem & Hannibalem profectos, allatum eſt. cu-
ius duplicis gratulationis minuit laetitiam, & quod parum duces in retinendis ijs, cum id
mandatum ab ſenatu eſſet, aut animi, aut uirium habuiſſe uidebantur: & quod ſolliciti
erant, omni belli mole in unum ducem exercitumque inclinata, quo euaſura eſſet res. Per
eoſdem dies legati Saguntini uenerunt, comprehenſos cum pecunia adducentes Car-
thaginienſes, qui ad conducenda auxilia in Hiſpaniam tranſieciſſent. ducenta & quinqua-
ginta auri, octingenta pondo argenti in ueſtibulo curiae poſuerunt. Hominibus acce-
ptis, & in carcerem conditis, auro argentoque reddito, gratiae legatis actae, atque inſu-
per munera data, ac naues, quibus in Hiſpaniam reuerterentur. Mentio deinde ab ſenio- K
ribus facta eſt, ſegnius homines bona, quam mala, ſentire. tranſitus Hannibalis in Italiam
quantum terroris pauoriſque inieciſſet, ſeſe meminiſſe. quas deinde clades, quos luctus
incidiſſe? uiſa caſtra hoſtium e muris urbis: quae uota ſingulorum uniuerſorumque fuiſ-
ſe? quoties in concilijs uoces manus ad caelum porrigentium auditas, en umquam ille
dies futurus eſſet, quo uacuam hoſtibus Italiam bona pace florentem uiſuri eſſent? de-
diſſe tandem id deos ſextodecimo demum poſt anno: nec eſſe, qui dijs gratias agendas
cenſeat. adeo ne aduenientem quidem gratiam homines benigne accipere, nedum ut
praeteritae ſatis memores ſint. Conclamatum deinde ex omni parte curiae eſt, uti refer-
ret P. Aelius praetor: decretumque, ut V dies circa omnia puluinaria ſupplicaretur, ui-

ctimaeque

A ctimaeq. maiores immolarentur CXX. Iam dimiſſo Laelio, legatiſq. Maſſaniſſae, cum, Carthaginienſium legatos de pace ad ſenatum uenientes Puteolis uiſos, inde terra uenturos, allatum eſſet, reuocari C. Laelium placuit, ut coram eo de pace ageretur. Q. Fuluius Gillo, legatus Scipionis, Carthaginienſes Romam adduxit: quibus uetitis ingredi urbem, hoſpitium in uilla publica ſenatus ad aedem Bellonae datus eſt. Orationem eandem ferme, quam apud Scipionem, habuerunt, culpam omnem belli a publico conſilio in Hannibalem uertentes. Eum iniuſſu ſenatus non Alpes modo, ſed Iberum quoque tranſgreſſum: nec Romanis ſolum, ſed ante etiam Saguntinis priuato conſilio bellum intuliſſe. ſenatui ac populo Carthaginiẽſi, ſi quis uera æſtimet, foedus ad eam diem inuiolatum eſſe cum Romanis. itaque nihil aliud, ſibi mandatum eſſe, uti peterent, quam ut in ea pace, quae poſtremo cum conſule Lutatio facta eſſet, manere liceret. Cum more tradito a patribus, poteſtatem

B interrogandi, ſi quis quid uellet, legatis praetor feciſſet: ſenioresque, qui foederibus interfuerant, alia alij interrogarent: nec meminiſſe ſe per aetatem (etenim omnes ferme iuuenes erant) dicerent legati: conclamatum ex omni parte curiae eſt, Punica fraude electos, qui ueterem pacem repeterent, cuius ipſi non meminiſſent. Emotis deinde curia legatis, ſententiae interrogari coeptae. M. Liuius C. Seruilium conſulem, qui propior eſſet, acceſſendum, ut coram eo de pace ageretur, cenſebat. cum de re maiore, quam quanta eſſet, conſultatio incidere non poſſet: non uideri ſibi, abſente conſulum altero ambobusue, eam rem agi, ſatis ex dignitate populi Romani eſſe. Q. Metellus, qui triennio ante conſul dictatorq. fuerat: cum P. Scipio caedendo exercitus, agros populando, in eam neceſſitatem compuliſſet hoſtes, ut ſupplices pacem peterent: & nemo omnium uerius exiſtimare poſſet, qua mente ea pax peteretur, quam is, qui ante portas Carthaginis bellum gereret:

C nullius alterius conſilio, quam Scipionis, accipiendam abnuendamq. pacem eſſe. M. Valerius Laeuinus, qui bis conſul fuerat, ſpeculatores, non legatos, ueniſſe arguebat: iubendoſq. eos Italia excedere, & cuſtodes cum ijs uſque ad naues mittendos, Scipioniq. ſcribendum, ne bellum remitteret. Laelius Fuluiuſq. adiecerunt, & Scipionem in eo poſitam habuiſſe ſpem pacis, ſi Hannibal & Mago ex Italia non reuocarentur. ceterum omnia ſimulaturos Carthaginienſes, duces eos exercituſq. exſpectantes: deinde quamuis recentium foederum, & deorum omnium oblitos, bellum geſturos. Eo magis in Laeuini ſententiam diſceſſum. Legati pace infecta, ac prope ſine reſponſo dimiſſi. Per eos dies Cn. Seruilius conſul, haud dubius, quin pacatae Italiae penes ſe gloria eſſet, uelut pulſum ab ſe Hannibalem perſequens, in Siciliam, inde in Africam tranſiturus tranſiecit. Quod ubi Romae uulgatum eſt, primo cenſuerunt patres, ut praetor ſcriberet conſuli, ſenatum aequũ

D cenſere, in Italiam reuerti eum: deinde, cum praetor ſpreturum eum litteras ſuas diceret, dictator ad idipſum creatus P. Sulpicius, pro iure maioris imperij, conſulem in Italiam reuocauit. reliquum anni cum M. Seruilio, magiſtro equitum, circumeundis in Italia urbibus, quae bello alienatae fuerant, noſcendiſq. ſingularum cauſſis conſumpſit. Per induciarum tempus & ex Sardinia ab Lentulo praetore centum onerariae naues cum commeatũ & uiginti roſtratarum praeſidio, & ab hoſte & ab tempeſtatibus mari tuto in Africã tranſmiſerunt. Cn. Octauio CC onerarijs, XXX longis nauibus ex Sicilia tranſijcienti non eadem fortuna fuit. In conſpectum ferme Africae proſpero curſu uectum, primo deſtituit uentus, dein uerſus in Africum turbauit, ac paſſim naues diſiecit. ipſe cum roſtratis per aduerſos fluctus ingenti remigum labore enixus Apollinis promontorium tenuit. onerariae, pars maxima ad Aegimurum inſulam (ea ſinum ab alto claudit, in quo ſita Carthago eſt)

E XXX ferme millia ab urbe, alia aduerſus urbem ipſam ad Calidas Aquas delatae ſunt. Omnia in conſpectu Carthaginis erant. itaque ex tota urbe in forum concurſum eſt. magiſtratus ſenatum uocare, populus in curiae ueſtibulo fremere, ne tanta ex oculis manibuſq. amitteretur praeda. Cum quidam pacis petitae, alij induciarum (necdum enim dies exierat) fidem opponerẽt, poſtremo permiſto paene ſenatus populiq. conſilio, conſenſum eſt, ut claſſe quinquaginta nauium Haſdrubal Aegimurum trãſijceret, inde per litora portuſq. diſperſas Romanas naues colligeret. Deſertae fuga nautarum primum ab Aegimuro, dein ab Aquis onerariae Carthaginem puppibus tractae ſunt. Nondum reuerterant ab Roma legati, neque ſciebatur, quae ſenatus Romani de bello aut pace ſententia eſſet: necdum induciarum dies exierat. eo indigniorem iniuriam ratus Scipio, ab ijs qui petiſſent pacem

cem & indutias, ſpem pacis & fidem induciarum uiolatam eſſe, legatos Carthaginem F
M. Baebium, L. Sergium, L. Fabium extemplo miſit. Qui cum multitudinis concurſu prope uiolati eſſent, nec reditum tutiorem futurum cernerent: petierunt a magiſtratibus, quorum auxilio uis prohibita erat, ut naues mitterent, quae ſe proſequerentur. Datae triremes duae cum ad Bagradam flumen perueniſſent, unde caſtra Romana conſpiciebantur, Carthaginem redière. Claſſis Punica ad Vticam ſtationem habebat: ex ea tres quadriremes, ſeu clam miſſo a Carthagine nuncio uti fieret, ſeu Haſdrubale, qui claſſi praeerat, ſine publica fraude auſo facinus, quinqueremem Romanam ſuperantem promontorium ex alto repente aggreſſae ſunt. ſed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant, neque tranſilire armati ex humilioribus in altiorem nauem. et defendebatur egregie, quo ad tela ſuppeditarunt. quibus deficientibus, cum iam nulla alia res eam, quam propinquitas terrae multitudoq. a caſtris in litus effuſa, tueri potuiſſet, concitatam remis, quanto maximo impetu poterant, in terram cum immiſiſſent, nauis tantum iactura facta, incolumes ipſi euaſerunt. Ita alio ſuper aliud ſcelere cum haud dubie induciae ruptae eſſent, G
Laelius Fuluiusq. ab Roma cum legatis Carthaginienſibus ſuperuenerunt. quibus Scipio, etſi nō induciarum modo fides a Carthaginienſibus, ſed etiam ius gentium in legatis ſuis uiolatum eſſet, tamen ſe nihil nec inſtitutis populi Romani, nec ſuis moribus indignum in ijs facturum eſſe cum dixiſſet, legatis dimiſſis, bellum parabat. Hannibale iam terrae appropinquante, iuſſus e nautis unus adſcendere in malum, ut ſpecularetur, quam tenerent regionem, cum dixiſſet, ſepulcrum dirutum proram ſpectare, abominatus, praeteruehi iuſſo gubernatore, ad Leptim appulit claſſem, atque ibi copias expoſuit. Haec eo anno in Africa geſta. Inſequentia excedunt in eum annum, quo M. Seruilius Geminus, qui tum magiſter equitum erat, & Ti. Claudius Nero conſules facti ſunt. Ceterum H
exitu ſuperioris anni cum legati ſociarum urbium ex Graecia queſti eſſent, uaſtatos agros ab regijs praeſidijs, miſſoſq. in Macedoniā legatos ad res repetendas, nō admiſſos ad Philippum regem: ſimul nunciaſſent, quattuor millia militum cum Sopatro duce tranſiecta in Africam duci, ut eſſent Carthaginienſibus praeſidio, & pecuniae aliquantum una miſſum: legatos ad regem, qui, haec aduerſus foedus facta uideri, patribus nunciarent, mittendos cenſuit ſenatus. Miſſi C. Terentius Varro, C. Mamilius, M. Aurelius. ijs tres quinqueremes datae. Annus inſignis incendio ingenti, quo cliuus publicus ad ſolum exuſtus eſt, & aquarum magnitudine, & annonae uilitate fuit, praeterquam quod pace omnis Italia erat aperta, etiam quod magnam uim frumenti ex Hiſpania miſſam M. Valerius Falto, & M. Fabius Buteo aediles curules quaternis aeris uicatim populo deſcripſerunt. Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactae aetatis, ſi quidem uerum eſt augurem duos & I
quadraginta annos fuiſſe, quod quidam auctores ſunt. Vir certe fuit dignus tanto cognomine, uel ſi nouum ab eo inciperet. ſuperauit paternos honores, auitos aequauit. pluribus uictorijs, & maioribus proelijs auus inſignis Rullus, ſed omnia aequare unus hoſtis Hannibal poteſt. cautior tamen, quam promptior, hic habitus fuit. et ſicut dubites, utrum ingenio cunctator fuerit, an quia ita bello proprie, quod tum gerebatur, aptum erat: ſic nihil certius eſt, quam unum hominem nobis cunctando rem reſtituiſſe, ſicut Ennius ait. Augur in locum eius inauguratus Q. Fabius Maximus, filius. in eiuſdem locum pontifex (nam duo ſacerdotia habuit) Ser. Sulpicius Galba. Ludi Romani diem unum, plebeij ter toti inſtaurati ab aedilibus M. Sextio Sabino, & Cn. Tremellio Flacco. Ij ambo praetores facti, & cum ijs C. Liuius Salinator, & C. Aurelius Cotta. Comitia eius anni utrum C. Seruilius conſul habuerit, an quia eum res in Etruria tenuerit, quae K
An. 548. ſtiones ex S. C. de coniurationibus principum habentem, dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertum diuerſi auctores faciunt. Principio inſequentis anni M. Seruilius, & Ti. Claudius ſenatu in Capitolium uocato de prouincijs retulerunt. Italiam atque Africam in ſortem conijci, Africam ambo cupientes, uolebant. ceterum Q. Metello maxime annitente, neque data, neque negata eſt Africa. conſules iuſſi cum tribunis plebis agere, ut, ſi ijs uideretur, populum rogarent, quem uellet in Africa bellum gerere. omnes tribus P. Scipionem iuſſerunt. nihilominus conſules prouinciam Africam (ita enim ſenatus decreuerat) in ſortem coniecerunt. Ti. Claudio Africa euenit, ut quinquaginta nauium claſſem, omnes quinqueremes, in Africam tranſijceret, pariq. imperio cum Scipione imperator

A peratoreſſet. M. Seruilius Etruriam ſortitus. In eadem prouincia & C. Seruilio prorogatum imperium, ſi conſulem ſubrogari ad urbem ſenatui placuiſſet. Praetores, M. Sextius Galliam eſt ſortitus, ut duas legiones prouinciamq. traderet ei P. Quinctilius Varus: C. Liuius Bruttios cum duabus legionibus, quibus P. Sempronius proconſul priore anno praefuerat: Cn. Tremellius Siciliam, ut ab P. Villio Tappulo, praetore prioris anni, prouinciam & duas legiones acciperet. Villius propraetor cum XX nauibus longis, militibus mille oram Siciliae tutaretur: inde M. Pomponius uiginti nauibus reliquis mille & quingentos milites Romam deportaret. C. Aurelio Cottae urbana euenit. ceteris ita, uti quiſque obtinebant prouincias exercituſque, prorogata imperia. Sexdecim non amplius eo anno legionibus defenſum imperium eſt. Et ut placatis dijs omnia inciperent, agerentque, quos ludos M. Claudio Marcello T. Quinctio conſulibus T. Manlius
B dictator, quaſq. hoſtias maiores uouerat, ſi per quinquennium illud reſpublica eodem ſtatu fuiſſet: ut eos conſules, prius quam ad bellum proficiſcerentur, facerent. Ludi in circo per quatriduũ facti: hoſtiaeque, quibus uotae erãt, dijs caeſae. Inter haec ſimul ſpes, ſimul cura in dies creſcebat: nec ſatis certum conſtare apud animos poterat, utrum gaudio dignius eſſet, Hannibalem poſt ſextumdecimum annum ex Italia decedentem uacuã poſſeſſionem eius reliquiſſe populo Romano: an magis metuendum, quod incolumi exercitu in Africam tranſieciſſet. Locum nimirum, non periculum, mutatum: cuius tantae dimicationis uatem, qui nuper deceſſiſſet, Q. Fabium haud fruſtra canere ſolitum, grauiorẽ in ſua terra futurum hoſtem Hannibalem, quam in aliena fuiſſet. nec Scipioni aut cum Syphace, inconditae barbariae rege, qui ſtatarium, ſemilixam ducere exercitum ſolitus ſit, aut cum ſocero eius Haſdrubale, fugaciſsimo duce, rem futuram, aut tumultuarijs exerci-
C tibus, ex agreſtium ſemiermi turba ſubito collectis: ſed cũ Hannibale, prope nato in praetorio patris, fortiſſimi ducis, alto atque educato inter arma, puero quondam milite, uix dum iuuene imperatore: qui ſenex uincendo factus, Hiſpanias, Gallias, Italiam ab Alpibus ad fretum monumentis ingentium rerum compleſſet. ducere exercitum aequalem ſtipendijs ſuis, duratum omnium rerum patientia, quas uix fides fiat homines paſſos, perfuſum millies cruore Romano, exſuuias non militum modo, ſed etiam imperatorum portantem. multos occurſuros Scipioni in acie, qui praetores, qui conſules Romanos ſua manu occidiſſent, muralibus uallaribuſq. inſignes coronis, peruagatos capta caſtra, captas urbes Romanas. nõ eſſe hodie tot faſces magiſtratibus populi Romani, quot captos ex caede imperatorum praeſeferre poſſet Hannibal. Has formidines agitando animis, ipſi curas & metus augebant, etiam, quod cum aſſueſſent per aliquot annos bellum ante
D oculos, alijs atque alijs in Italiae partibus, lenta ſpe, in nullum propinquum debellandi finem gerere, erexerant omnium animos Scipio & Hannibal, uelut ad ſupremum certamen comparati duces. ij quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, & uictoriae ſpes, quo magis in propinquam eã imminebant animis, eo curae intentioris erant. Haud diſpar habitus animorum Carthaginienſibus erat: quos modo petiſſe pacem, intuentes Hannibalem, ac rerum geſtarum eius magnitudinem, paenitebat: modo, cum reſpicerent, bis ſeſe acie uictos, Syphacem captum, pulſos ſe Hiſpania, pulſos Italia, atque ea omnia unius uirtute & conſilio Scipionis facta, uelut fatalem eum ducem in exitium ſuum natum horrebant. Iam Hadrumetum peruenerat Hannibal. unde ad reficiendum ex iactatione maritima militem paucis diebus ſumptis, excitus pauidis nuncijs omnia circa Carthaginem obtineri armis afferentium, magnis itineribus Zamam contendit. Za-
E ma quinque dierum iter ab Carthagine abeſt. inde praemiſsi ſpeculatores, cum excepti a cuſtodibus Romanis, deducti ad Scipionem eſſent: traditos eos tribuno militum, iuſſoſq. omiſſo metu uiſere omnia, per caſtra, qua uellent, circumduci iuſsit: percunctatuſque, ſatin' percommode omnia exploraſſent, datis qui proſequerentur, retro ad Hannibalem dimiſit. Hannibal nihil quidem eorum, quae nunciabantur, (nam & Maſſaniſſam cum ſex millibus peditum, quattuor equitum ueniſſe eo ipſo forte die, afferebant) laeto animo audiuit, maxime hoſtis fiducia, quae non de nihilo profecto concepta eſt, perculſus. itaque quamquam & ipſe cauſſa belli eius erat, & aduentu ſuo turbauerat pactas indutias, & ſpem foederum: tamen, ſi integer, quam ſi uictus, peteret pacem, aequiorem impetrari poſſe ratus, nuncium ad Scipionem miſit, ut colloquendi ſecum poteſta-

tem

tem faceret. Id utrum ſua ſponte fecerit, an publico conſilio, neutrum cur affirmem ha- F
beo. Valerius Antias primo prœlio uictum eum a Scipione, quo duodecim millia arma-
torum in acie ſunt caeſa, mille & ſeptingenti capti, legatũ cum alijs decem legatis tradit in
caſtra ad Scipionem ueniſſe. Ceterum Scipio cum colloquium haud abnuiſſet, ambo ex
compoſito duces caſtra protulerunt, ut coire ex propinquo poſſent. Scipio haud pro-
cul Nargara urbe, tum ad cetera loco opportuno, tum, quod aquatio intra teli coniectum
erat, conſedit. Hannibal tumulum a quattuor millibus inde, tutum commodumq. alio-
qui, niſi quod longinquae aquationis erat, cepit. ibi in medio locus conſpectus undique,
ne quid inſidiarum eſſet, delectus. Summotis pari ſpatio armatis, cum ſingulis interpre-
tibus congreſſi ſunt non ſuae modo aetatis maximi duces, ſed omnis ante ſe memoriae o-
mnium gentium cuilibet regum imperatorumue pares. Paulliſper alter alterius conſpectu
admiratione mutua prope attoniti conticuere. Tum Hannibal prior. Si hoc ita fato da- G
to erat, ut qui primus bellum intuli populo Romano, quiq. toties prope in manibus ui-
ctoriam habui, is ultro ad pacem petendam uenirem, laetor, te mihi potiſsimum datum, a
quo peterem. Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit, Han-
nibalem, cui de tot Romanis ducibus uictoriam dij dediſſent, tibi ceſsiſſe: teq. huic bello
ueſtris prius, quam noſtris, cladibus inſigni, finem impoſuiſſe. hoc quoque ludibrium
fortunae caſus ediderit, ut cum patre tuo conſule ceperim arma, cum eodem primum Ro-
mano imperatore ſigna contulerim, ad filium eius inermis ad pacem petendam ueniam.
Optimum quidem fuerat, eam patribus noſtris mentem datam ab dijs eſſe, ut & uos Ita-
liae, & nos Africae imperio contenti eſſemus. neque enim ne uobis quidem Sicilia, atque
Sardinia ſatis digna pretia ſunt pro tot claſsibus, tot exercitibus, tot tamq. egregijs amiſ-
ſis ducibus. Sed praeterita magis reprehendi poſſunt, quam corrigi. Ita aliena appetiui- H
mus, ut de noſtris dimicaremus. nec in Italia ſolum uobis bellum, nobis in Africa eſt:
ſed & uos in portis ueſtris prope ac moenibus ſigna armaq. hoſtium uidiſtis: & nos ab
Carthagine fremitum caſtrorum Romanorum exaudiuimus. Quod igitur nos maxime
abominaremur, uos ante omnia optaretis, in meliore ueſtra fortuna de pace agitur: agi-
muſq. ij quorum & maxime intereſt pacem eſſe, & qui quodcumque egerimus, ratum ci-
uitates noſtrae habiturae ſint. animo tantum nobis opus eſt non abhorrente a quietis con
ſilijs. Quod ad me attinet, iam aetas ſenem in patriam reuertentem, unde puer profectus
ſum, iam ſecundae, iam aduerſae res ita erudierunt, ut rationem ſequi, quam fortunam,
malim. tuam & adoleſcentiam, & perpetuam felicitatem, ferociora utraque, quam quie-
tis opus eſt conſilijs, metuo. Non temere incerta caſuum reputat, quem fortuna num-
quam decepit. Quod ego fui ad Traſymenum, ad Cannas, id tu hodie es. uixdum mili- I
tari aetate imperio accepto, omnia audaciſſime incipientem nuſquam fefellit fortuna. pa-
tris & patrui perſecutus mortem, ex calamitate ueſtrae domus decus inſigne uirtutis pie-
tatiſq. eximiae cepiſti: amiſſas Hiſpanias recuperaſti, quattuor inde Punicis exercitibus
pulſis. conſul creatus, cum ceteris ad tutandam Italiam parum animi eſſet, tranſgreſſus
in Africam, duobus hic exercitibus caeſis, binis eadem hora captis ſimul incenſiſq. caſtris,
Syphace potentiſſimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot noſtri imperij ereptis, me
ſextumdecimum iam annum haerentem in poſſeſſione Italiae detraxiſti. Poteſt uictoriam
malle, quam pacem, animus. Noui uobis ſpiritus magnos magis, quam utiles. et mihi
talis aliquando fortuna affulſit. Quod ſi in ſecundis rebus bonam quoque mentem da-
rent dij, non ea ſolum, quae eueniſſent, ſed etiam ea, quae euenire poſſent, reputaremus.
Vt omnium obliuiſcaris aliorum, ſatis ego documenti in omnes caſus ſum. quem modo K
caſtris inter Anienem, atque urbem ueſtram poſitis, ac iam prope ſcandentem moenia Ro
mana uideras, hic cernis, duobus fortiſſimis uiris fratribus, clariſsimis imperatoribus or-
batum ante moenia prope obſeſſae patriae, quibus terrui ueſtram urbem, ea pro mea de-
precantem. Maximae cuique fortunae minime credendum eſt. In bonis tuis rebus, no-
ſtris dubijs, tibi ampla ac ſpecioſa danti eſt pax: nobis petentibus magis neceſſaria, quam
honeſta. Melior tutiorq. eſt certa pax, quam ſperata uictoria. haec in tua, illa in deo-
rum manu eſt. Ne tot annorum felicitatem in unius horae dederis diſcrimen. cum tuas ui-
res, tum uim fortunae, Martemq. belli communem propone animo. utrimque ferrum,
corpora humana erunt. nuſquam minus, quam in bello, euentus reſpondent. Non tan-
tum

A tum ad id,quod data pace iam habere potes, ſi proelio uincas,gloriae adieceris: quantum
ademeris, ſi quid aduerſi eueniat. ſimul parta ac ſperata decora unius horae fortuna euer-
tere poteſt. omnia in pace iungenda tuae poteſtatis ſunt,P.Corneli tunc ea habenda fortu
na erit,quam dij dederint. Inter pauca felicitatis uirtutiſq. exempla M.Atilius quondam
in hac eadem terra fuiſſet, ſi uictor pacem petentibus dediſſet patribus noſtris: ſed non ſta
tuendo tandem felicitati modum, nec cohibendo efferentem ſe fortunam, quanto altius
elatus erat,eo foedius corruit. Eſt quidem eius qui dat,non qui petit, condiciones dicere
pacis. ſed forſitan non indigni ſimus,qui nobiſmetipſis multam irrogemus. Non recuſa-
mus,quin omnia, propter quae bellum initum eſt, ueſtra ſint, Sicilia, Sardinia, Hiſpania,
quidquid inſularum toto inter Africam Italiamq. continetur mari: Carthaginienſes in-
cluſi Africae litoribus,uos,quando ita dijs placuit, externa etiã terra mariq. uideamus re-
B gentes imperia. Haud negauerim, propter non nimis ſincere petitam aut exſpectatam
nuper pacem, ſuſpectam eſſe uobis Punicam fidem. multum, per quos petita ſit, ad fidem
tuendae pacis pertinet, Scipio. ueſtri quoque (ut audio) patres nonnihil etiam ob hoc,
quia parum dignitatis in legatione erat, negauerunt pacem. Hannibal peto pacem: qui
neque peterem,niſi utilem crederem: & propter eandem utilitatem tuebor eam, propter
quam peto. & quemadmodum,quia a me bellum coeptum eſt,ne quem eius paeniteret,
quoad ipſi inuidere dei,praeſtiti: ita annitar,ne quem pacis per me partae paeniteat. Ad-
uerſus haec imperator Romanus in hanc fere ſententiam reſpondit. Non me fallebat,
Hannibal,aduentus tui ſpe Carthaginienſes & praeſentẽ indutiarum fidem, & ſpem pacis
turbaſſe: neque tu id ſane diſſimulas, qui de condicionibus ſuperioribus pacis omnia ſub
trahas,praeter ea,quae iampridem in noſtra poteſtate ſunt.ceterum ſicut tibi curae eſt,ſen
C tire ciues tuos,quanto per te onere leuẽtur:ſic mihi laborandum eſt,ne,quae tunc pepige-
runt, hodie ſubtracta ex condicionibus pacis,praemia perfidiae habeant. Indigni quibus
eadem pateat condicio, ut etiam proſit uobis fraus,petitis. Neque patres noſtri priores
de Sicilia,neque nos de Hiſpania fecimus bellum. et tunc Mamertinorum ſociorum peri-
culum, & nunc Sagunti excidium nobis pia ac iuſta induerunt arma. uos laceſſiſſe, & tu
ipſe fateris,& dij teſtes ſunt: qui & illius belli exitum ſecundum ius faſq. dederunt,& hu-
ius dant,& dabunt. Quod ad me attinet, & humanae infirmitatis memini,& uim fortunae
reputo,& omnia,quaecumque agimus, ſubiecta eſſe mille caſibus ſcio. ceterum quemad-
modum ſuperbe & uiolenter me faterer facere, ſi, priuſquam in Africam tranſieciſſem, te
tua uoluntate cedentẽ Italia, & impoſito in naues exercitu ipſum uenientem ad pacem pe
tendam aſpernarer: ſic nunc, cum prope manu conſerta reſtitantem ac tergiuerſantem in
D Africam attraxerim, nulla ſum tibi uerecundia obſtrictus. proinde ſi quid ad ea, in quae
tum pax conuentura uidebatur, (quae ſunt, noſti) multae nauium cum commeatu per in-
dutias expugnatarum,legatorumq. uiolatorum) adijcitur,eſt quod referam ad conſilium.
ſin illa quoque grauia uidentur, bellum parate, quoniam pacem pati non potuiſtis. Ita
infecta pace ex colloquio ad ſuos cum ſe recepiſſent, fruſtra uerbis tentatam rem nun-
ciant: armis decernendum eſſe, habendamq. eam fortunam, quam dij dediſſent. In ca-
ſtra ut eſt uentum, pronunciant ambo, arma expedirent milites animoſque ad ſupremum
certamen, non in unum diem, ſed in perpetuum, ſi felicitas adeſſet, uictores. Roma, an
Carthago iura gentibus daret, ante craſtinam noctem ſcituros. neque enim Africam,
aut Italiam,ſed orbem terrarum uictoriae praemium fore: par periculum praemio,quibus
aduerſae pugnae fortuna fuiſſet. Nam neque Romanis effugium ullum patebat in aliena
E ignotaq. terra, & Carthagini, ſupremo auxilio effuſo, adeſſe uidebatur praeſens exci-
dium. Ad hoc diſcrimen procedunt poſtero die duorum opulentiſſimorum populorum
duo longe clariſſimi duces, duo fortiſſimi exercitus, multa ante parta decora aut cumu-
laturi eo die, aut euerſuri. Anceps igitur ſpes & metus miſcebant animos: contẽplanti-
buſq. modo ſuam, modo hoſtium aciem, cum oculis magis, quam ratione, penſarent ui-
res,ſimul laeta, ſimul triſtia obuerſabantur. quae ipſis ſua ſponte non ſuccurrebant, ea du-
ces admonendo,atque hortando ſubijciunt. Poenus XVI annorum in terra Italia res ge-
ſtas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occiſos, & ſua cuique decora, ubi ad in-
ſignem alicuius pugnae memoria militem uenerat,referebat. Scipio Hiſpanias, & recen-
tia in Africa proelia,& confeſsionem hoſtium, quod neque non petere pacẽ propter me-
tum,

tum,neque manere in ea prae inſita animis perfidia potuiſſent; ad hoc, colloquium Han- F
nibal[illegible] ſecreto habitum, ac liberum fingenti, qua [illegible] flecti: [illegible], quibus quon
dam auſpicijs patres eorum pugnauerint ad Aegates inſulam, ea illis exeuntibus in aciem
portendiſſe deos, adeſſe finem belli, ac laboris: in manibus eſſe praedam Carthaginis, redi
tum domum in patriam, ad parentes, liberos, coniuges, penateſq. deos. Adeo celſus haec
corpore, uultuq. ita laeto, ut uiciſſe iam crederes, dicebat. Inſtruit deinde primos haſtatos,
poſt eos principes, triarijs poſtremam aciem clauſit. non confertas autem cohortes ante
ſua quęque ſigna inſtruebat. ſed manipulos aliquantum inter ſe diſtantes, ut eſſet ſpa-
tium, quo elephanti hoſtium accepti, nihil ordines turbarent. Laelium, cuius ante lega-
ti, eo anno quaeſtoris, extra ſortem ex ſenatuſconſulto opera utebatur, cum Italico equita
tu ab ſiniſtro cornu, Maſſaniſſam Numidaſq. ab dextro oppoſuit. uias patentes inter ma-
nipulos anteſignanorum uelitibus (ea tunc leuis armatura erat) compleuit: dato praece- G
pto, ut ad impetum elephantorum aut poſt rectos refugerent ordines, aut in dextram lae-
uamq. diſcurſu applicantes ſe anteſignanis, uiam, qua irruerent in ancipitia tela, belluis da
rent. Hannibal ad terrorem primum elephantos (LXXX autem erãt, quot nulla umquam
in acie ante habuerat) inſtruxit, deinde auxilia Ligurum Gallorumque, Balearibus Mau-
riſq. admiſtis: in ſecunda acie Carthaginienſes, Afroſque, & Macedonum legionem: mo-
dico deinde interuallo relicto, ſubſidiariam aciem Italicorum militum (Bruttij plerique
erant, ui ac neceſſitate plures, quam ſua uoluntate decedentem ex Italia ſecuti) inſtruxit:
equitatum etiam ipſum circumdedit cornibus. dextrum Carthaginienſes, ſiniſtrum Nu-
midae tenuerunt. Varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines, quibus non lin-
gua, non mores, non lex, non arma, non ueſtitus habituſque, non cauſſa militandi eadem
eſſet, auxiliaribus & praeſens, & multiplicata merces ex praeda oſtentatur. Galli pro- H
prio, atque inſito in Romanos odio accenduntur. Liguribus campi uberes Italiae de-
ductis ex aſperrimis montibus in ſpem uictoriae oſtentantur. Mauros Numidaſq. im-
potenti Maſſaniſſae futuro dominatu terret. alijs aliae ſpes ac metus iactantur. Carthagi-
nienſibus moenia patriae, dij penates, ſepulcra maiorum, liberi cum parentibus, cõiugeſq.
pauidae, aut excidium, ſeruitiumque, aut imperium orbis terrarum, nihil aut in metum aut
in ſpem medium oſtentatur. Cum maxime haec imperator apud Carthaginienſes, duces
ſuarum gẽtium inter populares, pleraque per interpretes intermiſtos alienigenis ageret,
tubae cornuaq. ab Romanis cecinerunt: tantuſq. clamor ortus, ut elephanti in ſuos ſini-
ſtro maxime cornu uerterentur, Mauros ac Numidas. addidit facile Maſſaniſſa perculſis
terrorem: nudauitq. ab ea parte aciem equeſtri auxilio. paucae tamen beſtiarum intrepi-
dae in hoſtem actae, inter uelitum ordines cum multis ſuis uulneribus ingentem ſtragem I
edebant. reſilientes enim ad manipulos uelites, cũ uiam elephantis, ne obtererentur, feciſ-
ſent, in ancipites ad ictum utrimque conijciebant haſtas: nec pila ab anteſignanis ceſſa-
bant, donec undique incidentibus telis exacti ex Romana acie hi quoque in ſuo dextro
cornu ipſos Carthaginienſium equites in fugam uerterunt. Laelius, ut turbatos uidit ho-
ſtes, addit perculſis terrorem. Vtrimque equite nudata erat Punica acies, cum pedes
concurrit, nec ſpe, nec uiribus iam par. ad hoc, dictu parua, ſed magni eadem in re ge-
renda momenti res, congruens clamor a Romanis, eoque maior & terribilior: diſſonae
illis, ut gentium multarum diſcrepantibus linguis, uoces. pugna Romana ſtabilis & ſuo
& armorum pondere incumbentium in hoſtem: concurſatio & uelocitas illinc maior,
quam uis. Igitur primo impetu extemplo mouere loco hoſtium aciem Romani: ala dein-
de & umbonibus pulſantes, in ſummotos gradu illato, aliquantum ſpatij, uelut nullo reſi
ſtente, inceſſere: urgentibus & nouiſſimis primos, ut ſemel motam aciem ſenſere, quod K
ipſum uim magnam ad pellendum hoſtem addebat. Apud hoſtes auxiliares cedentes,
ſecunda acies, Afri & Carthaginienſes, adeo non ſuſtinebant, ut contra etiam, ne reſi-
ſtentes pertinaciter primos caedendo ad ſe perueniret hoſtis, pedem referrent. Igitur auxi
liares terga dant repente: & in ſuos uerſi, partim refugere in ſecundam aciem: partim nõ
recipientes caedere, ut paullo ante non adiuti, & tunc excluſi. et prope duo iam permiſta
proelia erant: cum Carthaginienſes ſimul cum hoſtibus, ſimul cum ſuis cogerẽtur conſere
re manus. non tamen ita perculſos, iratoſq. in aciẽ accepere, ſed denſatis ordinibus, in cor
nua, uacuumq. circa campum extra proelium eiecere: ne pauidos fuga uulneribuſq. mi-

lites

A lites in certam & integram aciem miſcerent. Ceterum tanta ſtrages hominũ armorumq. locum, in quo ſteterant paullo ante auxiliares, compleuerat, ut prope difficilior tranſitus eſſet, quam per confertos hoſtes fuerat: itaque qui primi erant haſtati, per cumulos corporum, armorumque, & labem ſanguinis, qua quiſque poterat, ſequentes hoſtem, & ſigna & ordines confuderunt. principum quoque ſigna fluctuare coeperant, uagam ante ſe cernentes aciem. Quod Scipio ubi uidit, receptui propere canere haſtatis iuſſit: & ſaucijs in poſtremam aciem ſubductis, principes triarioſque in cornua inducit, quo tutior firmiorque media haſtatorum acies eſſet. Ita nouum de integro proelium ortum eſt: quippe ad ueros hoſtes peruentum erat, & armorum genere, & uſu militiae, & fama rerum geſtarum, & magnitudine uel ſpei uel periculi pares. ſed & numero Romanus ſuperior erat, & animo: quod iam equites, iam elephantos fuderat: iam prima acie pulſa, in ſecun-
B dam pugnabat. In tempore Laelius & Maſſaniſa pulſos per aliquantum ſpatij ſecuti equites, reuertentes, in auerſam hoſtium aciem incurrere. Is demum impetus perculit hoſtem. multi circumuenti in acie caeſi: multi per patentem circa campum fuga ſparſi, tenente omnia equitatu, paſſim interierunt. Carthaginienſium ſociorumq. caeſa eo die ſupra millia uiginti. par ferme numerus captus eſt, cum ſignis militaribus centum triginta tribus, elephantis undecim. Victores ad duo millia cecidere. Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum elapſus, Hadrumetum perfugit, omnia & in proelio, & ante aciem, priuſquam excederet pugna, expertus: & confeſſione etiam Scipionis, omniumq. peritorum militiae, illam laudem adeptus, ſingulari arte aciem eo die inſtruxiſſe. elephantos in prima fronte: quorum fortuitus impetus, atque intolerabilis uis, ſigna ſequi, & ſeruare ordines, in quo plurimum ſpei ponerent, Romanos prohiberet. deinde auxiliares ante Carthaginien-
C ſium aciem, ne homines miſti colluuione omnium gentium, quos non fides teneret, ſed merces, liberum receptum fugae haberent: ſimul primum ardorem, atque impetum hoſtium excipientes fatigarent: ac, ſi nihil aliud, uulneribus ſuis ferrum hoſtile hebetarent: tum, ubi omnis ſpes eſſet, milites Carthaginienſes, Afroſque, ut omnibus rebus alijs pares, eo quod integri cum feſsis ac ſaucijs pugnarent, ſuperiores eſſent. Italicos interuallo quoque diremptos, incertos, ſocij an hoſtes eſſent, in poſtremam aciem ſummotos. Hoc edito uelut ultimo uirtutis opere Hannibal cũ Hadrumetum refugiſſet: accituſq. inde Carthaginem ſexto ac trigeſimo poſt anno, quam puer inde profectus erat, rediſſet: faſſus in curia eſt, non proelio modo ſe, ſed bello uictum: nec ſpem ſalutis alibi, quam in pace impetranda, eſſe. Scipio confeſtim a proelio, expugnatis hoſtium caſtris, direptiſque, cũ ingenti praeda ad mare ac naues redijt, nuncio allato, Cn. Lẽtulum cum L roſtratis, C onerarijs
D omni genere commeatus, ad Vticam acceſsiſſe. Admouendum igitur undique terrorem perculſae Carthagini ratus, miſſo Laelio Romam cum uictoriae nuncio, Cn. Octauium terreſtri itinere ducere legiones Carthaginem iubet. ipſe, ad ſuã ueterem noua Lentuli claſſe adiuncta, profectus ab Vtica, portum Carthaginis petit. Haud procul aberat, cum uelata infulis ramiſq. oleae Carthaginienſium occurrit nauis. decem legati erant principes ciuitatis, auctore Hannibale miſsi ad petendam pacem. qui cum ad puppim praetoriae nauis acceſsiſſent, uelamenta ſupplicum porrigentes, orantes, implorantesq. fidẽ & miſericordiam Scipionis: nullum ijs aliud reſponſum datum, quam ut Tunetem uenirent, eo ſe moturum caſtra. ipſe ab contemplato ſitu Carthaginis non tam noſcendi in praeſentia, quam terrendi hoſtis cauſſa, Vticam, eodem & Octauio reuocato, redijt. Inde procedentibus ad Tunetem, nuncius allatus: Verminam, Syphacis filium, cum equitibus pluribus,
E quam peditibus, uenire Carthaginienſibus auxilio. Pars exercitus cũ omni equitatu miſſa, turmalibus primum agmen aggreſſa, Numidas leui certamine fudit. exitu quoque fugae intercluſo, a parte omni circumdatis equitibus, XV millia hominum caeſa, ∞ & CC uiui capti ſunt, & equi Numidici ∞ & D, ſigna militaria duo & ſeptuaginta. Regulus ipſe inter tumultum cum paucis effugit. Tum ad Tunetem eodem, quo antea, loco caſtra poſita. legatique XXX Carthagine ad Scipionem uenerunt. & illi quidem multo miſerabilius, quam ante, quo magis cogebat fortuna, egerunt: ſed aliquanto minore cum miſericordia, [redacted] perfidiae, auditi ſunt. In concilio, quãquam iuſta ira omnes ad delendam ſtimulabat Carthaginem: tamen, cum, & quanta res eſſet, & quam longi temporis obſidio tam munitae & ualidae urbis, reputarent: & ipſum Scipionem exſpectatio ſuc-

Hh ceſſoris,

geſſoris, uenturi ad paratam alterius labore ac periculo finiti belli famam, ſollicitaret: ad F
pacem omnium animi uerſi ſunt. Poſtero die reuocatis legatis, & cum multa caſtigatio-
ne perfidiae monitis, ut, tot cladibus edocti, tandem deos & iuſiurandum eſſe crederent,
condiciones pacis dictae. Vt liberi legibus ſuis uiuerent. quas urbes, quosq. agros, qui
busq. finibus ante bellum tenuiſſent, tenerent, populandiq. finem eo die Romanus face-
ret. perfugas fugitiuoſque, & captiuos omnes, & naues roſtratas, praeter decem trire-
mes, traderent, elephantoſque, quos haberent domitos; neque domarent alios. bel-
lum neue in Africa, neue extra Africam iniuſſu populi Romani gererent. Maſſaniſſae res
redderent, foeduſq. cum eo facerent. frumentum, ſtipendiumq. auxilijs, donec ab Roma
legati rediſſent, praeſtarēt. decē millia talentum argenti deſcripta pēſionibus aequis in an-
nos quinquaginta ſoluerent. obſides centum arbitratu Scipionis darent, ne minores XIV
annis, neu XXX maiores. indutias ita ſe daturum, ſi per priores indutias naues onera- G
riae captae, quaeque fuiſſent in nauibus, reſtituerentur. aliter nec indutias, nec ſpem pa-
cis ullam eſſe. Has condiciones legati cum domum referre iuſſi in concione ederent, &
Giſgo ad diſſuadendam pacem proceſſiſſet, audireturque a multitudine inquieta eadem
& imbelli, indignatus Hannibal, dici ea in tali tempore, audirique, arreptum Giſgonem
manu ſua ex ſuperiore loco detraxit. quae inſueta liberae ciuitati ſpecies cum fremitum
populi mouiſſet, perturbatus militaris uir urbana libertate, Nouem, inquit, annorum a
uobis profectus, poſt ſextum & triceſimum annum redij. militares artes, quas me a pue-
ro fortuna nunc priuata nunc publica docuit, probe uideor ſcire: urbis ac fori iura, leges,
mores uos me oportet doceatis. Excuſata imprudentia, de pace multis uerbis diſſeruit,
quam nec iniqua, & neceſſaria eſſet. omnium maxime difficile erat, quod ex nauibus
per indutias captis nihil praeter ipſas comparebat naues: nec inquiſitio erat facilis. Cum H
aduerſantes paci arguerentur, placuit naues reddi, & homines utique inquiri: cetera
quae abeſſent, aeſtimanda Scipioni permitti: atque ita pecunia luere Carthaginienſes.
Sunt qui Hannibalem ex acie ad mare perueniſſe, inde praeparata naue ad regem Antio-
chum extemplo profectum tradunt: poſtulantique ante omnia Scipioni, ut Hannibal ſibi
traderetur, reſponſum eſſe, Hannibalem in Africa non eſſe. Poſteaquam redierunt ad Sci-
pionem legati: quae publica in nauibus fuerant, ex publicis deſcripta rationibus quaeſto-
res: quae priuata, profiteri domini iuſſi: pro ea ſumma pecuniae XXV millia pondo ar-
genti praeſentia exacta. indutiaeque Carthaginienſibus datae in tres menſes. additum, ne
per indutiarum tempus alio uſquam, quam Romam, mitterent legatos: & quicumque le-
gati Carthaginem ueniſſent, ne ante dimitterent eos, quam Romanum imperatorem,
qui, & quae petentes ueniſſent, certiorem facerent. Cum legatis Carthaginienſibus Ro- I
mam miſſi L. Veturius Philo, & M. Marcius Ralla, & L. Scipio, imperatoris frater. Per
eos dies commeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam uilitatem annonae effecerunt, ut pro
uectura frumentum mercator nautis relinqueret. Romae ad nuncium primum rebellio-
nis Carthaginienſium trepidatum fuerat: iuſſuſque erat Ti. Claudius mature in Siciliam
claſſem ducere, atque inde in Africam tranſijcere: & alter conſul M. Seruilius ad urbem
morari, donec, quo ſtatu res in Africa eſſent, ſciretur. Segniter omnia in comparanda
deducendaque claſſe ab Ti. Claudio conſule facta erant, quod patres de pace Scipionis
potius arbitrium eſſe, quibus legibus daretur, quam conſulis, cenſuerant. Prodigia quo
que nunciata ſub ipſam famam rebellionis terrorem attulerant. Cumis ſolis orbis minui
uiſus, & pluuit lapideo imbri. & in Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit,
arboreſque in profundum hauſtae, Ariciae forum, & circa tabernae, Fruſinone murus ali- K
quot locis, & porta de caelo tacta: & in palatio lapidibus pluuit. Id prodigium more pa-
trio nouemdiali ſacro, cetera hoſtijs maioribus expiata. Inter quae etiam aquarū inſolita
magnitudo in religionem uerſa. nam ita abundauit Tiberis, ut ludi Apollinares, circo in-
undato, extra portam Collinam ad aedem Erycinae Veneris parati ſint. ceterum ludorum
ipſo die ſerenitate ſubita orta, pompa duci coepta ad portam Collinam, reuocata dedu-
ctaq. in circum eſt, cum, deceſſiſſe inde aquam nunciatū eſſet: laetitiamq. populo, & ludis
celebritatem addidit ſedes ſua ſollemni ſpectaculo reddita. Claudium conſulem profectū
tandem ab urbe inter portus Coſſanum Loretanumq. atrox uis tempeſtatis adorta, in me- L
tum ingentē adduxit. Populonios inde cū perueniſſet, ſtetiſſetq. ibi, dum reliquum tempe-

A ſtatis exſaeuiret: Iluam inſulam, & ab Ilua Corſicam, a Corſica in Sardiniam trãſiecit. ibi
ſuperantem Inſanos montes multo & ſaeuior & infeſtioribus locis tempeſtas adorta diiic
cit claſſem. multae quaſſatae, armamentiſque ſpoliatae naues: quaedam fractae. ita uexa-
ta ac lacerata claſſis Carales tenuit. ubi dum ſubductae reficiuntur naues, hiems oppreſſit
circumactumq. anni tempus. & nullo prorogante imperium, priuatus Ti. Claudius claſ-
ſem Romam reduxit. M. Seruilius, ne comitiorum cauſſa ad urbem reuocaretur: dictatore
dicto C. Seruilio, in prouinciam eſt profectus. Dictator magiſtrum equitum P. Aelium
Paetum dixit. Saepe comitia indicta perfici tempeſtates prohibuerunt. itaque cum pridie
idus Martias ueteres magiſtratus abiſſent, noui ſuffecti non eſſent, reſpub. ſine curuli-
bus magiſtratibus erat. L. Manlius Torquatus pontifex eo anno mortuus. in locum eius
ſuffectus C. Sulpicius Galba. Ab L. Licinio Lucullo, & Q. Fuluio, aedil. curul. ludi Ro-
B mani ter toti inſtaurati. Pecuniam ex aerario ſcribae, uiatoreſque aedilicij clam egeſſiſſe
per indicem comperti, damnati ſunt, non ſine infamia Luculli aedilis. P. Aelius Tube-
ro, & L. Laetorius aediles plebis uitio creati, magiſtratu ſe abdicarunt, cum ludos, ludo-
rumque cauſſa epulum Ioui feciſſent, & ſigna tria ex multaticio argento facta in Capito-
lio poſuiſſent. Cerealia ludos dictator & magiſter equitum ex ſenatuſconſulto fecerunt.
Legati ex Africa Romani ſimul Carthaginienſeſque cum ueniſſent Romam, ſenatus ad
aedem Bellonae habitus eſt. ubi cum L. Veturius Philo, pugnatum cum Hannibale eſſe
ſuprema Carthaginienſibus pugna, finemque tandem lugubri bello impoſitum, ingenti
laetitia patrum expoſuiſſet, adiecit, Verminam etiam Syphacis filium, quae non parua
bene geſtae rei acceſſio fuerat, deuictum. in concionem inde prodire iuſſus, gaudiumque
id populo impertire. Tum patefacta gratulatione omnia in urbe templa, ſupplicatio-
neſque in triduum decretae. Legatis Carthaginienſium & Philippi regis (nam ij quo-
C que uenerant) petentibus, ut ſenatus ſibi daretur, reſponſum iuſſu patrum a dictatore
eſt, conſules nouos eis ſenatum daturos eſſe. Comitia inde habita: creati conſules Cn.
Cornelius Lentulus, P. Aelius Paetus. praetores M. Iunius Pennus, cui ſors urbana eue-
nit, M. Valerius Falto Bruttios, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Aelius Tubero Siciliam
eſt ſortitus. De prouincijs conſulum nihil ante placebat agi, quam legati Philippi regis,
& Carthaginienſium auditi eſſent. belli finem alterius, principium alterius proſpiciebãt
animis. Cn. Lentulus conſul cupiditate flagrabat prouinciae Africae: ſeu bellum foret, fa- An. 549
cilem uictoriam: ſeu iam finiretur, finiti tanti belli ſe conſule gloriam petens. negare ita-
que, prius quidquam agi paſſurum, quam ſibi Africa decreta eſſet: concedente collega,
moderato uiro & prudenti: qui gloriae eius certamen cum Scipione, praeterquam quod
D iniquum eſſet, etiam impar futurum cernebat. Q. Minucius Thermus & M. Acilius Gla-
brio tribuni plebis rem priore anno nequidquam tentatam ab Ti. Claudio conſule, Cn.
Cornelium tentare aiebant. ex auctoritate patrum latum ad populum eſſe, cuius uellent
imperium in Africa eſſe, omnes V & XXX tribus P. Scipioni id imperium decreſſe.
Multis contentionibus & in ſenatu & ad populum acta res, poſtremo eo deducta eſt, ut ſe-
natui permitterent. Patres igitur iurati (ita conuenerat) cenſuerunt, uti conſules pro-
uincias inter ſe compararent, ſortirenturue, uter Italiam, uter claſſem nauium L habe-
ret. cui claſſis obueniſſet, in Siciliam nauigaret. ſi pax cum Carthaginienſibus compo-
ni nequiſſet, in Africam tranſijceret: conſul mari, Scipio eodem, quo adhuc, iure impe-
rij terra rem gereret. ſi condiciones conuenirent pacis, tribuni plebis populum roga-
rent, utrum conſulem, an P. Scipionem iuberent pacem dare: & quem, ſi deportandus
E exercitus uictor ex Africa eſſet, deportare. ſi pacem per P. Scipionem dari, atque ab
eodem exercitum deportari iuſſiſſent, ne conſul ex Sicilia in Africam tranſijceret. alter cõ-
ſul, cui Italia eueniſſet, duas legiones a M. Sextio praetore acciperet. P. Scipioni cum exer
citibus quos haberet, in prouincia Africa prorogatum imperium. Praetori M. Valerio Fal-
toni duae legiones in Bruttijs, quibus C. Liuius priore anno praefuerat, decretae. P. Aelius
praetor duas legiones in Sicilia ab Cn. Tremellio acciperet. Legio una M. Fabio in Sar-
diniam, quam P. Lentulus propraetor habuiſſet, decernitur. M. Seruilio prioris anni
conſuli cum ſuis duabus item legionibus in Etruriam prorogatum imperium eſt. Quod
ad Hiſpanias attineret, aliquot iam annos ibi L. Cornelium Lentulum, & L. Manlium Aci
dinum eſſe. utriq; conſules cum tribunis agerent, ſi eis uideretur, ut plebẽ rogarent, cui iu-

berent in Hiſpania imperium eſſe. is ex duobus exercitibus in unam legionem conſcri- F
beret Romanos milites, & XV cohortes ſocios Latini nominis, quibus prouinciam obti-
neret. ueteres milites L. Cornelius & L. Manlius in Italiam deportarent. Cornelio con-
ſuli L nauium claſſis ex duabus claſſibus, Cn. Octauij, quae in Africa eſſet, P. Villi, quae Si
ciliae oram tuebatur, decreta: ut quas naues uellet, deligeret. P. Scipio L longas naues
haberet, quas habuiſſet. quibus, ſi Cn. Octauium, ſicut praefuiſſet, praeeſſe uellet, Octauio
propraetori in eum annum imperium eſſet. ſi Laelium praeficeret, Octauius Romam dece-
deret: reduceretq. naues, quibus proconſuli uſus non eſſet. Et M. Fabio in Sardiniam
decem longae naues decretae. Et cõſules duas legiones urbanas ſcribere iuſſi, ut quatuor
decim legionibus eo anno, centum nauibus longis reſpublica adminiſtraretur. Tum de
legatis Philippi & Carthaginienſium actum. priores Macedonas introduci placuit, quo-
rum uaria oratio fuit: partim purgantium quae queſti erant miſſi ad regem a Roma legati G
de populatione ſociorum: partim ultro accuſantium quidem & ſocios populi Romani,
ſed multo infeſtius M. Aurelium: quem ex tribus ad ſe miſſis legatis delectu habito ſub-
ſtitiſſe, & ſe bello laceſſiſſe cõtra foedus, & ſaepe cum praefectis ſuis ſignis collatis pugnaſ-
ſe: partim poſtulantium, ut Macedones, duxq. eorum Sopater, qui apud Hannibalem mer
cede militaſſent, captiq. in uinculis eſſent, ſibi reſtituerentur. Aduerſus ea M. Furius miſ-
ſus ad idipſum ab Aurelio ex Macedonia, diſſeruit. Aurelium relictum, ne ſocij populi Ro
mani feſſi populationibus, atque iniuria, ad regem deficerent, finibus ſociorum nõ exceſ-
ſiſſe. dediſſe operam, ne impune in agros eorum tranſſcenderent populatores. Sopa-
trum ex purpuratis & propinquis regis eſſe. eum cum quatuor millibus Macedonum
& pecunia miſſum nuper in Africam eſſe Hannibali Carthaginienſibuſq. auxilio. De his
rebus interrogati Macedones cum perplexe reſponderent, ipſi ante reſponſum tulerunt, H
Bellum quaerere regem, & ſi pergat, propediem inuenturum. dupliciter ab eo foedus uio
latum: & quod ſocijs populi Romani iniurias fecerit, bello armiſq. laceſſiuerit: & quod
hoſtes auxilijs & pecunia iuuerit. et P. Scipionem recte, atque ordine uideri feciſſe, &
facere, quod eos, qui arma contra populum Romanum ferentes capti ſunt, hoſtium nu-
mero in uinculis habeat. et M. Aureliũ e republica facere, gratumq. id ſenatui eſſe, quod
ſocios populi Romani, quando iure foederis non poſſet, armis tueatur. Cum hoc tam tri-
ſti reſponſo dimiſſis Macedonibus, legati Carthaginienſes uocati. quorum aetatibus di-
gnitatibuſq. conſpectis, (nam longe primi ciuitatis erant) tum pro ſe quiſque dicere, ue-
re de pace agi. Inſignis tamen inter ceteros Haſdrubal erat, (Haedum populares cognomi
ne appellabant) pacis ſemper auctor, aduerſuſq. factioni Barchinae. eo tum plus illi au-
ctoritatis fuit, belli culpam in paucorum cupiditatem a republica transferenti. Qui cum I
uaria oratione uſus eſſet, nunc purgando crimina, nunc quaedam fatendo, ne impudenter
certa negantibus difficilior uenia eſſet: nunc monendo etiam patres conſcriptos, ut rebus
ſecundis modeſte ac moderate uterentur: Si ſe atque Hannonem audiſſent Carthaginien-
ſes, & tempore uti uoluiſſent, daturos fuiſſe pacis condiciones, quas tunc peterent. Ra-
ro ſimul hominibus bonam fortunam, bonamq. mentem dari. populum Romanum eo
inuictum eſſe, quod in ſecundis rebus ſapere, & conſulere meminerit. et hercule miran-
dum fuiſſe, ſi aliter facerent. ex inſolentia, quibus noua bona fortuna ſit, impotentes lae-
titiae inſanire: populo Romano uſitata ac prope iam obſoleta ex uictoria gaudia eſſe, ac
plus paene parcendo uictis, quam uincendo, imperium auxiſſe. Ceterorum miſerabilior
oratio fuit, commemorantium, ex quantis opibus quo recidiſſent Carthaginienſium
res. nihil eis, qui modo orbem prope terrarum obtinuiſſent armis, ſupereſſe, praeter Car- K
thaginis moenia. ijs incluſos, non terra, non mari quidquam ſui iuris cernere. urbem quo
que ipſam, ac penates ita habituros, ſi non in ea quoque, quo nihil ulterius ſit, ſaeuire po-
pulus Romanus uelit. Cum, flecti miſericordia patres, appareret, ſenatorum unum, in-
feſtum perfidiae Carthaginienſium, ſuclamaſſe, ferunt: per quos deos foedus icturi eſ-
ſent, cum eos, per quos ante ictum eſſet, fefelliſſent? Per eoſdem, inquit Haſdrubal, qui
tam infeſti ſunt foedera uiolantibus. Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentu-
lus conſul, cui claſſis prouincia erat, ſenatuſconſulto interceſsit. Tum M. Acilius & Q.
Minucius tribuni pleb. ad populum tulerunt: uellent iuberentne ſenatum decernere,
ut cum Carthaginienſibus pax fieret? & quem eam pacem dare, quemq. ex Africa exerci-

tus

A tus deportare iuberent? De pace, Vti rogas, omnes tribus iuſſerunt, pacem dare P. Sci-
pionem, eundem exercitus deportare. Ex hac rogatione ſenatus decreuit, ut P. Scipio
ex X legatorum ſententia pacem cum populo Carthaginienſi, quibus legibus ei uide-
retur, faceret. Gratias deinde patribus egere Carthaginienſes: petieruntque, ut ſibi
in urbem introire, & colloqui cum ciuibus ſuis liceret, qui capti in publica cuſtodia eſ-
ſent. eſſe in ijs partim propinquos, amicoſque ſuos, nobiles homines, partim ad quos
mandata a propinquis haberent. Quibus conuentis, cum rurſus peterent, ut ſibi quos uel-
lent ex ijs redimendi poteſtas fieret, iuſſi nomina edere. & cum CC ferme ederent, ſena-
tuſconſultum factum eſt, ut legati Romani ducentos ex captiuis, quos Carthaginienſes
uellent, ad P. Cornelium Scipionem in Africam deportarent: nunciarentque ei, ut, ſi pax
conueniſſet, ſine pretio eos Carthaginienſibus redderet. fetiales cum in Africam ad foe-
B dus feriendum ire iuberentur, ipſis poſtulantibus ſenatuſconſultum in haec uerba factum
eſt, Vt priuos lapides ſilices, priuaſq. uerbenas ſecum ferrent: uti praetor Romanus his im
peraret, ut foedus ferirent, illi praetorem ſagmina poſcerent. Herbae id genus ex arce ſu-
mptum dari fetialibus ſolet. Ita dimiſſi Roma Carthaginienſes cum in Africam ueniſſent
ad Scipionem, quibus ante dictum eſt legibus pacem fecerunt. Naues longas, elephantos,
perfugas, fugitiuos, captiuorum quattuor millia tradiderunt. inter quos Q. Terentius Cul-
leo ſenator fuit. Naues prouectas in altũ incendi iuſſit. Quingentas fuiſſe omnis generis,
quae remis agerentur, quidam tradunt. quarum conſpectum repente incendium tã lugu-
bre fuiſſe Poenis, quam ſi ipſa Carthago arderet. De perfugis grauius, quam de fugitiuis,
conſultum. nominis Latini qui erant, ſecuri percuſſi, Romani in crucem ſublati. Annis an-
te XL pax cum Carthaginienſibus poſtremo facta erat, Q. Lutatio A. Manlio conſulibus.
C bellum initum annis poſt tribus & XX, P. Cornelio Ti. Sempronio conſulibus, finitum eſt
decimoſeptimo anno Cn. Cornelio P. Aelio Paeto conſulibus. Saepe poſtea ferũt Scipio-
nem dixiſſe: Ti. Claudij primum cupiditatem, deinde Cn. Cornelij, fuiſſe in mora, quo mi
nus id bellum exitio Carthaginis finiret. Carthaginienſibus cum prima collatio pecuniae
diutino bello exhauſtis difficilis uideretur, maeſtitiaq. & fletus in curia eſſet, ridentem Hã-
nibalem ferunt conſpectum. cuius cum Haſdrubal Haedus riſum increparet in publico fle
tu, cum ipſe lacrymarum cauſſa eſſet, Si quemadmodum oris habitus cernitur oculis, in-
quit, ſic & animus intus cerni poſſet, facile uobis appareret nó laeti, ſed prope amentis ma
lis cordis hunc, quem increpatis, riſum eſſe. qui tamen nequaquam adeo eſt intempeſti-
uus, quam ueſtrae iſtae abſurdae, atque abhorrentes lacrymae ſunt. tunc fleſſe decuit, cum
adempta nobis arma, incenſae naues, interdictum externis bellis. illo enim uulnere conci-
D dimus. Nec eſſe in uos odio ueſtro conſultum ab Romanis credatis. Nulla magna ciuitas
diu quieſcere poteſt. ſi foris hoſtem non habet, domi inuenit: ut praeualida corpora ab ex
ternis cauſſis tuta uidentur, ſed ſuis ipſa uiribus onerantur. Tantum nimirum ex publicis
malis ſentimus, quantum ad priuatas res pertinet: nec in eis quidquam acrius, quam pecu
niae damnum, ſtimulat. Itaque cum ſpolia uictae Carthagini detrahebantur, cum inermẽ
iam ac nudam deſtitui inter tot armatas gentes Africae cerneretis, nemo ingemuit. nunc,
quia tributum ex priuato conferendum eſt, tamquam in publico funere comploratis. quã
uereor, ne propediem ſentiatis, leuiſſimo in malo uos hodie lacrymaſſe. Haec Hannibal
apud Carthaginienſes. Scipio, concione aduocata, Maſſaniſſam ad regnum paternum Cir-
tha opido, & ceteris urbibus agriſque, quae ex regno Syphacis in populi Romani poteſta-
tem ueniſſent, adiectis donauit. Cn. Octauium claſſem in Siciliam ductam Cn. Cornelio
conſuli tradere iuſſit: legatos Carthaginiẽſium Romam proficiſci, ut, quae ab ſe ex decem
E legatorum ſententia acta eſſent, ea patrum auctoritate, populique iuſſu confirmarentur.
Pace terra mariq. parta, exercitu in naues impoſito, in Siciliã Lilybaeum trãſiecit. inde ma
gna parte militum in nauibus miſſa, ipſe per laetam pace non minus, quam uictoria, Italiã,
effuſis non urbibus modo ad habendos honores, ſed agreſtium etiam turba obſidente
uias, Romam peruenit, triumphoq. omnium clariſſimo urbem eſt inuectus. Argenti tu-
lit in aerarium pondo centum millia X X I I I. militibus ex praeda quadragenos aeris diui
ſit. Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriae, Syphax
eſt, Tibure haud ita multo ante mortuus, quo ab Alba tranſductus fuerat. conſpecta
mors tamen eius fuit, quia publico funere eſt elatus. Hunc regem in triumpho ductum,

Polybius, haudquaquam ſpernendus auctor, tradit. Secutus Scipionem triumphantem F eſt, pileo capiti impoſito, Q. Terentius Culleo, omniq. deinde uita, ut dignum erat, libertatis auctorem coluit. Africanum cognomen militaris prius fauor, an popularis aura celebrauerit, an, ſicuti Felicis Sullae, Magniq. Pompeij, patrum memoria, coeptum ab aſſentatione familiari ſit, parum compertum habeo. Primus certe hic imperator nomine uictae ab ſe gentis eſt nobilitatus: exemplo deinde huius nequaquam uictoria pares, inſignes imaginum titulos, claraq. cognomina familiae fecere.

EPITOME. LIBRI. XXXI

BELLI aduerſus Philippum Macedoniae regem, quod intermiſſum erat, repetiti cauſſae referuntur hae. Tempore initiorum duo iuuenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas uenerunt, & in ſacrarium Cereris cum alijs popularibus ſuis intrauerunt. ob hoc, tamquam nefas ſummum commiſiſſent, ab Athenienſibus caeſi ſunt. Acarnanes mortibus ſuorum commoti, ad uindicandos illos auxilium a Philippo petierunt. Paucis menſibus poſt pacē Carthaginienſibus datam, quingenteſimo quinquageſimo anno ab urbe condita, cum Athenienſiū, qui obſidebantur a Philippo, legati auxilium a ſenatu petiſſent, & ſenatus id cenſuiſſet ferendum, plebe, quod tot bellorum continuus labor grauis erat, diſſentiente, tenuit auctoritas patrum, ut ſociae ciui- G *tati, ferri opem populus quoque iuberet. Bellum id P. Sulpicio conſuli mandatum eſt: qui, exercitu in Macedoniam ducto, equeſtribus proelijs cum Philippo proſpere pugnauit. Abydeni a Philippo obſeſſi, ad exemplum Saguntinorum ſuos ſeque occiderunt. L. Furius praetor Gallos Inſubres rebellantes, & Hamilcarem Poenum bellum in ea parte molientem, acie uicit. Hamilcar eo in bello occiſus eſt, & millia hominum XXXV. Praeterea expeditiones Philippi regis, & Sulpicij conſulis, expugnationeſque urbium ab utroque factas continet. Sulpicius conſul,* H *adiuuantibus rege Attalo & Rhodijs, bellum gerebat. Triumphauit de Gallis L. Furius praetor.*

LIBER. XXXI

ME quoque iuuat, uelut ipſe in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli Punici perueniſſe. nam etſi profiteri auſum, perſcripturum res omnes Romanas, in partibus ſingulis tanti operis fatigari minime conuenit: tamen cum in mentem uenit, tres & LX annos (tot enim ſunt a primo Punico ad ſecundum bellum finitum) aeque multa uolumina occupaſſe mihi, quam occu- I parint CDLXXXVI anni a condita urbe ad Ap. Claudium conſulem, qui primus bellum Carthaginienſibus intulit: iam prouideo animo, uelut qui proximis litori uadis inducti mare pedibus ingrediuntur: quidquid progredior, in uaſtiorem me altitudinem, ac uelut profundum inuehi, & creſcere paene opus, quod prima quaeque perficiendo, minui uidebatur. Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit, periculo haudquaquam comparandum aut uirtute ducis, aut militum robore: ſed claritate regum antiquorum, uetuſtaeq. fama gentis, & magnitudine imperij, quo multa quondam Europae, maioremq. partem Aſiae obtinuerant armis, prope nobilius. Ceterum coeptum bellum aduerſus Philippum decem ferme ante annis, triennio prius depoſitum erat: cum Aetoli & belli & pacis fuiſſent cauſſae. uacuos deinde pace Punica iam Romanos, & infenſos Philippo, cum ob infidam aduerſus Aetolos K alioſq. regionis eiuſdem ſocios pacem, tum ob auxilia cum pecunia nuper in Africam miſſa Hannibali Poeniſque, preces Athenienſium, quos agro peruaſtato in urbem compulerat, excitauerunt ad renouandum bellum. Sub idem fere tempus & ab Attalo rege & Rhodijs legati uenerūt, nūciantes Aſiae quoque ciuitates ſollicitari. His legationibus reſponſum eſt, curae Aſianam rem ſenatui fore. conſultatio de Macedonico bello integra ad conſules, qui tunc in proelio cum Boijs erāt, reiecta eſt. Interim ad Ptolemaeum Aegypti regē legati tres miſſi, C. Claudius Nero, M. Aemilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus, ut & annunciarent uictum Hannibalem, Poenoſque, & gratias agerent regi, quod in rebus dubijs, cū finitimi etiā ſocij Romanos dēſererent, in fide manſiſſet; & peterent, ut, ſi coacti

A iniurijs bellum aduerſus Philippum ſuſcepiſſent, priſtinum animum erga populum R.cō-
ſeruaret. Eodem fere tempore P. Aelius conſul, in Gallia, cum audiſſet a Boijs ante ſuū
aduentum incurſiones in agros ſociorum factas, duabus legionibus ſubitarijs tumultus
eius cauſſa ſcriptis, additiſque ad eas quattuor cohortibus de exercitu ſuo, C. Oppium
praefectum ſocium hac tumultuaria manu per Vmbriam, quam tribum Sapiniam vocant,
agrum Boiorum inuadere iuſſit. ipſe eodem aperto itinere per medios montes duxit. Op-
pius ingreſſus hoſtium fines, primo populationes ſatis proſpere ac tuto fecit: delecto dein
de ad caſtrum Mutilum idoneo loco ad demetenda frumenta, (iam enim maturae erant ſe
getes) profectus neque explorato circa, nec ſtationibus ſatis firmis, quae armatae inermes
atque operi intentos tutarentur, poſitis, improuiſo impetu Gallorum cum frumentatori-
bus eſt circumuentus. inde pauor fugaq. etiam armatos cepit. ad ſeptem millia hominum
B palata per ſegetes ſunt caeſa: inter quos ipſe C.Oppius praefectus. ceteri in caſtra metu cō
pulſi, inde ſine certo duce conſenſu militari proxima nocte, relicta magna parte rerum ſua
rum, ad conſulem per ſaltus prope inuios peruenere: qui, niſi quod populatus eſt Boiorum
fines, & cum Ingaunis Liguribus foedus icit; nihil, quod eſſet memorabile, aliud in prouin
cia cum geſſiſſet, Romam redijt. Cum primum ſenatum habuit, uniuerſis poſtulantibus,
ne quam prius rem quam de Philippo, ſociorūq. querellis ageret, relatum extemplo eſt, dé
creuitque frequens ſenatus, ut P. Aelius conſul, quem uideretur ei, cum imperio mitte-
ret, qui, claſſe accepta, quam ex Sicilia Cn. Octauius reduceret, in Macedoniam tranſijce-
ret. M. Valerius Laeuinus propraetor miſſus, circa Vibonem duodequadraginta nauibus
ab Cn. Octauio acceptis in Macedoniam tranſmiſit. ad quem cum M. Aurelius legatus
ueniſſet, edocuiſſetque eum quantos exercitus, quantum nauium numerum comparaſſet
C rex; & quemadmodum circa omnes non continentis modo urbes, ſed etiam inſulas, par-
tim ipſe adeundo partim per legatos conciret homines ad arma: maiore conatu Roma-
nis id capeſſendum bellum eſſe, nec, cunctantibus ijs, auderet Philippus quod Pyrrhus
prius auſus ex aliquanto minore regno eſſet: haec eadem ſcribere Aurelium conſulibus &
ſenatui placuit. Exitu huius anni, cum de agris ueterum militum relatum eſſet, qui ductu,
atque auſpicio P. Scipionis in Africa bellum perfeciſſent: decreuerunt patres, ut M. Iu-
nius, praetor urbanus, ſi ei uideretur, decemuiros agro Samniti, Apuloque, quod eius pu-
blicum populi R. eſſet: metiendo, diuidendoque crearet. Creati P.Seruilius, Q.Caecilius
Metellus, Cn. & M. Seruilij, (Geminis ambobus cognomen erat) L.& A.Hoſtilij Cato-
nes, P. Villius Tappulus, M. Fuluius Flaccus, P. Aelius Paetus, Q. Flaminius. Per eos
dies P. Aelio conſule comitia habente, creati conſules P. Sulpicius Galba, C. Aurelius
D Cotta. Praetores exinde facti Q. Minucius Rufus, L. Furius Purpureo, Q. Fuluius Gil-
lo, Cn. Sergius Plancus. Ludi Romani Scenici eo anno magnifice apparateque facti ab
aedilibus curulibus L. Valerio Flacco, & L. Quinctio Flaminino, biduum inſtaurati ſunt.
frumentique uim ingentem quod ex Africa P. Scipio miſerat, quaternis aeris populo
cum ſumma fide & gratia diuiſerunt. Et plebeij ludi ter toti inſtaurati ab aedilibus plebis
L. Apuſtio Fullone, & Q. Minucio Rufo, qui ex aedilitate praetor creatus erat. & Iouis
epulum fuit ludorum cauſſa. Anno quingenteſimo quinquageſimo ab urbe condita, P. An. 550.
Sulpicio Galba, C. Aurelio conſulibus bellum cum rege Philippo initum eſt, paucis men-
ſibus poſt pacem Carthaginienſibus datam. Omnium primum eam rem idibus Martijs,
quo die tum conſulatus inibatur, P. Sulpicius conſul retulit, ſenatuſq. decreuit, uti con-
ſules maioribus hoſtijs rem diuinam facerent, quibus dijs ipſis uideretur, cum precatione
E ea, Quam rem ſenatus populuſque R. de rep. deq. ineundo nouo bello in animo haberet,
ea res uti populo R. ſocijſque, ac nomini Latino bene ac feliciter eueniret. ſecundum rem
diuinam, precationemque, ut de rep. deq. prouincijs ſenatum cōſulerent. Per eos dies, op-
portune irritandis ad bellum animis, & litterae a M. Aurelio legato, & M. Valerio Laeuino
propraetore allatae: & Athenienſium noua legatio uenit, quae regem appropinquare fini
bus ſuis nunciaret: breuiq. non agros modo, ſed urbem etiam in ditione eius futuram, niſi
quid Romani auxilij foret. Cum pronunciaſſent cōſules, rem diuinam rite perfectam eſſe,
& precationem admiſiſſe deos, haruſpices reſpondere: laetaq. exta fuiſſe: & prolationem
finium, uictoriamque, & triumphū portendi: tum litterae Valerij Aurelijq. lectae, & legati
Athenienſium auditi. Senatus inde conſultum factum eſt, ut ſocijs gratiae agerentur, quod

diu ſollicitati, ne obſidionis quidem metu fide deceſſiſſent. de auxilio mittendo tum reſpondere placere, cum conſules prouincias ſortiti eſſent: atque is conſul, cui Macedonia prouincia eueniſſet, ad populum tuliſſet, ut Philippo, regi Macedonum, indiceretur bellum. P. Sulpicio prouincia Macedonia ſorte euenit. iſque rogationem promulgauit: uellent iuberent Philippo regi Macedonibuſque, qui ſub regno eius eſſent, ob iniurias, armaque illata ſocijs populi R. bellum indici. Alteri conſuli Aurelio Italia prouincia obtigit. prouincias praetores exinde ſortiti ſunt, Cn. Sergius Plancus urbanam: Q. Fuluius Gillo Siciliam: Q. Minucius Rufus Bruttios: L. Furius Purpureo Galliam. Rogatio de bello Macedonico primis comitijs ab omnibus fermè centurijs antiquata eſt. id cum feſſi diuturnitate & grauitate belli ſua ſponte homines taedio laborum periculorumque fecerant: tum Q. Baebius, tribunus plebis, uiam antiquam criminandi patres ingreſſus, incuſauerat bella ex bellis ſeri, ne pace umquam frui plebs poſſet. Aegre eam rem paſſi patres: laceratuſque probris in ſenatu tribunus plebis: & conſulem pro ſe quiſque hortari, ut de integro comitia rogationi ferendae ediceret, caſtigaretque ſegnitiem populi: atque doceret, quanto damno dedecorique dilatio ea belli futura eſſet. Conſul in Campo Marcio comitijs habitis, priuſquam centurias in ſuffragium mitteret, concione aduocata, Ignorare, inquit, uidemini mihi Quirites: non, utrum bellum, an pacem habeatis, uos conſuli: (neque enim liberum id uobis permittet Philippus, qui terra marique ingens bellum molitur) ſed utrum in Macedoniam legiones tranſportetis: an hoſtem in Italiam accipiatis. hoc quantum interſit, ſi umquam ante alias, Punico certe proximo bello experti eſtis. Quis enim dubitat, quin, ſi Saguntinis obſeſſis fidemq. noſtram implorantibus impigre tuliſſemus opem, ſicut patres noſtri Mamertinis tulerant: totum in Hiſpaniam auerſuri bellum fuerimus, quod cunctando cum ſumma clade noſtra in Italiam accepimus? Ne illud quidem dubium eſt, quin hunc ipſum Philippum, pactum iam per legatos litteraſque cum Hannibale in Italiam trãſijcere, miſſo cum clade Laeuino, qui ultro ei bellũ inferret, in Macedonia continuerimus. & quod tunc fecimus, cum hoſtem Hannibalem in Italia haberemus: id nunc, pulſo Italia Hannibale, deuictis Carthaginienſibus, cunctamur facere? Patiamur expugnandis Athenis, ſicut Sagunto expugnando Hannibalem paſſi ſumus, ſegnitiem noſtram experiri regem. non quincto inde menſe quemadmodum ab Sagunto Hãnibal, ſed quincto inde die, quã ab Corintho ſoluerit naues, in Italiam perueniet. Ne aequaueritis Hannibali Philippum: ne Carthaginienſibus Macedonas. Pyrrho certe aequabitis: dico, quantum uel uir uiro, uel gens genti praeſtat. Minima acceſſio ſemper Epirus regno Macedoniae fuit, & hodie eſt. Peloponneſum totam in ditione Philippus habet, Argoſq. ipſos non uetere fama magis, quam morte Pyrrhi, nobilitatos. Noſtra nunc compara. quãto magis florentem Italiam, quanto magis integras res, ſaluis ducibus, ſaluis tot exercitibus, quos Punicum poſtea bellum abſumpſit, aggreſſus Pyrrhus tamen concuſſit, & uictor prope ad ipſam urbem Romam uenit. nec Tarentini modo, oraq. illa Italiae, quam maiores Graeciam uocant: ut linguam, ut nomen ſecutos crederes: ſed Lucanus, & Bruttius, & Samnis a nobis defecerunt. haec uos, ſi Philippus in Italiam tranſmiſerit, quietura aut manſura in fide creditis? manſerunt enim Punico poſtea bello. numquam iſti populi, niſi cum deerit, ad quem deſciſcant, a nobis non deficient. Si piguiſſet uos in Africam tranſijcere, hodie in Italia Hannibalem & Carthaginiẽſes hoſtes haberetis. Macedonia potius, quam Italia bellum habeat: hoſtium urbes agrique ferro, atque igni uaſtentur. experti iam ſumus, foris nobis, quam domi, feliciora potentioraque arma eſſe. Ite in ſuffragium bene iuuantibus dijs: & quae patres cenſuerunt, uos iubete. Huius uobis ſententiae non conſul modo auctor eſt, ſed etiam dij immortales, qui mihi ſacrificanti, precantique, ut hoc bellum mihi, ſenatui, uobiſque & ſocijs ac nomini Latino, claſſibus exercitibuſque noſtris bene ac feliciter eueniret: laeta omnia proſperaque portendere. Ab hac oratione in ſuffragium miſſi, Vti rogarat, bellum iuſſerunt. Supplicatio inde a conſulibus in triduum ex S. C. indicta eſt, obſecratique circa omnia puluinaria dij, quod bellum cum Philippo populus iuſſiſſet, id bene ac feliciter eueniret. conſultique fetiales ab conſule Sulpicio, bellum quod indiceretur regi Philippo, utrum ipſi utique nunciari iuberent: an ſatis eſſet, in finibus regni quod proximum praeſidium eſſet, eo nunciari. fetiales decreuerunt, utrum eorum feciſſet, recte facturum. Conſuli a patribus permiſſum,

ut,

A ut, quem uideretur ex iis, qui extra ſenatum eſſent, legatum mitteret ad bellum regi
indicendum. Tum de exercitibus conſulum praetorumque actum. conſules binas legio-
nes ſcribere iuſſi, ueteres dimittere exercitus. Sulpicio, cui nouum ac magni nominis
bellum decretum erat, permiſſum, ut de exercitu quem P. Scipio ex Africa deportaſſet,
uoluntarios quos poſſet, duceret: inuitum ne quem militem ueterem ducendi ius eſſet.
Praetoribus L. Furio Purpureoni, & Q. Minucio Rufo quina millia ſocium Latini nomi-
nis conſul daret: quibus praeſidiis alter Galliam, alter Bruttios prouinciam obtineret. Q.
Fuluius Gillo & ipſe iuſſus ex eo exercitu, quem P. Aelius conſul habuiſſet, ut quiſque mi-
nime multa ſtipendia haberet, legere, donec & ipſe quinque millia ſocium ac nominis La-
tini effeciſſet: id praeſidio Siciliae prouinciae eſſet. M. Valerio Faltoni, qui praetor priore
anno Campaniam prouinciam habuerat, prorogatum in annum imperium eſt: uti proprae
B tor in Sardiniam tranſiiceret: atque de exercitu qui ibi eſſet, quinque millia ſocium no
minis Latini, qui eorum minime multa ſtipendia haberet, legeret. Et conſules duas ur-
banas legiones ſcribere iuſſi: quae, ſi quo res poſceret, multis in Italia contactis genti-
bus Punici belli ſocietate, iraque inde tumentibus, mitterentur. Sex legionibus Roma-
nis eo anno uſura reſp. erat. In ipſo apparatu belli legati ab rege Ptolemaeo uenerunt,
qui nunciarunt, Athenienſes aduerſus Philippum petiſſe ab rege auxilium. ceterum etſi
communes ſocii ſint: tamen niſi ex auctoritate populi R. neque claſſem, neque exerci-
tum defendendi aut oppugnandi cuiuſquam cauſſa regem in Graeciam miſſurum eſſe. uel
quieturum eum in regno, ſi populo R. ſocios defendere liceat: uel Romanos quieſcere,
ſi malint, paſſurum: atque ipſum auxilia, quae facile aduerſus Philippum tueri Athenas
poſſent, miſſurum. Gratiae regi ab ſenatu actae, reſponſumque, tutari ſocios populo R.
C in animo eſſe. ſiqua res ad id bellum opus ſit, indicaturos regi. regnique eius opes ſcire
ſubſidia firma ac fidelia ſuae reip. eſſe. Munera deinde legatis in ſingulos quinum mil-
lium aeris ex S. C. miſſa. Cum delectum conſules haberent, pararentque quae ad bellum
opus eſſent: ciuitas religioſa, in principijs maxime nouorum bellorum, ſupplicationi-
bus habitis iam, & obſecratione circa omnia puluinaria facta, ne quid praetermitteretur,
quod aliquando factum eſſet: ludos Ioui, donumque uouere conſulem, cui prouincia Ma
cedonia eueniſset, iuſſit. Moram uoto publico Licinius, pontifex maximus, attulit: qui
negauit ex incerta pecunia uouere debere, ſi ea pecunia non poſſet in bellum uſui eſſe, re-
poni ſtatim debere: nec cum alia pecunia miſceri. quod niſi factum eſſet, uotum rite ſol-
ui non poſſe. Quamquam & res, & auctor mouebat: tamen ad collegium pontificum re-
ferre conſul iuſſus: ſi poſſet recte uotum incertae pecuniae ſuſcipi. poſſe, rectiuſque etiam
D eſſe, pontifices decreuerunt. Vouit in eadem uerba conſul praeeunte maximo pontifi-
ce: quibus antea quinquennalia uota ſuſcipi ſolita erant: praeterquam quod tanta pecu-
nia, quantam tum cum ſolueretur, ſenatus cenſuiſſet; ludos, donaque facturum uouit:
toties ante ludi magni de certa pecunia uoti erant: ij primi de incerta. Omnium animis
in bellum Macedonicum uerſis repente nihil minus eo tempore timentibus Gallici tu-
multus fama exorta eſt. Inſubres, Caenomanique & Boii, excitis Sallyis Iluatibuſque,
& ceteris Liguſtinis populis, Hamilcare Poeno duce, qui in ijs locis de Haſdrubalis exer-
citu ſubſtiterat, Placentiam inuaſerant: & direpta urbe, ac per iram magna ex parte in-
cenſa, uix duobus millibus hominum inter incendia ruinaſque relictis, traiecto Pado ad
Cremonam diripiendam pergunt. Vicinae urbis audita clades ſpatium colonis dedit ad
claudendas portas, praeſidiaque per muros diſponenda: ut obſiderentur tamen prius,
E quam expugnarentur: nuncioſque mitterent ad praetorem R. L. Furius Purpureo tum
prouinciae praeerat, cetero ex S. C. exercitu dimiſſo, praeter quinque millia ſocium ac La
tini nominis: cum iis copiis in proxima regione prouinciae circa Ariminum ſubſtiterat. is
tum ſenatui ſcripſit, quo in tumultu prouincia eſſet. duarum coloniarum, quae ingentem
illam tempeſtatem Punici belli ſubterfugiſſent: alteram captam ac direptam ab hoſtibus:
alteram oppugnari. nec in exercitu ſuo ſatis praeſidii colonis laborantibus fore: niſi quin
que millia ſocium XL millibus hoſtium (tot enim in armis eſſe) trucidanda obiicere ue-
lit, & tanta ſua clade iam inflatos excidio coloniae Romanae augere hoſtium animos. His
litteris recitatis decreuerunt, ut C. Aurelius conſ. exercitum, cui in Etruriam ad conue-
niendum diem edixerat, Arimini eadem die adeſſe iuberet: & aut ipſe, ſi per commodum
reip.

ſeip.poſſet, ad opprimendum Gallicum tumultum proficiſceretur: aut L. Furio praetori F
ſcriberet, ut cum ad eum legiones ex Etruria ueniſſent: miſſis in uicem earum quinque
millibus ſociorum, qui interim Etruriae praeſidio eſſent, proficiſceretur ipſe ad coloniam
liberandam obſidione. Legatos item mittendos in Africam cenſuerunt, eoſdem Cartha-
ginem, eoſdem in Numidiam ad Maſſaniſſam. Carthaginem, ut nunciarent, ciuem eorum
Hamilcarem relictum in Gallia, haud ſatis ſcire ex Haſdrubalis prius, an ex Magonis po-
ſtea exercitu, bellum contra foedus facere. exercitus Gallorum Ligurumque exciuiſſe ad
arma contra populum R. eum, ſi pax placeret, reuocandum illis, & dedendum populo R.
eſſe. ſimul nunciare iuſſi, per fugas ſibi non omnes redditos eſſe, magnam partem eorum
palam Carthagini obuerſari dici: quos comprehendi conquirique debere, ut ſibi ex foede
re reſtituantur. Haec ad Carthaginienſes mandata. Maſſaniſſae gratulari iuſsi, quod non
patrium modo recuperaſſet regnum, ſed parte florétiſsima Syphacis finium adiecta etiam G
auxiſſet. Nunciare praeterea iuſsi bellum cum rege Philippo ſuſceptum, quod Carthagi-
nienſes auxilijs iuuiſſet, iniuriaſq. inferendo ſocijs populi R. flagrante bello Italia, coegiſ-
ſet claſſes exercituſque in Graeciam mitti, & diſtinendo copias, cauſſa in primis fuiſset ſe-
rius in Africam tranſijciendi. peterent, ut ad id bellum mitteret auxilia Numidarum equi
tum. Dona ampla data quae ferrent regi. uaſa aurea argenteaque, toga purpurea & palma-
ta tunica cum eburneo ſcipione, & toga praetexta cum curuli ſella. iuſsiq. polliceri, ſi quid
ei ad firmandum augendumque regnum opus eſſe iudicaſſet, enixe id populum R. merito
eius praeſtaturum. Verminae quoque, Syphacis filij, legati per eos dies ſenatum adierunt,
excuſantes errorem, adoleſcentiamque, & culpam omnem in fraudem Carthaginienſium
auertentes. Et Maſſaniſſam Romanis ex hoſte amicum factum: Verminam quoque annixu-
rum, ne officijs in populum R. aut a Maſſaniſſa, aut ab ullo alio uincatur. petere, ut rex, ſo- H
ciuſque, & amicus ab ſenatu appellaretur. Reſponſum legatis eſt: & patrem eius Sypha-
cem ſine cauſſa ex ſocio & amico hoſtem repente populi R. factum: & eum ipſum rudi-
mentum adoleſcentiae, bello laceſſentem Romanos, poſuiſſe. itaque pacem illi prius pe-
tendam a populo R. eſſe, quam ut rex, ſociuſque, & amicus appelletur. nominis eius ho-
norem pro magnis erga ſe regum meritis dare populum R. conſueſse. legatos Romanos
in Africa fore: quibus mandaturum ſenatum, ut Verminae pacis dent leges: liberum ar-
bitrium eis populo R. permittente. ſi quid ad eas addi, demi, mutari ue uellet: rurſus ab
ſenatu ei poſtulandum fore. Legati cum ijs mandatis in Africam miſsi, C. Terentius Var-
ro, Sp. Lucretius, Cn. Octauius. quinqueremes ſingulis datae. Litterae deinde in ſenatu
recitatae ſunt Q. Minucij praetoris, cui Bruttij prouincia erat, pecuniã Locris ex Proſerpi-
nae theſauris nocte clam ſublatam: nec, ad quos pertineat facinus, ueſtigia ulla exſtare. In- I
digne paſsus ſenatus non ceſsari ab ſacrilegijs: & ne Pleminium quidem, tam clarum re-
cenſq. noxae ſimul ac poenae exemplum, homines deterrere. C. Aurelio conſuli negotiũ
datum, ut ad praetorem in Bruttios ſcriberet, ſenatui placere, quaeſtionem de expilatis the
ſauris eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius praetor triennio ante habuiſset. quae in
uenta pecunia eſset, reponi. ſi quo minus inuentum foret, expleri: ac piacularia, ſi uidere-
tur, ſicut ante pontifices cenſuiſsent, fieri cauſsa expiandae uiolationis eius templi. Prodi-
gia etiam ſub idem tempus pluribus locis nunciata acciderunt. In Lucanis caelum arſiſ-
ſe afferebant. Priuerni ſereno per diem totum rubrum ſolem fuiſse: Lanuuij templo So-
ſpitae Iunonis nocte ſtrepitum ingentem exortum. Iam animalium obſceni fetus pluri-
bus locis nunciabantur. In Sabinis incertus infans natus, maſculus, an femina eſset. al-
ter ſexdecim iam annorum item ambiguo ſexu inuentus. Fruſinone agnus cum ſuillo ca- K
pite, Sinueſsae porcus cum capite humano natus: in Lucanis in agro publico equuleus
cum quinque pedibus. Foeda omnia & deformia, errantiſque in alienos fetus naturae ui-
ſa. ante omnia abominati ſemimares: iuſsique in mare extemplo deportari: ſicut proxime
C. Claudio, M. Liuio conſulibus deportatus ſimilis prodigij fetus erat. nihilo minus de-
cemuiros adire libros de portento eo iuſserunt. decemuiri ex libris res diuinas eaſdem,
quae proxime ſecundum id prodigium factae eſsent, imperarunt. carmen praeterea ab ter
nouenis uirginibus cani per urbem iuſserunt: donumque Iunoni Reginae ferri. Ea uti fie-
rent, C. Aurelius conſul ex decemuirorum reſponſo curauit. carmen ſicut patrum memo-
ria Liuius, ita tum condidit P. Licinius Tegula. Expiatis omnibus religionibus, (nam
etiam

A etiam Locris ſacrilegium perueſtigatum a Q. Minucio erat, pecuniaque ex bonis noxio-
rum in theſauris repoſita) cum conſules in prouincias proficiſci uellent: priuati frequen-
tes, quibus ex pecunia, quam M. Valerio & M. Claudio conſulibus mutuam dederant,
tertia penſio debebatur eo anno, adierunt ſenatum: quia conſules, cum ad nouum bel-
lum, quod magna claſſe magniſque exercitibus gerendum eſſet, uix aerarium ſufficeret,
negauerant eſſe, unde ijs in praeſentia ſolueretur. Senatus querentes eos non ſuſtinuit, ſi
in Punicum bellum pecunia data, in Macedonicum quoque bellum uti reſpub. uellet, a-
lijs ex alijs orientibus bellis, quid aliud, quam publicam pro beneficio, tamquam ob no-
xam, ſuam pecuniam fore? Cum & priuati aequum poſtularent, nec tamen ſoluendo
aere alieno reſp. eſſet: quod medium inter aequum & utile erat, decreuerunt: ut, quoniam
magna pars eorum agros uulgo uenales eſſe diceret, & ſibimet emptis opus eſſe: agri pu-
B blici, qui intra quinquageſimum lapidem eſſet, copia ijs fieret. conſules agrum aeſtima-
turos, & in iugera aſſes uectigales, teſtandi cauſſa publicum agrum eſſe, impoſituros: ut ſi
quis, cum ſoluere poſſet populus, pecuniam habere, quam agrum, mallet, reſtitueret a-
grum populo. Laeti eam condicionem priuati accepere. Trientius, Tribunuſque is ager,
quia pro tertia parte pecuniae datus erat, appellatus. Tum P. Sulpicius, ſecundum uota in
Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus ab urbe, Brundiſium uenit: &,
ueteribus militibus uoluntarijs ex Africano exercitu in legiones deſcriptis, nauibuſque
ex claſſe conſulis Cornelij lectis, altera die, quam a Brundiſio ſoluit, in Macedoniam trā-
iecit. ibi ei praeſto fuere Athenienſium legati, orantes, ut ſe obſidione eximeret. Miſſus
extemplo Athenas eſt C. Claudius Centho cum XX longis nauibus, & militum copijs.
neque enim ipſe rex Athenas obſidebat. eo maxime tempore Abydum oppugnabat, iam
C cum Rhodijs & Attalo naualibus certaminibus, neutro feliciter proelio, uires expertus.
ſed animos ei faciebat, praeter ferociam inſitam, foedus ictum cum Antiocho, Syriae re-
ge: diuiſaeque iam cum eo Aegypti opes: cui, morte audita Ptolemaei regis, ambo immine-
bant. Contraxerant autem cum Philippo bellum Athenienſes haudquaquam digna cau-
ſa, dum ex uetere fortuna nihil praeter animos ſeruant. Acarnanes duo iuuenes, per ini-
tiorum dies, non initiati, templum Cereris, imprudentes religionis, cum cetera turba in-
greſſi ſunt. facile eos ſermo prodidit, abſurde quaedam percunctantes. deductique ad an-
tiſtites templi, cum palam eſſent per errorem ingreſſos, tamquam ob infandum ſcelus, in-
terfecti ſunt. Id tam foede atque hoſtiliter factum gens Acarnanum ad Philippum detu-
lit: impetrauitque ab eo, ut datis Macedonum auxilijs, bellum ſe inferre Athenienſibus
pateretur. Hic exercitus primo terram Atticam ferro ignique depopulatus, cum omnis
D generis praeda in Acarnaniam redijt. & irritatio animorum ea prima fuit. poſtea iuſtum
bellum decretis ciuitatis ultro indicendo factum. Attalus enim rex Rhodijque, ſecuti
cedentem in Macedoniam Philippum, cum Aeginam ueniſſent: rex Piraeeum renouan-
dae firmandaeque cum Athenienſibus ſocietatis cauſſa traiecit. Ciuitas omnis obuiam
effuſa cum coniugibus ac liberis, ſacerdotes cum inſignibus ſuis intrantem urbem, ac dij
prope ipſi exciti ſedibus ſuis exceperunt. In concionem extemplo populus uocatus: ut
rex, quae uellet, coram ageret. deinde ex dignitate magis uiſum, ſcribere eum, de quibus
uideretur, quam praeſentem aut referendis ſuis in ciuitatem beneficijs erubeſcere, aut ſi-
gnificationibus acclamationibuſque multitudinis, aſſentatione immodica pudorem one-
rantis. In litteris autem, quae miſſae in concionem, recitataeque ſunt, commemoratio
erat beneficiorum primum in ciuitatem ſociam: deinde rerum, quas aduerſus Philippum
E geſſiſſet: ad poſtremum adhortatio, capeſſendi bellum, dum ſe, dum Rhodios, tum qui-
dem dum etiam Romanos haberent. nequidquam poſtea, ſi tum ceſſaſſent, praetermiſſam
occaſionem quaeſituros. Rhodij deinde legati auditi ſunt, quorum recens erat benefi-
cium, quod naues longas quattuor Athenienſium captas nuper a Macedonibus, recupera-
taſque remiſerant. Itaque ingenti conſenſu bellum aduerſus Philippum decretum. Ho-
nores regi primum Attalo immodici, deinde & Rhodijs habiti. tum primum mentio illa-
ta de tribu, quam Attalida appellarent, ad decem ueteres tribus addenda. & Rhodio-
rum populus corona aurea uirtutis ergo donatus, ciuitaſque Rhodijs data: quemadmo-
dum Rhodij prius Athenienſibus dederant. Secundum haec rex Attalus Aeginam ad
claſſem ſe recepit. Rhodij Ciam ab Aegina, inde per inſulas Rhodum nauigarunt: o-
mnibus

nibus,praeter Andrum,Parumque,& Cythnum,quae praeſidiis Macedonum tenebantur, F
in ſocietatem acceptis. Attalum Aeginae miſſi in Aetoliam nūcii, exſpectatique inde lega-
ti aliquandiu nihil agentem tenuere. & neque illos excire ad arma potuit, gaudentes ut-
cumque compoſita cum Philippo pace:& ipſe,Rhodijque,cū, ſi inſtitiſſent Philippo egre-
gium liberatae per ſe Graeciae titulum habere potuiſſent: patiendo rurſus eum in Helle-
ſpontum tranſiicere,occupantemq. Graeciae opportuna loca,uires colligere,bellū alere:
gloriamque eius geſti perfectique Romanis cōceſſerunt. Philippus magis regio animo eſt
uſus: qui cum Attalum Rhodioſq. hoſtes non ſuſtinuiſſet: ne Romano quidem,quod im-
minebat, bello territus, Philocle quodam ex praefectis ſuis cum duobus millibus pedi-
tum,equitibus ducentis ad populandos Athenienſium agros miſſo,claſſe tradita Heracli-
di,ut Maroneam peteret,ipſe terra eodem cum expeditis duobus millibus peditum,equi-
tibus ducentis pergit.& Maroneam quidem primo impetu expugnauit. Aenum inde cum G
magno labore, poſtremo per proditionē Ganymedis praefecti Ptolemaei cepit. deinceps
alia caſtella,Cypſela, & Doriſcon, & Serrheum occupat. inde progreſſus ad Cherſone-
ſum,Elaeunta,& Alopeconneſum,tradentibus ipſis,recipit. Callipolis quoque, & Ma-
dytos dedita, & caſtella quaedam ignobilia. Abydeni, ne legatis quidem admiſſis,regi
portas clauſerunt. ea oppugnatio diu Philippum tenuit.eripiq. ex obſidione, ni ceſſatum
ab Attalo & Rhodijs foret, potuerunt. Attalus trecentos tantum milites in praeſidium,
Rhodij quadriremem unam ex claſſe, cum ad Tenedum ſtaret, miſerunt. eodem poſtea,
cum iam uix ſuſtinerent obſidionem,& ipſe Attalus cum tranſieciſſet:ſpem tantum auxilij
ex propinquo oſtendit,neque terra, neque mari adiutis ſocijs. Abydeni primo tormen-
tis per muros diſpoſitis,non terra modo adeuntes aditu arcebant: ſed nauium quoque ſta-
tionem infeſtam hoſti faciebant. poſtea cum, & muri pars ſtrata ruinis, & ad interiorem H
raptim oppoſitum murum cuniculis iam peruentum eſſet: legatos ad regem de condicio-
nibus tradendae urbis miſerunt. Paciſcebantur autem, ut Rhodiam quadriremem cum
ſocijs naualibus,Attalique praeſidium emitti liceret:atque ipſis urbe excedere cum ſingu-
lis ueſtimentis.quibus cum Philippus nihil pacati,niſi omnia permittentibus, reſpondiſ-
ſet: adeo renunciata haec legatio ab indignatione ſimul ac deſperatione irām accendit, ut
ad Saguntinam rabiem uerſi, matronas omnes in templo Dianae, pueros ingenuos uirgi-
neſque, infantes etiam cum ſuis nutricibus in gymnaſium includi iuberent: aurum & ar-
gentum in forum deferri: ueſtem pretioſam in naues Rhodiam Cyzicenamque, quae in
portu erant,conijci: ſacerdotes, uictimaſque adduci: & altaria in medio poni. ibi delecti
primum, qui,ubi caeſam aciem ſuorum pro diruto muro pugnantem uidiſſent, extemplo
coniuges liberoſque interficerent:aurum argentum, ueſtemque,quae in nauibus eſſet, in I
mare deijcerent: tectis publicis priuatiſque,quam plurimis locis poſſent, ignes ſubijcerēt:
& ſe facinus perpetraturos, praeeuntibus exſecrabile carmen ſacerdotibus, iureiurando
adacti: tum militaris aetas iurare, neminem uiuum, uiſi uictorem, acie exceſſurum. Hi
memores deorum adeo pertinaciter pugnauerunt, ut, cum nox proelium diremptura eſ-
ſet, rex prior territus rabie eorum, pugna abſtiterit. Principes, quibus atrocior pars
facinoris delegata erat: cum paucos, & confectos uulneribus ac laſſitudine, ſupereſſe
proelio cernerent: luce prima ſacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mit-
tunt. Ante deditionem, ex III legatis Romanis qui Alexandriam miſſi erant, M.Aemi-
lius, duorum conſenſu, minimus natu, audita obſidione Abydenorum, ad Philippum
uenit. qui queſtus Attalo Rhodijſque arma illata, & quod tum maxime Abydum oppu-
gnaret, cum rex ab Attalo & Rhodiis ultro ſe bello laceſſitum diceret, Num Abydeni K
quoque, inquit, ultro tibi intulerunt arma? Inſueto uera audire, ferocior oratio uiſa
eſt, quam quae habenda apud regem eſſet. Aetas, inquit, & forma, & ſuper omnia Ro-
manum nomen te ferociorem facit. ego autem primum uelim uos foederum memores
ſeruare mecum pacem. ſi bello laceſſeritis, mihi quoque in animo eſt facere, ut regnum
Macedonum nomenque, haud minus, quam Romanum, nobile bello ſentiatis. Ita di-
miſſo legato, Philippus, auro argentoque, quae coaceruata erant, accepto, hominum
praedam omnem amiſit. tanta enim rabies multitudinem inuaſit,ut repente proditos ra-
ti, qui pugnantes morte occubuiſſent: periuriumque aliis alii exprobrantes, & ſacerdo-
tibus maxime, qui,quos ad mortem deuouiſſent, eorum deditionem uiuorum hoſti fe-
ciſſent:

A ciſſent: repente omnes ad caedem coniugum liberorumque diſcurrerent: ſeque ipſi per omnes uias laeti interficerent. Obſtupefactus eo furore rex ſuppreſſit impetum militum: & triduum ſe ad moriendum Abydenis dare dixit: quo ſpatio plura facinora in ſe uicti ediderunt, quam infeſti edidiſſent uictores. nec, niſi quem uincula, aut alia neceſsitas mori prohibuit, quiſquam uiuus in poteſtatem uenit. Philippus, impoſito Abydi praeſidio, in regnum redijt. Cum uelut Sagunti excidium Hannibali, ſic Philippo Abydenorum clades ad Romanum bellum animos feciſſet: nuncij occurrerunt, conſulem iam in Epiro eſſe: & Apolloniam terreſtres copias, nauales Corcyram in hiberna deduxiſſe. Inter haec legatis, qui in Africam miſsi erant de Hamilcare Gallici exercitus duce, reſponſum a Carthaginienſibus eſt, nihil ultra ſe facere poſſe, quam ut exſilio eum multarent, bonaque eius publicarent. perfugas & fugitiuos, quos inquirendo ueſtigare potuerint, reddidiſſe. & de

B ea re miſſuros legatos Romam, qui ſenatui ſatisfacerent. Ducenta millia modium tritici Romam, ducenta ad exercitum in Macedoniam miſerunt. Inde in Numidiam ad reges profecti legati. dona data Maſſaniſſae: mandataq. edita. Equites ∞ Numidae, cum ∞ ∞ daret, accepti. ipſe in naues imponendos curauit: & cum ducentis millibus modium tritici, ducentis hordei in Macedoniam miſit. Tertia legatio ad Verminam erat. Is ad primos fines regni legatis obuiam progreſſus, ut ſcriberent ipſi quas uellent pacis condiciones, permiſit. omnem pacem bonam iuſtamque fore ſibi cum populo R. datae leges pacis, iuſſuſque ad eam confirmandam mittere legatos Romam. Per id tempus L. Cornelius Lentulus proconſul ex Hiſpania redijt, qui cum in ſenatu res ab ſe per multos annos fortiter feliciterq. geſtas expoſuiſſet, poſtulaſſetque, ut triumphanti ſibi inuehi liceret in urbem: res triumpho dignas eſſe cenſebat ſenatus: ſed exemplum a maioribus non acce-

C piſſe, ut qui neque dictator, neque conſul, neque praetor res geſſiſſet, triumpharet. proconſulẽ illum Hiſpaniam prouinciam, non conſulem, aut praetorem obtinuiſſe. decurrebatur tamen eo, ut ouans urbem iniret: intercedente Ti. Sempronio Longo tribuno pl. qui nihilo magis id more maiorum, aut ullo exemplo futurum diceret, poſtremo uictus conſenſu patrum tribunus ceſſit: & ex S.C.L. Lentulus ouans urbem eſt ingreſſus. Argenti tulit ex praeda quadraginta quattuor millia pondo: auri duo millia quadringenta L. militibus ex praeda centum XX aſſes diuiſit. Iam exercitus conſularis ab Arretio Ariminum traductus erat: & quinque millia ſocium Latini nominis ex Gallia in Etruriam tranſierant. itaque L. Furius magnis itineribus ab Arimino aduerſus Gallos, Cremonam tum obſidentes, profectus, caſtra mille quingentorum paſſuum interuallo ab hoſte poſuit. Occaſio egregie rei gerendae fuit, ſi protinus de uia ad caſtra oppugnanda duxiſſet. palati paſſim

D uagabantur per agros, nullo ſatis firmo relicto praeſidio. laſsitudini militum timuit: quod raptim ductum agmen erat. Galli clamore ſuorum ex agris reuocati, omiſſa praeda, quae in manibus erat, caſtra repetiuere. & poſtero die in aciem progreſsi. nec Romanus moram pugnandi fecit. ſed uix ſpatium inſtruendi fuit: eo curſu hoſtes in proelium uenerunt. Dextera ala (in alas diuiſum ſocialem exercitum habebat) in prima acie locata eſt: in ſubſidijs duae Romanae legiones. M. Furius dextrae alae, legionibus M. Caecilius, equitibus L. Valerius Flaccus (legati omnes erant) praepoſiti. Praetor ſecum duos legatos, Cn. Laetorium, & P. Titinium habebat: cum quibus circumſpicere, & obire ad omnes hoſtium ſubitos conatus poſſet. Primo Galli omni multitudine in unum locum connixi, obruere atque obterere ſeſe dextram alam, quae prima erat, ſperarunt poſſe. ubi id parum procedebat: circumuenire a cornibus & amplecti hoſtium aciem, quod multitudini aduerſus pau-

E cos facile uidebatur, conati ſunt. Id ubi uidit praetor: ut & ipſe dilataret aciem, duas legiones ex ſubſidijs, dextra laeuaque, alae quae in prima acie pugnabat, circumdat: aedeſq. duas Ioui uouit, ſi eo die hoſtes fudiſſet. L. Valerio imperat, ut altera parte duarum legionum equites, altera ſociorum equitatum in cornua hoſtium emittat, nec circumuenire eos aciem patiatur. ſimul & ipſe, ut extenuatam mediam diductis cornibus aciem Gallorum uidit, ſigna inferre confertos milites, & perrumpere ordines iubet. & cornua ab equitibus, & medij a pedite pulſi. ac repente, cum omni parte caede ingenti ſternerentur: Galli terga uertunt, fugaq. effuſa repetunt caſtra. fugientes perſecutus eques: mox & legiones inſecutae in caſtra impetum fecerunt. Minus ſex millia hominum inde effugerunt. caeſa & capta ſupra quinque & XX millia cum ſignis militaribus LXX, carpentis Gal-

licis

licis multa praeda oneratis plus ducentis. Hamilcar dux Poenus eo proelio cecidit: & tres imperatores nobiles Gallorum. Placentini captiui ad duo millia liberorum capitum redditi colonis. Magna uictoria laetaq. Romae fuit litteris allatis: ſupplicatio in triduum decreta eſt. Romanorum, ſociorumque ad duo millia eo proelio ceciderunt: plurimi dexterae alae, in quam primo impetu uis ingens hoſtium illata eſt. Quamquam a praetore prope debellatum erat: conſul quoque C. Aurelius, perfectis quae Romae agenda fuerant, profectus in Galliam, uictorem exercitum a praetore accepit. Conſul alter, cum autumno ferme exacto in prouinciam ueniſſet, circa Apolloniam hibernabat. ab claſſe quae Corcyrae ſubducta erat, C. Claudius, triremeſq. Romanae (ſicut ante dictum eſt) Athenas miſſae cum Piraeeum perueniſſent: deſpondentibus iam animos ſocijs ſpem ingentem attulerant. nam & terreſtres ab Corintho, quae per Megaram incurſiones in agros fieri ſolitae erant, non fiebant: & praedonum a Chalcide naues, quae non mare ſolum infeſtum, ſed etiam omnes maritimos agros Athenienſibus fecerant: non modo Sunium ſuperare, ſed nec extra fretum Euripi committere aperto mari ſe audebant. Superuenerunt his tres Rhodiae quadriremes: & erant Atticae tres apertae naues ad tuendos maritimos agros cõparatae. Hac claſſe ſi urbs agrique Athenienſium defenderentur, ſatis in praeſentia exiſtimanti Claudio eſſe, maioris etiam rei fortuna oblata eſt. Exſules ab Chalcide regiorum iniurijs pulſi attulerunt, occupari Chalcidem ſine certamine ullo poſſe. nam & Macedonas, quia nullus in propinquo ſit hoſtium metus, uagari paſſim: & opidanos, praeſidio Macedonum fretos, cuſtodiam urbis negligere. His auctoribus profectus, quamquam Sunium ita mature peruenerat, ut inde prouehi ad primas anguſtias Euboeae poſſet, ne ſuperato promontorio conſpiceretur, claſſem in ſtatione uſque ad noctem tenuit, primis tenebris mouit: & tranquillo prouectus Chalcidem, paullo ante lucem, qua infrequentiſsima urbis ſunt, paucis militibus turrim proximam, murumque circa ſcalis cepit: alibi ſopitis cuſtodibus, alibi nullo cuſtodiente. progreſsi inde ad frequentia aedificijs loca, cuſtodibus interfectis, refractaque porta, ceteram multitudinem armatorum acceperunt. inde in totam urbem diſcurſum eſt; aucto etiam tumultu, quod circa forum ignis tectis iniectus erat. conflagrarunt & horrea regia, & armamentarium cum ingenti apparatu machinarum tormentorumque. caedes inde paſsim fugientium pariter ac repugnãtium fieri coepta eſt. nec ullo iam, qui militaris aetatis eſſet, nõ aut caeſo aut fugato, Sopatro et Acarnane praefecto praeſidij interfecto, praeda omnis primo in forũ collata, deinde in naues impoſita. carcer etiã ab Rhodijs refractus, emiſsiq. captiui, quos Philippus tamquam in tutiſſimam cuſtodiam condiderat. ſtatuis inde regis deiectis truncatiſque, ſigno receptui dato, conſcenderunt naues: & Piraeeum, unde profecti erant, redierunt. Quod ſi tantum militum Romanorum fuiſſet, ut & Chalcis teneri, & non deſeri praeſidium Athenarum potuiſſet: magna res principio ſtatim belli, Chalcis & Euripus adempta regi forent. nam ut terra Thermopylarum anguſtiae Graeciam, ita mari fretum Euripi claudit. Demetriade tum Philippus erat. quo cum eſſet nunciata clades ſociae urbis: quamquam ſerum auxilium perditis erat; tamen, quae proxima auxilio eſt, ultionem petens, cum expeditis quinque millibus peditum, & CCC. equitibus extemplo profectus, curſu prope Chalcidem contendit, haudquaquam dubius opprimi Romanos poſſe. a qua deſtitutus ſpe; nec quidquam aliud, quam ad deforme ſpectaculum ſemirutae ac fumantis ſociae urbis, cum ueniſſet: paucis uix, qui ſepelirent bello abſumptos, relictis, aeque raptim ac uenerat, tranſgreſſus ponte Euripum per Boeotiam Athenas ducit, pari incepto haud diſparem euentum ratus reſponſurum. & reſpondiſſet, ni ſpeculator (hemerodromos uocant Graeci, ingens die uno curſu emetientes ſpatium) contemplatus regium agmen e ſpecula quadam, praegreſſus nocte media Athenas perueniſſet. idem ibi ſomnus eademque negligentia erat, quae Chalcidem dies ante paucos prodiderat. Excitati nuncio trepido & praetor Athenienſium, & Dioxippus praefectus cohortis mercede militantium auxiliorum, conuocatis in forum militibus, tuba ſignum ex arce dari iubent, ut, hoſtes adeſſe, omnes ſcirent. ita undique ad portas, ad muros diſcurrunt. Paucas poſt horas Philippus, aliquanto tamen ante lucem appropinquans urbi, conſpectis luminibus crebris, & fremitu hominum trepidantium (ut in tali tumultu) exaudito, ſuſtinuit ſigna: & conſidere ac conquieſcere agmen iuſſit, ui aperta propalam uſurus, quando parum dolus profuerat. ad

Dipylon

A Dipylon acceſſit. Porta ea uelut in ore urbis poſita, maior aliquanto patentiorque, quam ceterae, eſt: & intra eam extraque latae ſunt uiae, ut & opidani dirigere aciē a foro ad portam poſſent: & extra limes mille ferme paſſus in Academiae gymnaſium ferens, pediti equitiq. hoſtium liberum ſpatium praeberet. Eo limite Athenienſes cum Attali praeſidio, & cohorte Dioxippi, acie, intra portam inſtructa, ſigna extulerunt. Quod ubi Philippus uidit, habere ſe hoſtes in poteſtate ratus, & diu optata caede (neque enim ulli Graecarū ciuitatum infeſtior erat) expleturum, cohortatus milites, ut ſe intuentes pugnarent; ſcirentq. ibi ſigna, ibi aciem eſſe debere, ubi rex eſſet: concitat in hoſtes equum, non ira tantum, ſed etiam gloria elatus, quod ingenti turba completis etiam ad ſpectaculum muris, conſpici ſe pugnantem, egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum equitibus paucis euectus in medios hoſtes, ingentem cum ſuis ardorem, tum pauorem hoſtibus iniecit. plurimos

B manu ſua comminus eminuſque uulneratos, compulſoſque in portam conſecutus & ipſe, cum maiorem in anguſtijs trepidantium edidiſſet caedem, in temerario incepto tutum tamen receptum habuit, quia qui in turribus portae erant, ſuſtinebant tela, ne in permiſtos hoſtibus ſuos conijcerent. intra muros deinde tenentibus milites Athenienſibus, Philippus, ſigno receptui dato, caſtra ad Cynoſarges (templum Herculis, gymnaſiumq. & lucus erat circumiectus) poſuit. ſed & Cynoſarges, & Lyceum, & quidquid ſancti amoeniue circa urbem erat, incenſum eſt: dirutaque non tecta ſolum, ſed etiam ſepulcra: nec diuini humaniue iuris quidquam prae impotenti ira eſt ſeruatum. Poſtero die cum primo clauſae fuiſſent portae, deinde ſubito apertae: quia praeſidium Attali ab Aegina, Romaniq. ab Piraeeo intrauerant urbem: caſtra ab urbe retulit rex tria ferme millia paſſuum. inde Eleuſinem profectus, ſpe improuiſo templi caſtellique, quod & imminet, & circumdatum eſt

C templo, capiendi, cum haudquaquam neglectas cuſtodias animaduertiſſet, & claſſem a Piraeeo ſubſidio uenire: omiſſo incepto, Megaram, ac protinus Corinthum ducit. & cum Argis Achaeorum concilium eſſe audiſſet: inopinantibus Achaeis, concioni ipſi ſuperuenit. Conſultabant de bello aduerſus Nabin, tyrannum Lacedaemoniorum: qui tranſlato imperio ad Philopoemene ad Cycliadem, nequaquam parem illi ducem, dilapſa cernens Achaeorum auxilia, redintegrauerat bellum: agroſque finitimorum uaſtabat: & iam urbibus quoque erat terribilis. Aduerſus hunc hoſtem cum, quantum ex quaque ciuitatum militum conſcriberetur, conſultarent: Philippus dempturum ſe eis curam, quod ad Nabin & Lacedaemonios attineret, pollicitus: nec tantum agros ſociorum populationibus prohibiturum, ſed terrorem omnem belli in ipſam Laconicam, ducto eo extemplo exercitu, tranſlaturum. haec oratio cum ingenti hominum aſſenſu acciperetur: ita tamen aequū

D eſt, inquit, me ueſtra meis armis tutari, ne mea interim nudentur praeſidijs. itaque ſi uobis uidetur, tantum parate militum, quantum ad Oreum, & Chalcidem, & Corinthum tuendam ſatis ſint: ut, meis ab tergo tutis, ſecurus bellum Nabidi inferā & Lacedaemonijs. Nō fefellit Achaeos, quo ſpectaſſet tam benigna pollicitatio, auxiliumque oblatum aduerſus Lacedaemonios. id quaeri, ut obſidem Achaeorum iuuentutem educeret ex Peloponneſo ad illigandam Romano bello gentem. & id quidem coarguere Cycliades, praetor Achaeorum, nihil attinere ratus, id modo cum dixiſſet, non licere legibus Achaeorum de alijs rebus referre, quam propter quas conuocati eſſent: decreto de exercitu parando aduerſus Nabin facto, concilium fortiter ac libere habitum dimiſit, inter aſſentatores regios ante eam diem habitus. Philippus magna ſpe depulſus, uoluntarijs paucis militibus conſcriptis, Corinthum, atque in Atticam terram redijt. Per eos ipſos dies, quibus Philippus in

E Achaia fuit, Philocles, praefectus regius, ex Euboea profectus cum duobus millibus Thracum Macedonumq. ad depopulandos Athenienſium fines, e regione Eleuſinis ſaltum Cythaeronis tranſſcendit. inde dimidia parte militum ad praedandum paſſim per agros dimiſſa, cum parte ipſe occultus loco ad inſidias opportuno conſedit: ut ſi ex caſtello ab Eleuſine in praedantes ſuos impetus fieret, repente hoſtes effuſos ex improuiſo adoriretur. Non fefellere inſidiae. itaque reuocatis, qui diſcurrerant ad praedandum, militibus, inſtructiſque, ad oppugnandum caſtellum Eleuſinem profectus, cum multis inde uulneribus receſsit: Philippoq. ſe uenienti ex Achaia coniunxit. Tentata & ab ipſo rege oppugnatio eius caſtelli eſt. ſed naues Romanae a Piraeeo uenientes, intromiſſumq. praeſidium abſiſtere incepto coegerunt. Diuiſo deinde exercitu rex cum parte Philoclem Athenas

mittit,

mittit,cum parte ipſe Piraeeum pergit: ut,dum Philocles ſubeundo muros,& comminan- F
da oppugnatione contineret urbe Athenienſes: ipſi Piraeeum leui cum praeſidio relictum
expugnandi facultas eſſet.Ceterum nihilo ei Piraeei,quam Eleuſinis, facilior, iiſdem fere
defendentibus, oppugnatio fuit. A Piraeeo Athenas repente duxit.inde eruptione ſubi-
ta peditum equitumque inter anguſtias ſemiruti muri, qui brachijs duobus Piraeeũ Athe-
nis iungit,repulſus, omiſſa oppugnatione urbis, diuiſo cum Philocle rurſus exercitu, ad
uaſtandos agros profectus, cum priorem populationem ſepulcris circa urbem diruendis
exercuiſſet: ne quid inuiolatum relinqueret, templa deum, quae pagatim ſacrata habe-
bant,dirui atque incendi iuſſit. Exornata eo genere operum eximie terra Attica, & copia
domeſtici marmoris,& ingenijs artificum,praebuit huic furori materiam. neque enim di-
ruere modo ipſa templa, ac ſimulacra euertere ſatis habuit: ſed lapides quoque, ne inte-
gri cumularent ruinas, frangi iuſſit.& poſteaquam non tam ira ſatiata,quam irae exercen- G
dae materia haec deerat: agro hoſtium in Boeotiam exceſſit,nec aliud quidquam dignum
memoria in Graecia egit. Conſul Sulpicius eo tẽpore inter Apolloniam ac Dyrrhachium
ad Apſum flumen habebat caſtra: quo acceſitum L. Apuſtium legatum cum parte copia-
rum ad depopulandos hoſtium fines mittit. Apuſtius extrema Macedoniae populatus,
Corrhago,& Gerrhunio,& Orgeſſo caſtellis primo impetu captis, ad Antipatriam in fau-
cibus anguſtis ſitam urbem uenit. ac primo euocatos principes ad colloquium, ut fidei
Romanorum ſe committerent, perlicere eſt conatus: deinde ubi magnitudine ac moeni-
bus,ſituq. urbis freti,dicta aſpernabantur, ui atque armis adortus expugnauit: puberibuſ-
que interfectis,praeda omni militibus conceſſa, diruit muros,atque urbem incendit. Hic
metus Codrionem, ſatis ualidum & munitum opidum, ſine certamine ut dederetur Ro-
manis,effecit. praeſidio ibi relicto,Ilion (nomen propter alteram in Aſia urbem, quam o- H
pidum,notius)ui capitur. Reuertentem legatum ad conſulem cum ſatis magna praeda,
Athenagoras quidam,regius praefectus, in tranſitu fluminis a nouiſſimo agmine adortus,
poſtremo turbauit. ad quorum clamorem & trepidationem cum reuectus equo propere
legatus ſigna conuertiſſet,coniectiſq. in medium ſarcinis aciem direxiſſet, non tulere im-
petum Romanorum militum regij. multi ex ijs occiſi: plures capti. Legatus incolumi
exercitu reducto ad conſulem,remittitur inde extemplo ad claſſem. Hac ſatis felici ex-
peditione bello commiſſo, reguli ac principes accolae Macedonum in caſtra Romana ue-
niunt, Pleuratus Scerdileti filius, & Aminander Athamanum rex, & ex Dardanis Bato,
Longari filius. Bellum ſuo nomine Longarus cum Demetrio Philippi patre geſſerat. Pol-
licentibus auxilia reſpondit conſul,Dardanorum & Pleurati opera, cum exercitum in Ma-
cedoniam induceret,ſe uſurum. Aminandro Aetolos cõcitandos ad bellum attribuit. At- I
tali legatis(nam ij quoque per id tempus uenerant)mandat, ut Aeginae rex, ubi hiberna-
bat,claſſem Romanam opperiretur. qua adiuncta, bello maritimo, ſicut ante, Philippum
urgeret. Ad Rhodios quoque miſſi legati, ut capeſſerent partem belli. Nec Philippus ſe-
gnius (iam enim in Macedoniam peruenerat) apparabat bellum. filium Perſea, puerum
admodum, datis ex amicorum numero qui aetatem eius regerent, cum parte copiarum
ad obſidendas anguſtias quae ad Pelagoniam ſunt,mittit.Sciathum, & Peparethum, haud
ignobiles urbes,ne claſſi hoſtium praedae ac praemio eſſent,diruit. Ad Aetolos mittit le-
gatos, ne gens inquieta aduentu Romanorum fidem mutaret. Concilium Aetolorum
ſtatuta die, quod Panaetolium uocant, futurum erat. huic ut occurrerent, & legati regis
iter accelerarunt, & ab conſule miſſus L. Furius Purpureo legatus uenit. Athenienſium
quoque legati ad id concilium occurrerunt. Primi Macedones, cum quibus recentiſſi-
mum foedus erat,auditi ſunt.qui,nulla noua re,nihil ſe noui habere,quod afferrent, dixe- K
runt. quibus enim de cauſsis,experta inutili ſocietate Romana, pacem cum Philippo feciſ
ſent,compoſitam ſemel,ſeruare eos debere, An imitari,inquit unus ex legatis, Romano-
rum licentiam an leuitatem dicam, mauultis? qui cum legatis ueſtris Romae reſponderi
ita iuſsiſſent: Quid ad nos uenitis Aetoli,ſine quorum auctoritate pacem cum Philippo fe
ciſtis?iidem nunc,ut bellum ſecum aduerſus Philippum geratis, poſtulant, & antea pro-
pter uos & pro uobis arma ſumpta aduerſus eum ſimulabant: nunc uos in pace eſſe cum
Philippo prohibent. Meſſanae ut auxilio eſſent,primo in Siciliam conſcenderunt: iterum,
ut Syracuſas oppreſſas ab Carthaginienſibus in libertatem eximerent. Et Meſſanam & Sy
racuſas,

A racuſas, & totam Siciliam ipſi habent: uectigalemq. prouinciam ſecuribus & faſcibus ſub-
iecerunt. Scilicet ſicut uos Naupacti legibus ueſtris per magiſtratus a uobis creatos conci-
lium habetis, ſocium hoſtemq. libere, quem uelitis, lecturi, pacem ac bellum arbitrio habi-
turi ueſtro: ſic Siculorum ciuitatibus Syracuſas, aut Meſſanam, aut Lilybaeũ indicitur con-
cilium. praetor Romanus conuentus agit. eo imperio euocati conueniunt. excelſo in ſugge-
ſtu ſuperba iura reddentem, ſtipatum lictoribus uident: uirgae tergo, ſecures ceruicibus im-
minent, & quotannis alium atque alium dominum ſortiuntur. Nec id mirari debent, aut
poſſunt: cum Italiae urbes, Rhegium, Tarentum, Capuam, ne finitimas nominem, quarũ
ruinis creuit urbs Roma, eiuſdem ſubiectas uideant imperio. Capua quidem, ſepulcrum
ac monumentum Campani populi, elato & extorri eiecto ipſo populo, ſupereſt urbs trun-
ca, ſine ſenatu, ſine plebe, ſine magiſtratibus, prodigium, relicta crudelius habitanda, quam
B ſi deleta foret. Furor eſt, ſi alienigenae homines plus lingua & moribus & legibus, quam
maris terrarumque ſpatio diſcreti, haec tenuerint, ſperare quidquam eodem ſtatu manſu-
rum. Philippi regnum officere aliquid uidetur libertati ueſtrae: qui cum merito ueſtro uo-
bis infeſtus eſſet: & nihil a uobis ultra, quam pacem, petijt, fidemq. hodie pacis pactae de-
ſiderat. Aſſuefacite ijs terris legiones externas, & iugum accipite: ſero ac nequidquam,
cum dominum Romanum habebitis, ſocium Philippum quaeretis. Aetolos, Acarnanas,
Macedonas, eiuſdem linguae homines, leues ad tempus ortae cauſſae disiungũt, coniungũt-
que: cum alienigenis, cum barbaris aeternum omnibus Graecis bellũ eſt, eritque. natura
enim, quae perpetua eſt, non mutabilibus in diem cauſſis, hoſtes ſunt. Sed unde coepit ora-
tio mea, ibi deſinet. Hoc eodem loco ijdem homines de eiuſdem Philippi pace triennio
ante decreuiſtis, iiſdem improbantibus eam pacem Romanis, qui nunc pactam & compo-
C ſitam turbare uolunt. in qua conſultatione nihil fortuna mutauit, cur uos mutetis, non ui-
deo. Secundum Macedonas, ipſis Romanis ita concedentibus iubentibuſque, Athenien-
ſes, qui, foeda paſſi, iuſtius in crudelitatem ſaeuitiamque regis inuehi poterant, introducti
ſunt. Deplorauerunt uaſtationem populationemq. miſerabilem agrorũ. Neque id ſe que-
ri, quod hoſtilia ab hoſte paſſi forent. eſſe enim quaedam belli iura, quae ut facere, ita pati
fas. ſata exuri, dirui tecta, praedas hominum pecorumq. agi, miſera magis, quam indigna
patienti eſſe. uerum, enimuero id ſe queri, quod is qui Romanos alienigenas & barbaros
uocet, adeo omnia ſimul diuina humanaque iura polluerit: ut priore populatione cũ infer-
nis dijs, ſecunda cum ſuperis bellum nefarium geſſerit. omnia ſepulcra monumentaq. diru-
ta eſſe in finibus ſuis, omniũ nudatos manes, nullius oſſa terra tegi, delubra ſibi fuiſſe, quae
quondã pagatim habitantes in paruis illis caſtellis uiciſq. conſecrata, ne in unam urbem
D quidem contributi maiores ſui deſerta reliquerint. circa ea omnia templa Philippum infe-
ſtos circumtuliſſe ignes: ſemiuſta & truncata ſimulacra deum inter proſtratos iacere po-
ſtes templorum. Qualem terram Atticam fecerit, exornatam quondam, opulentamque:
talem eum, ſi liceat, Aetoliam Graeciamque omnem facturum. Vrbis quoque ſuae ſimi-
lem deformitatem futuram fuiſſe, niſi Romani ſubueniſſent. eodem enim ſcelere urbẽ co-
lentem hos deos, praeſidemque arcis Mineruam petitam: eodem Eleuſinae Cereris tem-
plum, eodem Piraeei Iouem Mineruamq. ſed ab eorum non templis modo, ſed etiam moe-
nibus ui atque armis repulſum, in ea delubra, quae ſola religione tuta fuerint, ſaeuiſſe. ita-
que ſe orare atq. obſecrare Aetolos, ut miſerti Athenienſium, ducibus dijs immortalibus,
deinde Romanis, qui ſecundum deos plurimũ poſſint, bellum ſuſciperet. Tum Romanus le-
gatus, Totam orationis meae formam Macedones primum, deinde Athenienſes mutarũt.
E nam & Macedones, cum, ad conquerendas Philippi iniurias in tot ſocias nobis urbes, ue-
niſſem, ultro accuſando Romanos, defenſionem ut accuſatione potiorem haberem, effe-
cerunt: & Athenienſes in deos ſuperos inferoſque nefanda atq. inhumana ſcelera eius re-
ferendo, quid mihi aut cuiquam reliquerunt, quod obijcere ultra poſſim? Eadem Cianos,
Abydenos, Aeneos, Maronitas, Thaſios, Parios, Samios, Lariſſẽſes, Meſſenios, hinc ex A-
chaia exiſtimate queri: grauiora etiam acerbioraq. eos, quibus nocendi maiorem faculta-
tem habuit. Nam quod ad ea attinet, quae nobis obiecit: niſi gloria digna ſunt, fateor ea de-
fendi non poſſe. Rhegium, & Capuam, & Syracuſas nobis obiecit. Rhegium Pyrrhi bel-
lo legio a nobis, Rheginis ipſis, ut mitteremus, orantibus, in praeſidium miſſa, urbem,
ad quam defendendam miſſa erat, per ſcelus poſſedit. comprobauimus ergo id facinus?

An non bello perſecuti ſceleratam legionem, in poteſtatem noſtram redactam, tergo & cer- F
uicibus poenas ſocijs pendere cum coegiſſemus, urbem, agros, ſuaque omnia cum liberta-
te, legibuſque Rheginis reddidimus? Syracuſanis oppreſſis ab externis tyrannis, quo in-
dignius eſſet, cum tuliſſemus opem, & fatigati prope per triennium terra mariq. urbe mu-
nitiſſima oppugnanda eſſemus: cum iam ipſi Syracuſani ſeruire tyrannis, quam capi a no-
bis, mallent: captam iiſdem armis & liberatam urbem reddidimus. neque infitias imus, Si-
ciliam prouinciam noſtram eſſe, & ciuitates, quae in parte Carthaginienſium fuerunt, &
uno animo cum illis aduerſus nos bellum geſſerunt, ſtipendiarias nobis ac uectigales eſſe.
quin contra, hoc & uos, & omnes gentes ſcire uolumus, pro merito cuique erga nos fortu
nam eſſe. An Campanorum poenae, de qua neque ipſi quidem queri poſſunt, nos paeni-
teat? Hi homines, cum pro iis bellum aduerſus Samnites per annos prope ſeptuaginta cũ
magnis noſtris cladibus geſſiſſemus: ipſos foedere primum, deinde connubio, atque inde G
cognationibus, poſtremo ciuitate nobis coniunxiſſemus: tempore noſtro aduerſo primi
omnium Italiae populorum, praeſidio noſtro foede interfecto, ad Hãnibalem defecerunt:
deinde indignati, ſe obſideri a nobis, Hannibalem ad oppugnandam Romam miſerunt. Ho
rum ſi neque urbs ipſa, neque homo quiſquam ſupereſſet, quis durius, quam pro merito ip
ſorum, ſtatutum indignari poſſet? Plures ſibimet ipſi conſcientia ſcelerum mortem conſci-
uerunt, quam a nobis ſupplicio affecti ſint. ceteris ita opidum, ita agros ademimus, ut
agrum locumque ad habitandum daremus: urbem innoxiam ſtare incolumem pateremur:
ut qui hodie uideat eam, nullum oppugnatae captae ue ibi ueſtigium inueniat. Sed quid
ego Capuam dico, cum Carthagini uictae pacem ac libertatem dederimus? magis illud eſt
periculum, ne nimis facile uictis ignoſcendo, plures ob idipſum ad experiendam aduerſus
nos fortunam belli incitemus. Haec pro nobis dicta ſunt, haec aduerſus Philippum, cu- H
ius domeſtica parricidia, & cognatorum amicorumque caedes, & libidinem inhumanio-
rem prope, quam crudelitatem, uos, quo propiores Macedoniae eſtis, melius noſtis.
Quod ad uos attinet Aetoli, nos pro uobis bellum ſuſcepimus aduerſus Philippum:
uos ſine nobis cum eo pacem feciſtis. & forſitan dicatis, bello Punico occupatis nobis,
coactos metu uos, leges pacis ab eo, qui tum plus poterat, accepiſſe. & nos, cum alia
maiora urgerent, depoſitum a uobis bellum & ipſi omiſimus. Nunc & nos deum beni-
gnitate Punico perfecto bello, totis uiribus noſtris in Macedoniam incubuimus: & uobis
reſtituendi uos in amicitiam ſocietatemq. noſtram fortuna oblata eſt: niſi perire cum Phi-
lippo, quam uincere cum Romanis, mauuitis. Haec dicta ab Romano cum eſſent, inclina-
tis omnium animis ad Romanos, Damocritus praetor Aetolorum, pecunia, ut fama eſt,
ab rege accepta, nihil aut huic aut illi parti aſſenſus, rem magni diſcriminis conſiliis nul- I
lam eſſe tam inimicam, quam celeritatem, dixit. celerem enim paenitentiam, ſed eandem
ſeram atque inutilem ſequi: cum praecipitata raptim conſilia neque reuocari, neque in in-
tegrum reſtitui poſſint. deliberationis autem eius, cuius ipſe maturitatem exſpectan-
dam putaret, tempus ita iam nunc ſtatui poſſe. cum legibus cautum eſſet, ne de pace bel-
loue, niſi in Panaetolico, & Pylaico concilio ageretur, decernerent extemplo, ut praetor
ſine fraude, cum de bello aut de pace agere uelit, aduocet concilium: & quod tum refera-
tur, decernaturque, ut perinde ius ratumq. ſit, ac ſi in Panaetolico aut Pylaico cõcilio actũ
eſſet. Dimiſsis ita ſuſpenſa re legatis, egregie cõſultum genti aiebãt. nam utrius partis me
lior fortuna belli eſſet, ad eius ſocietatem inclinaturos. Haec in concilio Aetolorum acta.
Philippus impigre terra marique parabat bellum. nauales copias Demetriadem in Theſſa-
lia contrahebat: Attalum, Romanamq. claſſem principio ueris ab Aegina ratus moturos. K
nauibus maritimaeq. orae praefecit Heraclidem, quem & ante praefecerat, ipſe terreſtres
copias comparabat, magna ſe duo auxilia detraxiſſe Romanis credens: ex una parte Ae-
tolos, ex altera Dardanos, faucibus ad Pelagoniã a filio Perſeo interclusis. Ab conſule nõ
parabatur, ſed gerebatur iam bellum. per Daſſaritiorũ fines exercitũ ducebat, frumentum
quod ex hibernis extulerat, integrum uehens, quod in uſum militi ſatis eſſet, praebentibus
agris. opida uicique partim uoluntate, partim metu ſe tradebant. quaedam ui expugnata,
quaedam deſerta, in montes propinquos refugientibus barbaris, inueniebantur. Ad Ly-
cum ſtatiua poſuit prope flumen Beuum: inde frumentatum circa horrea Daſſaritiorum
mittebat. Philippus conſternata quidem omnia circa, pauoremque ingentem hominum

cernebat:

A cernebat: ſed parum gnarus, quam partem petiſſet conſul, alam equitum ad explorandum, quonam hoſtes iter intendiſſent, miſit. Idem error apud conſulem erat. mouiſſe ex hibernis regem ſciebat, quam regionem petiſſet, ignorans. is quoque ſpeculatum miſerat equites. Hae duae alae ex diuerſo, cum diu incertis itineribus uagatae per Daſſaritios eſſent: tandem in unum iter conuenerunt. neutros fefellit, ut fremitus procul hominum equorumque exauditus eſt, hoſtes appropinquare. itaque prius quam in conſpectum uenirẽt, equos armaque expedierant. nec mora, ubi primum hoſtem uidere, concurrendi facta eſt. Forte & numero & uirtute, utpote lecti utrimque, haud impares, aequis uiribus per aliquot horas pugnarunt: fatigatio ipſorum equorumq. incerta uictoria diremit proelium. Macedonum XL. equites, Romanorũ quinque & XXX. ceciderunt. Neque eo magis explorati quidquam, in qua regione caſtra hoſtium eſſent, aut illi ad regem, aut hi ad conſulem retulerũt.

B per transfugas cognitũ eſt: quos leuitas ingeniorũ ad cognoſcendas hoſtiũ res in omnibus bellis praebet. Philippus aliquid & ad caritatem ſuorum, & ut promptius pro eo periculũ adirent, ratus profecturum ſe, ſi equitum, qui ceciderant in expeditione, ſepeliendorum curam habuiſſet, afferri eos in caſtra iuſſit, ut conſpiceretur ab omnibus funeris honos. Nihil tam incertum, nec tam inaeſtimabile eſt, quam animi multitudinis. quod promptiores ad ſubeundam omnem dimicationem uidebatur facturum, id metum pigritiamq. incuſſit. nam qui haſtis ſagittiſque, & rara lanceis uulnera facta uidiſſent, cum Graecis Illyrijſq. pugnare aſſueti: poſtea, quam gladio Hiſpanienſi detruncata corpora brachijs abſciſſis, aut tota ceruice deſecta, diuiſa a corpore capita, patentiaque uiſcera, & foeditatem aliam uulnerum uiderunt: aduerſus quae tela, quoſq. uiros pugnandum eſſet, pauidi uulgo cernebãt. ipſum quoque regem terror cepit, nondum iuſto proelio cum Romanis cõgreſſum. itaque

C reuocato filio praeſidioq. quod in Pelagoniae faucibus erat: ut ijs copijs ſuas augeret: Pleurato Dardaniſque iter in Macedoniam patefecit. Ipſe cum XX millibus peditum, quattuor millibus equitum, ducibus transfugis ad hoſtem profectus, paullo plus ducentis paſſibus a caſtris Romanis tumulum propinquum Athaco foſſa ac uallo communiuit. ac ſubiecta cernens Romana caſtra, admiratus eſſe dicitur & uniuerſam ſpeciem caſtrorum, & deſcripta ſuis quaeq. partibus, tum tendentium ordine, tum itinerum interuallis: & negaſſe barbarorũ ea caſtra ulli uideri poſſe. Biduum conſul & rex, alter alterius conatus exſpectãtes, continuere ſuos intra uallum. tertio die Romanus omnes copias in aciem eduxit. Rex uero tam celerem aleam uniuerſi certaminis timens, quadringẽtos Trallas, (Illyriorũ id, ſicut alio diximus loco, eſt genus) & Cretenſes CCC. addito ijs peditibus pari numero equitũ, cum duce Athenagora, uno ex purpuratis, ad laceſſendos hoſtiũ equites miſit. Ab Roma-

D nis aberat acies eorum paullo plus quingentos paſſus, uelites & equitum duae ferme alae emiſſae, ut numero quoque eques pedeſque hoſtem aequarent. Credidere regij, genus pugnae cui aſſueuerant, fore, ut equites inuicem inſequentes refugienteſque nunc telis uterentur, nunc terga darent: Illyriorum uelocitas ad excurſiones, & impetus ſubitos uſui eſſet: Cretenſes in inuehentem ſe effuſe hoſtem ſagittas conijcerent. Turbauit hunc ordinem pugnandi non acrior, quam pertinacior, impetus Romanorum. nam haud ſecus, quam ſi tota acie dimicarent, & uelites, emiſſis haſtis, comminus gladiis rem gerebant: & equites, ut ſemel in hoſtem euecti ſunt, ſtantibus equis, partim ex ipſis equis, partim deſilientes immiſcenteſque ſe peditibus pugnabant. ita nec eques regius equiti par erat, inſuetus ad ſtabilem pugnam: nec pedes concurſator & uagus, & prope ſeminudus genere armorum ueliti Romano parmam gladiumq. habenti, pariterq. & ad ſe tuendum, &

E ad hoſtem petendum armato. non tulere itaque dimicationem, nec alia re, quam uelocitate tutantes ſe in caſtra refugerunt. Vno deinde intermiſſo die, cum omnibus copijs equitum leuiſq. armaturae pugnaturus rex eſſet: nocte cetratos, quos peltaſtas uocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidijs abdiderat: praeceperatq. Athenagorae & equitibus, ut, ſi aperto proelio procederet res, uterentur fortuna: ſi minus, cedendo ſenſim, ad inſidiarum locum hoſtem pertraherent. & equitatus quidem ceſſit. duces cetratae cohortis, non ſatis exſpectato ſigno, ante tẽpus excitatis ſuis, occaſionẽ bene gerendae rei amiſere. Romanus & aperto proelio uictor, & tutus a fraude inſidiarum in caſtra ſeſe recepit. Poſtero die omnibus copijs conſul in aciem deſcendit, ante prima ſigna locatis elephantis. quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquot bello Punico habebant, uſi ſunt. ubi la-

tentem intra uallum ſenſit, exprobrans metum, ſucceſſit. Poſteaquam ne tum quidem po- F
teſtas pugnandi dabatur, quia ex tam propinquis ſtatiuis parum tuta frumentatio erat, di-
ſperſos milites per agros equitibus extemplo inuaſuris: octo ferme inde millia interual-
lo tutiorem frumentationem habiturus, caſtra ad Octolophum (id eſt loco nomen) mo-
uit. Cum in propinquo agro frumentarentur Romani: primo rex intra uallum ſuos te-
nuit, ut creſceret ſimul negligentia cum audacia hoſti. ubi effuſos uidit, cum omni equita
tu & Cretenſium auxiliaribus, quantum equitem uelociſsimi pedites curſu aequare pote
rant, citato profectus agmine, inter caſtra Romana & frumentatores conſtituit ſigna. in-
de copijs diuiſis, partem ad conſectandos uagos frumẽtatores emiſit, dato ſigno, ne quem
uiuum relinquerent, cum parte ipſe ſubſtitit: itineraque, quibus ad caſtra recurſuri uideban
tur hoſtes, obſedit. Iam paſſim caedes ac fuga erat; nec dum quiſquam in caſtra Romana
nuncius cladis peruenerat. quia refugientes in regiam ſtationem incidebant: & plures ab G
obſidentibus uias, quam ab emiſſis ad caedem, interficiebantur. tandem inter medias ho-
ſtium ſtationes elapſi quidam trepidi tumultum magis, quam certum nuncium, intulerunt
caſtris. conſul, equitibus iuſſis, qua quiſque poſſet, opem ferre laborantibus, ipſe legiones e
caſtris educit, & agmine quadrato ad hoſtem ducit. Diſperſi equites per agros quidam
aberrarunt, decepti clamoribus alijs ex alio exiſtentibus loco. pars obuios habuerunt ho-
ſtes. pluribus locis ſimul pugna coepit. Regia ſtatio atrociſſimum proelium edebat. Nam
& ipſa multitudine equitum peditumq́. prope iuſta acies erat: & Romanorum, quia me-
dium obſederat iter, plurimi in eam inferebantur. Eo quoque ſuperiores Macedones
erant, quod & rex ipſe hortator aderat: & Cretenſium auxiliares multos ex improuiſo
uulnerabant, conferti praeparatiq́. in diſperſos & effuſos pugnantes. Quod ſi modum in in
ſequendo habuiſſent, non in praeſentis modo certaminis gloriam, ſed in ſummum etiã bel H
li profectum foret. nunc auiditate caedis intemperantius inſecuti, in praegreſſas cum tri-
bunis militum cohortes Romanas incidere. & fugiens eques, ut primo ſigna ſuorum uidit,
conuertit in effuſum hoſtem equos: uerſaq́. momento temporis fortuna pugnae eſt, terga
dantibus, qui modo ſecuti erant. multi cominus congreſſi, multi fugientes interfecti. nec
ferro tantum periere, ſed in paludes quidam coniecti profundo limo cum ipſis equis hau-
ſti ſunt. Rex quoque in periculo fuit. nam ruente ſaucio equo praeceps ad terram datus,
haud multum abfuit, quin iacens opprimeretur. ſaluti fuit eques, qui raptim ipſe deſiluit,
pauidumque regem in equum ſubiecit. ipſe, cum pedes aequare curſu fugientes non poſſet
equites, ab hoſtibus ad caſum regis concitatis confoſſus perijt. Rex circumuectus paludes
peruias inuiaſque trepida fuga in caſtra tandem, iam deſperantibus pleriſque incolumem
euaſurum peruenit. Ducenti Macedonum equites eo proelio periere, centum ferme capti, I
LXXX admodum ornati equi, ſpolijs ſimul armorum relatis, abducti. Fuerunt, qui hoc
die regem temeritatis, conſulem ſegnitiae accuſarent. nam & Philippo quieſcendum
fuiſſe, cum, paucis diebus hoſtes, exhauſto circa omni agro, ad ultimum inopiae uen-
turos, ſciret: & conſulem, cum equitatum hoſtium, leuemque armaturam fudiſſet, ac
prope regem ipſum cepiſſet, protinus ad caſtra hoſtium ducere debuiſſe. nec enim man-
ſuros ita perculſos hoſtes fuiſſe, debellariq́. momento temporis potuiſſe. Id dictu, quam
re, ut pleraque, facilius. nam ſi omnibus peditum quoque copijs rex congreſſus fuiſſet: for
ſitã inter tumultum, cum omnes uicti, metuq́. perculſi ex proelio intra uallum, protinus in
de ſuperuadentem munimenta uictorem hoſtem fugerent, exſui caſtris potuerit rex. cum
uero integrae copiae peditum in caſtris manſiſſent, ſtationes ante portas, praeſidiaq́. diſpo
ſita eſſent: quid, niſi ut temeritatem regis effuſe paullo ante ſecuti perculſos equites imita- K
retur, profeciſſet? neque enim ne regis quidem primum conſilium, quo impetum in frumẽ-
tatores palatos per agros fecit, reprehendendum foret, ſi modum proſperae pugnae impo
ſuiſſet. eo quoque minus eſt mirum, tentaſſe eum fortunam, quod fama erat, Pleuratum
Dardanoſque ingentibus copijs profectos domo, iam in Macedoniam tranſcendiſſe; qui-
bus ſi undique circumuentus copijs foret, ſedentem Romanum debellaturum, credi pote-
rat. Itaque ſecundũ duas aduerſas equeſtres pugnas multo minus tutam moram in ijſdem
ſtatiuis fore Philippus ratus, cum abire inde, & fallere abiens hoſtem uellet: caduceatore
ſub occaſum ſolis ad conſulem miſſo, qui inducias ad ſepeliendos equites peteret: fruſtra-
tus hoſtem, ſecunda uigilia, multis ignibus per tota caſtra relictis, ſilenti agmine abijt. Cor

pus

A pus iam curabat conſul,cum ueniſſe caduceatorem, & quid ueniſſet, nunciatum eſt. Re-
ſponſo tantum dato,mane poſtero die fore copiam conueniendi, id quod quaeſitum erat,
nox,dieiq. inſequentis pars ad praecipiendum iter Philippo data eſt.montes, quam uiam
non ingreſſurum graui agmine Romanum ſciebat, petit,conſul prima luce caduceatore da
tis inducijs dimiſſo, haud ita multo poſt abiiſſe hoſtem cum ſenſiſſet: ignarus qua ſequere-
tur iiſdem ſtatiuis frumentando dies aliquot conſumpſit.Stuberam deinde petit, atque ex
Pelagonia frumentum,quod in agris erat,conuexit. inde ad Pellinam eſt progreſſus, non
dum comperto,quam regionem hoſtes petiſſent. Philippus,cum primo ad Bruanium ſta-
tiua habuiſſet, profectus inde tranſuerſis limitibus, terrorem praebuit ſubitum hoſti.mo-
uere itaque ex Pellina Romani,& ad Oſphagum flumen poſuerunt caſtra. Rex haud pro-
cul inde & ipſe uallo ſuper ripam amnis ducto(Erigonum incolae uocant) conſedit. inde
B ſatis comperto Heordaeam petituros Romanos,ad occupandas anguſtias,ne ſuperare ho-
ſtes artis faucibus incluſum aditum poſſent,praeceſſit.ibi alia uallo, alia foſſa, alia lapidũ
congerie,ut pro muro eſſent: alia arboribus obiectis, ita ut locus poſtulabat, aut materia
ſuppeditabat,opere permuniit,atque (ut ipſe rebatur) uiam ſuapte natura difficilem, ob-
iectis per omnes tranſitus operibus,inexpugnabilem fecit. Erant pleraque ſilueſtria circa
incommoda phalangi maxime Macedonum: quae,niſi ubi praelongis haſtis uelut uallum
ante clypeos obiecit, (quod ut fiat, libero campo opus eſt) nullius admodum uſus eſt.
Thracas quoque romphaeae,ingẽtis & ipſae longitudinis,inter obiectos undiq. ramos im- enses gladij longiores
pediebant.Cretenſium una cohors non inutilis erat. ſed ea quoque ipſa ut, ſi quis impetũ
faceret,in patentem uulneri equum equitemque ſagittas coniicere poterat : ita aduerſus
ſcuta Romana nec ad tranſiiciendum ſatis magnam uim habebat, nec aperti quidquã erat
C quod peteret. Itaque id ut uanum teli genus ſenſerunt eſſe; ſaxis paſſim tota ualle iacen
tibus inceſſebant hoſtem. ea maiore cum ſonitu, quam uulnere ullo, pulſatio ſcutorum
parumper ſuccedentes Romanos tenuit. Deinde iis quoque ſpretis, partim teſtudine fa-
cta per aduerſos uadunt hoſtes: partim breui circuitu cum in iugum collis euaſiſſent, tre-
pidos ex praeſidiis ſtationibuſq. Macedonas deturbant, & ut in locis impeditis difficili fu-
ga,pleroſque etiam obtruncant. ita anguſtiae minore certamine, quam quod animis pro-
poſuerant,ſuperatae:& in Heordaeam peruentum: ubi peruaſtatis paſſim agris, in Elimeã
ſe recepit.inde impetum in Oreſtidem fecit, & opidum Celetrum eſt aggreſſus in paenin
ſula ſitum. lacus moenia cingit. anguſtis faucibus unum ex continenti iter eſt. Primo ſi-
tu ipſo freti, clauſis portis, imperium abnuere: deinde poſtquam ſigna ferri, ac teſtudine
ſuccedi ad portam,obſeſſaſque fauces agmine hoſtium uiderunt, priuſquam experirentur
D certamen,metu in deditionem uenerunt. Ab Celetro in Daſſaritios proceſſit,urbemque
Pelium ui cepit. ſeruitia inde cum cetera praeda abduxit,& libera capita ſine pretio dimi-
ſit,opidumque iis reddidit, praeſidio ualido impoſito: nam & ſita opportune urbs erat ad
impetus in Macedoniam faciendos. Ita peragratis hoſtium agris, conſul in loca pacata,
ad Apolloniam,unde orſus bellum erat,copias reduxit. Philippum auerterant Aetoli, &
Athamanes,& Dardani,& tot bella repente alia ex aliis locis exorta. Aduerſus Darda-
nos iam recipientes ex Macedonia ſeſe, Athenagoram cum expeditis peditibus ac maio-
re parte equitatus miſit, iuſſum inſtare ab tergo abeuntibus, &,carpendo poſtremum ag-
men,ſegniores eos ad mouendos domo exercitus efficere. Aetolos Damocritus praetor,
qui morae ad decernendum bellum ad Naupactum auctor fuerat; idem proximo concilio
ad arma conciuerat,poſt famam equeſtris ad Octolophum pugnae,Dardanorumq.& Pleu
E rati cum Illyriis trãſitum in Macedoniam,ad haec claſsis Romanae aduentũ in Oreum, &,
ſuper circumfuſas tot Macedoniae gentes,maritimam quoq. inſtantem obſidionem. Hae
cauſſae Damocritum Aetoloſque reſtituerant Romanis:& Aminandro rege Athamanum
adiuncto profecti,Cercinium obſedere. Clauſerant portas,incertum ui an uoluntate,quia
regium habebant praeſidium. ceterum intra paucos dies captum eſt Cercinium atque in-
cenſum. qui ſuperfuerant e magna clade, liberi ſeruique inter ceteram praedam abdu-
cti. Is timor omnes, qui circumcolunt Boeben paludem, relictis urbibus, montes coe-
git petere. Aetoli, inopia praedae inde auerſi, in Perraebiam ire pergunt. Cyretias ibi ui
capiunt,foedeque diripiunt.qui Malloeam incolunt,uoluntate in deditionem ſocietatem
que accepti. Ex Perraebia Gomphos petendi Aminander auctor erat. & imminet Atha-

mania huic urbi, uidebaturque expugnari ſine magno certamine poſſe. Aetoli campos F
Theſſaliae opimos ad praedam petiere: ſequente, quamquam non probante Aminandro
nec effuſas populationes Aetolorum, nec caſtra quo ſors tuliſſet loco, ſine ullo diſcrimi-
ne ac cura muniendi poſita. itaque ne temeritas eorum negligentiaque ſibi ac ſuis etiam
cladis alicuius cauſſa eſſet, cum campeſtribus locis ſubiicientes eos caſtra Phecado urbi
uideret, ipſe paullo plus quingentorum paſſuum inde tumulum ſuis quamuis leui muni-
mento tutum, cepit. Cum Aetoli, niſi quod populabantur, uix meminiſſe uiderentur, ſe in
hoſtium agro eſſe, alii palati ſemiermes uagarentur, alii in caſtris ſine ſtationibus per ſo-
mnum uinumq. dies noctibus aequarent, Philippus inopinantibus aduenit. quem cum ad-
eſſe, refugientes ex agris quidam pauidi nunciaſſent, trepidare Democritus, ceterique
duces. & erat forte meridianum tempus, quo plerique graues cibo ſopiti iacebant. ex-
citare igitur alii alios, iubere arma capere, alios dimittere ad reuocandos qui palati per a- G
gros praedabantur. tantaque trepidatio fuit, ut ſine gladiis quidã equitum exirent, loricas
plerique non induerent. ita raptim educti, cum uniuerſi ſexcentorum aegre ſimul equites
peditesque numerum expleſſent, incidunt in regium equitatum, numero, armis, animiſque
praeſtantem. itaque primo impetu fuſi, uix tentato certamine, turpi fuga repetunt caſtra.
caeſi, captiq. quidam, quos equites ab agmine fugientium interclusere. Philippus, ſuis iam
uallo appropinquantibus, receptui cani iuſsit. fatigatos enim equos uiroſq. non tam proe
lio, quam itineris ſimul longitudine, ſimul praepropera celeritate habebat. itaque turma-
tim equites, inuicemq. manipulos leuis armaturae aquatum ire, & prandere iubet: alios in
ſtatione armatos retinet, opperiens agmen peditum tardius ductum propter grauitatem
armorum. quod ubi aduenit, & ipſis imperatum, ut ſtatutis ſignis, armiſq. ante ſe poſitis, ra-
ptim cibum caperent: binis, ternisue ſummum ex manipulis aquandi cauſſa miſſis. interim H
eques cum leui armatura paratus inſtructuſque ſtetit, ſiquid hoſtis moueret. Aetoli (iam e-
nim & quae per agros multitudo ſparſa fuerat, receperat ſe in caſtra) ut defenſuri munimẽ
ta, circa portas uallumque armatos diſponunt, dum quietos hoſtes ipſi feroces ex tuto ſpe
ctabant. poſteaquam mota ſigna Macedonum ſunt, & ſuccedere ad uallum parati atque in-
ſtructi coepere: omnes repente relictis ſtationibus per auerſam partem caſtrorum ad tumu-
lum, ad caſtra Athamanum perfugiunt. multi in hac quoque tam trepida fuga capti caeſiq.
ſunt Aetolorum. Philippus, ſi ſatis diei ſupereſſet, non dubius, quin Athamanes quoque
exſui caſtris potuiſſent: die per proelium, deinde per direptionem caſtrorũ abſumpto, ſub
tumulo in proxima planitie conſedit, prima luce inſequentis diei hoſtem aggreſſurus. Sed
Aetoli eodẽ pauore, quo ſua caſtra reliquerant, nocte proxima diſperſi fugerunt. Maxime
uſui fuit Aminander, quo duce Athamanes itinerum periti ſummis montibus per calles I
ignotos ſequentibus eos hoſtibus in Aetoliã perduxerũt. non ita multos in diſperſa fuga
error intulit in Macedonum equites, quos luce prima Philippus, ut deſertum tumulum ui-
dit, ad carpendũ hoſtiũ agmen miſit. Per eos dies & Athenagoras, regius praefectus, Dar-
danos recipientes ſe in fines adeptus, poſtremum agmen primo turbauit. dein poſteaquam
Dardani conuerſis ſignis direxere aciẽ, aequa pugna iuſto proelio erat. ubi rurſus procede
re Dardani coepiſsẽt: equite & leui armatura regij nullũ talis auxilij genus habẽtes Darda
nos, oneratos immobilibus armis, uexabãt. & loca ipſa adiuuabant. Occiſi perpauci ſunt,
plures uulnerati, captus nemo: quia non excedunt temere ordinibus ſuis, ſed confertim
& pugnant, & cedunt. Ita damna Romano accepta bello, duabus per opportunas expe-
ditiones coercitis gentibus, reſtituerat Philippus incepto forti, non proſpero ſolum euen-
tu. Minuit deinde ei forte oblata res hoſtium Aetolorum numerum. Scopas princeps gen- K
tis ab Alexandria magno cum pondere auri ab rege Ptolemaeo miſſus, ſex millia peditum
& equites mercede conductos Aegyptum auexit. nec ex iuuentute Aetolorum quemquã
reliquiſſet, ni Damocritus nunc belli quod inſtaret, nunc futurae ſolitudinis admonens,
(incertum cura gentis, an ut aduerſaretur Scopae, parum donis cultus) partem iuniorum
caſtigando domi continuiſſet. Haec ea aeſtate ab Romanis Philippoque geſta erant. Claſ
ſis a Corcyra eiuſdem principio aeſtatis cum L. Apuſtio legato profecta, Malea ſupera-
ta, circa Scyllaeum agri Hermionici Attalo regi coniuncta eſt. Tum uero Athenienſium
ciuitas, cui odio in Philippum per metum iam diu moderata erat, id omne in auxilij
praeſentis ſpem effundit. Nec umquam ibi deſunt linguae promptae ad plebem conci-
tandam:

A tandam: quod genus cum in omnibus liberis ciuitatibus, tum praecipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet, fauore multitudinis alitur. Rogationem extemplo tulerunt, plebeſque ſciuit, ut Philippi ſtatuae, imagines omnes, nominaq. earum, item maiorum eius uirilis ac muliebris ſexus omnium tollerentur, delerenturque. dies feſti, ſacra, ſacerdotes, quae ipſius maiorumue eius honoris cauſſa inſtituta eſſent, omnia profanarentur. loca quoque, in quibus poſitum aliquid, inſcriptum ue honoris eius cauſſa fuiſſet, deteſtabilia eſſe: neque in ijs quidquam poſtea poni dedicarique placere eorum, quae in loco puro poni dedicariq. fas eſſet. ſacerdotes publicos, quotieſcumq. pro populo Athenienſi, ſocijſque, & exercitibus, & claſſibus eorum precarentur, toties deteſtari atque exſecrari Philippum, liberos eius, regnumque, terreſtres naualeſq. copias, Macedonū genus omne, nomenque. additum decreto, ſiquis quid poſtea, quod ad notam ignominiamq. Philippi pertineret, ferret:

B id omne populum Athenienſem iuſſurum. ſiquis contra ignominiā, proue honore eius dixiſſet feciſſet ue: qui occidiſſet eum, iure caeſurū. poſtremo incluſum, ut omnia quae aduerſus Piſiſtratidas decreta quondam erant, eadem in Philippo ſeruarentur. Athenienſes quidem litteris, uerbiſque, quibus ſolis ualent, bellum aduerſus Philippum gerebant. Attalus Romanique, cum Piraeeum primo ab Hermione petiſſent; paucos ibi morati dies, oneratiq. aeque immodicis ad honores ſociorum, ac quae in iram aduerſus hoſtem fuerāt, Athenienſium decretis, nauigant a Piraeeo Andrum. & cum in portu, quem Gaureleon uocant, conſtitiſſent, miſſis, qui tentarent opidanorum animos, ſi uoluntate tradere urbem, quam uim experiri, mallent: poſtquam praeſidio regio arcem teneri, nec ſe poteſtatis ſuae eſſe reſpondebant: expoſitis copijs, omniq. apparatu urbium expugnandarū, diuerſis partibus rex & legatus Romanus ad urbem ſubeunt. Plus aliquanto Graecos Romana ſigna,

C armaq. non ante uiſa, animiq. militum tam prompte ſuccedentium muro, terruere. itaque fuga extemplo in arcem facta eſt. urbe hoſtes potiti. & in arce cum biduum, loci ſe magis, quam armorum fiducia, tenuiſſent: tertio die pacti ipſi praeſidiumque, ut cū ſingulis ueſtimentis Delium Boeotiae tranſueherentur. Ea ab Romanis regi Attalo conceſſa: praedam, ornamentaq. urbis ipſi auexerunt. Attalus, ne deſertam haberet inſulam, & Macedonum fere omnibus, & quibuſdam Andriorum, ut manerent, perſuaſit. poſtea & ab Delio, qui ex pacto tranſuecti eo fuerant, promiſſis regis, cum deſiderium quoq. patriae facilius ad credendum inclinaret animos, reuocati. Ab Andro Cythnum tranſiecerunt. ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequidquam abſumpti, &, quia uix operaepretium erat, abſceſſere. Ad Praſias (continentis Atticae is locus eſt) Iſſaeorum XX lembi claſſi Romanorum adiuncti ſunt. ij miſſi ad populandos Caryſtiorum agros. cetera claſſis Geraeſtum, nobilem Eu-

D boeae portum, dum a Caryſto Iſſaei redirent, tenuit. Inde omnes, uelis in altum datis, maris medio praeter Scyrum inſulam Icum peruenere. ibi paucos dies ſaeuiente Borea retenti, ubi prima tranquillitas data eſt, Scyathum tranſiecere, uaſtatam urbem, direptamq. nuper a Philippo. Per agros palati milites, frumentum, & ſiqua alia uſui eſſe ad ueſcendum poterant, ad naues retulere. praedae nec erat quidquam, nec meruerant Graeci, cur diriperentur. Inde Caſſandream petentes, primo ad Mendin, maritimum ciuitatis eius uicum, tenuere. inde cum ſuperato promontorio ad ipſa moenia urbis circumagere claſſem uellent: ſaeua coorta tempeſtate prope obruti fluctibus, diſperſi, magna ex parte amiſſis armamentis, in terram effugerunt. Omen quoque ea maritima tempeſtas ad rem terra gerendam fuit. nam collectis in unum nauibus, expoſitiſque copiis aggreſſi urbem, cum multis uulneribus repulſi, (& erat ualidum ibi regium praeſidium) irrito incepto regreſsi Cana-

E ſtrum Pallenes tranſiicere. inde ſuperato Toronae promontorio, nauigātes Acanthum petiere. ibi primo ager uaſtatus, deinde ipſa urbs ui capta ac direpta. nec ultra progreſsi, (iam enim & graues praeda naues habebant) retro unde uenerant, Sciathum, & ab Sciatho Euboeam repetunt. Ibi relicta claſſe, decem nauibus expeditis ſinum Maliacum intrauere ad colloquendum cum Aetolis de ratione gerendi belli. Sipyrrhicas Aetolus princeps legationis eius fuit; qui ad communicanda conſilia Heracleam cum rege & cum Romano legato uenit. Petitum ex foedere ab Attalo eſt, ut mille milites praeſtaret. tantum enim numerum bellum gerentibus aduerſus Philippum debebat. Id negatum Aetolis, quod illi quoque grauati prius eſſent ad populandam Macedoniam exire, quo tempore, Philippo circa Pergamum urente ſacra profanaque, abſtrahere eum inde reſpectu rerum ſua-

rum potuiſſent. Ita Aetoli cum ſpe magis, Romanis omnia pol'icentibus, quam cum au- F
xilio dimiſſi. Apuſtius cum Attalo ad claſſem redit. inde conſultari de Oreo oppugnan-
do coeptum. Valida ea ciuitas & moenibus, &, quia ante fuerat tentata, firmo erat praeſi-
dio. Coniunxerant ſe ijs poſt expugnationem Andri cum praefecto Ageſimbroto XX
Rhodiae naues, tectae omnes. eam claſſem in ſtationem ad Zelaſium miſerunt; (Iſthmiae
id ſuper Demetriadem promontorium eſt peropportune obiectum) ut, ſi quid inde moue
rent Macedonum naues, in praeſidio eſſent. Heraclides praefectus regius claſſem ibi tene
bat, magis per occaſionem, ſi quam negligentia hoſtium dediſſet, quam aperta ui quidquã
auſurus. Oreum diuerſi Romani & rex Attalus oppugnabãt: Romani a maritima arce, regij
aduerſus uallem inter duas iacentem arces, qua & muro interſaepta urbs eſt. & ut loca di-
uerſa, ſic diſpari modo etiam oppugnabant: Romani teſtudinibus, & uineis, & ariete admo-
uendo muris: regij baliſtis, catapultiſque, & alio omni genere tormentorum tela ingeren- G
tes, & pondere ingenti ſaxa iaciebant: & cuniculos, & quidquid aliud priore oppugnatio-
ne expertum profuerat. Ceterum non plures tantum Macedones quam ante tuebantur
urbem, ſed etiam praeſentioribus animis, & caſtigationibus regis in admiſſa culpa & ſi-
mul minarum, ſimul promiſſionum in futurum memores: ita ut parum in expugnatio-
ne celeri ſpei eſſet. Interim & aliud agi poſſe ratus legatus, relictis quot ſatis uidebatur
ad opera perficienda, tranſiicit in proxima cõtinentis: Lariſſamque, non illam in Theſſalia
nobilem urbem, ſed alteram quam Cremaſten uocant, ſubito aduentu, praeter arcem, ce-
pit. Attalus quoque Aegeleon, nihil minus quam tale quidquam in alterius oppugnatio-
ne urbis timentibus, oppreſſit. Et iam cum opera in effectu erant circa Oreum: tum prae-
ſidium quod intus erat, labore aſſiduo, uigilijs diurnis pariter nocturniſque, & uulneribus
confectum. muri quoque pars ariete incuſſo ſubruta, multis iam locis prociderat. perque H
apertum ruina iter nocte Romani, quodque ſuper portum eſt, in arcem perruperunt. Atta-
lus luce prima, ſigno ex arce dato ab Romanis, & ipſe urbem inuaſit, ſtratis magna ex par-
te muris: praeſidium, oppidanique in alteram arcem perfugere: unde biduo poſt deditio fa-
cta. urbs regi, captiua corpora Romanis ceſſere. Iam autumnale aequinoctium inſtabat,
& eſt ſinus Euboicus, quem Coela uocant, ſuſpectus nautis. itaque ante hiemales motus
euadere cupientes, Piraeeum, unde profecti ad bellum erant, repetunt. Apuſtius triginta
nauibus ibi relictis, ſuper Maleam nauigat Corcyram. regem ſpatium initiorum Cereris,
ut ſacris intereſſet, tenuit. ſecundum initia & ipſe in Aſiam ſe recepit, Ageſimbroto &
Rhodijs domum remiſſis. Haec ea aeſtate terra mariq. aduerſus Philippum ſocioſque eius
a conſule & legato Romanis, adiuuantibus rege Attalo & Rhodijs, geſta. Conſul alter C.
Aurelius ad confectum bellum cum in prouinciam ueniſſet, haud clam tulit iram aduer- I
ſus praetorem, quod abſente ſe rem geſſiſſet. miſſo igitur eo in Etruriam, ipſe in agrum ho
ſtium legiones induxit: populandoque cum praeda maiore, quam gloria, bellũ geſſit. L. Fu
rius, ſimul quod in Etruria nihil erat rei quod gereret: ſimul Gallico triumpho imminens,
quem abſente conſule irato atque inuidente facilius impetrari poſſe ratus, Romam inopi-
nato cum ueniſſet, ſenatum in aede Bellonae habuit: expoſitiſq. rebus geſtis, ut triumphan
ti ſibi in urbem inuehi liceret, petit. Apud magnam partem ſenatus, & magnitudine rerũ
geſtarum ualebat, & gratia. maiores natu negabant triumphum, & quod alieno exercitu
rem geſſiſſet, & quod prouinciam reliquiſſet auiditate rapiendi per occaſionem triumphi.
id uero cum nullo exemplo feciſſe. conſulares praecipue exſpectandum fuiſſe conſulẽ di
cebant. potuiſſe enim caſtris prope urbem poſitis, tutanda colonia, ita ut acie non de-
cerneret, in aduentum eius rem extrahere. & quod praetor non feciſſet, ſenatui faciendum K
eſſe. conſulem exſpectarent. ubi coram diſceptantes conſulem & praetorem audiſſent, ue-
rius de cauſſa exiſtimaturos eſſe. Magna pars ſenatus nihil praeter res geſtas, & an in magi
ſtratu ſuiſque auſpicijs geſſiſſet, cenſebant ſpectare ſenatum debere. Ex duabus colonijs,
quae uelut clauſtra ad cohibendos Gallicos tumultus oppoſitae fuiſſent, cum una direpta
& incenſa eſſet, tranſiecturumque id incendium, uelut ex continentibus tectis, in alteram
tam propinquam coloniam eſſet: quid tandem praetori faciendum fuiſſe? nam ſi ſine con-
ſule regi nihil oportuerit, aut ſenatum peccaſſe, qui exercitum praetori dederit, (potuiſſe
enim, ſi non cum praetoris, ſed conſulis exercitu rem geri uoluerit, ita finire. S. C. ne per
praetorem, ſed per conſulem gereretur) aut conſulem, qui non, cum exercitum ex Etruria

tranſire

A tranſire in Galliam iuſſiſſet, ipſe Arimini occurrerit, ut bello intereſſet, quod ſine eo geri
fas non eſſet. Non exſpectare belli tempora moras & dilationes imperatorum. & pugnan-
dum eſſe interdum, non quia uelis, ſed quia hoſtis cogat. pugnam ipſam, euentumq; pu-
gnae ſpectari oportere. fuſos, caeſoſq. hoſtes: caſtra capta, ac direpta: coloniam libera-
tam obſidione, alterius coloniae captiuos recuperatos, reſtitutoſq. ſuis, debellatum uno
proelio eſſe. non homines tantum ea uictoria laetatos, ſed dijs quoque immortalibus per
triduum ſupplicationes habitas, quod bene ac feliciter, non quod male ac temere reſpu-
blica a L. Furio praetore geſta eſſet. data fato etiam quódam Furiae gẽti Gallica bella. Hu-
ius generis orationibus ipſius amicorumque uicta eſt praeſentis gratia praetoris, abſentis
conſulis maieſtas: triumphumque frequentes L. Furio decreuerunt. Triumphauit de
Gallis in magiſtratu L. Furius praetor. in aerarium tulit trecenta uiginti millia aeris: ar-
B genti CLXX millia pondo. neque captiui ulli ante currum ducti: neque ſpolia praela-
ta, neque milites ſecuti. omnia, praeter uictoriam, penes conſulem eſſe apparebat. Ludi
deinde a P. Cornelio Scipione, quos conſul in Africa uouerat, magno apparatu facti. Et
de agris militũ eius decretum, ut quot quiſq. eorum annos in Hiſpania aut in Africa mili-
taſſet, in ſingulos annos bina iugera acciperet. cum agrum decemuiri aſſignarent. Trium-
uiri inde creati ad ſupplendum Venuſinis colonorum numerum, quod bello Hannibalis at
tenuatae uires eius coloniae erant: C. Terentius Varro, T. Quinctius Flamininus, P. Cor-
nelius Cn. F. Scipio. hi colonos Venuſiam adſcripſerunt. Eodem anno C. Cornelius Ce-
thegus, qui proconſul Hiſpaniam obtinebat, magnum hoſtium exercitum in agro Sede-
tano fudit. quindecim millia Hiſpanorum eo proelio dicuntur caeſa, ſigna militaria capta
octo & LXX. C. Aurelius conſul cum ex prouincia Romam comitiorum cauſſa ueniſſet,
C non id, quod animis praeceperant, queſtus eſt, non exſpectatum ſe ab ſenatu, neque diſce-
ptandi cum praetore conſuli poteſtatem factam: ſed ita triumphum decreuiſſe ſenatum, ut
nullius, niſi eius qui triumphaturus eſſet, haud eorum qui bello interfuiſſent, uerba audi-
ret. maiores ideo inſtituiſſe, ut, legati, tribuni militum, centuriones, milites denique trium
pho adeſſent, ut ueritas rerum geſtarum eius, cui tantus honos haberetur, publice uidere-
tur. ecquem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnauerit, ſi non militem, lixam ſaltem fuiſſe,
quem percunctari poſſet ſenatus, quid ueri praetor uaniue referret? Comitijs deinde diẽ
indixit: quibus creati ſunt conſules L. Cornelius Lentulus, P. Villius Tappulus. Praeto-
res inde facti L. Quinctius Flamininus, L. Valerius Flaccus, L. Villius Tappulus, Cn. Bae-
bius Tamphilus. Annona quoque eo anno peruilis fuit. frumenti uim magnam ex Afri-
ca aduectã aediles curules M. Claudius Marcellus, & Sex. Aelius Paetus binis aeris in mo-
D dios populo diuiſerunt: & ludos Romanos magno apparatu fecerunt: diem unum inſtau-
rarunt: ſigna aenea quinque ex multaticio argẽto in aerario poſuerunt. Plebeij ludi ab ae-
dilibus L. Terentio Maſſaliota, & Cn. Baebio Tamphilo, quem praetorẽ deſignauerant, ter
toti inſtaurati. Et ludi funebres eo anno per quattriduum in foro, mortis M. Valerij Laeui
ni cauſſa, a P. & M. filijs eius facti. & munus gladiatorium datum ab ijs. paria quinque &
uiginti pugnarunt. M. Aurelius Cotta, decemuir ſacrorum, mortuus: in eius locum M.
Acilius Glabrio ſuffectus. Comitijs aediles curules creati ſunt forte ambo, qui ſtatim oc-
cipere magiſtratum non poſſent. nam C. Cornelius Cethegus abſens creatus erat, cum
Hiſpaniam obtineret prouinciam: C. Valerius Flaccus, quem praeſentem creauerãt, quia
flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat: magiſtratum autem plus quinque dies, ni-
ſi qui iuraſſet in leges, non licebat gerere. Petente Flacco, ut legibus ſolueretur, ſenatus
E decreuit, ut ſi aedilis qui pro ſe iuraret, arbitratu conſulum daret: conſules, ſi eis uideretur,
cum tribunis plebis agerent, uti ad plebem ferrent. Datus qui iuraret pro fratre, L. Va-
lerius Flaccus, praetor deſignatus. tribuni ad plebem tulerunt, plebeſq. ſciuit, ut perinde
eſſet, ac ſi ipſe aedilis iuraſſet. de altero aedile plebiſcitum eſt factũ, rogantibus tribunis,
quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitus ire iuberent, ut C. Cornelius, aedilis
curulis, ad magiſtratum gerendum ueniret, & L. Manlius Acidinus decederet de prouin-
cia multos poſt annos. plebes Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio proconſulibus im-
perium eſſe in Hiſpania iuſſit.

EPITO-

 F

EPITOME. LIBRI. XXXII.

COMPLVRA prodigia ex diuerſis regionibus nunciata referuntur, inter quae, in Macedonia in puppi longae nauis lauream eſſe natam. T. Quinctius Flamininus conſul aduerſus Philippum feliciter pugnauit in faucibus Epiri, fugatumque coegit in regnum reuerti. Ipſe Theſſaliam, quae eſt uicina Macedoniae, ſocijs Aetolis & Athamanibus uexauit. L. Quinctius Flamininus, conſulis frater, nauali proelio, Attalo rege & Rhodijs adiuuantibus, Euboeam & maritimam oram cepit. Achaei in amicitiam recepti ſunt. Coniuratio ſeruorum, facta de ſoluendis Carthaginenſibus obſidibus, oppreſſa eſt. Praetorum numerus ampliatus eſt, ut ſeni crearentur. Cornelius Cethegus conſul Gallos Inſubres proelio fudit. Cum Lacedaemonijs, & tyranno eorum Nabide amicitia iuncta
eſt. Praeterea expugnationes urbium in Macedo- G
nia referuntur.

LIBER. XXXII.

CONSVLES praetoreſque, cum Idibus Martijs magiſtratum inijſſent, prouincias ſortiti ſunt. L. Lentulo Italia, P. Villio Macedonia: praetoribus, L. Quinctio urbana, Cn. Baebio Ariminum, L. Valerio Sicilia, L. Villio Sardinia euenit. Lentulus conſul nouas legiones ſcribere iuſſus: Villius a P. Sulpicio exercitum accipere. in ſupplementum eius quantum militum uideretur, ut ſcriberet, ipſi permiſſum. Praetori Baebio legiones, quas C. Aurelius H
conſul habuiſſet, ita decretae, ut retineret eas donec conſul nouo cum exercitu ſuccederet in Galliam: ubi is ueniſſet, omnes milites exauctorati domum dimitterentur, praeter quinque millia ſocium. his obtineri circa Ariminum prouinciam ſatis eſſe. Prorogata imperia praetoribus prioris anni: Cn. Sergio, ut militibus, qui in Hiſpania, Sicilia, Sardinia ſtipendia per multos annos feciſſent, agrum aſſignandum curaret: Q. Minucio, ut in Bruttijs idem de coniurationibus quaeſtiones, quas praetor cum fide curaq. exercuiſſet, perficeret, & eos, quos ſacrilegij compertos in uinculis Romam miſiſſet, Locros mitteret ad ſupplicium; quaeq. ſublata ex delubro Proſerpinae eſſent, reponenda cum piaculis curaret. Feriae Latinae pontificum decreto inſtauratae ſunt, quod legati ab Ardea queſti in ſenatu erant, ſibi in monte Albano Latinis carnem, ut aſſolet, datam non
eſſe. Ab Sueſſa nunciatum eſt, duas portas, quodq. inter eas muri erat, de caelo tactum. I
& Formiani legati, aedem Iouis: item Oſtienſes, aedem Iouis: & Veliterni, Apollinis & Sangi aedes: & in Herculis aede capillum enatum. & ex Bruttijs ab Q. Minucio propraetore ſcriptum, equuleum cum quinque pedibus, pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus natos eſſe. inde a P. Sulpicio proconſule ex Macedonia litterae allatae; in quibus inter cetera ſcriptum erat, lauream in puppi nauis longae enatam. Priorum prodigiorum cauſſa ſenatus cenſuerat, ut conſul maioribus hoſtijs, quibus dijs uideretur, ſacrificaret. ob hoc unum prodigium haruſpices in ſenatum uocati, atque ex reſponſo eorum ſupplicatio populo in diem unum edicta, & ad omnia puluinaria res diuinae factae. Carthaginienſes eo anno argentum, in ſtipendium impoſitum, primum Romam aduexerunt. id quia probum non eſſe quaeſtores renunciauerant, experientibuſq. pars quarta decocta erat, pecu-
nia Romae mutua ſumpta intertrimentum argenti ſuppleuerunt. Petentibus deinde, ut, ſi K
iam uideretur ſenatui, obſides ſibi redderentur, centum redditi obſides. de ceteris, ſi in fide permanerent, ſpes facta. Petentibus iiſdem, qui non reddebantur obſides, ut ab Norba, ubi parum commode eſſent, alio tranſducerentur, conceſſum, ut Setiam & Ferentinum tranſirent. Gaditanis item petentibus remiſſum ne praefectus Gades mitteretur, aduerſus quod ijs in fidem populi R. uenientibus cum L. Marcio Septimo conueniſſet. Et Narnienſium legatis querentibus ad numerum ſibi colonos non eſſe, & immiſtos quoſdam non ſui generis pro colonis ſe gerere, earum rerum cauſſa triumuiros creare L. Cornelius conſul iuſſus. creati P. & Sex. Aelij, (Paetis fuit ambobus cognomen) & C. Cornelius Lentulus. Quod Narnienſibus datum erat, ut colonorum numerus augeretur, id Coſſani

petentes

A petentes non impetrauerunt. Rebus, quae Romae agendae erant, perfectis, conſules in pro
uincias profecti. P. Villium, in Macedoniam cum ueniſſet, atrox ſeditio militum iam ante
irritata, nec ſatis in principio compreſſa, excepit. ∞ ∞ ea militum fuere, quae ex Africa
poſt deuictum Hannibalem, in Siciliam, inde, anno fere poſt, in Macedoniam pro uolunta
rijs tranſportata erant. id uoluntate factum negabant. ab tribunis recuſantes in naues
impoſitos. ſed utcumque ſeu inuita ſeu ſuſcepta foret militia, & eam exhauſtam, & finem
aliquem militandi fieri aequum eſſe. multis annis ſeſe Italiam non uidiſſe, conſenuiſſe ſub
armis in Sicilia, Africa, Macedonia: confectos iam ſe labore & opere, exſangues tot acce-
ptis uulneribus eſſe. Conſul cauſſam poſtulandae miſſionis probabilem, ſi modeſte petere
tur, uideri dixit; ſeditionis nec eam, nec ullam aliam ſatis iuſtam cauſſam eſſe. itaque ſi ma
nere ad ſigna, & dicto parere uelint, ſe de miſsione eorum ad ſenatum ſcripturum. mode-
B ſtia facilius, quam pertinacia, quod uelint impetraturos. Thaumacos eo tempore Philip-
pus ſumma ui oppugnabat aggeribus, uineiſque: & iam arietem muris admoturus erat.
ceterum incepto abſiſtere eum coegit ſubitus Aetolorum aduentus, qui Archidamo du-
ce inter cuſtodias Macedonum moenia ingreſſi, nec die nec nocte finem ullum erumpendi
nunc in ſtationes, nunc in opera Macedonum faciebant. & adiuuabat eos natura ipſa lo-
ci. namque Thaumaci a Pylis, ſinuq. Maliaco, per Lamiam eunti, loco alto ſiti ſunt, ipſi fau
cibus imminentes, quas Coelen uocant: Theſſaliaeq. tranſeunti confragoſa loca, impli-
cataſq. flexibus uallium uias, ubi uentum ad hanc urbem eſt, repente uelut maris uaſti, ſic
immenſa panditur planities, ut ſubiectos campos terminare oculis haud facile queas. ab
eo miraculo Thaumaci appellati. nec altitudine ſolum tuta urbs, ſed quod ſaxo undique
abſciſſo rupibus impoſita eſt. Hae difficultates, & quod haud ſatis dignum tanti laboris pe
C riculiq. pretium erat, ut abſiſteret incepto Philippus, effecerunt. hiems quoque iam in-
ſtabat, cum inde abſceſſit, & in Macedoniam in hiberna copias reduxit. Ibi ceteri quidem
data quantacumque quiete temporis, ſimul animos, corporaq. remiſerant: Philippũ, quã-
tum ab aſsiduis laboribus itinerum pugnarumque laxauerat animum, tanto magis inten-
tum in uniuerſum euentum belli curae angunt: non hoſtes modo timentem, qui terra ma-
riq. urgebant, ſed nunc ſociorum, nunc etiam popularium animos, ne & illi ad ſpem ami-
citiae Romanorum deficerent, & Macedonas ipſos cupido nouandi res caperet. itaque &
in Achaiam legatos miſit, ſimul qui iuſiurandum (ita enim pepigerant, quotannis iuratu-
ros in uerba Philippi) exigerent: ſimul qui redderent Achaeis Orchomenon, & Heraeam,
& Triphyliam: Illis Alipheram contendentibus, numquam eam urbem fuiſſe ex Triphy-
lia, ſed ſibi debere reſtitui: quia una eſſet ex ijs, quae ad condendam Megalopolim ex con
D cilio Arcadum contributae forent. Et cum Achaeis quidem per haec ſocietatem firmabat.
Macedonum animos ſibi conciliauit cum Heraclide. nam cum eum maximae inuidiae ſibi
eſſe cerneret, multis criminibus oneratum in uincla coniecit, ingenti popularium gau-
dio. Bellum, ſiquando umquam ante alias, cum magna cura apparauit, exercuitq. in armis
& Macedonas, & mercenarios milites: principioq. ueris cum Athenagora omnia exter-
na auxilia, quodq. leuis armaturae erat, in Chaoniam per Epirum ad occupandas, quae ad
Antigoniam fauces ſunt, (Stena uocant Graeci) miſit. ipſe poſt paucis diebus grauiore ſe-
cutus agmine, cum ſitum omnem regionis adſpexiſſet: maxime idoneum ad muniendum
locum credidit eſſe praeter amnem Aoum. Is inter montes, quorum alterum Aeropum, al
terum Aſnaum incolae uocant, anguſta ualle fluit, iter exiguum ſuper ripam praebens. Aſ-
naum Athenagoram cum leui armatura tenere ac communire iubet: ipſe in Aeropo po-
ſuit caſtra. qua abſciſſae rupes erant, ſtatio paucorum armatorum tenebat. quae minus tu
E ta erant, alia foſsis, alia uallis, alia turribus muniebat. magna tormentorum etiam uis, ut
miſsilibus procul arcerent hoſtem, idoneis locis diſpoſita eſt. tabernaculum regium pro
uallo in conſpecto maxime tumulo, ut terrorem hoſtibus, ſuiſq. ſpem ex fiducia faceret,
poſitum. Conſul per Charopem Epirotem certior factus, quos ſaltus cum exercitu inſe-
diſſet rex, & ipſe cum Corcyrae hibernaſſet, uere primo in continentẽ tranſlatus, ad hoſtẽ
ducere pergit. quinque millia ferme ab regijs caſtris cum abeſſet, loco munito relictis le-
gionibus, ipſe cum expeditis progreſſus ad ſpeculanda loca, poſtera die conſilium habuit,
utrum per inſeſſum ab hoſte ſaltum, quamquam labor ingens periculumq. proponeretur,
tranſitum tentaret; an eodem itinere, quo priore anno Sulpicius Macedoniam intrauerat,
circumduceret

circumduceret copias. Hoc conſilium per multos dies agitanti nuncius uenit, T. Quin- F
ctium conſulem factum, ſortitumq. prouinciam Macedoniam, maturato itinere iam Cor-
cyram trãieciſſe. Valerius Antias intraſſe ſaltum Villium tradit, quia recto itinere nequie
rit, omnibus a rege inſeſſis, ſecutum uallem, per quam mediam fertur Aous amnis: ponte
raptim facto, in ripam, in qua erant caſtra regia, tranſgreſſum acie conflixiſſe: fuſum fuga
tumq. regem, caſtris exutum. XII millia hoſtiũ eo proelio caeſa, capta duo millia & ducẽ
tos, & ſigna militaria centum XXXII. equos CCXXX. aedem etiam Ioui in eo proelio
uotam, ſi res proſpere geſta eſſet. Ceteri Graeci Latiniq. auctores, quorum quidem ego
legi annales, nihil memorabile a Villio actum, integrumq. bellum inſequentem conſulem
T. Quinctium accepiſſe tradunt. Dum haec in Macedonia geruntur, conſul alter L. Len-
tulus, qui Romae ſubſtiterat, comitia cenſoribus creandis habuit. multis claris petentibus
uiris, creati cenſores P. Cornelius Scipio Africanus, & P. Aelius Paetus. Hi magna inter G
ſe concordia & ſenatum ſine ullius nota legerunt: & portoria uenalium Capuae, Puteo-
liſq. item caſtrorum portorium, quo in loco nunc opidum eſt, fruendum locarunt: colo-
noſq. eo trecentos (is enim numerus finitus ab ſenatu erat) adſcripſerunt, & ſub Tifatis
Capuae agrum uendiderunt. Sub idem tempus L. Manlius Acidinus ex Hiſpania dece-
dens, prohibitus a M. Porcio Laeca, tribuno plebis, ne ouans rediret, cum ab ſenatu impe-
traſſet, priuatus urbem ingrediens, ∞ CC pondo argenti, XXX pondo ferme auri in
aerarium tulit. Eodem anno Cn. Baebius Tamphilus, qui ab C. Aurelio, cõſule anni prio-
ris, prouinciam Galliam acceperat, temere ingreſſus Gallorum Inſubrium fines, prope
cum toto exercitu eſt circumuentus. ſupra ſex millia & ſexcentos milites amiſit. tanta
ex eo bello, quod iam timeri deſierat, clades accepta eſt. Ea res L. Lentulum conſulem ab
urbe exciuit. qui ut in prouinciam uenit plenam tumultus, trepido exercitu accepto, prae- H
torem, multis probris increpitum, prouincia decedere, atque abire Romam iuſſit. neque
ipſe conſul memorabile quidquam geſſit, comitiorum cauſſa Romã reuocatus, quae ipſa
per M. Fuluium & M. Curium tribunos plebis impediebantur: quod T. Quinctium Fla-
mininum cõſulatum ex quaeſtura petere non patiebantur. Iam aedilitatem, praeturãq. fa-
ſtidiri: nec per honorum gradus documentum ſui dantes nobiles homines tendere ad con
ſulatum, ſed tranſſcendendo media, ſumma imis continuare. Res ex campeſtri certamine
in ſenatum uenit. patres cenſuerunt, qui honorem, quem ſibi capere per leges liceret, pe-
teret: in eo populo creandi quem uelit, poteſtatem fieri aequum eſſe. In auctoritate pa-
trum fuere tribuni. Creati conſules Sex. Aelius Paetus, & T. Quinctius Flamininus. Inde
praetorum comitia habita. creati L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Por-
cius Cato, C. Heluius, qui aediles plebis fuerant. Ab ijs ludi plebeij inſtaurati. & epulum I
Iouis fuit ludorum cauſſa. Et ab aedilibus curulibus C. Valerio Flacco flamine Diali, &
C. Cornelio Cethego ludi Romani magno apparatu facti. Ser. & C. Sulpicij Galbae pon-
tifices eo anno mortui ſunt. in eorum locum M. Aemilius Lepidus, & Cn. Cornelius Sci-
AN. 552. pio pontifices ſuffecti ſunt. Sex. Aelius Paetus, T. Quinctius Flamininus conſules magi-
ſtratu inito ſenatum in Capitolio cum habuiſſent, decreuerunt patres, ut prouincias Ma-
cedoniam, atque Italiam conſules compararent inter ſe, ſortirenturue: utri eorum Mace-
donia eueniſſet, in ſupplementum legionum tria millia militum Romanorum ſcriberet,
& CCC equites: item ſociorum Latini nominis quinque millia peditum, quingentos
equites. alteri conſuli nouus omnis exercitus decretus. L. Lentulo, prioris anni conſu-
li, prorogatum imperiũ eſt, uetituſq. aut ipſe prouincia decedere prius, aut ueterẽ exerci-
tum deducere, quam cum legionibus nouis conſul ueniſſet. Sortiti conſules prouincias. K
Aelio Italia, Quinctio Macedonia euenit. Praetores, L. Cornelius Merula urbanam, M.
Claudius Siciliam, M. Porcius Sardiniam, C. Heluius Galliam eſt ſortitus. Delectus in-
de haberi eſt coeptus. nam, praeter conſulares exercitus, praetores quoque iuſſi ſcribere
milites erant. Marcello in Siciliam quattuor millia peditum ſocium Latini nominis, &
CCC equites: Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum,
CC equites: ita ut hi praetores ambo cum in prouincias ueniſſent, ueteres dimitterent
pedites equiteſque. Attali deinde regis legatos in ſenatum conſules introduxerunt. Hi
regem claſſe ſua copijsq. omnibus terra mariq. Romanam rem iuuare, quaeq. imperarent
Romani conſules, impigre atque obedienter ad eam diem feciſſe cum expoſuiſſent, uere-

A ri dixerunt,ne id praeſtare ei per Antiochum regem ultra non liceret. uacuũ namque prae
ſidijs naualibus terreſtribuſq. regnum Attali Antiochum inuaſiſſe. itaque Attalum ora-
re patres conſcriptos,ſi ſua claſſe,ſuaq. opera uti ad Macedonicum bellum uellent,mitte-
rent ipſi praeſidium ad regnum eius tutandum: ſi id nollent, ipſum ad ſua defendenda cũ
claſſe ac reliquis copijs redire paterentur. Senatus legatis ita reſponderi iuſſit, quod rex
Attalus claſſe copijſq. alijs duces Romanos iuuiſſet, id gratum ſenatui eſſe: auxilia nec
ipſos miſſuros Attalo aduerſus Antiochum,ſocium & amicum populi Romani,nec Atta-
li auxilia retenturos ultra quam regi commodum eſſet. Semper pop.Romanum alienis re
bus arbitrio alieno uſum. & principium & finem in poteſtate ipſorum qui ope ſua uelint
adiutos Romanos eſſe.Legatos ad Antiochum miſſuros,qui nuncient, Attali,nauiumque
eius,& militum opera aduerſus Philippum,communem hoſtem,uti populum Romanum.
B gratum eum facturum ſenatui,ſi regno Attali abſtineat,belloque abſiſtat. aequum eſſe,ſo
cios & amicos populi Romani reges inter ſe quoque ipſos pacem ſeruare. conſulem T.
Quinctium, ita habito delectu, ut eos fere legeret, qui in Hiſpania aut Africa meruiſſent,
ſpectatae uirtutis milites, properantem in prouinciam, prodigia nunciata, atque eorum
procuratio Romae retinuerunt. De caelo tacta erant,uia publica Veijs, forum & aedes Io
uis Lauinij,Herculis aedes Ardeae,Capuae murus, & turres, & aedes quae Alba dicitur.
caelum ardere uiſum erat Arretij. terra Velitris trium iugerum ſpatio cauerna ingenti de-
ſederat. Sueſſae Auruncae nunciabant agnum cum duobus capitibus natum, & Sinueſſae
porcũ humano capite.Eorum prodigiorum cauſſa ſupplicatio unum diem habita, & cõſu-
les rebus diuinis operam dederunt: placatiſq.dijs profecti in prouincias ſunt. Aelius cum
C.Heluio praetore in Galliam,exercitumq.ab L.Lentulo acceptum, quẽ dimittere debe-
C bat,praetori tradidit,ipſe nouis legionibus quas ſecum adduxerat,bellum geſturus:neque
memorabilis rei quidquam geſſit. Et T.Quinctius alter conſul maturius, quam priores ſo
liti erant conſules,a Brundiſio cum tranſmiſiſſet, Corcyram tenuit cum octo millibus pe-
ditum,equitibus octingentis. a Corcyra in proxima Epiri quinqueremi tranſiecit,& in ca
ſtra Romana magnis itineribus contendit. inde Villio dimiſſo paucos moratus dies,dum
ſe copiae a Corcyra aſſequerentur, conſilium habuit, utrum recto itinere per caſtra ho-
ſtium uiam facere conaretur: an,ne tentata quidem re tanti laboris ac periculi, per Daſſa-
ritios potius Lycum tuto circuitu Macedoniam intraret. uiciſſetq. ea ſententia,ni timuiſ-
ſet,ne,cum a mari longius receſsiſſet,miſſo e manibus hoſte,ſi (quod antea fecerat)ſolitu-
dinibus ſiluiſque ſe tutari rex uoluiſſet,ſine ullo effectu aeſtas extraheretur. utcumque eſ-
ſet igitur, illo ipſo tam iniquo loco aggredi hoſtem placuit. ſed magis fieri id placebat,
D quam quo modo id fieret, ſatis expediebat: dieſq. XL. ſine ullo conatu ſedentes in con-
ſpectu hoſtium abſumpſerant. inde ſpes data Philippo eſt per Epirotarum gentem tentan
dae pacis. habitoque concilio delecti ad eam rem agendam Pauſanias praetor, & Alexan
der magiſter equitum, conſulem & regem, ubi in artiſſimas ripas Aous cogitur amnis,in
colloquium adduxerunt. Summa poſtulatorum conſulis erat,praeſidia ex ciuitatibus rex
deduceret: ijs,quorum agros urbeſq. populatus eſſet, redderet res quae compareent,ce-
terorum aequo arbitrio aeſtimatio fieret. Philippus aliam aliarum ciuitatum condicionẽ
eſſe reſpondit. quas ipſe cepiſſet,eas liberaturum: quae ſibi traditae a maioribus eſſent,ea
rum hereditaria ac iuſta poſſeſſione non exceſſurum. ſi quas quererentur belli clades eae
ciuitates cum quibus bellatum foret: arbitrio quo uellent, populorum cum quibus pax
utriſque fuiſſet,ſe uſurum. Conſul nihil ad id quidem arbitro aut iudice opus eſſe dicere.
E cui enim non apparere,ab eo,qui prior arma intuliſſet,iniuriam ortam? nec Philippum ab
ullis bello laceſsitum: priorem uim omnibus feciſſe. Inde cum ageretur, quae ciuitates
liberandae eſſent,Theſſalonicam primam omnium nominauit conſul. ad id uero adeo ac-
cenſus indignatione eſt rex,ut exclamaret,Quid uicto grauius imperares T. Quincti? atq.
ita ſe ex colloquio proripuit. & temperatum aegre eſt,quin miſsilibus, quia dirempti me
dio amne fuerant,pugnam inter ſe conſererent.Poſtero die per excurſiones ab ſtationibus
primo in planitie ſatis ad id patenti multa leuia commiſſa proelia ſunt: deinde recipienti-
bus ſe regijs in arta & confragoſa loca, auiditate accenſi certaminis, eo quoque Romani
penetrauere. pro his ordo,& militaris diſciplina,& genus armorum erat aptum proelium
gerentibus: pro hoſte loca,& catapultae baliſtaeq.in omnibus prope rupibus,quaſi in mu-
ris,

ris diſpoſitae. multis hinc,atque illinc uulneribus acceptis,cum etiā,ut in proelio iuſto,aliquot cecidiſſent,nox pugnae finem fecit. F Cum in hoc ſtatu res eſſet,paſtor quidē a Charope principe Epirotarum miſſus deducitur ad conſulem. is ſe in eo ſaltu, qui regijs tunc operatus caſtris erat, armentum paſcere ait, omnes montium eorum anfractus calleſq. noſſe. ſi ſecum aliquot mittere uelit,non iniquo nec perdifficili aditu ſupra caput hoſtium deducturum. haec,Charops renunciari iubet, ita crederet, ut ſuae potius omnia,quam illius poteſtatis eſſent. Cum magis uellet credere, quam auderet, conſul, miſtumque gaudio ac metu animum gereret, auctoritate motus Charopis, experiri ſpem oblatam ſtatuit. & ut auerteret rem a ſuſpicione,biduo inſequenti laceſſere hoſtem, diſpoſitis ab omni parte copijs,ſuccedentibusque integris in locum defeſſorum,non deſtitit. quattuor millia inde lecta peditum,& trecentos equites tribuno militum tradit. equites,quoad loca patiantur,ducere iubet. ubi ad inuia equiti uentum ſit, in planitie aliqua locari equitatum. G pedites, qua dux monſtraret uiam, ire: ubi, ut polliceatur, ſuper caput hoſtium peruentum ſit,fumo dare ſignum: nec ante clamorem tollere,quam,ab ſe ſigno accepto,pugnam coeptā arbitrari poſſet. nocte itinera fieri iubet,(& pernox forte luna erat) interdiu cibi quietiſq. ſumeret tempus.ducem promiſſis ingentibus oneratum,ſi fides exſtet, uinctum tamē tribuno tradit. His copijs ita dimiſſis,eo intentius Romanus undique inſtat capere ſtationes. Interim die tertio cum uerticem quem petierant, Romani cepiſſe,ac tenere ſe, fumo ſignificarent: tum uero trifariam diuiſis copijs, conſul ualle media cum militum robore ſuccedit,cornua dextra laeuaq. admouet caſtris. nec ſegnius hoſtes obuiam eunt.& dum auiditate certaminis prouecti extra munitiones pugnāt, aut paullo ſuperior eſt Romanus miles & uirtute, & ſcientia, & armorum genere. Poſteaquam multis uulneratis interfectiſque,recepere ſe regij in loca aut munimento aut natura tuta, uerterat periculum in Romanos, H temere in loca iniqua,nec faciles ad receptum anguſtias progreſſos. neque impunita temeritate inde recepiſſent ſeſe,ni clamor primum a tergo auditus,dein pugna etiam coepta amentes repentino terrore regios feciſſet. Pars in fugam effuſi ſunt. pars, quia magis locus fugae deerat,quam quod animi ſatis eſſet ad pugnam,cum ſubſtitiſſent ab hoſte & a fronte & a tergo urgente circumuenti ſunt. Deleri totus exercitus potuit,ſi fugientes perſecuti uictores eſſent: ſed equitem anguſtiae locorumq. aſperitas,peditem armorū grauitas impedijt. Rex primo effuſe ac ſine reſpectu fugit: dein quinque millium ſpatium progreſſus,cum ex iniquitate locorum, id quod erat, ſuſpicatus eſſet, ſequi non poſſe hoſtem, ſubſtitit in tumulo quodam, dimiſitque ſuos per omnia iuga ualleſque, qui palatos in unum colligerent. Non plus duobus millibus hominum amiſſis, cetera omnis multitudo,uelut ſignum aliquod ſecuta,in unum cum conueniſſet,frequenti agmine petunt Theſ- I ſaliam. Romani quoad tutum fuit inſecuti, caedentes, ſpolianteſque caeſos, caſtra regia, etiam ſine defenſoribus difficili aditu, diripiunt: atque ea nocte in ſuis caſtris manſerunt. Poſtero die conſul per ipſas anguſtias,qua ſe inter ualles flumē inſinuat, hoſtem ſequitur. Rex primo die ad caſtra Pyrrhi peruenit, inde poſtero die ingenti itinere agminis (& metus urgebat)in montem Lyncon perrexit. Ipſi montes Epiri ſunt, interiecti Macedoniae, Theſſaliaeque: latus quod uergit in Theſſaliā,oriens ſpectat,ſeptemtrio a Macedonia obijcitur. ueſtiti frequentibus ſiluis ſunt; iuga ſumma campos patentes, aquaſque perennes habent. Ibi ſtatiuis rex per aliquot dies habitis,fluctuatus animo eſt, utrum protinus in regnum ſe reciperet,an reuerti in Theſſaliam praeſtaret. inclinauit ſententia,ſuum in Theſſaliam agmen dimitteret: Tricamque proximis limitibus petit: inde obuias urbes raptim peragrauit. homines qui ſequi poſſent,ſedibus excibat, opida incendebat, rerum ſuarum, K quas poſſent,ferendarum ſecum dominis ius fiebat,cetera militis praeda erat. nec quod ab hoſte crudelius pati poſſent,reliqui quidquam fuit,quam quae ab ſocijs patiebantur. Haec etiam facienti Philippo acerba erant,ſed e terra mox futura hoſtium,corpora ſaltem eripere ſociorum uolebat. ita euaſtata ſunt opida, Phacium, Ireſiae, Euhydrium, Eretria, Palaepharus. Pheras cum peteret,excluſus,quia res egebat mora,ſi expugnare uellet, nec tempus erat: omiſſo incepto,in Macedoniam tranſcendit. nam etiam Aetolos appropinquare fama erat. qui audito proelio quod circa amnem Aoum factum erat,proximis prius euaſtatis circa Sperchias & Macran(quam uocant) comen,tranſgreſsi inde in Theſſaliā Cymines & Angeas primo impetu potiti ſunt. a Metropoli dum uaſtant agros, concurſu o-

A pidanorum ad tuenda moenia facto, repulſi ſunt. Callithera inde aggreſſi, ſimilem impetum opidanorum pertinacius ſuſtinuerunt: compulſiſque intra moenia qui eruperant, contenti ea uictoria, quia ſpes nulla admodum expugnandi erat, abſceſſerunt. Tneuma inde & Calathana uicos expugnant, diripiuntque. Acharras per deditionem receperunt. Xyniae ſimili metu a cultoribus deſertae ſunt. Hoc ſedibus ſuis extorre agmen in praeſidium incidit, quod Athamanum, quo tutior frumentatio eſſet, ducebatur. incondita inermiſque multitudo, miſta imbelli turba, ab armatis caeſa eſt. Xyniae deſertae diripiuntur. Cyphara inde Aetoli capiunt, opportune Dolopiae imminens caſtellum. Haec raptim intra paucos dies ab Aetolis geſta. Nec Aminander, atque Athamanes poſt famam proſperae pugnae Romanorum quieuerunt. Ceterum Aminander, quia ſuo militi parum fidebat, petito ab conſule modico praeſidio, cum Gomphos peteret,
B opidum protinus nomine Phecadum, ſitum inter Gomphos, fauceſque anguſtas, quae ab Athamania Theſſaliam dirimunt, ui cepit. inde Gomphos adortus, & per aliquot dies ſumma ui urbem tuentes, cum ſcalas ad moenia erexiſſet, eodem metu perpulit ad deditionem. Haec deditio Gomphorum ingentem terrorem Theſſalis intulit. dedidere deinceps ſeſe, qui Argenta, quique Pherinum, & Thimarum, & Liſinas, & Stimonem, & Lampſum habent, aliaque caſtella iuxta ignobilia. Dum Athamanes Aetolique, ſummoto Macedonum metu, in aliena uictoria ſuam praedam faciunt: Theſſaliaque a tribus ſimul exercitibus, incerta quem hoſtem, quemue ſocium crederet, uaſtatur: conſul faucibus, quas fuga hoſtium aperuerat, in regionem Epiri tranſgreſſus, etſi probe ſcit, cui parti, Charopo principe excepto, Epirotae fauiſſent: tamen quia ab ſatisfaciendi quoque cura imperata enixe facere uidet: ex praeſenti eos potius, quã ex praeterito aeſtimat habitu, & ipſa facilitate ueniae animos eorum in poſterum conciliat. Miſſis deinde nun-
C cijs Corcyram, ut onerariae naues in ſinum uenirent Ambracium: ipſe progreſſus modicis itineribus, quarto die in monte Cercetico poſuit caſtra, eodem Aminandro cum ſuis auxilijs accito, non tam uirium eius egens, quam ut duces in Theſſaliam haberet. ab eodem conſilio & plerique Epirotarum uoluntarij inter auxilia accepti. Primam urbium Theſſaliae Phalaram eſt aggreſſus. duo millia Macedonum in praeſidio habebat: qui primo ſumma ui reſtiterunt, quantum arma, quantum moenia tueri poterant. ſed oppugnatio continua, non die non nocte remiſſa, cum conſul in eo uerti crederet ceterorum Theſſalorum animos, ſi primi uim Romanam non ſuſtinuiſſent, uicit pertinaciam Macedonum. Capta Phalara, legati a Metropoli & a Piera dedentes urbes uenerunt. uenia eiſdem petentibus datur. Phalara incenſa, ac direpta eſt. Inde Aeginium petit. quem
D locum cum uel modico praeſidio tutum, ac prope inexpugnabilem uidiſſet, paucis in ſtationem proximam telis coniectis, ad Gomphorum regionem agmen uertit. degreſſuſque in campos Theſſaliae, cum iam omnia exercitui deeſſent, quia Epirotarum pepercerat agris: explorato ante, utrum Leucadem, an ſinum Ambracium onerariae tenuiſſent, frumentatum Ambraciam inuicem cohortes miſit. & eſt iter a Gomphis Ambraciam ſicut impeditum ac difficile, ita ſpatio perbreui. intra paucos itaque dies, tranſuectis a mari commeatibus, repleta omni rerum copia ſunt caſtra. Inde ad Rhagen eſt profectus. Decem ferme millia a Lariſſa abeſt. ex Perraebia oriundi ſunt. ſita eſt urbs ſuper Peneum amnem. Nihil trepidauere Theſſali ad primum aduentum Romanorum. Et Philippus ſicut in Theſſaliam ipſe progredi non audebat, ita intra Tempe ſtatiuis poſitis, ut quiſque locus ab hoſte tentabatur, praeſidia per occaſiones ſummittebat. Sub idem fere tem-
E pus, quo conſul aduerſus Philippum primum in Epiri faucibus caſtra poſuit: & L. Quinctius, frater conſulis, cui claſſis cura, maritimaeque orae imperium mandatum ab ſenatu erat, cum duabus quinqueremibus Corcyram tranſuectus, poſtquam profectam inde claſſem audiuit, nihil morandum ratus, cum ad Samem inſulam aſſecutus eſſet, dimiſſo L. Apuſtio, cui ſucceſſerat: tarde inde ad Maleam, trahendis plerumque remulco nauibus, quae cum commeatu ſequebantur, peruenit. A Malea, iuſſis ceteris, quantum maxime poſſent, maturare ſequi, ipſe tribus quinqueremibus expeditis Piraeeum praecepit, accepitque naues ibi relictas ab L. Apuſtio legato ad praeſidium Athenarum. Eodem tempore duae ex Aſia claſſes profectae, una cũ Attalo rege: (eae quattuor & uiginti quinqueremes erant) Rhodia altera XX nauium tectarum. Ageſimbrotus praeerat. hae cir-

ea Andrum inſulam claſſes coniunctae, Euboeam inde exiguo diſtantem freto traiecerunt. Caryſtiorum primum agros uaſtarunt: deinde ubi Caryſtus praeſidio a Chalcide raptim miſſo firma uiſa eſt, ad Eretriam acceſſerunt. Eodem & L. Quinctius cum ijs nauibus, quae Piraeei fuerant, Attali regis aduentu audito uenit, iuſſitque, ut quae ex ſua claſſe ueniſſent naues, Euboeam peterent. Eretria ſumma ui oppugnabatur: nam & trium iunctarum claſſium naues omnis generis tormenta machinaſque ad urbium excidia ſecum portabant: & agri affatim materiae praebebant ad noua molienda opera. Oppidani primo haud impigre tuebantur moenia: deinde feſsi uulneratique aliquot, cum & muri partem euerſam operibus hoſtium cernerent, ad deditionem inclinarunt. ſed praeſidium erat Macedonum, quos non minus, quam Romanos, metuebant: & Philocles, regius praefectus, a Chalcide nuncios mittebat, ſe in tempore affuturum, ſi ſuſtinerent obſidionem. Haec miſta metu ſpes, ultra, quam uellent aut quam poſſent, trahere eos tempus cogebat. deinde poſteaquam Philoclem repulſum, trepidantemque refugiſſe Chalcidem acceperunt: oratores extemplo ad Attalum ueniam fidemque eius petentes miſerunt. Dum, in ſpem pacis intenti, ſegnius munera belli obeunt, & ea modo parte, qua murus dirutus erat, ceteris neglectis, ſtationes armatas opponunt: Quinctius noctu ab ea parte, quae minime ſuſpecta erat, impetu facto, ſcalis urbem cepit. opidanorum omnis multitudo cum coniugibus ac liberis in arcem confugit: deinde in deditioné uenit. pecuniae, aurique, & argenti haud ſane multum fuit: ſigna, tabulae priſcae artis, ornamentaque eius generis plura, quam pro urbis magnitudine aut opibus ceteris, inuenta. Caryſtus inde repetita. unde, priuſquam e nauibus copiae exponerentur, omnis multitudo, urbe deſerta, in arcem confugit. inde ad fidem ab Romano petendam oratores mittunt. opidanis extemplo uita ac libertas conceſſa eſt: Macedonibus treceni nummi in capita ſtatutum eſt pretium, & ut armis traditis abirent. hac ſumma redempti in Boeotiam inermes tranſiecti. Nauales copiae, duabus claris urbibus Euboeae intra dies paucos captis, circumuectae Sunium, Atticae terrae promontorium, Cenchreas, Corinthiorum emporium, petierunt. Conſul interim omnium ſpe longiorem atrocioremque oppugnationem habuit: & ea, qua minimum crediderat, reſiſtebant hoſtes. nam omnem laborem in muro diruendo crediderat fore, ſi aditum armatis in urbem patefeciſſet, fugam inde, caedemque hoſtium fore, qualis captis urbibus fieri ſolet. ceterum poſteaquam, parte muri arietibus decuſſa, per ipſas ruinas tranſcenderunt in urbem armati: illud principium uelut noui, atque integri laboris fuit. nam Macedones, qui in praeſidio erant & multi & delecti, gloriam etiam egregiam rati, ſi armis potius & uirtute, quam moenibus, urbem tuerentur: conferti pluribus introrſus ordinibus acie firmata, cum tranſcendere ruinas ſenſiſſent Romanos: per impeditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id conſul aegre paſſus, nec eam ignominiam ad unius modo expugnandae moram urbis, ſed ad ſummam uniuerſi belli pertinere ratus, quod ex momentis paruarum plerumque rerum penderet: purgato loco, qui ſtrage ſemiruti muri cumulatus erat, turrim ingentis altitudinis, magnam uim armatorum multiplici tabulato portantem, promouit: & cohortes inuicem ſub ſignis, quae cuneum Macedonum, (phalangem ipſi uocant) ſi poſſent, ui perrumperent, emittebat. Sed ad loca anguſta, haud late patente interuallo diruti muri, genus armorum pugnaeque hoſti aptius erat. ubi conferti haſtas ingentis longitudinis prae ſe Macedones obieciſſent, uelut in conſtructam denſitate clypeorum teſtudiné Romani pilis nequidquam emiſsis, cum ſtrinxiſsent gladios: neque congredi propius, neque praecidere haſtas poterant: &, ſi quam incidiſſent, aut praefregiſſent, haſtile fragmento ipſo acuto inter ſpicula integrarum haſtarum uelut uallum explebat. ad hoc & muri pars adhuc integra utraque tuta praeſtabat latera: nec ex longo ſpatio aut cedendum, aut impetus faciendus erat: quae res turbare ordines ſolet. acceſsit etiam fortuita res ad animos eorum firmandos. nam cum turris per aggerem parum denſati ſoli ageretur, rota una in altiorem orbitam depreſſa ita turrim inclinauit, ut ſpeciem ruentis hoſtibus, trepidationemque inſanam ſuperſtantibus armatis praebuerit. Cum parum quidquam ſuccederet: conſul minime aequo animo comparationem militum generis armorumq. fieri patiebatur: ſimul nec maturam expugnandi ſpem, nec rationem, procul a mari, & in euaſtatis belli cladibus locis, hibernandi ullam cernebat. itaque relicta obſidione, quia nullus

F (margin, line 1) · G (margin, line 12) · H (margin, line 24) · I (margin, line 36) · K (margin, line 48)

perdet (handwritten marginal note)

A lus in tota Acarnania, atque Aetoliae ora portus erat, qui ſimul & omnes onerarias, quae
commeatum exercitui portabant, caperet: & tecta ad hibernandum legionibus praeberet.
Anticyra in Phocide in Corinthium uerſa ſinum ad id opportuniſsime ſita uiſa: quia nec
procul Theſſalia, hoſtiumque locis abibant: & ex aduerſo Peloponneſum exiguo maris
ſpatio diuiſam, ab tergo Aetoliam Acarnaniamque, ab lateribus Locridem ac Boeotiam
habebant. Phocidis primo impetu Phanoteam ſine certamine cepit. Anticyra haud mul-
tum in oppugnendo praebuit morae. Ambryſus inde Hyampoliſq. receptae. Daulis, quia
in tumulo excelſo ſita eſt: nec ſcalis nec operibus capi poterat. laceſſendo miſsilibus eos
qui in praeſidio erant, cum ad excurſiones elicuiſſent: refugiendo inuicem, inſequendoq.
& leuibus ſine effectu certaminibus, eo negligétiae & contemptus adduxerunt, ut cum re
fugientibus in portam permiſti impetum Romani facerent. & alia ignobilia caſtella Pho-
B cidis terrore magis, quam armis, in poteſtatem uenerunt. Elatia clauſit portas: nec, niſi ui
cogerentur, recepturi moenibus uidebantur aut ducem aut exercitum Romanum. Elatiam
obſidenti conſuli rei maioris ſpes affulſit, Achaeorum gentem ab ſocietate regia ad Roma
nam amicitiam auertendi. Cycliadem, principem factionis ad Philippum trahentiũ res,
expulerant. Ariſtaenus, qui Romanis gentem iungi uolebat, praetor erat. Claſsis Romana
cum Attalo & Rhodijs Cenchreis ſtabat, parabantque communi omnes conſilio Corin-
thum oppugnare. Optimum igitur ratus eſt, priuſquam eam rem aggrederentur, legatos
ad gentem Achaeorum mitti, pollicentes, ſi ab rege ad Romanos defeciſſent, Corinthum
ijs contributuros in antiquum gentis concilium. Auctore conſule legati a fratre eius L.
Quinctio, & Attalo, & Rhodijs, & Athenienſibus ad Achaeos miſsi. Sicyone datum ijs eſt
concilium. Erat autem non admodum ſimplex habitus animorum inter Achaeos. terre-
C bat eos Lacedaemonius, grauis & aſsiduus hoſtis: horrebant Romana arma: Macedonum
beneficijs & ueteribus & recentibus obligati erant: regem ipſum ſuſpectũ habebant: pro
eius crudelitate perfidiaque, ex ijs, quae tum ad tempus faceret, aeſtimátes, grauioré poſt
bellum dominum futurum cernebant: neque ſolum quid in ſenatu quiſque ciuitatis ſuae,
aut in communibus concilijs gentis pro ſententia dicerent, ignorabant: ſed ne ipſis quidé
ſecum cogitantibus, quid uellent, aut quid optarent, ſatis conſtabat. Ad homines ita incer
tos introductis legatis poteſtas dicendi facta eſt. Romanus primum legatus L. Calpurnius
deinde Attali regis legati, poſt eos Rhodij diſſeruerunt. Philippi deinde legatis dicendi
poteſtas facta eſt. poſtremi Athenienſes, ut refellerent Macedonum dicta, auditi ſunt. ij
fere atrociſſime in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba paſſi erant, inuecti ſunt. Et
illa quidem concio ſub occaſum ſolis, tot legatorum perpetuis orationibus die abſumpto,
D dimiſſa eſt. Poſtero die aduocatur concilium: ubi cum per praeconem, ſicut Graecis mos
eſt, ſuadendi, ſi quis uellet, poteſtas a magiſtratibus facta eſſet: nec quiſquam prodiret:
diu ſilentium aliorum alios intuentium fuit. neque mirum, ſi quibus ſua ſponte uolutanti
bus res inter ſe pugnantes obtorpuerant quodammodo animi: eos orationes quoque inſu
per turbauerant, utrimque quae difficilia eſſent, promendo, admonendoq. per totum dié
habitae. Tandem Ariſtaenus, praetor Achaeorum, ne tacitum cócilium dimitteret, Vbi, in-
quit, illa certamina animorum Achaei ſunt, quibus in conuiuijs & circulis, cũ de Philippo
& Romanis mentio incidit, uix manibus temperatis? nunc in concilio ad eam rem unam
indicto, cum legatorum utrimque uerba audieritis, cum referant magiſtratus, cum praeco
ad ſuadendum uocet, obmutuiſtis. ſi non cura communis ſalutis, ne ſtudia quidem, quae in
hanc aut illam partem animos ueſtros inclinarunt, uocem cuiquam poſſunt exprimere? cũ
praeſertim nemo tam hebes ſit, qui ignorare poſſit, dicendi ac ſuadendi, quod quiſque aut
E uelit, aut optimum putet, nunc occaſioné eſſe, priuſquam quidquã decernamus. ubi ſemel
decretũ erit, omnibus id, etiam quibus ante diſplicuerit, pro bono, atque utili foedere de
fendendum. Haec adhortatio praetoris non modo quemquam unum elicuit ad ſuadendũ:
ſed ne fremitum quidem, aut murmur concionis tãtae, ex tot populis congregatae, mouit.
Tum Ariſtaenus praetor rurſus. Non magis conſilium uobis principes Achaeorum deeſt,
quam lingua. ſed ſuo quiſque periculo in commune conſultum non uult. forſitan ego
quoque tacerem, ſi priuatus eſſem. nunc praetor uideo aut non dandum concilium lega
tis fuiſſe: aut inde ſine reſponſo eos dimittendos non eſſe. reſpondere autem niſi ex ueſtro
decreto qui poſſum? & quando nemo ueſtrum, qui in hoc concilium aduocati eſtis, pro

 ſententia

ſententia quidquam dicere uult; aut audet: orationes legatorum heſterno die dictas pro F
ſententijs percenſeamus, perinde ac non poſtulauerint, quae e re ſua eſſent, ſed ſualerint,
quae nobis cenſerent utilia eſſe. Romani Rhodijque & Attalus ſocietatem amicitiamque
noſtram petunt: & in bello, quod aduerſus Philippum gerunt, ſe a nobis adiuuari aequum
cenſent. Philippus ſocietatis ſecum admonet, & iuriſiurandi: & modo poſtulat, ut ſecum
ſtemus: modo, ne interſimus armis, contentum ait ſe eſſe. Nulline uenit in mentē, cur qui
nondum ſocij ſunt, plus petunt, quam ſocius? Non fit hoc neque modeſtia Philippi, neque
impudentia Romanorum. Achaei portus & dant fiduciam poſtulantibus, & demunt. Phi-
lippi praeter legatum uidemus nihil. Romana claſſis ad Cenchreas ſtat, urbium Euboeae
ſpolia praeſeferens: conſulem, legioneſque eius exiguo maris ſpatio disiunctas Phocidē
ad Locridem peruagantes uidemus. Miramini, cur diffidenter Cleomedon legatus Philip
pi, ut pro rege arma caperemus aduerſus Romanos, modo egerit? qui ſi ex eodem foede- G
re ac iureiurando, cuius nobis religionem inijciebat, rogemus eum, ut nos Philippus &
ab Nabide ac Lacedaemonijs, & ab Romanis defendat: non modo praeſidium, quo nos
tueatur, ſed ne quid reſpondeat quidem nobis, ſit inuenturus: non hercle magis, quam
ipſe Philippus priore anno: qui pollicendo ſe aduerſus Nabidem bellum geſturum, cum
tentaſſet noſtram iuuentutem hinc in Euboeam extrahere, poſteaquam nos neque decer-
nere id ſibi praeſidiū, neque uelle illigari Romano bello uidit, oblitus ſocietatis eius, quā
nunc iactat, uaſtandos depopulandoſque Nabidi ac Lacedaemonijs reliquit. Ac mihi qui-
dem minime conueniens inter ſe oratio Cleomedontis uiſa eſt. Eleuabat Romanum bel-
lum, euentumque eius eundem fore, qui prioris belli, quod cum Philippo geſſerint, dice-
bat. Cur igitur noſtrum ille auxilium abſens petit potius, quam praeſens nos ueteres ſo-
cios ſimul ab Nabide ac Romanis tueatur? nos dico? quid ita paſſus eſt Eretriam Cary- H
ſtumq. capi? quid ita tot Theſſaliae urbes? quid ita Locridem, Phocidemq.? quid ita nūc
Elatiam oppugnari patitur? cur exceſsit faucibus Epiri, clauſtriſq. illis inexpugnabilibus
ſuper Aoum amnem, aut ui, aut metu aut uoluntate? relictoq. quem inſidebat ſaltu, peni-
tus in regnum abijt? Si ſua uoluntate tot ſocios reliquit hoſtibus diripiendos, quid recuſa
re poteſt, quin & ſocij ſibi conſulant? ſi metu, nobis quoque ignoſcat timentibus. ſi uictus
armis ceſsit, Achaei nos arma Romana ſuſtinebimus Cleomedō, quae uos Macedones nō
ſuſtinuiſtis? An tibi potius credamus: Romanos non maioribus copijs, nec uiribus nunc
bellum gerere, quam antea geſſerint: potius quam res ipſas intueamur? Aetolos tū claſ-
ſe adiuuerunt. nec duce conſulari, nec exercitu bellum geſſerunt. ſociorum Philippi ma-
ritimae urbes in terrore ac tumultu erant. mediterranea adeo tuta ab Romanis armis fue-
runt, ut Philippus Aetolos, nequidquam opem Romanorum implorantes, depopularetur. I
nunc autem defuncti bello Punico Romani, quod per ſexdecim annos uelut intra uiſcera
Italiae tolerauerunt, non praeſidium Aetolis bellantibus miſerunt, ſed ipſi duces belli ar-
ma terra marique ſimul Macedoniae intulerunt. tertius iam conſul ſumma ui gerit bellū.
Sulpicius in ipſa Macedonia congreſſus fuit, fugauitq. regem, partem opulentiſſimam re-
gni eius depopulatus. nunc Quinctius tenentem clauſtra Epiri natura loci, munimentis,
exercituque fretum, caſtris exuit: fugientem in Theſſaliam perſecutus, praeſidia regia, ſo
ciaſque eius urbes prope in conſpectu regis ipſius expugnauit. Ne ſint uera, quae Athe-
nienſes modo legati de crudelitate, auaritia, & libidine regis dixerunt: nihil ad nos perti-
neant, quae in terra Attica ſcelera in ſuperos inferoſque deos ſint admiſſa; multo minus,
quam quae Ciani, Abidenique, qui procul a nobis abſunt, paſsi ſunt: noſtrorum ipſi uulne
rum, ſi uultis, obliuiſcamur: caedes, direptioneſque bonorum Meſſenae in media Pelopon K
neſo factas, & hoſpitem Cypariſsiae Garitenem cōtra ius omne ac fas inter epulas prope
ipſas occiſum, & Aratum patrem filiumque Sicyonis, cum ſenem infelicem parentem
etiam appellare ſolitus eſſet, interfectos: filij etiam uxorem libidinis cauſſa in Macedoniā
aſportatam, cetera ſtupra uirginum matronarumque obliuioni dentur. ne ſit cum Phi-
lippo res, cuius crudelitatis metu obmutuiſtis omnes: (nam quae alia tacendi aduocatis
in concilium cauſſa eſt?) cum Antigono, mitiſſimo ac iuſtiſsimo rege, & de nobis omnibus
optime merito, exiſtimemus diſceptationem eſſe: num id poſtularet facere nos, quod tū
fieri nō poſſet? Paeninſula eſt Peloponneſus anguſtis Iſthmi faucibus cōtinenti adhaerēs,
nulli apertior, atque opportunior, quam nauali bello. ſi centum tectae naues, & quinqua-
ginta

A ginta leuiores apertae, & triginta Iſſaici lembi maritimam oram uaſtare, & expoſitas prope in ipſis litoribus urbes coeperint oppugnare, in mediterraneas ſcilicet nos urbes recipiemus? tamquam non inteſtino, & haerente in ipſis uiſceribus uramur bello. cum terra Nabis & Lacedaemonij, mari Romana claſſis urgebunt: unde regiam ſocietatem, & praeſidia Macedonum imploremus? an ipſi noſtris armis ab hoſte Romano tutabimur urbes, quae oppugnabuntur? egregie enim Dymas priore bello ſumus tutati. Satis exemplorum nobis alienae clades praebent, ne quaeramus quemadmodum ceteris exemplo ſimus. nolite, quia ultro Romani petunt amicitiam, id quod optandum uobis ac ſumma ope petendum erat, faſtidire. metu enim uidelicet compulſi, in aliena terra, quia ſub umbra auxilij ueſtri latere uolunt, in ſocietatẽ ueſtram confugiunt, ut portubus ueſtris recipiantur, ut commeatibus utantur. Mare in poteſtate habent: terras quaſcumque adeunt, extemplo ditionis

B ſuae faciunt. quod rogant, cogere poſſunt. quia pepercíſſe uolunt, committere uos, cur pereatis, non patiuntur. Nam quod Cleomedon modo tamquam mediam & tutiſſimam uobis uiam conſilij, ut quieſceretis, abſtineretiſque armis, oſtendebat: ea non media, ſed nulla uia eſt. etenim praeterquam quod aut accipienda, aut aſpernanda uobis Romanã ſocietas eſt, quid aliud quam nuſquam gratia ſtabili, uelut qui euentum exſpectauerimus, ut fortunae applicaremus noſtra conſilia, praeda uictoris erimus? Nolite, ſi quod omnibus uotis petendum erat, ultro offertur, faſtidire. non quemadmodum hodie utrumque uobis licet, ſic ſemper liciturum eſt. nec ſaepe, nec diu eadem occaſio erit. Liberare uos a Philippo iamdiu magis uotis, quam armis, audetis. ſine ueſtro labore & periculo qui uos in libertatem uindicarent, cum magnis claſſibus exercitibuſq. mare tranſiecerunt. hos ſi ſocios aſpernamini, uix ſanae mentis eſtis. ſed aut ſocios, aut hoſtes habeatis oportet.

C Secundum orationem praetoris murmur ortum aliorum cum aſſenſu, aliorũ inclementer aſſentientes increpantium: & iam non ſinguli tantum, ſed populi uniuerſi inter ſe altercabantur: tum inter magiſtratus gentis (demiurgos uocant: decem numero creantur) certamen nihilo ſegnius, quam inter multitudinem, eſſe. quinque relaturos ſe de ſocietate Romana aiebant, ſuffragiumque daturos. quinque lege cautum teſtabantur, ne quid quod aduerſus Philippi ſocietatem eſſet, aut referre magiſtratibus aut decernere concilio ius eſſet. Hic quoque dies iurgijs eſt conſumptus. Supererat unus iuſti concilij dies: (tertio enim lex iubebat decretum fieri) in quem adeo exarſere ſtudia, ut uix parentes a liberis temperauerint. Rhiſiaſus Pellenenſis erat, filium Demiurgum nomine Memnonẽ habebat, partis eius, quae decretum recitari, perrogarique ſententias prohibebat. is diu obteſtatus filium, ut conſulere Achaeos communi ſaluti pateretur, neu pertinacia ſua gentẽ uniuerſam perditum iret: poſteaquam parum proficiebant preces: iuratus ſe eum ſua manu

D interemptum: nec pro filio, ſed pro hoſte habiturum: minis peruicit, ut poſtero die coniungeret ijs ſe, qui referebant. qui cum plures facti referrent: omnibus fere populis haud dubie approbantibus relationem, ac praeſeferentibus quid decreturi eſſent: Dymaei, ac Megalopolitani, & quidam Argiuorum, prius, quam decretum fieret, conſurrexerũt, ac reliquerunt concilium: neque mirante ullo, neque improbante. nam Megalopolitanos auorum memoria pulſos ab Lacedaemonijs reſtituerat in patriam Antigonus. & Dymaeis captis nuper, direptiſque ab exercitu Romano, cum redimi eos, ubicumque ſeruirent, Philippus iuſsiſſet: non libertatem modo, ſed etiam patriam reddiderat. iam Argiui praeterquam, quod Macedonum reges ab ſe oriundos credunt, priuatis etiam hoſpitijs, familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. ob haec concilio, quod inclinauerat ad Romanam ſocietatem ineundam, exceſſerunt. ueniaque ijs huius ſeceſſionis fuit, & magnis

E & recentibus obligatis beneficijs. Ceteri populi Achaeorum, cum ſententiae perrogarentur, ſocietatem cum Attalo ac Rhodijs praeſenti decreto confirmarunt. cũ Romanis, quia iniuſſu populi non poterat rata eſſe, in id tempus, quo Romam mitti legati poſſent, dilata eſt. in praeſentia tres legatos ad L. Quinctium mitti placuit, & exercitum omnem Achaeorum ad Corinthum admoueri, captis Cenchreis, iam urbem ipſam Quinctio oppugnante. Et ij quidem e regione portae, quae fert Sicyonem, poſuerunt caſtra. Romani ad Cenchreas uerſam partem urbis, Attalus tranſducto per Iſthmum exercitu, ab Lechaeo, alterius maris portu, oppugnabant primo ſegnius, ſperantes ſeditionem intus fore inter opidanos ac regium praeſidium. poſteaquam uno animo omnes, & Macedones tam-

implorem[us]

Demiurgos uocabant ... [illegible handwritten marginal note]

mirante

quam communem patriam tuebantur: & Corinthij ducem praeſidij Androſthenem haud F
ſecus, quam ciuem, & ſuffragio creatum ſuo imperio iuſto patiebantur: omnis inde ſpes
pugnantibus in ui, & armis, & operibus erat: undique aggeres haud facili aditu ad moe-
nia admouebantur. Aries ex ea parte, quam Romani oppugnabant, aliquantum muri di-
ruerat. in quem locum, quia nudatus munimento erat, protegendum armis cum Mace-
dones concurriſſent: atrox proelium inter eos ac Romanos ortum eſt. ac primo multitu-
dine facile expellebantur Romani, aſſumptis deinde Achaeorum Attaliq. auxilijs, aequa-
bant certamen: nec dubium erat, quin Macedonas Graecosque facile loco pulſuri fuerint.
Transfugarum Italicorũ magna multitudo erat: pars ex Hannibalis exercitu metu poenae
a Romanis Philippum ſecuti: pars nauales ſocij, relictis nuper claſſibus, ad ſpem honora-
tioris militiae tranſgreſſi. hos deſperata ſalus, ſi Romani uiciſſent, ad rabiem magis, quam
audaciam accendebat. Promontorium eſt aduerſus Sicyonem Iunonis, quam uocant A- G
craeam, in altum excurrens: trãiectus inde Corinthum, ſeptẽ millia ferme paſſuum. eo Phi
locles regius & ipſe praefectus, mille & quingentos milites per Boeotiam duxit. praeſto
fuere a Corintho lembi, qui praeſidium id acceptũ Lechaeum trãijcerent. Auctor erat At-
talus incenſis operibus omittendae extemplo oppugnationis. pertinacius Quinctius in in-
cepto perſtabat. is quoque, ut pro omnibus portis diſpoſita uidit praeſidia regia, nec faci-
le erumpentium impetus ſuſtineri poſſe: in Attali ſententiam conceſſit. ita irrito incepto
dimiſſis Achaeis, reditum ad naues eſt. Attalus Piraeeum, Romani Corcyram petierunt.
Dum haec a nauali exercitu geruntur: conſul in Phocide ad Elatiam caſtris poſitis, primo
colloquijs rem per principes Elatienſium tentauit: poſteaquam nihil eſſe in manu ſua, &
plures ualidioreſque eſſe regios, quam opidanos, reſpondebatur: tum ſimul ab omni
parte operibus armiſque urbem eſt aggreſſus. Ariete admoto, quantum inter turres mu- H
ri erat, prorutum, cum ingenti fragore ac ſtrepitu nudaſſet urbem: ſimul & cohors Roma-
na per apertum recenti ſtrage iter inuaſit: & ex omnibus opidi partibus, relictis ſuis quiſ-
que ſtationibus, in eum, qui premebatur impetu hoſtium, locũ concurrerunt. Eodem tem
pore Romani & ruinas muri ſuperuadebant: & ſcalas ad ſtantia moenia inferebant. &, dũ
in unam partem oculos animoſq. hoſtium certamen auerterat: pluribus locis ſcalis capi-
tur murus, armatiq. in urbem tranſcenderunt. quo tumultu audito territi hoſtes, relicto,
quem conferti tuebantur, loco, in arcem omnes metu, inermi quoque ſequente turba, con
fugerunt. ita urbe potitur conſul. qua direpta, miſſis in arcem, qui uitam regiis, ſi abire uel
lent inermes: libertatem Elatienſibus pollicerentur; fideq. in haec data, poſt paucos dies
arcem recipit. Ceterum aduentu in Achaiam Philoclis, regij praefecti, non Corinthus
tantum liberata obſidione: ſed Argiuorum quoque ciuitas per quoſdam principes Philo- I
cli prodita eſt, tentatis prius animis plebis. Mos erat, comitiorum die primo, uelut omi-
nis cauſſa, praetores pronunciare Iouem Apollinemque & Herculem. additum legi erat,
ut ijs Philippus rex adijceretur. cuius nomen poſt pactam cum Romanis ſocietatem quia
praeco non adiecit, fremitus primo multitudinis ortus, deinde clamor ſubijcientium Phi-
lippi nomen, iubentiumq. legitimum honorem uſurpare; donec cum ingenti aſſenſu no-
men recitatum eſt. Huius fiducia fauoris Philocles acceſſitus nocte occupat collem immi
nentẽ urbi: (Lariſſam eam arcem uocant) poſitoque ibi praeſidio, cũ, lucis principio, ſignis
infeſtis ad ſubiectum arci forum uaderet, inſtructa acies ex aduerſo occurrit. praeſidium
erat Achaeorum nuper impoſitum, quingenti fere iuuenes delecti omnium ciuitatum. Ae
neſidemus Dymaeus praeerat, adhortator a praefecto regio miſſus, qui excedere urbe iu-
beret: (neque enim pares eos opidanis ſolis, qui idem quod Macedones ſentirent, nedum K
adiunctis Macedonibus eſſe: quos ne Romani quidem ad Corinthum ſuſtinuiſſent) pri-
mo nihil nec ducem, nec ipſos mouit: poſt paullo, ut Argiuos quoque armatos ex parte al
tera uenientes magno agmine uiderunt: certam perniciem cernentes, omnem tamen ca-
ſum, ſi pertinacior dux fuiſſet, uidebantur ſubituri. Aeneſidemus, ne flos Achaeorum iu-
uentutis ſimul cum urbe amitteretur: pactus cum Philocle, ut abire illis liceret, ipſe, quo
loco ſteterat, armatus cum paucis clientibus non exceſſit. miſſus a Philocle qui quae-
reret, quid ſibi uellet? nihil fatus, tatummodo cum proiecto prae ſe clypeo ſtaret; in
praeſidio creditae urbis moriturum ſe armatũ reſpondit. tum iuſſu praefecti a Thracibus
coniecta tela, interfectique omnes. Et poſt pactam inter Achaeos & Romanos ſocietatem
duae

A duae nobiliſsimae ciuitates, Argi & Corinthus, in poteſtate regis erant. Haec ab Romanis
ea aeſtate in Graecia terra marique geſta. In Gallia nihil ſane memorabile ab Sex. Aelio
conſule geſtum. cum duos exercitus in prouincia habuiſſet, unum retentum, quem dimit-
ti oportebat: cui L. Cornelius procos. praefuerat, (ipſe ei C. Heluium praetorem praefe-
cit) alterum, quem in prouinciam adduxit: totum prope annum Cremonenſibus Placen-
tiniſque cogendis redire in colonias, unde belli caſibus diſsipati erant, conſumpſit. Quem-
admodum Gallia praeter ſpem quieta eo anno fuit: ita circa urbem ſeruilis prope tumul-
tus excitatus eſt. Obſides Carthaginienſium Setiae cuſtodiebantur: cum ijs, ut principum
liberis, magna uis ſeruorum erat. augebant eorum numerum, ut ab recenti Africa bello,
& ab ipſis Setinis captiua aliquot nationis eius ex praeda empta mancipia. Cum coniura-
tionem feciſſent: miſsis ex eo numero, qui in Setino agro, deinde circa Norbam & Cir-
B ceios ſeruitia ſollicitarent: ſatis iam omnibus praeparatis, ludis, qui Setiae propediē futu-
ri erant, ſpectaculo intentum populum aggredi ſtatuerant: Setia per caedem & repenti-
num tumultum capta, Norbam & Circeios occupare. Huius rei tam foedae indicium Ro-
mam ad L. Cornelium Merulam praetorem urb. delatum eſt. Serui duo ante lucem ad eū
uenerunt, atque ordine omnia quae acta futuraq. erant, expoſuerunt. quibus domi cuſto-
diri iuſsis, praetor ſenatu uocato, edoctoq. quae indices afferrent, proficiſci ad eam coniu
rationem quaerendam, atque opprimendā iuſſus. cum quinque legatis profectus, obuios
in agris ſacramento rogatos arma capere, & ſequi cogebat. Hoc tumultuario delectu duo
bus millibus ferme hominum armatis, Setiam, omnibus quo pergeret ignaris, uenit. ibi
raptim principibus coniurationis comprehenſis, fuga ſeruorum ex opido facta eſt. di-
miſsi deinde per agros qui ueſtigarent. Egregia duorum opera ſeruorum indicum, & u-
C nius liberi fuit. ei centum millia grauis aeris dari patres iuſſerunt: ſeruis uicena quina mil
lia aeris, & libertatem. pretium eorū ex aerario ſolutum eſt dominis. Haud ita multo poſt
ex eiuſdem coniurationis reliquijs nūciatum eſt ſeruitia Praeneſte occupatura. Eo L. Cor
nelius praetor profectus, de quingentis fere hominibus, qui in ea noxa erant, ſuppli-
cium ſumpſit. In timore ciuitas fuit, obſides captiuoſque Poenorum ea moliri. itaque &
Romae uigiliae per uicos ſeruatae: iuſſique circumire eas minores magiſtratus: & trium-
uiri carceris lautumiarum intentiorē cuſtodiam habere iuſſi. & circa nomen Latinū a prae-
tore litterae miſſae, ut & obſides in priuato ſeruarentur, neque in publicū prodeundi facul
tas daretur: & captiui ne minus decem pondo compedibus uincti in nulla alia quam car-
ceris publici cuſtodia eſſent. Eodem anno legati ab rege Attalo coronam auream CC
XLVI pondo in Capitolio poſuerunt: gratiaſque ſenatui egerunt, quod Antiochus le-
D gatorum Romanorum auctoritate motus finibus Attali exercitum deduxiſſet. Eadē aeſta-
te equites ducenti, & elephanti decem, & tritici modium CC millia ab rege Maſſaniſa
ad exercitum, qui in Graecia erat, peruenerunt. Item ex Sicilia Sardiniaque magni com
meatus, & ueſtimenta exercitui miſſa. Siciliam M. Marcellus, Sardiniam M. Porcius Ca-
to obtinebat, ſanctus & innocens, aſperior tamen in foenore coercendo habitus. fugati-
que ex inſula feneratores, & ſumptus, quos in cultum praetorum ſocij facere ſoliti erāt, cir
cumciſi, aut ſublati. Sex. Aelius conſul ex Gallia comitiorum cauſſa Romam cum rediſſet,
creauit conſules C. Cornelium Cethegum, & Q. Minucium Rufum. Biduo poſt praeto-
rum comitia habita. Sex praetores illo anno primum creati, creſcentibus iam prouincijs,
& latius pateſcente imperio. creati autem hi, L. Manlius Vulſo, C. Sempronius Tudita-
nus, M. Sergius Silus, M. Heluius, M. Minucius Rufus, L. Acilius. Sempronius & Hel-
uius ex ijs aediles plebis erant. aediles curules Q. Minucius Thermus, & Ti. Sempronius
E Longus. Ludi Romani eo anno quater inſtaurati. C. Cornelio, & Q. Minucio conſulibus
omnium primum de prouincijs conſulum praetorumq. actum. prius de praetoribus tranſa
cta res, quae tranſigi ſorte poterat. urbana Sergio, peregrina iuriſdictio Minucio obtigit.
Sardiniam Acilius, Siciliam Manlius, Hiſpaniam Sempronius citeriorem, Heluius ulte-
riorem eſt ſortitus. Conſulibus Italiam Macedoniamq. ſortiri parantibus, L. Oppius &
Q. Fuluius tribuni pl. impedimento erant, quod longinqua prouincia Macedonia eſſet: ne
que ulla alia res maius bello impedimentum ad eam diem fuiſſet, quam quod uixdum
inchoatis rebus, in ipſo conatu gerendi belli, prior conſul reuocaretur. Quartum iam
annum eſſe ab decreto Macedonico bello. quaerendo regem & exercitum eius, Sulpicium

maiorem partem anni abſumpſiſſe: Villium congredientem cum hoſte re infecta reuoca- F
tum: Quinctium rebus diuinis Romae maiorem partem anni retentum, ita geſſiſſe tamen
res, ut, ſi aut maturius in prouinciam ueniſſet, aut hiems magis ſera fuiſſet, potuerit debel-
lare. nunc prope in hiberna profectum, ita comparare dici bellum, ut, niſi ſucceſſor impe-
diat, perfecturus aeſtate proxima uideatur. His orationibus peruicerunt, ut conſules in ſe
natus auctoritate fore dicerent ſe, ſi idem tribuni facerent. Permittentibus utriſque libe-
ram conſultationem, patres conſulibus ambobus Italiam prouinciam decreuerunt, T.
Quinctio prorogarunt imperium, donec ſucceſſor ei ueniſſet. Conſulibus binae legiones
decretae, & ut bellum cum Gallis Ciſalpinis, qui defeciſſent a populo Romano, gererent.
Quinctio in Macedoniam ſupplementum decretum peditũ quinque millia, & CCC equi
tes, & ſociorum naualium tria millia. Praeeſſe idem, qui praeerat, claſſi L. Quinctius Flami
ninus iuſſus. Praetoribus in Hiſpanias octona millia peditum ſociũ ac Latini nominis da- G
ta: & quadringenti equites, ut dimitterent ueterem ex Hiſpanijs militem. & terminare
iuſſi, qua ulterior citeriorue prouincia ſeruaretur. Macedoniae legatos P. Sulpicium, &
P. Villium, qui conſules in ea prouincia fuerant, adiecerunt. Prius quam conſules praeto-
reſq. in prouincias proficiſcerentur, prodigia procurari placuit: quod aedes Vulcani Sum
maniq. Romae, & quod Fregellis murus, & porta de caelo tacta erant: & Fruſinone inter
noctem lux orta. & Aſculi agnus biceps cum quinque pedibus natus: & Formijs duo lu-
pi opidum ingreſſi obuios aliquot laniauerant: Romae non in urbem ſolũ, ſed in Capito
lium penetrauerat lupus. C. Acilius tribunus pleb. tulit, ut quinque coloniae in oram ma
ritimam deducerentur: duae ad oſtia fluminũ Vulturni Liternique: una Puteolos, una ad
caſtrum Salerni. his Buxentum adiectum, tricenae familiae in ſingulas colonias iubeban-
tur mitti. triumuiri deducendis ijs, qui per triennium magiſtratum haberent, creati: M. H
Seruilius Geminus, Q. Minucius Thermus, Ti. Sempronius Longus. Delectu, rebuſq. alijs
diuinis humaniſque, quae per ipſos agendae erant, perfectis, conſules ambo in Galliã pro
fecti. Cornelius recta ad Inſubres uia, qui tum in armis erant, Caenomanis aſſumptis; Q.
Minucius in laeua Italiae ad inferũ mare flexit iter: Genuamq. exercitu abducto, ab Liguri
bus orſus eſt bellũ. Opida Claſtidium & Litubium, utraque Ligurum, & duae gentis eiuſ-
dem ciuitates, Celelates, Cerdiciateſq. ſeſe dediderunt. Et iam omnia cis Padum, praeter
Gallorum Boios, Iluates Ligurum, ſub ditione erant. quindecim opida, hominum uiginti-
millia eſſe dicebantur, quae ſe dediderant. inde in agrum Boiorum legiones duxit. Boio-
rum exercitus haud ita multo ante trãſiecerat Padũ, iunxeratq. ſe Inſubribus & Caenoma
nis, quod ita acceperant, coniunctis legionibus conſules rem geſturos, ut & ipſi collatas in
unum uires firmarent. poſteaquam fama accidit, alterum conſulem Boiorum urere agros: I
ſeditio extemplo orta eſt. poſtulare Boij, ut laborantibus opem uniuerſi ferrent. Inſubres
negare ſe ſua deſerturos. ita diuiſae copiae: Boijſq. in agrum ſuum tutandũ profectis, In-
ſubres cum Caenomanis ſuper amnis Mincij ripas conſederũt. Infra eum locum quinque
millia paſſuum & conſul Cornelius eidem flumini caſtra applicuit. inde mittendo in ui-
cos Caenomanorum, Brixiamque, quae caput gentis erat, ut ſatis comperit non ex auctori
tate ſeniorum iuuentutem in armis eſſe, nec publico conſilio Inſubrium defectioni Caeno
manos ſe adiunxiſſe: excitis ad ſe principibus, id agere ac moliri coepit, ut deſciſcerent ab
Inſubribus Caenomani, & ſignis ſublatis aut domos redirent, aut ad Romanos tranſirent.
& id quidem impetrari nequijt. in id data fides conſuli eſt, ut in acie aut quieſcerent, aut,
ſi qua etiam occaſio fuiſſet, adiuuarent Romanos. Haec ita conueniſſe Inſubres ignorabãt:
ſuberat tamen quaedam ſuſpicio animis, labare fidem ſociorum. itaque cum in aciẽ edu-
xiſſent, neutrum ijs cornu committere auſi, ne, ſi dolo ceſſiſſent, rem totam inclinarent: K
poſt ſigna in ſubſidijs eos locauerunt. conſul principio pugnae uouit aedem Soſpitae Iu-
noni, ſi eo die hoſtes fuſi fugatique eſſent. a militibus clamor ſublatus, compotem uoti
conſulem ſe facturos, & impetus in hoſtes eſt factus, non tulerunt Inſubres primum
concurſum. Quidam, & a Caenomanis terga repente in ipſo certamine aggreſſis, tu-
multum ancipitem iniectum, auctores ſunt; caeſaque in medio V & XXX millia hoſtium,
quinque millia & DCC uiuos captos; in ijs Hamilcarẽ Poenorum imperatorem, qui belli
cauſſa fuiſſet; ſigna militaria CXXX, & carpenta ſupra CC. Opida, quae defectionem ſe-
cuta erant, dediderunt ſe Romanis. Minucius conſul primo effuſis populationibus per-

agrauerat

A agrauerat fines Boiorum : deinde, ut relictis Inſubribus ad ſua tuenda receperant ſeſe, caſtris ſe tenuit, acie dimicandum cum hoſte ratus. Nec Boij detrectaſſent pugnam, ni fama uictos Inſubres allata animos fregiſſet. itaque, relicto duce caſtriſque, diſſipati per uicos, ſua ut quiſque defenderent, rationem gerendi belli hoſti mutarunt. omiſſa enim ſpe per unam dimicationem rei decernendae, rurſus populari agros, & urere tecta, uicoſq. expugnare coepit. Per eoſdem dies Claſtidium incenſum. inde in Liguſtinos Iluates, qui ſoli non parebant, legiones ductae. Ea quoque gens, ut Inſubres acie uictos, Boios, ita ut tentare ſpem certaminis non auderent, territos audiuit, in deditionem uenit. Litterae conſulum a Gallia de geſtis proſpere ſub idem tempus Romam allatae. M. Sergius pr. urb. in ſenatu eas, deinde ex auctoritate patrum ad populum recitauit. ſupplicatio in quattriduum decreta. Hiems iam eo tempore erat. Cum T. Quinctius capta Elatia, in Phocide ac Lo-
B cride hiberna diſpoſita haberet, Opunte ſeditio orta eſt. Factio una Aetolos, qui propiores erant, altera Romanos accerſebat. Aetoli priores uenerunt. ſed opulentior factio excluſis Aetolis, miſſoq. ad imperatorem Romanum nuncio, uſque ad aduentum eius tenuit urbē. arcem regium tenebat praeſidiū : neque ut diſcederēt inde, aut Opuntiorū minis, aut auctoritate imperātis cōſulis Romani perpelli potuerūt. Mora cur nō extēplo oppugnarētur, ea fuit, quod caduceator ab rege uenerat locum ac tempus petens colloquio. id grauate conceſſum regi eſt : non quin cuperet Quinctius per ſe partim armis, partim condicionibus confectum uideri bellum. necdum enim ſciebat utrum ſucceſſor ſibi alter ex nouis conſulibus mitteretur : an, quod ſumma ui ut tenderent, amicis & propinquis mandauerat, imperium prorogaretur. aptum autem fore colloquium credebat, ut ſibi liberum eſſet, uel ad bellum manenti, uel ad pacem decedenti, rem inclinare. In ſinu Maliaco prope
C Nicaeam litus elegere. eo rex ab Demetriade cum quinque lembis, & una naue roſtrata uenit. Erant cum eo principes Macedonum, & Achaeorum exſul uir inſignis Cycliadas. Cum imperatore Romano rex Aminander erat, & Dionyſodorus Attali legatus, & Ageſimbrotus praefectus Rhodiae claſſis, & Phaeneas princeps Aetolorū, & Achaei duo, Ariſtenus & Xenophon. Inter hos Romanus ad extremum litus progreſſus, cum rex in prorā nauis in anchoris ſtantis proceſſiſſet : Cōmodius, inquit, ſi in terram egrediaris, ex propinquo dicemus inuicem, audiemuſque : Cum rex facturum ſe id negaret, Quem tandem, inquit Quinctius, times ? Ad hoc ille ſuperbo & regio animo : Neminem equidem timeo praeter deos immortales : non omnium autem credo fidei, quos circa te uideo, atque omnium minime Aetolis. Iſtud quidem, ait Romanus, par omnibus periculum eſt, qui cū hoſte ad colloquium congrediuntur, ut nulla fides ſit. Non tamen, inquit rex, T. Quincti, par
D perfidiae praemiū eſt, ſi fraude agatur, Philippus, & Phaeneas. neque enim aeque difficulter Aetoli praetorem alium, ac Macedones regem in meum locum ſubſtituant. Secundum haec ſilētium fuit. Cum Romanus eum aequum cēſeret priorem dicere, qui petiſſet colloquium; rex, eius eſſe priorem orationem, qui daret pacis leges, non qui acciperet : tum Romanus, ſimplicem ſuam orationem eſſe. ea enim ſe dicturum, quae ni fiant, nulla ſit pacis condicio. Deducenda ex omnibus Graeciae ciuitatibus regi praeſidia eſſe. captiuos & transfugas ſocijs populi Romani reddēdos. reſtituēda Romanis ea Illyrici loca, quae poſt pacē in Epiro factā occupaſſet. Ptolemaeo regi Aegypti reddēdas urbes, quas poſt Philopatoris Ptolemaei mortem occupaſſet. Suas populiq. Romani condiciones has eſſe : ceterum & ſociorū audiri poſtulata aequum eſſe. Attali regis legatus naues captiuoſque, quae ad Chium nauali proelio capta eſſent, & Nicephorium, Venerisq. templum, quae ſpoliaſſet
E euaſtaſſetque, pro incorruptis reſtitui : Rhodij Peraeam (regio eſt continentis aduerſus inſulā, uetuſtae eorū ditionis) repetebant : poſtulabātq. praeſidia deduci ab Iaſo, & Bargylijs, & Euromenſiū urbe, & in Helleſponto Seſto, atq. Abydo : & Perinthum Byzantijs in antiqui formulā iuris reſtitui : & liberari omnia Aſiae emporia portuſque. Achaei Corinthum & Argos repetebant. Praetor Aetolorum Phaeneas cum eadē fere quae Romani, ut Graecia decederetur, poſtulaſſet; redderenturq. Aetolis urbes, quae quondam iuris aut ditionis eorum fuiſſent : excepit orationem eius principes Aetolorum Alexander, uir inter ceteros facundus. Iamdudum ſe reticere ait, non quo quidquā agi putet eo colloquio, ſed ne quē ſociorum dicentem interpellet. Neque de pace cum fide Philippum agere, neque bella uera uirtute umquam geſſiſſe. in colloquijs inſidiari & captare : in bello nō congredi aequo

campo, neque collatis ſignis dimicare, ſed refugientem incendere ac diripere urbes, & F
uincentium praemia uictum corrumpere. At non ſic antiquos Macedonum reges, ſed acie
bellare ſolitos urbibus parcere, quantum poſſent, quo opulentius imperium haberent. nã
de quorum poſſeſſione dimicetur, tollentem, nihil ſibi praeter bellum relinquere, quod cõ
ſilium eſſe? Plures priore anno ſociorum urbes in Theſſalia euaſtaſſe Philippum, quam
omnes qui umquam hoſtes Theſſaliae fuerint. ipſis quoque Aetolis eum plura ſocium
quam hoſtem ademiſſe. Lyſimachiam, pulſo praetore & praeſidio Aetolorum, occupaſſe
eum. Cium item ſuae ditionis urbem funditus euertiſſe, ac deleſſe. eadem fraude habere
eum Thebas, Phthias, Echinum, Lariſſam, & Pharſalum. Motus oratione Alexandri Phi-
lippus nauem, ut exaudiretur, propius terram applicuit. Orſum cum dicere in Aetolos
maxime uiolenter, Phaeneas interfatus, non in uerbis rem uerti ait: aut bello uincendum,
aut melioribus parendum eſſe. Apparet id quidem, inquit Philippus, etiam caeco. iocatus G
in ualetudinem oculorum Phaeneae. & erat dicacior natura, quam regẽ decet, & ne inter-
ſeria quidem riſu ſatis temperans. Indignari inde coepit, Aetolos, tamquam Romanos,
decedi Graecia iubere: qui, quibus finibus Graecia ſit, dicere non poſſint. ipſius enim Ae-
toliae Agraeos, Apodotoſque, & Amphilochos, quae permagna eorum pars ſit, Graeciã
non eſſe. An, quod a ſocijs eorum non abſtinuerim, iuſtam querellam habẽt? cum ipſi pro
lege hunc morem antiquitus ſeruent, ut aduerſus ſocios ipſi ſuos, publica tantum auctori-
tate dempta, iuuentutem ſuam militare ſinant: & contrariae perſaepe acies in utraque par
te Aetolica auxilia habeant? Neque ego Cium expugnaui: ſed Pruſiam ſocium & amicũ
oppugnantem adiuui: & Lyſimachiam ab Thracibus uindicaui. ſed quia me neceſſitas ad
hoc bellum a cuſtodia eius auertit, Thraces habent. Et Aetolis haec. Attalo autem Rho-
dijſque nihil iure debeo. non enim a me, ſed ab illis principium belli ortum eſt. Roma- H
norum autem honoris cauſſa Peraeam Rhodijs, & naues Attalo cum captiuis qui compa-
rebunt, reſtituam. nam quod ad Nicephorium, Veneriſque templi reſtitutionem attinet:
quid ea reſtitui poſtulantibus reſpondeam? niſi quo uno modo luci ſiluaeq. caeſae reſtitui
poſſunt, curam impenſamq. ſationis me praeſtaturum: quoniam haec inter ſe reges poſtu-
lare & reſpondere placet. Extrema eius oratio aduerſus Achaeos fuit: in qua orſus ab
Antigoni primum, ſuis deinde erga eam gentem meritis, recitari decreta eorum iuſſit, o-
mnes diuinos humanoſq. honores complexa, atque ad ea adiecit recens de exercitu, quo
ab ſe deſciuiſſent, inuectuſque grauiter in perfidiam eorum, Argos tamen ſe redditurum
eis dixit. de Corintho cum imperatore Romano deliberaturum eſſe, quaeſiturumque ſi-
mul ab eo, utrum, ijſne urbibus decedere ſe aequum cenſeat, quas a ſe ipſo captas iure bel
li habeat: an ijs etiam, quas a maioribus ſuis accepiſſet? Parantibus Achaeis Aetoliſq. ad I
ea reſpondere, cum prope occaſum ſol eſſet, dilato in poſterum diẽ colloquio, Philippus
in ſtationem, ex qua profectus erat, Romani ſocijque in caſtra redierunt. Quinctius poſte-
ro die ad Nicaeam (is enim locus placuerat) ad conſtitutum tempus uenit. Philippi nullus
uſquam nec nuncius ab eo per aliquot horas ueniebat, & iam deſperantibus uenturum, re
pente apparuerunt naues. atque ipſe quidem, cum tam grauia & indigna imperarentur,
inopem conſilij diem ſe conſumpſiſſe deliberando aiebat. Vulgo credebatur de induſtria
rem in ſerum tractam, ne tempus dari poſſet Achaeis Aetoliſque ad reſpondendum. &
eam opinionem ipſe affirmauit, petendo, ut, ſummotis alijs, ne tempus altercando terere-
tur, & aliquis finis rei imponi poſſet, cum ipſo imperatore Romano liceret ſibi colloqui.
Id primo non acceptum, ne excludi colloquio uiderentur ſocij. deinde cum haud abſiſte-
ret petere, ex omnium conſilio Romanus imperator cum Ap. Claudio tr. mil. ceteris ſum- K
motis, ad extremum litus proceſſit. Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, in terram
eſt egreſſus. Ibi cũ aliquandiu ſecreto locuti eſſent, quae acta ad ſuos Philippus retulerit,
minus compertum eſt. Quinctius haec retulit ad ſocios. Romanis eum cedere tota Illy-
rici ora, perfugas remittere, ac ſi qui eſſent captiui. Attalo naues, & cum ijs captos naua-
les ſocios, Rhodijs regionem quam Peraeam uocant, reddere: Iaſo, & Bargylijs non ceſ-
ſurum. Aetolis Pharſalum Lariſſamque reddere, Thebas non reddere. Achaeis non Ar-
gis modo, ſed etiam Corintho ceſſurum. Nulli omnium placere partium, quibus ceſſurus
aut non ceſſurus eſſet, deſtinatio. plus enim amitti in ijs, quam acquiri: nec umquam, niſi
tota deduxiſſet Graecia praeſidia, cauſſas certaminum deponere. Cum haec toto ex conci

A lio certatim omnes uociferarentur, ad Philippum quoque procul ſtantem uox eſt perlata. Itaque a Quinctio petit, ut rem totam in poſterum diem differret. profecto aut perſuaſurum ſe, aut perſuaderi ſibi paſſurum. Litus ad Thronium colloquio deſtinatur. eo mature conuentum eſt. Ibi Philippus primo & Quinctium, & omnes qui aderant, rogare, ne ſpem pacis turbare uellent. poſtremo petere tempus, quo legatos Romam ad ſenatum mittere poſſet. aut his condicionibus ſe pacem impetraturum, aut, quaſcumque ſenatus dediſſet, leges pacis accepturum. Id ceteris haudquaquam placebat. nec enim aliud quam moram & dilationem ad colligendas uires quaeri. Quinctius, uerum id futurum fuiſſe, dicere, ſi aeſtas & tempus rerum gerendarum eſſet. nunc hieme inſtante, nihil amitti dato ſpatio ad legatos mittendos. nam neque ſine auctoritate ſenatus quidquam eorũ ratum fore, quae cum rege ipſi pepigiſſent: & explorari, dum bello neceſſariam quietem

B ipſa hiems daret, ſenatus auctoritatem poſſe. In hanc ſententiam & ceteri ſociorum principes conceſſerunt, indutijſque datis in duos menſes, & ipſos mittere ſingulos legatos ad edocendum ſenatum, ne fraude regis caperetur, placuit, additum induciarum pacto, ut regia praeſidia Phocide ac Locride extemplo deducerentur. Et ipſe Quinctius cum ſociorum legatis Aminandrum, Athamanum regem, utque ſpeciem legationis adijceret, Q. Fabium, (uxoris Quinctij ſororis filius erat) & Q. Fuluium, & Ap. Claudium miſit. Vt uentum Romam eſt, prius ſociorum legati, quam regis, auditi ſunt. cetera eorum oratio conuicijs regis conſumpta eſt. mouerunt eo maxime ſenatum, demonſtrando maris terrarumque regionis eius ſitum: ut omnibus appareret, ſi Demetriadem in Theſſalia, Chalcidem in Euboea, Corinthum in Achaia rex teneret, non poſſe liberam Graeciam eſſe, & ipſum Philippum non contumelioſius, quam uerius, compedes eas Graeciae appellare. Legati deinde regis intromiſsi. quibus longiorem exorſis orationem, breuis interrogatio,

C ceſſurusne ijs tribus urbibus eſſet, ſermonem incidit, cum mandatum ſibi de his nominatim negarent quidquam. Sic infecta pace regij dimiſſi, Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permiſſum. Quod ut ſatis apparuit, non taedere belli ſenatum, & ipſe uictoriae, quam pacis auidior, neque colloquium poſtea Philippo dedit, neque legationem aliam, quam quae omni Graecia decedi nunciaret, admiſſurum dixit. Philippus cum acie decernendum uideret, & undique ad ſe contrahendas uires maxime de Achaiae urbibus, regionis ab ſe diuerſae, & magis tamen de Argis, quam de Corintho ſollicitus, optimum ratus Nabidi eam, Lacedaemoniorum tyrãno, uelut fiduciariam dare, ut uictori ſibi reſtitueret: ſi quid aduerſi accidiſſet, ipſe haberet: Philocli, qui Corintho Argiſque praeerat, ſcribit, ut tyrannum ipſe conueniret. Philocles praeterquam, quod iam ueniebat cum munere,

D adijcit ad pignus futurae regi cum tyrãno amicitiae, filias ſuas regem Nabidis filijs matrimonio coniungere uelle. Tyrannus primo negare, aliter urbem eam ſe accepturum, niſi Argiuorum ipſorum decreto acceſſitus ad auxilium urbis eſſet. deinde, ut frequenti concione nó aſpernatos modo, ſed abominatos etiam nomen tyranni audiuit, cauſſam ſe ſpoliandi eos nactum ratus, tradere ubi uellet, urbem, Philoclem iuſſit. Nocte ignaris omnibus acceptus in urbem eſt tyrannus. prima luce occupat ſuperiora omnia loca: portae clauſae, paucis principum tumultum inter primum elapſis, eorum abſentiũ direptae fortunae. praeſentibus aurum atque argentum ablatum, pecuniae imperatae ingentes. qui non cunctanter contulere, ſine contumelia & laceratione corporum ſunt dimiſſi. quos occulere aut retrahere aliquid ſuſpicio fuit, in ſeruilem modum lacerati atque extorti. Concione inde aduocata, rogationem promulgauit, unam de tabulis nouis, alteram de agro uiritim diuidendo, duas faces nouantibus res ad plebem in optimates accendendam. Poſtea-

E quam in poteſtate Nabidis Argiuorum ciuitas erat, nihil eius memor tyrannus, a quo eam ciuitatem, & quam in condicionem accepiſſet, legatos Elatiam ad Quinctium & Attalum Aeginae hibernantem mittit, qui nunciarẽt, Argos in poteſtate ſua eſſe. eo ſi ueniret Quinctius ad colloquium, non diffidere, ſibi omnia cum eo conuentura. Quinctius, ut eo quoque praeſidio Philippum nudaret: cum annuiſſet ſe uenturũ, mittit ad Attalum, ut ab Aegina Sicyonem ſibi occurreret, ipſe ab Anticyra decem quinqueremibus, quas ijs forte ipſis diebus L. Quinctius frater eius adduxerat ex hibernis Corcyrae, Sicyonem tranſmiſit. Iam ibi Attalus erat. qui cum tyranno ad Romanum imperatorem, non Romano ad tyrannum eundum diceret: in ſententiam ſuam Quinctium tranſduxit, ne in urbem ip-

ſam

ſam Argos iret. Haud procul urbe Mycenica uocatur. in eo loco ut congrederentur, con- F
uenit. Quinctius cum fratre & tribunis mil. paucis, Attalus cum regio comitatu, Nico-
ſtratus Achaeorum pr. cum auxiliaribus paucis uenit. tyrannum ibi cum omnibus copijs
opperientem inuenerunt. progreſſus armatus cum ſatellitibus armatis eſt in medium fe-
re interiacentis campi, inermis Quinctius cum fratre & duobus trib. militum. inermes itẽ
regi praetor Achaeorum, & unus ex purpuratis latus cingebant. Initium ſermonis ab excu
ſatione tyrãni ortum, quod armatus ipſe armatiſque ſaeptus, cum inermes Romanum im
peratorem regemque cerneret, in colloquium ueniſſet. neq. enim ſe illos timere dixit, ſed
exſules Argiuorum. Inde ubi de condicionibus amicitiae coeptum agi eſt, Romanus duas
poſtulare res, unam, ut bellum cum Achaeis finiret, alteram, ut aduerſus Philippum mitte-
ret ſecum auxilia. Auxilia ſe miſſurum dixit. pro pace cum Achaeis indutiae impetratae,
donec bellum cum Philippo finiretur. De Argis quoque diſceptatio ab Attalo rege eſt G
nata, cum fraude Philoclis proditam urbem, ui ab eo teneri argueret: ille, ab ipſis Argiuis
ut ſe defenderet, accitum. Concionem Argiuorum rex poſtulabat, ut id ſciri poſſet. nec
tyrannus abnuere, ſed deductis ex urbe praeſidijs, liberam concionem, non immiſtis Lace
daemonijs, declaraturam, quid Argiui uellent, praeberi debere dicebat rex. tyrannus nega
uit deducturum. Haec diſceptatio ſine exitu fuit. de colloquio diſceſſum, ſexcentis Cre-
tenſibus ab tyranno datis Romano, indutijſque inter Nicoſtratum praetorem Achaeorum
& Lacedaemoniorum tyrannum in quattuor menſes factis. Inde Quinctius Corinthum
eſt profectus, & ad portam cum Cretenſium cohorte acceſſit, ut Philocli praefecto urbis
appareret, tyrannum a Philippo deſciſſe. Philocles & ipſe ad imperatorem Romanum in
colloquium uenit, hortantique, ut extemplo tranſiret, urbemque traderet, ita reſpondit,
ut diſtuliſſe rem magis, quam negaſſe, uideretur. A Corintho Quinctius Anticyram tranſ- H
iecit: inde fratrem ad tentandam Acarnanum gentem miſit. Attalus ab Argis Sicyo-
nem eſt profectus. Ibi & ciuitas nouis honoribus ueteres regis honores auxit, & rex
ad id, quod ſacrum Apollinis agrum grandi quondam pecunia redemerat eis, tum
quoque, ne ſine aliqua munificentia praeteriret ciuitatem ſociam atque amicam, de-
cem talenta argenti dono dedit, & decem millia medimnum frumenti. atque ita Cen-
chreas ad naues redijt. Et Nabis, firmato praeſidio Argis, Lacedaemonem regreſ-
ſus, cum ipſe uiros ſpoliaſſet, ad feminas uxorem Argos remiſit. Ea nunc ſingulas illu-
ſtres, nunc ſimul plures genere inter ſe iunctas domum acceſſendo, blandiendoque, ac
minando, non aurum modo ijs, ſed poſtremo ueſtem quoque, mundumque omnem mulie
brem ademit.

EPITOME. LIBRI. XXXIII I

T. Quinctius Flamininus proconſul cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie uicto debellauit. L. Quinctius Flamininus frater proconſulis, Acarnanes, Leucade urbe, quae caput eſt Acarnaniae, expugnata, in deditionem accepit. C. Sempronius Tuditanus praetor a Celtiberis cum exercitu caeſus eſt. Attalus a Thebis ob ſubitam ualetudinem Pergamum translatus deceſſit. Pax petenti Philippo, Graeciae libertas data eſt. L. Furius Purpureo, et M. Claudius Marcellus conſules Boios et Inſubres Gallos ſubegerunt. Marcellus triumphauit. Hannibal fruſtra in Africa bellũ molitus, et ob hoc Romanis per epiſtolas aduerſae factionis principum delatus, propter metũ Romanorum, qui legatos ad Carthaginenſium ſenatum de eo miſerant, profugus ad Antiochum regem Syriae ſe contulit, bellum contra Romanos parantem. K

LIBER. XXXIII

* *

ijs partibus cohaerens Acarnaniae. quingentos ferme paſſus longae fauces erant, latae
haud amplius centum & uiginti. in his anguſtijs Leucas poſita eſt, colli applicata uerſo
in orientem, & Acarnaniam. ima urbis plana ſunt, iacentia ad mare, quo Leucadia ab
Acarnania diuiditur. inde terra marique expugnabilis eſt. nam & uada ſunt ſtagno ſi-
miliora, quam mari, & campus terrenus omnis, operique facilis. itaque multis ſimul
locis aut ſubruti, aut ariete decuſſi ruebant muri. Sed quam urbs ipſa opportuna op- A

pugnantibus

A pugnantibus erat, tam inexpugnabiles hoſtium animi. die ac nocte intenti reficere quaſ-
ſata muri, obſtruere quae patefacta ruinis erant, proelia impigre inire, & armis magis
muros, quam ſeipſos moenibus, tutari. diutiuſque ſpe Romanorum obſidionem eam ex-
traxiſſent, ni exſules quidam Italici generis Leucade habitantes, ab arce milites accepiſ-
ſent. eos tamen ex ſuperiore loco magno cum tumultu decurrentes, acie in foro inſtructa
iuſto proelio aliquandiu Leucadij ſuſtinuerunt. interim & ſcalis capta multis locis moe-
nia, & per ſtragem lapidum, ac ruinas tranſſcenſum in urbem. iamque ipſe legatus magno
agmine circumuenerat pugnantes. pars in medio caeſi. pars armis abiectis dediderunt ſe
ſe uictori. Et poſt dies paucos, audito proelio, quod ad Cynoſcephalas pugnatum erat,
omnes populi Acarnaniae in deditionem legati uenerunt. Iiſdem diebus, omnia ſimul in-
clinante fortuna, Rhodij quoque ad uindicandam a Philippo continentem regionem (Pe-
B raeam uocant) poſſeſſam a maioribus ſuis, Pauſiſtratum praetorem cũ octingentis Achaeis
peditibus, mille & nongentis fere armatis ex uario genere auxiliorum collectis, miſe-
runt. Galli, & Niſuetae, & Piſuetae, Tamiani, & Arei ex Africa, & Laodiceni ex Aſia erãt.
cum his copijs Pauſiſtratus tendebat in Stratonicenſi agro. locum peropportunum, igna-
ris regijs qui tenuerant, occupauit. In tempore & ad idipſum excitum auxilium, mille A-
chaei pedites cum centum equitibus ſuperuenerunt. Theoxenus ijs praeerat. Dinocrates,
regius praefectus, recuperandi caſtelli cauſſa primo caſtra ad ipſa tendebat, mouit inde ad
alterum caſtellum, item Stratonicenſis agri. Aſtragon uocant. omnibuſque ex praeſidijs,
quae multifariam diſiecta erant, deuocatis, & ab ipſa Stratonicea Theſſalorũ auxiliaribus,
Alabanda, ubi hoſtes erant, ducere pergit. Nec Rhodij pugnam detrectauerunt. atque ca-
ſtris in propinquum collatis, extemplo in aciem deſcenſum eſt. Dinocrates quingentos
C Macedonas dextro cornu, laeuo Agrianas locat: in medium accipit contractos ex caſtello
rum (Cares maxime erant) praeſidijs, equites cornibus circumdat. Cretenſium auxilia-
res, Thracumque Rhodia cohors dextro cornu, ſiniſtro mercenarios milites, lectam pedi-
tum manum habuere, medios miſta ex pluribus gentibus auxilia. equites, leuiſque arma-
turae quod erat, cornibus circumiectum. Eo die ſteterunt tantum acies utraeque ſuper
ripam, qui tenui aqua interfluebat, torrentis: pauciſque telis emiſſis, in caſtra receperunt
ſeſe. Poſtero die eodem ordine inſtructi maius aliquanto proelium, quam pro numero edi
dere pugnantium. nec enim plus terna millia peditum fuere, & centeni ferme equites. ce-
terum non numero tantum, nec armorum genere, ſed animis quoque paribus, & aequa ſpe
pugnarunt. Achaei primi torrente ſuperato in Agrianas impetum fecere. deinde tota
prope curſu tranſgreſſa amnem acies eſt. diu anceps pugna ſtetit. numero Achaei mille &
D ipſi quadringentos loco expulere. inclinat dein dextrum omne cornu. Macedones, uſ-
quedum ordine & uelut ſtipata phalanx conſiſtebat, moueri nequiuerunt. poſtquam lae-
uo latere nudato circumiacere haſtas in uenientem ex tranſuerſo hoſtem conati ſunt, tur-
bati extemplo tumultum primo inter ſe fecerunt: terga deinde uertunt: poſtremo abie-
ctis armis, in praecipitem fugam effuſi, Bargylias petentes fugerunt. Eodem & Dinocra-
tes perfugit. Rhodij, quantum diei ſuperfuit, ſecuti, receperunt ſeſe ad caſtra. Satis con-
ſtat, ſi confeſtim uictores Stratoniceam petiſſent, recipi eam urbem ſine certamine potuiſ-
ſe. Praetermiſſa eius rei occaſio eſt, dum in caſtellis uiciſq. Peraeae recipiendis tempus te-
ritur. interim animi eorum, qui Stratoniceam praeſidio obtinebant, confirmati ſunt. mox
& Dinocrates cum ijs, quae proelio ſupererant, copijs intrauit muros. nequidquã inde ob
ſeſſa oppugnataque urbs eſt. recipi niſi aliquanto poſt per Antiochum non potuit. Haec
in Theſſalia, haec in Achaia, haec in Aſia per eoſdem dies ferme geſta. Philippus, cum au-
E diſſet Dardanos, tranſgreſſos fines regni, ſuperiora Macedoniae euaſtare, quãuis toto pro-
pe orbe terrarum undique ſe ſuoſque profligante fortuna urgebatur, tamen morte triſtius
ratus Macedoniae etiam poſſeſſione pelli, delectu raptim per urbes Macedonum habito,
cum ſex millibus peditum, & quingentis equitibus circa Stobos Paeoniae improuiſo
hoſtes oppreſſit. Magna multitudo hominum in proelio, maior praedandi cupidine palata,
per agros caeſa eſt. quibus fuga expeditior fuit, ne tentato quidem caſu pugnae, in fines
ſuos redierunt. Ea una expeditione non pro reliquo ſtatu fortunae facta, refectis ſuorum
animis, Theſſalonicam ſeſe recepit. Non tam in tempore Punicum bellum terminatum
erat, ne ſimul & cum Philippo foret bellandum, quam opportune, iam Antiocho in Syria

moliente

moliente bellum, Philippus eſt ſuperatus. nam praeterquam, quod facilius cum ſingulis, F
quam ſi in unum ambo ſimul contuliſſent uires, bellatum eſt: Hiſpania quoque ſub idem tempus magno tumultu ad bellum conſurrexit. Antiochus cum priore aeſtate omnibus quae in Coele Syria ſunt ciuitatibus Ptolemaei in ſuam poteſtatem redactis, in hiberna Antiochiam conceſſiſſet: nihilo quietiores poſtea res habuit. omnibus enim regni uiribus connixus, cum ingentes copias terreſtres maritimaſque comparaſſet, principio ueris praemiſſis terra cum exercitu filijs duobus Ardue ac Mithridate, iuſſiſque Sardibus ſe opperiri, ipſe cum claſſe centum tectarum nauium, ad hoc leuioribus nauigijs cercuriſque ac lembus ducentis proficiſcitur, ſimul per omnem oram Ciliciaeque & Cariae tentaturus, urbes quae in ditione Ptolemaei eſſent: ſimul Philippum (necdum enim debellatum erat) exercitu nauibuſque adiuturus. Multa egregia Rhodij pro fide erga populum R. proque uniuerſo nomine Graecorum terra marique auſi ſunt, nihil magnificentius, quam quod ea tempeſtate non territi tanta mole imminentis belli, legatos ad regẽ miſerunt, Nephelida (promontorium Ciliciae eſt, inclytum foedere antiquo Athenienſium) ſi eo non contineret copias ſuas, ſe obuiam ituros: non ab odio ullo, ſed ne coniungi cum Philippo paterentur, & impedimento eſſe Romanis liberantibus Graeciam. Coraceſium eo tẽpore Antiochus operibus oppugnabat: Zephyrio, & Solis, & Aphrodiſiade, & Coryco, &, ſuperato Anemurio, (promontorium id quoque Ciliciae eſt) Selinunte recepto, omnibus his alijſq. eius orae caſtellis aut metu aut uoluntate ſine certamine in deditionem acceptis, Coraceſium praeter ſpem clauſis portis tenebat eum. ibi legati Rhodiorum auditi. & quamquam ea legatio erat, quae accendere regium animum poſſet, temperauit irae, & legatos ſe Rhodum miſſurum reſpondit, ijſque mandaturum, ut renouarent uetuſta iura cum ea ciuitate, ſua, maiorumque ſuorum, & uetarent eos aduentum pertimeſcere regis, nihil his aut ſociis eorum noxae futurum, fraudiue. nam Romanorum amicitiam ſe non uiolaturum, argumento & ſuam recentem ad eos legationem eſſe, & ſenatus honorifica in ſe decreta reſponſaque. Tum forte legati redierunt ab Roma, comiter auditi dimiſſique, ut tempus poſtulabat, incerto adhuc aduerſus Philippum euentu belli. Cum haec legati regis in concione Rhodiorum agerent, nuncius uenit, debellatum ad Cynoſcephalas eſſe. Hoc nuncio accepto, Rhodiis, dempto metu a Philippo omni, erat conſilium obuiam eundi claſſe Antiocho. illam alteram curam non omiſerunt tuendae libertatis ciuitatum ſociarum Ptolemaei, quibus bellum ab Antiocho imminebat. nam alias auxiliis iuuerunt, alias prouidendo ac praemonendo conatus hoſtis: cauſſaque libertatis fuerunt Cauniis, Myndiis, Halicarnaſſenſibus, Samiiſque. Non operae eſt perſequi, ut quae que acta in his locis ſint, cum ad ea, quae proprie Romani belli ſunt, uix ſufficiam. Eodem tempore & Attalus rex aeger
Thebis Pergamum aduectus moritur, altero & ſeptuageſimo anno, cum quattuor & quadraginta annos regnaſſet. Huic uiro praeter diuitias nihil ad ſpem regni fortuna dederat. his ſimul prudenter, ſimul magnifice utendo effecit, primum ut ſibi, deinde ut aliis non indignus uideretur regno. uictis deinde proelio uno Gallis, quae tum gens recenti aduentu terribilior Aſiae erat, regium adſciuit nomẽ: cuius magnitudini ſemper animum aequauit. ſumma iuſtitia ſuos rexit, unicam fidem ſociis praeſtitit, uxorem, ac liberos IV ſuperſtites habuit. mitis ac munificus amicus fuit. regnum adeo ſtabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam ſtirpem poſſeſſio eius deſcenderit. Cum his ſtatus rerum in Aſia Graeciaque & Macedonia eſſet, uixdum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hiſpania ulteriore coortum eſt bellum. M. Heluius eam prouinciam obtinebat. is litteris ſenatum certiorem fecit, Colcam & Luſcinum regulos in armis eſſe, cum Colca K
decem & ſeptem opida, cum Luſcino ualidas urbes, Cardonem, & Bardonem, & maritimam oram omnem, quae nondum animos nudauerat, ad finitimorum motus conſurrecturam. His litteris a M. Sergio praetore recitatis, decreuerunt patres, ut, comitiis praetorum perfectis, cui praetori prouincia Hiſpania obueniſſet, is primo quoque tempore de bello Hiſpaniae ad ſenatum referret. Sub idem tempus conſules Romam uenerunt. quibus in aede Bellonae ſenatum habentibus, poſtulantibuſq. triumphum ob res proſpere bello geſtas, C. Atinius Labeo, & C. Vrſanius tribuni plebis, ut ſeparatim de triumpho agerent conſulum, poſtularunt. communem ſe relationem de ea re fieri non paſſuros: ne par honos in diſpari merito eſſet. Cumque Minucius utrique prouinciam Italiam obtigiſſe diceret:

G (margin, beside "ſo nomine Graecorum…"); H (margin, beside "maiorumque ſuorum…"); I (margin, beside "ad ea, quae proprie…")

A ret: communi animo conſilioque & collegam res geſſiſſe Cornelius adijceret: Boios ad-
uerſus ſe tranſgredientes Padum, ut Inſubribus Caenomaniſque auxilio eſſent, depopulá
teuicos eorum atque agros collega, ad ſua tuenda auerſos eſſe: tribuni res tantas bello
geſſiſſe Cornelium fateri, ut non magis de triumpho eius, quam de honore dijs immorta-
libus habendo, dubitari poſſet: non tamen nec illum, nec quemquam alium ciuem, tãtum
gratia atque opibus ualuiſſe, ut cum ſibimet triumphum impetraſſet, collegae eundem ho
norem impudenter petenti daret. Q. Minucium in Liguribus leuia proelia, uix digna dictu
feciſſe, in Gallia magnum numerum militum amiſiſſe. nominabant etiam tribunos mili-
tum T. Iuuentium, & Cnaeum Labeonis fratrem, qui aduerſa pugna cum multis alijs uiris
fortibus ciuibus ac ſocijs cecidiſſent. opidorum paucorum ac uicorum falſas, & in tem-
pus ſimulatas, ſine ullo pignore deditiones factas eſſe. Hae inter conſules tribunoſque al-
B tercationes biduum tenuerunt, uictique perſeuerantia tribunorum conſules ſeparatim re
tulerunt. C. Cornelio omnium conſenſu decretus triumphus. & Placentini Cremonen
ſeſque addiderunt fauorem conſuli, gratias agentes, commemorantesque, obſidione ſe
eſſe ab eo liberatos, pleroſque etiam, cum apud hoſtes eſſent, ſeruitute exceptos. Q. Mi-
nucius, tentata tantum relatione, cum aduerſum omnem ſenatum uideret, in monte Alba-
no ſe triumphaturum & iure imperij conſularis, & multorum clarorum uirorum exem-
plo dixit. C. Cornelius de Inſubribus Caenomaniſque in magiſtratu triumphauit. mul-
ta ſigna militaria tulit, multa Gallica ſpolia captiuis carpentis tranſuexit, multi nobiles
Galli ante currum traducti. inter quos quidam Hamilcaré ducem Poenorum fuiſſe aucto
res ſunt. ceterum magis in ſe conuertit oculos Cremonenſium Placentinorumque colo-
norum turba pileatorum currum ſequentium. Tulit in triumpho ducenta triginta ſeptem
C millia quingentos, argenti bigati ſeptuaginta nouem millia. ſeptuagenos aeris militibus di
uiſit, duplex equiti, triplex centurioni. Q. Minucius conſul de Liguribus Boijſque Gallis
in monte Albano triumphauit. is triumphus ut loco, & fama rerum geſtarũ, & quod, ſum
ptum non erogatum ex aerario, omnes ſciebant, inhonoratior fuit: ita ſignis carpentiſque
& ſpolijs ferme aequabat. pecuniae etiam prope par ſumma fuit: aeris tranſlata ducenta &
quinquaginta quattuor millia, argenti bigati quinquaginta tria millia, & ducenti. militibus
centurionibuſque, & equitibus item in ſingulos datum, quod dederat collega. Secundũ
triumphum conſularia comitia habita. creati conſules L. Furius Purpureo, & M. Claudius
Marcellus. praetores poſtero die facti Q. Fabius Buteo, Ti. Sempronius Longus, Q. Minu-
cius Thermus, M. Acilius Glabrio, L. Apuſtius Fullo, C. Laelius. Exitu eius anni litterae a T.
Quinctio uenerunt, ſe ſignis collatis cum rege Philippo in Theſſalia pugnaſſe, hoſtium ex-
D ercitum fuſum fugatũque. Hae litterae prius in ſenatu a Sergio praetore, deinde ex aucto-
ritate patrum in concione ſunt recitatae. Ob res proſpere geſtas, in dies quinque ſupplica
tiones decretae. Breui poſt legati & a T. Quinctio, & ab rege uenerunt. Macedones dedu-
cti extra urbé in uillam publicam, ibique ijs locus & lautia praebita: & ad aedem Bellonae
ſenatus eſt habitus: haud multa uerba facta, cum Macedones, quaecumque ſenatus cẽſuiſ-
ſet, id regem facturum eſſe dicerent. Decem legati more maiorum, quorum ex conſilio
T. Quinctius imperator leges pacis Philippo daret, decreti: adiectumque, ut in eo nume-
ro legatorum P. Sulpicius & P. Villius eſſent, qui conſules prouinciam Macedoniam obti-
nuiſſent. Coſſanis eo die poſtulantibus, ut ſibi colonorum numerus augeretur, mille adſcri
bi iuſſi, dum ne quis in eorum numero eſſet, qui M. Cornelium & P. Sempronium con
ſules hoſtis fuiſſet. Ludi Romani eo anno in circo ſcenaq. ab aedilibus curulibus L. Cor-
E nelio Scipione, & Cn. Manlio Vulſone & magnificentius, quam alias, facti, & laetius, pro-
pter res bello bene geſtas, ſpectati, totique ter inſtaurati. Plebeij ſepties inſtaurati. Aci-
lius Glabrio, C. Laelius eos ludos fecerunt: ex argento multaticio tria ſigna aenea Cereri,
Liberoque & Liberae poſuerunt. L. Furius & M. Claudius Marcellus, conſulatu inito, cum An. 554.
de prouincijs ageretur, & Italiam utrique prouinciam ſenatus decerneret: ut Macedoniam
cum Italia ſortirentur, petebant. Marcellus prouinciae cupidior, pacem ſimulatam ac falla
cem dicendo, & rebellaturum, ſi exercitus inde deportatus eſſet, regem, dubios ſententiae
patres fecerat. & forſitan obtinuiſſent conſules, ni Q. Marcius Rex, & C. Atinius Labeo
tribuni pl. ſe interceſſuros dixiſſent: ni prius ipſi ad plebem tuliſſent, uellentne iuberentne
cum rege Philippo pacem eſſe? Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata eſt. omnes quin-
que

A nullo laceſſente facturum fuiſſe. alij non dubitare, obuiam eundo impudenter, criminis
ſuſpicionem auerti. Torti poſt paullo inſontes, cũ ſcirent ipſi opinionem omnium, ea pro
indicio uſi, Zeuſippum & Piſiſtratum nominauerunt, nullo adiecto, cur ſcire quidquam ui-
derentur, argumento. Zeuſippus tamen cum Stratonida quodam nocte perfugit Tanagrã,
ſuam magis conſcientiam, quam indicium hominum nullius rei conſciorum, metuens. Pi-
ſiſtratus, ſpretis indicibus, Thebis manſit. Seruus erat Zeuſippo, totius internuncius & mi-
niſter rei. quem indicem Piſiſtratus timens, eo ipſo timore ad indicium protraxit. litteras
ad Zeuſippum mittit, ſeruum conſcium tolleret. non tam idoneum ad celandam rem eum
uideri ſibi, quam ad agendam fuerit. Has qui tulit litteras, iuſſit Zeuſippo dare quamprimũ.
is, quia non ſibi conueniendi eius copia fuit: ipſi illi ſeruo, quem ex omnibus domino fi-
diſſimum credebat, tradidit, & adiecit a Piſiſtrato de re magnopere pertinente ad Zeuſip-
B pum eſſe. Conſcientia ictus, cum extemplo traditurum eas affirmaſſet, aperit. perlectis
litteris, pauidus Thebas refugit. Et Zeuſippus quidem fuga ſerui motus, Athenas, tutiorẽ
exſilio locum ratus, conceſſit. De Piſiſtrato aliquae quaeſtiones tormentis habitae, & ſu-
mptum ſupplicium eſt. Efferauit ea caedes Thebanos Boeotoſq. omnes ad exſecrabile o-
dium Romanorum, Zeuſippum principem gentis id facinus conſciſſe. ad rebellandum ne-
que uires, neque ducem habebant. proximum bello quod erat, in latrocinium uerſi, alios
hoſpites, alios uagos per hiberna milites ad uarios commeantes uſus excipiebant. quidam
in ipſis itineribus ad notas latebras inſidiantibus, pars in deſerta per fraudem diuerſoria
deuecti deductique opprimebantur. poſtremo non tantum odio, ſed etiam auiditate prae-
dae ea facinora faciebant: quia negotiandi ferme cauſſa argentum in zonis habentes in
commeatibus erant. Cum primo pauci, deinde in dies plures deſiderarentur, infamis eſſe
C Boeotia omnis coepit, & timidius, quam in hoſtico, egredi caſtris miles. tum Quinctius le-
gatos ad quaerendum de latrocinijs per ciuitates mittit. Plurimi pedites circa Copaidem
paludem inuenti. ibi ex limo eruta, extractaque ex ſtagno cadauera, ſaxis aut amphoris, ut
pondere traherentur in profundum, adnexa. multa facinora Acraephiae & Coroneae facta
inueniebantur. Quinctius primo noxios tradi ſibi iuſſit, & pro quingentis militibus (tot
enim intercepti erant) quingenta talenta Boeotos conferre. quorum neutrum cum fie-
ret, uerbis tantum ciuitates excuſarẽt, nihil publico conſilium factum eſſe: miſſis Athenas
& in Achaiam legatis, qui teſtarentur ſocijs, iuſto pioque bello ſe perſecuturum Boeotos,
& cum parte copiarum Ap. Claudio Acraephiam ire iuſſo, cum parte Coroneam circumſe
dit, euaſtatis prius agris, qua ab Elatia duo diuerſa agmina iere. Hac perculſi clade Boeo-
ti, cum omnia terrore, ac fuga compleſſent, legatos mittunt. qui cum in caſtra non admit
D terentur: Achaei Athenienſeſque ſuperuenerunt. Plus auctoritatis Achaei habuerunt de-
precantes. ac, ni imperaſſent pacem Boeotis, bellum ſimul gerere decreuerunt. Per A-
chaeos Boeotis copia adeundi alloquendique Romanum facta eſt. iuſſiſq. tradere noxios,
& multae nomine triginta talenta conferre, pax data, & ab oppugnatione receſſum. poſt
paucos dies decem legati ab Roma uenerunt. quorum ex conſilio pax data Philippo in
has leges eſt. Omnes Graecorum ciuitates, quae in Europa, quaeque in Aſia eſſent, liberta
tem, ac ſuas leges haberent. quae earum ſub ditione Philippi fuiſſent, praeſidia ex his Phi-
lippus deduceret: his quae in Aſia eſſent, Euromo Pedaſiſque, & Bargylijs, & Iaſo, & My
rina, & Abydo, & Thaſſo, & Perintho. eas quoque enim placere liberas eſſe. De Ciano-
rum libertate, Quinctius Pruſiae Bithyniorum regi ſcriberet, quid ſenatui & decem lega-
tis placuiſſet. captiuos, transfugaſque reddere Philippum Romanis, & naues omnes te-
E ctas tradere: quin & regiam unam inhabilis prope magnitudinis, quam ſexdecim uerſus
remorum agebant. ne plus quingentis armatorum haberet, neue elephantum ullum. bel-
lum extra Macedoniae fines ne iniuſſu ſenatus gereret. mille talentum daret populo Ro-
mano, dimidium praeſens, dimidium penſionibus decem annorum. Valerius Antias qua-
ternum millium pondo argenti uectigal in decem annos, triginta quaterna millia pon-
do, & ducenta, praeſens uiginti millia pondo: idem nominatim adiectum ſcribit, ne cum
Eumene, Attali filio, (nouus is tum rex erat) bellum gereret. In haec obſides accepti, in-
ter quos Demetrius Philippi filius. Adijcit Valerius Antias, Attalo abſenti Aeginam ele-
phantoſque dono datos, Rhodijſque Stratoniceam Cariae, atque alias urbes quas Phi-
lippus tenuiſſet: Athenienſibus inſulas datas, Paron, Imbrum, Delum, Scyrum. Omnibus

Graeciae ciuitatibus hanc pacem approbantibus, ſoli Aetoli id decretum decem legatorũ F
clam muſſantes carpebant. litteras inanes una ſpecie libertatis adumbratas eſſe. cur enim
alias Romanis tradi urbes, nec nominari eas, alias nominari, & ſine traditione iubere libe-
ras eſſe? niſi ut quae in Aſia ſint, liberentur, lõginquitate ipſa tutiores: quae in Graecia ſint,
ne nominatae intercipiantur, Corinthus, & Chalcis, & Oreum, cum Eretria & Demetria-
de. Nec tota ex uano criminatio erat. dubitabatur enim de Corintho, & de Chalcide, &
Demetriade, quia in S.C. quo miſſi decẽ legati ab urbe erant, ceterae Graeciae atq. Aſiae
haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus legati, quod tempora reip. poſtulaſſent, id
e repub. fideque ſua facere ſtatuere iuſſi erant. Antiochus rex erat, quem tranſgreſſurum
in Europam, cum primum ei res ſuae placuiſſent, non dubitabant. ei tam opportunas ad oc
cupandum patere urbes nolebant. Ab Elatia Anticyram cum decem legatis, inde Corin-
thum tranſiecit. ibi conſilia decem legatorum tractabantur. Identidem Quinctius, liberan G
dam omnem Graeciam, ſi Aetolorum linguas retundere, ſi ueram caritatem, maieſtatem
apud omnes nominis Romani uellent eſſe: ſi fidem facere, ad liberandam Graeciam, non
ad transferendum a Philippo ad ſe imperium, ſe mare tranſiecíſſe. Nihil contra ea de liber-
tate urbium alij dicebant. ceterum ipſis tutius eſſe manere paulliſper ſub tutela praeſidij
Romani, quam pro Philippo Antiochum dominum accipi. Poſtremo ita decretum eſt:
Corinthus redderetur Achaeis, ut in Acrocorintho tamen praeſidium eſſet. Chalcidem ac
Demetriadem retineri, donec cura de Antiocho deceſſiſſet. Iſthmiorum ſtatum ludicrum
aderat, ſemper quidem & alias frequens, cum propter ſpectaculi ſtudium inſitum genti,
quo certamina omnis generis artium, uiriumque ac pernicitatis uiſuntur: tum quia pro-
pter opportunitatem loci per duo diuerſa maria omnium Graecorum undique conuentus
erat. Sed exſpectatione erecti, qui deinde ſtatus futurus Graeciae, quae ſua fortuna eſſet: H
alij non taciti ſolum opinabantur, ſed ſermonibus etiam ferebant. Romani ad ſpectaculum
conſederunt. & praeco cum tubicine, ut mos eſt, in mediam arenã, unde ſollemni carmine
ludicrum indici ſolet, proceſſit: & tuba ſilentio facto, ita pronunciat. Senatus Romanus,
& T. Quinctius imperator, Philippo rege, Macedonibuſque deuictis, liberos, immunes,
ſuis legibus eſſe iubet Corinthios, Phocenſes, Locrenſeſque omnes, & inſulam Euboeam,
& Magnetas, Theſſalos, Perrhaebos, Achaeos, Phthiotas. Percẽſuit inde omnes gẽtes quae
ſub ditione Philippi regis fuerant. Audita uoce praeconis, maius gaudiũ fuit, quam quod
uniuerſum homines caperent. uix ſatis credere ſe quiſque audiſſe, alij alios intueri mira-
bundi, uelut ſomnij uanam ſpeciem: quod ad quemque pertineret, ſuarum aurium fidei mĩ
nimum credentes, proximos interrogabant. Reuocatus praeco, cum unuſquiſque non au-
dire, ſed uidere libertatis ſuae nuncium aueret: iterum pronunciaret eadem. tum ab certo I
iam gaudio tantus cum clamore plauſus eſt ortus, totieſque repetitus, ut facile appareret,
nihil omnino bonorum multitudini gratius, quam libertatem, eſſe. Ludicrum deinde ita
raptim peractum eſt, ut nullius nec animi, nec oculi ſpectaculo intenti eſſent. adeo unum
gaudium praeoccupauerat omnium aliarum ſenſum uoluptatum. Ludis uero dimiſſis, cur-
ſu prope omnes tendere ad imperatorem Romanum: ut ruente turba in unum, adire, con-
tingere dextram cupientium, coronas lemniſcoſque iacientium, haud procul periculo fue-
rit. ſed erat trium ferme & triginta annorum, & cum robur iuuentae, tum gaudium ex tam
inſigni gloriae fructu uires ſuppeditabant. nec praeſens omnium modo effuſa laetitia eſt,
ſed per multos dies gratis & cogitationibus & ſermonibus reuocata. Eſſe aliquam in ter-
ris gentem, quae ſua impenſa, ſuo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum. nec
hoc finitimis, aut propinquae uicinitatis hominibus, aut terris continenti iunctis praeſtet. K
maria [redacted], ne quod toto orbe terrarum iniuſtum imperium ſit. & ubique ius, fas, lex,
potentiſſima ſint. una uoce praeconis liberatas omnes Graeciae atq. Aſiae urbes, hoc ſpe
concipere audacis animi fuiſſe: ad effectum adducere, uirtutis, & fortunae ingentis. Secun-
dum iſta iam Quinctius, & decem legati legationes regum, gentium, ciuitatumque audiue-
re. Primi omnium regis Antiochi uocati legati ſunt. his eadem, quae fere Romae erant,
uerba ſine fide rerum iactantibus, nihil iam perplexe, ut ante cum dubiae res incolumi Phi
lippo erant: ſed aperte pronunciatum, ut excederet Aſiae urbibus, quae aut Philippi, aut
Ptolemaei regum fuiſſent. abſtineret liberas, omneſque Graecas. ante omnia denuncia-
tum, ne in Europam aut ipſe tranſiret, aut copias traiiceret. Dimiſſis regis legatis conuen

tus

A tus gentium ciuitatumq. eſt haberi coeptus. eoq. maturius peragebatur, quod decreta de-
cem legatorum ciuitates nominatim pronunciabant. Oreſtis, (Macedonum ea gens eſt)
quod primi ab rege defeciſſent, ſuae leges redditae. Magnetes, & Perraebi & Dolopes li-
beri quoque pronunciati. Theſſalorum gēti praeter libertatem conceſſam Achaei Phthio-
tae dati, Thebis Phthioticis & Pharſalo excepto. Aetolos de Pharſalo & Leucade poſtulan
tes, ut ex foedere ſibi reſtituerentur, ad ſenatum reiecerunt. Phocenſes, Locrenſes, & quae
ſicut ante fuerant adiecta decreti auctoritate, his contribuerunt. Corinthus & Triphylia,
& Herea (Peloponneſi & ipſa urbs eſt) reddita Achaeis. Oreum & Eretriam decem legati
Eumeni regi Attali filio dabant. diſſentiente Quinctio, uenit res in arbitrium ſenatus. ſe-
natus libertatem his ciuitatibus dedit, Caryſto adiecto. Pleurato Lycus & Parthini dati.
Illyriorum utraque gens ſub ditione Philippi fuerat. Aminandrum tenere iuſſerunt caſtel-
B la, quae per belli tempus Philippo capta ademiſſet. Dimiſſo cōuentu, decem legati, partiti
munia inter ſe, ad liberandas ſuae quiſque regionis ciuitates diſceſſerunt: P. Lentulus Bar-
gilias: L. Titillius Hephaeſtiam & Thaſſum & Thraciae urbes: P. Villius & L. Terentius ad re
gem Antiochū: Cn. Cornelius ad Philippum. Cui de minoribus rebus editis mādatis, per
cunctatus, ſi conſilium non utile ſolum, ſed etiam ſalutare admittere auribus poſſet: cū rex
gratias quoque ſe acturum diceret, ſi quid quod in rem ſuam eſſet, expromeret: magnope
re ei ſuaſit, quoniam pacem impetraſſet, ad ſocietatem amicitiamque petendam mitteret
Romam legatos: ne, ſi quid Antiochus moueret, exſpectaſſe, & temporum opportunita-
tes captaſſe ad bellandum uideri poſſet. Ad Tempe Theſſalica Philippus eſt conuentus.
qui cum ſe miſſurum extemplo legatos reſpondiſſet: Cornelius Thermopylas, ubi fre-
quens Graeciae ſtatis diebus eſſe ſolet conuentus, (Pylaicum appellant) uenit. Aetolos
C praecipue monuit, ut conſtanter & fideliter in amicitia populi Romani permanerent. Ae-
tolorum principes alij interqueſti ſunt, quod non idem erga ſuam gentem Romanorum
animus eſſet poſt uictoriam, qui in bello fuiſſet: alij ferocius incuſarunt, exprobraruntque,
non modo uinci ſine Aetolis Philippum, ſed ne tranſire quidem in Graeciā Romanos po-
tuiſſe. Aduerſus ea reſpondere, ne in altercationem excederet res, cum ſuperſediſſet Ro-
manus, omnia eos aequa impetraturos, ſi Romam miſiſſent, dixit. itaque ex auctoritate
eius decreti legati ſunt. Hunc finem bellum cum Philippo habuit. Cū haec in Graecia, Ma
cedoniaque, & Aſia gererētur: Etruriam infeſtam prope coniuratio ſeruorū fecit. Ad quae-
rendam opprimendamque eam M. Acilius praetor, cui inter ciues peregrinoſque iuriſdi-
ctio obtigerat, cum una ex duabus legione urbana miſſus, alios iam congregatos pugnan
do uicit. ex his multi occiſi, multi capti. alios uerberatos crucibus affixit, qui principes
D coniurationis fuerant. alios dominis reſtituit. Conſules in prouincias profecti ſunt. Mar
cellum Boiorum ingreſſum fines, fatigato per diem totum milite uia facienda, caſtra in
tumulo quodam ponentem, Corolamus, regulus Boiorum, cum magna manu adortus,
ad tria millia hominum occidit. & illuſtres uiri aliquot in illo tumultuario proelio ceciderunt, inter quos praefecti ſocium Ti. Sempronius Gracchus, M. Iunius Silanus. & tribuni militum de legione ſecunda A. Ogulnius & P. Claudius. caſtra tamen ab Romanis impigre permunita, retentaque, cum hoſtes a proſpera pugna nequidquam oppugnaſſent. Statiuis deinde eiſdem per dies aliquot ſeſe tenuit, dum & ſaucios curaret, & tanto terrore animos militum reficeret. Boij, ut eſt gens minime ad morae taedium patiens, in caſtella ſua uicoſque dilapſi ſunt. Marcellus, Pado confeſtim tranſiecto, in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comēſibus ad arma excitis caſtra habebāt ducit. legiones in ipſo itinere proe
E lium committunt. & primo adeo acriter inuaſerunt, ut anteſignanos impulerint. quod ubi animaduertit: ueritus, ne moti ſemel pellerentur, cohortem Marſorum oppoſuit, & equitum Latinorum omnes turmas in hoſtem emiſit. quorum cum primus ſecunduſq. impetus retudiſſet inferentem ſe ferociter hoſtem, confirmata & reliqua acies Romana reſtitit primo, deinde ſigna acriter intulit. nec ultra ſuſtinuerunt certamen Galli, quin terga uerterent, atque effuſe fugerent. In eo proelio ſupra quadraginta millia hominū caeſa, Valerius Antias ſcribit, & quingenta ſeptem ſigna militaria capta, & carpenta quadringenta triginta duo, & aureos torques multos, ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Ioui donū in aede poſitū ſcribit. Caſtra eo die Gallorum expugnata direptaque. & Comū opidū intra dies paucos captū. caſtella inde duodetriginta ad conſulē defecerūt. Id

quoque inter ſcriptores ambigitur, utrum in Boios prius, an Inſubres conſul exercitum in- F
duxerit, aduerſamq. proſpera pugna obliterauerit: an uictoria ad Comũ parta, deformata
clade in Boijs accepta ſit. Sub haec tã uaria fortuna geſta, L. Furius Purpureo, alter conſul,
per tribum Sapiniam in Boios uenit. Iam caſtro Mutilo appropinquabat, cum ueritus, ne
intercluderetur ſimul a Boijs Liguribuſque, eadem uia qua adduxerat, reduxit: & magno
circuitu per aperta eaq. tuta loca ad collegam peruenit. Dein iunctis exercitibus primũ Bo
iorum agrum uſque ad Felſinam opidum populantes peragrauerunt. Ea urbs, ceteraque
caſtella, & Boij fere omnes, praeter iuuentutem, quae praedandi cauſſa in armis erat, (tũc
in deuias ſiluas receſſerat) in deditionem uenerunt. In Ligures deinde tranſductus exerci-
tus. Boii negligentius coactum agmen Romanorum, quia ipſi procul abeſſe uiderentur, im
prouiſo aggreſſuros ſe rati, per occultos ſaltus ſecuti ſunt. quos non adepti, Pado repente
nauibus tranſiecto, Laeuos, Lebuoſque cum peruaſtaſſent: redeuntes inde Ligurum extre- G
mo fine cum agreſti praeda in agmen incidunt Romanum. Celerius proelium acriuſque
commiſſum, quam ſi tempore locoq. ad certamen deſtinatis, praeparatis animis concurriſ-
ſent. Ibi, quantam uim ad ſtimulandos animos ira haberet, apparuit. nam ita caedis magis,
quam uictoriae, auidi pugnauerunt Romani, ut uix nuncium cladis hoſti relinquerent. Ob
eas res geſtas, conſulum litteris Romam allatis, ſupplicatio in triduũ decreta eſt. Breui poſt
Marcellus Romam uenit, triumphuſque ei magno conſenſu patrũ eſt decretus. Triumpha-
uit in magiſtratu de Inſubribus Comẽſibuſque. Boiorum triumphi ſpem collegae reliquit:
quia ipſi proprie aduerſa pugna in ea gente euenerat, collegae ſecunda. Multa ſpolia ho-
ſtium captiuis carpentis tranſducta: multa militaria ſigna lata: aeris trecẽta uiginti millia;
argenti bigati ducenta trigintaquattuor millia. in pedites ſingulos dati octingenti aeris;
triplex equiti centurionique. Eodem anno Antiochus rex, cum hibernaſſet Epheſi, H
omnes Aſiae ciuitates in antiquam imperij formulam redigere eſt conatus: reliquas
quidem, aut quia locis planis poſitae erant, aut quia parum moenibus armiſq. ac iuuentuti
fidebant, haud difficulter iugum accepturas. Smyrna & Lampſacus libertatem uſurpa-
bant. periculumque erat, ne, ſi conceſſum his foret quos metuebat, Smyrnam in Aeolide
Ioniaque, Lampſacum in Helleſponto, aliae urbes ſequerentur. Igitur & ipſe ab Epheſo ad
Smyrnam obſidendam miſit: & quae Abydi copiae erant, praeſidio tantũ modico relicto,
duci ad Lampſacum oppugnandum iuſſit. nec ui tantum terrebat: ſed per legatos leniter
alloquendo, caſtigãdoque temeritatem & pertinaciam, ſpem conabatur facere, breui quae
peterent habituros, & tum ſatis & ipſis, & omnibus alijs apparere, ab rege impetratam
eos libertatem, non per occaſionem raptam habere. Aduerſus quae reſpondebant, nihil
neque mirari, neque ſuccenſere Antiochum debere, ſi ſpem libertatis differri non ſatis I
aequo animo paterentur. Ipſe initio ueris nauibus ab Epheſo profectus Helleſpontum
petit. terreſtres copias Madytum tranſijcit, Cherſoneſi urbem. terreſtri naualem exerci-
tum iunxit, & quia clauſerant portas, circumdedit moenia armatis. & iam opera admouen-
ti deditio eſt facta. Idem metus tum incolentes alias Cherſoneſi urbes in deditionem de-
dit. Lyſimachiam inde omnibus ſimul naualibus terreſtribuſque copijs uenit. quam cum
deſertam ac ſtratam prope ruinis inueniſſet; (ceperant autem, direptamque incenderant
Thraces paucis ante annis) cupido eum reſtituendi nobilem urbem, & loco ſitam oppor-
tuno, cepit. itaque omni cura ſimul eſt aggreſſus & tecta muroſque reſtituere: & partim re
dimere ſeruientes Lyſimachienſes, partim fuga ſparſos per Helleſpõtum Cherſoneſumq.
conquirere contrahereque: partim nouos colonos, ſpe commodorũ propoſita, adſcribere,
& omni modo frequentare. ſimul, ut Thracum ſummoueretur metus: ipſe parte dimidia ter K
reſtrium copiarum ad depopulandum proxima Thraciae eſt profectus: partem, naualeſque
ſocios omnes reliquit in operibus reficiendae urbis. Sub hoc tempus & L. Cornelius miſ-
ſus ab ſenatu ad dirimenda inter Antiochum Ptolemaeumq. reges certamina, Selymbriae
ſubſtitit: & decem legatorum P. Lentulus a Bargylijs, P. Villius & L. Terẽtius a Thaſſo Lyſi
machiam petierunt. eodem & a Selymbria L. Cornelius, & ex Thracia poſt paucos dies
Antiochus conuenerunt. Primus congreſſus cum legatis, deinceps inuitatio benigna &
hoſpitalis fuit. ut de mandatis ſtatuq. praeſenti Aſiae agi coeptũ eſt, animi exaſperati ſunt.
Romani omnia acta eius, ex quo tempore Syria claſſe ſoluiſſet, diſplicere ſenatui non
diſſimulabant: reſtituique Ptolemaeo ciuitates omnes, quae ditionis eius fuiſſent, aequum
cenſebant.

A cenſebant. nam quod ad eas ciuitates attineret, quas a Philippo poſſeſſas, Antiochus per occaſionem, auerſo Philippo in Romanum bellum, intercepiſſet: id uero ferendum non eſſe, Romanos per tot annos terra mariq. tanta pericula ac labores exhauſiſſe, Antiochum belli praemia habere. Sed ut in Aſiā aduētus eius diſſimulari ab Romanis, tāquam nihil ad eos pertinens, potuerit: quod iam etiam in Europam omnibus nauaiibus terreſtribuſq. copijs tranſierit, quantum a bello aperto Romanis abeſſe? illum quidem etiam ſi in Italiam tranſijciat, negaturū. Ad ea rex, Satis iam ante uidere ſe, Romanos inquirere, quid regi Antiocho faciendum: at quouſque terra mariq. progrediendum fuerit ipſis, non cogitare. Aſiam nihil ad populum Romanum pertinere: nec magis illis inquirendum eſſe, quid Antiochus in Aſia, quam Antiocho, quid in Italia populus Romanus faciat. Quod ad Ptolemaeū attineat, cui ademptas ciuitates querantur: ſibi cū Ptolemaeo & amicitiam eſſe: &

B id agere ſe, ut breui etiam affinitas iungatur. Nec ex Philippi quidem aduerſa fortuna ſpolia ulla ſe petiſſe: ut aduerſus Romanos in Europam trāſieciſſe.* fuerit: quo uicto omnia quae illius fuiſſent, iure belli Seleuci facta ſint: exiſtimare ſuae ditionis eſſe. occupatis maioribus ſuis rerum aliarum alia cura, primo quaedam ex his Ptolemaeū, deinde & Philippum uſurpando aliena poſſediſſe: ſicut quaedā ex proxima Thracia, quae indubitate Lyſimachi fuerint. ad ea facienda in antiquum ueniſſe: & Lyſimachiam deletam Thracum impetu, de integro condere: ut Seleucus filius eam ſedem regni habeat. His diſceptationibus per dies aliquot habitis, rumor ſine ullo ſatis certo auctore allatus de morte Ptolemaei regis: ut nullus exitus imponeretur ſermonibus, nam diſſimulabat pars utraque ſe audiſſe. & L. Cornelius, cui legatio ad duos reges Antiochum Ptolemaeumq. mandata erat, ſpatium modici temporis ad conueniendum Ptolemaeum petebat, ut, priuſquam moueretur aliquid in noua poſſeſsione regni, perueniret in Aegyptum, & Antiochus ſuam fore

C Aegyptum, ſi tum occaſio eſſet, cenſebat. itaque dimiſſis Romanis, relictoq. Seleuco filio cum terreſtribus copijs ad reſtituendam, ut inſtituerat, Lyſimachiam: ipſe omni claſſe nauigans Epheſum, legatis ad Quinctium miſſis, qui ad fidem de ſocietate agerent: oram Aſiae legens, peruenit in Lyciam. Patariſq. cognito uiuere Ptolemaeum, nauigandi quidē in Aegyptum omiſſum conſilium eſt: Cyprum nihilo minus tendens, cum Chelidonium promontorium ſuperaſſet, paulliſper ſeditione remigum eſt retentus in Pamphylia circa Eurymedontem amnem. Inde profectum eum ad capita (quae uocant) Sari fluminis, foeda tempeſtas oborta prope cum omni claſſe demerſit, multae naues eiectae, multae ita hauſtae mari, ut nemo in terrā enauerit. magna uis hominum ibi interijt, non remigum tātum, militumq. ignotorum, ſed etiam inſignium amicorum. Collectis reliquijs naufragij, cum

D res nō in eo eſſet, ut Cyprum tentaret, minus opulēto agmine, quam profectus erat, Seleuciam redit. ibi ſubduci nauibus iuſſis, (iam enim hiems inſtabat) ipſe in hiberna Antiochiā proceſsit. In hoc ſtatu regum erant res. Romae eo primum anno triumuiri epulones facti, C. Licinius Lucullus, P. Manlius, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Laeca. His triumuiris, item ut pontifici, lege datum togae praetextae habendae ius. Sed magnū certamen cum omnibus ſacerdotibus eo anno fuit quaeſtoribus urbanis, Q. Fabio Labeoni, & L. Aurelio. Pecunia opus erat: quod ultimam penſionem pecuniae in bellum collatae perſoluere placuerat priuatis. quaeſtores ab auguribus, pontificibus, quod ſtipendium per bellum non contuliſſent, petebant. ab ſacerdotibus tribuni nequidquam appellati, omniumque annorum per quos non dederant, exactum eſt. Eodem anno duo mortui pontifices, nouique in eorum locum ſuffecti: M. Marcellus conſul in locum C.

E Sempronij Tuditani, qui praetor in Hiſpania deceſſerat: & L. Valerius in locum M. Cornelij Cethegi. Et Q. Fabius Maximus augur mortuus eſt admodum adoleſcens, priuſquam ullum magiſtratum caperet: nec eo anno augur in eius locum eſt ſuffectus. Comitia inde conſularia habita a M. Marcello conſule. creati conſules L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato. Praetores inde facti C. Fabricius Luſcinus, C. Atinius Labeo, Cn. Manlius Vulſo, Ap. Claudius Nero, P. Manlius, P. Porcius Laeca. Aediles curules, M. Fulmius Nobilior & C. Flaminius, tritici decies centum millia binis aeris populo diuiſerunt. id C. Flaminij honoris cauſſa, ipſius patriſque, aduexerant Siculi Romam. Flaminius gratiam eius communicauerat cum collega. Ludi Romani & apparati magnifice ſunt & ter toti inſtaurati. Aediles pl. Cn. Domitius Ahenobarbus, & C. Scribonius, curio

maximus, multos pecuarios ad populi iudicium adduxerunt. tres ex his condemnati ſunt. ex eorum multaticia pecunia aedem in inſula Fauni fecerunt. Ludi plebeij per biduum inſtaurati, & epulum fuit ludorum cauſſa. L. Valerius Flaccus, & M. Porcius, quo die magiſtratum inierunt, de prouincijs cum ad ſenatum retuliſſent, patres cenſuerũt, cum in Hiſpania tantum gliſceret bellum, ut iam conſulari & duce & exercitu opus eſſet, placere, conſules Hiſpaniam citeriorem & Italiam prouincias aut comparare inter ſe, aut ſortiri. utri Hiſpania prouincia eueniſſet, eum duas legiones & quinque millia ſocium Latini nominis, & quingentos equites ſecum portare, & naues longas uiginti ducere. alter conſul duas legiones ſcriberet. his Galliam prouinciam obtineri ſatis eſſe, fractis proximo anno Inſubrium & Boiorum animis. Cato Hiſpaniam, Valerius Italiam eſt ſortitus. Praetores deinde prouincias ſortiti, C. Fabricius Luſcinus urbanam, C. Atinius Labeo peregrinam, Cn. Manlius Vulſo Siciliam, Ap. Claudius Nero Hiſpaniam ulteriorem, P. Porcius Laeca Piſas, ut ab tergo Liguribus eſſet. P. Manlius in Hiſpaniam citeriorem adiutor conſuli datur. T. Quinctio, ſuſpectis non ſolum Antiocho & Aetolis, ſed etiam Nabide, Lacedaemoniorũ tyranno, prorogatum in annum imperium eſt, duas legiones ut haberet. in eas ſi quid ſupplementi opus eſſet, cõſules ſcribere, & mittere in Macedoniam iuſſi. Ap. Claudio praeter legionem, quam Q. Fabius habuerat, duo millia peditum & ducentos equites nouos conſcribere permiſſum. Par numerus peditum equitumq. nouorum P. Manlio in citeriorem Hiſpaniã decretus, & legio eadẽ, quae fuerat Minucio praetore, data. Et P. Porcio Laecae ad Etruriam circa Piſas ducenti peditum, & quingenti equites ex Gallico exercitu decreti. In Sardinia prorogatum imperium Sempronio Longo. Prouincijs ita diſtributis, conſules priuſquam ab urbe proficiſcerentur, uer ſacrum ex pontificum iuſſu fecere, quod C. Cornelius Mammula praetor uouerat, de ſenatus ſententia, populiq. iuſſu, Cn. Seruilio, C. Flaminio conſulibus. Annis poſt uno & uiginti factum eſt, quam uotum. Per eoſdem dies C. Claudius Ap. F. Pulcher, augur in Q. Fabij Maximi locum, qui priore anno mortuus erat, lectus, inauguratuſq. eſt. Mirantibus iam uulgo hominibus, quod Hiſpania mouiſſet, bellum negligi, litterae a Q. Minucio allatae ſunt, ſe ad Turbam oppidum cum Budare & Beſaſide, imperatoribus Hiſpanis, ſignis collatis proſpere pugnaſſe duodecim millia hoſtiũ caeſa, Budarẽ imperatorẽ captum, ceteros fuſos fugatoſq. His litteris lectis minus terroris ab Hiſpanis erat, unde ingens bellum exſpectatum fuerat. Omnes curae poſt aduentum utiq. decem legatorum in Antiochum regem conuerſae. Hi expoſitis prius quae cum Philippo acta eſſent, & quibus legibus data pax, non minorem belli molem reſtare ab Antiocho docuerunt. Ingenti claſſe, egregio terreſtri exercitu in Europam eum trãſiſſe. niſi auertiſſet una ſpes ex uaniore rumore orta Aegypti inuadendae, mox bello Graeciam arſuram fuiſſe. neque enim ne Aetolos quidem quieturos, cum ingenio inquietam, tum iratam Romanis gentẽ. haerere & aliud in uiſceribus Graeciae ingens malum, Nabin nunc Lacedaemoniorum, mox, ſi liceat, uniuerſae Graeciae futurum tyrannum, auaritia & crudelitate omnes fama celebratos tyrannos aequantem. cui ſi Argos uelut arcem Peloponneſo impoſitam tenere liceat, deportatis in Italiam Romanis exercitibus nequidquam liberatã a Philippo Graeciam fore: pro rege, ſi nihil aliud, longinquo, uicinum tyrannum dominum habituram. Haec cum iam ab grauibus auctoribus, tum qui omnia per ſe ipſos explorata referrent, audirent maiores: quod ad Antiochum attineret, maturanda his, cum rex quacumque de cauſſa in Syriam conceſſiſſet, de tyrãno conſultatio uiſa eſt. Cum diu diſceptatum eſſet, utrum iam cauſſae ſatis uideretur, cur decerneretur, an permitterent T. Quinctio, quod ad Nabin Lacedaemonium attineret, faceret, quae e rep. cenſeret eſſe, permiſerunt: eam rem eſſe rati, quae maturata dilataue non tam magni momenti ad ſummam rem populi Romani, eſſet: magis id animaduertendum eſſe, quid Hannibal & Carthaginienſes, ſi cum Antiocho ortum foret bellum, acturi eſſent. Aduerſae Hannibali factionis homines principibus Romanis, amicis quiſque ſuis, identidem ſcribebant, nuncios, litteraſq. ab Hannibale ad Antiochum miſſas, & ab rege ad eum clã legatos ueniſſe. ut feras quaſdam nunquam miteſcere: ſic immitem implacabilem eius uiri animum eſſe. marceſcere otio ſituq. ciuitatem queri eum, & inertia operis: nec ſinẽ armorum ſonitu excitari poſſe. Haec probabilia memoria prioris belli per unum illum non magis geſti, quam moti, faciebat. Irritauerat etiam recenti facto multorum potentium animos. Iudicum ordo Carthagine ea tempeſtate

A peſtate dominabatur, eo maximè, quod ijdem perpetui iudices erant. res, fama, uitaque omnium in illorum poteſtate erat. qui unum eius ordinis, & omnes aduerſos habebat. nec accuſator apud iudices infenſos deerat. Horum in tam impotenti regno (neque enim ciuiliter nimijs opibus utebantur) praetor factus Hannibal, uocare ad ſe quaeſtorem. Idem pro nihilo habuit. nam & aduerſae factionis erat: & quia ex quaeſtura in iudices potentiſſimum ordinem referebantur: iam pro futuris mox opibus animos gerebat. Enimuero indignum id ratus Hannibal, uiatorem ad prehendendum quaeſtorem miſit: ſubductumq. in concionem non ipſum magis, quam ordinem iudicum, prae quorum ſuperbia atque opibus nec leges quidquam eſſent, nec magiſtratus, accuſauit. & ut ſecundis auribus accipi orationem animaduertit, & infimorum quoque libertati grauem eſſe ſuperbiam eorum: legem extemplo promulgauit, pertulitque, ut in ſingulos annos iudices legerentur, ne quis

B biennium continuum iudex eſſet. Ceterum quantam eo facto ad plebem inierat gratiam: tãtum magnae partis principum offendebat animos. Adiecit aliud, quo bono publico ſibi proprias ſimultates irritauit. Vectigalia publica partim negligẽtia dilabebantur: partim praedae ac diuiſui principum, quibuſdam, & magiſtratibus erant. quin & pecunia, quae in ſtipendium Romanis ſuo quoq. anno penderetur, deerat, tributumq. graue priuatis imminere uidebatur. Hannibal poſtquã uectigalia quanta terreſtria maritimaq eſſent, & in quas res erogarentur, animaduertit, & quid eorum ordinarij reip. uſus conſumerent, quantum peculatus auerteret: omnibus reſiduis pecunijs exactis, tributo priuatis remiſſo, ſatis locupletem remp. fore ad uectigal praeſtandum Romanis pronunciauit in concione, & praeſtitit promiſſum. Tum uero iſti, quos pauerat per aliquot annos publicus peculatus, uelut bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infenſi & irati, Romanos in Hanniba-

C lem, & ipſos cauſſam odij quaerentes, inſtigabant. Itaque diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex populi R. dignitate eſſe ducebat ſubſcribere odijs accuſationibuſque Hannibalis, & factionibus Carthaginienſium inſerere publicam auctoritatem: nec ſatis habere bello uiciſſe Hannibalem, niſi uelut accuſatores, calumniam in eũ iurarẽt, ac nomẽ deferrent: tandem peruicerunt, ut legati Carthaginẽ mitterentur: qui apud ſenatum eorũ arguerent Hannibalem cum Antiocho rege conſilia belli faciendi inire. Legati tres miſſi, C. Seruilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo. qui cum ueniſſent, ex conſilio inimicorum Hannibalis, quaerentibus cauſſam aduentus, dici iuſſerunt, ueniſſe ad controuerſias, quae cum Maſſaniſa rege Numidarum Carthaginienſibus eſſent, dirimendas. id creditum uulgo. Hannibalem unum ſe peti ab Romanis non fallebat, & ita pacẽ Carthaginienſibus datam eſſe, ut inexpiabile bellum aduerſus ſe unum maneret. itaque cedere tem-

D pori & fortunae ſtatuit. & praeparatis iam omnibus ante ad fugam, obuerſatus eo die in foro auertendae ſuſpicionis cauſſa, primis tenebris ueſtitu forenſi ad portam cum duobus comitibus ignaris conſilij eſt egreſſus. Cum equi, quo in loco iuſſi erant, praeſto fuiſſent, nocte uia cita regionem quandam agri Vocani tranſgreſſus, poſtero die mane inter Achollã & Thapſum ad ſuam turrim peruenit. ibi eum parata inſtructaque remigio excepit nauis. in Africa Hannibal exceſſit, ſaepius patriae, quam ſuorum euẽtus miſeratus. Eo die in Cercinnam inſulam trãſiecit. ubi cum in portu naues aliquot Poeni onerarias cũ mercibus inueniſſent, & ad egreſſum eũ e naue concurſus ſalutantium eſſet factus: percũctantibus, legatũ ſe Tyrum dici iuſſit. ueritus tamẽ, ne qua ea tũ nauis nocte profecta Thapſum aut Achollam nũciaret ſe Cercinnae uiſum: ſacrificio apparari iuſſo, magiſtros nauium mercatoreſq. inuitari iuſſit, & uela cum antẽnis ex nauibus corrogari, ut umbra (etenim media aeſtas for-

E te erat) cenantibus in litore fieret. quantũ res & tẽpus patiebatur, apparatae celebrataeq. eius diei epulae ſunt: multoq. uino in ſerũ noctis conuiuiũ productũ. Hannibal, cum primũ fallendi eos, qui in portu erant, tempus habuit: nauem ſoluit. ceteri ſopiti cum poſtero die tandem ex ſomno pleni crapulae ſurrexiſſent, id quod ſerum erat, aliquot horas remis in naues collocandis & aptandis armamentis abſumpſerunt. Carthagine & multitudinis aſſuetae domum Hannibalis frequentare cõcurſus ad ueſtibulum aedium eſt factus: & ut non comparere eum uulgatum eſt, in forum turba conuenit principem ciuitatis quaerentium. & alij fugam conſciſſe, (id quod erat) alij fraude Romanorum interfectum, idque magis ferebant: varioſque uultus cerneres, ut in ciuitate aliorum alias partes fouentium factionibus. uiſum deinde Cercinnae eum, tãdem allatum eſt. Romani legati cum in

ſenatu expoſuiſſent, compertum patribus Romanis eſſe, & Philippum regem ante ab Han R
nibale maxime accenſum, bellũ populo R. feciſſe: & nunc litteras nuncioſq. ab eo ad An
tiochum regem profectos: haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum con
ciſſet: ne his debere impune eſſe, ſi ſatisfacere Carthaginienſes populo R. uellent: nihil eo
rum ſua uoluntate, nec publico conſilio factum eſſe, Carthaginienſes reſponderunt, quid
quid aequum cenſuiſſent Romani, facturos eſſe. Hannibal proſpero curſu Tyrum peruenit:
exceptuſque a conditoribus Carthaginis ut alia patria, uir tam clarus omni genere hono
rum, paucos moratus dies Antiochiam nauigat. ibi profectum iam regem cum audiſſet,
filium eius ſollemne ludorum ad Daphnem celebrantem conueniſſet: comiter ab eo exce
ptus, nullam moram nauigandi fecit. Epheſi regem eſt conſecutus, fluctuantem adhuc ani
mo, incertumque de Romano bello. ſed haud paruum momentum animo eius ad molien
dum aduentus Hannibalis fecit. Aetolorum quoque eodem tempore alienati ab ſocietate Q
Romana animi ſunt: quorum legatos Pharſalum & Leucadem, & quaſdam alias ciuitates
ex primo foedere petentes ſenatus ad Quinctium reiecit.

EPITOME. LIBRI. XXXIV

LEX Oppia, quam C. Oppius, tribunus plebis, bello Punico de fingendis cultibus matronarum tulerat, cum maxima contentione abrogata eſt: cum Porcius Cato auctor fuiſſet, ne ea lex aboleretur. Is in Hiſpaniam profectus bello, quod Emporijs orſus eſt, Citeriorem Hiſpaniam pacauit. T. Quinctius Flamininus bellum aduerſus Lacedaemonios, & tyrannum eorum Nabidem proſpere geſtum, data ijs pace qualem ipſe uoluit, liberatiſq. Argis, qui ſub ditione tyranni erant, finiuit. Senatus tunc primum ſecretus a populo ludos ſpectauit. ut id fieret, Sex. Aelius Paetus, & C. Cornelius Cethegus cenſores interuenerunt cum indignatione plebis. Coloniae plures deductae ſunt. M. Porcius Cato de Hiſpania triumphauit. Res praeterea in Hiſpania & aduerſus Boios & Inſubres Gallos feliciter geſtae referuntur. T. Quinctius Flamininus, qui Philippum Macedonum regem, & Nabidem Lacedaemoniorum tyrannum uicerat, Graeciamq. omnem liberauerat, ob hanc rerum geſtarum multitudinẽ triduo triumphauit. Legati Carthaginienſium nunciauerunt, Hannibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. tentauerat autem Hannibal per Ariſtonem Tyrium, ſine litteris Carthaginem miſſum, ad rebellandum Poenos concitare. H

LIBER. XXXIV

INTER bellorum magnorum aut uixdum finitorum aut imminen I
tium curas interceſſit res parua dictu: ſed quae ſtudijs in magnum
certamen exceſſerit. M. Fundanius, & L. Valerius, tribuni plebis,
ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C.
Oppius tribunus plebis, Q. Fabio, Ti. Sempronio conſulibus, in
medio ardore Punici belli: ne qua mulier plus ſemuncia auri ha
beret: neu ueſtimento uerſicolori uteretur: neu iuncto uehicu
lo in urbe opidoue, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum
publicorum cauſſa, ueheretur. M. & P. Iunij Bruti, tribuni plebis, legem Oppiam tueban
tur: nec eam ſe abrogari paſſuros aiebant. Ad ſuadendum diſſuadendumque multi nobi
les prodibant. Capitolium turba hominum fauentium aduerſantiumque legi complebatur.
tur. matronae nulla nec auctoritate, nec uerecundia, nec imperio uirorum contineri limi K
ne poterant: omnes uias urbis, aditusque in forum obſidebant, uiros deſcendentes ad fo
rum orantes, ut florente republica, creſcente in dies priuata omnium fortuna, matronis
quoque priſtinum ornatum reddi paterentur. augebatur haec frequẽtia mulierum in dies:
nam etiam ex opidis conciliabuliſque conuenerant. iam & conſules praetoreſque, &
alios magiſtratus adire, & rogare audebant. ceterum minime exorabilem alterum utique
conſulem M. Porcium Catonem habebant: qui pro lege, ne abrogaretur, ita diſſeruit. Si
in ſua quiſque noſtrum matrefamilias Quirites, ius, & maieſtatem uiri retinere inſtituiſ
ſet, minus cum uniuerſis feminis negotij haberemus. nunc domi uicta libertas noſtra im
potentia muliebri, hic quoque in foro obteritur & calcatur: & quia ſingulas ſuſtinere non
potuimus,

A potuimus, uniuerſas horremus. Equidem fabulam & fictam rem ducebam eſſe, uirorum
omne genus in aliqua inſula coniuratione muliebri ab ſtirpe ſublatum eſſe. Ab nullo ge-
nere non aeque ſummum periculum eſt, ſi coetus, & concilia, & ſecretas conſultationes eſ-
ſe ſinas. Atque ego uix ſtatuere apud animum meum poſſum, utrum peior ipſa res, an pe-
iore exemplo agatur. quorum alterum ad nos conſules, reliquoſque magiſtratus, alterum
ad uos Quirites magis pertinet. nam utrum e rep. ſit, nec ne, id quod ad uos fertur: ueſtra
exiſtimatio eſt, qui in ſuffragium ituri eſtis. Haec conſternatio muliebris, ſiue ſua ſponte,
ſiue auctoribus uobis M. Fundani & L. Valeri facta eſt, haud dubie ad culpam magiſtratum
pertinens, neſcio, uobis tribuni, an conſulibus magis ſit deformis. uobis, ſi feminas ad con-
citandas tribunicias ſeditiones iam adduxiſtis; nobis, ſi ut plebis quondam, ſic nunc mulie-
rum ſeceſſione leges accipiendae ſunt. Equidem non ſine rubore quodam paullo ante per
B medium agmen mulierum in forum perueni. quod niſi me uerecundia ſingularum magis
maieſtatis & pudoris, quam uniuerſarum, tenuiſſet, ne compellatae a conſule uiderentur, di-
xiſſem, Qui hic mos eſt in publicum procurrendi, & obſidendi uias, & uiros alienos appel-
lādi? iſtud ipſum ſuos quaeque domi rogare non potuiſtis? an blandiores in publico, quam
in priuato, & alienis, quam ueſtris, eſtis? quamquam ne domi quidem uos, ſi ſui iuris fini-
bus matronas contineret pudor: quae leges hic rogarentur, abrogarenturue, curare decuit.
Maiores noſtri nullam ne priuatam quidem rem agere feminas ſine auctore uoluerunt: in
manu eſſe parentum, fratrum, uirorum. nos (ſi dijs placet) iam etiam remp. capeſſere eas
patimur: & foro quoque, & concionibus & comitijs immiſceri. quid enim nunc aliud per
uias & compita faciunt, quam, quod aliae rogationes tribunorum plebis ſuadent; aliae le-
gem abrogandam cenſent? Date frenos impotenti naturae, & indomito animali: & ſpera-
C tae ipſas modum licentiae facturas, niſi uos faciatis. Minimū hoc eorū eſt, quae iniquo ani-
mo feminae ſibi aut moribus aut legibus iniunctum patiuntur. omnium rerum libertatem,
immo licētiā, ſi uera dicere uolumus, deſiderant. quid enim, ſi hoc expugnauerint, non
tentabunt? Recenſete omnia muliebria iura, quibus licentiam earum alligauerint maio-
res noſtri, per quaeq. ſubiecerint uiris: quibus omnibus conſtrictas uix tamen continere
poteſtis. quid ſi capere ſingula & extorquere, & exaequari ad extremum uiris patiemini:
tolerabiles uobis eas fore creditis? extemplo ſimul pares eſſe coeperint, ſuperiores erunt.
At hercule ne quid nouum in eas rogetur, recuſant: non ius, ſed iniuriā deprecantur. immo
ut quam accepiſtis, iuſſiſtis ſuffragijs ueſtris legem, quam uſu tot annorum & experiendo
comprobaſtis, hanc ut abrogetis: ideſt, ut, unam tollendo legem, ceteras infirmetis. Nul-
la lex ſatis commoda omnibus eſt, id modo quaeritur, ſi maiori parti, & in ſummam prod-
D eſt. ſi quod cuiquam priuatim officiet ius, id deſtruet ac demolietur: quid attinebit uni-
uerſos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latae ſunt, poſſint? Volo tamen audire,
quid ſit propter quod matronae conſternatae procurrant in publicum, ac uix foro ſe & con
cione abſtineant. ut captiui ab Hannibale redimantur, parentes, uiri, liberi, fratres earum?
procul abeſt, abſitq. ſemper talis fortuna reip. ſed tamen cum fuit, negaſtis hoc pijs preci-
bus earum. At non pietas, nec ſollicitudo pro ſuis, ſed religio congregauit eas. matrem
Idaeam Peſſinunte ex Phrygia uenientem accepturae ſunt. Quid honeſtum dictu ſaltē ſedi
tioni praetenditur muliebri? Vt auro & purpura fulgeamus, inquiunt: ut carpentis feſtis,
profeſtiſq. diebus uelut triumphantes de lege uicta & abrogata, & captis & ereptis ſuffra-
gijs ueſtris, per urbē uectemur: ne ullus modus ſumptibus, nec luxuriae ſit. Saepe me que-
rentem de feminarum, ſaepe de uirorum, nec de priuatorū modo, ſed etiā magiſtratuum ſu
E mptibus audiſtis: diuerſiſq. duobus uitijs, auaritia & luxuria ciuitatē laborare: quae peſtes
omnia magna imperia euerterunt. Haec ego, quo melior laetiorq. in dies fortuna reip. eſt,
quo magis imperiū creſcit, & iā in Graeciam Aſiamq. tranſſcendimus, omnibus libidinum
illecebris repletas, & regias etiam attrectamus gazas: eo plus horreo, ne illae magis res
nos ceperint, quam nos illas. Infeſta, mihi credite, ſigna ab Syracuſis illata ſunt huic urbi.
iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes miranteſque, &
antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes. ego hos malo propitios deos, & ita ſpero
futuros, ſi in ſuis manere ſedibus patiemur. Patrum noſtrorum memoria per legatum
Cyneam Pyrrhus non uirorum modo, ſed etiam mulierum animos donis tentauit. non-
dum lex Oppia ad coercendam luxuriam muliebrem lata erat: tamen nulla accepit. quam

cauſſam fuiſſe cenſetis? eadem fuit, quae maioribus noſtris nihil de hac re lege ſanciendi. F
nulla erat luxuria, quae coerceretur. Sicut ante morbos neceſſe eſt cognitos eſſe, quam re-
media eorum: ſic cupiditates prius natae ſunt, quam leges, quae iis modum facerent. Quid
legem Liciniam excitauit de quingentis iugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi?
quid legem Cinciam de donis & muneribus, niſi quia uectigalis iam & ſtipendiaria plebs
eſſe ſenatui coeperat? Itaque minime mirum eſt, nec Oppiam, nec aliam ullam tum legem
deſideratam eſſe, quae modum ſumptibus mulierum faceret, cum aurum & purpuram da-
ta & oblata ultro non accipiebant. Si nunc cum illis donis Cyneas urbem circumiret: ſtan-
tes in publico inueniſſet quae acciperent. Atque ego nonnullarum cupiditatum ne cauſ-
ſam quidem aut rationem inire poſſum. nam ut quod alij liceat, tibi non licere, aliquid
fortaſſe naturalis aut pudoris aut indignationis habeat: ſic aequato omnium cultu, quid
unaquaeque ueſtrum ueretur, ne in ſe conſpiciatur? Peſſimus quidem pudor eſt uel parci- G
moniae uel paupertatis. ſed utrumque lex uobis demit, cum id, quod habere non licet, non
habetis. Hanc, inquit, ipſam exaequationem non fero, illa locuples, cur non inſignis au-
ro & purpura conſpicior? cur paupertas aliarum ſub hac legis ſpecie latet, ut quod habe-
re non poſſunt, habiturae, ſi liceret, fuiſſe uideantur? Vultis hoc certamen uxoribus ueſtris
inijcere Quirites, ut diuites id habere uelint, quod nulla alia poſſit? pauperes, ne ob hoc
ipſum contemnantur, ſupra uires ſe extendant? Ne ſimul pudere quod non oportet, coe-
perit: quod oportet, non pudebit. Quae de ſuo poterit, parabit; quae non poterit, uirum
rogabit. Miſerum illum uirum, & qui exoratus, & qui non exoratus erit, cum, quod ipſe
non dederit, datum ab alio uidebit. Nunc uulgo alienos uiros rogant, &, quod maius eſt,
legem & ſuffragia rogant, & a quibuſdam impetrant, aduerſus te & rem tuam & liberos
tuos inexorabiles. ſimul lex modum ſumptibus uxoris tuae facere deſierit: tu numquam fa- H
cies. Nolite eodem loco exiſtimare Quirites futuram rem, quo fuit, antequam lex de hoc
ferretur. & hominem improbum non accuſari tutius eſt, quam abſolui: & luxuria non mo-
ta tolerabilior eſſet, quam erit nunc ipſis uinculis, ſicut fera beſtia, irritata, deinde emiſſa.
Ego nullo modo abrogandam legem Oppiam cenſeo. uos quod faxitis, deos omnes for-
tunare uelim. Poſt haec tribuni quoque plebis, qui ſe interceſſuros profeſſi erant, cum pau
ca in eandem ſententiam adieciſſent, tum L. Valerius pro rogatione ab ſe promulgata ita
diſſeruit. Si priuati tantummodo ad ſuadendum diſſuadendumque id, quod a nobis roga-
tur, proceſsiſſent, ego quoque, cum ſatis dictum pro utraque parte exiſtimarem, tacitus
ſuffragia ueſtra exſpectaſſem. nunc cum uir grauiſsimus, conſul, M. Porcius non auctorita
te ſolum, quae tacita ſatis momenti habuiſſet, ſed oratione etiam longa & accurata inſe-
ctatus ſit rogationem noſtram, neceſſe eſt paucis reſpondere, qui tamen plura uerba in ca- I
ſtigandis matronis, quam in rogatione noſtra diſſuadenda, conſumpſit: & quidem ut in du
bio poneret, utrum id quod reprehenderet, matronae ſua ſponte, an nobis auctoribus fe-
ciſſent. Rem defendam, non nos: in quos iecit magis haec cõſul uerbo tenus, quam ut re in
ſimularet. Coetum & ſeditiones, & interdum ſeceſſionem muliebrem appellauit, quod ma
tronae in publico uos rogaſſent, ut legem in ſe latam per bellum temporibus duris, in pace
& florente ac beata rep. abrogaretis. Verba magna, quae rei augendae cauſſa conquiruntur,
& haec & alia eſſe ſcio, & M. Catonem oratorem non ſolum grauem, ſed interdum etiam
trucem eſſe ſcimus omnes, cum ingenio ſit mitis. Nam quid tandem noui matronae fece-
runt, quod frequentes in cauſſa ad ſe pertinente in publicum proceſſerunt? numquam an-
te hoc tempus in publico apparuerunt? Tuas aduerſus te Origines reuoluam. accipe, quo-
ties id fecerint, & quidem ſemper bono publico. Iam a principio regnante Romulo, cum, K
Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro ſignis collatis dimicaretur: nonne intercurſu
matronarum inter acies duas, proelium ſedatum eſt? Quid? regibus exactis, cum Coriola-
no Marcio duce legiones Volſcorum caſtra ad quintum lapidem poſuiſſent, nonne id ag-
men, quo obruta haec urbs eſſet, matronae auerterũt? Iam urbe capta a Gallis, aurum, quo
urbs redempta eſt, nempe matronae conſenſu omnium in publicum contulerunt. Proxi-
mo bello (ne antiqua repetam) nonne & cum pecunia opus fuit, uiduarum pecuniae adiu-
uerunt aerarium? &, cum dij quoque noui ad opem ferendam dubijs rebus accerſerentur,
matronae uniuerſae ad mare profectae ſunt ad matrem Idaeam accipiendam? Diſſimiles,
inquit, cauſſae ſunt. nec mihi cauſſas aequare propoſitũ eſt. nihil noui factum purgare ſatis
eſt.

A eſt. Ceterum, quod in rebus ad omnes pariter uiros feminaſque pertinentibus feciſſe
eas nemo miratus eſt, in cauſſa proprie ad ipſas pertinente miramur feciſſe? Quid autem
fecerunt? ſuperbas mediusfidius aures habemus, ſi, cum domini ſeruorum non faſtidiant
preces, nos rogari ab honeſtis feminis indignamur. Venio nunc ad id, de quo agitur: in
quo duplex conſulis oratio fuit. nam & legem ullam omnino abrogari eſt indignatus, &
eam praecipue legem, quae luxuriae muliebris coercendae cauſſa lata eſſet. & illa cōmunis
pro legibus uiſa conſularis oratio eſt, & haec aduerſus luxuriam ſeueriſſimis moribus con
ueniebat. Itaque periculum eſt, niſi, quid in utraque uani ſit, docuerimus, ne quis error
uobis offundatur. Ego enim quemadmodum ex his legibus, quae non in tempus aliquod,
ſed perpetuae utilitatis cauſſa in aeternū latae ſunt, nullā abrogari debere fateor, niſi quā
aut uſus coarguit, aut ſtatus aliquis reip. inutilem fecit: ſic quas tempora aliqua deſidera-
B runt leges, mortales, (ut ita dicam) & temporibus ipſis mutabiles eſſe uideo. quae in pace
latae ſunt, plerumque bellum abrogat: quae in bello, pax: ut in nauis adminiſtratione alia
in ſecunda, alia in aduerſa tempeſtate uſui ſunt. Haec cum ita natura diſtincta ſint: ex utro
tandem genere ea lex eſſe uidetur, quam abrogamus? an uetus regia lex, ſimul cum ipſa
urbe nata? an (quod ſecundum eſt) a decemuiris ad condenda iura creatis in XII tabulis
ſcripta? ſine qua cum maiores noſtri non exiſtimarint matronale decus ſeruari poſſe, no-
bis quoque uerendum ſit, ne cum ea pudorem ſanctitatemque feminarum abrogemus?
Quis igitur neſcit, nouam iſtam legem eſſe, Q. Fabio, Ti. Sempronio conſulibus XX annis
ante latam? ſine qua cum per tot annos matronae optimis moribus uixerint: quod tan-
dem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum eſt? nam ſi iſta lex ideo lata eſ-
ſet, ut finiret libidinem muliebrem, uerendum foret, ne abrogata incitaret. cur ſit autem
C lata, ipſum indicauit tempus. Hannibal in Italia erat uictor ad Cannas: iam Tarentum, iam
Arpos, iam Capuam habebat: ad urbem Romam admoturus exercitum uidebatur: defe-
cerant ſocij: non milites in ſupplementum, non ſocios nauales ad claſſem tuendam, non
pecuniam in aerario habebamus: ſerui, quibus arma darentur, ita ut pretium pro ijs bello
perfecto dominis ſolueretur, emebantur: in eandem diem frumentum & cetera, quae bel-
li uſus poſtulabant, praebenda publicani ſe conducturos profeſſi erant: ſeruos ad remum,
numero ex cenſu conſtituto, cum ſtipendio noſtro dabamus: aurum & argentum omne,
a ſenatoribus eius rei initio orto, in publicum conferebamus: uiduae & pupilli pecunias
ſuas in aerarium deferebant: cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus ſi-
gnati argenti & aeris domi haberemus. Tali eo tempore in luxuria & ornatu matronae oc
cupatae erant, ut ad eam coercendam lex Oppia deſiderata ſit: cum, quia Cereris ſacrifi-
D cium, lugentibus omnibus matronis, intermiſſum erat, ſenatus finiri luctum triginta die-
bus iuſſit. Cui non apparet, ob inopiam & miſeriam ciuitatis, quia omnium priuatorum
pecuniae in uſum publicum uertendae erāt, iſtam legem ſcriptam, tamdiu manſurā, quam
diu cauſſa ſcribendae legis manſiſſet? nam ſi quae tunc tēporis cauſſa aut decreuit ſenatus,
aut populus iuſſit, in perpetuum ſeruari oportet: cur pecunias reddimus priuatis? cur pu-
blica praeſenti pecunia locamus? cur ſerui, qui militent, non emuntur? cur priuati non da-
mus remiges, ſicut tunc dedimus? Omnes alij ordines, omnes homines mutationem in
meliorem ſtatum reipublicae ſentient: ad coniuges tantū noſtras pacis & tranquillitatis
publicae fructus nō perueniet? Purpura uiri utemur, praetextati in magiſtratibus, in ſacer-
dotijs: liberi noſtri praetextis purpura togis utentur: magiſtratibus in colonijs munici-
pijſque, hic Romae infimo genere magiſtris uicorū, togae praetextae habēdae ius permit-
E temus: nec id ut uiui ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam ut cum eo crementur mor-
tui: feminis dumtaxat purpurae uſu interdicemus? & cum tibi uiro liceat purpura in ueſte
ſtragula uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non ſines? & equus tuus
ſpecioſius inſtratus erit, quā uxor ueſtita? Sed in purpura, quae teritur, abſumitur, iniuſtā
quidem, ſed aliquam tamen cauſſam tenacitatis uideo: in auro uero, in quo praeter manu
pretium nihil intertrimenti fit, quae malignitas eſt? praeſidium potius in eo eſt & ad publi
cos, & ad priuatos uſus: ſicuti experti eſtis. Nullam aemulationem inter ſe ſingularum,
quando nulla haberet, eſſe aiebat. At Hercule uniuerſis dolor & indignatio eſt, cum ſo-
ciorum Latini nominis uxoribus uident ea conceſſa ornamenta, quae ſibi adempta ſint:
cum inſignes eas eſſe auro & purpura: cum illas uehi per urbem, ſe pedibus ſequi: tamquā

in illarum ciuitatibus, non in ſua imperium ſit. Virorum hoc animos uulnerare poſſet: quid F
mulierculárum cenſetis, quas etiam parua mouent? Non magiſtratus, nec ſacerdotia, nec
triumphi, nec inſignia, nec dona aut ſpolia bellica his contingere poſſunt: munditiae, &
ornatus, & cultus, haec feminarum inſignia ſunt: his gaudent & gloriantur: hunc Mundũ
muliebrem appellarunt maiores noſtri. Quid aliud in luctu, quam purpuram, atque au-
rum, deponunt? quid, cum eluxerunt, ſumunt? quid in gratulationibus ſupplicationibuſ-
que, niſi excellentiorem ornatum adijciunt? Scilicet ſi legem Oppiam abrogaueritis: non
ueſtri arbitrij erit, ſi quid eius uetare uolueritis, quod nunc lex uetat. minus filiae, uxores,
ſorores etiam quibuſdam in manu erunt. Numquã ſaluis ſuis exuitur ſeruitus muliebris.
& ipſae libertatem, quam uiduitas & orbitas facit, deteſtantur. In ueſtro arbitrio ſuum or-
natum, quam in legis malunt eſſe. & uos in manu & tutela, non in ſeruitio debetis habe-
re eas, & malle patres uos aut uiros, quam dominos dici. Inuidioſis nominibus utebatur G
modo conſul, ſeditionem muliebrem & ſeceſſionem appellando. id enim periculum
eſt, ne Sacrum montem, ſicut quondam irata plebs, aut Auentinum capiant. Patiendum
huic infirmitati eſt quodcumque uos cenſueritis. quo plus poteſtis, eo moderatius impe-
rio uti debetis. Haec cum contra legem, proque lege dicta eſſent: aliquanto maior frequẽ
tia mulierum poſtero die ſeſe in publicum effudit: unoque agmine omnes Brutorum ia-
nuas obſederunt, qui collegarum rogationi intercedebant: nec ante abſtiterunt, quam re-
miſſa interceſſio a tribunis eſt. nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abro
garent. annis XX poſt abrogata eſt, quam lata. M. Porcius conſul poſteaquam abrogata
eſt Oppia lex, extemplo XXV nauibus longis, quarum quinque ſociorum erant, ad Lunae
portum profectus, eodem exercitu conuenire iuſſo, & edicto per oram maritimam miſſo
nauibus omnis generis contractis, ab Luna proficiſcens edixit, ut ad portum Pyrenaei ſe- H
querentur, inde ſe frequenti claſſe ad hoſtes iturum. Praeteruecti Liguſtinos montes, ſinũ
que Gallicum, ad diem quam edixerat, conuenerunt, inde Rhodam uentum, & praeſidiũ
Hiſpanorum, quod in caſtello erat, ui deiectum. ab Rhoda ſecundo uento Emporias per-
uentum. ibi copiae omnes, praeter ſocios nauales, in terram expoſitae. Iam tunc Emporiae
duo opida erant muro diuiſa. unum Graeci habebant a Phocaea, unde & Maſſilienſes o-
riundi, alterum Hiſpani. ſed Graecum opidum in mare expoſitum, totum orbem muri mi
nus quadringentos paſſus patentem habebat: Hiſpanis retractior a mari trium millium paſ-
ſuum in circuitu murus erat. Tertiũ genus Romani coloni ab diuo Caeſare poſt deuictos
Pompeij liberos adiecti. nunc in corpus unum confuſi omnes, Hiſpanis prius, poſtremo
& Graecis in ciuitatem Romanam adſcitis. Miraretur quis, cum cerneret aperto mari ab
altera parte, ab altera Hiſpanis, tam ferae & bellicoſae genti obiectos, quae res eos tutare I
tur. diſciplina erat cuſtos infirmitatis, quam inter ualidiores optime timor continet. Par-
tem muri uerſam in agros, egregie munitam habebant, una tantum in eam regionem por-
ta impoſita: cuius aſſiduus cuſtos ſemper aliquis ex magiſtratibus erat. nocte pars tertia
ciuium in muris excubabat: neque moris tantum aut legis cauſſa, ſed quanta ſi hoſtis ad
portas eſſet, obſeruabant uigilia & circumibant cura. Hiſpanum neminem in urbem reci-
piebant, ne ipſi quidem temere urbe excedebant. ad mare patebat omnibus exitus. por-
ta ad Hiſpanorum opidum uerſa numquam niſi frequentes, pars tertia fere, cuius proxi-
ma nocte uigiliae in muris fuerant, egrediebantur. cauſſa exeundi haec erat. commercio
eorum Hiſpani imprudentes maris gaudebant: mercarique & ipſi ea, quae externa naui-
bus inueherentur, & agrorum exhibere fructus uolebant. huius mutui uſus deſiderium,
ut Hiſpana urbs Graecis pateret, faciebat. Erant etiam eo tutiores, quod ſub umbra Ro- K
manae amicitiae latebant, quam ſicut minoribus uiribus quam Maſſilienſes, ita pari cole-
bant fide. tunc quoque conſulem exercitumque comiter ac benigne acceperunt. Paucos
ibi moratus dies Cato, dum exploraret ubi & quantae hoſtium copiae eſſent, ut ne mora
quidem ſegnis eſſet, omne id tempus exercendis militibus conſumpſit. id erat forte tem-
pus anni, ut frumentum in areis Hiſpani haberent. itaque redemptoribus uetitis frumen-
tum parare, ac Romam dimiſſis, Bellum, inquit, ſe ipſum alet. profectus ab Emporijs agros
hoſtium urit uaſtatque. omnia fuga & terrore complet. Eodem tempore M. Heluio de-
cedenti ex ulteriore Hiſpania cum praeſidio ſex millium dato ab Ap. Claudio praetore,
Celtiberi agmine ingenti ad opidum Illiturgi occurrerunt. uiginti millia armatorũ fuiſſe

Valerius

A Valerius ſcribit: duodecim millia ex ijs caeſa: opidum Illiturgi receptum, & puberes omnes interfectos. Inde ad caſtra Catonis Heluius peruenit. & quia tuta iam ab hoſtibus regio erat; praeſidio in ulteriorem Hiſpaniam remiſſo, Romam eſt profectus: & ob rẽ feliciter geſtam ouans urbem eſt ingreſſus. Argenti infecti tulit in aerarium quattuordecim millia pondo ſeptingenta trigintaduo: & ſignati bigatorum XVII millia XXIII, & Oſcenſis argenti CXX millia CDXXXIIX. Cauſſa triumphi negandi ſenatui fuit, quod alieno auſpicio & in aliena prouincia pugnaſſet. Ceterum biennio poſt redierat, cum, prouincia ſucceſſori Q. Minucio tradita, annum inſequentem retentus ibi longo & graui morbo fuiſſet. itaque duobus modo menſibus ante Heluius ouans urbem eſt ingreſſus, quam ſucceſſor eius Q. Minucius triumpharet. Hic quoque tulit argenti pondo trigintiquattuor millia octingenta, bigatorum LXXIIX millia, & Oſcenſis argenti CCLXXIIX millia. In

B Hiſpania interim conſul haud procul Emporijs caſtra habebat. eo legati tres ab Ilergetum regulo Bilitage, in quibus unus filius erat, uenerunt, querentes caſtella ſua oppugnari: nec ſpem ullam eſſe reſiſtendi, niſi praeſidio Romanus miles eſſet. V millia militum ſatis eſſe: nec hoſtes, ſi tanta manus ueniſſet, manſuros. Ad ea conſul, moueri quidem ſe uel periculo eorum, uel metu dicere: ſed ſibi nequaquam tantum copiarum eſſe, ut, cum magna uis hoſtium haud procul abſit, cum qua mox ſignis collatis dimicandum ſibi in dies exſpectet; diuidendo exercitum, minuere tuto uires poſſet. Legati ubi haec audierunt, flentes ad genua conſulis prouoluuntur. Orant, ne ſe in rebus tam trepidis deſerat. quo enim ſe repulſos ab Romanis ituros? nullos ſe ſocios, nihil uſquam in terris aliud ſpei habere. potuiſſe ſe extra id periculum eſſe, ſi decedere fide, ſi coniurare cum ceteris uoluiſſent: nullis minis, nullis terriculis ſe motos, ſperantes ſatis opis & auxilij ſibi in Romanis

C eſſe. id ſi nullum ſit, ſi ſibi a conſule negetur: deos hominesque ſe teſtes facere, inuitos & coactos ſe, ne eadem, quae Saguntini paſſi ſunt patiantur, defecturos, & cũ ceteris potius Hiſpanis quam ſolos perituros eſſe. Et illo quidem die ſic ſine reſponſo dimiſſi. conſulem nocte, quae inſecuta eſt, anceps cura agitare. nolle deſerere ſocios, nolle minuere exercitum, quod aut moram ſibi ad dimicandum, aut in dimicando periculum afferre poſſet. ſtat ſententia non minuere copias, ne quid interim hoſtes inferãt ignominiae: ſocijs ſpem pro re oſtentandam cenſet. ſaepe uana pro ueris, maxime in bello ualuiſſe: & credentem ſe aliquid auxilij habere, perinde, atque haberet ipſa fiducia & ſperando, atque audendo ſeruatum. Poſtero die legatis reſpondit: quamquam uereatur ne ſuas uires, alijs eas commodãdo, minuat, tamen illorum ſe temporis ac periculi magis, quam ſui rationem habere. denunciari militum parti tertiae ex omnibus cohortibus iubet, ut cibum, quem in naues im-

D ponant, mature coquant: nauesque in diem tertium expediri iuſſit: duos ex legatis Biliſtagi, atque Ilergetibus nunciare ea iubet: filium reguli comiter habendo, & muneribus apud ſe retinet. Legati non ante profecti, quam impoſitos in naues milites uiderunt; id pro haud dubio iam nunciantes, non ſuos modo, ſed etiam hoſtes fama Romani auxilij aduentantis impleuerunt. Conſul ubi ſatis, quod in ſpeciem fuit, oſtentatum eſt, reuocari ex nauibus milites iubet. ipſe cum iam id tempus anni appeteret, quo geri res poſſent, caſtra hiberna mille paſſuum ab Emporijs poſuit: inde per occaſiones nunc hac parte, nunc illa modico praeſidio caſtris relicto, praedatũ milites in hoſtium agros educebat. Nocte ferme proficiſcebantur, ut & quam longiſſime a caſtris procederent, & inopinantes opprimerẽt. & exercebat ea res nouos milites, & hoſtium magna uis excipiebatur, nec iã egredi extra munimenta caſtellorum audebant. Vbi ſatis admodum & ſuorum & hoſtium animos eſt

E expertus, conuocari tribunos praefectosque, & equites omnes & centuriones iuſſit. Tempus, inquit, quod ſaepe optaſtis, uenit, quo uobis poteſtas fieret uirtutem ueſtram oſtẽdendi. adhuc praedonum magis, quam bellantium militaſtis more. nunc iuſta pugna hoſtes cum hoſtibus conſeretis manus. non agros inde populari, ſed urbium opes haurire licebit. Patres noſtri cum in Hiſpania Carthaginienſium & imperatores ibi & exercitus eſſent; ipſi nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent: tamen addere hoc in foedere uoluerunt, ut imperij ſui Iberus fluuius eſſet finis. nunc cum duo praetores, cum conſul, cum tres exercitus Romani Hiſpaniam obtineant; Carthaginienſium iam prope X annis nemo in his prouincijs ſit: imperium nobis citra Iberum amiſſum eſt. hoc armis & uirtute recuperetis oportet; & nationem rebellantem magis temere, quam conſtanter

bellantem,

bellantem, iugum, quo ſe exſuit, accipere rurſus cogatis. In hunc modum maxime adhor- F
tatus pronunciat ſe nocte ad caſtra hoſtium ducturum. ita ad corpora curanda dimiſſi.
Nocte media, cum auſpicio operam dediſſet, profectus, ut locum, quem uellet, priuſquam
hoſtes ſentirent, caperet: praeter caſtra hoſtium circumducit: & prima luce acie inſtructa
ſub ipſum uallum tres cohortes mittit. Mirantes barbari a tergo apparuiſſe Romanum, diſ-
currere ipſi ad arma. interim conſul apud ſuos, Nuſquam niſi in uirtute ſpes eſt, milites, in
quit, & ego ſedulo, ne eſſet, feci. inter caſtra noſtra & nos, medij hoſtes: ab tergo hoſtium
ager eſt. quod pulcherrimum, idem tutiſſimum eſt, in uirtute ſpem poſitam habere. Sub
haec cohortes recipi iubet, ut barbaros ſimulatione fugae eliceret. Id quod crediderat, eue
nit. pertimuiſſe & cedere rati Romanos, porta erumpunt, & quantum inter caſtra ſua &
hoſtium aciem relictum erat loci, armatis complent. Dum trepidant acie inſtruenda, con-
ſul, iam paratis ordinatiſque omnibus, incompoſitos aggreditur. equites primos ab utro- G
que cornu in pugnam induxit. ſed in dextro extemplo pulſi, cedenteſq. trepidi etiam pe-
diti terrorem intulere. quod ubi uidit conſul, duas cohortes delectas ab dextro latere ho-
ſtium circumduci iubet, & ab tergo ſe oſtendere prius, quam concurrerent peditum acies.
Is terror obiectus hoſti, rem metu Romanorum equitum inclinatam aequauit. tamē adeo
turbati erant dextrae alae equites pediteſque, ut quoſdam conſul manu ipſe reprehende-
rit, & aduerſos in hoſtem uerterit. ita & quamdiu miſſilibus pugnatum eſt, anceps pugna
erat: & iam ab dextera parte, unde terror & fuga coeperat, aegre Romanus reſiſtebat. a
ſiniſtro cornu & ab fronte urgebantur barbari: & cohortes ab tergo inſtantes pauidi re-
ſpiciebant. Vt emiſsis ſoliferreis falaricisque gladios ſtrinxerunt, tum uelut redintegra-
ta eſt pugna. non caecis ictibus procul ex improuiſo uulnerabantur: ſed pede collato, to-
ta in uirtute ac uiribus ſpes erat. Feſſos iam ſuos conſul ex ſecunda acie ſubſidiarijs cohor H
tibus in pugnam inductis, accendit: noua acies facta: integri recentibus telis fatigatos
adorti hoſtes, primum acri impetu uelut cuneo perculerunt: deinde diſſipatos in fugam
auerterunt: effuſoque per agros curſu caſtra repetebantur. Vbi omnia fuga completa ui-
dit Cato: ipſe ad ſecundam legionē, quae in ſubſidio poſita erat, equo reuehitur: & ſigna
praeſeferri, plenoque gradu ad caſtra hoſtium oppugnanda ſuccedere iubet. ſi quis extra
ordinem auidius procurrit, & ipſe interequitans ſparo percutit, & tribunos centurioneſ-
que caſtigare iubet. Iam caſtra hoſtium oppugnabantur: ſaxiſque & ſudibus & omni ge-
nere telorum ſummouebantur a uallo Romani. ubi recens admota legio eſt, tum & oppu-
gnantibus animus creuit, & infenſius hoſtes pro uallo pugnabant. conſul omnia oculis
perluſtrat; ut, qua minima ui reſiſtatur, ea parte irrumpat. ad ſiniſtram portam infrequen-
tes uidet: eo ſecundae legionis principes haſtatoſque inducit. Non ſuſtinuit impetum eo I
rum ſtatio, quae portae appoſita erat. & ceteri poſteaquam intra uallum hoſtes uident, ip-
ſis caſtris exſuti ſigna armaque abijciunt. caeduntur in portis ſuomet ipſi agmine in arto
haerentes. ſecundani terga hoſtium caedunt, ceteri caſtra diripiunt. Valerius Antias ſupra
XL millia hoſtium caeſa eo die ſcribit. Cato ipſe haud ſane detrectator laudum ſuarū mul
tos caeſos ait, numerum non adſcribit. Tria eo die laudabilia feciſſe putatur: unum, quod
circumducto exercitu procul nauibus ſuis caſtriſque, ubi ſpem niſi in uirtute haberent, in-
ter medios hoſtes proelium commiſit; alterum, quod cohortes ab tergo hoſtibus obiecit;
tertium, quod ſecundam legionem, ceteris omnibus effuſis ad ſequendos hoſtes, pleno
gradu ſub ſignis compoſitam inſtructamque ſubire ad portam caſtrorum iuſſit. Nihil dein-
de a uictoria ceſſatum. cum, receptui ſigno dato, ſuos ſpolijs onuſtos in caſtra reduxiſſet
paucis horis noctis ad quietem datis, ad praedandum in agros duxit. effuſius, ut ſparſis ho K
ſtibus fuga, praedati ſunt. quae res nō minus, quam pugna pridie aduerſa Emporitanos Hi
ſpanos accolaſque eorum in deditionem compulit. multi & aliarum ciuitatum, qui Em-
porias perfugerant, dediderunt ſe. quos omnes appellatos benigne, uinoque & cibo cu-
ratos, domos dimiſit. Confeſtim inde caſtra mouit. & quacumque incedebat agmen, le-
gati dedentium ciuitates ſuas occurrebant. & cum Tarraconem uenit, iam omnis cis Ibe-
rum Hiſpania perdomita erat, captiuique & Romani & ſocium ac Latini nominis uarijs
caſibus in Hiſpania oppreſsi, domum conſuli a barbaris reducebantur. Fama deinde uul-
gatur, conſulem in Turdetaniam exercitum ducturum. & ad deuios montanos profectu-
rum etiam, falſo perlatum eſt. ad hunc uanum & ſine auctore ullo rumorem Bergiſtano-

rum

A rum ciuitatis ſeptem caſtella defecerunt. eos deducto exercitu conſul ſine memorando proelio in poteſtatem redegit. Haud ita multo poſt ijdem, regreſſo Tarraconem conſule, priuſquam inde quoquam procederet, defecerunt. Iterum ſubacti. ſed non eadem uenia uictis fuit. ſub corona ueniere omnes, ne ſaepius pacem ſollicitarent. Interim P. Manlius praetor, exercitu uetere a Q. Minucio, cui ſucceſſerat, accepto, adiuncto & Ap. Claudij Neronis ex ulteriore Hiſpania uetere itē exercitu, in Turdetaniam proficiſcitur. Omnium Hiſpanorum maxime imbelles habentur Turdetani. freti tamen multitudine ſua, obuiam ierunt agmini Romano. Eques immiſſus turbauit extēplo aciem eorum. pedeſtre proeliū nullius ferme certaminis fuit. milites ueteres periti hoſtium belliq. haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamē ea pugna debellatum eſt. X millia Celtiberum mercede Turdetani conducunt, alieniſq. armis parabant bellum. conſul interim rebellione Bergiſtanorum ictus,
B ceteras quoque ciuitates ratus per occaſionem idem facturas, arma omnibus cis Iberum Hiſpanis ademit. quam rem adeo aegre paſſi, ut multi mortem ſibi met ipſi conſciſcerent: ferox gens, nullam uitam rati ſine armis eſſe. Quod ubi conſuli renunciatum eſt, ſenatores omnium ciuitatum ad ſe uocari iuſſit. atque ijs, Non noſtra, inquit, magis, quam ueſtra refert, uos non rebellare. ſiquidem id maiore Hiſpanorum malo, quam exercitus Romani labore, ſemper adhuc factum eſt. id ut ne fiat, uno modo arbitror caueri poſſe, ſi effectū erit, ne poſſitis ~~rebellare~~. uolo id quammolliſsima uia conſequi. uos quoque in ea re conſilio me adiuuate, nullum libentius ſequar, quam quod uoſmet ipſi attuleritis. Tacentibus, ſpatium ſe ad deliberandum dierum paucorum dare dixit. cum reuocati ſecundo quoque concilio tacuiſſent: uno die muris omnium dirutis, ad eos, qui nondum parebant, profectus, ut in quamque regionem uenerat, omnes, qui circa incolebant, populos in deditio-
C nem accepit. Segeſticam tantum, grauem, atque opulentam ciuitatem, uineis, & pluteis cepit. Eo maiorem habebat difficultatem in ſubigendis hoſtibus, quam qui primi uenerant in Hiſpaniam, quod ad illos, taedio imperij Carthaginienſium, Hiſpani deficiebāt: huic ex uſurpata libertate in ſeruitutem uelut aſſerendi erant. & ita mota omnia accepit, ut alij in armis eſſent, alij obſidione ad defectionem cogerentur: nec niſi in tempore ſubuentum foret, ultra ſuſtentaturi fuerint. Sed in conſule ea uis animi, atque ingenij fuit, ut omnia maxima minimaq. per ſe adiret, atque ageret; nec cogitaret modo, imperaretq., quae in rem eſſent, ſed pleraque ipſe per ſe tranſigeret: nec in quemquam omnium grauius ſeueriuſq., quam in ſemetipſum, imperiū exerceret: parcimonia, & uigilijs, & labore cum ultimis militum certaret: nec quidquam in exercitu ſuo praecipui, praeter honorem, atque imperiū, haberet. Difficilius bellum in Turdetania praetori P. Manlio Celtiberi, mercede exciti ab
D hoſtibus, ſicut ante dictum eſt, faciebant. itaque eo cōſul, acceſſitus litteris praetoris, legiones duxit. Vbi eo uenit, (caſtra ſeparatim Celtiberi & Turdetani habebant) cum Turdetanis extemplo leuia proelia incurſantes in ſtationes eorum Romani facere: ſemperq. uictores ex quamuis temere coepto certamine abire. Ad Celtiberos in colloquium tribunos militum ire conſul, atque ijs trium condicionum electionem ferre iubet. primam, ſi trāſire ad Romanos uelint, & duplex ſtipendium accipere, quam quantum a Turdetanis pepigiſſent. alteram, ſi domos abire, publica fide accepta: nihil eam rem noxae futuram, quod hoſtibus ſe Romanorum iunxiſſent. tertiam, ſi utique bellum placeat, diem locumq. conſtituant, ubi ſecum armis decernant. A Celtiberis dies ad conſultandum petita. concilium immiſtis Turdetanis habitum magno cum tumultu: eo minus decerni quidquam potuit. Cum incertum bellum an pax cum Celtiberis eſſet, commeatus tamen haud ſecus, quam
E in pace, ex agris caſtelliſq. hoſtium Romani portabant: perinde ſaepe munimenta eorum, uelut communi pacto commercio, priuatis indutijs ingredientes. conſul ubi hoſtes ad pugnam elicere nequit: primum praedatum ſub ſignis aliquot expeditas cohortes in agrum integrae regionis ducit: deinde audito, Seguntiae Celtiberum omnes ſarcinas impedimētaq. relicta, eo pergit ducere ad oppugnandum. Poſteaquam nulla mouentur re, perſoluto ſtipendio non ſuis modo, ſed etiam praetoris militibus, relictoq. omni exercitu, in caſtris praetorijs, ipſe cum ſeptem cohortibus ad Iberum eſt regreſſus. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. defecere ad eum Sedetani, Auſetani, Sueſſetani. Lacetanos, deuiam & ſiluestrem gentem, cum inſita feritas continebat in armis: tum conſcientia, dum conſul exercituſq. Turdulo bello eſt occupatus, depopulatorum ſubitis incurſionibus ſociorum.

Igitur

Igitur ad opidum eorum oppugnandum conſul ducit non Romanas modo cohortes, ſed F
iuuentutem etiam merito infenſorum ijs ſociorum. Opidum longum, in latitudinem haud
quaquã tantundẽ patens habebant. quadringentos inde ferme paſſus conſtituit ſigna.
ibi delectarum cohortiũ ſtationem relinquẽs, praecepit eis, ne ſe eo ex loco ante moue-
rent, quam ipſe ad eos ueniſſet. ceteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit.
maximum ex omnibus auxilijs numerum Sueſſetanae iuuentutis habebat. eos ad murum
oppugnandum ſubire iubet. Quorum ubi arma ſignaq. Lacetani cognouere: memores,
quam ſaepe in agro eorũ impunae perſultaſſent, quoties ipſos ſignis collatis fudiſſent, fu-
gaſſentq. patefactã repente porta, uniuerſi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, ne-
dum impetum, Sueſſetani tulere. quod poſteaquam, ſicut futurum ratus erat, conſul fie-
ri etiam uidit, equo citato ſuper murum hoſtium ad cohortes aduehitur: atque eas arre-
ptas, effuſis omnibus ad ſequendos Sueſſetanos, qua ſilentium ac ſolitudo erat, in urbem G
inducit: priuſq. omnia cepit, quam ſe reciperent Lacetani. mox ipſos nihil praeter arma
habentes in deditionem accepit. Confeſtim inde uictor ad Vergium caſtrum ducit. Rece-
ptaculum id maxime praedonum erat: & inde incurſiones in agros pacatos prouinciae eius
fiebant. Transfugit inde ad conſulẽ princeps Vergiſtanus: & purgare ſe ac populares coe-
pit, non eſſe in manu ipſis rempublicam. praedones receptos totum ſuae poteſtatis id ca-
ſtrum feciſſe. conſul eum domum redire, conficta aliqua probabili, cur abfuiſſet, cauſſa, iuſ-
ſit. cũ ſe muros ſubiſſe cerneret, intentoſq. praedones ad tuenda moenia eſſe: tum uti cum
ſuae factionis hominibus meminiſſet arcem occupare. Id, uti praeceperat, factum. repente
anceps terror, hinc muros aſcẽdentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumua-
ſit. Huius potitus loci conſul eos, qui arcem tenuerant, liberos eſſe cum cognatis, ſuaq. ha-
bere iuſſit: Vergiſtanos ceteros quaeſtori ut uenderet imperauit: de praedonibus ſuppli- H
cium ſumpſit. Pacata prouincia, uectigalia magna inſtituit ex ferrarijs argentarijſque, qui-
bus tum inſtitutis locupletior in dies prouincia fuit. Ob eas res geſtas in Hiſpania, ſuppli-
cationem in triduum Patres decreuerunt. Eadẽ aeſtate alter conſul L. Valerius Flaccus in
Gallia cum Boiorum exercitu propter Litanam ſiluam ſignis collatis ſecundo proelio con
flixit. Octo millia Gallorum caeſa traduntur. ceteri omiſſo bello in uicos ſuos, atq. agros
dilapſi. conſul reliquum aeſtatis circa Padum Placentiae, & Cremonae exercitũ habuit, re-
ſtituitq., quae in ijs opidis bello diruta fuerant. Cum hic ſtatus rerum in Italia, Hiſpaniaq.
eſſet, T. Quinctio, in Graecia ita hibernis actis, ut exceptis Aetolis, quibus nec pro ſpe ui
ctoriae praemia contigerant, nec diu quies placere poterat, uniuerſa Graecia ſimul pacis li
bertatiſq. perfruens bonis, egregie ſtatu ſuo gauderet: nec magis in bello uirtutem Ro-
mani ducis, quam in uictoria temperantiam, iuſtitiamq., & moderationem miraretur: ſe- I
natuſconſultum, quo bellum aduerſus Nabin Lacedaemonium decretũ erat, affertur. quo
lecto Quinctius, conuentu Corynthum omnium ſociarum ciuitatum legationibus in
diem certam edicto, ubi frequentes undique principes conuenerunt, ita ut ne Aetoli qui-
dem abeſſent, tali ratione eſt uſus. Bellum aduerſus Philippum non magis communi ani
mo conſilioq. Romani, & Graeci geſſerunt, quam utrique ſuas cauſſas belli habuerũt. nam
& Romanorum amicitiam, nunc Carthaginienſes hoſtes eorum iuuando, nunc hic ſocijs
noſtris oppugnandis uiolauerat: & in uos talis fuit, ut nobis, etiam ſi noſtrarum obliuiſce
remur iniuriarum, ueſtrae iniuriae ſatis digna cauſſa belli fuerint. Hodierna cõſultatio to-
ta ex uobis pendet. refero enim ad uos, utrum Argos, ſicut ſcitis ipſi, ab Nabide occupa-
tos, pati uelitis ſub ditione eius eſſe: an aequum cenſeatis, nobiliſſimam, uetuſtiſsimamq.
ciuitatem in media Graecia ſitam, repeti in libertatem: & eodem ſtatu, quo ceteras urbes K
Peloponneſi & Graeciae eſſe. Haec conſultatio, ut uidetis, tota de re pertinẽte ad uos eſt,
Romanos nihil contingit, niſi quatenus liberatae Graeciae, unius ciuitatis ſeruitus nõ ple
nam nec integram gloriam eſſe ſinit. Ceterum ſi uos nec cura eius ciuitatis, nec exem-
plum, nec periculum mouet, ne ſerpat latius cõtagio eius mali: nos aequi boniq. facimus.
de hac re uos conſulo, ſtaturus eo, quod plures cenſueritis. Poſt orationem Romani im-
peratoris percenſeri aliorum ſententiae coeptae ſunt. Cum legatus Athenienſiũ, quantũ
poterat, gratijs agendis Romanorum in Graeciam merita extuliſſet, imploratos auxilium
aduerſus Philippum tuliſſe opem, non rogatos ultro aduerſus tyrannum Nabin offerre au
xilium: indignatuſque eſſet, haec tanta merita ſermonibus tamen aliquorum carpi, futura

calumniantium,

A calumniantium, cum fateri potius praeteritorum gratiam deberent: apparebat inceſſi Aetolos. Igitur Alexander, princeps gentis, inuectus primum in Athenienſes, qui libertatis quondam duces & auctores, aſſentationis propriae gratia communem cauſſam proderēt: queſtus deinde Achaeos, Philippi quondam milites, poſtremum ab inclinata eius fortuna transfugas, & Corinthum recepiſſe, & id agere, ut Argos habeant: Aetolos, primos hoſtes Philippi, ſemper ſocios Romanorum, pactos in foedere ſuas urbes agroſq. fore deuicto Philippo, fraudari Echino, & Pharſalo: inſimulauit fraudis Romanos, quod uano titulo libertatis oſtentato, Chalcidem & Demetriadem praeſidijs tenerent: qui Philippo cunctanti deducere inde praeſidia, obijcere ſemper ſoliti ſunt, numquam, donec Demetrias Chalciſq. & Corinthus tenerentur, liberam Graeciam fore: poſtremo, manēdi in Graecia retinendiq. exercitus Argos & Nabin cauſſam facerent. Deportarent legiones in Italiam:

B Aetolos polliceri, aut condicionibus & uoluntate ſua Nabin praeſidium Argis deducturum, aut ui atque armis coacturos in poteſtate cōſentientis Graeciae eſſe. Hac uaniloquētia primū Ariſtaenū praetorem Achaeorum excitauit. Ne iſtuc inquit, Iuppiter opt. max. ſiuerit, Iunoq. Regina, cuius in tutela Argi ſunt, ut illa ciuitas inter tyrannum Lacedaemonium & latrones Aetolos praemium ſit poſita in eo diſcrimine, ut miſerius a nobis recipiatur, quam ab illo capta eſt. Mare interiectū ab iſtis praedonibus non tuetur nos T. Quincti: quid ſi in media Peloponneſo arcem ſibi fecerint, futurum nobis eſt? Linguam tantum Graecorum habent, ſicut ſpeciem hominum: moribus ritibuſq. efferatioribus, quam ulli barbari, immo, quam rapaciſsimae belluae, utūtur. Itaq. uos rogamus, Romani, ut & ab Nabide Argos recuperetis: & ita res Graeciae conſtituatis, ut a latrocinio quoque Aetolorū ſatis pacata haec relinquatis. Romanus cunctis undique increpantibus Aetolos, reſponſurum

C ſe fuiſſe ijs dixit, niſi ita infenſos omnes in eos uideret, ut ſedandi potius, quam irritandi, eſſent. contentum itaque opinione ea, quae de Romanis Aetoliſq. eſſet, referre ſe dixit, quid de Nabidis bello placeret, niſi redderet Achaeis Argos. Cū omnes bellum decreſſent, auxilia ut pro uiribus ſuis quoque ciuitates mitterent, eſt hortatus. Ad Aetolos legatum etiam miſit, magis ut nudaret animos, id quod euenit, quam ſpe impetrari poſſe. Tribunis militum, ut exercitum ab Elatia acerſerent, imperauit. Per eoſdem dies & Antiochi legatis de ſocietate agentibus reſpondit, nihil ſe abſentibus decem legatis ſententiae habere, Romam eundum ad ſenatum ijs eſſe. Ipſe copias eductas ab Elatia ducere Argos pergit. atque ei circa Cleonas Ariſtaenus praetor cum X millibus Achaeorum, equitibus mille occurrit. & haud procul inde iunctis exercitibus poſuerunt caſtra. Poſtero die in cāpum Argiuorum deſcenderunt: & quattuor fere millia ab Argis locum caſtris capiunt.

D Praefectus praeſidio Laconum erat Pythagoras, gener idem tyranni, & uxoris eius frater, qui ſub aduentum Romanorum, & utraſque arces, (nam duas habent Argi) & loca alia, quae aut opportuna aut ſuſpecta erant, ualidis praeſidijs firmauit. ſed inter agenda haec pauorem iniectum aduentu Romanorum diſsimulare haudquaquam poterat: & ad externum terrorem inteſtina etiam ſeditio acceſsit. Damocles erat Argiuus, adoleſcens maioris animi, quam conſilij: qui primo iureiurando interpoſito, de praeſidio expellendo cum idoneis collocutus, dum uires adijcere coniurationi ſtudet, incautior fidei aeſtimator fuit. colloquentem eum cum ſuis, ſatelles a praefecto miſſus cum acerſeret, ſenſit proditum conſilium eſſe: hortatuſq. coniuratos, qui aderant, ut potius, quam extorti morerentur, arma ſecum caperent; atque ita cum paucis in forum ire pergit, clamitans, ut qui ſaluam rempublicam uellent, auctorem, & ducem ſe libertatis ſequerentur. Haud ſane mouit

E quemquam: quia nihil uſquam ſpei propinquae, nedum ſatis firmi praeſidij cernebant. Haec uociferantem eum Lacedaemonij circumuentum cum ſuis interfecerunt. comprehenſi deinde quidam & alij, ex ijs occiſi plures, pauci in cuſtodiam coniecti. multi proxima nocte funibus per murum demiſſi, ad Romanos transfugerunt. Quinctius affirmantibus ijs, ſi ad portas Romanus exercitus fuiſſet, non ſine effectu futurum eum motum fuiſſe, & ſi propius caſtra admouerentur, non quieturos Argiuos: miſit expeditos pedites equiteſque, qui circa Cylarabin (gymnaſium id eſt minus trecentos paſſus ab urbe) cum erumpētibus a porta Lacedaemonijs proelium commiſerunt, atque eos haud magno certamine compulerunt in urbem. & caſtra eo ipſo loco, ubi pugnatum erat, imperator Romanus poſuit. Diem inde unum in ſpeculis fuit, ſi quid noui motus oriretur. poſteaquam

quã oppreſſam metu ciuitatem uidit, aduocat concilium de oppugnandis Argis. omnium F
principum Graeciae, praeter Ariſtaenum, eadem ſententia erat, cũ cauſſa belli non alia eſ-
ſet, inde potiſſimum ordiendum bellum. Quinctio id nequaquam placebat, ſed Ariſtaenũ
contra omnium conſenſum diſſerentem cum haud dubia approbatione audiuit: & ipſe
adiecit: cum pro Argiuis aduerſus tyrannum bellum ſuſceptum ſit, quid minus conue-
niens eſſe, quam omiſſo hoſte Argos oppugnari? ſe uero caput belli Lacedaemonem & ty
rannum petiturum. Et dimiſſo concilio, frumentatum expeditas cohortes miſit. quod ma-
turi erat circa, demeſſum & conuectum eſt. uiride, ne hoſtes mox haberent, protritum &
corruptum. caſtra deinde mouit, & Parthenio monte ſuperato, praeter Tegeam tertio die
ad Caryas poſuit caſtra. ibi priuſquam hoſtium intraret agrum, ſociorum auxilia exſpecta
uit. Venerunt Macedones a Philippo mille quingenti, & Theſſalorum equites quadrin-
genti. nec iam auxilia, quorum affatim erat, ſed commeatus finitimis urbibus imperati mo G
rabantur Romanum. Nauales quoque magnae copiae conueniebant. iam ab Leuca-
de L. Quinctius cum XL nauibus uenerat: iam Rhodiae X & octo tectae naues: iam
Eumenes rex circa Cycladas inſulas erat cum X tectis nauibus: triginta lembis, miſtiſque
alijs minoris formae nauigijs. ipſorum quoque Lacedaemoniorum exſules permulti tyrã-
norum iniuria pulſi, ſpe recuperandae patriae in caſtra Romana conuenerant. Multi autem
erant iam per aliquot aetates, ex quo tyranni tenebant Lacedaemonem, alij ab alijs pulſi.
princeps erat exſulum Ageſipolis, cuius iure gentis regnum Lacedaemone erat: pulſus in
fans ab Lycurgo tyranno poſt mortem Cleomenis, qui primus tyrannus Lacedaemone
fuit. Cum terra mariq. tantum belli circumſtaret tyrannum, & prope nulla ſpes eſſet ui-
res ſuas hoſtiumq. aeſtimanti, non tamen omiſit bellum: ſed & a Creta mille delectos iu-
uentutis eorum exciuit, cum mille iam haberet: & tria millia mercenariorum militum, X H
millia popularium cum caſtellanis agreſtibus in armis habuit: & foſſa ualloq. urbem com
muniuit. & ne quid inteſtini motus oriretur, metu & acerbitate poenarum tenebat ani-
mos. Quoniam, ut ſaluum uellent tyrannum, ſperare nõ poterat, cum ſuſpectos quoſdam
ciuium haberet: eductis in campum omnibus copijs, (Dromon ipſi uocant) poſitis armis
ad concionem uocari iuſſit Lacedaemonios, atque eorum concioni ſatellites armatos cir-
cumdedit: & pauca praefatus, cur ſibi omnia timenti cauentique ignoſcendum in tali tem
pore foret: & ipſorum referre, ſi quos ſuſpectos ſtatus praeſens rerum faceret, prohi-
beri potius, ne quid moliri poſſint, quam puniri molientes. itaque quoſdam ſe in cuſto-
dia habiturum, donec ea quae inſtet tempeſtas, praetereat. hoſtibus repulſis, a quibus, ſi
modo proditio inteſtina ſatis caueatur, minus periculi eſſe, extemplo eos miſſurum. Sub
haec citari nomina octoginta ferme principum iuuentutis iuſſit: atq. eos, ut quiſque ad no I
men reſponderat, in cuſtodiam tradidit: & nocte inſequenti omnes interfecit. Ilotarum
deinde quidam (hi ſunt iam inde antiquitus caſtellani, agreſte genus) transfugere uoluiſſe
inſimulati, per omnes uicos ſub uerberibus acti necantur. Hoc terrore obſtupuerant mul-
titudinis animi ab omni conatu nouorum conſiliorum. Intra munitiones copias contine-
bat, nec parem ſe ratus, ſi dimicare acie uellet: & urbem relinquere tam ſuſpenſis & incer-
tis omnium animis metuens. Quinctius, ſatis iam omnibus paratis, profectus ab ſtatiuis,
die altero ad Selaſiam ſuper Oenunta fluuium peruenit: quo in loco Antigonus, Mace-
donum rex, cum Cleomene, Lacedaemoniorum tyranno, ſignis collatis dimicaſſe diceba-
tur. inde, cũ audiſſet adſcenſum difficilis & artae uiae eſſe, breui per montes circuitu, prae-
miſſis, qui munirent uiã, lato ſatis & patenti limite ad Eurotam amnẽ ſub ipſis prope fluen
tem moenibus, peruenit, ubi caſtra metantes Romanos, Quinctiumq. ipſum cum equiti- K
bus, atque expeditis praegreſſum auxiliares tyranni adorti, in terrorẽ ac tumultum conie-
cerunt, nihil tale exſpectantes; quia nemo his obuius toto itinere fuerat, ac ueluti pacato
agro tranſierant. Aliquandiu peditibus equites, equitibus pedites uocantibus, cum in
ſe cuique minimum fiduciae eſſet, trepidatum eſt. tandem ſigna legionum ſuperuene-
runt: & cum primi agminis cohortes inductae in proelium eſſent, qui modo terrori fuerãt,
trepidantes in urbem compulſi ſunt. Romani cum tantum a muro receſſiſſent, ut extra ictũ
teli eſſent, acie directa paulliſper ſteterũt. poſteaquam nemo hoſtium contra exibat, redie-
runt in caſtra. Poſtero die Quinctius prope flumen praeter urbem ſub ipſas Menelaij mon
tis radices ducere copias inſtructas pergit. primae legionariae cohortes ibant: leuis arma

tura,

A tura, & equites agmen cogebant. Nabis intra murum inſtructos paratoſque ſub ſignis habebat mercenarios milites, in quibus omnis fiducia erat, ut ab tergo hoſtem aggrederetur. poſteaquam extremum agmen praeterijt, tum ab opido, eodem, quo pridie eruperant, tumultu pluribus ſimul locis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogebat: qui ad id quod futurum erat, ne inopinatum accideret, praeparatis ſuorum animis, ſigna extemplo conuertit, totumque in hoſtem agmen circumegit. itaque uelut rectae acies concurriſſent, iuſtum aliquandiu proelium fuit. tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. quae minus infida, ac trepida fuiſſet, ni Achaei locorum prudentes inſtitiſſent. hi & caedem ingentem ediderunt, & diſperſos paſſim fuga pleroſque armis exuerunt. Quinctius prope Amyclas poſuit caſtra. inde cum perpopulatus omnia circumiecta urbi frequentis & amoeni agri loca eſſet, nullo iam hoſtium porta excedente, mouit caſtra ad flumen

B Eurotam. inde uallem Taygeto ſubiectam, agroſque ad mare pertinentes euaſtat. Eodem fere tempore L. Quinctius maritimae orae opida partim uoluntate, partim metu aut ui recepit. certior deinde factus, Gytheum opidum omnium maritimarum rerum Lacedaemonijs receptaculum eſſe, nec procul a mari caſtra Romana abeſſe, omnibus id copijs aggredi conſtituit. Erat eo tempore ualida urbs & multitudine ciuium incolarumque, & omni bellico apparatu inſtructa. In tempore Quinctio rem haud facilem aggredienti rex Eumenes & claſſis Rhodiorum ſuperuenerunt. ingens multitudo naualium ſociorum e tribus contracta claſsibus, intra paucos dies omnia, quae ad oppugnationem urbis terra marique munitae facienda opera erant, effecit. Iam teſtudinibus admotis murus ſubruebatur: iam arietibus quatiebatur. itaque una crebris ictibus euerſa eſt turris: quodque circa muri erat, caſu eius proſtratum. & Romani ſimul a por-

C tu, unde aditus planior erat, ut diſtenderent ab apertiore loco hoſtes: ſimul per patefactum ruina iter irrumpere conabantur. nec multum abfuit, quin qua intenderant, penetrarent: ſed tardauit impetum eorum ſpes obiecta dedendae urbis, mox deinde eadē turbata. Dexagoridas & Gorgopas pari imperio praeerant urbi. Dexagoridas miſerat nuncium ad legatum Romanum, traditurum ſe urbem. & cum ad eam rem tempus & ratio conueniſſet, a Gorgopa proditor interficitur, intentiuſque ab uno urbs defendebatur: & difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quinctius cum quattuor millibus delectorum militum ſuperueniſſet. Is cum ſupercilio haud procul diſtantis tumuli ab urbe inſtructam aciem oſtendiſſet, & ex altera parte L. Quinctius ab operibus ſuis terra mariq. inſtaret: tum uera deſperatio Gorgopam quoque coegit id conſilij, quod in altero morte uindicauerat, capere. & pactus, ut abducere inde milites, quos praeſidij cauſſa habebat, liceret, tradidit

D Quinctio urbem. Priuſquam Gytheum traderetur, Pythagoras praefectus Argis relictus, tradita cuſtodia urbis Timocrati Pellenenſi, cum mille mercenarijs militibus, & duobus millibus Argiuorum Lacedaemonem ad Nabin uenit. Nabis ſicut primo aduentu Romanae claſsis, & traditione opidorum maritimae orae conterritus erat: ſic parua ſpe cum acquieuiſſet, Gytheo ab ſuis retento: poſteaquam id quoque traditū Romanis audiuit eſſe: cum ab terra omnibus circa hoſtibus, nihil ſpei eſſet: a mari quoque toto ſe intercluſum, cedendum fortunae ratus, caduceatorem primum in caſtra miſit ad explorandum ſi paterentur legatos ad ſe mitti. qua impetrata re, Pythagoras ad imperatorem uenit nullis cum alijs mandatis, quam ut tyranno colloqui cum imperatore liceret. Concilio aduocato, cum omnes dandum colloquium cenſuiſſent: dies locuſq. conſtituitur. In mediae regionis tumulos modicis copijs ſequentibus cum ueniſſent: relictis ibi in ſtatione conſpecta

E utrimque cohortibus, Nabis cum delectis cuſtodibus corporis, Quinctius cū fratre, & Eumene rege, & Soſilao Rhodio, & Ariſtaeno Achaeorum praetore, tribuniſq. militū paucis deſcendit. Ibi permiſſo, ut ſeu dicere prius, ſeu audire mallet, ita coepit tyrānus. Si ipſe per me, T. Quincti, uoſque qui adeſtis, cauſſam excogitare, cur mihi aut indixiſſetis bellum, aut inferretis, poſſem: tacitus euentum fortunae meae exſpectaſſem: nūc imperare animo nequiui, quin priuſquam perirem, cur periturus eſſem, ſcirem. & hercule ſi tales eſſetis, quales eſſe Carthaginiēſes fama eſt, apud quos nihil ſocietatis fides ſancti haberet: in me quoque uobis quid faceretis, minus penſi eſſe non mirarer. nunc cū uos intueor, Romanos eſſe uideo, qui rerum diuinarum foedera, humanarum fidem ſocialem ſanctiſsimam habeatis: cum me ipſe reſpexi, eum eſſe ſpero, cui & publice, ſicut ceteris Lacedaemonijs, uo-

biſcum uetuſtiſsimum foedus ſit, & meo nomine priuatim amicitia ac ſocietas nuper Phi- F
lippi bello renouata. Atenim ego eam uiolaui & euerti, quod Argiuorum ciuitatē teneo.
Quomodo hoc tuear? re, an tempore? Res mihi duplicem defenſionem praebet. nam & ip
ſis uocantibus ac tradentibus urbem eam accepi, non occupaui: & accepi, cum Philippi
partium, non in ueſtra ſocietate eſſet. Tempus autem eo me liberat, quod cum iam Argos
haberem, ſocietas mihi uobiſcum conuenit: & ut uobis mitterem ad bellum auxilia, non
ut Argis praeſidium deducerem, pepigiſtis. At hercle in ea cōtrouerſia, quae de Argis eſt,
ſuperior ſum, & aequitate rei, quod non ueſtram urbem, ſed hoſtium; quod uolentem, nō
ui coactam accepi: & ueſtra confeſſione, quod in condicionibus ſocietatis mihi Argos re
liquiſtis. Ceterum nomen tyranni & facta me premunt, quod ſeruos ad libertatem uoco,
quod in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc reſpondere poſſum: me, qualiſcū-
que ſum, eundem eſſe, qui fui cum tu ipſe mecum T. Quincti ſocietatem pepigiſti. tum G
me regem appellari a uobis memini: nunc tyrannum uocari uideo. itaque ſi ego nomen
imperij mutaſſem, mihi meae inconſtantiae; cum uos mutetis, uobis ueſtrae reddēda ratio
eſt. Quod ad multitudinem ſeruis liberatis auctam, & egentibus diuiſum agrum attinet:
poſſum quidem & in hoc me iure temporis tutari. iam feceram haec, qualiacumque ſunt,
cum ſocietatem mecum pepigiſtis, & auxilia in bello aduerſum Philippum accepiſtis. ſed
ſi nunc ea feciſſem, non dico, quid in eo uos laeſiſſem, aut ueſtram amicitiam uiolaſſem: ſed
illud, me more, atque inſtituto maiorū feciſſe. Nolite ad ueſtras leges, atque inſtituta exi-
gere ea, quae Lacedaemone fiunt. nihil comparare ſingula neceſſe eſt. uos a cenſu equitē,
a cenſu peditem legitis: & paucos excellere opibus, plebem ſubiectam eſſe illis uultis. no-
ſter legumlator non in paucorum manu remp. eſſe uoluit, quem uos ſenatum appellatis:
nec excellere unum aut alterum ordinē in ciuitate: ſed per aequationē fortunae ac digni- H
tatis fore credidit, ut multi eſſent, qui arma pro patria ferrent. Pluribus me ipſe egiſſe, quā
pro patriae ſermone breuitatis, fateor. & breuiter peroratū eſſe potuit, nihil me, poſteaquā
uobiſcum amicitiam inſtitui, cur eius uos paeniteret, cōmiſiſſe. Ad haec imperator Roma-
nus. Amicitia & ſocietas nobis nulla tecum, ſed cū Pelope rege Lacedaemoniorum iuſto
ac legitimo facta eſt. cuius ius tyranni quoque, qui poſtea per uim tenuerūt Lacedaemone
imperium, quia nos bella nunc Punica, nūc Gallica, nunc alia ex alijs occupauerāt, uſurpa-
rūt, ſicut tu quoque hoc Macedonico bello feciſti. nam quid minus conueniret, quam nos,
qui pro libertate Graeciae aduerſus Philippum gereremus bellum, cum tyranno inſtitue-
re amicitiam? & eo tyranno, quam qui unquam fuit, ſaeuiſſimo & uiolentiſſimo in ſuos?
Nobis uero, etiam ſi Argos nec cepiſſes per fraudem, nec teneres, liberantibus omnē Grae
ciam, Lacedaemon quoque uindicanda in antiquam libertatem erat, atque in leges ſuas: I
quarum modo, tamquam aemulus Lycurgi, mentionem feciſti. An ut ab Iaſo, & Bargylijs
praeſidia Philippi deducantur, curae erit nobis: Argos & Lacedaemonē, duas clariſſimas
urbes, lumina quondam Graeciae, ſub pedibus tuis relinquemus, quae titulum nobis libe-
ratae Graeciae, ſeruientes deforment? Atenim cum Philippo Argiui ſenſerunt. Remitti-
mus hoc tibi, ne noſtram uicem iraſcaris. ſatis compertum habemus, duorum, aut ſummū
trium in ea re, non ciuitatis, culpam eſſe: tam hercle, quam in te tuoq. praeſidio accerſen-
do accipiendoq. in arcem, nihil publico conſilio actum. Theſſalos & Phocenſes & Locrē
ſes conſenſu omnium ſcimus partium Philippi fuiſſe: tamen cum ceteram liberauerimus
Graeciam, quid tandem cenſes in Argiuis, qui inſontes publici conſilij ſint, facturos? Ser-
uorum ad libertatem uocatorum, & egentibus hominibus agri diuiſi crimina tibi obijci di
cebas: non quidem nec ipſa mediocria: ſed quid iſta ſunt prae ijs, quae a te tuiſq. quotidie K
alia ſuper alia facinora eduntur? exhibe liberam concionem uel Argis, uel Lacedaemone,
ſi audire iuuat uera dominationis impotentiſſimae crimina. Vt omnia alia uetuſtiora omit
tam: quam caedē Argis Pythagoras iſte, gener tuus, paene in oculis meis edidit? quam tu
ipſe, cum iam prope in finibus Lacedaemoniorum eſſem? Agedum, quos in concione cō-
prehenſos, omnibus audientibus ciuibus tuis, in cuſtodia te habiturum eſſe pronunciaſti:
iube uinctos produci, ut miſeri parentes, quos falſo lugent, uiuere ſciant. Atenim ut iam
ita ſint haec, quid ad uos Romani? Hoc tu dicas liberantibus Graeciam? hoc ijs, qui, ut li-
berare poſſent, mare tranſiecerunt, terra mariq. geſſerunt bellum? Vos tamen, inquis, ue-
ſtramq. amicitiam ac ſocietatem proprie non uiolaui. Quoties uis te id arguam feciſſe?

ſed

A ſed nolo pluribus: ſummam rem complectar. Quibus igitur rebus amicitia uiolatur? nempe his maxime duabus, ſi ſocios meos pro hoſtibus habeas, ſi cum hoſtibus te coniungas. Vtrumque a te factum eſt. nam & Meſſenem uno, atque eodem iure foederis, quo & Lacedaemonē, in amicitiam noſtram acceptam, ſocius ipſe ſociam nobis urbem ui, atque armis cepiſti: & cum Philippo hoſte noſtro non ſocietatem ſolum, ſed, ſi dijs placet, affinitatē etiam per Philoclē praefectum eius pepigiſti: & bellum aduerſum nos gerēs, mare circa Maleam infeſtum nauibus piraticis feciſti: & plures prope ciues Romanos, quam Philippus, cepiſti, atque occidiſti: tutiorq. Macedoniae ora, quam promontorium Maleae, cōmeatus ad exercitus noſtros portantibus nauibus fuit. Proinde parce ſic fidem ac iura ſocietatis iactare: & omiſſa populari oratione, tamquam tyrannus & hoſtis loquere. Sub haec Ariſtaenus, nunc monere Nabin, nunc etiam orare, ut, dū liceret, dum occaſio eſſet, ſibi ac

B fortunis ſuis conſuleret. referre deinde nominatim tyrannos ciuitatum finitimarū coepit, qui depoſito imperio, reſtitutaq. libertate ſuis, non tutam modo, ſed etiam honoratam inter ciues ſenectutem egiſſent. His dictis inuicem, auditiſque, nox prope diremit colloquiū. poſtero die Nabis Argis ſe cedere, ac deducere praeſidium, quando ita Romanis placeret, & captiuos & perfugas redditurum dixit. aliud ſi quid poſtularent, ſcriptum ut ederent petijt: ut deliberare cum amicis poſſet. Ita & tyranno ad conſultandum tempus datum eſt: & Quinctius, ſociorum etiam principibus adhibitis, habuit conſilium. Maximae partis ſententia erat, perſeuerandum in bello eſſe, & tollendum tyrannum: numquam aliter tutā libertatem Graeciae fore. ſatius multo fuiſſe, non moueri bellum aduerſus eum, quam omitti motum. & ipſum uelut comprobata dominatione firmiorem futurum, auctore iniuſti imperij aſſumpto populo R. & exemplo multos in alijs ciuitatibus ad inſidiandum li-

C bertati ciuium ſuorum incitaturum. Ipſius imperatoris animus ad pacem inclinatior erat. uidebat enim, compulſo intra moenia hoſte, nihil praeter obſidionem reſtare: eam autem fore diuturnam. non enim Gytheum, quod ipſum tamen traditum, non expugnatum eſſet: ſed Lacedaemonem, ualidiſſimam urbem, uiris armiſq. oppugnaturos. unam ſpem fuiſſe, ſi qua, admouentibus exercitum, diſſenſio inter ipſos ac ſeditio excitari poſſet: cum ſigna portis prope inferri cernerent, neminem ſe mouiſſe. Adijciebat & cum Antiocho infidam pacem Villium legatum inde redeuntem nunciare. multo maioribus, quam ante, terreſtribus naualibuſque copijs in Europam eum tranſiſſe. ſi occupaſſet obſidio Lacedaemonis exercitum, quibus alijs copijs aduerſus regem tam ualidum ac potentem bellum geſturos? Haec propalam dicebat. illa tacita ſuberat cura, ne nouus conſul Graeciam prouinciam ſortiretur, & inchoati belli uictoria ſucceſſori tradenda eſſet. Cum aduerſus tenden-

D do nihil moueret ſocios, ſimulando ſe tranſire in eorum ſententiam, omnes in aſſenſum conſilij ſui tranſduxit. Bene uertat, inquit, obſideamus Lacedaemonem, quando ita placet. ceterum cum res tam lenta, quam ipſi ſcitis, oppugnatio urbium ſit, & obſidentibus prius ſaepe, quam obſeſſis, taedium afferat: iam nunc hoc ita proponere uos animis oportet, hibernandum circa Lacedaemonios moenia eſſe. quae mora ſi laborem tantum, ac periculum haberet, & ut animis & corporibus ad ſuſtinenda ea parati eſſetis, hortarer uos. nunc impenſa quoque magna eget, in opera, in machinationes & tormenta, quibus tanta urbs oppugnanda eſt, in commeatus nobis uobiſq. in hiemem expediendos. Itaque ne aut repente trepidetis, aut rem inchoatam turpiter deſtituatis, ſcribendum ante ueſtris ciuitatibus cenſeo, explorandumq., quid quaeque animi, quid uirium habeat. Auxiliorum ſatis ſuperq. habeo; ſed, quo plures ſumus, pluribus rebus egebimus. nihil iam

E praeter nudum ſolum ager hoſtium habet: ad hoc hiems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis. Haec oratio primum animos omnium ad reſpicienda cuique domeſtica mala conuertit: ſegnitiam, inuidiam &. obtrectationem domi manentium aduerſus militantes, libertatem difficilem ad conſenſum, inopiam publicam, malignitatem conferendi ex priuato. uerſis itaque ſubito uoluntatibus, facere quod e republica populi R. ſociorumq. eſſe crederet, imperatori permiſerunt. Inde Quinctius adhibitis legatis tantum, tribuniſque militum, condiciones, in quas cum tyranno pax fieret', has conſcripſit. Sex menſium induciae, ut eſſent Nabidi, Romaniſque, & Eumeni regi, & Rhodijs. Legatos extemplo mitterent Romam T. Quinctius & Nabis, ut pax ex auctoritate ſenatus confirmaretur. Ex qua die ſcriptae condiciones pacis editae Nabidi forent: ea dies ut in-

dutiarum principium eſſet, & ut ex ea die intra decimum diem ab Argis ceteriſque o- F
pidis, quae in Argiuorum agris eſſent, praeſidia omnia deducerentur, uacuaq. & libera tra
derentur Romanis, & ne quod inde mancipium regium, publicumue, aut priuatum edu-
ceretur: & ſi qua ante educta forent, dominis recte reſtituerentur. Naues quas ciuita-
tibus maritimis ademiſſet, redderet: neue ipſe nauem ullam, praeter duos lembos, qui
non plus, quam ſexdecim remis agerentur, haberet. Perfugas & captiuos omnibus
ſocios populi R. ciuitatibus redderet, & Meſſenijs omnia, quae compararent, quaeque do A
mini cognoſcerent. Exſulibus quoque Lacedaemonijs liberos & coniuges reſtitueret,
quae earum uiros ſequi uoluiſſent, inuita ne qua exſulis comes eſſet. Mercenariorum mi
litum Nabidis, qui aut in ciuitates ſuas, aut ad Romanos tranſiſſent, ijs res ſuae omnes
recte redderentur. In Creta inſula ne quam urbem haberet: quas habuiſſet, redderet Ro-
manis. ne quam ſocietatem cum ullo Cretenſium, aut quoquam alio inſtitueret, neu G
bellum gereret. Ciuitatibus omnibus quas ipſe reſtituiſſet, quaeq. ſe ſuaque in fidem ac
ditionem populi R. tradidiſſent, omnia praeſidia deduceret, ſeque ipſe ſuoſq. ab his abſ-
tineret. Ne quod opidum, ne quod caſtellum in ſuo alienoue agro conderet. Obſi-
des ea ita futura, daret quinque, quos imperatori Romano placuiſſet: filium in his ſuum:
& talenta centum argenti in praeſenti, & quinquaginta talenta in ſingulos annos per an-
nos octo. Haec conſcripta caſtris propius urbem motis Lacedaemonem mittuntur. nec
ſane quidquam eorum ſatis placebat tyranno, niſi quod praeter ſpem reducendorum
exſulum mentio nulla facta erat. maxime autem omnium ea res offendebat, quod & na-
ues & maritimae ciuitates ademptae erant. fuerat autem ei magno fructui mare, o-
mnem oram a Malea praedatorijs nauibus infeſtam habenti. iuuentutem praeterea ciui-
tatum earum ad ſupplementum longe optimi generis militum habebat. Has condicio- H
nes, quamquam ipſe in ſecreto uolutauerat cum amicis, uulgo tamen omnes fama fere-
bant, uanis ut ad ceteram fidem, ſic ad ſecreta tegenda ſatellitum regiorum ingenijs. Non
tam omnia uniuerſi, quam ea, quae ad quemque pertinerent, ſinguli carpebant. qui exſu-
lum coniuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid poſſederant, tam-
quam amiſſuri, non reddituri, indignabantur. ſeruis liberatis a tyranno, non irrita modo
futura libertas, ſed multo foedior, quam fuiſſet ante, ſeruitus, redeuntibus in iratorum
dominorum poteſtatem, ante oculos obuerſabatur. mercenarij milites & pretia mili-
tiae caſura in pace aegre ferebant, & reditum ſibi nullum eſſe in ciuitates uidebant infen-
ſas non tyrannis magis, quam ſatellitibus eorum. Haec inter ſe primo in circulis ferentes
fremere: deinde ad arma ſubito diſcurrerunt. quo tumultu cum per ſe ſatis irritatã multi-
tudinem cerneret tyrannus, concionem aduocari iuſſit. ibi cum ea, quae imperarẽtur a Ro- I
manis, expoſuiſſet: & grauiora, atque indigniora quaedam falſo affinxiſſet, & ad ſingula,
nunc ab uniuerſis, nunc a partibus concionis acclamaretur, interrogauit, quid ſe reſpon-
dere ad ea, aut quid facere uellent? prope una uoce omnes nihil reſpondere bellũ geri iuſ-
ſerunt: & pro ſe quiſque, qualia multitudo ſolet, bonum animũ habere, & bene ſperare iu-
bentes, fortes fortunam adiuuare aiebant. His uocibus incitatus tyrannus, & Antiochum
Aetoloſq. adiuturos pronunciat, & ſibi ad obſidionem ſuſtinendam copiarum affatim eſ-
ſe. Exciderat pacis mentio ex omnium animis, & in ſtationes non ultra quieturi diſcur-
runt. Paucorum laceſſentium excurſio, & emiſſa iacula extemplo Romanis dubitatio-
nem, quin bellandum eſſet, exemerunt. leuia inde proelia per quatriduum primum ſine
ullo ſatis certo euentu commiſſa. quincto die prope iuſta pugna adeo pauentes in opidum
Lacedaemonij compulſi ſunt, ut quidam milites Romani terga fugientium caedentes, per K
intermiſſa, ut tunc erant, moenia urbem intrarint. Et tunc quidem Quinctius ſatis eo ter-
rore coercitis excurſionibus hoſtium, nihil praeter ipſius oppugnationem urbis ſupereſſe
ratus, miſſis qui omnes nauales ſocios a Gytheo accerſerent, ipſe interim cum tribunis
militum ad uiſendum urbis ſitum moenia circumuehitur. Fuerat quondam ſine muro
Sparta. tyranni nuper locis patentibus planiſq. obiecerant murum: altiora loca, & diffi-
ciliora aditu, ſtationibus armatorum pro munimento obiectis tutabantur. Vbi ſatis o-
mnia inſpexit corona oppugnandum ratus, omnibus copijs (erant autem Romanorum
ſociorumq. ſimul peditum equitumq., ſimul terreſtriumq. ac naualium copiarum ad quin-
quaginta millia hominum) urbem cinxit. Alij ſcalas, alij ignem, alij alia, quibus non

A oppugnarent modo, ſed etiam terrerent, portabant. iuſſi clamore ſublato ſubire
undique omnes, ut, qua primum occurrerent, quaue opem ferrent, ad omnia ſimul
pauentes Lacedaemonij ignorarent. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuiſum.
parte una a Phoebeo, altera a Dictynneo, tertia ab eo loco quem Heptagonias appel-
lant, (omnia autem haec aperta ſine muro loca ſunt) aggredi iubet. Cum tantus undique
terror urbem circumuaſiſſet: primo tyrannus & ad clamores repentinos, & ad nuncios tre
pidos motus, ut quiſque maxime laboraret locus, aut ipſe occurrebat, aut aliquos mitte-
bat. deinde circumfuſo undique pauore ita obtorpuit, ut nec dicere quod in rē eſſet, nec
audire poſset: nec inops modo conſilij, ſed uix mentis compos eſset. Romanos primo ſuſ-
tinebant in anguſtijs Lacedaemonij, ternaeq. acies tempore uno locis diuerſis pugnabat,
deinde creſcente certamine, nequaquā erat proelium par. miſſilibus enim Lacedaemonij
B pugnabant, a quibus ſe & magnitudine ſcuti perfacile Romanus tuebatur miles, & quod
alij uani, alij leues admodum ictus erant. nam propter anguſtias loci, confertamq. turbam,
non modo ad emittenda cum procurſu, quo plurimum concitantur tela, ſpatium habe-
bant: ſed ne ut de gradu quidem libero ac ſtabili conarentur. itaque ex aduerſo miſſa te-
la nulla in corporibus, rara in ſcutis haerebant, a circumſtantibus ex ſuperioribus locis qui
dam uulnerati ſunt: mox progreſſos iam etiam ex tectis nō tela modo, ſed tegulae quoque
inopinantes perculerunt: ſublatis deinde ſupra capita ſcutis, continuatiſq. ita inter ſe, ut
non modo ad caecos ictus, ſed ne ad inſerendum quidem ex propinquo telum loci quid-
quam eſſet, teſtudine facta ſubibant. & primo anguſtiae paulliſper ſua hoſtiumq. refertae
turba tenuerunt. poſteaquam in patentiorem uiam urbis, paullatim urgentes hoſtem, pro
ceſſere, non ultra uis eorum, atque impetus ſuſtineri poterant. Cum terga uertiſſent Lace-
C daemonij, & effuſa fuga ſuperiora peterent loca: Nabis quidem, ut capta urbe trepidans,
qua nam ipſe euaderet, circumſpectabat. Pythagoras cum ad cetera animo officioq. ducis
fungebatur: tum uero unus, ne caperetur urbs, cauſſa fuit. ſuccendi enim aedificia proxima
muro iuſſit, quae cum momento temporis arſiſſent, ut adiuuantibus ignem, qui alias ad ex
ſtinguendum opem ferre ſolent, ruere in Romanos tecta, nec tegularum modo fragmen-
ta, ſed etiam ambuſta tigna ad armatos peruenire, & flamma late fundi, fumus terrorem
etiam maiorem, quam periculum facere. Itaque & qui extra urbem erant Romanorum,
tum maxime impetus facientes receſſere a muro: & qui iam intrauerant, ne incendio a ter
go oriente intercluderentur a ſuis, receperunt ſeſe. & Quinctius poſteaquā quid rei eſ-
ſet, uidit, receptui canere iuſſit. ita iā a capta prope urbe reuocati redierunt in caſtra. Quin
ctius plus ex timore hoſtium, quam ex re ipſa, ſpei nactus, per triduum inſequens ter-
D ritauit eos, nunc proelijs laceſſendo, nunc operibus interſaepiendo quaedam, ne exitus ad
fugam eſſet. His comminationibus compulſus tyrannus Pythagoram rurſus oratorem mi
ſit. quem Quinctius primo aſpernatus excedere caſtris iuſſit: deinde ſuppliciter orantem,
aduolutumq. genibus tandem audiuit. Prima oratio fuit omnia permittentis arbitrio Ro-
manorum. inde cum ea uelut uana & ſine effectu nihil proficerent, eo deducta res eſt, ut his
condicionibus, quae ex ſcripto paucis ante diebus editae erāt, induciae fierent: pecuniaeq.
& obſides accepti. Dū oppugnatur tyrannus, Argiui nuncijs alijs prope ſuper alios afferen
tibus, tantum non iam captam Lacedaemonem eſſe, erecti & ipſi, ſimul eo, quod Pythago-
ras cum parte ualidiſſima praeſidij exceſſerat, contempta paucitate eorum qui in arce erāt,
duce Archippo quodam praeſidium expulerunt. Timocratem Pellenenſem, quia clemen
ter praefuerat, uiuum fide data emiſerūt. Huic laetitiae Quinctius ſuperuenit, pace data ty
E ranno, dimiſſiſq. ab Lacedaemone Eumene & Rhodijs & L. Quinctio fratre ad claſſem. Lae
ta ciuitas celeberrimum feſtorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum, die ſtata pro-
pter belli mala praetermiſſum, in aduentum Romani exercitus duciſq. indixerunt, praefe-
ceruntq. ludis ipſum imperatorem. Multa erant, quae gaudiū cumularent. reducti ciues ab
Lacedaemone erant, quos nuper Pythagoras, quoſq. ante Nabis abduxerant. redierant,
qui poſt compertam a Pythagora coniurationem, & caede iam coepta effugerant. liberta
tem ex longo interuallo, libertatiſq. auctores Romanos, quibus cauſſa bellandi cum tyran
no ipſi fuiſsent, cernebant. teſtata quoque ipſo Nemeorum die uoce praeconis libertas eſt
Argiuorum. Achaeis quantum reſtituti Argi in commune Achaiae conciliū laetitiae affe-
rebant, tantum ſerua Lacedaemon relicta, & lateri adhaerens tyrannus, non ſincerum gau

dium praebebant. Aetoli uero eam rem omnibus concilijs lacerare. Cum Philippo non F
ante deſitum bellari, quam omnibus excederet Graeciae urbibus. tyranno relictam La-
cedaemonem: regem autem legitimum, qui in Romanis fuerat caſtris, ceteroſq. nobiliſ-
ſimos ciues in exſilio uicturos. Nabidis dominantis ſatellitem factum populum R. Quin-
ctius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit. Sunt
qui non ex opido proficiſcentem bellum geſſiſſe tyrannum tradant, ſed caſtris aduerſus
Romana caſtra poſitis: diuq. cunctatum, cum Aetolorum auxilia exſpectaſſet, coactum
ad extremum acie confligere, impetu in pabulatores ſuos ab Romanis facto. eo proelio
uictum, caſtriſque exſutum pacem petiſſe, cum cecidiſſent quindecim millia militum, ca-
pta plus quattuor millia eſſent. Eodem fere tempore & a T. Quinctio de rebus ad Lace-
daemonem geſtis, & ab M. Porcio conſule ex Hiſpania litterae allatae. utriuſque nomine
ternos in dies ſupplicatio a ſenatu decreta eſt. L. Valerius conſul cum poſt fuſos circa Li- G
tanam ſiluam Boios quietam prouinciam habuiſſet, comitiorum cauſſa Romam redijt: &
creauit conſules P. Cornelium Scipionem Africanum iterum, & Ti. Sempronium Lon-
gum. Horum patres primo anno ſecundi Punici belli conſules fuerant. Praetoria inde
comitia habita. creati P. Cornelius Scipio, & duo Cn. Cornelij, Merenda & Blaſio, & Cn.
Domitius Ahenobarbus, & Sex. Digitius, & T. Iuuentius Thalna. Comitijs perfectis
conſul in prouinciam redijt. Nouum ius eo anno a Ferentinatibus tentatum, ut Latini,
qui in coloniam Romanam nomina dediſſent, ciues Romani eſſent. Puteolos Salernum-
que, & Buxentum adſcripti coloni, qui nomina dederant, cum ob id ſe pro ciuibus Roma-
nis ferrent, ſenatus iudicauit, non eſſe eos ciues Romanos. Principio anni, quo P. Scipio
An. 556 Africanus iterum, & Ti. Sempronius Longus conſules fuerunt, legati Nabidis tyranni
Romam uenerunt. his extra urbem in aede Apollinis ſenatus datus eſt. pax quae cum T. H
Quinctio conueniſſet, ut rata eſſet, petierunt, impetraueruntq. De prouincijs cum relatum
eſſet, ſenatus frequens in eam ſententiam ibat, ut, quoniam in Hiſpania & Macedonia de-
bellatum foret, conſulibus ambobus Italia prouincia eſſet. Scipio ſatis eſſe Italiae unum
conſulem cenſebat, alteri decernendam Macedoniam eſſe. bellum graue ab Antiocho im-
minere. iam ipſum ſua ſponte in Europam tranſgreſſum: quid deinde facturum cenſerent;
cum hinc Aetoli haud dubie hoſtes uocarent ad bellum, illinc Hānibal, Romanis cladibus
inſignis imperator, ſtimularet? Dum de prouincijs conſulum diſceptatur, praetores ſortiti
ſunt. Cn. Domitio urbana iuriſdictio, T. Iuuentio peregrina euenit: P. Cornelio Hiſpania
ulterior, Sex. Digitio citerior: duobus Cn. Cornelijs, Blaſioni Sicilia, Merendae Sardinia.
In Macedoniam nouum exercitum tranſportari non placuit: eū qui eſſet ibi, reduci in Ita-
liam a Quinctio, ac dimitti. item eum exercitum dimitti, qui cum M. Porcio Catone in Hi- I
ſpania eſſet. conſulibus ambobus Italiam prouinciam eſſe, & duas urbanas eo legiones ſcri
bere, ut, dimiſsis quos ſenatus cēſuiſſet exercitibus, IIX omnino Romanae legiones eſſēt.
Ver ſacrum factum erat priore anno, M. Porcio, & L. Valerio conſulibus. Id cum P. Lici-
nius pontifex non eſſe recte factum collegio primum, deinde ex auctoritate collegij patri
bus renunciaſſet: deintegro faciendum arbitratu pontificum cenſuerunt, ludoſq. magnos,
qui una uoti eſſent, tanta pecunia, quanta aſſoleret, faciendos. Ver ſacrum uideri pecus,
quod natum eſſet inter Kal. Martias, & pridie Kal. Maias, P. Cornelio Scipione, & Ti. Sem-
pronio Longo conſulibus. Cēſorum inde comitia habita ſunt. creati cenſores Sex. Aelius
Paetus, & C. Cornelius Cethegus. principem ſenatus P. Scipionem conſulē, quem & prio
res cenſores legerant, legerunt. tres omnino ſenatores, neminem curuli honore uſum, prae-
terierunt. gratiam quoque ingentem apud eum ordinem pepererunt, quod ludis Romanis K
aedilibus curulibus imperarunt, ut loca ſenatoria ſecernerent a populo. nam antea in pro
miſcuo ſpectabāt. equitibus quoque perpaucis adempti equi, nec in ullum ordinem ſaeui-
tum, atrium Libertatis, & uilla publica ab eiſdem refecta, amplificataq. Ver ſacrum, ludiq.
uotiui, quos uouerat P. Sulpicius Galba conſul, facti. Cū ſpectaculo eorum occupati animi
omniū eſſent, Q. Pleminius, qui propter multa in deos homineſq. ſcelera Locris admiſſa in
carcerem coniectus fuerat, comparauerat homines, qui pluribus ſimul locis urbis nocte in
cendia facerēt, ut in conſternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer poſſet. ea res in
dicio conſciorum palam facta delataq. ad ſenatum eſt. Pleminius in inferiorem demiſſus
carcerem eſt, necatuſque. Coloniae ciuium Romanorū eo anno deductae ſunt Puteolos,
Vulturnum,

A Vulturnum, Liternum, treceni homines in ſingulas. Item Salernum, Buxentumq. coloniae ciuium Romanorum deductae ſunt. deduxere triumuiri, Ti. Sempronius Longus, qui tum conſul erat, M. Seruilius, Q. Minucius Thermus. Ager diuiſus eſt, qui Campanorũ fuerat. Sipontum item, in agrum qui Arpinorum fuerat, coloniam ciuium Romanorum alij triũuiri, D. Iunius Brutus, M. Baebius Tamphilus, M. Heluius deduxerunt. Tempſam item, & Crotoné ciuium Romanorũ coloniae deductae. Tempſanus ager de Bruttijs captus erat. Bruttij Graecos expulerãt. Crotonem Graeci habebant. Triumuiri, Cn. Octauius, L. Aemilius Paullus, C. Plaetorius Crotonem: Tempſam L. Cornelius Merula, & C. Salonius deduxerunt. Prodigia quoque alia uiſa eo anno Romae ſunt, alia nunciata. In foro & Comitio & Capitolio ſanguinis guttae uiſae ſunt. & terra aliquoties pluit. & caput Vulcani arſit. nunciatum eſt, Interamnae lac fluxiſſe, pueros ingenuos Arimini ſine oculis ac na-

B ſo, & in Piceno agro non manus, non pedes habentem natum. Ea prodigia ex pontificum decreto procurata, & ſacrificium nouendiale factum, quod Hadriani nunciauerant, in agro ſuo lapidibus pluiſſe. In Gallia L. Valerius Flaccus proconſ. circa Mediolanum cum Gallis Inſubribus, & Boijs, qui Dorulaco duce ad concitandos Inſubres Padum trãſgreſſi erant, ſignis collatis depugnauit. X millia hoſtium ſunt caeſa. Per eos dies collega eius M. Porcius Cato ex Hiſpania triumphauit. tulit in eo triumpho argenti infecti XXV millia pondo, bigati centumuigintitria millia, Oſcenſis quingenta quadraginta: auri põdo mille quadringenta. militibus ex praeda diuiſit in ſingulos ducenos ſeptuagenos aeris, triplex equiti. Ti. Sempronius conſul in prouinciam profectus, in Boiorum primum agrum legiones duxit: Boiorix tum regulus eorum cum duobus fratribus, tota gente cõcitata ad rebellandum, caſtra locis idoneis poſuit, ut appareret dimicaturos, ſi hoſtis fines intraſſet.

C conſul ubi, quantae copiae, quanta fiducia eſſet hoſti, ſenſit: nunciũ ad collegã mittit, ut, ſi uideretur ei, maturaret uenire, ſe tergiuerſando in aduentum eius rem extracturum. Quae cauſſa conſuli cũctandi, eadem Gallis, praeterquam quod cunctatio hoſtium animos faciebat, rei maturandae erat, ut priuſquam coniungerentur conſulum copiae, rem tranſigerent. per biduum tamen nihil aliud, quam ſteterunt parati ad pugnam, ſi quis contra egrederetur. tertio ſubiere ad uallum, caſtraq. ab omni ſimul parte aggreſſi ſunt. conſul extemplo arma capere milites iuſſit. armatos inde paulliſper continuit, ut & ſtolidam fiduciã hoſti augeret, & diſponeret copias, quibus quaeq. portis erumperent. duae legiones duabus principalibus portis ſigna efferre iuſſae. ſed in ipſo exitu ita cõferti obſtitere Galli, ut clauderent uiam. Diu in anguſtijs pugnatum eſt, nec dextris magis gladijſq. gerebatur res, quam ſcutis corporibuſq. ipſis obniſi urgebant: Romani, ut ſigna foras efferrent: Galli, ut

D aut ipſi in caſtra penetrarent, aut exire Romanos prohiberent. nec ante in hanc aut illam partem moueri acies potuerunt, quam Q. Fictorius primi pili centurio, & C. Atinius trib. mil. quartae hic, ille ſecundae legionis (rem in aſperis proelijs ſaepe tentatã) ſigna adẽpta ſigniferis in hoſtes iniecerunt. dum repetunt enixe ſignum, priores ſecundani ſe porta eiecere. Iam hi extra uallum pugnabant, quarta legione in porta haerẽte, cum alius tumultus ab aduerſa parte caſtrorum eſt exortus. in portam quaeſtoriam irruperant Galli: reſiſtenteſq. pertinacius occiderant L. Poſtumium quaeſtorem, cui Timpano fuit cognomẽ: & M. Atinium & P. Sempronium praefectos ſocium, & ducentos ferme milites. Capta ab ea parte caſtra erant, donec cohors extraordinaria miſſa a cõſule ad tuendam quaeſtoriã portã, & eos qui intra uallum erant, partim occidit, partim expulit caſtris, & irrumpentibus obſtitit. Eodem fere tempore & quarta legio cum duabus extraordinarijs cohortibus porta eru-

E pit. ita ſimul tria proelia circa caſtra locis diſtantibus erant, clamoreſq. diſſoni ad incertos ſuorum euentus a praeſenti certamine animos pugnantiũ auertebant. Vſque ad meridiem aequis uiribus, ac prope pari ſpe pugnatum eſt. labor & aeſtus mollia & fluida corpora Gallorũ, & minime patientia ſitis, cum decedere pugna coegiſſet: in paucos reſtantes impetũ Romani fecerunt, fuſoſq. cõpulerunt in caſtra. Signum inde receptui a conſule datũ eſt. ad quod pars maior receperunt ſeſe, pars certaminis ſtudio, & ſpe potiundi caſtris hoſtiũ, perſtitit ad uallum. eorum paucitate contempta Galli uniuerſi ex caſtris erumpunt. fuſi inde Romani, quae imperio conſulis noluerant, ſuo pauore ac terrore caſtra repetunt. ita uaria hinc, atque illinc nunc uictoria, nunc fuga fuit. Gallorum tamen ad XI millia, Romanorum V millia ſunt occiſa. Galli recepere in intima finium ſeſe. Conſul Placentiam le-

giones duxit. Scipionem alij cõiuncto exercitu cum collega, Boiorum Liguruſq. agros populatum iſſe, quoad progredi ſiluae paludeſq. paſſae ſint, ſcribunt: alij, nulla memorabili re geſta, comitiorum cauſſa rediſſe Romam. Eodem hoc anno T. Quinctius Elatiae, quo in hiberna reduxerat copias, totũ hiemis tempus iure dicundo conſumpſit, mutandiſque ijs, quae aut ipſius Philippi, aut praefectorum eius licẽtia in ciuitatibus facta erant, cũ ſuae factionis hominum uires augendo, ius ac libertatem aliorum deprimeret. Veris initio Corinthum, conuentu edicto, uenit. ibi omnium ciuitatum legationes in concionis modum circumfuſas eſt allocutus, orſus ab inita primum Romanis amicitia cum Graecorum gẽte, & imperatorum qui ante ſe in Macedonia fuiſſent, ſuiſq. rebus geſtis. Omnia cum approbatione ingenti ſunt audita, praeterquam cum ad mentionem Nabidis uentum eſſet. id minime conueniens liberanti Graeciam uidetur, tyrannum reliquiſſe, non ſuae ſolum patriae grauem, ſed omnibus circa ciuitatibus metuendũ, haerentem uiſceribus nobiliſſimae ciuitatis. Nec ignarus huius habitus animorum Quinctius, ſi ſine excidio Lacedaemonis fieri potuiſſet, fatebatur, pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuiſſe: nunc cum aliter, quam ruina grauiſſima ciuitatis, opprimi non poſſet, ſatius uiſum eſſe, tyrannum debilitatum, ac totis prope uiribus ad nocendum cuiquam ademptis, relinqui, quam intermori uehementioribus, quam quae pati poſſet, remedijs ciuitatẽ ſinere, in ipſa uindicta libertatis perituram. Praeteritorum commemorationi ſubiecit, proficiſci ſibi in Italiam, atque omnem exercitum deportare, in animo eſſe: Demetriadis Chalcidiſq. praeſidia intra decimum diem audituros deducta: Acrocorinthum, ipſis extemplo uidentibus, uacuam Achaeis traditurum: ut omnes ſcirent, utrum Romanis an Aetolis mentiri mos eſſet, qui male commiſſam libertatẽ populo Romano ſermonibus diſtulerint: & mutatos pro Macedonibus Romanos dominos. Sed illis nec quid dicerent, nec quid facerent, quidquam umquam penſi fuiſſe. Reliquas ciuitates monere, ut ex factis, non ex dictis, amicos penſent, intelligantq., quibus credendum & a quibus cauendum ſit. libertate modice utantur. temperatam eam, ſalubrem & ſingulis & ciuitatibus eſſe: nimiam, & alijs grauem, & ipſis qui habeant, effrenatam & praecipitem eſſe. concordiae in ciuitatibus principes & ordines inter ſe, & in commune omnes ciuitates conſulerent. aduerſus conſentientes nec regem quemquam ſatis ualidum, nec tyrannum fore. diſcordiam & ſeditionem omnia opportuna inſidiantibus facere, cum pars, quae domeſtico certamine inferior ſit, externo potius ſe applicet, quam ciui cedat. alienis armis partam, externa fide redditam libertatem, ſua cura cuſtodirẽt ſeruarentq.: ut populus Romanus dignis datam libertatem, ac munus ſuum bene poſitum ſciret. Has uelut parentis uoces cum audirẽt, manare omnibus gaudio lacrymae, adeo ut ipſum quoque confunderent dicentẽ. paulliſper fremitus approbantiũ dicta fuit: monentiũq. aliorum alios, ut eas uoces uelut oraculo miſſas in pectora animoſque demitterẽt. ſilentio deinde facto, petijt ab ijs, ut ciues Romanos, ſiqui apud eos in ſeruitute eſſent, conquiſitos intra duos menſes mitterent ad ſe in Theſſaliam. ne ipſis quidem honeſtum eſſe, in liberata terra liberatores eius ſeruire. Omnes acclamarunt, gratias ſe inter cetera etiam ob hoc agere, quod admoniti eſſent, ut tam pio ac neceſſario officio fungerentur. Ingens numerus erat bello Punico captorum: quos Hannibal, cum a ſuis non redimerentur, uenumdederat. Multitudinis eorum argumentum eſt quod Polybius ſcribit, cẽtum talentis eam rem Achaeis ſtetiſſe: cum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, ſtatuiſſent. mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit. adijce nũc proportione, quot uериſimile ſit totam Graeciam habuiſſe. Nondum conuentus dimiſſus erat, cum reſpiciunt praeſidium ab Acrocorintho deſcendens protinus ad portam duci, atque abire. Quorum agmen imperator ſecutus, proſequentibus cunctis, ſeruatorem liberatoremq. acclamantibus, ſalutatis dimiſſiſq. eis, eadem qua uenerat uia Elatiam redijt. inde cum omnibus copijs Ap. Claudium legatum dimittit. per Theſſaliam, atque Epirum ducere Oricum iubet, atque ibi ſe opperiri. inde namque in animo eſſe exercitum in Italiã trãſijcere. & L. Quinctio fratri legato & praefecto claſſis ſcribit, ut onerarias ex omni Graeciae ora eodem contraheret. Ipſe Chalcidem profectus, deductis non a Chalcide ſolum, ſed etiam ab Oreo, atque Eretria praeſidijs, conuentum ibi Euboicarum ciuitatum habuit, cõmonitoſq., in quo ſtatu rerum accepiſſet eos, & in quo relinqueret, dimiſit. Demetriadem inde proficiſcitur, deductoq. praeſidio, proſequentibus cunctis, ſicut Corinthi & Chalcide,

F G H I K

A de,pergit ire in Theſſaliam,ubi non liberandae modo ciuitates erant,ſed ex omni colluuio
ne & confuſione in aliquam tolerabilem formam redigendae. Nec enim temporum mo-
do uitijs ac uiolentia,& licentia regia turbati erant,ſed inquieto etiam ingenio gentis, nec
comitia,nec conuentum,nec concilium ullum,non per ſeditionem ac tumultum,iam inde
a principio ad noſtram uſque aetatem tranſducentes. A cenſu maxime & ſenatum & iudi-
ces legit,potentioremq. eam partem ciuitatum fecit,cui ſalua tranquillaque omnia magis
eſſe expediebat.Ita cum percenſuiſſet Theſſaliam,per Epirum Oricum,unde erat trãſiectu-
rus,uenit. Ab Orico copiae omnes Brundiſium tranſportatae:inde per totam Italiam ad ur
bem prope triumphantes,non minore agmine rerum captarum, quam ſuo prae ſe acto ue-
nerunt.Poſteaquam Romam uentum eſt,ſenatus extra urbem Quinctio ad res geſtas ediſ-
ſerendas datus eſt: triumphuſque meritus ab lubentibus decretus. Triduum triumphauit.
B die primo arma,tela,ſignaque aerea & marmorea tranſtulit,plura Philippo adempta,quam
quae ex ciuitatibus ceperat.ſecundo aurum argentumque,factum,infectumque, & ſigna-
tum.infecti argenti fuit decem & octo millia pondo,& ducenta L X X facti. uaſa multa o-
mnis generis,caelata pleraque,quaedam eximiae artis:& ex aere multa fabrefacta: ad hoc
clypea argentea X. ſignati argenti octoginta quattuor millia fuere Atticorum.tetradrach-
ma uocant,trium fere denariorum in ſingulis argenti eſt pondus.auri pondo fuit tria mil
lia ſeptingẽta quattuordecim,& clypeum unum ex auro totum: & Philippei nummi aurei
quattuordecim millia, quingenti XIV. tertio die coronae aureae,dona ciuitatum,transla
tae CXIV, & hoſtiae ductae,& ante currum multi nobiles captiui obſideſque, inter quos
Demetrius,regis Philippi filius,fuit:& Armenes,Nabidis tyranni filius, Lacedaemonius.
ipſe deinde Quinctius in urbem eſt inuectus,milites ſecuti currum frequentes,ut omni ex
C prouincia exercitu deportato.his duceni quinquageni aeris in pedites diuiſi: duplex centu
rioni,triplex equiti.praebuerunt ſpeciem triumpho capitibus raſis ſecuti,qui ſeruitute exẽ
pti fuerant.Exitu huius anni Q. Aelius Tubero tribun. pleb. ex S.C. tulit ad plebem, ple-
beſque ſciuit, ut Latinae duae coloniae,una in Bruttios, altera in Thurinum agrum dedu-
ceretur. his deducendis triumuiri creati, quibus in triennium imperium eſſet: in Brut-
tios Q.Naeuius, M.Minucius Rufus, M.Furius Craſſipes: in Thurinum agrum Cn. Man-
lius,Q.Aelius,L.Apuſtius, ea bina comitia Cn.Domitius, praetor urbanus, in Capitolio
habuit.Aedes eo anno aliquot dedicatae ſunt.una Iunonis Soſpitae in foro olitorio, uota
locataq. quadriennio ante a C.Cornelio conſule Gallico bello cenſor idem dedicauit. al-
tera Fauni.aediles eam biennio ante ex multaticio argento faciendam locarant,C.Scribo-
uius,& Cn. Domitius,qui praetor urbanus eam dedicauit.& aedem Fortunae Primigeniae
D in colle Quirinali dedicauit Q. Marcius Ralla, duumuir ad idipſum creatus. uouerat eam
decem annis ante Punico bello P. Sempronius conſul: locauerat idem cenſor, & in inſula
Iouis aedem C. Seruilius duumuir dedicauit. uota erat ſex annis ante Gallico bello ab L.
Furio Purpureone praetore: ab eodem poſtea conſule locata.Haec eo anno acta. P.Scipio
ex prouincia Gallia ad conſules ſubrogandos redijt.Comitia conſulum fuere,quibus crea
ti ſunt L.Cornelius Merula, & Q.Minucius Thermus.Poſtero die creati ſunt praetores L.
Cornelius Scipio, M.Fuluius Nobilior, C.Scribonius, M.Valerius Meſſalla, L. Porcius
Licinus, & C.Flaminius. Megaleſia, ludos ſcenicos, C.Atilius Serranus, L. Scribonius
Libo aediles curules primi fecerunt.Horum aedilium ludos Romanos primũ ſenatus a po-
pulo ſecretus ſpectauit:praebuitq. ſermones,(ſicut omnis nouitas ſolet) alijs tãdem quod
multo ante debuerit, tributum cenſentibus ampliſſimo ordini:alijs demptum ex dignitate
E populi,quidquid maieſtati patrum adiectum eſſet,interpretantibus:& omnia diſcrimina ta
lia, quibus ordines diſcernerentur, & concordiae & libertatis aeque minuẽdae eſſe.ad D.
quinquageſimumſextum annum in promiſcuo ſpectatum eſſe,quid repente factum,cur im
miſceri ſibi in cauea patres plebem nollent?cur diues pauperem conſeſſorem faſtidiret? no
uam & ſuperbam libidinem ab nullius ante gentis ſenatu neque deſideratam, neque inſti-
tutam.Poſtremo ipſum quoque Africanum,quod cõſul auctor eius rei fuiſſet, paenituiſſe
ferunt. Adeo nihil motum ex antiquo probabile eſt.ueteribus,niſi quae uſus euidenter ar-
guit, ſtari malunt.Principio anni quo L.Cornelius, Q. Minucius conſules fuerunt, ter-
rae motus ita crebri nunciabantur, ut non rei tantum ipſius, ſed feriarum quoque ob id An.558
indictarum homines taederet.nam neque ſenatus haberi, neque reſp. adminiſtrari po-
terat,

terat, ſacrificando expiandoque occupatis conſulibus . poſtremo decemuiris adire libros F
iuſſis,ex reſponſo eorum ſupplicatio per triduum fuit. coronati ad omnia puluinaria ſup-
plicauerunt.edictumque eſt,ut omnes,qui ex una familia eſſent,pariter ſupplicarent. item
ex auctoritate ſenatus conſules edixerunt,ne quis quo die terrae motu nunciato feriae in-
dictae eſſent,eo die alium terrae motum nunciaret.Prouincias deinde conſules prius,tum
praetores ſortiti. Cornelius Galliam, Minucius Ligures,ſortiti ſunt.C.Scribonius urba-
nam, M.Valerius peregrinam, L.Cornelius Siciliam, L.Porcius Sardiniam,C.Flaminius
Hiſpaniam citeriorem,M.Fuluius Hiſpaniam ulteriorem. Nihil belli eo anno exſpectanti-
bus conſulibus litterae M.Cincij (praefectus is Piſis erat) allatae: Ligurum XX millia ar-
matorum, coniuratione per omnia conciliabula uniuerſae gentis facta, Lunenſem pri-
mum agrum depopulatos, Piſanum deinde finem tranſgreſſos, omnem oram maris per-
agraſſe. Itaque Minucius conſul,cui Ligures prouincia euenerat, ex auctoritate patrum in G
Roſtra adſcendit:& edixit,ut legiones duae urbanae,quae ſuperiore anno conſcriptae eſ-
ſent,poſt diem decimum Arretij adeſſent. in earum locū, ſe duas legiones urbanas ſcriptu
rum. item ſocijs,& Latini nominis magiſtratibus legatiſque eorum,qui milites dare debe
bant, edixit,ut in Capitolio ſe adirent. ex ijs XV millia peditum, & quingentos equites
pro numero cuiuſque iuniorum deſcripſit: & inde e Capitolio protinus ire ad portam, &
ut maturaretur res,proficiſci ad delectum iuſſit. Fuluio Flaminioque terna millia Roma-
norum peditum,& centeni equites in ſupplementum,& quina millia ſocium Latini nomi-
nis,& duceni equites decreti: mandatumque praetoribus,ut ueteres dimitterent milites,
cum in prouinciam ueniſſent.Cum milites, qui in legionibus urbanis erant,frequentes tri
bunos plebis adiſſent, uti cauſſas cognoſcerent eorum,quibus aut emerita ſtipendia, aut
morbus cauſſae eſſent,quo minus militarent: eam rem litterae Ti.Sempronij diſcuſſerunt, H
in quibus ſcriptum erat,Ligurum XV millia in agrum Placentinum ueniſſe: & eum uſque
ad ipſa coloniae moenia,& Padi ripas cum caedibus & incendijs perpopulatos eſſe.Boio-
rum quoque gentem ad rebellionem ſpectare: ob eas res tumultum eſſe decreuit ſenatus,
tribunos plebis non placere cauſſas militares cognoſcere, quo minus ad edictum cōuenire
tur. adiecerunt etiam, ut ſocij nominis Latini,qui in exercitu P.Cornelij, Ti. Sempronij
fuiſſent,& dimiſſi ab ijs conſulibus eſſent,ad quam diem L.Cornelius conſul edixiſſet, &
in quem locum edixiſſet Etruriae,conuenirent: & uti L. Cornelius conſul in prouinciam
proficiſcens, in opidis agriſque qua iturus eſſet, ſi quos ei uideretur, milites ſcribe-
ret armaretque,& duceret ſecum,dimittendiq. ei quos eorum,quandoq. uellet, ius eſſet.
Poſteaquam conſules delectu habito profecti ſunt in prouincias: tum T.Quinctius poſtu-
lauit,ut de his,quae cum decem legatis ipſe ſtatuiſſet, ſenatus audiret : eaq. ſi uideretur, I
auctoritate ſua confirmaret. id eos facilius facturos, ſi legatorum uerba, qui ex uniuerſa
Graecia,& magna parte Aſiae,quiq. ab regibus ueniſſent,audiſſent. Hae legationes a C.
Scribonio,praetore urbano,in ſenatum introductae ſunt, benigneq. omnibus reſponſum.
cum Antiocho quia longior diſceptatio erat,decem legatis,quorum pars in Aſia,aut Lyſi-
machiae apud regem fuerant,delegata eſt.Quinctio mandatum,ut adhibitis ijs legatorum
regis uerba audiret:reſponderetq. ijs,quae ex dignitate, atque utilitate populi Romani re
ſponderi poſſent. Menippus & Hegeſianax principes regiae legationis erant. ex ijs Me-
nippus ignorare ſe dixit,quidnam perplexi ſua legatio haberet, cum ſimpliciter ad amici-
tiam petendam,iungendamq. ſocietatem ueniſſent. eſſe autem tria genera foederum,qui-
bus inter ſe paciſcerentur amicitias ciuitates regeſq. unum,cūm bello uictis dicerentur le-
ges.ubi enim omnia ei qui armis plus poſſet,dedita eſſent: quae ex ijs habere uictos, qui- K
bus multari eos uelit,ipſius ius atque arbitrium eſſe. alterum,cum pares bello,aequo foe-
dere in pacem atque amicitiam uenirent. tunc enim repeti reddique per conuentionem
res: & ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit, eas aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis
utriuſque commodo componi. tertium eſſe genus, cum,qui hoſtes numquam fuerint,
ad amicitiam ſociali foedere inter ſe iungendam coeant. eos neque dicere,neque accipe-
re leges,id enim uictoris & uicti eſſe. ex eo genere cum Antiochus eſſet,mirari ſe, quod
Romani aequum cenſeant ei leges dicere,quas Aſiae urbium liberas,& immunes, quas ſti
pendiarias eſſe uelint, quas intrare praeſidia regia regemque uetent. cum Philippo enim
hoſte pacem,non cum Antiocho amico ſocietatis foedus ita ſanciendum eſſe. Ad ea Quin

ctius:

A chius: Quoniam uobis diſtincte agere libet, & genera iungendarum amicitiarum enume-
rare, ego quoque duas condiciones ponam, extra quas nullã eſſe regi nuncietis amicitiae
cum populo Romano iungendae, unam, ſi nos nihil, quod ad urbes Aſiae attinet, curare ue-
lit, ut & ipſe omni Europa abſtineat. alteram, ſi ſe ille Aſiae finibus non contineat, & in Eu-
ropam tranſcendat, ut & Romanis ius ſit Aſiae ciuitatum amicitias & tueri quas habeant,
& nouas complecti. Enimuero id auditu etiam dicere indignum eſſe Hegeſianax, Thraciae
& Cherſoneſi urbibus arceri Antiochum, quae Seleucus, proauus eius, Lyſimacho rege
bello uicto, & in acie caeſo, per ſummum decus parta liquerit: pari cum laude eadem ab
Thracibus poſſeſſa, partim armis receperit Antiochus: partim deſerta, ſicut ipſam Lyſima-
chiam, & reuocatis cultoribus frequentauerit, & quae ſtrata ruinis atque incendijs erant,
ingentibus impenſis aedificauerit. Quid igitur ſimile eſſe, ex ea poſſeſſione ita parta, ita re-
B cuperata deduci Antiochum, & Romanos abſtinere Aſia, quae numquam eorum fuerit?
Amicitiam Romanorum expetere Antiochum, ſed quae impetrata gloriae ſibi, nõ pudori
ſit. Ad haec Quinctius, Quando quidem, inquit, honeſta penſamus: ſic, ut aut ſola, aut pri-
ma certe penſari decet principi orbis terrarum populo, & tanto regi: utrum tandem uide-
tur honeſtius, liberas uelle omnes, quae ubiq. ſunt, Graeciae urbes, an ſeruas & uectigales
facere? Si ſibi Antiochus pulchrum eſſe cenſet, quas urbes proauus belli iure habuerit,
auus paterque numquam uſurpauerint, pro ſuis eas repetere in ſeruitutem: & populus Ro-
manus ſuſceptum patrocinium libertatis Graecorum nõ deſerere, fidei conſtantiaeq. ſuae
ducit eſſe: ſicut a Philippo Graeciam liberauit: ita & ab Antiocho Aſiae urbes, quae Graij
nominis ſunt, liberare in animo habet. neque enim in Aeolidem Ioniamque coloniae in ſer-
uitutem regiam miſſae ſunt, ſed ſtirpis augendae cauſſa, gentiſq. uetuſtiſſimae per orbẽ ter-
C rarum propagandae. Cum haeſitaret Hegeſianax, nec infitiari poſſet honeſtiorem cauſſam
libertatis, quam ſeruitutis, praetexi titulo: Quin mittimus ambages? inquit P. Sulpicius,
qui maximus natu ex decem legatis erat. alteram ex duabus condicionibus, quae modo
diſerte a Quinctio datae ſunt, legite, aut superſedete de amicitia agere. Nos uero, inquit
Menippus, nec uolumus, nec poſſumus paciſci quidquam, quo regnum Antiochi minua-
tur. Poſtero die Quinctius legationes uniuerſas Graeciae Aſiaeq. cum in ſenatum intro-
duxiſſet, ut ſcirent, quali animo populus Romanus, qualiq. Antiochus erga ciuitates Grae-
ciae eſſent, poſtulata & ſua & regis expoſuit. Renunciarent ciuitatibus ſuis, populum Ro-
manum, qua uirtute, quaque fide libertatem eorum a Philippo uindicauerit, eadem ab
Antiocho, niſi decedat Europa, uindicaturum. Tum Menippus deprecari & Quinctium
& patres inſtitit, ne feſtinarent decernere, quo decreto turbaturi orbem terrarum eſſent.
tempus & ſibi ſumerent, & regi ad cogitandum darent. cogitaturum, cum renunciatae con-
diciones eſſent, & impetraturum aliquid, aut pacis cauſſa conſenſurum. Ita integra dila-
ta res eſt. Legatos mitti ad regem eoſdem qui Lyſimachiae apud eum fuerant, placuit, P.
Sulpicium, P. Villium, P. Aelium. Vix dum ij profecti erant, cum a Carthagine legati, bel-
lum haud dubie parare Antiochum Hannibale miniſtro attulerunt: iniecerunt que curam,
ne ſimul & Punicum bellum excitaretur. Hannibal patria profugus peruenerat ad An-
tiochum, ſicut ante dictum eſt: & erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, niſi
quod uolutanti diu conſilia de Romano bello, nemo aptior ſuper tali re particeps ſermo-
nis eſſe poterat. Sententia eius una atque eadem ſemper erat, ut in Italia bellum gere-
retur. Italiam & commeatus & militem praebituram externo hoſti. ſi nihil ibi moueatur,
liceatque populo Romano uiribus & copijs Italiae extra Italiam bellum gerere; neque
D regem, neque gentem ullam parem Romanis eſſe. Sibi centum tectas naues, XVI. millia
peditum, mille equites depoſcebat. ea ſe claſſe primum Africam petiturum. magnopere
confidere, & Carthaginienſes ad rebellandum ab ſe compelli poſſe. ſi illi cunctentur: ſe
aliqua parte Italiae bellum excitaturum Romanis. Regem cum ceteris omnibus tranſire
in Europam debere, & in aliqua parte Graeciae copias continere, neque tranſijcientem, &
quod in ſpeciem famamque belli ſatis ſit, paratum tranſijcere. In hanc ſententiam cũ addu-
xiſſet regem, praeparãdos ſibi ad id popularium animos ratus, litteras, ne quo caſu interce-
ptae palam facerent conata, ſcribere non eſt auſus. Ariſtonem quendam Tyrium nactus
Epheſi, expertuſque ſollertiã leuioribus miniſterijs, partim donis, partim ſpe praemiorum
oneratum, quibus etiam ipſe rex annuerat, Carthaginem cum mandatis mittit, edit nomi-

na

na eorum, quibus conuentis opus eſſet. inſtruit etiam ſecretis notis, per quas haud dubie F
agnoſcerent ſua mandata eſſe. Hunc Ariſtonem Carthagine obuerſantem non prius ami-
ci, quam inimici Hannibalis, qua de cauſſa ueniſſet, cognouerunt. Et primo in circulis con-
uiuijſq. celebrata ſermonibus res eſt. deinde in ſenatu quidam nihil actum eſſe dicere exſi
lio Hannibalis, ſi abſens quoque nouas moliri res, ſollicitandoq. animos hominum, turba-
re ſtatum ciuitatis poſſet. Ariſtonem quendam Tyrium aduenam, inſtructum mandatis ab
Hannibale & ab Antiocho rege ueniſſe: certos homines quotidie cum eo ſecreta collo-
quia ſerere, & in occulto colloqui, quod mox in omnium perniciem erupturum eſſet. Con
clamauere omnes, uocari Ariſtonem debere, & quaeri quid ueniſſet: & niſi expromeret,
cum legatis Romam mitti. ſatis pro temeritate unius hominis ſuppliciorum penſum eſſe.
priuatos ſuo periculo peccaturos. Rempublicam non extra noxam modo, ſed etiam ex-
tra famam noxae conſeruandam eſſe. Vocatus Ariſto purgare ſeſe, & firmiſſimo propu- G
gnaculo uti, quod nihil litterarum ad quemquam attuliſſet. ceterum nec cauſſam aduen-
tus ſatis expediebat, & in eo maxime haeſitabat, quod cum Barchinae ſolum factionis ho-
minibus collocutum eum arguebant. Orta deinde altercatio eſt, alijs pro ſpeculatore com-
prehendi iam & cuſtodiri iubentibus, alijs negantibus tumultuandi cauſſam eſſe. mali rem
exempli eſſe, de nihilo hoſpites corripi. idem Carthaginiēſibus & Tyri, & in alijs emporijs,
in quae frequenter commeent, euenturum. Dilata eo die res eſt. Ariſto Punico ingenio
inter Poenos uſus, tabellas conſcriptas celeberrimo loco ſupra ſedem quotidianam ma-
giſtratus prima ueſpera ſuſpendit. ipſe deinde tertia uigilia nauem conſcendit & profugit.
Poſtero die cum Sufetes ad ius dicendum conſediſſent, conſpectae tabellae, demptaeque
& lectae. ſcriptum erat, Ariſtonem priuatim ad neminem, publice ad ſeniores (ita ſenatum
uocabant) mandata habuiſſe. Publicato crimine minus intenta de paucis queſtio erat. mit- H
ti tamen legatos Romam, qui rem ad conſules & ſenatum deferrent, placuit, ſimul qui de
iniurijs Maſſaniſſae quererentur. Maſſaniſſa poſteaquam & infames Carthaginienſes, & in-
ter ſeipſos diſcordes ſenſit, principibus propter colloquia Ariſtonis ſenatui, ſenatu pro-
pter indicium eiuſdem Ariſtonis populo ſuſpecto, locum iniuriae eſſe ratus, agrum mariti
mum eorum & depopulatus eſt, & quaſdam urbes uectigales Carthaginiēſium ſibi coegit
ſtipendium pendere. Emporia uocāt eam regionem. ora eſt minoris Syrtis, & agri uberis.
una ciuitas eius Leptis: ea ſingula in dies talenta uectigal Carthaginienſibus dedit. Hanc
tum regionem & totam infeſtam Maſſaniſſa, & ex quadam parte dubiae poſſeſſionis, ſui re-
gni an Carthaginienſium eſſet, effecerat. & quia ſimul ad purganda crimina, & queſtum de
ſe Romam eos ituros comperit, qui & illa onerarent ſuſpicionibus, & de iure uectigalium
diſceptarent, legatos & ipſe Romam miſit. Auditi de Tyrio aduena primum Carthagi-
nienſes curam iniecere patribus, ne cum Antiocho ſimul & Poenis bellandum eſſet. maxi-
me ea ſuſpicio crimen urgebat, quod quem comprehenſum Romam mitti placuiſſet, nec
ipſum, nec nauem eius cuſtodiſſent. De agro deinde cum regis legatis diſceptari coeptum.
Carthaginienſes iure finium cauſſam tutabantur: quod intra eos terminos eſſet, quibus P.
Scipio uictor agrum, qui iuris eſſet Carthaginienſium, finiſſet, & cōfeſſione regis, qui cum
Aphirem profugum ex regno ſuo cum parte Numidarum uagantem circa Cyrenas perſe-
queretur; precario ab ſe iter per eum ipſum agrum, tamquam haud dubie Carthaginien-
ſiū iuris, petiſſet. Numidae & de terminatione Scipionis mentiri eos arguebant, & ſi quis
ueram originem iuris exigere uellet, quem proprium agrum Carthaginienſium in Africa
eſſe? aduenis, quantum ſecto bouis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem com-
muniendam precario datum. quidquid Byrſam ſedem ſuam exceſſerint, ui atque iniuria K
partum habere. Neque enim de quo agatur, probare eos poſſe: non modo ſemper ex
quo coeperint, ſed ne diu quidem eos poſsediſse. per opportunitates nunc illos, nunc re-
ges Numidarum uſurpaſse ius: ſemperque penes eum poſseſſionem fuiſse, qui plus armis
potuiſset. Cuius condicionis res fuerit, priuſquam hoſtes Romanis Carthaginienſes,
ſocius atque amicus rex Numidarum eſset: eius ſinerent eſse, nec ſe interponerēt, quo mi
nus qui poſſent, tenerent. Reſponderi legatis utriuſque partis placuit: miſſuros ſe in Afri-
cam, qui inter populum Carthaginienſem & regem in re praeſenti diſceptarent. Miſſi P.
Scipio Africanus, & C. Cornelius Cethegus, & M. Minucius Rufus, audita inſpectaque re,
ſuſpenſa omnia, neutro inclinatis ſententijs, reliquere. Id utrū ſua ſponte fecerint, an quia

mandatum

mandatum ita fuerit, non tam certum eſt, quam uidetur tempori aptum fuiſſe, integro certamine eos relinqui. nam ni ita eſſet, unus Scipio uel notitia rei, uel auctoritate ita de utriſque meritus, finire nutu diſceptationem potuiſſet.

EPITOME. LIBRI. XXXV

P. SCIPIO Africanus legatus miſſus ad Antiochum, Epheſi cum Hannibale, qui ſe Antiocho iũxerat, collocutus eſt: ut ſi fieri poſſet, metum uitar, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. B *Inter alia cum quaereret, quem fuiſſe maximum imperatorem Hannibal crederet; reſpondit, Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumerabiles exercitus fudiſſet: quodque ultimas oras, quas uiſere ſupra fidem humanam eſſet, peragraſſet. quaerenti deinde quem ſecundum poneret, inquit Pyrrhum: eo quod caſtra metari docuiſſet: ad haec neminem elegantius loca cepiſſe, praeſidia diſpoſuiſſe: exſequenti quem tertium diceret: ſemet dixit. ridens Scipio, quidnam tu diceres, ſi me, inquit, uiciſſes? tunc uero, inquit, me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios poſuiſſem. Inter alia prodigia, quae plurima fuiſſe traduntur, bouem Cn. Domitio conſule locutum, Roma caue tibi, refertur. Apparant in Antiochum bellum Romani. Nabis Lacedaemoniorum tyrannus incitatus ab Aetolis, qui & Philippum & Antiochum ad inferendum bellum populo Romano ſollicitabant, a populo Romano deſciuit, & bello aduerſus Philopoemenem Achaeorum praetorẽ geſto, ab Aetolis interfectus eſt. Aetoli quoque ab amicitia populi Romani defecerant. cum quibus ſocietate iuncta Antiochus Syriae rex cum bellum Graeciae intuliſſet, complures urbes occupauit: inter quas Chalcidem, & totam Euboeam. Res praeterea in Liguribus geſtas, & apparatum belli ab Antiocho continet.*

C

LIBER. XXXV

PRINCIPIO anni, quo haec geſta ſunt, Sex. Digitius praetor in Hiſpania citeriore cum ciuitatibus ijs, quae poſt profectionem M. Catonis permultae rebellauerant, crebra magis, quam digna dictu, proelia fecit: & adeo pleraque aduerſa, ut uix dimidium militum, quam quod acceperat, ſucceſſori tradiderit. nec dubium eſt, quin omnis Hiſpania ſublatura animos fuerit: ni alter praetor P. Cornelius Cn. F. Scipio trans Iberum multa ſecunda proelia feciſſet: quo terrore non minus quinquaginta opida ad eum defecerunt. Praetor haec geſſerat Scipio. Idem propraetor Luſitanos peruaſtata ulteriori prouincia cum ingenti praeda domum redeuntes in ipſo itinere aggreſſus, ab hora tertia diei ad octauam incerto euentu pugnauit, numero militum impar, ſuperior alijs. nam & acie frequenti armatis aduerſus longum & impeditum turba pecorum agmen, & recenti milite aduerſus feſſos longo itinere concurrerat. tertia namque uigilia exierant hoſtes: huic nocturno itineri tres diurnae horae acceſſerant: nec ulla quiete data, laborem uiae proeliũ exceperat. itaque principio pugnae uigoris aliquid in corporibus animiſque fuit. & turbauerant primo Romanos. deinde aequata paullisper pugna eſt. In hoc diſcrimine ludos Ioui, ſi fudiſſet cecidiſſetque hoſtes, praetor uouit. tandem gradum acrius intulere Romani, ceſſitque Luſitanus: deinde prorſus terga dedit. & cum inſtitiſſent fugientibus uictores, ad XII millia hoſtium ſunt caeſa: capti quingenti quadraginta, omnes ferme equites, & ſigna militaria capta centum triginta quattuor. De exercitu Romano ſeptuaginta & tres amiſſi. Pugnatum haud procul Ilipa urbe eſt. eo uictorem opulentum praeda exercitum P. Cornelius reduxit, ea omnis ante urbem expoſita eſt: poteſtaſque dominis ſuas res cognoſcendi facta. cetera uendenda quaeſtori data. quod inde effectum eſt, militi diuiſum. nondum ab Roma profectus erat C. Flamininus praetor, cum haec in Hiſpania gerebãtur. itaque tam aduerſae, quam ſecundae res per ipſum amicoſque eius magnis ſermonibus celebrabantur. & tentauerat; quoniam bellum ingens in prouincia exarſiſſet, & exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio, atque eas ipſas plenas pauoris ac fugae accepturus eſſet, ut unam ſibi ex urbanis legionibus decernerent: ad quam cum militem ab ſe ipſo ſcriptum ex ſenatuſconſulto adieciſſet, eligeret ex omni numero ſex millia & quingentos pedites,

&

& equites

& equites trecentos. ea ſe legione (nam in Sex. Digitij exercitu haud multum ſpei eſſe) F
rem geſturum. Seniores negare ad rumores a priuatis temere in gratiam magiſtratuum
confictos, ſenatusconſulta facienda eſſe. niſi quod aut praetores ex prouincijs ſcriberent,
aut legati renunciarent: nihil ratum haberi debere. ſi tumultus in Hiſpania eſſet: placere
tumultuarios milites extra Italiam ſcribi a praetore. Mens ea ſenatus fuit, ut in Hiſpania
tumultuarij milites legerentur. Valerius Antias & in Siciliam nauigaſſe delectus cauſa C.
Flaminium ſcribit: & ex Sicilia Hiſpaniam petentem, tempeſtate in Africam delatum, ua-
gos milites de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe: his duarum prouinciarum delecti
bus tertium in Hiſpania adieciſſe. Nec in Italia ſegnius Ligurum bellum creſcebat. Pi-
ſas iam quadraginta millibus hominum, affluente quotidie multitudine ad famam belli
ſpemque praedae, circumſedebant. Minucius conſul Arretium die, quem edixerat, ad
conueniendum militibus, uenit. inde quadrato agmine ad Piſas duxit. & cum hoſtes mil- G
le paſſuum ab opido trans fluuium mouiſſent caſtra, conſul urbem haud dubie ſeruatam
aduentu ſuo eſt ingreſſus. Poſtero die & ipſe trans fluuium quingentos fere paſſus ab ho-
ſte poſuit caſtra. inde leuibus proelijs a populationibus agrum ſociorum tutabatur. in
aciem exire non audebat, nouo milite, & ex multis generibus hominum collecto, necdum
noto ſatis inter ſe, ut fidere alij alijs poſſent. Ligures multitudine freti & in aciem exibant,
parati de ſumma rerum decernere: & abundantes militum numero, paſſim multas manus
per extrema finium ad praedandum emittebant: & cum coacta uis magna pecorum prae-
daeque eſſet, paratum erat praeſidium, per quod in caſtella eorum uicoſque ageretur. Cum
bellum Liguſtinum ad Piſas conſtitiſſet, conſul alter L. Cornelius Merula per extremos
Ligurum fines exercitum in agrum Boiorum induxit. ubi longe alia belli ratio, quam cum
Liguribus erat. conſul in aciem exibat: hoſtes pugnam detrectabant: praedatumque ubi ne H
mo obuiam exiret, diſcurrebant Romani: Boij diripi ſua impune, quam tuendo ea conſere-
re certamen, malebant. Poſteaquam omnia ferro ignique ſatis euaſtata erant, conſul agro
hoſtium exceſſit, & ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat. Boij, ubi egreſ-
ſum e finibus ſuis hoſtem ſenſere, ſequebantur ſilenti agmine, locum inſidijs quaerentes.
nocte praetergreſſi caſtra Romana, ſaltum, qua tranſeundum erat Romanis, inſederunt. Id
cum parum occulte feciſſent, conſul, qui multa nocte ſolitus erat mouere caſtra, ne nox ter
rorem in tumultuario proelio augeret, lucem expectauit. & cum luce moueret, tamen tur
mam equitum exploratum miſit. Poſteaquam relatum eſt quantae copiae & in quo loco
eſſent, totius agminis ſarcinas in medium conijci iuſſit, & triarios uallum circumijcere: ce-
tero exercitu inſtructo ad hoſtem acceſſit. Idem & Galli fecerunt, poſteaquam apertas eſ-
ſe inſidias, & recto ac iuſto proelio, ubi uera uirtus uinceret, dimicandum uiderunt. Hora I
ſecunda ferme concurſum eſt. ſiniſtra ſociorum equitum ala, & extraordinarij prima in
acie pugnabant. praeerant duo conſulares legati, M. Marcellus, & Ti. Sempronius prioris
anni conſul. Nouus conſul nunc ad prima ſigna erat: nunc legiones continebat in ſubſi-
dijs, ne certaminis ſtudio prius concurrerent, quam datum ſignum eſſet. equites earum
extra aciem in locum patentem Q. & P. Minucios tribunos militum educere iuſſit: inde
cum ſignum dediſſet, impetum ex aperto facerent. Haec agenti nuncius uenit a Ti. Sem-
pronio Longo, non ſuſtinere extraordinarios impetum Gallorũ, & caeſos permultos eſſe:
& qui ſuperſint, partim labore, partim metu remiſiſſe ardorem pugnae. Legionem alteram
ex duabus, ſi uideretur, ſummitteret priuſquam ignominia acciperetur. Secunda legio
miſſa eſt, & extraordinarij recepti. tum redintegrata eſt pugna: cum & recens miles, & fre
quens ordinibus legio ſucceſſiſſet: & ſiniſtra ala ex proelio ſubducta eſt, dextera in primã K
aciem ſubijt. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia aeſtus corpora Gallorum. den
ſis tamen ordinibus nunc alij in alios, nunc in ſcuta incumbentes ſuſtinebant impetus Ro
manorum. Quod ubi animaduertit conſul, ad perturbandos ordines eorum C. Liuium
Salinatorem, qui praeerat alarijs equitibus, quam concitatiſſimos equos immittere iubet:
& legionarios equites in ſubſidijs eſſe. Haec procella equeſtris primo confudit & turba-
uit, deinde diſſipauit aciem Gallorum, non tam ut terga darent. obſtabant duces, haſtili-
bus caedentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes: ſed interequitantes ala-
rii non patiebantur. Conſul obteſtabatur milites, ut paullum adniterentur, uictoriam in
manibus eſſe. dum perturbatos, & trepidantes uiderent, inſtarent. ſi reſtitui ordines ſiuiſ-
ſent,

A ſent, integro rurſus eos proelio & dubio dimicaturos. Inferre uexillarios iuſſit ſigna. omnes connixi tandem auerterunt hoſtem. poſtquã terga dabant, & in fugam paſſim effundebantur, tum ad perſequendos eos legionarij equites immiſſi. Quattuordecim millia Boiorum eo die caeſa ſunt, uiui capti mille nonagintaduo, equites ducẽti uigintiunus, tres duces eorum, ſigna militaria ducenta XII, carpenta LXIII. Nec Romanis incruenta uictoria fuit. ſupra quinque millia militum ipſorum aut ſociorum ſunt amiſſa, centuriones tres & XX, praefecti ſocium quattuor, & M. Genucius & M. Marcius, tribuni militũ ſecundae legionis. Eodem fere tempore duorum conſulum litterae allatae ſunt: L. Cornelij de proelio ad Mutinam cum Boijs facto, & Q. Minucii a Piſis, comitia ſuae ſortis eſſe. ceterum adeo ſuſpenſa omnia in Liguribus ſe habere, ut abſcedi inde ſine pernicie ſociorum & damno reip. non poſſit. ſi ita uideretur patribus, mitterent ad collegam, ut is, qui profligatum

B bellum haberet, ad comitia Romam rediret. ſi id agere grauaretur, quod non ſuae ſortis id negotium eſſet, ſe quidem facturum quodcumque ſenatus cenſuiſſet. ſed etiam atque etiam uiderent, ſi magis e rep. eſſet interregnum iniri, quam ab ſe in eo ſtatu relinqui prouinciam. Senatus C. Scribonio negotium dedit, ut duos legatos ex ordine ſenatorio mitteret ad L. Cornelium conſulem, qui litteras collegae ad ſenatum miſſas deferrent ad eũ & nunciarent, ſenatum, ni is ad magiſtratus ſubrogandos Romam ueniret: potius, quam Q. Minucius a bello integro auocaretur, interregnum iniri paſſurum. Miſſi legati renunciarunt, L. Cornelium ad magiſtratus ſubrogandos Romam uenturum. De litteris L. Cornelii, quas ſcripſerat ſecundum proelium cum Boiis factũ, diſceptatio in ſenatu fuit, quia priuatim pleriſque ſenatoribus legatus M. Claudius ſcripſerat, fortunae populi R. & militum uirtuti gratiam habendam, quod res bene geſta eſſet. conſulis opera & militum aliquan-

C tum amiſſum, & hoſtium exercitum, cuius delendi oblata fortuna fuerat, elapſum. milites eo plures periſſe, quod tardius ex ſubſidiis, qui laborantibus opem ferrẽt, ſucceſſiſſent. hoſtes e manibus emiſſos, quod equitibus legionariis & tardius datum ſignum eſſet, & perſequi fugientes non licuiſſet. De ea re nihil temere decerni placuit: ad frequentiores conſultatio delata eſt. inſtabat enim cura alia, quod ciuitas fenore laborabat: & cum multis fenebribus legibus conſtricta auaritia eſſet, uia fraudis inita erat, ut in ſocios, qui non tenerentur ijs legibus, nomina tranſſcriberent. ita libero fenore obruebant debitores. cuius cernendi cum ratio quereretur, diem finiri placuit, Feneralia quae proxime fuiſſent: ut qui poſt eam diem ſocij ciuibus Romanis credidiſſent pecunias, profiterentur: & ex ea die pecuniae creditae, quibus debitor uellet legibus, ius creditori diceretur. Deinde poſteaquam profeſſionibus detecta eſt magnitudo aeris alieni per hanc fraudem contracti, M.

D Sempronius tribunus pleb. ex auctoritate patrum plebem rogauit, plebeſque ſciuit, ut cum ſocijs ex nomine Latino pecuniae creditae ius idẽ quod cum ciuibus Romanis eſſet. Haec in Italia domi militiaeq. acta. In Hiſpania nequaquam tantum belli fuit, quantum auxerat fama. C. Flaminius in citeriori Hiſpania opidum Iluciam in Oretanis cepit: deinde in hiberna milites deduxit, & per hiemem proelia aliquot nulla memoria digna aduerſus latronum magis, quam hoſtium excurſiones, uario tamen euẽtu, nec ſine militum iactura, ſunt facta. Maiores res geſtae a M. Fuluio. Is apud Toletum opidum cum Vaccaeis Vectonibuſque & Celtiberis ſignis collatis dimicauit: exercitum earũ gentium fudit fugauitque: regem Hilermum uiuum cepit. Dum haec in Hiſpania gerebantur, comitiorum iam appetebat dies. itaque L. Cornelius conſul, relicto ad exercitum M. Claudio legato, Romam uenit. Is in ſenatu cum de rebus a ſe geſtis diſſeruiſſet, quoq. in ſtatu prouincia eſſet, que-

E ſtus eſt cum patribus conſcriptis, quod tanto bello una ſecunda pugna tam feliciter perfecto, non eſſet habitus dijs immortalibus honos, poſtulauit deinde, ut ſupplicationem ſimul triumphumque decernerent. Prius tamen, quam relatio fieret, Q. Metellus, qui conſul dictatorque fuerat, litteras eodem tempore dixit & conſulis L. Cornelij ad ſenatum, & M. Marcelli ad magnam partem ſenatorum allatas eſſe inter ſe pugnantes: eoque dilatam eſſe conſultationem ut praeſentibus auctoribus earum litterarum diſceptaretur. itaque exſpectaſſe ſeſe, ut conſul, qui ſciret ab legato ſuo aduerſus ſe ſcriptum aliquid, cum ipſi ueniendum eſſet, duceret eum ſecum Romam: cum etiam uerius eſſet, Ti. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quam legato: nunc uideri eſſe amotum de induſtria, ne ea, quae ſcripſiſſet, praeſens diceret, aut argueret coram: & ſi quid uani afferret, argui poſſet, donec

ad

ad liquidum ueritas explorata eſſet. itaque nihil eorum quae poſtularet conſul decerneri F
dum in praeſentia cenſere. Cum pergeret nihilo ſegnius referre, ut ſupplicatio decernere-
tur, triumphantique ſibi in urbem inuehi liceret, M. & C. Titinij tribuni plebis ſe interceſſu-
ros, ſi de ea re fieret ſenatuſconſultum, dixerunt. Cenſores erant priore anno creati Sex.
Aelius Paetus, & C. Cornelius Cethegus. Cornelius luſtrum condidit. cenſa ſunt ciuium
capita CXLIII millia ſeptingenta quattuor. Aquae ingentes eo anno fuerunt: & Tiberis lo
ca plana urbis inundauit. circa portam Flumētanam etiam collapſa quaedam ruinis ſunt;
& porta Coelimontana fulmine icta eſt, muruſque circa multis locis de caelo tactus. & Ari
ciae, & Lanuuij & in Auentino lapidibus pluuit. & a Capua nunciatum eſt, examen ueſpa-
rum ingens in forum aduolaſſe, & in Martis aede conſediſſe. eas collectas cum cura, & igni
crematas eſſe. Horum prodigiorum cauſſa decemuiri libros adire iuſſi, & nouendiale ſacrū
factum, & ſupplicatio indicta eſt, atque urbs luſtrata. Iiſdē diebus aediculam Victoriae uir- G
ginis prope aedē M. Porcius Cato dedicauit, biennio poſtquam uouit. Eodē anno coloniā
Latinam in agrum Thurinū triumuiri deduxerunt, Cn. Mālius Vulſo, L. Apuſtius Fullo, Q.
Aelius Tubero, cuius lege deducebatur. tria millia peditum iere CCC equites: numerus
exiguus pro copia agri. dari potuere tricena iugera in pedites, ſexagena in equites. Apu-
ſtio auctore tertia pars agri dempta eſt: quo poſtea ſi uellent, nouos colonos adſcribere
poſſent. uicena iugera pedites, quadragena equites acceperunt. In exitu iam annus erat,
& ambitio magis, quam unquam alias, exarſerat conſularibus comitijs, multi & potentes
petebant patricij, plebeijque, P. Cornelius, Cn. filius, Scipio, qui ex Hiſpania prouincia nu
per deceſſerat magnis rebus geſtis, & L. Quinctius Flamininus, qui claſſi in Graecia prae-
fuerat, & Cn. Manlius Vulſo: hi patricij. plebeij autem, C. Laelius, Cn. Domitius, C. Liuius
Salinator, M. Acilius. ſed omnium oculi in Quinctium Corneliumque coniecti. nam & in H
unum locum petebant ambo patricij, & rei militaris gloria recens utrumque commenda-
bat. Ceterum ante omnia certamen accendebant fratres candidatorum, duo clariſsimi
aetatis ſuae imperatores. maior gloria Scipionis, & quo maior, eo propior inuidiam: Quin
ctij recentior, ut qui eo anno triumphaſſet. Accedebat quod alter decimum iam prope
annum aſsiduus in oculis hominum fuerat: quae res minus uerendos magnos homines ip
ſa ſatietate facit: conſul iterum poſt deuictum Hannibalem cenſorque fuerat. in Quinctio
noua, & recentia omnia ad gratiam erant. nihil nec petierat a populo poſt triumphum,
nec adeptus erat. Pro fratre germano, non patruele, ſe petere aiebat, pro legato & par-
ticipe adminiſtrati belli. ſe terra, fratrem mari rem geſsiſſe. Is obtinuit, ut praeferretur cā
didato quem Africanus fraterque ducebat: quem Cornelia gens, Cornelio cōſule comi-
tia habente: quem tātum praeiudicium ſenatus uirum e ciuitate optimum iudicatum, qui
matrem Idaeam Peſsinunte uenientem in urbem acciperet. L. Quinctius & Cn. Domitius
Ahenobarbus conſules facti, adeo ne in plebeio quidem conſule, cum pro C. Laelio nitere
tur, Africanus ualuit. Poſtero die praetores creati L. Scribonius Libo, M. Fuluius Centu-
malus, A. Atilius Serranus, M. Baebius Tamphilus, L. Valerius Tappus, Q. Salonius Sarra.
Aedilitas inſignis eo anno fuit M. Aemilij Lepidi, & L. Aemilij Paulli. Multos pecuarios
damnarunt: ex ea pecunia clypea inaurata in faſtigio Iouis aedis poſuerunt. porticum unā
extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adiecto: alteram a porta Fontinali ad
Martis aram, qua in campum iter eſſet, perduxerunt. Diu nihil in Liguribus dignum me-
moria geſtum erat. extremo eius anni bis in magnum periculum res adducta eſt. nam &
caſtra conſulis oppugnata aegre ſunt defenſa: & non ita multo poſt per ſaltum anguſtum
cum duceretur agmen Romanum, ipſas fauces exercitus Ligurum inſedit. qua cum exi- K
tus non pateret, conuerſo agmine redire inſtitit conſul. & a tergo fauces ſaltus occupatae
a parte hoſtium erant: Caudinaeque cladis memoria nō animis modo, ſed prope oculis ob
uerſabatur. Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat. Eorum praefectus
conſuli pollicetur, ſe parte utra uellet cum ſuis erupturum. tantum uti diceret, utra pars
frequentior uicis eſſet. in eos ſe impetum facturum, & nihil prius, quam flammam tectis
iniecturum, ut is pauor cogeret Ligures excedere ſaltu, quem obſiderent, & diſcurrere ad
opem ferendam ſuis. Collaudatum eum conſul ſpe praemiorum onerat. Numidae equos
conſcendunt, & obequitare ſtationibus hoſtium neminem laceſſentes coeperunt. Nihil
primo adſpectu contemptius. equi hominesque paulluli & graciles: diſcinctus & inermis

eques

A eques, praeterquam quod iacula ſecum portat: equi ſine frenis, deformis ipſe curſus rigida ceruice & extento capite currentium. Hunc contemptum de induſtria augentes, labi ex equis, & per ludibrium ſpectaculo eſſe. Itaque qui primo intenti paratique, ſi laceſſerētur, in ſtationibus fuerant, iam inermes, ſedenteſq. pars maxima ſpectabant. Numidae adequitare, dein refugere, ſed propius ſaltum paullatim euehi: uelut quos, impotentes regendi, equi inuitos efferrent. poſtremo ſubditis calcaribus per medias ſtationes hoſtium erupere, & in agrum latiorem euecti, omnia propinqua uiae tecta incendunt: proximo deinde uico inferunt ignem: ferro flammaq. omnia peruaſtant. Fumus primo cōſpectus, deinde clamor trepidantium in uicis auditus, poſtremo ſeniores pueriq. refugientes tumultum in caſtris fecerunt. itaque ſine conſilio, ſine imperio pro ſe quiſq. currere ad ſua tutāda: momentoq. temporis caſtra relicta erant, & obſidione liberatus cōſul, quo intenderat, peruenit. Sed ne

B que Boij, neque Hiſpani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam inimici infeſtiq. erant Romanis, quam Aetolorū gens. Ij poſt deportatos ex Graecia exercitus primo in ſpe fuerant, & Antiochum in uacuam Europae poſſeſſionem uenturum: nec Philippum aut Nabin quieturos. ubi nihil uſquam moueri uiderunt, agitandum aliquid miſcendumq. rati, ne cunctando ſeneſcerent conſilia, concilium Naupactum indixerunt. Ibi Thoas praetor eorum conqueſtus iniurias Romanorum, ſtatumq. Aetoliae, quod omnium Graeciae gentium ciuitatumq. inhonoratiſſimi poſt eam uictoriam eſſent, cuius cauſſa ipſi fuiſſent, legatos cenſuit circa reges mittendos: qui non ſolum tentarent animos eorum, ſed ſuis quemque ſtimulis mouerent ad Romanum bellum. Damocritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicaearchus frater praetoris ad Antiochū meſt miſſus. Tyranno Lacedaemonio Damocritus ademptis maritimis ciuitatibus eneruatam tyrannidem dicere: inde milité, inde naues, naua-

C leſque ſocios habuiſſe: incluſum ſuis prope muris Achaeos uidere dominantes in Peloponneſo, numquam habiturum recuperandi ſua occaſionem, ſi eam quae tum eſſet, praetermiſiſſet: nullum exercitum Romanum in Graecia eſſe: nec propter Gytheum, aut maritimos alios Laconas dignam cauſſam exiſtimaturos Romanos, cur legiones in Graeciam rurſum tranſmittant. Haec ad incitandum animum tyranni dicebantur: ut cum in Graeciam Antiochus tranſieciſſet, conſcientia uiolatae per ſociorū iniurias Romanae amicitiae, coniungeret ſe cum Antiocho. Et Philippum Nicander haud diſſimili oratione incitabat. erat etiā maior orationi materia, quo ex altiore faſtigio rex, quam tyrannus, detractus erat: quoq. plures ademptae res. ad hoc uetuſta regum Macedoniae fama, peragratuſque orbis terrarum uictorijs eius gentis referebatur. Et tutum uel incoepto, uel euentu ſe conſilium afferre. nam neque, ut ante ſe moueat Philippus, quā Antiochus cum exercitu trāſierit in Grae-

D ciam, & qui ſine Antiocho aduerſus Romanos Aetoloſque tamdiu ſuſtinuerit bellum, ei adiuncto Antiocho, ſocijs Aetolis, qui tum grauiores hoſtes, quam Romani fuerint, quibus tandem uiribus reſiſtere Romanos poſſe? Adijciebat de duce Hannibale, nato aduerſus Romanos hoſte, qui plures & duces & milites eorum occidiſſet, quam quot ſupereſſent. Haec Philippo Nicander. Alia Dicearchus Antiocho, & omnium primum praedam de Philippo Romanorum eſſe dicere, uictoriam Aetolorum. & aditum in Graeciam Romanis nullos alios, quam Aetolos, dediſſe: & ad uincendum uires eoſdem praebuiſſe. deinde quantas peditum equitumq. copias praebituri Antiocho ad bellum eſſent: quae loca terreſtribus copijs, quos portus maritimis. Tum de Philippo & Nabide libero mendacio abutebatur: paratum utrumque ad rebellandum eſſe: & primam quamque occaſionem recuperandi ea quae bello amiſiſſent, arrepturos. Ita per totum ſimul orbem

E terrarum Aetoli Romanis concitabant bellum. reges tamen aut non moti, aut tardius moti ſunt. Nabis extemplo circa omnes uicos maritimos dimiſit ad ſeditiones in ijs miſcendas, & alios principum donis ad ſuam cauſſam perduxit: alios pertinaciter in ſocietate Romana manentes occidit. Achaeis omnium maritimorum Laconum tuendorum a T. Quinctio cura mandata erat. itaque extemplo & ad tyrannum legatos miſerunt, qui admonerent foederis eum Romani, denunciarentque, ne pacem, quam tantopere petiſſet, turbaret, & auxilia ad Gytheum, quod iam oppugnabatur a tyranno, &, Romam qui ea nunciarent, legatos miſerunt. Antiochus rex ea hieme Raphiae in Phoenice Ptolemaeo regi Aegypti filia in matrimonium data, cum Antiochiam ſe recepiſſet: per Ciliciam Tauro monte ſuperato, extremo iam hiemis Epheſum peruenit.

nit. inde principio ueris, Antiocho filio miſſo in Syriam ad cuſtodiam ultimarum partium F
regni, ne quid abſente ſe a tergo moueretur: ipſe cum omnibus tereſtribus copijs ad Piſi-
das, qui circa Sergam incolunt, oppugnandos eſt profectus. Eo tempore legati Romani
P. Sulpicius, & P. Villius, qui ad Antiochum (ſicut ante dictum eſt) miſſi erant, iuſſi prius Eu-
menem adire, Eleam uenere: inde Pergamum (ibi regia Eumenis fuit) adſcenderunt. Cupi-
dus belli aduerſus Antiochum Eumenes erat: graue, ſi pax eſſet, accolam tanto potentiorē
regem credens: eundem, ſi motum bellum eſſet, non magis parem Romanis fore, quā Phi-
lippus fuiſſet: & aut funditus ſublatum iri: aut, ſi pax uicto daretur, multa illi detracta, ſibi
acceſſura: ut facile deinde ſe ab eo ſine ullo Romano auxilio tueri poſſet, etiam ſi quid
aduerſi caſurum foret, ſatius eſſe Romanis ſocijs quamcumque fortunam ſubire: quam
ſolum aut imperium pati Antiochi, aut abnuentem ui atque armis cogi. Ob haec, quan-
tum auctoritate, quantum conſilio ualebat, incitabat Romanos ad bellum. Sulpicius G
aeger Pergami ſubſtitit. Villius cum Piſidiae bello occupatum eſſe regem audiſſet, Ephe-
ſum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi
forte erat, ſaepe congrederetur, ut animum eius & tentaret, ſi qua poſſet, & metum deme-
ret, periculi ei quidquam ab Romanis eſſe. His colloquiis aliud quidem actum nihil eſt: ſe-
cutum tamen ſua ſponte eſt, uelut conſilio petitum eſſet, ut uilior ob ea regi Hannibal &
ſuſpectior ad omnia fieret. Claudius ſecutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in
ea fuiſſe legatione tradit, eumque Epheſi collocutum cum Hannibale. & ſermonem etiam
unum refert, quo quaerenti Africano, quem fuiſſe maximum imperatorem Hannibal cre-
deret, reſpondiſſe Alexandrum Macedonum regem: quod parua manu innumerabiles ex-
ercitus fudiſſet; quodque ultimas oras, quas uiſere ſupra ſpem humanam eſſet, peragraſ-
ſet. quaerenti deinde, quem ſecundum poneret, Pyrrhum dixiſſe. caſtra metari primum H
docuiſſe: ad hoc neminem elegantius loca cepiſſe, praeſidia diſpoſuiſſe: artem etiam con-
ciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italicae gentes regis externi, quam populi Ro-
mani tamdiu principis in ea terra, imperium eſſe mallent. exſequenti, quem tertium du-
ceret, haud dubie ſemetipſum dixiſſe. tum riſu oborto Scipionem ſubieciſſe, quidnam tu
diceres, ſi me uiciſſes? tum uero me, inquit, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & an-
te omnes alios imperatores eſſe. & perplexum Punico aſtu reſponſum, & aſſentationis
genus Scipionem mouiſſe, quod e grege ſe imperatorem uelut inaeſtimabilem ſecreuiſ-
ſet. Villius ab Epheſo Apameam proceſſit. eo & Antiochus audito Romanorum legato-
rum aduentu occurrit. Apameae congreſſis diſceptatio eadem ferme fuit, quae Romae
inter Quinctium & legatos regis fuerat. mors nunciata Antiochi filiis regis, quem miſ-
ſum paullo ante dixeram in Syriam, diremit colloquia. Magnus luctus in regia fuit, ma- I
gnumque eius iuuenis deſiderium. id enim iam ſpecimen ſui dederat, ut ſi uita longior
contigiſſet, magni iuſtique regis in eo indolem fuiſſe appareret. Quo carior acceptior-
que omnibus erat, eo mors eius ſuſpectior fuit, grauem ſucceſſorem eum inſtare ſene-
ctuti ſuae patrem credentem, per ſpadones quoſdam, talium miniſteriis facinorum ac-
ceptos regibus, ueneno ſuſtuliſſe. Eam quoque cauſſam clamdeſtino facinori aducie-
bant, quod cum Seleuco filio Lyſimachiam dediſſet: Antiocho quam ſimulem daret ſe-
dem, ut procul ab ſe per honorem eum quoque ablegaret, non habuiſſet. Magni ta-
men luctus ſpecies per aliquot dies regiam tenuit: legatuſque Romanus, ne alieno tem-
pore incommodus obuerſaretur, Pergamum conceſſit. rex Epheſum, omiſſo quod inchoa
uerat bello, rediit. ibi per luctum regia clauſa, cum Minione quodam, qui princeps amico
rum eius erat, ſecreta conſilia agitauit. Minio ignarus omnium externorum, uireſque K
aeſtimans regis ex rebus in Syria aut Aſia geſtis, non cauſſa modo ſuperiorem eſſe Antio
chum, quod nihil aequi poſtularent Romani, ſed bello quoque ſuperaturum credebat. Fu-
gienti regi diſceptationem cum legatis, ſeu iam experto eam minus proſperam, ſeu mae-
rore recenti confuſo, profeſſus Minio, ſe quae pro cauſſa eſſet dicturum, perſuaſit a
Pergamo accerſerentur legati. Iam conualuerat Sulpicius. itaque ambo Epheſum ue-
nerunt. rex a Minione excuſatus: & abſente eo res agi coepta eſt. Ibi praeparata oratio-
ne Minio, Specioſo titulo, inquit, uti uos Romani Graecarum ciuitatum liberandarum
uideo. ſed facta ueſtra orationi non conueniunt: & aliud Antiocho iuris ſtatuiſtis, alio
ipſi utimini. Qui enim magis Smyrnaei Lampſaceniq. Graeci ſunt, quam Neapolitani, &

Rhegini,

A Rhegini, & Tarentini, a quibus ſtipendium, a quibus naues ex foedere exigitis? Cur Syracuſas atque in alias Siciliae Graecas urbes praetorem quotannis cum imperio & uirgis & ſecuribus mittitis? nihil aliud profecto dicatis, quam armis ſuperatis uos ijs has leges impoſuiſſe. Eandem de Smyrna & Lampſaco, ciuitatibuſque quae Ioniae aut Aeolidis ſunt, cauſſam ab Antiocho accipite. bello ſuperatas a maioribus, & ſtipendiarias ac uectigales factas, in antiquum ius repetit. itaq. ad haec ei reſponderi uelim, ſi ex aequo diſceptatur, & non belli cauſſa quaeritur. Ad ea Sulpicius, Fecit uerecunde, inquit Antiochus, qui ſi alia pro cauſſa eius non erant quae dicerentur, quemlibet iſta, quam ſe, dicere maluit. Quid enim ſimile habet ciuitatum earum, quas comparaſti cauſſa? ab Rheginis & Neapolitanis & Tarentinis, ex quo in noſtram uenerunt poteſtatem, uno & perpetuo tenore iuris ſemper uſurpato, numquam intermiſſo, quae ex foedere debent, exigimus. Poteſne
B tandem dicere, ut ij populi non per ſe, non per alium quemquam foedus mutauerint: ſic Aſiae ciuitates, ut ſemel uenerunt in maiorum Antiochi poteſtatem, in perpetua poſſeſſione regni ueſtri permanſiſſe? & non alias earum in Philippi, alias in Ptolemaei fuiſſe poteſtate? alias per multos annos nullo ambigente libertatem uſurpaſſe? Nam ſi quod aliquando ſeruierunt temporum iniquitate preſſi, ius poſt tot ſaecula aſſerẽdi eos in ſeruitutem faciet: quid abeſt, quin actum nobis nihil ſit, quod a Philippo liberauimus Graeciam? & repetant poſteri eius Corinthum, Chalcidem, Demetriadem, & Theſſalorum totam gentem? Sed quid ego cauſſam ciuitatum ago, quam ipſis agentibus & nos, & regem ipſum cognoſcere aequius eſt? Vocari deinde ciuitatum legationes iuſſit, praeparatas iam ante & inſtructas ab Eumene: qui, quantumcumque uirium Antiocho deceſſiſſet, ſuo id acceſſurum regno ducebat. Admiſſi plures, dum ſuas quiſque nunc querellas, nunc poſtulationes inſe-
C rit, aequa iniquis miſcentes, e diſceptatione altercationem fecerunt. itaque neque remiſſa ulla re, neque impetrata, aeque ac uenerant, omnium incerti legati Romam redierunt. Rex dimiſſis ijs conſilium de bello Romano habuit. Ibi alius alio ferocius: quia quo quiſque aſperius aduerſus Romanos locutus eſſet, eo ſpes gratiae maior erat. alius ſuperbiam poſtulatorum increpare, tamquam Nabidi uicto, ſic Antiocho, maximo Aſiae regum, imponentium leges. quamquam Nabidi tamen dominationem in patriam ſuam, & patriam Lacedaemonem remiſſam: Antiocho ſi Smyrna & Lampſacus imperata faciant, indignum uideri. alij paruas, & uix dictu dignas belli cauſſas tanto regi eas ciuitates eſſe, ſed initium ſemper per ius iniuſta imperandi fieri. niſi crederent, Perſas, cum aquam terramque ab Lacedaemonijs petierunt, gleba terrae & hauſtu aquae eguiſſe. perſimilem tentationem Romanis de duabus ciuitatibus agi. & alias ciuitates, ſimul duas iugũ exſuiſ-
D ſe uidiſſent, ad liberatorem populum defecturas. ſi non libertas ſeruitute potior ſit: tamen omni praeſenti ſtatu ſpem cuique nouandi res ſuas blandiorem eſſe. Alexander Acarnan in concilio erat, Philippi quondam amicus, nuper relicto eo ſecutus opulentiorem regiam Antiochi: & tamquam peritus Graeciae, nec ignarus Romanorum, in eum gradum amicitiae regis, ut conſilijs quoque arcanis intereſſet, acceptus erat. Is tamquam non utrum bellandum eſſet, necne, conſuleretur: ſed ubi, & qua ratione bellum gereretur, uictoriam ſe haud dubiam proponere animo affirmabat, ſi in Europam tranſiſſet rex, & in aliqua Graeciae parte ſedem bello cepiſſet. Iam primum Aetolos, qui umbilicum Graeciae incolerent, in armis eum inuenturum, anteſignanos ad aſperrima quaeque belli paratos. in duobus uelut cornibus Graeciae Nabin a Peloponneſo concitaturum omnia, repetentem Argiuorum urbem, repetentem maritimas ciuitates,
E quibus eum depulſum Romani Lacedaemonis muris incluſiſſent: a Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audiſſet, arma capturum. noſſe ſe ſpiritus eius, noſſe animum: ſcire, ferarum modo, quae clauſtris aut uinculis teneantur, ingentes iamdiu iras eum in pectore uoluere. meminiſſe etiam ſe, quoties in bello precari omnes deos ſolitus ſit, ut Antiochum ſibi darent adiutorem. cuius uoti ſi compos nunc fiat: nullam moram rebellandi facturum. tantum non cunctandum neque ceſſandum eſſe. in eo enim uictoriam uerti, ſi & loca opportuna, & ſocij praeoccuparentur. Hannibalem quoq. ſine mora mittendum in Africam eſſe ad diſtringendos Romanos. Hannibal non adhibitus in conſiliũ, propter colloquia cum Villio ſuſpectus regi, & in nullo poſtea honore habitus, primo eam cõtumeliã tacitus tulit: deinde melius eſſe ratus, & percunctari cauſſam repentinae alienatio

nis,& purgare ſe tẽpore apto,quaeſita ſimpliciter iracundiae cauſſa,auditaq.,Pater Hamilcar,inquit, Antioche paruum admodum me, cum ſacrificaret, altaribus admotum iureiurando adegit, numquam amicum fore populi Romani.ſub hoc ſacramento ſex & XXX annos militaui: hoc me in pace patria mea expulit: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce,ſi tu ſpem meam deſtitueris, ubicũque uires, ubi arma eſſe ſciã,inueniam toto orbe terrarũ quaerens aliquos Romanis hoſtes. itaque ſi quibus tuorum meis criminibus apud te creſcere libet, aliam materiam creſcendi ex me quaerant. odi, odioque ſum Romanis.id me uerum dicere pater Hamilcar,& dij teſtes ſunt. proinde cum de bello Romano cogitabis,inter primos amicos Hannibalem habeto. ſiqua res te ad pacem compellet, in id conſilium alium cum quo deliberes, quaerito. Non mouit modo talis oratio regem, ſed etiam reconciliauit Hannibali. Ex conſilio ita diſceſſum eſt, ut bellum gereretur. Romae diſtinabant quidem ſermonibus hoſtem Antiochum, ſed nihil dum ad id bellũ praeter animos parabant. conſulibus ambobus Italia prouincia decreta eſt: ita ut inter ſe compararent,ſortirenturue, uter comitijs eius anni praeeſſet: ad utrum ea non pertineret cura,ut paratus eſſet,ſi quo eum extra Italiam opus eſſet ducere legiones. Huic cõſuli permiſſum,ut duas legiones ſcriberet nouas, & ſocium ac Latini nominis XX millia, & equites DCCC. Alteri cõſuli duae legiones decretae,quas L.Cornelius conſul ſuperioris anni habuiſſet,& ſocium ac Latini nominis ex eodem exercitu pedites XV millia,& equites quingenti. Q. Minucio cum exercitu,quem in Liguribus habebat, prorogatum imperium.additum in ſupplementum, ut IIII millia peditum Romanorum ſcriberentur, & CL equites:& ſociis eodem V millia peditum imperarentur,CCL equites.Cn.Domitio extra Italiam, quo ſenatus cenſuiſſet, prouincia euenit,L.Quinctio Gallia & comitia habenda. Praetores deinde prouincias ſortiti M.Fuluius Centumalus urbanam, L.Scribonius Libo peregrinam:L.Valerius Tappus Siciliam,Q.Salonius Sarra Sardiniam,M.Baebius Tamphilus Hiſpaniam citeriorem,A.Atilius Serranus ulteriorem. Sed his duobus primum ſenatus cõſulto,deinde plebis etiam ſcito permutatae prouinciae ſunt. Atilio claſſis & Macedonia,Baebio Bruttij decreti.Flaminio Fuluioq. in Hiſpanijs prorogatum imperium.Baebio Tãphilo in Bruttios duae legiones decretae,quae priore anno urbanae fuiſſent: ut & ſociis eodem millia peditum XV imperarentur, & quingenti equites. A.Atilius triginta naues quinqueremes facere iuſſus,& ex naualibus ueteres deducere,ſi quae utiles eſſent, & ſcribere nauales ſocios. Et conſulibus imperatum,ut ei duo millia ſocium ac Latini nominis, & mille pedites darent Romanos.Hi duo praetores & duo exercitus,terreſtris naualiſque aduerſus Nabin aperte iam oppugnantem ſocios populi R.dicebantur parari. ceterum legati ad Antiochum miſſi exſpectabantur,& priuſquam ij rediſſent, uetuerat Cn. Domitiũ conſulẽ ſenatus ab urbe diſcedere.Praetoribus Fuluio & Scribonio,quibus ut ius dicerent Romae,prouincia erat:negotium datũ, ut praeter eã claſſem,cui Atilius praefuturus erat, centum quinqueremes pararent.Priuſquam conſul praetoreſque in prouincias proficiſcerentur, ſupplicatio fuit prodigiorum cauſſa.Capram ſex haedos uno foetu edidiſſe, ex Piceno nunciatum eſt,& Arretij puerum natum unimanum,Amiterni terra pluuiſſe,Formijs portam murumque de caelo tacta,& (quod maxime terrebat conſulem Cn.Domitium)bouem locutum,Roma caue tibi. Ceterorum prodigiorum cauſſa ſupplicatum eſt: bouem cum cura ſeruari alique,haruſpices iuſſerunt. Tiberis infeſtiore, quam priore impetu illatus urbi,duos pontes, aedificia multa,maxime circa portam Flumentanam euertit. ſaxum ingens,ſiue imbribus, ſiue motu terrae leniore,quam ut alioqui ſentiretur, labefactatum, in uicum Iugarium ex Capitolio procidit,& multos oppreſſit.in agris paſſim inundatis pecua ablata:uillarum ſtrages facta eſt.Priuſquam L.Quinctius conſul in prouinciam perueniret,Q.Minucius in agro Piſano cum Liguribus ſignis collatis pugnauit:nouem millia hoſtium occidit: ceteros fuſos fugatoſque in caſtra compulit. ea uſque in noctem magno certamine oppugnata defenſaque ſunt. nocte clam profecti Ligures: prima luce Romanus uacua caſtra inuaſit. praedae minus inuentum eſt, quod ſubinde ſpolia agrorum capta domos mittebant. Minucius nihil deinde laxamenti hoſtibus dedit. ex Agro Piſano in Ligures profectus, caſtella uicoſque eorum igni ferroque peruaſtauit. ibi praeda Etruſca, quae miſſa a populatoribus fuerat, repletus eſt miles Romanus. Sub idem tempus legati ab regibus Romam reuerterunt. qui cum nihil,quod ſatis maturam cauſſam belli haberet,

beret,

A beret, niſi aduerſus Lacedaemonium tyrannum attuliſſent, quem & Achaei legati nunciabant cõtra foedus maritimam oram Laconum oppugnare: Atilius praetor cum claſſe miſſus eſt in Graeciam ad ſocios tuendos. conſules, quando nihil ab Antiocho inſtaret, proficiſci ambos in prouincias placuit. Domitius ab Arimino, qua proximum fuit; Quinctius per Ligures in Boios uenit. Duo conſulum agmina diuerſa late agrum hoſtium peruaſtarunt. Primo equites eorum pauci cum praefectis, deinde uniuerſus ſenatus, poſtremo in quibus aut fortuna aliqua, aut dignitas erat: ad mille quingenti ad cõſules transfugerunt. Et in utraque Hiſpania eo anno res proſpere geſtae. nam & C. Flaminius opidum Litabrum munitum opulentumque uineis expugnauit, & nobilem regulum Corribilonem uiuum cepit: & M. Fuluius procos. cum duobus exercitibus hoſtium duo ſecunda proelia fecit: opida duo Hiſpanorum, Veſceliam Holonemque, & caſtella multa expugnauit. alia B uoluntate ad eum defecerunt. tum in Oretanos progreſſus, & ibi duobus potitus opidis, Nobilia & Cuſibi, ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parua urbs erat: ſed loco munita. eam cum oppugnaret, Vectonum magnus exercitus Toletanis ſubſidio uenit. cum his ſignis collatis proſpere pugnauit: & fuſis Vectonibus, operibus Toletum cepit. Ceterum eo tempore minus ea bella quae gerebantur, curae patribus erant, quam exſpectatio nondum coepti cum Antiocho belli. nam etſi per legatos identidem omnia explorabantur: tamen rumores temere ſine ullis auctoribus orti, multa falſa ueris miſcebant. inter quae allatum erat, cum in Aetoliam ueniſſet Antiochus, extemplo claſſem eum in Siciliam miſſurum. Itaque ſenatus etſi praetorem Atilium cum claſſe miſerat in Graeciam: tamen quia non copijs modo, ſed etiam auctoritate opus erat ad tuendos ſociorum animos, T. Quinctium, & Cn. Octauium, & Cn. Seruilium, & P. Villium legatos in Grae-C ciam miſit: & ut M. Baebius ex Bruttijs ad Tarentum & Brundiſium promoueret legiones, decreuit: ut inde res ſi poſceret, in Macedoniam tranſijceret: & ut M. Fuluius praetor claſſẽ nauium triginta mitteret ad tuendam Siciliae oram, & ut cum imperio eſſet, qui claſſem eam duceret: (duxit L. Oppius Salinator, qui priore anno aedilis plebis fuerat) & ut idem praetor L. Valerio collegae ſcriberet, periculum eſſe, ne claſſis regis Antiochi ex Aetolia in Siciliam tranſijceret. itaque placere ſenatui, ad eum exercitum quem haberet, tumultuariorum militum ad XII millia pedites, & quadringentos equites ſcribere eum: quibus oram maritimam prouinciae, qua uergeret in Graeciam, tueri poſſet. Eum delectum praetor non ex Sicilia ipſa tantum, ſed etiam ex circumiacentibus inſulis habuit: opidaque omnia maritima, quae in Graeciam uerſa erãt, praeſidijs firmauit. Addidit alimenta rumoribus aduentus Attali, Eumenis fratris, qui nunciauit, Antiochum regem Helleſpontum cum exercitu tranſiſſe, Aetolos ita ſe parare, ut ſub aduentum eius in armis eſſent. Et D Eumeni abſenti, & praeſenti Attalo gratiae actae, & aedes liberae, locus, lautia decreta, & munera data, equi duo, bina equeſtria arma, & uaſa argentea centum pondo, & aurea uiginti pondo. Cum alij atque alij nuncij bellum inſtare afferrent, ad rem pertinere uiſum eſt, conſules primo quoque tempore creari. itaque S.C. factum eſt, ut M. Fuluius praetor litteras extemplo ad conſulem mitteret, quibus certior fieret, ſenatui placere, prouincia exercituque tradito legatis, Romam reuerti eum, & ex itinere praemittere edictum, quo comitia conſulibus creandis ediceret. Paruit his litteris conſul, & praemiſſo edicto, Romam uenit. Eo quoque anno magna ambitio fuit, quod patricij tres in unum locum petierunt, P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulſam tulerat, & L. Cornelius Scipio, & Cn. Manlius Vulſo. P. Scipioni, ut dilatum uiro tali, non negatum honorem appareret, conſulatus datus eſt, additus ei de plebe collega, M. Acilius Glabrio. Poſtero E die praetores creati L. Aemilius Paullus, M. Aemilius Lepidus, M. Iunius Brutus, A. Cornelius Mammula, C. Liuius, & L. Oppius. utrique eorum Salinator cognomen erat. Oppius is erat, qui claſſem triginta nauium in Siciliam duxerat. Interim dum noui magiſtratus ſortirentur prouincias, M. Baebius a Brundiſio cum omnibus copijs tranſire in Epirum eſt iuſſus, & circa Apolloniam copias continere, & M. Fuluio, praetori urbano, negotium datum eſt, ut quinqueremes nouas quinquaginta faceret. Et populus quidem Romanus ita ſe ad omnes conatus Antiochi praeparabat. Nabis iam non differebat bellum, ſed ſumma ui Gytheum oppugnabat: & infeſtus Achaeis, quod miſerãt obſeſſis praeſidium, agros eorum uaſtabat. Achaei non antea auſi capeſſere bellum, quam ab Roma reuertiſſent le-

 gati,

gati,ut,quid ſenatui placeret,ſcirent:poſt reditum legatorum,& Sicyonem concilium edixerunt,& legatos ad T.Quinctium miſerunt, qui conſilium ab eo peterent. In concilio omnium ad bellum extemplo capeſſendum inclinatae ſententiae erant: litterae T.Quinctij cunctationem iniecerunt, quibus auctor erat praetorem claſſemque Romanam exſpectandi. Cum principum alii in ſententia permanerent,alii utendum eius,quem ipſi conſuluiſſent,conſilio cenſerent,multitudo Philopoemenis ſententiam exſpectabat. praetor is tum erat, & omnes eo tempore & prudentia & auctoritate anteibat. Is praefatus,bene comparatum apud Aetolos eſſe,nē praetor,cum de bello conſuluiſſet, ipſe ſententiam diceret:ſtatuere quamprimum ipſos quid uellent,iuſſit. praetorem decreta eorum cum fide & cura exſecuturum,annixurumque,ut,quantum in conſilio humano poſitum eſſet,nec pacis eos paeniteret,nec belli. Plus ea oratio momenti ad incitandos ad bellum habuit, quam ſi aperte ſuadendo, cupiditatem res gerendi oſtendiſſet. itaque ingenti conſenſu bellum decretum eſt:tempus & ratio adminiſtrādi eius libera praetori permiſſa ſunt. Philopoemen praeterquam,quod ita Quinctio placeret, & ipſe exiſtimabat claſſem Romanam exſpectandā, quae a mari Gytheum tueri poſſet. ſed metuens ne dilationem res non pateretur, & non Gytheum ſolum, ſed praeſidium quoque miſſum ad tuendam urbem amitteretur: naues Achaeorum deduxit. Comparauerat & tyrannus modicam claſſem ad prohibenda ſi qua obiectis mari ſummitterentur praeſidia, tres tectas naues, & lembos priſteſque,tradita uetere claſſe ex foedere Romanis.harum nouarum nauium agilitatem ut experiretur, ſimul ut omnia ſatis apta ad certamen eſſent,prouectos in altum quotidie remigem militemque ſimulacris naualis pugnae exercebat: in eo ratus uerti ſpem obſidionis,ſi praeſidia maritima intercluſiſſet. Praetor Achaeorum, ſicut terreſtrium certaminum arte quemuis clarorum imperatorum uel uſu uel ingenio aequabat:ita rudis in re nauali erat:Arcas mediterraneus homo,externorum etiam omnium, niſi quod in Creta praefectus auxiliorum militauerat,ignarus. Nauis erat quadriremis uetus, capta annis quadraginta ante,cum Crateri uxorem Nicaeam a Naupacto Corinthum ueheret. huius fama motus, (fuerat enim nobile in claſſe regia quondam nauigium) deduci ab Aegio putrem iam admodum,& uetuſtate dilabentem iuſſit. Hac tum praetoria naue praecedente claſſem, cum in ea Patrenſis Tiſo praefectus claſſis ueheretur,occurrerūt a Gytheo Laconum naues:& primo ſtatim incurſu ad nouam & firmam nauem uetus, quae per ſe ipſa omnibus compagibus aquam acciperet,diuulſa eſt:captique omnes qui in naui erant. cetera claſſis, praetoria naue amiſſa,quantum quaeque remis ualuit, fugerunt. ipſe Philopoemen in leui piſcatoria naue fugit: nec ante fugae finem,quam Patras uentum eſt,fecit. Nihil ea res animum militaris uiri,& multos experti caſus imminuit: quin contra,ſi in re nauali,cuius eſſet ignarus, offendiſſet: eo plus in ea quorum uſu calleret, ſpei nactus, breue id tyranno gaudium ſe effecturum affirmabat. Nabis cum proſpera elatus re, tum ſpem etiam haud dubiam nactus, nihil iam a mari periculi fore,& terreſtres aditus claudere opportune poſitis praeſidijs uoluit. tertia parte copiarum ab obſidione Gythei abducta, ad Eliam poſuit caſtra. Imminet is locus & Leucis & Acrijs: qua uidebantur hoſtes exercitum admoturi. Cum ibi ſtatiua eſſent, & pauci tabernacula haberent,multitudo alia caſas ex arundinibus textas,fronde, quae umbram modo praeberet,texiſſent: priuſquam in conſpectum hoſtium ueniret Philopoemen,nec opinantem eum improuiſo genere belli aggredi ſtatuit. Nauigia parua in ſtationem occultam agri Argiui contraxit:in ea expeditos milites,cetratos pleroſque cum fundis & iaculis & alio leui genere armaturae impoſuit.inde litora legens,cum ad propinquum caſtris hoſtium promontorium ueniſſet, egreſſus callibus notis nocte Eliam peruenit: & ſopitis uigilibus, ut in nullo propinquo metu, ignem caſis ab omni parte caſtrorum iniecit. Multi prius incendio abſumpti ſunt, quam hoſtium aduentum ſentirent: & qui ſenſerant, nullam opem ferre potuerunt.ferro flammaque omnia abſumpta. perpauci tamen ex tam ancipiti peſte ad Gytheum in maiora caſtra perfugerunt. Ita perculſis hoſtibus Philopoemen protinus ad depopulandam Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum eſt,duxit: & magna ui pecorum hominumque inde abrepta,priuſquam a Gytheo tyrannus praeſidium agris mitteret, diſceſſit. Idem Tegeam exercitu contracto, concilioque eōdem & Achaeis & ſocijs indicto,in quo & Epirotarum & Acarnanum fuere principes, ſtatuit: quoniam ſatis & ſuorum a pudore maritimae ignominiae

reſtituti

A reſtituti animi,& hoſtium conterriti eſſent, ad Lacedaemonem ducere:eo modo uno ratus
ab obſidione Gythei hoſtem abduci poſſe. Ad Caryas primum in hoſtium terra poſuit
caſtra.Eo ipſo die Gytheum expugnatũ eſt. cuius rei ignarus Philopoemen caſtra ad Bar-
boſthenem(mons eſt decem millia paſſuum ab Lacedaemone)promouit.Et Nabis recepto
Gytheo,cum expedito exercitu inde profectus, cum praeter Lacedaemoné raptim duxiſ-
ſet:Pyrrhi(quae uocant)caſtra occupauit:quem peti locum ab Achaeis nó dubitabat. inde
hoſtibus occurrit. Obtinebant autem longo agmine propter anguſtias uiae prope quin-
que millia paſſuum: cogebatur agmen ab equitibus,& maxime a parte auxiliorum, quod
exiſtimabat Philopoemen tyrannum mercenarijs militibus,quibus plurimum fideret,a ter
go ſuos aggreſſurum. Duae res ſimul inopinatae perculerunt eum:una,praeoccupatus qué
petebat locus: altera, quod primo agmini occurriſſe hoſtem cernebat: ubi cum per loca
B confragoſa iter eſſet, ſine leuis armaturae praeſidio ſigna ferri non uidebat poſſe. Erat au-
tem Philopoemen praecipuae in ducendo agmine locisq. capiẽdis ſollertiae, atq.uſus:nec
belli tantum temporibus,ſed etiam in pace ad id maxime animũ exercuerat. Vbi iter quo-
piam faceret,& ad difficilem tranſitu ſaltum ueniſſet, contemplatus ab omni parte loci na-
turam,cum ſolus iret,ſecum ipſe agitabat animo: cum comites haberet, ab ijs quaerebat:ſi
hoſtis eo loco apparuiſſet: quid ſi a fronte,quid ſi ab latere,hoc aut illo, quid ſi a tergo ado
riretur, capiendum conſilij foret? poſſe inſtructos recta acie, poſſe inconditum agmen, &
tantummodo aptum uiae,occurrere. quem locum ipſe capturus eſſet,cogitando aut quae-
rendo exſequebatur, aut quot armatis, aut quo genere armorum (plurimum enim inter-
eſſe) uſurus:quo impedimenta,quo ſarcinas,quo turbam inermem reijceret: quãto ea,aut
quali praeſidio cuſtodiret:& utrum pergere qua coepiſſet ire,uia,an eam qua ueniſſet,repe
C tere melius eſſet: caſtris quoque quem locum caperet, quantum munimento amplecteré-
tur loci:qua opportuna aquatio, qua pabuli lignorumq. copiá eſſet: qua poſtero die caſtra
mouenti tutum maxime iter, quae forma agminis foret. His curis cogitationibuſq. ita ab
ineunte aetate animum agitauerat, ut nulla ei noua in tali re cogitatio eſſet.Et tum omniũ
primum agmen conſtituit: dein Cretenſes auxiliares,& quos Tarentinos uocabant, equi-
tes binos ſecum trahẽtes equos ad prima ſigna miſit:& iuſſis equitibus ſubſequi, ſuper tor
rentem,unde aquari poſſent,rupem occupauit.eo impedimenta omnia, & calonum turbã
collectam armatis circumdedit,& pro natura loci caſtra communiuit.tabernacula ſtatuere
in aſpretis,& inaequabili ſolo,difficile erat. Hoſtes quingentos paſſus aberant. ex eodem
riuo utrimque cum praeſidio leuis armaturae aquati ſunt: & priuſquam, qualia in propin-
quis caſtris ſolent, contraheretur certamen, nox interuenit. poſtero die apparebat pu-
D gnandum pro aquatoribus circa riuum eſſe. nocte in ualle a conſpectu hoſtium auerſa,
quantam multitudinem locus occulere poterat, condidit cetratorum. Luce orta Creten-
ſium leuis armatura, & Tarentini equites ſuper torrentem proelium commiſerunt. Le-
temnaſtus Cretẽſis popularibus ſuis,equitibus Lycortas Megalopolitanus praeerat. Cre
tenſes,& hoſtium auxiliares,equitumq. idem genus Tarentini praeſidio aquatoribus erãt,
aliquandiu dubium proelium fuit, ut eodem ex parte utraque hominum genere, & ar-
mis paribus. procedente certamine, & numero uicere tyranni auxiliares: & quia ita prae-
ceptum a Philopoemene praefectis erat, ut modico edito proelio in fugam inclinarent,
hoſtemque ad inſidiarum locum pertraherent, effuſe ſecuti fugientes per conuallem ple-
rique & uulnerati & interfecti ſunt, priuſquam occultum hoſtem uiderent. Cetrati ita,
quantum latitudo uallis patiebatur, inſtructi ſederant, ut facile per interualla ordinum
E fugientes ſuos acciperent. conſurgunt deinde ipſi integri, recentes, inſtructi, & in ho-
ſtes inordinatos, effuſos, labore etiam & uulneribus feſſos impetum faciunt. nec du-
bia uictoria fuit. extemplo terga dedit tyranni miles, & haud paullo concitatiore cur-
ſu, quam ſecutus erat, fugiens in caſtra eſt compulſus. multi caeſi captique in fuga ſunt.
& in caſtris quoque foret trepidatum, ni Philopoemen receptui cani iuſſiſſet: loca magis,
confragoſa, &,quacumque temere proceſſiſſet, iniqua, quam hoſtem metuens. Inde &
ex fortuna pugnae, & ex ingenio ducis coniectans, in quo tum is pauore eſſet, unum ex
auxiliaribus ſpecie transfugae mittit ad eum, qui comperto afferret, Achaeos ſtatuiſſe
poſtero die ad Eurotam amnem, qui prope ipſis affluit moenibus, progredi: ut interclu-
derent iter, ne aut tyrannus, cum uellet, receptum ad urbem haberet: aut commeatus

ab urbe in caſtra portarentur: ſimul etiam tentaturos, ſi quorum animi ſollicitari ad defe- F
ctionem a tyranno poſſent. Non tam fidem dictis perfuga fecit, quam perculſo metu re
linquendi caſtra cauſſam probabilem praebuit. Poſtero die Pythagoram cum auxiliaribus
& equitatu ſtationem agere pro uallo iuſſit. ipſe tamquam in aciem cum robore exercitus
egreſſus, ſigna ocius ferri ad urbem iuſſit. Philopoemē poſteaquam citatum agmen per an
guſtam & procliuem uiam duci raptim uidit: equitatum omnem & Cretenſium auxiliares
in ſtationem hoſtiū, quae pro caſtris erat, emittit. Illi ubi hoſtes adeſſe, & a ſuis ſe deſertos
uiderunt, primo in caſtra recipere ſe conati ſunt: deinde poſteaquam inſtructa acies tota
Achaeorum admouebatur, metu ne cum ipſis caſtris caperentur, ſequi ſuorum agmen ali-
quantum praegreſſum inſiſtunt. Extemplo cetrati Achaeorum in caſtra impetum faciunt,
& diripiunt: ceteri ad perſequendos hoſtes ire pergunt. Erat iter tale, per quod uix trāquil
lum ab hoſtili metu agmen expediri poſſet. Vt uero ad poſtremos proelium ortum eſt, cla- G
morque terribilis a tergo pauentium ad prima ſigna eſt perlatus, pro ſe quiſque armis abie
ctis in circumiectas itineri ſiluas diffugiūt: momentoque temporis ſtrage armorum ſaepta
uia eſt, maxime haſtis, quae pleraeque aduerſae cadentes, uelut uallo obiecto iter impedie
bant. Philopoemen utcumque poſſent, inſtare & perſequi auxiliaribus iuſſis, (utique enim
equitibus haud facilem futuram fugam) ipſe grauius agmen uia patentiore ad Eurotam a-
mnem deduxit. ibi caſtris ſub occaſum ſolis poſitis, leuem armaturam, quam ad perſequen
dum reliquerat hoſtem, opperiebatur. qui ubi prima uigilia uenerunt, nunciantes tyran-
num cum paucis ad urbem penetraſſe, ceteram multitudinem inermem toto ſparſam uaga
ri ſaltu, corpora curare eos iubet. ipſe ex cetera copia militū, qui, quia priores in caſtra ue-
nerant, refecti & cibo ſumpto & modica quiete erant, delectos, nihil praeter gladios ſecum
ferentes extemplo educit, & duarum portarum itineribus, quae Pharin quaeq. Barboſthe H
nem ferunt, eos inſtruxit, quā ex fuga recepturos ſeſe hoſtes credebat. Nec eum opinio fe-
fellit. nam Lacedaemonij, quoad lucis ſuperfuit quidquam, deuijs callibus medio ſaltu ſe
recipiebant. primo ueſpere ut lumina in caſtris hoſtium conſpexere, e regione eorū occul-
tis ſemitis ſe tenuerunt. ubi praetergreſſi ea ſunt, iam tutum rati, in patentes uias deſcende
runt. ibi excepti ab inſidente hoſte, paſſim ita multi caeſi captiq. ſunt, ut uix quarta pars de
toto exercitu euaſerit. Philopoemen incluſo tyranno in urbem, inſequentes dies prope tri
ginta uaſtandis agris Laconum abſumpſit: debilitatiſque ac prope fractis tyranni uiribus,
domum redijt, aequātibus cum gloria rerum Achaeis imperatori Romano, &, quod ad La
conicum bellum attineret, praeferentibus etiam. Dum inter Achaeos & tyrannum bellum
erat: legati Romanorum circumire ſociorum urbes ſolliciti, ne Aetoli partis alicuius ani-
mos ad Antiochum auertiſſent. minimum operae in Achaeis adeundis conſumpſerunt, I
quos, quia Nabidi infeſti erant, ad cetera quoque ſatis fidos cenſebant eſſe. Athenas pri-
mum, inde Chalcidem, inde in Theſſaliam iere, allocutique concilio frequenti Theſſalos,
Demetriadem iter flexere, eo Magnetum concilium indictum eſt. Accuratior ibi habenda
oratio fuit, quod pars principum alienati a Romanis, totique Antiochi & Aetolorum erāt:
quia cum reddi filium obſidem Philippo allatum eſſet, ſtipendiumque impoſitum remitti:
inter cetera uana allatum erat, Demetriadem quoque ei reddituros Romanos eſſe. id ne
fieret, Eurylochus princeps Magnetum, factioniſq. eius quidam omnia nouari Aetolorum
Antiochique aduentu malebant. Aduerſus eos ita diſſerendum erat, ne timorem uanum ijs
demendo, ſpes inciſa Philippum abalienaret, in quo plus ad omnia momenti, quam in Ma-
gnetibus eſſet. Illa tantum commorata, cum totam Graeciam beneficio libertatis obno-
xiam Romanis eſſe: tum eam ciuitatem praecipue. ibi enim non praeſidium modo Mace-
donum fuiſſe, ſed regiam exaedificatam: ut praeſens ſemper in oculis habendus eſſet do- K
minus. ceterum nequidquam ea facta, ſi Aetoli Antiochum in Philippi regiam adducerēt,
& nouus & incognitus pro uetere & experto habendus rex eſſet. Magnetarchen ſum-
mum magiſtratum uocant. is tum Eurylochus erat, ac poteſtate ea fretus negauit diſſi-
mulandum ſibi & Magnetibus eſſe, quae fama uulgata de reddenda Demetriade Philip-
po foret. id ne fieret, omnia & conanda & audenda Magnetibus eſſe. & inter dicendi
contentionem inconſultius euectus proiecit: tum quoque ſpecie liberam Demetria-
dem eſſe, re uera omnia ad nutum Romanorum fieri. Sub hanc uocem fremitus ua-
riantis multitudinis fuit, partim aſſentientium, partim indignantium, dicere id auſum

eum,

A eum. Quinctius quidem adeo exarſit ira, ut manus ad caelum tendens, deos teſtes ingrati,
ac perfidi animi Magnetum inuocaret. hac uoce perterritis omnibus, Zeno ex principibus
unus magnae tum [redacted] ob eleganter actam uitam auctoritatis, tum quod ſemper Romano
rum haud dubie partis fuerat: ab Quinctio legatiſque alijs flens petijt, ne unius amen-
tiam ciuitati aſſignarent. ſuo quemque periculo furere. Magnetas non libertatem modo,
ſed omnia, quae hominibus ſancta caraq. ſint, T. Quinctio & populo Romano debere. ni-
hil quemquam a dijs immortalibus precari poſſe, quod non Magnetes ab illis haberent, &
in corpora ſua citius per furorem ſaeuituros, quam ut Romanam amicitiam uiolarent. Hu
ius orationem ſubſecutae multitudinis preces ſunt. Eurylochus ex concilio itineribus oc-
cultis ad portam, atque inde protinus in Aetoliam profugit. Iam enim, & id magis in dies
Aetoli defectionem nudabant, eoq. ipſo forte tempore Thoas princeps legationis, quam
B miſerant ad Antiochum, redierat: indeq. Menippum ſecum adduxerat, regis legatum: qui
priuſquam concilium ijs daretur, impleuerant omnium aures, terreſtres naualeſq. copias
commemorando, ingentem uim peditum equitumq. uenire, ex India elephantos accitos:
ante omnia, quo maxime moueri credebant multitudinis animos, tantum aduehi auri, ut
ipſos emere Romanos poſſit. Apparebat, quid ea oratio in cõcilio motura eſſet. nam & ue
niſſe eos, & quae agerent, omnia Romanis legatis deferebantur. & quamquam prope abſciſ
ſa res erat, tamen non ab re eſſe Quinctio uiſum eſt, ſociorum aliquos legatos intereſſe ei
concilio, qui admonerent Romanae ſocietatis Aetolos, qui uocem liberam mittere aduer
ſus regis legatum auderent. Athenienſes maxime in eam rem idonei uiſi ſunt, propter &
ciuitatis dignitatẽ, & uetuſtam ſocietatem cũ Aetolis. ab ijs Quinctius petijt, ut legatos ad
Panaetolicum concilium mitterent. Thoas primus in eo concilio renunciauit legationem.
C Menippus poſt eum intromiſſus, optimum fuiſſe omnibus, qui Graeciam Aſiamq. incole-
rent, ait, integris rebus Philippi, potuiſſe interuenire Antiochum, ſua quemque habiturũ
fuiſſe, neque omnia ſub nutum ditionemq. Romanam peruentura. Nunc quoque, inquit,
(ſi modo uos, quae inchoaſtis, conſilia conſtantes perducitis ad exitum) poterit dijs iuuãti
bus, & Aetolis ſocijs, Antiochus quamuis inclinatas Graeciae res reſtituere, in priſtinã di
gnitatem. ea autem in libertate poſita eſt, quae ſuis ſtat uiribus, non ex alieno arbitrio pen
det. Athenienſes, quibus primis poſt regiam legationem dicendi quae uellent poteſtas fa
cta eſt, mentione omni regis praetermiſſa, Romanae ſocietatis Aetolos, meritorũq. in uni
uerſam Graeciam T. Quinctij admonuerunt, ne temere eam celeritate nimia conſiliorum
euerterent. Conſilia calida & audacia prima ſpecie laeta, tractatu dura, euẽtu triſtia eſſe.
legatos Romanos, & in ijs T. Quinctium haud procul inde abeſſe. dum integra omnia eſ-
D ſent, uerbis potius de ijs, quae ambigerentur diſceptarent, quam Aſiam, Europamq. ad fu-
neſtum armarent bellum. Multitudo auida nouãdi res, Antiochi tota erat, & ne admitten-
dos quidem in concilium Romanos cenſebant. principum maxime ſeniores auctoritate
obtinuere, ut daretur ijs concilium. Hoc decretum Athenienſes cum retuliſſent, eundum
in Aetoliam Quinctio uiſum eſt. aut enim moturum aliquid, aut omnes homines teſtes
fore, penes Aetolos belli culpã eſſe, Romanos iuſta ac prope neceſſaria ſumpturos arma.
Poſteaquam uentum eſt eo, Quinctius in concilio orſus a principio ſocietatis Aetolorum
cum Romanis, & quoties ab ijs fides mota foederis eſſet, pauca de iure ciuitatum, de qui-
bus ambigeretur, diſſeruit. Si quid tamen aequi ſe habere arbitrarẽtur, quanto eſſe ſatius,
Romam mittere legatos, ſeu diſceptare, ſeu rogare ſenatum mallent, quam populum Ro-
manum cum Antiocho admiſtis Aetolis, non ſine motu magno generis humani, & perni
E cie Graeciae, dimicare? nec ullos prius cladẽ eius belli ſenſuros, quã qui mouiſſent. Haec
nequidquam uelut uaticinatus Romanus. Thoas deinde, ceteriq. factionis eiuſdem cum
aſſenſu omnium auditi, peruicerunt, ut ne dilato quidem concilio, & abſentibus Romanis
decretum fieret, quo acceſſeretur Antiochus ad liberandam Graeciam, diſceptandumque
inter Aetolos & Romanos. Huic tam ſuperbo decreto addidit propriam contumeliam Da
mocritus praetor eorum. nam cum idipſum decretum poſceret eum Quinctius: non ue-
ritus maieſtatem uiri, aliud in praeſentia, quod magis inſtaret, praeuertendũ ſibi eſſe dixit:
decretum reſponſumque breui in Italia, caſtris ſuper ripam Tiberis poſitis, daturum. tan-
tus furor illo tempore gentem Aetolornm, tantuſq. magiſtratus eorum cepit. Quinctius
legatique Corinthum redierunt. Inde, ut quaeque de Antiocho nihil per ſe ipſi moti, &
ſedentes

ſedentes exſpectare aduentum uiderentur regis, concilium quidem uniuerſae gentis poſt F
dimiſſos Romanos non habuerunt, per apocletos autem (ita uocant ſanctius concilium: ex
delectis conſtat uiris) id agitabant, quonam modo res in Graecia nouarentur. Inter o-
mnes cōſtabat, in ciuitatibus principes & optimum quemque Romanae ſocietatis eſſe, &
praeſenti ſtatu gaudere: multitudinem, & quorum res non ex ſententia ipſorum eſſent, o-
mnia nouari uelle. Aetoli conſiliū uno die ſpei quoque non audacis modo, ſed etiam impu
dentis ceperunt, Demetriadem, Chalcidem, & Lacedaemonem occupandi. Singuli in ſin-
gulas miſſi ſunt principes, Thoas Chalcidem, Alexamenus Lacedaemonem, Diocles
Demetriadem. Hunc exſul Eurylochus, de cuius fuga, cauſſaq fugae ante dictum eſt: quia
reditus in patriam nulla ſpes alia erat, adiuuit. Litteris Eurylochi admoniti propinqui ami
ciq. & qui eiuſdem factionis erant, liberos & coniugem eius cum ſordida ueſte tenentes ue-
lamenta ſupplicum concionem frequentem adire iubent, ſingulos uniuerſoſq. obteſtan- G
tes, ne inſontem indemnatum conſeneſcere in exſilio ſinerēt. Et ſimplices homines miſeri
cordia, & improbos ſeditioſoſq. immiſcendi res tumultu Aetolico ſpes mouit. pro ſe quiſ
que reuocari iubebāt. His praeparatis Diocles cum omni equitatu (& erat tunc praefectus
equitum) ſpecie reducentis exſulem hoſpitē profectus, die ac nocte ingens iter emēſus, cū
millia ſex ab urbe abeſſet, luce prima tribus electis turmis, cetera multitudine equitum
ſubſequi iuſſa, praeceſſit. poſteaquam portae appropinquabat, deſilire omnes ex equis iuſ-
ſit, & loris ducere equos, itineris maxime modo ſolutis ordinibus, ut comitatus magis
praefecti uideretur, quā praeſidiū. Ibi una ex turmis ad portā relicta, ne excludi ſubſequēs
equitatus poſſet, media urbe ac per forum manu Eurylochum tenens, multis occurrenti-
bus gratulantibuſq. domum deduxit. mox equitum plena urbs erat, & loca opportuna oc-
cupabantur. tum in domos miſſi, qui principes aduerſae factionis interficerent. Ita Deme H
trias Aetolorum facta eſt. Lacedaemone non urbi uis afferenda, ſed tyrannus dolo capiē-
dus erat, quem ſpoliatum maritimis opidis a Romanis, tunc intra moenia etiā Lacedae-
monis ab Achaeis cōpulſum, qui occupaſſet occidere, eū totius gratiam rei apud Lacedae
monios laturum. Cauſſam mittendi ad eum habuerunt, quod fatigabat precibus, ut auxi-
lia ſibi, cum illis auctoribus rebellaſſet, mitterentur. Mille pedites Alexameno dati ſunt,
& triginta delecti ex iuuentute equites. Iis a praetore Damocrito in concilio arcano gen-
tis, de quo ante dictum eſt, denunciatum, ne ſe ad bellum Achaicum, aut rem ullam, quam
ſua quiſque opinione praecipere poſſet, crederent miſſos eſſe. quidquid Alexamenum res
mouiſſet ſubiti conſilii capere, ad id quamuis inopinatum, temerarium, audax, obedien-
ter exſequendum parati eſſent: ac pro eo acciperent, tamquam ad id unum agendū miſſos
a domo ſe ſcirent. Cum his ita praeparatis Alexamenus ad tyrannum uenit, quē adue- I
niens extemplo ſpei impleuit. Antiochum iam in Europam tranſiſſe: mox in Graecia fo-
re, terras maria armis uiris completurum. non cum Philippo rem eſſe credituros Roma-
nos. numerum iniri peditum, equitum, nauiumq. non poſſe: elephantorum aciem conſpe-
ctu ipſo debellaturam. Aetolos toto ſuo exercitu paratos eſſe uenire Lacedaemonem, cū
res poſcat: ſed frequentes armatos oſtendere aduenienti regi uoluiſſe. Nabidi quoque &
ipſi faciendum eſſe, ut quas haberet copias, non ſineret ſub tectis marceſcere otio, ſed edu
ceret, & in armis decurrere cogeret, ſimul animos acueret, & corpora exerceret. conſuetu-
dine leuiorem laborem fore, & comitate ac benignitate ducis etiam non iniucundum fie-
ri poſſe. Educi inde frequenter ante urbem in campum ad Eurotam amnem coepere. Satel
lites tyranni media fere in acie conſiſtebant. tyrannus cum tribus ſummum equitibus, in-
ter quos plerumque Alexamenus erat, ante ſigna uectabatur, cornua extrema inuiſens. in K
dextero cornu Aetoli erant, & qui ante auxiliares tyranni fuerant, & qui uenerant mille
cum Alexameno. Fecerat ſibi morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordi-
nes circumeundi, mouendiq. eum quae in rem eſſe uidebantur: nūc in dextrum cornu ad
ſuos adequitandi: mox inde, uelut imperato quod res popoſciſſet, recipiendi ſe ad tyran-
num. Sed quem diem patrando facinori ſtatuerat, eo paulliſper cum tyranno uectatus, cū
ad ſuos conceſſiſſet: tum equitibus a domo ſecum miſſis, Agenda, inquit, res eſt iuuenes,
audendaq., quā me duce impigre exſequi iuſſi eſtis. parate animos dextraſq., ne quis in eo
quod me uiderit facientē, ceſſet. qui cunctatus fuerit, & ſuū conſiliū meo interponet, ſciat
ſibi reditum ad penates non eſſe. Horror cunctos cepit: & meminerant cum quibus man-
datis

A datis exiſsent. Tyrannus ab laeuo cornu ueniebat. Ponere haſtas equites Alexamenus iu
bet,& ſe intueri. colligit & ipſe animum confuſum tantae cogitatione rei. poſteaquam ap-
propinquabat,impetum facit: & transfixo equo tyrannum deturbat. iacentẽ equites con-
fodiunt. multis fruſtra in loricam ictibus datis, tandem in nudum corpus uulnera peruene
runt,& priuſquam a media acie ſuccurreretur,exſpirauit. Alexamenus cum omnibus Ae-
tolis citato gradu ad regiam occupandam pergit. Corporis cuſtodes,cũ res in oculis ge-
reretur, pauor primo cepit: deinde poſteaquam abire Aetolorum agmen uidere, concur-
runt ad relictum tyranni corpus. & ſpectatorum turba ex cuſtodibus uitae, mortiſq. ulto-
ribus,eſt facta. nec mouiſſet ſe quiſquam, ſi extemplo poſitis armis uocata in concionem
multitudo fuiſſet, & oratio habita tempori conueniens. frequentes inde retenti in armis
Aetoli,ſine iniuria cuiuſquam. ſed ut oportuit in conſilio fraude coepto,omnia in maturã-
B dam perniciem eorum,qui fecerant, ſunt acta. Dux regia incluſus diem ac noctem in ſcru
tandis theſauris tyranni conſumpſit. Aetoli uelut capta urbe,quam liberaſſe uideri uole-
bant in praedam uerſi. Simul indignitas rei,ſimul contemptus,animos Lacedaemonijs ad
coeundum fecit. alij dicere, exturbandos Aetolos, & libertatem, cum reſtitui uideretur,
interceptam repetendam. alij, ut caput agendae rei eſſet, regij generis aliquem in ſpeciẽ
aſſumendum. Laconicus eius ſtirpis erat puer admodum,educatus cum liberis tyranni. eũ
in equum imponunt,& armis arreptis Aetolos uagos per urbem caedunt. tum regiam inua
dunt. ibi Alexamenum cum paucis reſiſtentem obtruncant. Aetoli circa Chalcioecon
(Mineruae eſt templum aereum) congregati caeduntur. pauci armis abiectis, pars Tegeã,
pars Megalopolin perfugiunt. ibi comprehenſi a magiſtratibus,ſub corona uenierũt. Phi-
lopoemen audita caede tyranni profectus Lacedaemonem,cum omnia turbata metu inue
C niſſet euocatis principibus,& oratione habita,qualis habenda ab Alexameno fuerat,ſocie
tati Achaeorum Lacedaemonios adiunxit: eo etiam facilius, quod ad idem forte tempus
A. Atilius,cum quattuor & uiginti quinqueremibus ad Gytheum acceſſit. Iiſdem diebus
circa Chalcidem Thoas per Euthymidam principem,pulſum opibus eorum,qui Romanae
ſocietatis erant, poſt T. Quinctii legatorumq. aduentum, & Herodorum Cianum merca-
torem,ſed potentem Chalcide propter diuitias,praeparatis ad proditionem ijs,qui Euthy
midae factionis erant; nequaquam eãdem fortunam,qua Demetrias per Eurylocum occu
pata fuerat,habuit. Euthymidas ab Athenis (eum domicilio delegerat locum) Thebas pri-
mum, hinc Salganea proceſſit. Herodorus ad Thronium, inde haud procul in Maliaco ſi-
nu duo millia peditum, & Thoas ducentos equites, onerarias leues ad triginta habebat.
eas cum ſexcentis peditibus Herodorus tranſijcere in inſulam Atalantam iuſſus: ut inde,
D cum pedeſtres copias appropinquare iam Aulidi, atque Euripo ſenſiſſet, Chalcidem trãij
ceret. ipſi ceteras copias, nocturnis maxime itineribus,quanta poterant celeritate, Chal-
cidem ducebant. Mictio & Xenoclides,penes quos tum ſumma rerum, pulſo Euthymida,
Chalcide erat, ſeu ipſi per ſe ſuſpicati,ſeu indicata re, primo pauidi,nihil uſquã ſpei,niſi in
fuga ponebant: deinde poſteaquam reſedit terror, & prodi, & deſeri non patriam modo,
ſed etiam Romanorum ſocietatem cernebant, conſilio tali animum adiecerunt. Sacrum
anniuerſarium eo forte tẽpore Eretriae Amarinthidis Dianae erat,quod non popularium
modo, ſed Caryſtiorum etiam coetu celebratur. Eo miſerunt,qui orarent Eretrienſes Ca
ryſtioſq. ut & ſuarum fortunarũ in eadem inſula geniti miſererentur, & Romanam ſocieta
tem reſpicerent,ne ſinerent Aetolorũ Chalcidem fieri. Euboeam habituros,ſi Chalcidem
habuiſsent. graues fuiſſe Macedonas dominos,multo minus tolerabiles futuros Aetolos.
E Romanorum maxime reſpectus ciuitates mouit,& uirtutẽ nuper in bello,& in uictoria iu
ſtitiam benignitatemq. expertas. itaque quod roboris in iuuentute erat, utraque ciuitas
armauit, miſitque. His tuenda moenia Chalcidis opidani cum tradidiſsent: ipſi omnibus
copijs tranſgreſſi Euripum, ad Salganea poſuerunt caſtra. inde caduceator primum,dein-
de legati ad Aetolos miſsi percunctatum,quo ſuo dicto factoue ſocij,atque amici ad ſe op
pugnandos uenirent. Reſpondit Thoas,dux Aetolorum, non ad oppugnandos, ſed ad li-
berandos ab Romanis uenire ſeſe. ſplendidiore nunc eos catena, ſed multo grauiore uin-
ctos eſse, quam cum praeſidium Macedonum in arce habuiſsent. Se uero negare Chalci-
denſes aut ſeruire ulli, aut praeſidio cuiuſquam egere. Ita digreſsi ex colloquio legati ad
ſuos. Thoas & Aetoli, ut qui ſpem omnem in eo, ut improuiſo opprimerent, habuiſsent:

ad iuſtum bellum oppugnationemq. urbis mari ac terra munitae haudquaquam pares dõ- F
mum redire. Euthymidas poſteaquam caſtra popularium ad Salganea eſſe, profectoſque Aetolos audiuit, & ipſe a Thebis Athenas redijt. Et Herodorus cum per aliquot dies intentus ab Atalanta ſignum nequidquam exſpectaſſet: miſſa ſpeculatoria naue, ut, quid morae eſſet, ſciret: poſteaquam rem omiſſam a ſocijs uidit: Thronium, unde uenerat, repetit. Quinctius quoque his auditis a Corintho ueniens nauibus, in Chalcidis Euripo Eumeni regi occurrit. placuit quingentos milites praeſidij cauſſa relinqui Chalcide ab Eumene rege, ipſum Athenas ire. Quinctius quo profectus erat, Demetriadem contẽdit, ratus Chalcidem liberatam momenti aliquid apud Magnetas ad repetendam ſocietatẽ Romanam facturã. & ut praeſidij aliquid eſſet ſuae partis hominibus, Eunomo praetori Theſſalorũ ſcripſit, ut armaret iuuentutẽ. & Villium ad Demetriadem praemiſit ad tentandos animos: nõ aliter, niſi pars aliqua inclinaret ad reſpectum priſtinae ſocietatis, rem aggreſſurus. Villius G
quinqueremi naue hoſtium portus eſt inuectus. Eo multitudo Magnetum omnis cum ſe effudiſſet: quaeſiuit Villius, utrum ad amicos, an ad hoſtes ſeſe ueniſſe mallent. Reſpondit Magnetarches Eurylochus, ad amicos ueniſſe eum: ſed abſtineret portu, & ſineret Magnetas in concordia & libertate eſſe: nec per colloquij ſpeciem multitudinem ſollicitaret. Altercatio inde, non ſermo fuit, cum Romanus, ut ingratos increparet Magnetas, imminenteſq. praediceret clades: multitudo obſtreperet, nunc ſenatum, nunc Quinctium accuſando. Ita irrito incepto Villius ad Quinctium ſeſe recepit. At Quinctius, nuncio ad praetorem miſſo, ut reduceret domum copias, ipſe nauibus Corinthum redijt. Abſtulerunt me uelut de ſpatio, Graeciae res immiſtae Romanis, non quia ipſas operaepretium eſſet perſcribere: ſed quia cauſſae fuerũt cũ Antiocho belli. Cõſulibus deſignatis (inde namque diuerteram) L. Quinctius, & Cn. Domitius conſules in prouincias profecti ſunt: Quinctius H
in Ligures, Domitius aduerſus Boios. Boij quieuerunt, atque etiam ſenatus eorum cum liberis, & praefecti cum equitatu (ſumma omnium mille & quingenti) conſuli dediderunt ſeſe. Ab altero conſule ager Ligurum late eſt uaſtatus, caſtellaq. aliquot capta: unde non praeda modo omnis generis cum captiuis parta, ſed recepti quoque aliquot ciues ſocijq. qui in hoſtium poteſtate fuerant. Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta eſt ex ſenatus conſulto plebiſq. ſcito. tria millia & ſeptingenti pedites ierunt, trecenti equites. triumuiri deduxerunt eos, Q. Naeuius, M. Minucius, M. Furius Craſſipes. quinadena iugera agri data in ſingulos pedites ſunt: duplex equitibus. Bruttiorum proxime fuerat ager. Bruttij ceperant de Graecis. Romae per idem tempus duo maximi fuerunt terrores, diutior alter, ſed ſegnior. terra dies duodequadraginta mouit. per totidem dies feriae in ſollicitudine ac metu fuere. in triduum eius rei cauſſa ſupplicatio habita eſt. alter non pauor uanus, ſed ue- I
ra multorum clades fuit. incendio a foro Boario orto diem noctemq. aedificia in Tiberim uerſa arſere, tabernaeque omnes cum magni pretij mercibus conflagrauerunt. Iam fere in exitu annus erat, & in dies magis fama de Antiochi bello & cura patribus creſcebat. itaque de prouincijs magiſtratuum deſignatorum, quo intentiores eſſent omnes, agitari coeptum eſt. Decreuere, ut [illegible] Italia, & quo cenſuiſſet, (iam eſſe bellum aduerſus Antiochum regem omnes ſciebant) prouinciae eſſent. cuius ea ſors eſſet, quattuor millia peditũ ciuium Romanorum, & trecenti equites, ſex millia ſocium Latini nominis cum quadringentis equitibus ſunt decreta. eorum delectum habere L. Quinctius conſul iuſſus, ne quid moraretur, quo minus conſul nouus, quo ſenatus cenſuiſſet, extemplo proficiſci poſſet. Item de prouincijs praetorum decretum eſt, prima ut ſors duae, urbana, peregrinaq. iuriſdictio eſſet: ſecunda Bruttij: tertia claſſis, ut nauigaret, quo ſenatus cenſuiſſet: quarta Sicilia: quincta Sardinia: ſexta Hiſpania ulterior. Imperatum praeterea L. Quinctio cõſuli eſt, K
ut duas legiones ciuium Romanorum nouas conſcriberet, & ſocium ac Latini nominis uiginta millia peditum, & octingentos equites. eum exercitum praetori cum Bruttij prouincia eueniſſet, decreuerunt. Aedes, quae Ioui eo anno in Capitolio dedicatae ſunt, uouerat L. Furius purpureo praetor Gallico bello unã, alteram conſul. Dedicauit Q. Marcius Ralla duumuir. Iudicia in feneratores eo anno multa ſeuere ſunt facta, accuſantibus priuatos aedilibus curulibus, M. Tuccio, & P. Iunio Brutto. de multa damnatorũ quadrigae inauratae in Capitolio poſitae in cella Iouis ſupra faſtigium aediculae, & XII clypea inaurata. & ijdem porticum extra portam Tergeminam inter lignarios fecerunt. Intentis in apparatũ

A noui belli Romanis, ne ab Antiocho quidem ceſſabatur. Tres eum ciuitates tenebant,
Smyrna, & Alexādria Troas, & Lampſacus: quas neque ui expugnare ad eam diem pote-
rat, neque condicionibus in amicitiam perlicere: neque a tergo relinquere, tranſijciēs ipſe
in Europam, uolebat. Tenuit eum & de Hannibale deliberatio: & primo naues apertae,
quas cum eo miſſurus in Africam fuerat, moratae ſunt: deinde an omnino mittēdus eſſet,
conſultatio mota eſt, maxime a Thoante Aetolo, qui omnibus in Graecia tumultu cōple-
tis, Demetriadem afferebat in poteſtate eſſe: & quibus mendacijs de rege, multiplicando
uerbis copias eius, erexerat multorum in Graecia animos, iiſdem & regis ſpem inflabat,
omnium uotis eum accerſiri. concurſum ad litora futurum, unde claſſem regiā proſpexiſ-
ſent. Hic idem auſus de Hannibale eſt mouere ſententiā prope iam certam regis. nā neque
dimittendam partem nauium a claſſe regia cenſebat, neque, ſi mittendae naues forent, mi-
B nus quemquam ei claſſi, quam Hannibalem, praeficiendum. Exſulem illum, & Poenū eſſe,
cui mille in dies noua conſilia uel fortuna ſua, uel ingenium poſſit facere. & ipſam eam glo
riam belli, qua uelut dote Hannibal concilietur, nimiam in praefecto regio eſſe. regem con
ſpici, regem unum ducem, unum imperatorem uideri debere. Si claſſem, ſi exercitum amit
tat Hannibal, idem damni fore, ac ſi per alium ducem amittantur. ſi quid proſpere eueniat,
Hannibalis eam, nō Antiochi gloriam fore. Si uero uniuerſo bello uincendi Romanos for
tuna detur, quam ſpem eſſe, ſub rege uicturum Hannibalem uni ſubiectū, qui patriam pro
pe non tulerit? non ita ſe a iuuenta cum geſſiſſe, ſpe animoq. complexum orbis terrarum
imperium, ut in ſenectute dominum laturus uideatur. Nihil opus eſſe regi Hānibale duce,
comite & conſiliario eodem ad bellum uti poſſe. modicum fructum ex ingenio tali, neque
grauē neque inutilem fore, ſi ſumma petantur, & dantē & accipiētem praegrauatura. Nul-
C la ingenia tam prona ad inuidiam ſunt, quam eorum, qui genus ac fortunam ſuam animis
non aequant: quia uirtutem & bonum alienum oderunt. Extēplo conſilium mittendi Han
nibalis, quod unum in principio belli utiliter cogitatum erat, abiectum eſt. Demetriadis
maxime defectione ab Romanis ad Aetolos elatus, nō ultra differre profectionē in Grae-
ciam conſtituit. Priuſquam ſolueret naues, Ilium a mari adſcēdit, ut Mineruae ſacrificaret.
Inde ad claſſem regreſſus, proficiſcitur XL tectis nauibus, apertis LX. & ducētae onerariae
cum omnis generis commeatu, bellicoq. alio apparatu ſequebantur. Imbrum primo inſu-
lam tenuit, inde Sciathū trāiecit. ubi collectis in alto, quae diſſipatae erāt nauibus, ad Pte-
leum primum continentis uenit. Ibi Eurylochus ei Magnetarches, principeſq. Magnetum
ab Demetriade occurrerunt. quorum frequentia laetus, die poſtero in urbis portum naui-
bus eſt inuectus. Copias haud procul inde expoſuit. X millia peditum fuere, & quingen-
D ti equites, ſex elephanti: uix ad Graeciam nudam occupandam ſatis copiarum, ne dum ad
ſuſtinendum Romanum bellum. Aetoli poſteaquam Demetriadem ueniſſe Antiochum
allatum eſt, concilio indicto, decretum, quo accerſerent eum, fecerunt. Iam profectus ab
Demetriade rex, quia ita decreturos ſciebat: Phalaram in ſinum Maliacum proceſſerat. in
de decreto accepto Lamiam uenit, exceptus ingenti fauore multitudinis cum plauſibus
clamoribusq., & quibus alijs laetitia effuſa uulgi ſignificatur. In concilium, ut uentum eſt,
a Phanea praetore principibuſque alijs introductus. facto ſilentio rex dicere orſus. Prima
eius oratio fuit excuſantis quod tanto minoribus ſpe, atque opinione omnium copijs ue-
niſſet. Id ſuae impenſae erga eos uoluntatis maximum debere indicium eſſe, quod nec pa-
ratus ſatis ulla re, & tempore ad nauigandum immaturo uocantibus legatis eorum haud
grauate obſecutus eſſet, credidiſſetq., cum ſe uidiſſent Aetoli, omnia uel in ſe uno poſita
E praeſidia exiſtimaturos eſse. Ceterum eorum quoque ſe, quorum exſpectatio deſtituta in
praeſentia uideatur, ſpem abunde expleturum. nam ſimul primum anni tempus nauigabile
praebuiſset mare, omnem Graeciam ſe armis, equis, omnem oram maritimā claſſibus cō-
pleturum, nec impēſae, nec labori, nec periculo parſurum, donec depulſo ceruicibus eorū
imperio Romano, liberam uere Graeciam, atque in ea principes Aetolos feciſset. cū exer-
citibus commeatus quoque omnis generis ex Aſia uenturos. in praeſentia curae eſse Ae-
tolis debere, ut copia frumenti ſuis, & annona tolerabilis rerum aliarum ſuppeditetur. In
hanc ſententiam rex cum magno omnium aſsenſu locutus diſceſſit. Poſt diſceſsū regis in
ter duos principes Aetolorum, Phaneam & Thoantem, contentio fuit. Phaneas reconci-
liatore pacis, & diſceptatore de ijs, quae in controuerſia cum populo Romano eſsent, uten
dum potius Antiocho cenſebat, quam duce belli. aduentum eius & maieſtatem ad uere-
cundiam

cundiam faciēdam Romanis uim maiorem habituram, quam arma. Multa homines, ne bel F
lare neceſſe ſit, uoluntate remittere, quae bello & armis cogi non poſſint. Thoas negare, pa
ci ſtudere Phaneam: ſed diſcutere apparatum belli uelle, ut taedio & impetus elangueſcat
regis, & Romani tempus ad comparandum habeant. Nihil enim aequi ab Romanis impe
trari poſſe, toties legationibus miſſis Romam, toties cum ipſo Quinctio diſceptando, ſa-
tis expertum eſſe. nec niſi abſciſa omni ſpe, auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe. quo ce-
lerius ſpe omnium oblato, non eſſe elangueſcendum ſed orandum potius regem, ut quo-
niam, quod maximum fuerit, ipſe uindex Graeciae uenerit, copias quoque terreſtres naua
leſque accerſat. armatum regem aliquid impetraturum, inermem non pro Aetolis modo,
ſed ne pro ſe quidem ipſo momenti ullius futurum apud Romanos. Haec uicit ſententia,
imperatoremque regem appellandum cenſuerunt, & XXX principes, cum quibus, ſi qua
uellet, conſultaret, delegerunt. Ita dimiſſo concilio, multitudo omnis in ſuas ciuitates dila G
pſa eſt. Rex poſtero die cum apocletis eorum, unde bellum ordiretur, conſultabat. opti-
mum uiſum eſt, Chalcidem fruſtra nuper ab Aetolis tentatam primum aggredi, & celeri-
tate in eam rem magis, quam magno conatu & apparatu opus eſſe. itaque cum mille pedi-
tibus rex, qui ab Demetriade ſecuti erant, profectus per Phocidem eſt. & alio itinere prin-
cipes Aetoli iuniorum paucis euocatis, ad Chaeroniam occurrerunt, & X conſtratis naui-
bus ſecuti ſunt. Rex ad Salganea caſtris poſitis, nauibus ipſe cum principibus Aetolorum
Euripum tranſiecit. & cū haud procul portu egreſſus eſſet, magiſtratus quoque Chalciden
ſium & principes ante portam proceſſerunt. pauci utrimque ad colloquium cōgreſſi ſunt.
Aetoli magnopere ſuadere, ut ſalua Romanorum amicitia regem quoque aſſumerent ſo-
cium, atque amicū. Neque enim cū inferendi belli, ſed liberādae Graeciae cauſſa in Euro-
pam tranſieciſſe, & re liberandae, non uerbis & ſimulatione, quod feciſſent Romani. Nihil H
autem utilius Graeciae ciuitatibus eſſe, quam utramque complecti amicitiam. ita enim ab
utriuſque iniuria tutam alterius ſemper praeſidio & fiducia fore. nam ſi non recepiſſent re
gem, uiderent quid patiendum ijs extemplo foret: cum Romanorum procul auxilium, ho-
ſtis Antiochus, cui reſiſtere uiribus ſuis nō poſſent, ante portas eſſet. Ad haec Mictio unus
ex principibus, mirari ſe dixit, ad quos liberandos Antiochus relicto regno ſuo in Europā
trāſieciſſet. nullam enim ciuitatem ſe in Graecia noſſe, quae aut praeſidium habeat, aut ſti-
pendiū Romanis pendat, aut foedere iniquo alligata, quas nolit leges patiatur. itaq. Chal-
cidenſes neque uindice libertatis ullo egere, cum liberi ſint: neque praeſidio, cum pacem
eiuſdem populi R. beneficio & libertatem habeant. Amicitiam regis non aſpernari, neque
ipſorum Aetolorum. id primum eos pro amicis facturos, ſi inſula excedant, atque abeant.
nam ipſis certum eſſe, non modo non recipere moenibus, ſed ne ſocietatem quidem ullam I
paciſci, niſi ex auctoritate Romanorum. Haec renunciata regi ad naues, ubi reſtiterat, cum
eſſent: in praeſentia (neque enim ijs uenerat copijs, ut ui agere quidquam poſſet) reuerti
Demetriadem placuit. ibi, quoniam primum inane inceptum euaſiſſet, conſultare cum
Aetolis rex, quid deinde fieret. Placuit Achaeos & Aminandrum regem Athamanum ten
tare. Boeotiorum gentem auerſam ab Romanis iam inde a Barcillae morte, & quae ſecu-
ta eā fuerant, cenſebāt. Achaeorum Philopoemenē principem aemulatione gloriae in bel-
lo Laconum, infeſtum inuiſumque eſſe Quinctio credebant. Aminander uxorem Apa-
miam filiam Alexandri cuiuſdam Megalopolitani habebat. qui ſe oriundum a Magno Ale-
xandro ferens, filijs duobus Philippum, atque Alexandrum & filiae Apamiam nomina im-
poſuerat, quam regijs inclytam nuptijs maior ex fratribus Philippus ſecutus in Athama-
niam fuerat. Hunc forte ingenio uanum Aetoli, & Antiochus impulerant in ſpem, quod is K
uere regum ſtirpis eſſet, regni Macedoniae, ſi Aminandrum Athamaneſq. Antiocho con-
iunxiſſet. & ea uanitas promiſſorum non apud Philippum modo, ſed etiam apud Aminan
drum ualuit. In Achaia legatis Antiochi Aetolorumque coram T. Quinctio Aegij datum
eſt concilium. Antiochi legatus prior, quam Aetoli, eſt auditus. Is, ut pleriq. quos opes re-
giae alunt, uaniloquus, maria terraſque inani ſonitu uerborum compleuit. Equitum innu-
merabilem uim trāſijci Helleſponto in Europam, partim loricatos, quos cataphractos uo-
cāt: partim ſagittis ex equo utentes, & a quo nihil ſatis tecti ſit, auerſos refugiēte equo cer
tius figentes. His equeſtribus copijs quamquā uel totius Europae exercitus in unū coacti
obrui poſſent, adijciebat multiplices copias peditum, & nominibus quoque gentium uix
ſando

A fando auditis terrebat: Dahas, Medos, Elymaeoſq. & Cadduſios appellans. Naualium uero copiarum, quas nulli portus capere in Graecia poſſent, dextrum cornu Sidonios & Tyrios, ſiniſtrum Aradios & ex Pamphilia Sidetas tenere, quas gẽtes nullae umquam nec arte nec uirtute nauali aequaſſent. Iam pecuniã, iam alios belli apparatus referre ſuperuacaneum eſſe. ſcire ipſos, abundaſſe ſemper auro regna Aſiae. Itaque non cum Philippo, nec Hãnibale rem futuram Romanis, principe altero ciuitatis, altero Macedoniae tantũ regni finibus incluſo, ſed cum magno Aſiae totius, partiſq. Europae rege. Eum tamen, quamquã ab ultimis orientis terminis ad liberandam Graeciam ueniat, nihil poſtulare ab Achaeis, in quo fides eorum aduerſus Romanos priores ſocios, atque amicos laedatur. non enim ut ſecum aduerſus eos arma capiant, ſed ut neutri parti ſeſe coniungant, petere: pacem utrique parti, quod medios deceat amicos, optent: bello ſe non interponant. Idem ferme &
B Aetolorum legatus Archidamus petijt, ut quae facillima & tutiſſima eſſet, quietem praeſtarent, ſpectatoreſq. belli, fortunarum alienarum euentum ſine ullo diſcrimine rerum ſuarum opperirentur. Prouectus deinde eſt intemperantia linguae in maledicta, nunc communiter Romanorum, nunc proprie ipſius Quinctij, ingratos appellans, & exprobrans non uictoriam modo de Philippo uirtute Aetolorum partam, ſed etiam ſalutem: ipſumque & exercitum ſua opera ſeruatos. Quo enim illum umquam imperatoris functum officio eſſe? auſpicantemque immolantemque, & uota nuncupantẽ ſacrificuli uatis modo in acie uidiſſe, cum ipſe corpus ſuum pro eo telis hoſtium obijceret. Ad ea Quinctius: Coram quibus magis, quam apud quos uerba faceret, dicere, Archidamum rationem habuiſſe. Achaeos enim probe ſcire, Aetolorum omnem ferociam in uerbis, non in factis eſſe, & in concilijs magis concionibuſque, quam in acie, apparere. itaque parui Achaeorum exiſtimationem, quibus notos eſſe ſe ſcirent, feciſſe: legatis regis, & per eos abſenti
C regi eum ſe iactaſſe. Quod ſi quis antea ignoraſſet, quae res Antiochum & Aetolos coniunxiſſet, ex legatorum ſermone potuiſſe apparere, mentiendo inuicem, iactandoque uires quas non haberent, inflaſſe uana ſpe, atque inflatos eſſe, dum ij ab ſe Philippum uictum, ſua uirtute protectos Romanos, & quae modo audiebatis, narrant: uos, ceteraſque ciuitates & gentes, ſuam ſectam eſſe ſecuturos: rex contra peditum equitumque nubes iactat, & conſternit maria ſuis claſſibus. Eſt autem res ſimillima cenae Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti conuiuatoris. apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, cum miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa & uaria uenatio: homo non, quam iſti ſunt, glorioſus, renidens, condimentis ait uarietatem illam & ſpeciem ferinae carnis ex manſueto ſue factã. Hoc dici apte in copias regis, quae paullo ante ia-
D ctatae ſint, poſſe. uaria enim genera armorum, & multa nomina gentium inauditarum, Dahas, & Medos, & Cadduſios, & Elymaeos, Syros omnes eſſe: haud paullo mancipiorũ melius, propter ſeruilia ingenia, quam militum, genus. Et utinam ſubijcere oculis ueſtris Achaei poſſem concurſationem regis magni ab Demetriade nunc Lamiam in concilium Aetolorum, nunc Chalcidem. uideretis uix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis. uideretis regem nunc mendicantem prope frumentum ab Aetolis, quod militi admetiatur: nunc mutuas pecunias fenore in ſtipendium quaerentem: nunc ad portas Chalcidis ſtantem: & mox inde excluſum, nihil aliud, quam Aulide, atque Euripo ſpectatis, in Aetoliam redeuntem. Male crediderunt & Antiochus Aetolis, & Aetoli regiae uanitati. quo minus uos decipi debetis, ſed expertae toties ſpectataeq. Romanorum fidei credere. Nam quod optimum eſſe dicant, non interponi uos bello, nihil tam uanum, immo tam alienum rebus ueſtris eſt. quippe ſine gratia, ſine dignitate praemium ui-
E ctoris eritis. Nec abſurde aduerſus utroſque reſpondiſſe uiſus eſt: & facile erat orationem apud fauentes aequis auribus accipi. nulla enim nec diſceptatio, nec dubitatio fuit, quin omnes eoſdem genti Achaeorum hoſtes & amicos quos populus R. cenſuiſſet, iudicarent: bellumque & Antiocho & Aetolis nunciari iuberent. Auxilia etiam quo cenſuit Quinctius, quingentorum militum Chalcidem, quingentorum Piraeeum extemplo miſerunt. Ea enim haud procul ſeditione Athenis res, trahentibus ad Antiochum quibuſdam ſpe largitionum uenalem pretio multitudinem, donec ab ijs, qui Romanae partis erant, Quinctius eſt accitus, & accuſante Leonte quodam Apollodorus auctor defectionis damnatus, atque in exſilium eſt eiectus. Et ab Achaeis quidem cum triſti reſponſo legatio

ad

ad regem redijt. Boeoti nihil certi reſponderunt. cum Antiochus in Boeotiam ue- F
niſſet, tum, quid ſibi faciundum eſſet, ſe deliberaturos eſſe. Antiochus cum ad Chalcidis
praeſidium & Achaeos & Eumenem regem miſiſſe audiſſet, maturandũ ratus, ut & praeue
nirent ſui, & uenientes, ſi poſſent, exciperent, Menippum cum tribus ferme millibus mili-
tum, & cum omni claſſe Polyxenidam mittit. ipſe paucos poſt dies ſex millia ſuorum mili
tũ, & ex ea copia, quae Lamiae repente colligi potuit, nõ ita multos Aetolos ducit. Achaei
quingenti, ab Eumene rege modicum auxilium miſſum, duce Xenoclide Chalcidenſi non
dum obſeſſis itineribus tuto tranſgreſſi Euripum, Chalcidem peruenerunt. Romani mili
tes, quingenti ferme & ipſi, cum iam Menippus caſtra ante Salganea ad Hermeũ, qua trãſ-
itus ex Boeotia in Euboeã inſulam eſt, haberet, uenerũt. Mictio erat cum ijs legatus a Chal
cide ad Quinctium ad id ipſum praeſidium petendum miſſus. qui poſteaquam obſeſſas ab
hoſtibus fauces uidit, omiſſo ad Aulidem itinere, Deliũ cõuertit, ut inde in Euboeã tranſ- G
miſſurus. Templum eſt Apollinis Delium imminens mari. quinque millia paſſuum a Ta-
nagra abeſt. minus quattuor milliũ inde in proxima Euboeae eſt mari tranſiectus. Vbi & in
fano locoq., ea religione, & eo iure ſancto, quo ſunt templa, quae Aſyla Graeci appellãt: &
nondum aut indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios, aut ſanguinem uſquam fa
ctum audiſſent, cum per magnum otium milites, alij ad ſpectaculum templi luciq. uerſi, alij
in litore inermes uagarentur: magna pars per agros lignatum pabulatumq. dilapſa eſſet: re
pẽte Menippus palatos paſſim aggreſſus eos cecidit, ad quinquaginta uiuos cepit. perpau-
ci effugerunt, in quibus Mictio parua oneraria naue exceptus. Ea res Quinctio Romaniſq.
ſicut iactura militum moleſta, ita ad ius inferendi Antiocho belli adiecisse aliquantũ uide
batur. Antiochus admoto ad Aulidem exercitu, cũ rurſus oratores partim ex ſuis, partim
Aetolos Chalcidem miſiſſet: qui eadem illa, quae nuper, cum minis grauioribus agerẽt, H
nequidquam contra Mictione & Xenoclide tendentibus, facile tenuit, ut portae ſibi aperi
rentur. Qui Romanae partis erant, ſub aduentum regis urbe exceſſerunt. Achaeorum &
Eumenis milites Salganea tenebãt. Et in Euripo caſtellũ Romani milites pauci cuſtodiae
cauſſa loci communiebant. Salganea Menippus, rex ipſe caſtellum Euripi oppugnare eſt
adortus. Priores Achaei & Eumenis milites pacti, ut ſine fraude liceret abire, praeſidio ex
ceſſerunt. pertinacius Romani Euripum tuebantur. Hi quoque tamẽ cũ terra mariq. obſi-
derentur, & iam machinas tormentaq. comportari uiderent, non tulere obſidionem. Cum
id quod caput erat Euboeae, teneret rex, ne ceterae quidem eius inſulae urbes imperiũ ab
nuerunt. magnoq. principio ſibi orſus bellum uidebatur, quod tanta inſula & tot oppor-
tunae urbes in ſuam ditionem ueniſſent.

EPITOME. LIBRI. XXXVI I

*Acilius Glabrio conſul Antiochum apud
Thermopylas, Philippo rege adiuuante,
M'. uictum Graecia expulit: idemque Aetolos
ſubegit. P. Cornelius Scipio Naſica con-
ſul aedem matris deum, quam ipſe in pala-
tium intulerat, uir optimus a ſenatu iudicatus, dedi-
cauit: idemque Boios Gallos uictos in deditionem ac-
cepit, & de ijs triumphauit. Praeterea naualia cer
tamina proſpera aduerſus praefectos Antiochi regis
referuntur.*

LIBER. XXXVI

An. 559 P. Cornelium Cn. F. Scipionem & M'. Acilium Glabrionem conſu- K
les inito magiſtratu, patres priuſquam de prouincijs agerent, res
diuinas facere maioribus hoſtijs iuſſerunt in omnibus fanis, in qui
bus lectiſternium maiore parte anni fieri ſolet: precariq. quod ſe-
natus de nouo bello in animo haberet, ut ea res ſenatui populoq.
R. bene atque feliciter eueniret. Ea omnia ſacrificia laeta fuerunt,
primiſq. hoſtijs perlitatũ eſt, & ita haruſpices reſponderunt, eo bel-
lo terminos populi R. prorogari, uictoriam ac triumphum oſten-
di. Haec cum renunciata eſsent, ſolutis religione animis, patres rogationem ad populũ
ferri iuſſerunt: uellent iuberentne cum Antiocho rege, quiq. ſectam eius ſecuti eſſent, bel

lum

A lum iniri. ſi ea rogatio perlata eſſet: tum, ſi ita uideretur conſulibus, rem integrã ad ſena-
tum referrent. P. Cornelius eam rogationem pertulit. tum ſenatus decreuit, ut conſules
Italiam & Graeciam prouincias ſortirentur. cui Graecia eueniſſet, ut praeter eum nume-
rum militum, quem L. Quinctius in eam prouinciam ex auctoritate ſenatus ſcripſiſſet,
imperaſſetue, eum exercitum acciperet, quem M. Baebius praetor anno priore ex ſena-
tuſconſulto in Macedoniam tranſieciſſet. & extra Italiam permiſſum, ut ſi res poſtulaſſet,
auxilia ab ſociis ne ſupra quinque millium numerum acciperet. L. Quinctium ſuperioris
anni conſulem legari ad id bellum placuit. Alter conſul, cui Italia prouincia eueniſſet, cum
Boiis iuſſus bellum gerere, utro exercitu mallet ex duobus, quos ſuperiores conſules
habuiſſent: alterum ut mitteret Romam, eaeq. urbanae legiones eſſent paratae, quo ſena-
tus cenſuiſſet. His ita in ſenatu ad id, quae cuius prouincia foret, decretis, tum demum ſor
B tiri conſules placuit. Acilio Graecia, Cornelio Italia euenit. Certa deinde ſorte ſena-
tuſconſultum factum eſt, quod populus R. eo tempore duellum iuſſiſſet cum rege Antio-
cho eſſe, quiq. ſub imperio eius eſſent, ut eius rei cauſſa ſupplicationem imperarent conſu-
les: utique M'. Acilius conſul ludos magnos Ioui uoueret, & dona ad omnia puluinaria.
Id uotum in haec uerba praeeunte P. Licinio pontifice maximo conſul nuncupauit. Si duel
lum, quod cum Antiocho rege ſumi populus iuſſit, id ex ſententia ſenatus populiq. R. cõfe-
ctum erit, tum tibi Iuppiter populus R. ludos magnos dies decem continuos faciet, donaq.
ad omnia puluinaria dabuntur de pecunia, quantam ſenatus decreuerit. quiſquis magiſtra
tus eos ludos quando ubiq. faxit, hi ludi recte facti, donaq. data recte ſunto. Supplicatio
inde ab duobus conſulibus edicta per biduum fuit. Conſulibus ſortitis prouincias, extem
plo & praetores ſortiti ſunt. M. Iunio Bruto iuriſdictio utraq. euenit: A. Cornelio Mãmu-
C lae Bruttii, M. Aemilio Lepido Sicilia, L. Oppio Salinatori Sardinia, C. Liuio Salinatori
claſſis, L. Aemilio Paullo Hiſpania ulterior. His ita exercitus decreti. A. Cornelio noui mi
lites, conſcripti priore anno ex ſenatuſconſulto a L. Quinctio conſule dati ſunt: iuſſuſq.
tueri omnem oram circa Tarentum Brundiſiumq. L. Aemilio Paullo in ulteriorem Hiſpa-
niam praeter eum exercitum quem a M. Fuluio propraetore accepturus eſſet, decretum, ut
nouorum militum tria millia duceret, & trecentos equites, ita ut in iis duae partes ſocium
Latini nominis, tertia ciuium Romanorum eſſet. Idem ſupplementi ad C. Flaminium, cui
imperium prorogabatur, in Hiſpaniam citeriorem eſt miſſum. M. Aemilius Lepidus a L.
Valerio, cui ſucceſſurus eſſet, ſimul prouinciam exercitumq. accipere iuſſus: L. Valerium,
ſi ita uideretur, propraetor in prouincia retinere, & prouinciam ita diuidere, ut una ab
Agroganto ad Pachynum eſſet: altera a Pachyno Tyndarium. eam maritimam oram L.
D Valerius XX nauibus longis cuſtodiret. Eidem praetori mandatum, ut duas decumas
frumenti exigeret: id ad mare comportandum, deuehendumq. in Graeciam curaret. Idem
L. Oppio de alteris decumis exigendis in Sardinia imperatum. ceterum non in Graeciam,
ſed Romam id frumentum portari placere. C. Liuius praetor, cui claſſis euenerat, cũ XXX
nauibus paratis traiicere in Graeciam primo quoque tempore iuſſus, & ab Atilio naues
accipere. ueteres naues, quae in naualibus erant, ut reficeret & armaret, M. Iunio praetori
negotium datum eſt, & in eam claſſem ſocios nauales libertinos legeret. Legati terni in
Africam ad Carthaginienſes, & in Numidiam ad frumentum rogandum, quod in Grae-
ciam portaretur, miſſi: pro quo pretium ſolueret populus R. Adeoq. in apparatum curamq.
eius belli ciuitas intenta fuit, ut P. Cornelius conſul ediceret, qui ſenatores eſſent, qui-
buſq. in ſenatu ſententiam dicere liceret, quiq. minores magiſtratus eſſent, ne quis eorum
E longius ab urbe Roma abiret, quam unde eo die redire poſſet. neue uno tempore quinque
ſenatores ab urbe Roma abeſſent. In comparanda impigre claſſe C. Liuium praetorem cõ-
tentio orta cum colonis maritimis paulliſper tenuit. nam cum cogerentur in claſſem, tribu
nos plebis appellarunt. ab ijs ad ſenatum reiecti ſunt. ſenatus ita, ut ad unum omnes con-
ſentirent, decreuit, uacationem rei naualis his colonis non eſſe. Oſtia, & Fregena, & Ca-
ſtrum nouum, & Pyrgi, & Antium, & Tarracina, & Minturnae, & Sinueſſa fuerunt, quae
cum praetore de uacatione certauerunt. conſul deinde M'. Acilius ex ſenatuſconſulto ad
collegium fetialium retulit, ipſine utique regi Antiocho indiceretur bellum; an ſatis eſſet
ad praeſidium aliquod eius nunciare: & num Aetolis quoque ſeparatim indici iuberent
bellum: & num prius ſocietas eis & amicitia renuncianda eſſet, quam bellum indi-

Oo cendum.

cendum. Fetiales reſponderunt: iam ante ſeſe, cum de Philippo conſulerentur, decreuiſſe: F
nihil referre, ipſi coram, an ad praeſidium nunciaretur. amicitiam renunciatam uideri, cum
legatis toties repetentibus res, nec reddi nec ſatisfieri aequum cenſuiſſent. Aetolos ultro
ſibi bellum indixiſſe, cum Demetriadem, ſociorum urbem, per uim occupaſſent: Chalci-
dem terra mariq. oppugnatum iſſent: regem Antiochum in Europam ad bellum populo
Romano inferendum tranſduxiſſent. Omnibus iam ſatis comparatis, M'. Acilius conſul edi
xit, ut quos L. Quinctius milites conſcripſiſſet, & quos ſocijs nominiq. Latino imperaſſet,
quos ſecum in prouinciã ire oporteret, & tribuni militum legionis primae & tertiae, uti o-
mnes Brundiſium idibus Maijs conuenirent. ipſe A. D. quinctum nonas Maias paludatus
urbe egreſſus eſt. Per eoſdẽ dies & praetores in prouincias profecti ſunt. Sub idem tempus
legati ab duobus regibus, Philippo & Ptolemaeo Aegypti rege, Romam uenerunt, pollicẽ
tes ad bellum auxilia, & pecuniam & frumentum. ab Ptolemaeo etiam mille pondo auri, G
XX millia pondo argenti allata. Nihil eſt acceptum, gratiae regibus actae. & cum uterq. ſe
cum omnibus copijs in Aetoliam uẽturum, belloq. interfuturum polliceretur, Ptolemaeo
id remiſſum. Philippi legatis reſponſum: gratum eum ſenatui populoq. R. facturum, ſi M'.
Acilio conſuli non defuiſſet. Item ab Carthaginienſibus & Maſſaniſſa rege legati uenerũt.
Carthaginienſes tritici modium mille, hordei quingenta millia ad exercitum, dimidium
eius Romam apportaturos polliciti ſunt. id ut ab ſe munus Romani acciperent, petere ſe, &
claſſem ſuorum ſuo ſumptu comparaturos, & ſtipendium quod pluribus penſionibus in
multos annos deberent, praeſens omne daturos. Maſſaniſſae legati quingẽta millia modiũ
tritici, trecenta hordei ad exercitum in Graeciam, Romam trecenta millia modium tritici,
CC quinquaginta hordei, equites quingentos, elephantos XX regem ad M'. Acilium cõſu
lem miſſurum. De frumento utriſque reſponſum: ita uſurum eo populum Romanum, ſi pre H
tium acciperent. De claſſe Carthaginienſibus remiſſum, praeterquam ſi quid nauiũ ex foe
dere deberent. de pecunia ita reſpõſum: nullam ante diem accepturos. Cum haec Romae
agebantur, Chalcide Antiochus, ne ceſſaret per hibernorum tempus, partim ipſe ſollicita
bat ciuitatum animos mittendis legatis, partim ultro ad eum ueniebant, ſicut Epirotae cõ
muni gentis conſenſu, & Elei e Peloponneſo uenerunt. Elei auxiliũ aduerſus Achaeos pe-
tebant, quos poſt bellum non ex ſua ſententia indictum Antiocho, primum ciuitati ſuae ar
ma illaturos credebant. Mille ijs pedites cum duce Cretenſi Euphane ſunt miſſi. Epirota-
rum legatio erat minime in partem ullam liberi aut ſimplicis animi. apud regem gratiam
initam uolebant, cum eo ut cauerent, ne quid offenderent Romanos. petebant enim, ne ſe
temere in cauſſam deduceret, expoſitos aduerſus Italiam pro omni Graecia, & primos im-
petus Romanorum excepturos. ſed ſi ipſe poſſet terreſtribus naualibuſq. copijs praeſidere I
Epiro, cupide eum omnes Epirotas & urbibus & portubus ſuis accepturos. ſi id non poſ-
ſet, deprecari, ne ſe nudos, atq. inermes Romano bello obijceret. Hac legatione id agi appa
rebat, ut, ſiue (quod magis credebãt) abſtinuiſſet Epiro, integra ſibi omnia apud exercitus
Romanos eſſent, conciliata ſatis apud regem gratia, quod accepturi fuiſſent uenientem:
ſiue ueniſſet, ſic quoque ſpes ueniae ab Romanis foret, quod nõ exſpectato longinquo au
xilio, ab ſe, praeſentis uiribus ſuccubuiſſent. Huic tam perplexae legationi, quia nõ ſatis in
promptu erat quid reſponderet, legatos ſe miſſurum ad eos dixit, qui de ijs, quae ad illos
ſeq. communiter pertinerent, loquerentur. In Boeotiam ipſe profectus eſt cauſſas in ſpeciẽ
irae aduerſus Romanos eas, quas ante dixi, habentem, Barchillae necem, & bellum a Quin
ctio Coronae propter Romanorum militũ caedes illatum. re uera per multa iã ſaecula pu-
blice priuatimq. labente egregia quondam diſciplina gentis, & multorum eõ ſtatu, qui diu K
turnus eſſe ſine mutatione rerum nõ poſſet. Obuiam effuſis undique Boeotiae principibus
Thebas uenit. Ibi in concilio gentis, quamquam & ad Delium impetu in praeſidium Roma
num facto, & ad Chalcidem commiſerat nec a paruis nec dubijs principijs bellum: tamen
eandem orationem exorſus, qua in colloquio primo ad Chalcidem, quaq. per legatos in
concilio Achaeorum uſus erat, ut amicitiam ſecum inſtitui, nõ bellum indici Romanis po-
ſtularet, neminem, quid ageretur, fallebat. decretum tamen ſub leui uerborum praetextu
pro rege aduerſus Romanos factum eſt. Hac quoque gente adiuncta Chalcidem regreſ-
ſus, praemiſſis inde litteris, ut Demetriadem conuenirent principes Aetolorum, cum qui-
bus de ſumma rerum deliberaret, nauibus eo ad diem indictam concilio uenit. Et Ami-

nander

A nander accitus ad cōſultandum ex Athamania, & Hannibal Poenus, iamdiu nō adhibitus, interfuit ei conſilio. Conſultatum de Theſſalorum gente eſt, quorum omnibus, qui aderant, uoluntas tentanda uidebatur. in eo modo diuerſae ſentētiae erant, quod alij extēplo agendum, alij ex hieme, quae tunc ferme media erat, differendum in ueris principium, & alij legatos tantummodo mittendos, alij cum omnibus copijs eundum cenſebant, terrendosq. metu, ſi cunctarentur. Cum circa hanc fere conſultationem diſceptatio omnis uerteretur: Hannibal nominatim interrogatus ſententiam, in uniuerſi belli cogitationem regē, atque eos qui aderant, tali oratione auertit. Si ex quo traniecimus in Graeciam, adhibitus eſſem in conſilium, cum de Euboea, de Achaeis, de Boeotia agebatur, eandem ſententiam dixiſſem, quam hodie, cum de Theſſalis agitur, dicam. Ante omnia Philippum & Macedonas in ſocietatem belli quacumque ratione cenſeo deducendos eſſe. nam quod B ad Euboeam Boeotoſq. & Theſſalos attinet, cui dubium eſt, quin, ut quibus nullae ſuae uires ſint, praeſentibus adulando ſemper, quem metum in conſilio habeant, eodem ad impetrandam ueniam utantur? ſimul ac Romanum exercitum in Graecia uiderint, ad conſuetum imperium ſe auertant? nec ijs noxae futurum ſit, quod cum Romani procul abeſſent, uim tuam praeſentis, exercituſq. tui experiri noluerint? Quanto igitur prius potiuſq. eſt Philippum nobis coniungere, quam hos, cui, ſi ſemel in cauſſam deſcenderit, nihil integri futurum ſit: quiq. eas uires afferat, quae non acceſsio tantum ad Romanum eſſe bellū, ſed per ſe ipſae nuper ſuſtinere potuerint Romanos. Hoc ego adiuncto, (abſit uerbo inuidia) qui dubitare de euentu poſsim? cum, quibus aduerſus Philippum ualuerint Romani, ijs, nunc, fore uideam, ut ipſi oppugnentur. Aetoli qui Philippum (quod inter omnes conſtat) uicerunt, cum Philippo aduerſus Romanos pugnabunt. Aminander, atque Athama-C num gens, quorum ſecundum Aetolos plurima fuit opera in eo bello, nobiſcum ſtabunt. Philippus tum te quieto totam molem ſuſtinebat belli: nunc duo maximi reges, Aſiae Europaeq. uiribus aduerſus unum populum (ut meam utramque fortunam taceam) patrū certe aetate ne uni quidem Epirotarum regi parem, quidquid tandem erit uobiſcum comparatis, geretis bellum. Quae igitur res mihi fiduciam praebet coniungi nobis Philippū poſſe? una, communis utilitas, quae ſocietatis maximū uinculum eſt; altera, auctores uos Aetoli. ueſter enim legatus hic Thoas inter cetera, quae ad exciendum in Graeciā Antiochū dicere eſt ſolitus, ante omnia hoc ſemper affirmauit, fremere Philippum, & aegre pati ſub ſpecie pacis leges ſeruitutis ſibi impoſitas. ille quidem ferae beſtiae uinctae aut clauſae, & refringere clauſtra cupiēti, regis iram uerbis aequabat: cuius ſi talis animus eſt, ſoluamus nos eius uincula, & clauſtra refringamus, ut erūpere diu coercita ira in hoſtes cōmunes poſ-D ſit. Quod ſi nihil eum legatio noſtra mouerit: at nos, quoniam nobis eum adiungere non poſſumus, ne hoſtibus noſtris ille adiungi poſſit, caueamus. Seleucus filius tuus Lyſimachiae eſt: qui ſi eo exercitu quē ſecū habet, per Thraciā proxima Macedoniae coeperit depopulari, facile ab auxilio ferēdo Romanis Philippum ad ſua potiſsimū tuēda auertet. De Philippo meam ſententiam habes. De ratione uniuerſi belli quid ſentirem, iam ab initio nō ignoraſti. quod ſi tum auditus forē, non in Euboea Chalcidē captā, & caſtellum Euripi expugnatum Romani, ſed Etruriam Ligurumq. & Galliae Ciſalpinae orā bello ardere, &, qui maximus ijs terror eſt, Hannibalem in Italia eſſe audirent. Nunc quoque accerſas cenſeo omnes nauales terreſtreſque copias, ſequantur claſſem onerariae cum commeatibus. nam hic ſicut ad belli munera pauci ſumus, ſic nimis multi pro inopia commeatuum. Cum omnes tuas contraxeris uires, diuiſa claſſe partem Corcyrae in ſtatione habebis, ne tranſi-E tus Romanis liber ac tutus pateat: partem ad litus Italiae, quod Sardiniam Africamq. ſpectat, trāſijcies: ipſe cū omnibus terreſtribus copijs in Byllinū agrū procedes: inde Graeciae praeſidebis, & ſpeciē Romanis trāiecturum te praebens, &, ſi res popoſcerit, traiecturus. Haec ſuadeo, qui ut non omnis peritiſsimus ſim belli, cū Romanis certe bellare bonis maliſq. meis didici. In quae conſiliū dedi, in eadē nec infidelem, nec ſegnē operam polliceor. Dij approbent eā ſententiā, quae tibi optima uiſa fuerit. Haec ferme Hānibalis oratio fuit, quā laudarunt magis in praeſentia qui aderant, quā rebus ipſis exſecuti ſunt. nihil enim eorum eſt factum, niſi quod ad claſsem copiaſq. accerſendas ex Aſia Polyxenidā miſit. Legati ad Lariſſam ad conciliū Theſſalorū ſunt miſsi, & Aetolis Aminādroq dies ad conueniēdum exercitui Pheras eſt indictus: eodem & rex cum ſuis copijs confeſtim uenit. Ibi dum

Oo 2 opperiretur

operiretur Aminandrum, atque Aetolos, Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legenda oſſa Macedonum circa Cynoſcephalas, ubi debellatum erat cum Philippo, miſit: ſiue ab ipſo quaerente ſibi commendationem ad Macedonū gentem, & inuidiam regi, quod inſepultos milites reliquiſſet, monitus, ſiue ab inſita regibus uanitate, ad conſilium ſpeciem amplum, re inane, animo adiecto. Tumulus eſt in unum oſſibus, quae paſſim ſtrata erant, coaceruatis factus, qui nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad Philippum mouit. Itaque qui ad id tempus fortunam eſſet in conſilio habiturus, is extemplo ad M. Baebium propraetorē miſit, Antiochum in Theſſaliam impetum feciſſe: ſi uideretur ei, moueret ex hibernis: ſe obuiam proceſſurum, ut, quid agendum eſſet, conſultarent. Antiocho ad Pheras iā caſtra habenti, ubi coniunxerant ei ſe Aetoli & Aminander, legati ab Lariſſa uenerunt, quaerentes quod ob factum dictumue Theſſalorum bello laceſſeret eos: ſimul orantes, ut remoto exercitu, per legatos, ſi quid ei uideretur, ſecū diſceptaret. eodem tempore quingentos armatos duce Hippolocho Pheras in praeſidium miſerunt. hi excluſi aditu, iam omnia itinera obſidentibus regijs, Scotuſam ſe receperunt. Legatis Lariſſaeorum rex clementer reſpondit, non belli faciendi, ſed tuēdae & ſtabiliendae libertatis Theſſalorum cauſſa ſe Theſſaliam intraſſe. Similis his, qui cum Pheraeis ageret, miſſus: cui nullo dato reſponſo, Pheraei ipſi ſuum legatum ad regem, principem ciuitatis Pauſaniam miſerunt. Qui cum haud diſſimilia his, ut in cauſſa pari, quae pro Chalcidenſibus in colloquio ad Euripi fretum dicta erant, quaedam etiam ferocius egiſſet: rex etiam atque etiam deliberare eos iuſſos, ne id conſilij caperent, cuius, dum in futurum nimis cauti & prouidi eſſent, extemplo paeniteret, dimiſit. Haec renunciata Pheras legatio cū eſſet, ne paullum quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos quidquid ſors belli tuliſſet, paterentur. Itaque & hi ſumma ope parabant ſe ad urbem defendendam, & rex ab omni parte ſimul oppugnare moenia eſt aggreſſus: & ut qui ſatis intelligeret, (neque enim dubium erat) in euentu eius urbis poſitum eſſe, quam primam aggreſſus eſſet, aut ſperni deinde ab uniuerſa gente Theſſalorum, aut timeri ſe, omnem undique terrorem obſeſſis iniecit. Primum impetum oppugnationis ſatis conſtanter ſuſtinuerunt: deinde cum multi propugnantes caderent, aut uulnerarentur, labare animi coepere. reuocati deinde caſtigationibus principum ad perſeuerandum in propoſito, relicto exteriore circulo muri, deficientibus iam copijs, in interiorem partem urbis conceſſerunt, cui breuior orbis munitionis circumiectus erat. poſtremo uicti malis, cum timerent, ne ui captis nulla apud uictorē uenia eſſet, dediderunt ſeſe. Nihil inde moratus rex, IV millia armatorum, dum recens terror eſſet, Scotuſam miſit. Nec ibi mora deditionis eſt facta, cernentibus Pheraeorū recens exemplum, qui quod pertinaciter primo abnuerant, malo domiti tandem feciſſent. cum ipſa urbe Hippolochus Lariſſaeorumq. deditum eſt praeſidium. Dimiſſi ab rege inuiolati omnes, quod eam rem magni momenti futuram rex ad conciliandos Lariſsaeorum animos credebat. Intra decimum diem, quam Pheras uenerat, his perfectis, Cranonem profectus cum toto exercitu primo aduentu cepit. inde Cypaeram, & Metropolin, & ijs circumiecta caſtella recepit: omniaq. iam regionis eius, praeter Atracem & Gyrtonem, in poteſtate erant. Tum aggredi Lariſsam conſtituit, ratus uel terrore ceterarum expugnatarum, uel beneficio praeſidij dimiſſi, uel exemplo tot ciuitatum dedentium ſeſe, non ultra in pertinacia manſuros. Elephātis agi ante ſigna terroris cauſſa iuſsis, quadrato agmine ad urbem inceſsit, ut incerti fluctuarentur animi magnae partis Lariſſaeorum inter metū praeſentem hoſtium, & uerecundiam abſentium ſociorum. Per eoſdem dies Aminander cum Athamanum iuuentute occupat Pellinaeum, & Menippus cum tribus millibus peditum Aetolorum, & ducētis equitibus in Perraebiam profectus, Malloeam & Cyretias ui cepit: depopulatuſq. eſt agrum Tripolitanum. His raptim peractis, Lariſſam ad regem redeunt: conſultanti, quidnam agendum eſſet de Lariſſa, ſuperuenerunt. Ibi in diuerſum ſententiae tendebant: alijs uim adhibendam, & non differendum cenſentibus, quin operibus ac machinis ſimul undique moenia aggrederētur urbis ſitae in plano, a parte campeſtri undique facilis aditu: alijs nunc uires urbis nequaquam Pheris conferendae memorantibus, nunc hiemem & tempus anni nulli bellicae rei, minime obſidioni, atque oppugnationi urbium aptum. Incerto regi inter ſpem metumque legati a Pharſalo, qui ad dedendam urbem ſuam forte uenerant, animos auxerunt. M. Baebius interim cum Philippo in Daſſareti, s

A tlis congreſſus Ap. Claudium ex communi conſilio ad praeſidium Lariſſae miſit: qui per
Macedoniam magnis itineribus in iugum montium, quod ſuper Gonnos eſt, peruenit.
Opidum Gonni XX millia ab Lariſſa abeſt: in ipſis faucibus ſaltus, quae Tempe appellan-
tur, ſitum. Ibi caſtra metatus latius, quam pro copijs, & plures, quam quot ſatis in uſum
erant, ignes cum accendiſſet: ſpeciem, quam quaeſierat, hoſti fecit: omnem ibi Romanum
exercitum cum rege Philippo eſſe. Itaque hiemem inſtare apud ſuos cauſſatus rex, unum
tantum moratus diem, ab Lariſſa receſſit, & Demetriadem rediјt. Aetoliq. & Athamanes
in ſuos receperunt ſe fines. Appius etſi cuius rei cauſſa miſſus erat, ſolutã cernebat obſidio
nem: tamẽ Lariſſam ad confirmandos in reliquum ſociorum animos deſcendit: duplexq.
laetitia erat, quod & hoſtes exceſſerant finibus, & intra moenia praeſidiũ Romanũ cerne
bant. Rex Chalcidem a Demetriade profectus, amore captus uirginis Chalcidenſis Cleo-
B ptolemi filiae: cum patrem, primo adlegando, deinde coram ipſe rogando fatigaſſet, inui-
tum ſe grauioris fortunae condicioni illigantem: tandem impetrata re, tamquam in media
pace nuptias celebrat, & reliquum hiemis, oblitus quantas ſimul duas res ſuſcepiſſet, bel-
lum Romanum, & Graeciam liberandam, omiſſa omnium rerũ cura, in conuiuijs, & uinũ
ſequẽtibus uoluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis, quam ſatietate earum, in ſomno
trãſduxit. Eadẽ omnes praefectos regios, qui ubique ad Boeotiã maxime praepoſiti hiber
nis erant, cepit luxuria. in eandem & milites effuſi ſunt, nec quiſquam eorum aut arma in-
duit, aut ſtationem aut uigilias ſeruauit, aut quidquam, quod militaris operis aut muneris
eſſet, fecit. Itaque principio ueris cum per Phocidem in Acarnaniam, quo conuenire o-
mnẽ undique exercitum iuſſerat, ueniſſet: facile animaduertit nihilo ſeueriore diſciplina
milites, quam ducẽ hibernaſſe. Alexandrũ inde Acarnanẽ, & Menippũ Macedonũ Stratum
C Aetoliae copias ducere iuſſit: ipſe Delphis ſacrificio Apollini facto, Naupactum proceſſit.
concilio principum Aetoliae habito, uia quae praeter Calydonem & Lyſimachiã fert Stra
tum, ſuis, qui per Maliacum ſinum ueniebant, occurrit. Ibi Mneſilochus princeps Acarna-
num multis emptus donis, non ipſe ſolũ gentem regi conciliabat, ſed Clytum etiam prae-
torem, penes quem tum ſumma poteſtas erat, in ſuam ſententiam adduxerat. Is cum Leuca
dios, quod Acarnaniae caput eſt, non facile ad defectionẽ poſſe cerneret impelli, propter
metum Romanae claſſis, quae cum Atilio, quaeue circa Cephalleniam erat, arte eos eſt ag-
greſſus. nam cũ in concilio dixiſſet tuenda mediterranea Acarnaniae eſſe, & omnibus qui
arma ferrent, exeundum ad Medionem & Thyrium, ne ab Antiocho aut Aetolis occupa-
rentur: fuere qui dicerent, nihil attinere omnes tumultuoſe concitari: ſatis eſſe quingento-
rum hominum praeſidium. eam iuuentutem nactus, trecentis Medione, ducentis Thyrij in
D praeſidio poſitis, id agebat, ut pro obſidibus futuri uenirent in poteſtatem regis. Per eoſ-
dem dies legati regis Medionem uenerunt: quibus auditis, cum in concione, quidnam
reſpondendum regi eſſet, conſultaretur: & alij manendum in Romana ſocietate, alij non
aſpernandam amicitiam regis cenſerent: media uiſa eſt Clyti ſententia, eoque accepta
eſt: ut ad regem mitterent legatos, peterentq. ab eo, ut Medionios ſuper tanta re conſul-
tare in concilio Acarnanum pateretur. In eam legationem Mneſilochus, & qui eius fa-
ctionis erant, de induſtria coniecti. clam miſsis qui regem admouere copias iuberent,
ipſi terebant tempus. itaque uixdum ijs egreſsis legatis, Antiochus in finibus, & mox ad
portas erat: & trepidantibus, qui expertes proditionis fuerant, tumultuoſeq. iuuentutem
ad arma uocantibus, ab Clyto & Mneſilocho in urbem eſt inductus: & alijs ſua uoluntate
affluentibus, metu coacti etiam qui diſſentiebant, ad regem conuenerunt. quos placida
E oratione territos cum permulſiſſet, ad ſpem uulgatae clementiae aliquot populi Acar-
naniae defecerunt. Thyrium a Medione profectus eſt, Mneſilocho eodem & legatis prae-
miſsis. Ceterum detecta Medione fraus, cautiores, non timidiores Thyrienſes fecit: da-
to ei haud perplexo reſponſo: nullam ſe nouam ſocietatem, niſi ex auctoritate Romano-
rum imperatorum accepturos: portiſque clauſis, armatos in muris diſpoſuerunt. Et per-
opportune ad confirmandos Acarnanum animos Cn. Octauius miſſus a Quinctio, cum
praeſidium & paucas naues ab A. Poſtumio, qui ab Atilio legato Cephalleniae praepo-
ſitus fuerat, accepiſſet. Leucadem uenit, impleuitque ſpei ſocios, M'. Acilium conſu-
lem iam cum legionibus mare tranſiecíſſe, & in Theſſalia caſtra Romana eſſe. Hunc
rumorem, quia ſimilem ueri tempus anni maturum iam ad nauigandum faciebat:

rex,praeſidio Medione impoſito,& in quibuſdam alijs Acarnaniae opidis,Tyrio abſceſſit, F
& per Aetoliae ac Phocidis urbes Chalcidem rediit. Sub idem tempus M. Baebius & Phi-
lippus rex iam ante per hiemem in Daſſaritis congreſsi, cum Ap. Claudium, ut obſidione
Lariſſam eximeret,in Theſſaliam miſiſſent:quia id tempus rebus gerendis immaturũ erat,
in hiberna regreſsi,principio ueris coniunctis copijs in Theſſaliam deſcenderunt.in Acar-
nania tũ A ntiochus erat.aduenientes, Philippus Malloeam Perraebiae, Baebius Phacium
eſt aggreſſus.quo primo prope impetu capto,Pheſtum eadem celeritate capit. Inde Atra-
cem cum ſe recepiſſet,Cyretias hinc et Fricium occupat,praeſidijſq.per recepta opida diſ-
poſitis, Philippo rurſus obſidenti Malloeam ſe coniungit. ſub aduentum Romani exerci-
tus,ſeu ad metum uitium, ſeu ad ſpem ueniae cum dedidiſſent ſeſe: ad ea recipienda opi-
da,quae Athamanes occupauerant,uno agmine ierunt. Erant autem haec, Aeginium,Eri
cinium,Gomphi,Silana, Tricca,Meliboea,Phaloria. Inde Pellinaeum, ubi Philippus Me- G
galopolitanus cum quingentis peditibus & equitibus XL,in praeſidio erat,& circumſidũt:
& priuſquam oppugnarent, mittunt ad Philippum qui moneret,ne uim ultimam experiri
uellet. Quibus ille ſatis ferociter reſpondit, uel Romanis uel Theſſalis ſe crediturum fuiſ-
ſe; in Philippi ſe poteſtatem commiſſurum non eſſe. Poſteaquam, apparuit ui agendum,
quia uidebatur & Limnaeam eodem tempore oppugnari poſſe, regem ad Limnaeam ire
placuit: Baebius reſtitit ad Pellinaeum oppugnandum. Per eos forte dies M.Acilius con-
ſul cum decem millibus peditum,duobus millibus equitum,XV elephantis mari trãiecto,
pedeſtres copias Lariſſam ducere delectos militum tribunos iuſsit: ipſe cum equitatu Li-
mnaeam ad Philippum uenit. Aduentu conſulis deditio ſine cunctatione eſt facta, tradi-
tumq.praeſidium regium,& cum ijs Athamanes. Ab Limnaea Pellinaeum conſul profici-
ſcitur. Ibi primi Athamanes tradiderunt ſeſe: deinde & Philippus Megalopolitanus:cui H
decedenti de praeſidio cum obuius forte fuiſſet Philippus rex ad ludibrium regem eum cõ
ſalutari iuſsit: ipſe congreſſus fratrem haud ſane decoro maieſtati ſuae ioco appellauit. de
ductus inde ad conſulem cuſtodiri iuſſus: & haud ita multo poſt in uinculis Romã miſſus.
cetera multitudo Athamanum, aut militum Antiochi regis, quae in praeſidijs deditorum
per eos dies opidorum fuerat, Philippo tradita regi eſt.fuere autem ad tria millia hominũ.
conſul Lariſſam eſt profectus,ibi de ſumma belli conſultaturus. in itinere ab Pialia & Me-
tropoli legati tradentes urbes ſuas occurrerunt. Philippus, Athamanum praecipue ca-
ptiuis indulgenter habitis, ut per eos conciliaret gentem: nactus ſpem Athamaniae potiũ
dae,exercitum eo duxit,praemiſsis in ciuitates captiuis. Et illi magnã auctoritatem apud
populares habuerunt, clementiam erga ſe regis munificentiamq.commemorantes: & A-
minander,cuius praeſentis maieſtas aliquos in fide continuiſſet, ueritus ne traderetur Phi I.
lippo iampridem hoſti, & Romanis merito tum propter defectionem infenſis,cum coniu-
ge ac liberis regno exceſsit, Ambraciamq. ſe contulit. ita Athamania omnis in ius ditio-
nemq. Philippi conceſsit. Conſul ad reficienda maxime iumenta, quae & nauigatione &
poſtea itineribus fatigata erãt,paucos Lariſſae moratus dies,uelut reparato modica quie-
te exercitu,Cranonem eſt profectus. Venienti Pharſalus, Scotuſa & Pherae, quaeq.in eis
praeſidia Antiochi erant, deduntur. ex ijs interrogatis, qui manere ſecum uellent, mille
uolentes Philippo tradit,ceteros inermes Demetriadem remittit. Proernam inde rece-
pit,& quae circa eam caſtella erant. Ducere tum porro in ſinum Maliacum coepit. Ap-
propinquante faucibus, ſuper quas ſiti Thaumaci ſunt,deſerta urbe iuuentus omnis arma-
ta ſiluas & itinera inſedit,& in agmen Romanum ex ſuperioribus locis incurſauit. conſul
primo mittere,qui ex propinquo colloquentes deterrerent eos a tali furore. poſteaquam K
perſeuerare in incepto uidit, tribuno cum duorum ſignorum militibus circummiſſo,inter
cluſit ad urbem iter armatis, uacuamq. eam cepit. tum clamore ab tergo captae urbis au-
dito, refugientium undique ex ſiluis inſidiatorum caedes facta eſt. A Thaumacis altero
die conſul ad Sperchium amnem peruenit, inde Hypataeorum agros uaſtauit. Cum haec
agebantur, Chalcide erat Antiochus: qui iam tum cernens nihil ſe ex Graecia praeter a-
moena Chalcide hiberna & infames nuptias petiſſe, Aetolorum uana promiſſa incuſare
& Thoantem: Hannibalem uero non ut prudentem tantum uirum, ſed prope uatem o-
mnium,quae tum euenirent,admirari.ne tamen temere coepta ſegnitia inſuper euerteret,
nuncios in Aetoliam mittit,ut omni contracta iuuentute conuenirent.Iam & ipſe eo decẽ
millia

A millia peditum ex iis, qui poſtea uenerant ex Aſia, expleta, & equites quingentos duxit. Quo cum aliquanto pauciores quam umquam antea cōueniſſent: & principes tantummodo cum paucis clientibus eſſent; atque ij dicerent, omnia ſedulo ab ſe facta, ut quamplurimos ex ciuitatibus ſuis euocarent, nec auctoritate nec gratia nec imperio aduerſus detrectantes militiam ualuiſſe, deſtitutus undique & ab ſuis, qui morabantur in Aſia, & ab ſocijs, qui ea, in quorum ſpem uocauerant, non praeſtabant, intra ſaltum Thermopylarum ſeſe recepit. Id iugum, ſicut Apennini dorſo Italia diuiditur, ita mediam Graeciam dirimit. ante ſaltum Thermopylarum ſeptemtrionem uerſus Epirus & Perraebia & Magneſia & Theſſalia eſt, & Phthiotae Achaei, & ſinus Maliacus intra fauces ad meridiem uergunt Aetoliae pars maior, & Acarnania, & cum Locride Phocis, & Boeotia, adiunctaque inſula Euboea, & excurrente in altum uelut promontorio Attica terra ſita ab tergo, & Pe-

B loponneſus. Hoc iugum ab Leucate & mari ad occidentem uerſo per Aetoliam ad alterum mare orienti obiectum tendens, ea aſpreta rupeſque interiectas habet, ut non modo exercitus, ſed ne expediti quidem facile ullos ad tranſitum calles inueniant. extremos ad orientem montes Oetam uocant, quorum quod altiſſimum eſt, Callidromon appellatur: in cuius ualle ad Maliacum ſinum uergente iter eſt non latius, quam ſexaginta paſſus. haec una militaris uia eſt, qua tranſduci exercitus, ſi non prohibeantur, poſſint. ideo Pylae, & ab alijs, quia calidae aquae in ipſis faucibus ſunt, Thermopylae locus appellatur, nobilis Lacedaemoniorum aduerſus Perſas morte magis memorabili, quam pugna. Haudquaquam pari tum animo Antiochus intra portas loci eius caſtris poſitis, munitionibus inſuper ſaltum impediebat, & cum duplici uallo foſſaq., & muro etiam, qua res poſtulabat, ex multa copia paſſim iacentium lapidum permuniſſet omnia: ſatis fidens, numquam ea uim

C Romanum exercitum facturum, Aetolos ex IV millibus (tot enim conuenerant) partim ad Heracleam praeſidio obtinendam, quae ante ipſas fauces poſita eſt, partim Hypatam mittit: & Heracleam haud dubius conſulem oppugnaturum, & iam multis nunciantibus, circa Hypatam omnia euaſtari. Conſul depopulatus Hypatenſem primo, deinde Heracleenſem agrum inutili utrobique auxilio Aetolorum, in ipſis faucibus prope fontes calidarum aquarum aduerſus regem caſtra poſuit. Aetolorum utraeq. manus Heracleam ſeſe incluſerunt. Antiochum, cui, priuſquam hoſtem cerneret, ſatis omnia permunita & praeſidijs obſaepta uidebantur, timor deinde inceſſit, ne quos per imminentia iuga calles inueniret ad tranſitum Romanus. nam & Lacedaemonios quondam ita a Perſis circumitos fama erat, & nuper Philippum ab iiſdem Romanis. itaque nuncium Heracleā ad Aetolos mittit, ut hanc ſaltem ſibi operam eo bello praeſtarent, ut uertices circa mon-

D tium occuparent obſiderentque, ne qua tranſire Romanus poſſet. Hoc nuncio audito, diſſenſio inter Aetolos orta eſt. pars imperio parendum regis, atque eundum cenſebant: pars ſubſiſtendum Heracleae ad utramque fortunam: ut, ſiue uictus a conſule rex eſſet, in expedito haberent integras copias ad opem propinquis ferendam ciuitatibus ſuis; ſiue uinceret, ut diſſipatos in fugam Romanos perſequerentur. Vtraque pars non manſit modo in ſententia ſua, ſed etiam exſecuta eſt conſilium. duo millia Heracleae ſubſtiterunt, duo trifariam diuiſa, Callidromum, & Rhoduntiam, & Tichiunta (haec nomina cacuminibus ſunt) occupauere. Conſul poſteaquam inſeſſa ſuperiora loca ab Aetolis uidit, M. Porcium Catonem & L. Valerium Flaccum conſulares legatos cum binis millibus delectorum peditum ad caſtella Aetolorum, Flaccum in Rhoduntiam, & Tichiunta, Catonem in Callidromum mittit. ipſe priuſquam ad hoſtem copias admoueret, uocatos in concio-

E nem milites paucis eſt allocutus. Pleroſque omnium ordinum, milites, inter uos eſſe uideo, qui in hac eadē prouincia T. Quinctij ductu auſpicioq. militaueritis. Macedonico bello inexſuperabilis magis ſaltus ad amnem Aoum fuit, quam hic. quippe portae ſunt hae: & unus inter duo maria clauſis omnibus uelut naturalis tranſitus eſt. munitiones & locis opportunioribus tunc fuerunt, & ualidiores impoſitae. exercitus hoſtium ille & numero maior, & militum genere aliquanto melior: quippe illic Macedones Thraceſq. & Illyrij, erant, ferociſſimae omnes gentes: hic Syri & Aſiatici Graeci ſunt, leuiſſima genera hominum, & ſeruituti nata: rex ille bellicoſiſſimus, exercitatus iam inde ab iuuenta finitimis Thracum, atque Illyriorum & circa omnium accolarum bellis. hic, ut aliam omnem uitam omittam, is eſt, qui cum ad inferendum populo Romano bellum ex Aſia in Euro-

pam tranſiſſet, nihil memorabilius toto tempore hibernorum geſſerit, quam quod amoris cauſſa ex domo priuata, & obſcuri etiam inter populares generis uxorem duxit: & nouus maritus, uelut ſaginatus nuptialibus cenis, ad pugnam proceſſit. Summa uirium ſpeiq. eius in Aetolis fuit, gente uaniſſima & ingratiſſima, ut uos prius experti eſtis, nunc Antiochus experitur. nam nec conuenerunt frequentes, nec contineri in caſtris potuerunt, & in ſeditione ipſi inter ſe ſunt: & cum Hypatá tuendam Heracleamq. depopoſciſſent, neutram tutati, pars refugerunt in iuga montium: pars Heracleae incluſerunt ſeſe. Rex ipſe cõfeſſus nuſquam aequo campo non modo congredi ſe ad pugnam audere, ſed ne caſtra quidem in aperto ponere, relicta omni ante ſe regione ea, quá ſe nobis ac Philippo ademiſſe gloriabatur, condidit ſe intra rupes: ne ante fauces quidem ſaltus, ut quondá Lacedaemonios fama eſt: ſed intra penitus retractis caſtris. quod quantum intereſt, ad timorem oſtendendum, an muris alicuius urbis obſidendum ſeſe incluſerit? Sed neque Antiochum tuebuntur anguſtiae: nec Aetolos uertices illi quos ceperunt. ſatis undiq. prouiſum atque praecautum eſt, ne quid aduerſus uos in pugna praeter hoſtes eſſet. Illud proponere animo ueſtro debetis: non uos pro Graeciae libertate tantũ dimicare, (quamquam is quoque egregius titulus eſſet, liberatam a Philippo ante, nunc ab Aetolis & ab Antiocho liberare) neque ea tantum in praemium ueſtrum ceſſura, quae nunc in regijs caſtris ſunt: ſed illum quoque omnem apparatum, qui in dies ab Epheſo exſpectatur, praedae futurum: Aſiá deinde Syriamq., & omnia uſque ad ortus ſolis ditiſſima regna imperio Romano aperturos. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare rubrum oceano fines terminemus, qui orbẽ terrarum amplexu finit? & omne humanum genus ſecundum deos nomen Romanum ueneretur? In haec tanta praemia dignos parate animos, ut craſtino die bene iuuantibus dijs acie decernamus. Ab hac concione dimiſſi milites, priuſquam corpora curarent, arma telaque parant. Luce prima ſigno pugnae propoſito, inſtruit aciem conſul arta fronte, ad naturam & anguſtias loci. Rex poſteaquam ſigna hoſtium conſpexit, & ipſa copias eduxit. Leuis armaturae partem ante uallum in primo locauit: tum Macedonum robur, quos ſariſſophoros appellabant, uelut firmamentum circa ipſas munitiones conſtituit. his ab ſiniſtro cornu iaculatorum ſagittariorumque, & funditorum manum ſub ipſis radicibus montis poſuit, ut ex altiore loco nuda latera hoſtium inceſſerent, ab dextro Macedonibus ad ipſum munimentorum finem, qua loca uſque ad mare inuia paluſtri limo & uoraginibus claudunt, elephantos cum aſſueto praeſidio poſuit: poſt eos equites: tũ modico interuallo relicto, ceteras copias in ſecunda acie. Macedones pro uallo locati primo facile ſuſtinebant Romanos tentantes ab omni parte aditus, multum adiuuãtibus, qui ex loco ſuperiore fundis, uelut nimbum, glandes & ſagittas ſimul ac iacula ingerebant. deinde ut maior nec iam toleranda uis hoſtium inferebat ſe, pulſi loco intra munimenta ſubductis ordinibus conceſſerunt. inde ex uallo prope alterum uallum haſtis praeſe obiectis fecerunt. & ita modica altitudo ualli erat, ut & locum ſuperiorem ad pugnandũ ſuis praeberet, & propter longitudinem haſtarum ſubiectum haberet hoſtem. Multi temere ſubeuntes uallum transfixi ſunt: & aut incepto irrito receſsiſſent, aut plures cecidiſſent, ni M. Porcius ab iugo Callidromi, deiectis inde Aetolis, & magna ex parte caeſis, (incautos enim & pleroſque ſopitos oppreſſerat) ſuper imminentem caſtris collem apparuiſſet. Flacco non eadẽ fortuna ad Tichiunta & Rhoduntiam, nequidquam ſubire ad ea caſtella conato, fuerat. Macedones, quique alij in caſtris regijs erant, primo, dum procul nihil aliud, quam turba & agmen apparebat, Aetolos credere uiſa procul pugna ſubſidio uenire, ceterum ut primũ ſignaq. & arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus repente pauor omnes cepit, ut abiectis armis fugerent. Et munimenta ſequentes impedierunt, & anguſtiae uallis, per quam ſequendi erant: & maxime omnium quod elephanti nouiſsimi agminis erãt, quos pedes aegre praeterire, eques nullo poterat modo, timentibus equis, tumultumque inter ſe maiorem, quam in proelio, edentibus. aliquantum temporis & direptio caſtrorum tenuit. Scarphiam tamen eo die perſecuti ſunt hoſtem. Multis in ipſo itinere caeſis captiſque, non equis uiriſque tantum, ſed etiam elephantis, quos capere non potuerant, interfectis, in caſtra reuerterunt: quae tentata eo die inter ipſum pugnae tempus ab Aetolis Heracleam obtinẽtibus praeſidio, ſine ullo haud parũ audacis incepti effectu fuerãt. conſul noctis inſequentis tertia uigilia praemiſſa equitatu ad perſequendum hoſtẽ, ſigna

A legionum prima luce mouit. Aliquantum uiae praeceperat rex, ut qui non ante, quam Ela-
tiae, ab effuſo conſtiterit curſu. ubi primum reliquijs pugnaeq. & fugae collectis, cum per-
exigua manu ſemermium militum Chalcidem ſe recepit. Romanus equitatus ipſum qui-
dem regem Elatiae aſſecutus non eſt, ſed magnam partem agminis aut laſſitudine ſubſi-
ſtentis, aut errore, ut qui ſine ducibus per ignota itinera fugerent, diſſipatos oppreſſe-
runt. nec praeter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quiſquam effugit:
etiam ex decem millibus militum, quos Polybio auctore tranſieciſſe ſecũ regem in Grae-
ciam ſcripſimus, exiguus numerus (quid ſi Antiati Valerio credamus, LX millia militum
fuiſſe in regio exercitu ſcribenti? XL inde millia cecidiſſe? ſupra V millia capta cum ſi-
gnis militaribus CCXXX) Romanorum CL interfecti ſunt. conſule per Phocidẽ & Boeo
tiam exercitum ducente, conſciae defectionis ciuitates cum uelamentis ante portas ſta-
B bant, metu ne hoſtiliter diriperentur, ceterum per omnes dies haud ſecus, quam in paca-
to agro, ſine uiolatione ullius rei agmen proceſſit: donec in agrum Coronenſem uentum
eſt. ibi ſtatua regis Antiochi poſita in templo Mineruae Itoneae iram accendit: permiſſum
que militi eſt, ut circumiectum templo agrum popularetur. deinde cogitatio animum ſub-
ijt cum communi decreto Boeotiorum poſita eſſet ſtatua, indignum eſſe in unum Coro-
nenſem agrum ſaeuire. reuocato extemplo milite, finis populandi factus: caſtigati tantum
uerbis Boeoti ob ingratum in tantis tamq. recentibus beneficijs animum erga Romanos.
inter ipſum pugnae tempus X naues regiae cum praefecto Iſidoro ad Throniũ in ſinu Ma-
liaco ſtabant. eo grauis uulneribus Alexander Acarnan nuncius aduerſae pugnae cum per
fugiſſet, trepidae inde recẽti terrore naues Cenaeum Euboeae petierũt. ibi mortuus ſepul
tuſq. Alexander. Tres, quae ex Aſia profectae eundem portum tenuerãt, naues, audita exer
C citus clade, Epheſum redierunt. Iſidorus ab Cenaeo Demetriadem, ſi forte eo deferret fu-
ga regem, tranſiecit. Per eoſdem dies A. Atilius praefectus Romanae claſſis, magnos regios
commeatus iam fretum quod ad Andrum inſulam eſt, praeteruectos excepit. alias merſit,
alias cepit naues. quae nouiſsimi agminis erant, curſum in Aſiam uerterunt. Atilius Pirae
eum, unde profectus erat, cum agmine captiuarum nauium reuectus, magnam uim fru-
menti & Athenienſibus & alijs eiuſdem regionis ſocijs diuiſit. Antiochus ſub aduentum
conſulis a Chalcide profectus, Tenum primo tenuit, inde Epheſum tranſmiſit. Conſuli
Chalcidem uenienti portae patuerunt, cum appropinquante eo Ariſtoteles praefectus re-
gis urbe exceſsiſſet. & ceterae urbes in Euboea ſine certamine traditae. paucoſq. per dies
omnibus perpacatis, ſine ullius noxa urbis exercitus Thermopylas reductus, multo mode
ſtia poſt uictoriam, quam ipſa uictoria laudabilior. Inde conſul M. Catonem, per quẽ quae
D geſta eſſent, ſenatus populuſque Romanus haud dubio auctore ſciret, Romam miſit. Is a
Creuſa (Theſpienſium emporiũ eſt, in intimo ſinu Corinthiaco retractum) Patras Achaiae
petit: a Patris Corcyram uſque Aetoliae, atque Acarnaniae litora legit. atque ita ad Hy-
druntum Italiae trãiecit, quincto die inde pedeſtri itinere Romam ingenti curſu peruenit.
ante lucem ingreſſus urbem, a porta ad praetorem M. Iunium iter intendit. Is prima luce ſe
natum uocauit. quo L. Cornelius Scipio aliquot diebus ante a conſule dimiſſus, cum ad-
ueniens audiſſet praegreſsum Catonem in ſenatu eſse, ſuperuenit exponẽti quae geſta eſ
ſent. Duo inde legati iuſſu ſenatus in concionem ſunt producti: atq. ibi eadem quae in ſe-
natu de rebus in Aetolia geſtis expoſuerunt. Supplicatio in triduum decreta eſt: & ut XL
hoſtijs maioribus praetor, quibus dijs ei uideretur, ſacrificaret. Per eoſdem dies & M. Ful-
uius nobilior, qui biennio ante praetor in ulteriorem Hiſpaniam erat profectus, ouans ur-
E bem eſt ingreſsus. Argenti bigati prae ſe tulit CXXX millia: & extra numeratum XII mil-
lia pondo argenti: auri pondo CXXVII. Acilius conſul ab Thermopylis Heracleam ad
Aetolos praemiſit: ut tunc ſaltem experti regiam uanitatem, reſipiſcerent: traditaq. He-
raclea, cogitarent de petẽda ab ſenatu ſeu furoris ſui, ſeu erroris uenia: & ceteras Graeciae
ciuitates defeciſse eo bello ab optime de ſe meritis Romanis: ſed quia poſt fugam regis,
cuius fiducia ab officio deceſsiſſent, non addidiſſent pertinaciam culpae, in fidem receptas
eſſe: Aetolos quoque, quamquam non ſecuti ſint regem, ſed acceſſierint, & duces belli non
ſocij fuerint, ſi paenitere poſsint, poſſe & incolumes eſſe. Ad ea cum pacati nihil reſpon-
deretur, appareretque annis rem gerendam, & rege ſuperato bellum Aetolicum integrum
reſtare, caſtra ab Thermopylis ad Heracleam mouit: eoque ipſo die, ut ſitum noſceret ur-
bis

bis ab omni parte equo moenia eſt circumuectus. Sita eſt Heraclea in radicibus Oetae mõ F
tis: ipſa in campo arcem imminentem loco alto & undique praecipiti habet. Contemplatus omnia, quae noſcenda erãt, quattuor ſimul locis aggredi urbem conſtituit. a flumine Aſopo, qua & gymnaſium eſt, L. Valerium operibus atque oppugnationi praepoſuit. arcem extra muros, quae frequentius prope quam urbs habitabatur, Ti. Sempronio Longo oppugnandam dedit. a ſinu Maliaco, quae aditum haud facilem pars habebat, M. Baebium: ab altero amniculo, quem Melana uocant, aduerſus Dianae templum Ap. Claudium oppoſuit. Horum magno certamine intra paucos dies turres arieteſque, & alius omnis apparatus oppugnandarum urbium perficitur. & cum ager Heracleenſis paluſter omnis, frequenſque proceris arboribus benigne ad omne genus operum materiam ſuppeditabat: tum quia refugerant intra moenia Aetoli, deſertaq. in ueſtibulo urbis erant tecta, in uarios uſus non tigna modo & tabulas, ſed laterem quoque & caementa & ſaxa uariae magnitudinis prae- G
bebant. Et Romani quidem operibus magis, quam armis urbem oppugnabant. Aetoli contra armis ſe tuebantur. nam cum ariete quaterentur muri, non laqueis, ut ſolet, exceptos declinabant ictus, ſed armati frequentes quidam ignes etiam, quos aggeribus inijcerent, ferebant. fornices quoque in muro erant apti ad excurrendum: & ipſi cum pro dirutis reficerent muros, crebriores eos, ut pluribus erumperetur in hoſtem locis, faciebant. Hoc primis diebus, dum integrae uires erant, & frequentes & impigre fecerunt, in dies deinde pauciores, & ſegnius. etenim cum multis urgerentur rebus, nulla eos res aeque ac uigiliae conficiebant: Romanis in magna copia militum ſuccedentibus alijs in ſtationem aliorum Aetolos propter paucitatem eoſdem dies nocteſque aſſiduo labore urgente. per IIII & XX dies, ita ut nullum tempus uacuum dimicatione eſſet, aduerſus quattuor e partibus ſimul oppugnantem hoſtem nocturnus diurno continuatus labor eſt. Cum fatigatos iam Aeto- H
los ſciret conſul & ex ratione temporis, & quod ita transfugae affirmabant, tale conſilium inijt. media nocte receptui ſignum dedit, & ab oppugnatione ſimul omnes milites deductos uſque ad tertiam diei horam quietos in caſtris tenuit: inde, coepta oppugnatio ad mediam rurſus noctem perducta eſt, intermiſſa deinde uſque ad tertiam diei horam. Fatigationem rati cauſſam eſſe Aetoli non continuandae oppugnationis, quae & ipſos affecerat ubi Romanis datum receptui ſignum eſſet, uelut ipſi quoque hoc reuocati, pro ſe quiſq. ex ſtationibus decedebant: nec ante tertiam diei horam armati in muris apparebant. conſul cum nocte media intermiſiſſet oppugnationem, quarta uigilia rurſus ab tribus partibus ſumma ui aggreſſus, ab una Ti. Sempronium tenere intentos milites, ſignumque exſpectare iuſſit: ad ea in nocturno tumultu, unde clamor exaudiretur, haud dubie ratus hoſtes concurſuros. Aetoli pars ſopiti affecta labore ac uigilijs corpora ex ſomno moliebantur: pars I
uigilantes adhuc ad ſtrepitum pugnantium in tenebris currunt. Hoſtes partim per ruinas iacentis muri trãſſcendere conantur, partim ſcalis adſcenſus tentãt. aduerſus quos undiq. ad opem ferendam concurrunt Aetoli. Pars una, in qua aedificia extra urbem erant, neque defenditur, neque oppugnatur: ſed qui oppugnarent, intenti ſignum exſpectabant, defenſor nemo aderat. Iam dilucefcebat, cum ſignum conſul dedit: & ſine ullo certamine partim per ſemiruta, partim ſcalis integros muros tranſſcendere. Simul clamor index capti opidi eſt exauditus, undique Aetoli deſertis ſtationibus in arcem refugiunt. Opidum uictores permiſſu conſulis diripiunt: non tam ab ira, nec ab odio, quam ut miles coercitus in tot receptis ex poteſtate hoſtium urbibus, aliquo tandem loco fructum uictoriae ſentiret. Reuocatos inde a medio ferme die milites cum in duas diuiſiſſet partes: unam radicibus montium circumduci ad rupem iuſſit: quae faſtigio altitudinis par, media ualle uelut abru- K
pta ab arce erat: ſed adeo prope geminata cacumina eorum montium ſunt, ut ex uertice altero conijci tela in arcem poſſent, cum dimidia militum parte conſul ab urbe adſcẽſurus in arcem, ſignum ab ijs, qui ab tergo in rupem euaſuri erant, exſpectabant. Non tulere qui in arce erant Aetoli, primum eorum qui rupem ceperant clamorem, deinde impetum ab urbe Romanorum: & fractis iam animis, & nulla ibi praeparata re ad obſidionem diutius tolerandam: utpote congregatis feminis puerilque, & imbelli alia turba in arcem, quae uix capere, nedum tueri, multitudinem tãtam poſſet. itaq. ad primum impetum abiectis armis dediderunt ſeſe. Traditus inter ceteros principes Aetolorum & Damocritus eſt: qui principio belli decretum Aetolorum, quo accerſendum Antiochum cenſuerant, T. Quinctio

poſcenti

A poſcenti reſponderat, in Italia daturum, cum caſtra ibi Aetoli poſuiſſent. ob eam ferociam maius uictoribus gaudium traditum fuit. Eodem tempore quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex compoſito oppugnabat, circa Thermopylas cum conſule redeunte ex Boeotia, ut uictoriam ipſi populoq. Romano gratularetur, excuſaretque, quod uerbo impeditus bello non interfuiſſet, congreſſus. inde diuerſi ad duas ſimul oppugnandas urbes profecti. interſunt ſeptem millia ferme paſſuum. & quia Lamia poſita in tumulo eſt: tũ regionem ea maxime deſpectat opidum, qua breue interuallum uidetur, & omnia in conſpectu ſunt: cum enixe, uelut propoſito certamine, Romani Macedoneſq. diem ac noctem aut in operibus, aut in proeliis eſſent: hoc maior difficultas Macedonibus erat, quod Romani aggere, & uineis, & omnibus ſupra terram operibus, ſubtus Macedones cuniculis oppugnabant: & in aſperis locis ſilex ſaepe impenetrabilis ferro occurrebat. & cum parum procederet B inceptum, per colloquia principum opidanos tẽtabat rex, ut urbem dederent: haud dubius, quin, ſi prius Heraclea capta foret, Romanis ſe potius, quã ſibi dedituri eſſent: ſuam quo gratiam conſul in obſidione liberanda facturus eſſet. Nec eum opinio eſt fruſtrata. conteſtim enim ab Heraclea capta nuncius uenit, ut oppugnatione abſtineret. Aequius eſſe, Romanos milites, qui acie dimicaſſent cum Aetolis, praemia uictoriae habere. Ita receſſum ab Lamia eſt, & propinquae clade urbis, ipſi, ne quid ſimile paterentur, effugerunt. paucis, priuſquam Heraclea caperetur, diebus Aetoli concilio Hypatam coacto, legatos ad Antiochum miſerunt: inter quos & Thoas idem, qui & antea, miſſus eſt. mandata erant ut ab rege peterent primum, ut ipſe coactis rurſus terreſtribus, naualibuſq. copijs in Graeciam tranſijceret: deinde, ſi qua ipſum teneret res, ut pecuniam & auxilia mitteret. id cum ad dignitatem eius fidemque pertinere, non prodi ſocios: tum etiam ad incolumitatem regni, C non ſinere Romanos omni cura uacuos, cum Aetolorum gentem ſuſtuliſſent, omnibus copijs in Aſiam tranſijcere. Vera erant quae dicebantur. eo magis regem mouerunt. itaque in praeſentia pecuniam, quae ad uſus belli neceſſaria erat, legatis dedit: auxilia terreſtria naualiaque affirmauit miſſurum. Thoãtem unum ex legatis retinuit, & ipſum haud inuitum morantem, ut exactor praeſens promiſſorum adeſſet. Ceterum Heraclea capta fregit tandem animos Aetolorum: & poſt paucos dies, quam ad bellum renouandum, acciendumque regem, in Aſiam miſerant legatos, abiectis belli conſilijs, pacis petendae oratores ad conſulem miſerunt. Quos dicere exorſos conſul interfatus, cum alia ſibi praeuertenda eſſe dixiſſet, redire Hypatam eos, datis dierum X indutijs, & L. Valerio Flacco cum ijs miſſo, iuſſit: ei, quae ſecum acturi fuiſſent, exponere: & ſi qua uellent alia. Hypatam ut eſt uentum, principes Aetolorum apud Flaccum concilium habuerunt, conſultantes, quonam agendum modo apud conſulem foret. Parantibus ijs antiqua iura foederum ordiri, meritaq. D in populum Romanum, abſiſtere ijs Flaccus iuſſit, quae ipſi uiolaſſent: confeſſionem ijs culpae magis profuturam, & totam in preces orationem uerſam. nec enim in cauſſa ipſorum, ſed in populi Romani clementia ſpem ſalutis poſitam eſſe. & ſe ſuppliciter agentibus ijs adfuturum & apud conſulem, & Romae in ſenatu. eo quoque enim mittendos fore legatos. Haec una uia omnibus ad ſalutem uiſa eſt, ut in fidem ſe permitterent Romanorum. ita enim & illis uiolandi ſupplices uerecundiam ſe impoſituros: & ipſos nihilo minus ſuae poteſtatis fore, ſi quid melius fortuna oſtendiſſet. Poſteaquam ad conſulem uentum eſt, Phaeneas legationis princeps longã orationem, & uarie ad mitigandam iram uictoris cõpoſitã, ita ad extremum finiuit, ut diceret, Aetolos ſe ſuaq. omnia fidei populi Romani permittere. id conſul ubi audiuit, Etiam, atque etiam uidete, inquit, Aetoli, ut ita permittatis. Tum decretum Phaeneas, in quo id diſerte ſcriptum erat, oſtendit. Quando ergo, inquit, E ita permittitis: poſtulo, ut mihi Dicaearchum ciuem ueſtrum, & Menetã Epirotã, (Naupactum is cum praeſidio ingreſſus ad defectionem compulerat) & Aminandrum cum principibus Athamanum, quorum conſilio ab nobis defeciſtis, ſine mora dedatis. prope dicentem interfatus Romanum Phaeneas, Non in ſeruitutem, inquit, ſed in fidem tuam nos tradimus: & certum habeo, te imprudentia labi, qui nobis imperes quae moris Graecorum non ſint. Ad haec conſul, Nec hercule, inquit, magnopere nunc curo, quid Aetoli ſatis ex more Graecorum factum eſſe cenſeant: dum ego more Romano imperium id habeam in deditos modo decreto ſuo, ante armis uictos. itaque ni propere fit quod impero, uinciri uos iam iubeo. afferriq. catenas, & circumſiſtere lictores, iuſſit. Tum fracta Phaeneae ferocia,

cia, Aetoliſq. alijs eſt: & tandem, cuius condicionis eſſent, ſenſerè. & ſe quidem Phaeneas, & qui adſint Aetolorum ſcire, facienda eſſe quae imperentur, dixit: ſed ad decernenda ea concilio Aetolorum opus eſſe, ad id, petere, ut X dierum inducias daret. Petente Flaccó pro Aetolis, induciae datae: & Hypatam reditum eſt. Vbi cum in concilio delectorũ, quos Apolectos uocãt, Phaeneas & quae imperarentur, & quae ipſis prope accidiſſent, expoſuiſſet: ingemuerunt quidem principes condicioni ſuae: parendum tamen uictori cenſebant: & ex omnibus opidis conuocandos Aetolos ad concilium. Poſteaquam uero omnis coacta multitudo eadẽ illa audiuit, adeo ſaeuitia imperij atque indignitate exaſperati animi ſunt, ut, ſi in pace fuiſſent, illo impetu irae concitari potuerint ad bellum. Ad iram accedebat & difficultas eorum quae imperarentur: quonam modo enim utique regem Aminandrum ſe tradere poſſe? & ſpes forte oblata. quod Nicander, eo ipſo tempore ab rege Antiocho ueniens, impleuit exſpectatione uana multitudinem, terra marique ingens parari bellum. Is duodecimo die, quam conſcẽderat nauem, in Aetoliam perfecta legatione rediens, Phalaram in ſinu Maliaco tenuit. inde Lamiam pecuniam cum deuexiſſet, ipſe cum expeditis ueſpera prima inter Macedonũ Romanaque caſtra medio agro dum Hypatam notis callibus petit, in ſtationem incidit Macedonum: deductuſq. ad regem eſt, nondum conuiuio dimiſſo. Quod ubi nunciatum eſt, uelut hoſpitis, non hoſtis aduentu motus Philippus, accumbere eum, epulariq. iuſſit: atque inde, dimiſſis alijs, ſolum retentum, ipſum quidem de ſe timere quidquam uetuit. Aetolorum praua conſilia, atque in ipſorum caput ſemper recidentia, accuſauit: qui primum Romanos, deinde Antiochum in Graeciam adduxiſſent. ſed praeteritorum, quae magis reprehendi, quã corrigi, poſſint, oblitum ſe, non facturum ut inſultet aduerſis rebus eorum. Aetolos quoque finire tandem aduerſus ſe odia debere. & Nicandrum priuatim eius diei, quo ſeruatus a ſe foret, meminiſſe. Ita datis qui in tutum eum proſequerentur, Hypatam Nicãder conſultantibus de pace Romana ſuperuenit. M'. Acilius, uendita aut conceſſa militi circa Heracleam praeda, poſteaquam nec Hypatae pacata eſſe conſilia, & Naupactum concurriſſe Aetolos, ut inde totum impetum belli ſuſtinerent, audiuit, praemiſſo Ap. Claudio cum IV millibus militum ad occupanda iuga, qua difficiles trãſitus montium erant, ipſe Oetam adſcendit: Herculique ſacrificium fecit in eo loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus eius dei ſit crematum, appellant. inde toto exercitu profectus, reliquum iter ſatis expedito agmine fecit. Vt ad Coracem eſt uentum, (mons eſt altiſſimus inter Callipolin & Naupactũ) ibi & iumenta multa ex agmine praecipitata cum ipſis oneribus ſunt, & homines uexati. & facile apparebat, quam cum inerti hoſte res eſſet, qui tam impeditum ſaltum nullo praeſidio, ut clauderet tranſitum, inſediſſet. Tum quoque uexato exercitu ad Naupactum deſcendit: & uno caſtello aduerſus arcem poſito, ceteras partes urbis, diuiſis copijs pro ſitu moeniũ, circumſedit. nec minus operis laboriſque ea oppugnatio, quam Heracleae, habuit. Eodem tempore & Meſſene in Pelopóneſo ab Achaeis, quod concilij eorum recuſaret eſſe, oppugnari coepta eſt. Etenim duae ciuitates Meſſene & Elis extra concilium Achaicum erant, cum Aetolis ſentiebãt. Elei tamen poſt fugatum ex Graecia Antiochum legatis Achaeorum lenius reſponderãt, dimiſſo praeſidio regio, cogitaturos ſe, quid ſibi faciendum eſſet. Meſſenij, ſine reſponſo dimiſſis legatis, mouerant bellum: trepidiq. rerum ſuarum, cum iam ager effuſo exercitu paſſim ureretur, caſtraque prope urbem poni uiderent: legatos Chalcidem ad T. Quinctium auctorem libertatis miſerunt, qui nunciarent, Meſſenios Romanis, non Achaeis, & aperire portas, & dedere urbem paratos eſſe. Auditis legatis, extemplo profectus Quinctius, Megalopolim ad Diophanem praetorem Achaeorum miſit: qui extemplo reducere eũ a Meſſene exercitum, & uenire ad ſe iuberet. Dicto paruit Diophanes: & ſoluta obſidione expeditus ipſe praegreſſus agmen, circa Andaniam, paruum opidũ inter Megalopolim Meſſenemq. poſitum, Quinctio occurrit. & cum cauſſas oppugnationis exponeret, caſtigatum leniter, quod tantam rem ſine auctoritate ſua conatus eſſet, dimittere exercitum iuſſit: nec pacem omnium bono partã turbare. Meſſenijs imperauit, ut exſules reducerẽt, & Achaeorum concilij eſſent. ſi qua haberent, de quibus aut recuſare, aut in poſterum cauere ſibi uellent, Corinthum ad ſe uenirent. Diophanem concilium Achaeorum extemplo ſibi praeberé iuſsit. ibi de Zacyntho intercepta per fraudẽ inſula queſtus, poſtulauit, ut reſtitueretur Romanis. Philippi Macedonum regis Zacynthus fuerat: eam mercedem Aminandro dederat,

derat,

A derat,ut per Athamaniam ducere exercitum in ſuperiorem partem Aetoliae liceret:qua ex peditione fractis animis Aetolos compulit ad petendam pacem. Aminander Philippum Megalopolitanum inſulae praefecit: poſtea per bellum,quo ſe Antiocho aduerſus Romanos coniunxit, Philippo ad munia belli reuocato, Hieroclem Agragantinum ſucceſſorem miſit.Is poſt fugam ab Thermopylis Antiochi, Aminandrumq. a Philippo Athamania pulſum, miſſis ultro ad Diophanem praetorem Achaeorum nunciis,pecuniam pactus, inſulã Achaeis tradidit.Id praemium belli ſuum eſſe,aequum cenſebant Romani.nõ enim M.Acilium conſulem,legioneſq. Romanas Diophani & Achaeis ad Thermopylas pugnaſſe.Diophanes aduerſus haec purgare interdum ſeſe,gentemque: interdum de iure facti diſſerere. Quidã Achaeorum & initio eam ſe rem aſpernatos teſtabantur, & tunc pertinaciam increpitabant praetoris: auctoribuſque iis decretum eſt, ut T. Quinctio ea res permitteretur.
B Erat Quinctius ſicut aduerſantibus aſper;ita,ſi cederes, idem placabilis. Omiſsa igitur contentione uocis uultuſque,Si utilem,inquit, poſſeſſionem eius inſulae cenſerem Achaeis eſſe,auctor eſſem ſenatui populoque Romano,ut eam uos habere ſinerent.ceterum ſicut teſtudinem,ubi collecta in ſuum tegimen eſt, tutam ad omnes ictus uideo eſſe. ubi exerit partes aliquas:quodcumque nudauit,obnoxium atque infirmum habere: haud diſſimiliter uos Achaei clauſos undique mari,quae intra Peloponneſi ſint terminos, ea & iungere uobis,& iuncta tueri facile: ſimul auiditate plura amplectẽdi,hinc excedatis:nuda uobis omnia, quae extra ſint, & expoſita ad omnes ictus eſſe. Aſſentiente omni concilio,nec Diophane ultra tendere auſo,Zacynthus Romanis traditur. Per idem tempus Philippus rex proficiſcentem conſulem ad Naupactum percunctatus, ſi ſe interim, quae defeciſſent ab ſocietate Romana, urbes recipere uellet: permittente eo, ad Demetriadem copias ad-
C mouit,haud ignarus,quanta ibi tum perturbatio eſſet. Deſtituti enim ab omni ſpe,cum deſertos ſe ab Antiocho, ſpem nullam in Aetolis eſſe cernerent: dies nocteſque aut Philippi hoſtis aduentum, aut infeſtiorem etiam,quo iuſtius irati erant,Romanorum exſpectabant.Turba erat ibi incondita regiorum: qui primo pauci in praeſidio relicti, poſtea plures plerique inermes ex proelio aduerſo fuga delati, nec uiriũ, nec animi ſatis ad obſidionem tolerandam habebant. itaque praemiſſis a Philippo, qui ſpem impetrabilis ueniae oſtendebant:reſponderunt,patere portas regi. Ad primum eius ingreſſum, principum quidam urbe exceſſerunt.Eurylocus mortem ſibi conſciuit.Antiochi milites (ſic enim pacti erant) per Macedoniam,Thraciamque,proſequentibus Macedonibus,ne quis eos uiolaret, Lyſimachiam deducti ſunt.Erant & paucae naues Demetriade: quibus praeerat Iſidorus. eae quoque cum praefecto ſuo dimiſſae ſunt.Inde Dolopiam & Aperantiã,& Perraebiae quaſ-
D dam ciuitates recepit. Dum haec a Philippo geruntur, T. Quinctius recepta Zacyntho ab Achaico concilio Naupactum tranſiecit:quae iam per duos menſes (ſed prope excidium erat)oppugnabatur:&,ſi capta ui foret,omne ibi nomen Aetolorum ad internicionem uidebatur uenturum.Ceterum quamquam merito iratus erat Aetolis, quod ſolos obtrectaſſe gloriae ſuae,cum liberaret Graeciam,meminerat:& nihil auctoritate ſua motos eſſe, cũ quae tum maxime acciderant,caſura praemonẽs, a furioſo incepto eos deterreret: tamen ſui maxime operis eſſe credens,nullam gentem liberatae a ſe Graeciae funditus euerti,obambulare muris,ut facile noſceretur ab Aetolis,coepit. Confeſtim a primis ſtationibus cognitus eſt,uulgatumq. per omnes ordines,Quinctium eſſe. itaque concurſu facto undique in muros,manus pro ſe quiſq.tendentes,conſonante clamore,nominatim Quinctium orare,ut opem ferret ac ſeruaret. Et tum quidem,quamquam moueretur his uocibus, ma-
E nu tamen abnuit, quidnam opis in ſe eſſet? Ceterum poſteaquam ad conſulem uenit, Vtrum fallit,inquit,te M.Acili,quid agatur? an,cum ſatis prouideas, nihil id magnopere ad ſummam reipublicae pertinere cenſes? Erexerat exſpectatione conſulem,&,Quin expromis,inquit,quid rei ſit?Tum Quinctius, Ecquid uides te deuicto Antiocho in duabus urbibus oppugnandis tempus terere:cum iam prope annus circumactus ſit imperij tui? Philippum autem,qui non aciem,non ſigna hoſtium uidit,non ſolum urbes, ſed tot iam gentes,Athamaniam,Perraebiam,Aperantiam,Dolopiam ſibi adiunxiſſe?atqui non tãtum intereſt noſtra,Aetolorum opes ac uires minui: quantum non ſupra modum Philippum creſcere: & uictoriae tuae praemium te militeſq. tuos nõdum duas urbes, Philippum tot gentes Graeciae habere. Aſſentiebatur his conſul:ſed pudor,ſi irrito incepto abſcederet obſidione,

dione, occurrebat. tota inde Quinctio res permiſſa eſt. Is rurſus ad eam partem muri, quà F
paullo ante uociferati Aetoli fuerant, redijt. ibi cum impenſius orarent, ut miſereretur gen-
tis Aetolorum, exire aliquos ad ſe iuſsit. Phaeneas ipſe, principeſque alii extemplo egreſsi
ſunt. quibus prouolutis ad pedes, Fortuna, inquit, ueſtra facit, ut & irae meae & orationi
temperem. euenerunt quae praedixi euentura: & ne hoc quidem reliqui uobis eſt, ut indi-
gnis accidiſse ea uideantur. ego tamen ſorte quadam nutriendae Graeciae datus, ne ingra-
tis quidem benefacere abſiſtam. mittite oratores ad conſulem, qui inducias tantum tempo-
ris petant, ut mittere legatos Romam poſsitis, per quos ſenatui de uobis permittatis. ego
apud conſulem deprecator defenſorq. uobis adero. Ita ut cenſuerat Quinctius, fecerunt:
nec aſpernatus eſt legationem conſul, inducijſq. in diem certam datis, qua legatio renun-
ciari ab Roma poſſet, ſoluta obſidio eſt, & exercitus in Phocidem miſſus. Conſul cũ T. Quin-
ctio ad Achaicum concilium Aegium traiecit. ibi de Eleis & exſulibus Lacedaemonio- G
rum reſtituẽdis actum: & neutra perfecta res: quia ſuae gratiae reſeruari eam Achaei, Elei
per ſe ipſi, quam per Romanos maluerunt Achaico contribui concilio. Epirotarum legati
ad conſulem uenerunt, quos non ſincera fide in amicitia fuiſſe ſatis conſtabat: militem ta-
men nullum Antiocho dederant: pecunia iuuiſſe eum inſimulabantur: legatos ad regem
ne ipſi quidem miſiſſe infitiabantur. Ijs petentibus, ut in amicitia priſtina eſſe liceret, reſpõ-
dit conſul, ſe, utrum hoſtium, an pacatorum eos numero haberet, nondũ ſcire: ſenatum eius
rei iudicem fore. integram ſe cauſſam eorum Romam reijcere: inducias ad id dierum XC
dare. Epirotae Romam miſſi ſenatum adierunt. ijs magis quae non feciſſent hoſtilia referen-
tibus, quam purgantibus ea de quibus arguebantur, reſponſum datum eſt, quo ueniam im-
petraſſe, non cauſſam probaſſe uideri poſſent. Et Philippi regis legati ſub idem tempus in
ſenatum introducti gratulantes de uictoria. ijs petentibus, ut ſibi ſacrificare in Capitolio, H
donumque ex auro liceret ponere in aede Iouis opt. max. permiſſum ab ſenatu C pondo co-
ronam auream poſuerunt. Non reſponſum ſolum benigne legatis eſt: ſed Philippi quoque
filius Demetrius, qui obſes Romae erat, ad patrem reducendus legatis datus eſt. Bellum,
quod cum Antiocho rege in Graecia geſtum eſt a M'. Acilio conſule, hunc finem habuit. Al-
ter conſul P. Cornelius Scipio Galliam prouinciam ſortitus, priuſquam ad bellum, quod
cum Boijs gerendum erat, proficiſceretur: poſtulauit ab ſenatu, ut pecunia ſibi decernere-
tur ad ludos, quos propr. in Hiſpania inter ipſum diſcrimen pugnae uouiſſet. Nouum atq.
iniquum poſtulare eſt uiſus. cenſuerunt ergo, quos ludos inconſulto ſenatu ex ſua unius
ſententia uouiſſet, eos uel de manubijs, ſi quam pecuniam ad id reſeruaſſet, uel ſua ipſe im-
penſa faceret. Eos ludos per dies decem P. Cornelius fecit. Per idem fere tempus aedes
matris magnae Idaeae dedicata eſt: quam deam is P. Cornelius aduectam ex Aſia, P. Cor- I
nelio Scipione, cui poſt Africano fuit cognomen, P. Licinio conſulibus, in Palatium a mari
detulerat. Locauerant aedem faciendam ex ſenatuſconſulto M. Liuius, C. Claudius cenſo-
res. M. Cornelio, P. Sempronio conſulibus, tredecim annis poſtquam locata erat, dedica-
uit eam M. Iunius Brutus: ludique ob dedicationem eius facti: quos primos ſcenicos fuiſ-
ſe Valerius Antias eſt auctor, Megaleſia appellatos. Item iuuentutis aedem in circo maxi-
mo C. Licinius Lucullus duumuir dedicauit. uouerat eam ſexdecim annis ante M. Liuius
conſul, quo die Haſdrubalem exercitumque eius cecidit. idem cenſor eam faciendam loca-
uit, M. Cornelio, P. Sempronio conſulibus. Huius quoque dedicandae cauſſa ludi facti: &
eo omnia cum maiore religione facta, quod nouum cum Antiocho inſtabat bellum. Prin-
cipio eius anni, quo haec, iam profecto ad bellum M'. Acilio, manente adhuc Romae P. Cor-
nelio conſule, agebantur: boues duos domitos in Carinis per ſcalas perueniſſe in tegulas K
aedificij, proditum memoriae eſt. eos uiuos comburi, cineremq. eorum deijci in Tiberim,
haruſpices iuſſerunt. Tarracinae & Amiterni nunciatum eſt aliquoties lapidibus pluuiſſe:
Minturnis aedem Iouis, & tabernas circa forum de caelo tactas eſſe: Vulturni in oſtio flumi-
nis duas naues fulmine ictas conflagraſſe. Eorum prodigiorum cauſſa libros Sibyllinos
ſenatuſconſulto decemuiri cum adiſſent, renunciarunt ieiunium inſtituendum Cereri eſ-
ſe: & id quincto quoque anno ſeruandum: & ut nouendiale ſacrum fieret, & unum diem
ſupplicatio eſſet: coronati ſupplicarent: & conſul P. Cornelius, quibus dijs quibuſque ho-
ſtijs edidiſſent decemuiri, ſacrificaret. Placatis dijs nunc uotis rite ſoluendis, nunc prodi-
gijs expiandis, in prouinciam proficiſcitur conſul: atque inde Cn. Domitium procos. di-

miſſo

A miſſo exercitu Romam decedere iuſsit: ipſe in agrum Boiorum legiones induxit. Sub idẽ
fere tempus Ligures lege ſacrata coacto exercitu, nocte improuiſo caſtra Q. Minucij pro-
coſ. aggreſsi ſunt. Minucius uſque ad lucem intra uallum militem inſtructum tenuit, inten
tus ne qua tranſſcenderet hoſtis munimenta: prima luce duabus ſimul portis eruptionem
fecit. Nec primo impetu, quod ſperauerat, Ligures pulſi ſunt: duas amplius horas dubium
certamen ſuſtinuere. poſtremo cum alia atque alia agmina erumperẽt, & integri feſsis ſuc
cederent ad pugnam: tandem Ligures inter cetera etiam uigilijs confecti, terga dederunt.
caeſa ſupra quattuor millia hoſtium: ex Romanis ſocijſq. minus CCC perierunt. Duobus
fere poſt menſibus P. Cornelius conſul cum Boiorum exercitu ſignis collatis egregie pu-
gnauit. Duodetriginta millia hoſtiũ caeſa Antias Valerius ſcribit: capta tria millia & qua-
dringentos. ſigna militaria CXXIV: equos mille ducentos triginta: carpenta ducenta qua-
B dragintaſeptem, ex uictoribus mille quadringentos octogintaquattuor cecidiſſe. Vbi ut
in numero ſcriptori parum fidei ſit, quia in augendo eo non alius intemperantior eſt, ma-
gnam tamen uictoriam fuiſſe apparet, quod & caſtra capta ſunt: & Boij poſt eam pugnam
extemplo dediderunt ſeſe, & quod ſupplicatio, eius uictoriae cauſſa decreta ab ſenatu, ui-
ctimaeq. maiores caeſae. P. Cornelius conſul primo obſidibus a Boiorum gente acceptis,
agri parte fere dimidia eos multauit: quo, ſi uellet, populus R. colonias mittere poſſet. inde
Romam ut ad triumphum haud dubium decedens, exercitum dimiſit & adeſſe Romae ad
diem triumphi iuſsit. ipſe poſtero die, quam uenit, ſenatu in aedem Bellonae uocato, cum
de rebus ab ſe geſtis diſſeruiſſet, poſtulauit, ut ſibi triumphanti liceret in urbẽ inuehi. P. Sẽ-
pronius Blaeſus tribunus plebis non negandum Scipioni, ſed differendum, honorem trium
phi cenſebat. Bella Ligurum Gallicis ſemper iuncta fuiſſe: eas inter ſe gentes mutua ex
C propinquo ferre auxilia. Si P. Scipio deuictis acie Boijs, aut ipſe cum uictore exercitu in a-
grum Ligurum tranſiiſſet, aut partem copiarum Q. Minucio miſiſſet, qui iam tertium ibi an
num dubio detineretur bello, debellari cum Liguribus potuiſſe. Nunc ad triumphum fre-
quentandum deductos eſſe milites, qui egregiam nauare operam reipublicae potuiſſent:
poſſent etiam ſi ſenatus, quod feſtinatione triumphi praetermiſſum eſſet, id reſtituere dif-
ferendo triumpho uellet. Iuberent conſulem cum legionibus redire in prouinciam, dare o-
peram, ut Ligures ſubigantur. niſi illi cogantur in ius ditionemque populi R. ne Boios qui-
dem quieturos. aut pacem, aut bellum utrobique habenda. deuictis Liguribus, paucos poſt
menſes procoſ. P. Cornelium, multorum exemplo qui in magiſtratu non triumphauerunt,
triumphaturum eſſe. Ad ea conſul neque ſe Ligures prouinciam ſortitum eſſe ait, neque
cum Liguribus bellum geſſiſſe, neque triumphum de ijs poſtulare, Q. Minucium confide-
D re breui ſubactis ijs meritum triumphum poſtulaturum, atque impetraturum eſſe. ſe
de Gallis Boijs poſtulare triumphum, quos acie uicerit, caſtris exſuerit: quorum gentem
biduo poſt pugnam totam acceperit in deditionem, a quibus obſides abduxerit, pacis fu-
turae pignus. Verum enimuero illud multo maius eſſe, quod tantum numerum Gallorum
ceciderit in acie, quod cum tot millibus certe Boiorum nemo ante ſe imperator pugnaue-
rit. plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominũ caeſam, multa millia capta,
ſenes pueroſque Boijs ſupereſſe. Itaque id quemquam mirari poſſe, cur uictor exercitus,
cum hoſtem in prouincia neminem reliquiſſet, Romam uenerit ad celebrandum conſulis
triumphum? Quorum militum ſi & in alia prouincia opera uti ſenatus uelit: utro tandẽ mo
do promptiores ad aliud periculum, nouumq. laborem ituros credat, ſi perſoluta ijs ſine de
trectatione prioris periculi laboriſq. merces ſit: an ſi ſpem pro re ferentes dimittant, iam ſe-
mel in prima ſpe deceptos? Nam, quod ad ſe attineat, ſibi gloriae in omnem uitam illo die
E ſatis quaeſitum eſſe, quo ſe uirum optimum iudicatum ad accipiendã matrem Idaeam mi-
ſiſſet ſenatus. hoc titulo, etſi nec conſulatus, nec triumphus addatur, ſatis honeſtam hono-
ratamq. P. Scipionis Naſicae imaginem fore. uniuerſus ſenatus non ipſe modo ad decer-
nendum triumphum conſenſit, ſed etiam tribunum plebis auctoritate ſua compulit ad re-
mittendam interceſſionem. P. Cornelius conſul triumphauit de Boijs. in eo triumpho Gal
licis carpentis arma, ſignaque, & ſpolia omnis generis tranſuexit, & uaſa aenea Gallica: &
cum captiuis nobilibus equorum quoque captorum gregem transduxit: aureos torques
tranſtulit MCDLXX: ad haec auri pondo CCXLV. argenti infecti factique in Gallicis ua
ſis non infabre ſuo more factis, duo millia CCCXL. pondo: bigatorum nummorum
CCXXXIV

Valerius Antias intemperans in augendo numero.

ἀλόγως

CCXXXIV. militibus qui currum ſecuti ſunt, treccnos uicenos quinos aſſes diuiſit: du- F
plex centurioni, triplex equiti. Poſtero die concione aduocata de rebus ab ſe geſtis, & de
iniuria tribuni bello alieno ſe illigãtis, ut ſuae uictoriae fructu ſe defraudaret, cum diſſeruiſ-
ſet: milites exauctoratos dimiſit. Dum haec in Italia geruntur, Antiochus Epheſi ſecurus
admodum de bello Romano erant tamquam non tranſituris in Aſiam Romanis. quam ſe-
curitaté ei magna pars amicorum aut per errorem, aut aſſentando faciebat. Hannibal unus,
cuius eo tempore maxima apud regem auctoritas erat, magis mirari ſe aiebat, quod non
iam in Aſia eſſent Romani, quam uenturos dubitare. Propius eſſe in Aſiã ex Graecia, quam
ex Italia in Graeciam tranſijcere: & multo maiorem cauſſam Antiochum, quã Aetolos eſ-
ſe. neque enim mari minus, quam terra, pollere Romana arma. iampridẽ claſſem circa Ma-
leam eſſe. audire ſeſe, nuper nouas naues, nouumq. imperatorem rei gerẽdae cauſſa ex Ita
lia ueniſſe. itaq. deſineret Antiochus pacem ſibi ſpe uana facere: in Aſia, & de ipſa Aſia bre G
ui terra mariq. dimicandum ei cum Romanis eſſe, & aut imperium adimendum orbem ter
rarum affectantibus, aut ipſi regnum amittendum. Vnus uera & prouidere, & fideliter prae
dicere uiſus. itaque ipſe rex nauibus, quae paratae inſtructaeq. erant, Cherſoneſum petit,
ut ea loca, ſi forte terra uenirent Romani, praeſidijs firmaret. ceteram claſſem Polyxenidã
parare & deducere iuſſit. ſpeculatorias naues ad omnia exploranda circa inſulas dimiſit. C.
Liuius, praefectus Romanae claſſis, cum quinquaginta nauibus tectis profectus ab Roma
Neapolim, quo ab ſocijs eius orae conuenire iuſſerat apertas naues, quae ex foedere debe
bantur, Siciliam inde petit, fretoq. Meſſanam praeteruectus, cum ſex Punicas naues ad au-
xilium miſſas accepiſſet, ab Rheginis Locriſque, & eiuſdẽ iuris ſocijs debitas exegiſſet na-
ues, luſtrata claſſe ad Laciniũ, altum petit. Corcyram, quã primam Graeciae ciuitatẽ adijt,
cum ueniſſet, percũctatus de ſtatu belli, (needũ enim omnia in Graecia perpacata erant) & H
ubi claſſis Romana eſſet, poſteaquã audiuit, circa Thermopylarum ſaltum in ſtatione con-
ſulẽ ac regem eſſe, claſſem Piraeei ſtare, maturandum ratus omnium rerũ cauſſa, pergit pro
tinus nauigare Peloponneſum. Samen, Zacynthumque, quia partis Aetolorũ maluerãt eſ-
ſe, protinus depopulatus, Maleã petit: & proſpera nauigatione uſus, paucis diebus Piraeeũ
ad ueterem claſſem peruenit. Ad Scyllaeum Eumenes rex cum tribus nauibus occurrit, cũ
Aeginae diu incertus conſilij fuiſſet, utrum ad tuendum rediret regnum, (audiebat enim,
Antiochum Epheſi nauales terreſtreſq. parare copias) an nuſquam abſcederet ab Romanis,
ex quorum fortuna ſua penderet. A Piraeeo A. Atilius, traditis ſucceſſori quinque & XX
nauibus tectis, Romam eſt profectus. Liuius una & LXXX roſtratis nauibus, multis praeter
ea minoribus, quae aut apertae roſtratae, aut ſine roſtris ſpeculatoriae erãt, Delum tranſ-
iecit. Eo fere tempore conſul Acilius Naupactum oppugnabat. Liuiũ Deli per aliquot dies I
(& eſt uentoſiſſima regio inter Cycladas fretis alias maioribus, alias minoribus diuiſas) ad
uerſi uenti tenuerunt. Polyxenidas certior per diſpoſitas ſpeculatorias naues factus Deli
ſtare Romanam claſſem, nuncios ad regem miſit. qui omiſſis quae in Helleſponto agebat,
cum roſtratis nauibus, quantum accelerare potuit, Epheſum redijt, & conſilium extemplo
habuit, faciendum ne periculum naualis certaminis foret. Polyxenidas negabat ceſſandũ,
& utique prius confligendum, quam claſſis Eumenis, & Rhodiae naues coniungerentur Ro
manis. ita numero non ferme impares futuros ſe, ceteris omnibus ſuperiores, & celerita-
te nauium, & uarietate auxiliorum. nam Romanas naues, cum ipſas inſcite factas immobi-
les eſſe, tum etiam, ut quae in terram hoſtium ueniant, oneratas commeatu uenire. ſuas au
tem, ut pacata omnia circa ſe relinquentes, nihil praeter militem atq. arma habituras. mul-
tum etiam adiuturam notitiam maris terrarumque & uentorum, quae omnia ignaros tur- K
batura hoſtes eſſent. Mouit omnes auctor conſilij, qui & re conſilium exſecuturus erat. Bi-
duũ in apparatu morati, tertio die CC nauibus, quarum LXX tectae, ceterae apertae, mino
ris omnes formae erant, profecti Phocaeam petierunt. inde cum audiſſet appropinquare
iam Romanam claſſem rex, quia non interfuturus nauali certamini erat, Magneſiã, quae ad
Sipylum eſt, conceſſit ad terreſtres copias cõparandas. claſſis ad Cyſſuntem portum Ery-
thraeorum tamquam ibi aptius exſpectatura hoſtem, contendit. Romani, ubi primũ aquilo-
nes (ij namque per aliquot dies tenuerant) cecidere, ab Delo Phanas, portũ Chiorũ in Ae-
geum mare uerſum, petunt: inde ad urbem circumegere naues, commeatuq. ſumpto, Pho-
caeam trãijciunt. Eumenes Elaeam ad ſuã claſſem profectus, paucis poſt inde diebus cum
quattuor

A quattuor & uiginti nauibus tectis,apertis pluribus,paullo a Phocaea ad Romanos parãtes
inſtruenteſq. ſe ad nauale certamen redijt. Inde C quinquaginta tectis nauibus,apertis
ferme L profecti, primo aquilonibus tranſuerſis cum urgerentur in terram,cogebantur te
nui agmine prope in ordinem ſingulae naues ire: deinde ut lenita paullum uis uenti eſt, ad
Corycum portum,qui ſuper Cyſſuntẽ eſt,conati ſunt tranſijcere. Polyxenidas, ut appro
pinquare hoſtes allatum eſt, occaſione pugnandi laetus, ſiniſtrum ipſe cornu in altũ exten
dit, dextrum cornu praefectos nauium ad terram explicare iubet:& aequa fronte ad pugnã
procedebat.Quod ubi uidit Romanus,uela contrahit,maloſq. inclinat, & ſimul armamen-
ta cõponens opperitur inſequentes naues.Iam ferme XXX in fronte erant:quibus ut aequa
ret laeuũ cornu,dolonibus erectis altum petere intendit,iuſsis,qui ſequebantur, aduerſus
dextrum cornu prope terrã proras dirigere.Eumenes agmen cogebat:ceterum ut demẽdis
B armamentis tumultuari primum coeptum eſt,& ipſe,quãta maxima celeritate poteſt, con
citat naues.Iam omnibus in conſpectu erant.duae Punicae naues antecedebant Romanam
claſſẽ.quib. obuiae tres fuerũt regiae naues:& ut in numero impari,duae regiae unã circũ
ſiſtunt.& primum ab utroq. latere remos detergunt;deinde tranſſcendunt armati, & deie-
ctis caeſiſq. propugnatoribus,nauẽ capiunt.Vna,quae cõpari Marte concurrerat, poſtquã
captam alteram nauẽ uidit,priuſquã a tribus ſimul circumueniretur,retro ad claſſem refu-
git.Liuius indignatione accenſus,praetoria naue in hoſtes tendit.aduerſus quem eadẽ ſpe
duae,quae Punicã unam nauem circumuenerant,cum inferrẽtur,demittere in aquã remos
ab utroq. latere remiges ſtabiliendae nauis cauſſa iuſsit, & in aduenientes hoſtium naues
ferreas manus inijcere:& ubi pugnam pedeſtri ſimilem feciſſet, meminiſse Romanae uir-
tutis,nec pro uiris ducere regia mancipia.Haud paullo facilius, quam ante duae unã, tunc
C una duas naues expugnauit cepitq.Et iam claſſes quoq. undiq. concurrerant, & paſſim per
miſſis nauibus pugnabatur.Eumenes,qui extremus cõmiſſo certamine aduenerat,ut anim
aduertit laeuum cornu hoſtiũ,ab Liuio turbatũ,dextrũ ipſe,ubi aequa pugna erat,inuadit.
Nec ita multo poſt primũ ab laeuo cornu fuga coepit.Polyxenidas enim, ut uirtute militũ
haud dubie ſuperari ſe uidit,ſublatis dolonibus effuſe fugere intendit.mox idẽ & qui pro-
pe terrã cum Eumene contraxerant certamen,fecerunt.Romani & Eumenes, quoad ſuffi-
cere remiges potuerũt,& in ſpe erãt extremi agminis uexãdi, ſatis pertinaciter ſecuti ſunt.
poſteaquã celeritate nauiũ,utpote leuium,ſuas cõmeatu onuſtas eludi fruſtra tendentes ui
derunt,tandem ſubſtiterunt,XIII captis nauibus cum milite ac remige,X demerſis. Roma-
nae claſſis una Punica nauis in primo certamine ab duabus circũuenta perijt. Polyxenidas
non prius quã in portu Epheſi fugae finẽ fecit.Romani eo die, unde egreſſa regia claſſis e-
D rat,manſerunt:poſtero die hoſtẽ perſequi intenderunt.Medio fere in curſu obuiae fuere ijs
V & XX tectae Rhodiae naues cum Pauſiſtrato praefecto claſſis. Ijs adiunctis Epheſum ho
ſtẽ perſecuti,ante hoſtium portus acie inſtructa ſteterunt. Poſteaquam confeſsionũ uictis
ſatis expreſſerunt,Rhodij & Eumenes domos dimiſsi,Romani Chiũ petentes, Phoenicun
tẽ primum portũ Erythraeae terrae praeteruecti,nocte anchoris iactis,poſtero die in inſu-
lam ad ipſam urbem tranſiecerunt.ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati; Pho
caeam tranſmittunt.ibi relictis ad praeſidium urbis IV quinqueremibus, ad Canas claſsis
uenit,& cum iam hiems appeteret, foſſa ualloq. circumdatis naues ſubductae. Exitu anni
comitia Romae habita,quibus creati ſunt conſules L.Cornelius Scipio,& C.Laelius,intuẽ
tibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum. poſtero die praetores creati, M. Tuc-
cius,L.Aurunculeius, Cn.Fuluius, L.Aemilius,P.Iunius, C.Atinius Labeo.

E

EPITOME. LIBRI. XXXVII

L. CORNELIVS Scipio conſul le-gato P.Scipione Africano, qui ſe fratris legatum futurum dixerat, ſi ei Graecia & Aſia prouincia decerneretur,cum C.Laelio, qui multũ in ſenatu poterat,ea prouincia dari uideretur, profectus ad bellum aduerſus Antiochum gerendum, in Aſiam primus omnium Romanorum ducum tranſiecit.Aemilius Regillus aduerſus regiam claſſem Antiochi feliciter pugnauit ad Myonneſum, Rhodijs adiuuantibus.Filius Africani ab Antiocho captus, patri remiſſus eſt.M'.Acilius Glabrio de Antiocho,quẽ Graecia expulerat & de Aetolis triumphauit. Victo deinde Antiocho a L. Cornelio Scipione, adiuuante

Eumene rege Pergami filio, pax data, ea condicione, ut omnibus prouincijs citra Taurum mõtem cederet. Eumeni, quo iuuante Antiochus uictus erat, regnum ampliatum: Rhodijs quoq. qui & ipſi iuuerant, quaedam ciuitates concessae. Colonia deducta eſt Bononia. Aemilius Regillus, qui praefectos Antiochi nauali certamine uicerat, naualem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellauerat, cognomine fratri exaequatus, Aſiaticus appellatus eſt. F

LIBER. XXXVII

L. Cornelio Scipione, & C. Laelio conſulibus nulla prius ſecundum
religiones acta in ſenatũ res eſt, quam de Aetolis. & legati eorũ in-
ſtitere, quia breuem indutiarum diem habebant, & ab T. Quinctio,
qui tũ Romã ex Graecia redierat, adiuti ſunt, Aetoli, ut quib. plus
in miſericordia ſenatus, quã in cauſſa ſpei eſſet, ſuppliciter egerũt, G
ueteribus benefactis noua pẽſantes maleficia. ceterũ & praeſentes
interrogationibus undiq. ſenatorũ cõfeſſionem magis noxae, quã
reſponſa exprimẽtium fatigati ſunt. & excedere curia iuſſi, magnũ
certamen praebuere. Plus ira, quã miſericordia, in cauſſa eorum ualebat: quia non ut hoſti-
bus modo, ſed tamquã indomitae & inſociabili genti ſuccenſebant. Per aliquot dies cũ cer
tatum eſſet, poſtremo neq. dari neq. negari pacẽ placuit. duae condiciones eis latae ſunt,
uel ſenatui liberum arbitrium de ſe permitterent, uel mille talentum darẽt, eoſdemq. ami
cos atq. inimicos haberent. Exprimere cupientibus, quarũ rerum in ſe arbitriũ ſenatui per
mitterent, nihil certi reſponſum eſt. ita infecta pace dimiſsi, urbe eodẽ die, Italia intra XV.
dies excedere iuſsi. Tum de conſulũ prouincijs coeptũ eſt agi. Ambo Graeciam cupiebant.
Multum Laelius in ſenatu poterat. Is, cum ſenatus aut ſortiri, aut cõparare inter ſe prouin- H
cias conſules iuſsiſſet, elegantius facturos dixit, ſi iudicio patrum, quã ſi ſorti eam rem per
miſiſſent. Scipio reſponſo ad hoc dato, cogitaturum quid ſibi faciendũ eſſet, cum fratre uno
locutus. iuſſuſq. ab eo permittere audacter ſenatui, renunciat collegae, facturum ſe quod is
cenſeret. Cum res aut noua, aut uetuſtate exẽplorum memoriae iam exoletae, relata exſpe
ctatione certaminis ſenatum erexiſſet, P. Scipio Africanus dixit, ſi L. Scipioni fratri ſuo pro
uinciã Graeciam decreuiſſent, ſe legatum iturum. Haec uox magno aſſenſu audita ſuſtulit
certamen. Experiri libebat, utrũ plus regi Antiocho, in Hannibale uicto, an in uictore Afri
cano conſuli legionibuſq. Romanis auxilij foret. ac prope oẽs Scipioni Graeciam, Laelio
Italiam decreuerũt. Praetores prouincias ſortiti, L. Aurunculeius urbanã, Cn. Fuluius pere
grinã, L. Aemilius Regillus claſsẽ, P. Iunius Brutus Tuſcos, M. Tuccius Apuliã & Bruttios,
C. Atinius Siciliam. conſuli deinde, cui Graecia prouincia decreta erat, ad eũ exercitũ, quẽ I
a M. Acilio (duae autem legiones erant) accepturus eſſet, in ſupplemẽtum addita peditum
ciuium Romanorum tria millia, equites centũ, & ſociũ Latini nominis quinq. millia, equi
tes CC. & adiectum, ut, cũ in prouinciã ueniſſet, ſi e rep. uideretur eſſe, exercitũ in Aſiã tra
ijceret. Alteri conſuli totus nouus exercitus decretus, duae legiones Romanae, & ſociũ La
tini nominis XV millia peditũ, equites ſexcẽti. Exercitũ ex Ligurib. Q. Minucius (iam enim
confectam prouinciã ſcripſerat, & Ligurũ omne nomen in deditionem ueniſſe) trãducere
in Boios, & P. Cornelio procos. tradere iuſſus. Ex agro, quo uictos bello multauerat Boios,
deductae urbanae legiones, quae priore anno conſcriptae erant, M. Tuccio praetori datae,
& ſociũ Latini nominis peditum XV millia, equites ſexcenti, ad Apuliã Bruttioſq. obtinen
dos A. Cornelio, ſuperioris anni praetori, qui Bruttios cum exercitu obtinuerat, imperatũ,
ſi ita cõſuli uideretur, ut legiones in Aetoliam tranſiectas M. Acilio traderet, ſi is manere
ibi uellet. ſi Acilius redire Romã mallet, ut A. Cornelius cum eo exercitu in Aetolia rema K
neret. C. Atinium Labeonẽ prouinciã Siciliam exercitumq. a M. Aemilio accipere placuit,
& in ſupplementum ſcribere ex ipſa prouincia, ſi uellet, peditum duo millia, & cẽtum equi
tes. P. Iunius Brutus in Tuſcos exercitum nouum, legionem unam Romanã, & decẽ millia
ſocium Latini nominis ſcribere, & quadringentos equites: L. Aemilius, cui prouincia ma-
ritima erat, XX naues longas, & ſocios nauales a M. Iunio, praetore ſuperioris anni, accipe-
re iuſſus, & ſcribere ipſe mille nauales ſocios, duo millia peditum. cum ijs nauib. militibuſ-
que in Aſiã proficiſci, & claſsẽ a C. Liuio accipere. Duas Hiſpanias Sardiniãq. obtinentib.
prorogatũ in annũ imperiũ eſt, & ijdẽ exercitus decreti: Siciliae Sardiniaeq. binae eo anno
decimae

A decimae frumenti imperatae. Siculum omne frumentum in Aetoliam ad exercitum portari iuſſum, ex Sardinia pars Romam, pars in Aetoliam, eodem quo Siculum. Priuſquam conſules in prouincias proficiſcerentur, prodigia per pontifices procurari placuit. Romae Iunonis Lucinae templum de caelo tactum erat, ita ut faſtigium ualuaeq. deformarētur. Puteolis pluribus locis murus, & porta fulmine icta, & duo homines exanimati. Nurſiae ſereno ſatis conſtabat nimbum ortum, ibi quoq. duos liberos homines exanimatos. Terra apud ſe pluiſſe, Tuſculani nunciabant, & Reatini mulam in agro ſuo peperiſſe. Ea procurata, Latinaeq. inſtauratae, quod Laurentibus carnis, quae dari debet, data non fuerat. Supplicatio quoque earum religionum cauſſa fuit, quibus dijs decemuiri ex libris ut fieret, ediderunt. decē ingenui, decē uirgines, patrimi omnes matrimiq. ad id ſacrificium adhibiti, & decemuiri nocte latentibus, rem diuinam fecerunt. P. Cornelius Scipio Africanus, priuſquā proficiſceretur, fornicem in Capitolio aduerſus uiam, qua in Capitolium adſcenditur, cū ſignis
B ſeptem auratis duobus equis, & marmorea duo labra ante fornicem poſuit. Per eoſdē dies principes Aetolorum tres & XL, inter quos Damocritus & frater eius erant, ab duabus cohortibus miſſis a M. Acilio Romam deducti, & in Latomias coniecti ſunt. cohortes inde ad exercitū redire L. Cornelius conſul iuſſit. Legati ab Ptolemaeo & Cleopatra, regibus Aegypti gratulantes, quod M. Acilius conſul Antiochum regem Graecia expuliſſet, uenerūt, adhortanteſq. ut in Aſiam exercitum tranſijcerent. omnia perculſa metu nō in Aſia modo, ſed etiā in Syria eſſe. reges Aegypti ad ea, quae cenſuiſſet ſenatus, paratos fore. Gratiae regibus actae, legatis munera dari iuſſa, in ſingulos quaternum millium aeris. L. Cornelius conſul, peractis quae Romae agenda erant, pro concione edixit, ut milites, quos ipſe in ſupplementum ſcripſiſſet, quiq. in Bruttijs cum A. Cornelio propraetore eſſent: ut hi omnes
C idibus Quinctilibus Brundiſium conuenirent, item tres legatos nominauit, Sex. Digitium, L. Apuſtium, C. Fabricium Luſcinum, qui ex ora maritima undique naues Brundiſium contraherent. & omnibus iam paratis paludatus ab urbe eſt profectus. Ad V millia uoluntariorum ex Romanis ſocijſque, qui emerita ſtipendia ſub imperatore P. Africano habebant, praeſto fuere exeunti conſuli, & nomina dederunt. per eos dies, quibus eſt profectus ad bellum conſul ludis Apollinaribus a. d. quinctum idus Quinctiles caelo ſereno interdiu obſcurata lux eſt, cum luna ſub orbem ſolis ſubiſſet. Et L. Aemilius Regillus, cui naualis prouincia euenerat, eodem tempore profectus eſt. L. Auruncuieio negotium ab ſenatu datum eſt, ut XXX quinqueremes, uiginti triremes faceret, quia fama erat, Antiochum poſt proelium nauale maiorem claſſem aliquanto reparare. Aetoli, poſteaquam legati ab Roma retulerunt nullam ſpem pacis eſſe, quamquam omnis ora maritima eorum, quae in
D Peloponneſum uerſa eſt, depopulata ab Achaeis erat, periculi magis, quam damni memores, ut Romanis intercluderent iter, Coracem montem occupauerunt. neque enim dubitabant, ad oppugnationem Naupacti eos principio ueris redituros eſſe. Acilio, qui id exſpectari ſciebat, ſatius uiſum eſt inopinatam aggredi rem, & Lamiam oppugnare. nam & a Philippo prope excidium adductos eſſe, & tunc eo ipſo, quod nihil tale timerent, opprimi incautos poſſe. Profectus ab Elatia primum in hoſtium terra circa Sperchium amnem poſuit caſtra: inde nocte motis ſignis, prima luce corona moenia eſt aggreſſus. Magnus pauor ac tumultus, ut in re improuiſa, fuit. conſtantius tamen, quam quis facturos crederet in tam ſubito periculo, cum uiri propugnarent, feminae tela omnis generis ſaxaque in muros gererent, multifariam ſcalis appoſitis, urbem eo die defenderūt. Acilius ſigno receptui dato, ſuos in caſtra medio ferme die reduxit, & tūc cibo & quiete refectis corporibus, priuſ
E quam praetorium dimitteret, denunciauit, ut ante lucem armati paratiq. eſſent: niſi expugnata urbe, ſe eos in caſtra non reducturum. Eodem tempore quo pridie pluribus locis aggreſſus, cum opidanos iam uires, iam tela, iam ante omnia animus deficeret, intra paucas horas urbem cepit. Ibi partim diuendita, partim diuiſa praeda, conſilium habitum, quid deinde faceret. Nemini ad Naupactum iri placuit, occupato ad Coracem ab Aetolis ſaltu. ne tamen ſegnia aeſtiua eſſent, & Aetoli non impetratam pacem ab ſenatu nihilo minus per ſuam cunctationem haberent, oppugnare Acilius Amphiſſam ſtatuit. ab Heraclea per Oetam exercitus eo ductus. Cum ad moenia caſtra poſuiſſet, non corona, ſicut Lamiam, ſed operibus oppugnare urbem eſt adortus. Pluribus ſimul locis aries admouebatur: & cum quaterentur muri, nihil aduerſus tale machinationis genus parare aut comminiſci opi-

dani conabantur. omnis ſpes in armis & audacia erat. eruptionibus crebris & ſtationes hoſtium, & eos ipſos, qui circa opera & machinas erant, turbabant. Multis tamen locis murus decuſſus erat, cum allatum eſt, ſucceſſorem Apolloniae expoſito exercitu, per Epirum ac Theſſaliam uenire. Cum XIII millibus peditum, & quingentis equitibus conſul ueniebat. Iam in ſinum Maliacum uenerat. & praemiſſis Hypatam, qui tradere urbem iuberēt, poſteaquam reſponſum eſt, nihil niſi ex communi Aetolorum decreto facturos, ne teneret ſe oppugnatio Hypatae, nōdum Amphiſſa recepta, praemiſſo fratre Africano, Amphiſſam ducit. Sub aduentum eorum, opidani relicta urbe (iam enim magna ex parte nudata moenibus erat) in arcem, quam inexpugnabilem habent, omnes armati atq. inermes conceſſere. conſul ſex millia ferme paſſuum inde poſuit caſtra. eo legati Athenieſes primum ad P. Scipionem praegreſſum agmen, (ſicut ante dictum eſt) deinde ad conſulem uenerunt, deprecantes pro Aetolis. Clementius reſponſum ab Africano tulerunt, qui cauſſam relinquendi honeſte Aetolici belli quaerens, Aſiam & regem Antiochum ſpectabat, iuſſeratque Athenienſes non Romanis ſolum, ut pacem bello praeferrent, ſed etiam Aetolis perſuadere. Celeriter auctoribus Athenienſibus frequens ab Hypata legatio Aetolorum uenit. & ſpem pacis eis ſermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit, commemorantis multas gentes populoſq. in Hiſpania prius, deinde in Africa in fidem ſuam ueniſſe, in omnibus ſe maiora clementiae benignitatiſq. quam uirtutis bellicae, monumenta reliquiſſe. Perfecta uidebatur res, cum aditus conſul idem illud reſponſum retulit, quo fugati ab ſenatu fuerant. Eo tamquam nouo cum icti Aetoli eſſent, (nihil enim nec legatione Athenienſium, nec placido Africani reſponſo profectum uidebant) referre ad ſuos dixerunt uelle. Reditum inde Hypatam eſt, nec conſilium expediebatur. nam neque, unde mille talentum daretur, erat, & permiſſo libero arbitrio, ne in corpora ſua ſaeuiretur, metuebant. redire itaque eoſdem legatos ad conſulem & Africanum iuſſerunt, & petere, ut, ſi dare uere pacem, non tantum oſtendere, fruſtrantes ſpem miſerorum, uellent: aut ex ſumma pecuniae demerent, aut permiſſionem extra ciuium corpora fieri iuberent. Nihil impetratum ut mutaret cōſul: & ea quoque irrita legatio dimiſſa eſt. Secuti & Athenienſes ſunt: & princeps legationis eorum Echedemus fatigatos tot repulſis Aetolos, & complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, ad ſpem reuocauit, auctor indutias ſex menſium petendi, ut legatos Romam mittere poſſent. dilationem nihil ad praeſentia mala, quae ultima eſſent, adiecturam. leuari per multos caſus tempore interpoſito praeſentes clades poſſe. Auctore Echedemo iidem miſſi, prius P. Scipione conuento, per eum indutias temporis eius, quod petebant, ab cōſule impetrauerunt. & ſoluta obſidione Amphiſſae, M'. Acilius, tradito conſuli exercitu, prouincia deceſſit. & conſul ab Amphiſſa Theſſaliam repetit, ut per Macedoniam Thraciamque duceret in Aſiam. Tum Africanus fratri: Iter quod inſiſtis L. Scipio, ego quoq. approbo: ſed totum id uertitur in uoluntate Philippi. qui ſi imperio noſtro fidus eſt, & iter, & commeatus, & omnia quae in longo itinere exercitus alunt iuuātque, nobis ſuppeditabit. ſi is deſtituat, nihil per Thraciam ſatis tutum habebis. itaque prius regis animum explorari placet, optime explorabitur, ſi nihil ex praeparato agentem opprimet qui mittetur. Ti. Sempronius Gracchus longe tum acerrimus iuuenum ad id delectus, per diſpoſitos equos prope incredibili celeritate ab Amphiſſa (inde enim eſt dimiſſus) die tertio Pellam peruenit. In conuiuio rex erat, & in multum uini proceſſerat. ea ipſa remiſſio animi ſuſpicionem dempſit, nouare eum quidquam uelle. Et tum quidem comiter acceptus hoſpes. poſtero die commeatus exercitui paratos benigne, pontes in fluminibus factos: uias, ubi tranſitu difficiles erant, munitas uidit. Haec referens, eadem qua ierat celeritate Thaumacis occurrit conſuli. Inde certiore & maiore ſpe laetus exercitus ad praeparata omnia in Macedoniam peruenit. Venientes regio apparatu accepit & proſecutus eſt rex. Multa in eo & dexteritas, & humanitas uiſa, quae commendabilia apud Africanum erant, uirum ſicut ad cetera egregium, ita a comitate, quae ſine luxuria eſſet, non auerſum. Inde non per Macedoniam modo, ſed etiam Thraciam proſequente & praeparante omnia Philippo, ad Helleſpontum peruentum eſt. Antiochus poſt naualem ad Corycum pugnam, cum totam hiemem liberam in apparatus terreſtres maritimoſq. habuiſſet, claſſi maxime reparandae, ne tota maris poſſeſſione pelleretur, intentus fuerat. Succurrebat, ſuperatum ſe, cum claſſis abfuiſſet Rhodiorum. quod ſi ea quoque (nec commiſſuros Rhodios, ut iterum morarentur)

A rarentur) certamini adeſſet, magno ſibi nauium numero opus fore, ut uiribus & magnitudine claſſem hoſtium aequaret. Itaque & Hannibalem in Syriam miſerat ad Phoenicũ accerſendas naues: & Polyxenidam, quo minus proſpere geſta res erat, eo enixius & eas quae erant, reficere, & alias parare naues iuſſit. Ipſe in Phrygia hibernauit. Vndique auxilia accerſens, etiam in Gallograeciam miſerat. Bellicoſiores ea tempeſtate erant, Gallicos adhuc, nondum exoleta ſtirpe gentis, ſeruantes animos. Filium Seleucum in Aeolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes, quas illinc a Pergamo Eumenes, hinc a Phocaea Erithriſq. Romani ſollicitabant. Claſſis Romana, ſicut ante dictum eſt, ad Cannas hibernabat. eo media ferme hieme rex Eumenes cum duobus millibus peditum, equitibus centum uenit. Is cum magnam praedam agi poſſe dixiſſet ex hoſtium agro, qui circa Thyatira eſſet, hortando perpulit Liuium, ut quinque millia militum ſecum mitteret. miſsi ingẽ

B tem praedam intra paucos dies auerterunt. Inter haec Phocaeae ſeditio orta, quibuſdã ad Antiochum multitudinis animos auocantibus. Grauia hiberna nauium erant, graue tributum, quod togae quingentae imperatae erant cum quingentis tunicis. grauis etiam inopia frumenti, propter quam naues quoque, & praeſidium Romanum exceſſit. tum uero liberata metu factio erat, quae plebem in cõcionibus ad Antiochum trahebat. ſenatus & optimates in Romana ſocietate perſtandum cenſebant, defectionis auctores plus apud multitudinem ualuerunt. Rhodij, quo magis ceſſatũ priore aeſtate erat, eo maturius aequinoctio uerno eundem Pauſiſtratum claſſis praefectum cum ſex & triginta nauibus miſerunt. Iam Liuius a Canis cum XXX nauibus, & VII quadriremibus, quas ſecum Eumenes rex adduxerat, Helleſpontum petebat, ut ad tranſitum exercitus, quem terra uẽturum opinabatur, praepararet quae opus eſſent. In portum quem uocãt Achaeorum, claſſem primum aduer-

C tit, inde Iliũ adſcendit, ſacrificioq. Mineruae facto, legationes finitimas ab Elaeũte & Dardano & Rhoetheo, tradentes in fidem ciuitates ſuas, benigne audiuit. inde ad Helleſponti fauces nauigat: & decem nauibus in ſtatione contra Abydum relictis, cetera claſſe in Europam ad Seſton oppugnandam traiecit. Iam ſubeuntibus armatis muros fanatici Galli primum cum ſollemni habitu ante portam occurrunt. iuſſu ſe matris deũ famulos deae uenire memorant ad precandum Romanum, ut parceret moenibus, urbiq. Nemo eorum uiolatus eſt. mox uniuerſus ſenatus cum magiſtratibus ad dedendam urbem proceſſit. Inde Abydũ traiecta claſſis. ubi cum, tentatis per colloquia animis, nihil pacati reſpõderetur, ad oppugnationem ſeſe expediebant. Dum haec in Helleſponto gerũtur, Polyxenidas, regius praefectus, (erat autem exſul Rhodius) cum audiſſet profectam ab domo popularium ſuorum claſſem, & Pauſiſtratum praefectum ſuperbe quaedam & contemptim in ſe concionantem

D dixiſſe, praecipuo certamine animi aduerſus eũ ſumpto, nihil aliud dies noctesq. agitabat animo, quam ut uerba magnifica eius rebus confutaret. Mittit ad eum hominem & illi notum, qui diceret, & ſe Pauſiſtrato patriaeque ſuae magno uſui, ſi liceat, fore, & a Pauſiſtrato ſe reſtitui in patriam poſſe. Cum quonam modo ea fieri poſſent, mirabundus Pauſiſtratus percunctaretur, fidem petenti dedit agendae communiter rei, ſilentio tegendae. Tum internuncius aperit, regiam claſſem aut totam, aut maiorem eius partem Polyxenidam traditurum ei. pretium tanti meriti nullum aliud paciſci, quam reditum in patriam. Magnitudo rei, nec ut crederet, nec ut aſpernaretur dicta, effecit. Panhormum Samiae terrae petit, ibique ad explorandam rem, quae oblata erat, ſubſiſtit. Vltro citroque nuncij curſare, nec fides ante Pauſiſtrato facta eſt, quam coram nuncio eius Polyxenidas ſua manu ſcripſit, ſe ea quae pollicitus eſſet facturum, ſignoq. ſuo impreſſas tabellas miſit. eo uero pignore uelut auctoratum ſibi proditorem ratus eſt. neque enim eum, qui ſub rege uiueret, commiſſu-

E rum fuiſſe, ut aduerſus ſemetipſum indicia manu ſua teſtata daret. Inde ratio ſimulatae proditionis compoſita. Omnium ſe rerum apparatum omiſſurum, Polyxenidas dicere: non remigem, non ſocios nauales ad claſſem frequentes habiturum: ſubducturum per ſimulationem reficiendi quaſdam naues, alias in propinquos portus dimiſſurum, paucas ante portum Epheſi in ſalo habiturum: quas, ſi exire res cogeret, obiecturus certamini foret. Quam negligentiam Polyxenidam in claſſe ſua habiturum Pauſiſtratus audiuit, eam ipſe exemplo habuit. partem nauium ad commeatus accerſendos Halicarnaſſum, partem Samum ad urbem miſit, ut paratus eſſet, cum ſignum aggrediendi a proditore accepiſſet. Polyxenidas augere ſimulãdo errorem. ſubducit quaſdam naues, alias uelut ſubducturus eſſet,

naualia reficit. remiges ex hibernis non Epheſum accerſit, ſed Magneſiam occulte cogit. F
Forte quidam Antiochi miles, cum Samum rei priuatae cauſſa ueniſſet, pro ſpeculatore cō
prehēſus, deducitur Panhormū ad praefectum. is percunctāti quid Epheſi ageretur, incer
tum metu, an erga ſuos haud ſincera fide, omnia aperit, claſſem inſtructā paratamq. in por
tu ſtare, remigium omne Magneſiam ad Sipylum miſſum, perpaucas naues ſubductas eſſe,
& naualia tegi, numquam intentius rem naualem adminiſtratam eſſe. Haec ne pro ueris au
direntur, animus errore & ſpe uana praeoccupatus fecit. Polyxenidas, ſatis omnibus cōpa-
ratis, nocte remige a Magneſia accerſito, deductiſq. raptim, quae ſubductae erant, nauibus,
cum diem non tam in apparatu abſumpſiſſet, quam quod conſpici proficiſcentem claſſem
nolebat, poſt ſolis occaſum profectus LXX nauibus tectis, uento aduerſo, ante lucem Py-
gela portum tenuit. ubi cum interdiu ob eandem cauſſam quieuiſſet, nocte in proxima
Samiae terrae tranſiecit. Hinc Nicandro quodam archipirata cum quinque nauibus tectis G
Palinurum iuſſo petere, atque inde armatos, qua proximum per agros iter eſſet, Panhor-
mum ad tergum hoſtium ducere, ipſe interim claſſe diuiſa, ut ex utraque parte fauces por-
tus teneret, Panhormū petit. Pauſiſtratus primo, ut in re nec opinata, turbatus parumper,
deinde uetus miles celeriter collecto animo, terra melius arceri, quam mari, hoſtes poſſe ra
tus, armatos duobus agminibus ad promontoria, quae cornibus obiectis ab alto portum
faciunt, ducit: inde facile telis ancipitibus hoſtem ſummoturus. id inceptum eius Nicāder
a terra miſſus cum turbaſſet, repente mutato conſilio naues cōſcendere omnes iubet. Tum
uero ingens pariter militum nautarumq. trepidatio orta, & ueluti fuga in naues fieri, cum
ſe mari terraq. ſimul cernerent circumuentos. Pauſiſtratus unam uiam ſalutis eſſe ratus, ſi
uiam facere per fauces portus, atque erumpere in mare apertum poſſet: poſteaquam con-
ſcendiſſe ſuos uidit, ſequi ceteris iuſſis, ipſe princeps concitata naue remis ad oſtium por-
tus tendit. Superantem iam fauces nauem eius Polyxenidas tribus quinqueremibus H
circumſiſtit. Nauis roſtris icta ſupprimitur, telis obruuntur propugnatores, inter quos &
Pauſiſtratus impigre pugnans interficitur. Nauium reliquarum ante portum aliae, aliae in
portu deprehenſae, quaedam a Nicandro, dum moliuntur a terra captae. Quinque tantum
Rhodiae naues cum duabus Cois effugerunt, terrore flammae micantis uia ſibi inter con-
fertas naues facta. contis enim binis a prora prominētibus trullis ferreis multum conceptū
ignem prae ſe portabant. Erythraeae triremes, cum haud procul a Samo Rhodijs nauibus,
quibus ut eſſent praeſidio ueniebant, obuiae fugiētibus fuiſſent, in Helleſpōtum ad Roma
nos curſum auerterunt. Sub idem tempus Seleucus proditam Phocaeam porta una per cu-
ſtodes aperta recepit, & Cyma aliaeq. eiuſdem orae urbes ad eum metu defecerunt. Dum
haec in Aeolide geruntur, Abydus cum per aliquot dies obſidionem toleraſſet, praeſidio I
regio tutante moenia, iam omnibus feſſis, Philota quoque praefecto praeſidij permit-
tente, magiſtratus eorum cum Liuio de condicionibus tradendae urbis agebant. rem
diſtinebat, quod utrum armati, an inermes emitterentur regij, parum conueniebat. Haec
agentibus cum interueniſſet nuncius Rhodiorum cladis, emiſſa de manibus res eſt. me-
tuens enim Liuius, ne ſucceſſu tantae rei elatus Polyxenidas, claſſem, quae ad Canas erat,
opprimeret, Abydi obſidione, cuſtodiaq. Helleſponti extemplo relicta, naues, quae ſubdu
ctae Canis erant, deduxit. Et Eumenes Elaeam uenit. Liuius omni claſſe, cui adiunxerat
triremes duas Mitylenaeas, Phocaeam petit. quam cum teneri ualido regio praeſidio au-
diſſet, nec procul Seleuci caſtra eſſe, depopulatus maritimam oram, & praeda maxime ho-
minum raptim in naues impoſita, tantum moratus, dum Eumenes cum claſſe aſſequeretur,
Samum petere intendit. Rhodijs primo audita clades ſimul pauorem, ſimul luctum ingen-
tem fecit. nam praeter nauium militumque iacturam, quod floris, quod roboris in iuuen- K
tute fuerat, amiſerant: multis nobilibus ſecutis inter cetera auctoritatem Pauſiſtrati, quae
inter ſuos merito maxima erat. deinde quod fraude capti, quod a ciue potiſſimum ſuo
forent, in iram luctus uertit. Decem extemplo naues, & diebus poſt paucis decem a-
lias praefecto omnium Eudamo miſerunt, quem alijs uirtutibus bellicis haudquaquam
Pauſiſtrato parem, cautiorem, quo minus animi erat, ducem futurum credebant. Ro-
mani & Eumenes rex in Erythraeam primum claſſem applicuerunt. ibi noctem unam
morati, poſtero die Corycum Teiorum promontorium tenuerunt. inde cū in proxima ter-
rae Samiae uellent tranſicere, non exſpectato ſolis ortu, ex quo ſtatum caeli notare guber

natores

A natores poſſent, in incertam tempeſtatem miſerunt. medio in curſu aquilone in ſeptentrionem uerſo, exaſperato fluctibus mari iactari coeperunt. Polyxenidas Samum petituros ratus hoſtes, ut ſe Rhodiae claſſi coniungerent, ab Epheſo profectus primo ad Myonneſum ſtetit, inde ad Macrin (quam uocant) inſulam transiecit: ut praeteruehētis claſſis ſi quas aberrantes ex agmine naues poſſet, aut poſtremum agmen opportune adoriretur. Poſteaquā ſparſam tempeſtate claſſem uidit, occaſionem primo aggrediendi ratus, paullo poſt increbeſcente uento, & maiores iam uoluente fluctus, quia peruenire ſe ad eos uidebat non poſſe, ad Aethaliam inſulam traiecit, ut inde poſtero die Samum ex alto petentes naues aggrederetur. Romani pars exigua, primis tenebris portum Samiae deſertū tenuerūt, claſſis cetera noctem totam in alto iactata in eundem portum decurrit. Ibi ex agreſtibus cognito hoſtium naues ad Aethaliam ſtare, conſilium habitum, utrum extemplo decernerent, an
B Rhodiam exſpectarent claſſem. dilata re, (ita enim placuit) Corycum, unde uenerāt, traiecerunt. Polyxenidas quoq. cum fruſtra ſtetiſſet, Epheſum rediit. Tum Romanae naues, uacuo ab hoſtibus mari, Samū traiecerunt. eodem & Rhodia claſſis poſt dies paucos uenit. Quam ut exſpectatam eſſe appareret, profecti extemplo ſunt Epheſum, ut aut decernerent nauali certamine, aut, ſi detrectaret hoſtis pugnam, quod plurimum intererat ad animos ciuitatum, timoris confeſſionem exprimerent. Contra fauces portus inſtructa in frontem nauium acie ſtetere. poſteaquam nemo aduerſus ibat, claſſe diuiſa, pars in ſalo ad oſtium portus in anchoris ſtetit, pars in terram milites expoſuit. In eos iam ingentem praedam late depopulato agro agentes, Andronicus Macedo, qui in praeſidio Epheſi erat, iam moenibus appropinquantes, eruptionem fecit, exſutoſq. magna parte praedae, ad mare ac naues redegit. Poſtero die inſidiis medio ferme uiae poſitis ad eliciendū extra moenia Ma-
C cedonem, Romani ad urbem agmine iere, inde cū ea ipſa ſuſpicio, ne quis exiret, deterruiſſet, redierunt ad naues, & terra mariq. fugientibus certamen hoſtibus, Samum, unde uenerat, claſſis repetit. inde duas ſociorum ex Italia, duas Rhodias triremes cum praefecto Epicrate Rhodiorum ad fretum Cephalleniae tuendum praetor miſit. Infeſtum id latrocinio Lacedaemonius Hybriſtas cum iuuentute Cephallenum faciebat, clauſumq. id mare commeatibus Italicis erat. Piraeei L. Aemilio Regillo ſuccedenti ad nauale imperiū Epicrates occurrit. qui audita clade Rhodiorum, cum ipſe duas tantum quinqueremes haberet, Epicratem cum quattuor nauibus in Aſiam ſecum reduxit. proſecutae etiam apertae Atheniēſium naues ſunt. Aegeo mari transiecit. Eodem Timaſicrates Rhodius cum duabus quadriremibus ab Samo nocte intempeſta uenit, deductuſq. ad Aemilium, praeſidii cauſſa ſe miſſum ait, quod eam oram maris infeſtā onerariis regiae naues excurſionibus crebris ab Hel-
D leſponto atque Abydo facerent. Traiicienti Aemilio a Chio Samū duae Rhodiae quadriremes miſſae obuiam ab Liuio, & rex Eumenes cum duabus quinqueremibus occurrit. Samum poſteaquam uentum eſt, accepta ab Liuio claſſe, & ſacrificio, ut aſſolet, rite facto, Aemilius concilium aduocauit. Ibi C. Liuius (is enim eſt primus rogatus ſententiam) neminem fidelius dare poſſe conſilium dixit, quam eum, qui id alteri ſuaderet, quod ipſe, ſi in eodem loco eſſet, facturus fuerit. Se in animo habuiſſe, tota claſſe Epheſum petere, & onerarias ducere multa ſaburra grauatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere. & eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, quod in fluminis modum, longum & anguſtū & uadoſum oſtiū portus ſit. ita adempturum ſe maris uſum hoſtibus fuiſſe, inutilemq. claſſem facturum. Nulli ea placere ſententia. Eumenes rex quaeſiuit, quid tandem, ubi demerſis nauibus frenaſſent clauſtra maris, utrum libera ſua claſſe abſceſſuri inde forent ad opem ferendam ſociis,
E terroremq. hoſtibus praebendū? an nihilo minus tota claſſe portum obſeſſuri? ſi enim abſcedant, cui dubium eſſe, quin hoſtes extracturi demerſas moles ſint? & minore molimento aperturi portum, quam obſtruatur? ſin autem manendum nihilo minus ſit, quid attinere claudi portum? Quin contra illos tutiſſimo portu, opulentiſſima urbe fruentes, omnia Aſia praebente, quieta aeſtiua acturos: Romanos aperto in mari fluctibus tempeſtatibuſque obiectos, omnium inopes in aſſidua ſtatione futuros, ipſos magis, alligatos impeditoſque, ne quid eorum, quae agenda ſint, poſſint agere, quam ut hoſtes clauſos habeant. Eudamus, praefectus Rhodiae claſſis, magis eam ſibi diſplicere ſententiam oſtendit, quam ipſe quid cenſeret, faciendum dixit. Epicrates Rhodius, omiſſa in praeſentia Epheſo, mittendam nauium partem in Lyciam cenſuit, & Patara caput gentis

in ſocietatem adiungendam, in duas res magnas id uſui fore, & Rhodios pacatis contra in- F
ſulam ſuam terris, totis uiribus incumbere in unius belli, quod aduerſus Antiochum ſit, cu
ram poſſe: & eam claſſem, quae in Licia compararetur, intercludi, ne Polyxenidae coniuga
tur. Haec maxime mouit ſententia. placuit tamen Regillum tota claſſe euehi ad portum E-
pheſi ad inferendum hoſtibus terrorem. C. Liuius cum duabus quinqueremibus Romanis,
& quattuor quadriremibus Rhodijs, & duabus apertis Smyrnaeis in Lyciā eſt miſſus. Rho
dum prius iuſſus adire, & omnia cum ijs communicare conſilia. Ciuitates quas praeterue-
ctus eſt, Miletus, Myndus, Halicarnaſſus, Cnidus, Cous, imperata enixe fecerunt. Rhodum
ut eſt uentum, ſimul & ad quam rem miſſus eſſet, ijs expoſuit, & conſuluit eos. Approbanti
bus cunctis, & ad eam quam habebat claſſem aſſumptis tribus quadriremibus, nauigat Pa-
tara. Primo ſecundus uentus ad ipſam urbem ferebat eos, ſperabātq. ſubito terrore aliquid
moturos. poſteaquam circumagente ſe uento, fluctibus dubijs uolui coeptum eſt mare, per G
uicerunt quidem remis, ut tenerent terram: ſed neque circa urbem tuta ſtatio erat, nec an
te hoſtium portus in ſalo ſtare poterant, aſpero mari, & nocte imminēte. praeteruecti moe
nia, portum Phoenicunta minus duum millium ſpatio inde diſtantem petiere, nauibus a
maritima ui tutum. ſed altae rupes inſuper imminebant. quas celeriter opidani aſſumptis
regijs militibus, quos in praeſidio habebant, ceperunt. aduerſus quos Liuius, quamquam
erant iniqua ac difficilia ad exitus loca, Iſſaeos auxiliares, & Smyrnaeorum expeditos iuue
nes miſit. Ij, dum miſſilibus primo, & aduerſus paucos leuibus excurſionibus, laceſſeba-
tur magis quam conſerebatur pugna, ſuſtinuerunt certamen. poſteaquam plures ab urbe
affluebant, & iam omnis multitudo effundebatur, timor inceſſit Liuium, ne & auxiliares
circumuenirentur, & nauibus etiam ab terra periculum eſſet. ita non milites ſolum, ſed
etiam nauales ſocios, remigum turbam, quibus quiſque poterat telis, armatos in proelium H
eduxit. Tum quoque anceps pugna fuit: neque milites ſolum aliquot, ſed L. Apuſtius tu-
multuario proelio cecidit. poſtremo tamen fuſi fugatiq. ſunt Lycij, atque in urbem cōpul-
ſi. & Romani cum haud incruenta uictoria ad naues redierunt. inde in Telmiſſicum profe-
cti ſinum qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit, omiſſa Patara amplius tentandi
ſpe, Rhodij domum dimiſſi ſunt. Liuius praeteruectus Aſiam, in Graeciam tranſmiſit: ut cō
uentis Scipionibus, qui tum circa Theſſaliam erant, in Italiam tranſijceret. Aemilius poſtea
quam omiſſas in Lycia res, & Liuium profectum in Italiam cognouit, cum ipſe ab Epheſo
repulſus tempeſtate irrito incepto Samum reuertiſſet, turpe ratus tentata fruſtra Patara eſ
ſe, proficiſci eo tota claſſe, & ſumma ui aggredi urbem ſtatuit. Miletū, & ceteram oram ſo-
ciorum praeteruecti, in Bargylitico ſinu exſcenſionem ad Iaſum fecerunt. Vrbem regium
tenebat praeſidium, agrum circa Romani hoſtiliter depopulati ſunt. Miſſis deinde qui per I
colloquia principum & magiſtratuum tentarēt animos, poſteaquam nihil in poteſtate ſua
reſponderunt eſſe, ad urbem oppugnandam ducit. Erant Iaſenſium exſules cum Romanis.
ij frequentes Rhodios orare inſtiterūt, ne urbem & uicinam ſibi & cognatam, innoxiā per-
ire ſinerent. ſibi exſilij nullam aliam cauſſam eſſe, quam fidem erga Romanos. eadem ui re-
giorum, qua ipſi pulſi ſint, teneri eos, qui in urbe maneant. omnium Iaſenſium unam men-
tem eſſe, ut ſeruitutem regiam effugere uellent. Rhodij moti precibus, Eumene etiam rege
aſſumpto, ſimul ſuas neceſſitudines commemorando, ſimul obſeſſae regio praeſidio urbis
caſum miſerando, peruicerunt ut oppugnatione abſtineretur. Profecti inde pacatis ceteris
cum oram Aſiae legerent, Loryma (portus aduerſus Rhodum eſt) peruenerunt. Ibi in prin-
cipijs ſermo primo inter tribunos militum ſecretus oritur, deinde ad aures ipſius Aemilij
peruenit, abduci claſſem ab Epheſo, ab ſuo bello, ut ab tergo liber relictus hoſtis in tot pro K
pinquas ſociorum urbes omnia impune conari poſſet. Mouere ea Aemilium, uocatoſque
Rhodios cum percunctatus eſſet, poſſet ne Pataris uniuerſa claſſis in portu ſtare? cum re-
ſpondiſſent non poſſe, cauſſam nactus omittendae rei, Samum reduxit naues. Per idem tē-
pus Seleucus Antiochi filius, cum per omne hibernorum tempus exercitum in Aeolide
continuiſſet, partim ſocijs ferendo opem, partim quos in ſocietatem pellicere nō poterat,
depopulandis: tranſire in fines regni Eumenis, dum is procul a domo cum Romanis &
Rhodijs Lyciae maritima oppugnaret, ſtatuit. Ad Elaeam primo infeſtis ſignis acceſſit, in-
de, omiſſa oppugnatione urbis, agros hoſtiliter depopulatus, ad caput arcemq. regni Per-
gamum ducit oppugnandam. Attalus primo ſtationibus ante urbem poſitis, & excurſioni-
bus

A bus equitum leuiſq. armaturae magis laceſſebat, quam ſuſtinebat hoſtem. poſtremo cum per leuia certamina expertus nulla parte uirium ſe parem eſſe, intra moenia ſe recepiſſet, obſideri urbs coepta eſt. Eodem ferme tempore & Antiochus ab Apamea profectus, Sardibus primum, deinde haud procul Seleuci caſtris ad caput Caici amnis ſtatiua habuit, cũ magno exercitu miſto uarijs ex gentibus. plurimum terroris in Gallorum mercede cõductis quattuor millibus erat. hos, paucis admiſtis, ad peruaſtandum paſsim Pergamenum agrũ miſit. Quae poſteaquam Samum ſunt nunciata, primo Eumenes auocatus domeſtico bello cum claſſe Elaeam petit: inde cum praeſto fuiſſent equites, peditumq. expediti: praeſidio eorum tutus, priuſquam hoſtes ſentirent aut mouerentur, Pergamum contendit. ibi rurſus leuia per excurſiones proelia fieri coepta, Eumene ſummae rei diſcrimẽ haud dubie detrectante. Paucos dies Romana Rhodiaq. claſsis, ut regi opem ferrent, Elaeam ab Samo
B uenerunt. Quos ubi expoſuiſſe copias Elaeae, & tot claſſes in unum conueniſſe portũ, Antiocho allatum eſt: & ſub idem tempus audiuit, conſulem cum exercitu iam in Macedonia eſſe: parariq. quae ad tranſitũ Helleſponti opus eſſent: tempus ueniſſe ratus, prius, quã terra marique ſimul urgeretur, agẽdi de pace, tumulum quendam aduerſus Elaeam caſtris cepit. ibi peditum omnibus copijs relictis, cum equitatu (erant autem ſex millia equitum) in campos ſub ipſa Elaeae moenia deſcendit: miſſo caduceatore ad Aemiliũ, uelle ſe de pace agere. Aemilius Eumene a Pergamo accito, adhibitis & Rhodijs, conſilium habuit. Rhodij haud aſpernari pacem, Eumenes nec honeſtum eſſe dicere, eo tempore de pace agi: nec exitum rei imponi poſſe. Qui enim, inquit, aut honeſte incluſi moenibus & obſeſſi uelut leges pacis accipiemus? aut cui rata iſta pax erit, quam ſine conſule non ex auctoritate ſenatus, non iuſſu populi Romani peregerimus? Quaero enim, pace per te facta, redituC rus ne extemplo in Italiam ſis? claſſem exercitumq. deducturus? an exſpectaturus, quid de ea re conſuli placeat? quid ſenatus cenſeat? aut populus iubeat? Reſtat ergo, ut maneas in Aſia, & rurſus in hiberna copiae reductae, omiſſo bello, exhauriant commeatibus praebendis ſocios: deinde, ſi ita uiſum ſit ijs, penes quos poteſtas fuerit, inſtauremus nouũ de integro bellum: quod poſſumus, ſi ex hoc impetu rerum nihil prolatando remittitur, ante hiemem dijs uolentibus perfeciſſe. Haec ſententia uicit: reſponſumq. Antiocho eſt, ante conſulis aduentum de pace agi non poſſe. Antiochus, pace nequidquam tentata, uaſtatis Elaeenſiũ primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramytteum hoſtiliter itinere facto petit: agrum opulentum, quem uocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatũ. neque alio ullo loco Aſiae maior regijs militibus parta eſt, praeda. Eodem, ut urbi praeſidio eſſet, nauibus circumuecti Aemilius & Eumenes uenerũt.
D Per eoſdem forte dies Elaeam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus, Diophane omnibus his copijs praepoſito, accerſerunt. quos egreſſos nauibus obuiam miſſi ab Attalo nocte Pergamum deduxerunt. ueterani omnes & periti belli erant, & ipſe dux Philopoemenis, ſummi tum omnium Graecorum imperatoris, diſcipulus. qui biduum ſimul ad quietem hominum equorumq., & ad uiſendas hoſtium ſtationes, quibus locis temporibuſq. accederent reciperentque ſeſe, ſumpſerunt. Ad radices fere collis, in quo poſita eſt urbs, regij ſuccedebant: ita libera ab tergo populatio erat, nullo ab urbe, ne in ſtationes quidẽ qui procul iacularetur, excurrente, poſtquam ſemel compulſi metu ſe moenibus incluſerunt, contemptus eorum & inde negligentia apud regios oritur. non ſtratos, non infrenatos magna pars habebant equos: paucis ad arma & ordines relictis, dilapſi ceteri ſparſerant ſe toto paſſim campo: pars in iuueniles luſus laſciuiamq. uerſi, pars ueſcentes ſub um
E bra, quidam ſomno etiam ſtrati. Haec Diophanes ex alta urbe Pergamo contemplatus, arma ſuos capere, & ad portam praeſto eſſe iubet: ipſe Attalum adijt, & in animo ſibi eſſe dixit hoſtium ſtationem tentare. Aegre id permittente Attalo, quippe qui centum equitibus aduerſus trecentos, mille peditibus cum quattuor millibus pugnaturum cerneret: porta egreſſus, haud procul ſtatione hoſtium occaſionem opperiens conſedit. & qui Pergami erant, amentiam magis, quam audaciam, credere eſſe: & hoſtes paulliſper in eos uerſi, ut nihil moueri uiderunt, nec ipſi quidquam ex ſolita negligentia, inſuper etiam eludentes paucitatem mutarunt. Diophanes quietos aliquandiu ſuos, uelut ad ſpectaculum modo eductos continuit: poſteaquam dilapſos ab ordinibus hoſtes uidit, peditibus, quantum accelerare poſſent, ſequi iuſſis, ipſe princeps inter equites cum turma ſua, quantũ potuit, effuſiſ-

ſimis

ſimis habenis, clamore ab omni ſimul pedite, atque equite ſublato, ſtationem hoſtium im- F
prouiſo inuadit. Non homines ſolum, ſed equi etiam territi, cum uincula abrupiſſent, tre
pidationem & tumultū inter ſuos fecerunt. pauci ſtabāt impauidi equi: eos ipſos non ſter-
nere, non infrenare aut conſcendere facile poterant. multo maiorem, quam pro numero
equitum, terrorem Achaeis inferentibus. pedites uero ordinati & praeparati ſparſos per
negligentiam, & ſemiſomnes prope adorti ſunt. caedes paſſim fugaque per campos facta
eſt: Diophanes ſecutus effuſos, quoad tutum fuit, magno Achaeorum genti decore parto
(ſpectauerant enim e moenibus Pergami non uiri modo, ſed feminae etiam) in praeſidiū
urbis redijt. Poſtero die regiae magis cōpoſitae & ordinatae ſtationes quingētis paſsibus
longius ab urbe poſuerunt caſtra: & Achaei eodem ferme tempore, atque in eundem lo-
cum proceſſerunt. Per multas horas intenti utrimque uelut iam futurum impetum exſpe-
ctauere: poſteaquam haud procul occaſu ſolis redeundi in caſtrá tempus erat, regij ſignis G
collatis abire agmine ad iter magis, quam ad pugnam, cōpoſito coepere. Quieuit Diopha-
nes, dum in conſpectu erant: deinde eodem quo pridie impetu in poſtremum agmen in-
currit: tantumq. rurſus pauoris ac tumultus incuſsit, ut cum terga caederentur, nemo pu-
gnandi cauſſa reſtiterit: trepidanteſq. & uix ordinem agminis ſeruantes in caſtra compul
ſi ſunt. Haec Achaeorum audacia Seleucum ex agro Pergameno mouere caſtra coegit. An
tiochus poſteaquam Romanos & Eumenem ad tuendum Adramytteum ueniſſe audiuit,
ea quidem urbe abſtinuit, depopulatus agros. Peraeam inde coloniam Mitylenaeorū ex-
pugnauit. Cotton & Corylenus & Aphrodiſias Crene primo impetu captae ſunt. inde per
Thyatira Sardes redijt. Seleucus in maritima ora permanens, alijs terrori, alijs praeſidio
erat. Claſſis Romana cum Eumene Rhodijſq. Mitylenem primo, inde retro unde profe-
cta erat, Elaeam redijt. Inde Phocaeam petentes, ad inſulam, quam Bacchium uocant, (im H
minet urbi Phocenſium) appulerunt, & quibus ante abſtinuerant templis ſigniſq., (egre-
gie autem exornata inſula erat) cum hoſtiliter diripuiſſent, ad ipſam urbem tranſmiſerunt.
eam diuiſis inter ſe partibus cum oppugnarent, & uiderent ſine operibus, armis, ſcaliſque
capi non poſſe: miſſum ab Antiocho praeſidium trium millium armatorum cum intraſſet
urbem: extemplo oppugnatione omiſſa, claſsis ad inſulam ſe recepit: nihil aliud, quam de
populato circa urbem hoſtium agro. Inde placuit Eumenem domum dimitti, & praepara-
re conſuli, atq. exercitui, quae ad tranſitum Helleſponti opus eſſent. Romanam Rhodiam-
que claſſem redire Samum: atque ibi in ſtatione eſſe, ne Polyxenidas ab Epheſo moueret.
Rex Elaeam, Romani & Rhodij Samum redierunt. Ibi M. Aemilius frater praetoris deceſ-
ſit. Rhodij, celebratis exſequijs, aduerſus claſſem, quam fama erat ex Syria uenire, XIII ſuis
nauibus, & una Coa quinqueremi, altera Cnidia, Rhodum, ut ibi in ſtatione eſſent, profe- I
cti ſunt. Biduo ante, quam Eudamus cum claſſe a Samo ueniret, XIII a Rhodo naues cum
Pamphilida praefecto aduerſus eandem Syriacam claſſem miſſae, aſſumptis nauibus quat
tuor, quae Cariae praeſidio erant, oppugnantibus regiis Daedala, & quaedam alia parua
caſtella obſidione exemerunt. Eudamum cōfeſtim exire placuit. additae huic quoque ſunt
ad eam claſſem, quam habebat, ſex apertae naues. Profectus cum, quantum accelerare po-
terat, maturaſſet: ad portum, quem Megiſten uocant, praegreſſos conſequitur. inde uno ag
mine Phaſelidem cum ueniſſent, optimum uiſum eſt ibi hoſtem opperiri. In confinio Ly-
ciae & Pamphiliae Phaſelis eſt, prominet penitus in altum, conſpiciturque prima terrarū
Rhodum a Cilicia petentibus, & procul nauium praebet proſpectum. eo maxime ut in ob-
uio claſsi hoſtium eſſent, electus locus eſt. Ceterum quod non prouiderunt, & loco graui
& tempore anni, (medium enim aeſtatis erat) ad hoc inſolito odore, ingruere morbi uulgo
maxime in remiges, coeperunt. cuius peſtilentiae metu profecti cum praeteruehere tur Pā- K
philium ſinum, ad Eurimedontem amnem appulſa claſſe, audiunt ab Aſpendiis, ad Sidam
iam hoſtes eſſe. Tardius nauigauerant regii aduerſo tempore Eteſiarum, quod uelut ſta-
tum Fauoniis uētis eſſet. Rhodiorum duae & triginta quadriremes, quattuor triremes fue-
re. Regia claſsis VII & XXX maioris formae nauium erat, in quibus tres hepteres & quat-
tuor hexeres habebat, praeter has decem triremes erant. & ii adeſſe hoſtes ex ſpecula qua-
dam cognouere. Vtraque claſsis poſtero die luce prima, tamquam eo die pugnatura, e por
tu mouit: & poſteaquam ſuperauere Rhodii promontorium, quod ab Sida prominet in al-
tum, extemplo & conſpecti ab hoſtibus ſunt, & ipſi eos uiderunt. Ab regio ſiniſtro cornu,

quod

A quod ab alto obiectum erat, Hánibal dextero Apollonius purpuratorum unus praeerat. & iam in frontem directas habebant naues. Rhodij longo agmine ueniebant. prima praetoria nauis Eudami erat: cogebat agmen Charilitus: Pamphilidas mediae claſſi praeerat. Eudamus, poſteaquam hoſtium aciem inſtructam & paratam ad concurrendum uidit, & ipſe in altum euehitur, & deinceps, quae ſequebantur, ſeruantes ordinem in frontē dirigere iubet. Ea res primo tumultum praebuit. nam nec ſic in altum euectus erat, ut ordo omnium nauium ad terram explicari poſſet: & feſtinans ipſe praepropere cum quinque ſolis nauibus Hannibali occurrit: ceteri, quia in frontem dirigere iuſſi erant, non ſequebantur: extremo agmine loci nihil ad terram relicti erat, trepidantibuſque ijs inter ſe, iam in dextro cornu aduerſus Hannibalem pugnabatur. Sed momento temporis & nauiū uirtus & uſus rei maritimae terrorem omnem Rhodijs dempſit. nam & in altū celeriter euectae
B naues locum poſt ſe quaeque uenienti ad terram dedere, & ſi qua concurrerat roſtro cum hoſtium naui, aut proram lacerabat, aut remos detergebat, aut libero inter ordines diſcurſu praeteruecta, in puppim impetum dabat. Maxime exterruit hepteris regia a multo minore Rhodia naue uno ictu demerſa. itaque iam haud dubie dexterum cornu hoſtium in fugam inclinabat. Eudamum in alto multitudine nauium maxime Hannibal, ceteris omnibus longe praeſtātem, urgebat: & circumueniſſet, ni, ſigno ſublato ex praetoria naue, quo diſperſam claſſem in unum colligi mos erat: omnes quae in dextro cornu uicerant naues ad opem ferendam ſuis concurriſſent. tum & Hannibal, quaeq. circa eum erant naues, capeſſunt fugam: nec inſequi Rhodij, ex magna parte aegris, & ob id celerius feſſis remigibus, potuerunt. Cum in alto, ubi ſubſtiterant, cibo reficerent uires, contemplatus Eudamus hoſtes claudas mutilataſq. naues apertis nauibus remulco trahentes, XX paullo am-
C plius integras abſcedentes, e turri praetoriae nauis ſilentio facto, Exſurgite, inquit, & egregium ſpectaculum capeſsite oculis. Conſurrexere omnes, contemplatiq. trepidationē fugamq. hoſtium, prope una uoce exclamauere omnes, ut ſequerentur. Ipſius Eudami multis ictibus uulnerata nauis erat. Pamphilidam & Charilitum inſequi, quoad putarent tutum, iuſsit. Aliquandiu ſecuti ſunt: poſteaquam terrae appropinquabat Hánibal, ueriti ne includerentur uento in hoſtium ora, ad Eudamum reuecti, hepterem captam, quae primo concurſu icta erat, aegre Phaſelidem pertraxerunt. inde Rhodum non tā uictoria laeti, quā alius alium accuſantes, quod cum potuiſſet, non omnis ſummerſa aut capta claſsis hoſtiū foret, redierunt. Hannibal ictus uno proelio aduerſo, ne tum quidem praeteruehi Lyciam audebat, cū coniungi ueteri regiae claſsi quamprimum cuperet. Et id ne ei facere liberum eſſet, Rhodij Charilitum cum XX nauibus roſtratis ad Patara & Magiſten portū miſerūt.
D Eudamum cum VII nauibus maximis ex ea claſſe cui praefuerat, Samum redire ad Romanos iuſſerunt, ut, quantum conſilio, quantum auctoritate ualeret, compelleret Romanos ad Patara oppugnanda. Magnam laetitiam Romanis iam prius nūcius uictoriae, deinde aduentus attulit Rhodiorum. & apparebat, ſi ea cura Rhodijs dempta eſſet, uacuos eos tuta eius regionis maria praeſtituros. ſed profecto Antiocho ab Sardibus, ne opprimerentur urbes maritimae, abſcedere cuſtodia Ioniae, atq. Aeolidis prohibuerunt. Pamphilidam cū quattuor nauibus tectis ad eam claſſem, quae circa Patara erat, miſerunt. Antiochus nó ciuitatum modo, quae circa ſe erant, contrahebat praeſidia, ſed ad Pruſiam Bithyniae regē miſerat legatos litteraſq., quibus tranſitū in Aſiam Romanorū increpabat. Venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullum uſquam orbis terrarum, niſi Romanum imperium eſſet: Philippum & Nabin expugnatos, ſe tertium peti. ut quiſque proximus ab oppreſſo ſit, per
E omnes uelut continens incendium peruaſurum, ab ſe gradum in Bithyniam fore, quando Eumenes in uolūtariam ſeruitutem conceſſiſſet. His motum Pruſiam litterae Scipionis cōſulis, ſed magis eius fratris Africani, a ſuſpicione tali auerterunt. qui praeter conſuetudinē perpetuam populi Romani, augendi omni honore regum ſociorum maieſtatem domeſticis ipſe exemplis Pruſiam ad promerendam amicitiam ſuam compulit. Regulos ſe acceptos in fidem in Hiſpania reges reliquiſſe: Maſſaniſſam non in patrio modo locaſſe regno, ſed in Syphacis, a quo ante expulſus fuiſſet, regnum impoſuiſſe: & eſſe eum non Africae modo regum longe opulentiſſimum: ſed toto in orbe terrarum cuiuis regum uel maieſtate uel uiribus parem. Philippum & Nabin, ut hoſtes bello ſuperatos ab T. Quinctio, tamen in regno relictos: Philippo quidem anno priore etiam ſtipendium remiſſum, & filium obſi-

dem

dem redditum: & quaſdam ciuitates extra Macedoniam, patientibus Romanis imperato- F
ribus recepiſſe eum. In eadem dignitate & Nabin futurum fuiſſe, niſi eum ſuus primo fu-
ror, deinde fraus Aetolorum aſſumpſiſſet. Maxime confirmatus eſt animus regis, poſtea-
quam ad eum C. Liuius, qui praetor ante claſſi praefuerat, legatus ab Roma uenit, & edo-
cuit, quãto & ſpes uictoriae certior Romanis, quam Antiocho, & amicitia ſanctior firmior
que apud Romanos futura eſſet. Antiochus poſteaquam a ſpe ſocietatis Pruſiae decidit,
Epheſum ab Sardibus eſt profectus ad claſſem, quae per aliquot mẽſes inſtructa ac parata
fuerat, uiſendam: magis, quia terreſtribus copijs exercitum Romanum & duos Scipiones
imperatores uidebat ſuſtineri non poſſe, quam quod res naualis ipſa per ſe aut tentata ſi-
bi umquam feliciter, aut tunc magnae & certae fiduciae eſſet. erat tamẽ momentũ in prae
ſentia ſpei, quod & magnam partem Rhodiae claſſis circa Patara eſſe, & Eumenem regem
cum omnibus nauibus ſuis conſuli obuiam in Helleſpontum profectum audierat. aliquid G
etiam inflabat animos claſſis Rhodia ad Samum per occaſionem fraude praeparata abſu-
mpta. His fretus, Polyxenida cum claſſe ad tentandam omni modo certaminis fortunam
miſſo, ipſe copias ad Notium ducit: (id opidum Colophonium mari imminens abeſt a
uetere Colophone duo ferme millia paſſuum) & ipſam urbẽ ſuae eſſe poteſtatis uolebat,
adeo propinquam Epheſo, ut nihil terra mariue ageret, quod non ſubiectum oculis Colo-
phoniorum, ac per eos notum extemplo Romanis eſſet: quos audita obſidione non dubi-
tabat ad opem ferendam ſociae urbi claſſem a Samo moturos: eam occaſionem Polyxeni
dae ad rem gerendam fore. Igitur operibus oppugnare urbem aggreſſus, & ad mare parti-
bus duabus pariter munitionibus deductis, utrimque uineas & aggerem muro iniunxit, &
teſtudinibus arietes admouit. Quibus territi malis Colophonij oratores Samum ad L. Ae
milium, fidem praetoris populiq. Romani implorãtes, miſerunt. Aemilium & Sami ſegnis H
diu mora offendebat, nihil minus opinantem, quam Polyxenidam bis nequidquam ab ſe
prouocatum, poteſtatem pugnae facturum eſſe. & turpe exiſtimabat, Eumenis claſſem ad
iuuare conſulẽ ad traijciendas in Aſiam legiones: ſe Colophonis obſeſſae auxilio incer
tam finem habituro alligari. Eudamus Rhodius, qui & tenuerat eũ Sami cupientem profi-
ciſci in Helleſpontum, cunctiq. inſtare & dicere: quanto ſatius eſſe, uel ſocios obſidione
eximere, uel uictam iam ſemel claſſem iterum uincere, totamque maris poſſeſſionẽ hoſti
eripere, quam deſertis ſocijs, tradita Antiocho Aſia, terra mariq. in Helleſpontum, ubi ſa-
tis eſſet Eumenis claſſis, ab ſua parte belli diſcedere? Profecti ab Samo ad petendos com-
meatus, conſumptis iam omnibus, Chium parabant traijcere. Id erat horreum Romanis:
eoq. omnes ex Italia miſſae onerariae dirigebãt curſum. Circumuecti ab urbe ad auerſa in
ſulae, (obiecta aquiloni, ad Chium & Erythras ſunt) cũ pararent trãſijcere, litteris certior I
fit praetor, frumenti uim magnã Chium ex Italia ueniſſe: uinum portãtes naues tempeſta
tibus retẽtas eſſe. ſimul allatum eſt, Teios regiae claſſi benigne cõmeatus praebuiſſe: quin
que millia uaſorum uini eſſe pollicitos. Teum ex medio curſu claſſem repente auertit:
aut, uolentibus ijs, uſurus commeatu parato hoſtibus, aut ipſos pro hoſtibus habiturus.
Cum direxiſſent ad terram proras, quindecim ferme eis naues circa Myonneſum apparue
runt, quas primo ex claſſe regia praetor eſſe ratus, inſtitit ſequi: apparuit inde, piraticas ce
loces & lembos eſſe. Chiorum maritimam oram depopulati, cũ omnis generis praeda re-
uertentes, poſteaquam uidere ex alto claſſem, in fugam uerterunt. & celeritate ſuperabãt,
leuioribus & ad id fabrefactis nauigijs, & propiores terrae erant. itaq. priuſquã appropin-
quaret claſſis, Myonneſum perfugerunt. unde ſe a portu ratus abſtracturum naues, igna-
rus loci ſequebatur praetor. Myonneſus promontorium inter Teum Samumque eſt: ip- K
ſe collis eſt in modum metae in acutum cacumen a fundo ſatis lato faſtigiatus, a continen
ti artae ſemitae aditum habet: a mari exeſae fluctibus rupes claudunt: ita ut quibuſdã lo-
cis ſuperpendentia ſaxa plus in altum, quam quae in ſtatione ſunt naues, promineant. Cir
ca ea appropinquare non auſae naues, ne ſub ictu ſuperſtantium in rupibus piratarũ eſſent,
diem triuere. tandem ſub noctem uano incepto cum abſtitiſſent, Teum poſtero die acceſ-
ſere: & in portu, qui a tergo urbis eſt, (Geraeſticum ipſi appellant) nauibus cõſtitutis, prae
tor ad depopulandũ circa urbem agrum milites emiſit. Teij, cum in oculis populatio eſſet,
oratores cum infulis & uelamentis ad Romanum miſerunt. Quibus purgantibus ciuita-
tem omnis facti dictique hoſtilis aduerſus Romanos, & iuuiſſe eos commeatu claſſem ho-

ſtium

A ſtiũ arguit,& quantum uini Polyxenidae promiſiſſent.quae ſi eadẽ claſſi Romanae darent, reuocaturum ſe a populatione militẽ: ſi minus,pro hoſtibus eos habiturum. Hoc tã triſte reſponſum cum retuliſſent legati, uocatur in concionem a magiſtratibus populus,ut,quid agerent,conſultarent. Eo forte Polyxenidas cum regia claſſe a Colophone profectus,poſtea quam mouiſſe a Samo Romanos audiuit, & ad Myonneſum piratas perſecutos Teiorũ agrũ depopulari,naues in Geraeſtico portu ſtare;ipſe aduerſus Myonneſum in inſula (Macrin nautici uocant) anchoras portu occulto iecit. inde ex propinquo explorans quid hoſtes agerent, primo in magna ſpe fuit, quemadmodum Rhodiam claſſem ad Samum circumſeſſis ad exitum faucibus portus expugnaſſet,ſic & Romanam expugnaturum. nec eſt diſsimilis natura loci: promontorijs coeuntibus inter ſe ita clauditur portus, ut uix duae ſimul inde naues poſsint exire. nocte occupare fauces Polyxenidas in animo habebat; &
B denis nauibus ad promontoria ſtantibus, quae ab utroque cornu in latera exeuntium nauium pugnarẽt,ex cetera claſſe,ſicut ad Panhormum fecerat,armatis in litora expoſitis,terra mariq.ſimul hoſtes opprimere.quod non uanum ei conſilium fuiſſet, ni cum Teij facturos ſe imperata promiſiſſent, ad accipiendos cõmeatus aptius uiſum eſſet Romanis, in cũ portum,qui ante urbẽ eſt,claſſe tranſire. Dicitur & Eudamus Rhodius uitium alterius portus oſtendiſſe,cum forte duae naues in arto oſtio implicitos remos fregiſſent. & inter alia id quoque mouit praetorem, ut traduceret claſſem, quod ab terra periculum erat, haud procul inde Antiocho ſtatiua habente. Traducta claſſe ad urbem,ignaris omnibus egreſsi milites nautaeq. ſunt ad commeatus & uinum maxime diuidendum in naues, cum medio forte diei agreſtis quidam ad praetorem adductus nunciat, alterum iam diem claſſẽ ſtare ad inſulã Macrin,& paullo ante uiſas quaſdam moueri tamquam ad profectionem naues.
C Re ſubita perculſus praetor tubicines canere iubet,ut,ſi qui per agros palati eſſent,redirẽt. tribunos in urbem mittit ad cogendos milites nautaſq.in naues. Haud ſecus, quam in repentino incendio, aut capta urbe trepidatur: alijs in urbem currentibus ad ſuos reuocandos: alijs ex urbe naues curſu repetentibus: incertiſq. clamoribus quibus ipſis tubae obſtreperent, turbatis imperijs, tandem concurſum ad naues eſt. Vix ſuam quiſque noſcere aut adire prae tumultu poterat: trepidatumque cum periculo & in mari & in terra foret,ni partibus diuiſis Aemilius cum praetoria naue primus e portu in altum euectus,excipiẽs in ſequentes ſuo quamque ordine in frontem inſtruxiſſet: Eudamus Rhodiaq. claſsis ſubſtitiſſent ad terram,ut & ſine trepidatione conſcenderent, & ut quaeque parata eſſet, exiret nauis. ita & explicuere ordinẽ primae in cõſpectu praetoris,& coactum agmen ab Rhodiis eſt: inſtructaq.acies uelut cerneret regios, in altum proceſsit. inter Myonneſum & Cory
D cum promontorium erant,cum hoſtem conſpexere. Et regia claſsis binis in ordinem nauibus lõgo agmine ueniens,& ipſa aciem aduerſam explicuit,tantum laeuo euecta cornu, ut amplecti & circumire dexterum cornu Romanorum poſſet. quod ubi Eudamus,qui cogebat agmen, uidit,non poſſe exaequare ordinem Romanos, & tantum non iam circumiri a dextro cornu, cõcitat naues: (& erant Rhodiae naues longe omnium celerrimae tota claſſe)aequatoq.cornu,praetoriae naui,in qua Polyxenidas erat,ſuam obiecit.Iam totis claſsibus ſimul ab omni parte pugna conſerta erat. Ab Romanis LXXX naues pugnabant, ex quibus Rhodiae V & XX erant. Hoſtium claſsis undenonaginta nauium fuit, & maximae formae naues,tres hexeres habebat, duas hepteres. Robore nauiũ & uirtute militum Romani lõge Rhodios praeſtabant: Rhodiae naues agilitate,& arte gubernatorũ,& ſciẽtia remigum.Maximo tamen hoſtibus terrori fuere, quae ignes prae ſe portabant: & quod unũ
E ijs ad Panhormum circumuẽtis saluti fuerat, id tum maximum momentum ad uictoriam fuit. nam metu ignis aduerſi regiae naues, ne prora concurrerent cum declinaſſent, neque ipſae ferire roſtro hoſtem poterant: & obliquas ſe ipſae ad ictus praebebant: & ſi qua cõcurrerat, obruebatur infuſo igni, magiſque ad incendium, quam ad proelium trepidabãt. Plurimum tamen quae ſolet,militum uirtus in bello ualuit. mediam namque aciem hoſtiũ Romani cum rupiſſent,circumuecti ab tergo pugnantibus aduerſus Rhodios regijs ſeſe obiecere: momentoque temporis & media acies Antiochi,& laeuo in cornu circumuẽtae naues mergebantur. Dextera pars integra ſociorum magis clade, quam ſuo periculo terrebatur. ceterum poſteaquam alias circumuentas, praetoriam nauẽ Polyxenidae relictis ſocijs uela dantem uidere: ſublatis raptim dolonibus (& erat ſecundus petentibus Epheſum

ſum

ſum uentus) capeſſunt fugam, quadraginta duabus nauibus in ea pugna amiſſis: quarum F
tredecim captae in poteſtatem hoſtium uenerunt: ceterae incẽſae aut demerſae. Romano
rũ duae naues fractae ſunt, uulneratae aliquot. Rhodia una capta memorabili caſu. nam cũ
roſtro percuſſiſſet Sidoniam nauem, anchora ictu ipſo excuſſa e naue ſua, unco dente uel-
ut manu ferrea iniecta, alligauit alterius proram: inde tumultu iniecto cum diuellere ſe
ab hoſte cupientes inhiberent Rhodij, tractu anchorali & implicitum remis latus alterum
deterſit, debilitatam ea ipſa, quae icta cohaeſerat, nauim cepit. hoc maxime modo ad Myõ
neſum nauali proelio pugnatũ eſt. quo territus Antiochus, quia poſſeſſione maris pulſus
longinqua tueri diffidebat ſe poſſe; praeſidium ab Lyſimachia, ne opprimeretur ibi ab Ro
manis, deduci, prauo, ut res ipſa poſtea docuit, conſilio iuſſit. non enim tueri ſolum Lyſima
chiam a primo impetu Romanorum facile erat, ſed obſidionem etiam per totam hiemem
tolerare, & obſidentes quoque ad ultimam inopiam adducere extrahẽdo tempus, & inter G
im ſpem pacis per occaſiones tentare. Nec Lyſimachiam tantũ hoſtibus tradidit poſt ad
uerſam naualem pugnam, ſed etiam Colophonis obſidione abſceſſit, & Sardes recepit ſe.
atque inde in Cappadociam ad Ariarathen, qui auxilia accerſerent, & quocumq. alio po-
terat ad copias contrahendas, in unum iam conſilium, ut acie dimicaret, intentus, miſit. Re
gillus Aemilius poſt uictoriam naualem profectus Epheſum directis ante portũ nauibus
cum confeſſionem conceſſi maris ultimam hoſti expreſſiſſet: Chium, quo ante nauale proe
lium curſum a Samo intenderat, nauigat. ibi naues in proelio quaſſatas cum refeciſſet, L.
Aemilium Scaurum cum XXX nauibus Helleſpontum ad exercitum tranſijciendum miſit,
Rhodios parte praedae & ſpolijs naualibus decoratos domũ redire iubet, Rhodij impigre
praeuertere, ad tranſijciendaſq. copias conſulis iere: atque eo quoque functi officio, tũ de
mum Rhodum rediere. Claſſis Romana ab Chio Phocaeam traiecit. In ſinu maris intimo H
poſita haec urbs eſt, oblonga forma: duum millium & quingentorum paſſuum ſpatiũ mu-
rus amplectitur: coit deinde ex utraque parte in artiorem uelut cuneum: Lamptera ipſi
appellant. mille & ducentos paſſus ibi latitudo patet. inde in altum lingua mille paſſuum
excurrens, medium fere ſinum uelut nota diſtinguit. ubi cohaeret faucibus anguſtis, duos
in utramque regionem uerſos portus tutiſſimos habet. qui in meridiem uergit, Nauſtath-
mos ab re appellatur, quia ingentem uim nauium capit. alter prope ipſum Lãptera eſt. Hos
portus tutiſſimos cum occupaſſet Romana claſſis; priuſquam aut ſcalis aut operibus moe-
nia aggrederetur, mittendos cenſuit praetor, qui principum magiſtratuumque animos tẽ-
tarent. poſteaquam obſtinatos uidit, duobus ſimul locis oppugnare eſt adortus. altera pars
infrequens aedificijs erat: templa deum aliquantum tenebant loci. ea prius ariete admoto,
quatere muros turreſq. coepit. deinde cum eo multitudo occurreret ad defendendum, al- I
tera quoque parte admotus aries: & iam utrimque ſternebantur muri. ad quorum caſum
cum impetum Romani milites per ipſam ſtragem ruinarum facerent, alij ſcalis etiã adſcen
ſum in muros tentarent, adeo obſtinate reſtiterunt opidani, ut facile appareret plus in ar-
mis & uirtute, quam in moenibus auxilij eſſe. coactus ergo periculo militum praetor rece-
ptui cani iuſſit, ne obijceret incautos furentibus deſperatione ac rabie. Dirempto proe-
lio, ne tum quidem ad quietem uerſi, ſed undique omnes ad muniẽda & obmoliẽda, quae
ruinis ſtrata erant, concurrerunt. Huic operi intentis ſuperuenit Q. Antonius a praetore
miſſus: qui caſtigata pertinacia eorum, maiorem curam Romanis, quam illis, oſtenderet
eſſe, ne in perniciem urbis pugnaretur, ſi abſiſtere furore uellẽt, poteſtatem ijs dare eadem
condicione, qua prius C. Liuij in fidem ueniſſent, ſe tradendi. Haec cum audiſſent, quinque
dierũ ſpatio ad deliberandum ſumpto, tentata interim ſpe auxilij ab Antiocho, poſteaquã K
legati miſſi ad regem, nihil in eo eſſe praeſidij, retulerant: tum portas aperuerunt, pacti, ne
quid hoſtile paterentur. Cum ſigna in urbem inferrentur, & pronunciaſſet praetor, parci ſe
deditis uelle: clamor undique eſt ſublatus, indignum facinus eſſe, Phocaeenſes, numquam
fidos ſocios, ſemper infeſtos hoſtes, impune eludere. ab hac uoce, uelut ſigno a praetore da
to, ad diripiendam urbem paſſim diſcurrerunt. Aemilius primo reſiſtere & reuocare, dicen-
do captas non deditas diripi urbes, & in his tamen arbitrium eſſe imperatoris, non militũ.
poſteaquam ira & auaritia imperio potentiora erant: praeconibus per urbem miſſis, libe-
ros omnes in forum ad ſe conuenire iubet, ne uiolarentur: & in omnibus, quae ipſius pote
ſtatis fuerunt, fides conſtitit praetoris. urbem agroſque & ſuas leges ijs reſtituit: &, quia
iam

A iam hiems appetebat, Phocaeae portus ad hibernandum claſſi delegit. Per idem fere tẽpus
conſuli tranſgreſsio Aeniorum Maronitarumq. fines nunciatur, uictam regiam claſſem ad
Myonneſum, relictamq. a praeſidio Lyſimachiam eſſe. Id multo, quam de nauali uictoria
laetius fuit: utique poſteaquam eo uenerunt, refertaq. urbs omnium rerum commeatibus
uelut in aduentum exercitus praeparatis, eos excepit: ubi inopiam ultimam laboremque
in obſidenda urbe ſibi propoſuerant. Ibi paucos dies ſtatiua habuere, ut impedimenta ae-
grique conſequerentur, qui paſsim per omnia Thraciae caſtella feſsi morbis ac lõgitudine
uiae relicti erant. Receptis omnibus, ingreſsi rurſus iter per Cherſoneſum Helleſpontum
perueniunt. ubi omnibus cura regis Eumenis ad traijciendũ praeparatis, uelut in pacata
litora, nullo prohibente, alijs alio delatis nauibus, ſine tumultu traiecere. Ea uero res Ro
manis auxit animos, conceſſum ſibi tranſitum cernentibus in Aſiam, quam rem magni cer
B taminis futuram crediderant. Statiua deinde ad Helleſpontũ aliquandiu habuerunt: quia
dies forte, quibus ancylia mouentur, religioſi ad iter inciderant. ijdem dies P. Scipionẽ pro
piore etiam religione, quia ſalius erat, diiunxerant ab exercitu: cauſſaque & is ipſe morae
erat, dũ cõſequeretur. Per eos forte dies legatus ab Antiocho in caſtra uenerat, Byzantius
Heraclides de pace afferens mandata: quã impetrabilẽ fore, magnã ei ſpẽ attulit mora &
cunctatio Romanorũ: quos, ſimul Aſiam attigiſſent, effuſo agmine ad caſtra regia ituros
crediderat. Statuit tamen nõ prius adire conſulẽ, quã P. Scipionem: & ita mandatũ ab rege
erat: in eo maximam ſpẽ habebat, praeterquam quod & magnitudo animi, & ſatietas glo-
riae placabilẽ eum maxime faciebat, notumq. erat gentibus, qui uictor ille in Hiſpania, qui
deinde in Africa fuiſſet. etiã quod filius eius captus in poteſtate regis erat. Is ubi & quan-
do, & quo caſu captus ſit, ſicut pleraque alia, parum inter auctores cõſtat. alij principio bel
C li a Chalcide Oreum petentẽ circumuectum ab regijs nauibus trãdunt. alij, poſteaquã trãſ-
itum in Aſiam eſt: cũ turma Fregellana miſſum exploratum ad regia caſtra, effuſo obuiam
equitatu cum reciperet ſeſe, in eo tumultu delapſo equo, cum duobus equitibus oppreſſũ,
ita ad regẽ deductum eſſe. Illud ſatis conſtat, ſi pax cum populo Romano maneret, hoſpi-
tiumq. priuatim regi cum Scipionibus eſſet: neque liberalius, neque benignius haberi co-
liq. adoleſcentẽ, quam cultus eſt, potuiſſe. Ob haec cum aduentum P. Scipionis legatus ex-
ſpectaſſet: ubi is uenit, conſulem adit, petitque, ut mandata audiret. Aduocato frequenti
cõcilio, legati uerba ſunt audita. Is multis ante legationibus nequidquam ultro citroq. de
pace miſsis, eam ipſam fiduciam impetrandi ſibi eſſe dixit, quod priores legati nihil impe-
traſſent. Smyrnam enim & Lampſacum, & Alexandriam Troadem, & Lyſimachiam in Eu
ropa iactatas, in illis diſceptationibus eſſe: quarum Lyſimachia iã ceſsiſſe regẽ, ne quid in
D Europa habere cum dicerent: eas quae in Aſia ſint ciuitates tradere paratũ eſſe: & ſi quas
alias Romani, quod ſuarum partium fuerint, uindicare ab imperio regio uelint: Impenſae
quoque in bellum factae partem dimidiam regem praeſtiturum populo Romano. Hae cõ-
diciones erant pacis. Reliqua oratio fuit, ut memores rerum humanarum & ſuae fortunae
moderarentur, & alienam ne urgerent. finirent Europa imperium: id quoque immenſum
eſſe: & parari ſingula acquirẽdo facilius potuiſſe, quam uniuerſa teneri poſſe. Quod ſi A-
ſiae quoque partem aliquam abſtrahere uelint, dummodo non dubijs regionibus finiant:
uinci ſuam temperantiam Romana cupiditate, pacis & concordiae cauſſa regem paſſurum.
Ea quae legato magna ad pacem impetrãdam uidebantur, parua Romanis uiſa. nam & im
penſam, quae in bellum facta eſſet, omnem praeſtare regem aequum cenſebãt, cuius culpa
bellum excitatum eſſet: & nõ Ionia modo, atque Aeolide deduci debere praeſidia regia:
sed ſicut Graecia omnis liberata eſſet, itaque in Aſia ſint, omnes liberari urbes. id aliter fie-
E ri non poſſe, quam ut cis Taurum montẽ poſſeſsione Aſiae Antiochus cedat. Legatus poſt
eaquam nihil aequi in concilio impetrare ſe cenſebat, priuatim (ſic enim imperatum erat)
P. Scipionis tentare animum eſt conatus. Omnium primum filium ei ſine pretio redditu-
rum regem dixit: deinde ignarus & animi Scipionis, & moris Romanĩ, auri pondus ingẽs
eſt pollicitus, & nomine tantum regio excepto, ſocietatem omnis regni, ſi per eum pacem
impetraſſet. Ad ea Scipio. Quod Romanos omnes, quod me, ad quem miſſus es, ignoras,
minus miror: cum te fortunam eius, a quo uenis, ignorare cernam. Lyſimachia tenenda e-
rat, ne Cherſonneſum intraremus: haud ad Helleſpontum obſiſtendum, ne in Aſiam trãij
ceremus, ſi pacem tamquam a ſollicitis de belli euentu petituri eratis. cõceſſo uero in Aſiã
transitu,

tranſitu,& non ſolum frenis,ſed etiam iugo accepto,quae diſceptatio ex aequo,cum impe- F
rium patiendum ſit,relicta eſt? Ego ex munificentia regia maximum donum filium habe-
bo: alijs,deos precor,ne umquam fortuna egeat mea, animus certe non egebit. pro tanto
in me munere gratum me eſſe in ſe ſentiet, ſi priuatam gratiam pro priuato beneficio deſi-
derabit. publice nec habebo quidquam ab illo, nec dabo. quod in praeſentia dare poſſim,
fidele conſilium eſt.abi,nuncia meis uerbis,bello abſiſtat, pacis condicionem nullam recu-
ſet.nihil ea mouerunt regem, tutam fore belli aleam ratum: quando perinde ac uicto iam
ſibi leges dicerentur.omiſſa igitur in praeſentia mentione pacis,totam curam in belli appa-
ratum intendit.Conſul,omnibus praeparatis ad propoſita exſequenda,cum ex ſtatiuis mo-
uiſſet: Dardanum primum, deinde Rhoeteum,utraque ciuitate obuiam effuſa,uenit.inde
Ilium proceſſit: caſtriſq. in campo,qui eſt ſubiectus moenibus, poſitis, in urbem arcemq.
cum adſcendiſſet,ſacrificauit Mineruae praeſidi arcis, & Ilienſibus in omni rerum uerborũ- G
que honore ab ſe oriundos Romanos praeferentibus, & Romanis laetis origine ſua. inde
profecti ſextis caſtris ad caput Caici amnis peruenerunt. Eo & Eumenes rex,conatus pri-
mo ab Helleſponto reducere claſſem in hiberna Elaeam, aduerſis deinde uentis cum ali-
quot diebus ſuperare Lecton promontorium non potuiſſet, in terram egreſſus, ne deeſſet
principijs rerum,qua proximum fuit,in caſtra Romana cum parua manu contendit. Ex ca-
ſtris Pergamum remiſſus ad commeatus expediendos, tradito frumento quibus iuſſerat
conſul, in eadem ſtatiua redijt. inde plurium dierum praeparatis cibarijs, conſilium erat
ire ad hoſtem priuſquam hiems opprimeret.Regia caſtra circa Thyatira erant. ibi cum au-
diſſet Antiochus P.Scipionem aegrum Elaeam delatum, legatos,qui filium ad eũ reduce-
rent,miſit.Non ſolum animo patrio gratum munus, ſed corpori quoque ſalubre gaudium
fuit, ſatiatuſq.tandem complexu filij, Renunciate, inquit, gratias regi me agere: referre H
gratiam aliam nunc non poſſe,quam ut ſuadeam ne ante in aciem deſcendat, quã ut in ca-
ſtra me rediſſe audierit.Quamquam LX millia peditum,plus XII millia equitũ animos in-
terdum ad ſpem certaminis faciebant: motus tamen Antiochus tanti auctoritate uiri, in
quo ad incertos belli euetus omnis fortunae poſuerat ſubſidia,recepit ſe trãſgreſſus Phry-
gium amnem: circaq.Magneſiam,quae ad Sipylum eſt,poſuit caſtra.& ne,ſi extrahere tem-
pus uellet,munimenta Romani tentarent: foſſam ſex cubitis altam, XII latam cum duxiſ-
ſet, extra duplex uallum foſſae circumducit: interiore labro murum cum turribus crebris
obiecit: unde facile arceri tranſitu foſſae hoſtis poſſet. Conſul circa Thyatira regem eſſe
ratus,continuis itineribus quincto die ad Hyrcanum campum deſcendit. inde cum profe-
ctum audiſſet, ſecutus ueſtigia citra Phrygium amnem quattuor millia ab hoſte poſuit ca-
ſtra.Eo mille ferme equites(maxima pars Gallograeci erant,& Dahae quidam, aliarumq. I
gentium ſagittarij equites intermiſti) tumultuoſe amne trajecto, in ſtationes impetũ fe-
cerunt.Primo turbauerunt incompoſitos. deinde cum longius certamen fieret: Romano-
rum,ex propinquis caſtris facili ſubſidio,creſceret numerus: regij feſſi iam, & plures non
ſuſtinentes,recipere ſe conati,circa ripã amnis,priuſquam flumen ingrederentur,ab inſtan-
tibus tergo aliquot interfecti ſunt. Biduum deinde ſilentium fuit.neutris tranſgredienti-
bus amnẽ.tertio poſt die Romani ſimul omnes trãſgreſſi ſunt,& duo millia ferme & quin-
gentos paſſus ab hoſte poſuerunt caſtra. Metantibus & muniendo occupatis tria millia de-
lecta equitum peditumque regiorum magno terrore ac tumultu aduenere.aliquanto pau-
ciores in ſtatione erant: & tamen per ſe nullo a munimento caſtrorum milite auocato, &
primo aequum proelium ſuſtinuere,& creſcente certamine pepulerunt hoſtes, centum ex
his occiſis,centum ferme captis. Per quattriduũ inſequens inſtructae utrimque acies pro K
uallo ſtetere.quincto die Romani proceſſere in medium campi. Antiochus nihil promouit
ſigna,ita ut extremi minus mille pedes a uallo abeſſent.conſul,poſteaquam detrectari cer-
tamen uidit,poſtero die in conſilium aduocauit, quid ſibi faciendum eſſet,ſi Antiochus pu-
gnandi copiam non faceret.inſtare hiemem: aut ſub pellibus habendos milites fore: aut,
ſi concedere in hiberna uellent, differendum eſſe in aeſtatem bellum. Nullum umquã ho-
ſtem Romani aeque contempſerunt. conclamatum undique eſt,duceret extemplo, & ute-
retur ardore militum,qui tamquam non pugnandum cum tot millibus hoſtium,ſed par nu-
merus pecorum trucidandus eſſet, per foſſas, per uallum caſtra inuadere parati erant, ſi in
proelium hoſtis non exiret. Cn. Domitius ad explorandum iter,& qua parte adiri uallum

hoſtium

A hoſtium poſſet, miſſus, poſteaquam omnia certa retulit, poſtero die propius caſtra admo-
ueri placuit: tertio ſigna in medium campi prolata, & inſtrui acies coepta eſt. Nec An-
tiochus ultra tergiuerſandum ratus, ne & ſuorum animos minueret detrectando certa-
men, & hoſtium ſpem augeret, & ipſe copias eduxit, tantum progreſſus a caſtris, ut dimi-
caturum appareret. Romana acies unius prope formae fuit & hominum & armorum gene
re. duae legiones Romanae, duae ſocium ac Latini nominis erant: quina millia & quadrin
genos ſingulae habebant. Romani mediam aciem, cornua Latini tenuerunt: haſtatorum
prima ſigna, deinde principum erant: triarij poſtremos claudebant. Extra hanc ueluti
iuſtam aciem a parte dextra conſul Achaeorum cetratis immiſtos auxiliares Eumenis tria
millia ferme peditum aequata fronte inſtruxit: ultra eos equitum minus tria millia op-
poſuit, ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis equitatus Romanus erat, extre-
B mos Tralles & Cretenſes (quingentorum utrique numerum explebant) ſtatuit. laeuum
cornu nõ uidebatur egere talibus auxilijs, quia flumen ab ea parte ripaeq. diruptae claude
bant: quattuor tamen inde turmae equitum oppoſitae. Haec ſumma copiarum erat Roma
nis, & duo millia miſtorum Macedonum Thracumque, qui uoluntate ſecuti erant. hi prae
ſidio relicti ſunt caſtris. ſexdecim elephantos poſt triarios in ſubſidio locauerunt. nã prae-
terquam quod multitudinem regiorum elephãtorum (erant autem quattuor & L) ſuſtine-
re non uidebantur poſſe: ne pari quidem numero Indicis Africi reſiſtunt: ſiue quia magni
tudine, (longe enim illi praeſtant) ſiue robore animorum uincuntur. Regia acies uaria ma-
gis multis gentibus, diſſimilitudine armorum auxiliorumque erat X & ſex millia peditum
more Macedonum armati fuere, qui phalangitae appellabantur. haec media acies fuit in
fronte, in decem partes diuiſa. partes eas interpoſitis binis elephantis diſtinguebat. a fron
C te introrſus in duos & XXX ordines armatorum acies patebat. hoc & roboris in regijs co-
pijs erat: & perinde cum alia ſpecie, tum eminentibus tantum inter armatos elephantis
magnum terrorem praebebat. Ingentes ipſi erant: addebant ſpeciem frontalia & criſtae,
& tergo impoſitae turres, turribuſq. ſuperſtantes praeter rectorem quaterni armati. Ad la
tus dexterum phalangitarum mille & quingentos equites Gallograecorum oppoſuit. his
tria millia equitum loricatorum (cataphractos ipſi appellant) adiunxit. addita his ala mil-
le ferme equitum. agema eam uocabant. Medi erant lecti uiri, & eiuſdem regionis mi-
ſti multarum gentium equites. continens his grex XVI elephantorum eſt oppoſitus in ſub
ſidijs. ab eadem parte paullulum producto cornu regia cohors erat: argyraſpides a genere
armorum appellabantur. Dacae deinde equites ſagittarij mille & ducenti. tum leuis arma
tura trium millium, pari ferme numero, pars Cretenſes, pars Tralles, duo millia & quin-
D genti Myſi ſagittarij adiuncti erant. extremum cornu claudebãt quattuor millia miſti Cyr
taei funditores, & Elymaei ſagittarij. Ab laeuo cornu phalangitis adiũcti erãt Gallograeci
equites mille & quingẽti, & ſimiliter his armati duo millia Cappadocũ ab Ariarathe miſſi
rege. inde auxiliares miſti omnium generum duo millia & ſeptingenti, & tria millia cata-
phractorum equitum, & mille alij equites, regia ala leuioribus tegumentis ſuis equorum-
que, alio haud diſſimili habitu: Syri plerique erant Phrygibus & Lydis immiſti. ante hunc
equitatum falcatae quadrigae & cameli quos appellant dromadas. his inſidebãt Arabes ſa
gittarij gladios habentes tenues, longos quaterna cubita: ut ex tanta altitudine cõtingere
hoſtem poſſent. inde alia multitudo par ei, quae in dextro cornu erat: primi Tarẽtini, dein
de Gallograecorum equitum duo millia & quingenti: inde Neocretes mille: & eodẽ ar-
matu Cares & Cilices mille & quingenti, & totidem Tralles, & tria millia cetratorum: Pi
E ſidae hi erant & Pãphylij & Lycij: tum Cyrtaeorum & Elymaeorum paria in dextero cor
nu locatis auxilia: XVI elephanti modico interuallo diſtantes. Rex ipſe in dextero cornu
erat: Seleucum filium & Antipatrum fratris filium in laeuo praepoſuit: media acies tribus
permiſſa Mendi, & Zeuxidi & Philippo magiſtro elephantorum. Nebula matutina creſcen
te die leuata in nubes, caliginem dedit: humor inde ab auſtro uelut perfudit omnia. quae
nihil admodum Romanis, eadem per incommoda regijs erant. nam & obſcuritas lucis in
acie modica Romanis non adimebat in omnes partes conſpectum: & humor toto fere
graui armatu nihil gladios aut pila hebetabat. regij tam lata acie, ne ex medio quidem cor-
nua ſua circumſpicere poterant, nedum extremi inter ſe conſpicerẽtur: & humor arcus fun
daſque, & iaculorum amenta emollierat. falcatae quoque quadrigae, quibus ſe perturbatu

rum hoſtium aciem Antiochus crediderat, in ſuos terrorem uerterunt. Armatae autem F
in hunc maxime modum erãt. cuſpides circa temonem ab iugo decem cubita exſtãtes uelut cornua habebant: quibus quidquid obuium daretur, transfigerent: & in extremis iugis binae circa eminebant falces: altera aequata iugo, altera inferior in terram deuexa: illa, ut quidquid ab latere obiiceretur, abſcinderet: haec, ut prolapſos ſubeunteſq. cõtingeret. itẽ ab axibus rotarum utrimque binae eodem modo diuerſae deligabantur falces. Sic armatas quadrigas, quia ſi in extremo aut in medio locatae forẽt, per ſuos agendae erãt: in prima acie, ut ante dictũ eſt, locauerat rex. Quod ubi Eumenes uidit, haud ignarus pugnae, & quam anceps eſſet auxilii genus, ſi quis pauorem magis equis iniiceret, quam iuſta adoriretur pugna: Cretenſes ſagittarios funditoreſq. & iaculatores equitum non confertos, ſed quammaxime poſſent diſperſos excurrere iubet: ſimul omnibus partibus tela ingerere.
Haec uelut procella partim uulneribus miſsilium undique coniectorũ, partim clamoribus G
diſſonis ita conſternauit equos, ut repente uelut effrenati paſsim incerto curſu ferrentur: quorum impetus & leuis armatura, & expediti funditores, & uelox Cretenſis momento declinabant: & eques inſequendo, tumultum ac pauorem equis cameliſq. & ipſis ſimul conſternatis augebat, clamore & ab alia circumſtantium turba, multiplici adiecto. Ita medio inter duas acies campo exiguntur quadrigae: amotoq. inani ludibrio, tum demũ ad iuſtum proelium, ſigno utrimque dato, concurſum eſt. Ceterũ uana illa res uerae mox cladis cauſſa fuit. auxilia enim ſubſidiaque, quae proxima locata erant, pauore & conſternatione quadrigarum territa, & ipſa in fugam uerſa nudarunt omnia uſque ad cataphractos equites. ad quos cum diſſipatis ſubſidijs perueniſſet equitatus Romanus: ne primum quidẽ impetum pars eorum ſuſtinuerunt: alij fuſi ſunt, alij propter grauitatem tegumentorum armorumq. oppreſsi ſunt. totum deinde laeuum cornu inclinauit: & turbatis auxiliaribus, qui in
ter equitem & quos appellant phalangitas, erant, uſque ad mediam aciem terror peruenit. Ibi ſimul perturbati ordines, & impeditus intercurſu ſuorum uſus praelongarũ haſtarum. ſariſſas Macedones uocant. Intulere ſigna Romanae legiones, & pila in perturbatos coniecere. ne interpoſiti quidem elephanti militem Romanũ deterrebant, aſſuetum iam ab Africis bellis & uitare impetum belluae, & ex tranſuerſo aut pilis inceſſere, aut ſi propius ſubire poſſet, gladio neruos incidere. Iam media acies fere omnis a fronte proſtrata erat: ſubſidia circumita a tergo caedebantur: cum in parte alia fugam ſuorum & prope iam ad ipſa caſtra clamorem pauentium accepere. namque Antiochus a dextro cornu, cũ ibi fiducia fluminis nulla ſubſidia cerneret, praeter quattuor turmas equitum: & eas, dũ applicant ſe ſuis, ripam nudantes: impetum in eam partem cum auxilijs & cataphracto equitatu facit, nec a fronte tantum inſtabat, ſed circumito a flumine cornu, iam ab latere urge- I
bat, donec fugati equites primum, deinde proximi peditum effuſo curſu ad caſtra cõpulſi ſunt. Praeerat caſtris M. Aemilius, tribunus militum, M. Lepidi filius, qui poſt annos paucos pontifex maximus factus eſt. is, qua fugam cernebat ſuorum, cum praeſidio omni occurrit: & ſtare primo, deinde redire in pugnam iubebat, pauorem & turpem fugam increpans. minae exinde erant. in perniciem ſuam caecos ruere, ni dicto parerent. poſtremo dat ſignum ſuis, ut primos fugientium caedant, turbam inſequẽtium ferro & uulneribus in hoſtes redigant. Hic maior timor minorem uicit. ancipiti coacti metu primo conſtiterunt, deinde & ipſi redierunt in pugnam: & Aemilius cum ſuo praeſidio (erãt autem duo millia uirorum fortium) effuſe ſequenti regi acriter reſtitit: & Attalus Eumenis frater a dextro cornu, a quo laeuum hoſtium primo impetu fugatum fuerat: ut ab ſiniſtro fugam ſuorum & tumultum circa caſtra uidit: in tẽpore ducentis equitibus aduenit. Antiochus poſtea- K
quam & eos, quorum terga modo uiderat, repetentes pugnam, & aliam & a caſtris & ex acie affluentem turbam conſpexit, in fugam uertit equum. ita utroque cornu uictores Romani, per aceruos corporum, quos in media maxime acie cumulauerant, ubi & robur fortiſſimorum uirorum, & arma grauitate fugam impedierant, pergunt ad caſtra diripienda. equites primi omnium Eumenis, deinde & alius equitatus toto paſsim campo ſequũtur hoſtem: & poſtremos, ut quoſque adepti ſunt, caedunt. ceterum fugientibus maior peſtis intermiſtis quadrigis elephantiſque, & camelis erat ſua ipſorum turba: cum ſolutis ordinibus, uelut caeci, ſuper alios alij ruentes, incurſu belluarum obtererentur. In caſtris quoque ingens, & maior prope, quam in acie, caedes eſt edita. nam & primorum fuga in

caſtra

A caſtra maxime inclinauit: & huius fiducia multitudinis, qui in praeſidio erant, pertinacius
pro uallo pugnarunt, retenti in portis ualloque, quae ſe impetu ipſo capturos crediderant
Romani, poſteaquam tandem perruperunt, ab ira grauiorem ediderunt caedem. Ad quin-
quaginta millia peditum caeſa eo die dicuntur: equitum quattuor millia, mille & quadrin
gẽti capti, & quindecim cũ rectoribus elephanti. Romanorum aliquot uulnerati ſunt: ceci-
derunt non plus CCC pedites, quattuor & uiginti equites, & de Eumenis exercitu quin-
que & uiginti. Et illo quidem die uictores direptis hoſtium caſtris cum magna praeda
in ſua reuerterunt. poſtero die ſpoliabant caeſorum corpora, & captiuos cõtrahebãt. legati
ab Thyatira & a Magneſia ad Sipylum ad dedendas urbes uenerunt. Antiochus cũ pau-
cis fugiens, in ipſo itinere pluribus congregantibus ſe, modica manu armatorum media
ferme nocte Sardes conceſſit. inde cum audiſſet Seleucum filium & quoſdam amicorum
B Apameam praegreſſos, & ipſe quarta uigilia cum coniuge ac filia petit Apameam, Zenoni
tradita cuſtodia urbis, Timone Lydiae praepoſito. quibus ſpretis, conſenſu opidanorum,
& militum, qui in arce erant, legati ad conſulem miſſi ſunt: Sub idem fere tempus & ab
Trallibus & a Magneſia, quae ſuper Maeandrum eſt, & ab Epheſo legati ad dedẽdas urbes
uenerunt. Reliquerat Epheſum Polyxenidas audita pugna: & claſſe uſque ad Patara Ly-
ciae peruectus, metu ſtationis Rhodiarum nauium, quae ad Megiſten erat, in terram egreſ
ſum, cum paucis itinere pedeſtri Syriam petijt. Aliae ciuitates in fidem conſulis ditionẽq.
populi Romani ſeſe tradebant. Sardibus iam conſul erat: eo & P. Scipio ab Elaea, cum pri
mum pati laborem uiae potuit, uenit. Sub idem fere tempus caduceator ab Antiocho per
P. Scipionem a conſule petijt impetrauitque, ut oratores mittere liceret regi. paucos poſt
dies Zeuxis, qui, praefectus Lydiae fuerat, & Antipater fratris filius uenerunt. hi prius Eu
C mene conuento, quem propter uetera certamina auerſum maxime a pace credebant eſſe,
& placatiore eo & ſua & regis ſpe inuento, tum P. Scipionem, & per eum conſulem adie-
runt: praebitoq. ijs petentibus frequenti concilio ad mandata edenda, Nõ tam quid ipſi di
camus, habemus, inquit Zeuxis: quam ut a uobis quaeramus Romani, quo piaculo expiare
errorem regis, pacem ueniamq. impetrare a uictoribus poſſimus. Maximo ſemper animo
uictis regibus populiſq. ignouiſtis. quanto id maiore & placatiore animo decet uos facere
in hac uictoria, quae uos dominos orbis terrarum fecit? poſitis iam aduerſus omnes morta
les certaminibus, haud ſecus quam deos, conſulere & parcere uos generi humano opor-
tet. Iam antequam legati uenirent, decretum erat, quid reſponderetur. reſpondere Africa-
num placuit. is in hunc modum locutus fertur. Romani, ex ijs quae in deum immortalium
poteſtate erant, ea habemus, quae dij dederunt: animos, qui noſtrae mentis ſunt, eoſdẽ in
D omni fortuna geſſimus gerimuſq.: neque eos ſecundae res extulerunt: nec aduerſae minue
runt. eius rei, ut alios omittam, Hannibalem ueſtrum uobis darem teſtẽ, niſi uos ipſos dare
poſſem. Poſteaquam Helleſpontum traiecimus, priuſquam caſtra regia, priuſquam aciẽ
uideremus, cum communis Mars, & incertus belli euentus eſſet, de pace uobis agentibus,
quas pares paribus ferebamus condiciones, eaſdem nunc uictores uictis ferimus. Europa
abſtinete: Aſiaq. omni quae cis Taurum montem eſt, decedite. pro impenſis deinde in bel
lum factis, XV millia talentum Euboicorum dabitis, quingenta praeſentia, duo millia &
quingenta, cum ſenatus, populuſq. R. pacem comprobauerit, mille deinde talentum per
XII annos. Eumeni quoque reddi C D talenta: & quod frumenti reliquum ex eo quod
patri debitum eſt, placet. Haec cum pepigerimus, facturos uos, ut pro certo habeamus, erit
quidem aliquod pignus, ſi obſides uiginti noſtro arbitratu dabitis. Sed numquam ſatis li
E quebit, nobis, ibi pacem eſſe populo R. ubi Hannibal erit. eum ante omnia depoſcimus.
Thoantem quoque Aetolum, concitatorem Aetolici belli, qui & illorũ fiducia uos, & ue-
ſtra illos in nos armauit, dedetis, & cũ eo Manſimachum Acarnana, & Chalcidenſes Philo
nem & Eubulidam. In deteriore ſua fortuna pacem faciet rex, quia ſerius facit, quam face-
re potuit. ſi nunc moratus fuerit, ſciat, regum maieſtatem difficilius ab ſummo faſtigio ad
medium detrahi, quam a medijs ad ima praecipitari. Cum his mandatis ab rege miſſi
erant legati, ut omnem pacis condicionem acciperent. itaque Romam mitti legatos pla-
cuit. conſul in hiberna exercitum Magneſiam ad Maeandrum & Tralles Epheſumq. diui-
ſit. Epheſum ad conſulem paucos poſt dies obſides ab rege adducti ſunt: & legati, qui
Romam irent, uenerunt. Eumenes quoque eodẽ tempore profectus eſt Romam, quo lega

ti regis,ſecutae eos ſunt legationes omnium Aſiae populorum.Dũ haec in Aſia geruntur, F
duo fere ſub idem tempus cum triumphi ſpe proconſules de prouinciis Romam redie-
runt,Q.Minucius ex Liguribus,M.Acilius ex Aetolia.Auditis utriuſque rebus geſtis,Mi-
nucio negatus triumphus,Acilio magno cõſenſu decretus:iſq.triumphans de rege Antio-
cho & Aetolis urbem eſt inuectus. Praelata ſunt in eo triumpho ſigna militaria CCXXX:
& argenti infecti tria millia pondo: ſignati tetradrachmũm Atticũm CXIII millia: ciſto-
phorũm CCXLIIX: uaſa argentea caelata multa, magniq.ponderis.tulit & ſupellectilem
regiam argẽteam,ac ueſtem magnificam: coronas aureas,dona ſociarum ciuitatum, XLV:
ſpolia omnis generis: captiuos nobiles, Aetolos,& regios duces ſex & triginta duxit. Da-
mocritus Aetolorum dux paucos ante dies cum e carcere nocte effugiſſet, in ripa Tiberis
conſecutis cuſtodibus, priuſquam comprehenderetur, gladio ſe transfixit. milites tan-
tum, qui ſequerentur currum, defuerunt: alioqui magnificus & ſpectaculo, & fama re- G
rum triumphus fuit. Huius triumphi minuit laetitiam nuncius ex Hiſpania triſtis, aduerſa
pugna in Vaſtetanis ductu L. Aemilij proconſulis apud opidum Lyconem cum Luſitanis,
ſex millia de exercitu Romano cecidiſſe; ceteros pauentes intra uallum compulſos, aegre
caſtra defendiſſe, & ad modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum redu-
ctos. Haec ex Hiſpania nunciata. Ex Gallia legatos Placentinorum & Cremonenſium L.
Aurunculeius praetor in ſenatum introduxit.Ijs querentibus inopiã colonorum,alijs bel-
li caſibus, alijs morbo abſumptis, quoſdã taedio accolarum Gallorum reliquiſſe colonias:
decreuit ſenatus, uti C. Laelius conſul, ſi ei uideretur,ſex millia familiarum conſcriberet,
quae in eas colonias diuiderentur: & ut L. Aurũculeius praetor triumuiros crearet ad eos
colonos deducendos. Creati M. Atilius Serranus, L. Valerius P.F.Flaccus,L. Valerius C.
F.Tappus. Haud ita multo poſt cum iam conſularium comitiorum appeteret tempus, C. H
Laelius conſul, ex Gallia Romam redijt. is non ſolum ex facto abſente ſe ſenatuſconſulto
in ſupplementum Cremonae & Placentiae colonos ſcripſit,ſed ut nouae coloniae duae in
agrum,qui Boiorum fuiſſet,deducerentur, & retulit, & auctore eo patres cenſuerunt. Eo-
dem tẽpore L. Aemilij praetoris litterae allatae de nauali pugna ad Myonneſum facta, &
L.Scipionem conſulem exercitum in Aſiam traieciſſe. Victoriae naualis ergo in unũ diẽ
ſupplicatio decreta eſt: in alterum diem,quod exercitus Romanus tum primum in Aſia po
ſuiſſet caſtra,ut ea res proſpera & laeta eueniret,uicenis maioribus hoſtijs in ſingulas ſup-
plicationes ſacrificare conſul eſt iuſſus. Inde conſularia comitia magna cõtentione habita.
M.Aemilius Lepidus petebat, aduerſa fama hominum, quod prouinciam Siciliam peten-
di cauſſa,non conſulto ſenatu ut ſibi id facere liceret, reliquiſſet. petebant cum eo M. Ful
uius Nobilior,Cn.Manlius Vulſo,M.Valerius Meſſalla. Fuluius conſul unus creatur,cum I
ceteri centurias non expleſſent. iſq. poſtero die Cn.Manlium,Lepido deiecto,(nam Meſ-
ſalla tacuit) collegam dixit.praetores exinde facti,duo Quincti Fabij,Labeo & Pictor,(fla-
men Quirinalis eo anno inauguratus fuerat) M.Sempronius Tuditanus,Sp.Poſtumius Al
An. 561 binus,L.Plautius Hypſaeus,L.Baebius Diues.M.Fuluio Nobiliore,& Cn. Mãlio Vulſone
cõſulibus,Valerius Antias auctor eſt,rumorem celebrem Romae fuiſſe,& paene pro certo
habitum, recipiendi Scipionis adoleſcentis cauſſa conſulem L. Scipionem, & cum eo P.
Africanum in colloquium euocatos regis, & ipſos comprehenſos eſſe, & ducibus captis
confeſtim ad caſtra Romana exercitum ductum,eaq. expugnata, & deletas omnes copias
Romanorũ eſſe:ob haec Aetolos ſuſtuliſſe animos,&abnuiſſe imperata facere,principeſq.
eorum in Macedoniam, & in Dardanos, & in Thraciam ad conducenda mercede auxilia
profectos: haec qui nunciarent Romam, A.Tarentium Varronẽ, & M. Claudium Lepidũ K
ab A.Cornelio propraetore ex Aetolia miſſos eſſe. Subtexit deinde fabulae huic, legatos
Aetolos in ſenatu inter cetera hoc quoque interrogatos eſſe,unde audiſſent,imperatores
Romanos in Aſia captos ab Antiocho rege,& exercitum deletum eſſe? Aetolos reſpõdiſ-
ſe,ab ſuis legatis ſe,qui cum conſule fuerint, certiores factos. Rumoris huius, quia nemi-
nem alium auctorẽ habeo,neque affirmata res mea opinione ſit, nec pro uana praetermiſ-
ſa.Aetoli legati in ſenatum introducti,cum & cauſſa eos ſua & fortuna hortaretur,ut confi
tendo ſeu ſuae culpae,ſeu errori ueniam peterent ſupplices:orſi a beneficijs in populũ Ro-
manum,& prope exprobrantes uirtutem ſuam in Philippi bello, & offenderunt aures inſo
lentia ſermonis,& eo,uetera & oblitterata repetendo,rẽ adduxerũt, ut haud paullo pluriũ

maleficiorum

A maleficiorum gentis,quam beneficiorum,memoria ſubiret animos patrū,& quibus miſe-
ricordia opus erat,iram & odium irritarent. Interrogati ab uno ſenatore, permitterentne
arbitrium de ſe populo Romano: deinde ab altero,habiturine eoſdem,quos populus Ro-
manus,ſocios & hoſtes eſſent:nihil ad ea reſpondentes,egredi templo iuſſi ſunt.Cōclama
tum deinde prope ab uniuerſo ſenatu eſt, totos adhuc Antiochi Aetolos eſſe, & ex unica
ea ſpe pendere animos eorum.itaque bellum cum haud dubiis hoſtibus gerendum, perdo-
mandoſq.feroces animos eſſe. Etiam illa res accendit, quod eo ipſo tempore,quo pacem
ab Romanis petebant,Dolopiae,atque Athamaniae bellum inferebant. Senatuſconſultū
in M.Acilii ſententiam, qui Antiochum Aetoloſq. deuicerat, factum eſt, ut Aetoli eo die
iuberentur proficiſci ab urbe, & intra quindecimum diem Italia excedere. A.Teren-
tius Varro ad cuſtodiendum iter eorum miſſus: denunciatumq., ſi qua deinde legatio ex
B Aetolis,niſi permiſſu imperatoris,qui eam prouinciam obtineret, & cum legato Romano
ueniſſet Romam, pro hoſtibus omnes futuros. Ita dimiſſi Aetoli. De prouinciis deinde
conſules retulerunt.ſortiri eos Aetoliam & Aſiam placuit.qui Aſiam ſortitus eſſet,exerci-
tus ei,quem L.Scipio haberet,eſt decretus, & in eius ſupplementum quattuor millia pedi-
tum Romanorum, ducenti equites,& ſociorum ac Latini nominis octo millia peditum, &
quadringenti equites:his copiis,ut bellum cum Antiocho gereret.Alteri cōſuli exercitus,
qui erat in Aetolia,eſt decretus. & ut ſupplementum ſcriberet, permiſſum, ciuium ſocio-
rumq.eundem numerum,quem collega:naues quoque idem conſul,quae priore anno pa-
ratae erant,ornare iuſſus,ac ducere ſecum: nec cū Aetolis ſolum bellum gerere, ſed etiam
in Cephalleniam inſulam tranſiicere.Mandatum eidem,ſi per commodū reipublicae face-
re poſſet,ut ad comitia Romam rediret.nā praeterquam quod magiſtratus annui ſubrogā-
C di eſſent, cenſores quoque placere creari. ſi qua res eum teneret,ſenatum certiorem face-
ret,ſe ad comitiorum tempus occurrere non poſſe.Aetolia M.Fuluio,Aſia Cn.Manlio ſor-
te euenit. Praetores deinde ſortiti ſunt,Sp. Poſtumius Albinus urbanam,& inter peregri-
nos, M. Sempronius Tuditanus Siciliam , Q. Fabius Pictor flamen Quirinalis Sardiniam,
Q.Fabius Labeo claſſem,L.Plautius Hypſaeus Hiſpaniam citeriorem,L.Baebius Diues ul
teriorem.Siciliae legio una,& claſſis,quae in ea prouincia erat,decreta,& ut duas decimas
frumenti nouus praetor imperaret Siculis. earum alteram in Aſiam, alteram in Aetoliam
mitteret.Idem ab Sardis exigi, atque ad eoſdem exercitus id frumentum, ad quos Siculū,
deportari iuſſum.L.Baebio ſupplemētum in Hiſpaniam datū,mille Romani pedites,equi-
tes quinquaginta, & ſex millia peditum Latini nominis, & CC equites. Plautio Hypſaeo
in Hiſpaniam citeriorem mille Romani dati ſunt pedites, duo millia ſocium Latini nomi-
D nis,& ducenti equites.cum his ſupplemētis, ut ſingulas legiones quae Hiſpaniae haberēt.
Prioris anni magiſtratibus, C. Laelio cum ſuo exercitu prorogatum in annum imperium
eſt. prorogatum & P.Iunio propraetori in Etruria cum eo exercitu, qui in prouincia eſſet:
& M. Tuccio propraetori in Bruttijs & Apulia. Priuſquam in prouincias praetores irent,
certamen inter P.Licinium pontificem maximum fuit, & Q. Fabium Pictorem, flaminem
Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum, & Poſtumium Albium fuerat.
Conſulem illum cum C. Lutatio collega in Siciliam ad claſſem proficiſcentem, ad ſacra
retinuerat Metellus pont.max.praetorem hunc,ne in Sardiniā proficiſceretur, P. Licinius
tenuit.& in ſenatu,& ad populum magnis contentionibus certatum eſt:& imperia inhibita
ultro citroq.,& pignora capta,& multae dictae,& tribuni appellati, & prouocatum ad po-
pulum eſt.religio ad poſtremum uicit,& dicto audiēs eſſe flaminē pontifici iuſſus. & multae
E ex iuſſu populi remiſſae. Ira prouinciae ereptae praetorem magiſtratu abdicare ſe conan
tem, patres auctoritate ſua deterruerunt: & ut ius inter peregrinos diceret, decreuerunt.
Delectibus deinde intra paucos dies (neque enim multi milites legendi erant) perfectis,
conſules praetoreſq. in prouincias proficiſcuntur. Fama deinde de rebus in Aſia geſtis te-
mere uulgata ſine auctore: & poſt dies paucos nuncij certi litteraeq. imperatoris Romam
allatae. quae non tantum gaudium ab recenti metu attulerant, (deſierant enim uictam
Aetoliam metuere) quam auerterunt famam, quod ineuntibus id bellum grauis hoſtis &
ſuis uiribus,& quod Hannibalem rectorem militiae haberet, uiſus fuerat. nihil tamen aut
de conſule mittendo in Aſiam mutandum, aut minuendas eius copias cenſuerūt: metu ne
cum Gallis foret bellandum.Haud multo poſt M.Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis,cū

Qq 3 Antiochi

Antiochi regis legatis, & Eumenes rex Rhodijq., Romam uenerunt. Cotta in ſenatu primum, deinde in concione, iuſſu patrum, quae acta in Aſia eſſent, expoſuit. ſupplicatio inde in triduum decreta eſt: & XL maiores hoſtiae immolari iuſſae. Tum omnium primum Eumeni ſenatus datus eſt. Is cum breuiter & egiſſet gratias patribus, quod obſidione ſe ac fratrem exemiſſent, regnumq. ab iniurijs Antiochi uindicaſſent: & gratulatus eſſet, quod mari terraq. proſpere res geſſiſſent: quodq. regem Antiochum fuſum fugatumq., & exſutum caſtris, prius Europa, poſt & Aſia, quae cis Taurum mõtem eſt, expuliſſent: ſua deinde merita malle eos ex imperatoribus ſuis legatisq. quam ſe commemorante, cognoſcere, dixit. Haec approbantibus cunctis, iubentibuſq. dicere ipſum, omiſſa in id uerecundia, quid ſibi ab ſenatu, populoq. R. tribui aequum cenſeret: propenſius cumulatiuſq., ſi quo poſsit, prout eius merita ſint, ſenatum facturum: ad ea rex. Si ab alijs ſibi praemiorum optio deferretur, libenter, data modo facultate conſulendi ſenatum Romanum, conſilio ampliſsimi ordinis uſurum fuiſſe, ne quid aut immoderate cupiſſe, aut petiſſe parum modeſte uideri poſſet. uerum enim uero cum ipſi daturi ſint, multo magis munificentiam eorum in ſe fratreſq. ſuos ipſorum arbitrij debere eſſe. Nihil hac oratione eius patres conſcripti deterriti ſunt, quo minus dicere ipſum iuberent. & cum aliquãdiu hinc indulgentia, hinc modeſtia, inter permittentes inuicem, non magis mutua, quam inexplicabili, facilitate certatum eſſet, Eumenes templo exceſſit. Senatus in eadem perſtare ſentẽtia, ut abſurdum eſſe diceret, ignorare regem, quid ſperans aut petens uenerit. quae cõmoda regno ſuo ſint, ipſum optime ſcire: Aſiam longe melius, quam ſenatum noſſe. reuocandum igitur, & cogendum, quae uellet, quaeq. ſentiret, expromere. Reductus a praetore in tẽplum rex, & dicere iuſſus, Perſeueraſſem, inquit, tacere P.C. niſi Rhodiorum legationem mox uocaturos uos ſcirem: & illis auditis, mihi neceſsitatem fore dicendi. quae quidem eo difficilior oratio erit, quod ea poſtulata eorum futura ſunt: ut non ſolum nihil, quod contra me ſit, ſed ne quod ad ipſos quidem proprie pertineat, petere uideantur. agent enim cauſſam ciuitatum Graecarum, & liberari eas dicent debere. quo impetrato, cui dubium eſt, quin & a nobis auerſuri ſint, non eas modo ciuitates quae liberabuntur, ſed etiam ueteres ſtipendiarias noſtras? ipſi autem tanto obligatos beneficio, uerbo ſocios, re uera ſubiectos imperio & obnoxios habituri ſint? & (ſi dijs placet) cum has tãtas opes affectabunt, diſsimulabunt nulla parte id ad ſe pertinere: uos modo id decere, & conueniens eſſe antefactis dicent. Haec uos ne decipiat oratio, prouidendum uobis erit: neue non ſolum inaequaliter alios nimium de primatis ex ſocijs ueſtris, alios praeter modum extollatis: ſed etiam ne qui aduerſus uos arma tulerint, in meliore ſtatu ſint, quã ſocij & amici ueſtri. Quod ad me attinet, in alijs rebus ceſsiſſe intra finem iuris mei cuilibet uideri malim, quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendiſſe. in certamine autem amicitiae ueſtrae, beneuolentiae erga uos, honoris qui a uobis habebitur, minime aequo animo uinci poſſum. Hanc ego maximã hereditatem a patre accepi, qui primus omnium Aſiam Graeciamq. incolẽtium in amicitiam ueſtram uenit, eamq. perpetua & conſtãti fide ad extremum finem uitae perduxit; nec animum dumtaxat uobis bonum ac fidelẽ praeſtitit, ſed omnibus interfuit bellis, quae in Graecia geſſiſtis, terreſtribus naualibuſq.: omni genere commeatuum ita, ut nemo ſociorũ ueſtrorum aequari ulla parte poſſet, uos aduuit. poſtremo cum Boeotos ad ſocietatem ueſtram hortaretur, in ipſa concione, intermortuus haud multo poſt exſpirauit. Huius ego ueſtigia ingreſſus, uoluntati quidem & ſtudio in colendis uobis adiicere (etenim inexſuperabilia haec erãt) nihil potui: rebus ipſis, meritiſq., & impenſis officiorum ut ſuperare poſſem, fortuna, tẽpora, Antiochus, & bellum in Aſia geſtum praebuerũt materiã. Rex Aſiae, & partis Europae, Antiochus filiam ſuam in matrimonium mihi dabat, reſtituebat exemplo ciuitates, quae defecerant a nobis, ſpem magnam in poſterum ampliandi regni faciebat, ſi ſecum aduerſus uos bellũ geſsiſſem. Nõ gloriabor eo, quod nihil in uos deliquerim. illa potius, quae uetuſtiſsima domus noſtrae uobiſcũ amicitia digna ſunt, referã. terreſtrib. naualibuſq. copiis, ut nemo ueſtrorũ ſociorũ me aequiparare poſſet, imperatores ueſtros adiuui: commeatus terra mariq. ſuppeditaui: naualibus proeliis, quae multis locis facta ſunt, omnibus affui: nec labori meo, nec periculo uſquam peperci. quod miſerrimũ eſt in bello, obſidionẽ paſſus ſum, Pergami incluſus cum diſcrimine ultimo ſimul uitae regnique liberatus deinde obſidione, cum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem regni mei caſtra haberent,

relictis

A relictis rebus meis,tota claſſe ad Helleſpontum L.Scipioni conſuli ueſtro occurri, ut eum
in tranſijciendo exercitu adiuuarem.Poſtquam in Aſiam exercitus ueſter eſt tranſgreſſus,
numquam a conſule abſceſsi. nemo miles Romanus magis aſsiduus in caſtris ueſtris fuit,
quam ego,fratreſq. mei.nulla expeditio,nullum equeſtre proelium ſine me factum eſt. in
acie ibi ſteti,eam partem ſum tutatus, in qua me conſul eſſe uoluit.Non ſum hoc dicturus
P.C. quis hoc bello meritis erga uos mecum comparari poteſt? ego nulli omnium neque
populorum,neque regum, quos in magno honore habetis,non auſim me comparare.Maſ-
ſaniſſa hoſtis uobis antequam ſocius fuit: nec incolumi regno cum auxilijs ſuis,ſed extor-
ris,expulſus,amiſsis omnibus copijs,cum turma equitum in caſtra confugit ueſtra.tamen
eum, quia in Africa aduerſus Syphacem & Carthaginienſes fideliter, atque impigre uo-
biſcum ſtetit,non in patrium ſolum regnum reſtituiſtis:ſed adiecta opulentiſſima parte Sy-
B phacis regni,praepotenté inter Africae reges feciſtis. Quo tandem igitur nos praemio at-
que honore digni apud uos ſumus,qui numquã hoſtes,ſemper ſocij fuimus?Pater,ego,fra
treſq.mei nó in Aſia tantum,ſed etiã procul ab domo in Peloponneſo,in Boeotia,in Aeto
lia,Philippi,Antiochi,Aetolico bello,terra mariq.pro uobis arma tulimus.Quid ergo po-
ſtulas?dicat aliquis.Ego P.C.quoniã dicere utique uolentibus uobis parendum eſt: ſi uos
ea mente ultra Tauri iuga Antiochum emouiſtis,ut ipſi teneretis eas terras:nullos accolas
nec finitimos habere,quam uos,malo:nec ulla alia re tutius ſtabiliuſq.regnum meum futu
rum ſpero.ſed ſi uobis decedere inde,atque exercitus deducere in animo eſt:neminem di-
gniorem eſſe ex ſocijs ueſtris,qui bello a uobis parta poſſideat,quam me,dicere auſim. At
enim magnificum eſt liberare ciuitates ſeruas.ita opinor: ſi nihil hoſtile aduerſus uos fece
rũt.ſin auté Antiochi partis fuerũt:quãto eſt ueſtra prudẽtia & aequitate dignius, ſocijs be
C nemeritis,quã hoſtibus,uos cóſulere? Grata oratio regis patribus fuit,& facile apparebat
munifice oĩa & propẽſo animo facturos.Interpoſita Smyrnaeorum breuis legatio eſt,quia
non aderant quidam Rhodiorum.Collaudatis egregie Smyrnaeis,quod omnia ultima pa-
ti, quam ſe regi tradere, maluiſſent: introducti Rhodij ſunt. quorum princeps legationis,
expoſitis initijs amicitiae cum populo R.meritiſq.Rhodiorum,Philippi prius, deinde An-
tiochi bello,Nihil,inquit,nobis tota noſtra actione P.C.neque difficilius,neque moleſtius
eſt,quam quod cum Eumene nobis diſceptatio eſt,cum quo uno maxime regum & priua-
tum ſingulis;&,quod magis nos mouet,publicum ciuitati noſtrae hoſpitium eſt.ceterũ nó
animi noſtri P.C.nos,ſed rerum natura,quae potentiſſima eſt,diſiungit:ut nos liberi etiam
aliorum libertatis cauſſam agamus: reges ſerua omnia,& ſubiecta imperio ſuo eſſe uelint.
Vtcumque tamen res ſe habet: magis uerecundia noſtra aduerſus regẽ nobis obſtat, quã
D ipſa diſceptatio aut nobis impedita eſt,aut uobis perplexam deliberationem praebitura ui
detur. nam ſi aliter ſocio,atque amico regi,& benemerito hoc ipſo in bello, de cuius prae-
mijs agitur,honos haberi nullus poſſet,niſi liberas ciuitates ei in ſeruitutem traderetis:eſ-
ſet deliberatio anceps, ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis
inſtituto ueſtro,& gloriam Philippi bello partam, nunc ſeruitute tot ciuitatum deformare
tis.ſed ab hac neceſſitate aut gratiae in amicum minuẽdae,aut gloriae ueſtrae,egregie uos
fortuna uindicat.eſt enim deum benignitate non glorioſa magis,quam diues,uictoria ue-
ſtra:quae uos facile iſto uelut aere alieno exſoluat.nam & Lycaonia,& Phrygia utraque,&
Piſidia omnis,& Cherſoneſus,quaeq.circumiacent Europae,in ueſtra ſunt poteſtate: qua
rum una quaelibet regi adiecta multiplicare regnũ Eumenis poteſt:omnes uero datae, ma
ximis eum regibus aequare.licet ergo uobis & praemijs belli ditare ſocios,& nó decedere
E inſtituto ueſtro:& meminiſſe,quem titulũ praetenderitis prius aduerſus Philippum, nunc
aduerſus Antiochum,belli:quid feceritis Philippo uicto,quid nunc a uobis,nó magis quia
feciſtis,quam quia id uos facere decet,deſideretur,atque exſpectetur.alia enim alijs & ho
neſta & probabilis eſt cauſſa armorum.illi agrum,hi uicos, hi opida, hi portus oramq. ali-
quam maris ut poſſideant. uos nec cupiſtis haec,antequam haberetis,nec nunc,cum orbis
terrarum in ditione ueſtra ſit,cupere poteſtis.pro dignitate & gloria apud omne genus hu-
manum,quod ueſtrum nomẽ imperiumq. iuxta ac deos immortales iampridem intuetur,
pugnaſtis,quae parare & quaerere arduum fuit: neſcio,an tueri difficilius ſit. gentis uetu-
ſtiſsimae nobiliſsimaeque uel fama rerum geſtarum,uel omni commendatione humanita
tis doctrinarumque, tuendam ab ſeruitio regio libertatem ſuſcepiſtis. hoc patrocinium

receptae in fidem & clientelam ueſtram uniuerſae gentis perpetuum uos praeſtare decet. F
Non quae in ſolo modo antiquo ſunt, Graecae magis urbes ſunt, quã coloniae earũ, illinc
quõdã profectae in Aſiã: nec terra mutata mutauit genus aut mores. certare pio certami-
ne cuiuslibet bonae artis ac uirtutis auſi ſumus cum parẽtibus quaeque ciuitas & cõditori
bus ſuis. Adiſtis Graeciae, adiſtis Aſiae urbes plerique. niſi quod longius a uobis abſumus,
nulla uincimur alia re. Maſſilienſes, quos, ſi natura inſita uelut ingenio terrae uinci poſſet,
iãpridem efferaſſent tot indomitae circũfuſae gentes, in eo honore, in ea merito dignita-
te audimus apud uos eſſe, ac ſi mediũ umbilicũ Graeciae incolerent. non enim ſonũ modo
linguae, ueſtitumq. & habitum, ſed ante omnia mores & leges & ingenium ſincerum inte-
grumq. a contagione accolarum ſeruarunt. Terminus eſt nunc imperij ueſtri mons Tau-
rus. quidquid intra eum cardinem eſt, nihil longinquum uobis uideri debet. quo arma ue-
ſtra peruenerunt, eodem ius hinc profectum perueniat. Barbari, quibus pro legibus ſem- G
per dominorum imperia fuerunt, quo gaudent, reges habeant: Graeci ſuam fortunam,
ueſtros animos gerunt. domeſticis quondam uiribus etiam imperium amplectebantur.
nunc imperium ubi eſt, ibi ut ſit perpetuum, optant: libertatem ueſtris tueri armis ſatis ha-
bent, quoniam ſuis non poſſunt. At enim quaedam ciuitates cum Antiocho ſenſerunt.
& aliae prius cum Philippo, & cum Pyrrho Tarẽtini. ne alios populos enumerem. Cartha-
go libera cum ſuis legibus eſt. huic ueſtro exemplo quantum debeatis, uidete P.C. induce
tis in animum negare Eumenis cupiditati, quod iuſtiſſimae irae ueſtrae negaſtis. Rhodij
& in hoc, & in omnibus bellis, quae in illa ora geſsiſtis, quam forti fideliq. opera uos adiu-
uerimus, ueſtro iudicio relinquimus. nunc in pace id conſiliũ afferimus: quod ſi comproba
ueritis, magnificentius uos uictoria uſos eſse, quam uiciſſe, omnes exiſtimaturi ſint. Apta
magnitudini Romanae oratio uiſa eſt. Poſt Rhodios Antiochi legati uocati ſunt. Ii uul- H
gato petentium ueniam more, errorem faſsi regis, obteſtati ſunt patres cõſcriptos, ut ſuae
potius clementiae, quam regis culpae, qui ſatis ſuperq. poenarum dediſſet, memores cõſu
lerent: poſtremo pacem datam a L. Scipione imperatore, quibus legibus dediſſet, confir-
marent auctoritate ſua. Et ſenatus eam pacem ſeruandam cenſuit: & paucos poſt dies po
pulus iuſsit. foedus in Capitolio cum Antipatro principe legationis, & eodẽ fratris filio
regis Antiochi eſt ictum. Auditae deinde & aliae legationes ex Aſia ſunt. quibus omnib.
datum eſt reſponſum, decem legatos more maiorum ſenatum miſſurum ad res Aſiae diſce
ptandas componendaſq. ſummam tamen hanc fore, ut cis Taurum montem, quae intra re
gni Antiochi fines fuiſſent, Eumeni attribuerentur, praeter Lyciam Cariamq., uſque ad
Maeandrum amnem. ea ciuitatis Rhodiorũ eſſent. ceterae ciuitates Aſiae, quae Attali ſti
pendiariae fuiſſent, eaedẽ Eumeni uectigal penderent: quae uectigales Antiochi fuiſſent, I
eae liberae atque immunes eſſent. Decem legatos hos decreuerunt, Q. Minucium Rufum,
L. Furiũ Purpureonem, Q. Minucium Thermum, Ap. Claudium Neronem, & Cn. Corne-
lium Merulam, M. Iunium Brutum, L. Aurunculeium, L. Aemilium Paullum, P. Corneliũ
Lentulum, P. Aelium Tuberonem. His, quae praeſentis diſceptationis eſſent, libera mãda-
ta. De ſumma rerum ſenatus conſtituit. Lycaoniam omnem, & Phrygiam utramque, &
Myſiam, regias ſiluas, & Lydiae Ioniaeq., extra ea opida quae libera fuiſſent, quo die cum
rege Antiocho pugnatum eſt, & nominatim Magneſiam ad Sipylum, & Cariam, quae Hy
drela appellatur, agrumq. Hydrelatanum ad Phrygiam uergentem, & caſtella uicoſq. ad
Maeandrum amnem, & opida, niſi quae libera ante bellum fuiſſent: Telmiſſum item nomi
natim, & caſtra Telmiſſium, praeter agrũ, qui Ptolemaei Telmiſſij fuiſſet: haec omnia quae
ſupra ſcripta ſunt, regi Eumeni iuſſa dari. Rhodijs Lycia data, extra eundem Telmiſſum, & K
caſtra Telmiſſium, & agrũ qui Ptolemaei Telmiſſij fuiſſet: haec ab Eumene & ab Rhodijs
excepta. Ea quoque his pars data Cariae, quae propior Rhodum inſulam trans Maeandrũ
amnem eſt, opida, uici, caſtella, agri qui ad Piſidiam uergunt: niſi quae eorum opida in li-
bertate fuiſſent pridie, quam cum Antiocho rege in Aſia pugnatum eſt. Pro his cum gra-
tias egiſſent Rhodij, de Solis urbe, quae in Cilicia eſt, egerunt. Argis & illos, ſicut ſeſe, oriũ
dos eſſe. ab ea germanitate fraternam ſibi cum ijs caritatem eſſe. petere hoc extraordina-
rium munus, ut eam ciuitatem ex ſeruitute regia eximerent. Vocati ſunt regis Antiochi le
gati, actumq. cum ijs eſt: nec quidquam impetratum, teſtãte foedera Antipatro: aduerſus
quae ab Rhodijs non Solos, ſed Ciliciam peti: & iuga Tauri tranſſcendi. Reuocatis in ſena

tum

A tum Rhodijs, cum, quantopere tenderet legatus regius, expoſuiſſent patres, adiecerunt: ſi
utique eam rem ad ciuitatis ſuae dignitatem pertinere cenſerent Rhodij, ſenatũ omni mo-
do expugnaturum pertinaciam legatorum. Tum uero impenſius quam ante Rhodij gratias
egerunt. ceſſuroſq. ſe potius arrogantiae Antipatri, quam cauſſam turbandae pacis praebi
turos, dixerunt. ita nihil de Solis mutatũ eſt. Per eos dies quib. haec geſta ſunt, legati Maſ-
ſilienſium nunciauerunt, L. Baebium praetorem in prouinciam Hiſpaniam proficiſcentem
ab Liguribus circumuentum: magna parte comitum caeſa, uulneratum ipſum cum paucis
ſine lictoribus Maſſiliam perfugiſſe, & intra triduum exſpiraſſe. Senatus ea re audita decre
uit, uti P. Iunius Brutus, qui propraetor in Etruria eſſet, prouincia exercituque traditis uni
cui uideretur ex legatis, ipſe in ulteriorem Hiſpaniam proficiſceretur: eaq. ei prouincia eſ-
ſet. Hoc ſenatus conſultum litteraeq. a Sp. Poſtumio praetore in Etruriam miſſae ſunt. pro
B fectuſq. in Hiſpaniam eſt P. Iunius propraetor. in qua prouincia prius aliquanto quam ſuc
ceſſor ueniret, L. Aemilius Paullus, qui poſtea regem Perſea magna gloria uicit, cum prio-
re anno haud proſpere rem geſsiſſet: tumultuario exercitu collecto, ſignis collatis cum Lu
ſitanis pugnauit. fuſi fugatiq. ſunt hoſtes: caeſa decẽ & octo millia armatorum, tria millia
CCC capti, & caſtra expugnata. Huius uictoriae fama trãquilliores in Hiſpania res fecit.
Eodem anno ante diem tertium Kalendas Ianuarias Bononiam Latinam coloniã ex S.C.
L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus triũuiri deduxerunt. tria millia
hominum ſunt deducta. equitibus ſeptuagena iugera, ceteris colonis quinquagena ſunt
data. ager captus de Gallis Boijs fuerat. Galli Tuſcos expulerant. Eodem anno cenſuram
multi & clari uiri petierunt. quae res tamquam in ſe parum magni certaminis cauſſam ha-
beret, aliam cõtentionem multo maiorem excitauit. petebant T. Quinctius Flamininus, P.
C Cornelius Cn. F. Scipio L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, M. Claudius Marcellus, M.
Acilius Glabrio, qui Antiochum ad Thermopylas Aetoloſq. deuicerat. in hunc maxime,
quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, fauor popu-
li ſe inclinabat. Id cum aegre paterentur tot nobiles, nouum ſibi hominem praeferri, tãtum
P. Sempronius Gracchus, & C. Sempronius Rutilus tribuni plebis ei diem dixerunt, quod
pecuniae regiae praedaeq. aliquantum captae in Antiochi caſtris, neque in triumpho tuliſ
ſet, neq. in aerarium detuliſſet. Varia teſtimonia legatorum tribunorumq. militũ erant. M.
Cato ante alios teſtes conſpiciebatur, cuius auctoritatem perpetuo tenore uitae partã, to-
ga candida eleuabat. is teſtis, quae uaſa aurea atq. argentea captis caſtris inter aliam prae-
dam regiam uidiſſet, ea ſe in triumpho negabat uidiſſe. poſtremo in huius maxime inui-
diam deſiſtere ſe petitione Glabrio dixit: quando quod taciti indignarentur nobiles homi
D nes, id aeque nouus competitor inaeſtimabili periurio inceſſeret. centum millium multa ir
rogata erat. bis de ea re certatum eſt. tertio, cum de petitione deſtitiſſet reus: nec populus
de multa ſuffragium ferre uoluit: & tribuni eo negotio deſtiterunt. Cenſores, T. Quinctius
Flamininus, M. Claudius Marcellus creati. Per eoſdem dies L. Aemilio Regillo, qui claſſe
praefectum Antiochi regis deuicerat, extra urbem in aede Apollinis cum ſenatus datus eſ
ſet, auditis rebus geſtis eius, quantis cum claſsibus hoſtium dimicaſſet, quot inde naues
demerſiſſet aut cepiſſet, magno conſenſu patrum triumphus naualis eſt decretus. Trium-
phauit Kal. Februarijs. in eo triumpho undequinquaginta coronae aureae translatae ſunt:
pecunia nequaquam tanta pro ſpecie regij triumphi: tetradrachma Attica XXXIV millia
DCC. ciſtophori CXXXII millia CCC. Supplicationes deinde fuerunt ex S.C. quod L.
Aemillius Paullus in Hiſpania proſpere rem geſsiſſet. Haud ita multo poſt L. Scipio ad ur-
E bem uenit: qui, ne cognomine fratri cederet, Aſiaticum ſe appellari uoluit: & in ſenatu & in
concione de rebus ab ſe geſtis diſſeruit. Erant qui fama id maius bellum, quam difficul-
tate rei fuiſſe interpretarentur, uno memorabili proelio debellatum, gloriamq. eius uicto
riae defloratam ad Thermopylas eſſe. Ceterum uere aeſtimanti, Aetolicum magis ad Ther
mopylas bellum, quam regium fuit. quota enim parte uirium ſuarum ibi dimicauit Antio-
chus? in Aſia totius Aſiae ſteterunt uires, ab ultimis orientis omnium gentium contractis
auxilijs. Merito ergo & dijs immortalibus, quantus maximus poterat, habitus eſt honos,
quod ingentem uictoriam facilem etiam feciſſent: & imperatori triumphus eſt decretus.
Triumphauit menſe interkalario pridie Kal. Martias. qui triumphus ſpectaculo oculorum
maior, quam Africani fratris eius fuit: recordatione rerũ, & aeſtimatione periculi certami-
niſque,

niſque, non magis comparandus, quam ſi imperatorem imperatori, aut Antiochum ducem F
Hannibali conferres. Tulit in triumpho ſigna militaria CCXXXIV: opidorum ſimulacra
CXXXIV: eburneos dentes mille CCXXXI: aureas coronas CCXXXIV: argenti
pondo CXLVII millia, & CDXX: tetradrachmum Atticorum CCXXIV millia: ciſtopho-
rum CCCXXXI millia, & LXX: nummos aureos Philippeos CXL millia: uaſorum argen-
teorum (omnia caelata erant) mille pondo, & CDXXIV: aureorum mille pondo XXIV. &
duces regij praefecti, & purpurati duo & XXX ante currum ducti. Militibus quiniuiceni de
narij dati: duplex centurioni, triplex equiti. & ſtipendium militare, & frumentum duplex
poſt triumphum datum. proelio in Aſia facto, duplex dederat. Triumphauit anno fere poſt,
eaquam conſulatu abijt. Eodem fere tempore & Cn. Manlius conſul in Aſiam, & Q. Fabius
Labeo praetor ad claſſem uenit. ceterum conſuli non deerat cum Gallis bellli materia. ma
re pacatum erat, deuicto Antiocho. cogitanti itaque Fabio, cui rei potiſſimum inſiſteret, ne G
otioſam prouinciam habuiſſe uideri poſſet: optimum uiſum eſt in Cretam inſulam tranſij
cere. Cydoniatae bellum aduerſus Gortynios Gnoſioſque gerebant. & captiuorum Ro-
manorum, atque Italici generis magnus numerus in ſeruitute eſſe per totam inſulam dice-
batur. Claſſe ab Epheſo profectus, cum primum Cretae litus attigit, nuncios circa ciuitates
miſit, ut armis abſiſterent, captiuoſque in ſuis quaeque urbibus agriſque conquiſitos redu-
cerent, & legatos mitterent ad ſe, cum quibus de rebus ad Cretenſes pariter Romanoſque
pertinentibus ageret. Nihil magnopere ea Cretenſes mouerunt. captiuos, praeter Gorty-
nios, nulli reddiderunt. Valerius Antias ad quattuor millia captiuorum, quia belli minas
timuerunt, ex tota inſula reddita ſcripſit: eamq. cauſſam Fabio, cum rem nullam aliam geſ-
ſiſſet, naualis triumphi impetrandi ab ſenatu fuiſſe. A Creta Epheſum Fabius redijt. inde
tribus nauibus in Thraciae orã miſſis, ab Aeno & Maronia praeſidia Antiochi deduci iuſ- H
ſit, ut in libertate eae ciuitates eſſent.

EPITOME. LIBRI. XXXIIX

M. Fuluius conſul in Epiro Ambracienſes obſeſſos, per deditionẽ accepit: Cephalleniã ſubegit: Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius conſul collega eius Gallograecos, Toliſtobogios, Tectoſagas, & Trocmos, qui Brenno duce in Aſiam tranſierant, cũ ſoli citra Taurum montem nõ parerent, uicit. Eorum origo, & quando ea loca, quae tenent, occupauerint, referuntur. Exemplũ quoq. uirtutis & pudicitiae in femina traditur, quae cum regis Gallograecorum uxor fuiſſet, capta, centurionem, qui ei uim intulerat, occidit. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ciuium capita CCLIIX millia, et CCCXXIIX. Cum Ariarathe rege Cappadociae amicitia iuncta eſt. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorũ conſilio foedus cũ Antiocho conſcripſerat, de Gallograecis, acta pro ſe cauſſa in ſenatu, triumphauit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam aiunt, a Q. Petillio tribuno plebis, ut quidam, a Naeuio, quod praeda ex Antiocho capta aerarium fraudaſſet: poſt eaquã dies uenit, euocatus in roſtra, hac die, inquit, Quirites Carthaginem uici. et proſequente populo, Capitolium adſcendit: inde, ne amplius tribunicijs iniurijs uexaretur, in uoluntarium exſilium Liternum conceſſit, incertum ibi, an Romae defunctus. nã eius I *monumentum utrobiq. fuit. L. Scipio Aſiaticus, frater Africani, eodem peculatus crimine accuſatus, damnatuſque, cum in uincula & carcerem duceretur, Ti. Sempronius Gracchus tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus fuerat, interceſſit: & ob id beneficium Africani filiam duxit. Cum praetor quaeſtores in bona eius publice poſſidenda miſiſſet, non modo in ijs nullum ueſtigium pecuniae regiae apparuit, ſed nequaquam tantum praetor redactum, quãtae ſummae erat damnatus. collatam a cognatis et amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit, quae neceſſaria ei* K *erant ad cultum, redempta.*

LIBER. XXXIIX

DVM in Aſia bellum geritur, ne in Aetolia quidẽ quietae res fuerant, prin-
cipio a gente Athamanum orto. Athamania ea tempeſtate, pulſo Aminan-
dro, ſub praefectis Philippi regio tenebatur praeſidio, qui ſuperbo atq. im
modico imperio deſiderium Aminandri fecerant. Exſulanti tum Aminan-
dro in Aetolia, litteris ſuorum, indicantium ſtatum Athamaniae, ſpes recu
perandi

A perandi regni facta eſt,remiſſiq.nuncij ab eo ad principes Argitheam,(id enim caput Athamaniae erat)ſi popularium animos ſatis proſpectos haberet,impetrato ab Aetolis auxilio, in Athamaniam ſe uenturum cum delectis Aetolorum,quod conſilium eſſet gentis, & Nicandro praetore.Quos ubi ad omnia paratos eſſe uidit,certiores ſubinde facit,quo die cum exercitu Athamaniam ingreſſurus eſſet. Quattuor primo fuere coniurati aduerſus Macedonum praeſidium.hi ſenos ſibi adiutores ad rem gerendam aſſumpſerunt.deinde paucitate parum freti,quae celandae rei,quam regendae aptior erat,parem priori numerum adiecerunt.ita duo & quinquaginta facti,quadrifariam ſe diuiſerunt.pars una Heracleam, altera Tetraphyliam petit,ubi cuſtodia regiae pecuniae eſſe ſolita erat:tertia Theudoriã,quarta Argitheam.Ita inter omnes conuenit,ut primo quieti, uelut ad priuatã rem agendã ueniſſent,in foro obuerſarentur:die certa multitudinẽ omnem conuocarent ad praeſidia Macedonum arcibus expellenda. B Vbi ea dies aduenit,& Aminander cum mille Aetolis in finibus erat:ex compoſito quattuor ſimul locis praeſidia Macedonum expulſa, litteraeque in alias urbes paſſim dimiſſae,ut uindicarent ſeſe ab impotenti dominatione Philippi,& reſtituerent Aminandrum in patrium ac legitimum regnum. Vndique Macedones expellũtur. Theium opidũ,litteris a Zenone praefecto praeſidij interceptis, & arce ab regijs occupata, paucos dies obſidentib.reſtitit:deinde id quoq. traditum Aminandro eſt, & omnis Athamania in poteſtate erat,praeter Athenaeum caſtellum,finibus Macedoniae ſubiectũ. Philippus audita defectione Athamaniae cũ ſex millibus armatorum profectus,ingenti celeritate Gomphos peruenit. ibi relicta maiore parte exercitus (neque enim ad tanta itinera ſuffeciſſent)cum duob. millibus Athenaeum,quod unum a praeſidio ſuo retentum fuerat, peruenit.inde proximis tentatis,cum facile animaduertiſſet cetera hoſtilia eſſe, Gomphos C regreſſus,omnib. copijs ſimul in Athamaniã redijt.Zenonẽ inde cum mille peditibus praemiſſum Ethopiã occupare iubet,opportune Argitheae imminentẽ: quem ubi teneri a ſuis locum uidit ipſe,circa templum Ioui ſacrum poſuit caſtra. Ibi unum diẽ foeda tempeſtate retentus,poſtero die ducere ad Argitheam intendit.Euntibus extẽplo apparuere Athamanes,in tumulos imminentes uiae diſcurrentes.ad quorum conſpectum conſtitere prima ſigna,totoq. agmine pauor & trepidatio erat,& pro ſe quiſque,quidnam futurum eſſet,cogitare,ſi in ualles ſubiectas rupibus agmen foret demiſſum. Haec tumultuatio regem cupientem,ſi ſe ſequerentur,raptim euadere anguſtias,reuocare primos, & eadẽ qua uenerat uia referre coegit ſigna. Athamanes primo ex interuallo quieti ſequebantur. poſteaquam Aetoli ſe coniunxerunt:hos,ut ab tergo agmini inſtarent,reliquerunt:ipſi a lateribus ſe circumfuderunt.quidam per notos calles breuiore uia praegreſſi,tranſitus inſedere:tantumq. D tumultus Macedonibus eſt iniectum: ut fugae magis effuſae, quã itineris ordinati modo, multis armis uiriſq. relictis,flumen tranſiecerint.Hic finis ſequendi fuit.inde tuto Macedones Gomphos,& a Gomphis in Macedoniam redierunt. Athamanes Aetoliq. Ethopiam ad Zenonem ac mille Macedonas opprimendos undique concurrerunt. Macedones parũ loco freti,ab Ethopia in altiorem diruptioremq. undique tumulum conceſſere:quo,pluribus locis aditu inuento, expulere eos Athamanes; diſperſoſq. & per inuias atque ignotas rupes iter fugae non expedientes,partim ceperunt, partim interfecerunt. multi pauore in derupta praecipitati,perpauci cum Zenone ad regem euaſerunt.poſtera die per indutias ſepeliendi caeſos poteſtas facta eſt.Aminãder recuperato regno legatos & Romam ad ſenatum,& ad Scipiones in Aſiam,Epheſi poſt magnum cum Antiocho proelium morãtes, miſit. Pacem petebat,excuſabatque ſeſe, quod per Aetolos recuperaſſet paternum regnum. E Philippum incuſabat. Aetoli ex Athamania in Amphilochos profecti ſunt, & maioris partis uoluntate in ius ditionemq. totam redegerunt gentem. Amphilochia recepta (nam fuerat quondam Aetolorum)eadem ſpe in Aperantiam tranſſcenderunt: ea quoq. magna ex parte ſine certamine in deditionem uenit. Dolopes numquam Aetolorum fuerant: Philippi erant.hi primum ad arma cõcurrerunt: ceterum poſteaquam Amphilochos cum Aetolis eſſe,fugamque ex Athamania Philippi,& caedem praeſidij eius accepere,& ipſi a Philippo ad Aetolos deficiunt.Quibus circumiectis gentibus,iam undique ſe a Macedonibus tutos credentibus eſſe,Aetolis,fama affertur Antiochum in Aſia uictum ab Romanis. nec ita multo poſt legati ab Roma rediere ſine ſpe pacis:Fuluiũq.cõſulẽ nunciantes iã cũ exercitu tranſieciſſe.His territi,prius ab Rhodo & Athenis legationib.excitis,ut per auctoritatem

tem

tem ciuitatum earum ſuae preces nuper repudiatae,faciliorem aditum ad ſenatũ haberent: F
principes gentis,ad tentandum ultimam ſpem,Romam miſerunt:nihil, ne bellum haberẽt
prius,(nam paene in cõſpectu hoſtis erat) praemeditati.Iam M.Fuluius Apolloniam exer
citu traiiecto, cum Epirotarum principibus conſultabat,unde bellum inciperet. Epirotis
Ambraciam placebat aggredi,quae tum contribuerat ſe Aetolis.ſiue ad tuendam eam ue-
nirent Aetoli,apertos circa campos ad dimicandum eſſe:ſiue detrectarent certamẽ, oppu-
gnationem fore haud difficilem.nam & copiam in propinquo materiae ad aggeres excitan
dos & cetera opera eſſe: & Arethontem, nauigabilem amnem, opportunum ad compor-
tanda quae uſui ſint, praeter ipſa moenia fluere,& aeſtatem aptam rei gerendae adeſſe.His
perſuaſerunt, ut per Epirum duceret.Conſuli ad Ambraciam aduenienti magni operis op-
pugnatio uiſa eſt. Ambracia tumulo aſpero ſubiecta eſt: Perranthem incolae uocant:urbs;
qua murus uergit in campos & flumen, occidentem; arx,quae poſita in tumulo eſt,orien- G
tem ſpectat: amnis Arethon ex Acarnania fluens,cadit in ſinum maris ab nomine propin-
quae urbis Ambracium appellatum: praeterquam quod hinc amnis munit, hinc tumu-
li: muro quoque firmo ſaepta erat,patente in circuitu paullo amplius tria millia paſſuum.
Fuluius bina a campo caſtra modico inter ſe diſtantia interuallo, unum caſtellum loco edi
to contra arcem obiecit: ea omnia uallo ac foſſa ita iungere parat, ne exitus incluſis ab ur-
be, neue aditus foris ad auxilia intromittenda eſſet. Ad famam oppugnationis Ambra-
ciae Stratum iam edicto Nicandri praetoris conuenerant Aetoli. inde primo copijs omni-
bus ad prohibendam obſidionem uenire in animo fuerat: deinde poſteaquam urbem iam
magna ex parte operibus ſaeptam uiderunt, Epirotarum trans flumẽ loco plano caſtra po-
ſita eſſe, diuidere copias placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus,
per nondum commiſſa inter ſe munimenta urbem intrauit. Nicandro cum cetera manu H
primo Epirotarum caſtra nocte aggredi conſilium fuerat, haud facili ab Romanis auxilio,
quia flumen intererat. deinde periculoſum inceptum ratus,ne qua ſentirent Romani, & re
greſſus inde in tutum non eſſet,deterritus ab hoc conſilio, ad depopulandam Acarnaniam
iter conuertit. conſul iam munimentis,quibus ſaepienda urbs erat,iam operibus,quae ad-
mouere muris parabat, perfectis, quinque ſimul locis moenia eſt aggreſſus: tria paribus
interuallis faciliore aditu a campo aduerſus Pyrrheum, quod uocant, admouit: unum e
regione Aeſculapij, unum aduerſus arcem: arietibus muros quatiebat, aſſeribus falcatis
detergebat pinnas. Opidanos primo & ad ſpeciem,& ad ictus moenium cum terribili ſo-
nitu editos pauor ac trepidatio cepit.deinde ut praeter ſpem ſtare muros uiderũt,collectis
rurſus animis,in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut ſaxorum, ſtipiteſue robuſtos
incutiebant,falces anchoris ferreis iniectis, in interiorem partem muri trahentes aſſerem, I
perfringebant: ad hoc eruptionibus & nocturnis in cuſtodias operum, & diurnis in ſtatio-
nes,ultro terrorem inferebant.In hoc ſtatu res ad Ambraciam cum eſſent, iam Aetoli a po
pulatione Acarnaniae Stratum redierant:inde Nicander praetor ſpẽ nactus ſoluendae in-
cepto forti obſidionis,Nicodamum quendam cum Aetolis quingentis Ambraciam intro
mittit.noctem certam tempuſq. etiam noctis conſtituit,quo & illi ab urbe opera hoſtium,
quae aduerſus Pyrrheum erant,aggrederentur, & ipſe ad caſtra Romana terrorem faceret:
poſſe ratus ancipiti tumultu,& nocte augente pauorem,memorabilem rem geri. Et Nico-
damus intempeſta nocte,cum alias cuſtodias fefelliſſet, per alias impetu conſtanti erupiſ-
ſet,ſuperato brachio,in urbem penetrat:animiq. aliquantum ad omnia audenda,& ſpei ob
ſeſſis adiecit:& ſimul conſtituta nox uenit,ex compoſito repente opera eſt aggreſſus.Id in-
ceptum conatu,quam effectu,grauius fuit,quia nulla ab exteriore parte uis admota eſt,ſeu K
metu deterrito praetore Aetolorum,ſeu quia potius uiſum eſt Amphilochis opẽ ferre nu-
per receptis:quos Perſeus Philippi filius,miſſus ad Dolopiam Amphilochoſque recipien-
dos,ſumma ui oppugnabat.Tribus locis,ſicut ante dictum eſt,ad Pyrrheum opera Romana
erant:quae omnia ſimul,ſed nec apparatu nec ui ſimili, Aetoli aggreſſi ſunt.alij cum ardenti-
bus facibus,alij ſtuppam picemq. & malleolos ferentes,tota collucente flammis acie, ad
uenere: multos primo impetu cuſtodes oppreſſerunt. deinde poſteaquam clamor tumul-
tuſq. in caſtra eſt perlatus,datumq. a conſule ſignum, arma capiunt, & omnibus portis ad
opem ferendam effunduntur.uno in loco ferro igniq.geſta res eſt.a duobus irrito incepto,
cum tentaſſent magis,quam iniſſent certamen, Aetoli abſceſſerunt. atrox pugna in unum
inclinauerat

a Pyrrho Achillis filio ... quod ... [illegible]

[illegible]

malleoli ... capita ... [illegible] ... ardentes ... conflagrant ... [illegible]

A inclinauerat locum. ibi diuerſis partibus duo duces Eupolemus & Nicodamus pugnantes hortabantur, & prope certa fouebant ſpe. iam Nicandrum ex compoſito affore, & terga hoſtium inuaſurum. Haec res aliquandiu animos pugnãtium ſuſtinuit. ceterum poſteaquã nullum ex compoſito ſignum a ſuis accipiebant, & creſcere numerum hoſtium cernebant, deſtituti ſegnius inſtare: poſtremo re omiſſa, iam uix tuto receptu, fugientes in urbem compelluntur, parte operum incenſa, & pluribus aliquanto, quam ipſi ceciderant, interfectis. quod ſi ex compoſito acta res fuiſſet, haud dubium erat expugnari una utique parte opera cum magna caede hoſtium potuiſſe. Ambracienſes, quiq. intus erant Aetoli, nõ ab eius ſolum noctis incepto receſſere, ſed in reliquum quoque tẽpus, uelut proditi a ſuis, ſegniores ad pericula erant. iam nemo eruptionibus, ut ante, in ſtationes hoſtium, ſed diſpoſiti per muros & turres ex tuto pugnabant. Perſeus ubi adeſſe Aetolos audiuit, omiſſa obſidio-
B ne urbis quam oppugnabat, depopulatus tantum agros, Amphilochia exceſſit, atq. in Macedoniam rediјt. Et Aetolos inde auocauit populatio maritimae orae. Pleuratus Illyriorũ rex cum LX lembis Corinthium ſinum inuectus, adiunctis Achaeorum quae Patris erãt nauibus maritima Aetoliae uaſtabat. aduerſus quos mille Aetoli miſſi, quacumq. ſe claſſis circumegerat, per litorum amfractus breuioribus ſemitis occurrebant. Et Romani ad Ambraciam, pluribus locis quatiendo arietibus muros, aliquantum urbis nudauerant: nec tamen penetrare in urbem poterant. nam & pari celeritate nouus pro diruto muro obijciebatur, & armati ruinis ſuperſtantes inſtar munimenti erant. itaque cum aperta ui parum procederet conſuli res, cuniculum occultum, uineis ante contecto loco, agere inſtituit. & aliquandiu, cum dies noctesq. in opere eſſent, non ſolum ſub terra fodientes, ſed egerentes etiam humum, fefellere hoſtẽ. tumulus repente terra eminens, index operis oppidanis fuit.
C pauidiq. ne iam ſubrutis muris facta in urbem uia eſſet, foſſam intra murum e regione eius operis, quod uineis contectum erat, ducere inſtituunt. cuius ubi ad tantam altitudinẽ, quã tae eſſe ſolum infimum cuniculi poterat, peruenerunt: ſilentio facto, pluribus locis aure admota, ſonitum fodientium captabant. quem ubi acceperunt, aperiunt rectam in cuniculum uiam. nec fuit magni operis. momento enim ad inane, ſuſpenſo fulturis ab hoſtibus muro, peruenerunt. ibi commiſſis operibus, cum e foſſa in cuniculum pateret iter, primo ipſis ferramentis, quibus in opere uſi erant: dein celeriter armati etiam ſubeuntes occultam ſub terram ediderunt pugnam. ſegnior deinde ea facta eſt, interſaepientibus cuniculum, ubi uellent, nunc cilicijs praetentis, nunc foribus raptim obiectis. Noua etiam haud magni operis aduerſus eos, qui in cuniculo erãt, excogitata res eſt. dolium a fundo pertuſum, qua fiſtula modica inſeri poſſet, & fiſtulam ferream, operculumq. dolij ferreum, & ipſum pluribus lo-
D cis perforatum fecerunt. hoc tenui pluma completum dolium ore in cuniculum uerſo poſuerunt. per operculi foramina praelõgae haſtae, quas ſariſſas uocant, ad ſummouendos hoſtes eminebant. ſcintillam leuem ignis inditam plumae, folle fabrili ad caput fiſtulae impoſito, flando accenderunt. inde non ſolum magna uis fumi, ſed acrior etiam foedo quodã nidore ex aduſta pluma, cum totum cuniculum compleſſet, uix durare quiſquam intus poterat. Cum in hoc ſtatu res ad Ambraciam eſſet: legati ab Aetolis Phaeneas & Damoteles cum liberis mandatis decreto gentis ad conſulem uenerunt. nam praetor eorum cum alia parte Ambraciam oppugnari cerneret: alia infeſtam oram nauibus hoſtium eſſe, alia Amphilochos Dolopiamq. a Macedonibus uaſtari: nec Aetolos ſimul ad tria diuerſa bella occurſantes ſufficere: conuocato concilio, Aetolos principes, quid agendum eſſet, conſuluit. Omnium eo ſententiae decurrerunt, ut pax, ſi poſſet, aequis: ſi minus, tolerandis condicionibus peteretur. Antiochi fiducia bellum ſuſceptum. Antiocho terra mariq. ſuperato, & pro-
E pe extra orbem terrae ultra iuga Tauri exacto, quam ſpem eſſe ſuſtinẽdi belli? Phaeneas & Damoteles quod e re Aetolorum, ut in tali caſu, fideque ſua eſſe cenſerent, agerent. quod enim ſibi conſilium, aut cuius rei electionem a fortuna relictam? Cum his mandatis legati miſſi orare conſulem, ut parceret urbi, miſereretur gentis quõdam ſociae, nolle dicere iniurijs, miſerijs certe coactae inſanire. non plus mali meritos Aetolos Antiochi bello, quam boni ante, cum aduerſus Philippum bellatum ſit, feciſſe. nec tum large gratiam relatam ſibi, nec nunc immodice poenam iniungi debere. Ad ea conſul reſpõdit, Magis ſaepe quam uere umquam Aetolos pacem petere. imitarentur Antiochum in petenda pace, quem in bellum traxiſſent. nõ paucis urbibus eum, de quarum libertate certatum ſit, ſed omni Aſia

cis

cis Taurum montem, opimo regno exceſſiſſe. Aetolos niſi inermes de pace ágētes nō auditurum ſe. arma illis prius, equoſq. omnes tradendos eſſe, deinde mille talentum argenti populo R. dandum, cuius ſummae dimidium praeſens numeraretur, ſi pacē habere uellent. ad ea adiecturum etiam in foedus eſſe, ut eoſdem quos populus R. amicos atq. hoſtes habeant. Aduerſus quae legati, & quia grauia erant, & quia ſuorū animos indomitos ac immutabiles nouerant, nullo reddito reſponſo domū regreſſi ſunt, ut etiam atq. etiā quid agendū eſſet, re integra praetorē & principes cōſulerent. Clamore & iurgio excepti quod diu rem traherent, qualemcumque pacem referre iuſsi, cum redirent Ambraciā, Acarnanum inſidijs prope uiam poſitis, quibuſcum bellum erat, circumuēti, Tyrrheum cuſtodiendi deducuntur. Haec mora iniecta eſt paci. Cum iam Athenienſium Rhodiorumq. legati qui ad deprecandum pro his uenerant, apud conſulem eſſent: Aminander quoque Athamanum rex fide accepta uenerat in caſtra Romana, magis pro Ambracia, ubi maiorem partem temporis exſulauerat, quam pro Aetolis ſollicitus. per hos certior factus conſul de caſu legatorum, adduci eos a Tyrrheo iuſsit. quorū poſt aduentum agi coeptum eſt de pace. Aminander, quod ſui maxime operis erat, impigre agebat, ut Ambracienſes cōpelleret ad deditionē. id cum per colloquia principum ſuccedens muris parum proficeret: poſtremo, conſulis permiſſu, ingreſſus urbē, partim conſilio, partim precibus euicit, ut permitterēt ſe Romanis. Et Aetolos C. Valerius Laeuini filius, qui cum ea gente primū amicitiā pepigerat, conſulis frater, matre genitus eadem, egregie adiuuit. Ambracienſes prius pacti ut Aetolorū auxiliares ſine fraude emitterent, aperuerunt portas. dein ut quingenta Euboica darent talēta, ex quibus CC praeſentia, CCC per annos ſex pēſionibus aequis: captiuos perfugaſq. redderent Romanis. urbem ne quam formulae ſui iuris facerent, quae poſt id tempus quo T. Quinctius tranſieciſſet in Graeciam, aut ui capta ab Romanis eſſet, aut uoluntate in amicitiam ueniſſet. Cephallenia inſula ut extra ius foederis eſſet. Haec quamquā ſpe ipſorum aliquanto leuiora erant: petentibus Aetolis, ut ad concilium referrent, permiſſum eſt. Parua diſceptatio de urbibus tenuit. quae cum ſui iuris aliquando fuiſſent, auelli uelut a corpore ſuo aegre patiebantur. ad unum tamen omnes accipi pacem iuſſerunt. Ambracienſes coronam auream conſuli centum & quinquaginta pondo dederunt. ſigna aenea marmoreaq. & tabulae pictae, quibus ornatior Ambracia, quia regia ibi Pyrrhi fuerat, quā ceterae regionis eius urbes erāt, ſublata omnia auectaq. nihil praeterea tactū, uiolatumue. Profectus ab Ambracia conſul in mediterranea Aetoliae, ad Argos Amphilochum (XXII millia ab Ambracia abeſt) caſtra poſuit. eo tandem legati Aetoli, mirante cōſule quod morarentur, uenerunt. Inde poſteaquam approbaſſe pacem concilium Aetolorum accepit, iuſſis proficiſci Romam ad ſenatum, permiſſoq. ut & Athenienſes & Rhodii deprecatores irent, dato, qui ſimul cum ijs proficiſceretur, C. Valerio fratre, ipſe in Cephalleniam trāſiecit. Praeoccupatas aures animoſq. principum Romae criminibus Philippi inuenerunt, qui, per legatos, per litteras, Dolopas Amphilochoſq. & Athamaniam ereptas ſibi querēs, praeſidiaq. ſua, poſtremo etiā filium Perſea ex Amphilochis pulſum, auerterat ſenatum ab audiendis precibus eorum. Rhodij tamen & Athenienſes cum ſilentio auditi ſunt. Athenienſis legatus Leon Iceſiae filius, eloquentia etiam dicitur mouiſſe. qui uulgata ſimilitudine, mari tranquillo, quod uentis concitaretur, aequiparando multitudinem Aetolorum, uſus, cum in fide Romanae ſocietatis manſiſſent, inſita gentis tranquillitate quieſſe eos agebat. poſteaquam flare ab Aſia Thoas & Dicaearcus, ab Europa Menetas & Damocritus cepiſſent: tum illam tempeſtatem coortam, quae ad Antiochum eos, ſicuti in ſcopulum, intuliſſet. Diu iactati Aetoli, tandem ut condiciones pacis conuenirēt, effecerunt. fuerunt autem hae. Imperium maieſtatemq. populi R. gens Aetolorum cōſeruato ſine dolo malo. ne quē exercitum, qui aduerſus ſocios amicoſq. eorum ducetur, per fines ſuos tranſire ſinito, neue ulla ope iuuato. hoſtes eoſdem habeto, quos populus R. armaq. in eos ferto, bellumq. pariter gerito, perfugas, fugitiuos, captiuoſq. reddito Romanis ſocijſq.: praeterquam ſi qui capti, cum domos rediſſent, iterum capti ſunt: aut ſi qui eo tempore ex ijs capti ſunt, qui tum hoſtes erant Romanis, cū inter praeſidia Romana Aetoli eſſent. aliorum qui comparebūt, intra dies centum Corcyraeorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. qui non comparebunt, quādo quiſque eorum primum inuentus fuerit, reddatur. obſides XL arbitratu conſulis Romanis dato, ne minores XII annorum, neu maiores XL. obſes ne eſto praetor. praefectus

A fectus equitum,ſcriba publicus,neu quis qui ante obſes fuerit apud Romanos. Cephallenia extra pacis leges eſto. De pecuniae ſumma quam penderent,penſionibuſque eius nihil ex eo quod cum conſule conuenerat,mutatum.pro argento ſi aurum dare mallent,darent, conuenit:dum pro argẽteis decem aureus unus ualeret. Quae urbes,qui agri, qui homines Aetolorum iuris aliquando fuerunt,qui corũ L.Quinctio,Cn.Domitio conſulibus poſtue eos conſules aut armis ſubacti,aut uoluntate in ditionem populi R.uenerunt,ne quem eorum Aetoli recepiſſe uelint. Oeniadae cum urbe agriſq. Acarnanum ſunto.His legibus foedus ictum cum Aetolis eſt. Eadem non aeſtate ſolum ſed etiã iiſdem prope diebus quibus haec a M.Fuluio conſule in Aetolia geſta ſunt, conſul alter Cn. Manlius in Gallograecia bellum geſſit,quod nunc ordiri pergam.Vere primo Epheſum conſul uenit. acceptiſque copijs a L.Scipione,& exercitu luſtrato,concionem apud milites habuit.qua,collaudata uir-

B tute eorum,quod cum Antiocho uno proelio debellaſſent,adhortatus eos ad nouum cum Gallis ſuſcipiendum bellum,qui & auxilijs Antiochum iuuiſſent, & adeo indomita haberent ingenia,ut nequidquam Antiochus emotus ultra iuga Tauri montis eſſet,niſi frangerentur opes Gallorum: de ſe quoque pauca,nec falſa,nec immodica adiecit. Laeti milites cum frequenti aſſenſu conſulem audiuerunt,partem uirium Antiochi fuiſſe Gallos credẽtes,rege ſuperato nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copijs fore. Eumenẽ haud in tempore abeſſe,(Romae tunc erat)credere conſul gnarum locorum hominumque,& cuius intereſſet frangi Gallorum opus. Attalum igitur fratrem eius acceſſit a Pergamo.hortatuſq. ad capeſſendum ſecum bellum,pollicentem ſuam ſuorumq. operam, domum ad cõparandum copias dimittit.Paucos poſt dies profecto ab Epheſo conſuli ad Magneſiam occurrit Attalus cum mille peditibus,equitibus CC: Athenaeo fratre iuſſo cum ceteris co-

C pijs ſubſequi:commendata ijs cuſtodia Pergami,quos fratri regnoq. fidos credebat. cõſul, collaudato iuuene,cum omnibus copijs ad Maeãdrum progreſſus,caſtra poſuit: quia uado ſuperari amnis non poterat,& contrahendae naues erant ad exercitũ trãſijciendũ. Tranſgreſſi Maeandrum ad Hieran comen peruenerunt.Fanum ibi auguſtum Apollinis,& oraculum ſortes uerſibus haud inconditis dare uates dicuntur. hinc alteris caſtris ad Harpaſum flumen uentum eſt. quo legati ab Alabandis uenerunt, ut caſtellum, quod ab ipſis nuper defeciſſet,aut auctoritate aut armis cogeret iura antiqua pati.Eodem & Athenaeus,Eumenis & Attali frater,cum Cretenſi Leuſo,& Corrago Macedone uenit.mille pedites miſtarum gentium,& trecentos equites ſecum adduxerunt.Conſul,tribuno militum miſſo cum modica manu, caſtellum ui receptum Alabandenſibus reddit. ipſe nihil uia digreſſus, ad Antiochiam ſuper Maeandrum amnem poſuit caſtra.Huius amnis fontes Celaenis oriun-

D tur.Celaenae urbs caput quõdam Phrygiae fuit.migratum inde haud procul ueteribus Celaenis,nouaeq. urbi Apameae nomen inditum ab Apamea ſorore Seleuci regis. Et Marſyas amnis haud procul a Maeandri fontibus oriens,in Maeandrum cadit.famaq.ita tenet, Celaenis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe.Maeãder ex arce ſumma Celaenarum ortus, media urbe decurrens per Garas primum, deinde Ionas in ſinum maris editur,qui inter Prienem & Miletum eſt. Ad Antiochiam in caſtra conſulis Seleucus Antiochi filius ex foedere icto cum Scipione ad frumentum exercitui dandum uenit.parua diſceptatio de Attali auxiliaribus orta eſt,quod,Romano tantum militi pactum Antiochum ut daretur frumentum,Seleucus dicebat.diſcuſſa ea quoque eſt conſtãtia conſulis, qui miſſo tribuno edixit,ne Romani milites acciperẽt,priuſquam Attali auxilia accepiſſent.Inde ad Gordiutichos(quod uocant)proceſſum eſt. ex eo loco ad Tabas tertijs caſtris peruentum.

E In finibus Piſidarum poſita eſt urbs,ea parte quae uergit ad Pamphylium mare:integris uiribus regionis eius,feroces ad bellandum habebat uiros. Tum quoque equites,in agmen Romanum eruptione facta,haud modice primo impetu turbauere: deinde ut apparuit nec numero ſe nec uirtute pares eſſe,in urbem compulſi, ueniam erroris petebant, dedere urbem parati.V & XX talenta argenti,& X millia medimnum tritici imperata. ita in deditionem accepti. Tertio inde die ad Chaum amnem peruentum. inde profecti Erizam urbem primo impetu ceperunt. Ad Thabuſion caſtellum imminens flumini Indo uentum eſt, cui fecerat nomen Indus ab elephanto deiectus. Haud procul a Cibyra aberant, nec legatio ulla a Moagete tyranno ciuitatis eius,homine ad omnia infido atq. importuno, ueniebat. ad tentandum eius animum C.Heluium cum quattuor millibus peditũ & quingẽtis equitibus

tibus

Aeris ad argentum proportio decupla eſt.

opes

tibus conſul praemittit. Huic agmini iam fines ingredienti legati occurrerunt, nuncian- F
tes paratum eſſe tyrannum imperata facere. orabant, ut pacatus fines iniret, cohiberetque
a populatione agri militem. & in coronam auream XV taléta afferebant. Heluius integros
a populatione agros ſeruaturum pollicitus, ire ad conſulem legatos iuſſit. quibus eadem
referentibus conſul, Neque Romanae, inquit, bonae uoluntatis ullum ſignum erga nos ty
ranni habemus, & ipſum talem eſſe inter omnes conſtat, ut de poena eius magis, quam
de amicitia nobis cogitandum ſit. Perturbati hac uoce legati nihil aliud petere, quam ut
coronam acciperet: ueniendique ad eum poteſtatem tyranno, & copiam loquendi ac pur-
gandi ſe faceret. Permiſſu conſulis poſtero die in caſtra tyrannus uenit, ueſtitus comita-
tuſq. uix ad priuati modice locupletis habitum. & oratio fuit ſummiſſa & infracta, exte-
nuantis opes ſuas, urbiumq. ſuae ditionis egeſtatem querentis. Erant autem ſub eo praeter
Cibyram, Sileum, & quae Alimne appellatur. ex his, ut ſe ſuoſque ſpoliaret, V & XX talen G
ta ſe confecturum, prope ut diſſidens pollicebatur. Enim uero, inquit conſul, ferri iam lu-
dificatio iſta non poteſt. parum eſt non erubuiſſe abſentem, cum per legatos fruſtrareris
nos, niſi praeſens quoque in eadem impudentia perſiſtas? V & XX talenta tyrannidē tuam
exhaurient? quingenta ergo talenta niſi triduo numeras, populationem in agris, obſidio-
nem in urbe exſpecta. Hac denunciatione conterritus, perſtare tamen in pertinaci ſimula-
tione inopiae, & paullatim illiberali adiectione, nunc per cauillationem, nunc precibus, &
ſimulatis lacrymis: ad centum talenta eſt perductus, adiecta decem millia medimnum
frumenti. Haec omnia intra ſex dies exacta. A Cibyra per agros Sindenſium exercitus du-
ctus, tranſgreſſuſq. Caularem amnem, poſuit caſtra. poſtero die eſt praeter Caralitin pa-
ludem agmen ductum. ad Mandropum manſerunt. inde progredientibus ad Lagon proxi
mam urbem metu incolae fugerūt. uacuum hominibus, & refertum rerum omnium copia H
opidum diripuerunt. inde ad Lyſis fluminis fontem, poſtero die ad Cobulatum amnem
progreſſi Thermenſes eo tempore Hyrienſium arcem urbe capta oppugnabant, incluſi cū
alia ſpes auxilij nulla eſſet, legatos ad conſulem orantes opem miſerunt, cum coniugibus
ac liberis in arce incluſos ſe mortem in dies aut ferro aut fame patiendam exſpectare. Vo-
lenti conſuli cauſſa in Pamphyliam diuertendi oblata eſt. adueniens obſidione Hyrienſes
exemit. Termeſo pacem dedit, quinquaginta talentis argenti acceptis. item Aſpendijs
ceteriſque Pamphyliae populis. Ex Pamphylia rediens ad flumē Taurum primo die, poſte-
ro ad Xylinem (quam uocant) comen poſuit caſtra. profectus inde continentibus itineribus
ad Cormaſam urbem peruenit. Darſa proxima urbs erat: eam metu incolarum deſertam
plenam omnium rerum copia inuenit. Progredienti praeter paludes legati ab Lyſinoe de-
dentes ciuitatem uenerunt. Inde in agrum Sagalaſſenum, uberem, fertilemque omni ge- I
nere frugum, uentum eſt. Colunt Piſidae, longe optimi bello regionis eius. cum ea res ani-
mos facit, tum agri foecunditas & multitudo hominum, & ſitus inter paucas munitae ur-
bis. conſul, quia nulla legatio ad fines praeſto fuerat, praedatum in agros miſit. tum demū
fracta pertinacia eſt, ut ferri agique res ſuas uiderunt. legatis miſſis pacti quinquaginta ta-
lentis, & XX millibus medimnum tritici, & XX hordei pacem impetrauerunt. Progreſſus
inde ad Obrimae fontes, ad uicum quem Aporidos comen uocant, poſuit caſtra. Eo Seleu-
cus ab Apamea poſtero die uenit. Aegros inde & inutilia impedimenta cum Apameam
dimiſiſſet, ducibus itinerum a Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropolitanum cam
pum, poſtero die Dinias Phrygiae proceſſit. inde Sinnada uenit, metu omnibus circa opi-
dis deſertis. quorum iam praeda graue agmen trahens, uix quinq. millium die toto itinere
perfecto, ad Beudos, quod uetus appellant, peruenit. ad Anaburā inde, & altero die ad A- K
landri fontes, tertio ad Abaſſum poſuit caſtra. ibi plures dies ſtatiua habuit, quia peruentū
erat ad Toliſtobiorum fines. Galli, magna hominū uis, ſeu inopia agri, ſeu praedae ſpe, nul
lam gentem, per quas ituri eſſent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos peruenerūt.
ibi ſeditio orta, & ad uiginti millia hominum cum Leonorio ac Lutario regulis, ſeceſſione
facta a Brenno, in Thraciam iter auerterunt. ubi, cum reſiſtentib. pugnando, pacem peten-
tibus ſtipendium imponendo, Byzantium cum perueniſſent, aliquandiu orā Propontidis
uectigalem habēdo, regionis eius urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in Aſiā tranſeundi,
audientes ex propinquo, quāta ubertas terrae eius eſſet, cepit. & Lyſimachia fraude capta
Cherſoneſoq. omni armis poſſeſſa, ad Helleſpontum deſcenderunt. ibi uero exiguo diui-

ſis

A ſis freto, cernentibus Aſiam, multo magis animi ad tranſeundum accenſi. nunciosque ad Antipatrum, praefectum eius orae, de tranſitu mittebant. quae res cum lentius ſpe ipſorum traheretur: alia rurſus noua inter regulos orta ſeditio eſt. Leonorius retro, unde uenerat, cum maiore parte hominum repetit Byzantium. Lutarius Macedonibus per ſpeciem legationis ab Antipatro ad ſpeculandum miſſis, duas tectas naues, & tres lembos adimit. his alios atque alios dies noctesque tranſuehendo, intra paucos dies omnes copias tranſiecit. Haud ita multo poſt Leonorius, adiuuante Nicomede Bithyniae rege, a Byzantio tranſmiſit. coeunt deinde in unum rurſus Galli, & auxilia Nicomedi dant, aduerſus Zyboeam, partem tenẽtem Bithyniae, gerenti bellum. atque eorum maxime opera deuictus Zyboea eſt, Bithyniaque omnis in ditionem Nicomedis conceſſit. Profecti ex Bithynia in Aſiam proceſſerunt. non plus ex XX millibus hominum, quam decem armata
B erant. tamen tantum terroris omnibus, quae cis Taurum incolunt, gentibus iniecerunt, ut, quas adiſſent, quasque non adiſſent, pariter ultimae propinquis imperio parerent. Poſtremo cum tres eſſent gentes, Toliſtobogij, Trocmi, Tectoſages: in tres partes, qua cuique populorum ſuorum uectigalis Aſia eſſet, diuiſerunt. Trocmis Helleſponti ora data, Toliſtobogij Aeolida atque Ioniam, Tectoſages mediterranea Aſiae ſortiti ſunt. & ſtipendium tota cis Taurum Aſia exigebant. ſedem autem ipſi ſibi circa Halyn flumen ceperunt, tantusque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna ſobole aucta, ut Syriae quoque ad poſtremum reges ſtipendium dare non abnuerent. Primus Aſiam incolentium abnuit Attalus, pater regis Eumenis: audacique incepto praeter omnium opinionem affuit fortuna, & ſignis collatis ſuperior fuit. non tamen ita infregit animos eorum, ut abſiſterent imperio. Eiſdem opes uſque ad bellum Antiochi cum Romanis manſerunt. tum
C quoque pulſo Antiocho, magnam ſpem habuerunt, quia procul mari incolerent, Romanum exercitum ad ſe non peruenturum. Cum hoc hoſte tam terribili omnibus regionis eius quia bellum gerendum erat, pro concione milites maxime in hunc modum allocutus eſt conſul. Non me praeterit milites, omnium quae Aſiam colunt gentium, Gallos fama belli praeſtare. inter mitiſſimum genus hominum ferox natio peruagata bello prope orbẽ terrarum, ſedem cepit. procera corpora, promiſſae & rutilatae comae, uaſta ſcuta, praelongi gladij: ad hoc cantus ineuntium proelium, & ululatus, & tripudia, & quatientium ſcuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus: omnia de induſtria compoſita ad terrorẽ. Sed haec, quibus inſolita atq. inſueta ſunt, Graeci & Phryges & Cares timeãt: Romanis Gallici tumultus aſſuetis etiam uanitates notae ſunt. Semel primo congreſſu ad Aliam olim fuderunt maiores noſtros. ex eo tempore per ducentos iam annos pecorum in
D modum conſternatos caedunt fugãtque, & plures prope de Gallis triumphi, quam de toto orbe terrarum, acti ſunt. Iam uſu hoc cognitum eſt, ſi primum impetum, quem feruido ingenio & caeca ira effundunt, ſuſtinueris: fluunt ſudore & laſsitudine membra, labant arma: mollia corpora, molles, ubi ira conſedit, animos, ſol, puluis, ſitis, ut ferrum nõ admoueas, proſternunt. Non legionibus legiones eorum ſolum experti ſumus, ſed uir unus cum uiro congrediendo, T. Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiem uinceret Romana uirtus, docuerunt. iam M. Manlius unus agmine ſcandentes in Capitolium Gallos detruſit. & illis maioribus noſtris cum haud dubijs Gallis in terra ſua genitis res erat. hi iam degeneres ſunt, miſti, & Gallograeci uere, quod appellantur. ſicut in frugibus pecudibusque, non tantum ſemina ad ſeruandam indolem ualent, quantum terrae proprietas, caeliq. ſub quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Aegypto, qui Seleuciam ac Babylo-
E niam, quiq. alias ſparſas per orbem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos, Aegyptios degenerarunt. Maſſilia inter Gallos ſita traxit aliquantum ab accolis animorum. Tarentinis quid ex Spartana dura illa & horrida diſciplina manſit? Generoſius in ſua quidque ſede gignitur, inſitum alienae terrae in id quo alitur, natura uertente ſe, degenerat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis, ſicut in acie Antiochi cecidiſtis, uictos uictores caedetis. Magis id uereor, ne parum inde gloriae, quam ne nimium belli ſit. Attalus eos rex ſaepe fudit fugauitq.. Nolite exiſtimare, belluas tantum recens captas, feritatem illam ſiluestrem primo ſeruare: deinde cum diu manibus humanis alantur, miteſcere, in hominum feritate mulcenda non eandem naturam eſſe. Eoſdemne hos creditis eſſe, qui patres eorum auique fuerunt, extorres inopia agrorum profecti domo, per aſperrimam Il-

lyrici oram, Poeoniam inde & Thraciam, pugnando cum ferociſſimis gentibus emenſi, F
has terras ceperunt. duratos eos tot malis exaſperatoſque, accepit terra, quae copia rerũ
omnium ſaginaret. uberrimo agro, mitiſſimo caelo, clementibus accolarum ingenijs, o-
mnis illa, cum qua uenerant, manſuefacta eſt feritas. Vobis mehercule Martis uiris cauen-
da ac fugienda quamprimum amoenitas eſt Aſiae. tãtum hae peregrinae uoluptates ad ex
ſtinguendum uigorem animorum poſſunt, tantum contagio diſciplinae moriſq. accolarũ
ualet. Hoc tamen feliciter euenit, quod ſicut uim aduerſus uos nequaquam, ita famam
apud Graecos parem illi antiquae obtinent, cum qua uenerũt: belliq. gloriam uictores ean
dem inter ſocios habebitis, quam, ſi, ſeruantes antiquum ſpecimen animorum, Gallos
uiciſſetis. Concione dimiſſa, miſſiſq. ad Epoſſognatum legatis, qui unus ex regulis & in
Eumenis amicitia manſerat, & negauerat Antiocho aduerſus Romanos auxilia, caſtra mo-
uit. primo die ad Alandrum flumen, poſtero ad uicum, quem uocant Tyſcon, uentum. G
Eo legati Oroandenſium cum ueniſſent amicitiam petentes, CC talenta ijs ſunt impera-
ta: precantibuſque, ut domum renunciarent, poteſtas facta. Ducere inde exercitum con-
ſul ad Plitendum. deinde ad Alyattos caſtra poſita. Eo miſſi ad Epoſſognatum redierunt,
& legati reguli, orantes ne Tectoſagis bellum inferrent. & ipſum in eam gentem iturum
Epoſſognatum, perſuaſurumque, ut imperata faciant. Data uenia regulo. duci inde exer-
citus per Axylon (quam uocant) terram coeptus. Ab re nomen habet. non ligni modo
quidquam, ſed ne ſpinas quidem aut ullum aliud alimentum fert ignis: fimo bubulo pro
lignis utuntur. Ad Cuballum Gallograeciae caſtellum caſtra habentibus Romanis appa
ruere cum magno tumultu hoſtium equites. nec turbarunt tantum ſtationes Romanas, re
pente inuecti, ſed quoſdam etiam occiderunt. qui tumultus cum in caſtra perlatus eſſet,
effuſus repente omnibus portis equitatus Romanus fudit fugauitque Gallos, & aliquot H
fugientes. Inde conſul, ut qui iam ad hoſtes peruentum cerneret: explorato deinde, &
cum cura coacto agmine procedebat. continentibus itineribus cum ad Sangarium flumen
perueniſſet, pontem, quia uado nuſquam tranſitus erat, facere inſtituit. Sangarius ex
Adoreo monte per Phrygiam fluens, miſcetur ad Bithyniam Thymbri fluuio: inde maior
iam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & in Propontidem ſeſe effundit, non tamen
tam magnitudine memorabilis, quam quod piſcium accolis ingentem uim praebet. Trãſ-
greſſis ponte perfecto flumen, praeter ripam euntibus Galli Matris Magnae a Peſſinun-
te occurrere cum inſignibus ſuis, uaticinantes fanatico carmine: deam Romanis uiam bel
li & uictoriam dare, imperiumque eius regionis. Accipere ſe omen, cum dixiſſet con-
ſul: caſtra eo ipſo loco poſuit. poſtero die ad Gordium peruenit. Id haud magnum qui-
dem opidum eſt, ſed pluſquam mediterraneum celebre & frequens emporium. tria ma- I
ria pari ferme diſtantia interuallo habet: Helleſpontum, ad Sinopen, & alterius orae lito-
ra, qua Cilices maritimi colunt. multarum magnarumque praeterea gentium fines con-
tingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui uſus contraxere. Id tum de-
ſertum fuga incolarum opidum, refertum idem copia rerum omnium inuenerunt. Ibi
ſtatiua habentibus legati ab Epoſſognato uenerunt, nunciantes, profectum eum ad re-
gulos Gallorum, nihil aequi impetraſſe. ex campeſtribus uicis agriſque frequentes demi
grare, & cum coniugibus ac liberis, quae ferre atque agere poſſent, prae ſe agentes por-
tanteſque, Olympum montem petere, ut inde armis locorumque ſitu ſeſe tueantur. Cer
tiora poſtea Oroandenſium legati attulerunt. Toliſtobogiorum ciuitatem Olympum mon
tem cepiſſe: diuerſos Tectoſagas alium montem, qui Magaua dicatur, petiſſe: Trocmos,
coniugibus ac liberis apud Tectoſagas depoſitis, armatorum agmine Toliſtobogijs ſtatuiſ K
ſe auxilium ferre. Erant autem tunc trium populorum reguli Ortiagon & Comboloma-
rus, & Gaulotus. Iis haec maxime belli ratio ſumendi fuerat, quod cum montes editiſsi-
mos eius regionis tenerent: conuectis omnibus, quae ad uſum quamuis longi tẽporis ſuffi
cerent, taedio ſe fatigaturos hoſtes cenſebant. nam neque auſuros per tam ardua atque ini
qua loca ſubire eos, &, ſi conarentur, uel parua manu prohiberi ac deturbari poſſe: nec quie
tos in radicibus gelidorum montium ſedentes, frigus, aut inopiam laturos. Et cum ip-
ſa altitudo locorum eos tutaretur, foſſam quoque & alia munimenta uerticibus ijs, quos
inſederant, circumiecere. minima apparatus miſsilium telorum cura fuit: quod ſaxa
affatim praebituram aſperitatem ipſam locorum credebant. Conſul, quia non cominus
pugnam,

A pugnam,ſed procul locis oppugnandis futuram praeceperat animo: ingenté uim pilorum, uelitarium haſtarum,ſagittarum,glandiſque,& modicorũ qui funda mitti poſſent, lapidũ, parauerat.inſtructuſq. miſſilium apparatu ad Olympum montem ducit, & a quinq. ferme millibus locat caſtra.Poſtero die cum quadringentis equitibus & Attalo progreſſum eum ad naturam montis,ſitumq. Gallicorum caſtrorum uiſendum,equites hoſtium, duplex numerus,effuſi caſtris in fugam auerterunt.occiſi quoque pauci fugientium,uulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exploranda profectus, quia nemo hoſtium extra munimenta proceſſit, tuto circumuectus montem,animaduertit meridiana regione terrenos,& placide accliuos ad quendam finem colles eſſe: ad ſeptemtrionem arduas & rectas prope rupes,atque omnibus ferme alijs inuijs,itinera tria eſſe: unum medio monte, qua terrena erant:duo difficilia ab hiberno ſolis ortu, & ab aeſtiuo occaſu. Haec contemplatus eo die B ſub ipſis radicibus poſuit caſtra.poſtero die ſacrificio facto,cum primis hoſtijs litaſſet: trifariam exercitum diuiſum ducere ad hoſtem pergit.ipſe cum maxima parte copiarũ, qua aequiſſimum aditum praebebat mons,adſcendit,L.Manlium fratrem ab hiberno ortu,quo ad loca patiantur, & tuto poſſit,ſubire iubet.ſi qua periculoſa & praerupta occurrant: non pugnare cum iniquitate locorum,neque inexſuperabilibus uim afferre, ſed obliquo mõte ad ſe declinare,& ſuo agmini coniungi. C.Heluium cum tertia parte circumire ſenſim per infima montis:deinde ab aeſtiuo occaſu erigere agmen.& Attali auxilia trifariã aequo numero diuiſit.ſecum eſſe ipſum iuuenem iuſsit.equitatum cum elephãtis in proxima tumulis planitie reliquit.edictum praefectis,ut intenti,quid ubique geratur, animaduertant:opemq. ferre,quo poſtulent res,properent.Galli duobus lateribus ſatis fidentes inuia eſſe, ab ea parte quae in meridiem uergeret,ut armis clauderent uiam, quattuor ferme millia C armatorum ad tumulum imminentem uiae minus M.paſſuum a caſtris occupandũ mittũt: eo ſe rati uelut caſtello iter impedituros.Quod ubi Romani uiderunt,expediunt ſeſe ad pugnam.ante ſigna modico interuallo uelites eunt,& ab Attalo Cretenſes ſagittarij & funditores,& Tralli,Thraces: ſigna peditum,ut per arduum,leni gradu ducuntur, ita prae ſe habentium ſcuta,ut miſsilia tantum uitarent:pede collato non uiderentur pugnaturi.Miſsilibus ex interuallo loci proelium commiſſum eſt primo par,Gallos loco adiuuante, Romanos uarietate & copia telorũ.procedente certamine nihil iam aequi erat.ſcuta longa,ceterum ad amplitudinẽ corporũ parum lata,& ea ipſa plana,male tegebant Gallos. nec iã tela alia habebant praeter gladios,quorum, cum manum hoſtis non ſentereret, nullus uſus erat.ſaxis nec modicis,ut quae non praeparaſſent,ſed quod cuiq. temere trepidanti ad manũ ueniſſet,ut inſueti,nec arte nec uiribus adiuuantes ictũ,utebantur.ſagittis,glande,iaculis incauti ab omni parte configebantur:nec quid agerent,ira & pauore obcaecatis animis, D cernebant.& erant deprehenſi genere pugnae,in quod minime apti ſunt.nam quemadmodum comminus,ubi inuicem pati & ferre uulnera licet,accendit ira animos eorum: ita ubi ex occulto,& procul leuibus telis uulnerantur,nec quo ruant caeco impetu,habẽt,uelut ferae transfixae,in ſuos temere incurrunt.Detegebat uulnera eorum,quod nudi pugnant,& ſunt fuſa,& candida corpora:ut quae numquã,niſi in pugna,nudentur.ita & plus ſanguinis e multa carne fundebatur,& foediores patebant plagae:& candor corporũ magis ſanguine atro maculabatur.ſed non tam patentibus plagis mouentur: interdum inſecta cute, ubi latior,quam altior,plaga eſt,etiam glorioſius ſe pugnare putant.idem cum aculeus ſagittae, aut glandis abditae introrſus tenui uulnere in ſpeciem urit: & ſcrutantes quae uellant,telum non ſequitur: tum in rabiem, & pudorem tam paruae perimentis peſtis uerſi,proſternunt corpora humi: ſic ut paſſim procumberent. alij ruentes in hoſtem undique configeE bantur: & cum comminus uenerant,gladijs a uelitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet, & in dextera haſtas,quibus eminus utitur. gladio Hiſpanienſi eſt cinctus.quod ſi pede collato pugnandum eſt,translatis in laeuam haſtis,ſtringit gladium. Pauci ſupererant iam Gallorum: qui poſteaquam ab leui armatura ſuperatos ſe uiderunt,& inſtare legionum ſigna,effuſa fuga caſtra repetunt,pauoris & tumultus iam plena: ut ubi feminae pueriq.& alia imbellis turba permiſta eſſet.Romanos uictores deſerti fuga hoſtium acceperunt tumuli.Sub idem tempus L.Manlius & C.Heluius,cum,quoad uiam colles obliqui dederunt,adſcendiſſent:poſteaquã ad inuia uentum eſt, flexere iter in partẽ montis, quae una habebat iter:& ſequi conſulis agmen modico uterq. interuallo,uelut ex compo-

ſito, coeperunt: quod primo optimum factu fuiſſet, in id neceſſitate ipſa compulſi. ſubſidia F
enim in talibus iniquitatibus locorum maximo ſaepe uſui fuerunt: ut primis forte deturbatis, ſecundi & tegant pulſos, & integri pugnam excipiant. conſul, poſteaquam ad tumulos ab leui armatura captos prima ſigna legionum peruenerunt, reſpirare & conquieſcere paulliſper militem iubet. ſimul ſtrata per tumulos corpora Gallorum oſtentat. & cum leuis armatura tale proelium ediderit, quid ab legionibus, quid ab iuſtis armis, quid ab animis fortiſſimorum militum exſpectari? caſtra illis capienda eſſe, in quae compulſus ab leui armatura hoſtis trepidet. praecedere tamen iubet leuem armaturam: quae, cum ſtaret agmen, colligendis per tumulos telis, ut miſſilia ſufficerent, haud ſegne idipſum tempus conſumpſerat. Iam caſtris appropinquabant. & Galli, ne parum ſe munimenta ſua tegerent, armati pro uallo conſtiterant. obruti deinde omni genere telorum, cum, quo plures ac denſiores erant, eo minus uani quidquam intercideret teli, intra uallum momento temporis compelluntur, ſtationibus tantum firmis ad ipſos aditus portarum relictis. G
In multitudinem compulſam in caſtra, uis ingens miſſilium telorum conijciebatur. &, uulnerari multos, clamor permiſtus mulierum atque puerorum ploratibus ſignificabat. In eos qui portas ſtationibus ſuis clauſerant, legionum anteſignani pila coniecerunt, hi uero non uulnerabantur, ſed tranſuerberatis ſcutis plerique inter ſe conſerti haerebant. nec diutius impetum Romanorum ſuſtinuerunt. Patentibus iam portis, priuſquam irrumperent uictores, fuga e caſtris Gallorum in omnes partes facta eſt. ruunt caeci, per uias, per inuia: nulla praecipitia ſaxa, nullae rupes obſtant. nihil praeter hoſtem metuunt. itaque plerique praecipites per uaſtam altitudinem prolapſi aut debilitati exanimantur. Conſul, caſtris captis, direptione praedaque abſtinet. militẽ ſequi pro ſe quemque & inſtare, & perculſis pauorem addere iubet. Superuenit & alterum cum L. Manlio agmen. nec eos caſtra intrare ſinit. protinus ad perſequẽdos hoſtes mittit. & ipſe paullo poſt, H
tradita captiuorum cuſtodia tribunis militum, ſequitur, debellatum ratus, ſi in illo pauore quamplurimi caeſi forent aut capti. Egreſſo conſule, C. Heluius cum tertio agmine deuenit. nec continere ſuos a direptione caſtrorum ualuit. praedaque eorum, iniquiſsima ſorte, qui pugnae non interfuerant, facta eſt. Equites diu ignari & pugnae & uictoriae ſuorũ ſteterunt. deinde & ipſi, quantum equi in colles ſubire poterant, ſparſos fuga Gallos circa radices montis conſectati, cecidere aut cepere. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter omnes amfractus montium fugaq. & caedes fuit: & magna pars rupibus inuiis in profundae altitudinis conualles delapſa eſt, pars in ſiluis uepribuſq. occiſa. Claudius, qui bis pugnatũ in Olympo monte ſcribit, ad XL millia hominum caeſa auctor eſt. Valerius Antias, qui magis immodicus in numero augendo eſſe ſolet, non plus decem millia. I
Numerus captiuorum haud dubie millia XL expleuit: quia omnis generis aetatiſq. turbam ſecum traxerant, demigrantium magis, quam in bellum euntium modo. Conſul, armis hoſtium in uno concrematis cumulo, ceteram praedam conferre omnes iuſsit: & aut uendidit quod eius in publicum redigendum erat: aut cum cura, ut quã aequiſsima eſſet, per milites diuiſit. Laudati quoque pro concione omnes ſunt, donatiq. pro merito quiſque: ante omnes Attalus, ſummo ceterorum aſſenſu. nam ſingularis eius iuuenis cum uirtus & induſtria in omnib. laboribus periculiſque, tum modeſtia etiã fuerat. Supererat bellum integrum cum Tectoſagis. Ad eos profectus conſul tertijs caſtris Ancyram, nobilem in illis locis urbem, peruenit: unde hoſtes paullo plus X millia aberant. ubi cum ſtatiua eſſent, facinus memorabile a captiua factum eſt. Ortiagontis reguli uxor forma eximia cuſtodiebatur inter plures captiuos. cui cuſtodiae centurio praeerat, & libidinis & auaritiae militaris. K
is primo eius animum tentauit. quem cum abhorrentem a uolũtario uideret ſtupro, corpori, quod ſeruum fortuna erat, uim fecit. deinde ad leniendam indignitatem iniuriae, ſpem reditus ad ſuos mulieri facit: & ne eam quidem, ut amans, gratuitam. certo auri pondere pactus, ne quem conſcium ſuorum haberet, ipſi permittit, ut quem uellet, unũ ex captiuis nuncium ad ſuos mitteret. locum prope flumen cõſtituit: quo duo, ne plus, neceſſarij captiuae cum auro uenirent nocte inſequenti ad eam accipiendam. Forte ipſius mulieris ſeruus inter captiuos eiuſdem cuſtodiae erat. hunc nuncium primis tenebris extra ſtationes centurio educit. Nocte inſequenti & duo neceſſarij mulieris ad conſtitutũ locum, & centurio cum captiua uenit. ubi cum aurũ oſtẽderent, quod ſummã talenti Attici (tanti enim pepigerat)

A rat) expleret mulier lingua ſua, ſtringerent ferrum, & centurionem penſantem aurum occiderent, imperauit. Iugulati praeciſum caput ipſa inuolutum ueſte ferens, ad uirum Ortiagontem, qui ab Olympo domum refugerat, peruenit. quem priuſquam complecteretur, caput centurionis ante pedes eius abiecit. mirantique, cuiuſnam id caput hominis, aut quod id facinus haudquaquã muliebre eſſet, & iniuriam corporis, & ultionem uiolatae per uim pudicitiae, cõfeſſa uiro eſt. aliaq. (ut traditur) ſanctitate & grauitate uitae huius matronalis facinoris decus ad ultimum conſeruauit. Ad Ancyram in ſtatiua Tectoſagum oratores ad conſulem uenerunt, petentes ne ante ab Ancyra caſtra moueret, quam collocutus cum ſuis regibus eſſet. nullas condiciones pacis ijs non bello fore potiores. Tempus in poſterum diem conſtituitur, locuſq. qui maxime medius inter caſtra Gallorum & Ancyram eſt uiſus. Quo cum conſul ad tempus cum praeſidio quingentorum equitum ueniſſet: nec ul-

B lo Gallorum ibi uiſo, regreſſus in caſtra eſſet, oratores ijdem redeunt, excuſantes, religione obiecta uenire reges non poſſe, principes gentis, per quos aeque res tranſigi poſſet, uenturos. Conſul ſe quoque Attalum miſſurum dixit. Ad hoc colloquium utrimque uentum eſt. trecentos equites Attalus praeſidij cauſſa cũ adduxiſſet, dictae ſunt pacis condiciones. Finis rei quia abſentibus ducibus imponi non poterat: conuenit uti conſul regeſq. eo loco poſtero die congrederentur. Fruſtratio Gallorum eo ſpectabat, primum ut tererent tempus, donec res ſuas, cum quibus periclitari nolebant, cum coniugibus ac liberis trans Halyn flumen tranſijcerent: deinde quod ipſi conſuli parum cauto aduerſus colloquij fraudẽ inſidiabantur. Mille ad eam rem ex omni numero audaciae expertae delegerũt equites. & ſucceſſiſſet fraus, ni pro iure gentium, cuius uiolandi conſilium initum erat, ſtetiſſet fortuna. Pabulatores lignatoreſque Romani in eam partem in qua colloquium futurum erat,

C ducti ſunt: tutius id futurum tribunis ratis, quia conſulis praeſidium & ipſum pro ſtatione habituri erant, hoſti oppoſitum. ſuam tamen alteram ſtationem propius caſtra ſexcentorũ equitum poſuerunt. Conſul affirmante Attalo uenturos reges, & tranſigi rem poſſe, profectus e caſtris, cum eodẽ quo antea praeſidio equitum quinque millia ferme proceſſiſſet, nec multum a conſtituto loco abeſſet: repente concitatis equis cum impetu hoſtili uidet Gallos uenientes. conſtituit agmen, & expedire tela animoſque equitibus iuſſis, primo conſtanter initium pugnae accepit, nec ceſſit. dein cũ praegrauaret multitudo, cedere ſenſim, nihil confuſis turmarum ordinibus, coepit. poſtremo cum iam plus in mora periculi, quam in ordinibus conſeruandis praeſidij eſſet, omnes paſſim in fugam effuſi ſunt. tum uero inſtare diſſipatis Galli, & caedere. magnaq. pars oppreſſa foret, ni ſtatio pabulatorum ſexcenti equites occurriſſent. ij procul clamore pauido ſuorum exaudito, cum tela equoſ-

D que expediſſent, integri profligatam pugnam acceperunt. itaque uerſa extemplo fortuna eſt, uerſus in uictores a uictis terror. & primo impetu fuſi Galli ſunt, & ex agris cõcurrebãt pabulatores, & undique obuius hoſtis Gallis erat: ut ne fugam quidem facilem aut tutam haberent, quia recentibus equis Romani feſſos ſequebantur. pauci ergo effugerunt. captus eſt nemo. maior multo pars per fidem uiolati colloquii poenas morte luerunt. Romani ardentibus ira animis poſtero die omnibus copijs ad hoſtem perueniunt. biduum natura montis per ſeipſum exploranda, ne quid ignoti eſſet, abſumpſit conſul. tertio die cum auſpicio operã dediſſet, deinde immolaſſet: in quattuor partes diuiſas copias educit: duas ut medio monte duceret: duas ab lateribus ut aduerſus cornua Gallorum erigeret. Hoſtium quod roboris erat, Tectoſagae & Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominum quinquaginta. equitatum, quia equorum nullus inter inaequales rupes uſus erat, ad pedes

E deductum, X millia hominum, ab dextro locauerunt cornu. Ariarathis Cappadoces & Morzis auxiliares in laeuo quattuor ferme millium numerum explebant. Conſul, ſicut in Olympo mõte, prima in acie locata leui armatura, telorum omnis generis ut aeque magna uis ad manum eſſet, curauit. Vbi appropinquarunt, omnia eadem utrimque quae fuerãt in priore proelio, erant, praeter animos & uictoribus ab re ſecũda auctos, & hoſtibus fractos: quia etſi non ipſi uicti erant, ſuae gentis hominum cladem pro ſua ducebant. itaque a paribus initijs coepta res, eundem exitum habuit. Velut nubes leuium telorum coniecta obruit aciem Gallorum: nec aut procurrere quiſquam ab ordinibus ſuis, ne nudaret undique corpus ad ictus, audebat: & ſtantes, quo denſiores erant, hoc plura, uelut deſtinatum petentibus, uulnera accipiebant. conſul, iã per ſe turbatis, ſi legionum ſigna oſtẽdiſſet, uerſu

ros extemplo in fugam omnes ratus: receptis inter ordines uelitibus, & alia turba auxilio F
rum, aciem promouit. Galli & memoria Toliſtobogiorum cladis territi, & inhaerentia cor
poribus gerentes tela, feſſique & ſtando & uulneribus, ne primum quidem impetum & cla
morem Romanorum tulerunt. Fuga ad caſtra inclinauit: ſed pauci intra munimenta ſe re-
cepere. pars maior dextra laeuaq. praelati, qua quemque impetus tulit, fugerunt: uictores
uſque ad caſtra ſecuti ceciderunt terga. deinde in caſtris cupiditate praedae haeſerunt, nec
ſequebatur quiſquam. In cornibus Galli diutius ſteterunt, quia ſerius ad eos peruentū eſt.
ceterum ne primum quidem coniectum telorum tulerunt. Conſul, qui ingreſſos in caſtra
ab direptione abſtrahere non poterat: eos qui in cornibus fuerant, protinus ad ſequendos
hoſtes miſit. per aliquantum ſpatium ſecuti, non plus tamen octo millia hominum in fuga
(nam pugna nulla fuit) ceciderunt: reliqui flumen Halyn tranſiecerunt. Romanorū magna
pars ea nocte in hoſtium caſtris manſit: ceteros in ſua caſtra conſul reduxit. poſtero die ca- G
ptiuos praedamq. recenſuit: quae tanta fuit, quantam auidiſſima rapiendi gens, cum cis mō
tem Taurum omnia armis per multos tenuiſſet annos, coaceruare potuit. Galli ex diſſipa-
ta paſſim fuga in unum locum congregati, magna pars ſaucij aut inermes, nudati omnibus
rebus, oratores de pace ad conſulem miſerunt. Eos Manlius Epheſum uenire iuſſit: ipſe (iā
enim medium autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properās,
uictorem exercitum in hiberna maritimae orae reduxit. Dum haec in Aſia geruntur, in ce-
teris prouincijs tranquillae res fuerunt. Cenſores Romae T. Quinctius Flamininus & M.
Claudius Marcellus ſenatū perlegerunt. princeps in ſenatu tertium lectus P. Scipio Africa
nus. quattuor ſoli praeteriti ſunt, nemo curuli uſus honore: & in equitatu recenſendo mitis
admodum cenſura fuit. ſubſtructionem ſuper Aequimelium in Capitolio, & uiā ſilice ſter
nendam a porta Capena ad Martis locauerunt. Campani, ubi cenſerentur, ſenatum con- H
ſuluerunt. decretum, uti Romae cenſerentur. Aquae ingentes eo anno fuerunt. Tiberis
duodecies campum Martium planaque urbis inundauit. Ab Cn. Manlio conſule, bello in
Aſia cum Gallis perfecto, alter conſul M. Fuluius perdomitis Aetolis, cum tranſiecíſſet in
Cephalleniam, circa ciuitates inſulae miſit percūctatum utrum ſe dedere Romanis, an bel
li fortunam experiri mallent? metus ad omnes ualuit, ne deditionem recuſarent. obſides
inde imperatos pro uiribus inopes populi, uicenos Neſiotae, Cranij, Pallēſes & Samaei de
derunt. Inſperata pax Cephalleniae affulſerat, cum repente una ciuitas, incertum quam ob
cauſſam, Samaei deſciuerunt. Quia opportuno loco urbs poſita eſſet, timuiſſe ſe aiebant,
ne demigrare cogerentur ab Romanis. ceterum ipſi ne ſibi eum finxerint metum, & timo-
re uano quietum exſuscitauerint: an iactata ſermonibus res apud Romanos, perlata ad eos ſit, ni-
hil comperti eſt, niſi quod datis iam obſidibus, repente portas clauſerunt: & ne ſuorū qui- I
dem precibus (miſerat enim ſub muros conſul ad tentandam miſericordiam parentū po-
pularium que) deſiſtere ab incepto uoluerunt. Oppugnari deinde, poſteaquam nihil pacati
reſpondebatur, coepta urbs eſt. apparatum omnem tormentorum machinarumq. tranſue-
ctum ab Ambraciae oppugnatione habebat: & opera, quae facienda erant, impigre milites
perfecerunt. duobus igitur locis admoti arietes quatiebant muros. Nec ab Samaeis quid-
quam, quo aut opera aut hoſtis arceri poſſet, praetermiſſum eſt. duabus tamen maxime
reſiſtebant rebus, una interiorem ſemper iuxta ualidum pro diruto nouum obſtruentes
murum: altera, eruptionibus ſubitis nunc in opera hoſtium, nunc in ſtationes: & ple-
rumque ijs proelijs ſuperiores erant. Vna ad coercendos inuenta haud magna memo-
ratu res eſt. centum funditores ab Aegio & Patris & Dymis acciti. A pueris ij more
quodam gentis, ſaxis globoſis, quibus ferme arenae immiſtis ſtrata litora ſunt, funda ma- K
re apertum inceſſentes exercebantur. itaque longius certiuſq. & ualidiore ictu, quam Ba-
learis funditor, eo telo uſi ſunt. & eſt non ſimplicis habenae, ut balearica aliarumque gen-
tium funda: ſed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum, ne fluxa habena uolutetur in iactu
glans, ſed librata cum ſederit, uelut neruo miſſa excutiatur. coronas modici circuli magno
ex interuallo loci aſſueti traijcere, non capita ſolum hoſtium uulnerabant, ſed quem lo-
cum deſtinaſſent oris. Eae fundae Samaeos cohibuerunt, ne tam crebro, neue tam auda-
cter erumperent: adeo ut precarentur ex muris Achaeos, ut parumper abſcederent: & ſe
cum Romanis ſtationibus pugnantes quiete ſpectarent. Quattuor menſes obſidionem
Samaei ſuſtinuerunt. cum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent, aut uulneraren-

tur: &

A tur: & qui ſupererant, feſſi & corporibus & animis eſſent: Romani nocte per arcem, quam
Cyatidem uocant, (nam urbs in mare deuexa, in occidentem uergit) muro ſuperato, in
forum peruenerunt. Samaei poſteaquam captam urbis partem ab hoſtibus ſenſerunt: cum
coniugibus ac liberis in maiorem refugerunt arcem. inde poſtero die dediti, direpta urbe,
ſub corona omnes uenierunt. Conſul compoſitis rebus Cephalleniae, praeſidio Samae im
poſito, in Peloponneſum, iam diu accerſentibus Aegienſibus maxime ac Lacedaemonijs,
tranſiecit. Aegium a principio Achaici concilij ſemper conuentus gentis indicti ſunt: ſeu
dignitati urbis id, ſeu loci opportunitati datum eſt. hunc morem Philopoemen eo primum
anno labefactare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus ciuitatibus, quae Achaici
concilij eſſent, inuicem conuentus agerentur, & ſub aduentum conſulis Damiurgis ciui-
tatum, qui ſummus eſt magiſtratus, Aegium euocantibus, Philopoemen (praetor tum
B erat) Argos conuentum edixit. quo cum appareret omnes fere conuenturos: conſul quo
que, quamquam Aegienſium fauebat cauſſae, Argos uenit. ubi cum diſceptatio fuiſſet, &
rem inclinatam cerneret, incepto deſtitit. Lacedaemonij deinde eum in ſua certamina auer
terunt. Sollicitam eam ciuitatem exſules maxime habebant. quorum magna pars in ma-
ritimis Laconicae orae caſtellis, quae omnis adempta erat, habitabant. id aegre patientes
Lacedaemonij, ut aliquem liberum ad mare haberent aditum, ſi quando Romam, alioue
quo mitterent legatos: ſimulq. ut emporium & receptaculum peregrinis mercibus ad ne-
ceſſarios uſus eſſet: nocte adorti uicum maritimum, nomine Lan, improuiſo occupauere.
Vicani, quiq. ibi exſules habitabãt, primo inopinata re territi ſunt: deinde ſub lucem con-
gregati, leui certamine expulerunt Lacedaemonios. terror tamen omnem maritimam o-
ram peruaſit; legatoſque communiter & caſtella omnia uicique, & exſules, quibus ibi do-
C micilia erant, ad Achaeos miſerunt. Philopoemen praetor, iam inde ab initio exſulũ cauſ-
ſae amicus, & auctor ſemper Achaeis minuẽdi opes & auctoritatem Lacedaemoniorum,
concilium querentibus dedit. decretumque eo referẽte factum eſt, cum in fidem Achaeo
rum tutelamque T. Quinctius & Romani Laconicae orae caſtella & uicos tradidiſſent, &
cum abſtinere his ex foedere Lacedaemonij deberent, Las uicus oppugnatus eſſet, caedeſ-
que ibi facta: qui eius rei auctores affineſque eſſent, niſi dederentur Achaeis, uiolatum ui-
deri foedus. Ad expoſcendos eos legati extemplo Lacedaemonem miſſi ſunt. Id imperium
adeo ſuperbum & indignum Lacedaemonijs uiſum eſt, ut, ſi antiqua ciuitatis fortuna eſ-
ſet, haud dubie arma extemplo capturi fuerint. maxime autem conſternauit eos metus, ſi
ſemel primis imperijs obediendo, iugum accepiſſent: ne id quod iamdiu moliretur Philo-
poemen, exſulibus Lacedaemonem traderet. Furentes igitur ira, triginta hominibus ex fa
D ctione, cum qua conſiliorum aliqua ſocietas Philopoemeni atque exſulibus erat, interfe-
ctis, decreuerunt renunciandam ſocietatem Achaeis: legatoſq. extemplo Cephalleniam
mittendos, qui conſuli M. Fuluio, quiq. Romanis Lacedaemonem dederent: orarentque
eum ut ueniret in Peloponneſum ad urbem Lacedaemonem in fidẽ ditionemq. populi Ro
mani accipiendam. Id ubi legati ad Achaeos retulerunt, omnium ciuitatum, quae eius con
cilii erant, conſenſu bellum Lacedaemoniis indictum eſt. ne extemplo gereretur, hiems
impediit. incurſionibus tamen paruis, latrocinii magis, quam belli modo, non terra tan-
tum, ſed etiam nauibus a mari fines eorum uaſtati. Hic tumultus conſulem in Pelopon-
neſum adduxit: iuſſuq. eius Elin concilio indicto, Lacedaemonii ad diſceptandum acciti.
Magna ibi non diſceptatio modo, ſed etiam altercatio fuit. Cui conſul cum alia ſatis am-
bitioſe, partem utramque fouendo, incerta reſpondiſſet: una denunciatione, ut bello abſti-
E nerent, donec Romam legatos ad ſenatum miſiſſent, finẽ impoſuit. Vtrimque legatio miſ-
ſa Romam eſt. exſules quoque Lacedaemoniorũ ſuam cauſſam legationemq. Achaeis iniũ
xerunt. Diophanes & Lycortas, Megalopolitani ambo, principes legationis Achaeorum
fuerunt. qui diſſidentes in rep. tum quoque minime inter ſe conueniẽtes orationes habue
runt. Diophanes ſenatui diſceptationem omnium rerum permittebat. eos optime contro-
uerſias inter Achaeos ac Lacedaemonios finituros eſſe. Lycortas ex praeceptis Philopoe-
menis poſtulabat, ut Achaeis ex foedere ac legibus ſuis, quae decreſſent, agere liceret: liber
tatemq. ſibi illibatã, cuius ipſi auctores eſſent, praeſtarẽt. Magnae auctoritatis apud Roma-
nos tum gens Achaeorum erat. nouari tamen nihil de Lacedaemoniis placebat. ceterum re
ſponſum ita perplexũ fuit, ut & Achaei ſibi de Lacedaemone permiſſum acciperent: & La-

ros extemplo in fugam omnes ratus: receptis inter ordines uelitibus, & alia turba auxilio- F
rum, aciem promouit. Galli & memoria Toliſtobogiorum cladis territi, & inhaerentia corporibus gerentes tela, feſſique & ſtando & uulneribus, ne primum quidem impetum & clamorem Romanorum tulerunt. Fuga ad caſtra inclinauit: ſed pauci intra munimenta ſe recepere. pars maior dextra laeuaq. praelati, qua quemque impetus tulit, fugerunt: uictores uſque ad caſtra ſecuti ceciderunt terga. deinde in caſtris cupiditate praedae haeſerunt, nec ſequebatur quiſquam. In cornibus Galli diutius ſteterunt, quia ſerius ad eos peruentū eſt. ceterum ne primum quidem coniectum telorum tulerunt. Conſul, qui ingreſſos in caſtra ab direptione abſtrahere non poterat: eos qui in cornibus fuerant, protinus ad ſequendos hoſtes miſit. per aliquantum ſpatium ſecuti, non plus tamen octo millia hominum in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderunt: reliqui flumen Halyn tranſiecerunt. Romanorū magna pars ea nocte in hoſtium caſtris manſit: ceteros in ſua caſtra conſul reduxit. poſtero die ca- G
ptiuos praedamq. recenſuit: quae tanta fuit, quantam auidiſſima rapiendi gens, cum cis mōtem Taurum omnia armis per multos tenuiſſet annos, coaceruare potuit. Galli ex diſſipata paſſim fuga in unum locum congregati, magna pars ſaucij aut inermes, nudati omnibus rebus, oratores de pace ad conſulem miſerunt. Eos Manlius Epheſum uenire iuſſit: ipſe (iā enim medium autumni erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properās, uictorem exercitum in hiberna maritimae orae reduxit. Dum haec in Aſia geruntur, in ceteris prouincijs tranquillae res fuerunt. Cenſores Romae T. Quinctius Flamininus & M. Claudius Marcellus ſenatū perlegerunt. princeps in ſenatu tertium lectus P. Scipio Africanus. quattuor ſoli praeteriti ſunt, nemo curuli uſus honore: & in equitatu recenſendo mitis admodum cenſura fuit. ſubſtructionem ſuper Aequimelium in Capitolio, & uiā ſilice ſternendam a porta Capena ad Martis locauerunt. Campani, ubi cenſerentur, ſenatum con- H
ſuluerunt. decretum, uti Romae cenſerentur. Aquae ingentes eo anno fuerunt. Tiberis duodecies campum Martium planaque urbis inundauit. Ab Cn. Manlio conſule, bello in Aſia cum Gallis perfecto, alter conſul M. Fuluius perdomitis Aetolis, cum tranſieciſſet in Cephalleniam, circa ciuitates inſulae miſit percūctatum utrum ſe dedere Romanis, an belli fortunam experiri mallent? metus ad omnes ualuit, ne deditionem recuſarent. obſides inde imperatos pro uiribus inopes populi, uicenos Neſiotae, Cranij, Pallēſes & Samaei dederunt. Inſperata pax Cephalleniae affulſerat, cum repente una ciuitas, incertum quam ob cauſam, Samaei deſciuerunt. Quia opportuno loco urbs poſita eſſet, timuiſſe ſe aiebant, ne demigrare cogerentur ab Romanis. ceterum ipſine ſibi eum finxerint metum, & timore uano quietum exſuerint: an iactata ſermonibus res apud Romanos, perlata ad eos ſit, nihil compertū eſt, niſi quod datis iam obſidibus, repente portas clauſerunt: & ne ſuorū qui- I
dem precibus (miſerat enim ſub muros conſul ad tentandam miſericordiam parentū popularitimque) deſiſtere ab incepto uoluerunt. Oppugnari deinde, poſteaquam nihil pacati reſpondebatur, coepta urbs eſt. apparatum omnem tormentorum machinarumq. tranſuectum ab Ambraciae oppugnatione habebat: & opera, quae facienda erant, impigre milites perfecerunt. duobus igitur locis admoti arietes quatiebant muros. Nec ab Samaeis quidquam, quo aut opera aut hoſtis arceri poſſet, praetermiſſum eſt. duabus tamen maxime reſiſtebant rebus, una interiorem ſemper iuxta ualidum pro diruto nouum obſtruentes murum: altera, eruptionibus ſubitis nunc in opera hoſtium, nunc in ſtationes: & plerumque ijs proelijs ſuperiores erant. Vna ad coercendos inuenta haud magna memoratu res eſt. centum funditores ab Aegio & Patris & Dymis acciti. A pueris ij more quodam gentis, ſaxis globoſis, quibus ferme arenae immiſtis ſtrata litora ſunt, funda mare apertum inceſſentes exercebantur. itaque longius certiuſq. & ualidiore ictu, quam Ba- K
learis funditor, eo telo uſi ſunt. & eſt non ſimplicis habenae, ut balearica aliarumque gentium funda: ſed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum, ne fluxa habena uolutetur in iactu glans, ſed librata cum ſederit, uelut neruo miſſa excutiatur. coronas modici circuli magno ex interuallo loci aſſueti traijcere, non capita ſolum hoſtium uulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris. Eae fundae Samaeos cohibuerunt, ne tam crebro, neue tam audacter erumperent: adeo ut precarentur ex muris Achaeos, ut parumper abſcederent: & ſe cum Romanis ſtationibus pugnantes quiete ſpectarent. Quattuor menſes obſidionem Samaei ſuſtinuerunt. cum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent, aut uulnerarentur: &

A tur: & qui ſupererant, feſſi & corporibus & animis eſſent: Romani nocte per arcem, quam
Cyatidem uocant, (nam urbs in mare deuexa, in occidentem uergit) muro ſuperato, in
forum peruenerunt. Samaei poſteaquam captam urbis partem ab hoſtibus ſenſerunt: cum
coniugibus ac liberis in maiorem refugerunt arcem. inde poſtero die dediti, direpta urbe,
ſub corona omnes uenierunt. Conſul compoſitis rebus Cephalleniae, praeſidio Samae im
poſito, in Peloponneſum, iam diu accerſentibus Aegienſibus maxime ac Lacedaemonijs,
transiecit. Aegium a principio Achaici concilij ſemper conuentus gentis indicti ſunt: ſeu
dignitati urbis id, ſeu loci opportunitati datum eſt. hunc morem Philopoemen eo primum
anno labefactare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus ciuitatibus, quae Achaici
concilij eſſent, inuicem conuentus agerentur, & ſub aduentum conſulis Damiurgis ciui-
tatum, qui ſummus eſt magiſtratus, Aegium euocantibus, Philopoemen (praetor tum
B erat) Argos conuentum edixit. quo cum appareret omnes fere conuenturos: conſul quo
que, quamquam Aegienſium fauebat cauſſae, Argos uenit. ubi cum diſceptatio fuiſſet, &
rem inclinatam cerneret, incepto deſtitit. Lacedaemonij deinde eum in ſua certamina auer
terunt. Sollicitam eam ciuitatem exſules maxime habebant. quorum magna pars in ma-
ritimis Laconicae orae caſtellis, quae omnis adempta erat, habitabant. id aegre patientes
Lacedaemonij, ut aliquem liberum ad mare haberent aditum, ſi quando Romam, alioue
quo mitterent legatos: ſimulq. ut emporium & receptaculum peregrinis mercibus ad ne-
ceſſarios uſus eſſet: nocte adorti uicum maritimum, nomine Lan, improuiſo occupauere.
Vicani, quiq. ibi exſules habitabāt, primo inopinata re territi ſunt: deinde ſub lucem con-
gregati, leui certamine expulerunt Lacedaemonios. terror tamen omnem maritimam o-
ram peruaſit; legatoſque communiter & caſtella omnia uicique, & exſules, quibus ibi do-
C micilia erant, ad Achaeos miſerunt. Philopoemen praetor, iam inde ab initio exſulū cauſ-
ſae amicus, & auctor ſemper Achaeis minuēdi opes & auctoritatem Lacedaemoniorum,
concilium querentibus dedit. decretumque eo referēte factum eſt, cum in fidem Achaeo
rum tutelamque T. Quinctius & Romani Laconicae orae caſtella & uicos tradidiſſent, &
cum abſtinere his ex foedere Lacedaemonij deberent, Las uicus oppugnatus eſſet, caedeſ-
que ibi facta: qui eius rei auctores affineſque eſſent, niſi dederentur Achaeis, uiolatum ui-
deri foedus. Ad expoſcendos eos legati extemplo Lacedaemonem miſſi ſunt. Id imperium
adeo ſuperbum & indignum Lacedaemonijs uiſum eſt, ut, ſi antiqua ciuitatis fortuna eſ-
ſet, haud dubie arma extemplo capturi fuerint. maxime autem conſternauit eos metus, ſi
ſemel primis imperijs obediendo, iugum accepiſſent: ne id quod iamdiu moliretur Philo-
poemen, exſulibus Lacedaemonem traderet. Furentes igitur ira, triginta hominibus ex fa
D ctione, cum qua conſiliorum aliqua ſocietas Philopoemeni atque exſulibus erat, interfe-
ctis, decreuerunt renunciandam ſocietatem Achaeis: legatoſq. extemplo Cephalleniam
mittendos, qui conſuli M. Fuluio, quiq. Romanis Lacedaemonem dederent: orarentque
eum ut ueniret in Peloponneſum ad urbem Lacedaemonem in fidē ditionemq. populi Ro
mani accipiendam. Id ubi legati ad Achaeos retulerunt, omnium ciuitatum, quae eius con
cilii erant, conſenſu bellum Lacedaemoniis indictum eſt. ne extemplo gereretur, hiems
impediit. incurſionibus tamen paruis, latrocinii magis, quam belli modo, non terra tan-
tum, ſed etiam nauibus a mari fines eorum uaſtati. Hic tumultus conſulem in Pelopon-
neſum adduxit: iuſſuq. eius Elin concilio indicto, Lacedaemonii ad diſceptandum acciti.
Magna ibi non diſceptatio modo, ſed etiam altercatio fuit. Cui conſul cum alia ſatis am-
bitioſe, partem utramque fouendo, incerta reſpondiſſet: una denunciatione, ut bello abſti-
E nerent, donec Romam legatos ad ſenatum miſiſſent, finē impoſuit. Vtrimque legatio miſ-
ſa Romam eſt. exſules quoque Lacedaemoniorū ſuam cauſſam legationemq. Achaeis iniū
xerunt. Diophanes & Lycortas, Megalopolitani ambo, principes legationis Achaeorum
fuerunt. qui diſſidentes in rep. tum quoque minime inter ſe conueniētes orationes habue
runt. Diophanes ſenatui diſceptationem omnium rerum permittebat. eos optime contro-
uerſias inter Achaeos ac Lacedaemonios finituros eſſe. Lycortas ex praeceptis Philopoe-
menis poſtulabat, ut Achaeis ex foedere ac legibus ſuis, quae decreſſent, agere liceret: liber
tatemq. ſibi illibatā, cuius ipſi auctores eſſent, praeſtarēt. Magnae auctoritatis apud Roma-
nos tum gens Achaeorum erat. nouari tamen nihil de Lacedaemoniis placebat. ceterum re
ſponſum ita perplexū fuit, ut & Achaei ſibi de Lacedaemone permiſſum acciperent: & La-

cedaemonij non omnia conceſſa ijs interpretarentur. Hac poteſtate immodice Achaei ac B
ſuperbe uſi ſunt. Philopoemeni continuatur magiſtratus. qui ueris initio exercitu indicto,
caſtra in finibus Lacedaemoniorum poſuit. legatos deinde miſit ad depoſcendos auctores
defectionis, & ciuitatem in pace futuram, ſi id feciſſent, pollicens, & illos nihil indicta cauſ
ſa paſſuros. Silentium prae metu ceterorum fuit. quos nominatim depopoſcerat, ipſi ſe itu
ros profeſſi ſunt, fide accepta ab legatis, uim abfuturam donec cauſſam dixiſſent. Ierunt
alij etiam illuſtres uiri, & aduocati priuatis, & quia pertinere cauſſam eorum ad rempubli-
cam cenſebant. Numquam alias exſules Lacedaemoniorum Achaei ſecum adduxerant in
fines: quia nihil aeque alienaturum animos ciuitatis uidebatur. tunc exercitus totius prope
anteſignani exſules erant. Ij uenientibus Lacedaemoniis ad portam caſtrorum agmine fa
cto occurrerunt. & primo laceſſere iurgiis: deinde altercatione orta cum accenderentur
irae, ferociſſimi exſulum impetum in Lacedaemonios fecerunt. Cum illi deos & fidem le- C
gatorum teſtarentur; & legati & praetor ſummoueret turbas, & protegeret Lacedaemo-
nios, uinculaque iam quoſdam inijcientes arceret: creſcebat tumultus concitata turba. Et
Achaei ad ſpectaculum primo concurrerunt. deinde uociferantibus exſulibus quae paſſi
forent, & orantibus opem, affirmantibuſq. ſimul numquam talem occaſionem habituros,
ſi eam praetermiſiſſent: foedus quod in Capitolio, quod Olympiae, quod in arce Athenis
ſacratum fuiſſet, irritū per illos eſſe: priuſquam alio deintegro foedere obligarētur, noxios
puniendos eſſe: accēſa his uocibus multitudo, ad uocem unius, qui, ut ferirent, inclamauit,
ſaxa coniecit: atque ita XVII. quibus uincula per tumultum iniecta erant, interfecti ſunt.
LXIII. poſtero die comprehenſi, a quibus praetor uim arcuerat: non quia ſaluos uellet, ſed
quia perire cauſſa indicta nolebat. obiecti multitudini iratae, cum auerſis auribus pauca lo
cuti eſſent, damnati omnes & traditi ſunt ad ſuppliciū. Hoc metu iniecto Lacedaemonijs, H
imperatum primum ut muros diruerent: deinde ut omnes externi auxiliares, qui mercede
apud tyrannos militaſſent, terra Laconica excederent: tum uti quae ſeruitia tyranni libe-
raſſent, (ea magna multitudo erat) ante diem certam abirent: qui ibi manſiſſent, eos prehē-
dendi, uendendi, abducendi Achaeis ius eſſet. Lycurgi leges moreſq. abrogarent: Achaeo-
rum aſſueſcerent legibus inſtitutiſque. ita unius eos corporis fore, & de omnibus rebus fa-
cilius conſenſuros. Nihil obedientius fecerunt, quam ut muros diruerent: nec aegrius paſ-
ſi ſunt, quam exſules reduci. Decretum Tegeae in concilio communi Achaeorum de reſti
tuendis ijs factum eſt. & mentione illata, externos auxiliares dimiſſos, & Lacedaemonijs
adſcriptos (ita enim uocabant, qui a tyrannis liberati erant) urbe exceſſiſſe, in agros dila-
pſos: priuſquam dimitteretur exercitus, ire praetorem cum expeditis, & comprehēdere id
genus hominum, & uendere iure praedae placuit. multi comprehenſi uenierunt. porta ex I
ea pecunia Megalopoli permiſſu Achaeorum refecta eſt, quam Lacedaemonij diruerāt. Et
ager Belbinitis, quem iniuria tyranni Lacedaemoniorum poſſederant, reſtitutus eidē ciui-
tati ex decreto uetere Achaeorum, quod factum erat Philippo Amyntae filio regnāte. Per
haec uelut eneruata ciuitas Lacedaemoniorum diu Achaeis obnoxia fuit. nulla tamen res
tanto erat damno, quam diſciplina Lycurgi, cui per ſeptingentos annos aſſueuerant, ſubla
ta. A concilio, ubi apud conſulem inter Achaeos Lacedaemonioſq. diſceptatum eſt, M.
Fuluius, quia iam in exitu annus erat, comitiorum cauſſa profectus Romam, creauit con-
ſules M. Valerium Meſſallam, & C. Liuium Salinatorem: cum M. Aemilium Lepidum ini-
micum eo quoq. anno petentem deieciſſet. Praetores inde creati Q. Marcius Philippus,
M. Claudius Marcellus, C. Stertinius, C. Atinius, P. Claudius Pulcher, L. Manlius Acidi-
nus. Comitijs perfectis, conſulem M. Fuluium in prouinciam & ad exercitū redire placuit. K
eiq. & collegae Cn. Manlio imperium in annum prorogatum eſt. Eo anno in aedem Hercu
lis ſignum dei ipſius ex decemuirorum reſponſo, & ſeiuges in Capitolio aurati a P. Corne
lio poſiti. conſulem dediſſe inſcriptum eſt. & duodecim clypea aerata ab aedilibus curuli-
bus P. Claudio, & Ser. Sulpicio Galba ſunt poſita ex pecunia, qua frumentarios ob anno-
nam compreſſam damnarūt. & aedilis plebis Q. Fuluius Flaccus duo ſigna aurata, uno reo
damnato, (nam ſeparatim accuſauerant) poſuit. collega eius A. Caecilius neminem con-
demnauit. Ludi Romani ter, plebeij quinquies toti inſtaurati. M. Valerius Meſſalla in-
An. 562 de, & C. Liuius Salinator conſulatum idibus Martijs cum inijſſent, de republica, de-
que prouincijs & exercitibus ſenatum conſuluerunt. De Aetolia & Aſia nihil mutatum

eſt.

A eſt. Conſulibus,alteri Piſae cum Liguribus,alteri Gallia prouincia decreta eſt.comparare inter ſe aut ſortiri iuſsi: & nouos exercitus, binas legiones ſcribere: & ut ſocijs Latini nominis quinadena millia peditum imperarent, & mille ducentos equites. Meſſallae Ligures,Salinatori obtigit Gallia.Praetores inde ſortiti ſunt.M.Claudio urbana,P.Claudio peregrina iuriſdictio euenit. Q.Marcius Siciliam, C.Stertinius Sardiniam,L.Manlius Hiſpaniam citeriorem,C.Atinius ulteriorem eſt ſortitus. De exercitibus ita placuit.e Gallia, legiones quae ſub C.Laelio fuerant,ad M. Tuccium propraetorem in Bruttios trāſduci:& qui in Sicilia eſſet,dimitti exercitū:& claſſem,quae ibi eſſet, Romā trāſducere M. Sempronium propraetorem.Hiſpanijs legiones ſingulae,quae tum in ijs prouincijs erāt, decretae: & ut terna millia peditum, ducenos equites ambo praetores in ſupplementum ſocijs imperarent.ſecumque tranſportarent. Priuſquam in prouincias noui magiſtratus proficiB ſcerentur, ſupplicatio in triduum pro collegio decemuirorū imperata fuit in omnibus cōpitis,quod luce inter horam tertiam ferme,& quartam tenebrae obortae fuerant.& nouēdiale ſacrificium indictum eſt, quod in Auentino lapidibus pluiſſet. Campani, cum eos ex ſenatuſconſulto,quod priore anno factum erat,cenſores Romae cenſeri coegiſſent:(nā antea incertum fuerat,ubi cenſerentur) petierunt, ut ſibi ciues Romanas ducere uxores liceret: & ſi qui prius duxiſſent, ut habere eas,& ante eam diem nati,ut iuſti ſibi liberi heredeſque eſſent. utraque res impetrata.De Formianis Fundaniſq.municipibus, & Arpinatibus C.Valerius Tappus tribunus plebis promulgauit:uti ijs ſuffragii latio(nā ante ſine ſuffragio habuerant ciuitaté)eſſet.Huic rogationi quattuor tribuni plebis,quia non ex auctoritate ſenatus ferretur, cum intercederent, edocti populi eſſe, non ſenatus ius, ſuffragium quibus uelit impartiri, deſtiterunt incepto. Rogatio perlata eſt, ut in Aemilia tribu FormC iani,& Fundani,in Cornelia Arpinates ferrent.atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiſcito cenſi ſunt. M. Claudius Marcellus cenſor, ſorte ſuperato T. Quinctio, luſtrum condidit.cenſa ciuium capta CCLIIX millia, CCCVII. Luſtro perfecto conſules in prouincias profecti ſunt. Hieme ea qua haec Romae geſta ſunt,ad Cn. Manlium cōſulem primum,deinde proconſulé hibernātem in Aſia legationes undique ex omnibus ciuitatibus gentibuſq.,quae cis Taurum montem incolunt,conueniebant. Sed ut clarior nobiliorq. uictoria Romanis de rege Antiocho fuit,quam de Gallis: ita laetior ſocijs erat de Gallis, quam de Antiocho. Tolerabilior regia ſeruitus fuerat, quam feritas immanium barbarorum: incertuſq.in dies terror,quo uelut tempeſtas eos populantes inferret.itaque ut quibus libertas Antiocho pulſo, pax Gallis domitis data eſſet: non gratulatum modo uenerant,ſed coronas etiam aureas pro ſuis quaeque facultatibus attulerant. Et ab AntioD cho legati,& ab ipſis Gallis,ut pacis leges dicerentur: & ab Ariarathe rege Cappadocum uenerunt ad ueniam petendam,luédamq. pecunia noxam, quod auxiliis Antiochū iuuiſſet. Ei CC talenta argenti ſunt imperata. Gallis reſponſum,cum Eumenes rex ueniſſet, tum daturum iis leges. ciuitatum legationes cum benignis reſponſis laetiores etiam,quā uenerant, dimiſſae. Antiochi legati pecuniam in Pamphyliam, frumentumque ex pacto cum L. Scipione foedere iuſſi aduehere. eo ſe cum exercitu uenturum. Principio deinde ueris luſtrato exercitu profectus,die octauo Apameam uenit. ibi triduum ſtatiuis habitis, tertiis rurſus ab Apamea caſtris in Pamphyliam, quo pecuniam frumentumq.regios conuehere iuſſerat,peruenit.∞ & D talenta argenti accepta Apameam deportantur, frumentum exercitui diuiditur.Inde ad Pergam ducit: quae una in iis locis regio tenebatur praeſidio.appropinquanti praefectus praeſidii obuius fuit, XXX dierum tempus petens,ut regē Antiochum de urbe tradenda conſuleret. dato tempore,ad eam diem praeſidio deceſſum E eſt.a Perga L.Manlio fratre cum IV millibus militum Oeroanda ad reliquum pecuniae ex eo quod pepigerāt exigendum miſſo,ipſe,quia Eumenem regem & decem legatos ab Roma Epheſum ueniſſe audierat,iuſsis ſequi Antiochi legatis Apameam exercitum reduxit. Ibi ex X legatorum ſententia foedus in haec uerba fere cum Antiocho conſcriptum eſt. Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus & condicionibus eſto. Ne quē exercitum,qui cum populo Romano ſociiſue bellum geſturus erit, rex per fines regni ſui eorumue,qui ſub ditione eius erunt, tranſire ſinito. neu commeatu,neu qua alia ope iuuato.idem Romani ſocij, que Antiocho,& iis qui ſub imperio eius erunt, praeſtent. Belli gerendi ius Antiocho ne eſto cum iis,qui inſulas colunt, neue in Europam tranſeundi. Ex-

cedito

cedito urbibus, agris, uicis, caſtellis cis Taurum montem uſque ad Tanaim amnem, & a F
ualle Tauri uſque ad iuga, qua in Lycaoniam uergit. Ne qua arma efferto ex ijs opidis,
agris caſtelliſque quibus excedat. ſi qua extulit, quae quoque oportebit, recte reſtituito.
Ne militem, neu quem alium ex regno Eumenis recipito. Si qui earum urbium ciues, quae
regno abſcedunt, cum rege Antiocho, intraq. fines eius regni ſunt, Apameam omnes an-
te diem certam redeant. Qui ex regno Antiochi apud Romanos ſocioſque ſunt, ijs ius
abeundi manendique eſto. Seruos, ſeu fugitiuos, ſeu bello captos, ſeu qui liber captus aut
transfuga erit, reddito Romanis ſocijſque. Elephantos tradito omnes, neque alios para-
to. Tradito & naues longas, armamentaque earum: ne ue plures, quam decem, naues a-
ctuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur, habeto: neue monerem ex belli
cauſſa, quod ipſe illaturus erit. neue nauigato citra Calicadnum, neue Sarpedonē, promō
toria: extra quam ſi qua nauis pecuniam, ſtipendium, aut legatos, aut obſides portabit. G
Milites mercede conducendi ex ijs gentibus, quae ſub ditione populi Romani ſunt, Antio
cho regi ius ne eſto. ne uoluntarios quidem recipiendi. Rhodiorum ſociorumue, quae ae-
des, aedificiaq. intra fines regni Antiochi ſunt, quo iure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorū
ſociorumue ſunto. Si quae pecuniae debentur, earum exactio eſto. Si quid ablatum eſt, id
conquirendi, cognoſcendi, repetendique ius item eſto. Si quas urbes, quas tradi oportet,
ij tenent, quibus Antiochus dedit, ex ijs praeſidia deducito: utique recte tradantur, curato.
Argenti probi Attica talenta XII millia dato intra duodecim annos penſionibus aequis. ta
lentum ne minus pondo LXXX Romanis ponderibus pendat. & tritici DXL millia mo-
dium. Eumeni regi talenta CCCL intra quinquennium dato: & pro frumēto, quod aeſti
matione fiat, talenta CXXVII. Obſides Romanis XX dato, & [redacted] triennio mutato, ne mi-
nores octonumdenum annorum, neu maiores quinumquadragenum. Si qui ſociorum po H
puli Romani ultro bellum inferent Antiocho, uim ui arcendi ius eſto: dum ne quam urbē
aut belli iure teneat, aut in amicitiam accipiat. controuerſias inter ſe iure ac iudicio diſce-
ptent: aut, ſi utriſque placebit, bello. De Hannibale Poeno, & Aetolo Thoante, & Mnaſi-
macho Acarnane, & Chalcidēſibus Eubulida, & Philone dedendis, in hoc quoque foede-
re adſcriptū eſt; & ſi quid poſtea addi mutariue placuiſſet, ut id ſaluo foedere fieret. cōſul
iurauit in hoc foedus. ab rege qui exigerent iuſiurandum, profecti Q. Minucius Thermus,
& L. Manlius, qui tum forte ab Oenoandis redijt. & Q. Fabio Labeoni, qui claſſi praeerat,
ſcripſit, ut Patara extemplo proficiſceretur: quaeq. ibi naues regiae eſſent, concideret cre-
maretque. Profectus ab Epheſo quinquaginta tectas naues aut concidit aut incendit.
Telmiſſum eadem expeditione, territis ſubito aduentu claſſis opidanis, recepit. Ex Lycia
protinus, iuſſis ab Epheſo ſequi, qui ibi relicti erant, per inſulas in Graeciam trāiecit. Athe I
nis paucos moratus dies, dum Piraeeum ab Epheſo naues uenirent, totam inde claſſem in
Italiam reduxit. Cn. Manlius, cum inter cetera, quae accipienda ab Antiocho erant, ele-
phantos quoque accepiſſet, donoque Eumeni omnes dediſſet: deinde cauſſas ciuitatum,
multis inter nouas res turbatis, cognouit. Et Ariarathes rex, parte dimidia pecuniae impe
ratae, Eumenis beneficio, cui deſponderat per eos dies filiam, remiſſa, in amicitiam eſt ac-
ceptus. Ciuitatum autē cognitis cauſſis, decem legati aliam aliarum fecerūt condicionem.
Quae ſtipendiariae regi Antiocho fuerant, & cum populo Romano ſenſerant, ijs immuni-
tatē dederunt: quae partium Antiochi fuerant, aut ſtipēdiariae Attali regis, eas omnes ue
ctigal pendere Eumeni iuſſerūt. nominatim praeterea Colophonijs, qui in Notio habitāt,
& Cymaeis & Mileſiis immunitatem conceſſerunt. Clazomenijs ſuper immunitatem &
Drymuſam inſulam dono dederunt. & Mileſijs, quem Sacrum appellant, agrum reſtitue- K
runt. & Ilienſibus Rhoeteum & Hergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita,
quam originum memoria. eadem & Dardanum liberandi cauſſa fuit. Chios quoque &
Smyrnaeos, & Erythraeos pro ſingulari fide, quam eo bello praeſtiterūt, & agro donarūt,
& in omni praecipuo honore habuerunt. Phocaeenſibus & ager, quem ante bellū habue-
rant, redditus: & ut legibus antiquis uterentur, permiſſum. Rhodiis affirmata, quae data
priore decreto erant, Lycia & Caria datae uſque ad Maeandrū amnē, praeter Telmiſſum.
Regi Eumeni Cherſoneſum in Europa, & Lyſimachiam, caſtella, uicos, agros eius, quibus
finibus tenuerat Antiochus, adiecerunt: in Aſia Phrygiam utramque: alteram ad Helle-
ſpontum, maiorem alteram uocant; & Myſiam, quam Pruſias rex ademerat ei, reſtituerūt

& Ly-

A &Lycaoniã,& Milyada,& Lydiã,& nominatim urbes Tralles, atque Epheſum & Telmiſ-
ſum. De Pamphylia diſceptatum inter Eumenem & Antiochi legatos cum eſſet,quia pars
eius citra,pars ultra Taurum eſt: integra res ad ſenatum reijcitur. His foederibus decre-
tis,datis,Manlius cum decem legatis,omniq.exercitu ad Helleſpontum profectus,euoca-
tis eo regulis Gallorum, leges,quibus pacem cum Eumene ſeruarent,dixit: denunciauitq.
ut morem uagandi cum armis finirent, agrorumq. ſuorum terminis ſe continerent. Con-
tractis deinde ex omni ora nauibus & Eumenis etiam claſſe per Atheneum fratrem regis
ab Elaea adducta, copias omnes in Europam traiecit.inde per Cherſoneſum modicis iti
neribus graue praeda omnis generis agmen trahens,Lyſimachiae ſtatiua habuit.ut quam-
maxime recentibus & integris iumentis Thraciam,per quam iter uulgo horrebant,ingre-
deretur. quo profectus eſt ab Lyſimachia die,ad amnem Melana, quem uocant: inde po-
B ſtero die Cypſela peruenit: a Cypſelis uia decem millium fere ſyluestris, anguſta, confra
goſa excipiebat. propter cuius difficultatem itineris in duas partes diuiſus exercitus. &
praecedere una iuſſa, altera magno interuallo cogere agmen: media impedimenta inter-
poſuit: plauſtra cum pecunia publica erant, pretioſaq.alia praeda. Itaque cum per ſaltum
iret,Thracum decem haud amplius millia ex quattuor populis,Aſtij & Caeni,& Maduate
ni,& Coeletae ad ipſas anguſtias uiam circumſederunt. Opinio erat,non ſine Philippi re-
gis Macedonum fraude id factum. cum ſciſſe, non alia, quam per Thraciam redituros Ro-
manos,& quantam pecuniam ſecũ portarent. In primo agmine imperator erat, ſollicitus
propter iniquitatem locorum. Thraces nihil ſe mouerunt, donec armati tranſirent. poſt-
eaquam primos ſuperaſſe anguſtias uiderunt,poſtremos nondum appropinquantes, im-
pedimenta,& ſarcinas inuadunt. caeſiſq. cuſtodibus,partim ea quae in plauſtris erant,di-
C ripere, partim ſub oneribus iumenta abſtrahere. Vnde poſteaquam clamor primum ad
eos,qui iam ingreſſi ſaltum ſequebantur,deinde etiam ad primũ agmen eſt perlatus,utrim
que in medium concurritur,& inordinatum ſimul pluribus locis proelium cõſeritur. Thra
cas praeda ipſa impeditos oneribus,& pleroſque,ut ad rapiendum manus uacuas haberẽt,
inermes ad caedem praebet: Romanos iniquitas locorum barbaris per calles notos occur
ſantibus,& latentibus interdum per cauas ualles,prodebat. ipſa etiam onera, plauſtraque,
ut fors tulit,his aut illis incommode obiecta pugnantibus impedimẽto ſunt: alibi praedo,
alibi praedae uindex cadit.prout locus iniquus aequuſue his aut illis,prout animus pugnã
tium eſt,prout numerus,(alij enim pluribus,quam ipſi erant,alij paucioribus occurrerant)
uaria pugnae fortuna eſt: multi utrimque cadunt. Iam nox appetebat,cum proelio exce-
dunt Thraces, non fuga uulnerum, aut mortis: ſed quia ſatis praedae habebant.Romano-
D rum primum agmen extra ſaltum circa tẽplum Bendidium caſtra loco aperto poſuit. pars
altera ad cuſtodiam impedimentorum medio in ſaltu duplici circumdata uallo manſit. po
ſtero die prius explorato ſaltu,quam mouerent,primis ſe coniungunt. In eo proelio, cum
& impedimentorum pars,& calonum, & milites aliquot, cum paſſim toto prope ſaltu pu-
gnaretur, cecidiſſent: plurimum Q.Minucii Thermi morte damni eſt acceptum, fortis ac
ſtrenui uiri. Eo die ad Aebrum flumen peruentum eſt.inde Aeniorum fines praeter Apol
linis,Zerynthium,quem uocant incolae,templum ſuperant. Aliae anguſtiae circa Tẽpyra
excipiunt,(hoc loco nomen eſt)nec minus confragoſae,quam priores.ſed quia nihil ſilue-
ſtre circa eſt: ne latebras quidem ad inſidiandum praebent. Huc ad eandem ſpem praedae
Trauſi, gens & ipſa Thracum, conuenere. ſed quia nudae ualles,procul ut conſpicerentur
anguſtias obſidentes,efficiebant: minus terroris tumultusq. fuit apud Romanos. quippe
E etſi iniquo loco,proelio tamen iuſto,acie aperta, collatis ſignis dimicandum erat.conferti
ſubeuntes cum clamore impetu facto, primum expulere loco hoſtes,deinde auertere. fu-
ga inde caedeſque ſuis ipſos impedientibus anguſtiis, fieri coepta eſt. Romani uictores ad
uicum Maronitarum(Saren appellant)poſuerunt caſtra. poſtero die patenti itinere Priati
cus campus eos excepit, triduumque ibi frumentum accipientes manſerunt, partim ex a-
gris Maronitarum,conferentibus ipſis,partim ex nauibus ſuis,quae cum omnis generis cõ
meatu ſequebantur. Ab ſtatiuis diei uia Apolloniam fuit. hinc per Abderitarum agrum
Neapolim peruentum eſt. Hoc omne per Graecorum colonias pacatum iter fuit. reliquũ
inde per medios Thracas dies nocteſque, etſi non infeſtum, ſuſpectum tamen, donec in
Macedoniam peruenerunt. Mitiores Thracas idem exercitus,cum a Scipione eadem uia
ducceretur,

duceretur,habuerat,nullam ob aliam cauſſam, quã, quod praedae minus quod peteretur, F
fuerat. Quamquam tum quoque,Claudius auctor eſt,ad quindecim millia Thracum prae
cedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidae occurriſſe. quadringentos equites
fuiſſe Numidas,paucos elephantos. Mutinis filium per medios hoſtes cum centum quin- A
quaginta delectis equitibus perrupiſſe. eundem mox,cum iam Mutines,in medio elephã-
tis collocatis, in cornua equitibus diſpoſitis, manum cum hoſte conſeruiſſet, terrorem ab
tergo praebuiſſe:atque inde turbatos equeſtri uelut procella hoſtes ad peditum agmen nõ
acceſſiſſe.Cn.Manlius per Macedoniam in Theſſaliam exercitum tranſduxit. inde per Epi
rum Apolloniam cum perueniſſet,nondum adeo hiberno cõtempto mari, ut trãſijcere au
deret, Apolloniae hibernauit. Exitu prope anni M.Valerius conſul ex Liguribus ad magi
ſtratus ſubrogãdos Romam uenit,nulla memorabili in prouincia re geſta,ut ea probabilis
morae cauſſa eſſet,quod ſolito ſerius ad comitia ueniſſet. Comitia conſulibus rogãdis fue G
runt A.D.XII Kal. Martias. creati M. Aemilius Lepidus, C. Flaminius. Poſtero die prae
tores facti Ap.Claudius Pulcher, Ser.Sulpicius Galba, Q.Terentius Culleo, L. Terentius
Maſſaliota, Q.Fuluius Flaccus, M.Furius Craſſipes. Comitijs perfectis,quas prouincias
praetoribus eſſe placeret,retulit ad ſenatum conſul. decreuerunt duas Romae iuris dicũdi
cauſſa,duas extra Italiam, Siciliam & Sardiniam: duas in Italia Tarentum, & Galliam. &
extemplo priuſquam inirent magiſtratum, ſortiri iuſſi. Seruius Sulpicius urbanam, Q.Te
rentius peregrinam, eſt ſortitus. L. Terentius Siciliam, Q.Fuluius Sardiniam, Ap.Clau-
dius Tarentum, M.Furius Galliam. Eo anno L.Minucius Myrtilus, & L. Manlius, quod
legatos Carthaginienſes pulſaſſe dicebãtur,iuſſu M. Claudij praetoris urbani,per fetiales
An.563 traditi ſunt legatis,& Carthaginem auecti. In Liguribus magni belli, & gliſcentis in dies
magis,fama erat. itaque conſulibus nouis,quo die de prouincijs & de rep.retulerunt, ſena H
tus utrique Ligures prouinciam decreuit. Huic ſenatuſconſulto Lepidus conſul interce-
debat, indignum eſſe praedicans, conſules ambos in ualles Ligurum includi. M. Fuluium
& Cn.Manlium biennium iam,alterum in Europa,alterum in Aſia,uelut pro Philippo atq.
Antiocho ſubſtitutos, regnare. ſi exercitus in his terris eſſe placeat, conſules ijs potius,
quam priuatos praeeſſe oportere. Vagari eos cum belli terrore per nationes,quibus bel-
lum indictum non ſit, pacem pretio uenditantes. ſi eas prouincias exercitibus obtinere o-
pus eſſet: ſicut M'.Acilio L. Scipio conſul, L.Scipioni M. Fuluius & Cn. Manlius ſucceſſiſ-
ſent conſules: ita Fuluio Manlioq.C.Liuium & M.Valerium conſules debuiſſe ſuccedere.
nunc certe perfecto Aetolico bello, recepta ab Antiocho Aſia,deuictis Gallis, aut conſu-
les ad exercitus conſulares mitti, aut reportari legiones inde,reddiq.tandem reip. debere.
ſenatus his auditis in ſententia perſeuerauit: ut conſulibus ambobus Ligures prouincia I
eſſet: Manlium Fuluiumque decedere de prouincijs, & exercitus inde deducere,ac redire
Romam placuit. Inimicitiae inter M.Fuluium & M.Aemilium conſulem erant,& ſuper ce
tera Aemilius ſerius biennio ſe conſulem factum M. Fuluij opera aiebat.itaque ad inuidiã
ei faciendam legatos Ambracienſes in ſenatum ſubornatos criminibus introduxit. qui ſi-
bi cum in pace eſſent,imperataque a prioribus conſulibus feciſſent, & eadẽ praeſtare obe-
dienter M.Fuluio parati eſſent, bellum illatum queſti, agros primum depopulatos, terro-
rem direptionis & caedis urbi iniectum, ut eo metu claudere cogerentur portas. obſeſſos
deinde,& oppugnatos ſe,& omnia exempla belli edita in ſe,caedibus,incẽdijs,ruinis,dire
ptione urbis,coniuges,liberos in ſeruitium abſtractos: bona adempta: &,quod ſe ante o-
mnia moueat,templa tota urbe ſpoliata ornamentis: ſimulacra deum,deos demũ ipſos cõ
uulſos ex ſedibus ſuis ablatos eſſe. parietes poſteſque nudatos: quos adorent, ad quos K
precentur, & ſupplicent Ambracienſes, non ſupereſſe. Haec querentes interrogando cri
minoſe ex compoſito conſul ad plura uelut non ſua ſponte dicenda eliciebat. Motis patri-
bus, alter conſul C. Flaminius M. Fuluij cauſſam excepit. qui ueterem & obſoletam uiã
ingreſſos Ambracienſes dixit. Sic M. Marcellum a Syracuſanis,ſic Q.Fuluium a Campa-
nis accuſatos. quin eadem opera T.Quinctium a Philippo rege, M'. Acilium, & L. Scipio-
nem ab Antiocho,Cn. Mãlium a Gallis,ipſum Fuluium ab Aetolis & Cephalleniae popu
lis accuſari paterentur? Ambraciam oppugnatam & captam, & ſigna inde ornamentaque
ablata,& cetera facta,quae captis urbibus ſoleant,negaturum aut me pro M. Fuluio,aut ip
ſum M.Fuluium cenſetis P.C? qui ob has res geſtas triumphum a uobis poſtulaturus ſit?

A Ambraciam captam,ſign aq.quae ablata criminantur, & cetera ſpolia eius urbis ante currum laturus : & fixurus in poſtibus ſuis? Nihil eſt,quod ſe ab Aetolis ſeparent. eadem Ambracienſium,& Aetolorum cauſſa eſt.Itaque collega meus uel in alia cauſſa inimicitias exerceat,uel,ſi in hac utique mauult,retineat Ambracienſes ſuos in aduentum M.Fuluij.ego nec de Ambracienſibus,nec de Aetolis decerni quidquam abſente M.Fuluio patiar. Cum Aemilius callidam malitiam inimici, uelut omnibus notā,inſimularet & tempus eum morando extracturum diceret, ne conſule inimico Romam rediret, certamine conſulum biduum abſumptum eſt. nec praeſente Flaminio decerni quidquam uidebatur poſſe.captata occaſio eſt,cum aeger forte Flaminius abeſſet. & referente Aemilio ſenatuſconſultum factum eſt,ut Ambracienſibus omnes ſuae res redderētur : in libertate eſſent,ac legibus ſuis uterentur. portoria, quae uellent,terra marique caperent, dum eorum immunes Romani

B ac ſocij Latini nominis eſſent. ſigna aliaq. ornamenta,quae quererentur ex aedibus ſacris ſublata eſſe : de ijs, cum M. Fuluius Romam reuertiſſet, placere ad collegium pontificum referri,&,quod ij cenſuiſſent,fieri. Neque his contentus conſul fuit,ſed poſtea per infrequentiam adiecit ſenatuſconſultum,Ambraciam non uideri ui captam eſſe. Supplicatio inde ex decemuirorum decreto pro ualetudine populi fuit per triduum : quia grauis peſtilētia urbem,atque agros uaſtabat. Latinae inde fuerunt. Quibus religionibus liberati conſules,& delectu perfecto(nouis enim uterque maluit uti militibus)in prouinciam profecti ſunt : ueteresque omnes dimiſerunt. Poſt conſulum profectionem Cn. Manlius procos. Romam uenit. cui cum ab Ser.Sulpicio praetore ſenatus ad aedem Bellonae datus eſſet,& ipſe commemoratis rebus ab ſe geſtis poſtulaſſet,ut ob eas dijs immortalibus honos haberetur,ſibique triumphanti urbem inuehi liceret : contradixerunt pars maior decem legato

C rum, qui cum eo fuerant, & ante alios L. Furius Purpureo, & L. Aemilius Paullus. Legatos ſeſe Cn.Manlio datos pacis cū Antiocho faciendae cauſſa,foederiſq.& legum quae cū L.Scipione inchoatae fuiſſent perficiendarum. Cn. Manlium ſumma ope tetendiſſe, ut eā pacem turbaret,& Antiochum,ſi ſui poteſtatem feciſſet, inſidijs exciperet.ſed illum cognita fraude conſulis,cum ſaepe colloquijs petitis captatus eſſet, non congreſſum modo, ſed conſpectum etiam eius uitaſſe, cupientem tranſire Taurum aegre omniū legatorum precibus, ne carminibus Sibyllae praedictam ſuperantibus terminos fatales cladē experiri uellet,retentum. admouiſſe tamen exercitum,& prope ipſis iugis ad diuortia aquarum caſtra poſuiſſe.cū nullam ibi cauſſam belli inueniret,quieſcentibus regijs, circumegiſſe exercitū ad Gallograecos. cui nationi non ex ſenatus auctoritate,non populi iuſſu bellum illatum. quod quem umquam de ſua ſententia facere auſum? Antiochi,Philippi,Hannibalis,& Poe

D norum recentiſſima bella eſſe. de omnibus his conſultum ſenatum,populum iuſſiſſe. ſaepe legatos ante miſſos,res repetitas. poſtremo qui bellum indicerent, miſſos. Quid eorum Cn.Manli factum eſt,ut iſtud publicum populi R. bellum,& nō tuum priuatum latrociniū dicamus ? At eo ipſo contentus fuiſti. recto itinere duxiſti exercitum ad eos,quos tibi hoſtes deſumpſeras : an & per omnes amfractus uiarum,cum ad biuia conſiſteres,ut quo flexiſſet agmen Attalus Eumenis frater,eo conſul mercenarius cum exercitu Romano ſequereris,Piſidiae Lycaoniaeque & Phrygiae receſſus omnes,atque angulos peragraſti, ſtipē a tyrannis caſtellaniſque deuijs colligens? quid enim tibi cum Oroandis?quid cum alijs aeque innoxiis populis?Bellum autem ipſum,cuius nomine triumphum petis,quomodo geſſiſti? loco aequo,tempore tuo pugnaſti : Tu uero recte,ut diis immortalibus honos habeatur,poſtulas : primum quod pro temeritate imperatoris nullo iure gentiū bellum inferen

E tis poenas luere exercitum noluerunt : deinde, quod belluas, non hoſtes nobis obiecerūt. Nolite tamen tantum exiſtimare miſtum eſſe Gallograecorum : multo ante & corpora & animi miſti ac uitiati ſunt. an ſi illi Galli eſſent, cum quibus millies uario euentu in Italia pugnatum eſt, quantum in imperatore noſtro fuit, nuncius illinc rediſſet? bis cum iis pugnatum eſt,bis loco iniquo ſubiit, in ualle inferiore pedibus paene hoſtiū aciē ſubiecit,ut ſi non tela ex ſuperiore loco mitterent, ſed corpora ſua nuda iniicerēt, obruere nos potuerint. Quid igitur incidit? magna fortuna populi R. eſt, magnum & terribile nomen. recenti ruina Hannibalis,Philippi,Antiochi,prope attonitae erāt tātae corporum moles. fundis ſagittiſque in fugam conſternatae ſunt, gladius in acie cruentatus non eſt Gallico bello uelut apium examina ad crepitum primum miſſilium auolauere. At hercule nos iidem,ad

monente

monente fortuna, quid, ſi hoſtem habuiſſemus, caſurum fuiſſet: cum redeuntes in la- F
trunculos Thracias incidiſſemus: caeſi, fugati, exſuti impedimentis ſumus: Q. Minucius
Thermus, in quo haud paullo plus damni factum eſt, quam ſi Cn. Manlius, cuius temerita-
te ea clades inciderat, periſſet: cum multis uiris fortibus cecidit, exercitus ſpolia regis An
tiochi referens, trifariam diſsipatus, alibi primum, alibi poſtremum agmen, alibi impedi-
menta, inter uepres in latebris ferarum noctem unam delituit. Pro his triumphus petitur?
Si nihil in Thracia cladis ignominiaeq. foret acceptum, de quibus hoſtibus triumphum pe
teres? de ijs, ut opinor, quos tibi hoſtes ſenatus, aut populus R. dediſſet. ſic huic L. Scipio-
ni, ſic illi M. Acilio de rege Antiocho, ſic paullo ante T. Quinctio de rege Philippo, ſic P. A-
fricano de Hannibale & Poenis, & Syphace triumphus datus. & minima illa, cum iam ſena
tus cenſuiſſet bellum, quaeſita tamen ſunt: quibus nunciandum eſſet: ipſis utique regibus
nunciaretur, an ſatis eſſet ad praeſidiũ aliquod nunciari. Vultis ergo haec omnia pollui & G
confundi? tolli fetialia iura? nullos eſſe fetiales? fiat (pace deum dixerim) iactura religio-
nis: obliuio deorum capiat pectora ueſtra. num ſenatum quoque de bello conſuli non pla
cet? non ad populum ferri, Velint iubeantne cum Gallis bellum geri? Modo certe conſu-
les Graeciam, atque Aſiam uolebant. tamen perſeuerantibus uobis Ligures prouinciã de
cernere, dicto audientes fuerunt. merito ergo a uobis proſpere bello geſto triumphum
petent, quibus auctoribus geſſerunt. Talis oratio Furij & Aemilij fuit. Manlium in hunc
maxime modum reſpondiſſe accipimus. Tribuni pl. antea ſolebant triumphum poſtulan-
tibus aduerſari, P.C. quibus ego gratiam habeo, quod, ſeu mihi, ſeu magnitudini rerum ge
ſtarum hoc dederunt, ut non ſolum ſilentio comprobarent honorem meum, ſed referre et-
iam ſi opus eſſet, uiderentur parati eſſe: ex decem legatis, ſi dijs placet, quod conſilium diſ-
penſandae cohoneſtandaeque uictoriae imperatoribus maiores dederunt noſtri aduerſa H
rios habeo. L. Furius, L. Aemilius currum triumphalem me conſcendere prohibent,
coronam inſignem capiti detrahunt. quos ego, ſi tribuni triumphare prohiberent, te-
ſtes citaturus fui rerum a me geſtarum. Nullius equidẽ inuideo honori P.C. uos tribunos
plebei nuper, uiros fortes ac ſtrenuos, impedientes Q. Fabij Labeonis triumphum, auctori
tate ueſtra deterruiſtis. triumphauit, quem non bellum iniuſtum geſſiſſe, ſed hoſtem omni
no non uidiſſe, inimici iactabant: ego qui cum centum millibus ferociſſimorum hoſtium ſi
gnis collatis toties pugnaui: qui plus XL millia hominum cepi, aut occidi, qui bina caſtra
eorum expugnaui, qui citra iuga Tauri omnia pacatiora, quam terra Italia eſt, reliqui: non
triumpho modo fraudor, ſed cauſſam apud uos C.P. accuſantibus ~~mihi~~ his legatis dico. Du-
plex eorum, ut animaduertiſtis P.C. accuſatio fuit. nam nec gerendum mihi fuiſſe bellum
cum Gallis, & geſtum temere, atque imprudenter dixerunt. Non erant Galli hoſtes, ſed I
tu eos pacatos imperata facientes uiolaſti. Non ſum poſtulaturus a uobis P.C. ut quae cõ-
muniter de immanitate gentis Gallorum, de infeſtiſſimo odio in nomen Romanum ſcitis,
ea de illis quoque, qui Aſiam incolunt, exiſtimetis. Gallos, remota uniuerſae gentis infa-
mia, atque inuidia, per ſeipſos aeſtimate. Vtinam rex Eumenes, utinam Aſiae ciuitates o-
mnes adeſſent: & illos potius querentes, quam me accuſantem, audiretis. mittete agedum
legatos circa omnes Aſiae urbes, & quaerite, utrũ a grauiori ſeruitute, Antiocho ultra Tau
ri iuga emoto, an Gallis ſubactis, liberati ſint? quoties agri eorum uaſtati ſint, quoties prae
dae abactae, referant: cum uix redimẽdi captiuos copia eſſet, & mactatas humanas hoſtias
immolatoſque liberos ſuos audirent. Stipendium ſcitote pependiſſe ſocios ueſtros Gal-
lis, & nunc liberatos per uos regio imperio, fuiſſe penſuros: ſi a me foret ceſſatum. quo lon
gius Antiochus emotus eſſet, hoc impotentius in Aſia Galli dominarentur: & quidquid K
eſt terrarum citra Tauri iuga, Gallorum imperio, nõ ueſtro, adieciſſetis. At enim ſunt qui
dem iſta uera. etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum
orbis terrarum, Galli ſpoliauerunt: nec ideo populus R. his bellum indixit aut intulit. E-
quidem aliquid intereſſe rebar inter id tempus, quo nondũ in iure ac ditione ueſtra Grae-
cia, atque Aſia erat, ad curandum animaduertendumq. quid in his terris fieret: & hoc, quo
finem Imperij Romani Taurum montem ſtatuiſtis: quo libertatem immunitatemue ciuita
tibus datis, quo aliis fines adijcitis, alias agro multatis, alijs uectigal imponitis, regna auge
tis, minuitis, donatis, adimitis: curne ueſtrae cenſetis eſſe, ut pacem terra mariq. habeant.
An, niſi praeſidia deduxiſſet Antiochus, quae [illegible] in ſuis arcibus erant, nõ putaretis libe
ratam

A ratam Aſiam? ſi Gallorum exercitus effuſi uagarentur: rata dona ueſtra, quae dediſtis regi Eumeni, rata libertas ciuitatibus eſſet? Sed quid ego haec ita argumentor, tamquam nō acceperim, ſed fecerim hoſtes Gallos? Te L. Scipio appello, cuius ego mihi, ſuccedēs in uicē imperij tui, uirtutem felicitatemq. pariter non fruſtra ab dijs immortalibus precatus ſum: te P. Scipio, qui legati ius, collegae maieſtatem, & apud fratrem conſulem & apud exercitū habuiſti: ſciatiſne in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuiſſe? uideritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris eſſe uidebatur) locatos? pugnaueritis, ut cum hoſtibus iuſtis? cecideritis? ſpolia eorum retuleritis? Atqui cum Antiocho, non cum Gallis, bellum his ſenatus decreuerat, & populus iuſſerat. Sed ſimul, ut opinor, cum his decreuerant iuſſerantq. qui inter eius praeſidia fuiſſent, ex quibus praeter Antiochum, cū quo pacem pepigerat Scipio, & cum quo nominatim foedus ut fieret, mandaueratis: omnes hoſtes erāt,

B qui pro Antiocho arma aduerſus non tulerūt. in qua cauſſa cum Galli ante omnes fuiſſent, & reguli quidā & tyranni: ego tamen & cum alijs pro dignitate imperij ueſtri coactis luere peccata ſua, pacem pepigi: & Gallorum animos, ſi poſſent mitigari a feritate inſita, tentaui, & poſteaquam indomitos, atque implacabiles cernebam, tum demum ui, atque armis coercendos ratus ſum. Nunc quoniam ſuſcepti belli purgatum eſt crimen, geſti reddenda eſt ratio. in quo cōfiderem equidem cauſſae meae, etiam ſi non apud Romanum, ſed apud Carthaginienſem ſenatum agerem: ubi in crucem tolli imperatores dicuntur: ſi proſpero euentu, prauo conſilio rem geſſerunt. Sed ego in ea ciuitate, quae ideo omnibus rebus incipiendis gerendiſque deos adhibet: quia nullius calumniae ſubijcit ea, quae dij cōprobauerūt, & in ſollemnibus uerbis habet, cum ſupplicationem aut triumphum decernit, quod bene ac feliciter rempublicam adminiſtrarit: ſi nollem, ſi graue ac ſuperbum exiſtimarem

C uirtute gloriari: pro felicitate mea exercituſque mei, quod tantam nationē ſine ulla militum iactura deuicimus, poſtularem, ut dijs immortalibus honos haberetur: & ipſe triumphans in Capitolium adſcenderem, unde uotis rite nuncupatis profectus ſum: negaretis hoc mihi cum dijs immortalibus? Iniquo enim loco dimicaui. Dic igitur, quo aequiore potuerim dimicare? cum montem hoſtes cepiſſent, loco munito ſe tenerent? nempe eundum ad hoſtes erat, ſi uincere uellem. Quid ſi urbem eo loco haberent? & moenibus ſe tenerent? nempe oppugnandi erant. Quid? ad Thermopylas aequone loco M. Acilius cū rege Antiocho pugnauit? quid? Philippum non eodem modo ſuper Aoum amnem iuga tenentem montium T. Quinctius deiecit? Equidem adhuc qualem aut ſibi fingant, aut uobis uideri uelint hoſtem fuiſſe, non inuenio. ſi degenerem, & emollitum amoenitate Aſiae, quid periculi uel iniquo loco ſubeuntibus fuit? ſi timendum & feritate animorum, & robo-

D re corporum: huic ne tantae uictoriae triumphū negatis? Caeca inuidia eſt P. C. nec quidquam aliud ſcit, quam detractare uirtutes, corrumpere honores ac praemia earum. Mihi, quaeſo, ita ignoſcatis P. C. ſi longiorem orationem non cupiditas gloriandi de me, ſed neceſſaria criminum defenſio fecit. An etiam per Thraciam ſaltus patentes, qui anguſti erant, & plana ex arduis, & culta ex ſilueſtribus facere potui? & praeſtare necubi notis ſibi latebris deliteſcerent latrones Thraces? ne quid ſarcinarum raperetur? ne quod iumentum ex tanto agmine abſtraheretur? ne quis uulneraretur? ne ex uulnere uir fortis ac ſtrenuus Q. Minucius moreretur? In hoc caſu, quo infeliciter incidit, ut talem ciuem amitteremus, haerent. quod ſaltu iniquo, loco alieno cum adortus hoſtis nos eſſet, quo ſimul acies primi & nouiſſimi agminis haerentem ad impedimenta noſtra exercitum barbarorū circūuenerunt: quod multa millia ipſo die, plura multo poſt dies paucos ceciderunt & ceperunt:

E hoc ſi ipſi tacuerint, uos ſcituros, cum teſtis orationis meae totus exercitus ſit, nō credunt. ſi gladium in Aſia non ſtrinxiſſem, ſi hoſtem non uidiſſem: tamen procos. triumphum in Thracia duobus proelijs merueram. Sed iam dictum ſatis eſt, qui pro eo, quod pluribus uerbis uos, quam uolui, fatigaui: ueniam a uobis petitam impetratamque uelim P. C. Plus crimina eo die, quam defenſio, ualuiſſent: ni altercationem in ſerum produxiſſent. dimitti tur ſenatus in ea opinione, ut negaturus triumphum fuiſſe uideretur. Poſtero die & cognati amicique Cn. Manlij ſummis opibus annixi ſunt, & auctoritas ſeniorum ualuit, negantium exemplum proditum memoriae eſſe, ut imperator, qui perduellibus deuictis, cōfecta prouincia, exercitum reportaſſet, ſine curru & laurea priuatus inhonoratuſque urbem iniret. hic pudor malignitatem uicit, triumphumque frequentes decreuerunt. Op-

preſſit

preſſit deinde mentionem memoriamque omnem contentionis huius, maius, & cũ maio- F
re & clariore uiro certamen ortum. P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias auctor eſt) duo Q. Petilij diem dixerunt. id, prout cuiuſque ingenium erat, interpretabantur. Alij non tribunos pleb. ſed uniuerſam ciuitatem, quae id pati poſſet, incuſabant. duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes inuentas: Romam ingratiorem. ſiquidem uicta Carthago uictum Hannibalem in exſilium expuliſſet, Roma uictrix uictorem Africanum expellat. Alij, neminem unum ciuem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non poſſit. nihil tam aequandae libertatis eſſe, quam potentiſſimum quemque poſſe dicere cauſſam, quid autem tuto cuiquam, nedum ſummam Reipublicae, permitti, ſi ratio non ſit reddenda? qui ius aequum pati non poſſit, in eum uim haud iniuſtam eſſe. Haec agitata ſermonibus, donec dies dicendae cauſſae uenit. nec alius antea quiſquã, nec ille ipſe Scipio conſul cenſorue maiore omnis generis hominum frequentia, quam reus il- G
lo die in forum eſt deductus. Iuſſus dicere cauſſam, ſine ulla criminum mentione orationẽ adeo magnificam de rebus ab ſe geſtis eſt exorſus, ut ſatis conſtaret, neminem umquã neque melius, neque uerius laudatum eſſe. dicebantur enim ab eodem animo ingenioque, a quo geſta erant. & aurium faſtidium aberat: quia pro periculo, non in gloriam, referebantur. Tribuni pl. uetera luxuriae crimina Syracuſanorum hibernorum, & Locris Plemi nianum tumultum cum ad fidem praeſentium criminum retuliſſent, ſuſpicionibus magis, quam argumentis, pecuniae captae reum accuſarunt. Filium captum ſine pretio redditũ. omnibuſque alijs rebus Scipionem, tamquam in eius unius manu pax Romana bellumq. eſſet, ab Antiocho cultum. dictatorem eum conſuli, non legatum in prouincia fuiſſe. nec ad aliam rem eo profectum, quam ut id quod Hiſpaniae, Galliae, Siciliae, Africae iã pridẽ perſuaſum eſſet, hoc Graeciae Aſiaeq. & omnibus ad orientem uerſis regibus gentibuſque H
appareret: unum hominem caput columenq. imperij Romani eſſe: ſub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere: nutus eius pro decretis patrum, pro populi iuſſis eſſe. Infamia intactum, inuidia qua poſſunt, urgent. Orationibus in noctem perductis, producta dies eſt. ubi ea uenit, tribuni in Roſtris prima luce conſederunt. citatus reus magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem ad Roſtra ſubijt: ſilentioq. facto, Hoc, inquit, die tribuni pl. uoſque Quirites, cum Hannibale & Carthaginienſibus ſignis collatis in Africa bene ac feliciter pugnaui. itaque cum hodie litibus & iurgijs ſuperſederi aequum ſit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Iouem opt. max. Iunonemq. & Mineruam, ceteroſque deos, qui Capitolio, atque arci praeſident, ſalutandos ibo: hiſque gratias agam, quod mihi & hoc ipſo die, & ſaepe alias egregie reipublicae gerendae mẽtem, facultatemque dederunt. ueſtrum quoque quibus commodum eſt, ite mecum Quirites, I
& orate deos, ut mei ſimiles principes habeatis. ita, ſi ab annis ſeptemdecim ad ſenectutẽ ſemper uos aetatem meam honoribus ueſtris anteiſtis, ego ueſtros honores rebus gerẽdis praeceſſi. Ab Roſtris in Capitolium adſcendit. ſimul ſe uniuerſa cõcio auertit, & ſecuta Scipionem eſt: adeo, ut poſtremo ſcribae uiatoreſq. tribunos relinquerẽt, nec cum ijs praeter ſeruilem comitatum, & praeconem, qui reum ex Roſtris citabat, quiſquam eſſet. Scipio non in Capitolio modo, ſed per totam urbem omnia templa deum cum populo R. circumijt. Celebratior is prope dies fauore hominum, & aeſtimatione uerae magnitudinis eius fuit, quam quo triumphans de Syphace rege & Carthaginienſibus urbem eſt inuectus. Hic ſpecioſus ultimus dies P. Scipioni illuxit. poſt quem, cum inuidiam & certamina cum tribunis proſpiceret, die longiore producta in Liternum conceſſit, certo cõſilio ne ad cauſſam dicendam adeſſet. maior animus & natura erat, ac maiori fortunae aſſuetus, quam ut K
reus eſſe ſciret, & ſummittere ſe in humilitatem cauſſam dicentium. Vbi dies uenit, citarique abſens eſt coeptus, L. Scipio morbum cauſſae eſſe cur abeſſet, excuſabat. quam excuſationem cum tribuni, qui diem dixerant, non acciperent, & ab eadem ſuperbia nõ uenire ad cauſſam dicendam arguerent, qua iudicium & tribunos pl. & concionem reliquiſſet: & quibus ius de ſe dicendae ſentẽtiae & libertatẽ ademiſſet, his comitatus, uelut captos trahẽs, triumphum de populo R. egiſſet: ſeceſſionemque eo die in Capitolium a tribunis pl. feciſſet, Habetis ergo temeritatis illius mercedem. quo duce, & auctore nos reliquiſtis, ab eo ipſi relicti eſtis. & tantum animorum in dies nobis decreſcit: ut ad quem ante annis XVII exercitum & claſſem habentem, tribunos plebis, aedilemq. in Siciliam mittere auſi ſumus,

qui

A qui prehenderent eum, & Romam reducerent: ad eum priuatum ex uilla ſua extrahendum ad cauſſam dicendam mittere non audeamus? Tribuni pl. appellati ab L. Scipione ita decreuerunt: ſi morbi cauſſa excuſaretur, ſibi placere, accipi eam cauſſam, diemque a collegis produci. Tribunus pl. eo tempore Ti. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiae cum P. Scipione intercedebant. is cum uetuiſſet nomẽ ſuum decreto collegarum adſcribi, triſtioremq. omnes ſententiam exſpectarent: ita decreuit: Cum L. Scipio excuſet morbum eſſe cauſſae fratri: ſatis id ſibi uideri: ſe P. Scipionem, priuſquam Romam rediſset, accuſari non paſſurum. tum quoque, ſi ſe appellet, auxilio ei futurum, ne cauſſam dicat. ad id faſtigium rebus geſtis, honoribus populi Romani P. Scipionem deorum hominumque conſenſu perueniſſe: ut ſub Roſtris reum ſtare, & praebere aures adoleſcentium conuicijs, populo Romano magis deforme, quam ipſi ſit. Adiecit decreto indignationem. Sub pe-

B dibus ueſtris ſtabit tribuni domitor ille Africae Scipio? ideo quattuor nobiliſsimos duces Poenorum in Hiſpania, quattuor exercitus fudit fugauitque: ideo Syphacem cepit, Hannibalem deuicit, Carthaginem uectigalem nobis fecit, Antiochum (recepit enim fratrem conſortem huius gloriae L. Scipio) ultra Tauri iuga emouit, ut duobus Petillijs ſuccumberet? uos de P. Africano palmam peteretis? nullis ne meritis ſuis, nullis ueſtris honoribus umquam in arcem tutam, & uelut ſanctam clari uiri peruenient, ubi ſi non uenerabilis, inuiolata ſaltem ſenectus eorum conſidat? Mouit & decretum, & adiecta oratio non ceteros modo, ſed ipſos etiam accuſatores: & deliberaturos ſe, quid ſui iuris & officij eſſet, dixerunt. Senatus deinde, concilio plebis dimiſſo, haberi eſt coeptus. ibi gratiae ingentes ab uniuerſo ordine, praecipue a conſularibus ſenioribuſq. Ti. Graccho actae ſunt, quod rempublicam priuatis ſimultatibus potiorem habuiſſet. & Petillii uexati ſunt

C probris, quod ſplendere aliena inuidia uoluiſſent, & ſpolia ex Africani triumpho peterent. Silentium deinde de Africano fuit. uitam Literni egit ſine deſiderio urbis. Moriẽtem rure eo ipſo loco ſepeliri ſe, iuſsiſſe ferunt: monumentumq. ibi aedificari, ne funus ſibi in ingrata patria fieret. Vir memorabilis: bellicis tamen, quam pacis artibus memorabilior prima pars uitae, quam poſtrema fuit: quia in iuuenta bella aſsidue geſta: cũ ſenecta res quoque defloruere, nec praebita eſt materia ingenio. quid ad primum conſulatũ ſecundus, etiam ſi cenſuram adijcias? quid Aſiatica legatio & ualetudine aduerſa inutilis, & filij caſu deformata, & poſt reditum neceſsitate aut ſubeundi iudicij, aut ſimul cum patria deferendi? Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque maius neque periculoſius Romani geſſere, unus praecipuam gloriam tulit. Morte Africani creuere inimicorum animi: quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui uiuo quoque eo allatrare eius magnitudinem

D ſolitus erat. hoc auctore exiſtimãtur Petillij & uiuo Africano rem ingreſſi, & mortuo rogationem promulgaſſe. Fuit autem rogatio talis. Velitis, iubeatis, quaeratur, quae pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho eſt, quiq. ſub eius imperio fuerunt: quod eius in publicum relatum non eſt, uti de ea re Ser. Sulpicius praetor urbanus ad ſenatum referat, quem eam rẽ uelit ſenatus quaerere de ijs, qui praetores nunc ſunt. Huic rogationi Q. & L. Mũmij intercedebant. ſenatum quaerere de pecunia non relata in publicum, ita ut antea ſemper factum eſſet, aequum cenſebant. Petillij nobilitatem & regnum in ſenatu Scipionũ accuſabant. L. Furius Purpureo conſularis, qui in decem legatis in Aſia fuerat, latius rogandum cenſebat: nõ quae ab Antiocho modo pecuniae captae forẽt, ſed quae ab aliis regib. gentibuſq., Cn. Manlium inimicum inceſſens. Et L. Scipio, quem magis pro ſe, quam aduerſus legem dicturum apparebat, diſſuaſor proceſſit. is poſt mortem P. Africani fratris, uiri omnium fortiſſimi clariſſimique, eam exortam rogationem eſt conqueſtus. parum enim

E fuiſſe, non laudari pro Roſtris P. Africanum poſt mortem, niſi etiam accuſaretur. & Carthaginienſes exilio Hannibalis contentos eſſe: populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exſatiari: niſi & ipſius fama ſepulti laceretur, & frater inſuper acceſſio inuidiae mactetur. M. Cato ſuaſit rogationẽ: exſtat oratio eius de pecunia regis Antiochi: & Mũmios tribunos auctoritate deterruit, ne aduerſarentur rogationi. Remittentibus ergo his interceſſionem, omnes tribus, Vti rogas, iuſſerunt. Seruio Sulpicio deinde referente, quem rogatione Petillia quaerere uellent, Q. Terentium Culleonem patres iuſſerunt. Ad hũc praetorem adeo amicũ Corneliae familiae, ut qui Romae mortuum elatumq. P. Scipionem (eſt enim ea quoque fama) tradunt, pileatum, ſicut in triumpho ierat, in funere quoque ante le-

S ſ ctum

Paulo aliter hoc narrat Gellius lib. sep. cap. 19.

Scipionis Africani mors.

Cato in Africanum etiam mortuum inuidus.

ctum iſſe memoriae prodiderint, & ad portam Capenã mulſum proſecutis funus dediſſe: F
quod ab eo inter alios captiuos in Africa ex hoſtibus receptus eſſet: aut adeo inimicum
eundem, ut propter inſignem ſimultatem, ab ea factione, quae aduerſa Scipionibus erat, de
lectus ſit potiſſimum ad quaeſtionem exercendam: ceterum ad hũc nimis aequum aut ini-
quum praetorem reus extemplo factus L. Scipio. ſimul & delata & recepta nomina legato-
rum eius, A. & L. Hoſtiliorum Catonum, & C. Furij Aculeonis quaeſtoris: & ut omnia
contacta ſocietate peculatus uiderentur, ſcribae quoque duo, & accenſus. L. Hoſtilius,
& ſcribae, & accenſus, priuſquam de Scipione iudicium fieret, abſoluti ſunt: Scipio & A.
Hoſtilius legatus, & C. Furius damnati. quo commodior pax Antiocho daretur, Scipio-
nem VI millia pondo auri, quadringenta octoginta argenti plus accepiſſe, quam in ae- G
rarium retulerit: A. Hoſtilium LXXX pondo auri, argenti CDIII: Furium quaeſto-
rem auri centum XXX. argenti CC pondo. Has ego ſummas auri & argenti relatas a-
pud Antiatem inueni. In L. Scipione malim equidem librarij mendum, quam mendacium
ſcriptoris eſſe in ſumma auri, atque argenti. ſimilius enim ueri eſt, argenti, quam auri ma-
ius pondus fuiſſe: & potius quadragies, quam ducenties quadragies litem aeſtimatam: eo
magis, quod tantae ſummae rationem etiam ab ipſo P. Scipione requiſitam eſſe in ſenatu
tradunt: librumq. rationis eius cum Lucium fratrem afferre iuſſiſſet, inſpectante ſenatu
ſuis ipſum manibus concerpſiſſe, indignantem quod cum bis millies in aerarium intuliſ-
ſet, quadragies ratio ab ſe poſceretur. ab eadem fiducia animi, cum quaeſtores pecuniã ex
aerario contra legem promere non auderent, popoſciſſe claues, & ſe aperturum aerarium
dixiſſe, qui, ut clauderetur, effeciſſet. Multa alia in Scipionis exitu maxime uitae, dieq. di-
cta, morte, funere, ſepulcro in diuerſum trahunt: ut cui famae, quibus ſcriptis aſſentiar, nõ
habeam. Non de accuſatore conuenit. alij M. Naeuium, alij Petillios diem dixiſſe ſcri- H
bunt. non de tempore quo dicta dies ſit: non de anno, quo mortuus ſit: non ubi mortuus,
aut elatus ſit. alij Romae, alii Literni & mortuum & ſepultum. utrobique monumenta oſtẽ
duntur, & ſtatuae. nam & Literni monumentum, monumentoq. ſtatua ſuperimpoſita fuit:
quam tempeſtate diſiectam nuper uidimus ipſi. & Romae extra portam Capenã in Scipio
num monumento tres ſtatuae ſunt: quarum duae P. & L. Scipionum dicuntur eſſe: tertia
poetae Q. Ennij. nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum, ſed orationes quoque (ſi mo-
do ipſorum ſunt, quae feruntur, P. Scipionis & Ti. Gracchi) abhorrent inter ſe. Index ora-
tionis P. Scipionis, nomen M. Naeuij tr. pl. habet: ipſa oratio ſine nomine eſt accuſatoris.
nebulonem modo, modo nugatorem appellat. Ne Gracchi quidem oratio aut Petillio-
rum accuſatorum Africani, aut diei dictae Africano ullam mentionem habet. alia tota fe-
renda fabula eſt Gracchi orationi conueniens: & illi auctores ſequendi ſunt: qui, cum L. I
Scipio & accuſatus & damnatus ſit pecúniae captae ab rege, legatum in Etruria fuiſſe Afri
canum tradunt. quo poſt famam de fratris caſu allatam, relicta legatione, cucurriſſe eum
Romam: & cum a porta recta ad forum ſe contuliſſet, quod in uincula duci fratrem dictum
erat, repuliſſe a corpore eius uiatorem, & tribunis retinentibus, magis pie, quam ciuiliter,
uim feciſſe. haec enim ipſe Gracchus queritur, diſſolutam eſſe a priuato tribuniciam pote-
ſtatẽ, & ad poſtremũ cum auxiliũ L. Scipioni polliceretur, adiicit, tolerabilioris exẽpli eſſe
a tribuno pl. potius, quam a priuato, uictam uideri & tribuniciam poteſtatẽ, & remp. eſſe.
ſed ita hanc unam impotentem eius iniuriam inuidia onerat, ut increpando, quod degene-
rarit tãtum a ſe ipſe, cumulatas ei ueteres laudes moderationis & temperantiae pro repre-
henſione praeſenti reddat. caſtigatum enim quondam ab eo populum ait, quod eum perpe-
tuũ conſulem & dictatorem uellet facere. prohibuiſſe, ſtatuas ſibi in Comitio, in Roſtris, in K
curia, in Capitolio, in cella Iouis poni. prohibuiſſe ne decerneretur, ut imago ſua triũphali
ornatu e tẽplo Iouis opt. max. exiret. Haec uel in laudatione poſita ingentẽ magnitudinem
animi moderandis ad ciuilem habitum honoribus ſignificarent, quae exprobrando inimi-
cus fatetur. Huic Graccho minorem ex duabus filiis (nam maior P. Cornelio Naſicae haud
dubie a patre collocata erat) nuptam fuiſſe conuenit. illud parum conſtat, utrum poſt mor
tem patris & deſponſa ſit, & nupſerit: an uerae illae opiniones ſint, Gracchum, cum L. Sci-
pio in uincula duceretur, nec quiſquam collegarum auxilio eſſet, iuraſſe, ſibi inimicitias
cũ Scipionibus, quae fuiſſent, manere, nec ſe gratiae quaerẽdae cauſſa quidquã facere: ſed
in quem carcerem reges & imperatores hoſtium ducentem uidiſſet P. Africanum, in eũ ſe

fratrem

A fratrem eius duci non paſſurum. Senatum eo die forte cenantem in Capitolio conſurrexiſſe, & petiſſe, ut inter epulas Graccho filiam Africanus deſponderet. quibus ita inter publicum ſollemne ſponſalibus rite factis, cum ſe domum recepiſſet, Scipionem Aemiliae uxori dixiſſe, filiam ſe minorem deſpondiſſe. cum illa muliebriter indignabunda nihil de cõmuni filia ſecum conſultatum, adieciſſet: non ſi Ti. Graccho daret, expertem conſilij debuiſſe matrem eſſe: laetum Scipionem tam concordi iudicio, ipſi deſponſam reſpondiſſe. Haec de tanto uiro, quam & opinionibus & monumentis litterarum uariarent, proponẽda erant. Iudicijs a Q. Terentio praetore perfectis, Hoſtilius & Furius damnati praedes eodem die quaeſtoribus urbanis dederunt. Scipio cum contenderet, omnem quam accepiſſet pecuniam, in aerario eſſe, nec ſe quidquam publici habere, in uincula duci eſt coeptus. P. Scipio Naſica tribunos appellauit, orationemque habuit plenam ueris decoribus, non

B communiter modo Corneliae gentis, ſed proprie familiae ſuae. Parentes ſuos & P. Africani, ac L. Scipionis, qui in carcerem duceretur, fuiſſe Cn. & P. Scipiones, clariſſimos uiros. eos, cum per aliquot annos in terra Hiſpania aduerſus multos Poenorum Hiſpanorũq. & duces & exercitus nominis Romani famam auxiſſent, non bello ſolum, ſed quod Romanae temperantiae fideiq. ſpecimen illis gentibus dediſſent, ad extremum ambos pro populo R. morte occubuiſſe. cum illorum tueri gloriam poſteris ſatis eſſet, P. Africanum tantum paternas ſuperauiſſe laudes, ut fidem fecerit, non ſanguine humano, ſed ſtirpe diuina ſatum ſe eſſe. L. Scipionem, de quo agatur, ut quae in Hiſpania, quae in Africa, cum legatus fratris eſſet, geſſiſſet, praetereantur, conſulem & ab ſenatu dignum uiſum, cui extra ſortem Aſia prouincia, & bellum cum Antiocho rege decerneretur: & a fratre, cui poſt duos conſulatus cenſuramq. & triumphum legatus in Aſiam iret. ibi ne magnitudo & ſplendor

C legati laudibus conſulis officeret, forte ita incidiſſe, ut quo die ad Magneſiam ſignis collatis L. Scipio Antiochum deuiciſſet, aeger P. Scipio Elaeae dierum aliquot uia abeſſet. non fuiſſe minorem eum exercitum, quam Hannibalis, cum quo in Africa eſſet pugnatũ. Hannibalem eundem fuiſſe inter multos alios regios duces, qui imperator Punici belli fuerit. & bellum quidem ita geſtum eſſe, ut ne fortunam quidem quiſquam criminari poſſit. in pace crimen quaeri, eam dici ueniſſe. hic X legatos ſimul argui, quorum ex conſilio data pax eſſet. quin exſtitiſſe ex X legatis, qui Cn. Manlium accuſarent. tamen non modo ad criminis fidem, ſed ne ad moram quidem triumphi eam accuſationem ualuiſſe. At Hercule in Scipione ipſas leges pacis, ut nimium accommodatas Antiocho, ſuſpectas eſſe. integrum enim ei regnum relictum, omnia poſſidere eum uictum, quae ante bellum eius fuerint. auri & argenti cum uim magnam habuiſſet, nihil in publicum relatum, omne in priuatum uer-

D ſum. An non praeter omnium oculos tantum auri argentiq. in triumpho L. Scipionis, quãtum non decem alijs triumphis, ſi omne in unum conferatur, ſit latum? Nam quid de finibus regni dicam? Aſiam omnem, & proxima Europae tenuiſſe Antiochum: ea quanta regio orbis terrarum ſit, a Tauro monte in Aegaeum uſque prominens mare? quot nõ urbes modo, ſed gentes amplectatur, omnes ſcire. hanc regionem dierum plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patentem, uſque ad Tauri montis iuga Antiocho ademptam, expulſo in ultimum angulum orbis terrarum. Quid ſi gratuita pax eſſet, plus adimi ei potuiſſe? Philippo uicto Macedoniam, Nabidi Lacedaemonem relictã, nec Quinctio crimen quaeſitum. non enim habuiſſe eum Africanum fratrem: cuius cum gloria prodeſſe L. Scipioni debuiſſet, inuidiam nocuiſſe. tantum auri argentiq. iudicatum eſſe in domum L. Scipionis illatum, quantum uenditis omnibus bonis redigi non poſſet. ubi ergo eſſe regium aurum? ubi tot hereditates acceptas? in domo, quam ſumptus non

E exhauſerint, extare debuiſſe nouae fortunae cumulum. At enim quod ex bonis redigi nõ poſſit, ex corpore & tergo per uexationem & contumelias L. Scipionis petituros inimicos: ut, in carcerem inter fures nocturnos & latrones uir clariſſimus includatur, & in robore & tenebris exſpiret: deinde nudus ante carcerem proijciatur. Non id Corneliae magis familiae, quam urbi Romanae, fore erubeſcendum. Aduerſus ea Terentius praetor rogationem Petilliam, & ſenatuſconſultum, & iudicium de L. Scipione factum recitauit. ſe, ni referatur pecunia in publicum, quae iudicata ſit, nihil habere quod faciat, niſi ut prehendi damnatum, & in uincula duci iubeat. Tribuni cum in conſilium seceſſiſſent, paullo poſt C. Fannius ex ſua collegarumq. aliorum, praeter Gracchum, ſententia pronunciauit, praeto-

ri non intercedere tribunos, quo minus ſua poteſtate utatur. Ti. Gracchus ita decreuit; F Quo minus ex bonis L. Scipionis quod iudicatum ſit, redigatur, ſe non intercedere praetori. L. Scipionem, qui regem opulentiſſimum orbis terrarum deuicerit, imperium populi R. propagauerit in ultimos terrarum fines, regem Eumenem, Rhodios, alias tot urbes Aſiae deuinxerit populo R. beneficijs, plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit, non paſſurum inter hoſtes populi R. in carcere & in uinculis eſſe, mittiq. eum ſe iubere. Tanto aſſenſu auditum eſt decretum, adeo dimiſſum L. Scipionem laeti homines uiderunt, ut uix in eadem ciuitate uideretur factum iudicium. In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publice quaeſtores praetor miſit. neque in ijs non modo ueſtigium ullum cóparuit pecuniae regiae, ſed nec tantum redactum eſt, quantae ſummae damnatus fuerat. Collata pecunia a cognatis amicisq. & clientibus eſt L. Scipioni: ut, ſi acciperet eam, locupletior aliquanto eſſet, quam ante calamitatem fuerat. nihil accepit. quae neceſſaria ad cultũ G erant, redempta ei a proximis cognatis ſunt. uerteratq. Scipionum inuidia in praetorem, & conſilium eius, & accuſatores.

EPITOME : LIBRI . XXXIX

M. Aemilius conſul Liguribus ſubactis, uiã a Placentia uſque Ariminum perductã, Flaminiae iunxit. Initia luxuriae introducta ab exercitu Aſiatico referuntur. Ligures, quicumque citra Apenninum erant, ſubacti ſunt. Bacchanalia, ſacrum Graecum, & nocturnum, ſcelerum omnium maximum ſeminarium, cum ad ingẽtis turbae coniurationem peruenisſet, a conſule inueſtigatum, & multorum poena ſublatum eſt. A cenſoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone, uiro et belli & pacis artibus maximo, motus eſt ſenatu L. Quinctius Flamininus T. Quinctij frater, eo quod cũ Galliam prouinciam conſul obtineret, rogatus in conuiuio a Philippo Poeno, quem amabat, ſcorto nobili, Gallum quendam ſua manu occiderat: ſiue, ut quidã tradiderunt, unum damnatorum ſecuri percuſſerat, rogatus a meretrice Placẽtina, cuius amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni deceſſit. &, tanquã iungente fortuna circa id tẽpus duo funera maximorum uirorum, Hannibal a Pruſia Bithyniae rege, ad quem uicto Antiocho confugerat, cũ dederetur Romanis, qui ad expoſcendum illum T. Quinctium Flamininum miſerãt, ueneno ſibi mortem conſciuit. H *Philopoemen quoque dux Achaeorum, uir maximus, eſt a Meſſenijs interemptus ueneno, cum ab ijs bello captus eſſet. Coloniae, Potentia & Piſaurũ & Mutina & Parma deductae ſunt. Praeterea res aduerſum Celtiberos proſpere geſtas, & initia cauſſasque belli Macedonici continet. cuius origo inde fluxit, quod Philippus aegre ferebat regnum ſuũ minui a Romanis, eo quod cogeretur a Thracibus alijsque locis praeſidia deducere.*

LIBER . XXXIX I

DVM haec (ſi modo hoc anno acta ſunt) Romae aguntur, cóſules ambo in Liguribus gerebant bellum. Is hoſtis uelut natus ad continendam inter magnorum interualla bellorum Romanis militarẽ diſciplinam erat: nec alia prouincia militem magis ad uirtutem acuebat. nam Aſia & amoenitate urbium, & copia terreſtrium maritimarumque rerum, & mollitia hoſtium, regijſque opibus, ditiores, quam fortiores, exercitus faciebat. praecipue ſub imperio Cn. Manlij ſolute ac negligenter habiti ſunt. itaque aſperius paullo iter in Thracia, & exercitatior hoſtis magna clade eos caſtigauit. K in Liguribus omnia erant, quae militem excitarent: loca montana & aſpera, quae & ipſis capere labor erat, & ex praeoccupatis deijcere hoſtem: itinera ardua, anguſta, infeſta inſidiis: hoſtis leuis, & uelox & repentinus, qui nullum uſquam tempus, nullum locum quietum aut ſecurum eſſe ſineret: oppugnatio neceſſaria munitorum caſtellorum, laborioſa ſimul, periculoſaque: inops regio, quae parcimonia adſtringeret milites, praedae haud multum praeberet. itaq. non lixa ſequebatur, non iumentorum longus ordo agmen extendebat. nihil praeter arma & uiros omnem ſpem in armis habentes, erat. nec deerat umquam cum iis uel materia belli, uel cauſſa: quia propter domeſticam inopiam uicinos agros incurſabant: nec tamen in diſcrimen ſummae rerum pugnabatur. C. Flaminius conſul, cum Friniatibus Liguribus

A in agro eorum pluribus proelijs ſecundis factis, in deditionem gentem accepit, & arma
ademit: & quia non ſincera fide tradebant, cum caſtigarentur, relictis uicis in montem
Auginum confugerunt. confeſtim ſecutus eſt conſul. ceterum effuſi rurſus, & pars maxi-
ma inermes, per inuia & rupes diruptas praecipitantes fugerunt, qua ſequi hoſtis nõ poſ-
ſet. ita trans Apenninum abierunt. qui caſtris ſe tenuerant, circumſeſſi expugnati ſunt.
Inde trans Apenninum ductae legiones. ibi montis quem ceperãt, altitudine paulliſper ſe
tutati, mox in deditionem conceſſerunt. tum conquiſita cum intentiore cura arma, &
omnia adempta. Tranſlatum deinde ad Apuanos Ligures bellum, qui in agrum Piſa-
num Bononienſemque ita incurſauerant, ut coli non poſſet. his quoque perdomitis con-
ſul pacem dedit finitimis. & quia, a bello quieta ut eſſet prouincia, effecerat: ne in otio
militem haberet, uiam a Bononia perduxit Arretium. M. Aemilius alter conſul agros
B Ligurum uicoſque, qui in campis aut uallibus erant, ipſis montes duos Baliſtam Suiſ-
montiumque tenentibus, deuſſit, depopulatusque eſt. deinde eos, qui in montibus e-
rant adortus, primo leuibus proelijs fatigauit: poſtremo coactos in aciem deſcendere,
iuſto proelio deuicit, in quo & aedem Dianae uouit. Subactis cis Apenninum omni-
bus, tum tranſmontanos adortus: in his & Briniates Ligures erant, quos non adie-
rat C. Flaminius, omnes Aemilius ſubegit, armaque ademit, & de montibus in cam-
pos multitudinem deduxit. Pacatis Liguribus in agrum Gallicum exercitum duxit,
uiamque ab Placentia, ut Flaminiae committeret, Ariminum perduxit. proelio ultimo, l. coniungeret
quo cum Liguribus ſignis collatis conflixit, aedem Iunoni Reginae uouit. Haec in Ligu-
ribus eo anno geſta. In Gallia M. Furius praetor inſontibus Caenomanis, in pace ſpe-
ciem belli quaerens, ademerat arma. id Caenomani conqueſti Romae apud ſenatum, reie
C ctique ad conſulem Aemilium, cui, ut cognoſceret, ſtatueretque, ſenatus permiſerat, ma-
gno certamine cum praetore habito, tenuerunt cauſſam, arma reddita Caenomanis, dece- l. obtinuerunt
dere e prouincia praetor iuſſus. Legatis deinde ſociorum Latini nominis, qui toto undi
que ex Latio frequentes conuenerant, ſenatus datus eſt. his querentibus magnam multi-
tudinem ciuium ſuorum Romam commigraſſe, & ibi cenſos eſſe, Q. Terentio Culleoni
pr. negotium datum eſt, ut eos conquireret, &, quem C. Claudio, M. Liuio cenſoribus,
poſtue eos cenſores, ipſum parentemue eius apud ſe cenſum eſſe probaſſent ſocij, ut redi-
re eo cogeret, ubi cenſi eſſent. Hac conquiſitione XII millia Latinorum domos redie-
runt, iam tum multitudine alienigenarum urbem onerante. Priuſquam conſules redi-
rent, Romam M. Fuluius procos. ex Aetolia redijt. iſque ad aedem Apollinis in ſenatu
cum de rebus in Aetolia Cephalleniaque ab ſe geſtis diſſeruiſſet, petijt a patribus, ut ae-
D quum cenſerent ob rem publicam bene ac feliciter geſtam, & dijs immortalibus honorem l. ſupplicationes decerni
haberi iubere, & ſibi triumphum decernere. M. Aburius tr. pl. ſi quid de ea re ante M. Ae-
milij conſulis aduentum decerneretur, interceſſurum ſe oſtendit. eum contradicere uelle,
proficiſcentemque in prouinciam ita ſibi mandaſſe, ut ea diſceptatio integra in aduentum
ſuum ſeruaretur. Fuluium temporis iacturam facere. ſenatum etiam praeſente conſule,
quod uellet, decreturũ. Tum Fuluius. Si aut ſimultas M. Aemilij ſecum, ignota homini-
bus eſſet, aut, quam is eas inimicitias impotenti ac prope regia ira exerceret: tamen non
fuiſſe ferendum, abſentem conſulem & deorum immortalium honori obſtare, & meritum
debitumque triumphum morari: imperatorem, rebus egregie geſtis, uictoremq. exercitũ
cum praeda ac captiuis ante portas ſtare, donec conſuli ob hoc ipſum morãti redire Romã
libitum eſſet. Verum enimuero cum ſint notiſſimae ſibi cum conſule inimicitiae, quid ab
E eo quemquam poſſe aequi exſpectare? qui per infrequẽtiam furtim ſenatuſconſultũ factũ
ad aerarium detulerit, Ambraciam non uideri ui captam, quae aggere ac uineis oppugna-
ta ſit, ubi incenſis operibus alia deintegro facta ſint, ubi circa muros ſubterq. terrã per dies ſuper
quindecim pugnatum: ubi a prima luce, cum iam tranſcẽdiſſet muros miles, uſque ad no-
ctem diu anceps proelium tenuerit: ubi plus tria millia hoſtium ſint caeſa. Iam de deorũ
immortalium templis ſpoliatis in capta urbe, qualem calumniam ad pontifices attulerit?
niſi Syracuſarum ceterarumq. captarum ciuitatum ornamentis urbem exornari fas fuerit,
in Ambraciam unam captam non ualuerit belli ius. ſe & patres conſcriptos orare, & a tri-
bunis petere, ne ſe ſuperbiſſimo inimico ludibrio eſſe ſinãt. Vndiq. oẽs alij deprecari tribu-
nũ, alij caſtigare. Ti. Gracchi collegae plurimũ oratio mouit, ne ſuas quidẽ ſimultates pro

magiſtratu exercere boni exempli eſſe: alienarum uero ſimultatum tribunum pl. cognito- F
rem fieri, turpe & indignum collegij eius poteſtate & ſacratis legibus eſſe. ſuo quemque iu
dicio & homines odiſſe aut diligere, & res probare aut improbare debere, non pendere ex
alterius uultu ac nutu, nec alieni momentis animi circumagi, adſtipulariq. irato conſuli tri
bunum pl. & quid priuatim M. Aemilius mandauerit, meminiſſe, tribunatum ſibi a popu-
lo R. mandatum obliuiſci, & mandatum pro auxilio ac libertate priuatorum, non procon-
ſulari regno. ne hoc quidem cernere eum, fore ut memoriae ac poſteritati mandetur, eiuſ-
dem collegij alterum e duobus tribunis pl. ſuas inimicitias remiſiſſe reipublicae, alterum
alienas & mandatas exercuiſſe. His uictus caſtigationibus tribunus cum templo exceſſiſ-
ſet, referente Ser. Sulpicio praetore triumphus M. Fuluio eſt decretus. Is cum gratias pa-
tribus conſcriptis egiſſet, adiecit, ludos magnos ſe Ioui opt. max. eo die, quo Ambraciam
cepiſſet, uouiſſe. in eam rem ſibi centum pondo auri a ciuitatibus collatum. petere ut ex ea G
pecunia, quam in triumpho latam in aerario poſiturus eſſet, id aurum ſecerni iuberent. Se-
natus pontificum collegium conſuli iuſſit, num omne id aurum in ludos conſumi neceſsũ
eſſet? Cum pontifices negaſſent ad religionem pertinere quanta impenſa in ludos fieret:
ſenatus Fuluio, quantum uellet, impenderet, permiſit, dum ne ſummam octoginta milliũ
excederet. Triumphare menſe Ianuario ſtatuerat. ſed cum audiſſet conſulem Aemilium
litteris Aburij trib. pl. acceptis de remiſſa interceſſione, ipſum ad impediendum triumphũ
Romam uenientem aegrum in uia ſubſtitiſſe, ne plus in triumpho certaminum, quã in bel-
lo haberet, praetulit triumphi diem. Triumphauit A. D. X. Kal. Ianuarias de Aetolis, & de
Cephallenia. Aureae coronae centum XII pondo ante currum latae ſunt, argẽti pondo mil
lia LXXXIII. auri pondo CCXLIII. tetradrachma Attica CXIIX millia, Philippei num-
mi XII millia CDXXII. ſigna aenea CCLXXXV. ſigna marmorea CCXXX. arma, te- H
la, cetera ſpolia hoſtium magnus numerus. ad haec catapultae, balliſtae, tormenta omnis
generis: duces aut Aetoli & Cephallenes, aut regij ab Antiocho ibi relicti ad ſeptem &
XX. Multos eo die, priuſquam in urbem inueheretur, in circo Flaminio tribunos, praefe-
ctos, equites, centuriones, Romanos ſocioſque donis militaribus donauit. militibus ex
praeda uicenos quinos denarios diuiſit, duplex centurioni, triplex equiti. iam conſularũ
comitiorum appetebat tempus: quibus quia M. Aemilius, cuius ſortis ea cura erat, oc-
currere non potuit, C. Flaminius Romam uenit. ab eo creati conſules Sp. Poſtumius Al-
binus, Q. Marcius Philippus. praetores inde facti T. Maenius, P. Cornelius Sulla, C.
Calpurnius Piſo, M. Licinius Lucullus, C. Aurelius Scaurus, L. Quinctius Criſpinus.
Extremo anni magiſtratibus iam creatis, A. D. tertium nonas Martias Cn. Manlius Vul-
ſo de Gallis, qui Aſiam incolunt, triumphauit. ſerius ei triumphandi cauſſa fuit, ne Q. Terẽ I
tio Culleone praetore cauſſam lege Petillia diceret, & incendio alieni iudicii, quo L. Sci-
pio damnatus erat, conflagraret: eo infenſioribus in ſe, quam in illum, iudicibus, quod
diſciplinam militarem ſeuere ab eo conſeruatam ſucceſſor ipſe omni genere licẽtiae cor-
ruperat. neque ea ſola infamiae erant, quae in prouincia procul ab oculis facta narrabãtur:
ſed etiam magis, quae in militibus eius quotidie conſpiciebantur. Luxuriae enim peregri-
nae origo ab exercitu Aſiatico inuecta in urbẽ eſt. ij primũ lectos aeratos, ueſtem ſtragulã
pretioſam, plagulas, & alia textilia, & quae tum magnificae ſupellectilis habebãtur, mono-
podia, & abacos Romam aduexerunt. tunc pſaltriae, ſambuciſtriaeque, & cõuiualia ludio
num oblectamẽta addita epulis: epulae quoq. ipſae & cura & ſumptu maiore apparari coe
ptae. tũ coquus, uiliſſimũ antiquis mancipiũ & aeſtimatione & uſu, in pretio eſſe, & quod
miniſterium fuerat, ars haberi coepta. uix tamen illa, quae tum cõſpiciebantur, ſemina erãt
futurae luxuriae. In triumpho tulit Cn. Manlius coronas aureas CC duodecim pondo: ar K
genti pondo CCXX millia: auri pondo ∞ ∞ CIII: tetradrachmum Atticum CXXVII
millia: ciſtophorũ CCL: Philippeorum aureorum nummorum ſedecim millia CCCXX.
& arma ſpoliaque multa Gallica carpentis tranſuecta. duces hoſtium duo & quinquagin-
ta ducti ante currum. Militibus quadragenos binos denarios diuiſit, duplex cẽturioni.
& ſtipendium duplex in pedites dedit, triplex in equites. Multi omnium ordinum donati
militaribus donis currum ſecuti ſunt. carminaq. a militibus ea in imperatorem dicta, ut fa-
cile appareret, in ducem indulgentem ambitioſumq. ea dici, triumphum eſſe militari ma-
gis fauore, quam populari celebrem. Sed ad populi quoque gratiam conciliandam ami-

ci Manlij

A ci Manlij ualuerunt. quibus annitentibus, ſenatuſcõſultum factum eſt, ut ex pecunia, quae in triumpho translata eſſet, ſtipendium collatum a populo in publicum, quod eius ſolutũ antea non eſſet, ſolueretur. uicenoſquinos & ſemiſſes in millia aeris quaeſtores urbani cũ fide & cura ſoluerunt. Per idem tempus tribuni mil. duo ex duabus Hiſpanijs cum litteris C. Atinij, & L. Manlij, qui eas prouincias obtinebant, uenerunt. ex ijs litteris cognitum eſt, Celtiberos Luſitanoſq. in armis eſſe, & ſociorum agros populari. de ea re conſultatio nem integram ſenatus ad nouos magiſtratus reiecit. Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Poſtumius Albinus faciebant, malus in circo inſtabilis in ſignum Pollentiae procidit, atque id deiecit. ea religione moti patres, & diem unum adijciendum ludorum celebritati cenſuerunt, & ſigna duo pro uno reponenda, & nouum auratum faciẽ dum. Et plebeij ludi ab aedilibus C. Sempronio Blaeſo, & M. Furio Fuſo diẽ unum inſtau

B rati ſunt. Inſequens annus Sp. Poſtumium Albinum, & Q. Marcium Philippum conſules ab exercitu, bellorumq. & prouinciarum cura ad inteſtinae coniurationis uindictam auertit. praetores prouincias ſortiti ſunt: T. Maenius urbanã, M. Licinius Lucullus inter ciues & peregrinos, C. Aurelius Scaurus Sardiniam, P. Cornelius Sulla Siciliam, L. Quinctius Criſpinus Hiſpaniam citeriorem, C. Calpurnius Piſo Hiſpaniam ulteriorem. conſulibus ambobus quaeſtio de clandeſtinis coniurationibus decreta eſt. Graecus ignobilis in Etruriam primum uenit, nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumq. cultum nobis eruditiſſima omnium gens inuexit, ſed ſacrificulus & uates: nec is qui aperta religione propalam, & quaeſtum & diſciplinam profitendo, animos horrore imbueret, ſed occultorũ antiſtes ſacrorũ. Initia erant, quae primo paucis tradita ſunt: deinde uulgari coepta per uiros mulieresque. additae uoluptates religioni uini & epularum, quo plurium animi An. 564

C illicerẽtur. cum uinũ animos & nox, & miſti feminis mares, aetatis tenerae maioribus, diſcrimen omne pudoris exſtinxiſſent: corruptelae primum omnis generis fieri coeptae, cũ ad id quiſque, quo natura pronioris libidinis eſſet, paratam uoluptatem haberet. nec unum genus noxae: ſtupra promiſcua ingenuorum feminarumq. erant, ſed falſi teſtes, falſa ſigna teſtimoniaq. & iudicia ex eadem officina exibant. uenena indidem, inteſtinaeq. caedes, ita ut ne corpora quidem interdum ad ſepulturam exſtarẽt. multa dolo, pleraque per uim audebantur. occulebat uim, quod prae ululatibus, tympanorumq. & cymbalorum ſtrepitu, nulla uox queritantium inter ſtupra & caedes exaudiri poterat. Huius mali labes ex Etruria Romam uelut contagione morbi penetrauit. primo urbis magnitudo capacior patientiorq. talium malorum ea celauit. tandem indicium hoc maxime modo ad Poſtumiũ conſulem peruenit. P. Aebutius, cuius pater publico equo ſtipendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus, ſub tutela Duroniae matris & uitrici Ti. Sempronij Rutili

D educatus fuerat. & mater dedita uiro erat, & uitricus, quia tutelam ita geſſerat, ut rationẽ reddere non poſſet: aut tolli pupillũ, aut obnoxium ſibi uinculo aliquo fieri cupiebat. uia una corruptelae Bacchanalium erãt: mater adoleſcentulum appellat, ſe pro aegroto uouiſſe, ubi primum conualuiſſet, Bacchis eum ſe initiaturam. damnatam uoti deum benignitate, exſoluere id uelle. X dierum caſtimonia opus eſſe: decimo die cenatum, deinde pure lautum in ſacrarium deducturam. Scortum nobile, libertina Hiſpala Fecenia, non digna quaeſtu, cui ancillula aſſueuerat: etiam poſtquam manumiſſa erat, eodẽ ſe genere tuebatur. huic conſuetudo iuxta uicinitatem cum Aebutio fuit, minime adoleſcentis aut rei aut famae damnoſa. ultro enim amatus appetituſque erat: &, maligne omnia praebẽtibus ſuis, meretriculae munificẽtia ſuſtinebatur. quin eo proceſſerat cõſuetudine capta, ut poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore a tribunis & praetore petito, cum teſta

E mentum faceret, unum Aebutium inſtitueret heredem. Haec amoris pignora cum eſſent, nec quidquam ſecretum alter ab altero haberent, per iocum adoleſcens uetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet: religionis ſe cauſſa, ut uoto pro ualetudine ſua facto liberetur, Bacchis initiari uelle. Id ubi mulier audiuit, perturbata, Dij meliora, inquit, mori & ſibi & illi ſatius eſſe, quam id faceret, & in caput eorum deteſtari minas periculaque, qui id ſuaſiſſent. Admiratus cum uerba, tum perturbationem tantam adoleſcens, parcere exſecrationibus iubet. matrem id ſibi aſſentiente uitrico imperaſſe. Vitricus ergo, inquit, tuus (matrem enim inſimulare forſitan fas non ſit) pudicitiam, famam, ſpem, uitamq. tuam perditum ire hoc facto properat? Eo magis mirabundo, quaerentiq. quid rei eſſet, pacem

ueniamque precata deorum dearumque, ſi coacta caritate eius, ſilenda enunciaſſet: ancil- F
lam ſe ait dominae comitem id ſacrarium intraſſe, liberam numquã eo acceſſiſſe. ſcire, cor
ruptelarum omnis generis eam officinam eſſe, & iam biennio conſtare, neminem initiatũ
ibi maiorem annis XX: ut quiſque introductus ſit, uelut uictimam tradi ſacerdotibus. eos
deducere in locum, qui circumſonet ululatibus, cantuque ſymphoniae, & cymbalorum, &
tympanorum pulſu, ne uox queritantis, cum per uim ſtuprũ inferatur, exaudiri poſſit. Ora-
re deinde, atque obſecrare, ut eã rẽ quocumque diſcuteret modo: nec ſe eo praecipitaret,
ubi omnia infanda patienda primum, deinde facienda eſſent: neque ante dimiſit eum, quã
fidem dedit adoleſcens, ab his ſacris ſe temperaturum. Poſteaquam domum uenit, & ma-
ter mentionem intulit: quid eo die, quid deinceps ceteris, quae ad ſacra pertinerẽt, facien
dum eſſet: negat eorum ſe quidquam facturum, nec initiari ſibi in animo eſſe. aderat ſermo
ni uitricus. confeſtim mulier exclamat, Hiſpalae concubitu carere eum decem noctes non G
poſſe. illius excetrae delenimentis & uenenis imbutum, nec parentis, nec uitrici, nec deorũ
uerecundiam habere: iurgantes hinc mater, hinc uitricus, cum quattuor eum ſeruis domo
exegerunt. Adoleſcens inde ad Aebutiam ſe amitam contulit, cauſſamque ei, cur eſſet a
matre eiectus, narrauit, deinde ex auctoritate eius poſtero die ad conſulem Poſtumium,
arbitris remotis, rem detulit. conſul poſt diem tertium ad ſe iuſſum redire dimiſit. ipſe Sul
piciam, grauem feminam, ſocrum ſuam, percunctatus eſt, ecquam anum Aebutiam ex A-
uentino noſſet: cum ea, noſſe probam, & antiqui moris feminam reſpondiſſet: opus eſſe
ſibi ea conuenta dixit: mitteret nuncium ad eam, ut ueniret. Aebutia accita ad Sulpiciam
uenit: & conſul paullo poſt, uelut forte interueniſſet, ſermonem de Aebutio fratris eius fi
lio infert. Lacrymae mulieri obortae, & miſerari caſum adoleſcentis coepit, qui ſpoliatus
fortunis, a quibus minime oporteret, apud ſe tunc eſſet, eiectus a matre, quod probus ado H
leſcens (dij propitij eſſent) obſcenis, ut fama eſſet, ſacris initiari nollet. Satis de Aebu-
tio exploratum ratus conſul, non uanum auctorem eſſe: dimiſſa Aebutia, ſocrum rogat, ut
Hiſpalam indidem ex Auentino libertinam non ignotam uiciniae accerſeret ad ſeſe. eam
quoque eſſe, quae percunctari uellet. Ad cuius nuncium perturbata Hiſpala, quod ad tam
nobilem & grauem feminam ignara cauſſae accerſeretur: poſteaquam lictores in ueſtibu-
lo, turbamque conſularem & conſulem ipſum conſpexit, prope exanimata eſt. In interio-
rem partem aedium abductam ſocru adhibita conſul, ſi uera dicere inducere in animũ poſ
ſet, negat perturbari debere. fidem uel ab Sulpicia, tali femina, uel ab ſe acciperet, expro-
meret ſibi, quae in luco Similae Bacchanalibus in ſacro nocturno ſolerent fieri. Hoc ubi
audiuit, tantus pauor, tremorq. omnium membrorum mulierem cepit, ut diu hiſcere non
poſſet. tandem confirmata, puellam admodum ſe ancillam initiatam cum domina ait. ali- I
quot annis, ex quo manumiſſa ſit, nihil quid ibi fiat, ſcire. Iam idipſum cõſul laudare, quod
initiatam ſe non infitiaretur. ſed & cetera eadem fide expromeret. neganti ultra quidquã
ſcire, non eandem, dicere, ſi coarguatur ab alio, ac per ſe fatenti, ueniam aut gratiam fore.
eum ſibi omnia expoſuiſſe, qui ab illa audiſſet. Mulier haud dubie, id quod erat, Aebutiũ
indicem arcani rata eſſe, ad pedes Sulpiciae procidit, & eam primo orare coepit, ne mulie
ris libertinae cum amatore ſermonem, in rem non ſeriam modo, ſed capitalem etiam uerti
uellet. ſe terrendi eius cauſſa, non quod ſciret quidquam, ea locutam eſſe. Hic Poſtumius
accenſus ira, tum quoque ait eam cum Aebutio ſe amatore cauillari, credere, non in domo
grauiſſimae feminae, & cum conſule loqui. & Sulpicia attollere pauentem, ſimul illam ad
hortari, ſimul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum incuſata perfidia Aebutij,
qui optimi in eo ipſo meriti talem gratiam retuliſſet: magnum ſibi metum deorum, quo- K
rum occulta enũciaret; maiorem multo dixit hominum eſſe, qui ſe indicem manibus ſuis
diſcerpturi eſſent. itaque hoc ſe Sulpiciam, hoc conſulem orare, ut ſe extra Italiam aliquo
amandarent, ubi reliquum uitae degere tuto poſſet. Bono animo eſſe iubere eam cõſul, &
ſibi curae fore dicere, ut Romae tuto habitaret. Tũ Hiſpala originem ſacrorum expromit.
primo ſacrarium id feminarum fuiſſe, nec quemquam uirum eo admitti ſolitum. tres in an
nos ſtatos dies habuiſſe, quibus interdiu Bacchis initiarentur, ſacerdotes inuicem matro-
nas creari ſolitas. PaculIam Miniam Campanam ſacerdotem omnia, tamquam deum mo
nitu, immutaſſe. nam & uiros eam primam ſuos filios initiaſſe, Minium & Herennium Cer
rinios, & nocturnum ſacrum ex diurno: & pro tribus in anno diebus quinos ſingulis mẽſi
bus

A bus dies initiorum feciſſe.ex quo in promiſcuo ſacra ſint,& permiſti uiri feminis,& noctis
licentia acceſſerit: nihil ibi facinoris,nihil flagitij praetermiſſum.plura uirorum inter ſeſe,
quam feminarum,eſſe ſtupra.ſi qui minus patientes dedecoris ſint,& pigriores ad facinus,
pro uictimis immolari, nihil nefas ducere. hanc ſummam inter eos religionis eſſe. uiros,
uelut mente capta, cum iactatione fanatica corporis uaticinari. matronas Baccharum ha-
bitu crinibus paſsis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim: demiſſaſq. in aquam fa
ces,quia uiuum ſulphur cum calce inſit,integra flamma efferre.Raptos a dijs homines dici,
quos machinae illigatos ex conſpectu in abditos ſpecus abripiant,eos eſſe, qui aut coniu-
rare,aut ſociari facinoribus,aut ſtuprum pati noluerint.Multitudinem ingentem, alterum
iam prope populum eſſe: in his nobiles quoſdam uiros, feminaſque. biennio proximo in
ſtitutū eſſe, ne quis maior XX annis initiaretur. captari aetates & erroris & ſtupri patien-
B tes. Peracto indicio aduoluta rurſus genibus, preces eaſdem, ut ſe ablegaret, repetiuit.
conſul rogat ſocrum,ut aliquam partem aedium uacuam faceret,quo Hiſpala immigraret.
cenaculum ſuper aedes datum eſt, ſcalis ferentibus in publicum obſeratis, aditu in aedes
uerſo. res omnes Feceniae extemplo translatae,& familia acceſſita. & Aebutius migrare
ad conſulis cliētem iuſſus.Ita cum indices ambo in poteſtate eſſent, rem ad ſenatum Poſtu
mius defert. Omnibus ordine expoſitis,quae delata primo, quae deinde ab ſe inquiſita fo
rent, patres pauor ingens cepit: cum publico nomine, ne quid eae coniurationes coetuſ-
que nocturni fraudis occultae aut periculi importarent: tum priuatim ſuorum quiſque ui-
cem, ne quis affinis ei noxae eſſet. Cenſuit autem ſenatus gratias conſuli agendas,quod
eam rem & cum ſingulari cura,& ſine ullo tumultu inueſtigaſſet.quaeſtionē deinde de Bac
chanalibus ſacriſque nocturnis extra ordinem conſulibus mandat. indicibus Aebutio ac
C Feceniae ne fraudi ea res ſit, curare,& alios indices praemijs inuitare iubet. ſacerdotes eo
rum ſacrorum,ſeu uiri ſeu feminae eſſent,non Romae modo, ſed per omnia fora & conci-
liabula conquiri,ut in conſulum poteſtate eſſent.edici praeterea in urbe Roma, & per totā
Italiam edicta mitti,ne quis, qui Bacchis initiatus eſſet, coiſſe aut conueniſſe cauſſa ſacro
rū uelit,neu quid talis rei diuinae feciſſe.ante omnia ut quaeſtio de his habeatur,qui coie-
rint coniurauerintue quo ſtuprum flagitiumue inferretur. Haec ſenatus decreuit.conſules
aedilibus curulibus imperarunt,ut ſacerdotes eius ſacri omnes conquirerent, comprehen
ſoſque libero conclaui ad quaeſtionē ſeruarent.aediles plebis uidere, ne qua ſacra in oper
to fierent.triumuiris capitalibus mandatum eſt, ut uigilias diſponerent per urbem, ſerua-
rentque ne qui nocturni coetus fierent; utq. ab incendijs caueretur. adiutores triumuiris
quinque uiri dati,uti cis Tiberim ſuae quiſque regionis aedificijs praeeſſent. Ad haec offi-
D cia dimiſſis magiſtratibus,conſules in Roſtra adſcenderunt:& concione aduocata,cum ſol
lemne carmen precationis,quod praefari,priuſquam populum alloquātur, magiſtratus ſo
lent,peregiſſet conſul,ita coepit.Nulli unquam concioni Quirites, tam non ſolum apta,
ſed etiam neceſſaria haec ſollemnis deorū comprecatio fuit, quae uos admoneret hos eſſe
deos,quos colere,uenerari,precarique maiores ueſtri inſtituiſſent; non illos,qui prauis &
externis religionibus captas mentes uelut furialibus ſtimulis ad omne ſcelus& ad omnem
libidinem agerent.Equidem nec quid taceam,nec quatenus proloquar,inuenio. ſi aliquid
ignorabitis,ne locum negligentiae dem: ſi omnia nudauero, ne nimium terroris offundā
uobis,uereor.quidquid dixero,minus,quam pro atrocitate & magnitudine rei dictū ſcito
te eſſe. ut ad cauendum ſatis ſit, dabitur opera a nobis. Bacchanalia tota iampridem Ita-
lia,& nunc per urbem etiam multis locis eſſe, non fama modo accepiſſe uos,ſed crepitibus
E etiam ululatibuſq. nocturnis,qui perſonant tota urbe,certum habeo: ceterum quae ea res
ſit,ignorare:alios deorum aliquem cultum:alios conceſſum ludum & laſciuiam eſſe crede
re:& qualecumque ſit,ad paucos pertinere.quod ad multitudinem eorum attinet,ſi dixero
multa millia hominum eſſe, illico neceſſe eſt exterreamini, niſi adiunxero qui qualeſque
ſint. Primum igitur mulierum magna pars eſt,& is fons mali huiuſce fuit.deinde ſimillimi
feminis mares ſtuprati & conſtupratores,fanatici uigiles, uino ſtrepitibus clamoribuſque
nocturnis attoniti. Nullas adhuc uires coniuratio: ceterum incrementum ingens uirium
habet,quod in dies plures fiunt. Maiores ueſtri ne uos quidem,niſi cum aut uexillo in ar-
ce poſito comitiorum cauſſa exercitus edictus eſſet,aut plebi concilium tribuni edixiſſent,
aut aliquis ex magiſtratibus ad concionem uocaſſet, forte temere coire uoluerunt: & ubi-
cumque

cumque multitudo eſſet, ibi & legitimum rectorem multitudinis cenſebant debere eſſe. F
Quales primum nocturnos coetus, deinde promiſcuos mulierum ac uirorum eſſe creditis?
ſi quibus aetatibus initientur mares, ſciatis: non miſereat uos eorũ ſolũ, ſed etiam pudeat.
Hoc ſacramento initiatos iuuenes, milites faciendos cenſetis Quirites? ijs ex obſceno ſa-
crario eductis arma committenda? hi cooperti ſtupris ſuis alieniſque, pro pudicitia coniu-
gum ac liberorum ueſtrorum ferro decernent? Minus tamen eſſet, ſi flagitijs tantum effe-
minati forent, (ipſorum id magna ex parte dedecus erat) a facinoribus manus, mentem a
fraudibus abſtinuiſſent. Numquam tantum malum in rep. fuit, nec ad plures, nec ad plura
pertinens. Quidquid his annis libidine, quidquid fraude, quidquid ſcelere peccatum eſt,
ex illo uno ſacrario ſcitote ortum eſſe. Nec dum omnia in quae coniurauerunt, edita faci-
nora habent. adhuc priuatis noxijs, quia nondum ad rempublicam opprimendam ſatis ui
rium eſt, coniuratio ſeſe impia tenet. creſcit & ſerpit quotidie malum: iam maius eſt, quam G
ut capere id priuata fortuna poſsit: ad ſummam reip. ſpectat. niſi praecauetis Quirites, iam
huic diurnae legitime ab conſule uocatae par nocturna concio eſſe poterit. nũc illi uos ſin
guli uniuerſos concionantes timent. iam ubi uos dilapſi domos & in rura ueſtra eritis, illi
coierint, conſultabunt de ſua ſalute ſimul, ac ueſtra pernicie. tum ſingulis uobis uniuerſi ti-
mendi erunt. Optare igitur unuſquiſque ueſtrum debet, ut bona mens ſuis omnibus fue-
rit. ſi quem libido, ſi furor in illum gurgitem abripuit, illorum eum, cũ quibus in omne fla-
gitium & facinus coniurauit, non ſuum iudicet. Ne quis etiam errore labatur ueſtrum: quo
que, non ſum ſecurus. nihil enim in ſpecimen fallacius eſt, quam praua religio. ubi deorum
numen praetenditur ſceleribus, ſubit animum timor, ne fraudibus humanis uindicandis, di
uini iuris aliquid immiſtum uiolemus. Hac uos religione innumerabilia decreta pontifi-
cum, ſenatuſconſulta, haruſpicum denique reſponſa liberant. Quoties hoc patrũ auorum- H
que aetate negotium eſt magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri uetarent? ſacrificulos
uateſque foro, circo, urbe prohiberent? uaticinios libros conquirerent, cõburerentque?
omnem diſciplinam ſacrificandi, praeterquam more Romano, abolerent? Iudicabant enim
prudentiſsimi uiri omnis diuini humanique iuris, nihil aeque diſſoluendae religionis eſſe,
quã ubi nõ patrio, ſed externo ritu ſacrificaretur. Haec uobis praedicẽda ratus ſum, ne qua
ſuperſtitio agitaret animos ueſtros, cum demolientes nos Bacchanalia, diſcutienteſque ne
farios coetus cerneretis. omnia dijs propitijs uolentibuſque ea faciemus. qui quia ſuũ nu-
men ſceleribus libidinibuſque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in lu
cẽ extraxerunt: nec patefieri, ut impunita eſſent, ſed ut uindicarẽtur & opprimerẽtur, uo-
luerunt. Senatus quaeſtionem extra ordinem de ea re mihi collegaeq. meo mandauit: nos
quae ipſis nobis agenda ſunt, impigre exſequemur. uigiliarum nocturnarum curam per ur I
bem minorib. magiſtratibus mandauimus. uos quoque aequũ eſt, quae ueſtra munia ſunt,
quo quiſque loco poſitus erit, quod imperabitur impigre praeſtare, & dare operã, ne quid
fraude noxiorum periculi aut tumultus oriatur. Recitari deinde ſenatuſconſulta iuſſerũt:
indicique praemium propoſuerunt: ſi quis quem ad ſe deduxiſſet, nomenue abſentis detu
liſſet. qui nominatus profugiſſet, diem certam ſe finituros, ad quam niſi citatus reſpondiſ-
ſet, abſens damnaretur. ſi quis eorum, qui tum extra terram Italiam eſſent, nominaretur, ei
laxiorem diem daturos, ſi uenire ad cauſſam dicendam uellet. Edixerunt deinde, ne quis
quid fugae cauſſa uendidiſſe, neue emiſſe uellet: ne quis reciperet, celaret, ope ulla iuuaret
fugientes. Concione dimiſſa, terror magnus urbe tota fuit, nec moenibus ſe tantum ur-
bis aut finibus Romanis, continuit, ſed paſsim per totam Italiam, litteris hoſpitum de ſena
tuſconſulto & concione & edicto conſulum acceptis, trepidari coeptum eſt. Multi ea no- K
cte, quae diem inſecuta eſt, quo in cõcione res palam facta eſt, cuſtodijs circa portas poſi-
tis, fugientes a triumuiris comprehenſi & reducti ſunt, multorum nomina delata. quidam
ex ijs uiri feminaeque mortem ſibi conſciuerunt. Coniuraſſe ſupra VII millia uirorum ac
mulierum dicebantur: capita autem coniurationis conſtabat eſſe M. & C. Atinios de ple-
be Romana, & Faliſcum L. Opiternium, & Minium Cerrinium Campanum. ab his omnia
facinora & flagitia orta, eos maximos ſacerdotes, conditoreſq. eius ſacri eſſe. data opera
eſt, ut primo quoque tempore comprehenderentur. Adducti ad conſulem, faſſique de ſe,
nullam moram iudicio fecerunt. Ceterum tanta fuga ex urbe facta erat, ut, quia multis a-
ctiones & res peribant, cogerentur praetores T. Maenius & M. Licinius per ſenatum res in

A diem triceſimum differre, donec quaeſtiones a conſulibus perficerentur. Eadem ſollicitudo, quia Romae non reſpondebant, nec inueniebantur quorum nomina delata erãt, coegit conſules circa fora proficiſci, ibique quaerere, & iudicia exercere. Qui tantum initiati erant, & ex carmine ſacro, praeeunte uerba ſacerdote, precationes fecerãt, in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem continebatur: nec earum rerum ullam rem, in quas iureiurando obligati erant, in ſe aut alios admiſerant, eos in uinculis relinquebant. qui ſtupris aut caedibus uiolati erant, qui falſis teſtimonijs, ſignis adulterinis, ſubiectione teſtamentorum, fraudibus alijs contaminati, eos capitali poena afficiebant. plures necati, quam in uincula coniecti ſunt. magna uis in utraque cauſſa uirorum mulierumq. fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu eſſent, tradebant, ut ipſi in priuato animaduerterent in eas. ſi nemo erat idoneus ſupplicij exactor, in publico animaduertebatur. datum

B deinde cõſulibus negotium eſt, ut omnia Bacchanalia Romae primum, deinde per totam Italiam diruerent: extra quam ſi qua ibi uetuſta ara, aut ſignum conſecratum eſſet. in reliquum deinde ſenatuſconſulto cautum eſt, ne qua Bacchanalia Romae, neue in Italia eſſent: ſi quis tale ſacrum ſollemne & neceſſarium duceret, nec ſine religione & piaculo ſe id omittere poſſe, apud praetorem urbanum profiteretur: praetor ſenatum cõſuleret. ſi ei permiſſum eſſet, cum in ſenatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret, dũ ne plus quinque ſacrificio intereſſent: neu qua pecunia communis, neu quis magiſter ſacrorum, aut ſacerdos eſſet. Aliud deinde huic coniunctum, referente Q. Marcio conſule, ſenatuſconſultum factum eſt, ut de ijs quos pro indicibus conſules habuiſſent, integra res ad ſenatum referretur, cum Sp. Poſtumius quaeſtionibus perfectis Romam rediſſet. Minium Cerrinium Cãpanum Ardeam in uincula mittendum cenſuerunt, magiſtratibusq. Ardeatium praedi

C cendum ut intentiore eum cuſtodia aſſeruarent, non ſolum ne effugeret, ſed ne mortis cõſciſcendae locum haberet. Sp. Poſtumius aliquanto poſt Romam uenit. eo referente de P. Aebutij & Hiſpalae Feceniae praemio, quod eorũ opera indicata Bacchanalia eſſent, S.C. factum eſt, ut ſingulis his centena millia aeris quaeſtores urbani ex aerario darẽt: utiq. cõſul cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoque tempore ferrẽt, ut P. Aebutio emerita ſtipendia eſſent, ne inuitus militaret, neue cenſor ei equum publicum aſsignaret: utique Feceniae Hiſpalae datio, deminutio, gentis enuptio, tutoris optio itẽ eſſet, quaſi ei uir teſtamẽto dediſſet: utiq. ei ingenuo nubere liceret: neu quid ei qui eam duxiſſet, ob id fraudi ignominiaeue eſſet: utiq. cõſules praetoresq. qui nunc eſſent, quiue poſtea futuri eſſent, curarẽt, ne quid & mulieri iniuriae fieret, utiq. tuto eſſet. id ſenatũ uelle, & aequũ cenſere, ut ita fieret. Ea omnia lata ad plebem: factaq. ſunt ex S. C. & de ceterorum iudicum

D impunitate praemijsque conſulibus permiſſum eſt. Et iam Q. Marcius, quaeſtionibus ſuae regionis perfectis, in Ligures prouinciam proficiſci parabat, tribus millibus peditum Romanorum, CL equitibus, & quinque millibus Latini nominis peditum, ducẽtis equitibus in ſupplementum acceptis. Eadem prouincia, idem numerus peditum equitumque & collegae decretus erat. Exercitus acceperunt, quos priore anno C. Flaminius, & M. Aemilius conſules habuerunt. duas praeterea legiones nouas ex ſenatuſconſulto ſcribere iuſsi ſunt, & XX millia peditũ ſocijs & nomini Latino imperarunt, & equites mille trecentos, & tria millia peditum Romanorum, CC equites. totum hunc exercitum, praeter legiones in ſupplementum Hiſpanienſis exercitus duci placebat. itaque conſules, dum ipſi quaeſtionibus impediebantur, T. Maenium delectui habendo praefecerunt. Perfectis quaeſtionibus prior Q. Marcius in Ligures Apuanos eſt profectus. Dum penitus in abditos ſaltus, quae latebrae

E receptaculaq. ſemper illis fuerãt, perſequitur: in praeoccupatis anguſtijs loco iniquo eſt circumuentus. quattuor millia militum amiſſa, & legionis ſecundae ſigna tria, undecim uexilla ſocium Latini nominis in poteſtatem hoſtium uenerunt: & arma multa, quae quia impedimento fugientibus per ſiluestres ſemitas erant, paſsim iactabantur. nec prius ſequẽdi Ligures finem, quã fugae Romani fecerunt. conſul ubi primum ex hoſtium agro euaſit, ne quantum deminutae copiae forent, appareret, in locis pacatis exercitum dimiſit. non tamẽ oblitterare famam rei male geſtae potuit. nã ſaltus unde eum Ligures fugauerãt, Martius eſt appellatus. Sub hunc nuncium ex Liguſtinis uulgatum, litterae ex Hiſpania miſtã gaudio triſtitiam afferentes, recitatae ſunt. C. Atinius, qui biennio ante praetor in eam prouinciam profectus erat, cum Luſitanis in agro Aſtenſi ſignis collatis pugnauit. ad ſex millia hoſtium

lia hoſtium

lia hoſtium ſunt caeſa: ceteri fuſi, fugati, caſtrisque exſuti. ad opidum deinde Aſtam oppugnandum legiones ducit. id quoque haud multo maiore certamine cepit, quam caſtra. ſed dum incautius ſubit muros, ictus ex uulnere poſt dies paucos moritur. Litteris de morte propraetoris recitatis, ſenatus cēſuit mittendū, qui ad Lunae portum C. Calpurnium praetorem conſequeretur, nunciaretque ſenatum aequum cēſere, ne ſine imperio prouincia eſſet, maturare eum proficiſci. Quarto die qui miſſus erat, Lunam uenit. paucis ante diebus Calpurnius profectus erat. Et in citeriore Hiſpania L. Manlius Acidinus. qui eodem tempore, quo C. Atinius in prouinciam ierat, cum Celtiberis acie conflixit. incerta uictoria diſceſſum eſt, niſi quod Celtiberi caſtra inde nocte proxima mouerunt. Romanis & ſuos ſepeliendi, & ſpolia legendi ex hoſtibus poteſtas facta eſt. Paucos poſt dies coacto maiore exercitu Celtiberi ad Calagurrim opidum ultro laceſsiuerunt proelio Romanos. Nihil traditur, quae cauſſa numero aucto infirmiores eos fecerit. ſuperati proelio ſunt. ad XII millia hominum caeſa, plus duo capta, & caſtris Romanus potitus. & niſi ſucceſſor aduentu ſuo inhibuiſſet impetum uictoris, ſubacti Celtiberi forēt. Noui praetores ambos exercitus in hiberna deduxerunt. Per eos dies, quibus haec ex Hiſpania nunciata ſunt, ludi Taurilia per biduum facti religionis cauſſa. per dies decem, apparatos deinde ludos M. Fuluius quos uouerat Aetolico bello, fecit. Multi artifices ex Graecia uenerānt honoris eius cauſſa. athletarum quoque certamen tum primo Romanis ſpectaculo fuit, & uenatio data leonum & pantherarum, & prope huius ſaeculi copia ac uarietate ludicrum celebratum eſt. Nouendiale deinde ſacrum tenuit, quod in Piceno per triduum lapidibus pluerat. igneſq. caeleſtes multifariam orti aduſſiſſe complurium leui afflatu ueſtimēta maxime dicebantur. Addita & unum diem ſupplicatio eſt ex decreto pontificum, quod aedes Opis in Capitolio de caelo tacta erat. hoſtijs maioribus conſules procurarunt, ut bemque luſtrauerunt. Sub idem tempus & ex Vmbria nunciatum eſt, ſemimarem duodecim ferme annos natum inuentum. id prodigium abominantes, arceri Romano agro, necarique quamprimum iuſſerunt. Eodem anno Galli tranſalpini tranſgreſsi in Venetiam ſine populatione aut bello, haud procul inde, ubi nunc Aquileia eſt, locum opido condendo ceperunt. Legatis Romanis de ea re trans Alpes miſsis reſponſum eſt, neque profectos ex auctoritate gentis eos, nec, quid in Italia facerent, ſe ſcire. L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi uouiſſe ſeſe dicebat, ex collata ad id pecunia ab regibus ciuitatibusq. per dies decem fecit. Legatum eum poſt damnationem & bona uendita miſſum in Aſiam ad dirimenda inter Antiochum & Eumenem reges certamina, Valerius Antias eſt auctor. tum collatas ei pecunias, congregatosque per Aſiam artifices. & quorum ludorum poſt bellum, in quo uotos diceret, mentionem non feciſſet, de ijs poſt legationem demum in ſenatu actū. Cum iam in exitu annus eſſet, Q. Marcius abſens magiſtratu abiturus erat. Sp. Poſtumius quaeſtionibus cum ſumma fide curaque perfectis, comitia habuit. Creati ſunt conſules Ap. Claudius Pulcher, M. Sempronius Tuditanus. Poſtero die praetores facti P. Cornelius Cethegus, A. Poſtumius Albinus, C. Afranius Stellio, C. Atilius Serranus, L. Poſtumius Tempſanus, M. Claudius Marcellus. Extremo anni, quia Sp. Poſtumius conſul renunciauerat, peragrantem ſe propter quaeſtiones utrumque litus Italiae, deſertas colonias Sipontum ſupero, Buxentum infero mari inueniſſe, triumuiri ad colonos eo ſcribendos ex ſenatuſconſulto ab T. Maenio praetore urbano creati ſunt, L. Scribonius Libo, M. Tuccius, Cn. Baebius Tamphilus. Cum Perſeo rege & Macedonibus bellum quod imminebat, nō unde plerique opinantur, nec ab ipſo Perſeo cauſſas cepit. inchoata initia ab ipſo Philippo ſunt. & is ipſe, ſi diutius uixiſſet, id bellum geſſiſſet. Vna eum res, cum uicto leges imponerentur, maxime angebat, quod, qui Macedonum ab ſe defecerant in bello, in eos ius ſaeuiendi ademptum ei ab ſenatu erat: quo, quia rem integram Quinctius in cōdicionibus pacis diſtulerat, non deſperaſſet impetrari poſſe. Antiocho rege deinde bello ſuperato, ad Thermopylas, diuiſis partibus, cum per eoſdem dies conſul Acilius Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaſſet: capta Heraclea, quia iuſſus abſcedere a moenibus Lamiae erat, Romaniſq. opidum deditum eſt, aegre eam rem tulerat. permulſit iram eius conſul, quod ad Naupactum ipſe feſtinans, quo ſe ex fuga Aetoli contulerant, Philippo permiſit, ut Athamaniae & Aminandro bellū inferret, & urbes, quas Theſſalis Aetoli ademerant, regno adijceret. Haud magno certamine & Aminandrum Athamania expulerat, & urbes ali-

A quot ceperat. Demetriadem quoque urbem ualidam, & ad omnia importunam, & Magnetum gētem ſuae ditionis fecit. inde & in Thracia quaſdam urbes nouae atque inſuetae libertatis uitio, ſeditionibus principum turbatas, partibus quae domeſtico certamine uincerētur, adiungendo ſe, cepit. His ſedata in praeſentia regis ira in Romanos eſt: numquam tamen remiſit animum a colligendis in pace uiribus, quibus, quandocumque data fortuna eſſet, ad bellum uteretur. Vectigalia regni non fructibus tantum agrorum, portorijsq. maritimis auxit, ſed metalla etiam & uetera intermiſſa recoluit, & noua multis locis inſtituit. ut uero antiquam multitudinem hominum, quae belli cladibus amiſſa erat, reſtitueret: nō ſobolem tantum ſtirpis parabat, cogendis omnibus procreare atque educare liberos, ſed Thracum etiam magnam multitudinem in Macedoniam tranſduxerat: quietusq. aliquandiu a bellis, omni cura in augendas regni opes intētus fuerat. Rediere deinde cauſſae, quae B de integro iram mouerent in Romanos. Theſſalorum & Perraeborum querellae de urbibus ſuis ab eo poſſeſsis, & legatorum Eumenis regis de Thracijs opidis per uim occupatis, tranſductaq. in Macedoniā multitudine, ita auditae erant, ut eas non negligi ſatis appareret. Maxime mouerat ſenatum, quod iam Aeni & Maroneae affectari poſſeſsionē audierant: minus Theſſalos curabant. Athamanes quoque legati uenerunt, non partis amiſſae, non finium iacturam querentes, ſed totam Athamaniam ſub ius iudiciumq. regis ueniſſe. Et Maronitarū exſules erāt pulſi, quia libertatis cauſſam defendiſſent, ab regio praeſidio. ij non Maroneam modo, ſed etiam Aenum in poteſtate nunciabant Philippi eſſe. Venerant & a Philippo legati ad purganda ea, qui nihil niſi permiſſu Romanorum imperatorum factum affirmabant: ciuitates Theſſalorum & Perraeborum & Magnetum, & cum Aminādro Athamanum gentem, in eadem cauſſa, qua Aetolos, fuiſſe. Antiocho rege pulſo, occu- C patum oppugnandis Aetolicis urbibus conſulem ad recipiendas eas ciuitates Philippum miſiſſe: armis ſubactos parere. Senatus ne quid abſente rege ſtatueret, legatos ad eas controuerſias diſceptandas miſit, Q. Caecilium Metellum, M. Baebium Tamphilum, Ti. Sempronium. Quorum ſub aduentum, ad Theſſalica Tempe omnibus ijs ciuitatibus, quibus cum rege diſceptatio erat, concilium indictum eſt. Ibi cum Romani legati diſceptatorum loco, Theſſali Perraebique & ad Athamanes haud dubij accuſatores, Philippus ad audienda crimina tamquam reus, conſediſſent: pro ingenio quiſque eorum qui principes legationum erant, & gratia cum Philippo aut odio, acerbius leniusue egerunt. In controuerſiam autem ueniebant, Philippopolis, Tricca, Phaloria, & Eurymenae, & cetera circa eas opida: utrum Theſſalorum iuris, cum ui ademptae poſſeſſaeque ab Aetolis forēt, (nam Philippū Aetolis ademiſſe eas conſtabat) an Aetolica antiquitus ea opida fuiſſent. ita enim Aci- D lium regi conceſsiſſe, ſi Aetolorum fuiſſent; & ſi uoluntate, non ui atque armis coacti, cum Aetolis eſſent. Eiuſdem formulae diſceptatio de Perraeborum Magnetumq. opidis fuit. omnium enim iura poſsidendo per occaſiones Aetoli miſcuerant. Ad haec quae diſceptationis erāt, querellae Theſſalorum adiectae, quod ea opida, ſi iam redderentur ſibi, ſpoliata ac deſerta redditurus eſſet. nam praeter belli caſibus amiſſos, quingentos principes iuuentutis in Macedoniam abduxiſſe, & opera eorum in ſeruilibus abuti miniſterijs: & quae reddiderit coactus Theſſalis, inutilia ut redderet, curaſſe. Thebas Phthias unum maritimum emporium fuiſſe quondam Theſſalis quaeſtuoſum & frugiferum. ibi nauibus onerarijs comparatis, regem, quae praeter Thebas Demetriadē curſum dirigerent, negotiationē maritimam omnem eo auertiſſe. Iam ne a legatis quidem, qui iure gentium ſancti ſint, uiolandis abſtinere. inſidias poſitas euntibus ad T. Quinctium. itaque ergo in tantum metum E omnes Theſſalos coniectos, ut non in ciuitatibus ſuis, non in communibus gentis concilijs quiſquam hiſcere audeat. procul enim abeſſe libertatis auctores Romanos: lateri adhaerere grauem dominum, prohibentem uti beneficijs populi Romani. quid autem, ſi uox libera non ſit, liberum eſſe? nūc ſe fiducia & praeſidio legatorū ingemiſcere magis, quam loqui, niſi prouideant aliquid Romani, quo & Graecis Macedoniam accolētibus metus & audacia Philippi minuatur, nequidquam & illum uictum, & ſe liberatos eſſe. ut equum tenacem non parentem, frenis aſperioribus caſtigandū eſſe. Haec acerbe poſtremi, cum priores leniter permulſiſſent iram eius, petentes ut ignoſceret pro libertate loquentibus: & ut depoſita domini acerbitate, aſſueſceret ſocium atque amicum ſeſe praeſtare, & imitaretur populum Romanum, qui caritate, quam metu, adiungere ſibi ſocios mallet. Theſſalis audi-

tis

tis Honnocondylum,quod Philippus Olympiadem appellauerat, Perraebiae fuiſſe, & ut F
ſibi reſtitueretur, agebant. & de Malloea & Ericinio eadem poſtulatio erat. Athamanes
libertatem repetebant, & caſtella Athenaeum & Poetneum. Philippus,ut accuſatoris po-
tius quam rei,ſpeciem haberet,& ipſe a querellis orſus,Menelaidē in Dolopia,quae regni
ſui fuiſſet,Theſſalos ui atque armis expugnauiſſe queſtus eſt.item Petram in Pieria ab iiſ-
dem Theſſalis Perraebisq. captam. Xynias quidem haud dubie Aetolicum opidum ſibi
eos contribuiſſe:& Parachaeloida,quae ſub Athamania eſſet,nullo iure Theſſalorum for-
mulae factam.Nam quae ſibi crimina obijciantur de inſidijs legatorum, & maritimis por-
tubus frequentatis aut deſertis:alterum riduculum eſſe,ſe reddere rationem,quos portus
mercatores aut nautici petant:alterum mores ſuos reſpuere.tot annos eſſe,per quos num-
quam ceſſauerint legati nunc ad imperatores Romanos,nunc Romam ad ſenatum crimina
de ſe deferre.quem umquam uerbo uiolatum eſſe? ſemel ad Quinctium euntibus inſidias G
dici factas.ſed quid ijs acciderit,non adijci.quaerentium quid falſo obiiciant: cum ueri ni
hil habeant,ea crimina eſſe. inſolenter & immodice abuti Theſſalos indulgentia populi
Romani,uelut ex diutina ſiti nimis auide meram haurientes libertatem.ita,ſeruorum mo-
do praeter ſpem repente manumiſſorum,licentiam uocis & linguae experiri,& iactare ſeſe
inſectatione & conuiciis dominorum.Elatus deinde ira adiecit,nondum omnium dierum
ſolem occidiſſe.Id minaciter dictum non Theſſali modo in ſeſe, ſed etiam Romani acce-
perunt.& cum fremitus poſt eam uocem ortus, & tandem ſedatus eſſet: Perraeborum in-
de Athamanumque legatis reſpōdit,eandem,de quibus illi agant, ciuitatum cauſſam eſſe.
conſulem Acilium & Romanos ſibi dediſſe eas,cum hoſtium eſſent.ſi ſuum munus qui de
diſſent, adimere uelint, ſcire ſe cedendum eſſe: ſed meliori ac fideliori amico in gratiam
leuium & inutilium ſociorum iniuriam eos eſſe facturos.nec enim ullius rei minus diutur H
nam eſſe gratiam,quam libertatis:praeſertim apud eos qui male utendo eā corrupturi ſint.
Cauſſa cognita pronunciauerūt legati,placere deduci praeſidia Macedonū ex ijs urbibus
& antiquis Macedoniae terminis regnum finiri.de iniuriis quas ultro citroque illatas que
rantur, quomodo inter eas gentes & Macedonas diſceptetur,formulam iuris exſequendi
conſtituendam eſſe.Inde grauiter offenſo rege,Theſſalonicem ad cognoſcendum de Thra
ciae urbibus proficiſcuntur. Ibi legati Eumenis. Si liberas eſſe Aenum & Maroneam ue-
lint Romani,nihil ſui pudoris eſſe ultra dicere,quam ut admoneantur, non uerbo eos li-
beros relinquant, nec ſuum munus intercipi ab alio patiantur. ſin autem minor cura ſit ci-
uitatum in Thracia poſitarum,multo uerius eſſe,quae ſub Antiocho fuerint,praemia belli
Eumenem, quam Philippum, habere: uel pro patris Attali meritis, bello quod aduerſus
Philippum ipſum geſſerit populus Romanus:uel ſuis, quod Antiochi bello terra marique I
laboribus periculisq. omnibus interfuerit.Habere eum praeterea decem legatorum in eā
rem praeiudicium.qui cum Cherſoneſum Lyſimachiamq. dederint, Maroneam quoque
atque Aenum profecto dediſſe,quae ipſa propinquitate regioni uelut appēdices maioris
muneris eſſent. Nam Philippum quidem quo aut merito in populum Romanum, aut iure
imperii,cum tam procul a finibus Macedoniae abſint,ciuitatibus his praeſidia impoſuiſſe?
uocari Maronitas iuberent.ab iis certiora omnia de ſtatu ciuitatum earum ſcituros. Lega-
ti Maronitarum uocati,non uno loco tantum urbis praeſidium regium eſſe,ſicut in aliis ci
uitatibus,dixerunt:ſed pluribus ſimul,& plenam Macedonum Maroneam eſſe. itaque do-
minari aſſentatores regios:his ſolis loqui & in ſenatu & in concionibus licere: eos omnes
honores & capere ipſos,& dare aliis.optimum quemque,quibus libertatis, quibus legum
cura ſit: aut exſulare pulſos patria, aut inhonoratos & deterioribus obnoxios ſilere. De K
iure etiam finium pauca adiecerunt.Q. Fabium Labeonem,cum in regione ea fuiſſet, di-
rexiſſe finem Philippo ueterem uiam regiam,quae ad Thraciae Paroreiam ſubeat, nuſquā
ad mare declinantem: Philippum nouam poſtea deflexiſſe uiam,qua Maronitarum urbes
agrosq. amplectatur. Ad ea Philippus longe aliam, quam aduerſus Theſſalos Perraeboſ-
que nuper,ingreſſus diſſerendi uiam, Non cum Maronitis, inquit, mihi aut cum Eumene
diſceptatio eſt,ſed iam uobiſcū Romani,a quibus nihil aequi me impetrare iamdiu anim-
aduerto.Ciuitates Macedonum,quae a me inter indutias defecerant,reddi mihi aequum
cenſebam:non quia magna acceſſio ea regni futura eſſet:(ſunt enim & parua opida, & in
finibus extremis poſita) ſed quia multum ad reliquos Macedonas continendos exemplū
pertinebat

A pertinebat.negatum eſt mihi. Bello Aetolico Lamiam oppugnare iuſſus a conſule M.A-
cilio,cum diu fatigatus in proelijs operibusq.eſſem: tranſcendentem me iam muros, a ca
pta prope urbe reuocauit conſul,& abducere copias inde coegit.ad huius ſolatiũ iniuriae
permiſſum eſt,ut Theſſaliae Perraebiaeq.& Athamanum reciperem quaedam caſtella ma
gis quã urbes.ea quoque ipſa uos mihi Q.Caecili paucos ante dies ademiſtis. Pro non du-
bio paullo ante,ſi dijs placet,legati Eumenis ſumebant:quae Antiochi fuerunt,Eumenem
aequius eſſe,quam me habere.Id ego aliter longe iudico eſſe.Eumenes enim, non niſi ui-
ciſsent Romani,ſed niſi bellum geſsiſsent,manere in regno ſuo non potuit.itaque ille ue-
ſtrum meritum habet,non uos illius.mei autem regni,tantum aberat, ut ulla pars in diſcri
mine fuerit,ut tria millia talentum,& quinquaginta tectas naues,& omnes Graeciae ciui-
tates,quas antea tenuiſsem,pollicenté ultro Antiochum in mercedem ſocietatis ſim aſper
B natus.hoſtemq.ei me eſſe prius etiam,quam M.Acilius exercitum in Graeciam trãijceret,
prae me tuli: & cum eo cõſule belli partem quamcumque mihi delegauit,geſsi. & inſequẽ
ti conſuli L.Scipioni,cum terra ſtatuiſſet ducere exercitum ad Helleſpontum, non iter tan
tum per regnum noſtrum dedi,ſed uias etiam muniui,põtes feci,commeatus praebui: nec
per Macedoniam tantum,ſed per Thraciam,ubi etiam inter cetera pax quoque praeſtãda
a barbaris erat.Pro hoc ſtudio meo erga uos,ne dicam merito,utrum adijcere uos Roma-
ni aliquid,& amplificare,& augere regnum meum munificentia ueſtra oportebat; an quae
haberem aut meo iure,aut beneficio ueſtro, eripere? id quod nunc facitis. Macedonum
ciuitates,quas regni mei fuiſſe fatemini,non reſtituuntur. Eumenes tamquam ad Antio
chum ſpoliandum me uenit: & ſi dijs placet,decem legatorum decretum calumniae impu
dentiſsimae praetendit,quo maxime & refelli & coargui poteſt.diſertiſſime enim planiſſi
C meq. in eo ſcriptum eſt: Cherſoneſum & Lyſimachiam Eumeni dari. ubi tandem Aenus
& Maronea & Thraciae ciuitates adſcriptae ſunt?Quod ab illis ne poſtulare quidem eſt au
ſus,id apud uos,tamquã ab illis impetrauerit,obtinebit? Quo in numero me apud uos eſ-
ſe uelitis,referte.ſi tamquam inimicum & hoſtẽ inſectari propoſitum eſt, pergite ut coepi-
ſtis facere.ſin aliquis reſpectus eſt mei, ut ſocij atque amici regis: deprecor, ne me tanta
iniuria dignum iudicetis.Mouit aliquantum oratio regis legatos. itaque medio reſponſo
rem ſuſpenderũt.ſi decẽ legatorũ decreto Eumeni datae ciuitates eae eſſent, nihil ſe muta
re.ſi Philippus bello cepiſſet eas,praemium uictoriae iure belli habiturum.ſi neutrũ eorũ
foret,placere,cognitionẽ ſenatui reſeruari:& ut omnia in integro manerẽt,praeſidia quae
in ijs urbibus ſint,deduci.Hae cauſſae maximae animum Philippi alienauerunt ab Roma-
nis,ut non a Perſeo filio eius nouis cauſſis motum,ſed ob has a patre bellum relictum filio
D uideri poſſit. Romae nulla belli Macedonici ſuſpicio erat. L.Manlius proconſul ex Hi-
ſpania redierat.cum poſtulanti ab ſenatu in aede Bellonae triumphũ, rerum geſtarum ma-
gnitudo impetrabilem faciebat,exemplum obſtabat,quod ita comparatum more maiorũ
erat,ne quis,qui exercitum non deportaſſet,triumpharet, niſi perdomitam pacatamq.pro
uinciam tradidiſſet ſucceſſori.medius tamen honor Manlio habitus, ut ouans urbem ini-
ret. Tulit coronas aureas quinquaginta duas:auri praeterea pondo CXXXII,argenti XVI
millia,CCC.& pronunciauit in ſenatu,decem millia pondo argenti, & LXXX auri Q. Fa-
bium quaeſtorem aduehere.id quoque ſe in aerarium illaturũ. Magnus motus ſeruilis eo
anno in Apulia fuit. Tarentum prouinciam L.Poſtumius praetor habebat.is de paſtorum
coniuratione,qui uias latrocinijs paſcuaq.publica infeſta habuerant, quaeſtionem ſeuere
exercuit. ad ſeptem millia hominum condemnauit: multi inde fugerunt, de multis ſu-
E mptum eſt ſupplicium.conſules diu retenti ad urbẽ delectibus,tandem in prouincias pro-
fecti ſunt.Eodem anno in Hiſpania praetores C. Calpurnius & L. Quinctius, cum primo
uere ex hibernis copias eductas in Beturia iunxiſſent:in Carpetaniam, ubi hoſtium caſtra
erant,progreſſi ſunt, communi animo conſilioque parati rem gerere. Haud procul Hip-
pone & Toleto urbibus inter pabulatores pugna orta eſt:quibus dum utrimque ſubueni-
tur a caſtris,paullatim omnes copiae in aciẽ eductae ſunt.in eo tumultuario certamine &
loca ſua,& genus pugnae pro hoſte fuere.duo exercitus Romani fuſi,atque in caſtra com-
pulſi ſunt:non inſtitere perculſis hoſtes.Praetores Romani,ne poſtero die caſtra oppugna
rentur,ſilentio proximae noctis tacito ſigno exercitum abduxerunt. Luce prima Hiſpani
acie inſtructa ad uallum acceſſerunt;uacuaque praeter ſpem caſtra ingreſsi,quae derelictã

inter nocturnam trepidationem erant, diripuerunt: regreſſique in ſua caſtra, paucos dies F
quietis ſtatiuis manſerunt. Romanorum ſociorumq. in proelio fugaq. ad quinque millia
occiſa: quorum ſe ſpolijs hoſtes armarunt: inde ad Tagum flumen profecti ſunt. Praeto-
res interim Romani omne id tempus contrahendis ex ciuitatibus ſocijs Hiſpanorum auxi
lijs reficiendisq. ab terrore aduerſae pugnae militum animis conſumpſerunt. ubi ſatis pla-
cuere uires, & iam miles quoque ad delendam priorem ignominiam hoſtem poſcebat:
XII millia paſſuum ab Tago flumine poſuerunt caſtra. inde tertia uigilia ſublatis ſignis, qua
drato agmine principio lucis ad Tagi ripam peruenerunt. Trans fluuium in colle hoſtium
caſtra erant: extemplo qua duobus locis uada nudabat amnis, dextera parte Calpurnius,
laeua Quinctius exercitum trāſduxerūt, quieto hoſte, dum miratur ſubitum aduentum, cō
ſultatq. qui tumultum inijcere trepidantibus in ipſo tranſitu amnis potuiſſet. interim Ro-
mani, impedimentis quoque omnibus tranſductis, contractisq. in unū locum, quia iam mo G
ueri uidebant hoſtem, nec ſpatium erat caſtra communiendi, aciem inſtruxerunt. in me-
dio locatae, quincta Calpurnij legio, & octaua Quinctij: id robur totius exercitus erat. cam
pum apertum uſque ad hoſtium caſtra habebant, liberum a metu inſidiarum. Hiſpani po-
ſteaquam in citeriore ripa duo Romanorum agmina conſpexerunt, ut priuſquam ſe iunge
re, atque inſtruere poſſent, occuparent eos, caſtris repente effuſi curſu ad pugnam tendūt.
Atrox in principio proelium fuit, & Hiſpanis recenti uictoria inflatis, & inſueta ignominia
milite Romano accenſo. acerrime media acies, duae fortiſsimae legiones dimicabāt. quas
cum aliter moueri loco non poſſe hoſtis cerneret, cuneo inſtitit pugnare: & uſque plures
confertioresq. medios urgebant. Ibi poſteaquam laborare aciem Calpurnius praetor ui-
dit, T. Quinctilium Varum & L. Iuuentium Thalnam legatos ad ſingulas legiones adhor-
tandas propere mittit. docere & monere iubet, in illis ſpem omnem uincendi & retinēdae H
Hiſpaniae eſſe. ſi illi loco cedant, neminem eius exercitus non modo Italiam, ſed ne Tagi
quidem ulteriorem ripā umquā uiſurū. ipſe cum equitibus duarū legionū paullulū circūue
ctus, in cuneū hoſtium, qui mediā urgebat aciē, ab latere incurrit. Quinctius cū ſuis equiti-
bus alterū hoſtiū latus inuadit, ſed lōge acrius Calpurniani equites pugnabāt, & praetor
ipſe ante alios. nā & primus hoſtē percuſſit, & ita ſe immiſcuit mediis, ut uix, utrius partis
eſſet, noſci poſſet. & equites praetoris eximia uirtute, & equitū pedites accēſi ſunt. pudor
mouit primos cēturiones, qui inter tela hoſtium praetorē conſpexerunt. itaque urgere ſi-
gniferos pro ſe quiſque, iubere inferre ſigna, & confeſtim militem ſequi. renouatur ab o-
mnibus clamor. impetus fit uelut ex ſuperiore loco. haud ſecus ergo quā torrentis modo
fundunt ſternuntq. perculſos: nec ſuſtinere alij ſuper alios inferentes ſeſe poſſunt. fugien-
tes in caſtra equites perſecuti ſunt, & permiſti turbae hoſtium, intra uallū penetrauerunt. I
ubi ab relictis in praeſidio caſtrorum proelium inſtauratum: coactiq. ſunt Romani equites
deſcendere ex equis. dimicantibus ijs legio quincta ſuperuenit: deinde, ut quaeque potue
rant, copiae affluebant. Caeduntur paſſim Hiſpani per tota caſtra. nec plus quam quattuor
millia hominum effugerunt. inde tria millia fere, qui arma retinuerant, montem propin-
quum ceperunt. mille ſemiermes maxime per agros palati ſunt. ſupra XXXV millia hoſtiū
fuerant, ex quibus tam exigua pars pugnae ſuperfuit. ſigna capta CXXXIII, Romani ſo-
cijq. paullo plus ſexcenti, & prouincialiū auxiliorum CL ferme ceciderunt. tribuni militū
quinque amiſſi, & pauci equites Romani cruentae maxime uictoriae ſpeciem fecerunt. In
caſtris hoſtium, quia ipſis ſpatium ſua communiendi non fuerat, manſerunt. Pro concio-
ne poſtero die laudati, donatiq. a C. Calpurnio equites phaleris. pronunciauitque, eorum
maxime opera hoſtes fuſos, caſtra capta & expugnata eſſe. Quinctius alter praetor ſuos e- K
quites catellis ac fibulis donauit. donati & cēturiones ex utriuſque exercitu permulti, ma-
xime qui mediam aciem tenuerunt. Conſules, delectibus, alijsq. quae Romae agēdae erāt,
peractis rebus, in Ligures prouinciam exercitum duxerunt. Sempronius a Piſis profectus
in Apuanos Ligures, uaſtando agros, urendoq. uicos & caſtella eorum, aperuit ſaltum uſ-
que ad fluuium Macram, & Lunae portum. Hoſtes montem antiquam ſedē maiorum ſuo
rum ceperunt. & inde ſuperata locorum iniquitate, proelio deiecti ſunt. Et Ap. Claudius
felicitatē uirtutemque collegae in Liguribus Ingaunis aequauit ſecūdis aliquot proelijs:
ſex praeterea opida eorum expugnauit. multa millia hominum in ijs cepit. belli auctores
III & XL ſecuri percuſſit. Iam comitiorum appetebat tempus. prior tamen Claudius quam

i. paruis catenis au-
reis

A Sempronius, cui ſors comitia habendi obtigerat, Romam uenit. quia P. Claudius frater
eius conſulatum petebat. Competitores habebat patricios, L. Aemilium, Q. Fabium La-
beonem, Ser. Sulpicium Galbam, ueteres candidatos, & ab repulſis eo magis debitum,
quia primo negatus erat, honorem repetentes. etiam quia plus quam unum ex patricijs
creari non licebat, artior petitio quattuor petentibus erat. Plebeij quoque gratioſi ho-
mines petebant, L. Porcius, Q. Terentius Culleo, Cn. Baebius Tamphilus. & ij repulſi,
in ſpem impetrandi tandem aliquando honoris dilati. Claudius unus ex omnibus nouus
candidatus erat. Opinione hominum haud dubie deſtinabantur Q. Fabius Labeo, & L.
Porcius Licinus. ſed Claudius conſul ſine lictoribus cum fratre toto foro uolitando, cla-
mitantibus aduerſarijs, & maiore parte ſenatus meminiſſe eum debere prius ſe conſulem
populi Romani, quam fratrem P. Claudii eſſe: quin ille ſedens pro tribunali aut arbitrum,
B aut comitiorum tacitum ſpectatoré ſe praeberet? coerceri tamē ab effuſo ſtudio nequijt.
Magnis contentionibus tribunorum quoque plebis, qui aut contra conſulem, aut pro ſtu-
dio eius pugnabant, comitia aliquoties turbata: donec peruicit Appius, ut, deiecto Fabio,
fratrem traheret. Creatus P. Claudius Pulcher praeter ſpem ſuam & ceterorum: locum
ſuum tenuit L. Porcius Licinus, quia moderatis ſtudijs, non ui Claudiana, inter plebeios
certatum eſt. Praetorum inde comitia ſunt habita. C. Decimius Flauus, P. Sempronius
Longus, P. Cornelius Cethegus, Q. Naeuius Matho, C. Sempronius Blaeſus, A. Teren-
tius Varro, praetores facti. Haec eo anno, quo Ap. Claudius, M. Sempronius conſules
fuerunt, domi militiaeque geſta. Principio inſequentis anni, quo P. Claudius, L. Porcius
conſules erant: cum Q. Caecilius, M. Baebius & Ti. Sempronius, qui ad diſceptandum in-
ter Philippum & Eumenem reges, Theſſalorumque ciuitates miſſi erant, legationem re-
C nunciaſſent: regum quoque eorum ciuitatumq. legatos in ſenatum introduxerūt. Eadem
utrimque iterata, quae dicta apud legatos in Graecia erant. Aliam deinde legationem no-
uam patres, cuius princeps Ap. Claudius fuit, in Macedoniam & in Graeciam decreuerūt,
ad uiſendum, redditae ne ciuitates Rhodijs & Theſſalis & Perraebis eſſent. Ijſdem manda-
tum, ut ab Aeno & Maronea praeſidia deducerētur, maritimaq. omnis Thraciae ora a Phi-
lippo & Macedonibus liberaretur. Peloponneſum quoque adire iuſsi, unde prior legatio
diſceſſerat incertiore ſtatu rerum, quam ſi non ueniſſent. nam ſuper cetera etiam ſine re-
ſponſo dimiſſi, nec datum petentibus erat Achaeorum concilium. de qua re querente grá
uiter Q. Caecilio, ſimul Lacedaemonijs deplorantibus moenia diruta, abductam plebem
in Achaiam & uenumdatam, ademptas, quibus ad eam diem ciuitas ſtetiſſet, Lycurgi le-
ges: Achaei maxime concilij negati crimen excuſabant, recitando legem, quae, niſi belli
D pacis ue cauſſa, & cum legati ab ſenatu cū litteris, aut ſcriptis mandatis uenirent, uetaret
indici concilium. Ea ne poſtea excuſatio eſſet, oſtendit ſenatus, curae ijs eſſe debere, ut Ro
manis legatis ſemper adeundi concilium gentis poteſtas fieret: quemadmodū & illis, quo
ties uellent, ſenatus daretur. Dimiſsis ijs legationibus, Philippus a ſuis certior factus, ce-
dendum ciuitatibus, deducendaq. praeſidia eſſe, infenſ[illegible] omnibus, in Maronitas iram ef-
fundit. Onomaſto, qui praeerat maritimae orae, mandat, ut partis aduerſae principes inter
ficeret. Ille per Caſandrum quendam unum ex regijs iamdiu habitantem Maroneae, no-
cte Thracibus intromiſsis, uelut in bello capta urbe, caedem fecit. Id apud Romanos lega
tos querentes tam crudeliter aduerſus innoxios Maronitas, tam ſuperbe aduerſus popu-
lū Romanum factum, ut, quibus libertatē reſtituendā ſenatus cenſuiſſet, ii pro hoſtibus tru
cidarentur: abnuebat quidquam eorum ad ſe, aut quemquam ſuorum pertinere. ſeditione
inter ipſos dimicatum, cum alii ad ſe, alii ad Eumenem ciuitatem traherent. id facile ſcitu-
E ros eſſe, ſi percunctarentur ipſos Maronitas: haud dubius, perculſis omnibus terrore tam re
centis caedis, neminem hiſcere aduerſus ſe auſurum. Negare Appius, rem euidentem pro
dubia quaerendam: ſi ab ſe culpam remouere uellet, Onomaſtum & Caſandrum, per quos
acta res diceretur, mitteret Romam, ut eos ſenatus percunctari poſſet. Primo adeo pertur-
bauit ea uox regem, ut non color, non uultus ei conſtaret. deinde collecto tandem animo,
Caſandrum qui Maroneae fuiſſet, ſi utique uellent, ſe miſſurum dixit: ad Onomaſtum qui-
dem quid eam rem pertinere? qui non modo Maroneae, ſed in regione quidem propin-
qua fuiſſet. Et parcebat magis Onomaſto, honoratiori amico, & eundem indicē haud paul
lo plus timebat: quia & ipſe ſermonem cum eo contulerat, & multorum talium miniſtrum

& conſcium habebat. Caſander quoque, miſsis qui per Epirum ad mare proſequerentur F
eum, ne qua indicium emanaret, ueneno creditur ſublatus. Et legati a Philippi colloquio
ita digreſsi ſunt, ut praeſeferrent nihil eorum ſibi placere: & Philippus minime quin rebel
landum eſſet dubius. quia tamen immaturae ad id uires erant: ad moram interponendam,
Demetrium minorem filium mittere Romam ſimul ad purganda crimina, ſimul ad depre-
candam iram ſenatus ſtatuit: ſatis credens ipſum etiam iuuenem, quod Romae obſes ſpeci
men regiae indolis dediſſet, aliquid momenti facturum. Interim per ſpeciem auxilij By-
zantijs ferendi, re ipſa ad terrorem regulis Thracum inijciendum profectus, perculſis ijs
uno proelio, & Amadoco duce capto, in Macedoniam redijt: miſsis ad accolas Iſtri flumi
nis barbaros, ut in Italiam irrumperent, ſollicitandos. Et in Peloponneſo aduentus Roma-
norum legatorum, qui ex Macedonia in Achaiam ire iuſsi erant, exſpectabatur. aduerſus
quos ut praeparata conſilia haberent, Lycortas praetor concilium indixit. Ibi de Lacedae- G
monijs actum ex hoſtibus eos accuſatores factos. & periculum eſſe, ne uicti magis timen-
di forent, quam bellantes fuiſſent. quippe in bello ſociis Romanis Achaeos uſos: nunc eoſ
dem Romanos aequiores Lacedaemoniis, quam Achaeis eſſe: ubi Areus etiam & Alcibia
des, ambo exſules ſuo beneficio reſtituti, legationem Romam aduerſus gentem Achaeorũ
ita de ipſis meritam ſuſcepiſſent: adeoq. infeſta oratione uſi eſſent, ut patria pulſi, non reſti
tuti in eam uiderentur. Clamor undique ortus, referret nominatim de ijs. & cum omnia
ira, non conſilio, gererentur, capitis damnati ſunt. Paucos poſt dies Romani legati uene
runt. his Clitore in Arcadia datum eſt concilium. Priuſquam agerent quidquam, terror
Achaeis iniectus erat, & cogitatio, quam nõ ex aequo diſceptatio futura eſſet: quod Areũ
& Alcibiadem, capitis ab ſe in concilio proximo damnatos, cum legatis uidebant: nec hi-
ſcere quiſquam audebat. Appius ea quae apud ſenatum queſti erant Lacedaemonij, diſpli H
cere ſenatui oſtendit: caedem primum ad conflictum factam eorum, qui a Philopoemene
ad cauſſam dicẽdam euocati ueniſſent: deinde, cum in homines ita ſaeuitum eſſet, ne in ul-
la parte credulitas eorũ ceſſaret: muros dirutos urbis nobiliſsimae eſſe, leges uetuſtiſsimas
abrogatas, inclytamque per gentes Lycurgi diſciplinam ſublatam. Haec cum Appius di-
xiſſet, Lycortas, & quia praetor, & quia Philopoemenis auctoris omnium quae Lacedae-
mone acta fuerant, factionis erat, ita reſpõdit. Difficilior nobis Ap. Claudi apud uos oratio
eſt, quam Romae nuper apud ſenatum fuit. tunc enim Lacedaemoniis accuſantibus reſpõ
dendum erat: nunc a uobis ipſis accuſati ſumus, apud quos cauſſa dicenda eſt. quam iniqui
tatem condicionis ſubimus illa ſpe, iudicis animo te auditurum eſſe, poſita contentione
qua paullo ante egiſti. Ego certe, cum ea quae & hic antea apud Q. Caecilium, & poſtea
Romae queſti ſunt Lacedaemonij, a te paullo ante relata ſint; non tibi, ſed illis me apud te
reſpondere credam. Caedem obijcitis eorũ qui a Philopoemene praetore euocati ad cauſ I
ſam dicendam, interfecti ſunt. hoc ego crimen non modo non a uobis Romani, ſed ne a-
pud uos quidem nobis obijciendum fuiſſe arbitror. quid ita? quia in ueſtro foedere erat,
ut maritimis urbibus abſtinerent Lacedaemonij. Quo tempore armis captis urbes, a qui-
bus abſtinere iuſſi erant, nocturno impetu occupauerunt; ſi T. Quinctius, ſi exercitus Ro-
manus, ſicut antea in Peloponneſo fuiſſet, eo nimirum capti & oppreſsi cõfugiſſent. cum
uos procul eſſetis, quo alio, niſi ad nos ſocios ueſtros, quos antea Gytheo opem ferentes,
quos Lacedaemonem uobiſcum ſimili de cauſſa oppugnantes uiderant, confugerent? Pro
uobis igitur iuſtũ piumq. bellũ ſuſcepimus. quod cum alij laudent, reprehendere ne Lace-
daemonij quidem poſsint, & dij quoque ipſi cõprobauerint, qui nobis uictoriã dederunt:
quonam modo ea, quae belli iure acta ſunt, in diſceptationem ueniunt? quorũ tamẽ maxi-
ma pars nihil pertinet ad nos. noſtrũ eſt, quod euocauimus eos ad cauſſam dicẽdã, qui ad K
arma multitudinẽ exciuerant, qui expugnauerant maritima opida, qui diripuerant, qui cae
dẽ principum fecerant. quod uero illi uenientes in caſtra interfecti ſunt: ueſtrũ eſt Areu &
Alcibiade, qui nunc nos, ſi dijs placet, accuſatis; non noſtrum. Exſules Lacedaemoniorum,
quo in numero ij quoque duo fuerunt, & tunc nobiſcum erant: quod domicilio ſibi delege
rant maritima opida: ſe petitos credentes, in eos, quorum opera patria extorres, ne in tu
to quidem exſilio poſſe conſeneſcere ſe indignabantur, impetum fecerunt. Lacedaemonij
igitur Lacedaemonios, non Achaei interfecerunt. nec, iure an iniuria caeſi ſint, argumẽtari
refert. At enim illa certe ueſtra ſunt Achaei, quod leges diſciplinamque uetuſtiſſimam Ly

A curgi ſuſtuliſtis, quod muros diruiſtis. quae utraque ab iiſdem obijci qui poſſunt? cum muri Lacedaemonijs non ab Lycurgo, ſed paucos ante annos ad diſſoluendam Lycurgi diſciplinam exſtructi ſint? tyranni enim nuper eos arcem & munimentum ſibi, non ciuitati parauerunt. & ſi exſiſtat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum, & nunc ſe patriam & Spartam antiquam agnoſcere dicat. Non Philopoemena exſpectare, nec Achaeos, ſed uos ipſi Lacedaemonij ueſtris manibus amoliri & diruere omnia tyrannidis ueſtigia debuiſtis. ueſtrae enim illae deformes ueluti cicatrices ſeruitutis erant. & cũ ſine muris per octingentos prope annos liberi, aliquando etiam principes Graeciae fuiſſetis: muris uelut compedibus circumdatis uincti per centum annos ſeruiſtis. Quod ad leges ademptas attinet, ego antiquas Lacedaemonijs leges tyrannos ademiſſe arbitror: nos non ſuas ademiſſe, quas non habebant, ſed noſtras leges dediſſe: nec male conſuluiſſe ci-
B uitati, cum concilij noſtri eam fecerimus, & nobis miſcuerimus: ut corpus unum & concilium totius Peloponneſi eſſet. tunc opinor, ſi alijs ipſi legibus uiueremus, alias iſtis iniunxiſſemus, queri ſe iniquo iure eſſe, & indignari poſſent. Scio ego Ap. Claudi hanc orationem, qua ſum adhuc uſus, neque ſociorum apud ſocios, neque liberae gentis eſſe: ſed ſeruorum uerius diſceptantium apud dominos. nam ſi non uana illa uox praeconis fuit, qua liberos eſſe omnium primos Achaeos iuſsiſtis: ſi foedus ratum eſt: ſi ſocietas & amicitia ex aequo obſeruatur: cur ego, quid Capua capta feceritis Romani, non quaero, uos rationem repoſcitis, quid Achaei Lacedaemonijs bello uictis fecerimus? Interfecti aliqui ſunt; finge, a nobis. quid? uos ſenatores Campanos ſecuri non percuſsiſtis? muros diruimus. uos non muros tantum, ſed urbem & agros ademiſtis. Specie, inquis, aequum eſt foedus apud Achaeos, re, precaria libertas: apud Romanos etiam imperium eſt.
C Sentio Appi: &, ſi non oportet, non indignor. ſed oro uos: quantumlibet interſit inter Romanos & Achaeos, modo ne in aequo hoſtes ueſtri noſtrique apud uos ſint, ac nos ſocij immo ne meliore iure ſint. nam ut in aequo eſſent, nos fecimus, cum leges ijs noſtras dedimus: cum, ut Achaei concilij eſſent, effecimus. Parum eſt uictis, quod uictoribus ſatis eſt: plus poſtulant hoſtes, quam ſocij habent. quae iureiurando, quae monumentis litterarum in lapide inſculptis in aeternam memoriam ſancta atque ſacrata ſunt, ea cum periurio noſtro tollere parant. Veremur quidem uos Romani: &, ſi ita uultis, etiam timemus: ſed plus & ueremur & timemus deos immortales. Cum aſſenſu maxime partis eſt auditus: & locutum omnes pro maieſtate magiſtratus cenſebant: ut facile appareret, molliter agendo dignitatem ſuam tenere apud Romanos non poſſe. Tũ Appius ſuadere ſe magnopere Achaeis dixit, ut, dum liceret uoluntate ſua facere, gratiam inirent, ne
D mox inuiti & coacti facerent. Haec uox audita quidem cum omnium gemitu eſt, ſed metum iniecit imperata recuſandi. id modo petierunt, ut Romani, quae uiderentur, de Lacedaemonijs mutarent: nec Achaeos religione obſtringerent, irrita ea quae iureiurando ſanxiſſent, faciendi. damnatio tantũ Arei & Alcibiadis, quae nuper facta erat, ſublata eſt. Romae principio eius anni cum de prouincijs conſulum & praetorum actum eſſet; conſulibus Ligures, quia bellum nuſquam alibi erat, decreti: praetores C. Decimius Flauus urbanam, P. Cornelius Cethegus inter ciues & peregrinos ſortiti ſunt: C. Sempronius Blaeſus Siciliam, Q. Naeuius Matho Sardiniam, & ut idem de ueneficijs quaereret: A. Terentius Varro Hiſpaniam citeriorem, P. Sempronius Longus Hiſpaniam ulteriorem. De ijs duabus prouincijs legati per id fere tempus L. Iuuentius Thalna, & T. Quinctilius Varus uenerunt. qui, quantum bellum iam profligatum in Hiſpania eſſet, ſenatu edocto poſtu-
E larunt ſimul, ut pro rebus tã proſpere geſtis dijs immortalibus haberetur honos, & ut praetoribus exercitum deportare liceret. Supplicatio in biduum decreta eſt. de legionibus deportandis, cum de conſulum praetorumq. exercitibus ageretur, rem integram referri iuſſerunt. paucos poſt dies conſulibus in Ligures binae legiones, quas Ap. Claudius & M. Sempronius habuerant, decretae ſunt. De exercitibus Hiſpanienſibus magna contentio fuit inter nouos praetores & amicos abſentium, Calpurnij Quinctijque. utraq. cauſſa tribunũ plebis, utraque conſulem habebat. ij ſe interceſſuros ſenatuſcõſulto, ſi deportandos cenſerent exercitus, denũciabãt. illi, ſi haec interceſſio fieret, nullam rẽ aliã ſe decerni paſſuros. Victa poſtremo abſentium gratia eſt: & ſenatuſconſultum factum, ut praetores quattuor millia peditũ Romanorum ſcriberent, quadringentos equites, & quinque millia ſociorum

peditum Latini nominis, quingentos equites, quos ſecum in Hiſpaniam portarent. cum F
eas legiones quattuor deſcripſiſſent, quo plus, quam quina millia peditum, treceni equi-
tes, in ſingulis legionibus eſſet, dimitterent: eos primum, qui emerita ſtipendia haberent,
deinde ut cuiuſque fortiſsima opera Calpurnius & Quinctius in proelio uſi eſſent. Hac ſe-
data contentione, alia ſubinde C. Decimij praetoris morte exorta eſt. Cn. Sicinius, & L.
Pupius qui aediles proximo anno fuerant, & C. Valerius flamen Dialis, & Q. Fuluius Flac
cus (is, quia aedilis curulis deſignatus erat, ſine toga candida, ſed maxima ex omnibus con
tentione) petebant. certamenq. ei cum flamine erat. & poſteaquam primo aequare, mox
ſuperare etiam eſt uiſus: pars tribunorum plebis negare, rationem eius habendam eſſe:
quod duos ſimul unus magiſtratus, praeſertim curules, neque capere poſſet, nec gerere:
pars, legibus eum ſolui, aequum cenſere, ut quem uellet praetorē creandi populo poteſtas
fieret. L. Porcius conſul primo in ea ſententia eſſe, ne nomen eius acciperet. deinde ut ex G
auctoritate ſenatus idem faceret. conuocatis patribus, referre ſe ad eos dixit, quod nec iu-
re ullo, nec exemplo tolerabili liberae ciuitati, aedilis curulis deſignatus praeturā peteret:
ſibi, niſi quid aliud ijs uideretur, in animo eſſe, e lege comitia habere. Patres cenſuerunt,
uti L. Porcius conſul cum Q. Fuluio ageret, ne impedimento eſſet, quo minus comitia prae
toris in locum C. Decimij ſubrogandi e lege haberentur. Agenti conſuli ex S. C. reſpon-
dit Flaccus, nihil, quod ſe indignum eſſet, facturum. Medio reſponſo ſpem ad uolunta-
tem interpretātibus fecerat, ceſſurum patrum auctoritati eſſe. comitijs acrius etiam, quam
ante, petebat, criminando, extorqueri ſibi a conſule & ſenatu populi R. beneficium: & in-
uidiam geminati honoris fieri: tamquam non appareret, ubi deſignatus praetor eſſet, extē
plo aedilitate ſe abdicaturum. conſul cum & pertinaciam petentis creſcere, & fauorem po-
puli magis magiſq. in eum inclinari cerneret, dimiſsis comitijs, ſenatum uocauit. cenſue- H
runt frequentes, quoniā Flaccum auctoritas patrum nihil mouiſſet ad populum cum Flac-
co agendum. Concione aduocata cum egiſset conſul ne tum quidem de ſententia motus,
gratias populo R. egit, quod tanto ſtudio, quotieſcumque declarandae uolūtatis poteſtas
facta eſſet, praetorem ſe uoluiſſet facere. ea ſibi ſtudia ciuium ſuorum deſtituere non in ani
mo eſſe. Haec uero tam obſtinata uox tantum ei fauorem accendit, ut haud dubius praetor
eſſet, ſi conſul accipere nomen uellet. Ingens certamen tribunis & inter ſe ipſos, & cum
conſule fuit; donec ſenatus a conſule eſt habitus, decretumque, quoniam, praetoris ſubro-
gandi comitia ne legibus fierent, pertinacia Q. Flacci, & praua ſtudia hominum impedi-
rent. ſenatum cenſere, ſatis praetorum eſſe. P. Cornelius utramque in urbe iuriſdictionem
haberet: Apollinique ludos faceret. His comitijs prudentia & uirtute ſenatus ſublatis,
alia maioris certaminis, quo & maiore de re, & inter plures potentioreſque uiros, ſunt I
exorta. Cenſuram ſumma contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. & L. Scipio-
nes, Cn. Manlius Vulſo, L. Furus Purpureo, patricij: plebeij autem, M. Porcius Cato,
M. Fuluius Nobilior, Ti. & M. Sempronij, Longus & Tuditanus. ſed omnes patricios ple-
beioſq. nobiliſsimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. In hoc uiro tanta uis ani-
mi ingenijq. fuit, ut, quocumque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe uidere
tur. nulla ars neque priuatae neque publicae rei gerēdae ei defuit. urbanas ruſticaſq. res pa
riter callebat. ad ſummos honores alios ſcientia iuris, alios eloquentia, alios gloria milita
ris prouexit: huic uerſatile īgeniū ſic pariter ad omnia fuit, ut natū ad id unū diceres, quod
cumque ageret. in bello manu fortiſsimus, multiſq. inſignibus clarus pugnis: idem poſtea
quam ad magnos honores peruenit, ſummus imperator: idem in pace, ſi ius conſuleres, pe
ritiſsimus: ſi cauſſa oranda eſſet, eloquentiſsimus. nec is tantū, cuius lingua uiuo eo uigue K
rit, monumentū eloquentiae nullum exſtet. uiuit immo uigetq. eloquētia eius, ſacrata ſcri
ptis omnis generis. orationes & pro ſe multae, & pro alijs, & in alios. nam non ſolum accu
ſando, ſed etiā cauſſam dicendo fatigauit inimicos. ſimultates nimio plures & exercuerūt
eū, & ipſe exercuit eas. nec facile dixeris, utrum magis preſſerit eum nobilitas, an ille agi-
tauerit nobilitatē. Aſperi proculdubio animi, & linguae acerbae, & immodice liberae fuit:
ſed inuicti cupiditatibus animi, & rigidae innocentiae, contemptor gratiae, diuitiarum: in
parcimonia, in patientia laboris periculoque, ferrei prope corporis animique: quem ne
ſenectus quidem, quae ſoluit omnia, fregerit: qui ſextum & octogeſimum annum agēs cauſ
ſam dixerit, ipſe pro ſe orauerit, ſcripſeritque; octogeſimo anno Ser. Galbam ad populi

adduxerit

A adduxerit iudicium. Hunc ſicut omni uita, ita tum petentem premebat nobilitas: coierantq. praeter L. Flaccum, qui collega in conſulatu fuerat, candidati omnes ad deijciendum honore eum: non ſolum ut ipſi potius adipiſcerentur, nec quia indignabantur nouũ hominem cenſorem uidere: ſed etiam quod triſtem cenſuram, periculoſamq. multorum famae, & ab laeſo a pleriſque, & laedendi cupido exſpectabant. etenim tũ quoque minitabũdus petebat, refragari, ſibi, qui liberam & fortem cenſuram timerent, criminando. & ſimul L. Valerio ſuffragabatur: illo uno collega caſtigare ſe noua flagitia, & priſcos mores reuocare poſſe. His accenſi homines, aduerſa nobilitate, non M. Porcium modo cenſorem fecerunt, ſed etiam collegam ei L. Valerium Flaccum adiecerunt. Secundum comitia cenſorum conſules praetoresque in prouincias profecti ſunt praeter Q. Naeuium, quem quattuor non minus menſes, priuſquam in Sardiniam iret, quaeſtiones ueneficij, quarum ma-
B gnam partem extra urbem per municipia conciliabulaque habuit, quia ita aptius uiſum erat, tenuerunt. Si Antiati Valerio credere libet, ad duo hominum millia damnauit. Et L. Poſtumius praetor, cui Tarentum prouincia euenerat, magnas paſtorum coniurationes uindicauit; & reliquias Bacchanalium quaeſtionis cũ omni exſecutus eſt cura. multos qui aut citati non affuerant, aut uades deſeruerant, in ea regione Italiae latẽtes, partim noxios iudicauit, partim comprehenſos Romam ad ſenatum miſit: in carcerem omnes a P. Cornelio coniecti ſunt. In Hiſpania ulteriore, fractis proximo bello Luſitanis, quietae res fuerũt. In citeriore A. Terentius in Sueſſetanis opidum Corbionem uineis & operibus expugnauit, captiuos uendidit. quieta deinde hiberna & citerior prouincia habuit. Veteres praetores C. Calpurnius Piſo & L. Quinctius Romam redierunt. utrique magno patrum conſenſu triumphus eſt decretus. prior C. Calpurnius de Luſitanis & Celtiberis triumphauit.
C coronas aureas tulit LXXXIII: & duodecim millia pondo argenti. paucos poſt dies L. Quinctius Criſpinus ex iiſdem Luſitanis Celtiberiſq. triumphauit. tantundem auri atque argenti in eo triumpho tranſlatum. Cenſores M. Porcius & L. Valerius metu miſta exſpectatione ſenatum legerunt. ſeptem mouerunt ſenatu: ex quibus unum inſignem & nobilitate & honoribus, L. Quinctium Flamininum conſularem. patrum memoria inſtitutum fertur, ut cenſores motis e ſenatu adſcriberent notas. Catonis, & aliae quidem acerbae orationes exſtant in eos, quos aut ſenatorio loco mouit, aut quibus equos ademit. longe grauiſſima in L. Quinctium oratio eſt: qua ſi accuſator ante notam, non cenſor poſt notã uſus eſſet, retinere Quinctium in ſenatu ne frater quidem T. Quinctius, ſi tum cenſor eſſet, potuiſſet. Inter cetera obiecit ei, Philippum Poenum, carum ac nobile ſcortum, ab Roma in Galliam prouinciam ſpe ingentium donorum perductum. eum puerum, per laſciuiam cũ
D cauillaretur, exprobrare conſuli perſaepe ſolitum, quod ſub ipſum ſpectaculum gladiatorum abductus ab Roma eſſet; ut obſequium amatori iactaret. forte epulantibus iis, cum iam uino incaluiſſent, nunciatum in conuiuio eſſe, nobilem Boium cum liberis transfugã ueniſſe. conuenire conſulem uelle, ut ab eo fidem praeſens acciperet. introductum in tabernaculum, per interpretem alloqui conſulem cepiſſe. inter cuius ſermonem Quinctius ſcorto: Vis, tu, inquit, quoniam gladiatorium ſpectaculum reliquiſti, iam hunc Gallum morientem adſpicere? Et cum is uixdum ſerio annuiſſet, ad nutum ſcorti conſulem ſtricto gladio, qui ſuper caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percuſsiſſe, deinde fugienti, fidemq. populi R. atque eorum, qui aderant, imploranti, latus transfodiſſe. Valerius Antias, ut qui nec Catonis orationem legiſſet, & fabulae tantum ſine auctore editae crediſiſſet, aliud argumentum, ſimile tamen & libidine & crudelitate, peragit. Placentiae famo-
E ſam mulierẽ, cuius amore deperiret, in conuiuium accerſitam ſcribit. ibi iactantẽ ſeſe ſcorto inter cetera retuliſſe, quam acriter quaeſtiones exercuiſſet, & quã multos capitis dãnatos in uinculis haberet, quos ſecuri percuſſurus eſſet. tũ illam infra eum accubantẽ negaſſe, umquã uidiſſe quemquã ſecuri ferientem: & peruelle id uidere. hic indulgentẽ amatorẽ unũ ex illis miſeris attrahi iuſſum ſecuri percuſſiſſe. Facinus, ſiue eo modo quo cenſor obiecit, ſiue ut Valerius tradit, commiſſum eſt, ſaeuum atque atrox: inter pocula atque epulas, ubi libare dijs dapes, ubi bene precari mos eſſet, ad ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu cõſulis recubantis, mactatam humanam uictimam eſſe, & cruore menſam reſperſam. In extrema oratione Catonis condicio Quinctio fertur, ut, ſi id factum negaret, ceteraq. quae obiecisſet, ſponſione defenderet ſeſe: ſin fateretur, ignominia ne ſua quemquã doliturũ cẽ

ferret, cum ipſe uino & Venere amens, ſanguine hominis in conuiuio luſiſſet? In equitatu F
recognoſcendo L. Scipioni Aſiatico ademptus equus. in cenſibus quoque accipiendis triſtis & aſpera in omnes ordines cenſura fuit. ornamenta & ueſtem muliebrem & uehicula, quae pluris, quam quindecim millium aeris eſſent, in cẽſum referre uiatores iuſsit. item mancipia minora annis XX. quae poſt proximum luſtrum X millibus aeris, aut pluries eo uenijſſent, uti ea quoque decem tanto pluris, quã quanti eſſent, aeſtimarentur, & his rebus omnibus terni in millia aeris attribuerentur. Aquam publicam omnem in priuatum aedificium aut agrum fluentem ademerunt. & quae in loca publica inaedificata, immolitaue priuati habebant, intra dies XXX demoliti ſunt. opera deinde facienda ex pecunia in eam rem decreta, lacus ſternendos lapide, detergendasque, qua opus eſſet, cloacas in Auentino, & in alijs partibus, qua nondum erant, faciendas locauerunt. & ſeparatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo eſſet, & uiam per Formianum montem. Cato atria duo, Maenium & Titium in latomijs, & quattuor tabernas in publicum emit: baſilicamque ibi fecit, quae Porcia appellata eſt. Et uectigalia ſummis pretijs, ultro tributa infimis locauerunt. quas locationes cum ſenatus precibus & lacrymis publicanorum uictus induci, & de integro locari iuſſiſſet: cenſores edicto ſummotis ab haſta qui ludificati priorẽ locationem erant, omnia eadem paullum imminutis pretijs locauerunt. Nobilis cenſura fuit, ſimultatumq. plena: quae M. Porcium, cui acerbitas ea aſsignabatur, per omnem uitã exercuerunt. Eodem anno coloniae duae, Potentia in Picenum, Piſaurum in Gallicum agrum deductae ſunt. ſena iugera in ſingulos data. diuiſerunt agrum, coloniasq. deduxerunt ijdẽ triumuiri, Q. Fabius Labeo, & M. & Q. Fuluij Flaccus & Nobilior. conſules eius anni nec domi, nec militiae memorabile quidquam egerunt. in inſequentem annum crearunt conſules M. Claudium Marcellum, Q. Fabium Labeonem. M. Claudius, Q. Fabius idibus Martijs, quo die conſulatum inierunt, de prouincijs ſuis praetorumq. retulerunt. Praetores creati erant, C. Valerius flamen Dialis, qui & priore anno petierat: & Sp. Poſtumius Albinus, & P. Cornelius Siſenna, L. Pupius, L. Iulius, Cn. Sicinius. Conſulibus Ligures cum ijſdem exercitibus, quos P. Claudius & L. Porcius habuerant, prouincia decreta eſt. Hiſpaniae extra ſortem prioris anni praetoribus cum ſuis exercitibus ſeruatae. Praetores ita ſortiri iuſsi, uti flamini Diali utique altera iuris dicendi Romae prouincia eſſet. peregrinã eſt ſortitus. Siſennae Cornelio urbana, Sp. Poſtumio Sicilia, L. Pupio Apulia, L. Iulio Gallia, Cn. Sicinio Sardinia euenit. L. Iulius proficiſci mature eſt iuſſus. Galli tranſalpini per ſaltus ignotae antea uiae (ut ante dictum eſt) in Italiam trãſgreſsi, opidum in agro, qui nũc Aquileienſis eſt, aedificabãt. id eos ut prohiberet, quoad eius ſine bello poſſet, praetori mãdatum eſt. ſi armis prohibendi eſſent, conſules certiores faceret. ex his placere alterum aduerſus Gallos ducere legiones. Extremo prioris anni comitia auguris creandi habita erãt. in demortui Cn. Cornelij Lentuli locum creatus erat Sp. Poſtumius Albinus. Huius principio anni P. Licinius Craſſus pont. max. mortuus eſt: in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pontifex eſt cooptatus. pont. max. eſt creatus C. Seruilius. P. Licinij funeris cauſſa uiſceratio data, & gladiatores CXX pugnauerunt. & ludi funebres per triduum facti: poſt ludos epulum. in quo, cum toto foro ſtrata triclinia eſſent: tempeſtas cum magnis procellis coorta, coegit pleroſque tabernacula ſtatuere in foro. eadem paullo poſt, cum undiq. conſerenaſſet, ſublata. defunctosq. uulgo ferebant, quod inter fatalia uates ceciniſſent, neceſſe eſſe, tabernacula in foro ſtatui. Hac religione leuatis altera iniecta, quod ſanguine per biduũ pluuiſſet in area Vulcani: & per decẽuiros ſupplicatio indicta erat, eius prodigij expiãdi cauſſa. Priuſquã conſules in prouincias proficiſcerentur, legationes trãſmarinas in ſenatum introduxerunt, nec umquam ante tantũ regionis eius hominũ Romae fuerat. nã ex quo fama per gẽtes, quae Macedoniam accolunt, uulgata eſt, crimina querimoniasque de Philippo non negligenter ab Romanis audiri, multis operaepretiũ fuiſſe queri, pro ſe, quaeque ciuitates gentesque, ſinguli etiam priuatim (grauis enim accola omnibus erat) Romã aut ad ſpẽ leuandae iniuriae, aut ad deflendae ſolatium uenerunt. Et ab Eumene rege legatio cũ fratre eius Athenaeo uenit ad querendum, ſimul, quod nõ deducerentur ex Thracia praeſidia: ſimul, quod in Bithyniam Pruſiae bellum aduerſus Eumenẽ gerẽti auxilia miſſa forent. Reſpondendum ad omnia iuueni tum admodum Demetrio erat: cum haud facile eſſet, aut ea quae obijcerentur, aut quae aduerſus ea dicenda erant, memoria complecti.

noc

A nec enim multa ſolum, ſed etiam pleraque opidoquam parua erant: de controuerſia finium, de hominibus raptis, pecoribusq. abactis, de iure aut dicto per libidinem, aut non dicto, de rebus per uim aut per gratiam iudicatis. nihil horum neque Demetrium docere dilucide, nec ſe ſatis liquido diſcere ab eo ſenatus cum cerneret poſſe, ſimul & tirocinio & perturbatione iuuenis moueretur: quaeri iuſsit ab eo, ecquem de his rebus commentariũ a patre accepiſſet? cum reſpondiſſet, accepiſſe ſe, nihil prius nec potius uiſum eſt, quam regis ipſius de ſingulis reſponſa accipere. librum extemplo popoſcerunt: deinde ut ipſe recitaret, permiſerunt. Erant autem de rebus ſingulis in breue coactae cauſſae: ut alia feciſſe ſe ſecundum decreta legatorum doceret: alia non per ſe ſtetiſſe quo minus faceret, ſed per eos ipſos qui accuſarẽt. interpoſuerat & querellas de iniquitate decretorum, & quam non ex aequo diſceptatum apud Caecilium foret, indigneque ſibi, nec ullo ſuo merito inſultatum ab omnibus eſſet.

B Has notas irritati eis animi collegit ſenatus. ceterum alia excuſanti iuueni, alia recipienti futura ita, ut maxime uellet ſenatus, reſponderi placuit: Nihil patrem eius neque rectius, nec magis quod ex uoluntate ſenatus eſſet, feciſſe, quam quod utcumque ea geſta eſſent, per Demetrium filium ſatisfieri uoluiſſet Romanis. multa, & diſſimulare, & obliuiſci, & pati praeterita ſenatum poſſe, & credere etiam Demetrio credendum eſſe. obſidem enim ſe animum eius habere, etſi patri corpus reddiderit. & ſcire, quantum ſalua in patrem pietate poſsit, amicum eum populi Romani eſſe. honoriſque eius cauſſa miſſuros in Macedoniam legatos: ut, ſi quid minus factum ſit, quam debuerit; tum quoque ſine piaculo rerum praetermiſſarum fiat. uelle etiam ſentire Philippum, integra omnia ſibi cum populo Romano Demetrij filij beneficio eſſe. Haec, quae augendae amplitudinis eius cauſſa facta erant, extemplo in inuidiam, mox etiam in perniciem adoleſcenti uerterunt.

C Lacedaemonij deinde introducti ſunt. Multae & paruae diſceptationes iactabantur: ſed quae maxime rem continerent, erant: utrum reſtituerentur quos Achaei damnauerant, necne: inique, an iure occidiſſent, quos occiderant. uertebatur & utrum manerent in Achaico concilio Lacedaemonij, an, ut ante fuerat, ſecretum eius unius in Peloponneſo ciuitatis ius eſſet. Reſtitui, iudiciaque facta tolli placuit: Lacedaemonem manere in Achaico concilio: ſcribique id decretum & conſignari a Lacedaemonijs & Achaeis. Legatus in Macedoniam Q. Marcius eſt miſſus, iuſſus idem in Peloponneſo ſociorum res adſpicere. nam ibi quoque & ex ueteribus diſcordijs reſidui motus erant: & Meſſenij deſciuerant a concilio Achaico: cuius belli & cauſſas & ordinem ſi expromere uelim, immemor ſim propoſiti, quo ſtatui non ultra attingere externa, niſi qua Romanis cohaererent rebus. Euentus memorabilis eſt, quod cum bello ſuperiores eſſent Achaei, Phi-

D lopoemen praetor eorum capitur ad praeoccupandam Coronen, quã hoſtes petebant: in ualle iniqua cum equitibus paucis oppreſſus. Ipſum potuiſſe effugere Thracum Cretenſiumque auxilio tradunt. ſed pudor relinquendi equites nobiliſsimos gentis, ab ipſo nuper lectos, tenuit. quibus dum locum ad euadendas anguſtias, cogendo ipſe agmen, praebet, ſuſtinens impetus hoſtium: prolapſo equo, & ſuo ipſe caſu, & onere equi ſuper eum ruentis, haud multum abfuit, quin exanimaretur, ſeptuaginta annos iam natus; & diutino morbo, ex quo tum primum reficiebatur, uiribus admodum attenuatis. Iacentem hoſtes ſuperfuſi oppreſſerunt: cognitumque, primum a uerecundia memoriaque meritorum haud ſecus, quam ducem ſuum, attollunt, reficiuntque, & ex ualle deuia in uiam portat, uix ſibimet ipſi prae necopinato gaudio credentes: pars nuncios Meſſenen praemittunt, debellatum eſſe: Philopoemenem captum adduci. Primum adeo incre-

E dibilis uiſa res, ut non pro uano modo, ſed uix pro ſano nuncius audiretur. deinde ut ſuper alium alius idem omnes affirmantes ueniebant: tandem facta fides. & priuſquam appropinquare urbi ſatis ſcirent, ad ſpectaculum omnes ſimul liberi ac ſerui, pueri quoque cum feminis effunduntur. itaque clauſerat portam turba, dum pro ſe quiſque, niſi ipſe oculis ſuis credidiſſet, uix pro comperto tantam rem habiturus uideretur. Aegre ſummouentes obuios intrare portam, qui adducebant Philopoemenem, potuerunt: atque turba conferta iter reliquum clauſerat. & cum pars maxima excluſa a ſpectaculo eſſet, theatrum repente, quod uiae propinquum erat, compleuerunt: & ut eo in conſpectum populi adduceretur, una uoce omnes expoſcebant. Magiſtratus & principes ueriti, ne quẽ motũ miſericordia praeſentis tanti uiri faceret, cũ alios uerecũdia priſtinae maieſtatis collata

praeſenti fortunae,alios recordatio ingentium meritorum motura eſſet, procul in conſpe F
ctu eum ſtatuerunt: deinde raptim ex oculis hominum abſtraxerunt, praetore Dinocrate
dicente,eſſe quae pertinentia ad ſummam belli percunctari eum magiſtratus uellent.inde
adducto eo in curiam,& ſenatu uocato,conſultari coeptum. Iam inueſperaſcebat,& non
modo cetera,ſed ne in proximam quidem noctem,ubi ſatis tuto cuſtodiretur, expediebát.
obſtupuerant ad magnitudinem priſtinae eius fortunae uirtutiſque, & neque ipſi domũ re
cipere cuſtodiendum audebant,nec cuiquã uni cuſtodiam eius ſatis credebant. admonent
nomen carceris deinde quidam,eſſe theſaurum publicum ſub terra,ſaxo quadrato ſaeptũ.eo uinctus demit
titur,& ſaxum ingens,quo operitur machina,ſuperimpoſitum eſt.ita loco potius,quam ho
mini cuiquam,credendam cuſtodiam rati,lucem inſequẽtem exſpectauerunt. Poſtero die
multitudo quidem integra,memor priſtinorum eius in ciuitatem meritorum,parcendum,
ac per eum remedia quaerenda eſſe praeſentium malorum, cẽſebant:defectionis auctores, G
quorum in manu reſpublica erat, in ſecreto conſultantes omnes ad necem eius conſentie-
bant:ſed utrum maturarent,an differrent,ambigebatur.uicit pars auidior poenae: miſſuſq.
qui uenenum ferret. Accepto poculo,nihil aliud locutum ferunt,quam quaeſiſſe,ſi inco-
lumis Lycortas(is alter imperator Achaeorum erat)equiteſq. euaſiſſent. poſteaquã dictũ
eſt incolumes eſse:bene habet,inquit.&,poculo impauide hauſto, haud ita multo poſt ex-
Philopoemenis mors. ſpirauit. Nec diuturnum mortis eius gaudium auctoribus crudelitatis fuit. uicta namque
Meſsene bello expoſcentibus Achaeis noxios dedit, oſsaq. reddita Philopoemenis ſunt:
Eodem anno moriuntur optimi duces. ſepultus ab uniuerſo Achaico eſt concilio,adeo omnibus humanis cõgeſtis honoribus, ut
ne diuinis quidem abſtineretur. Ab ſcriptoribus rerum Graecis Latiniſq. tantum huic ui-
ro tribuitur,ut a quibuſdam eorum,uelut ad inſignem notam huius anni,memoriae mãda-
tum ſit,tres claros imperatores eo anno deceſſiſse,Philopoemenem,Hannibalẽ, P.Scipio- H
nem.adeo in aequo eum duarum potentiſſimarum gentium ſummis imperatoribus poſue
runt. Ad Pruſiam regem legatus T.Quinctius Flamininus uenit, quem ſuſpectum Roma-
nis & receptus poſt fugam Antiochi Hannibal, & bellum aduerſus Eumenem motũ facie
bat.ibi ſeu quia a Flaminino inter cetera obiectum Pruſiae erat,hominem omnium qui ui-
uerent infeſtiſſimum populo R.apud eum eſse:qui patriae ſuae primum,deinde fractis eius
opibus,Antiocho regi auctor belli aduerſus populum R. fuiſset: ſeu quia ipſe Pruſias, ut
gratificaretur praeſenti Flaminino Romaniſque,per ſe necandi aut tradendi eius in pote-
ſtatem conſilium cepit:a primo colloquio Flaminini milites extẽplo ad domum Hãnibalis
cuſtodiendam miſſi ſunt.Semper talem exitum uitae ſuae Hannibal proſpexerat animo, &
Romanorum inexpiabile odium in ſe cernens, & fidei regum nihil ſane confiſus. Pruſiae
uero leuitatem etiam expertus erat. Flaminini quoque aduentum uelut fatalem ſibi hor- I
ruerat.ad omnia undique infeſta,ut iter ſemper aliquod praeparatum fugae haberet,ſeptẽ
exitus e domo fecerat,& ex ijs quoſdam occultos,ne cuſtodia ſaepirentur. ſed graue impe
rium regum nihil inexploratum,quod inueſtigari uolunt, efficit. totius circuitum domus
ita cuſtodijs complexi ſunt,ut nemo inde elabi poſſet.Hannibal, poſteaquam eſt nunciatũ
milites regios in ueſtibulo eſse: poſtico, quod deuium maxime atque occultiſſimi exitus
erat,fugere conatus,ut id quoque occurſu militum obſaeptum ſenſit,& omnia circa clauſa
cuſtodijs diſpoſitis eſse: uenenum, quod multo ante praeparatum ad tales habebat caſus,
popoſcit.&,Liberemus,inquit,diuturna cura populum R.quando mortem ſenis exſpecta-
re longum cenſent.nec magnam,nec memorabilem ex inermi proditoq. Flamininus uicto
riam feret. mores quidem populus R. quantum mutauerit, uel hic dies argumento erit.
Horum patres Pyrrho regi hoſti armato exercitum in Italia habenti, ut a ueneno caueret, K
praedixerunt: hi legatum conſularem,qui auctor eſſet Pruſiae per ſcelus occidendi hoſpi-
tis miſerunt.Exſecratus deinde in caput regnũq. Pruſiae,& hoſpitales deos uiolatae ab eo
Hannibalis mors. fidei teſtes inuocans,poculum exhauſit.Hic uitae exitus fuit Hannibalis.Scipionem & Po
lybius & Rutilius hoc anno mortuum ſcribunt. Ego neque his, neque Valerio aſsentior:
his, quod cenſoribus M. Porcio, L. Valerio principem ſenatus ipſum L.Valerium cenſo-
rem lectum inuenio, cum ſuperioribus tribus luſtris Africanus fuiſset: quo uiuo,niſi ut il-
le ſenatu moueretur,quam notam nemo memoriae prodidit, alius princeps in locum eius
electus nõ eiset. Antiatem auctorem refellit tribunus plebis M. Naeuius: aduerſus quem
oratio inſcripta P.Africani eſt.Hic Naeuius in magiſtratuum libris eſt tribunus pl.P.Clau-
dio,

A dio, L. Porcio conſulibus: ſed inijt tribunatum Ap. Claudio, M. Sempronio conſulibus A. D. quartum idus Decembres. inde tres menſes ad idus Martias ſunt: quibus P. Claudius, L. Porcius conſulatum inierunt. ita & uixiſſe in tribunatu Naeuij uidetur: dieſque ei dici ab eo potuiſſe: deceſſiſſe autem ante L. Valerij, & M. Porcij cenſuram. Trium clariſſimorum ſuae cuiuſque gentis uirorum non magis tempore congruente comparabilis mors uidetur eſſe, quam quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore uitae exitum habuit. iam primum omnes non in patrio ſolo mortui, nec ſepulti ſunt. ueneno abſumpti Hannibal & Philopoemen: exſul Hannibal proditus ab hoſpite: captus Philopoemen, in carcere & in uinculis exſpirauit. Scipio, etſi non exſul, neque dãnatus, die tamen dicta, ad quam nõ affuerat, reus abſens citatus, uoluntarium non ſibimet ipſe ſolum, ſed etiam funeri ſuo exſiliũ indixit. Dum ea in Peloponneſo, a quibus diuertit oratio, geruntur: reditus in Macedoniam

B Demetrij legatorumq. aliter aliorum affecerat animos. uulgus Macedonum, quos belli ab Romanis imminentis metus terruerat, Demetrium, ut pacis auctorem, cum ingenti fauore conſpiciebant: ſimul & ſpe haud dubia regnum ei poſt mortem patris deſtinabant. nam etſi minor aetate, quam Perſeus, eſſet: hunc tamen iuſta matrefamilias, illum pellice ortũ eſſe. illum, ut ex uulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere: hunc inſignẽ Philippi ſimilitudinem praeſeferre. ad hoc, Romanos Demetrium in paterno ſolio locaturos: Perſei nullam apud eos gratiam eſſe. Haec uulgo loquebantur. itaque & Perſea cura angebat, ne parum pro ſe una aetas ualeret, cum omnibus alijs rebus, frater ſuperior eſſet: & Philippus ipſe, uix ſui arbitrij fore, quem heredem regni relinqueret, credens, ſibi quoque grauiorem eſſe, quam uellet, minorem filium cenſebat. offendebatur interdũ concurſu Macedonum ad eum: & alteram iam ſe uiuo regiam eſſe indignabatur. Et ipſe iuuenis

C haud dubie inflatior redierat, ſubnixus erga ſe iudicijs ſenatus, conceſſiſque ſibi, quae patri negata eſſent. & omnis mentio Romanorum, quantam dignitatem ei apud ceteros Macedonas, tantam inuidiam non apud fratrem modo, ſed etiam apud patrem conciliabat. utique poſteaquam alij legati Romani uenerunt, & cogebatur decedere Thracia, praeſidiaque deducere, & alia aut ex decreto priorum legatorum, aut ex noua conſtitutione ſenatus facere. ſed omnia maerens quidem & gemens, eo magis, quod filium frequentiorem prope cum illis, quam ſecum, cernebat: obedienter tamen aduerſus Romanos faciebat, ne quam mouendi extemplo belli cauſſam praeberet. auertendos etiam animos a ſuſpicione talium conſiliorum ratus, mediam in Thraciam, exercitum in Odryſas & Dantheletas & Beſſos duxit. Philippopolin urbem fuga deſertam opidanorum, qui in proxima mõtium iuga cum familijs receperant ſeſe, cepit: campeſtreſq. barbaros, depopulatus

D agros eorum, in deditionem accepit. relicto inde ad Philippopolin praeſidio, quod haud multo poſt ab Odryſis expulſum eſt, opidum in Deuriopo condere inſtituit, Paeoniae ea regio eſt prope Erigonum fluuium, qui ex Illyrico per Poeoniam fluens in Axium amnem editur. Haud procul Stobis, uetere urbe, nouam urbem Perſeida, ut is filio maiori haberetur honos, appellari iuſſit. Dum haec in Macedonia geruntur, conſules in prouincias profecti. Marcellus nuncium praemiſit ad L. Porcium proconſulem, ut ad Nouum Gallorum opidum legiones admoueret. aduenienti conſuli Galli ſeſe dediderunt. duodecim millia armatorum erant. plerique arma ex agris rapta habebant. ea aegre patientibus ijs adempta quaeq. alia aut populantes agros rapuerant, aut ſecum attulerant. de his rebus, qui quererentur, legatos Romam miſerunt. Introducti in ſenatum a C. Valerio praetore expoſuerũt: ſe, ſuperante in Gallia multitudine, inopia coactos agri & egeſtate, ad quaerendam ſedẽ

E Alpes tranſgreſſos, quae inculta per ſolitudines uiderent, ibi ſine ullius iniuria conſediſſe. opidum quoque aedificare coepiſſe: quod indicium eſſet, nec agro nec urbi ulli uim allaturos ueniſſe. nuper M. Claudium ad ſe nuncium miſiſſe, bellum ſe cum ijs, ni dederentur, geſturum. ſe certam, etſi non ſpecioſam pacẽ, quam incerta belli praeoptãtes, dediſſe ſe prius in fidem, quam in poteſtatem populi Romani. poſt paucos dies iuſſos & agro & urbe decedere. ſeſe tacitos abire quo terrarum poſſent, in animo habuiſſe. arma deinde ſibi, & poſtremo omnia alia, quae ferrent agerẽtue, adempta. orare ſe ſenatum populumq. R. ne in ſe innoxios deditos acerbius, quam in hoſtes ſaeuirent. Huic orationi ſenatus ita reſponderi iuſſit. Neque illos recte feciſſe, cum in Italiam uenerint, opidumq. in alieno agro, nullius Romani magiſtratus, qui ei prouinciae praeeſſet, permiſſu aedificare conati ſint: neque ſe-

natui placere deditos ſpoliari. itaque ſe cum ijs legatos ad cōſulem miſſuros: qui ſi redeāt F
unde uenerint, omnia ijs ſua reddi iubeant: quiq. protinus eant trans Alpes, & denunciēt
Gallicis populis, multitudinem ſuam domi contineant. Alpes prope inexſuperabilem fi-
nem in medio eſſe, non utique ijs melius fore, quam qui eas primi per uias feciſſent. Lega-
ti miſſi L. Furius Purpureo, Q. Minucius, L. Mālius Acidinus. Galli redditis omnibus, quae
ſine cuiuſquam iniuria habebāt, Italia exceſſerunt. Legatis Romanis tranſalpini populi be
nigne reſponderunt. ſeniores eorum nimiam lenitatem populi Romani caſtigarunt, quod
eos homines, qui gentis iniuſſu profecti occupare agrum imperij Romani, & in alieno ſolo
aedificare opidum conati ſunt, impunitos dimiſerint. debuiſſe grauem temeritatis merce-
dem ſtatui. quod uero etiam ſua reddiderint, uereri ne tanta indulgentia plures ad talia au
denda impellantur. Et exceperunt & proſecuti cum donis legatos ſunt. M. Claudius con-
ſul Gallis ex prouincia exactis, Iſtricum bellum moliri coepit, litteris ad ſenatum miſſis, ut G
ſibi in Iſtriam tranſducere legiones liceret. Id ſenatui placuit. Illud agitabant, uti colonia
Aquileiam deducerentur. nec ſatis conſtabat, utrum Latinā, an ciuium Romanorum deduci
placeret. poſtremo Latinam potius coloniam deducendam patres cenſuerunt. triumuiri
creati ſunt P. Scipio Naſica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Eodem anno Mutina &
Parma coloniae Romanorum ciuium ſunt deductae. bina millia hominum in agro, qui pro
xime Boiorū, ante Tuſcorum fuerat, octona iugera Parmae, quina Mutinae acceperūt. de-
duxerūt triūuiri M. Aemilius Lepidus, T. Aebutius Carus, L. Quinctius Criſpinus. Et Sa-
turnia colonia ciuium Romanorum in agrum Caletranum eſt deducta. deduxerūt triūuiri
Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, T. Sempronius Gracchus: iugera in ſingulos data de
cem. Eodem anno A. Terentius propr. haud procul flumine Ibero in agro Auſetano &
proelia ſecunda cum Celtiberis fecit, & opida, quae ibi communierant, aliquot expugna- H
uit. Vlterior Hiſpania eo anno in pace fuit: quia & P. Sempronius propraetor diutino mor
bo eſt implicitus, & nullo laceſſente peropportune quieuerunt Luſitani. Nec in Liguribus
memorabile quidquam a Q. Fabio conſule geſtum. M. Marcellus ex Iſtria reuocatus, exer
citu dimiſſo Romam comitiorum cauſſa redijt. Creauit conſules Cn. Baebium Tamphilū,
& L. Aemilium Paullum. Cum M. Aemilio Lepido hic aedilis curulis fuerat, a quo conſu
le quinctus annus erat, cum is ipſe Lepidus poſt duas repulſas cōſul factus eſſet. Praetores
inde facti Q. Fuluius Flaccus, M. Valerius Laeuinus, P. Manlius iterum, M. Ogulnius Gal-
lus, L. Caecilius Denter, C. Terentius Iſtra. Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum
cauſſa, quod ſanguine per biduum pluuiſſe in area Concordiae ſatis credebant: nunciatū-
que erat, haud procul Sicilia inſulam, quae non ante fuerat, nouam editam e mari eſſe. Hā-
nibalem hoc anno Antias Valerius deceſſiſſe auctor eſt: legatis ad eam rē ad Pruſiam miſ I
ſis praeter T. Quinctium Flamininum, cuius in ea re celebre eſt nomen, L. Scipione Aſiati-
co, & P. Scipione Naſica.

EPITOME. LIBRI. XL.

CVM Philippus liberos eorum quos in uinculis nobiliſſimorum hominum habebat, conquiri ad mortem iuſſiſſet: Theoxena pro liberis ſuis & ſororis admodum pueris uerita regis libidinem, prolatis in medium gladijs, & poculo, in quo erat uenenum, ſuaſit ijs, ut imminens ludibrium morte effugerent: & cum perſuaſiſſet, ipſa etiam ſe interemit. Certamina inter Philippi Macedoniae regis liberos Perſeum & Demetrium referuntur: & ut fraude fratris ſui Demetrius confictis criminibus, inter quae accuſatione parricidij, & affectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, ueneno necatus eſt: regnūq. Macedoniae mortuo Philippo ad Perſeum deuenit. Item res in Liguribus et Hiſpania contra Celtiberos a compluribus feliciter geſtas continet. Libri Numae Pompilij in agro L. Petilij ſcribae ſub Ianiculo a cultoribus agri, in area lapidea clauſi, & Graeci & Latini, inuenti ſunt: in quibus plura, quae diſſoluendarum religionum erant, praetor, ad quem delati erant, cum legiſſet, iurauit ſenatui, contra rempub. eſſe ut legerētur, ſeruarenturq.: & ex S.C. in Comitio exuſti ſunt. K *Colonia Aquileia deducta eſt. Philippus aegritudine animi confectus, quod Demetrium filium, falſis Perſei alterius filij in eundem delationibus impulſus, ueneno ſuſtuliſſet, & de poena Perſei cogitauit: uoluitq. Antigonum potius amicum ſuum ſucceſſorem regni ſui relinquere. ſed in hac cogitatione morte raptus eſt: regnum Perſeus excepit.*

A

LIBER . XL

PRINCIPIO inſequentis anni, conſules praetoreſq. ſortiti prouincias ſunt. cõſulibus nulla praeter Ligures, quae decerneretur, erat. Iuriſdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio euenit. Hiſpaniarũ Q. Fuluio Flacco citerior, P. Manlio ulterior, L. Caecilio Denteri Sicilia, C. Terentio Iſtrae Sardinia. conſules delectus habere iuſſi. Q. Fabius ex Liguribus ſcripſerat, Apuanos ad rebellionem ſpectare, periculumq. eſſe, ne impetum in agrum Piſanum facerent. Et ex Hiſpanijs citeriorem in armis eſſe & cum Celtiberis bellari ſciebant: in ulteriore, quia diu aeger praetor eſſet, luxuria & otio ſolutã di-

B ſciplinam militarem eſſe. Ob ea nouos exercitus conſcribi placuit, quattuor legiones in Ligures, uti ſingulae quina millia & ducẽtos pedites, trecenos haberent equites: ſociorum iiſdem Latini nominis XV millia peditum addita, & octingenti equites. hi duo conſulares exercitus eſſent. ſcribere praeterea iuſſi ſeptem millia peditum ſociorum ac Latini nominis, & quadringentos equites & mittere ad M. Marcellum in Galliam: cui ex conſulatu prorogatum imperium erat. in Hiſpaniam etiam utramque, quae ducerentur, quattuor millia peditũ ciuium Romanorum, C C equites, & ſociorum ſeptem millia peditum cum C C C equitibus ſcribi iuſſa. & Q. Fabio Labeoni cum exercitu quem habebat in Liguribus, prorogatum in annum imperium eſt. Ver procelloſum eo anno fuit. pridie Parilia media ferme die atrox cum uento tempeſtas coorta, multis ſacris profaniſq. locis ſtragem fecit, ſigna aenea in Capitolio deiecit, forem ex aede Lunae, quae in Auentino eſt, raptã tulit, &

C poſticis partibus Cereris templi affixit: ſigna alia in Circo maximo cũ columnis, quibus ſuperſtabant, euertit: faſtigia aliquot templorum a culminibus abrupta foede diſſipauit. itaque in prodigium uerſa ea tempeſtas, procurariq. haruſpices iuſſerunt. ſimul procuratũ eſt, quod tripedem mulum Reate natum nunciatum erat: & a Formijs aedẽ Apollinis Caietae de caelo tactam. ob ea prodigia XX hoſtijs maioribus ſacrificatum eſt, & diem unum ſupplicatio fuit. Per eoſdem dies ex litteris A. Terentij propraetoris cognitum, P. Sempronium in ulteriore prouincia, cum plus annum aeger fuiſſet, mortuum eſſe. eo maturius in Hiſpaniã praetores iuſſi proficiſci. Legationes tranſmarinae deinde in ſenatũ introductae ſunt. prima Eumenis & Pharnacis regum, & Rhodiorum querentium de Sinopenſium clade. Philippi quoque legati & Achaeorum & Lacedaemoniorum ſub idem tempus uenerunt. ijs, prius Marcio audito, qui ad res Graeciae Macedoniaeq. uiſendas miſſus erat, re-

D ſponſa data ſunt. Aſiae regibus ac Rhodijs reſponſum eſt, legatos ad eas res uiſendas miſſurum ſenatum. De Philippo auxerat curam Marcius. nam ita feciſſe eum, quae ſenatui placuiſſent, fatebatur, ut facile appareret, non diutius, quam neceſſe eſſet, facturum: neque obſcurum erat, rebellaturum: omniaq. quae tunc ageret diceretq., eo ſpectare. Iam primum omnem fere multitudinem ex maritimis ciuitatibus cum familijs ſuis in Emathiam, quae nunc dicitur, quondam appellata Paeonia eſt, tranſduxit: Thracibuſq. & alijs barbaris urbes tradidit habitandas: fidiora haec genera hominũ fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum tota Macedonia fecit. relinquenteſq. penates ſuos cum coniugibus ac liberis, pauci tacitum dolorem continebant: exſecrationeſq. in agminibus proficiſcentium in regem, uincente odio metum, exaudiebantur. His ferox animus, omnes homines, omnia loca temporaque ſuſpecta habebat. poſtremo negare propalam coepit, ſatis tutum ſibi quidquam eſſe, niſi liberos eorum, quos interfeciſſet, comprehenſos in cuſtodia

E haberet, & tempore alium alio tolleret. Eam crudelitatem foedam per ſe, foediorẽ unius domus clades fecit. Herodicum principem Theſſalorum multis ante annis occiderat. generos quoque eius poſtea interfecit. in uiduitate relictae filiae, ſingulos filios paruos habẽtes. Theoxena, & Archo nomina his mulieribus erant. Theoxena multis petentibus aſpernata nuptias eſt. Archo Poridi cuidam longe principi gentis Aeneatum nupſit, & apud eum plures enixa partus, paruis admodum relictis omnibus, deceſſit. Theoxena, ut in ſuis manibus liberi ſororis educarentur, Poridi nupſit: & tamquam omnes ipſa enixa foret, ſuum ſororiſq. filios in eadem habebat cura. poſteaquam regis edictum de comprehendendis liberis eorum, qui interfecti eſſent, accepit, ludibrio futuros non regis modo,

ſed

ſed cuſtodum etiã libidini rata, ad rẽ atrocẽ animum adiecit, auſaq. eſt dicere, ſe ſua manu F potius omnes interfecturã, quam in poteſtatem Philippi uenirent. Poris abominatus mentionem tam foedi facinoris, Athenas deportaturum eos ad fidos hoſpites dixit, comitemq. ipſum fugae futurum eſſe. Proficiſcuntur ab Theſſalonica Aeneam ad ſtatum ſacrificium, quod conditori Aeneae cum magna caerimonia quotannis faciunt. ibi die per ſollemnes epulas conſumpto, nauem praeparatam a Poride, ſopitis omnibus, de tertia uigilia conſcẽdunt, tamquam redituri in Theſſalonicam, ſed traijcere in Euboeam erat propoſitũ. ceterũ in aduerſum uentum nequidquam eos tendentes prope terram lux oppreſſit. & regij qui praeerant cuſtodiae portus, lembum armatum ad pertrahendam eam nauim miſerũt, cum graui edicto, ne reuerterentur ſine ea. Cum iam appropinquabant, Poris quidem ad hortationem remigum nautarumq. intentus erat. interdum manus ad caelum tendens, opem, ut dij ferrent, orabat. ferox interim femina ad multo ante praecogitatum reuoluta fa G cinus, uenenum diluit, ferrumq. promit. & poſito in conſpectu poculo, ſtrictiſq. gladijs, Mors, inquit, una uindicta eſt. uiae ad mortem hae ſunt. qua quẽque animus fert, effugite ſuperbiam regiam, agite iuuenes mei, primum, qui maiores eſtis, capite ferrum: aut haurite poculum, ſi ſegnior mors iuuat. Et hoſtes aderant, & auctor mortis inſtabat. alijs alio leto abſumptis ſemianimes e naue praecipitantur. ipſa deinde, uirum comitem mortis complexa, in mare ſeſe deiecit. naue uacua dominis regij potiti ſunt. Huius atrocitas facinoris nouam uelut flammam regis inuidiae adiecit, ut uulgo ipſum liberoſq. eius exſecrarentur. quae dirae breui ab omnibus dijs exauditae, ut ſaeuiret ipſe in ſuum ſanguinem, effecerunt. Perſeus enim, cum in dies magis cerneret fauorem dignitatemq. Demetrij fratris apud Macedonum multitudinem creſcere, & gratiam apud Romanos, ſibi ſpem nullam re H gni ſupereſſe niſi in ſcelere ratus, ad id unum omnes cogitationes intendit. ceterum cum ſe ne ad id quidem, quod muliebri cogitabat animo, ſatis per ſe ualidum crederet: ſingulos amicorum patris tentare ſermonibus perplexis inſtituit. & primo quidam ex his, aſpernantium tale quidquam ſpeciem praebuerunt, quia plus in Demetrio ſpei ponebant. deinde creſcẽte in dies Philippi odio in Romanos, cui Perſeus indulgeret, Demetrius ſumma ope aduerſaretur, proſpicientes animo exitũ incauti a fraude fraterna iuuenis, adiuuãdũ quod futurum erat rati, fouendamque ſpem potentioris, Perſeo ſe adiungunt. cetera in ſuum quaeque tempus agenda differunt. in praeſentia placet, omni ope in Romanos accendi regem, impelliq. ad conſilia belli, ad quae iam ſua ſponte animum inclinaſſet. ſimul ut Demetrius in dies ſuſpectior eſſet, ex compoſito ſermones ad ſpem Romanorum trahebant. ibi cum alij mores & inſtituta eorum, alij res geſtas, alij ſpeciem ipſius urbis nondum exornatae neque publicis neque priuatis locis, alij ſingulos principum eluderent: iuuenis incau I tus & amore nominis Romani, & certamine aduerſus fratrem, omnia tuendo, ſuſpectum ſe patri, & opportunum criminibus faciebat. itaque expertem eum pater omnium de rebus Romanis conſiliorum habebat. totus in Perſea uerſus, cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. Redierant, quos forte miſerat in Baſtarnas ad accerſenda auxilia: adduxerantq. inde nobiles iuuenes, & regij quoſdam generis, quorum unus ſororem ſuam in matrimonium Philippi filio pollicebatur: erexeratque conſociatio gẽtis eius animum regis. Tum Perſeus, Quid iſta proſunt? inquit. nequaquam tantum in externis auxilijs eſt praeſidij, quantum periculi fraude domeſtica. proditorem nolo dicere, certe ſpeculatorem habemus in ſinu: cuius, ex quo obſes Romae fuit, corpus nobis reddiderũt Romani, animum ipſi habent. Omnium paene Macedonum in eum ora conuerſa ſunt, nec regem ſe alium habituros aiunt, quam quem Romani dediſſent. His per ſe aegra mens ſenis K ſtimulabatur, & animo magis, quam uultu, ea crimina accipiebat. Forte luſtrandi exercitus uenit tempus: cuius ſollemne eſt tale. Caput mediae canis praeciſae, & prior pars ad dextrã cum extis, poſterior ad laeuam uiae ponitur. inter hãc diuiſam hoſtiã copiae armatae trãſducũtur. praeferũtur primo agmini arma inſignia omnium ab ultima origine Macedoniae regum, deinde rex ipſe cum liberis ſequitur. proxima eſt regia cohors, cuſtodeſq. corporis: poſtremum agmen Macedonum cetera multitudo claudit. latera regis duo filij iuuenes cingebant, Perſeus iam triceſimum annum agens, Demetrius quinquennio minor, medio iuuentae robore ille, hic flore: fortunati patris matura ſoboles, ſi mẽs ſana fuiſſet. Mos erat, luſtrationis ſacro peracto, exercitum decurrere, & diuiſas bifariam duas

acies

exsecrationes sunt quas nemo putabat effugere posse qui eis [illegible] defixus esset. Horatius. Diris agam vos. dira detestatio Nulla expiatur victima.

A acies cócurrere ad ſimulacrum pugnae. regij iuuenes duces ei ludicro certamini dati. cete-
rum non imago fuit pugnae, ſed tamquam de regno dimicaretur, ita cócurrerunt: multaq.
uulnera ſudibus facta, nec praeter ferrum quidquam defuit ad iuſtam belli ſpeciem. Pars
ea, quae ſub Demetrio erat, longe ſuperior fuit. id aegre patiente Perſeo, laetari prudétes
amici eius, eamq. rem ipſam dicere praebituram cauſſam criminandi iuuenis. Conuiuium
eo die ſodalium, qui ſimul decurrerant, uterq. habuit. cum uocatus ad cenam ab Deme-
trio Perſeus negaſſet, feſto die inuitatio benigna, & hilaritas iuuenilis utroſque in uinum
traxit. commemoratio ibi certaminis ludicri, & iocoſa dicta in aduerſarios: ita ut ne ipſis
quidem ducibus abſtineretur, iactabantur. ad has excipiendas uoces ſpeculator ex conui-
uis Perſei miſſus, cum incautior obſeruaretur, exceptus a iuuenibus forte triclinio egreſ-
ſis male multatur. Huius rei ignarus Demetrius, quin comeſſatū, inquit, ad fratrem imus?
B & iram eius, ſi qua ex certamine reſidet, ſimplicitate & hilaritate noſtra lenimus? omnes
ſe ire conclamarūt, praeter eos, qui ſpeculatoris ab ſe pulſati praeſentem ultionem metue
bant. cum eos quoque Demetrius traheret, ferrum ueſte abdiderunt: quo ſe tutari, ſi qua
uis fieret, poſſent. Nihil occulti eſſe in inteſtina diſcordia poteſt. utraque domus ſpecula
torum & proditorum plena erat. praecurrit index ad Perſea, ferro ſuccinctos nunciás cū
Demetrio quattuor adoleſcentes uenire. & ſi cauſſa apparebat: (nam ab ijs pulſatum conui
uam ſuum audierat) tamé infamandae rei cauſſa ianuam obſerari iubet: & ex parte ſuperio
re aedium, uerſiſq. in uiam feneſtris, comeſſatores tamquam ad caedem ſuam uenientes ad
itu ianuae arcet. Demetrius, per uinum quod excluderetur, paulliſper uociferatus, in cóui-
uium redit, totius rei ignarus. Poſtero die Perſeus, cum primum conueniendi poteſtas
patris fuit, regiam ingreſsus, perturbato uultu in conſpectu patris tacitus procul conſtitit.
C cui cum pater, ſatin ſaluae? & quaenam ea maeſtitia eſſet? interrogaret eum: De lucro pa-
ter, inquit, uiuere me ſcito. iam non occultis a fratre petimur inſidijs. nocte cum armatis
domum ad interficiendum me uenit: clauſiſq. foribus, parietum praeſidio me a furore eius
ſum tutatus. Cum pauorem miſtum admiratione patri inieciſſet: Atqui ſi aures praebere
potes, inquit, manifeſtam rem teneas, faciam. Enimuero ſe Philippus dicere auditurum,
uocariq. extemplo Demetrium iuſſit: & ſeniores duos amicos, expertes inter fratres cer-
taminum, infrequentes iam in regia, Lyſimachum & Onomaſtum accerſit, quos in conſilio
haberet. Dum ueniunt amici, ſolus, filio procul ſtante, multa ſecum animo uolutans inam
bulauit. poſteaquam ueniſſe eos nunciatum eſt: ſeceſſit in partem interiorem cum duobus
amicis, totidem cuſtodibus corporis. filijs ut ternos inermes ſecum introducerent, permi-
ſit. Ibi cum conſediſſet: Sedeo, inquit, miſerrimus pater iudex inter duos filios, accuſato-
D rem parricidij, & reum, aut conficti aut admiſſi criminis labem apud meos inuenturus. Iam
pridem quidem hanc procellam imminentem timebam, cum uultus inter uos minime fra-
ternos cernerem, cum uoces quaſdam exaudirem. ſed interdum ſpes animum ſubibat, de-
flagrare iras ueſtras, purgari ſuſpiciones poſſe. etiá hoſtes armis poſitis foedus iciſſe, & pri
uatas multorum ſimultates finitas. ſubituram uobis aliquando germanitatis memoriam,
puerilis quódam ſimplicitatis conſuetudiniſq. inter uos, meorum denique praeceptorum:
quae uereor ne uana ſurdis auribus cecinerim. Quoties ego audientibus uobis deteſtatus
exempla diſcordiarum fraternarum, horrendos euentus eorum retuli? quibus ſe, ſtirpem
que ſuam, domos, regna funditus euertiſſent? meliora quoque exépla parte altera poſui,
ſociabilem conſortionem inter binos Lacedaemoniorum reges, ſalutarem per multa ſae-
cula ipſis patriaeq.. eandem ciuitatem, poſteaquá mos ſibi cuique rapiendi tyrannidem ex
ortus ſit, euerſam. iam hos, Eumenem Attalumq. fratres, a quam exiguis rebus, prope ut
E puderet regij nominis, mihi, Antiocho, & cuilibet regū huius aetatis, nulla re magis, quam
fraterna unanimitate regnum aequaſſe. ne Romanis quidem exemplis abſtinui, quae aut ui
ſa, aut audita habebam, T. & L. Quinctiorum, qui bellum mecum geſſerunt: P. & L. Scipio-
num, qui Antiochum deuicerunt: patris patruiq. eorum, quorum perpetuam uitae concor
diam mors quoque miſcuit. neque uos illorum ſcelus, ſimiliſq. ſceleri euentus deterrere
a uaecordi diſcordia potuit; neque horum bona mens, bona fortuna ad ſanitatem flectere.
Viuo, & ſpirante me hereditatem meam ambo & ſpe & cupiditate improba creuiſtis. eo
uſque me uiuere uultis, donec alterius ueſtrum ſuperſtes, haud ambiguum regem alterum
mea morte faciam. nec fratrem, nec patrem poteſtis pati. nihil cari, nihil ſancti eſt in o-

mnium uicem, regni unius inſatiabilis amor ſucceſſit. Agite conſcelerate aures paternas: F
decernite criminibus, mox ferro decreturi: dicite palã quidquid aut ueri poteſtis, aut cõ-
miniſci libet. reſeratae aures ſunt, quae poſthac ſecretis alterius ab altero criminibus clau-
dentur. Haec furens ira cum dixiſſet, lacrymae omnibus obortae, & diu maeſtum ſilẽtium
tenuit. Tum Perſeus. Aperienda nimirum nocte ianua fuit, & armati comeſſatores acci-
piendi, praebendumq. ferro iugulum: quando non creditur niſi perpetratum facinus, & ea
dem petitus inſidijs audio, quae latro, atque inſidiator. non nequidquam iſti unum Deme
trium filium te habere, me ſubditum, & pellice genitum appellant. nam ſi gradum, ſi carita
tem filij apud te haberem: non in me querentem deprehenſas inſidias, ſed in eum, qui fe-
ciſſet, ſaeuires: nec adeo tibi uilis uita eſſet noſtra, ut nec praeterito periculo meo mouere-
ris, neque futuro, ſi inſidiantibus ſit impune. itaq. ſi mori tacitum oportet, taceamus, preca-
ti tãtum deos, ut a me coeptum ſcelus, in me finem habeat, nec per meum latus tu petaris. G
ſin autem, quod circumuentis in ſolitudine natura ipſa ſubijcit, ut hominum, quos numquã
uiderint, fidem tamen implorent, mihi quoque ferrum in me ſtrictum cernenti, uocem mit
tere liceat: per te, patriumq. nomen, quod utri noſtrum ſanctius ſit, iampridem ſentis, ita
me audias precor, tamquam ſi uoce & comploratione nocturna excitus mihi quiritanti
interueniſſes, Demetrium cum armatis nocte intempeſta in ueſtibulo meo deprehẽdiſſes.
quod tum uociferarer in praeſenti pauidus, hoc nunc poſtero die queror. Frater, non co-
meſſantium in uicem iam diu uiuimus inter nos. regnare utique uis. huic ſpei tuae obſtat
aetas mea, obſtat gentiũ ius, obſtat uetuſtus Macedoniae mos, obſtat uero etiam patris iu-
diciũ huc tranſcendere niſi per meum ſanguinem non potes. omnia moliris & tentas. ad
huc ſeu cura mea, ſeu fortuna reſtitit parricidio tuo. Heſterna die in luſtratione & decurſu
& ſimulato ludicro pugnae funeſtum prope proelium feciſti. nec me aliud a morte uindica H
uit, quam quod me ac meos uinci paſſus ſum. ab hoſtili proelio tãquam fraterno luſu per
trahere me ad cenam uoluiſti. Credis me pater inter inermes conuiuas cenaturum fuiſ-
ſe, ad quem armati comeſſatum uenerunt? credis nihil a gladijs nocte periculum fuiſſe,
quem ludibus te inſpectante prope occiderunt? Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum,
quid cum ferro ſuccinctis iuuenibus uenis? conuiuiũ me tibi committere auſus non ſum,
comeſſatorem te cum armatis uenientem recipiam? Si aperta ianua fuiſſet, funus meũ pa-
rares hoc tempore pater, quo querentem audis. Nihil ego tamquam accuſator crimino-
ſe, nec dubia argumentis colligendo ago. quid enim? negat ſe cum multitudine ueniſſe ad
ianuam meã? an ferro ſuccinctos ſecum fuiſſe? quos nominauero, accerſe. poſſunt quidẽ
omnia audere, qui hoc auſi ſunt, non tamen audebunt negare. ſi deprehenſos intra limen
meũ cum ferro ad te deducerẽ, rem pro manifeſto haberes: fatentes pro deprehẽſis habe. I
Exſecrare nunc cupiditatẽ regni, & furias fraternas cõcita. ſed ne ſint caecae pater exſecra-
tiones tuae, diſcerne & diſpice inſidiatorem, & petitum inſidiis: noxium huic eſſe caput.
qui occiſurus fratrem fuit, habeat etiam iratos paternos deos: qui periturus fraterno ſcele
re fuit, perfugium in patris miſericordia & iuſtitia habeat. quo enim alio confugiam? cui
non ſollemne luſtrale exercitus tui, non decurſus militum, non domus, non epulae, nõ nox
ad quietem data naturae beneficio mortalibus, tuta eſt? ſi iero ad fratrem inuitatus, moriẽ
dum eſt. ſi recepero intra ianuam comeſſatum fratrem, moriendum eſt. nec eundo, nec ma
nendo inſidias euito. quo me conferam? nihil praeter deos pater & te colui. non Roma-
nos habeo, ad quos confugiam. periſſe expetunt, quia tuis iniuriis doleo, quia tibi ade-
mptas tot urbes, tot gẽtes, modo Thraciae maritimã oram indignor. nec me nec te incolu-
mi, Macedoniam ſuam futurã ſperant. ſi me ſcelus fratris, te ſenectus abſumpſerit, aut nec K
ea quidem exſpectata fuerit, regem regnumq. Macedoniae ſua futura ſciunt. Si quid extra
Macedoniam tibi Romani reliquiſſent, mihi quoque id relictum crederem receptaculum.
At in Macedonibus ſatis praeſidij eſt. Vidiſti heſterno die impetum in me militum. quid
illis defuit, niſi ferrũ? quod illis defuit interdiu, conuiuae fratris noctu aſſumpſerunt. Quid
de magna parte principum loquar? qui in Romanis ſpem omnem dignitatis & fortunae
poſuerunt, & in eo qui omnia apud Romanos poteſt. neque hercule iſtum mihi tãtum fra
tri maiori, ſed prope eſt, ut tibi quoque ipſi regi & patri praeferãt. iſte enim eſt, cuius bene
ficio poenam tibi ſenatus remiſit, qui nũc te ab armis Romanis protegit, qui tuam ſenectu
tem obligatam & obnoxiam adoleſcentiae ſuae eſſe aequum cenſet, pro iſto Romani ſtãt,

pro

A pro iſto oẽs urbes tuo imperio liberatae, pro iſto Macedones, qui pace Romana gaudent, mihi praeter te pater quid uſquam aut ſpei aut praeſidij eſt? Quo ſpectare illas litteras ad te nunc miſſas T. Quinctij credis? quibus & bene te conſuluiſſe rebus tuis ait, quod Demetrium Romã miſeris, & hortatur, ut iterum & cum pluribus legatis, & primoribus quoque Macedonum remittas eum. T. Quinctius nunc eſt auctor omnium rerum iſti & magiſter. eũ ſibi, te abdicato patre, in locũ tuũ ſubſtituit. illic ante omnia clandeſtina concocta ſunt conſilia: quaeruntur adiutores conſiliis, cum te plures & principes Macedonũ cũ iſto mittere iubet. qui hinc integri & ſinceri Romam eunt, Philippum regem ſe habere credentes, imbuti illinc & infecti Romanis delenimentis redeunt. Demetrius iis unus omnia eſt, eũ iam regem uiuo patre appellant. Haec ſi indignor, audiendũ eſt ſtatim non ab aliis ſolum, ſed etiam a te pater, cupiditatis regni crimen. ego uero, ſi in medio ponitur, non agnoſco.

B quem enim ſuo loco moueo, ut ipſe in eius locum ſuccedam? unus ante me pater eſt, & ut diu ſit, deos rogo. ſuperſtes ei ita ſim, ſi merebor, ut ipſe me eſſe uelit. hereditatem regni ſi pater tradet, accipiam. Cupit regnum, & quidem ſcelerate cupit, qui tranſcendere feſtinat ordinem aetatis, naturae, moris Macedonũ, iuris gentium. Obſtat frater maior, ad quẽ iure, uoluntate etiam patris regnum pertinet. tollatur. non primus regnum fraterna caede petiero. pater ſenex, & filio ſolus orbatus, de ſe magis timebit, quam ut filij necem ulciſcatur. Romani laetabuntur, probabunt, defendent factum. Hae ſpes incertae pater, ſed non inanes ſunt. ita enim res ſe habet, periculum uitae propellere a me potes, puniendo eos, qui ad me interficiendum ferrum ſumpſerunt: ſi facinori eorum ſucceſſerit, mortem meã idem tu perſequi non poteris. Poſteaquam dicendi finem Perſeus fecit, coniecti eorum, qui aderant oculi in Demetrium ſunt, uelut confeſtim reſponſurus eſſet. deinde diu ſilen-

C tium fuit. Cum perfuſum fletu appareret omnibus loqui non poſſe, tandem uicit dolorem ipſa neceſſitas, cum dicere iuberent, atque ita orſus eſt. Omnia quae reorum antea fuerant auxilia, pater, praeoccupauit accuſator. Simulatis lacrymis in alterius perniciem, ueras meas lacrymas ſuſpectas tibi fecit. cum ipſe ex quo ab Roma redii, per occulta cum ſuis colloquia dies noctesq. inſidietur, ultro mihi non inſidiatoris modo, ſed latronis manifeſti & percuſſoris ſpeciem induit. Periculo ſuo te exterret, ut innoxio fratri per eundem te maturet perniciem. perfugium ſibi nuſquam gentium eſſe ait, ut ego ne apud te quidem quidquam ſpei reliquae habeam. circumuẽtum, ſolum, inopẽ, inuidia gratiae externae, quae obeſt potius, quam prodeſt, onerat. Iam illud, quam accuſatorie? quod noctis huius crimen miſcuit cum cetera inſectatione uitae meae? ut & hoc, quod iam quale ſit ſcies, ſuſpectum alio uitae noſtrae tenore faceret, & illam uanam criminationem ſpei, uolũtatis, conſiliorũ

D meorum, nocturno hoc ficto & compoſito argumento fulciret. ſimul & illud quaeſiuit, ut repẽtina & minime praeparata accuſatio uideretur: quippe ex noctis huius metu & tumultu repentino exorta. Oportuit autem Perſeus, ſi proditor ego patris regniq. eram, ſi cum Romanis, ſi cum aliis inimicis patris inieram conſilia, non exſpectatam fabulam noctis huius eſſe, ſed proditionis meae ante me accuſatũ: ſi illa ſeparata ab hac uana accuſatio erat, inuidiamq. tuam aduerſus me magis, quam crimen meum indicatura, hodie quoque eam aut praetermitti, aut in aliud tempus differri: ut perſpiceretur, utrum ego tibi, an tu mihi, nouo quidẽ & ſingulari genere odij, inſidias feciſſes. ego tamẽ, quantum in hac ſubita perturbatione potero, ſeparabo ea quae tu cõfudiſti, & noctis huius inſidias aut tuas aut meas detegam. Occidendi ſui conſilium me iniſſe uideri uult, ut ſcilicet maiore fratre ſublato, cuius iure gentium, more Macedonum, tuo etiam, ut ait, iudicio regnum eſt futurum: ego

E minor in eius quem occidiſſem, ſuccederem locum. quid ergo illa ſibi uult pars altera orationis, qua Romanos a me cultos ait? atque eorum fiducia in ſpem regni me ueniſſe? nam ſi & in Romanis tantum momenti eſſe credebam, ut, quem uellent, imponerent Macedoniae regem, & meae tantum apud eos gratiae confidebam, quid opus parricidio fuit? an ut cruẽtum fraterna caede diadema gererem? ut illis ipſis, apud quos aut uera, aut certe ſimulata probitate partam gratiam habeo, ſi quam forte habeo, exſecrabilis & inuiſus eſſem? niſi T. Quinctium credis, cuius uirtute & cõſiliis me nunc arguis regi, cum & ipſe tali pietate uiuat cum fratre, mihi fraternae caedis fuiſſe auctorem. Idem non Romanorum ſolum gratiam, ſed Macedonum iudicia, ac paene omnium deorum hominumq. conſenſum collegit, per quae omnia ſe mihi parem in certamine non futurum crediderit. idem tamquam in aliis

in alijs omnibus rebus inferior eſſem, ad ſceleris ſpem ultimam confugiſſe me inſimulat. F
Vis hanc formulam cognitionis eſſe, ut uter timuerit, ne alter dignior uideretur regno, is
conſilium opprimendi fratris cepiſſe iudicetur? Exſequamur tamen quocumque modo cō
ficti ordinem criminis. Pluribus modis ſe petitum criminatus eſt, & omnes inſidiarum
uias in unum diem contulit. uolui interdiu eum poſt luſtrationem, cum concurrimus, &
quidem ſi dijs placet, luſtrationum die occidere. uolui, cum ad cenam inuitaui, ueneno
ſcilicet tollere. uolui cum comeſſatum gladiis accincti me ſecuti ſunt, ferro interficere.
tempora quidem qualia ſint ad parricidium electa, uides: luſus, conuiuij, comeſſationis,
quis dies? qualis? quo luſtratus exercitus, quo inter diuiſam uictimam, praelatis omniū,
qui umquam fuere Macedoniae regum armis regiis, duo ſoli tua tegentes latera pater
praeuecti ſumus, & ſecutum eſt Macedonum agmen. hoc ego, etiam ſiquid ante admi-
ſiſſem piaculo dignum, luſtratus & expiatus ſacro, tum cum maxime in hoſtiam itineri G
noſtro circumdatam intuens, parricidium, uenena, gladios in comeſſationem praepara-
tos uolutabam in animo: ut quibus alijs deinde ſacris contaminatam omni ſcelere men-
tem expiarem? ſed caecus criminandi cupiditate animus, dum omnia ſuſpecta efficere
uult, aliud alio confundit. nam ſi ueneno te inter cenam tollere uolui, quid minus aptum
fuit, quam pertinaci certamine & concurſu iratum te efficere? ut merito, ſicut feciſti, in-
uitatus ad cenam abnueres? cum autem iratus negaſſes, utrum ut placarem te danda o-
pera fuit, ut aliam quaererem occaſionem, quoniam ſemel uenenum paraueram: an ab il-
lo conſilio uelut tranſiliendum ad aliud fuit, ut ferro te, & quidem eo die per ſpeciem co-
meſſationis occiderem? quo deinde modo, ſi te metu mortis credebam cenam euitaſſe
meam, non ab eodem metu comeſſationem quoque euitaturum exiſtimabam? Non eſt res
qua erubeſcam pater, ſi die feſto inter aequales largiore uino ſum uſus: tu quoque uelim in H
quiras, qua laetitia, quo luſu apud me celebratum heſternum conuiuium ſit, illo etiā (pra-
uo forſitan) gaudio prouehente, quod in iuuenili armorum certamine pars noſtra non infe
rior fuerat. miſeria haec & metus crapulam facile excuſſerunt: quae ſi non interueniſſent,
inſidiatores nos ſopiti iaceremus. Si domum tuam expugnaturus, capta domo dominum
interfecturus eram, non temperaſſem uino in unū diem? non milites abſtinuiſſem meos?
Et ne ego me ſolus nimia ſimplicitate tuear, ipſe quoque minime malus ac ſuſpicax frater,
Nihil aliud ſcio, inquit, nihil arguo, niſi quod cum ferro comeſſatum uenerunt. ſi quaeram
unde idipſum ſcieris, neceſſe erit te fateri, aut ſpeculatorum tuorū plenam domum fuiſſe
meam, aut illos ita aperte ſumpſiſſe ferrum, ut omnes uiderent. Et ne quid ipſe aut prius
inquiſiſſe, aut nunc crimino ſe argumentari uideretur, te quaerere ex iis quos nominaſſet,
iubebat, an ferrum habuiſſent? ut tamquam in re dubia, cum id quaeſiſſes, quod ipſi faten- I
tur, pro cōuictis haberentur. Quin tu illud quaeri iubes, nū tui occidendi cauſſa ferrum ſu-
mpſerint? num me auctore & ſciente? hoc enim uideri uis, non illud quod fatētur. & palā
eſt, & ſui ſe tuendi cauſſa ſumpſiſſe dicunt. recte an perperam fecerint, ipſi ſui facti rationē
reddent. meam cauſſam, quae nihil eo facto contingitur, ne miſcueris: aut explica, utrum
aperte, an clam te aggreſſuri fuerimus? ſi aperte, cur non omnes ferrum habuimus? cur ne-
mo praeter eos, qui tuum ſpeculatorem pulſarunt? ſi clam, quis ordo conſilij fuit? conuiuio
ſoluto, cū comeſſator ego diſceſsiſſem, quattuor ſubſtitiſſent, ut ſopitum te aggrederētur?
quomodo feſelliſſent, & alieni, & mei, & maxime ſuſpecti, quia paullo ante in rixa fuerāt?
quomodo autē trucidato te ipſi euaſuri? quattuor gladiis domus tua capi & expugnari po-
tuit? Quin tu omiſſa iſta nocturna fabula, ad id, quod doles, quod inuidiam urit, reuerteris?
cur uſquam regni tui mentio fit Demetri? cur dignior patris fortunae ſucceſsor quibuſdā K
uideris, quam ego? cur ſpem meam, quae, ſi tu non eſſes, certa erat, dubiam & ſollicitā fa-
cis? Haec ſentit Perſeus, etſi non dicit: haec iſtum inimicum, haec accuſatorem faciūt: haec
domum, haec regnum tuum, criminibus & ſuſpicionibus replent. Ego autem pater, quem
admodum nec nunc ſperare regnum, nec ambigere umquam de eo forſitan debeam, quia
minor ſum, quia tu me maiori cedere uis, ſic illud nec debui facere, nec debeo, ut indignus
te patre, indignus omnibus uidear. id enim uitiis meis, non cedendo cui ius faſq. eſt, hoc
modeſtia conſequar. Romanos obiicis mihi, & ea, quae gloriae eſſe debent, in crimen uer
tis. ego nec obſes Romanis, ut traderer, nec ut legatus mitterer Romam, petii. a te miſſus,
non recuſaui. utroque tempore ita me geſsi, ne tibi pudori, ne regno tuo, ne genti Mace-
donum

A donum eſſem. itaque mihi cum Romanis amicitiae cauſſa tu fuiſti pater. quoad tecũ illis pax manebit, mecum quoque gratia erit. ſi bellum eſſe coeperit, qui obſes, qui legatus pro patre non inutilis fui, idem hoſtis illis acerrimus ero. Nec hodie ut proſit mihi gratia Romanorum, poſtulo. ne obſit, tantum deprecor: nec in bello coepit, nec ad bellum reſeruatur. pacis pignus fui. ad pacem retinendam legatus miſſus ſum: neutra res mihi nec gloriae nec crimini ſit. Ego ſi quid impie in te pater, ſi quid ſcelerate in fratrem admiſi, nullam deprecor poenam. ſi innocens ſum, ne inuidia conflagrem, cum crimine non poſſim, deprecor. Non hodie me primum frater accuſat: ſed hodie primum aperte, nullo meo in ſe merito. Si mihi pater ſuccenſeret, te maiorem fratrem pro minore deprecari oportebat: te adoleſcentiae, te errori ueniam impetrare. in eo ubi praeſidium eſſe oportebat, ibi exitium eſt. E conuiuio & comeſſationibus prope ſemiſomnus raptus ſum ad cauſſam

B parricidij dicendam. ſine aduocatis, ſine patronis ipſe pro me dicere cogor. ſi pro alio dicendum erit, tempus ad meditandum & componendam orationem ſumpſiſſem, cum quid aliud, quam ingenij fama periclitarer? ignarus quid accitus eſſem, te iratum & iubentem dicere cauſſam, fratrem accuſantem audiui. ille diu ante praeparata, meditata in me oratione eſt uſus: ego id tantum temporis, quo accuſatus ſum, ad agnoſcendum quid ageretur habui. utrum momento illo horae accuſatorem audirem? an defenſionem meditarer? attonitus repentino, atque inopinato malo, uix quid obijceretur, intelligere potui, nedum ſatis ſciam, quo modo me tuear. Quid mihi ſpei eſſet, niſi patrem iudicem haberem? apud quem etiam ſi caritate a fratre maiore uincor, miſericordia certe reus uinci non debeo. ego enim ut me mihi tibiq. ſerues, precor: ille ut me in ſecuritatem ſuam occidas, poſtulat. quid eum, cum regnum ei tradideris, facturum credis in me eſſe, qui iam nunc

C ſanguine meo ſibi indulgeri aequum cenſet? Dicenti haec lacrymae ſimul ſpiritũ & uocẽ interclüſerunt. Philippus ſummotis ijs, paulliſper collocutus cum amicis, pronunciauit, non uerbis ſe, nec unius horae diſceptatione cauſſam eorum diiudicaturum, ſed inquirendo in utriuſque uitam, mores, & dicta factaque in magnis paruiſque rebus obſeruando: ut omnibus appareret, noctis proximae crimen facile reuictum, ſuſpectam nimiam cum Romanis Demetrij gratiam eſſe. Haec uiuo Philippo uelut ſemina iacta ſunt Macedonici belli, quod maxime cum Perſeo gerendum erat. conſules ambo in Ligures, quae tum una conſularis prouincia erat, proficiſcuntur. & quia proſpere ibi res geſſerunt, ſupplicatio in unum diem decreta eſt. Ligurum duo millia fere ad extremum finem prouinciae Galliae, ubi caſtra Marcellus habebat, uenerunt, uti reciperentur, orantes. Marcellus, operiri eodem loco Liguribus iuſſis, ſenatum per litteras conſuluit. ſenatus reſcribere M. Ogulnium

D praetorem Marcello iuſſit, uerius, fuiſſe conſules, quorum prouincia eſſet, quam ſe, quid e republica eſſet, decernere. tum quoque non placere ſibi: per deditionem Ligures recipi, & receptis arma adimi, itaque eos ad conſules mitti, ſenatum aequum cenſere. Praetores eodem tempore, P. Manlius in ulteriorem Hiſpaniam, quam & priore praetura prouinciã obtinuerat, Q. Fuluius Flaccus in citeriorem peruenit, exercitumque a Terentio accepit. nam ulterior morte P. Sempronij propraetoris ſine imperio fuerat. Fuluium Flaccum oppidum Hiſpanum Vrbicuam nomine oppugnantem Celtiberi adorti ſunt. dura ibi proelia aliquot facta. multi Romani milites & uulnerati & interfecti ſunt. uicti perſeuerantia Fuluij, quod nulla ui abſtrahi ab obſidione potuit, Celtiberi, feſſi proelijs uarijs abſceſſerunt. urbs, amoto auxilio eorum, intra paucos dies capta & direpta eſt. praedam militibus praetor conceſſit. Fuluius hoc opido capto, P. Manlius exercitu tantum in unum coacto, qui diſſipatus fuerat, nulla alia memorabili geſta re, exercitus in hiberna deduxerunt. Haec ea

E aeſtate in Hiſpania geſta. Terentius, qui ea prouincia deceſſerat, ouans urbem inijt. tranſlatum argenti pondo IX millia CCCXX, auri LXXX pondo & duae coronae aureae pódo LXVII. Eodem anno inter populum Carthaginienſem & regem Maſſaniſſam in re praeſenti diſceptatores Romani de agro fuerunt. ceperat eũ ab Carthaginienſibus pater Maſſaniſſae Gala. Galam Syphax inde expulerat: poſtea, in gratiam ſoceri Haſdrubalis, Carthaginienſibus dono dederat. Carthaginienſes eo anno Maſſaniſſa expulerat. Haud minore certamine animorum, quam cum ferro & acie dimicarunt, res acta apud Romanos. Carthaginienſes, quod primo maiorum ſuorum fuiſſet, deinde a Syphace ad ſe perueniſſet, repetebant. Maſſaniſſa paterni regni agrum ſe & recepiſſe, & habere iure gentiũ aiebat, & cauſſa

& poſſeſſione ſuperiorem eſſe. nihil aliud ſe in ea diſceptatione intuere, quam ne pudor F
Romanorum, dum uereantur ne quid ſocio, atque amico regi aduerſus communes ſuos, atque illius hoſtes indulſiſſe uideantur, damno ſit. Legati poſſeſſionis ius non mutarunt. cauſſam integram Romam ad ſenatum reiecerunt. In Liguribus nihil poſtea geſtum. receſſerant primum in deuios ſaltus. deinde dimiſſo exercitu, paſſim in uicos caſtellaq. ſua dilapſi ſunt. conſules quoque dimittere exercitum uoluerunt, ac de ea re patres conſuluerunt. Alterum ex his dimiſſo exercitu ad magiſtratus in annum creandos uenire Romam iuſſerunt, alterum cum legionibus ſuis Piſis hiemare. Fama erat, Gallos tranſalpinos iuuentutem armare: nec, in quam regionem Italiae effuſura ſe multitudo eſſet, ſciebatur: ita inter ſe conſules compararunt, ut Cn. Baebius ad comitia iret, quia M. Baebius frater eius conſulatum petebat. comitia conſulibus rogandis fuere. Creati P. Cornelius Cethegus, M.
Baebius Tamphilus. Praetores inde facti duo Q. Fabij, Maximus & Buteo, Ti. Claudius G
An. 569 Nero, Q. Petillius Spurinus, M. Pinarius Poſca, L. Duronius. his, inito magiſtratu, prouinciae ita ſorte euenerunt. Ligures conſulibus, praetoribus, Q. Petillio urbana, Q. Fabio Maximo peregrina, Q. Fabio Buteoni Gallia, Ti. Claudio Neroni Sicilia, M. Pinario Sardinia, L. Duronio Apulia, & Iſtri adiecti, quod Tarentini Brundiſiniq. nunciabant, maritimos agros infeſtos tranſmarinarum nauium latrocinijs eſſe. eadem Maſſilienſes de Ligurum nauibus querebantur. Exercitus inde decreti. quattuor legiones conſulibus, quae quina millia ducenos Romanos pedites, trecenos haberent equites, & quindecim millia ſocium ac Latini nominis, octingentos equites. In Hiſpanijs prorogatum ueteribus praetoribus imperium eſt cũ exercitibus quos haberent, & in ſupplementum decreta tria millia ciuium Romanorũ, ducenti equites, & ſocium Latini nominis ſex millia peditum, tre-
centi equites. Nec rei naualis cura omiſſa. duumuiros in eam rem conſules creare iuſſi, H
per quos naues uiginti deductae naualibus ſocijs ciuibus Romanis, qui ſeruitutem ſeruiſſent, complerentur, ingenui tantum in ijs praeeſſent. Inter duumuiros ita diuiſa tuenda denis nauibus maritima ora, ut promontorium ijs Mineruae uelut cardo in medio eſſet, alter in dexteram partem uſque ad Maſſiliam, laeuam alter uſque ad Barium tueretur. Prodigia multa foeda & Romae eo anno uiſa & nunciata peregre. In Area Vulcani & Concordiae ſanguinem pluit, & pontifices haſtas motas nunciauere, & Lanuuij ſimulacrum Iunonis Soſpitae lacrymaſſe. & peſtilentia in agris, foriſque, & conciliabulis, & in urbe tanta erat, ut libitina tunc uix ſufficeret. His prodigijs cladibuſque anxij patres decreuerunt, ut & conſules, quibus dijs uideretur, hoſtijs maioribus ſacrificarent, & decemuiri libros adirent. eorum decreto ſupplicatio circa omnia puluinaria Romae in diem unum indicta
eſt. ijſdem auctoribus & ſenatus cenſuit, & conſules edixerunt, ut per totam Italiam tri- I
duum ſupplicatio & feriae eſſent. Peſtilentiae tanta uis erat, ut, cum propter defectionem Corſorum, bellumque ab Ilienſibus concitatum in Sardinia, octo millia peditum ex ſocijs Latini nominis ſcribi placuiſſet, & CCC equites. quos M. Pinarius praetor ſecum in Sardiniam tranſijceret, tantũ hominum demortuum eſſe, tãtum ubique aegrorum conſules renunciauerint, ut is numerus effici militum non potuerit. quod deerat militum, ſumere a Cn. Baebio proconſule, qui Piſis hibernabat, iuſſus praetor, atque inde in Sardiniã tranſijcere. L. Duronio praetori, cui prouincia Apulia euenerat adiecta de Bacchanalibus quaeſtio eſt: cuius reſidua quaedam uelut ſemina ex prioribus malis iam priore anno apparuerant: ſed magis inchoatae apud L. Pupium praetorem quaeſtiones erant, quam ad exitum ullum perductae. id perſecare nouum praetorem, ne ſerperet iterum latius, patres iuſſe-
runt. Et leges de ambitu conſules ex auctoritate ſenatus ad populum tulerunt. Legatio- K
nes deinde in ſenatum introduxerunt, regum primas, Eumenis & Ariarathis Cappadocis, & Pharnacis Pontici. nec ultra quidquam ijs reſponſum eſt, quam miſſuros, qui de controuerſijs eorum cognoſcerent ſtatuerentque. Lacedaemoniorum deinde exſulum & Achaeorum legati introducti ſunt. & ſpes data exſulibus eſt, ſcripturũ ſenatũ Achaeis, ut reſtituerentur. Achaei de Meſſene recepta, compoſitiſq. ibi rebus, cum aſſenſu patrum expoſuerũt, & a Philippo rege Macedonũ duo legati uenerunt, Philocles & Apelles nulla ſuper re, quae ab ſenatu petẽda eſſet: ſpeculatũ magis inquiſitũq. miſſi, de ijs quorũ Perſeus Demetrium inſimulaſſet, ſermonum cum Romanis, maxime cũ T. Quinctio, aduerſus fratrẽ de regno habitorum. Hos tamquam medios, nec in alterius fauorẽ inclinatos miſerat rex.

erant

A erant autem & hi Perſei fraudis in fratrem miniſtri & participes. Demetrius omniũ,prae-
terquam fraterni ſceleris,quod nuper eruperat,ignarus,primo neque magnam,neque nul
lam ſpem habebat, patrem ſibi placari poſſe. minus deinde in dies patris animo fidebat,
cum obſideri aures a fratre cerneret. itaque circumſpiciens dicta factaq. ſua, nec cuius ſu-
ſpiciones augeret, maxime ab omni mentione & contagione Romanorum abſtinebat: ut
neque ſcribi ſibi uellet: quia hoc praecipue criminum genere exaſperari animũ ſentiebat.
Philippus ſimul ne otio miles deterior fieret, ſimul auertendae ſuſpicionis cauſſa quidquã
a ſe agitari de Romano bello,Stobos Paeoniae exercitu,indicto, in Medicam ducere per-
git. Cupido eum ceperat in uerticem Aemi montis adſcendendi, quia uulgatae opinioni
crediderat, Ponticum ſimul & Hadriaticum mare,& Iſtrum amnem,& Alpes cõſpici poſ
ſe. ſubiecta oculis ea haud parui ſibi momenti futura ad cogitationem Romani belli. Per-
B cunctatus regionis peritos de adſcenſu Aemi,cum ſatis inter omnes conſtaret,uiam exer-
citui nullam eſſe,paucis & expeditis per difficillimum aditum: ut ſermone familiari mino
rem filium permulceret,quem ſtatuerat non ducere ſecum,primum quaerit ab eo,cum tan
ta difficultas itineris proponatur, utrum perſeuerandum ſit in incepto, an abſtinendum.
ſi pergat tamen ire, non poſſe obliuiſci ſe in talibus rebus Antigoni, qui ſaeua tempeſtate
iactatus; cum in eadem naue ſecum ſuos omnes habuiſſet,praecepiſſe liberis diceretur, ut
& ipſi meminiſſent, & ita poſteris proderent, ne quis cum tota gente ſimul in rebus dubijs
periclitari auderet. memorem ergo ſe praecepti eius, duos ſimul filios non commiſſurum
in aleam eius,qui proponeretur caſus. & quoniam maiorem filium ſecum duceret, mino-
rem ad ſubſidia ſpei, & cuſtodiam regni remiſſurum in Macedoniam eſſe. Non fallebat
Demetrium ablegari ſe, ne adeſſet conſilio: cum in conſpectu locorum conſultaret: quae
C proxime itinera ad mare Hadriaticum,atque Italiam ducerent,quaeq.belli ratio eſſet futu
ra.ſed non ſolum parendum patri tum,ſed etiam aſſentiendum erat,ne inuitum parere ſuſ-
picionem faceret. Vt tamen iter ei tutum in Macedoniam eſſet, Didas ex praetoribus re
giis unus,qui Paeoniae praeerat,iuſſus eſt proſequi eum cum modico praeſidio.Hunc quo
que Perſeus, ſicut pleroſque patris amicorum, ex quo haud dubium cuiquam eſſe coepe-
rat, ad quem ita inclinato regis animo hereditas regni pertineret,inter coniuratos in fra-
tris perniciem habuit. in praeſentia dat ei mandata, ut per omne obſequiũ inſinuaret ſe in
quammaxime familiarem uſum, ut elicere omnia arcana, ſpeculariq. abditos eius ſenſus
poſſet. ita digreditur Demetrius cum infeſtioribus, quam ſi ſolus iret, praeſidijs. Philip-
pus Medicam primum,deinde ſolitudines interiacentes Medicae,atq. Aemo tranſgreſſus,
ſeptimis demum caſtris ad radices montis peruenit. ibi unum moratus diem ad deligẽdos
D quos duceret ſecum,poſtero die iter eſt ingreſſus. Modicus primo labor in imis collibus
fuit. quantum in altitudinem egrediebantur,magis magiſq. ſilueſtria & pleraq. inuia loca
excipiebãt.peruenere deinde in tam opacum iter,ut,prae denſitate arborum immiſſorum-
que aliorum in alios ramorum,perſpici caelum uix poſſet.ut uero iugis appropinquabant,
quod rarum in alijs locis eſſet,adeo omnia contecta nebula,ut haud ſecus,quam nocturno
itinere,impedirẽtur.tertio demum die ad uerticem peruentum. nihil uulgatae opinioni di
greſſi inde detraxerunt: magis credo ne uanitas itineris ludibrio eſſet,quam quod aduer-
ſa inter ſe maria monteſq.& amnes ex uno loco conſpici potuerint. Vexati omnes,& an-
te alios rex ipſe,quo grauior aetate erat, difficultate uiae eſt. duabus aris ibi Ioui & Soli ſa
cratis cum immolaſſet,qui triduo adſcẽderat,biduo eſt degreſſus,frigora nocturna maxi-
me metuens,quae caniculae ortu ſimilia brumalibus erant.Multis per eos dies difficultati
E bus conflictatus, nihilo laetiora in caſtris inuenit: ubi ſumma paenuria erat, ut in regione
quã ab omni parte ſolitudines clauderent.itaq.unũ tantum moratus diẽ quietis eorũ cauſ-
ſa,quos habuerat ſecum,itinere inde ſimili fugae in Dantheletas tranſcurrit.Socij erãt,ſed
propter inopiam haud ſecus,quam hoſtium fines Macedones populati ſunt. rapiẽdo enim
paſſim uillas primum, dein quoſdam uicos etiam euaſtarunt, non ſine magno pudore re-
gis,cum ſociorum uoces nequidquam deos ſociales nomenque ſuum implorantes audi-
ret. Frumento inde ſublato in Medicam regreſſus,urbẽ quam Petram appellant,oppugna-
re eſt adortus. ipſe a campeſtri aditu caſtra poſuit. Perſeum filium cum modica manu cir-
cummiſit, ut a ſuperioribus locis urbem aggrederetur. Opidani,cum terror undique inſta-
ret,obſidibus datis,in praeſentia dediderunt ſeſe.ijdem,poſteaquã exercitus receſſit,obli-

ti obſidum,relicta urbe,in loca munita & montes refugerunt. Philippus, omni genere la- F
boris ſine ullo effectu fatigatis militibus, & fraude praetoris Didae auctis in filium ſuſpi-
cionibus,in Macedoniam rediit. Miſſus hic comes(ut ante dictum eſt)cum ſimplicitatem
iuuenis incauti, & ſuis haud immerito ſuccenſentis, aſſentando, indignandoq. & ipſe ui-
cem eius,captaret: in omnia ultro ſuam offerens operam, fide data arcana eius elicuit. Fu-
gam ad Romanos Demetrius meditabatur.cui conſilio adiutor deum beneficio oblatus ui-
debatur Paeoniae praetor.per cuius prouinciam ſpem ceperat elabi tuto poſſe. Hoc conſi-
lium extemplo & fratri proditur,& auctore eo indicatur patri. Litterae primum ad obſidē-
tem Petram allatae ſunt. inde Herodorus (princeps hic amicorum Demetrij erat) in cuſto-
diam eſt coniectus, & Demetrius diſſimulanter aſſeruari iuſſus. Haec ſuper cetera triſtem
aduentum in Macedoniam regi fecerunt. mouebant eum & praeſentia crimina.exſpectan-
dos tamen, quos ad exploranda omnia Romam miſerat,cenſebat. His anxius curis cum G
aliquot menſes egiſſet,tandem legati,iā ante praemeditatis in Macedonia,quae ab Roma
renunciarent, uenerunt. qui ſuper cetera ſcelera falſas etiam litteras ſigno adulterino T.
Quinctij ſignatas reddiderunt regi. deprecatio erat in litteris,ſi quid adoleſcens,cupidita-
te regni prolapſus,ſecum egiſſet,nihil eum aduerſus ſuorum quemquam facturum:neque
eum ſeſe eſſe,qui ullius impij conſilij auctor futurus uideri poſſit. Hae litterae fidem Per-
ſei criminibus fecerunt. itaq. Herodorus extēplo diu excruciatus ſine indicio rei ullius in
tormentis moritur. Demetrium iterum ad patrem accuſauit Perſeus de fuga per Paeo-
niam praeparata. arguebant eum corrupti quidam, ut comites itineris eſſent.maxime fal-
ſae litterae T.Quinctij urgebant.nihil tamen palam grauius pronunciatum de eo eſt,ut do-
lo potius interficeretur.nec id cura ipſius,ſed ne poena eius conſilia aduerſus Romanos nu-
daret. Ab Theſſalonica Demetriadem ipſi cum iter eſſet, Aeſtraeum Paeoniae Demetriū
mittit cum eodē comite Dida Perſeum ad Philippopolim ad obſides Thracum accipiēdos.
digredienti ab ſe Didae mandata dediſſe dicitur de filio occidendo. Sacrificium ab Dida,
ſeu inſtitutum ſeu ſimulatum eſt, ad quod celebrandum inuitatus Demetrius ab Aeſtraeo
Heracleam uenit. in ea cena dicitur uenenum datum. poculo epoto extemplo ſenſit. &
mox coortis doloribus, relicto conuiuio, cum in cubiculum recepiſſet ſeſe, crudelitatem
patris conquerens,parricidium fratris,ac Didae ſcelus incuſans torquebatur. intromiſſi de-
inde Thyrſis quidam Stubereus, & Beroeaeus Alexander, iniectis tapetibus in caput fau-
ceſque,ſpiritum intercluſerunt.ita innoxius adoleſcens, cum in eo ne ſimplici quidem ge-
nere mortis contenti inimici fuiſſent, interficitur. Dum haec in Macedonia gerūtur, L.
Aemilius Paullus, prorogato ex conſulatu imperio, principio ueris in Ligures Ingaunos
exercitum introduxit. Vbi primum in hoſtium finibus caſtra poſuit: legati ad eum per ſpe- I
ciem pacis petendae ſpeculatum uenerunt.neganti Paullo niſi cum deditis paciſci ſe pacē,
non tam id recuſabant,quam tempore opus eſſe aiebant,ut generi agreſti hominū perſua-
deretur. ad hoc decem dierum indutiae cum darentur: petierunt deinde, ne trans montes
proximos caſtris pabulatum lignatumque milites irent. culta ea loca ſuorum finium eſſe.
id ubi impetrauere,poſt eos ipſos montes unde auerterant hoſtem,exercitu omni coacto,
repēte multitudine ingenti caſtra Romanorum oppugnare ſimul omnibus portis aggreſſi
ſunt.ſumma ui totum unum diem oppugnarunt, ita ut ne efferēdi quidem ſigna Romanis
ſpatium,nec ad explicandam aciem locus eſſet. conferti in portis, obſtando magis, quam
pugnando, caſtra tutabantur. ſub occaſum ſolis cum receſſiſſent hoſtes duos equites ad
Cn. Baebium proconſulem cum litteris Piſas mittit, ut obſeſſo ſibi per indutias quampri-
mum ſubſidio ueniret. Baebius exercitum M.Pinario praetori eunti in Sardiniam tradide- K
rat. ceterum & ſenatum litteris certiorem fecit, obſideri a Liguribus L. Aemilium: &
Claudio Marcello, cuius proxima inde prouincia erat, ſcripſit, ut, ſi uideretur ei, exerci-
tum ex Gallia tranſduceret in Ligures,& L.Aemilium liberaret obſidione. Haec ſera futu-
ra auxilia erant. Ligures poſtero die ad caſtra redeunt. Aemilius cum & uenturos ſciſſet,
& educere in aciem copias potuiſſet, intra uallum ſuos tenuit, ut extraheret rem in id
tempus, quo Baebius cum exercitu uenire a Piſis poſſet. Romae magnam trepidationem
litterae Baebij fecerunt,eo maiorem,quod paucos poſt dies Marcellus,tradito exercitu Fa-
bio,Romam cum ueniſſet, ſpem ademit, eum qui in Gallia eſſet exercitū in Ligures tranſ-
duci poſſe,quia bellum cum Iſtris eſſet,prohibētibus coloniam Aquileiam deduci. eo pro-

A fectum Fabium, neque inde regredi bello inchoato poſſe. Vna, & ea ipſa tardior quam tempus poſtulabat, ſubſidij ſpes erat, ſi conſules maturaſſent in prouinciam ire. id ut facerent, pro ſe quiſque patrum uociferari. conſules, niſi confecto delectu, negare ſe ituros, nec ſuam ſegnitiam, ſed uim morbi in cauſſa eſſe, quo ſerius perficeretur. non tamen potuerunt ſuſtinere conſenſum ſenatus, quin paludati exirent, & militibus, quos conſcriptos haberent, diem edicerent, quo Piſas conuenirent. permiſſum ut qua irent, protinus ſubitarios milites ſcriberent, ducerentque ſecum. Et praetoribus Q. Petillio & Q. Fabio imperatum eſt, ut Petillius duas legiones ciuiũ Romanorum tumultuarias ſcriberet, & omnes minores quinquaginta annis ſacramento rogaret: Fabio, ut ſocijs Latini nominis quindecim millia peditum, octingentos equites imperaret. Duumuiri nauales creati C. Matienus & C. Lucretius, naueſq. ijs ornatae ſunt: Matienoque, cuius ad Gallicum ſinum prouincia

B erat, imperatum, ut claſſem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram, ſi quo uſui eſſe L. Aemilio, atque eius exercitui poſſet. Aemilius, poſteaquam nihil uſquam auxilij oſtendebatur, interceptos credens equites, non ultra differendum ratus, quin per ſe fortunam tentaret, priuſquam hoſtes uenirent, qui iam ſegnius ſecordiuſq. oppugnabant, ad quattuor portas exercitum inſtruxit; ut ſigno dato ſimul ex omnibus partibus eruptionem facerẽt, quattuor extraordinarijs cohortibus duas adiunxit, praepoſito M. Valerio legato. erumpere extraordinaria porta iuſſit. ad dexterã principalem haſtatos legionis primae inſtruxit; principes ex eadem legione in ſubſidijs poſuit. M. Seruilius, & L. Sulpicius tribuni mil. his praepoſiti. tertia legio aduerſus principalem ſiniſtram portam inſtructa eſt. id tantum mutatum: principes primi, & haſtati in ſubſidijs locati: Sex. Iulius Caeſar, & L. Aurelius Cotta tribuni mil. huic legioni praepoſiti ſunt. Q. Fuluius Flaccus legatus cum dextra

C ala ad quaeſtoriam poſitus. duae cohortes & triarij duarum legionum in praeſidio caſtrorum manere iuſſi. Omnes portas concionabundus ipſe imperator circumijt, & quibuſcumque irritamentis poterat, iras militum acuebat: nunc fraudem hoſtium incuſans, qui pace petita, indutijs datis, per ipſum induciarum tempus, contra ius gentium, ad caſtra oppugnanda ueniſſent: nunc quantus pudor eſſet edocens, ab Liguribus latronibus, uerius quam hoſtibus iuſtis, Romanum exercitum obſideri. Quo ore quiſquam ueſtrum, ſi hinc alieno praeſidio, non ueſtra uirtute euaſeritis, occurret, non dico eis militibus, qui Hannibalem, qui Philippum, qui Antiochũ, maximos noſtrae aetatis reges duceſq. uicerunt, ſed ijs, qui hos ipſos Ligures aliquoties pecorum modo, fugientes per ſaltus inuios conſectati ceciderunt? quod Hiſpani, quod Galli, quod Macedones Poeniue nõ audeant, Liguſtinus hoſtis uallũ Romanum ſubit, obſidet ultro & oppugnat, quem ſcrutantes antea deuios ſaltus, abditum & latentem uix inueniebamus? Ad haec conſentiens reddebatnr militum cla-

D mor, nullam militum culpam eſſe, quibus nemo ad erumpendum ſignum dediſſet. daret ſignum, intellecturum eoſdem, qui antea fuerint, & Romanos & Ligures eſſe. Bina cis montes caſtra Ligurum erant. ex ijs primis diebus ſole orto pariter omnes compoſiti & inſtructi procedebant: tum niſi exſatiati cibo uinoq. arma non capiebant, diſperſi, inordinati exibant, ut quibus pro ſe certum eſſet. hoſtes extra uallum ſigna non elaturos. Aduerſus ita incompoſitos eos uenientes, clamore pariter omnium, qui in caſtris erant, calonum quoque & lixarum ſublato, ſimul omnibus portis Romani eruperunt. Liguribus adeo improuiſa res fuit, ut perinde ac inſidijs circumuenti forent, trepidarent. Exiguum temporis aliqua forma pugnae fuit. fuga deinde effuſa, & fugientium paſſim caedes erat. equitibus dato ſigno, ut conſcenderent equos, nec effugere quemquam ſinerent, in caſtra omnes trepida fuga compulſi ſunt: deinde ipſis exſuti caſtris. Supra quindecim millia Ligurum eo

E die occiſa, capta duo millia & quingenti. Triduo poſt Ligurum Ingaunorum omne nomen obſidibus in deditionem uenit: gubernatores nautaeq. conquiſiti, qui praedatores fuiſſent nauibus, atque omnes in cuſtodiam coniecti. Et a C. Matieno duumuiro naues eius generis in Liguſtina ora XXXII captae ſunt. Haec qui nunciarent, litteraſq. ad ſenatum ferrent, L. Aurelius Cotta, C. Sulpicius Gallus Romam miſſi: ſimulq. peterent, ut L. Aemilio cõfecta prouincia decedere & deducere ſecum milites liceret, atque dimittere. Vtrumque permiſſum ab ſenatu, & ſupplicatio ad omnia puluinaria per triduum decreta: iuſſiq; praetores, Petillius urbanas dimittere legiones, Fabius ſocijs, atq. nomini Latino remittere delectũ: & uti praetor urbanus conſulibus ſcriberet, ſenatũ aequũ cenſere, ſubitarios mili-

tes tumultus cauſſa conſcriptos, primo quoque tempore dimitti. Colonia Grauiſca eo anno deducta eſt in agrum Etruſcum de Tarquinienſibus quondam captũ. quina iugera agri data. triumuiri deduxerunt, C. Calpurnius Piſo, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Iſtra. Siccitate & inopia frugum inſignis annus fuit. ſex menſes numquam pluuiſſe, memoriae proditum eſt. Eodem anno in agro L. Petillij ſcribae ſub Ianiculo, dum cultores agri altius moliuntur terrã, duae lapideae arcae, octonos ferme pedes longae, quaternos latae, inuentae ſunt, operculis plũbo deuinctis. litteris Latinis Graeciſque utraque arca inſcripta erat: in altera Numam Pompilium Pomponis filium regem Romanorum ſepultum eſſe: in altera libros Numae Pompilij ineſſe. Eas arcas cum ex amicorum ſententia dominus aperuiſſet; quae titulum ſepulti regis habuerat, inanis inuenta, ſine ullo ueſtigio corporis humani, aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus abſumptis. in altera duo faſces candelis inuoluti ſeptenos habuere libros, non integra modo, ſed recentiſſima ſpecie. ſeptem Latini de iure pontificio erant: ſeptem Graeci de diſciplina ſapientiae, quae illius aetatis eſſe potuit. Adijcit Antias Valerius Pythagoricos fuiſſe, uulgatae opinioni, qua creditur Pythagorae auditorem fuiſſe Numam, mendacio probabili accommodata fide. Primo ab amicis, qui in re praeſenti fuerunt, libri lecti. mox pluribus legentibus cum uulgarentur, Q. Petillius praetor urbanus ſtudioſus legendi, eos libros a L. Petillio ſumpſit: & erat familiaris uſus, quod ſcribam eum quaeſtor Q. Petillius in decuriam legerat. Lectis rerum ſummis, cum animaduertiſſet pleraque diſſoluendarum religionum eſſe, L. Petillio dixit, ſeſe eos libros in ignem coniecturum eſſe. prius, quam id faceret, ſe ei permittere, uti, ſi quod ſeu ius, ſeu auxiliũ ſe habere ad eos libros repetẽdos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia eum facturum. Scriba tribunos plebis adit. ab tribunis ad ſenatum res eſt reiecta. praetor ſe iuſiurandum dare paratum eſſe aiebat, libros eos legi ſeruarique non oportere. Senatus cenſuit ſatis habendum quod praetor iuſiurandum polliceretur. libros primo quoque tempore in Comitio cremandos eſſe. pretium pro libris quantum Q. Petillio praetori maiorique parti tribunorum plebis uideretur, domino eſſe ſoluendum. id ſcriba non accepit. libri in Comitio, igne a uictimarijs facto, in conſpectu populi cremati ſunt. Magnum bellum ea aeſtate coortum in Hiſpania citeriore. Ad V & X X X millia hominum, quantum numquam ferme antea, Celtiberi comparauerant. Q. Fuluius Flaccus eam obtinebat prouinciam. is quia armare iuuentutem Celtiberos audierat, & ipſe quanta poterat a ſocijs auxilia contraxerat. ſed nequaquam numero militum hoſtem aequabat. Principio ueris exercitum in Carpetaniam duxit, & caſtra locauit ad opidum Aeburam, modico praeſidio in urbe poſito. Paucis poſt diebus Celtiberi millia duo ferme inde ſub colle poſuerunt caſtra. quos ubi adeſſe praetor Romanus ſenſit, M. Fuluium fratrem cum duabus turmis ſociorum equitum ad caſtra hoſtium ſpeculatum miſit, quamproxime ſuccedere ad uallum iuſſum, ut uiſeret quanta eſſent: pugna abſtineret: reciperetque ſeſe, ſi hoſtium equitatum exeuntem uidiſſet. Ita ut praeceptum erat, fecit. per dies aliquot nihil ultra motum, quam ut hae duae turmae oſtenderentur: dein ſubducerentur, ubi equitatus hoſtium caſtris procurriſſet. Poſtremo & Celtiberi omnibus ſimul peditum equitumque copijs caſtris egreſſi, acie directa medio ferme ſpatio inter bina caſtra conſtiterunt. Campus erat planus omnis, & aptus pugnae. ibi ſtetere Hiſpani hoſtem exſpectãtes. Romanus intra uallum ſuos continuit per quattriduũ continuum, & illi eodem loco aciem inſtructam tenuerunt. ab Romanis nihil motum. inde quieuere in caſtris Celtiberi, quia pugnae copia non fiebat. equites tãtum in ſtationem egrediebantur, ut parati eſſent ſi quid ab hoſte moueretur. pone caſtra utrique pabulatum & lignatum ibãt, neutri alteros impedientes. Praetor Romanus ubi ſatis tot dierum quiete credidit ſpem factam hoſti nihil ſe priorem moturum, L. Acilium cum ala ſiniſtra, & ſex millibus prouincialium auxiliorum circumire montem iubet, qui ab tergo hoſtibus erat: inde, ubi clamorem audiſſet, decurrere ad caſtra eorum. nocte profecti ſunt, ne poſſent conſpici. Flaccus luce prima C. Scribonium praefectum ſocium ad uallum hoſtium cum equitibus extraordinarijs ſiniſtrae alae mittit. quos ubi & propius accedere, & plures, quam ſoliti erant, Celtiberi conſpexerunt; omnis equitatus effunditur caſtris, ſimul & peditibus ſignum ad exeundum datur. Scribonius, uti praeceptum erat, ubi primũ fremitum equeſtriũ audiuit, auertit equos, & caſtra repetit: eo effuſius ſequi hoſtes. primo

equites,

A equites,mox & peditum acies aderat,haud dubia ſpe,caſtra eo die ſe oppugnaturos.quin-
gentos paſſus,non plus a uallo aberant. Itaque ubi Flaccus ſatis abſtractos eos a praeſidio
caſtrorum ſuorum ratus eſt,intra uallum exercitu inſtructo,tribus partibus ſimul erumpit,
clamore non tantum ad ardorem pugnae excitãdum ſublato, ſed etiam,ut,qui in mõtibus
erant,exaudirent. nec morati ſunt quin decurrerent, ſicut imperatum erat, ad caſtra: ubi
quingentorum armatorum, non amplius, relictum erat praeſidium: quos cum & paucitas
ſua, & multitudo hoſtium, & improuiſa res terruiſſet, prope ſine certamine capiuntur ca-
ſtra. caſtris,quae pars maxime a pugnantibus conſpici poterat, iniecit Acilius ignem. po-
ſtremi Celtiberorum,qui in acie erant,primi flammam conſpexere: deinde per totam aciẽ
uulgatum eſt, caſtra amiſſa eſſe, & tum cum maxime ardere. unde illis terror, inde Roma-
nis animus creuit. iam clamor ſuorum uincentium accidebat,iam ardentia hoſtium caſtra
B apparebant. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati ſunt. ceterum poſteaquam re-
ceptus pulſis nullus erat, nec uſquam niſi in certamine ſpes, pertinacius de integro capeſ-
ſunt pugnam. Acie media urgebantur acriter a quincta legione, aduerſus laeuum cornu, in
quo ſui generis prouinciae alia auxilia inſtruxiſſe Romanos cernebant, cum maiore fiducia
intulerunt ſigna. Iam prope erat,ut ſiniſtrum cornu pelleretur Romanis, ni ſeptima legio
ſucceſſiſſet. ſimul ab opido Aebura,qui in praeſidio relicti erãt,in medio ardore pugnae ad
uenerunt,& Acilius ab tergo erat. Diu in medio caeſi Celtiberi. qui ſupererant,in omnes
paſſim partes capeſſunt fugam. equites bipartito in eos emiſſi, magnam caedem edidere.
ad uiginti tria millia hoſtium eo die caeſa,capta quattuor millia,& DCCC, cũ equis plus
quingentis, & ſigna militaria LXXXIIX. Magna uictoria,non tamen incruenta fuit. Ro-
mani de duabus legionibus milites paullo plus CC, ſociũ Latini nominis DCCC trigin-
C ta, externorum auxiliarium duo millia ferme & quadringenti ceciderunt. Praetor in ca-
ſtra uictorem exercitũ reduxit. Acilius manere in caſtris ab ſe captis iuſſus poſtero die ſpo
lia de hoſtibus lecta: & pro concione donati,quorum uirtus inſignis fuerat. Saucijs deinde
in opidum Aeburam deuectis, per Carpetaniam ad Contrebiam ductae legiones. ea urbs
circumſeſſa cum a Celtiberis auxilia acceſiſſet, morantibus ijs, nõ quia ipſi cunctati ſunt,
ſed quia profectos a domo inexplicabiles continuis imbribus uiae, & inflati amnes tene-
bant,deſperato auxilio ſuorum in deditionẽ uenit. Flaccus quoque tempeſtatibus foedis
coactus,exercitum omnem in urbem introduxit. Celtiberi,qui domo profecti erant,dedi
tionis ignari,cum tandem ſuperatis, ubi primum remiſerunt imbres, amnibus Contrebiã
ueniſſent: poſteaquam caſtra nulla extra moenia uiderunt, aut in alteram partẽ trãſlata ra-
ti,aut receſſiſſe hoſtes, per negligentiam effuſi ad opidum acceſſerunt. In eos duabus por-
D tis Romani eruptionem fecerunt,& incompoſitos adorti fuderunt: quae res ad reſiſtẽdum
eos,& ad capeſſendam pugnam impedijt, quod non uno agmine, nec ad ſigna frequentes
ueniebant,eadem magnae parti ad fugam ſaluti fuit: ſparſi enim toto paſſim cãpo ſe diffu-
derunt, nec uſquam confertos eos hoſtis circumuenit. tamen ad duodecim millia ſunt cae
ſa. capta plus quinque millia hominum, equi quadringenti, ſigna militaria LXII. qui
palati e fuga domum ſe recipiebant, alterum agmen Celtiberorum uenientium, deditio-
nem Contrebiae & ſuam cladem narrando, auerterunt. extemplo in uicos caſtellaq. ſua
omnes dilapſi. Flaccus a Contrebia profectus per Celtiberiam populabundus ducit le-
giones. multa caſtella oppugnauit, donec maxima pars Celtiberorum in deditionem ue-
nit. Haec in citeriore Hiſpania eo anno geſta. Et in ulteriore Manlius praetor ſecunda ali
quot proelia cum Luſitanis fecit. Aquileia colonia Latina eodem anno in agro Gallorũ eſt
E deducta. tria millia peditum quinquagena iugera,centuriones centena,centena quadrage
na equites acceperunt. triumuiri deduxerunt P. Cornelius Scipio Naſica, C. Flaminius, L.
Mãlius Acidinus. Aedes duae eo anno dedicatae ſunt,una Veneris Erycinae ad portã Col
linam. dedicauit L. Porcius, L. F. Licinus duumuir. uota erat ab conſule L. Porcio Ligu-
ſtino bello. altera in foro olitorio Pietatis. eam aedem dedicauit M. Acilius Glabrio duum Prima statua aurata
uir,ſtatuamq. auratam,quae prima omniũ in Italia ſtatua aurata eſt,patri Glabrioni poſuit. in Italia.
Is erat, qui ipſe eam aedem uouerat quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depu-
gnaſſet, locaueratque idem ex S. C. Per eoſdem dies,quibus hae aedes dedicatae ſunt, L.
Aemilius Paullus proconſ. ex Liguribus Ingaunis triumphauit. Tranſtulit coronas aureas
quinque & uiginti. nec praeterea quidquã auri argentiq. in eo triumpho latũ. captiui mul-

ti principes Ligurum ante currum ducti. aeris trecenos militibus diuiſit. Auxerunt eius F
triumphi famam legati Ligurum pacem perpetuam orantes. ita in animum induxiſſe Ligurum gẽtem, nulla umquam arma, niſi imperata a populo R. ſumere. Reſponſum a Q. Fabio praetore eſt Liguribus iuſſu ſenatus: orationem eam non nouam Liguribus eſſe: mens uero ut noua & orationi conueniens eſſet, ipſorum id plurimum referre. ad conſules irent, &, quae ab ijs imperata eſſent, facerent. nulli alii quam conſulibus ſenatum crediturum eſſe, ſincera fide in pace Ligures eſſe. Pax in Liguribus fuit. In Corſica pugnatum eſt cum Corſis. ad duo millia eorum M. Pinarius paetor in acie occidit. qua clade compulſi obſides dederunt, & cerae centum millia pondo. Inde in Sardiniam exercitus ductus, & cum Ilienſibus, gente ne nunc quidem omni parte pacata, ſecunda proelia facta. Carthaginiẽſibus eo- G
dem anno C obſides redditi: pacemq. cum ijs populus R. non ab ſe tantum, ſed ab rege etiam Maſſaniſa praeſtitit, qui tum praeſidio armato agrum, qui in cõtrouerſia erat, obtinebat. Otioſam prouinciam conſules habuerunt. M. Baebius comitiorum cauſſa Romam reuocatus conſules creauit, A. Poſtumium Albinum Luſcum, & C. Calpurnium Piſonem. Praetores exinde facti Ti. Sempronius Gracchus, L. Poſtumius Albinus, P. Cornelius Mamercus, T. Minucius Molliculus, A. Hoſtilius Mancinus, C. Maenius. ij omnes magiſtratũ

An.570 idibus Martijs inierunt. Principio eius anni, quo A. Poſtumius Albinus, & C. Calpurnius Piſo conſules fuerunt, ab A. Poſtumio conſule in ſenatum introducti, qui ex Hiſpania citeriore uenerãt a Q. Fuluio Flacco, L. Minucius legatus, & duo tribuni militum T. Maenius, & L. Terentius Maſſaliota. hi cum duo ſecunda proelia, deditionem Celtiberiae, confectã prouinciam nunciaſſent, nec ſtipendio, quod mitti ſoleret, nec frumento portato ad exercitum in eum annum opus eſſe, petierunt ab ſenatu primum, ut ob res proſpere geſtas dijs immortalibus honos haberetur: deinde, ut Q. Fuluio decedenti de prouincia, deportare inde exercitum, cuius forti opera & ipſe, & multi ante eum praetores uſi eſſent, liceret. quod H
fieri, praeterquam quod ita deberet, etiam prope neceſſariũ eſſet. ita enim obſtinatos eſſe milites, ut non ultra retineri poſſe in prouincia uiderentur, iniuſſuq. abituri inde eſſent, ſi non dimitterentur: aut in pernicioſam, ſi quis impenſe retineret, ſeditionem exarſuri. Cõſulibus ambobus prouinciam Ligures eſſe ſenatus iuſſit. Praetores inde ſortiti ſunt. A. Hoſtilio urbana, T. Minucio peregrina obuenit, P. Cornelio Sicilia, C. Maenio Sardinia. Hiſpanias ſortiti, L. Poſtumius ulteriorem, Ti. Sempronius citeriorem. Is quia ſucceſſurus Q. Fuluio erat, ne uetere exercitu prouincia ſpoliaretur, Quaero, inquit, de te, L. Minuci, cum confectam prouinciam nuncies, exiſtimes ne Celtiberos perpetuo in fide manſuros, ita ut ſine exercitu ea prouincia obtineri poſſit? ſi neque de fide barbarorum quidquam recipere aut affirmare nobis potes, & habendum illic utique exercitum cenſes, utrum tandem auctor ſenatui ſis ſupplementũ in Hiſpaniam mittẽdi? ut ij modo, quibus emerita ſtipẽdia I
ſint, milites dimittantur, ueteribus militibus tirones immiſceantur? an deductis de prouincia ueteribus legionibus nouas conſcribendi & mittendi, cum contemptum tirocinium etiam mitiores barbaros excitare ad rebellandum poſſit? dictu, quam re, facilius ſit, prouinciam ingenio ferocem, rebellatricem, confeciſſe. Paucae ciuitates, ut quidem ego audio, quas uicina maxime hiberna premebant, in ius ditionemq. uenerunt: ulteriores in armis ſunt. quae cum ita ſint, ego iam hinc praedico P.C. me exercitu eo, qui nunc eſt, rẽp. adminiſtraturum. ſi deducat ſecum Flaccus legiones, loca pacata me ad hibernacula electurum, neque nouum militem ferociſſimo hoſti obiecturum. Legatus ad ea, quae interrogatus erat, reſpondit, neque ſe, neque quemquam aliũ diuinare poſſe; quid in animo Celtiberi haberent, aut porro habituri eſſent. itaque negare non poſſe, quin rectius ſit, etiam ad pacatos barbaros nondum ſatis aſſuetos imperio, exercitum mitti. nouo autem, an uetere exer- K
citu opus ſit, eius eſſe dicere, qui ſcire poſſit, qua fide Celtiberi in pace mãſuri ſint, ſimul & qui illud exploratum habeat, quieturos milites, ſi diutius in prouincia retineantur. ſi ex eo quod aut inter ſe loquantur, aut ſucclamationibus apud concionãtem imperatorem ſignificent, quid ſentiant coniectandum ſit, palam uociferatos eſſe, aut imperatorem in prouincia retenturos, aut cum eo in Italiam uenturos eſſe. Diſceptationem inter praetorẽ legatumq. conſulum relatio interrupit, qui ſuas ornari prouincias, priuſquam de praetoris exercitu ageretur, aequum cenſebant. Nouus omnis exercitus conſulibus eſt decretus, binae legiones Romanae cum ſuo equitatu, & ſocium Latini nominis, quãtus ſemper numerus,

A XV millia peditum, DCCC equites. cum hoc exercitu Apuanis Liguribus, ut bellũ inferrent, mandatum eſt. P. Cornelio & M. Baebio prorogatum imperium: iuſſiq. prouincias obtinere, donec conſules ueniſſent. tum imperatum, ut, dimiſſo quem haberent exercitu, reuerterentur Romam. de Ti. Sempronij deinde exercitu actum eſt. nouam legionem ei quinque millium & ducentorum peditum cum equitibus quadringentis conſules ſcribere iuſſi, & mille praeterea peditũ ciuium Romanorum, quinquaginta equites, & ſocijs a nomine Latino imperare ſeptem millia peditum, CCC equites. cum hoc exercitu placuit ire in Hiſpaniam citeriorem Ti. Sempronium. Q. Fuluio permiſſum, ut, qui milites ante Sp. Poſtumium & Q. Marcium conſules ciues Romani ſociiue in Hiſpaniam tranſportati eſſent: & praeterea ſupplemento adducto, quod amplius duabus legionibus quam decem millia & CD pedites, ſexcenti equites eſſent, & ſocium Latini nominis XII millia, DC equites;
B quorum forti opera duobus aduerſus Celtiberos proeliis uſus Q. Fuluius eſſet: eos, ſi uideretur, ſecum deportaret. Et ſupplicationes decretae, quod is proſpere rempublicã geſſiſſet. & ceteri praetores in prouincias miſſi. Q. Fabio Buteoni prorogatum in Galliam imperium eſt. Octo legiones praeter exercitum ueterẽ, qui in Liguribus in ſpe propinqua miſſionis erat, eo anno eſſe placuit. & is ipſe exercitus aegre explebatur propter peſtilentiam, quae iam tertium annum urbem Romanam, atque Italiam uaſtabat. Praetor Ti. Minucius, & haud ita multo poſt conſul C. Calpurnius moritur, multiq. alij omnium ordinũ illuſtres uiri. poſtremo prodigii loco ea clades haberi coepta eſt. C. Seruilius pont. max. piacula irae deum conquirere iuſſus, decẽuiri libros inſpicere, conſul Apollini, Aeſculapio, Saluti dona uouere, & dare ſigna inaurata. quae uouit, deditque. Decemuiri ſupplicationẽ in biduũ ualetudinis cauſſa in urbe, & per omnia fora conciliabulaq. edixerunt. maiores duodecim
C annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes, ſupplicauerunt. Fraudis quoque humanae inſinuauerat ſuſpicio animis. & ueneficii quaeſtio ex ſenatuſcõſulto, quod in urbe, propiusue urbem decem millibus paſſuum eſſet commiſſum: C. Claudio praetori, qui in locum Ti. Minucii erat ſuffectus: ultra decimum lapidem per fora conciliabulaq. C. Maenio priuſquam in Sardiniam prouinciam trãſiiceret, decreta. Suſpecta conſulis erat mors maxime. necatus a Quarta Hoſtilia uxore dicebatur. ut quidem filius eius Q. Fuluius Flaccus in locum uitrici conſul eſt declaratus: aliquanto magis infamis mors Piſonis coepit eſſe: & teſtes exſiſtebant, qui poſt declaratos conſules Albinum & Piſonem, quibus comitijs Flaccus tulerat repulſam, & exprobratum ei a matre dicerẽt, quod iam ei tertium negatus conſulatus petenti eſſet, & adiecisse, pararet ſe ad petendum, intra duos menſes effecturam, ut conſul fieret. inter multa alia teſtimonia ad cauſſam pertinẽtia, haec quoque uox nimis ue
D ro euentu comprobata ualuit, cur Hoſtilia damnaretur. Veris principio huius dum conſules nouos delectus Romae tenet: mors deinde alterius, & creandi comitia cõſulis in locũ eius, omnia tardiora fecerunt. interim P. Cornelius & M. Baebius, qui in cõſulatu nihil memorabile geſſerant, in Apuanos Ligures exercitum induxerunt. Ligures, qui ante aduentum in prouinciam conſulum non exſpectaſſent bellum, improuiſo oppreſſi, ad duodecim millia hominum dediderunt ſe. Eos, conſulto per litteras prius ſenatu, deducere ex montibus in agros cãpeſtres, procul ab domo, ne reditus ſpes eſſet, Cornelius & Baebius ſtatuerunt, nullum alium ante finem rati fore Liguſtini belli. Ager publicus populi Romani erat in Samnitibus, qui Tauraninorum fuerat. in eum cum trãſducere Ligures Apuanos uel
ut lent, edixerunt Ligures ~~ab Anido montibus deſcenderent~~ cũ liberis coniugibuſq, ſua omnia ſecum portarẽt. Ligures ſaepe per legatos deprecati, ne penates, ſedem in qua geniti *Apuani de montibus descenderant*
E eſſent, ſepulcra maiorum cogerentur relinquere; arma, obſides pollicebantur. poſteaquã nihil impetrabant, neque uires ad bellandum erant, edicto paruerunt. Tranſducti ſunt publico ſumptu, ad quadraginta millia liberorum capitum cũ feminis pueriſque. argenti data centum & quinquaginta millia HS, unde in nouas aedes compararẽt, quae opus eſſent, agro diuidendo dandoq. ijdem qui tranſduxerant, Cornelius & Baebius praepoſiti. poſtulantibus tamen ipſis, quinque uiri ab ſenatu dati, quorum ex conſilio agerent. Tranſacta re, cum ueterem exercitum Romam deduxiſſent, triumphus ab ſenatu eſt decretus. Hi omnium primi nullo bello geſto triumpharunt. tantum hoſtes ducti ante currum: quia nec quid ferretur, neque quid duceretur captum, neque quid militibus daretur, quidquam in triumphis eorum fuerat. Eodem anno in Hiſpania Fuluius Flaccus propraetor, quia ſuc- *Primus triumphus sine bello*

ceſſor

ceſſor in prouinciam tardius ueniebat, educto exercitu ex hibernis, ulteriorē Celtiberiae F
agrum, unde ad deditionem non uenerant, inſtitit uaſtare: qua re irritauit magis, quā con
terruit animos barbarorum: & clam comparatis copiis ſaltū Manlianum, per quem tranſ-
iturum exercitum Romanum ſatis ſciebant, obſederunt. In Hiſpaniam ulteriorē eunti
L. Poſtumio Albino collegae Gracchus mandauerat, ut Q. Fuluiū certiorem faceret, Tar
raconem exercitum adduceret. ibi dimitti ueteranos, ſupplementumq. diſtribuere, & ordi-
nare omnem exercitum, ſeſe uelle: dies quoque, & ea propinqua, edita Flacco eſt, qua ſuc-
ceſſor eſſet uenturus. Haec noua allata res, omiſſis quae agere inſtituerat, Flaccum raptim
deducere exercitum ex Celtiberia cum coegiſſet, barbari cauſſae ignari ſuam defectionē,
& clam comparata arma ſenſiſſe eum, & pertimuiſſe rati eo ferocius ſaltum inſederūt. Vbi
eum ſaltum prima luce agmen Romanum intrauit, repente ex duabus partibus ſimul exor
ti hoſtes Romanos inuaſerunt. quod ubi uidit Flaccus, primos tumultus, in agmine per cen G
turiones ſtare omnes ſuo quemque loco, & arma expedire iubendo, ſedauit: & ſarcinis iu-
mentiſque in unum locum coactis, copias omnes partim ipſe, partim per legatos tribunoſ-
que militum, ut tempus & locus poſtulabat, ſine ulla trepidatione inſtruxit: cum his dedi-
tis rem eſſe admonens, ſcelus & perfidiam illis, nō uirtutem nec animum acceſſiſſe, reditū
ignobilem in patriam, clarum ac memorabilem eos ſibi feciſſe: cruentos ex recenti caede
hoſtium gladios, & manantia ſanguine ſpolia, Romam ad triumphum delaturos. Plura di
ci tempus non patiebatur. inuehebant ſe hoſtes, & in partibus extremis iam pugnabatur:
deinde acies concurrerunt. atrox ubique proelium, ſed uaria fortuna erat, egregie legio-
nes, nec ſegnius duae alae pugnabant: externa auxilia ab ſimili armatura, meliore aliquan-
tum militum genere urgebātur, nec locū tueri poterant. Celtiberi ubi ordinata acie, & ſi
gnis collatis ſe non eſſe pares legionibus ſenſerunt, cuneo impreſſionē fecerunt: quo tan H
tum ualent genere pugnae, ut, quacumque parte perculere impetu ſuo, ſuſtineri nequeant.
tunc quoque turbatae legiones ſunt, prope interrupta acies. Quam trepidationem ubi Flac
cus conſpexit, equo aduehitur ad legionarios equites, & Ecquid auxilij in uobis eſt? actū
iam de hoc exercitu erit? cum undique acclamaſſent, quin ederet quid fieri uelit, non ſe-
gniter imperium exſecuturos. Duplicate turmas, inquit, duarum legionum equites, & per
mittite equos in cuneum hoſtium, quo noſtros urgēt: id cum maiore ui equorum facietis,
ſi effrenatos in eos equos immittitis, quod ſaepe Romanos equites cū magna laude feciſ-
ſe ſua memoriae proditum eſt. Dicto paruerunt, detractiſq. frenis bis ultro citroque cum
magna ſtrage hoſtium infractis omnibus haſtis tranſcurrerunt. Diſſipato cuneo, in quo o-
mnis ſpes fuerat, Celtiberi trepidare, & prope omiſſa pugna, locum fugae circūſpicere. Et
alarij equites poſtquam Romanorum equitum tam memorabile facinus uidere, & ipſi uir I
tute eorum accenſi, ſine ullius imperio, in perturbatos iam hoſtes equos immittunt. Tunc
uero Celtiberi omnes in fugam effunduntur: & imperator Romanus auerſos hoſtes con-
templatus, aedē Fortunae equeſtri, Iouiq. opt. max. ludos uouit. Caeduntur Celtiberi
per totum ſaltum diſſipati fuga. decem & ſeptem millia hoſtiū caeſa eo die traduntur. ui-
ui capti plus tria millia, ducentis ſeptuaginta ſeptem cum ſignis militaribus, equis prope
mille centum. nullis caſtris eo die uictor exercitus manſit. uictoria non ſine iactura mili-
tum fuit. quadringenti LXXII milites Romani, ſocium ac Latini nominis mille decem &
nouem, cum his tria millia militum auxiliariorum perierunt. ita uictor exercitus, renouata
priore gloria, Tarraconē eſt perductus. Venienti Fuluio Ti. Sempronius praetor, qui bi
duo ante uenerat, obuiam proceſſit: gratulatuſq. eſt, quod rempublicam egregie geſſiſſet.
cum ſumma concordia quos dimitterent, quoſq. retinerent milites, compoſuerunt. Inde K
Fuluius exauctoratis militibus in naues impoſitis, Romam eſt profectus. Sempronius in
Celtiberiam legiones duxit. conſules ambo in Ligures exercitus induxerunt diuerſis par
tibus. Poſtumius prima & tertia legione Baliſtam Suiſmontiumq. montes obſedit: &
premendo praeſidijs anguſtos ſaltus eorum, commeatus interclūſit, inopiaq. omnium rerū
eos perdomuit. Fuluius ſecunda & quarta legione, adortus a Piſis Apuanos Ligures, qui
eorum circa Macram fluuium incolebant, in deditionem acceptos, ad ſeptem millia ho-
minum in naues impoſita praeter oram Etruſci maris Neapolim tranſmiſit. inde in Samniū
tranſducti, agerq. his inter populares datus eſt. Montanorum Ligurum ab A. Poſtumio ui-
neae caeſae, frumentaq. deuſta, donec cladibus omnibus belli coacti in deditionē uenerūt,

armaq.

A armaque tradiderunt. Nauibus inde Poſtumius ad uiſendam oram Ingaunorum Intemeliorumq. Ligurum proceſſit. Priuſquam hi conſules uenirent ad exercitum, qui Piſas indictus erat, praeerant A. Poſtumius, & frater Q. Fuluij M. Fuluius Nobilior. ſecūdae legionis Fuluius tribunus militum erat. is menſibus ſuis dimiſit legionem, iureiurando adactis centurionibus, aes in aerarium ad quaeſtores eſſe delaturos. Hoc ubi Placentiam (nam eo forte erat profectus) Aulo nunciatum eſt: cum equitibus expeditis ſecutus dimiſſos, quos eorum potuit aſſequi, deduxit caſtigatos Piſas, de ceteris conſulem certiorem fecit. eo referente ſenatuſconſultum factum eſt, ut M. Fuluius in Hiſpaniam relegaretur ultra Nouam Carthaginem. Litteraeq. ei datae ſunt a conſule ad P. Manlium in Hiſpaniam ulteriorē deferendae. milites iuſſi ad ſigna redire. cauſſa ignominiae, uti ſemeſtre ſtipendium in eū annum eſſet, ei legioni, decretum. qui miles ad exercitum non rediſſet, eum ipſum, bonaq.

B eius uendere conſul iuſſus. Eodem anno L. Duronius, qui praetor anno ſuperiore ex Illyrico cum decem nauibus Brundiſium redierat, inde in portu relictis nauibus cum ueniſſet Romam, inter exponendas res, quas ibi geſſiſſet, haud dubie in regem Illyriorum Gētium latrocinij omnis maritimi cauſſam auertit. ex regno eius omnes naues eſſe, quae ſuperi maris oram depopulatae eſſent. de his rebus ſe legatos miſiſſe, nec conueniendi regis poteſtatem factam. Venerant Romam legati a Gentio, qui, quo tempore Romani conueniendi regis cauſſa ueniſſent, aegrū forte eum in ultimis partibus fuiſſe regni dicerent. petere Gētium ab ſenatu, ne crederent confictis criminibus in ſe, quae inimici detuliſſent. Ad ea Duronius adiecit, multis ciuibus Romanis & ſocijs Latini nominis iniurias factas in regno eius, & ciues Romanos dici Corcyrae retineri. eos omnes Romam adduci, placuit: C. Claudium praetorem cognoſcere: neque ante Gentio regi legatiſue eius reſponſum reddi. In

C ter multos alios, quos peſtilentia eius anni abſumpſit, ſacerdotes quoque aliquot mortui ſunt. L. Valerius Flaccus pontifex mortuus eſt. in eius locum ſuffectus eſt Q. Fabius Labeo. P. Manlius, qui nuper ex ulteriore Hiſpania redierat, triumuir epulo, Q. Fuluius M. F. in locum eius triumuir cooptatus. tum praetextatus erat. de rege ſacrifico ſufficiēdo in locum Cn. Cornelij Dolabellae contentio inter C. Seruilium pont. max. fuit, & L. Corneliū Dolabellam duumuirum naualem, quem ut inauguraret pontifex, magiſtratu ſeſe abdicare iubebat, recuſantiq. id facere, ob eam rem multa duumuiro dicta a pontifice: deque ea cum prouocaſſet, certatum ad populum. cum plures iam tribus intro uocatae dicto eſſe audientem pontifici duumuirum iuberent, multamque remitti, ſi magiſtratu ſe abdicaſſet: uitium de caelo quod comitia turbaret interuenit. religio inde fuit pontificibus inaugurandi Dolabellae. P. Cloelium Siculum inaugurarunt: qui ſecundo loco inauguratus erat. Exi-

D tu anni & C. Seruilius pont. max. deceſſit. idem decemuir ſacrorum fuit. pontifex in locum eius a collegio cooptatus eſt Q. Fuluius Flaccus: at pontifex maximus M. Aemilius Lepidus, cum multi clari uiri petiſſent. & decemuir ſacrorum Q. Marcius Philippus in eiuſdem locum eſt cooptatus. & augur Sp. Poſtumius Albinus deceſſit: in locum eius P. Scipionem filium Africani augures cooptarunt. Cumanis eo anno petentibus permiſſum, ut publice latine loquerentur, & praeconibus latine uendendi ius eſſet. Piſanis agrum pollicentibus, quo Latina colonia deduceretur, gratiae ab ſenatu actae. triumuiri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo, M. & P. Popillij Laenates. A C. Maenio praetore, cui prouincia Sardinia cum eueniſſet, additum erat, ut quaereret de ueneficijs longius ab urbe decē millibus paſſuum, litterae allatae, ſe iam tria millia hominum damnaſſe, & creſcere ſibi quaeſtionē indicijs. aut eam ſibi eſſe deferendam, aut prouinciam dimittendam. Q. Fuluius Flaccus ex

E Hiſpania redijt Romam cum magna fama geſtarum rerum: qui cum extra urbē triumphi cauſſa eſſet, conſul eſt creatus cum L. Manlio Acidino; & poſt paucos dies cum militibus, quos ſecum deduxerat, triumphans urbem eſt inuectus. Tulit in triumpho coronas aureas centum uiginti quattuor: praeterea auri pondo triginta unum, & ſignati Oſcenſis nummū centum ſeptuaginta tria millia ducentos. militibus de praeda quinquagenos denarios dedit, duplex centurionibus, triplex equiti: tantumdem ſocijs Latini nominis: & ſtipendium omnibus duplex. Eo anno rogatio primum lata eſt ab L. Villio tribuno plebis, quot annos nati quemque magiſtratum peterent caperentque. inde cognomen familiae inditū, ut Annales appellarētur. Praetores quattuor poſt multos annos lege Baebia creati, quae alternis quaternos iubebat creari. Hi facti, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Laeuinus, Q. & P.

Mucij

Mucij Q.F.Scaeuulae. Q.Fuluio & L.Manlio conſulibus eadem prouincia,quae ſuperiori F
bus,pari numero copiae peditum,equitum,ciuium,ſociorum decretae. In Hiſpanijs dua
bus Ti.Sempronio,& L. Poſtumio cum iiſdem exercitibus quos haberent,prorogatum im
perium eſt, & in ſupplementum conſules ſcribere iuſſi ad tria millia peditum Romanorũ,
CCC equites,quinque millia ſociorum Latini nominis,& quadringentos equites.P.Mu-
cius Scaeuola urbanam ſortitus prouinciam eſt: & ut idẽ quaereret de ueneficijs in urbe,
& propius urbem decem millia paſſuum. Cn. Cornelius Scipio peregrinam, Q. Mucius
An.571 Scaeuola Siciliam,C.Valerius Laeuinus Sardiniam. Q.Fuluius conſul,priuſquam ullam
rem publicam ageret, liberare & ſe & rempublicam religione uotis ſoluendis dixit uelle.
uouiſſe ſe, quo die poſtremum cum Celtiberis pugnaſſet, ludos Ioui opt. max. & aedem e-
queſtri Fortunae ſeſe facturum:in eas res ſibi pecuniam collatam eſſe ab Hiſpanis. ludi de
creti: & ut duumuiri ad aedem locandam crearentur. De pecunia finitur,ne maior cauſſa G
ludorũ conſumeretur, quam quanta Fuluio Nobiliori poſt Aetolicum bellũ ludos facien-
ti decreta eſſet,neue quid ad eos ludos arceſſeret,cogeret,acciperet,faceret aduerſus id ſe
natuſconſultum,quod L.Aemilio,Cn.Baebio conſulibus de ludis factum eſſet. Decreue-
rat id ſenatus propter effuſos ſumptus factos in ludos Ti.Sempronij aedilis, qui graues nõ
modo Italiae ac ſocijs Latini nominis,ſed etiam prouincijs externis fuerant. Hiems eo an
no niue ſaeua & omni tempeſtatũ genere fuit.arbores,quae obnoxiae frigorib.ſunt,deuſ-
ſit cunctas, & ea tum aliquanto, quam alias,longior fuit. itaque Latinas mox ſubito coor
ta & intolerabilis tempeſtas in monte turbauit: inſtaurataeq. ſunt ex decreto pontificum.
Eadem tempeſtas & in Capitolio aliquot ſigna conſtrauit,fulminibuſq. complura loca de
formauit.aedem Iouis Tarracinae,aedem Albam Capuae,portamq. Romanam,muri pin
nas aliquot locis decuſſit.Haec inter prodigia nunciatum & ab Reate,tripedem natum mu H
lum. Ob ea decemuiri iuſſi adire libros,edidere,quibus dijs, & quot hoſtijs ſacrificaretur:
& ob fulminibus complura loca deformata,ad aedem Iouis,ut ſupplicatio diẽ unum eſſet.
Ludi deinde uotiui Q.Fuluij conſulis per dies decem magno apparatu facti. Cenſorum
inde comitia habita.creati M.Aemilius Lepidus pont.max. & M. Fuluius Nobilior,qui ex
Aetolis triũphauerat. Inter hos uiros nobiles inimicitiae erant,ſaepe multis & in ſenatu,
& ad populum atrocibus celebratae certaminibus. Comitijs confectis, ut traditum anti-
quitus eſt, cenſores in campo ad aram Martis ſellis curulibus conſederunt. quo repente
principes ſenatorum cum agmine uenerunt ciuitatis,inter quos Q.Caecilius Metellus uer
ba fecit. Non obliti ſumus cenſores, uos paullo ante ab uniuerſo populo R. moribus no-
ſtris praepoſitos eſſe. & nos a uobis & admoneri & regi, non uos a nobis debere.indican-
dum tamen eſt,quid omnes bonos in uobis aut offendat,aut certe mutatum malint. Sin- I
gulos cum intuemur M.Aemili, M.Fului,neminem hodie in ciuitate habemus,quem,ſi re
uocemur in ſuffragium,uelimus uobis praelatum eſſe.ambo cum ſimul adſpicimus,nõ poſ
ſumus non uereri,ne male comparati ſitis.nec tantũ reipublicae proſit,quod omnibus no-
bis egregie placetis: quam, quod alter alteri diſplicetis, noceat. Inimicitias per annos
multos uobis ipſis graues & atroces geritis: quae,periculum eſt, ne ex hac die nobis & rei
publicae,quam uobis,grauiores fiant. De quibus cauſſis hoc timeamus,multa ſuccurrũt,
quae di[illegible]ſentur: [illegible]ſi forte implacabiles ueſtrae irae implicauerint animos ueſtros. Has ut
hodie,ut in iſto templo finiatis ſimultates, quaeſumus uos uniuerſi: & quos coniũxit ſuf-
fragijs ſuis populus R. hac etiam reconciliatione gratiae coniungi a nobis ſinatis, uno ani-
mo,uno conſilio legatis ſenatum,equites recenſeatis,agatis cenſum,luſtrũ condatis:quod
omnibus fere precationibus nuncupabitis uerbis, Vt ea res mihi collegaeq. meo bene & K
feliciter eueniat: ita,ut uere,ut ex animo uelitis euenire: efficiatiſque, ut quod deos pre-
cati eritis,id uos uelle etiam homines credamus. T.Tatius & Romulus in cuius urbis me-
dio foro acie hoſtes concurrerant,ibi concordes regnarunt. Non modo ſimultates, ſed
bella quoque finiuntur. ex inteſtis hoſtibus plerumque ſocij fideles, interdum etiam ciues
fiunt. Albani diruta Alba Romam tranſducti ſunt: Latini,Sabini in ciuitatem accepti. Vul
gatum illud,quia uerum erat, in prouerbiũ uenit: Amicitias immortales,inimicitias mor-
tales debere eſſe. Fremitus ortus cum aſſenſu,deinde uniuerſorum uoces idem petentium
confuſae in unum, orationem interpellarunt. Inde Aemilius queſtus cum alia, tum bis a
M.Fuluio ſe certo conſulatu deiectum. Fuluius contra queri,ſe ab eo ſemper laceſſitum,

& in

H & in probrum ſuum ſponſionem factam: tamen ambo ſignificare, ſi alter uellet, ſe in poteſtate tot principū ciuitatis futuros. Omnibus inſtantibus qui aderant, dexteras fidemq. dedere, mittere uere ac finire odiū. deinde, collaudātibus cūctis, deducti ſunt in Capitoliū. & curae ſuper tali re principum, & facilitas cenſorū egregie comprobata ab ſenatu & laudata eſt. Cenſoribus deinde poſtulātibus, ut pecuniae ſumma ſibi, qua in opera publica uterētur, attribueretur, uectigal annuum decretum eſt. Eodem anno in Hiſpania L. Poſtumius, & Ti. Sempronius propraetores cōparauerunt ita inter ſe, ut in Vaccaeos per Luſitaniam iret Albinus. inde in Celtiberiam reuerteretur. Gracchus, quod maius ibi bellum eſſet, in ultima Celtiberiae penetrauit. Mundā urbem primum ui cepit, nocte ex improuiſo aggreſſus. Acceptis deinde obſidibus, praeſidioq. impoſito, caſtella oppugnare, agros urere, donec ad praeualidam aliam urbem (Certimam appellant Celtiberi) peruenit: ubi cū
B iam opera admoueret, ueniunt legati ex opido: quorum ſermo antiquae ſimplicitatis fuit, non diſſimulantium bellaturos, ſi uires eſſent. petierunt enim, ut ſibi in caſtra Celtiberorū ire liceret ad auxilia accipienda, ſi non impetraſſent, tum ſeparatim eos ab illis conſulturos. Permittente Graccho ierunt. & poſt paucis diebus alios decem legatos ſecum adduxerunt. Meridianum tempus erat. nihil prius petierunt a praetore, quam ut bibere ſibi iuberet dari. epotis primis poculis, iterum popoſcerunt, magno riſu circumſtantium in tam rudibus & moris omnis ignaris ingenijs. tum maximus natu ex ijs, Miſſi ſumus, inquit, a gente noſtra, qui ſciſcitaremur, qua tandem re fretus, arma nobis inferres? Ad hanc percunctationem Gracchus, exercitu ſe egregio fidentem ueniſſe reſpondit, quem ſi ipſi uiſere uelint, quo certiora ad ſuos referant, poteſtatem ſe eius facturū eſſe. tribuniſq. mil. imperat, ut ornari omnes copias peditum equitumque, & decurrere iubeant armatas. Ab hoc ſpe-
C ctaculo legati miſſi deterruerunt ſuos ab auxilio circumſeſſae urbi ferendo. Opidani cum ignes nocte turribus nequidquam (quod ſignū conuenerat) ſuſtuliſſent, deſtituti ab unica ſpe auxilij in deditionem uenerūt. ſeſtertium nummum quater & uicies ab ijs eſt exactum: quadraginta nobiliſsimi equites, nec obſidum nomine, (nā militare iuſsi ſunt) & tamen re ipſa ut pignus fidei eſſent. Inde iam duxit ad Alcen urbem, ubi caſtra Celtiberorum erāt, a quibus uenerāt nuper legati. eos cum per aliquot dies armaturam leuē immittendo in ſtationes laceſsiſſet paruis proelijs, in dies maiora certamina ſerebat, ut omnes extra munitones eliceret. Vbi quod petebatur ſenſit effectum, auxiliorum praefectis imperat, ut contracto certamine, tamquam multitudine ſuperarentur, repente tergis datis ad caſtra effuſe fugerent. ipſe intra uallum ad omnes portas inſtruxit copias. Haud multum temporis interceſſit, cum ex compoſito refugientium ſuorum agmen, poſt effuſe ſequentes barbaros con
D ſpexit. inſtructam ad hoc ipſum intra uallum habebat aciem. itaque tantum moratus, ut ſuos refugere in caſtra libero introitu ſineret: clamore ſublato, ſimul omnibus portis erupit. Non ſuſtinuere impetum nec opinatum hoſtes. qui ad caſtra oppugnanda uenerant, ne ſua quidem tueri potuerunt. nam extemplo fuſi, fugati, mox intra uallum pauentes compulſi, poſtremo exſuuntur caſtris. Eo die nouem millia hoſtium caeſa: capti uiui trecenti uiginti, equi centum duodecim, ſigna militaria triginta ſeptem. De exercitu Romano centum nouem ceciderunt. Ab hoc proelio Gracchus duxit ad depopulandum Celtiberiam legiones. & cum ferret paſsim cuncta, atque ageret: populiq. alij uoluntate, alij metu iugum acciperent: CIII opida intra paucos dies in deditionem accepit. praeda potitus ingenti eſt. Conuertit inde agmen retro, unde uenerat, ad Alcen, atque eam urbem oppugnare inſtitit. Opidani primum impetum hoſtium ſuſtinuerunt. deinde cum iam non armis modo, ſed etiā operibus oppugnarentur, diffiſi praeſidio urbis, in arcē uniuerſi conceſſe
E runt. poſtremo & inde praemiſsis oratoribus, in ditionē ſe ſuaq. omnia Romanis permiſerunt. Magna inde praeda facta eſt. multi captiui nobiles in poteſtatem uenerunt: inter quos & Thurri filij duo, & filia. regulus hic earum gentium erat, longe potentiſsimus omnium Hiſpanorum. Audita ſuorum clade, miſsis qui fidem uenienti in caſtra ad Gracchū peterent, uenit: & primum quaeſiuit, ab eo, ne liceret ſibi ac ſuis uiuere? cum praetor uicturum reſpondiſſet, quaeſiuit iterum, ſi cum Romanis militare liceret? id quoque Graccho permittente, ſequar, inquit, uos aduerſus ueteres ſocios meos, quoniam illos ad me * propiunt ſuſpicere. Secutus eſt inde Romanos, fortiq. ac fideli opera multis locis rem Romanam adiuuit. Ergauica inde nobilis, & potens ciuitas, aliorum circa populorum cladibus territa,

territa, portas aperuit Romanis. Eam deditionem opidorum haud cum fide factam quidam auctores ſunt, e qua regione abduxiſſet legiones, extẽplo inde rebellatum, magnoq. cum poſtea proelio ad montem Caunum cum Celtiberis a prima luce ad ſextam horã diei ſignis collatis pugnaſſe: multos utrimque cecidiſſe: nec aliud magnopere Ergauice credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes intra uallũ proelio laceſſierint: poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe. tertio die proelio maiore iterum pugnatum, & tum demũ haud dubie uictos Celtiberos, caſtraq. eorum capta & direpta eſſe. uiginti duo millia hoſtium eo die eſſe caeſa, plus trecentos captos: parem fere equorum numerum: & ſigna militaria ſeptuaginta duo: inde debellatum, ueramq. pacem, non fluxa, ut ante, fide Celtiberos feciſſe. Eadem aeſtate & L. Poſtumium in Hiſpania ulteriore bis cum Vaccaeis egregio pugnaſſe ſcribunt. ad triginta & quinque millia hoſtium occidiſſe, & caſtra oppugnaſſe. Propius uero eſt, ſerius in prouinciam perueniſſe, quam ut ea aeſtate potuerit res gerere. Cenſores fideli concordia ſenatum legerunt. princeps electus eſt ipſe cenſor M. Aemilius Lepidus pont. max. tres eiecti de ſenatu. retinuit quoſdam Lepidus a collega praeteritos. Opera ex pecunia attributa diuiſaq. inter ſe, haec confecerunt. Lepidus molem ad Tarracinam, ingratum opus, quod praedia habebat ibi, priuatamq. publicae rei impenſam inſuerat. Theatrum & proſcenium ad Apollinis aedem Iouis in Capitolio, columnaſq. circa poliendas albo locauit. & ab his columnis, quae incõmode opposita uidebãtur ſigna, amouit: clypeaq. de columnis, & ſigna militaria affixa omnis generis dempſit. M. Fuluius plura & maioris locauit uſus. portum, & pilas pontis in Tiberim, quibus pilis fornices poſt aliquot annos P. Scipio Africanus, & L. Mũmius cenſores locauerunt imponendos; baſilicam poſt argentarias nouas, & forum piſcatorium circumdatis tabernis, quas uendidit in priuatum: & forum & porticum extra portam Tergeminam, & aliam poſt naualia, & ad fanum Herculis, & poſt ſpei ad Tiberim, aedem Apollinis medici. habuere & in promiſcuo praeterea pecuniam: ex ea communiter locarunt aquam adducendam, fornicesque faciendos. impedimento operi fuit M. Licinius Craſſus, qui per fundum ſuum duci nõ eſt paſſus. Portoria quoque, & uectigalia ijdem multa inſtituerunt. complura ſacella, publicaq. occupata a priuatis, publicaq. ſacra, ut paterent, eſſentq. populo, curarunt. mutarunt ſuffragia: regionatimq. generibus hominum, cauſſiſq. & quaeſtibus, tribus deſcripſerunt. Et alter ex cenſoribus M. Aemilius petijt ab ſenatu, ut ſibi dedicationis templorum Reginae Iunonis & Dianae, quae bello Liguſtino ante annis octo uouiſſet, pecunia ad ludos decerneretur. uiginti millia aeris decreuerunt. Dedicauit eas aedes utrãque in circo Flaminio. ludoſque ſcenicos triduum poſt dedicationem templi Iunonis, biduum poſt Dianae, & ſingulos dies fecit in circo. Idem dedicauit aedem Lariũ permarinũ in campo. uouerat eam annis undecim ante L. Aemilius Regillus, nauali proelio aduerſus praefectos regis Antiochi. ſupra ualuas templi tabula cum titulo hoc fixa eſt. Duello magno regibus dirimendo ** caput ** ſubigendis ** patrandae pacis ** Haec pugna exeunti L. Aemilio M. Aemilij F. Regillo praetori ** auſpicio, imperio, felicitate, ductuq. eius inter Epheſum, Samum, Chiumque claſſis regis Antiochi ante D. XI. K. Ian. uicta, fuſa, contuſa, fugataq. eſt. ibique eo die naues longae cum omnibus ſocijs captae XLII. Ea pugna pugnata rex Antiochus, regnumque eius. **** Eius rei ergo aedem Laribus permarinis uouit. Eodem exemplo tabula in aede Iouis in Capitolio ſupra ualuas fixa eſt. Biduo quo ſenatum legerunt cenſores, Q. Fuluius conſul profectus in Ligures, per inuios montes ualleſq. ſaltus cum exercitu tranſgreſus, ſignis collatis cum hoſte pugnauit, neque tantum acie uicit, ſed caſtra quoque eodem die cepit. Tria millia ducenti hoſtium, omniſq. ea regio Ligurum in deditionem uenit. conſul deditos in campeſtres agros deduxit, praeſidiaq. montibus impoſuit. Celeriter & ex prouincia litterae Romam uenerunt. ſupplicationes ob eas res geſtas in triduum decretae ſunt. Praetores quadraginta hoſtijs maioribus per ſupplicationes rem diuinã fecerunt. Ab altero conſule L. Manlio nihil memoria dignum in Liguribus eſt geſtum. Galli tranſalpini tria millia hominum in Italiam tranſgreſſi, neminem bello laceſſentes, agrum a conſule & ſenatu petebant, ut pacati ſub imperio populi R. eſſent. eos ſenatus excedere Italia iuſſit, & conſulem Q. Fuluium quaerere, & animaduertere in eos, qui principes & auctores tranſſcendendi Alpes fuiſſent. Eodem anno Philippus rex Macedonum ſenio & maerore conſumptus poſt mortem filij deceſſit. Demetriade hibernabat, cũ deſi-

A derio anxius filij, tum paenitentia crudelitatis ſuae. ſtimulabat animum & alter filius haud dubie & ſua & aliorum opinione rex, conuerſiq. in eum omnium oculi, & deſtituta ſenectus, alijs exſpectantibus ſuam mortem, alijs ne exſpectantibus quidem. Quo magis angebatur, & cum eo Antigonus Echecratis filius, nomen patrui Antigoni ferens, qui tutor Philippi fuerat, regiae uir maieſtatis, nobili etiã pugna aduerſus Cleomenem Lacedaemonium clarus. Tutorem eum Graeci, ut cognomine a ceteris regibus diſtinguerent, appellarunt. Huius fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptus permanſerat: eiq. ea fides nequaquam amicum Perſea, inimiciſſimum fecerat. is proſpiciens animo, quanto cum periculo ſuo hereditas regni uentura eſſet ad Perſea, ut primum labare animum regis, & ingemiſcere interdum filij deſiderio ſenſit: nunc praebendo aures, nunc laceſſendo etiam mentionẽ rei temere actae, ſaepe querenti querens & ipſe aderat, & cũ mul-

B ta adſoleat ueritas praebere ueſtigia ſui, omni ope adiuuabat, quo maturius omnia emanarent. Suſpecti & miniſtri facinoris, Apelles maxime & Philocles erant, qui Romam legati fuerant, litteraſq. exitiales Demetrio ſub nomine Flaminini attulerãt, eas falſas eſſe, & a ſcriba uitiatas, ſignumq. adulterinum, uulgo in regia fremebant. Ceterum cum ſuſpecta magis, quam manifeſta eſſet res, forte Xychus obuius fit Antigono: comprehenſuſque ab eo in regiam eſt perductus. relicto eo cuſtodibus, Antigonus ad Philippum proceſſit. Multis, inquit, ſermonibus intellexiſſe uideor, magno te aeſtimaturum, ſi ſcire uera omnia poſsis de filijs tuis, uter ab utro petitus fraude & inſidijs eſſet. homo unus omnium, qui nodum huius erroris exſoluere poſſit, in poteſtate tua eſt Xychus. forte uocatum perductumque in regiã, uocari iubet. Adductus, primo ita negare inconſtanter, ut paruo metu admoto paratum indicem eſſe appareret. conſpectum tortoris uerberumq. non ſuſtinuit, or-

C dinemq. omnem facinoris legatorum miniſterijq. ſui expoſuit. Extemplo miſſi, qui legatos comprehenderent. Philoclem, qui praeſens erat, oppreſſerunt. Apelles miſſus ad Chaeream quendam perſequendum, indicio Xychi audito in Italiam traiecit. De Philocle nihil certi uulgatum eſt. alij primo audaciter negantem, poſtquam in conſpectum adductus fit Xychus, non ultra tetendiſſe: alij tormenta etiam infitiantem perpeſſum affirmant. Philippo redintegratus eſt luctus, geminatuſque: & infelicitatem ſuam in liberis grauiorem, quod alter ſupereſſet, cenſebat. Perſeus certior factus omnia detecta eſſe, potentior quidẽ erat, quam ut fugam neceſſariam duceret: tantum ut procul abeſſet, curabat, interim uelut ab incendio flagrantis irae, dum Philipus uiueret, ſe defenſurus. qui ſpe potiundi ad poenã corporis eius amiſſa, quod reliquum erat, id ſtudere, ne ſuper impunitatem etiam praemio ſceleris frueretur. Antigonum igitur appellat, cui & palam facti parricidij gratia obno-

D xius erat, neque pudendum aut paenitendum eum regem Macedonibus, propter recentẽ patrui Antigoni gloriam fore cenſebat. Quando in eam fortunam ueni, inquit, Antigone, ut orbitas mihi, quam alij deteſtantur parentes, optabilis eſſe debeat; regnum quod a patruo tuo forti, non ſolum fideli tutela eius cuſtoditum & auctum etiam accepi, id tibi tradere in animo eſt. Te unum habeo, quem dignum regno iudicem. ſi neminẽ haberem, perire & exſtingui id mallem, quam Perſeo ſceleſtae fraudis praemium eſſe. Demetriũ excitatum ab inferis, reſtitutumq. credam mihi, ſi te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus inlacrymaſti, in locum eius ſubſtitutum relinquam. Ab hoc ſermòne omni genere honoris producere eum non deſtitit. cum in Thracia Perſeus abeſſet, circumire Macedoniae urbes, principibuſq. Antigonum commendare. & ſi uita lõgior ſuppetiſſet, haud dubium fuit, quin eum in poſſeſſione regni relicturus fuerit. Ab Demetriade profectus,

E Theſſalonicae plurimum temporis moratus fuerat. inde cum Amphipolin ueniſſet, graui morbo eſt implicitus. Sed animo tamen aegrum magis fuiſſe, quam corpore, conſtat: curiſque & uigilijs, cũ identidem ſpecies & umbrae inſontis interempti filij eum, diris exſecrationibus alterius, agitarent, exſtinctũ eſſe. admoneri tamen potuiſſet Antigonus, ſi haud ſtatim palam facta eſſet mors regis. Medicus Calligenes, qui curationi praeerat, nõ exſpectata morte regis, a primis deſperationis notis nuncios praediſpoſitos, ita ut cõuenerat, miſit ad Perſeum: & mortem regis in aduentum eius omnes, qui extra regiam erant, celauit. Oppreſsit igitur nec opinantes ignaroſq. omnes Perſeus, & regnum ſcelere partum inuaſit. Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem, & ad uires bello contrahendas. nam poſt paucis diebus gens Baſtarnarum diu ſollicitata ab ſuis ſedibus magna peditum equitumque

tumq. manu Iſtrum traiecit. inde praegreſſi, qui nunciarent regi, Antigonus & Cotto no- F
bilis is erat Baſtarna. erat Antigonus perinuitus cum ipſo Cottone legatus ad concitan-
dos Baſtarnas miſſus. haud procul Amphipoli famae incerti nuncij occurrunt, mor-
tuum eſſe regem. quae res omnem ordinem conſilij turbauit. Compoſitum autem ſic fue-
rat, tranſitum per Thraciam tutum, & commeatus Baſtarnis, ut Philippus praeſtaret. id ut
facere poſſet, regionum principes donis coluerat, fide ſua obligata, pacato agmine tranſi-
turos Baſtarnas. Dardanorum gentem delere propoſitum erat, inque eorum agro ſedes
dare Baſtarnis. duplex inde erat commodum futurum, ſi & Dardani, gens ſemper infeſtiſ-
ſima Macedoniae temporibuſq. iniquis regum imminens, tolleretur: & Baſtarnae relictis
in Dardania coniugibus liberiſque, ad populandam Italiam poſſent mitti. per Scordiſcos
iter eſſe ad mare Hadriaticum Italiamque. alia uia traduci exercitum non poſſe. facile Ba-
ſtarnis Scordiſcos iter daturos: nec enim aut lingua aut moribus aequales abhorrere. & G
ipſos adiuncturos ſe, cum ad praedam opulentiſſimae gentis ire uidiſſent. Inde in omnem
euentum conſilia accommodabantur. ſiue caeſi ab Romanis forent Baſtarnae, Dardanos
tamẽ ſublatos, praedamq. reliquijs Baſtarnorum, & poſſeſſionem liberam Dardaniae, ſola-
tio fore: ſiue proſpere geſſiſſent, Romanis auerſis in Baſtarnorum bellum, recuperaturum
ſe in Graecia quae amiſiſſet. Haec Philippi conſilia fuerant. Ingreſſi ſunt pacato agmine,
fide Cottonis & Antigoni: ſed haud multo poſt famam mortis Philippi, neque Thraces
commercio faciles erant, neque Baſtarnae empto contenti eſſe poterant, aut in agmine
contineri, ne decederent uia. Inde iniuriae ultro citroq. fieri: quarum in dies incremento
bellum exarſit. Poſtremo Thraces, cum uim ac multitudinem ſuſtinere hoſtium non poſ-
ſent, relictis campeſtribus uicis, in montem ingentis altitudinis (Donucam uocant) con-
ceſſerunt. Quo ubi ire Baſtarnae uellent, quali tempeſtate Gallos ſpoliantes Delphos fa- H
ma eſt peremptos eſſe: talis tum Baſtarnas nequidquam ad iuga montium appropinquan-
tes oppreſſit. Neque enim imbre tantum effuſo, dein creberrima grandine obruti ſunt,
cum ingenti fragore caeli, tonitribuſq. & fulgoribus praeſtinguentibus aciem oculorum:
ſed fulmina etiam ſic undique micabant, ut peti uiderẽtur corpora: nec ſolum milites, ſed
etiam principes icti caderent. itaque cum praecipiti fuga per rupes praealtas, improuidi
ſternerentur ruerentque, inſtabant quidem perculſis Thraces. ſed ipſi deos auctores fugae
eſſe, caelumq. in ſe ruere aiebant. Diſſipati procella, cum, tamquam ex naufragio, plerique
ſemiermes in caſtra, unde profecti erant, rediſſent: conſultari, quid agerent, coeptum. in-
de orta diſſenſio: alijs redeundum, alijs penetrandum in Dardaniam cenſentibus. Trigin-
ta ferme millia hominum (Elonico duce profecti erant) peruenerunt. cetera multitudo re-
tro qua uenerat, tranſdanubianam regionem repetiit. Perſeus potitus regno interfici An- I
tigonum iuſſit, & dum firmaret res, legatos Romam ad amicitiam paternam renouandam,
petendumque, ut rex ab ſenatu appellaretur, miſit. Haec eo anno in Macedonia geſta.
Alter conſulum, Q. Fuluius ex Liguribus triumphauit. quem triumphum magis gratiae,
quam rerum geſtarum magnitudini, datum conſtabat. Armorum hoſtilium magnam uim
tranſtulit: nullam pecuniam admodum. diuiſit tamen in ſingulos milites tricenos aeris, du-
plex centurionibus, triplex equiti. Nihil in eo triumpho magis inſigne fuit, quam quod
forte euenit, ut eodem die triumpharet, quo priore anno ex praetura triumphauerat. Se-
cundum triumphum comitia edixit, quibus creati conſules ſunt M. Iunius Brutus, A. Man-
lius Vulſo. Praetorum inde tribus creatis, comitia tempeſtas diremit. poſtero die reliqui
tres facti, ante diem quartum idus Martias, M. Titinius Curuus, Ti. Claudius Nero, T. Fon-
teius Capito. Ludi Romani inſtaurati ab aedilibus curulibus, Cn. Seruilio Caepione, Ap. K
Claudio Centhone, propter prodigia, quae euenerant. Terra mouit, in foris publicis, ubi
lectiſternium erat, [illegible] capita, quae in lectis erant, auerterunt ſe: lanaq. cum integumẽ-
tis, quae Ioui appoſita fuit, decidit. de menſa oleas quoque praeguſtaſſe mures, in prodi-
gium uerſum eſt. Ad ea expianda nihil ultra, quam ut ludi inſtaurarentur, actum eſt.

EPITOME

A EPITOME. LIBRI. XLI

IGNIS in aede Veſtae exſtinctus eſt. Ti. Sēpronius Gracchus proconſul Celtiberos uictos in deditionem accepit, monumentumq. operū ſuorum Graccburim opidum in Hiſpania conſtituit. Et a Poſtumio Albino proconſule Vaccaei ac Luſitani ſubacti ſunt. uterque triumphauit. Antiochus, Antiochi filius, obſes Romanis a patre datus, mortuo fratre Seleuco,
B *qui patri defuncto ſucceſſerat, in regnum Syriae ab urbe dimiſſus. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt ciuiū capita CCLXXIII millia, CCXIV. Q. Voconius Saxa tribunus plebis legem tulit, ne quis heredem mulierem inſtitueret. ſuaſit legem M. Cato. exſtat oratio eius. Praeterea res contra Ligures, Iſtros, Sardos, & Celtiberos a compluribus ducibus geſtas continet: & initia belli Macedonici, quod Perſeus Philippi filius moliebatur: miſerat enim ad Carthaginienſes legationem, & ab ijs nocte audita erat. ſed & alias Graeciae ciuitates ſollicitabat. qui praeter religionem quod quammulta templa magnifica multis locis erexit, Athenis Iouis Olympij, & Antiochiae Capitolini, uiliſſimum regem egit.*

LIBER. XLI

a patre in pace habitā armaſſe, eoq. iuuentuti praedandi cupidae pergratus eſſe dicebatur. An. 572
Conſilium de Iſtrico bello cum haberet conſul, alij gerendum extemplo, antequam cōtrahere copias hoſtes poſſent, alij conſulendum prius ſenatum cenſebant. Vicit ſententia, quae diem non proferebat. Profectus ab Aquileia conſul, caſtra ad lacum Timaui poſuit.
C Imminet mari is lacus. Eodem decem nauibus C. Furius duumuir naualis uenit. Aduerſus Illyriorum claſſem creati duumuiri nauales erant, qui tuēdae uiginti nauibus maris ſuperi orae Anconam uelut cardinem haberent: inde L. Cornelius dextra litora uſque ad Tarentum, C. Furius laeua uſque ad Aquileiā tueretur. Eae naues ad proximum portū Iſtriae fines cum onerarijs & magno commeatu miſſae. ſecutuſq. cum legionibus conſul, quinque ferme millia a mari poſuit caſtra. In portu emporium breui perfrequens factum, omniaq. hinc in caſtra ſupportabantur: & quo id tutius fieret, ſtationes ab omnibus caſtrorum partibus circumdatae ſunt: in Iſtriamq. ſuum praeſidium ſtatiuum, repentina cohors Placentina oppoſita inter mare & caſtra. &, ut idem aquatoribus ad fluuium eſſet praeſidium, M. Aebutius tribunus militum ſecundae legionis duos manipulos militum adijcere iuſſus eſt. T. & C. Aelij tribuni militū legionem tertiam, quae pabulatores & lignatores tueretur, uia;
D quae Aquileiam fert, duxerant. Ab eadem regione mille ferme paſſuum caſtra erant Gallorum. Carmelus pro regulo erat tribus haud amplius millibus armatorum. Iſtri, ut primum ad lacum Timaui caſtra ſunt Romana mota, ipſi poſt collem occulto loco conſederunt: & inde obliquis itineribus agmen ſequebantur, in omnem occaſionem intenti: nec quidquam eos, quae terra marique agerentur, fallebat. Poſtquam ſtationes inualidas eſſe pro caſtris, forum turba inermi frequens inter caſtra & mare mercantium, ſine ullo terreſtri aut maritimo munimento uiderunt: duo ſimul praeſidia, Placentinae cohortis, & manipulorum ſecundae legionis aggrediuntur. Nebula matutina texerat inceptum: qua dilabente ad primum teporem ſolis, perlucens iam aliquid, incerta tamen, ut ſolet, lux ſpeciē omnium multiplicem intuenti reddens, tum quoque fruſtrata Romanos, multo maiorem ijs, quam erat, hoſtium aciem oſtendit: qua territi utriuſque ſtationis milites ingēti tumul-
E tu cum in caſtra confugiſſent, haud paullo ibi plus, quam quod ſecum ipſi attulerant, terroris fecerunt. Nam neque dicere quid fugiſſent, nec percunctantibus reddere reſponſum poterāt: & clamor in portis, ut ubi nulla eſſet ſtatio, quae ſuſtineret impetum, audiebatur, & concurſatio in obſcuro incidentium aliorum in alios, incertum fecerat, an hoſtis intra uallum eſſet. Vna uox audiebatur, ad mare uocantium. Id forte temere ab uno exclamatum, totis paſſim perſonabat caſtris. Itaque primo uelut iuſſi id facere, pauci armati, maior pars inermes, ad mare decurrunt: dein plures, poſtremo prope omnes: & ipſe conſul, cum fruſtra reuocare fugientes conatus, nec imperio, nec auctoritate, nec precibus ad extremū ualuiſſet, unus remanſit M. Licinius Strabo, tribunus militum tertiae legionis, cū tribus ſignis ab legione ſua relictus. Hunc, in uacua caſtra impetu facto, Iſtri, cum alius armatus iis

nemo obuiam iſſet, in praetorio inſtruentem, atque adhortantem ſuos oppreſſerunt. Proe F
lium atrocius, quam pro paucitate reſiſtentium, fuit: nec ante finitum eſt, quam tribunus
militum, quiq circa eũ conſtiterãt, interfecti ſunt. Praetorio deiecto, direptis, quae ibi fue
runt, ad quaeſtorium forum, quinctanamq. hoſtes peruenerunt. Ibi cum omnium rerũ pa-
ratam expoſitamq. copiã, & ſtratos lectos in quaeſtorio inueniſſent, regulus accubãs epu-
lari coepit: mox idem ceteri omnes armorum hoſtiumq. obliti faciunt: &, ut quibus inſue-
tus liberalior uictus eſſet, auidius uino ciboq. corpora onerant. Nequaquam eadem tũ
rei forma apud Romanos. terra mari trepidatur. nautici tabernacula detendunt, commea-
tumq. in litore expoſitum in naues rapiunt, milites in ſcaphas & mare territi ruũt. nautae,
metu ne compleantur nauigia, alij turbae obſiſtunt, alii ab litore naues in altum expellũt:
inde certamen, mox etiam pugna cum uulneribus & caede inuicem militum nautarumq.
oritur: donec iuſſu conſulis procul a terra claſſis ſubmota eſt. Secernere inde inermes ab G
armatis coepit. uix ∞ CC ex tanta multitudine, qui arma haberent, perpauci equites. qui
equos ſecum eduxiſſent, inuenti ſunt. cetera deformis turba, uelut lixarum calonumque,
praeda uere futura, ſi belli hoſtes meminiſſent. Tunc demum nuncius ad tertiam legio-
nem reuocandam, & Gallorum praeſidium uenit, & ſimul ex omnibus locis ad caſtra re-
cipienda, demendamque ignominiam rediri coeptum eſt. Tribuni militum tertiae legio-
nis pabulum lignaque proijcere iubent. centurionibus imperant, ut grauiores aetate mi-
lites binos in ea iumenta, ex quibus onera deiecta erant, imponant: equites, ut ſingulos e
iuuenibus pedites ſecum in equos tollant. egregiam gloriam legionis fore, ſi caſtra metu
ſecundanorum amiſſa, ſua uirtute recipiant: & recipi facile eſſe, ſi in praeda occupati bar-
bari ſubito opprimantur: ſicut ceperint, poſſe capi. Summa militum alacritate adhorta-
tio audita eſt. Ferunt citati ſigna, nec ſigniferos armati morantur. priores tamen con- H
ſul copiaeque, quae a mari reducebantur, ad uallum acceſſerunt. L. Atius, tribunus pri-
mus ſecundae legionis, non hortabatur modo milites, ſed docebat etiam: ſi uictores Iſtri,
quibus armis cepiſſent caſtra, iiſdem capta retinere in animo haberent, primum exſutum
caſtris hoſtem ad mare perſecuturos fuiſſe: deinde ſtationes certe pro uallo habituros. ui-
no ſomnoque uериſimile eſſe merſos iacere. Sub haec A. Baeculonium, ſigniferũ ſuum, no
tae fortitudinis uirum, inferre ſignum iuſſit. Ille, ſi unum ſe ſequerẽtur, quo celerius fieret,
facturum dixit: connixuſq. cum trans uallum ſignum tranſieciſſet, primus omnium portã
intrauit. Et parte alia T. & C. Aelij, tribuni mil. tertiae legionis, cum equitatu adueniunt:
confeſtim & quos binos oneraria in iumenta impoſuerant ſecuti, & conſul cum toto agmi
ne. At Iſtrorum pauci, qui modice uinoſi erant, memores fuerant fugae: alijs ſomno mors
continuata eſt, integraque ſua omnia Romani, praeterquam quod uini cibique abſumptũ I
erat, receperunt. Aegri quoque milites, qui in caſtris relicti fuerant, poſtquam intra ual-
lum ſuos ſenſerunt, armis arreptis, caedem ingentem fecerunt. Ante omnes inſignis ope-
ra fuit C. Popillij equitis; Sabello cognomen erat: is pede ſaucio relictus, longe plurimos
hoſtium occidit. Ad octo millia Iſtrorum ſunt caeſa, captus nemo: quia ira & indignatio
immemores praedae fecit. Rex tamen Iſtrorum temulentus ex conuiuio raptim a ſuis in e-
quum impoſitus fugit. ex uictoribus CCXXXVII milites perierunt: plures in matutina
fuga, quam in recipiendis caſtris. Forte ita euenit, ut Cn. & L. Gauillij, Nouelli Aquileien-
ſes cum commeatu ueniẽtes, ignari prope in capta caſtra ab Iſtris inciderunt. Ij cum Aqui
leiã relictis impedimentis refugiſſent, omnia terrore ac tumultu, nõ Aquileiae modo, ſed
Romae quoque poſt paucos dies impleuerunt: quo nõ capta tantũ caſtra ab hoſtibus, nec
fuga, quae uera erat, ſed perditas res, deletũq. exercitum omnẽ allatum eſt. Itaq., quod in K
tumultu fieri ſolet, delectus extra ordinẽ, non in urbe tãtum, ſed tota Italia indicti. Duae
legiones ciuiũ Romanorum cõſcriptae, & decem millia peditũ cum equitibus D ſociis no
minis Latini imperata. M. Iunius conſul tranſire in Galliam, & ab ciuitatibus prouinciae e-
ius, quantum quaeque poſſet, militum exigere iuſſus. Simul decretũ, ut Ti. Claudius prae-
tor militibus legionis quartae, & ſocium Latini nominis V millibus equitum CCL Piſas
ut conuenirent ediceret: eãq. prouinciam, dum conſul inde abeſſet, tutaretur. M. Titinius
praetor legionem primam, parem numerum ſociorum peditum equitumque Ariminum
conuenire iuberet. Nero paludatus Piſas in prouinciam eſt profectus. Titinius C. Caſſio
tribuno mil. Ariminum, qui praeeſſet legioni, miſſo, delectum Romae habuit. M. Iunius
conſul

A conſul ex Liguribus in prouinciam Galliā tranſgreſſus, auxilijs protinus per ciuitates Gal
liae, militibuſq. colonis imperatis Aquileiam peruenit. Ibi certior factus exercitum inco-
lumem eſſe, ſcriptis litteris Romam ne tumultuarentur, ipſe, remiſſis auxilijs, quae Gallis
imperauerat, ad collegā eſt profectus. Romae magna ex necopinato laetitia fuit. delectus
omiſſus eſt, exauctorati, qui ſacramento dixerant, & exercitus, qui Arimini peſtilētia affe
ctus erat, domum dimiſſus. Iſtri magnis copijs cum caſtra haud procul conſulis caſtris ha
berent, poſtquam alterum conſulem cum exercitu nouo adueniſſe audierunt, paſſim in ci-
uitates dilapſi ſunt. conſules Aquileiam in hiberna legiones reduxerunt. Sedato tandem
Iſtrico tumultu S.C. factum eſt, ut conſules inter ſe compararent, uter eorum ad comitia
habenda Romam rediret. Cum abſentem Manlium tribuni pl. A. Licinius Nerua, & C. Pa-
pirius Turdus in concionibus lacerarent, rogationemq. promulgarent, ne Manlius poſt i-
B dus Martias (prorogatae namque conſulibus in annum prouinciae erant) imperium retine
ret, uti cauſſam extemplo dicere, cum abiſſet magiſtratu, poſſet: huic rogationi Q. Aelius
collega interceſsit, magniſq. contentionibus obtinuit, ne perferretur. Per eos dies Ti. Sem-
pronius Gracchus, & L. Poſtumius Albinus ex Hiſpania Romā cum reuertiſſent, ſenatus
ijs a M. Titinio praetore datus in aede Bellonae ad diſſerendas res quas geſſiſſent, poſtulan
doſq. honores meritos, ut dijs immortalibus haberetur honos. Eodem tempore & in Sar-
dinia magnum tumultum eſſe, litteris T. Aebutij praetoris cognitum eſt, quas filius eius ad
ſenatum attulerat. Ilienſes adiunctis Balarorum auxilijs pacatam prouinciam inuaſerant:
nec eis inualido exercitu, & magna parte peſtilentia abſumpto, reſiſti poterat. Eadem &
Sardorum legati nunciabant, orantes ut urbibus ſaltem (iam enim agros deploratos eſſe)
opem ſenatus ferret. Haec legatio, totumq. quod ad Sardiniam pertinebat, ad nouos magi
C ſtratus reiectum eſt. Aeque miſerabilis legatio Lyciorum, qui crudelitatem Rhodiorum,
quibus ab L. Cornelio Scipione attributi erant, querebantur. fuiſſe ſub ditione Antiochi:
eam regiam ſeruitutem collatam cum praeſenti ſtatu, praeclaram libertatem uiſam. nō pu
blico tantum ſe premi imperio, ſed ſingulos iuſtum pati ſeruitium: iuxta ſe coniuges libe-
roſq. uexari: in corpus, in tergum ſaeuiri: famam, quod indignum ſit, maculari dehoneſta
riq., & palam res odioſas fieri, iuris etiam uſurpandi cauſſa, ne pro dubio habeant, nihil in-
ter ſe & argento parata mancipia intereſſe. Motus his ſenatus, litteras Lycijs ad Rhodios
dedit: nec Lycios Rhodiis, nec ullos alicui, quam qui nati liberi ſint, in ſeruitutem dari pla-
cere. Lycios ita ſub Rhodiorum ſimul imperio & tutela eſſe, ut in ditione populi R. ciuita-
tes ſociae ſint. Triumphi deinde ex Hiſpania duo continui acti. Prior Sēpronius Gracchus
de Celtiberis ſociiſq. eorum, poſtero die L. Poſtumius de Luſitanis, aliiſq. eiuſdem regio-
D nis Hiſpanis triumphauit. XL millia pondo argenti Gracchus tranſtulit, XX millia Al-
binus. Militibus denarios quinos uicenos, duplex centurioni, triplex equiti, ambo diuiſe-
runt, ſociis tantundem quantum Romanis. Per eoſdem forte dies M. Iunius cōſul ex Iſtria
comitiorū cauſſa Romā uenit. Eum cum in ſenatu fatigaſſent interrogationibus tribuni pl.
Papirius & Licinius, de his, quae in Iſtria eſſent acta, in concionē quoque produxerunt. Ad
quae cū conſul, ſe dies non plus XI in ea prouincia fuiſſe, reſponderet: quae ſe abſente acta
eſſent, ſe quoque, ut illos, fama cōperta habere: exſequebantur deinde quaerētes, quid ita
nō potius A. Mālius Romā ueniſſet, ut rationem redderet populo R. cur ex Gallia prouin-
cia, quam ſortitus eſſet, in Iſtriam tranſiſſet: quando id bellū ſenatus decreuiſſet, quādo id
bellū populus R. iuſſiſſet? At hercule priuato quidem cōſilio bellum ſuſceptum eſſe, ſed ge
ſtum prudenter fortiterque. Immo utrum ſuſceptum ſit nequius, an inconſultius geſtū, dici
E non poſſe. Stationes duas nec opinantes ab Iſtris oppreſſas, caſtra Romana capta, quod pe-
ditū, quod equitū in caſtris fuerit. ceteros inermes fuſoſque, ante omnes conſulem ipſum
ad mare ac naues fugiſſe. priuatum rationem redditurum earum rerum eſſe, quoniam con-
ſul noluiſſet. Comitia deinde habita: cōſules creati C. Claudius Pulcher, Ti. Sempronius
Gracchus. Et poſtero die praetores facti, P. Aelius Tubero iterum, C. Quinctius Flamini-
nus, C. Numiſius, C. Mummius, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Laeuinus. Tuberoni ur-
bana iuriſdictio, Quinctio peregrina euenit, Numiſio Sicilia, Mummio Sardinia: ſed ea pro
pter belli magnitudinē prouincia conſularis facta. Gracchus eam ſortitur, Iſtriā Claudius.
Scipio & Laeuinus Galliam in duas diuiſam prouincias ſortiti ſunt. Idib. Martiis, quo die An. 573
Sempronius Claudiuſq. conſulatū inierunt, mentio tantū de prouincijs Sardinia Iſtriaque,

& utriſque hoſtibus fuit,qui in his prouincijs bellum conſciuiſſent. Poſtero die legati Sar F
dorum, qui ad nouos magiſtratus delati erant, L. Minucius Thermus, qui legatus Manlij
conſulis in Iſtria fuerat, in ſenatum uenit. Ab his edoctus eſt ſenatus, quantum belli eae
prouinciae haberent.Mouerunt ſenatum,& legationes ſocium nominis Latini,quae & cē-
ſores,& priores conſules fatigauerant,tandem in ſenatū introductae. Summa querellarū
erat,ciues ſuos Romae cenſos pleroſque Romam commigraſſe. quod ſi permittatur, per-
paucis luſtris futurum,ut deſerta opida,deſerti agri nullum militem dare poſſent. Fregel-
las quoque millia IV familiarum tranſiſſe ab ſe, Samnites Peligniq. querebantur: neque
eo minus aut hos aut illos in delectum militum dare. Genera autem fraudis duo mutādae
uiritim ciuitatis inducta erant. Lex ſocijs nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi re-
linquerent,dabat,ut ciues Romani fierent. ea lege male utendo,alij ſocijs,alij populo Ro-
mano iniuriam faciebant. nam, & ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos quibuſqui- G
bus Romanis in eam condicionem,ut manumitterentur,mancipio dabant,libertiniq.ciues
eſſent: & quibus ſtirpes deeſſet, quam relinquerent, ij ciues Romani fiebant. Poſtea his
quoque imaginibus iuris ſpretis, promiſcue ſine lege, ſine ſtirpe, in ciuitatem Romanam
per migrationem & cenſum tranſibant.Haec ne poſtea fierent,petebant legati,& ut redire
in ciuitates iuberent ſocios.deinde ut lege cauerent,ne quis quem ciuitatis mutādae cauſ-
ſa ſuum faceret, neue alienaret: & ſi quis ita ciuis Romanus factus eſſet, ciuis non eſſet.
Haec impetrata ab ſenatu. Prouinciae deinde,quae in bello erant,Sardinia atque Iſtria de
cretae.in Sardiniam duae legiones ſcribi iuſſae: quina millia in ſingulas,& duceni pedites,
treceni equites,& duodecim millia peditum ſociorum ac Latini nominis, & DC equites,
& X quinqueremes naues,ſi deducere ex naualibus uellet.Tantundem peditum equitum-
que in Iſtriam,quantum in Sardiniam,decretū. Et legionem unam cum equitibus CCC, H
& quinque millia peditum ſociorum, & CCL mittere equites in Hiſpaniam conſules ad
M.Titinium iuſſi. Priuſquam conſules prouincias ſortirentur, prodigia nunciata ſunt: la-
pidem in agro Cruſtumino in lacum Martis de caelo cecidiſſe: puerum trunci corporis in
agro Romano natum, & quadrupedem anguem uiſum: & Capuae multa in foro aedificia
de caelo tacta: & Puteolis duas naues fulminis ictu concrematas eſſe.Inter haec quae nun
ciabātur,lupus etiam Romae interdiu agitatus,cum Collina porta intraſſet, per Eſquilinā
magno cōſectantium tumultu euaſit. Eorum prodigiorum cauſſa cōſules maiores hoſtias
immolarunt: & diem unum circa omnia puluinaria ſupplicatio fuit. Sacrificijs rite perfe-
ctis prouincias ſortiti ſunt.Claudio Iſtria, Sēpronio Sardinia obuenit. Legē deinde ſocijs
C.Claudius tulit ſenatuſcōſulto,& edixit,qui ſocij ac nominis Latini,ipſi maioreſue eorū
M. Claudio, T. Quinctio cenſoribus, poſtq. ea apud ſocios nominis Latini cenſi eſſent,ut I
omnes in ſuam quiſque ciuitatem ante Kal.Nouēbres redirent. Quaeſtio,qui ita nō rediſ-
ſent,L.Mummio praetori decreta eſt. Ad legē,& edictum cōſulis S.C.adiectū eſt,ut dicta
tor,cōſul,interrex,cēſor,praetor,qui nunc eſſet apud forū, darēt operā,ut,qui manumitte
retur,in libertatē uindicaretur,iuſiurandum daret, qui eum manumitteret,ciuitatis mutā-
dae cauſſa manu nō mittere,qui id nō iuraret;eum manumittendum nō cenſuerunt. Haec
in poſterum cauſſa iuriſq.dictio C.Claudio cōſuli decreta eſt. Dum haec Romae gerūtur,
M.Iunius, & A. Manlius, qui priore anno conſules fuerant, cum Aquileiae hibernaſſent,
principio ueris in fines Iſtrorum exercitum introduxerunt: ubi cum effuſe popularentur,
dolor magis & indignatio diripi res ſuas cernētes Iſtros, quam certa ſpes ſatis ſibi uiriū ad
uerſus duos exercitus eſſe exciuit.Cōcurſu ex omnib.populis iuuētutis facto,repētinus &
tumultuarius exercitus acrius primo impetu quam perſeuerantius pugnauit.Ad quattuor K
millia eorū in acie caeſa.ceteri omiſſo bello in ciuitates paſſim diffugerūt.Inde legatos pri
mum ad pacē petendā in caſtra Romana,deinde obſides imperatos miſerunt.Haec cumRo
mae cognita litteris proconſulum eſſent, C.Claudius cōſul ueritus ne forte ea res prouin
ciam exercitumq.ſibi adimeret,nō uotis nuncupatis,non paludatis lictoribus, uno omniū
certiore facto collega, nocte profectus praeceps in prouinciam abijt: ubi incōſultius quā
uenerat,ſe geſſit.Nam cum concione aduocata fugam e caſtris A. Manlij aduerſis auribus
militum,quippe qui primi ipſi fugiſſent,iactaſſet,ingeſſiſſet probra M.Iunio,quod ſe dede
coris ſocium collegae feciſſet,ad extremum utrumque decedere prouincia iuſſit.Quod cū
milites conſulis imperio dicto audientes futuros ſeſe dicerent, cum is more maiorum ſe-

cundum

A cundum uota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe eſſet, furens
ira, uocatum qui proquaeſtor Manlij erat, catenas popoſcit, uinctos ſe Iunium Manliūq.
minitans Romam miſſurum. Ab eo quoque ſpretum conſulis imperium eſt, & circumfu-
ſus exercitus fauens imperatorum cauſſae, & conſuli infeſtus, animos ad non parendū ad-
debat. Poſtremo fatigatus conſul & contumelijs ſingulorum, & multitudinis (nam inſu-
per irridebant) ludibrijs, naue eadem, qua uenerat, Aquileiam redijt. Inde collegae ſcri-
pſit, ut militum nouorum ei parti, quae ſcripta in Iſtriam prouinciam eſſet, ediceret, Aqui-
leiā ut conueniret, nequid ſe Romae teneret, quo minus uotis nuncupatis paludatus ab ur-
be exiret. Haec collegae obſequenter facta, breuiſq. dies ad conueniendū edicta eſt. Clau-
dius prope conſecutus eſt litteras ſuas. Concione adueniens de Manlio & Iunio habita, nō
ultra triduū moratus Romae, paludatis lictoribus, uotiſq. in Capitolio nuncupatis, in pro-
B uinciam aeque ac prius praecipiti celeritate abit. Paucis ante diebus Iunius Manliuſq. o-
pidum Neſattium, quo ſe principes Iſtrorū & regulus ipſe Aepulo receperat, ſumma ui op-
pugnarant. eo Claudius duabus legionibus nouis adductis, uetere exercitu cū ſuis ducibus
dimiſſo, ipſe opidum circumſedit, & uineis oppugnare intendit: amnemq. praeterfluentē
moenia, qui & impedimento oppugnātibus erat, & aquationem Iſtris praebebat, multorū
dierū opere exceptū nouo alueo auertit. Ea res barbaros miraculo terruit abſciſſae aquae,
& ne tum quidē memores pacis, in caedem coniugum ac liberorum uerſi, etiam ut ſpecta-
culo hoſtibus tam foedum facinus eſſet, palam in muris trucidatos praecipitabant. Inter ſi-
mul comploratiomem feminarum puerorumque, ſimul nefandam caedem, milites trāſgreſ-
ſi murum opidum intrarunt. cuius capti tumultum ut ex pauido clamore fugientium acce-
pit rex, trāiecit ferro pectus, ne uiuus caperetur: ceteri capti aut occiſi. Duo deinde opi-
C da Mutila & Faueria ui capta & deleta. Praeda, ut in gēte inopi, ſpe maior fuit, & omnis mi-
litibus conceſſa eſt. V millia capitum DCXXXII. ſub corona uenierunt. auctores belli uir-
gis caeſi, & ſecuri percuſſi. Iſtria tota trium opidorum excidio, & morte regis pacata eſt:
omneſq. undiq. populi obſidibus datis in ditionem uenerunt. Sub Iſtrici finem belli, apud
Ligures conſilia de bello haberi coepta. Ti. Claudius procōſul, qui praetor priore anno fue-
rat, cū praeſidio legionis unius Piſis praeerat. cuius litteris ſenatus certior factus, eas ipſas
litteras ad C. Claudium (nam alter conſul iam in Sardiniam trāſiecerat) deferendas cenſet:
& adijcit decretū, quoniā Iſtria prouincia confecta eſſet, ſi ei uideretur, exercitū trāſduce-
ret in Ligures. Simul ex litteris cōſulis, quas de rebus in Iſtria geſtis ſcripſerat, in biduū ſup-
plicatio decreta. Et ab altero conſule Ti. Sempronio in Sardinia proſpere res geſtae. Exer-
citum in agrum Sardorum Ilienſium induxit. Balarorum magna auxilia Ilienſibus uenerāt.
D Cum utraque gente ſignis collatis conflixit. Fuſi fugatiq. hoſtes, caſtriſq. exſuti. XII millia
armatorum caeſa. Poſtero die arma lecta conijci in aceruum iuſſit conſul: ſacrumq. id Vul-
cano cremauit. Victorem exercitum in hiberna ſociorum urbium reduxit. Et C. Claudius
litteris Ti. Claudij & ſenatuſconſulto accepto, ex Iſtria legiones in Ligures tranſduxit. Ad
Scultennam flumen in campos progreſſi caſtra habebant hoſtes. Ibi cum his acie dimicatū.
XV∞ caeſa: plus DCC aut in proelio, aut in caſtris (nā ea quoque expugnata ſunt) capti,
& ſigna militaria unum & L capta. Ligures reliquiae caedis in montes refugerunt paſſim:
populantique campeſtres agros conſuli nulla uſquam apparuerunt arma. Claudius dua-
rum gentium uno anno uictor, duabus, quod raro alius, in conſulatu pacatis prouincijs,
Romam reuertit. Prodigia eo anno nunciata, in Cruſtumino auem ſangualem (quam uo-
cant) ſacrum lapidem roſtro cecidiſſe. bouem in Campania locutum. uaccam aeneam Syra-
E cuſis ab agreſti tauro, qui pecore aberraſſet, initam, ac ſemine adſperſam. In Cruſtumino
diem unum in ipſo loco ſupplicatio fuit. & in Campania bos alenda publice data: Syracu-
ſanumq. prodigium expiatum, editis ab haruſpicibus dijs, quibus ſupplicaretur. Pōtifex eo
anno mortuus eſt M. Claudius Marcellus, qui conſul cenſorq. fuerat. In eius locum ſuffe-
ctus eſt pontifex filius eius M. Marcellus. Et Lucam colonia eodem anno ∞ ∞ ciuium Ro-
manorum ſunt deducta. Triumuiri deduxerunt, P. Aelius, L. Egilius, Cn. Sicinius. Quin-
quagena & ſingula iugera & ſemiſſes agri in ſingulos dati ſunt. De Ligure captus is ager
erat: Etruſcorum ante, quam Ligurum, fuerat. C. Claudius conſul ad urbem uenit: cui,
cum in ſenatu de rebus in Iſtria Liguribuſq. proſpere geſtis diſſeruiſſet, poſtulanti triūphus
eſt decretus. triumphauit in magiſtratu de duabus ſimul gentibus. Tulit in eo triumpho

denatium CCCVII millia,& uictoriatū LXXXV millia DCCII. militibus in ſingulos qui F
nideni denarij dati,duplex cēturioni,triplex equiti:ſocijs dimidio minus,quam ciuibus, da
tum.Itaque taciti, ut iratos eſſe ſentires, ſecuti ſunt currum. Dum is triumphus de Ligu-
ribus agebatur, Ligures poſtquam ſenſerunt non conſularem tantum exercitum Romam
adductum,ſed legionem ab Ti.Claudio Piſis dimiſſam,ſoluti metu clam exercitu indicto,
per trāſuerſos limites ſuperatis montibus in campos degreſſi,agrum Mutinenſem popula
ti,repentino impetu coloniam ipſam ceperunt.Id ubi Romam allatum eſt,ſenatus C.Clau
dium conſulem comitia primo quoque tempore habere iuſſit: creatiſque in annum magi-
ſtratibus in prouinciam redire, & coloniā ex hoſtibus eripere. Ita uti cenſuit ſenatus comi
tia habita,conſules creati Cn.Cornelius Scipio Hiſpalus,Q.Petillius Spurinus. Praetores
inde facti,M.Popillius Laenas,P.Licinius Craſſus,M.Cornelius Scipio,L.Papirius Maſo,
M.Aburius, L.Aquillius Gallus. C. Claudio conſuli prorogatum in annum imperium, & G
Gallia prouincia. Et ne Iſtri quoque idē,quod & Ligures,facerēt,ſocios nominis Latini in
Iſtriā mitteret, quos triūphi cauſſa de prouincia deduxiſſet, mandatū Cn.Cornelio, & Q.
Petillio conſulibus,quo die magiſtratū inierūt,immolātibus Ioui ſingulis bubus, uti ſolet,
An.574. in ea hoſtia,qua Q.Petillius ſacrificauit,in iocinore caput non inuentum.Id cum ad ſenatū
retuliſſet, boue perlitare iuſſus. De prouincijs deinde conſultus ſenatus Piſas & Ligures
prouincias conſulibus decreuit.Cui Piſae prouincia obueniſſet,cum magiſtratum creando
rum tempus eſſet,ad comitia reuerti iuſſit.Additum decreto, ut binas legiones nouas ſcri-
berent, & CCC equites & dena millia peditū ſocijs nominiq. Latino, & DC imperarent
equites.Ti.Claudio prorogatum eſt imperium in id tempus,quo in prouinciam conſul ue-
niſſet.Dum de his rebus in ſenatu agitur,Cn.Cornelius euocatus a uiatore,cum templo e-
greſſus eſſet,paullo poſt redijt cōfuſo uultu:& expoſuit patribus conſcriptis,bouis ſeſcena H
lis,quem immolauiſſet,iecur defluxiſſe: id ſe uictimario nuncianti parū credentem,ipſum
aquam effundi ex olla,ubi exta coquerentur,iuſſiſſe.& uidiſſe ceteram integram partē ex
torum,iecur omne inenarrabiliter abſumptum.Territis eo prodigio patribus,& alter con-
ſul curā adiecit, qui ſe, quod caput iecinori defuiſſet,tribus bubus perlitaſſe negauit.Sena-
tus maioribus hoſtijs uſq.ad litationem ſacrificari iuſſit.Ceteris dijs perlitatum ferunt, Sa
luti Petillium perlitaſſe negant.Inde conſules praetoreſq. prouincias ſortiti,Piſae Cn.Cor
nelio,Ligures Petillio obuenerunt.Praetores,L.Papirius Maſo urbanam,M.Aburius inter
peregrinos ſortiti ſunt.M.Cornelius Scipio Maluginenſis Hiſpaniam ulteriorem,L.Aquil
lius Gallus Siciliam habuit.duo deprecati ſunt,ne in prouincias irent,M.Popillius in Sardi
niam. Gracchum eam prouinciam pacare, & T.Aebutium praetorē adiutorē ab ſenatu da
tum eſſe. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipſa efficaciſſima I
eſſet,minime conuenire.inter traditionem imperij,nouitatemq.ſucceſſoris,quae noſcēdis
prius quā agendis rebus imbuenda ſit,ſaepe bene gerendae rei occaſiones intercidere. Pro
bata Popillij excuſatio eſt. P. Licinius Craſſus ſacrificijs ſe impediri ſollēnibus excuſabat,
ne in prouinciam iret.citerior Hiſpania obuenerat. Ceterū aut ire iuſſus,aut iurare pro cō-
cione ſollemni ſacrificio ſe prohiberi.Id ubi in P.Licinio ita ſtatutum eſt,& ab ſe uti iuſiurā
dum acciperent, M.Cornelius poſtulauit,ne in Hiſpaniam ulteriorē iret: Praetores ambo
in eadē uerba iurarunt.M.Titinius & T.Fonteius proconſules manere cū eodē imperij
iure in Hiſpania iuſſi:& ut in ſupplemētū his tria millia ciuiū Romanorū cū equitibus CC,
V millia ſociū Latini noīs,& CCC equites mitterentur. Latinae feriae fuere A.D.III no.
Maij: in quibus,quia in una hoſtia magiſtratus Lanuuinus precatus non erat,populi R.Qui
ritiū,religioni fuit.Id cū ad ſenatum relatum eſſet,ſenatuſq. ad pontificum collegiū reiecíſ K
ſet,pōtificibus,quia nō rite factae Latinae eſſēt,inſtauratis Latinis,placuit Lanuuinos, quo
rū opera īſtauratae eſſēt,hoſtias praebere. Acceſſerat ad religionē quod Cn.Cornelius cō
ſul ex mōte Albano rediēs cōcidit,& parte mēbrorū captus ad aquas Cumanas profectus,
ingraueſcēte morbo,Cumis deceſſit: ſed inde mortuus Romā allatus,& funere magnifico
elatus ſepultuſq. eſt. Pontifex idē fuerat. Cōſul Q. Petillius cū primū per auſpicia poſſet,
collegae ſubrogādo comitia habere iuſſus,&Latinas edicere:comitia in A.D.III non.Sexti
les,Latinas in A.D.III idus Sextiles, edixit.Plenis religionum animis prodigia inſuper nū
ciata: Tuſculi facē in caelo uiſam,Gabijs aedē Apollinis & priuata aedificia complura,Gra
uiſcis murum portamq.de caelo tacta.Ea patres procurari,uti pontifices cenſuiſſent,iuſſe-
runt.

A runt. Dum conſules primum religiones, deinde alterum alterius mors, & comitia, & La-
tinarum inſtaurationes impediunt: interim C. Claudius exercitum ad Mutinam, quam Li
gures priore anno ceperant, admouit. Ante triduum quam oppugnare ceperat, receptam
ex hoſtibus, colonis reſtituit. IIX millia ibi Ligurum intra muros caeſa, litteraeq. Romã ex
templo ſcriptae, quibus nõ modo rem exponeret: ſed etiam gloriaretur, ſua uirtute ac feli
citate neminẽ iam cis Alpes hoſtem populi R. eſſe, agriq. aliquantũ captum, qui multis mil
libus hominũ diuidi uiritim poſſet. Et Ti. Sempronius eodem tempore in Sardinia multis
ſecũdis proelijs Sardos perdomuit. XV millia hoſtium ſunt caeſa. Omnes Sardorũ populi,
qui defecerant, in ditionem redacti. Stipendiarijs ueteribus duplex uectigal imperatum
exactumque. ceteri frumentum contulerunt. Pacata prouincia, obſidibuſq. ex tota inſula
CCXXX acceptis, legati Romam, qui ea nunciarent, miſſi: quiq. ab ſenatu peterent, ut ob
B eas res ductu auſpicioq. Ti. Sẽpronij proſpere geſtas, dijs immortalibus honos haberetur,
ipſiq. decedẽti de prouincia exercitum ſecum deportare liceret. Senatus in aede Apollinis
legatorum uerbis auditis, ſupplicationem in biduum decreuit, & XL maioribus hoſtijs cõ-
ſules ſacrificare iuſsit: Ti. Sempronium procõſulem exercitumq. eo anno in prouincia ma
nere. Comitia deinde cõſulis unius ſubrogãdi, quae in A. D. III nonas Sextiles edicta erãt,
eo ipſo die ſunt confecta. Q. Petillius cõſul collegam, qui extemplo magiſtratũ occiperet,
creauit C. Valeriũ Laeuinum. Is iã diu cupidus prouinciae, cũ opportune cupiditati eius
litterae allatae eſſent, Ligures rebellaſſe, nonis Sextilib. paludatus, litteris auditis, tumul-
tus eius cauſſa legionem tertiã ad C. Claudium proconſulem in Galliam proficiſci iuſsit:
duumuiros nauales cum claſſe Piſas ire, qui Ligurum oram, maritimum quoque terrorem
admouẽtes, circumuectarentur. Eodem & Q. Petillius conſul ad conueniendum exercitui
C diẽ edixerat. Et C. Claudius procõſul audita rebellione Ligurum, praeter eas copias, quas
ſecum Parmae habebat, ſubitarijs collectis militibus, exercitum ad fines Ligurũ admouit.
Hoſtes ſub aduentum C. Claudij, a quo duce ſe meminerant nuper ad Scultennam flumẽ
uictos fugatoſq., locorum magis praeſidio aduerſus infeliciter expertam uim, quam armis
ſe defenſuri, duos montes Letum & Baliſtam ceperũt: muroq. inſuper amplexi, tardius ex
agris demigrantes, oppreſsi ad ∞ & D perierunt. Ceteri montibus ſe tenebant, & ne in me
tu quidem feritatis ingenitae obliti, ſaeuiunt in praedã, quae Mutinae parta erat: captiuos
cũ foeda laceratione interficiũt: pecora in fanis trucidãt uerius paſſim, quã rite ſacrificant.
Satiati caede animantiũ, quae inanima erãt, parietibus affligunt, uaſa omnis generis uſui
magis quã ornamento in ſpeciẽ facta. Q. Petillius cõſul, ne abſente ſe debellaretur, litteras
ad C. Claudium mitit, ut cum exercitu ad ſe in Galliam ueniret, campis Macris ſe eũ exſpe
ctaturũ. Litteris acceptis Claudius ex Liguribus caſtra mouit, exercitumq. ad campos Ma
D cros conſuli tradidit. Eodem paucis poſt diebus C. Valerius cõſul alter uenit. Ibi diuiſis co
pijs, priuſquam digrederentur, communiter ambo exercitus luſtrauerunt. tum ſortiti, quia
non ab eadem utrumque parte aggredi hoſtem placebat, regiones quas peterent. Valeriũ
auſpicato ſortitum conſtabat, quod in templo fuiſſet: in Petillio id uitio factum, poſtea au-
gures reſpõderunt, quod extra templum ſortem in ſitellam in templum latã foris ipſe po-
ſuerit. Profecti inde in diuerſas regiones. Petillius aduerſus Baliſtae & Leti iugũ, quod eos
montes perpetuo dorſo inter ſe iungit, caſtra habuit. Ibi adhortantem eum pro concione
milites, immemorem ambiguitatis uerbi ominatum ferunt, ſe eo die Letum capturum eſ-
ſe. Duabus ſimul partibus ſubire in aduerſos montes coepit. Ea pars, in qua ipſe erat, im-
pigre ſuccedebat. Alteram hoſtes cum propuliſſent, ut reſtitueret rem inclinatam, conſul
equo aduectus, ſuos quidem a fuga reuocauit: ipſe dum incautius ante ſigna obuerſatur,
E miſſili trãiectus cecidit. Nec hoſtes ducem occiſum ſenſerunt, & ſuorũ pauci qui uiderãt,
haud negligenter, ut qui in eo uictoriam uerti ſcirent, corpus occultauere. Alia multitudo
peditum equitumque, deturbatis hoſtibus, montes ſine duce cepere. Ad V millia Ligurum
occiſa, ex Romano exercitu duo & quinquaginta ceciderunt. Super tam euidentem triſtis
ominis euentum etiam ex pullario auditum eſt, uitium in auſpicio fuiſſe, nec id conſulem
ignoraſſe. C. Valerius audita

Periti religionum, iuriſq. publici, quando duo ordinarij conſules eius anni alter morbo, al-
ter ferro periſſet, ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe

An. 575 * * * F

deduxit. Cis Apeninum Garuli & Lapicini,& Hercates,trans Apenninum Briniates fuerant. Inter Audenam amnem P.Mucius cum ijs,qui Lunam Piſaſq. depopulati erant, bellum geſſit,omnibuſq. in ditionem redactis arma ademit. Ob eas res in Gallia Liguribuſque geſtas duorum conſulum ductu auſpicioque,ſenatus in triduum ſupplicationes decreuit,& XL hoſtijs ſacrificari iuſſit. Et tumultus quidem Gallicus & Liguſtinus,qui in principio eius anni exortus fuerat,haud magno conatu breui oppreſſus erat. Belli Macedonici ſubibat iam cura,miſcente Perſeo inter Dardanos Baſtarnaſq. certamina: & legati qui miſſi ad res uiſendas in Macedoniam erant, iam reuerterant Romam, renunciauerantque bellum in Dardania eſſe.Simul uenerant & ab rege Perſeo oratores,qui purgarent,nec accitos ab eo Baſtarnas,nec auctore eo quidquam facere. Senatus nec liberauit eius culpae regem,neque arguit: moneri eum tantummodo iuſſit,ut etiam atque etiam curaret ut ſanctum haberet foedus, quod ei cum Romanis eſſe uideri poſſet. G Dardani cum Baſtarnas non modo non excedere finibus ſuis, quod ſperauerant, ſed grauiores fieri in dies cernerent,ſubnixos Thracum accolarum & Scordiſcorum auxilijs, audendum aliquid uel temere rati, omnes undiq. armati ad opidum, quod proximum caſtris Baſtarnarum erat, conueniunt. Hiems erat,& id anni tempus elegerant,ut Thraces Scordiſciq.in fines ſuos abirent. Quod ubi ita factum, & ſolos iam eſſe Baſtarnas audierunt,bifariam diuidunt copias: pars ut recto itinere ad laceſſendum ex aperto iret, pars deuio ſaltu circumducta,ab tergo aggrederetur. Ceterum priuſquam circumire caſtra hoſtium poſſent,pugnatum eſt: uictiq. Dardani compelluntur in urbem, quae fere XII millia ab caſtris Baſtarnarum aberat. Victores confeſtim circumſidunt urbem, haud dubie poſtero die aut metu dedituris ſe hoſtibus,aut ui expugnaturi. Interim Dardanorum altera manus,quae circumducta erat,ignara cladis ſuorum,caſtra Baſtarnarum ſine praeſidio relicta H

* * *

more ſella eburnea poſita ius dicebat,diſceptabatq.controuerſias minimarum rerum: adeoq. nulli fortunae adhaerebat animus per omnia genera uitae errās, uti nec ſibi nec alijs, quinam homo eſſet, ſatis conſtaret, non alloqui amicos, uix notis familiariter arridere. munificentia inaequali ſeſe alioſq.ludificari: quibuſdam honoratis,magnoq.aeſtimātibus ſe,puerilia,ut eſcae aut luſus,munera dare: alios nihil exſpectantes ditare. itaque,neſcire quid ſibi uellet,quibuſdam uideri. quidam ludere eum ſimpliciter, quidam haud dubie inſanire aiebant. In duabus tamen magnis honeſtiſq. rebus uere regius erat animus, in urbium donis & deorum cultu. Megalopolitanis in Arcadia murum ſe circumdaturum urbi eſt pollicitus: maioremq.partem pecuniae dedit.Tegeae theatrum magnificum e marmore facere inſtituit. I Cyzici in prytaneum,id eſt, penetrale urbis,ubi publice, quibus is honos datus eſt,ueſcuntur,uaſa aurea menſae unius poſuit. Rhodijs nihil unum inſigne, ita omnis generis,ut quaeque uſus eorum poſtulauerunt,dona dedit. Magnificentiae uero in deos, uel Iouis Olympij templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine dei,poteſt teſtis eſſe. Sed & Delon maris inſignibus,ſtatuarumq.copia exornauit: & Antiochiae Iouis Capitolini magnificum templum non laqueatum auro tantum,ſed parietibus totis lamina inauratum,& alia multa in alijs locis pollicitus,quia perbreue tempus regni eius fuit,non perfecit. Spectaculorum quoque omnis generis magnificentia ſuperiores reges uicit,reliquorum ſui moris & copia Graecorum artificum, Gladiatorum munus Romanae conſuetudinis primo maiore cum terrore hominum inſuetorum ad tale ſpectaculum,quam uoluptate dedit: deinde ſaepius dando & modo uulneribus tenus, modo ſine miſſione etiam,& familiare oculis gratumq.id ſpectaculum fecit, & armorum ſtudium pleriſque iuuenum accendit. K Itaque qui primo ab Roma magnis praemijs paratos gladiatores acceſſere ſolitus erat,iam

* * *

An. 576 L.Cornelius Scipio inter peregrinos. M. Atilio praetori prouincia Sardinia obuenerat, ſed cum legione noua,quam conſules conſcripſerant,quinque millibus peditum,CCC equitibus in Corſicam iuſſus eſt tranſire. Dum is ibi bellum gereret,Cornelio prorogatum imperium,ubi obtineret Sardiniam. Cn. Seruilio Caepioni in Hiſpaniam ulteriorem, & P.Furio Philo in citeriorem tria millia peditum Romanorum,equites CL,& ſocium Latini nominis

A ni nominis quinque millia peditum, CCC equites. Sicilia L. Claudio ſine ſupplemento decreta. Duas praeterea legiones conſules ſcribere iuſſi, cum iuſto numero peditum equitumque, & decem millia peditum ſocijs imperare, & DC equites. Delectus conſulibus eo difficilior erat, quod peſtilentia, quae priore anno in boues ingruerat, eo uerterat in homines. qui inciderant, haud facile ſeptimum diem ſuperabant: qui ſuperauerant, longinquo maxime quartanae implicabantur morbo. Seruitia maxime moriebantur. eorũ ſtrages per omnes uias inſepultorum erat. Ne liberorum quidem funeribus libitina ſufficiebat. Cadauera intacta a canibus ac uulturibus tabes abſumebat: ſatiſq. conſtabat nec illo, nec priore anno in tanta ſtrage boum, hominumq. uulturium uſquam uiſum. Sacerdotes publici ea peſtilentia mortui ſunt, Cn. Seruilius Caepio pontifex pater praetoris, & Ti. Sempronius C.F. Longus decemuir ſacrorũ, & P. Aelius Paetus augur, & Ti. Sẽpronius
B Gracchus, & C. Mamilius Vitulus curio maximus, & M. Sempronius Tuditanus pontifex. Pontifices ſuffecti ſunt, C. Sulpicius Galba in locum Tuditani * Augures ſuffecti ſunt, in Gracchi locum T. Veturius Craſſus Sempronianus, in P. Aelij Q. Aelius Paetus. X uir ſacrorum C. Sempronius Longus, curio maximus C. Scribonius Curio ſufficitur. Cum peſtilentiae finis non fieret, ſenatus decreuit, uti X uiri libros Sybillinos adirent. Ex decreto eorũ diem unum ſupplicatio fuit, & Q. Marcio Philippo uerba praeeunte, populus in foro uotum concepit, ſi morbus peſtilentiaque ex agro Romano emota eſſet, biduum ferias ac ſupplicationem ſe habiturum. In Veienti agro biceps natus puer, & Sinueſſae unimanus, & Oximi puella cum dentibus, & arcus interdiu ſereno caelo ſuper aedem Saturni in foro Romano intentus, & tres ſimul ſoles effulſerunt, & faces eadem nocte plures per caelũ lapſae ſunt. Lanuuini, Caeriteſq. anguem in opido ſuo iubatum aureis maculis ſparſum ap-
C paruiſſe affirmabant, & in agro Campano bouẽ locutũ eſſe ſatis conſtabat. Legati non. Iun. ex Africa redierunt, qui conuento prius Maſſaniſſa rege Carthaginem ierant: ceterum certius aliquãto, quae Carthagine acta eſſent, ab rege reſcierant, quam ab ipſis Carthaginienſibus. compertum tamen affirmauerunt legatos ab rege Perſeo ueniſſe, iiſq. noctu ſenatũ in aede Aeſculapij datum eſſe. ab Carthagine legatos in Macedoniam miſſos, & rex affirmauerat, & ipſi parum conſtanter negauerant. In Macedoniam quoque mittendos legatos ſenatus cenſuit. Tres miſſi ſunt, C. Laelius, M. Valerius Meſſalla, Sex. Digitius. Perſeus per id tempus, quia quidam Dolopũ non parebant, & de quibus ambigebatur rebus, diſceptationem ab rege ad Romanos reuocabant, cum exercitu profectus ſub ius iudiciumq. ſuum totam coegit gentem. Inde per Oetaeos montes tranſgreſſus, religionibus quibuſdam animum obiectis oraculum aditurus Delphos adſcendit. Cum in media repen-
D te Graecia apparuiſſet, magnũ non finitimis modo urbibus terrorem praebuit, ſed in Aſiã quoque ad regem Eumenem nuncius tumultus eius uenit. Triduum non plus Delphis moratus, per Phthiotidem Achaiam, Theſſaliamq. ſine damno iniuriaque agrorum, per quos iter fecit, in regnum redijt. Nec earum tantum ciuitatum, per quas iturus erat, ſatis habuit animos ſibi conciliare: ſed aut legatos aut litteras dimiſit, petens ne diutius ſimultatum, quae cum patre ſuo fuiſſent, meminiſſent: nec enim tam atroces fuiſſe eas, ut non cum ipſo potuerint ac debuerint finiri: ſecum quidem omnia illis integra eſſe ad inſtituendã fideliter amicitiam. Cum Achaeorum maxime gente reconciliandae gratiae uiam quaerebat. Haec una ex omni Graecia gens, & Athenienſium ciuitas, eo proceſſerat irarũ, ut finibus interdiceret Macedonibus. itaque ſeruitijs ex Achaia fugientibus receptaculum Macedonia erat: quia cum finibus ſuis interdixiſſent, intrare regni terminos ipſi non audebant. id
E cum Perſeus animaduertiſſet, comprehenſis omnibus litteras ad Achaeos miſit, quibus ſe ſeruos eorum, qui ad ſe transfugerant, benigne remittere illis ſcripſit. Ceterum ne ſimilis fuga ſeruorum poſtea fieret, cogitandum & illis eſſe. Recitatis his litteris per Xenarchum praetorẽ, qui priuatae gratiae aditum apud regem quaerebat: & pleriſque moderate & benigne ſcriptas eſſe cẽſentibus litteras, atq. ijs maxime, qui praeter ſpem recepturi eſſent amiſſa mancipia: Callicrates ex ijs, qui in eo uerti ſalutẽ gentis crederent, ſi cum Romanis inuiolatum foedus ſeruaretur, Parua, inquit, aut mediocris res, Achaei quibuſdam uidetur agi, ego maximam grauiſſimam omnium, non agi tantum arbitror, ſed quodam modo actã eſſe. Nam qui regibus Macedonum Macedonibuſq. ipſis, finibus interdixiſſemus, manereq. id decretum uoluimus, ſcilicet ne legatos, ne nuncios admitteremus regum, per quos

aliquorum

aliquorum ex nobis animi ſollicitarentur: ij concionantem quodam modo abſentem audi F
mus regem,&,ſi dijs placet,orationem eius probamus: & cum ferae beſtiae cibum ad frau-
dem ſuam politum plerũque aſpernentur & refugiant, nos caeci ſpecie parui beneficij ine-
ſcamur: & ſeruulorum minimi pretij recipiendorum ſpe,noſtram ipſorum libertatem ſub-
rui, & tentari patimur. Quis enim non uidet uiam regiae ſocietatis quaeri,qua Romanorũ
foedus,quo noſtra omnia continentur,uioletur? Niſi hoc dubium alicui eſt bellandum Ro-
manis cum Perſeo eſſe: & quod uiuo Philippo exſpectatum morte eius interpellatum eſt,
id poſt mortem Philippi futurum. Duos, ut ſcitis, habuit filios Philippus, Demetrium &
Perſea. Genere materno,uirtute,ingenio, fauore Macedonũ, longe praeſtitit Demetrius.
Sed quia in Romanos odij regnum poſuerat praemium,Demetriũ nullo alio crimine, quã
Romanae amicitiae initae,occidit, Perſea quẽ populi R. hoſtẽ prius paene,quã regni here
dẽ futurum ſciebat,regẽ fecit. Itaque quid hic poſt mortem patris egit aliud,quam bellũ pa G
rauit? Baſtarnas primum ad terrorem omnium in Dardaniam immiſit: qui ſi ſedem eã te-
nuiſſent,grauiores eos accolas Graecia habuiſſet, quam Aſia Gallos habeat. Ea ſpe depul
ſus,non tamen belli conſilia omiſit: immo,ſi uera uolumus dicere,iã inchoauit bellum. Do
lopiam armis ſubegit,nec prouincijs de controuerſis ad diſceptationem populi R. reuocan
tem audiuit. inde tranſgreſſus Oetam, ut repẽte in medio umbilico Graeciae cõſpiceretur,
Delphos adſcendit. Haec uſurpatio itineris inſoliti quo uobis ſpectare uidetur? Theſſaliã
deinde peragrauit,quod ſine ullius eorum,quos oderat, noxia,hoc magis tentationem me
tuo. Inde litteras ad nos cum muneris ſpecie miſit,& cogitare iubet,quo modo in reliquũ
hoc munere non egeamus, hoc eſt, ut decretum,quo arcentur Peloponneſo Macedones,
tollamus: rurſus legatos regios, & hoſpitia cum principibus,& mox Macedonum exerci-
tus,ipſum quoque a Delphis(quantum enim interluit fretum?) trãſijcientem in Pelopon- H
neſum uideamus: immiſceamur Macedonibus armantibus ſe aduerſus Romanos. Ego ni-
hil noui cenſeo decernendum,ſeruandaq. omnia integra,donec ad certum dirigantur: ua-
nusne hic timor noſter,an uerus fuerit: ſi pax inuiolata inter Macedonas Romanoſq. ma-
nebit, nobis quoque amicitia & commercium ſit. nunc de eo cogitare periculoſum & im-
maturum uidetur. Poſt hunc Arco frater Xenarchi praetoris ita diſſeruit. Difficilem oratio
nem Callicrates & mihi,& omnibus, qui ab eo diſſentimus,fecit: agendo enim Romanae
ſocietatis cauſſam ipſe,tentarique & oppugnari dicendo,quam nemo neque tentat,neque
oppugnat;effecit,ut,qui ab ſe diſſentiret,aduerſus Romanos dicere uideretur. Ac primum
omnium tamquam non hic nobiſcum fuiſſet,ſed aut ex curia populi R. ueniret,aut regũ ar
canis intereſſet,omnia ſcit & nunciat, quae occulte facta ſunt: diuinat etiã, quae futura fue
rant,ſi Philippus uixiſſet: quid ita Perſeus regni heres ſit,quid parent Macedones, quid co I
gitent Romani. Nos autem,qui nec ob quam cauſſam,nec quemadmodum perierit Deme
trius,ſcimus,nec quid Philippus,ſi uixiſſet,facturus fuerit: ad haec quae palã gerũtur,con-
ſilia noſtra accommodare oportet. Ac ſcimus Perſea regno accepto ad legatos Roma-
nos ueniſſe,ac regem Perſea a populo R. appellatum: audiuimus legatos Romanos ueniſ-
ſe ad regem, & eos benigne exceptos. Haec omnia pacis equidem ſigna eſſe iudico, non
belli: nec Romanos offendi poſſe,ſi,ut bellum gerentes eos ſecuti ſumus, nunc quoque pa
cis auctores ſequamur. Cur quidem nos inexpiabile omnium ſoli bellum aduerſus regnũ
Macedonum geramus,non uideo. Opportuni propinquitate ipſa Macedoniae ſumus: an
infirmiſſimi omnium,tamquam quos nuper ſubiecit Dolopes? Immo contra ea uel uiribus
noſtris deum benignitate,uel regionis interuallo tuti. Sed ſumus aeque ſubiecti ac Theſſa
li Aetolique. nihilo plus fidei auctoritatiſq. habemus aduerſus Romanos,qui ſemper ſocij K
atque amici fuimus,quam Aetoli,qui paullo ante hoſtes fuerũt. Quod Aetolis,quod Theſ
ſalis,quod Epirotis,omni denique Graeciae cum Macedonibus iuris eſt,idem & nobis ſit.
cur exſecrabilis iſta nobis ſolis uelut deſertio iuris humani eſt? Fecerit aliquid Philippus,
cur aduerſus eum armatum & bellum gerentem hoc decerneremus. quid Perſeus nouus
rex,omnis iniuriae inſons,ſuo beneficio paternas ſimultates oblitterans meruit,cur ſoli o-
mniũ hoſtes ei ſimus? Quamquam & illud dicere poteram,tanta priorum Macedoniae re-
gum merita erga nos fuiſſe,ut Philippi unius iniurias, ſi quae forte fuerũt, obliuiſceremur
utique poſt mortẽ. cum claſſis Romana Cenchreis ſtaret, cõſul cum exercitu Elatiae eſſet,
triduum in concilio fuimus conſultantes,utrum Romanos an Philippum ſequeremur. non
nihil

A nihil metus praeſens ab Romanis ſententias noſtras inclinarit: fuit certe tamen aliquid,
quod tam longam deliberationem fecerat, id quod erat uetuſta coniunctio cum Macedo-
nibus, uetera & magna in nos regum merita. Valeant & nunc eadem illa, non ut praecipue
amici, ſed ne praecipue inimici ſimus. Ne id quod non agitur, Callicrates ſimulauerimus.
nemo nouae ſocietatis aut noui foederis, quo nos temere illigemus, cōſcribēdi eſt auctor:
ſed commercium tantum iuris praebendi repetendiq. ſit: ne interdictione finium noſtrorū
& nos quoque regno arceamus: ne ſeruis noſtris aliquo fugere liceat. quid hoc aduerſus
Romana foedera eſt? Quid rem paruam & apertam, magnam & ſuſpectam facimus? Quid
uanos tumultus ciemus? Quid ut ipſi locum aſſentādi Romanis habeamus, ſuſpectos alios
ac inuiſos efficimus? Si bellum erit, ne Perſeus quidem dubitat, quin Romanos ſecuturi ſi
mus. in pace etiam ſi non odia finiuntur, intermittantur. Cum ijdem huic orationi, qui lit-
B teris regis aſſenſerant, aſſentirentur; indignatione principum, quod quam rē ne legatio-
ne quidem dignā iudicaſſet Perſeus, litteris paucorum uerſuum imperaret, decretum dif-
fertur. Legati deinde poſtea miſſi ab rege, cum Megalopoli concilium eſſet: dataq. ope-
ra eſt ab ijs, qui offenſionem apud Romanos timebant, ne admitterent. Per haec tempora
Aetolorum in ſemetipſos uerſus furor, mutuis caedibus ad internecionē adducturus uide-
batur gentem. Feſſi deinde & Romam utraque pars miſerunt legatos, & inter ſe ipſi de re
conciliāda concordia agebant: quae nouo facinore diſcuſſa res, ueteres etiam iras excita
uit. Exſulibus Hypataeis, qui factionis Proxeni erant, cum reditus in patriam promiſſus eſ-
ſet, fidesq. data per principem ciuitatis Eupolemum, LXXX illuſtres homines, quibus rede
untibus inter ceteram multitudinem Eupolemus etiam obuius exierat, cum ſalutatione
benigne excepti eſſent, dextraeq. datae, ingredientes portam, fidem datā deoſq. teſtes ne-
C quicquam inuocantes interfecti ſunt. Inde grauius deintegro bellum exarſit. C. Vale-
rius Laeuinus, & Ap. Claudius Pulcher, & C. Memmius, & M. Popillius, & L. Canuleius
miſſi ab ſenatu uenerant. Apud eos cum Delphis utriuſque partis legati magno certami-
ne agerent, Proxenus maxime cum cauſſa, tū eloquētia praeſtare uiſus eſt: qui paucos poſt
dies ab Orthobula uxore ueneno eſt ſublatus, damnataq. eo crimine in exſilium abijt. Idem
furor & Cretenſes lacerabat. aduentu deinde Q. Minucij legati, qui cum decem nauibus
miſſus ad ſedanda eorum certamina erat, in ſpem pacis uenerant: ceterum induciae & an-
tea ſex menſium fuerunt: inde multo grauius bellum exarſit. Lycij quoque per idem tem-
pus ab Rhodijs bello uexabantur. Sed externorum inter ſe bella, quo quaeque modo ge-
ſta ſunt, perſequi non operae eſt, ſatis ſuperq. oneris ſuſtinēti res a populo Romano geſtas
ſcribere. Celtiberi in Hiſpania, qui bello domiti ſe Ti. Graccho dediderant, pacati manſe-
D rant, M. Titinio praetore obtinente prouinciam, rebellarunt ſub aduentum Ap. Claudij:
orſiq. bellum ſunt ab repentina oppugnatione caſtrorum Romanorum. Prima lux ferme
erat, cum uigiles in uallo, quiq. in portarum ſtationibus erant, cum uidiſſent procul uenien-
tem hoſtem ad arma conclamauerunt. Ap. Claudius, ſigno propoſito pugnae, ac paucis
adhortatus milites, tribus ſimul portis eduxit. Obſiſtentibus ad exitum Celtiberis, primo
par utrimque proelium fuit, quia propter anguſtias nō omnes in faucibus pugnare poterāt
Romani. urgentes deinde alij alios ſecuti euaſerunt extra uallum, ut pandere aciē & exae-
quari cornibus hoſtibus, quibus circumibantur, poſſent. ita repēte eruperunt, ut ſuſtinere
impetum eorum Celtiberi nequirent. Ante horam ſecundam pulſi ſunt, ad XV millia cae
ſa aut capta, ſigna adempta duo & XXX, caſtra etiam eo die expugnata, debellatumque:
nam qui ſuperfuere proelio, in opida ſua dilapſi ſunt: quieti deinde paruerunt imperio.
E Cenſores eo anno creati Q. Fuluius Flaccus, & A. Poſtumius Albinus legerunt ſenatum.
princeps lectus M. Aemilius Lepidus pont. max. de ſenatu nouem eiecerunt. inſignes no-
tae fuerunt M. Cornelij Maluginenſis, qui biēnio ante praetor in Hiſpania fuerat, & L. Cor
nelij Scipionis praetoris, cuius tum inter ciues & peregrinos iuriſdictio erat, & Cn. Fuluij,
qui frater germanus, &, ut Valerius Antias tradit, conſors etiam cenſoris erat. Cōſules uo
tis etiam in Capitolio nuncupatis, in prouincias profecti ſunt. Ex ijs M. Aemilio ſenatus
negotium dedit, ut Patauinorum in Venetia ſeditionem comprimeret: quos certamine fa
ctionum ad inteſtinum bellum exarſiſſe & ipſorum legati attulerant. Legati, qui in Aeto-
liam ad ſimiles motus comprimendos ierant, renunciarunt coerceri rabiem gentis non
poſſe. Patauinis ſaluti fuit aduentus conſulis: neque aliud quod ageret in prouincia cum
habuiſſet,

habuiſſet, Romam redijt. Cenſores uias ſternendas ſilice in urbe, glarea extra urbem ſub F
ſtruendas marginandaſq. primi omnium locauerunt: ponteſq. multis locis faciendos, &
ſcenam aedilibus praetoribuſq. praebẽdam, & carceres in circo, & oua ad notas curriculis
numerandas, & * dam, & metas trans * & caueas ferreas pe * intromitterentur * ferijs in
monte Albano conſulibus, & cliuum Capitolinum ſilice ſternendum curauerunt: & por-
ticum ab aede Saturni in Capitolium ad ſenaculum, ac ſuper id curiam. & extra portã Ter-
geminam emporium lapide ſtrauerunt, ſtipitibuſq. ſaepſerunt, & porticum Aemiliam reſi-
ciendam curarunt, gradibuſq. adſcenſum ab Tiberi in emporium fecerunt: & extra eandẽ
portam in Auentinum porticum ſilice ſtrauerunt, & eo publico ab aede Veneris fecerunt.
Iidem Calatiae & Oximi muros faciendos locauerunt. uenditiſq. ibi publicis locis, pecu-
niam, quae redacta erat, tabernis utrique foro circumdandis conſumpſerunt. & alter ex ijs
Fuluius Flaccus (nam Poſtumius nihil niſi ſenatus populiue iuſſu ſe locaturum ipſorum G
pecunia dicebat) Iouis aedem Piſauri, & Fundis, & Potentiae etiam aquam adducendã, &
Piſauri uiam ſilice ſternendam, & Sinueſſam a ga * auiariae. In his & cloacam in fluuium
circumducendam, & forum porticibus tabernisq. claudendum, & Ianos tres faciendos.
Haec ab uno cenſore opera locata cum magna gratia colonorum. Moribus quoque regen-
dis diligens & ſeuera cenſura fuit. multis equi adempti. Exitu prope anni diem unum ſup
plicatio fuit, ob res proſpere geſtas in Hiſpania, ductu auſpicioq. Ap. Claudij proconſulis,
& maioribus hoſtijs XX ſacrificatum, & alterum diem ſupplicatio ad Cereris Liberi Libe-
raeq. fuit, quod ex Sabinis terrae motus ingens cum multis aedificiorũ ruinis nũciatus e-
rat. Cum Ap. Claudius ex Hiſpania Romam rediſſet, decreuit ſenatus, ut ouans urbem ini
ret. Iam conſularia comitia appetebant: quibus magna contentione habitis, propter mul-
titudinem petentium, creati L. Poſtumius Albinus, & M. Popillius Laenas. Praetores inde H
facti, N. Fabius Buteo, M. Matienus, C. Cicereius, M. Furius Craſſipes iterum, A. Ati-
lius Serranus iterum, C. Cluuius Saxula iterum. Comitijs perfectis Ap. Claudius Cen-
tho ex Celtiberis ouans cum in urbem iniret, decem millia pondo argenti, quinque millia
auri in aerarium tulit. Flamen dialis inauguratus eſt Cn. Cornelius. Eodem anno tabula
in aede Matris Matutae cum indice hoc poſita eſt: Ti. Sempronij Gracchi conſulis imperio
auſpicioq. legio exercituſq. populi R. Sardiniam ſubegit. In ea prouincia hoſtium caeſa aut
capta ſupra LXXX millia. rep. feliciſſime geſta. atq. liberatis ſocijs, uectigalibus reſtitutis,
exercitum ſaluum, atq. incolumem pleniſſimum praeda domum reportauit: iterum trium
phans in urbem redijt: cuius rei ergo hanc tabulam donum Ioui dedit. Sardiniae inſulae
forma erat, atque in ea ſimulacra pugnarum picta. Munera gladiatorum eo anno aliquot
parua alia data: unum ante cetera inſigne fuit T. Flaminini, quod mortis cauſſa patris ſui I
cum uiſceratione epuloq. & ludis ſcenicis quattriduũ dedit. magni tamẽ muneris ea ſum-
ma fuit, ut per triduum quattuor & ſeptuaginta homines pugnarint.

EPITOME. LIBRI. XLII

Q. Fuluius Flaccus cenſor tẽplum Iunonis Laciniae tegulis marmoreis ſpoliauit, ut aedem, quam dedicauerat, tegeret. tegulae ex S. C. reportatae. Eumenes Aſiae rex in ſenatu de Perſeo Macedoniae rege queſtus eſt. cuius iniuriae in populum Romanum referuntur: ob quas bello ei indicto, P. Licinius Craſſus conſul, cui Macedonia decreta erat, in Macedoniam tranſiit: leuibuſque expeditionibus, equeſtribus proelijs in Theſſalia cum Perſeo parum felici euentu pugnauit. Inter Maſſaniſſam & Carthaginienſes de agro fuit dies ad diſceptandum a ſenatu datus. Legati miſſi ad ciuitates ſocias, & reges rogandos, ut in fide permanerent, dubitantibus Rhodijs. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ciuium capita CCLVII millia, K *CCXXXI. Res praeterea aduerſus Corſos & Ligures proſpere geſtas continet.*

LIBER. XLII

An. 577 L. Poſtumius Albinus, M. Popillius Laenas, cum omnium primum de prouincijs exercitibuſq. ad ſenatum retuliſſent, Ligures utrique decreti ſunt: ut nouas ambo, quibus eam prouinciam obtinerent, legiones (binae ſingulis decretae) & ſocium Latini nominis dena millia peditum, & DC equites, & ſupplementum Hiſpaniae III millia peditum Romanorum ſcriberent, &

A CC equites. Ad hoc ∞ & D pedites Romani cum centum equitibus ſcribi iuſſi, cum quibus praetor, cui Sardinia obtigiſſet, in Corſicam transgreſſus bellum gereret: interim M. Atilius uetus praetor prouinciam obtineret Sardiniam. Praetores deinde prouincias ſortiti ſunt, A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluuius Saxula inter ciues & peregrinos, N. Fabius Buteo Hiſpaniam citeriorem, M. Matienus ulteriorem, M. Furius Craſſipes Siciliā, C. Cicereius Sardiniam. Priuſquam magiſtratus proficiſcerentur, ſenatui placuit L. Poſtumium conſulem ad agrum publicum a priuato terminandum, in Campaniam ire: cuius ingentem modum poſſidere priuatos, paullatim proferendo fines, conſtabat. Hic iratus Praeneſtinis, quod cū eo priuatus ſacrificij in templo Fortunae faciundi cauſſa profectus eſſet, nihil in ſe honorifice, neque publice neque priuatim factum a Praeneſtinis eſſet; priuſquā ab Roma proficiſceretur, litteras Praeneſte miſit, ut ſibi magiſtratus obuiā exiret, locum pu-
B blice pararet, ubi diuerteretur: iumentaq. cum exiret inde, praeſto eſſent. Ante hunc conſulem nemo umquam ſocijs in ulla re oneri aut ſumptui fuit: ideo magiſtratus mulis tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſocijs. priuata hoſpitia habebant: ea benigne comiterq. colebant: domuſq. eorum Romae hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diuerti mos eſſet. Legati, qui repente aliquo mitterentur, ſingula iumenta per opida, iter qua faciendum erat, imperabant. aliam impenſam ſocij in magiſtratus Romanos non faciebant. Iniuria conſulis etiam ſi iuſta, non tamen in magiſtratu exercenda, & ſilentium nimis aut modeſtum aut timidum Paeneſtinorum, ius, uelut probato exemplo, magiſtratibus fecit grauiorum in dies talis generis imperiorum. Principio huius anni, legati, qui in Aetoliam & Macedoniam miſſi erant, renunciarunt, ſibi coueniendi regis Perſei, cum alij abeſſe eum, alij aegrum eſſe, falſo utrumque fingerent, poteſta-
C tem non factam. facile tamen apparuiſſe ſibi, bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturū. Item in Aetolia ſeditionem gliſcere in dies: neque diſcordiarum principes auctoritate ſua coerceri potuiſſe. Cum bellum Macedonicum in exſpectatione eſſet, priuſquam id ſuſciperetur, prodigia expiari, pacemq. deum peti precationibus, quae editae ex fatalibus libris eſſent, placuit. Lanuuij claſſis magnae ſpecies in caelo uiſae dicebātur, & Priuerni lana pulla terra enata, & in Veienti apud Rementem lapidatum, Pomptinum omne uelut nubibus locuſtarum coopertum eſſe. in Gallico agro, qua induceretur aratrum, ſub exſiſtētibus glebis piſces emerſiſſe. Ob haec prodigia libri fatales inſpecti, editumq. ab decemuiris eſt, & quibus dijs, quibuſq. hoſtijs ſacrificaretur, & ut ſupplicatio prodigijs expiandis fieret. altera quae priore anno ualetudinis populi cauſſa uota eſſet, ea uti feriaeq. eſſent. Itaq. ſacrificatum eſt, ut decemuiri ſcriptum ediderunt. Eodem anno aedes Iunonis Laciniae detecta.
D Q. Fuluius Flaccus cenſor aedem Fortunae equeſtris, quā in Hiſpania praetor bello Celtiberio uouerat, faciebat enixo ſtudio, ne ullum Romae amplius aut magnificētius templū eſſet. Magnum ornamentum ſe templo ratus adiecturum, ſi tegulae marmoreae eſſent. profectus in Bruttios aedem Iunonis Laciniae ad partem dimidiam detegit, id ſatis fore ratus ad tegendum quod aedificaretur. Naues paratae fuerunt, quae tollerēt, atque aſportarent, auctoritate cenſoria ſocijs deterritis id ſacrilegium prohibere. Poſtquam cenſor redijt, tegulae expoſitae de nauibus ad templum portabantur. quamquam unde eſſent ſilebatur: nō tamen celari potuit. Fremitus igitur in curia ortus eſt: ex omnibus partibus poſtulabatur, ut conſules eam rem ad ſenatum referrent. Vt uero accerſitus in curiam cenſor uenit, multo infeſtius ſinguli uniuerſiq. praeſentem lacerare, templum auguſtiſſimum regionis eius, quod non Pyrrhus, non Hannibal uiolaſſent, uiolare parū habuiſſe, niſi detexiſſet foede, ac
E prope diruiſſet. Detractum culmen templo nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum. cenſorem moribus regendis creatum, cui ſartatecta exigere ſacris publicis, & loca tuenda more maiorum traditum eſſet, eum per ſociorum urbes diruentem templa, nudantemq. tecta aedium ſacrarum uagari: & quod ſi in priuatis ſociorū aedificijs faceret, indignum uideri poſſet, id deum immortalium demolientē facere: & obſtringere religione populum Romanum ruinis templorum templa aedificantem: tamquam non ijdem ubique dij immortales ſint, ſed ſpoliis aliorum alii colendi exornandique. Cum priuſquam referretur, appareret, quid ſentirent patres, relatione facta in unam omnes ſententiam ierunt, ut hae tegulae reportandae in templū locarentur, piaculariaque Iunoni fierent. Quae ad religionem pertinent, cum cura facta. tegulas relictas in area templi, quia reponendarum ne-

mo artifex inire rationem potuerit, redemptores nunciarunt. Ex praetoribus, qui in prouincias ierant, N. Fabius Maſſiliae moritur, cum in citeriorem Hiſpaniam iret. Itaque cum id nunciatum a Maſſilienſibus legatis eſſet, ſenatus decreuit, ut P. Furius, & Cn. Seruilius, quibus ſuccedebatur, inter ſe compararent, aut ſortirentur, uter citeriorem Hiſpaniam prorogato imperio obtineret. Sors opportuna fuit. P. Furius idem, cuius ea prouincia fuerat, remaneret. Eodem anno cum agri Liguſtini & Gallici, quod bello captum erat, aliquantū uacaret, S.C. factum, ut is ager uiritim diuideretur. Decemuiros in eam rē ex S. C. creauit A. Atilius praetor urbanus, M. Aemilium Lepidum, C. Caſſium, T. Aebutium Parrum, C. Tremellium, P. Cornelium Cethegum, Q. & L. Appuleios, M. Caecilium, C. Salonium, C. Munatium. Diuiſerunt dena iugera in ſingulos, ſocijs nominis Latini terna. Per idem tempus, quo haec agebantur, legati ex Aetolia Romā uenerunt de diſcordijs ſeditionibuſque ſuis, & Theſſali legati, nunciantes, quae in Macedonia gererentur. Perſeus iam bellum uiuo patre cogitatum in animo uoluens, omnes non gentes modo Graeciae, ſed ciuitates etiam, legionibus mittendis, pollicendo plura, quam praeſtando, ſibi conciliabat. Erant tamen magna ex parte hominum ad fauorem eius inclinati animi, & aliquanto quam in Eumenē propenſiores, cum Eumenis beneficijs muneribuſque omnes Graeciae ciuitates & plerique principum obligati eſſent, & ita ſe in regno ſuo gereret, ut, quae ſub ditione eius urbes eſſent, nullius liberae ciuitatis fortunā ſecum mutatā uellent. Contra Perſeo fama erat poſt patris mortem uxorem manu ſua occidiſſe, Apellem miniſtrum quondam fraudis in fratre tollendo, atque ob id requiſitum a Philippo ad ſupplicium, exſulantem, accerſitū poſt patris mortē ingentibus promiſſis ad praemia tantae perpetratae rei, clā interfeciſſe. Inteſtinis externiſq. praeterea multis caedibus infamem, nec ullo commendabilē merito praeferebant uulgo ciuitates tam pio erga propinquos, tam iuſto in ciues, tā munifico erga omnes homines regi, ſeu fama & maieſtate Macedonum regum praeoccupati ad ſpernendum originē noui regni, ſeu mutationis rerum cupidi, ſeu quia eum obiectum eſſe Romanis uolebant. Erant autem non Aetoli modo in ſeditionibus propter ingentem uim aeris alieni, ſed Theſſali etiam: ea contagione uelut tabes in Perraebiam quoque id peruaſerat malum. Cum Theſſalos in armis eſſe nunciatum eſt, Ap. Claudium legatum ad eas res adſpiciendas componendaſq. ſenatus miſit. Qui utriuſque partis principibus caſtigatis, cum iniuſto fenore grauatum aes alienū, ipſis magna ex parte concedentibus, qui onerarant, leuaſſet, iuſti crediti ſolutionem in annorum penſiones diſtribuit. Per eundem Appium eodemq. modo compoſitae in Perraebia res. Aetolorum cauſſas Marcellus Delphis per idem tempus hoſtilibus actas animis, quas inteſtino geſſerant bello, cognouit. Cum certatum utrimque temeritate, atque audacia cerneret, decreto quidem ſuo neutram partem aut leuare, aut onerare uoluit. communiter ab utriſque petijt, abſtinerent bello, &, obliuione praeteritorum, diſcordias finirent. Huius reconciliationis inter ipſos fides obſidibus ultro citroq. datis firmata eſt. Corinthum, ut ibi deponerentur obſides, conuenitur. A Delphis & Aetolico concilio Marcellus in Peloponneſum trāiecit, quo Achaeis edixerat conuentum. Vbi collaudata gente, quod conſtanter uetus decretum de arcendis aditu finium regibus Macedonum tenuiſſent, inſigne aduerſus Perſea odiū Romanorum fecit: quod ut maturius erumperet, Eumenes rex, commentarium ferens ſecum, quod de apparatibus belli omnia inquirens fecerat, Romam uenit. Per idem tempus quinque legati ad regem miſſi, qui res in Macedonia adſpicerent, Alexandriam ijdem ad Ptolemaeum renouandae amicitiae cauſſa proficiſci iuſſi. Legati erant hi, C. Valerius, C. Lutatius Cerco, Q. Baebius Sulca, M. Cornelius Mammula, M. Caecilius Denter. Et ab Antiocho rege ſub idē tempus legati uenerunt, quorum princeps Apollonius in ſenatum introductus, multis iuſtiſq. cauſſis regem excuſauit, quod ſtipendium ſerius, quo ad diem praeſtaret. id ſe omne adduxiſſe, ne cuius niſi temporis gratia regi fieret. donū praeterea afferre, uaſa aurea quingentum pondo. petere regem, ut, quae cum patre ſuo ſocietas, atque amicitia fuiſſet, ea ſecum renouaretur, imperaretq. ſibi populus R. quae bono fideliq. ſocio regi eſſent imperanda: ſe nullo uſquam ceſſaturum officio. Ea merita in ſe ſenatus fuiſſe cum Romae eſſet, eam comitatem iuuentutis, ut pro rege non pro obſide omnibus ordinibus fuerit. Legatis benigne reſponſum, & ſocietatem renouare cum Antiocho, quae cum patre eius fuerat, A. Atilius pr. urb. iuſſus. Quaeſtores urbani ſtipendium, uaſa aurea cenſores acceperunt; eiſq.

A eiſq. negotium datum eſt,ut ponerent ea,in quibus templis uideretur: legatoque centum
milliū aeris munus miſſū,& aedes liberae hoſpitio datae,ſumptuſq. decretus,donec in Ita
lia eſſet. Legati,qui in Syria fuerant,renunciauerunt,in maximo eum honore apud regem
eſſe,amiciſſimumq. populo Romano. In prouincijs eo anno haec. C Cicereius praetor in
Corſica ſignis collatis pugnauit: ſeptē millia Corſorum caeſa.capti amplius ∞ & DCC.
Vouerat in ea pugna praetor aedem Iunoni Monetae.Pax deinde data petentibus Corſis,
exacta cerae ducena millia pondo. Ex Corſica ſubacta Cicereius in Sardiniam tranſmiſit.
Et in Liguribus in agro Statellati pugnatum ad opidum Cariſtum: eo ſe magnus exer-
citus Ligurum contulerat. Primo ſub aduentum M. Popillij conſulis moenibus ſeſe conti
nebant: deinde poſtquam opidum oppugnaturum Romanum cernebant, progreſſi ante
portas aciē ſtruxerunt: nec conſul,ut qui id ipſum oppugnatione comminanda quaeſiſſet,
B moram certamini fecit. Pugnatum eſt amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret ſpes.
quod ubi conſul uidit, nulla parte moueri Ligurum ſigna,imperat equitibus,ut equos con
ſcendāt,ac tribus ſimul partibus in hoſtes quanto maximo poſſent tumultu incurrāt.pars
magna equitum mediam tranſiecit aciem, & ad terga pugnantiū perualit. Inde terror inie
ctus Liguribus. diuerſi in omnes partes fugerunt, perpauci retro in opidum: quia inde ſe
maxime obiecerat eques.& pugna tam peruicax multos abſumpſerat Ligurum,& in fuga
paſſim caeſi ſunt.decem millia hominum caeſa traduntur,amplius DCC paſſim capti. Si-
gna militaria relata LXXXII.nec incruenta uictoria fuit.amplius tria millia militum amiſ-
ſa, cum cedentibus neutris ex parte utraque primores caderent. poſt hanc pugnam ex di-
uerſa fuga in unum collecti Ligures,cum maiorem multo partem ciuium amiſſam, quam
ſupereſſe cernerent,(nec enim plus decem millia hominū erāt) dediderunt ſeſe,nihil qui-
C dem illi pacti,ſperauerant tamen non atrocius, quam ſuperiores imperatores, conſulē in
ſe ſaeuiturum. At ille arma omnibus ademit, opidum diruit, ipſos bonaq. eorum uendi-
dit,litteraſq. ſenatui de rebus ab ſe geſtis miſit. Quas cum A. Atilius praetor in curia reci-
taſſet, (nā conſul alter Poſtumius agris recognoſcendis in Campania occupatus aberat)
atrox res uiſa ſenatui,Statellates,qui uni ex Ligurum gente nō tuliſſent arma aduerſus Ro
manos tum quoque oppugnatos,non ultro inferentes bellum, deditos in fidē populi Ro-
mani ultimae crudelitatis exemplo laceratos ac deletos eſſe:tot millia capitum innoxio-
rum,fidem implorantia populi Romani,ne quis umquā ſe poſtea dedere auderet, peſſimo
exemplo ueniſſe, & diſtractos paſſim, iuſtis quondam hoſtibus populi R.pacatis ſeruire.
Quas ob res S. C. factum eſt placere ſenatui, M.Popillium conſulem Ligures pretio em-
ptoribus reddito,ipſos reſtituere in libertatem,bonaq. ut ijs,quidquid eius recuperari poſ
ſit, reddātur curare: arma primo quoque tempore fieri in ea gente: conſulem de prouin-
D cia decedere,cum deditos in ſedem ſuam Ligures reſtituiſſet: claram uictoriam uincendo
oppugnantes, non ſaeuiendo in afflictos fieri.conſul qua ferocia animi uſus eſt in Liguri-
bus, eandem ad non parendum ſenatui habuit. legionibus extemplo Piſas in hibernacula
miſſis iratus patribus, infeſtus praetori Romā redijt: ſenatuq. extemplo ad aedem Bello-
nae uocato,multis uerbis inuectus eſt in praetorem:qui cum ob rem bello bene geſtā, uti
dijs immortalibus honos haberetur, referre ad ſenatū debuiſſet, aduerſus ſe pro hoſtibus
ſenatuſconſultum feciſſet, quo uictoriam ſuam ad Ligures transferret: dedique ijs prope
conſulem praetor iuberet.Itaque multam ei ſe dicere: a patribus poſtulare, ut ſenatuſcon
ſultum in ſe factum tolli iuberent, ſupplicationemque,quam abſentes ex litteris, de bene
geſta rep.miſſis decernere debuerint praeſentes honoris deorum primum cauſſa,deinde &
ſui aliquo tandem reſpectu decernerent.Nihilo lenioribus, quam abſens, ſenatorum ali-
E quot orationibus increpitus,neutra impetrata re in prouinciam redit. Alter conſul,Poſtu-
mius,conſumpta aeſtate in recognoſcendis agris,ne uiſa quidem prouincia ſua,comitiorū
cauſſa Romam redijt.conſules C.Popillium Laenatem,P. Aelium Ligurem creauit. Prae-
tores exinde facti,C.Licinius Craſſus,M.Iunius Pennus,Sp.Lucretius,Sp.Cluuius, Cn.Si
cinius, C.Memmius iterum. Eo anno Luſtrum conditum eſt. Cenſores erant Q.Fuluius
Flaccus, & A.Poſtumius Albinus. Poſtumius condidit. Cenſa ſunt ciuium Romanorum
capita CCLXIX millia, & XV. Minor aliquanto numerus,quia L. Poſtumius conſul pro
concione edixerat, qui ſocium Latini nominis ex edicto C.Claudij conſulis redire in ciui
tates ſuas debuiſſent, ne quis eorum Romae, ſed omnes in ſuis ciuitatibus cenſerentur.

Concors & e rep. cenſura fuit. Omnes quos ſenatu mouerunt, quibuſque equos ademe- F
runt, aerarios fecerunt, & tribu mouerunt, neque ab altero notatũ alter probauit. Fuluius
aedem Fortunae equeſtris, quam proconſul in Hiſpania dimicans cum Celtiberorũ legio-
nibus uouerat, annos ſex poſtquam uouerat, dedicauit, & ſcenicos ludos per quatriduum,
unum diem in circo fecit. L. Cornelius Lentulus X uir ſacrorum eo anno mortuus eſt: in
locum eius ſuffectus A. Poſtumius Albinus. Locuſtarum tantae nubes a mari uento repen
te in Apuliam illatae ſunt, ut examinibus ſuis agros late operirent. Ad quam peſtem fru-
gum tollendam Cn. Sicinius praetor deſignatus cum imperio in Apuliam miſſus, ingenti
agmine hominum ad colligendas eas coacto, aliquantum temporis abſumpſit. Principiũ
AN. 578 inſequentis anni, quo C. Popillius, & P. Aelius fuerunt conſules, reſiduas contentiones ex
priore anno habuit. Patres referri de Liguribus, renouariq. ſenatuſconſultum uolebant,
& conſul Aelius referebat. Popillius & collegam & ſenatum pro fratre deprecabatur, & G
praeſeferens ſiquid decernerent, interceſſurum, collegam deterruit. patres eo magis utri-
que pariter conſilium infenſi incepto perſtabant. Itaque cum de prouincijs ageretur, &
Macedonia, iam imminente Perſei bello, peteretur, Ligures ambobus conſulibus decer-
nuntur. Macedoniam decreturos negant, ni de M. Popillio referretur. Poſtulantibus de-
inde, ut nouos exercitus ſcribere aut ſupplementum ueteribus liceret, utrumque negatum
eſt. Praetoribus quoque in Hiſpaniam ſupplementum petentibus negatum, M. Iunio in ci
teriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem. C. Licinius Craſſus urbanam iuriſdictionem, Cn.
Sicinius inter peregrinos erat ſortitus, C. Memmius Siciliam, Sp. Cluuius Sardiniam. con-
ſules ob ea irati ſenatui, Latinis ferijs in primam quamque diem indictis in prouinciã abi-
turos ſe denunciarunt, nec quidquam rei publicae acturos praeterquã quod ad prouincia-
rum adminiſtrationem attineret. Attalum regis Eumenis fratrem legatum ueniſſe Ro- H
mam Valerius Antias his conſulibus ſcribit ad deferenda de Perſeo crimina, indicandoſq.
apparatus belli. Plurium annales, & quibus crediſſe malis, ipſum Eumenem ueniſſe tra-
dunt. Eumenes igitur ut Romam uenit, exceptus cum tanto honore, quãtum non meritis
tantum eius, ſed beneficijs etiam ſuis, ingentia quae in eum congeſta erant, exiſtimaret de
beri populus R. in ſenatum eſt introductus. Cauſſam ueniendi ſibi Romam fuiſſe dixit, prae
ter cupiditatem uiſendi deos hominesque, quorum beneficio in ea fortuna eſſet, ſupra quã
ne optare quidem auderet, etiam ut coram moneret ſenatum, ut Perſei conatis obuiam
iret. Orſus inde a Philippi conſilijs, necem Demetrij filij retulit, aduerſantis Romano bel-
lo. Baſtarnarum gentem excitam ſedibus ſuis, quorum auxilijs fretus in Italiam tranſiret.
Haec cum uolutantem in animo, oppreſſum fato regnum ei reliquiſſe, quem infeſtiſſimũ
eſſe ſenſiſſet Romanis. Itaque Perſea hereditarium a patre relictum bellum, & ſimul cum I
imperio traditum, iamiam primum alere ac fouere omnibus conſilijs. florere praeterea iu-
uentute, quam ſtirpem longa pax ediderit: florere opibus regni, florere etiam aetate. quae
cum corporis robore ac uiribus uigeat, animum eſſe inueteratum diutina arte atq. uſu bel-
li. Iam inde a puero, patris contubernio, Romanis quoque bellis, non finitimis tantum
aſſuetum, miſſum a patre in expeditiones multas uariaſque. Iam ex quo ipſe accepiſſet re-
gnũ, multa, quae non ui, non dolo, Philippus omnia expertus potuiſſet moliri, admirando
rerum ſucceſſu tenuiſſe. acceſſiſſe ad uires eã, quae longo tempore, multis magniſq. meri
tis pareretur, auctoritatem. nam apud Graeciae atq. Aſiae ciuitates, uereri maieſtatem eius
omnes. nec, pro quibus meritis, pro qua munificentia tantum ei tribuatur, cernere: nec di
cere pro certo poſſe, utrum felicitate id quadam eius accidat, an quod ipſe uereatur dicere,
inuidia aduerſus Romanos, fauorem illi conciliet. Inter ipſos quoque reges ingentem au K
ctoritate, Seleuci filiam duxiſſe eum non petentem, ſed petitum ultro: ſororem dediſſe
Pruſiae precanti ac oranti: celebratas eſſe utraſque nuptias gratulatione doniſq. innu-
merabilium legationum: & uelut auſpicibus nobiliſſimis populis deductas eſſe. Boeoto
rum gentem captatam Philippo, numquam ad ſcribendum amicitiae foedus adduci potuiſ-
ſe: tribus nunc locis cum Perſeo foedus inciſum litteris eſſe, uno Thebis, altero ad Delum
auguſtiſſimo & celeberrimo in templo, tertio Delphis. In Achaico concilio uero, niſi diſ-
cuſſa res per paucos Romanum imperium intentantes eſſet, eo rem prope adductã, ut ad-
itus & in Achaiam daretur. At hercule ſuos honores, cuius merita in eam gentem priua-
tim an publice ſint maiora, uix dici poſſet, partim deſertos per incultum ac negligentiam,
partim

A partim hoſtiliter ſublatos eſſe. Iam Aetolos, quem ignorare in ſeditionibus ſuis non ab Romanis, ſed a Perſeo praeſidium petijſſe? His eum fultum ſocietatibus, atque amicitijs, eos domeſticos apparatus belli habere, ut externis non egeat, XXX millia peditum, quinque millia equitum: in decem annos frumentum praeparare: ut abſtinere & ſuo & hoſtium agro frumentandi cauſſa poſſit. Iam pecuniam tantam habere, ut decem millia mercenariorum militum, praeter Macedonum copias, ſtipendium in totidem annos praeparatum habeat, praeter annuum, quod ex metallis regijs capiat, uectigal. Arma uel tribus tantis exercitibus in armamentaria congeſſiſſe. Iuuentutem, ut iam Macedonia deficiat, uelut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam ſubiectam eſſe. Reliquum orationis adhortatio fuit. Non ego haec, inquit, incertis iactata rumoribus, & cupidius credita, quia uera eſſe de inimico B crimina uolebam, adfero ad uos P. C. ſed comperta & explorata, haud ſecus, quam ſi ſpeculator miſſus a uobis ſubiecta oculis referrem. Neque relicto regno meo, quod amplum & egregium uos feciſtis, mare tantum tranſieciſſem, ut, uana ad uos afferendo, fidem abrogarem mihi. Cernebam nobiliſſimas Aſiae & Graeciae ciuitates in dies magis denudantes iudicia ſua: mox ſi permitteretur, eo proceſſuras, unde receptum ad paenitendum non haberent. cernebam Perſea non continentem ſe Macedoniae regno, alia armis occupantem, alia, quae ui ſubigi non poſſunt, fauore ac beneuolentia complectentem. uidebam, quam impar eſſet ſors, cum ille uobis bellum, uos ei ſecuram pacem praeſtaretis. Quamquam mihi quidem non parare, ſed gerere paene bellum uidebatur. Abrupolim ſocium, atque amicum ueſtrum regno expulit. Artetarum Illyrium, quia ſcripta ab eo quaedam uobis C comperit, ſocium item, atque amicum ueſtrum, interfecit. Euerſam & Callicritum Thebanos, principes ciuitatis, quia liberius aduerſus eum in concilio Boeotorum locuti fuerant, delaturoſque ad uos, quae agerentur, profeſſi erant, tollendos curauit. Auxilium Byzantijs aduerſus foedus tulit, Dolopiae bella intulit. Theſſaliam & Doridem cum exercitu peruaſit, ut in bello inteſtino deterioris partis auxilio meliorem affligeret. Confudit & miſcuit omnia in Theſſalia Perraebiaque ſpe nouarum tabularum, ut manu debitorum obnoxia ſibi optimates opprimeret. Haec cum uobis quieſcentibus & patientibus fecerit, & conceſſam ſibi Graeciam eſſe a uobis uideat, pro certo habet, neminem ſibi, antequam in Italiam tranſiecerit, armatum occurſurum. Hoc quam uobis tutum aut honeſtum ſit, uos uideritis: ego certe mihi turpe eſſe duxi, prius Perſea ad bellum inferendum, quam me ſocium ad D praedicendum, ut caueretis, uenire in Italiam. Functus neceſſario mihi officio, & quodam modo liberata, atque exonerata fide mea, quid ultra facere poſſum, quam uti deos deaſque precer, ut uos & ueſtrae reipublicae, & nobis ſocijs, atque amicis, qui ex uobis pendemus, conſulatis? Haec oratio mouit patres conſcriptos: ceterum in praeſentia nihil, praeterquam fuiſſe in curia regem, ſcire quiſquam potuit. eo ſilentio clauſa curia erat. Bello denique perfecto, quaeque dicta ab rege, quaeque reſponſa eſſent, emanauere. Perſei deinde regis legatis poſt paucos dies ſenatus datus eſt. Ceterum praeoccupatis non auribus magis, quam animis ab Eumene rege, omnis & defenſio & deprecatio legatorum reſpuebatur: & exaſperauit animos ferocia animi Harpali, qui princeps legationis erat. Is uelle quidem & laborare dixit regem, ut purganti ſe nihil hoſtile dixiſſe aut feciſſe, fides habeatur: ceterum ſi peruicacius E cauſſam belli quaeri uideat, forti animo defenſurum ſe. Martem communem eſſe, & euentum incertum belli. Omnibus ciuitatibus Graeciae, atque Aſiae curae erat, quid Perſei legati, quid Eumenes in ſenatu egiſſet: & propter aduentum eius, quem moturum aliquid rebantur, miſerant pleraeque ciuitates, alia in ſpeciem praeferentes, legatos: & legatio Rhodiorum erat, ac Satyrus princeps, haud dubius, quin Eumenes ciuitatem quoque ſuam Perſei criminibus iunxiſſet. Itaque omni modo per patronos hoſpiteſque diſceptandi cum rege locum in ſenatu quaerebat. Quod cum contigiſſet, libertate intemperantius inuectus in regem, quod Lyciorum gentem aduerſus Rhodios concitaſſet, grauiorque Aſiae eſſet, quam Antiochus fuiſſet, popularem i cum Caesare

quidem ac gratam populis Aſiae, (nam eo quoque iam fauor Perſei uenerat) orationem habuit, ceterum inuiſam ſenatui, inutilemque ſibi & ciuitati ſuae. Eumeni uero conſpiratio aduerſus eum, fauorem apud Romanos fecit. ita omnes ei honores habiti, donaque quam ampliſſima data, cum ſella curuli, atque eburneo ſcipione. Legationibus dimiſſis, cum, Harpalus, quanta maxima celeritate poterat, regreſſus in Macedoniam, nunciaſſet regi, nondum quidem parantes bellum reliquiſſe ſe Romanos, ſed ita infeſtos, ut facile appareret non dilaturos: & ipſe, praeterquam, quod & ita credebat futurum, iam etiam uolebat, in flore uirium ſe credens eſſe. Eumeni ante omnes infeſtus erat: a cuius ſanguine ordiens bellum, Euandrum Cretenſem ducem auxiliorum, & Macedonas tres aſſuetos miniſterijs talium facinorum, ad caedem regis ſubornat, litteraſque eis dat ad Praxo hoſpitam, principem auctoritate & opibus Delphorum. Satis conſtabat, Eumenem, ut ſacrificaret Apollini, Delphos adſcenſurum. Progreſsi cum Euandro inſidiatores, nihil aliud ad peragendum inceptum, quam loci opportunitatem omnia circumeuntes quaerebant. Adſcendentibus ad templum a Cirra, priuſquam perueniretur ad frequentia aedificijs loca, maceria erat ab laeua ſemitae paullum exſtans a fundamento, qua ſinguli tranſirent. dextra pars labe terrae in aliquantum altitudinis diruta erat. poſt maceriam ſe abdiderunt, gradibus adſtructis, ut ex ea uelut e muro tela in praetereuntem conijcerent. Primo a mari circumfuſa turba amicorum ac ſatellitum procedebat; deinde extenuabant paullatim anguſtiae agmen. Vbi ad eum locum uentum eſt, qua ſingulis eundum erat, primus ſemitam ingreſſus Pantaleon Aetoliae princeps, cum quo inſtitutus regi ſermo erat: Tum inſidiatores exorti ſaxa duo ingentia deuoluunt: quorum altero caput ictum eſt regi, altero humerus ſopitus, ex ſemita procliui in decliue multis ſuper prolapſum iam ſaxis congeſtis. et ceteri quidem etiam amicorum & ſatellitum, poſtquam cadentem uidere, diffugiunt. Pantaleon conſtanter impauidus manſit ad protegendum regem. Latrones cum breui circumitu maceriae decurrere ad conficiendum ſaucium poſſent, uelut perfecta re in iugum Parnaſi refugerunt eo curſu, ut, cum unus, non facile ſequendo per inuia, atque ardua, moraretur fugam eorum, ne comprenſo indicium emanaret, occiderint comitem. Ad corpus regis primo amici, deinde ſatellites ac ſerui concurrerunt, tollentes ſopitum uulnere, ac nihil ſentientem: uiuere tamen ex calore & ſpiritu remanente in praecordijs ſenſerunt: uicturum exigua ac prope nulla ſpes erat. Quidam ex ſatellitibus ſecuti latronum ueſtigia, cum uſque ad iugum Parnaſi nequidquam fatigati perueniſſent, re infecta redierunt. Aggreſſi facinus Macedones, ut inconſulte, ita audacter coeptum, nec conſulte & timide reliquerunt. Compotem iam ſui regem amici poſtero die deferunt ad nauem: inde Corinthum. a Corintho per Iſthmi iugum nauibus transductis, Aeginam tranſijciunt. Ibi adeo ſecreta eius curatio fuit, admittentibus neminem, ut fama mortuum in Aſiam perferret. Attalus quoque celerius, quam dignum concordia fraterna erat, credidit: nam & cum uxore fratris, & praefecto arci, tamquam iam haud dubius regni heres eſt locutus. Quae poſtea non fefellere Eumenem: & quamquam diſſimulare, & tacite habere id patique ſtatuerat, tamen in primo congreſſu non temperauit, quin uxoris petendae praematuram feſtinationem fratri obijceret. Romam quoque fama de morte Eumenis perlata eſt. Sub idem tempus C. Valerius ex Graecia, qui legatus ad uiſendum ſtatum regionis eius, ſpeculandaque conſilia Perſei regis miſſus erat, redijt: congruentiaque omnia criminibus ab Eumene allatis referebat, ſimul & adduxerat ſecum Praxo a Delphis, cuius domus receptaculum latronum fuerat: & L. Rammium Brundiſinum, qui talis indicij delator erat. Princeps Brundiſij Rammius fuit, hoſpitio quoque & duces Romanos omnes, & legatos, exterarum quoque gentium inſignes, praecipue regios, accipiebat. ex eo notitia ei cum abſente Perſeo fuerat: litteriſque ſpem amicitiae interioris, magnaeque inde fortunae facientibus, ad regem profectus, breui perfamiliaris haberi, trahi-

que

A que magis quam uellet in arcanos ſermones eſt coeptus. Promiſſis enim ingentibus praemijs petere inſtitit ab eo rex, quoniam duces omnes legatiq. Romani hoſpitio eius uti aſſueſſent, quibus eorum ipſe ſcripſiſſet, ut uenenum dandum curaret. Cuius ſcire ſe comparationem plurimum difficultatis & periculi habere, pluribus conſcijs comparari: euentu praeterea incerto eſſe, ut aut ſatis efficacia ad rem peragendam, aut tuta ad rem celandā dentur, ſe daturum, quod nec in dando, nec datū, ullo ſigno deprehendi poſſet. Rammius ueritus ne, ſi abnuiſſet, primus ipſe ueneni experimentum eſſet, facturum pollicitus proficiſcitur; nec Brundiſium ante redire, quam conuento C. Valerio legato, qui circa Chalcidem eſſe dicebatur, uoluit. Ad eum primum indicio delato, iuſſu eius Romam ſimul uenit. introductus in curiā, quae acta erant, expoſuit. Haec ad ea, quae ab Eumene delata erant, acceſſere, quo maturius hoſtis Perſeus iudicaretur, quippe quem non iuſtum modo appa-
B rare bellum regio animo, ſed per omnia clamdeſtina graſſari ſcelera latrociniorū ac ueneficiorum cernebant. Belli adminiſtratio ad nouos conſules reiecta eſt: in praeſentia tamen Cn. Sicinium praetorē, cuius inter ciues & peregrinos iuriſdictio erat, ſcribere milites placuit, qui Brundiſium ducti, primo quoque tempore Apolloniā in Epirum trāſijcerentur, ad occupandas maritimas urbes: ubi conſul, cui prouincia Macedonia obueniſſet, claſſem appellere tuto, & copias percommode exponere poſſet. Eumenes aliquandiu Aeginae retentus periculoſa & difficili curatione, cum primum tuto potuit profectus Pergamum, praeter priſtinum odium recenti etiam ſcelere Perſei ſtimulante, ſumma ui parabat bellum. Legati eo ab Roma, gratulantes, quod e tanto periculo euaſiſſet, uenerunt. Cum Macedonicum bellum in annum dilatum eſſet, ceteris praetoribus iam in prouincias profectis, M. Iunius & Sp. Lucretius, quibus Hiſpaniae prouinciae obuenerāt, fatigato ſaepe idē petendo
C ſenatu, tandem peruicerunt, ut ſupplementum ſibi ad exercitum daretur. tria millia peditum, centum & quinquaginta equites in Romanas legiones, in ſocialem exercitum quinque millia peditum, & CCC equites imperare ſocijs iuſſi. Hoc copiarum in Hiſpanias cū praetoribus nouis portatum eſt. Eodem anno, quia per recognitionem Poſtumij conſulis magna pars agri Campani, quem priuati ſine diſcrimine paſſim poſſederant, recuperata in publicum erat, M. Lucretius tribunus pl. promulgauit, ut agrum Campanum cenſores fruēdum locarent: quod factum tot annis poſt captam Capuā nō fuerat, ut in uacuo uagaretur cupiditas priuatorum. Cum in exſpectatione ſenatus eſſet, bello etſi non indicto, tamen iā decreto, qui regum ſuam, Perſei qui ſecuturi amicitiam eſſent, legati Ariarathis, puerum filium regis ſecum adducentes Romam uenerunt. Quorum oratio fuit, regem educandum filium Roma miſiſſe: ut iam inde a puero aſſueſceret moribus Romanis hominibuſque. Petere, ut eum non ſub hoſpitum modo priuatorū cuſtodia, ſed publicae etiā curae ac uelut
D tutelae uellent eſſe. Ea regis legatio grata ſenatui fuit. Decreuerūt, ut Cn. Sicinius praetor aedes inſtructas locaret, ubi filius regis comiteſq. eius habitare poſſent. Et Thracum legatis apud ſe diſceptantibus, & ſocietatem amicitiamq. petentibus, & quod petebant datum eſt: & munera binum milliū aeris ſummae in ſingulos miſſa. Hos utique populos, quod ab tergo Macedoniae Thracia eſſet, aſſumptos in ſocietatem gaudebant. Sed ut in Aſia quoque & inſulis explorata omnia eſſent, Ti. Claudium Neronem, M. Decimium legatos miſerunt. Adire eos Cretam & Rhodum iuſſerunt, ſimul renouare amicitiam, ſimul ſpeculari, num ſollicitati animi ſociorum ab rege Perſeo eſſent. In ſuſpenſa ciuitate ad exſpectationem noui belli, nocturna tempeſtate columna roſtrata in Capitolio, bello Punico priore poſita a M. Aemilio conſule, cui collega Ser. Fuluius fuit, tota ad imum fulmine diſcuſſa eſt. Ea res prodigij loco habita, ad ſenatum relata eſt. Patres ad haruſpices referre,
E & decemuiros adire libros iuſſerunt. Decemuiri luſtrandum opidum, ſupplicationem obſecrationemque habendam, uictimis maioribus ſacrificandum & in Capitolio Romae, & in Campania ad Mineruae promontorium renunciarunt: ludos per decem dies Ioui opt. max. primo quoque die faciendos. Ea omnia cum cura facta. haruſpices in bonum uerſurum id prodigium, prolationemq. finium, & interitum perduellium portendi reſponderunt: quod ex hoſtibus ſpolia fuiſſent ea roſtra, quae tempeſtas deieciſſet. Acceſſerunt, quae cumularent religione animis. Saturniae nunciatum erat ſanguine per triduum in opido pluiſſe: Calatiae aſinum tripedem natum, & taurum cum quinque uaccis, uno ictu fulminis exanimatos: Oximi terra pluiſſe. Horum quoque prodigiorū cauſſa, res diui-

nae factae,& ſupplicatio unũ diem,feriaeq. habitae. Conſules ad id tẽpus in prouincias nõ F
exierant:quia neque uti de M. Popillio referrẽt, ſenatui obſequebãtur,& nihil aliud decer-
nere prius,ſtatutum patribus erat. Aucta etiam inuidia eſt Popillij,litteris eius,quibus ite-
rum cum Statellatibus Liguribus proconſul pugnaſſe ſe ſcripſit, ac ſe decem millia eorum
occidiſſe: propter cuius iniuriam belli,ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt. Tum
uero non abſens modo Popillius, qui deditis contra ius ac fas bellum intuliſſet, & pacatos
ad rebellium incitaſſet: ſed conſules,quod non exirent in prouinciam, in ſenatu increpiti.
Hoc conſenſu patrum accenſi M. Marcius Sermo, & Q. Marcius Scylla tribuni plebis &
conſulibus multam ſe dicturos, niſi in prouinciam exirent, denunciarunt:& rogatio-
nem, quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in ſenatu recitarunt.
Sanciebatur, ut, qui ex Statellis deditis in libertatẽ reſtitutus ante Kalendas Sextiles pri-
mas non eſſet,cuius dolo malo is in ſeruitutem ueniſſet,ut iuratus ſenatus decerneret, qui G
eam rem quaereret animaduerteretq.. Ex auctoritate deinde ſenatus eam rogationẽ pro
mulgarunt. Priuſquam proficiſcerẽtur conſules,C.Cicereio praetori prioris anni ad aedẽ
Bellonae ſenatus datus eſt. Is expoſitis, quas in Corſica res geſſiſſet, poſtulatoque fruſtra
triumpho, in monte Albano, quod iam in morem uenerat, ut ſine publica auctoritate
fieret, triumphauit. Rogationem Marciam de Liguribus magno conſenſu plebes ſciuit,
iuſſitq. ex eo plebiſcito C. Licinius praetor conſuluit ſenatum,quẽ quaerere ex rogatione
uellet. Patres ipſum eum quaerere iuſſerunt. Tum demũ conſules in prouinciam profecti
ſunt,exercitumq. a M.Popillio ceperunt: neque tamen M.Popillius reuerti Romam aude
bat, ne cauſſam diceret, aduerſo ſenatu, infeſtiore populo, apud praetorem,qui de quae-
ſtione in ſe poſita ſenatum conſuluiſſet.Huic detrectationi eius,tribuni pl.alterius rogatio
nis denunciatione occurrerunt: ut,ſi non ante idus Nouembres in urbem Romam introiſ- H
ſet, de abſente eo C. Licinius ſtatueret ac iudicaret. Hoc tractus uinculo cum rediſſet,in-
genti cum inuidia in ſenatum uenit. Ibi cum laceratus iurgijs multorum eſſet,S.C.factum
eſt,ut,qui Ligurum poſt Q.Fuluium,L.Manlium conſules hoſtes non fuiſſent,ut eos C.Li
cinius,Cn.Sicinius praetores in libertatem reſtituẽdos curarent: agrumq.ijs trans Padum
conſul Popillius daret. Multa millia hominum hoc ſenatuſconſulto reſtituta in libertatẽ,
tranſductiſq. Padum ager eſt aſſignatus. M. Popillius rogatione Marcia bis apud C. Lici-
niũ cauſſam dixit: tertio praetor gratia conſulis abſentis, & Popilliae familiae precibus ui
ctus, idibus Martijs adeſſe reum iuſſit, quo die noui magiſtratus inituri erant honorem:
ne diceret ius,qui priuatus futurus eſſet.Ita rogatio de Liguribus arte fallaci eluſa eſt. Le-
gati Carthaginienſes eo tempore Romae erant,& Guluſſa filius Maſſaniſae. inter eos ma-
gnae contentiones in ſenatu fuere. Carthaginienſes querebantur, praeter agrum, de
quo ante legati ab Roma, qui in re praeſenti cognoſcerent, miſſi eſſent, amplius LXX
opida caſtellaq. agri Carthaginienſis biennio proximo Maſſaniſam ui,atque armis poſſe- I
diſſe.Id illi,cui nihil penſi ſit,facile eſſe: Carthaginienſes foedere illigatos ſilere:prohiberi
enim extra fines efferre arma. Quamquã ſciant in ſuis finibus,ſi inde Numidas pellerent,
ſe geſturos bellum: illo haud ambiguo capite foederis deterreri, quo diſerte uetentur
cum ſocijs populi Romani bellum gerere. Sed iam ultra,ſuperbiam crudelitatemq. & aua-
ritiam eius non pati poſse Carthaginienſes: miſsos eſse,qui orarent ſenatum,ut trium ha-
rum rerum unam ab ſe impetrari ſinerent: ut uel ex aequo apud ſocium populum,quid cu-
iuſque eſset, diſceptarent: uel permitterent Carthaginienſibus, ut aduerſus iniuſta arma
pio iuſtoque ſe tutarentur bello: uel ad extremum, ſi gratiá plus,quam ueritas apud eos
ualeret,ſemel ſtatuerent, quid donatum ex alieno Maſsaniſae uellent.modeſtius certe da-
turos eos, & ſcituros quid dediſſent: ipſum nullum praeterquam ſuae libidinis arbitrio K
finem facturum. Horum ſi nihil impetrarent, & aliquod ſuum poſt datam a P. Scipio-
ne pacem delictum eſſet, ipſi potius animaduerterent in ſe. Tutam ſeruitutem ſe ſub
dominis Romanis, quam libertatem expoſitam ad iniurias Maſſaniſae malle. Peri-
re namque ſemel ipſis ſatius eſſe, quam ſub acerbiſſimi carnificis arbitrio ſpiritum du-
cere. Sub haec dicta lacrymantes procubuerunt, ſtratique humi non ſibi magis mi-
ſericordiam, quam regi inuidiam, concitarunt. Deinde interrogari Guluſsam pla-
cuit, quid ad ea reſponderet: aut ſi prius mallet, expromeret ſuper qua re Romam
ueniſset. Guluſsa neque ſibi facile eſse dixit de iis rebus agere, de quibus nihil man-
dati

A dati a patre haberet: neque patri facile fuiſſe mandare, cum Carthaginienſes, nec de qua re acturi eſſent, nec omnino ituros ſe Romam indicauerint. In aede Aeſculapij clam del ti- num eos per aliquot noctes conſilium principum habuiſſe, unde praeterea legatos occultis cum mandatis Romam mitti. Eam cauſſam fuiſſe patri mittendi ſe Romam, qui deprecaretur ſenatum, ne quid communibus inimicis criminantibus ſe crederent, quem ob nullam aliam cauſſam niti propter conſtantem fidem erga populum Romanum odiſſent. His utrimque auditis, ſenatus de poſtulatis Carthaginienſium conſultus reſpondere iuſſit: Guluſſam placere extemplo in Numidiam proficiſci, & nunciare patri, ut de ijs, de quibus Carthaginienſes querantur, legatos quamprimum ad ſenatum mittat, denuncietq. Carthaginienſibus, ut ad diſceptandum ueniant. Si aliquid poſſent Maſſaniſae honoris cauſſa, & feciſſe, & facturos eſſe. ius gratiae non dare: agrum qua cuiuſque ſit, poſſideri uel-

B le: nec nouos ſtatuere fines, ſed ueteres obſeruari in animo habere, Carthaginienſibus uictis ſe & urbes & agros conceſſiſſe, non ut in pace eriperent per iniuriam, quae iure belli non ademiſſent. Ita regulus Carthaginienſeſque dimiſſi. munera ex inſtituto data utriſque, aliaque hoſpitalia comiter conſeruata. Sub idem tempus Cn. Seruilius Caepio, Ap. Claudius Centho, T. Annius Luſcus legati, ad res repetendas in Macedoniam, renunciandamq. amicitiam regi miſſi, redierunt: qui iam ſua ſponte infeſtum Perſi ſenatum inſuper accenderunt, relatis ordine, quae uidiſſent, quaeq. audiſſent. Vidiſſe ſe per omnes urbes Macedonum ſumma ui parari bellum. Cum ad regem perueniſſent, per multos dies conueniendi eius poteſtatem non factam. Poſtremo cum deſperato iam colloquio profecti eſſent, tum demum ſe ex itinere reuocatos, & ad eum introductos eſſe. Suae orationis ſummam fuiſſe, foedus cum Philippo ictum, cum ipſo eo poſt mortem patris renouatũ: in quo

C diſerte prohiberi eum extra fines arma efferre. prohiberi ſocios populi R. laceſſere bello. Expoſita deinde ab ſe ordine, quae ipſi nuper in ſenatu Eumenem uera omnia & comperta referẽtem audiſſent. Samothraciae praeterea per multos dies occultum conſilium cum legationibus ciuitatum Aſiae regem habuiſſe. Pro his iniurijs ſatisfieri ſenatum aequum cenſere, reddiq. ſibi res ſocijſq. ſuis, quas contra ius foederis habeat. Regem ad ea primo accenſum ira, inclementer locutum, auaritiam ſuperbiamq. Romanis obijcientem frequenter, quod alij ſuper alios legati uenirent, ſpeculari dicta factaq. ſua: quod ſe ad nutum imperiumq. eorum omnia dicere ac facere aequum cenſerent. Poſtremo multum ac diu uociferatum reuerti poſtero die iuſſiſſe, ſcriptum ſe reſponſum dare uelle: tũ ita ſibi ſcriptum traditum eſſe. Foedus cum patre ictum, ad ſe nihil pertinere. id ſe renouari, nõ quia probaret, ſed quia in noua poſſeſſione regni patienda omnia eſſent, paſſum. Si nouum foedus ſecum

D facere uellent, conuenire prius de condicionibus debere: &, ſi in animum inducerent, ut ex aequo foedus fieret, & ſe uiſurum quid ſibi faciundum eſſet, & illos credere reip. conſulturos. Atque ita ſe proripuiſſe, & ſummoueri e regia omnes coeptos: tum ſe amicitiam & ſocietatem renunciaſſe. Qua uoce eum accenſum reſtitiſſe, atque uoce clara denunciaſſe ſibi, ut triduo regni ſui decederent finibus. Ita ſe profectos: nec ſibi aut uenientibus, aut manentibus quidquam hoſpitaliter aut benigne factum. Theſſali deinde Aetoliq. legati auditi. Senatui, ut ſcirent quamprimum, quibus ducibus uſura reſpublica eſſet, litteras mitti conſulibus placuit: ut, uter eorum eſſet, Romam ad magiſtratus creandos ueniret. Nihil magnopere quod memorari attineat rei publicae eo anno conſules geſſerant: magis e republica uiſum erat comprimi ac ſedari exaſperatos Ligures, cum Macedonicum bellum exſpectaretur, Gentium quoque Illyriorum regem ſuſpectum Iſſenſes lega-

E ti fecerunt: ſimul queſti fines ſuos ſecundo populatum: ſimul nunciantes uno animo uiuere Macedonum, atque Illyriorum regem, communi conſilio parare Romanis bellum: & ſpecie legatorum Illyrios ſpeculatores Romae eſſe, Perſe auctore miſſos, ut, quid ageretur, ſcirent. Illyrij uocati in ſenatum: qui cum legatos ſe eſſe miſſos ab rege dicerent ad purganda crimina, ſi qua de rege Iſſẽſes deferrent: quaeſitum ecquid ita non adiſſent magiſtratum, ut ex inſtituto loca lautia acciperent: ſciretur denique ueniſſe eos, & ſuper quare ueniſſent. Haeſitantibus in reſponſo, ut curia excederent dictũ: reſponſum tamquam legatis, ut, qui adire ſenatum non poſtulaſſent, dari non placuit: mittendoſq. ad regem legatos cenſuerunt: qui nunciarent, qui ſocij quererentur apud ſenatum exuſtum a rege agrũ. nõ aequum eum facere, qui ab ſocijs ſuis non abſtineret iniuriam. In hanc legationẽ miſ

ſi, A. Terentius Varro, C. Plaetorius, C. Cicerelus. Ex Aſia qui circa ſocios reges miſſi erant F
legati redierunt, qui renunciarent Eumenem in ea, Antiochum in Syria, Ptolemaeũ in Ale
xandria ſeſe conueniſſe. Omnes ſollicitatos legationibus Perſei, ſed egregie in fide perma-
nere, pollicitoſq. omnia, quae populus Romanus imperaſſet, praeſtaturos, & ciuitates ſocias
adiiſſe: ceteras ſatis fidas, ſolos Rhodios fluctuantes & imbutos Perſei conſilijs inueniſſe.
uenerant legati Rhodij ad purganda ea, quae uulgo iactari de ciuitate ſciebant: ceterum ſe
natum ijs dari, cum noui conſules magiſtratum iniſſent, placuit. Belli apparatum non diffe
rendum cenſuerunt. C. Licinio praetori negotium datur, ut ex ueteribus quinqueremibus
in naualibus Romae ſubductis, quae poſſent uſui eſſe, reficeret, pararetq. naues quinquagin
ta: ſi quid ad eum numerum explendum deeſſet, C. Memmio collegae in Siciliã ſcriberet,
ut eas, quae in Sicilia naues eſſent, reficeret atque expediret, ut Brundiſiũ primo quoque
tempore mitti poſſent. Socios nauales libertini ordinis in uiginti & quinque naues ex ci- G
uibus Romanis C. Licinius praetor ſcribere iuſſus: in quinque & uiginti parem numerum
Cn. Sicinius ſocijs imperaret: idem praetor peditum IIX millia, CD equites a ſocijs
Latini nominis exigeret. Hunc militem qui Brundiſij acciperet, atque in Macedoniam
mitteret, A. Atilius Serranus, qui priore anno praetor fuerat, deligitur; Cn. Sicinius
praetor, qui exercitum paratum ad tranſjciendum haberet. C. Popillio conſuli ex au-
ctoritate ſenatus C. Licinius praetor ſcribit, ut & legionem ſecundam, quae maxime ue-
terana in Liguribus erat, & ſocios Latini nominis quattuor millia peditum, CC equites
idibus Februarijs Brundiſij adeſſe iuberet. Hac claſſe & hoc exercitu Cn. Sicinius prouin-
ciam Macedoniam obtinere, donec ſucceſſor ueniret, iuſſus, prorogato in annum impe-
rio. Ea omnia, quae ſenatus cenſuit, impigre facta ſunt. Duodequadraginta quinquere-
mes ex naualibus deductae: qui deduceret eas Brundiſiũ, L. Porcius Licinus praepoſitus: H
duodecim ex Sicilia miſſae. Ad frumentum claſſi exercituique coemendum in Apuliam
Calabriamque tres legati miſſi, Sex. Digitius, T. Iuuentius, M. Caecilius. Ad omnia prae-
parata Cn. Sicinius praetor paludatus ex urbe profectus, Brundiſium uenit. Exitu prope
anni C. Popillius conſul Romam redijt, aliquanto ſerius, quam ſenatus cenſuerat: cui pri-
mo quoque tempore magiſtratus creare, cum tantum bellum immineret, iuſſum erat. Ita-
que non ſecundis auribus patrum auditus eſt conſul, cum in aede Bellonae de rebus in Li-
guribus geſtis diſſereret: ſucclamationes frequentes erant, interrogationeſque cur ſcele-
re fratris oppreſſos Ligures in libertatem non reſtituiſſet. Comitia conſularia in quam e-
dicta erant diẽ A.D. XII kalendas Martias ſunt habita. Creati conſules P. Licinius Craſ-
ſus, C. Caſſius Longinus. Poſtero die praetores facti, C. Sulpicius Galba, L. Furius Phi-
lus, L. Canuleius Diues, C. Lucretius Gallus, C. Caninius Rebilus, L. Villius Annalis. His I
praetoribus prouinciae decretae duae iure Romae dicẽdo, Hiſpania, & Sicilia, & Sardinia,
ut uni ſors integra eſſet, quo ſenatus cenſuiſſet. cõſulibus deſignatis imperauit ſenatus, ut,
qua die magiſtratũ iniſſent, hoſtijs maioribus rite mactatis precarẽtur, ut, quod bellũ popu
lus R. in animo haberet gerere, ut id proſperum eueniret. Eodem die decreuit ſenatus, C.
Popillius conſul ludos per dies X Ioui opt. max. uoueret; donaque circa omnia puluinaria
dari, ſi reſp. X annos in eodem ſtatu fuiſſet. Ita ut cenſuerant, in Capitolio uouit conſul lu-
dos fieri, donariaq. dari, quanta ex pecunia decreuiſſet ſenatus. cum centum & quinquagin-
ta non minus adeſſent, praeeunte uerba Lepido pontifice maximo id uotũ ſuſceptum eſt.
Eo anno ſacerdotes publici mortui, L. Aemilius Papus X uir ſacrorum, & Q. Fuluius Flac-
cus pontifex, qui priore anno fuerat cenſor. hic foeda morte perijt. ex duobus filijs eius,
qui tum in Illyrico militabant, nunciatum alterum deceſſiſſe, alterum graui & periculoſo K
morbo aegrum eſſe. Obruit animum ſimul luctus metuſque: mane ingreſſi cubiculum ſer-
ui, laqueo dependentem inuenere. Erat opinio, poſt cenſuram minus compotẽ fuiſſe ſui.
uulgo Iunonis Laciniae iram ob ſpoliatum, templum alienaſſe mentẽ ferebant. Suffectus
in Aemilij locum X uir M. Valerius Meſſalla, in Fuluij pontifex Cn. Domitius Ahenobar-
bus, opido adoleſcens, ſacerdos lectus. P. Licinio, C. Caſſio conſulibus non urbs tantum
Roma, nec terra Italia, ſed omnes reges ciuitateſq. quae in Europa, quaeq. in Aſia erãt, con-
An. 579 uerterant animos in curam Macedonici ac Romani belli. Eumenem cum uetus odium ſti-
mulabat, tũ recens ira, quod ſcelere eius prope ut uictima mactatus Delphis eſſet. Pruſias
Bithyniae rex ſtatuerat abſtinere armis, euentumq. exſpectare. nam neque pro Romanis ſe

aequum

aequum cenſere aduerſus fratrem uxoris arma ferre: & apud Perſea uictorem ueniam per
ſororem impetrabilem fore. Ariarathes Cappadocum rex praeterquã quod Romanis ſuo
nomine auxilia pollicitus erat, ex quo eſt iunctus Eumeni affinitate, in omnia belli pacisq.
ſe conſociauerat conſilia. Antiochus imminebat quidem Aegypti regno, & pueritiam re-
gis, & inertiam tutorum ſpernens, & ambigendo de Coeleſyria, cauſſam belli ſe habiturũ
exiſtimabat; geſturumq. ſine ullo impedimento, occupatis Romanis in Macedonico bel-
lo, id bellum: tamen omnia & per ſuos legatos ſenatui, & ipſe legatis eorum eximie polli-
citus erat. Ptolemaeus propter aetatem alieni etiam tum arbitrij erat: tutores & bellum ad-
uerſus Antiochum parabant, quo uindicarent Coeleſyriam, & Romanis omnia pollicebã
tur ad Macedonium bellum. Maſſaniſſa & frumento iuuabat Romanos, & auxilia cum
elephantis, Miſagenemque filium mittere ad bellum parabat. Conſilia autem in omnem
B fortunam ita diſpoſita habebat. Si penes Romanos uictoria eſſet, ſuas quoque in eodem
ſtatu manſuras res, neque ultra quidquam mouendum: non enim paſſuros Romanos uim
Carthaginienſibus afferri. Si fractae eſſent opes Romanorum, quae tum protegerent Car-
thaginienſes, ſuam omnem Africam fore. Gentius rex Illyriorum fecerat potius, cur ſuſpe
ctus eſſet Romanis, quam ſatis ſtatuerat utram foueret partem: impetuq. magis, quam
conſilio, ijs aut illis ſe adiuncturus uidebatur. Cotys Thrax Odryſarum rex euidenter Ma
cedonum partis erat. Haec ſententia regibus cũ eſſet de bello, in liberis gentibus populiſ-
que, plebs ubique omnis ferme, ut ſolet, deterioribus erat ob regem Macedonasq. incli-
nata: principum diuerſa cerneres ſtudia. Pars ita in Romanos effuſi erant, ut auctorita-
tem immodico fauore corrumperent: pauci ex ijs iuſtitia imperij Romani capti, plures ita,
ſi praecipuam operam nauaſſent, potentes ſeſe in ciuitatibus ſuis futuros rati. Pars altera
C regiae adulationis erat, quos aes alienum & deſperatio rerum ſuarum eodem manẽte ſtatu
praecipites ad nouanda omnia agebat: quoſdam uentoſum ingenium, quia Perſeus magis
aurae popularis erat. Tertia pars, optima eadem & prudentiſſima, ſi utique optio domini
potioris daretur, ſub Romanis, quam ſub rege, malebat eſſe. ſi liberum inde arbitrium for-
tunae eſſet, neutram partem uolebant potentiorem altera oppreſſa fieri: ſed illibatis po-
tius uiribus utriuſque partis, pacem ex eo manere: ita inter utroſque optimam condicio-
nem ciuitatum fore, protegente altero ſemper inopem ab alterius iniuria. Haec ſentien-
tes, certamina fautorum utriuſque partis taciti ex tuto ſpectabant. conſules quo die ma-
giſtratum inierunt ex S. C. cum circa omnia fana, in quibus lectiſternium maiorem partẽ
anni eſſe ſolet, maioribus hoſtijs immolaſſent, inde preces ſuas acceptas ab dijs immor-
talibus ominati, ſenatui rite ſacrificatum, precationemque de bello factam renunciarunt.
Haruſpices ita reſponderunt, ſi quid rei nouae inciperetur, id maturandum eſſe: uictoriam,
D triumphum, prorogationem imperij portendi. Patres, quod fauſtum felixq. populo R.
eſſet, centuriatis comitijs primo quoque die ferre ad populum conſules iuſſerunt, ut, quod
Perſeus Philippi filius, Macedonum rex, aduerſus foedus cum patre Philippo ictum, & ſe-
cum poſt mortem eius renouatum, ſocijs populi R. arma intuliſſet, agros uaſtaſſet, urbeſ-
que occupaſſet: quodque belli parandi aduerſus populum R. conſilia iniſſet, arma, mili-
tes, claſſem eius rei cauſſa comparaſſet: ut, niſi de ijs rebus ſatisfeciſſet, bellum cum eo ini-
retur. Haec rogatio ad populum lata eſt. S. C. inde factum eſt, ut conſules inter ſe pro-
uincias Italiam & Macedoniam compararent, ſortirenturue. cui Macedonia obueniſſet,
ut is regem Perſea, quiq. eius ſectam ſecuti eſſent, niſi populo R. ſatisfeciſſent, bello perſe-
queretur. Legiones quattuor nouas ſcribi placuit, binas ſingulis cõſulib.. Id praecipue pro
uinciae Macedoniae datũ, quod cũ alterius cõſulis legionibus quina millia & duceni equi
E tes ex uetere inſtituto darentur in ſingulas legiones: in Macedoniam ſena millia peditum
ſcribi iuſſa, equites treceni aequaliter in ſingulas legiones. & in ſociali exercitu cõſuli alte
ri auctus numerus, XVI millia peditum, DCCC equites, praeter eos, quos Cn. Sicinius du
xiſſet DC equites, in Macedoniam trãſijceret. Italiae ſatis uiſa XII millia ſociorũ peditũ,
DC equites. Illud quoque praecipuum datũ ſorti Macedoniae, ut cẽturiones militeſq. ue
teres ſcriberet, quos uellet conſul, uſque ad quinquaginta annos. In tribunis militum no-
uatum eo anno propter Macedonicum bellum, quod conſules ex S. C. ad populũ tulerunt,
ne tribuni militum eo anno ſuffragijs crearentur; ſed conſulum, praetorumq. in ijs facien-
dis iudiciũ arbitriũq. eſſet. Inter praetores ita partita imperia. Praetorẽ, cuius ſors fuiſſet,

Plebs omnis deteriori-
bus inclinata esse
solet.
Corrumpunt auctoritatem
principes immodico fa-
uore.

Ergo antiquitus tribuni
militum suffragijs crea-
bantur.

ut iret quo ſenatus cenſuiſſet, Brundiſium ad claſſem ire placuit: ibique ibi recognoſceret F
ſocios nauales: dimiſſiſque, ſi qui parum idonei eſſent, ſupplementũ legeret ex libertinis:
& daret operam, ut duae partes ciuium Romanorum, tertia ſociorum eſſet. Commeatus
claſſi legionibuſq. ut ex Sicilia Sardiniaq. ſubueherentur; praetoribus, qui eas prouincias
ſortiti eſſent, mandari placuit, ut alteras decumas Siculis Sardiſq. imperarent, utq. id fru-
mentum ad exercitum in Macedoniam portaretur. Siciliam C. Caninius Rebilus eſt ſor-
titus, L. Furius Philus Sardiniam, L. Canuleius Hiſpaniam, C. Sulpicius Galba urbanam
iuriſdictionem, L. Villius Annalis inter peregrinos. C. Lucretio Gallo, quo ſenatus cen-
ſuiſſet, ſors euenit. Inter conſules magis cauillatio, quam magna contentio, de prouincia
fuit. Caſſius ſine ſorte ſe Macedoniam oppugnaturum dicebat: nec poſſe collegam ſaluo
iureiurando ſecum ſortiri. Praetorem eum, ne in prouinciam iret, in concione iuraſſe, ſe ſta-
to loco ſtatiſque diebus ſacrificia habere, quae abſente ſe recte fieri non poſſent: quae non G
magis conſule, quam praetore abſente recte fieri poſſent. Si ſenatus, non quid uellet in con
ſulatu potius, quã quid in praetura iurauerit P. Licinius, animaduertendum eſſe cenſeat:
ſe tamen futurum in ſenatus poteſtate. Conſulti patres, cui conſulatum populus R. non
negaſſet, ab ſe prouinciam negari ſuperbum rati, ſortiri conſules iuſſerunt. P. Licinio Mace
donia, C. Caſſio Italia obuenit. Legiones inde ſortiti ſunt: prima & tertia in Macedoniam
tranſijcerentur, ſecunda & quarta ut in Italia remanerent. Delectus conſules multo inten-
tiorem, quam alias, curam habebant. Licinius ueteres quoque ſcribebat milites centurio
neſque: & multi uoluntate nomina dabant, quia locupletes uidebant, qui priore Macedo-
nico bello, aut aduerſus Antiochum in Aſia ſtipendia fecerant. Cum tribuni militum cen
turiones, ſed primum quemq. citarent, tres & XX centuriones, qui primos pilos duxerant,
citati tribunos pl. appellarunt. Duo ex collegio, M. Fuluius Nobilior, & M. Claudius Mar H
cellus ad conſules reijciebant. eorum cognitionem eſſe debere, quibus delectus quibuſq.
bellum mandatum eſſet. Ceteri, cognituros ſe de quo appellati eſſent, aiebant: &, ſi iniu-
ria fieret, auxilium ciuibus laturos. Ad ſubſellia tribunorum res agebatur. Eo M. Popil-
lius conſularis aduocatus, centuriones, & conſul uenerunt. conſuli inde poſtulanti, ut in
concione ea res ageretur, populus in concionem aduocatus. Pro centurionibus M. Po-
pillius, qui biennio ante conſul fuerat, ita uerba fecit. Militares homines, & ſtipendia iu-
ſta, & corpora & aetate & aſſiduis laboribus confecta habere: nihil recuſare tamen, quo mi
nus operam reip. dent: id tantum deprecari, ne inferiores ijs ordines, quam quos, cum mi-
litaſſent, habuiſſent, attribuerentur. P. Licinius conſul ſenatuſconſultum recitari iuſſit. Pri
mum, quod bellum ſenatus cum Perſeo iuſſiſſet: deinde quod ueteres centuriones quam
plurimos ad id bellum ſcribi cenſuiſſet: nec ulli, qui non maior annis quinquaginta eſſet, I
uacationem militiae eſſe. Deprecatus eſt deinde, ne nouo bello, tam propinquo Italiae, ad
uerſus regem potentiſſimum, aut tribunos militum delectum habentes impedirent: aut
prohiberent conſulem, quem cuique ordinẽ aſſignari e rep. eſſet, eum aſſignare. ſi quid in
ea re dubium eſſet, ad ſenatum reijcerent. Poſtquam conſul, quae uoluerat, dixit, Sp. Ligu-
ſtinus ex eo numero, qui tribunos pl. appellauerant, a conſule & ab tribunis petijt, ut ſibi
paucis ad populum agere liceret. Permiſſu omnium ita locutus fertur. Sp. Liguſtinus tri-
bus Cruſtuminae ex Sabinis ſum oriundus, Quirites. Pater mihi iugerum agri reliquit, &
paruum tugurium, in quo natus educatuſque ſum, hodieq. ibi habito. Cum primum in ae-
tatem ueni, pater mihi uxorem fratris ſui filiam dedit: quae ſecũ nihil attulit, praeter liber
tatem pudicitiamque, & cum his fecunditatem, quanta uel in diti domo ſatis eſſet. Sex fi-
lij nobis, duae filiae ſunt, utraeq. iã nuptae. Filij quattuor togas uiriles habẽt, duo praetex K
tati ſunt. Miles ſum factus P. Sulpicio, C. Aurelio conſulibus. In eo exercitu, qui in Ma-
cedoniam eſt tranſportatus, biennium miles gregarius fui aduerſus Philippum regem: ter
tio anno uirtutis cauſſa mihi T. Quinctius Flamininus decumum ordinem haſtatũ aſſigna
uit. Deuicto Philippo Macedonibuſque, cum in Italiam portati ac dimiſſi eſſemus, conti-
nuo miles uoluntarius cum M. Porcio conſule in Hiſpaniam ſum profectus. Neminem o
mniũ imperatorum, qui uiuant, acriorem uirtutis ſpectatorem ac iudicẽ fuiſſe ſciunt, qui
& illum & alios duces longa militia experti ſunt. Hic me imperator dignum iudicauit,
cui primum haſtatum prioris centuriae aſſignaret. Tertio iterum uoluntarius miles factus
ſum in eum exercitum, qui aduerſus Aetolos & Antiochum regem eſt miſſus. a M. Acilio
mihi

A mihi primus princeps prioris centuriae eſt aſſignatus. Expulſo rege Antiocho, ſubactis Aetolis, reportati ſumus in Italiam: & deinceps bis quae annua merebāt legiones ſtipendia feci. Bis deinde in Hiſpania militaui, ſemel Q. Fuluio Flacco, iterum Ti. Sempronio Graccho praetore. a Flacco inter ceteros, quos uirtutis cauſſa ſecū ex prouincia ad triumphum deducebat, deductus ſum: a Ti. Graccho rogatus, in prouinciam ij. Quater intra paucos annos primum pilum duxi. quater & tricies uirtutis cauſſa donatus ab imperatoribus ſum. ſex ciuicas coronas accepi. XXII ſtipendia annua in exercitu emerita habeo, & maior annis ſum quinquaginta. Quod ſi mihi nec ſtipendia omnia emerita eſſent, nec dum aetas uacationē daret, tamē, cum quattuor milites pro me uno uobis dare P. Licini poſsē, aequum erat me dimitti. Sed haec pro cauſſa mea dicta accipiatis, uelim. ipſe me, quoad quiſquam, qui exercitus ſcribit, idoneum militem iudicabit, numquam ſum excuſaturus.

B Ordinem, quo me dignum iudicent tribuni militum, ipſorum eſt poteſtatis. ne quis me uirtute in exercitu praeſtet, dabo operam, ut ſemper ita feciſſe me, & imperatores mei, & qui una ſtipendia fecerunt, teſtes ſint. Vos quoque aequum eſt commilitones, & ſi appellationis uobis uſurpatis ius, cum adoleſcentes nihil aduerſus magiſtratuum ſenatuſq. auctoritatem uſquam feceritis, nunc quoque in poteſtate ſenatus ac conſulum eſſe, & omnia honeſta loca ducere, quibus rempublicam defenſuri ſitis. Haec ubi dixit, collaudatum multis uerbis, conſul ex concione in ſenatum duxit. Ibi quoque ei ex auctoritate ſenatus gratiae actae, tribuniq. militares in legione primum pilum uirtutis cauſſa ei aſsignarunt. Ceteri cēturiones, omiſſa appellatione, ad delectum obedienter reſponderunt. Quo maturius in prouincias magiſtratus proficiſcerentur, Latinae Kalendis Iunijs fuere: eoq. ſollemni perfecto C. Lucretius praetor omnibus, quae ad claſſem opus erant, praemiſſis, Brundiſiū eſt

C profectus. Praeter eos exercitus, quos cōſules cōparabant, C. Sulpicio Galbae praetori negotium datū, ut quattuor legiones ſcriberet urbanas iuſto numero peditum equitumque: iiſq. quattuor tribunos mil. ex ſenatu legeret, qui praeeſſent: ſocijs Latini nominis imperaret quindecim millia peditum, ∞ & CC equites: is exercitus uti paratus eſſet quo ſenatus cenſuiſſet. P. Licinio conſuli ad exercitum ciuilem ſocialemq. petenti addita auxilia, Ligurum ∞ ∞, Cretenſes ſagittarij incertus numerus, quantum rogati auxilia Cretenſes miſiſſent. Numidae item equites elephantique. in eam rem legati ad Maſſaniſam Carthaginienſeſque miſſi, L. Poſtumius Albinus, Q. Terentius Culleo, C. Aburius. In Cretam item legatos tres ire placuit, A. Poſtumium Albinum, C. Decimium, A. Licinium Neruā. Per idem tempus legati ab rege Perſeo uenerunt. Eos in opidum intromitti non placuit, cum iam bellum regi eorum & Macedonibus & ſenatus decreſſet, & populus iuſſiſſet. in

D aedem Bellonae in ſenatum introducti, ita uerba fecerunt. Mirari Perſea regē, quid in Macedoniam exercitus tranſportati eſſent. Si impetrari a ſenatu poſset, ut ij reuocentur, regem de iniurijs, ſi quas ſocijs factas quererentur, arbitratu ſenatus ſatiſfacturum eſse. Sp. Caruilius ad eam ipſam rem ex Graecia remiſsus ab Cn. Sicinio in ſenatu erat. Is Perraebiam expugnatam armis, Theſsaliae aliquot urbes captas, cetera, quae aut ageret aut pararet rex, cum argueret: reſpondere ad ea legati iuſſi. poſtquam haeſitabant, negātes ſibi ultra quidquam mandatum eſse: iuſſi renunciare regi, conſulem, P. Licinium breui cum exercitu futurum in Macedonia eſse. ad eum, ſi ſatiſfacere in animo eſset, mitteret legatos: Romam, quod praeterea mitteret, non eſse: neminem eorum per Italiam ire liciturum. Ita dimiſſis, P. Licinio conſuli mandatum, intra undecimum diem iuberet eos Italia excedere: & Sp. Caruilium mitteret, qui, donec nauem conſcendiſsent, cuſtodiret. Haec Romae acta

E nondum profectis in prouinciam conſulibus. Iam Cn. Sicinius, qui priuſquam magiſtratu abiret, Brundiſium & ad claſsem & ad exercitum praemiſsus erat, trāſiectis in Epirū V millia peditum, CCC equitibus, ad Nymphaeū in agro Apolloniati caſtra habebat. Inde tribunos cum duobus millibus militum, ad occupanda Daſsaritiorum & Illyriorum caſtella, ipſis accerſentibus praeſidia, ut tutiores a finitimorum impetu Macedonum eſsent, miſit. Paucis poſt diebus Q. Marcius, A. Atilius, & P. & Ser. Cornelij Lentuli, & L. Decimius, legati in Graeciam miſſi, Corcyram peditum ∞ ſecum aduexerunt: ibi inter ſe & regiones quas obirent, & milites diuiſerunt. Decimius miſſus eſt ad Gentium regem Illyriorum: quem, ſi aliquem reſpectum amicitiae eum habere cerneret, tentare, aut etiā ad belli ſocietatem pellicere iuſsus. Lentuli in Cephalleniam miſſi, ut Peloponneſum tranſiicerent,

rent, oramq. maris in occidentem uerſi ante hiemem circumirent. Marcio & Atilio Epi- F
rus, Aetolia, & Theſſalia circumeundae aſſignãtur. Inde Boeotiam, atque Euboeam adſpi-
cere iuſſi, tum in Peloponneſum traijcere: ibi congreſſuros ſe cum Lentulis conſtituunt.
Priuſquam digrederẽtur a Corcyra, litterae a Perſeo allatae ſunt, quibus quaerebat, quae
cauſſa Romanis aut in Graeciam trãijciendi copias, aut urbes occupãdi eſſet. Cui reſcribi
nihil placuit, nuncio ipſius, qui litteras attulerat, dici, praeſidij cauſſa ipſarum urbiũ Roma
nos facere. Lentuli circumeuntes Peloponneſi oppida, cum ſine diſcrimine omnes ciuita-
tes adhortarentur, ut, quo animo, qua fide adiuuiſſent Romanos Philippi primum, dein-
de Antiochi bello, eodem aduerſus Perſea iuuarent, fremitum in concionibus audiebãt
Achaeis indignantibus eodem ſe loco eſſe, qui omnia a principijs Macedonici belli praeſti
tiſſent Romanis, & Macedonum Philippi bello hoſtes fuiſſent, quo Meſſenij, atque Elij
qui pro Antiocho hoſte arma aduerſus populum R. tuliſſent: ac nuper in Achaicum con- G
tributi concilium, uelut praemiũ belli ſe uictoribus Achaeis tradi quererentur. Marcius &
Atilius ad Gitanas Epiri oppidum decem millia ab mari cum adſcenderent, concilio Epiro
tarum habito, cum magno omnium aſſenſu auditi ſunt: & quadringentos iuuentutis eorũ
in Oreſtas, ut praeſidio eſſent liberatis ab ſe Macedonibus, miſerũt. Inde in Aetoliam pro-
greſſi: ac paucos ibi morati dies, dum in praetoris mortui locum alius ſufficeretur, & Lyci
ſco praetore facto, quem Romanorum fauere rebus ſatis compertum erat, tranſierunt in
Theſſaliam. Eo legati Acarnanum, & Boeotorum exſules uenerunt. Acarnanes nunciare
iuſſi, quae Philippi primum, Antiochi deinde bello, decepti pollicitationibus regis, aduer-
ſus populum Romanum commiſiſſent, ea corrigẽdi occaſionem illis oblatam. Si male me
riti clementiam populi R. experti eſſent, bene merendo liberalitatem experirentur. Boeo-
tis exprobratum, ſocietatem eos cum Perſeo iunxiſſe. iis, cum culpam in Iſmeniam princi- H
pem alterius partis conferrent, & quaſdam ciuitates diſſentientes in cauſſam deductas, ap-
pariturum id eſſe Marcius reſpondit. Singulis enim ciuitatibus de ſe ipſis conſulendi po-
teſtatem facturos. Theſſalorum Lariſſae fuit concilium. Ibi & Theſſalis benigna materia
gratias agendi Romanis pro libertatis munere fuit: & legatis, quod & Philippi prius, &
poſt Antiochi bello enixe adiuti a gente Theſſalorum eſſent. hac mutua commemoratio-
ne meritorum accenſi animi multitudinis ad omnia decernenda, quae Romani uellent. Se-
cundum hoc cõcilium legati a Perſeo rege uenerũt, priuati maxime hoſpitij fiducia, quod
ei paternum cum Marcio erat. Ab huius neceſſitudinis commemoratione orſi, petierunt
legati, in colloquium ueniendi regi poteſtatem faceret. Marcius & ſe ita a patre ſuo ac-
cepiſſe dixit, amicitiam hoſpitiumq. cum Philippo fuiſſe: minime immemorẽ neceſſitudi-
nis eius legationem eam ſuſcepiſſe. Colloquium, ſi ſatis commode ualeret, non fuiſſe di- I
laturum: nunc, ubi primũ poſſet, ad Peneum flumen, qua tranſitus ab Omolio Dium eſſet,
praemiſſis qui nunciarent regi, uenturos. Et tum quidem ab Dio Perſeus in interiora re-
gni recepit ſe, leui aura ſpei obiecta, quod Marcius ipſius cauſſa ſuſcepiſſe ſe legationem
dixiſſet. Poſt dies paucos ad conſtitutum locum uenerunt. Magnus comitatus fuit re-
gius cum amicorum, tum ſatellitum turba ſtipante. non minore agmine legati uenerunt:
& ab Lariſſa multis proſequentibus, & legationibus ciuitatũ, quae conuenerant Lariſſam,
& renunciare domum certa, quae audiſſent, uolebant. Inerat cura inſita mortalibus uiden-
di congredientes nobilem regem, & populi principis terrarum omnium legatos. poſtquã
in conſpectu ſteterunt dirimente amne, paullisper internunciando cunctatio fuit, utri trãſ-
grederentur. aliquid illi regiae maieſtati, aliquid hi populi R. nomini, cum praeſertim Per-
ſeus petiſſet colloquium, exiſtimabant deberi. ioco etiam Marcius cunctantis mouit. Mi- K
nor, inquit, ad maiorem, &, quod Philippo ipſi cognomen erat, filius ad patrem tranſeat.
Facile perſuaſum id regi eſt. Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis tranſiret. Rex
cum omni comitatu tranſire aequum cenſebat: legati uel cum tribus uenire iubebant; uel,
ſi tantum agmẽ traduceret, obſides daret nihil fraudis fore in colloquio. Hippian & Pan
tauchum, quos & legatos miſerat, principes amicorum obſides dedit: nec tam in pignus fi-
dei obſides deſiderati erant, quam ut appareret ſocijs, nequaquam ex dignitate pari con-
gredi regem cum legatis. Salutatio non tamquam hoſtium, ſed hoſpitalis ac benigna fuit,
poſitiſq. ſedibus conſederunt. Cum paullisper ſilentium fuiſſet: Exſpectari nos, inquit
Marcius, arbitror, ut reſpondeamus litteris tuis, quas Corcyram miſiſti: in quibus quaeris,

quid

A quid ita legati cũ militibus uenerimus,& praeſidia in ſingulas urbes dimittamus. Ad hanc
interrogationem tuam & non reſpondere uereor, ne ſuperbum ſit: & uera reſpondere, ne
nimis acerbum audienti tibi uideatur. Sed cum aut uerbis caſtigandus aut armis ſit, qui
foedus rumpit: ſicut bellum aduerſus te alij, quam mihi mandatum malim: ita orationis
acerbitatem aduerſus hoſpitem, utcumque eſt, ſubibo: ſicut medici cũ ſalutis cauſſa triſtio
ra remedia adhibent. Ex quo regnum adeptus es, unam rem te, quae facienda fuerit, ſena
tus feciſſe cenſet, quod legatos Romam ad renouandum foedus miſeris, quod tamẽ ipſum
tibi fuiſſe non renouandum iudicat, potius quam, cum renouatum eſſet, uiolandum. Ab-
rupolim, ſocium, atque amicum populi Romani, regno expuliſti. Artetari interfectores,
ut caede (ne quid ultra dicam) laetatum appareret, recepiſti: qui omnium Illyriorũ fidiſſi-
mum Romano nomini regulum occiderant. Per Theſſaliam & Malienſem agrum cum ex-
B ercitu contra foedus Delphos iſti: Byzantijs ia contra foedus miſiſti auxilia: cũ Boeotijs
ſocijs noſtris ſecretam tibi ipſi ſocietatem, quam non licebat, iureiurando pepigiſti. The-
banos legatos, Euerſam & Callicritum uenientes a nobis, quaerere malo quis interfece-
rit, quam arguere. In Aetolia bellum inteſtinum & caedes principum, per quos, niſi per
tuos factae uideri poſſunt? Dolopes a te ipſo euaſtati ſunt. Eumenes rex ab Roma cum
in regnum rediret, prope ut uictima Delphis in ſacrato loco ante aras mactatus, quem inſi
mulet, piget referre. Quae hoſpes Brundiſinus occulta facinora indicet, certum habeo, &
ſcripta tibi omnia ab Roma eſſe, & legatos tuos renunciaſſe. Haec ne dicerentur a me, uno
modo uitare potuiſti, non quaerendo quã ob cauſſam exercitus in Macedoniã trajjcerẽ-
tur, aut praeſidia in ſociorum urbes mitteremus. Quaerẽti tibi ſuperbius tacuiſſemus, quã
uera reſpondimus. Equidem pro paterno noſtro hoſpitio faueo rationi tuae: & opto, ut
C aliquam mihi materiam praebeas agendae tuae apud ſenatum cauſſae. Ad ea rex. Bonam
cauſſam, ſi apud iudices aequos ageretur, apud eoſdem & accuſatores & iudices agam. Eo
rum autem, quae obiecta ſunt mihi, partim ea ſunt, quibus neſcio an gloriari debeã, partim
quae fateri nõ erubeſcam, partim quae uerbo obiecta, uerbo negare ſatis ſit. Quid enim, ſi
legibus ueſtris hodie reus ſim, aut index Brundiſinus, aut Eumenes mihi obijciat, ut accuſa
re potius uere, quam conuiciari uideantur? Scilicet nec Eumenes, cum tã multis grauis pu
blice, ac priuatim ſit, alium quam me inimicum habuit: neque ego potiorẽ quemquam ad
miniſteria facinorum, quam Rammium, quem neque umquam ante uiderã, nec eram poſt
ea uiſurus, inuenire potui: & Thebanorum, quos naufragio periſſe conſtat, & Artetari cae
dis mihi reddenda ratio eſt: in qua tamen nihil ultra obijcitur, quam interfectores eius in
regno exſulaſſe meo. Cuius condicionis iniquitatem ita non ſum recuſaturus, ſi uos quo-
D que accipitis, ut quicumque exſules in Italiam aut Romam ſe contulerunt, his facinorum,
propter quae damnati ſunt, auctores uos fuiſſe fateamini. Si hoc & uos recuſabitis, & o-
mnes aliae gentes, ego quoque inter ceteros ero. Et hercule quid attinet cuiquã exſilium
patere, ſi nuſquam exſuli futurus locus eſt? Ego tamen iſtos, ut primũ in Macedonia eſse,
admonitus a uobis comperi, requiſitos abire ex regno iuſſi, & in perpetuum interdixi fini-
bus meis. Et haec quidem mihi tamquam cauſsam dicenti reo obiecta ſunt: illa tamquam
regi, &, quae de foedere, quod mihi eſt uobiſcum, diſceptationem habeãt. Nam ſi eſt in foe
dere ita ſcriptum, ut ne ſi bellum quidem quis inferat, tueri me regnumq. meum liceat: mi
hi fatendum eſt, quod me armis aduerſus Abrupolim ſociũ populi Romani defenderim,
foedus uiolatum eſse. Sin autem hoc & ex foedere licuit, & iure gentium ita comparatum
eſt, ut arma armis propulſentur, quid tandem me facere decuit, cum Abrupolis fines mei
regni uſque ad Amphipolim peruaſtaſset: multa libera capita, magnam uim mancipiorũ,
E multa millia pecorum abegiſset? Quieſcerem & paterer, donec Pellam & in regiam meã
armatus perueniſset? At enim bello quidem iuſto ſum perſecutus, ſed uinci non oportuit
eum, neque ea, quae uictis accidunt, pati: quorum caſum cum ego ſubierim, qui ſum armis
laceſſitus, quid poteſt queri ſibi accidiſſe, qui cauſſa belli fuit? Non ſum eodem modo de-
fenſurus Romani, quod Dolopas armis coercuerim: quia & ſi non merito eorũ, iure feci
meo: cum mei regni, meae ditionis eſsent, ueſtro decreto patri attributi meo. Nec, ſi cauſ-
ſa reddenda ſit, non uobis, nec foederatis, ſed ijs, qui ne in ſeruos quidem ſaeua, atq. iniuſta
imperia probant, plus aequo & bono ſaeuiſse in eos uideri poſsum: quippe Euphranorem
praefectum a me impoſitum ita occiderunt, ut mors poenarum eius leuiſſima fuerit. At

cum proceſſiſſem inde ad uiſendas Lariſſam & Antrona & Pyleon, quo in propinquo mul F
to ante debita uota perſoluere, Delphos ſacrificãdi cauſſa adſcendit. Et hic criminis augen
di cauſſa cum exercitu me fuiſſe adijcitur: ſcilicet, ut, quod nunc uos facere queror, urbes
occuparem, arcibus imponerẽ praeſidia. uocate in concilium Graeciae ciuitates, per quas
iter feci: queratur unuſquilibet militis mei iniuriam. non recuſabo, quin ſimulato ſacrificio
aliud petiſſe uidear. Aetolis & Byzantijs praeſidia miſimus, & cum Boeotis amicitiam feci
mus. Haec qualiacumque ſunt, per legatos meos non ſolũ indicata, ſed etiã excuſata ſunt
ſaepe in ſenatu ueſtro: ubi aliquos ego diſceptatores, non tam aequos, quã te Q. Marci, pa
ternum amicum & hoſpitem, habebam. Sed nõdum Romam accuſator Eumenes uenerat:
qui calũniando omnia, detorquendoq. ſuſpecta & inuiſa efficeret: & perſuadere uobis co
naretur, non poſſe Graeciam in libertate eſſe, & ueſtro munere frui, quoad regnũ Macedo
niae incolume eſſet. Circumagetur hic orbis: erit mox qui arguat, nequidquam Antiochũ G
ultra iuga Tauri remotum: grauiorem multo Aſiae, quam Antiochus fuerit, Eumenẽ eſſe,
nec conquieſcere ſocios ueſtros poſſe, quoad regia Pergami ſit: eam arcẽ ſupra capita fini
timarum ciuitatum impoſitam. Ego haec, Q. Marci & A. Atili, quae aut a uobis obiecta, aut
purgata a me ſunt, talia eſſe ſcio, ut aures, ut animi audiẽtium ſint: nec tam referre quid ego
aut qua mente fecerim, quam quo modo id uos factũ accipiatis. Conſcius mihi ſum, nihil
me ſcientem deliquiſſe: & ſi quid fecerim imprudentia lapſus, corrigi me & emendari caſti
gatione hac poſſe. Nihil certe inſanabile, nec quod bello & armis perſequendum eſſe cen
ſeatis, commiſi. Aut fruſtra clemẽtiae grauitatiſq. ueſtrae fama uulgata per gẽtes eſt, ſi tali
bus de cauſſis, quae uix querella & expoſtulatione dignae ſunt, arma capitis, & regib. ſocijs
bella infertis. Haec dicenti tum aſſenſus Marcius, auctor fuit mittendi Romam legati, cum
experienda omnia ad ultimum, nec praetermittendam ſpem ullã cenſuiſſet. reliqua conſul H
tatio erat, quonam modo tutum iter legatis eſſet. ad id cum neceſſaria petitio induciarum
uideretur, cuperetq. Marcius, neque aliud colloquio petiſſet, grauate & in magnam gratiã
petentis conceſſit. Nihil enim ſatis paratum ad bellum in praeſentia habebant Romani, nõ
exercitum, non ducem: cũ Perſeus, ni ſpes uana pacis occaecaſſet conſilia, omnia praepara
ta, atque inſtructa haberet, & ſuo maxime tempore, atque alieno hoſtibus, incipere bellum
poſſet. Ab hoc colloquio, fide induciarum interpoſita, legati Romani in Boeotiã compara
ti ſunt. Ibi iã motus coeperat eſſe, diſcedentibus a ſocietate communis conſilij Boeotorũ
quibuſdam populis: ex quo renunciatum erat reſpondiſſe legatos, appariturum, quibus po
pulis proprie ſocietatẽ cum rege iungi diſplicuiſſet. Primi a Chaeronea legati, deinde a
Thebis in ipſo itinere occurrerũt, affirmantes non interfuiſſe ſe quo ſocietas ea decreta eſ
ſet concilio: quos legati nullo in praeſentia reſponſo dato, Chalcidẽ ſe ſequi iuſſerũt. The I
bis magna contẽtio orta erat ex alio certamine. Comitijs praetorijs Boeotorum uicta pars
iniuriam perſequens, coacta multitudine decretũ fecit Thebis, ne Boeotarchae urbibus re
ciperentur. Exſules Theſpias uniuerſi conceſſerunt: inde (recepti enim ſine cunctatione e
rant) Thebas iam mutatis animis reuocati, decretum faciunt, ut XII, qui priuati coetum &
conciliũ habuiſſent, exſilio multarentur. Nouus deinde praetor Iſmenias, (is erat uir nobi
lis ac potens) capitalis poenae abſentes eos decreto damnat. Chalcidem fugerant: inde ad
Romanos Lariſſam profecti, cauſſam cum Perſeo ſocietatis in Iſmeniam contulerant. Ex
contentione ortum certamen: utriuſque tamen partis legati ad Romanos uenerunt, & exſu
les accuſatoresq. Iſmeniae, & Iſmenias ipſe. Chalcidem ut uentum eſt, aliarum ciuitatum
principes, id quod maxime gratum erat Romanis, ſuo quique proprio decreto Perſei ſocie
tatem aſpernati, Romanis ſe adiungebant: Iſmenias gentem Boeotorum in fidem Romano K
rum permitti aequum cenſebat. Inde certamine orto, niſi in tribunal legatorũ perfugiſſet,
haud multum abfuit, quin ab exſulibus fautoribuſq. eorum interficeretur. Thebae quoque
ipſae, quod Boeotiae caput eſt, in magno tumultu erant: alijs ad regẽ trahentibus ciuitatẽ,
alijs ad Romanos: & turba Coronaeorum Haliartiorumq. conuenerat ad defendendũ de
cretum regiae ſocietatis. Sed conſtantia principum, docentium cladibus Philippi Antio
chiq. quanta eſſet uis & fortuna imperij Romani, uicta eadem multitudo, & ut tolleretur re
gia ſocietas, decreuit: & eos, qui auctores paciſcendae amicitiae fuerãt, ad ſatisfaciendũ le
gatis Chalcidem miſit, fideiq. legatorum commendari ciuitatem iuſſit. Thebanos Marcius
& Atilius laeti audierunt, auctoreſq. & his ſeparatim ſinguli fuerunt ad renouandã amici
tiam

A tiam mittendi Romam legatos. Ante omnia exſules reſtitui iuſſerũt,& auctores regiae ſo
cietatis decreto ſuo damnarunt. Ita,quod maxime uolebant,diſcuſſo Boeotico cõcilio,Pe
loponneſum proficiſcuntur,Ser.Cornelio Chalcidẽ accerſito. Argis praebitum eſt ijs con
cilium: ubi nihil aliud a gente Achaeorũ petierunt,quam ut mille milites darẽt. Id praeſi
dium ad Chalcidem tuendam,dum Romanus exercitus in Graeciã trãijceretur,miſsũ eſt.
Marcius & Atilius peractis,quae agenda in Graecia erant,principio hiemis Romam redie
rũt.Inde legatio ſub idem tempus in Aſiam circum inſulas miſſa.Tres erãt legati,Ti.Clau-
dius,P.Poſtumius,M. Iunius: ij circumeuntes, hortabantur ſocios ad ſuſcipiendum aduer
ſus Perſea pro Romanis bellum:& quo quaeque opulentior ciuitas erat,eo accuratius age
bant: quia minores ſecuturae maiorũ auctoritatem erant. Rhodij maximi ad omnia mo-
mẽti habebantur,quia non fauere tantum, ſed adiuuare etiam uiribus ſuis bellũ poterant,
B XL nauibus auctore Hegeſilo cõparatis:qui cum in ſummo magiſtratu eſſet,(prytanin ipſi
uocãt)multis rationibus peruicerat Rhodios,ut omiſſa, quam ſaepe uanam experti eſſent,
regum fouendorum ſpe,Romanam ſocietatem,unam tum in terris uel uiribus uel fide ſta-
bilem,retinerent. Bellum imminere cum Perſeo.deſideraturos Romanos eundem naualẽ
apparatum,quem nuper Antiochi,quem Philippi ante bello uidiſſent: trepidaturos tũ re-
pente paranda claſſe cum mittenda eſſet, niſi reficere naues,niſi inſtruere naualibus ſocijs
coepiſſent.Ideo magis enixe faciundum eſſe,ut crimina delata ab Eumene,fide rerũ refel-
lerẽt. His incitati,XL nauium claſſem inſtructam,ornatamq.legatis Romanis aduenienti-
bus,ut non exſpectatam adhortationem eſſe appareret,oſtenderũt.Et haec legatio magnũ
ad conciliandos animos ciuitatum Aſiae momẽtum fuit. Decimius unus ſine ullo effectu,
captarum etiam pecuniarum ab regibus Illyriorum ſuſpicione infamis Romam redijt.Per
C ſeus cum a colloquio Romanorum in Macedoniam recepiſſet ſeſe, legatos Romam de in-
choatis cum Marcio condicionibus pacis miſit.& Byzantiũ & Rhodum litteras legatis fe-
rendas dedit. In litteris eadẽ ſententia ad omnes erat,collocutum ſe cum Romanorum le
gatis;quae audiſſet, quaeq. dixiſſet, ita diſpoſita, ut ſuperior fuiſſe in diſceptatione uideri
poſſet. Apud Rhodios legati addiderunt,cõfidere pacẽ futuram.auctoribus enim Marcio,
atque Atilio miſſos Romam legatos. Si pergerent Romani contra foedus mouere bellũ,
tum omni gratia,omni ope enitendum fore Rhodiis, ut reconcilient pacem: ſi nihil depre-
cando proficiant,id agendum, ne omnium rerum ius ac poteſtas ad unum populum perue
niat.Cum ceterorum id intereſſe,tum praecipue Rhodiorum,qui plus inter alias ciuitates
dignitate,atque opibus excellant: quae ſerua, atq. obnoxia fore,ſi nullus alio ſit,quam ad
Romanos reſpectus. Magis & litterae & uerba legatorũ benigne ſunt audita,quam momẽ
D tum ad mutãdos animos habuerunt.potentior eſſe partis melioris auctoritas coeperat. Re
ſponſum ex decreto eſt,optare pacem Rhodios: ſi bellum eſſet, ne quid ab Rhodiis ſpera-
ret aut peteret rex,quod ueterem amicitiam,multis magniſq.meritis pace belloq.partam,
diiũgeret ſibi ab Romanis. Ab Rhodo redeuntes,Boeotiae quoque ciuitates & Thebas,&
Coroneam,& Haliartum adierũt:quibus expreſsum inuitis exiſtimabatur,ut relicta regia
ſocietate Romanis adiungerentur.Thebani nihil moti ſunt,quamquam nonnihil & dãna-
tis principibus,& reſtitutis exſulibus,ſuccenſebãt Romanis. Coronaei & Haliartii fauore
quodã inſito in reges,legatos in Macedoniam miſerunt, praeſidium petẽtes, quo ſe aduer
ſus impotentẽ ſuperbiam Thebanorum tueri poſſint. Cui legationi reſponſum ab rege eſt,
praeſidium ſe propter indutias cum Romanis factas mittere non poſse:tamen ſuadere, ita
a Thebanorũ iniurijs qua poſsẽt ut ſe uindicarẽt, ne Romanis praeberẽt cauſſam in ſe ſae-
E uiendi. Marcius & Atilius Romam cum uenisſent, legationem in Capitolio ita renuncia
runt, ut nulla re magis gloriarentur, quam decepto per indutias & ſpem pacis rege. Adeo
enim apparatibus belli fuiſse inſtructũ, ipſis nulla parata re,ut omnia opportuna loca prae
occupari ante ab eo potuerint, quã exercitus in Graeciam trãſiiceretur. Spatio autẽ indu-
tiarum ſumpto, uenturum illum nihilo paratiorẽ, Romanos omnibus inſtructiores rebus
coepturos bellũ: Boeotorum quoque ſe concilium arte diſtraxiſse, ne cõiungi amplius ul
lo cõſenſu Macedonibus poſsent. Haec,ut ſumma ratione acta,magna pars ſenatus appro
babat: ueteres, & moris antiqui memores,negabãt ſe in ea legatione Romanas agnoſcere
artes. Non per inſidias & nocturna proelia,nec ſimulatam fugam,improuiſoſq.ad incautũ
hoſtem reditus,nec ut aſtu magis,quã uera uirtute gloriarentur,bella maiores geſſiſſe.In-
dicere

Prytani summi magistratus apud Rhodios.

dicere prius, quàm gerere ſolitos bella: denunciare etiam, interdũ locum finire, in quo dimicaturi eſſent. Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum uitae eius inſidiantem, eadẽ Faliſcis uinctum traditum proditorem liberorum [redacted]. Haec Romana eſſe, nõ uerſutiarũ Punicarũ, neque calliditatis Graecae. apud quos fallere hoſtẽ, quã ui ſuperare glorioſius fuerit. Interdum in praeſens tẽpus plus profici dolo, quam uirtute: ſed eius demum animũ in perpetuum uinci, cui confeſſio expreſſa ſit, ſe neque arte, neque caſu, ſed collatis comminus uiribus iuſto ac pio bello eſſe ſuperatũ. Haec ſeniores, quibus noua haec minus placebat ſapientia: uicit tamen ea pars ſenatus, cui potior utilis, quam honeſti, cura erat, ut comprobaretur prior legatio Marcij: & eodẽ rurſus in Graeciam cum quinqueremibus remitteretur, iubereturq. cetera, uti e republica maxime uiſum eſſet, agere. A. quoque Atilium miſerunt ad occupandam Lariſſam in Theſſalia, timentes, ne, ſi indutiarum dies exiſſet, Perſeus, praeſidio eo miſſo, caput Theſſaliae in poteſtate haberet. duo millia peditum Atilius ab Cn. Sicinio accipere ad eam rem agendam iuſſus: & P. Lentulo, qui ex Achaia redierat, CCC milites Italici generis dati, ut Thebis daret operã, ut in poteſtate Boeotia eſſet. His praeparatis, quamquam ad bellum conſilia erant deſtinata, ſenatum tamẽ praeberi legatis placuit. Eadem fere, quae in colloquio ab rege dicta erant, relata ab legatis. Inſidiarum Eumeni factarum crimen, & maxima cura, & minime tamẽ probabiliter (manifeſta enim res erat) defenſum. Cetera deprecatio erat: ſed non eis animis audiebantur, qui aut doceri aut flecti poſſent. Denunciatum extemplo moenibus urbis Romae, Italia intra XXX diẽ excederent. P. Licinio deinde cõſuli, cui Macedonia prouincia obuenerat, denunciatũ, ut exercitui diẽ primam quamque diceret ad conueniendum. C. Lucretius praetor, cui claſſis prouincia erat, cum XL quinqueremibus ab urbe profectus. nam ex refectis nauibus alias in alium uſum retineri ad urbẽ placuit. Praemiſſus a praetore eſt frater Lucretius cũ quinquereme una, iuſſuſq. ab ſocijs ex foedere acceptis nauibus ad Cephalleniam claſſi occurrere, ab Rheginis triremi una, ab Locris duabus, ab Vritibus quattuor, praeter orã Italiae ſuperuectus Calabriae extremum promontorium in Ionio mari Dyrrachium trãſijcit. Ibi decẽ ipſorum Dyrrachinorum, XII Iſſaeorum, LIV Gentij regis lembos nactus, ſimulans ſe credere eos in uſum Romanorum comparatos eſſe, omnibus abductis, die tertio Corcyram, inde protinus in Cephalleniã trãſijcit. C. Lucretius praetor ab Neapoli profectus, ſuperato freto, die quincto in Cephalleniam tranſmiſit. Ibi ſtetit claſſis, ſimul opperiens, ut terreſtres copiae tranſijcerẽtur, ſimul ut onerariae ex agmine ſuo per altũ diſſipatae, conſequerẽtur. Per hos forte dies P. Licinius cõſul, uotis in Capitolio nũcupatis, paludatus ab urbe profectus eſt. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac maieſtate geritur: praecipue conuertit oculos animoſq., cum ad magnum nobilemq. aut uirtute aut fortuna hoſtẽ euntem conſulem proſequuntur. contrahit enim non officij modo cura, ſed etiam ſtudium ſpectaculi, ut uideant ducem ſuum, cuius imperio conſilioq. ſummam remp. tuendã permiſerunt. Subit deinde cogitatio animum, qui belli caſus, quam incertus fortunae euentus, cõmuniſq. Mars belli ſit: aduerſa, ſecunda, quaeq. inſcitia & temeritate ducũ clades ſaepe acciderint, quae contra bona prudentia & uirtus attulerit. Quem ſcire mortaliũ, utrius mentis, utrius fortunae conſulem ad bellũ mittant: triumphantem ne mox cum exercitu uictore ſcandentem Capitolium ad eoſdem deos, a quibus proficiſcatur, uiſuri, an hoſtibus eam praebituri laetitiam ſint. Perſi autem regi, aduerſus quem ibatur, famã & bello clara Macedonum gens, & Philippus pater inter multa proſpere geſta Romano etiam nobilitatus bello, praebebat: tum ipſius Perſei numquã, ex quo regnum accepiſſet, deſitum belli exſpectatione celebrari nomen. cum his cogitationibus omnium ordinum homines proficiſcentẽ conſulẽ proſecuti ſunt. Duo conſulares tribuni militum cum eo miſſi, C. Claudius, Q. Mucius, & tres illuſtres iuuenes, P. Lẽtulus, & duo Manlij Acidini: alter M. Manlij, alter L. Mãlij filius erat. Cum ijs cõſul Brundiſium ad exercitum, atque inde cum omnibus copijs trãſuectus ad Nymphaeum in Apolloniati agro poſuit caſtra. Paucos ante dies Perſeus, poſt quã legati ab Roma regreſſi praeciderant ſpem pacis, conſilium habuit. Ibi aliquandiu diuerſis ſententijs certatũ eſt. Erant quibus uel ſtipendium pendendum ſi iniungeretur, uel agri parte cedendum, ſi multarẽt: quidquid denique aliud pacis cauſſa patiendum eſſet, nõ recuſandum uideretur: nec committendum, ut in aleam tanti caſus ſe regnumq. daret. Si poſseſsio haud ambigua regni maneret, multa diem tempuſq. afferre poſse: quibus non a-

miſsa

A miſſa modo recuperare,ſed timendus ultro ijs eſſe,quos nunc timeret,poſſet.Ceterũ multo maior pars ferocioris ſentẽtiae erat.Quidquid ceſſiſſet,cum eo ſimul regno protinus cedendum eſſe affirmabant. Neque enim Romanos pecunia aut agro egere: ſed hoc ſcire,cũ omnia humana,tum maxima quaeque & regna & imperia ſub caſibus multis eſſe. Carthaginienſiũ opes fregiſſe ſeſe, & ceruicibus eorum praepotentem finitimũ regem impoſuiſſe: Antiochum progeniẽq.eius ultra iuga Tauri remotum. Vnum eſſe Macedoniae regnũ, & regione propinquũ,&,quod,ſicubi populus R.ſua fortuna labet, antiquos animos regibus ſuis uideatur poſſe facere.dũ integrae res ſint,apud animum ſuum Perſea ſtatuere debere,utrum ſingula cõcedendo,nudatus ad extremum opibus extorriſq.regno,Samothraciam aliam ue quam inſulam petere ab Romanis, ubi priuatus ſuperſtes regno ſuo in contemptu,atq.inopia conſeneſcat,malit: an armatus uindex fortunae dignitatiſq.ſuae,ita,ut

B uiro forti dignum ſit,patiatur quodcumque caſus belli tulerit:aut uictor liberet orbem terrarum ab imperio Romano.Non eſſe admirabilius, Romanos Graecia pelli,quã Hannibalem Italia pulſum eſſe. neque hercule uidere,qui conueniat fratri affectanti per iniuriã regnũ,ſumma ui reſtitiſſe,alienigenis bene parto eo cedere. Poſtremo ita bello & pace quaeri,ut inter omnes conueniat,nec turpius quidquã eſſe, quam ſine certamine ceſſiſſe regno: nec praeclarius quidquam, quam pro dignitate ac maieſtate omnem fortunã expertum eſſe.Pellae in uetere regia Macedonum hoc conſilium erat. Geramus ergo,inquit,dijs bene iuuantibus,quando ita uidetur,bellũ: litteriſq.circa praefectos dimiſſis Gitium(Macedoniae opidum eſt)copias omnes contrahit.Ipſe cẽtum hoſtijs ſacrificio regaliter Mineruae, quã uocant Alcidem, confecto, cum purpuratorum & ſatellitum manu profectus Gitium eſt. Eo iã omnes Macedonum externorumq.auxiliorum conuenerant copiae. Caſtra ante

C urbem ponit,omneſq.armatos in campo ſtruxit.Summa omnium XL.millia armata fuere, quorũ pars ferme dimidia phalangitae erant:Hippias Beraeus praeerat. Delecta deinde & uiribus & robore aetatis ex omni cetratorum numero duo erãt agemata.hanc ipſi legionẽ uocabant. praefectos habebant Leonatum & Thraſippum Eulyeſtas. Ceterorũ cetratorũ trium ferme millium hominum dux erat Antiphilus Edeſſaeus.Paeones,& ex Parorea & Paraſtrymonia, (ſunt autem ea loca ſubiecta Thraciae) & Agrianes admixtis etiã Thracibus incolis trium millium ferme & ipſi expleuerunt numerum.Armauerat contraxeratq.eos Didas Paeon,qui adoleſcentem Demetrium occiderat. Et armatorum duo millia Gallorum erant praefecto Aſclepiodoto. Ab Heraclea ex Sintijs tria millia Thracũ liberorum ſuum ducem habebant.Cretenſium par paene numerus ſuos duces ſequebatur,Suſum Phalaſarnaeum,& Syllũ Gnoſiũ. Et Leonides Lacedaemonius quingentis ex Graecia,miſto gene-

D ri hominum,praeerat.Regij is generis ferebatur,exſul dãnatus frequenti conſilio Achaeorum litteris ad Perſea deprehenſis. Aetolorum & Boeototum,qui non explebãt plus, quã quingẽtorum omnes numerũ,Lyco Achaeus praefectus erat. Ex his mixtis tot populorũ, tot gẽtium auxilijs, duodecim millia armatorũ ferme efficiebantur. Equitum ex tota Macedonia cõtraxerat III millia.Venerat eodem Cotys Seuthae filius rex gentis Odryſarum, cum ∞ delectis equitibus,pari ferme peditum numero. Summa totius exercitus XXXIX millia peditũ erãt,quattuor equitũ.Satis cõſtabat,ſecundũ exercitũ eum,quẽ Magnus Alexander in Aſiã trãiecit,numquã ullius Macedonum regis copias tantas fuiſſe. Tertius & uiceſimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat:per id omne tẽpus quieta Macedonia & progeniẽ ediderat,cuius magna pars matura militiae eſſet, & leuibus bellis Thracum accolarum,quae exercerent magis, quam fatigarent, ſub aſſidua tamẽ militia

E fuerat: & diu meditatum Philippo primo, deinde Perſi Romanum bellum, omnia ut inſtructa parataq.eſſent,effecerat.Mota parumper acies,non iuſto decurſu tamen,ne ſtetiſſe tantum in armis uiderentur:armatoſq.ſicut erant, ad concionem uocauit. Ipſe conſtitit in tribunali,circa ſe habens filios duos, quorum maior Philippus natura frater, adoptione filius:minor,quem Alexãdrum uocabant,naturalis erat. Cohortatus eſt milites ad bellum, iniuriam populi R.in patrem ſeq. cõmemorauit. Illum omnibus indignitatibus cõpulſum ad rebellãdum, inter apparatum belli fato oppreſſum:ad ſe ſimul legatos,ſimul milites ad occupãdas Graeciae urbes miſſos. Fallaci deinde colloquio per ſpeciẽ reconciliandae pacis extractam hiemem,ut tempus ad comparandum haberent. Cõſulem nunc uenire cum duabus legionibus Romanis,quae trecenos equites habeãt, & pari ferme numero ſociorũ

peditum

peditum equitumq. eo ut accedant regũ auxilia Eumenis & Maſſaniſſae,non plus VII mil- F
lia peditum, II equitum futura. Auditis hoſtiũ copijs,reſpicerent ſuum ipſi exercitũ,quan
tum numero,quantum genere militum praeſtarent, tironibus raptim ad id bellum cõſcri-
ptis,ipſi a pueris eruditi artibus militiae,tot ſubacti,atq.durati bellis. Auxilia Romanis Ly
dos,& Phrygas & Numidas eſſe: ſibi Thracas Galloſq.,ferociſſimas gentium. Arma illos
habere ea, quae ſibi quiſque parauerit pauper miles: Macedonas prõpta ex regio appara-
tu,per tot annos patris ſui cura & impenſa facta. Cõmeatum illis cum procul, tum omnib.
ſub caſibus maritimis fore: ſe & pecuniam & frumẽtum,praeter redditus metallorũ, in de
cem annos ſepoſuiſſe. Omnia,quae deorũ indulgentia,quae regia cura praeparãda fuerãt,
plena cumulataq. habere Macedonas: animum habendum eſſe, quem habuerint maiores
eorum, qui Europa omni domita tranſgreſſi in Aſiam, incognitum fama aperuerint armis
orbem terrarum: nec ante uincere deſierint,quam rubro mari incluſis, quod uincerent,de G
fuerit. At hercule nunc nõ de ultimis Indiae oris,ſed de ipſius Macedoniae poſſeſſione cer
tamen fortunam indixiſſe.Cum patre ſuo gerentes bellum Romanos,ſpecioſum Graeciae
liberandae tuliſſe titulum: nunc propalã Macedoniam in ſeruitutem petere,ne rex uicinus
imperio ſit Romano,ne gens bello nobilis arma habeat.Haec enim tradẽda ſuperbis domi
nis eſſe cum rege regnoq.,ſi abſiſtere bello,& facere imperata uelint.Cum per omnẽ ora-
tionem ſatis frequenti aſſenſu ſucclamatum eſſet,tũ uero ea uociferatio ſimul indignantiũ
minitantiumq.,partim iubentium bonum animum habere regẽ,exorta eſt,ut finem dicen-
di faceret, tantum iuſſis ad iter parari: iam enim dici,mouere caſtra ab Nymphaeo Roma-
nos.Concione dimiſſa ad audiendas legationes ciuitatum Macedoniae ſe contulit. Vene
rant autem ad pecunias pro facultatibus quaeque ſuis, & frumentũ pollicendum ad bellũ.
Omnibus gratiae actae,remiſſum omnibus: ſatis regios apparatus ad ea dictũ ſufficere: ue H
hicula tantum imperata,ut tormenta,telorumq. miſſilium ingentẽ uim praeparatam, belli
cumq. aliud inſtrumentum ueherent. Profectus inde toto exercitu Heordaeam petens,ad
Begorritem,quem uocant lacum poſitis caſtris, poſtero die in Elimaeã ad Haliacmona flu
uium proceſſit. Deinde ſaltu anguſto ſuperatis montibus,quos Cambunios uocant,deſcẽ-
dit ad (Tripolim uocant) Azorum, Pithium,& Dolichen incolentes. Haec tria opida paul-
liſper cunctata,quia obſides Lariſſaeis dederant, uicta tamen praeſenti metu in deditionẽ
conceſſerunt. Benigne his appellatis,haud dubius Perraebos quoque idem facturos, urbẽ
nihil cunctatis,qui incolebant,primo aduẽtu recipit. Cyretias oppugnare conatus,primo
etiam die acri concurſu ad portas armatorũ eſt repulſus: poſtero die omnibus copijs ador
tus,in deditionem omnes ante noctem accepit.Mylae proximum opidum,ita munitum,ut
inexſuperabilis munimenti ſpes incolas ferociores faceret, non portas claudere regi ſatis I
habuerunt: ſed probris quoque in ipſum Macedonaſq.procacibus iaculati ſunt. Quae res
cum infeſtiorem hoſtem ad oppugnandum feciſſet,ipſos deſperatione ueniae ad tuendos
ſeſe acrius accendit. Itaque per triduum ingentibus utrimque animis & oppugnatae ſunt,
& defenſae. Multitudo Macedonum ad ſubeundũ inuicẽ proelium haud difficulter ſucce-
debat: opidanos diem noctem eoſdem tuentes moenia,non uulnera modo,ſed ẽt uigiliae
& continens labor conficiebat.Quarto die cum & ſcalae undique ad muros erigerentur,&
porta ui maiore oppugnaretur, opidani depulſi muris ad portam tuendam concurrũt,eru-
ptionemq. repentinã in hoſtes faciunt: quae cũ irae magis inconſultae,quã uerae fiduciae
uirium eſſet,pauci & feſſi ab integris pulſi terga dederunt, fugienteſq. per patentem portã
hoſtes acceperũt.Ita capta urbs,ac direpta eſt:libera quoque corpora,quae caedibus ſuper
fuerunt,uenũdata. Diruto magna ex parte & incenſo opido,profectus ad Phalannam ca- K
ſtra mouit: inde poſtero die Gyrtonem peruenit.Quo cum T.Minucium Rufum & Hippiã
Theſſalorum praetores cum praeſidio intraſſe accepiſſet, ne tentata quidem oppugnatio-
ne praetergreſſus,Elatiã & Gonnũ,perculſis inopinato aduentu opidanis,recepit. Vtraque
opida in faucibus ſunt, quae Tempe adeunt, magis Gonnus: itaq. & firmiore id praeſidio
tutum equitum peditumq.,ad hoc foſſa triplici uallo munitum reliquit. Ipſe ad Sycurium
progreſſus, opperiri ibi hoſtium aduentum ſtatuit: ſimul & frumentari paſſim exercitũ iu-
bet in ſubiecto hoſtium agro. Namq. Sycurium eſt ſub radicibus Oſſae montis:qua in meri
diem uergit, ſubiectos habet Theſſaliae campos,ab tergo Macedoniam, atque Magneſiã.
Ad has opportunitates accedit ſumma ſalubritas & copia, pluribus circumiectis fontibus

A perennium aquarum. conſul Romanus per eoſdem dies Theſſaliam cum exercitu petens,
iter expeditum primo per Epirum habuit:deinde poſtquam in Athamaniam eſt tranſgreſ-
ſus,aſperi ac prope inuij ſoli, cum ingenti difficultate paruis itinerib. aegre Gomphos per
uenit: cui ſi uexatis hominibus equiſq. tironem exercitum ducenti acie inſtructa & loco
ſuo & tempore obſtitiſſet rex,ne Romani quidem abnuunt magna ſua cum clade fuiſſe pu
gnaturos.Poſtquam Gomphos ſine certamine uentum eſt, praeter gaudium periculoſi ſal
tus ſuperati, contemptus quoque hoſtium adeo ignorantium opportunitates ſuas acceſ-
ſit.Sacrificio rite perfecto conſul & frumento dato militibus,paucos ad requiem iumento
rum hominumq.moratus dies,cum audiret uagari Macedonas effuſos per Theſſaliam, ua
ſtariq.ſociorum agros,ſatis iam refectum militem ad Lariſſam ducit.Inde cum III millia
ferme abeſſet a Tripoli,(Scaeam uocant)ſuper Peneũ amnem poſuit caſtra. Per idem tem
B pus Eumenes ad Chalcidem nauibus acceſſit cum Attalo,atq. Athenaeo fratribus, Phile-
taero fratre relicto Pergami ad tutelam regni.inde cum Attalo & quattuor millibus pedi-
tum,mille equitum ad conſulem uenit. Chalcide relicta duo millia peditum,quib. Athe-
naeus praepoſitus.Et alia eodem auxilia Romanis ex omnibus undique Graeciae populis
conuenerunt,quorum pleraque(adeo parua erant)in obliuionem adducta. Apolloniatae
CCC equites,centum pedites miſerunt.Aetolorum alae unius inſtar,quantum in tota gẽ
te equitum erat,uenerant.& Theſſalorum omnis equitatus ſeparatus erat. non plus quam
CCC erant equites in caſtris Romanis. Achaei iuuentutis ſuae,Cretico maxime armatu,
ad mille dederunt.Sub idem tempus & C.Lucretius praetor, qui nauibus praeerat ad Ce-
phalleniam, M.Lucretio fratre cum claſſe ſuper Maleam Chalcidem iuſſo petere,ipſe tri-
remem conſcendit,ſinum Corinthium petens ad praeoccupandas in Boeotia res. tardior
C ei nauigatio propter infirmitatem corporis fuit. M. Lucretius Chalcidem adueniens,cum
a P.Lentulo Haliartum oppugnari audiſſet, nuncium praetoris uerbis, qui abſcedere eum
inde iuberet,miſit. Boeotorum iuuentute,quae pars cum Romanis ſtabat,eam rem aggreſ
ſus legatus a moenibus abſceſſit. Haec ſoluta obſidio locum alteri nouae obſidioni dedit:
namq.extemplo M. Lucretius cum exercitu nauali X millib.armatorum,ad hoc duob.mil
libus regiorum,qui ſub Athenaeo erant,Haliartum circumſedit:patrantibuſq. iã oppugna
te ſuperuenit a Creuſa praetor. Ad idem fere tempus & ab ſocijs naues Chalcidem cõue-
nerunt:duae Punicae quinqueremes,duae ab Heraclea ex Ponto triremes,quattuor Chal
cedone,totidem Samo,tum quinque Rhodiae quadriremes. praetor, quia nuſquam erat
maritimum bellum,remiſit ſocijs.& Q.Marcius Chalcidẽ nauib. uenit,Halope capta,La-
riſſa,quae Cremaſte dicitur,oppugnata. Cum hic ſtatus in Boeotia eſſet,Perſeus cum ad
D Sycurium(ſicut ante dictum eſt)ſtatiua haberet,frumento undiq. circa ex agris conuecto,
ad uaſtandum agrum Pheraeorum miſit:ratus ad iuuandas ſociorum urbes,longius ab ca-
ſtris abſtractos deprendi Romanos poſſe. Quos cum eo tumultu nihil motos animaduer-
tiſſet,praedam quidem praeterquam hoĩum(pecora autem maxime oĩs generis fuere)di-
uiſit ad epulandum militibus.Sub idem deinde tempus cõcilium & cõſul & rex habuerunt,
unde bellum ordirentur.Regis creuerunt animi uaſtatione cõceſſa ſibi ab hoſte Pheraei a-
gri.Itaq.eundum inde ad caſtra,nec dandum ultra ſpatium cunctandi cenſebat. & Romani
cenſebant cunctationem ſuam infamem apud ſocios eſſe,maximopere indigne ferẽtes nõ
latã Pheraeis opem.cõſultantib.quid agerent, (aderant autem Eumenes & Attalus in cõ-
cilio)trepidus nuncius affert,hoſtem magno agmine adeſſe.Cõcilio dimiſſo,ſignum extẽ
plo datur,ut arma capiant. Interim placet ex regijs auxilijs C equites & parem numerum
iaculatorum peditum exire.Perſeus hora ferme diei quarta cũ paullo plus mille paſſus ab-
E eſſet a caſtris Romanis,cõſiſtere ſigna peditum iuſſit: praegreſſus ipſe cum equitib.ac leui
armatura,& Cotys cum eo duceſq.aliorum auxiliorum praeceſſerunt. Minus quingentos
paſſus ab caſtris aberant,cum in cõſpectu fuere hoſtiũ equites. duae alae erant magna ex
parte Gallorum: Caſſignatus praeerat:& leuis armaturae C fere & L. Myſi aut Cretenſes.
Conſtitit rex,incertus quantum eſſet hoſtium. Duas inde ex agmine turmas Thracũ,duas
Macedonum,cum binis Cretenſium cohortib.& Thracum miſit.Proelium,cum pares nu-
mero eſſent,neque ab hac aut illa parte noua auxilia ſubuenirent,incerta uictoria finitum
eſt.Eumenis ferme XXX interfecti: inter quos Caſſignatus dux Gallorum cecidit.& tunc
quidem Perſeus ad Sycurium copias reduxit:poſtero. die circa eandem horam in eundem

locũ rex copias admouit, plauſtris cum aqua ſequẽtibus:nam duodecim millium paſſuum F
uia oĩs ſine aqua plurimi & pulueris erat:affectoſq.ſiti,ſi primo in cõſpectu dimicaſſent,pu
gnaturos fuiſſe apparebat. Cũ Romani quieſſent,ſtationib. ẽt intra uallum reductis, regij
quoque in caſtra redeunt. Hoc per aliquot dies fecerunt,ſperãtes fore ut Romani equites
abeuntium nouiſſimum agmen aggrederentur:inde certamine orto, cum longius a caſtris
eos elicuiſſẽt,facile,ubi eſſent,ſe,qui equitatu & leui armatura plus poſſent, conuerſuros
aciem. Poſtquã inceptum nõ ſuccedebat,caſtra propius hoſtẽ mouit rex,& a quinque mil
libus paſſuum cõmunijt. Inde luce prima in eodẽ, quo ſolebat, loco peditũ acie inſtructa,
equitatum oẽm leuemq.armaturã ad caſtra hoſtium ducit. Viſus & plurium & propior ſo-
lito puluis trepidationem in caſtris Romanis fecit:& primo uix creditũ nunciatũ eſt,quia
prioribus cõtinuis dieb.numquam ante horam quartam hoſtis apparuerat,tum ſolis ortus
erat. Deinde ut plurium clamore & curſu a portis dubitatio exempta eſt,tumultus ingens G
oboritur. tribuni praefectiq. & centuriones in praetorium, miles ad ſua quiſque tentoria
diſcurrit. Minus quingentos paſſus a uallo inſtruxerat Perſeus ſuos,circa tumulum, quem
Calicinum uocant. Laeuo cornu Corys rex praeerat cum oĩb. ſuae gentis, equitum ordi-
nes leuis armatura interpoſita diſtinguebat. In dextro cornu Macedones erant equites,in
termixti turmis eorum Cretenſes. Huic armaturae Milo Berroeaeus, equitib. & ſummae
parti eius Meno Antigonenſis praeerat. Proximi cornib.cõſtiterant regij equites,& mixtũ
genus,delecta plurium gentium auxilia: Patrocles Antigonenſis his, & Paeoniae praefe-
ctus Didas,erant praepoſiti. Medius oĩm rex erat:circa eum agema quod uocant,equitũq.
ſacrae alae.ante ſe ſtatuit funditores iaculatoreſq. quadringentorum manus utraq.nume-
rum expleuerat. Ionem Theſſalonicenſem & Timanora Dolopen ijs praefecit. Sic regij cõ
ſtiterant. cõſul intra uallum peditum acie inſtructa,& ipſe equitatum oẽm cum leui arma- H
tura emiſit.pro uallo inſtructi ſunt. Dextro cornu praepoſitus C. Licinius Craſſus cõſulis
frater,cum omni Italico equitatu,uelitib.intermixtis:ſiniſtro M. Valerius Laeuinus ſocio-
rum ex Graecis populis equites habebat,eiuſdẽ gentis leuem armaturam. Mediam autem
aciem cum delectis equitib.extraordinariis tenebat Q. Mucius. CC equites Galli ante ſi-
gna horum inſtructi,& de auxiliis Eumenis Cyrtiorum gentis CCC. Theſſali CD equites
paruo interuallo ſuper laeuum cornu locati. Eumenes rex Attaluſq. cum oĩ manu ſua ab
tergo inter poſtremã aciẽ ac uallum ſteterunt. In hunc modũ maxime inſtructae acies,par
ferme utrimq. numerus equitum ac leuis armaturae cõcurrũt,a funditorib. iaculatoribuſq.
qui praeceſſerunt,proelio orto. Primi oĩm Thraces haud ſecus,quam diu clauſtris retẽtae
ferae,cõcitati cum ingenti clamore in dextrum cornu Italicos equites incurrerunt, ut uſu
belli & ingenio impauida gens turbaretur. * gladiis haſtas petere,pedites nunc ſuccidere I
crura equis,nunc ilia ſuffodere. Perſeus in mediã inuectus aciẽ, Graecos primo impetu a-
uertit: quib.cum grauis ab tergo inſtaret hoſtis; Theſſalorum equitatus,qui a laeuo cornu
breui ſpatio diſiunctus in ſubſidiis fuerat,extra cõcurſum primo ſpectator certaminis,de-
inde inclinata re maximo uſui fuit. Cedentes enim ſenſim integris ordinibus,poſtquam ſe
Eumenis auxiliis adiunxerunt, & cum eo tutum inter ordines ſuos receptum ſociis fuga
diſſipatis dabant:& cum minus cõferti hoſtes inſtarẽt progredi ẽt auſi,multos fugientium
obuios exceperunt. Nec regii ſparſi iã ipſi paſſim ſequendo,cum ordinatis & certo inceden
tib. gradu manus cõferre audebant:cum uictor equeſtri proelio rex paruo momento,ſi ad
iuuiſſet,debellaturus eſſet. opportune adhortanti ſuperuenit phalanx, quã ſua ſpõte,ne au
daci coepto deeſsent,Hippias & Leonatus raptim adduxerant,poſtquã proſpere pugnaſſe
equitem acceperunt. Fluctuante rege inter ſpem metumq.tantae rei conandae, Cretenſis K
Euander,quo miniſtro Delphis ad inſidias Eumenis regis uſus erat, poſtquam agmen im-
peditum uenientium ſub ſignis uidit,ad regem accurrit, & monere inſtitit,ne elatus felici-
tate ſummam rerum temere in nõ neceſſariam aleam daret. Si cõtentus bene re geſta qui-
eſſet eo die,uel pacis honeſtae condicionem habiturum,uel plurimos belli ſocios, qui for
tunam ſequerentur,ſi bellare mallet. In hoc conſilium pronior erat animus regis. Itaq. col-
laudato Euandro,ſigna referri,peditumq. agmen redire in caſtra iubet,equitibus receptui
canere. cecidere eo die ab Romanis CC equites,II millia haud minus peditum,capti fer-
me CC equites: ex regiis autem X X equites, X L pedites interfecti. Poſtquam rediere
in caſtra uictores, omnes quidem laeti, ante alios Thracum inſolens laetitia eminebat.

cum

A cum caſſu enim ſuperfixa capita hoſtiũ portantes redierunt. Apud Romanos non mæſtitia tantũ ex male geſta re, ſed pauor etiam erat, ne extemplo caſtra hoſtis aggrederetur. Eumenes ſuadere, ut trans Peneũ transferret caſtra, ut pro munimento amnẽ haberet, dũ perculſi milites animos colligerent. conſul moueri flagitio timoris fatendi: uictus tamẽ ratione, ſilentio noctis tranſductis copijs, caſtra in ulteriore ripa cõmunit. Rex poſtero die ad laceſſendos prœlio hoſtes progreſſus, poſtquam trans amnẽ in tuto poſita caſtra animaduertit, fatebatur quidẽ peccatum, quod pridie nõ inſtitiſſet uictis: ſed aliquanto maiorem culpam eſſe, quod nocte foret ceſſatum. nã ut neminẽ alium ſuorum moueret, leui armatura immiſſa, trepidantium in tranſitu fluminis hoſtium deleri magna ex parte copias potuiſſe. Romanis quidem praeſens pauor dẽptus erat, in tuto caſtra habẽtibus. damnum inter cetera praecipuae famae mouebat. & in conſilio apud conſulẽ pro ſe quiſque in Aetolos conferebant cauſſam: ab ijs fugae terroriſq. principium ortum: ſecutos pauorẽ Aetolorum & B ceteros ſocios Graecorum populorũ. quinque principes Aetolorum primi terga uertẽtes cõſpecti dicebãtur. Theſſali pro concione laudati, duceſq. eorum etiã uirtutis cauſſã donati. Ad regẽ ſpolia caeſorum hoſtium referebãtur: dona ex his alijs arma inſignia, alijs equos, quibuſdã captiuos dono dabat. Scuta erant ſupra ∞ D, loricae thoraceſq. ∞ amplius ſummã explebant: galearum gladiorumq. & miſſiliũ omnis generis maior aliquanto numerus. Haec per ſe ampla, pleraq. multiplicata uerbis regis, quae ad concionẽ uocato exercitu habuit. Praeiudicatum euentum belli habetis: meliorẽ partem hoſtium, equitatum Romanũ, quo inuictos ſe eſse gloriabantur, fudiſtis. equites enim illis principes iuuentutis, equites ſeminarium ſenatus: inde lectos in patrum numerum cõſules, inde imperatores creant. horum ſpolia paullo ante diuiſimus inter uos. Nec minorẽ de legionib. peditum uictoriã habetis, quae nocturna fuga uobis ſubtractae, naufragorum trepidatione paſſim natãtium flu-
C men cõpleuerunt. Sed facilius nobis ſequẽtib. uictos Peneum ſuperare erit, quã illis trepidãtibus fuit: tranſgreſſiq. extemplo caſtra oppugnabimus, quae hodie cepiſsemus, ni fugiſſent. aut ſi acie decernere uolent, eundem pugnae pedeſtris euentum exſpectate, qui equitum in certamine fuerit. Et qui uicerãt, alacres ſpolia caeſorũ hoſtium humeris gerentes ante ora ſua, audiuere ex eo quod acciperat, ſpem futuri praecipiẽtes: & pedites aliena gloria accenſi, praecipue qui in Macedonum phalãgitis erãt, ſibi quoque & nouãdae regi operae, & ſimilem gloriã ex hoſte pariendi occaſionem optabãt. Cõcione dimiſſa, poſtero die profectus inde ad Mopſium poſuit caſtra. tumulus hic inter Tempe & Lariſsã medius eſt. Romani nõ abſcedentes ab ripa Penei, trãſtulerunt in locũ tutiorem caſtra. Eo Miſagenes Numida uenit cum ∞ equitibus, pari peditum numero, ad hoc elephãtis duob. & XX. Per eos dies cõſilium habenti regi de ſumma, cum iã conſediſset ferocia ab re bene geſta, auſi
D ſunt quidã amicorum cõſilium dare, ut ſecunda fortuna in cõdicione honeſtae pacis uteretur potius, quã ſpe uana euectus in caſum irreuocabilem ſe daret. Modum imponere ſecundis rebus, nec nimis credere ſerenitati praeſentis fortunae, prudentis hoïs & merito felicis eſse. Mitteret ad conſulem, qui foedus in eaſdem leges renouarent, quib. Philippus pater eius pacem a T. Quinctio uictore accepiſset. neque finiri bellum magnificẽtius, quã a tam memorabili pugna: neque ſpem firmiorem pacis perpetuo dari, quã quae perculſos aduerſo prœlio Romanos molliores factura ſit ad paciſcẽdum. Quod ſi Romani tum quoque inſita pertinacia aequa aſpernarentur, deos homineſq. & moderationis Perſei, & illorum pertinacis ſuperbiae futuros teſtes. Numquã ab talibus cõſilijs abhorrebat regis animus. itaq. plurium aſsenſu cõprobata eſt ſententia. Legati ad conſulem miſſi, adhibito frequenti conſilio auditi ſunt. Pacem petere, uectigal quãtum Philippus pactus eſset, daturum Perſea Ro-
E manis pollicentes: urbibus agris locisq. quibus Philippus ceſſiſset, ceſsurũ Perſeum. Haec legati. Summotis his cum conſultarent, Romana conſtantia uicit in conſilio. Ita tum mos erat, in aduerſis uultum ſecundae fortunae gerere, moderari animos in ſecundis. Reſponderi placuit ita pacem dari, ſi de ſumma rerum liberum ſenatui permittat rex de ſe, deq. uniuerſa Macedonia ſtatuendi ius. Haec cũ renunciaſsent legati, miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum eſse: & plerique uetare amplius mentionem pacis facere. ultro mox quaeſituros, quod oblatum faſtidiant. Perſeus hanc ipſam ſuperbiam, quippe ex fiducia uirium eſse, timere: & ſummam pecuniae augens, ſi pretio pacem emere poſset, nõ deſtitit animum conſulis tentare. Poſtquam nihil ex eo, quod primo reſponderat, mutabat: deſperata pace ad Sycurium, unde profectus erat, redijt, belli caſum de integro tentaturus. Fa-

ma equeſtris pugnae uulgata per Graeciã,nudauit uoluntates hoĩum. nõ enim ſolum,qui F
partis Macedonum erant,ſed plerique ingentib. Romanorum obligati beneficijs, quidam uim ſuperbiãq.experti,laeti eã famam accepere : non ob aliã cauſſam,quam prauo ſtudio, quo ẽt in certaminib.ludicris uulgus utitur,deteriori,atq.infirmiori fauendo. Eodem tempore in Boeotia ſumma ui Haliartum Lucretius praetor oppugnarat. & quamquã nec habebãt externa auxilia obſeſſi,praeter Coronaeorũ iuniores, qui prima obſidione moenia intrauerãt : neque ſperabant:tamen ipſi animis magis quam uiribus reſiſtebãt.Nam & eruptiones in opera crebro faciebãt,& arietẽ admotum, libramento plumbi grauatũ ad terrã urgebãt:& ſi qua declinarẽt,qui agebant ictum,pro diruto muro nouũ tumultuario opere, raptim ex ipſa ruinae ſtrage cõgeſtis ſaxis exſtruebãt. Cũ operib.oppugnatio lẽtior eſſet, ſcalas per manipulos diuidi praetor iuſſit,ut corona undiq. moenia aggreſſurus:eo magis ſuffecturã ad id multitudinẽ ratus,quod,qua parte palus urbẽ cingit, nec attinebat oppu- G
gnari,nec poterat. Ipſe ab ea parte, qua duae turres,quodq.inter eas muri prorutũ fuerat, duo millia militũ delectorũ admouit;ut eodẽ tẽpore,quo ipſe trãſcendere ruinas conaretur,cõcurſu aduerſus ſe opidanorũ facto,ſcalis uacua defenſorib.moenia capi parte aliqua poſſent.Haud ſegniter opidani uim eius arcere parãt. Nã ſuper ſtratum ruinis locum faſcibus aridis ſarmentorum iniectis, ſtãtes cum ardentib. facibus accẽſuros ea ſe ſaepe minabantur,ut incẽdio interſaepti ab hoſte ſpatium ad obijciendum interiorem murum haberent.quod inceptum eorum fors impedijt.Nã tantus repẽte effuſus eſt imber,ut nec accẽdi facile pateretur,& exſtingueret accẽſa. Itaq. & tranſitus per diſtracta fumantia uirgulta patuit,& in unius loci praeſidium oĩbus uerſis, moenia quoque plurib. ſimul partib. ſcalis capiuntur. In primo tumultu captae urbis ſeniores impubeſq.,quos caſus obuios obtulit, paſſim caeſi : armati in arcẽ cõfugerunt : & poſtero die cum ſpei nihil ſupereſſet,deditione H
facta ſub corona uenierunt.fuerunt autẽ ∞∞ ferme & D.ornamenta urbis,ſtatuae & tabulae pictae,& quidquid pretioſae praedae fuit,ad naues delatum.urbs diruta a fundamẽtis. Inde Thebas ductus exercitus:quib.ſine certamine receptis,urbẽ tradidit exſulibus, & qui Romanorum partis erant:aduerſae factionis hominum, fautorumq. regis ac Macedonum familias ſub corona uendidit.His geſtis in Boeotia, ad mare ac naues redijt. Cum haec in Boeotia gererẽtur,Perſeus ad Sycuriũ ſtatiua dierum aliquot habuit.Vbi cum audiſſet,raptim Romanos circa ex agris demeſſum frumẽtum cõuehere,deinde ante ſua quẽq. tentoria ſpicas falcib.deſecantẽ,quo purius frumẽtum tereret, ingentes aceruos per tota caſtra ſtramentorum feciſſe : ratus incẽdio opportuna eſſe,faces taedáq.& malleolos ſtuppae illitos pice parari iubet : atq. ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret, nequidquã tẽtauit. nã primae ſtationes,oppreſſae tumultu ac terrore ſuo ceteros exciuerũt: I
ſignumq. datũ eſt arma extẽplo capiẽdi, ſimulq.in uallo ad portas miles inſtructus erat, & intentus propugnationi caſtrorum. Perſeus & extemplo circumegit aciem,& prima impedimenta ire,deinde peditũ ſigna ferri iuſſit.ipſe cũ equitatu & leui armatura ſubſtitit ad agmen cogendum,ratus id quod accidit, inſecuturos ad extrema ab tergo carpenda hoſtes. Breue certamẽ leuis armaturae maxime cum procurſatorib.fuit,equites pediteſq.ſine tumultu in caſtra redierunt. Demeſſis circa ſegetibus,Romani ad Crãnonium intactum agrũ caſtra mouent.Ibi cum ſecuri,& propter caſtrorum longinquitatẽ & uiae inopis aquarum difficultatẽ,quae inter Sycuriũ & Crãnona eſt,ſtatiua haberent,repẽte prima luce in imminẽtib.tumulis equitatus regius cum leui armatura uiſus ingentẽ tumultũ fecit. Pridie per K
meridiẽ profecti ab Sycurio erant. peditum agmen ſub lucem reliquerãt in proxima planicie.Stetit paulliſper in tumulis,elici poſſe ratus ad equeſtre certamen Romanos.qui poſtquã nihil mouebant,equitẽ mittit, qui pedites referre ad Sycuriũ ſigna iuberet, ipſe mox inſecutus. Romani equites modico interuallo ſequentes,ſicubi ſparſos ac diſſipatos inuadere poſſent,poſtquam confertos abire ſigna, atque ordines ſeruantes uiderunt, & ipſi in caſtra redeunt.Inde offenſus longinquitate itineris rex ad Mopſium caſtra mouit. & Romani demeſſis Crannonis ſegetibus in Phalannaeum agrum tranſeunt. ibi cum ex transfuga cognoſſet rex ſine ullo armato praeſidio paſſim uagantes per agros Romanos metere, cũ ∞ equitibus, duobus millibus Thracum & Cretenſium profectus, cum quantum accelerare poterat, effuſo agmine iſſent,improuiſo aggreſſus eſt Romanos.iuncta uehicula,pleraque onuſta,mille admodum capiuntur,DC ferme homines. Praedã cuſtodiendam ducẽdamq.in caſtra CCC Cretẽſiũ dedit.ipſe reuocato ab effuſa caede equite & reliquis peditum,

A ditum,ducit ad proximum praeſidium,ratus haud magno certamine opprimi poſſe. L. Pō peius tribunus mil. praeerat,qui perculſos milites repentino hoſtium aduentu, in propinquum tumulum recepit,loci ſe praeſidio,quia numero & uiribus impar erat,defenſurus. Ibi cum in orbem milites coegiſſet,ut denſatis ſcutis ab iactu ſagittarum & iaculorum ſeſe tuerentur, Perſeus,circumdato armatis tumulo, alios adſcenſum undique tētare iubet, & cōminus proelium conſerere,alios eminus tela ingerere. Anceps Romanos terror circū ſtabat:nam neque cōferti pugnare,propter eos,qui adſcendere in tumulū conabantur, poterant: & ubi ordines procurſando ſoluiſſent,patebant iaculis ſagittiſue.maxime ceſtroſphendonis uulnerabantur.hoc in illo bello nouum genus teli inuentum eſt.Bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum erat,craſſitudine digiti.huic ad libramen pinnae tres,uelut ſagittis ſolent, circumdabantur:funda media,duo ſunalia imparia habebat,cum maiori

B ſinu libratum funditor habena rotaret,excuſſum uelut glans emicabat.Cum & hoc & alio omni genere telorum,pars uulnerata militum eſſet, nec facile iam arma feſſi ſuſtinerēt:inſtare rex ut dederent ſe,fidem dare,praemia interdum polliceri:nec cuiuſquam ad deditionem flectebatur animus,cum ex inſperato iam obſtinatis mori ſpes affulſit. Nā cum ex frumentatoribus refugientes quidam in caſtra nunciaſſent conſuli circumſideri praeſidium: motus periculo tot ciuium(nā DCCC ferme & omnes Romani erant) cum equitatu ac leui armatura(acceſſerant noua auxilia Numidae pedites equiteſq.& elephanti)caſtris egreditur:& tribunis mil.imperat,ut legionum ſigna ſequantur. Ipſe uelitibus ad firmanda leuium armatorum auxilia adiectis,ad tumulum praecedit.Cōſulis latera tegunt,Eumenes, Attalus,& Miſagenes regulus Numidarum. Cum in conſpectu prima ſigna ſuorū circumſeſſis fuerunt,Romanis quidem ab ultima deſperatione recreatus eſt animus. Perſeus,cui

C primum omnium fuerat,ut contentus fortuito ſucceſſu, captis aliquot frumentatorib.occiſiſq.,non tereret tempus in obſidione praeſidij:ſecundum,ea quoque tētata utcumq., cū ſciret nihil roboris ſecum eſſe, dum liceret intacto abire, & ipſe hoſtium aduentum elatus ſucceſſu manſit,& qui phalangem accerſerent,propere miſit:qua & ſerius quam res poſtulabat,& raptim acta,turbati curſu aduerſus inſtructos & praeparatos erant aduenturi. conſul anteueniens,extemplo proelium conſeruit.Primo [illegible] Macedones,deinde ut nulla re pares erant,amiſſis CCC peditibus, XXIV primoribus equitum ex ala,quam Sacram uocant,inter quos Antimachus etiam praefectus alae cecidit,abire conātur.Ceterum iter prope ipſo proelio tumultuoſius fuit. Phalanx abs trepido nuncio accita cum raptim duceretur,primo in anguſtijs captiuorum agmini oblata,uehiculiſq. frumento onuſtis: ijs caeſis, ingens ibi uexatio partis utriuſque fuit, nullo exſpectante utcumque explicaretur ag-

D men:ſed armatis detrudentibus per praeceps impedimenta (neque enim aliter uia aperiri poterat)iumentis cum ſtimularentur in turba ſaeuientibus.Vix ab incōdito agmine captiuorum expedierant ſeſe,cum regio agmini perculſiſq.equitib.occurrunt. Ibi uero clamor iubentium referre ſigna,ruinae quoque prope ſimilem trepidationem fecit:ut ſi hoſtes introire anguſtias auſi longius inſecuti eſſent,magna clades accipi potuerit. conſul, recepto ex tumulo praeſidio,contentus modico ſucceſſu,in caſtra copias reduxit. Sunt qui eo die magno proelio pugnatū auctores ſint,IIX millia hoſtium caeſa,in his Sopatrum & Antipatrū regios duces: uiuos captos circiter ∞ ∞ DCCC.Signa militaria capta XXVII.nec incruentā uictoriā fuiſſe: ſupra quattuor millia & CCC de exercitu conſulis cecidiſſe,ſigna ſiniſtrae alae quinque amiſſa. Hic dies & Romanis refecit aīos, & Perſea perculit,ut dies paucos ad Mopſiū moratus ſepulturae maxime militū amiſſorū cura, praeſidio ſatis uali-

E do ad Goanū relicto,in Macedoniā reciperet copias.Timotheū quēdā ex regijs praefectis cū modica manu relinquit ad Philā,iuſſum Magnetas & propinquos tētare.Cum Pellā ueniſſet,exercitu in hiberna dimiſſo,ipſe cū Cotye Theſſalonicā eſt profectus. Eo fama affertur,Atleſbim regulū Thracū & Corragū Eumenis praefectū,in Cotyis fines impetū feciſſe,& regionē Marenē,quam uocant,cepiſſe.itaque dimittendum Cotyn ad ſua tuenda ratus,magnis proficiſcentem donis proſequitur. Ducenta talenta,ſemeſtre ſtipendium equitatui numerat,cum primo annuum dare conſtituiſſet.Conſul poſtquam profectum Perſea audiuit, ad Gonnum caſtra mouet, ſi potiri opido poſſet. ante ipſa Tempe in faucibus ſitum, Macedoniae clauſtra tutiſſima praebet, & in Theſſaliam opportunum Macedonibus decurſum.Cum & loco & praeſidio ualido inexpugnabilis res eſſet,abſtitit incepto.In Perraebiam flexis itineribus, Malloea primo impetu capta ac direpta,Tripoli aliaq. Perraebia

recepta, Lariſſam redijt: inde Eumene, atq. Attalo domum remiſſis, Miſagenē Numidaſq. F
in hiberna in proximis Theſſalis urbibus diſtribuit, & partem exercitus ita per totā Theſſa-
liam diuiſit, ut & hiberna commoda omnes haberent, & praeſidio urbibus eſſent. Q. Mu-
cium legatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam miſit. Graecarum ciuita-
tum ſocios omnes praeter Achaeos dimiſit. cum exercitus parte profectus in Achaiā Ph-
thiotim, Pteleum deſertum fuga opidanorum diruit a fundamentis. Antrona uoluntate co
lentium recepit. Ad Lariſſam deinde exercitum admouit. urbs deſerta erat: in arcē omnis
multitudo conceſſerat: eam oppugnare aggreditur. Primi omnium Macedones regiū prae
ſidium metu exceſſerant: a quibus relicti opidani, in deditionem extemplo ueniunt. Dubi
tari inde, utrum Demetrias prius aggrediēda foret, an in Boeotia adſpiciendae res. Theba
ni, uexantibus eos Coronaeis, in Boeotiam accerſebant. ad horum preces, quia hibernis
aptior regio, quam Magneſia erat, in Boeotiam duxit. G

EPITOME. LIBRI. XLIII

PRAETORES aliquot eo, quod auare & crudeliter prouincias adminiſtraſſent, damnati ſunt. P. Licinius Craſſus [redacted]conſul, complures in Graecia urbes expugnauit, & crudeliter diripuit, ob id capti ui, qui ab eo ſub corona uenierant, ex S. C. poſtea reſtituti ſunt. Item a praefectis claſſium Romanarum multa impotenter in ſocios facta. Res praeterea a Perſeo rege in Thracia proſpere geſtas continet: & uictis Dardanis, & Illyrico, cuius rex erat Gentius; motus, qui in Paeonia ab Elonico factus erat, ipſo interempto conſedit. M. Aemilius Lepidus a cenſoribus princeps in ſenatu lectus.

LIBER. XLIII H

EADEM aeſtate, qua in Theſſalia equeſtri pugna uicere Romani,
legatus in Illyricum a conſule miſſus, opulenta duo opida ui, atq.
armis coegit in deditionem: omniaq. ijs ſua conceſſit, ut opinione
clem[redacted]eos, qui Carnuntem munitam urbem incolebant, alli-
ceret. Poſtquam, nec ut dederent ſe compellere, neque capere ob
ſidendo poterat: ne duabus oppugnationibus nequidquam fatiga
tus miles eſſet, quas prius intactas urbes reliquerat, diripuit. Alter
conſul C. Caſſius nec in Gallia, quam ſortitus erat, memorabile
quidquam geſſit: & per Illyricum ducere legiones in Macedoniam uano incepto eſt cona-
tus. Ingreſſum hoc iter conſulem, ſenatus ex Aquileienſium legatis cognouit: qui que- I
rentes coloniam ſuam nouam & infirmam, necdum ſatis munitam inter infeſtas nationes
Iſtrorum & Illyriorum eſſe, cum peterent, ut ſenatus curae haberet quo modo ea colonia
muniretur, interrogati uellentne eam rem C. Caſsio conſuli mandari, reſponderunt Caſ-
ſium Aquileiam indicto exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam eſſe. Ea res pri
mo incredibilis uiſa, & pro ſe quiſque credere, Carnis forſitan aut Iſtris bellum illatū. Tum
Aquileienſes nihil ſe ultra ſcire, nec audere affirmare, quam XXX dierum frumentum mili
ti datum: & duces, qui ex Italia itinera in Macedoniam noſſent, conquiſitos abductoſq.
Enimuero ſenatus indignari, tantum conſulem auſum, ut ſuam prouinciam relinqueret, in
[redacted] tranſiret, exercitum nouo periculoſo itinere inter exteras gentes ducere, uiā tot na-
tionibus in Italiam aperire. Decernunt frequentes, ut C. Sulpicius praetor tres ex ſenatu
nomine legatos, qui eo die proficiſcantur ex urbe, & quantum accelerare poſſent, Caſſium K
conſulem, ubicumque ſit, perſequantur: nuncient ne bellum cum ulla gēte moueat, niſi cū
qua ſenatus gerendum cenſuerit. Legati III profecti, M. Cornelius Cethegus, M. Fuluius,
P. Marcius Rex. Metus de conſule, atque exercitu diſtulit eo tempore muniendae Aquilo
iae curam. Hiſpaniae deinde utriuſque legati aliquot populorum in ſenatum introducti:
Ij de magiſtratuum Romanorum auaritia ſuperbiaque conqueſti, nixi genibus ab ſenatu
petierunt, ne ſe ſocios foedius ſpoliari uexariq. quam hoſtes patiantur. Cum & alia indi-
gna quererentur, manifeſtum autem eſſet pecunias captas, L. Canuleio praetori, qui Hiſpa
niā ſortitus erat, negotium datum eſt, ut in ſingulos, a quib. Hiſpani pecunias peterent, qui
nos recuperatores ex ordine ſenatorio daret: patronoſq. quos uellēt ſumendi poteſtatē fa-
ceret. Vocatis in curiā legatis, recitatum eſt ſenatuſconſultum, iuſſiq. nominare patronos,

quattuor

A quattuor nominauerunt, M. Porcium Catonem, P. Cornelium Cn. F. Scipionem, L. Aemilium M. F. Paullum, C. Sulpicium Gallum. Cum M. Titinio primum, qui praetor A. Mãlio, M. Iunio conſulibus in citeriore Hiſpania fuerat, recuperatores ſumpſerunt. Bis ampliatus, tertio abſolutus eſt reus. Diſſenſio inter duarum prouinciarum legatos eſt orta: citerioris Hiſpaniae populi M. Catonem & Scipionem, ulterioris L. Paullum & Gallum Sulpicium patronos ſumpſerunt. Ad recuperatores adducti a citerioribus populis P. Furius Philus, ab ulterioribus M. Matienus. Ille Sp. Poſtumio, Q. Mucio conſulibus triennio ante, hic biennio prius L. Poſtumio, M. Popillio conſulibus praetor fuerat. Grauiſſimis criminib. accuſati ambo ampliatiq., cum dicenda de integro cauſſa eſſet, excuſati exſilij cauſſa ſolum uertiſſe, Furius Praeneſte, Matienus Tibur exſulatum abierunt. Fama erat, prohiberi a patronis nobiles ac potentes compellare: auxitq. eam ſuſpicionem Canuleius praetor, quod B omiſſa ea re, delectum habere inſtituit: dein repente in prouinciam abijt, ne plures ab Hiſpanis uexarentur. Ita praeteritis ſilentio oblitteratis, in futurum conſultum ab ſenatu Hiſpanis, quod impetrarunt ne frumenti aeſtimationem magiſtratus Romanus haberet, neue cogeret uiceſimas uendere Hiſpanos quanti ipſe uellet, & ne praefecti in opida ſua ad pecunias cogendas imponerentur. Et alia noui generis hominũ ex Hiſpania legatio uenit. Ex militib. Romanis, & ex Hiſpanis mulieribus, cum quibus connubium nõ eſſet, natos ſe memorantes, ſupra quattuor millia hominum, orabant, ut ſibi opidum in quo habitarent daretur. ſenatus decreuit, uti nomina ſua apud L. Canuleium profiterentur: eorũq., ſi quos manumiſiſſet, eos Carteiam ad Oceanum deduci placere. Qui Carteienſium domi manere uellent, poteſtatem fore, uti numero colonorum eſſent, agro aſſignato. Latinam eam coloniam fuiſſe, libertinorumque appellari. Eodem tempore ex Africa & Guluſſa Maſſaniſſae regis filius legatus patris, & Carthaginienſes uenerunt. Guluſſa prior in ſenatum C introductus, & quae miſſa erant ad bellum Macedonicum a patre ſuo, expoſuit: & ſiqua praeterea uellent imperare, praeſtaturum merito populi R. eſt pollicitus: & monuit patres conſcriptos, ut a fraude Carthaginienſium cauerent. Claſſis eos magnae parandae conſilium cepiſſe, ſpecie pro Romanis, & aduerſus Macedonas: ubi ea parata inſtructaque eſſet, ipſorum fore poteſtatis, quem hoſtem aut ſocium habeant. An. 580

* * *

tantum pauorem ingreſſi caſtra, oſtentantes capita fecerunt, ut, ſi admotus extemplo exercitus foret, capi caſtra potuerint. Tũ quoque fuga ingens facta eſt: & erant, qui legatos mittendos ad pacem precibus petendam, conferentciuitateſq. complures eo nuncio audito in deditionem uenerunt. Quibus purgantibus ſeſe, culpamq. in duorum amentiam conferẽtibus, qui ſe ultro ad poenam ipſi obtuliſſent, cum ueniam dediſſet praetor: profectus extẽ- D plo ad alias ciuitates, omnib. imperata facientibus, quieto exercitu pacatum agrũ, qui paulo ante ingenti tumultu arſerat, peragrauit. Haec lenitas praetoris, qua ſine ſanguine feroциſſimam gentẽ domuerat, eo gratior plebi patribuſq. fuit, quo crudelius auariuſq. in Graecia bellatum & ab cõſule Licinio, & ab Lucretio praetore erat. Lucretiũ tribuni pl. abſentẽ concionibus aſſiduis lacerabant, cum reip. cauſſa abeſſe excuſaretur: ſed tum adeo uicina et inexplorata erant, ut is eo tempore in agro ſuo Antiati eſſet, aquamq. ex manubijs Antium ex flumine Loracinae duceret. Id opus centum triginta millibus aeris locaſſe dicitur. tabulis quoque pictis ex praeda fanum Aeſculapij exornauit. Inuidiam infamiãq. ab Lucretio auerterunt in Hortenſium ſucceſſorem eius Abderitae legati, flentes ante curiam, querenteſq. opidum ſuum ab Hortenſio expugnatum ac direptum eſſe. Cauſſam excidij fuiſſe urbi, quod cum C millia denarium, & tritici L millia modium imperaret, ſpatium petierũt, E quo de ea re & ad Hoſtilium conſulem & Romam mitterent legatos. uix dum ad conſulẽ ſe perueniſſe, & audiſſe opidum expugnatum, principes ſecuri percuſſos, ſub corona ceteros ueniſſe. Indigna ſenatui uiſa: decreueruntq. eadẽ de Abderitis, quae de Coronaeis decreuerant priore anno: eademq. pro concione edicere Q. Maenium praetorem iuſſerũt. Et legati duo, C. Sempronius Blaeſus, Sex. Iulius Caeſar, ad reſtituendos in libertatem Abderitas miſſi. Iiſdem mandatum, ut & Hoſtilio conſuli & Hortenſio praetori nunciarent, ſenatum Abderitis iniuſtum bellum illatum, conquiriq. omnes, qui in ſeruitute ſint & reſtitui in libertatem, aequum cenſere. Eodem tempore de C. Caſſio, qui cõſul priore anno fuerat, tũ trib. militũ in Macedonia cum A. Hoſtilio erat, querellae ad ſenatũ delatae ſunt: & legati regis Gallorũ Cincibili uenerũt. Frater eius uerba in ſenatu fecit, queſtus Alpino-

ampliari dicitur reus cuius iudicium differtur.

Accusato ciui Romano licebat in exilium ire, et ita condemnationem effugere.

i. praeda

A quam ad deplorandas patriae ſuae calamitates, praefatus eſſet, expoſuit ciuitatis primum ſuae benefacta, & uetera, & ea, quae Perſei bello praeſtitiſſent, ducib. exercitibuſq. Romanis: tũ quae primo C. Lucretius in populares ſuos praetor Romanus ſuperbe, auare, crudeliter feciſſet: deinde, quae tũ cum maxime L. Hortenſius faceret. Quẽadmodum omnia ſibi, etiam ijs, quae patiantur, triſtiora, patienda eſſe ducant, potius quam ſe dedant Perſi, quod ad Lucretium Hortenſiumq. attineret: ſcire tutius fuiſſe claudere portas, quam in urbem eos accipere. Quae excluſiſſent eos, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Aenum, incolumes eſſe: apud ſe templa omnibus ornamentis compilata ſpoliataq. ſacrilegijs C. Lucretium nauibus Antium deuexiſſe: libera corpora in ſeruitutem abrepta, fortunas ſociorum populi R. direptas eſſe, & quotidie diripi. Nam ex inſtituto C. Lucretij Hortenſium quoque in tectis hieme pariter, atq. aeſtate nauales ſocios habere, & domos ſuas plenas turba
B nautica eſſe: uerſari inter ſe, coniuges, liberoſq. ſuos, quibus nihil neque dicere penſi, neque facere. Accerſere in ſenatum Lucretium placuit, ut diſceptaret coram, purgaretq. ſeſe. Ceterum multo plura praeſens audiuit, quam in abſentem iacta erant: & grauiores potentioreſq. acceſſere accuſatores duo tribuni plebis, M. Iuuentius Thalna, & Cn. Aufidius. Ij non in ſenatu modo eum lacerarunt, ſed in cõcionem etiam pertracto multis obiectis probris diem dixerunt. Senatus iuſſu, Chalcidenſibus Q. Maenius praetor reſpõdit: quae bene meritos ſeſe & ante, & in eo bello quod geratur, de populo Romano dicant, ea & ſcire uera eos referre ſenatum, & perinde ac debeant grata eſſe. Quae facta a C. Lucretio, fieriq. ab L. Hortẽſio praetoribus Romanis querantur, ea neque facta, neque fieri uolũtate ſenatus, quem nõ poſſe exiſtimare, qui ſciat bellum Perſi & ante Philippo patri eius intuliſſe populum R. pro libertate Graeciae, non ut ea a magiſtratibus ſocijs, atq. amicis paterẽtur? Litte
C ras ſe ad L. Hortenſium praetorem daturos eſſe: quae Chalcidenſes querãtur acta, ea ſenatui non placere. Si qui in ſeruitutem liberi ueniſſent, ut eos conquirẽdos primo quoque tẽpore reſtituendoſq. in libertatẽ curaret. Sociorum naualium neminem praeter magiſtros in hoſpitia deduci aequum cẽſere. Haec Hortẽſio iuſſu ſenatus ſcripta. Munera binum millium aeris legatis miſſa, & uehicula Mictioni publice locata, quae eum Brundiſium cõmode perueherent. C. Lucretium, ubi dies, quae dicta erat, uenit, tribuni ad populũ accuſarũt, multamq. decies centum millium aeris dixerunt. Comitijs habitis oẽs quinque & XXX tribus eum condemnarunt. In Liguribus eo anno nihil memorabile geſtum. Nam nec hoſtes mouerunt arma, neque conſul in agrum eorum legiones induxit: & ſatis explorata pace eius anni, milites duarum legionum Romanorum intra dies LX, quam in prouinciã uenit, dimiſit, ſociorum nominis Latini exercitu mature in hiberna Lunam & Piſas deducto,
D ipſe cum equitib. Galliae prouinciae pleraque opida adijt. Nuſquam alibi, quam in Macedonia, bellum erat, ſuſpectum tamen & Gentium Illyriorum regem habebant. itaque & octo naues ornatas a Brundiſio ſenatus cẽſuit mittendas ad C. Furium legatum Iſſam, qui cum praeſidio duarum Iſſẽium nauiũ inſulae praeerat. duo millia militũ in eas naues ſunt impoſita, quae Q. Maenius praetor ex S.C. in ea parte Italiae, quae obiecta Illyrico eſt, cõſcripſit. et cõſul Hoſtilius Ap. Claudium in Illyricum, cum quattuor millib. peditum miſit, ut accolas Illyrici tutarẽtur: qui non cõtentus ijs, quas adduxerat copijs, auxilia ab ſocijs corrogãdo, ad VII millia hominum uario genere armauit: peragrataq. omni ea regione ad Lychnidum Daſſaritiorum conſedit. Haud procul inde Vſcana opidum, finium plerumq. Perſei erat. X millia ciuium habebat, & modicum cuſtodiae cauſſa Cretẽſium praeſidium. Inde nuncij ad Claudium occulti ueniebãt: ſi propius copias admouiſſet, paratos fore, qui proderent urbem: & operae pretium eſſe: non ſe amicoſq. tantum, ſed etiã milites praeda
E expleturum. Spes cupiditati admota ita occaecauit animũ, ut nec ex ijs, qui uenerant, quẽquam retineret, nec obſides pignus futuros furto & fraude agẽdae rei poſceret, nec mitteret exploratum, nec fidem acciperet. die tantum ſtatuta profectus a Lychnido, duodecim millia ab urbe ad quam tendebat, poſuit caſtra. Quarta inde uigilia ſigna mouit, mille ferme ad praeſidium caſtrorum relictis. incõpoſiti longo agmine effuſi, infrequentes, cum nocturnus error diſſiparet, ad urbem peruenerunt. Creuit negligentia, poſtquam neminẽ armatum in muris uiderunt. Ceterum ubi primum ſub iactu teli fuerunt, duabus ſimul portis erumpitur: & ad clamorem erumpentium ingens ſtrepitus e muris ortus, ululantium mulierum cum crepitu undique aeris, & incõdita multitudo, turba immixta ſeruili, uarijs uo-

cibus

cibus perſonabat. Hic tam multiplex undique obiectus terror effecit, ne ſuſtinere primam procellam eruptionis Romani poſſent. Itaq. fugientes plures, quam pugnantes interempti ſunt: uix duo millia hominum cum ipſo legato in caſtra perfugerunt. Quo longius iter in caſtra erat, eo plures feſſos conſectandi hoſtibus copia fuit. ne moratus quidem in caſtris Appius, ut ſuos diſſipatos fuga colligeret: quae res palatis per agros ſaluti fuiſſet: ad Lychnidũ protinus reliquias cladis reduxit. Haec & alia haud proſpere in Macedonia geſta, ex Sex. Digitio tribuno militum, qui ſacrificij cauſſa Romã uenerat, ſunt audita. Propter quae ueriti patres ne quae maior ignominia acciperetur, legatos in Macedoniã M. Fuluiũ Flaccum, & M. Caninium Rebilum miſerunt, qui comperta quae agerentur referrent: & ut A. Hoſtilius conſul comitia conſulibus ſubrogandis ita ediceret, ut menſe Ianuario comitia haberi poſſent: &, ut primo quoque tempore in urbẽ rediret. Interim M. Recio praetori mãdatum, ut edicto ſenatores omnes ex tota Italia, niſi, qui reipublicae cauſſa abeſſent, Romã reuocaret: qui Romae eſſent, ne quis ultra mille paſsuũ ab Roma abeſſet. Ea, uti ſenatus cẽſuit, ſunt facta. Comitia conſularia A. D. V Kalend. Septemb. fuere. Creati conſules ſunt Q. Marcius Philippus iterum, & Cn. Seruilius Caepio. Poſt diem tertiũ praetores ſunt facti, C. Decimius, M. Claudius Marcellus, C. Sulpicius Gallus, C. Marcius Figulus, Ser. Cornelius Lentulus, P. Fonteius Capito. Deſignatis praetorib. praeter duas urbanas, quattuor prouinciae ſunt decretae, Hiſpania, & Sardinia, & Sicilia, & claſſis. Legati ex Macedonia exacto admodum menſe Februario redierunt. hi, quas res ea aeſtate proſpere geſſiſſet rex Perſeus, referebant: quantuſq. timor ſocios populi R. cepiſſet, tot urbibus in poteſtatem regis redactis. Exercitum conſulis infrequentem commeatibus uulgo datis per ambitionem eſſe: culpam eius rei conſulem in tribunos militum, contra illos in conſulẽ conferre. Ignominiam Claudij temeritate acceptam eleuare eos patres acceperunt, qui perpaucos Italici generis, & magna ex parte tumultuario delectu conſcriptos ibi milites amiſſos referebant. Conſules deſignati, ubi primum magiſtratũ iniſſent, de Macedonia referre ad ſenatum iuſſi: deſtinataeq. prouinciae ijs ſunt Italia & Macedonia. Hoc anno interkalatum eſt: tertio die poſt Terminalia Kalẽdae interkalares fuere. Sacerdotes intra eum annũ mortui L. Flamininus augur. põtifices duo deceſſerunt, L. Furius Philus, & C. Liuius Salinator. In locum Furij, T. Manlium Torquatum, in Liuij, M. Seruilium pontifices legerunt. Principio

AN. 581 inſequentis anni cum conſules noui Q. Marcius, & Cn. Seruilius de prouincijs retuliſſent, primo quoque tempore aut comparare eos inter ſe Italiam & Macedoniam, aut ſortiri placuit: priuſquam id ſors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti faceret, in utramq. prouinciam, quod res deſideraret ſupplementi, decerni. In Macedoniam peditum Romanorũ ſex millia, ſociorũ nominis Latini ſex millia: equites Romanos CCL, ſocios CCC: ueteres milites dimitti, ita ut in ſingulas Romanas legiones ne plus ſena millia peditum, CCC equites eſſent. Alteri conſuli nullus certus finitus numerus ciuium Romanorũ, quẽ in ſupplemẽtum legeret: id modo finitum, ut duas legiones ſcriberet, quae quina millia peditũ & ducenos haberent, equites trecenos. Peditum Latinorum maior quam collegae decretus numerus: peditum X millia, & DC equites. quattuor praeterea legiones ſcribi iuſſae, quae ſi quo opus eſſet educerẽtur, tribunos mil. non permiſſum ut cõſules facerẽt: populus creauit. Socijs nominis Latini XVI millia peditũ, & ∞ equites imperati. hunc exercitum parari tantũ placuit, ut exiret ſi quo res poſceret. Macedonia maxime curam praebebat. in claſsẽ mille ſocij nauales ciues Romani, libertini ordinis ex Italia ſcribi iuſſi totidẽ, ut ex Sicilia ſcriberentur: & cui ea prouincia eueniſſet, mandatum ut eos in Macedoniam, ubicumque claſſis eſſet, deportandos curaret. In Hiſpaniam tria millia peditũ Romanorũ in ſupplementum, CCC equites decreti. Finitus ibi quoque in legiones militũ numerus, peditum quina millia, treceni & XXX equites. Et ſocijs imperare praetor, cui Hiſpania obueniſſet, iuſſus quattuor millia peditum, & CCC equites. Non ſum neſcius ab eadẽ negligentia, qua nihil deos portendere uulgo nunc credant, neque nunciari admodũ nulla prodigia in publicum, neque in annales referri. Ceterum & mihi uetuſtas res ſcribenti, neſcio quo pacto antiquus fit animus: & quaedam religio tenet, quae illi prudẽtiſſimi uiri publice ſuſcipienda cenſuerint, ea pro dignis habere, quae in meos annales referam. Anagnia duo prodigia eo anno ſunt nunciata: facem in caelo conſpectam: & bouem feminam locutam publice ali. Minturnis quoque per eos dies caeli ardentis ſpecies affulſerat. Reate imbri lapidauit

A pidauit. Cumis in arce Apollo triduum ac tres noctes lacrymauit. in urbe Romana duo
aeditui nunciarunt, alter in aede Fortunae anguem iubatũ a compluribus uiſum eſſe, alter
in aede Primigeniae Fortunae, quae in colle eſt, duo diuerſa prodigia, palmã ĩ area enatã,
& ſanguine interdiu pluuiſſe. Duo non ſuſcepta prodigia ſunt, alterum quod in priuato lo
co factum eſſet: palmam enatam impluuio ſuo T. Marcius Figulus nunciabat: alterũ quod
in loco peregrino: Fregellis in domo L. Atrei haſta, quam filio militi emerat, interdiu plus
duas horas arſiſſe, ita ut nihil eius ambureret ignis, dicebatur. Publicorum prodigiorũ cauſ
ſa libri a decemuiris aditi, * XL maioribus hoſtijs, quibus dijs cõſules ſacrificarẽt. et addide
runt uti ſupplicatio fieret, cunctiq. magiſtratus circa omnia puluinaria uictimis maioribus
ſacrificarẽt, populuſq. coronatus eſſet. Omnia uti X uiri praeierunt, facta. Cenſoribus dein-
de creandis comitia edicta ſunt. Petierunt cenſuram principes ciuitatis C. Valerius Laeui
B nus, L. Poſtumius Albinus, P. Mucius Scaeuola, M. Iunius Brutus, C. Claudius Pulcher, Ti.
Sempronius Gracchus. Hos duos cẽſores creauit populus Romanus. Cum delectus habẽ
di maior quam alias propter Macedonicum bellum cura eſſet, conſules plebem apud ſena
tum accuſabant, quod & iuniores non reſponderẽt: aduerſus quos C. Sulpicius & M. Clau
dius tribuni plebis cauſſam egerunt. Non conſulibus, ſed ambitioſis conſulibus delectum
difficilem eſſe: neminem inuitum militem ab ijs fieri. Id ita ut eſſe ſcirent & patres cõſcri-
pti: praetores, quibus & uis imperij minor & auctoritas eſſet, delectũ, ſi ita ſenatui uidere
tur, perfecturos eſſe. Id praetoribus magna patrũ conſenſione nõ ſine ſugillatione conſu- i. non sine aliqua nota
lum mandatum eſt. Cenſores ut eam rem adiuuarent, ita in concione edixerunt: legẽ cen-
ſui cenſendo dicturos eſſe, ut praeter commune omnium ciuium iuſiurandum haec adiura
rent. Tu minor annis ſex & quadraginta es, tuq. ex edicto C. Claudij, Ti. Sempronij cenſo-
C rum ad delectum prodito: & quotieſcumque delectus erit, quicumque cẽſores magiſtratũ
habebunt, ſi miles factus non eris, in delectum prodibis. Item quia fama erat, multos ex
Macedonicis legionibus, incertis commeatibus per ambitionem imperatorum ab exerci-
tu abeſſe, edixerunt de militibus P. Aelio, C. Popillio conſulibus poſtue eos conſules in
Macedoniam ſcriptis: ut, qui eorum in Italia eſſent, intra dies XXX cenſi prius apud ſeſe, in
prouinciam redirent. qui in patris aut aui poteſtate eſſent, eorum nomina ad ſe ederentur.
miſſorum quoque cauſſas ſeſe cognituros eſſe: & quorum ante emerita ſtipendia gratioſa
miſſio ſibi uiſa eſſet, eos milites fieri iuſſuros. Hoc edicto litteriſq. cenſorum per fora & cõ
ciliabula dimiſſis, tãta multitudo iuniorum Romam conuenit, ut grauis urbi turba inſolita
eſſet. Praeter delectũ eorum, quos in ſupplementum mitti oportebat, quattuor a C. Sulpi-
cio praetore ſcriptae legiones ſunt, intraq. undecim dies delectus eſt perfectus. cõſules de
D inde ſortiti prouincias ſunt: nam praetores propter iuriſdictionẽ maturius ſortiti erant. Vr
bana C. Sulpicio, peregrina C. Decimio obtigerat. Hiſpaniã M. Claudius Marcellus, Siciliã
Ser. Cornelius Lẽtulus, Sardiniã P. Fonteius Capito, claſſem C. Marcius Figulus erat ſor-
titus. conſulũ Cn. Seruilio Italia, Q. Marcio Macedonia obuenit: Latiniſq. actis Marcius
extẽplo eſt profectus. Caepione deinde referẽte ad ſenatũ, quas ex nouis legionibus duas
legiones ſecum in Galliam duceret, decreuere patres, ut C. Sulpicius, M. Claudius praeto
res ex ijs, quas ſcripſiſſent, legionibus, quas uideretur conſuli darent. Indigne patiẽte prae
torum arbitrio conſulem ſubiectum, dimiſſo ſenatu ad tribunal praetorũ ſtans poſtulauit,
ex S.C. deſtinarent ſibi duas legiones. praetores conſuli in eligendo arbitrium fecerunt. Se
natum deinde cenſores legerunt: M. Aemilius Lepidus princeps ab tertijs iam cẽſoribus
lectus. Septem e ſenatu eiecti ſunt. In cenſu accipiẽdo populi, milites ex Macedonico exer
E citu, qui quam multi abeſſent ab ſignis, cenſus docuit, in prouinciam cogebant: cauſſas ſti
pendijs miſſorum cognoſcebant, & cuius nondum iuſta miſſio uiſa eſſet, ita iuſiurandum
adigebant. Ex tui animi ſententia tu ex edicto C. Claudij, Ti. Sempronij cenſorũ in prouin
ciam Macedoniam redibis: quod ſine dolo malo facere poteris? In equitibus recẽſendis
triſtis admodum eorum, atque aſpera cenſura fuit. multis equos ademerunt. in ea re cum
equeſtrem ordinem offendiſſent, flammã inuidiae adiecere edicto, quo edixerunt, ne quis
eorum, qui Q. Fuluio, A. Poſtumio cenſoribus publica uectigalia aut ultro tributa condu
xiſſent, ad haſtam ſuam accederet, ſociuſue aut affinis eius conductionis eſſet. Saepe id que
rẽdo ueteres publicani, cum impetrare nequiſſent ab ſenatu, ut modũ poteſtati cenſoriae
imponerent, tandem tribunum pl. P. Rutilium ex rei priuatae contentione iratum cenſori
bus,

bus,patronum cauſſae nacti ſunt. Clientem libertinũ parietẽ in Sacra uia aduerſus aedes F
publicas demoliri iuſſerant,quod publico inaedificatus eſſet.appellati a priuato tribuni,cũ
praeter Rutilium nemo intercederet, cenſores ad pignora capienda miſerunt, multamq.
pro concione priuato dixerunt. Hinc contentione orta,cum ueteres publicani ſe ad tribu-
nũ contuliſſent,rogatio repente ſub unius tribuni nomine promulgatur. Quae publica ue-
ctigal,ultro tributa,C.Claudius & Ti. Sempronius locaſſent,ea rata locatio ne eſſet: de in
tegro locarentur,& ut omnibus redimendi & cõducendi promiſcue ius eſſet. Diem ad eius
rogationem concilio tribunus pl.dixit. Qui poſtquam uenit,ut cenſores ad diſſuadendum
proceſſerunt,Graccho dicente ſilentium fuit.cum Claudio obſtreperetur,audientiam face
re praeconem iuſſit. Eo facto auocatam a ſe concionem tribunus queſtus,& in ordinem ſe
coactum,ex Capitolio, ubi erat concilium, abijt. Poſtero die ingentes tumultus ciere. Ti.
Gracchi primum bona conſecrauit,quod in multa pignoribuſq. eius, qui tribunum appel- G
laſſet,interceſſioni non parendo,ſe in ordinem coegiſſet. C.Claudio diem dixit,quod con
cionem ab ſe auocaſſet: & utrique cenſori perduellionem ſe iudicare pronunciauit,diemq.
comitijs a C.Sulpicio praetore urbano petijt. Non recuſantibus cenſoribus, quo minus pri-
mo quoque tempore iudiciũ de ſe populus faceret,in ante dies IIX & VII kalend. Octob.
comitijs perduellionis dicta dies. Cenſores extemplo in atrium Libertatis adſcẽderunt, &
ibi ſignatis tabellis publicis,clauſoq. tabulario, & dimiſſis ſeruis publicis,negarũt ſe prius
quidquam publici negotij geſturos,quam iudicium populi de ſe factum eſſet. Prior Clau-
dius cauſſam dixit: & cum ex XII centurijs equitum IIX cenſorẽ condemnaſſent,multae
que aliae primae claſſis,extemplo principes ciuitatis in conſpectu populi anulis aureis po-
ſitis ueſtem mutarunt,ut ſupplices plebem circumirent. Maxime tamen ſententiã uertiſſe
dicitur Ti.Gracchus, quod cum clamor undique plebis eſſet,periculum Graccho non eſſe: H
conceptis uerbis iurauit,ſi collega damnatus eſſet, non exſpectato de ſe iudicio, comitem
exſilij eius futurum. Adeo tamen ad extremum ſpei uenit reus, ut octo cẽturiae ad damna
tionem defuerint. Abſoluto Claudio tribunus pl.negauit ſe Gracchum morari. Eo anno
poſtulantibus a ſenatu Aquileienſium legatis, ut numerum colonorum augeret, & D
familiae ex S.C.ſcriptae:triumuiriq.qui eas deducerent,miſſi ſunt,T.Annius Luſcus,P.De
cius Subulo,M.Cornelius Cethegus. Eodem anno C. Popillius & Cn.Octauius legati,qui
in Graeciam miſſi erant,ſenatuſconſultum Thebis primum recitatũ per omnes Pelopõne-
ſi urbes circumtulerunt,ne quis ullam rẽ in bellum magiſtratibus Romanis cõferret, prae
terquam quod ſenatus cenſuiſſet. Hoc fiduciã in poſterum quoque praebuerat,leuatos ſe
oneribus impenſiſq.,quibus alia alijs imperantibus exhauriebantur. Achaico concilio Ar-
gis agitato benigne locuti auditiq.,egregia ſpe futuri ſtatus fidiſſima gente relicta,in Aeto I
liam traiecerunt. Ibi nondum quidem ſeditio erat,ſed omnia ſuſpecta,criminũq. inter ip
ſos plena:ob quae obſidibus poſtulatis,neque exitu rei impoſito,in Acarnaniã inde profe-
cti legati ſunt. Thyrij cõcilium legatis Acarnanes dederunt. Ibi quoque inter factiones e-
rat certamen.quidam principum poſtulare, ut praeſidia in urbes ſuas inducerentur, aduer-
ſus amentiam eorum,qui ad Macedonicam gentem trahebãt: pars recuſare, ne,quod bel-
lo captis & hoſtibus mos eſſet,id pacatae & ſociae ciuitates ignominiae acciperẽt. Iuſta de
precatio haec uiſa. Lariſſam ad Hoſtilium procõſulem,ab eo enim miſſi erant,legati redie
runt: Octauium retinuit ſecum. Popillium cum mille ferme militibus in hiberna Ambraciã
miſit. Perſeus principio hiemis egredi Macedoniae finibus non auſus,ne qua in regnũ ua-
cuum irrumperent Romani:ſub tempus brumae,cum inexſuperabiles ab Theſſalia montes
niuis altitudo facit, occaſionem eſſe ratus frangendi finitimorum ſpes animoſq., ne quid K
auerſo ſe in Romanum bellum periculi ſubeſſet:cum a Thracia pacem Cotys,ab Epiro Ce-
phalus repentina defectione a Romanis praeſtarent, Dardanos recẽs domuiſſet bello:ſolũ
infeſtum eſſe Macedoniae latus,quod ab Illyrico pateret,cernens,neque ipſis quietis Illy-
rijs, & aditum praebentibus Romanis, ſi domuiſſet proximos Illyriorum, Gentiũ quoque
regem iamdiu dubium in ſocietatem perlici poſſe: cum decem millibus peditum,quorum
pars phalangitae erant,& duobus millibus leuium armatorum,& quingẽtis equitibus pro
fectus Stuberam uenit. Inde frumento cõplurium dierum ſumpto,iuſſoq. apparatu oppu-
gnãdarum urbium ſequi,tertio die ad Vſcanã(Peneſtianae terrae ea maxima urbs eſt)po-
ſuit caſtra: prius tamen,quam uim admoueret, miſſis qui tẽtarent nunc praefectorũ praeſi

dij,

A dij, nunc opidanorum animos; (erat autem ibi cum iuuentute Illyriorum Romanum prae
ſidium)poſtquam nihil pacati referebant,oppugnare eſt adortus, & corona eam capere co
natus eſt.Cum ſine intermiſſione interdiu noctuq.alij alijs ſuccedentes,pars ſcalas muris,
igné portis inferrent,ſuſtinebant tamen eam tempeſtatem propugnatores urbis:quia ſpes
erat,neque hiemis uim diutius pati Macedonas in aperto poſſe, nec ab Romano bello tan
tum regi laxamenti fore,ut poſſet morari.Ceterum poſtquam uineas agi, turreſq.excitari
uiderunt,uicta pertinacia eſt.Nam praeterquam,quod aduerſus uim pares nó erant,ne fru
menti quidem aut ullius alterius rei copia intus erat,ut in nec opinata obſidione.Itaq.cum
ſpei nihil ad reſiſtédum eſſet, C.Caruilius Spoletinus, & C.Afranius a praeſidio Romano
miſſi,qui a Perſeo peterent,primo ut armatos ſuaq.ſecum ferentes abire ſineret : dein,ſi id
minus impetrarent,uitae tantum libertatiſq.fidem acciperent.Promiſſum id benignius eſt
B ab rege,quam praeſtitū:exire enim ſua ſecum efferentibus iuſſis,primū arma ademit. His
urbe egreſſis,& Illyriorum cohors(quingenti erant)& Vſcanenſes ſe urbemq.dediderunt.
Perſeus praeſidio Vſcanae impoſito,multitudinem omné deditorum,quae prope numero
exercitū aequabat,Stuberam abducit. Ibi Romanis (quattuor millia autem hoīum erant)
praeter principes,in cuſtodiam ciuitatum diuiſis,Vſcanenſibus Illyrijſq.uenditis,in Pene-
ſtiam exercitū reducit ad Oaeneum opidum in poteſtatem redigendum,& alioqui oppor-
tune ſitum:& tranſitus ea eſt in Labeates,ubi Gentius regnabat. Praetereunti frequens ca
ſtellum,Draudacū nomine,peritorum quidam regionis eius, nihil Oaeneo capto opus eſ-
ſe ait,niſi in poteſtate & Draudacum ſit:opportunius etiam ad omnia poſitum eſſe. Admo
to exercitu omnes extéplo dediderunt ſeſe. Qua ſpe celeriore deditione erectus,poſtquā
animaduertit quantus agminis ſui terror eſſet,undecim alia caſtella eodē metu in poteſta
C tem redigit. Ad perpauca ui opus fuit : cetera uoluntate dedita.& in his recepti ∞ & D diſ-
poſiti per praeſidia milites Romani. Magno uſui Caruilius Spoletinus erat in colloquijs,
dicendo nihil in ipſos ſaeuitū. Ad Oaeneum peruentū eſt,quod ſine iuſta oppugnatione ca
pi non poterat:& maiore aliquanto,quam cetera iuuentute,& ualidum opidum moenibus
erat:& hinc amnis Artatus noīe,hinc mons praealtus & aditu difficilis cingebat. Haec ſpē
ad reſiſtendum opidanis dabant. Perſeus circumuallato opido,aggerem a parte ſuperiore
ducere inſtituit,cuius altitudine muros ſuperaret. Quod opus dum perficitur, crebris in-
terim proelijs,quibus per excurſiones & moenia ſua opidani tutabantur,& opera hoſtium
impediebant,magna eorum multitudo uarijs caſibus abſumpta eſt:&,qui ſupererant, labo
re diurno nocturnoq.& uulneribus inutiles erāt. Vbi primum agger iniunctus muro eſt,&
cohors regia,quos Nicatoras appellant,tranſcendit:& ſcalis multis ſimul partib. impetus
D in urbem eſt factus. Puberes omnes interfecti ſunt:coniuges liberoſq.eorum in cuſtodiam
dedit:praedae alia militum ceſſere. Stuberā inde uictor reuertens ad Gētium legatos,Pleu
ratum Illyriū exſulantem apud ſe,& Aputeum Macedonem a Beroea,mittit. Iis mādat,ut
exponerent aeſtatis eius hiemiſque acta ſua aduerſus Romanos Dardanoſq.: adijcerent re
centia in Illyrico hibernae expeditionis opera:hortarentur Gentiū in amicitiam ſecum &
cum Macedonibus iungendam. Hi tranſgreſſi iugum Scordi montis,per Illyrici ſolitudi-
nes,quas de induſtria populando Macedones fecerant,ne tranſitus faciles Dardanis in Illy
ricum aut Macedoniam eſſent,Scodram labore ingenti tandem peruenerunt. Liſſi rex Gen
tius erat.eo acciti legati mandata exponentes benigne auditi ſunt. Qui reſpōſum ſine effe-
ctu tulerunt,uoluntatem ſibi non deeſſe ad bellandum cum Romanis : ceterum ad conan-
dum id quod uelit,pecuniam maxime deeſſe. Haec Stuberā retulere regi,cum maxime ca-
E ptiuos ex Illyrico uendendi. Extemplo ijdem legati addito Glaucia ex numero cuſtodum
corporis,remittūtur,ſine mentione pecuniae,qua una barbarus inops impelli ad bellū po-
terat. Ancyram inde populatus Perſeus, in Peneſtas rurſum exercitum reducit: firmatiſq.
Vſcanae,& circa eam per oīa caſtella,quae receperat, praeſidijs in Macedoniam ſeſe reci-
pit. L.Coelius,legatus Romanus,praeerat Illyrico: qui moueri nó auſus,cū in ijs locis rex
eſſet,poſt profectioné demū eius conatus in Peneſtis Vſcanam recipere, a praeſidio,quod
ibi Macedonum erat,cum multis uulneribus repulſus,Lychnidū copias reduxit. Inde poſt
dies paucos M.Trebellium Fregellanum cum ſatis ualida manu in Peneſtas miſit, ad obſi-
des ab his urbibus,quae in amicitia cum fide permanſerant,accipiendos. Procedere etiam
in Parthinos(ij quoque obſides dare pepigerant)iuſſit:ab utraque gēte ſine tumultu exigi.

Peneſtarum obſides Apolloniam, Parthinorum Dyrrhachium (tum Epidamni magis cele F
bre nomen Graecis erat) miſſi. Ap. Claudius acceptā in Illyrico ignominiam corrigere cu-
piens, Phanotem Epiri caſtellum adortus oppugnare, & auxilia Athamanum Theſproto-
rumq. praeter Romanum exercitum ad ſex millia hominum ſecum adduxit: neque operae
pretium fecit, Cleua, qui relictus a Perſeo erat cū ualido praeſidio, defendente. Et Perſeus
in Elimeam profectus, & circa eam exercitu luſtrato, ad Stratum uocantibus Epirotis du-
cit. Stratus ualidiſſima tū urbs Aetoliae erat. Sita eſt ſuper Ambracium ſinum, prope amnē
Acheloum. Cum decem millib. peditum eo profectus eſt, & equitibus trecentis, quos pau-
ciores propter anguſtias uiarum & aſperitatem duxit. Tertio die cum perueniſſet ad Citiū
montem, uix tranſgreſſus propter altitudinem niuis, locum quoque caſtris aegre inuenit.
Profectus inde, magis quia manere non poterat, quam quo tolerabilis aut uia aut tempe-
ſtas eſſet, cum ingenti uexatione, praecipue iumentorū, altero die ad templum Iouis, quē G
Niceum uocant, poſuit caſtra. Ad Arachthū inde flumen, itinere ingenti emenſo, retentus
altitudine amnis, manſit. Quo ſpatio temporis pōte perfecto, trāſductis copijs, diei progreſ
ſus iter, obuium Archidamum principem Aetolorum, per quem ei Stratus tradebatur, ha-
buit. Eo die ad finem agri Aetoli caſtra poſita. Inde altero die ad Stratum peruentum: ubi
prope Acheloum amnem caſtris poſitis, cum exſpectaret effuſos omnib. portis Aetolos in
fidem ſuam uenturos, clauſas portas, atq. ipſa ea nocte qua uenerat, receptum Romanum
praeſidium cum C. Popillio legato inuenit. Principes, qui praeſentis Archidami auctorita-
te cōpulſi regem acceſſierant, obuiā egreſſo Archidamo certiores facti, locum aduerſae fa-
ctioni dederant ad Popillium cum mille peditibus ab Ambracia acceſſendum. In tempore
& Dinarchus praefectus equitum, gentis Aetolorum, cum DC peditibus & equitib. C ue-
nit. Satis cōſtabat, eum tamquam ad Perſea tendentem Stratum ueniſſe: mutato deinde cū H
fortuna animo, Romanis ſe, aduerſus quos uenerat, iunxiſſe. Nec Popillius ſecurior, quam
debebat eſſe, inter tam mobilia ingenia erat. claues portarum cuſtodiāq. murorum ſuae ex-
templo poteſtatis fecit: Dinarchum Aetoloſq. cū iuuentute Stratiorum in arcem per prae-
ſidij ſpeciem amouit. Perſeus, ab imminentibus ſuperiori parti urbis tumulis tentatis collo-
quijs, cum obſtinatos, atque etiam telis procul arcentes uideret, quinque millia paſſuum
ab urbe trans Petitarum amnem poſuit caſtra. Ibi cōcilio aduocato, cum Archidamus Epi-
rotarumq. trāsfugae retinerent, Macedonum principes non pugnandum cum infeſto tem-
pore anni cenſerent, nullis praeparatis commeatibus: cum inopiā prius obſidentes, quam
obſeſſi ſenſuri eſſent, maxime quod hoſtium haud procul inde hiberna erāt, territus in Ape-
rantiam caſtra mouit. Aperantij eum propter Archidami magnam in ea gente gratiam au-
ctoritatemq. conſenſu omnium acceperunt. is ipſe cum octingentorum militum praeſidio I
his eſt praepoſitus. Rex cum minore uexatione iumentorum hominumq. quā uenerat, in
Macedoniā redijt. Appium tamen ab obſidione Phanotis fama ducentis ad Stratum Perſei
ſummouit. Cleuas cum praeſidio impigrorum iuuenum inſecutus, ſub radicibus prope in-
uijs montium ad mille hominum ex agmine impedito occidit, ad ducentos cepit. Appius,
ſuperatis anguſtijs in campo, quem Elcona uocant, ſtatiua dierum paucorum habuit. Inter-
im Cleuas aſſumpto Philoſtrato, qui Epirotarum gentem habebat, in agrum Antigonen-
ſem trāſcendit. Macedones ad depopulationem profecti. Philoſtratus cum cohorte ſua in
inſidijs loco obſcuro cōſedit. In palatos populatores cum erupiſſent ab Antigonea armati,
fugientes eos perſequentes effuſius in uallem inſeſſā ab hoſtibus praecipitant. ibi ad ∞
occiſis, centum ferme captis, ubique proſpere geſta re, prope ſtatiua Appij caſtra mouent,
ne qua uis ſocijs ſuis ab Romano exercitu inferri poſſit. Appius nequidquā in his locis te- K
rens tempus, dimiſſis Chaonumq. & ſi qui alij Epirotae erāt, praeſidijs, cū Italicis militib.
in Illyricum regreſſus, per Parthinorum ſocias urbes in hiberna militib. dimiſſis: ipſe Ro-
mam ſacrificij cauſſa redijt. Perſeus ex Peneſtarum gente ∞ pedites CC equites reuoca-
tos Caſſandriā, praeſidio ut eſſent, miſit. Ab Gentio eadem afferentes redierunt. Nec de-
inde alios, atq. alios mittendo tentare eum deſtitit, cum appareret quantum in eo praeſidij
eſſet, nec tamen impetrare ab animo poſſet, ut impenſam in rem maximi ad omnia mo-
menti faceret. * * * * * * * * * * * *

A

EPITOME . LIBRI . XLIV

Q. MARCIVS Philippus per inuios ſaltus penetrauit in Macedoniam: compluresq; urbes occupauit. Rhodij miſere legatos Romã, minantes, ut Perſeo eſſent auxilio, niſi populus Romanus cum eo pacem, atque amicitiam coniungeret, indigne id latum. Cum id bellum L. Aemilio Paulo ſequentis anni Conſuli iterũ, mandatum eſſet; Paulus in concione precatus eſt;
B ut, quidquid diri populo R. immineret, ſupra domum ſuam conuerteretur: & in Macedoniam profectus Perſeum uicit; uniuerſamque Macedoniam in poteſtatem redegit. antequam confligeret, C. Sulpicius Gallus tribunus militum praedixit exercitui, ne miraretur, quod Luna nocte proxima defectura erat. Gentius quoque rex Illyriorum, cum rebellaſſet, ab Anicio praetore uictus uenit in deditionem, & cum uxore, & liberis, & propinquis Romam miſſus. Ab Alexandria legati a Cleopatra & Ptolemaeo regibus uenerunt, querentes de Antiocho rege Syriae, quod his bellum inferret. Perſeus, ſollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami, & Gentio rege Illyriorum, quia iis pecuniam quam promiſerat non dabat, ab eis relictus eſt.

LIBER . XLIV

PRincipio ueris, quod hiemem eam, qua haec geſta ſunt, inſecutum eſt, ab Roma profectus Q. Marcius Philippus cõſul cum quinque millibus, quod ſupplemẽtum legionum ſecũ trãiecturus erat, Brundiſium peruenit. M. Popillius cõſularis, & alij pari nobilitate adoleſcentes tribuni mil. in Macedonicas legiones conſulem ſecuti ſunt. Per eos dies & C. Marcius Figulus praetor, cui claſſis prouincia euenerat, Brundiſium uenit, & ſimul ex Italia profecti Corcyram altero die, tertio Actium Acarnaniae portum tenuerunt. Inde conſul ad Ambraciã egreſſus, itinere terreſtri petit Theſſaliam. Praetor ſuperato Leucata Corinthium ſinum inuectus, & Creuſae relictis nauibus, terra & ipſe per mediã Boeotiã diei unius expedito itinere, Chalcidem ad claſſem contendit. Caſtra eo tempore A. Hoſtilius in Theſſalia circa Palaephatſalum habebat, ſicut nulla re bellica memorabili geſta, ita ad cunctam militarem diſciplinam ab effuſa licentia formato milite, & ſocijs cum fide cultis, & ab omni genere iniuriae defenſis. Audito ſucceſſoris aduentu, cũ arma, uiros, equos cum cura inſpexiſſet, ornato exercitu obuiam uenienti cõſuli proceſſit. Et primus eorũ cõgreſſus ex dignitate eorum ipſorum ac Romani nominis, & in rebus deinde gerẽdis *. Proconſul enim ad exercitum. Paucis poſt diebus conſul concionem apud milites habuit. orſus
D a parricidio Perſei perpetrato in fratrem, cogitato in parentem: adiecit poſt ſcelere partum regnum, ueneficia, caedes, latrocinio nefando petitum Eumenem, iniurias in populũ R. direptiones ſociarum urbium contra foedus: ea omnia, quam dijs quoque inuiſa eſſent, ſenſurum in exitu rerũ ſuarũ. Fauere enim pietati fideiq. deos, per quae populus R. ad tãtũ faſtigij uenerit. Vires deinde populi R. iam terrarum orbem cõplectentis cum uiribus Macedoniae, exercitus cum exercitibus cõparauit. Quãto maiores Philippi Antiochiq. opes nõ maioribus copijs fractas eſſe? Huius generis adhortatione accenſis militum animis, cõſultare de ſumma gerendi belli coepit. Eo & C. Marcius praetor a Chalcide claſſe accepta uenit. Placuit nõ ultra morando in Theſſalia tempus terere, ſed mouere extemplo caſtra, atque pergere inde in Macedoniam: & praetorem dare operam, ut eodem tempore claſſis quoque inueheretur hoſtiũ litoribus. Praetore dimiſſo conſul menſtruum iuſſo milite ſecũ
E ferre, profectus decimo poſt die, quam exercitum acceperat, caſtra mouit: & unius diei progreſſus iter, conuocatis itinerum ducibus cum exponere in cõſilio iuſsiſſet, qua quiſque ducturus eſſet, ſummotis ijs, qua potiſsimum peteret, retulit ad cõcilium. Alijs per Pythiũ placebat uia: alijs per Cambunios montes, qua priore anno duxerat Hoſtilius conſul: alijs praeter Aſcuridem paludem. Reſtabat aliquãtum uiae communis, itaque in id tẽpus, quo prope diuortiũ itinerum caſtra poſituri erant, deliberatio eius rei differtur. In Perraebiam inde ducit, & inter Azorum & Dolichen ſtatiua habuit, ad cõſulendum rurſus quam potiſſimum capeſſeret uiam. Per eoſdem dies Perſeus, cum appropinquare hoſtem ſciret, quod iter petiturus eſſet ignarus, omnes ſaltus inſidere praeſidijs ſtatuit. In iugũ Cambuniorũ mõtium (Voluſtana ipſi uocant) X milia leuis armaturae iuuenum cum duce Aſclepiodoto

mittit:

mittit:ad caſtellum,quod ſuper Aſcuridem paludē erat,(Lapathus uocatur locus) Hippias F
tenere ſaltum cum XII milium Macedonum praeſidio iuſſus. Ipſe cum reliquis copijs pri
mo circa Dium ſtatiua habuit:deinde,adeo ut obtorpuiſſe inops conſilij uideretur,cū equi
tibus expeditis litore nunc Heracleam, nunc Philam percurrebat, eodem inde curſu Diū
repetēs. Interim cōſuli ſententia ſtetit eo ſaltu ducere,ubi propter Octolophum diximus
regis caſtra Philippi fuiſſe. Praemitti tamen IV ∞ armatorum ad loca opportuna praeoc-
cupanda placuit, quis praepoſiti ſunt M. Claudius & Q. Marcius conſulis filius: conſe-
ſum & uniuerſae copiae ſequebantur. Ceterū adeo ardua & aſpera & confragoſa uia fuit:
ut praemiſſi expediti biduo quindecim milliū paſſuum aegre itinere confecto caſtra poſue
rint:turrim Eudieru,quē cepere locum, appellant. Inde poſtero die VII ∞ progreſſi,tumu
lo haud procul hoſtium caſtris capto, nuncium ad conſulem remittunt, peruentū ad hoſtē
eſſe,loco ſe tuto & ad omnia opportuno conſediſſe: ut,quantum extendere iter poſſet,con G
ſequeretur,Sollicito conſuli & propter itineris difficultatem,quod ingreſſus erat,& eorum
uicem,quos paucos inter media praeſidia hoſtium praemiſerat,nuncius ad Aſcuridē palu-
dē occurrit. Addita igitur & ipſi fiducia eſt,cōiūctiſq. copijs caſtra tumulo,qui tenebatur,
qua aptiſſimum ad loci naturam erat,ſunt acclinata. Non hoſtiū modo caſtra, quae paullo
plus mille paſſuum aberant,ſed omnis regio ad Dium & Philam,oraq. maris, late patente
ex tam alto iugo proſpectu,oculis ſubijcitur. Quae res accendit militi animos, poſtquam
ſummam belli,ac regias omnes copias,terramq. hoſtilem tam e propinquo conſpexerunt.
Itaque cum alacres, protinus duceret ad caſtra hoſtium,conſulem hortarentur, dies unus
feſſis labore uiae ad quietem datus eſt. Tertio die parte copiarum ad praeſidium caſtrorū
relicta,conſul ad hoſtem ducit.Hippias nuper ad tuendum ſaltum ab rege miſſus erat:qui,
ex quo caſtra Romana in tumulo conſpexit,praeparatis ad certamen animis ſuorū,uenien H
ti agmini conſulis obuius fuit. & Romani expediti ad pugnam exierant,& hoſtes,leuis ar
matura erat,promptiſſimum genus ad laceſſendum certamen. Congreſſi igitur extemplo te-
la coniecerunt: multa utrimque uulnera temerario incurſu & accepta & illata,pauci utriuſ
que partis ceciderunt. Irritatis in poſterum diē animis,maioribus copijs,atq. infeſtius con
curſum ab illis,ſi loci ſatis ad explicandam aciem fuiſſet. iugum montis in anguſtum dor-
ſum cuneatum,uix ternis ordinibus armatorum in fronte patuit. itaque paucis pugnanti-
bus,cetera multitudo,praecipue,qui grauium armorū erant, ſpectatores pugnae ſtabāt: le
uis armatura etiam per amfractus iugi procurrere,& ab lateribus cum leui armatura conſe
rere,per iniqua atq. aequa loca pugnam petere:ac pluribus ea die uulneratis quam interfe-
ctis,proelium nocte diremptum eſt. Tertio die egere conſilio Romanus imperator:nam ne
que manere in iugo inopi,neque regredi ſine flagitio,atque etiam periculo, ſed cedenti ex I
ſuperioribus locis inſtare hoſtis poterat: nec aliud reſtabat,quā audacter commiſſum, per
tinaci audacia,quae prudens interdum in exitu eſt,corrigere. Ventum quidē erat eo, ut,ſi
hoſtem ſimilem antiquis Macedonū regibus habuiſſet conſul, magna clades accipi potue-
rit. Sed cum ad Dium per litora cūm equitibus uagaretur rex, & ab XII ∞ prope clamorē
& ſtrepitum pugnantium audiret,nec auxit copias, integros feſſis ſubmittēdo,neque ipſe,
quod plurimum intererat,certamini affuit,cum Romanus īperator maior LX annis,& prae
grauis corpore,omnia militaria munera ipſe impigre obiret. Egregie ad ultimum in auda-
cter commiſſo perſeuerauit,& Popillio relicto in cuſtodia iugi,per inuia tranſgreſſus,prae
miſſis qui repurgarent iter,Attalum & Miſagenē, cum ſuae gentis utrumque auxiliaribus
praeſidio eſſe ſaltum aperientib. iubet. Ipſe equites impedimentaq. prae ſe habens,cum le-
gionibus agmen cogit. Inenarrabilis labor deſcendentibus cum ruina iumētorum ſarcina K
rumq.: progreſſis uix dum IV millia paſſuum nihil optabilius eſſe, quam redire qua uene-
rant,ſi poſſent. Hoſtilem prope tumultum agmini elephanti praebebāt: qui ubi ad inuia ue
nerant,deiectis rectoribus cum horrendo ſtridore pauorem ingentem equis maxime incu
tiebant,donec trāſducēdi eos ratio inita eſt. Per procliue ſumpto faſtigio,longi duo ualidi
aſſeres ex inferiore parte in terra defigebantur,diſtantes inter ſe paullo plus quam quanta
belluae latitudo eſt:in eos tranſuerſi incumbentes tigni ad tricenos lōgi pedes,ut pons eſ-
ſet,iniungebantur:humuſq. inſuper inijciebatur. modico deinde infra interuallo ſimilis al
ter pōs,deinde tertius,& plures ex ordine,qua rupes abſciſſae erant,fiebant. Solido praece
debat elephas in pontem:cuius priuſquam in extremum procederet,ſuccisis aſſeribus col-
lapſus

Pertinax audacia prudens plerumq. in exitu est.

A lapſus pons uſque alterius initium pontis prolabi eum leniter cogebat. alij elephanti pedi
bus inſiſtentes, alij clunibus ſubſidentes prolabebantur. ubi planities altera pontis excepiſ
ſet eos, rurſus ſimili ruina inferioris pontis deferebantur, donec ad aequiorem uallem per-
uentum eſt. Paullo plus VII ∞ die Romani proceſſerunt. minimum pedibus itineris confe
ctum: plerumque prouoluentes ſe ſimul cum armis alijſq. oneribus, cũ omni genere uexa-
tionis proceſſerunt: adeo ut ne dux quidem & auctor itineris infitiaretur parua manu de-
leri omnem exercitum potuiſſe. Nocte ad modicam planitiem peruenerunt: neque an infe
ſtus is locus eſſet, ſaeptus undique, circumſpiciendi ſpatium fuit, uix tandem ex inſperato
ſtabilem ad inſiſtendum nactis locum. poſtero quoque die in tam caua ualle opperiri Po-
pillium, ac relictas cum eo copias neceſſe fuit: quos & ipſos cum ab nulla parte hoſtis ter-
ruiſſet, locorum aſperitas hoſtiliter uexauit. Tertio die coniunctis copijs eunt per ſaltum,
B quẽ incolae Callipeucen appellant. quarto inde die per aeque inuia, ſed aſſuetudine peri-
tius, & meliore cum ſpe, quod nec hoſtis uſquam apparebat, & mari appropinquabant, de-
greſſi in campos, inter Haracetum & Libethrum poſuerunt caſtra peditum, quorum pars
maior tumulos tenebat: ij uallem, campique partem, ubi eques tenderet, amplecte-
bantur. Lauanti regi dicitur nunciatum hoſtes adeſſe: quo nuncio cum pauidus exſiluiſſet
e ſolio, uictũ ſe ſine proelio clamitans proripuit: & ſubinde per alia, atque alia pauida con-
ſilia & imperia trepidans, duobus ex amicis Pellam alterum Aſclepiodotum, ubi pecunia
depoſita erat, ex praeſidijs reuocat, omneſq. aditus aperit bello. ipſe ab Dio auratis ſtatuis
omnibus raptim, ne praeda hoſti eſſent, in claſſem congeſtis, ocius demigrare Pydnã co-
git: & quae temeritas cõſulis uideri potuiſſet, quod eo proceſſiſſet, unde inuito hoſte regre
di nequiret, eam nõ inconſultam audaciam fecit. Duos enim ſaltus, per quos inde euade-
C re poſſent, habebant Romani, unum per Tempe in Theſſaliam, alterum in Macedoniam
praeter Diũ: quae utraque regijs tenebantur praeſidijs. Itaque ſi dux intrepidus X dies pri
mam ſpeciem appropinquantis terroris ſuſtinuiſſet, neque receptus Romanis per Tempe
in Theſſaliã, neque commeatibus peruehendis eo patuiſſet iter. ſunt enim Tempe ſaltus,
etiam ſi non bello fiat infeſtus, tranſitu difficilis. nã praeter anguſtias per quinque millia,
qua exiguum iumento onuſto iter eſt, rupes utrimque ita abſciſſae ſunt, ut deſpici uix ſine
uertigine quadam ſimul oculorum animiq. poſſit. terret & ſonitus & altitudo per mediã
uallem fluentis Penei amnis. Hic locus tã ſuapte natura infeſtus, per quattuor diſtantia lo
ca praeſidijs regis fuit inſeſſus: unum in primo aditu ad Gonnum erat: alterũ ad Condylõ
caſtello inexpugnabili: tertium circa Lapathũta, quem Characa appellant: quartum, uiae
ipſi, qua & media & anguſtiſſima uallis eſt, impoſitum: quam uel decem armatis tueri faci-
le eſt. Intercluſo per Tempe ſimul aditu commeatibus, ſimul reditu, ipſi montes, per quos
D deſcenderant, repetendi erant: quod ut furto fefellerat, ita propalam, tenentibus ſuperio-
ra cacumina hoſtibus, non poterant: & experta difficultas ſpem omnem incidiſſet. Super-
erat nihil aliud in temere commiſſo, quam in Macedoniam ad Dium per medios euadere
hoſtes: quod, niſi dij mentem regi ademiſſent, ipſum ingentis difficultatis erat. nam cum
Olympi radices montis paullo plus quam mille paſſuum ad mare relinquant ſpatium, cu-
ius dimidium loci occupat oſtium late reſtagnans Baphyri amnis, partem planitiae aut
Iouis templum aut opidum tenet: reliquum perexiguum foſſa modica ualloque claudi
poterat. & ſaxorum ad manum ſilueſtriſq. materiae tantum erat, ut uel murus obijci, tur-
reſq. excitari potuerint. Quorum nihil cum diſpexiſſet caecata mens ſubito terrore, nuda-
tis omnibus praeſidijs, patefactiſq. bello, ad Pydnam refugit. Conſul plurimum & praeſi-
dij & ſpei cernens in ſtultitia & ſegnitiae hoſtis, remiſſo nuncio ad Sp. Lucretiũ Lariſſam,
E ut caſtella relicta ab hoſte circa Tempe occuparet: praemiſſo Popillio ad explorandos trãſ
itus circa Dium, poſtquam patere omnia in omnes partes animaduertit, ſecundis caſtris
peruenit ad Dium: metarique ſub ipſo templo, ne quid ſacro in loco uiolaretur, iuſſit. Ip-
ſe urbem ingreſſus, ſicut non magnam ita exornatam publicis locis & multitudine ſtatua-
rum, munitamq. egregie, uix ſatis credere in tantis rebus ſine cauſſa relictis non aliquem
ſubeſſe dolum. unum diem ad exploranda circa omnia moratus caſtra mouet, ſatiſq. cre-
dens paratam frumenti copiam fore, eo die ad amnem nomine Mytin proceſſit. Poſtero
die progreſſus Agaſſam urbem tradentibus ſeſe ipſis recepit: & ut reliquorum Macedonũ
animos ſibi conciliaret, obſidibus contentus ſine praeſidio relinquere ſe eis urbem, immu

neſq. ac ſuis legibus uicturos eſt pollicitus. Progreſſus inde diei iter, ad Aſcordũ flumen F
poſuit caſtra: & quanto procederet longius a Theſſalia, eo maiorem rerum omnium ino-
piam ſentiens, regreſſus ad Dium eſt: dubitatione omnibus exempta, quid intercluſo ab
Theſſalia patiendum fuiſſet, cui procul inde abſcedere tutum non eſſet. Perſeus contractis
in unum omnibus copijs ducibuſq., increpare praefectos praeſidiorum, ante omnes Aſcle-
piodotum atq. Hippiam: ab his dicere clauſtra Macedoniae tradita Romanis eſſe: cuius
culpae reus nemo iuſtius, quam ipſe, fuiſſet. Conſuli poſtquam ex alto conſpecta claſſis
ſpem fecit cum commeatu naues uenire, (ingens enim caritas annonae, ac prope inopia
erat) ab inuectis iam portum audit, onerarias naues Magneſiae relictas eſſe. Incerto in-
de quidnam agendum foret, (adeo ſine ulla ope hoſtis quae aggrauaret, cum ipſa difficul-
tate rerum pugnandum erat) peropportune litterae a Sp. Lucretio allatae ſunt: caſtella ſe,
quae ſuper Tempe eſſent, & circa Phylã tenere omnia frumentiq. in ijs & aliarum in uſum G
rerum copiam inueniſſe. His magnopere laetus cõſul ab Dio ad Phylã ducit: ſimul ut prae
ſidium eius firmaret, ſimul ut militi frumentum, cuius tarda ſubuectio erat, diuideret. Ea
profectio famam haudquaquã ſecundam habuit. nam alij metu receſſiſſe eum ab hoſte fe-
rebant; quia manenti imperatori proelio dimicandũ foret: alij ignarum belli, quae in dies
fortuna nouaret: ut qui offerẽtibus ſeſe rebus omiſiſſet e manibus ea, quae mox repeti nõ
poſſent. Simul enim ceſſit poſſeſſione Dij, excitauit hoſtem, ut tunc tandem ſentiret recu-
peranda eſſe, quae prius culpa amiſſa forent. Audita enim profectione conſulis, regreſſus
Dium, quae diiecta ac uaſtata ab Romanis erant, reficit: pinnas moenium decuſſas repo-
nit, ab omni parte muros firmat: deinde quinque millia paſſuum ab urbe citra ripam Eni-
pei amnis caſtra ponit, amnẽ ipſum tranſitu perdifficilem pro munimento habiturus. Fluit
ex ualle Olympi montis, aeſtate exiguus, hibernis idem incitatus pluuijs: & ſupra rupes H
ingentes gurgitibus facit, & intra prorupta in mare euoluendo terram praealtas uoragi-
nes, cauatoq. medio alueo ripas utrimque praecipites. Hoc flumine Perſeus ſaeptũ iter ho
ſtis credens, extrahere reliquum tempus eius aeſtatis in animo habebat. Inter haec conſul
a Phyla Popillium cũ duobus millibus armatorum Heracleam mittit. Abeſt a Phyla V ∞
ferme paſſuum, media regione inter Dium Tempeq. in rupe amni imminente poſitum. Po
pillius priuſquam armatos muris admoueret, miſit qui magiſtratibus principibuſq. ſua-
derent, fidem clementiamq. Romanorum, quam uim, experiri mallent. Nihil ea conſi-
lia mouerunt: quia ignes ad Enipeum ex regis caſtris apparebant. Tum terra mariq. (&
claſſis appulſa ab litore ſtabat) ſimul armis, ſimul operib. machiniſq. oppugnari coepti. Iu-
uenes etiam quidam Romani, ludicro Circenſi ad uſum belli uerſo, partem humillimam
muri ceperunt. Mos erat tum, nondum hac effuſione inducta beſtijs omnium gentium cir I
cum complendi, uaria ſpectaculorum conquirere genera: nec, ſemel quadrigis, ſemel de-
ſultore miſſo, uix unius horae tempus utrumque curriculum complebat. Inter cetera ſexa
geni ferme iuuenes, interdum plures apparitoribus ludis armati inducebantur. Horum
inductio in parte ſimulacrum decurrentis exercitus erat, ex parte elegantioris exercitij
quam militaris artis, propiorque gladiatorium armorum uſum. Cum alios decurſus edi-
diſſent motus, quadrato agmine facto, ſcutis ſuper capita denſatis, ſtantibus primis, ſe-
cundis ſummiſſioribus, tertijs magis & quartis, poſtremis etiam genu nixis, faſtigiatã, ſic-
ut tecta aedificiorũ ſunt, teſtudinem faciebant. Hinc L ferme pedũ ſpatio diſtantes duo
armati procurrebant, comminatiq. inter ſe ab ima in ſummã teſtudinem per denſata ſcu-
ta cũ euaſiſſent, nunc uelut propugnantes per oras extremae teſtudinis, nunc in media in-
ter ſe concurrentes haud ſecus quã ſtabili ſolo perſultabant. Huic teſtudini ſimillima par- K
ti muri admota, cum armati ſuperſtantes ſubiſſent, propugnatoribus muri faſtigio altitu-
dinis aequabantur, depulſiſq. ijs, in urbem duorum ſignorum milites tranſcenderunt. Id
tantũ diſſimile fuit, quod & in fronte extrema, & ex lateribus, ſoli non habebant ſuper ca-
pita elata ſcuta, ne nudarent corpora, ſed praetenta pugnantiũ more: ita nec ipſos tela ex
muro miſſa ſubeuntes laeſerunt, & teſtudini iniecta imbris in modum lubrico faſtigio
innoxia ad imum labebantur. Et conſul capta iam Heraclea caſtra eo promouit tam-
quam Dium, atque inde ſummoto rege, in Pieriam etiam progreſſurus. Sed hiberna
iam praeparans uias commeatibus ſubuehendis ex Theſſalia muniri iubet, & eligi hor-
reis opportuna loca, tectaque aedificari, ubi diuerſari portantes commeatus poſſent.

Perſeus

A Perſeus tandem a pauore eo,quo attonitus fuerat, recepto animo,malle imperijs ſuis non
obtemperatum eſſe,cum trepidans gazam in mare deijci Pellae, Theſſalonicae naualia iuſ i. thesauros
ſerat incendi. Andronicus Theſſalonicam miſſus traxerat tẽpus,id ipſum quod accidit,pae
nitẽtiae relinquens locum.Incautior Nicias Pellae proijciendo pecuniae partẽ,quod fue-
rat nactus:ſed in rem emendabilem uiſus lapſus eſſe, quod per urinatores omne ferme ex- ita uocantur qui sub
tractum eſt:tantuſq.pudor regi pauoris eius fuit,ut urinatores clam interfici iuſſerit.dein- aqua natabant.
de Andronicum quoque & Nician,ne quis tam dementis imperij conſcius exiſteret.Inter
haec C.Marcius cum claſſe ab Heraclea Theſſalonicam profectus, & agrum pluribus locis
expoſitis per litora armatis late uaſtauit:& procurrentes ab urbe ſecundis aliquot proelijs
trepidos intra moenia compulit. iamq. ipſi urbi terribilis erat,cum diſpoſitis omnis gene-
ris tormentis,non uagi modo circa muros temere appropinquantes, ſed etiam qui in naui
B bus erant,ſaxis tormento emicantibus percutiebantur. Reuocatis igitur in naues militi-
bus,omiſſaq.Theſſalonicae oppugnatione, Aeniã inde petunt. XV millia paſſuum ea urbs
abeſt,aduerſus Pydnam poſita,fertili agro.Peruaſtatis finibus eius,legentes oram Antigo
neam perueniunt. Ibi egreſſi in terrã primo & uaſtarunt agros paſſim & aliquantum prae-
dae contulerunt ad naues. dein palatos eos adorti Macedones mixti pedites equiteſq. fu-
gientes effuſe ad mare perſecuti, D ferme occiderunt, & non minus ceperunt. nec aliud
quam ultima neceſſitas,cum recipere ſe tuto ad naues prohiberentur, animos militum Ro
manorum ſimul deſperatione alia ſalutis,ſimul indignitate irritauit. redintegrata in litore
pugna eſt:adiuuere,& qui in nauibus erãt.Ibi Macedonũ ducenti ferme caeſi,par numerus
captus. Ab Antigonea claſſis profecta ad agrum Pallenenſem, exſcenſionem ad populan-
dum fecit.Finium is ager Caſſandrenſium erat,longe fertiliſſimus omnis orae quã praeter
C uecti fuerant. Ibi Eumenes rex XX tectis nauibus ab Elea profectus obuius fuit, & quin-
que miſſae a Pruſia rege tectae naues. Hac uiriũ acceſſione animus creuit praetori,ut Caſ-
ſandream oppugnaret. Condita eſt a Caſſandro rege in ipſis faucibus,quae Pallenẽſem
agrũ ceterae Macedoniae iũgunt,hinc Toronaico,hinc Macedonico ſaepta mari. Eminet
nãque in altum lingua,in qua ſita eſt: nec minus quam in altum magnitudine Atho mons
excurrit,obuerſa in regionem Magneſiae duobus imparibus promontorijs,quorum maio-
ri Poſideum eſt nomen,minori Canaſtraeum. Diuiſis partibus oppugnare adorti.Roma
nus ad Clitas quas uocant,munimenta ceruis etiam obiectis,ut uiam intercluderet,a Ma- furcillae sunt ceruinorum cornuum similes.
cedonico ad Toronaicum mare perducit. Ab altera parte Euripus eſt.Inde Eumenes op-
pugnabat.Romanis in foſſa complenda,quam nuper obiecerat Perſeus,plurimum erat la-
boris. Ibi quaerenti praetori,quia nuſquam cumuli apparebant,quo regeſta e foſſa terra
D foret, monſtrati ſunt fornices,non ad eandem craſſitudinem qua ueterem murum,ſed ſim
plici laterum ordine ſtructos eſſe. Conſilium igitur cepit,tranſfoſſo pariete iter in urbem
patefacere.Fallere autem ita ſe poſſe,ſi muros a parte alia ſcalis adortus,tumultu iniecto in
cuſtodiam eius loci propugnatores urbis auertiſſet.Erãt in praeſidio Caſſandreae praeter
non contemnendam iuuentutem opidanorum DCCC Agrianes & ∞∞ Peneſtarum Il-
lyriorum a Pleurato inde miſſi,bellicoſum utrumque genus. His tuentibus muros cum
ſubire Romani ſumma ui niterentur, momento temporis parietes fornicum perfoſſi urbẽ
patefecerunt.quod ſi, qui irrupere,armati fuiſſent,extemplo cepiſſent.Hoc ubi perfectum
eſſe opus militibus nunciatum eſt, clamorem alacres gaudio repente tollunt, alijs parte
alia in urbem irrupturis. Hoſtes primum admiratio cepit, quidnam ſibi repentinus cla-
mor uellet. poſtquam patere urbem accepere praefecti praeſidij, Pytho, & Philippus
E Proco, qui occupaſſet aggredi,opus factum eſſe rati, cum ualida manu Agrianum Illyrio-
rumq. erumpunt: Romanoſq., qui alii aliunde coibant conuocabanturq., ut ſigna in ur-
bem inferrent, incompoſitoſque, atque inordinatos fugant, perſequunturque ad foſſam:
in qua compulſos ruina cumulant. DC ferme ibi interfecti, omneſque prope, qui inter
murum foſſamque deprenſi erant,uulnerantur. Ita ſuo ipſe conatu perculſus praetor,ſe-
gnior ad alia factus conſilia erat: & ne Eumeni quidem, ſimul a mari, ſimul a terra aggre-
dienti, quidquam ſatis procedebat. Placuit igitur utrique, cuſtodiis firmatis, ne quod
praeſidium ex Macedonia intromitti poſſet, quoniam uis aperta non proceſſiſſet, ope-
ribus moenia oppugnare. Haec parantibus, X regii lembi ab Theſſalonica cum delectis
Gallorum auxiliaribus miſſi, cum in ſalo ſtantes hoſtium naues conſpexiſſent, ipſi obſ-

tura nocte ſimplici ordine, quam poterant proxime litus tenentes, intrarunt urbem. Hu- F
ius noui praeſidij fama abſiſtere oppugnatione ſimul Romanos regemq. coegit. circum-
uecti promontorium ad Toronem claſſem appulerunt. Eam quoque oppugnare ador-
ti, ubi ualida defendi manu animaduerterunt, irrito incepto Demetriadem petunt. Ibi
cum appropinquantes repleta moenia armatis uidiſſent, praeteruecti ad Iolcon claſſem
appulerunt, inde agro uaſtato Demetriadem quoque aggreſſuri. Inter haec & conſul
ne ſegnis ſederet tantum in agro hoſtico, M. Popillium cum V millibus militum ad Meli-
boeam urbem oppugnandam mittit. Sita eſt in radicibus Oſſae montis, qua parte in Theſ-
ſaliam uergit, opportune imminens ſuper Demetriadem. Primus aduentus hoſtium
perculit incolas loci: collectis deinde ex nec opinato pauore animis, diſcurrunt armati
ad portas ac moenia qua ſuſpecti aditus erant: ſpemq. extemplo inciderunt, capi primo
impetu poſſe. Obſidio igitur parabatur: & opera oppugnationum fieri coepta. Perſeus G
cum audiſſet ſimul Meliboeam a conſulis exercitu oppugnari, ſimul claſſem Iolci ſtare, ut
inde Demetriadem aggrederetur: Euphranorem quendam ex ducibus cum delectis
duobus millibus Meliboeam mittit. eidem imperatum, ut, ſi a Meliboea ſubmouiſſet Ro-
manos, Demetriadem prius occulto itinere intraret, quam ab Iolco ad urbem caſtra
mouerent Romani. & ab oppugnatoribus Meliboeae, cum in ſuperioribus locis re-
pente apparuiſſet, cum trepidatione multa relicta opera ſunt, ignisque iniectus. Ita a
Meliboea abſceſſum eſt. Euphranor, ſoluta unius urbis obſidione, Demetriadem ex-
templo ducit. Nec tum moenia modo, ſed agros etiam confiderunt ſe a populatio-
nibus tueri poſſe: & eruptiones in uagos populatores non ſine uulneribus hoſtium
factae ſunt. Circumuecti tamen moenia ſunt praetor & rex, ſitum urbis contemplantes
ſi qua parte tentare aut opere aut ui poſſent. Fama fuit, per Cydam Cretenſem & H
Antimachum, qui Demetriadi praeerat, tractatas inter Eumenen & Perſea condicio-
nes amicitiae. ab Demetriade certe abſceſſum eſt. Eumenes ad conſulem nauigat: gra-
tulatus, quod proſpere Macedoniam intraſſet, Pergamum in regnum abit. Marcus Fi-
gulus praetor, parte claſſis in hiberna Sciathum miſſa, cum reliquis nauibus Oreũ Boeo-
tiae petit, eam urbem aptiſſimam ratus, unde exercitibus, qui in Macedonia, quiq. in Theſ-
ſalia erant, mitti commeatus poſſent. De Eumene rege longe diuerſa tradunt. Si Valerio
Antiati credas, nec claſſe adiutum ab eo praetorem eſſe, cum ſaepe cum litteris accerſiſſet,
tradit: nec cum gratia ab conſule profectum in Aſiam. indignatum quod, ut iiſdem caſtris
tenderet, permiſſum nõ fuerit: ne, ut equites quidem Gallos, quos ſecum adduxerat, relin-
queret, impetrari ab eo potuiſſe. Attalum fratrem eius & remanſiſſe apud conſulem: & ſin-
ceram eius fidem aequali tenore, egregiamq. operam in eo bello fuiſſe. Dum bellum in Ma- I
cedonia geritur, legati tranſalpini ab regulo Gallorum (Balanos ipſius traditur nomen;
gentis ex qua fuerit non traditur) Romam uenerunt pollicentes ad Macedonicum bellum
auxilia. Gratiae ab ſenatu actae, muneraq. miſſa, torquis aureus duo pondo, & paterae au-
reae quattuor pondo, equus phaleratus armaq. equeſtria. Secundum Gallos Pãphili lega-
ti coronã aureã, ex XX millibus Philippeorum factam, in curiam intulerunt: petentibuſque
iis, ut id donum in cella Iouis opt. max. ponere, & ſacrificare in Capitolio liceret, permiſ-
ſum: benigneq. amicitiam renouare uolentibus legatis reſponſum, & binum millium aeris
ſingulis miſſum munus. Tum ab rege Pruſia, & paullo poſt ab Rhodiis de eadem re longe
aliter diſſerentes legati auditi ſunt. utraque legatio de pace reconcilianda cum rege Per-
ſeo egit. Pruſiae preces magis, quã poſtulatio fuere, profitentis & ad id tempus ſe cum Ro-
manis ſtetiſſe, &, quoad bellum foret, ſtaturum. Ceterum cum ad ſe a Perſeo legati uenir- K
ſent de finiendo cum Romanis bello, & iis pollicitum deprecatorem apud ſenatum futu-
rum, petere, ſi poſſent inducere in animum, ut finiant iram, ſe quoque in gratia reconcilia-
tae pacis poſſe uti. Haec regii legati Rhodii, ſuperbe commemoratis erga populum Roma-
num beneficiis, & paene uictoriae utique de Antiocho rege maiore parte ad ſe uindicata,
adiecerunt, cum pax inter Macedonas Romanoſq. eſſet, ſibi amicitiam cum rege Perſeo
coeptam. eam ſe inuitos, nullo eius in ſe merito, quoniam ita Romanis uiſum ſit in ſocieta-
tem ſe belli trahere, interrupiſſe. Tertium ſe annum multa eius incommoda belli ſentire,
mari intercluſo inopia inſulam premi, amiſſis maritimis uectigalibus, atque commeati-
bus. Cum id ultra pati non poſſent, legatos alios ad Perſea in Macedoniam miſiſſe, qui ei
denunciarent,

A denunciarent, Rhodiis placere pacem eum componere cum Romanis: ſe Romam eadem nunciatum miſſos: per quos ſtetiſſet quo minus belli finis fieret, aduerſus eos quid ſibi faciundum eſſet, Rhodios conſideraturos eſſe. Ne nunc quidem haec ſine indignatione legi audiriue poſſe certum habeo. inde exiſtimari poteſt, qui habitus animorum audientibus ea patribus fuerit. Claudius nihil reſponſum auctor eſt: tantum ſenatuſconſultum recitatum, quo Caras & Lycios liberos eſſe iuberet populus R. litteraſq. extemplo ad utramque gentem, ut ſcirent iudicatum, mittit. Qua audita re principem legationis, cuius magniloquentiam uix curia paullo ante ceperat, corruiſſe. Alij reſponſum eſſe tradunt populum R. & principio huius belli haud uanis auctoribus compertum habuiſſe, Rhodios cum Perſeo rege aduerſus remp. ſuam occulta conſilia iniſſe: & ſi id ante dubium fuiſſet, legatorum paullo ante uerba ad certum redegiſſe: & plerumque ipſam ſe fraudem, etiam ſi initio

B cautior fuerit, detegere. Rhodios nuncios in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere: deorum nutu arma ſumpturos poſituroſq. Romanos eſſe. Iam non deos foederum teſtes, ſed Rhodios habituros. Ita ne tandem ijs pareatur, exercituſq. de Macedonia deportentur? Viſuros eſſe quid ſibi faciundum ſit. quid Rhodij uſuri ſint, ipſos ſcire: populum certe Romanum deuicto Perſeo, quod propediem ſperēt fore, uiſurum, ut pro meritis cuiuſque in eo bello ciuitatis gratiam dignam referat. Munus tamen legatis in ſingulos binum millium aeris miſſum eſt: quod ij non acceperunt. Litterae deinde recitatae Q. Marcij cōſulis ſunt, quemadmodum ſaltu ſuperato in Macedoniam tranſiſſet, ibi & ex alijs locis commeatus a praetore proſpectos in hiemem habere, & ab Epirotis XX millia modium tritici, X hordei ſumpſiſſe, ut pro frumento pecunia Romae legatis eorum curaretur. Veſtimenta militibus ab Roma mittenda eſſe: equis CC ferme opus eſſe, maxime Numidis, nec ſibi

C in his locis ullam copiam eſſe. ſenatuſconſultum ut ea omnia ex litteris conſulis fierent, factum eſt. C. Sulpicius praetor VI ∞ togarum, XXX tunicarum, & equos deportanda in Macedoniam, praebendaq. arbitratu conſulis locauit: & legatis Epirotarum pecuniam pro frumento ſoluit. & Oneſimum Pythonis filium nobilem Macedonem in ſenatum introduxit. Is pacis ſemper auctor regi fuerat, monueratq., ſicut pater eius Philippus inſtitutū uſque ad ultimum uitae diem ſeruabat, quotidie bis foederis icti cum Romanis perlegēdi, ut eum morem, ſi non ſemper, crebro tamen uſurparet. Poſtquam deterrere eum a bello nequijt, primo ſubtrahere ſeſe per alias, atque alias cauſſas, ne intereſſet ijs, quae nō probabat, coepit: poſtremo cum ſuſpectum ſe eſſe cerneret, & proditionis interdum crimine inſimulari, ad Romanos transfugit: magnoq. uſui conſuli fuit. Ea introductus in curiam cum memoraſſet, ſenatus in formulam ſociorum eum referri iuſſit: locum lautia praeberi: agri

D Tarentini, qui publicus populi R. eſset, ducenta iugera dari, & aedes Tarenti emi. uti ea curaret, C. Decimio praetori mandatum. Cenſores cenſum idibus Decembribus ſeuerius quam ante habuerunt: multis equi adempti, inter quos P. Rutilio, qui tribunus pl. eos uiolenter accuſarat. tribu quoque is motus, & operarius factus ad opera publica facienda. Cū eis dimidium ex uectigalibus eius anni attributum ex ſenatuſconſulto a quaeſtorib. eſſet, Ti. Sempronius ex ea pecunia, quae ipſi attributa erat, aedes P. Africani pone Veteres ad Vortumni ſignum, laneaſq. tabernas coniunctas in publicum emit: baſilicamq. faciendam curauit, quae poſtea Sempronia appellata eſt. Iam in exitu annus erat. & propter Macedonici maxime belli curam in ſermonibus homines habebant, quos in annum conſules ad finiendum tandem id bellum crearent. itaque S. C. factum eſt, ut Cn. Seruilius primo quoque tempore ad comitia habenda ueniret. ſenatuſconſultum Sulpicius praetor ad con-

E ſulem poſt paucos dies recitauit, quibus ante diem in* urbem uenturum. & conſul maturauit, & comitia eo die, qui dictus erat, ſunt perfecta. conſules creati L. Aemilius Paullus iterum XIV anno poſtquam primum conſul fuerat, & C. Licinius Craſſus. Praetores poſtero die facti, Cn. Baebius Tamphilus, L. Anicius Gallus, Cn. Octauius, P. Fonteius Balbus, M. Aebutius Helua, C. Papirius Carbo. Omnia ut maturius agerentur, belli Macedonici ſtimulabat cura. Itaque deſignatos extemplo ſortiri placuit prouincias, ut, utri Macedonia conſuli, cuiq. praetori claſſis eueniſſet, ſciretur: ut iam inde cogitarent pararentq. quae bello uſui forent: ſenatumq. conſulerent, ſi qua re conſulto opus eſſet. Latinas, ubi magiſtratum iniſſent, quod per religiones poſſet, primo quoque tempore fieri placere, neque conſulem, cui eundum in Macedoniam eſſet, teneri. His decretis, conſulibus Italia &

Macedonia,praetoribus,praeter duas iuriſdictiones in urbe, claſſis,& Hiſpania, & Sicilia, F
& Sardinia prouinciae nominatae ſunt. cōſulū Aemilio Macedonia,Licinio Italia euenit.
Praetores Cn. Baebius urbanam, L. Anicius peregrinam,& ſi quo ſenatus cenſuiſſet,Cn.
Octauius claſſem,P.Fonteius Hiſpaniam,M.Aebutius Siciliam, C.Papirius Sardiniam eſt
ſortitus. Extemplo apparuit omnibus,non ſegniter id bellum L.Aemilium geſturum,prae
terquam, quod alius uir erat, etiam quod dies noctéſq.intentus ea ſola,quae ad id bellum
pertinerent,animo agitabat. Iam omnium primum a ſenatu petit, ut legatos in Macedo-
niam mitterent ad exercitus uiſendos claſſemq., & comperta referenda,quid aut terreſtri
bus aut naualibus copijs opus eſſet. Praeterea,ut explorarent copias regias,quantum poſ-
ſent,quaq.prouincia noſtra,qua hoſtium foret:utrum intra ſaltus caſtra Romani haberent,
an iā omnes anguſtiae exſuperatae,& in aequa loca peruenisſēt:qui fideles nobis ſocij,qui
dubij,ſuſpenſaeq.ex fortuna fidei,qui certi hoſtes uiderentur: quanti praeparati commea G
tus,& unde terreſtri itinere, unde nauibus ſupportarentur: quid ea aeſtate terra mariq.re-
rum geſtarum eſſet:ex his bene cognitis certa in futurum conſilia capi poſſe ratus.Senatus
Cn.Seruilio conſuli negotium dedit,ut is in Macedoniam,quos L.Aemilio uideretur lega
ret.Legati biduo poſt profecti,Cn.Domitius Ahenobarbus,A.Licinius Nerua,L.Baebius.
Bis in exitu anni eius lapidatum eſſe nunciatum eſt in Romano agro,ſemel in Veientibus.
nouēdiale ſacrum factum eſt.Sacerdotes eo anno mortui ſunt,P.Quinctilius Varus flamen
Martialis,& M.Claudius Marcellus X uir: in cuius locum Cn. Octauius ſuffectus. Et iam
magnificentia creſcente notatum eſt, ludis Circenſibus P. Cornelij Scipionis Naſicae, &
P.Lentuli aedilium curulium LXIII Africanas, & XL urſos & elephātos luſiſſe.L.Aemilio
Paullo, C.Licinio conſulibus Idibus Martijs principio inſequentis anni, cum in exſpecta-
tione patres fuiſſent, maxime quidnam conſul de Macedonia, cuius ea prouincia eſſet,re- H
ferret;nihil ſe habere Paullus quod referret,cum nondum legati rediſſent, dixit. ceterum
Brundiſij legatos iam eſſe, bis ex curſu Dyrrhachium reiectos. cognitis mox, quae noſci
prius in rem eſſet, relaturum: id fore intra perpaucos dies. & ne quid profectionem ſuam
teneret,pridie idus Apriles Latinis eſſe conſtitutam diem.Sacrificio rite perfecto,ſe & Cn.
Octauiū,ſimul ſenatus cenſuiſſet,exituros eſſe: C.Licinio collegae ſuo fore curae ſe abſen
te, ut ſi qua parari mittiue ad id bellum opus ſit, parentur mittanturq.. interea legationes
exterarum nationum audiri poſſe.Sacrificio rite perfecto,primi Alexandrini legati ab Pto
lemaeo & Cleopatra regibus uocati ſunt. Sordidati, barba & capillo promiſſo, cum ra-
mis oleae ingreſſi curiam,procubuerunt: & oratio quam habitus fuit miſerabilior. Antio-
chus Syriae rex, qui obſes Romae fuerat, per honeſtam ſpeciem maioris Ptolemaei redu-
cendi in regnum,bellum cum minore fratre eius,qui tum Alexandriam tenebat,gerens,& I
ad Peluſium nauali proelio uictor fuerat,& tumultuario opere ponte per Nilū facto tranſ-
greſſus cum exercitu, obſidione ipſam Alexandriam tenebat: nec procul abeſſe,quin po-
tiretur regno opulentiſſimo, uidebatur. Ea legati querentes orabant ſenatum, ut opem
regno regibuſq. amicis imperio ferrent. ea merita populi R. in Antiochum, eam apud o-
mnes reges gentéſq auctoritatem eſſe, ut,ſi legatos miſiſſent,qui denunciarent non place
re ſenatui ſocijs regibus bellum fieri,extemplo abſceſſurus a moenibus Alexādriae,abdu-
cturuſq.exercitum in Syriam eſſet. Quod ſi cunctentur facere, breui extorres regno Pto-
lemaeum & Cleopatram Romam uenturos cum pudore quodam populi R. quod nullam
opem in ultimo diſcrimine fortunarum tuliſſent. Moti patres precibus Alexandrinorum,
extemplo C. Popillium Laenatem,C. Decimium,& C. Hoſtilium legatos ad finiendum
inter reges bellum miſerunt. Prius Antiochum,dein Ptolemaeum adire iuſſi,& nunciare, K
ni abſiſtatur bello, per utrum ſtetiſſet, eum non pro amico nec pro ſocio habituros eſſe.
His intra triduum ſimul cum legatis Alexandrinis profectis, legati ex Macedonia quin-
quatribus ultimis adeo exſpectati uenerunt, uti, niſi ueſper eſſet, extemplo ſenatum
uocaturi conſules fuerint. Poſtero die ſenatus fuit, legatique auditi ſunt. Ij nunciant,
maiore periculo, quam emolumento, exercitum per inuios ſaltus in Macedoniam in-
ductum. Pieriam, quo proceſſiſſet, regem tenere: caſtra caſtris prope ita collata eſſe,ut
flumine Enipeo interiecto arceantur: neque regem pugnandi poteſtatem facere, nec no-
ſtris uim ad cogendum eſſe: hiemem etiam aſperam rebus gerendis interueniſſe: in
otio militem ali, nec plus quam VI dierum frumentum habere. Macedonum dici

XXX

A XXX millia armatorum eſſe. Si Ap. Claudio circa Lychnidum ſatis ualidus exercitus foret, potuiſſe ancipiti bello diſtinere regem: nunc & Appium, & quod cũ eo praeſidij ſit, in ſummo periculo eſſe: niſi propere aut iuſtus exercitus eo mittatur, aut illi inde deducãtur. Ad claſſem ſe ex caſtris profectos, ſociorum naualium partem morbo audiſſe abſumptam, partem, maxime qui ex Sicilia fuerint, domos ſuas abiſſe, & homines nauibus deeſſe: qui ſint, neque ſtipendiũ accepiſſe, neque ueſtimenta habere. Eumenem claſſemq. eius, tamquam uento allatas naues, ſine cauſſa & ueniſſe, & abiſſe: nec animum eius regis conſtare ſatis uiſum. Sicut omnia de Eumene dubia, Attali egregie conſtantem fidem nunciabant. Legatis auditis tunc de bello referre ſeſe L. Aemilius duxit. Senatus decreuit, ut in octo legiones parem numerum tribunorum conſules & populus crearent: creari autem neminem eo anno placere, niſi qui honorem geſſiſſet. Tum ex omnibus tribunis mil. uti L. Aemilius in
B duas legiones in Macedoniam, quos eorum uelit, eligat: & ut ſollemni Latinarum perfecto, L. Aemilius conſul, Cn. Octauius praetor, cui claſſis obtigiſſet, in prouinciã proficiſcantur. Additus eſt his tertius L. Anicius praetor, cuius inter peregrinos iuriſdictio erat. Eum in prouinciam Illyricum circa Lychnidum Ap. Claudio ſuccedere placuit. Delectus cura C. Licinio conſuli impoſita. is VII millia ciuium Romanorum & equites CC ſcribere iuſſus, & ſocijs nominis Latini ſeptem millia peditum imperare, CD equites, & Cn. Seruilio Galliam obtinenti prouinciam litteras mittere, ut DC equites conſcriberet. hunc exercitum ad collegam primo quoque tempore mittere in Macedoniã iuſſus, neque in ea prouincia plus quam duas legiones eſſe. eas repleri, ut ſena millia peditum, trecenos haberent equites. ceteros equites peditesq. in praeſidijs diſponi. qui eorum idonei ad militandum non eſſent, dimitti. X praeterea millia peditum imperata ſocijs, & DCCC equites. Id
C praeſidij additum Anicio praeter duas legiones, quas portare in Macedoniam eſt iuſſus, quina millia peditum, & ducentos habentes, trecenos equites: & in claſſem V millia naualium ſocium ſunt ſcripta. Licinius conſul duabus legionibus obtinere prouinciã iuſſus, eo addere ſociorum X millia peditum, & DC equites. ſenatuſconſultis perfectis, L. Aemilius conſul e curia in concionem proceſſit, orationemq. talem habuit. Animaduertiſſe uideor, Quirites, maiorem mihi ſortito Macedoniam prouinciam gratulationem factam, quam cũ aut conſul eſſem conſalutatus, aut quo die maſtigratum iniſſem: neque id ob aliã cauſſam, quam quia bello in Macedonia, quod diu trahitur, exiſtimaſtis dignum maieſtate populi R. exitum per me imponi poſſe. deos quoque huic fauiſſe ſorti ſpero, eoſdemq. in rebus gerendis affuturos eſſe. Haec partim opinari, partim ſperare poſſum. illud affirmare pro certo habeo audeoq., me omni ope adniſurum eſſe, ne fruſtra uos hanc ſpem de me con-
D ceperitis. Quae ad bellum opus ſunt, & ſenatus decreuit, & (quoniam extemplo proficiſci placet, neque ego in mora ſum) C. Licinius collega, uir egregius, aeque enixe parabit, ac ſi ipſe id bellum geſturus eſſet. Vos, quae ſcripſero ſenatui aut uobis, credite: rumores credulitate ueſtra ne alatis, quorum auctor nemo exſtabit. Nam nunc quidem, quod uulgo fieri hoc praecipue bello animaduerti, nemo tam famae contemptor eſt, cuius nõ debilitari animus poſſit. In omnibus circulis, atque etiam (ſi dijs placet) in conuiuijs ſunt, qui exercitus in Macedoniam ducant: ubi caſtra locanda ſint ſciant, quae loca praeſidijs occupanda, quando aut quo ſaltu intranda Macedonia, ubi horrea ponenda, qua terra mari ſubuehantur commeatus, quando cum hoſte manus conſerendae, quando quieſcendum ſit. nec quid melius faciendum ſit, modo ſtatuunt, ſed quidquid aliter, quam ipſi cenſuere, factũ eſt, conſulem ueluti dicta die accuſant. Haec magna impedimenta res gerentibus ſunt. Neque enim omnes tam firmi & conſtantis animi contra aduerſum rumorem eſſe poſſunt, quam Fa-
E bius fuit: qui ſuum imperium minui per uanitatem populi maluit, quam ſecunda fama male rem gerere. Non ſum is, qui non exiſtimẽ admonendos duces eſſe: immo eum, qui de ſua unius ſententia omnia gerat, ſuperbum iudico magis quam ſapientem. Quid ergo eſt? Primum a prudentibus, & proprie rei militaris peritis, & uſu doctis monendi imperatores ſunt: deinde ab iis, qui interſunt gerendis rebus, qui loca, qui hoſtem, qui temporum opportunitatem uident, qui in eodem uelut nauigio participes ſunt periculi. Itaque ſi quis eſt, qui quod e rep. ſit ſuadere ſe mihi in eo bello, quod geſturus ſum, confidat, ne deneget operam reipublicae, & in Macedoniam mecum ueniat: naue, equo, tabernaculo, uiatico etiam a me iuuabitur. Si quem id facere piget, et otium urbanum

militiae laboribus praeoptat, e terra ne gubernauerit. Sermonum ſatis ipſa praebet urbs: lo- F quacitatem ſuam contineat, nos caſtrenſibus conſilijs contentos futuros eſſe ſciat. Ab hac concione, Latinis quae pridie Kalend. April. fuerunt, in monte ſacrificio rite perpetrato, protinus inde & conſul, & praetor Cn. Octauius in Macedoniam profecti ſunt. Traditum eſt memoriae, maiore quam ſolita frequentia proſequentium conſulem celebratũ, ac prope certa ſpe ominatos eſſe homines, finem eſſe Macedonico bello, maturumque reditum cum egregio triumpho conſulis fore. Dum haec in Italia geruntur, Perſeus, quod iam inchoatum perficere, quia impenſa pecuniae facienda erat, non inducebat in animum, ut Gẽtium Illyriorum regem ſibi adiungeret; hoc, poſtquam intraſſe ſaltum Romanos, & adeſſe diſcrimen ultimum belli animaduertit, non ultra differendum ratus, cum per Hippiam legatum CCC argenti talenta pactus eſſet, ita, ut obſides ultro citroq. darentur, Pantaucum miſit ex fidiſſimis amicis ad ea perficienda. Medione Labeatidis terrae Pantaucus regi Illy- G rio occurrit: ibi & iuſiurandum ab rege & obſides accepit. Miſſus & a Gentio eſt legatus nomine Olympio, qui iuſiurandum a Perſeo obſideſq. exigeret. Cum eodem ad pecuniam accipiendam miſſi ſunt, & auctore Pantauco, qui Rhodum legati cum Macedonibus irent, Parmenio & Morcus deſtinatur. Quibus ita mandatum, uti, iureiurando obſidibuſq. & pecunia accepta, tum demum Rhodum proficiſcerentur. Duorum ſimul regũ nomine incitari Rhodios ad bellum Romanum poſſe. Adiunctam ciuitatem penes quam unam tum rei naualis gloria eſſet, nec terra, nec mari ſpem relicturam Romanis. Venientibus Illyrijs, Perſeus ab Enipeo amni ex caſtris cum omni equitatu profectus, ad Diũ occurrit. Ibi ea quae conuenerant, circũfuſo agmine equitum facta, quos adeſſe foederi ſancitae cum Gentio ſocietatis uolebat rex, aliquantum eam rem ratus animorum ijs adiecturam. et obſides in conſpectu omnium dati acceptiq.: & Pellam ad theſauros regios miſſi, qui pecuniam ac- H ciperẽt, qui Rhodum irent cum Illyrijs legatis, Theſſalonicae conſcendere iuſſi. Ibi Metrodorus erat, qui nuper ab Rhodo uenerat, auctoribuſq. Dione & Polyarato principibus ciuitatis eius affirmabat Rhodios paratos ad bellum eſſe. Is princeps iunctae cum Illyrijs legationis datus eſt. Eodem tempore ad Eumenem & ad Antiochum communia mandata, quae ſubijcere condicio rerum poterat. Natura inimica inter ſe eſſe liberam ciuitatẽ & regem. Singulos populum Romanum aggredi, & quod indignius ſit, regum uiribus reges oppugnare. Attalo adiutore patrem ſuum oppreſſum: Eumene adiuuante & quadam ex parte etiam Philippo patre ſuo, Antiochum oppugnatum: in ſe nunc & Eumenem & Pruſiam armatos eſſe. Si Macedoniae regnum ſublatum foret, proximam Aſiam eſſe, quam iam ex parte ſub ſpecie liberandarum ciuitatum ſuam fecerint: deinde Syriam. Iam Pruſiam Eumeni honore praeferri, iam Antiochum uictorẽ praemio belli ab Aegypto arceri. Haec co- I gitantem prouidere iubebat, ut aut ad pacem ſecum faciendam compelleret Romanos, aut perſeuerantes in bello iniuſto communes duceret omnium regum hoſtes. Ad Antiochum aperta mandata erant, ad Eumenem per ſpeciem captiuorum redimendorum miſſus legatus erat: uerum occultiora quaedam agebantur, quae in praeſentia inuiſum quidẽ & ſuſpectum Romanis Eumenem falſis grauioribus criminibus onerarunt. Proditor enim ac prope hoſtis habitus, dum inter ſe duo reges captantes fraude & auaritia certant. Cydas erat Cretenſis ex intimis Eumenis: hic prius ad Amphipolim cum Chimaro quodam populari ſuo militante apud Perſea, inde poſtea ad Demetriadem ſemel cum Menecrate quodam, iterum cum Antiocho regijs ducibus ſub ipſis moenibus urbis collocutus K fuerat. Eropon quoque, qui tum miſſus eſt, duabus ad eundem Eumenen iam ante legationibus functus erat. quae colloquia occulta, & legationes infames quidem erant, ſed quid actum eſſet, quid ue inter reges conueniſſet ignorabatur. Res autem ita ſe habuit. Eumenes neque fauit uictoriae Perſei, neque bello eum inuadere in animo habuit, non tam quia paternae inter eos inimicitiae erant, quam ipſorum odijs inter ſe accenſae. Non ea regum aemulatio, ut aequo animo Perſea tantas adipiſci opes tantamque gloriã, quanta Romanis uictis eum manebat, Eumenes uiſurus fuerit. Cernebat & Perſea iam inde ab initio belli omni modo ſpem pacis tentaſſe: & in dies magis, quo propior admoueretur terror, nihil neque agere aliud, neque cogitare. Romanos quoque, quia traheretur diutius ſpe ipſorum bellum, & ipſos duces & ſenatum non abhorrere a finiendo tam incommodo ac difficili bello. Hac utriuſque partis uoluntate explorata, quod fieri etiam ſua ſponte

Natura inimica inter se sunt libera civitas et rex.

taedio

A taedio ualidioris,metu infirmioris credebat poſſe,in eo ſuam operam uẽditare concilian-
da gratia magis cupijt. Nam modo ne iuuaret bello Romanos terra mariq. modo pacis pa
trandae cum Romanis paciſcebatur mercedem,ne bello intereſſet,∞ & D talenta. In utro
que non fidem modo ſe,ſed obſides quoque dare paratum eſſe oſtendebat. Perſeus ad rẽ
inchoandam promptiſſimus erat cogente metu,& de obſidibus accipiendis ſine dilatione
agebat,conueneratq. ut accepti Cretam mitterentur. ubi ad pecuniae mentionem uẽtum
erat,ibi haeſitabat,& utique alteram in tanti nominis regibus turpem ac ſordidam, & dãti,
& magis accipienti mercedem eſſe. Malebat in ſpem Romanae pacis non recuſari impen-
ſam, ſed eam pecuniam perfecta re daturum: interea Samothracae in templo depoſiturũ.
Ea inſula cũ ipſius ditionis eſſet,uidere Eumenes nihil intereſſe an Pellae pecunia eſſet: id
agere,ut partem aliquam praeſentem ferret.Ita nequidquam inter ſe captati,nihil praeter
B infamiã mouere. Nec haec tãtum Perſeo per auaritiam eſt dimiſſa res,cum pecuniam tutã
& pacem habere per Eumenen,quae uel parte regni redimẽda eſſet,ac receptus protrahe-
re inimicum mercede onuſtum,& hoſtes merito ei Romanos poſſet facere. Sed etiã Gen-
tij regis parata ſocietas,& tum Gallorum effuſorum per Illyricum ingens agmen oblatum
auaritia dimiſſum eſt.Veniebant decẽ millia equitũ,par numerus peditum, & ipſorum iun
gentium curſum equis, & in uicem prolapſorum equitum uacuos capientium ad pugnam
equos.Hi pacti erant,eques denos praeſentes aureos,pedes quinos,mille dux eorum. Ve-
nientibus his Perſeus ab Enipeo ex caſtris profectus obuiam cum dimidia copiarum par-
te,denũciare per uicos urbeſq.quae uiae propinquae ſunt, coepit, ut cõmeatus expedirẽt,
frumenti,uini,pecorum ut copia eſſet. Ipſe equos phaleraſq.& ſagula donum principibus
ferre,& parum auri,quod inter paucos diuideret,multitudinẽ credens trahi ſpe poſſe. Ad
C Albanam urbem peruenit,& in ripa fluminis Axij poſuit caſtra.circa Deſudabã in Maedi-
ca exercitus Gallorum conſederat,mercedẽ pactam opperiens. Eo mittit Antigonum ex
purpuratis unum,qui iuberet multitudinẽ Gallorum ad Bylazora (Paeoniae is locus eſt)
caſtra mouere,principes ad ſe uenire frequentes. LXXV millia ab Axio flumine & caſtris
regis aberant.Haec mandata ad eos cum pertuliſſet Antigonus,adiecifſetq.per uiã quan-
ta omnium praeparata cura regis copia multitudini foret, quibuſq. munerib. principes ad
uenientes ueſtis,argenti, equorũmq. excepturus rex eſſet: de his quidẽ ſe coram cognitu
ros reſpondent.Illud quod praeſens pepigiſſent,interrogant,ecquid aurum,quod in ſingu
los pedites equiteſq.diuidendum eſſet,ſecum adduxiſſet.Cum ad id nihil reſponderetur,
Elonicus regulus eorum, Abi,renuncia ergo,inquit,regi,niſi aurum obſideſq.accepiſſent,
nuſquam inde Gallos longius ueſtigium moturos. Haec relata regi cum eſſent,aduocato
D conſilio,cum quid omnes ſuaſuri eſſent appareret,ipſe pecuniae quã regni melior cuſtos,
inſtitit de perfidia & feritate Gallorum diſſerere. Multorum iam ante cladibus expertum,
periculoſum eſſe tantam multitudinem in Macedoniam accipere, ne grauiores eos ſocios
habeant,quam hoſtes Romanos. Quinque millia equitum ſat eſſe,quibus & uti ad bellum
poſſent,& quorum multitudinem ipſi non timeant. Apparebat omnibus mercedem mul-
titudinis timere,nec quidquã aliud:ſed cũ ſuadere cõſulenti nemo auderet, remittitur An
tigonus,qui renunciaret quinque millium equitum opera tantum uti regem, contemnere
multitudinem aliã.Quod ubi audiuere barbari,ceterorum quidem fremitus fuit indignan
tium ſe fruſtra excitos ſedibus ſuis: Elonicus rurſus interrogat,ecquid ipſis quinque milli
bus quod conueniſſet numeraret. Cum aduerſus id quoque miſceri ambages cerneret,in
uiolato fallaci nuncio(quod uix ſperauerat ipſe poſſe cõtingere)retro ad Iſtrum,perpopu
lati Thraciam qua uicina erat uiae,redierũt. Quae manus quieto ſedente rege ad Enipeũ,
E aduerſus Romanos Perraebiae ſaltũ in Theſſaliam tranſducta,non agros tantũ nudare po-
pulando potuit, ne quos inde Romani commeatus exſpectarẽt:ſed ipſas excindere urbes,
tenente ad Enipeum Perſeo Romanos, ne urbibus ſocijs opitulari poſſent. Ipſis quoque
Romanis de ſe cogitandum fuiſſet, quãdo neque manere amiſſa Theſſalia, unde exercitus
alebatur,potuiſſent,neque progredi,cum ex aduerſo caſtra Macedonum ~~eſſent: quo facto
Perſeus Romanorum animos confirmauit, & Macedonum~~, qui ea pependerant ſpe,haud
mediocriter debilitauit. Eadem auaritia Gentium regem ſibi alienauit.Nam cum C C C
talenta Pellae miſſis a Gentio numeraſſet, ſignare eos pecuniam paſſus eſt. Inde talẽta ad
Pantaucum miſſa,eaq.praeſentia dari regi iuſſit: reliquam pecuniam ſignatam Illyriorum
ſigno

ſigno portantibus ſuis praecepit paruis itineribus ueherent: dein cū ad finem Macedoniae F
uentum eſſet, ſubſiſterent ibi, ac nuncios ab ſe opperirētur. Gentius exigua parte pecuniae
accepta, cum aſſidue a Pantauco ad laceſſendos hoſtili facto Romanos ſtimularetur, M.
Perpernam, & L. Petillium legatos, qui tum forte ad eum uenerant, in cuſtodiam coniecit.
Hoc audito Perſeus, contraxiſſe eum neceſſitates ratus ad bellum utique cū Romanis, ad
reuocandum qui pecuniam portabat, miſit, uelut nihil aliud agens, quam ut quanta maxi-
ma poſſet praeda ex uicto Romanis reſeruaretur. Et ab Eumene Eropó, ignotis quae occul
te acta erant, redit. De captiuis actum eſſe & ipſi euulgauerant: & Eumenes conſulem ui-
tandae ſuſpicionis cauſſa certiorem fecit. Perſeus poſt reditum ab Eumene Eropontis ſpe
deiectus, Antenorem & Callippum praefectos claſsis cum LX lembis (adiectae ad hūc nu
merū quinque priſtes erant) Tenedum mittit, ut inde ſparſae per Cycladas inſulas naues,
Macedoniam cum frumento petentes, tutarentur. Caſſandreae deductae naues, in portus G.
primum, qui ſub Atho monte ſunt, inde Tenedum placido mari cum trāſieciſſent, ſtātes in
portu Rhodias apertas naues, Eudamumq. praefectum earum inuiolatas, atque etiam beni
gne appellatos dimiſerūt. Cognito deinde in latere altero quinquaginta onerarias ſuarū,
ſtātibus in oſtio portus Eumenis roſtratis, quibus Damius praeerat, incluſas eſſe, circum-
uectus propere, ac ſummotis terrore hoſtium nauibus, onerarias, datis qui proſequerētur
X lembis, in Macedoniam mittit, ita ut in tutum proſecuti redirent Tenedum. Nono poſt
die ad claſſem iam ad Sigeum ſtantem redierunt. Inde Subota (inſula eſt interiecta Elae &
Atho) trāiiciunt. Forte poſtero die quā Subota claſsis tenuit, quinque & XXX naues, quas
hippagogos uocāt, ab Elea profectae cum equitibus Gallis equisq. Phanas promontoriū
Chiorum petebant, unde trāſmittere in Macedoniam poſsēt, Attalo ab Eumene mittebā
tur. Has naues per altum ferri cum ex ſpecula ſignum datū Antenori eſſet, profectus a Su- H
botis, inter Erythrarum promontorium Chiumq. qua artiſsimum fretum eſt, ijs occurrit.
Nihil minus credere praefecti Eumenis, quam Macedonū claſſem in illo uagari mari. nūc
Romanos eſſe, nūc Attalum aut remiſſos aliquos ab Attalo ex caſtris Romanis Pergamū
petere. Sed cum iam appropinquantium forma lemborum haud dubia eſſet, & concitatio
remorum, directaeq. in ſe prorae, hoſtes appropinquare apparuiſſet, tūc iniecta trepidatio
eſt, cum reſiſtendi ſpes nulla eſſet, inhabiliq. nauium genere, & Gallis uix quietem ferēti-
bus in mari. Pars eorum, qui propiores continenti litori erant, in Erythream enarunt: pars
uelis datis ad Chium naues eiecere, relictisq. equis effuſa fuga urbem petebant. Sed pro-
pius urbem lembi acceſſuq. commodiore cum expoſuiſſent armatos, partim in uia fugien
tes Gallos adepti Macedones ceciderunt, partim ante portam excluſos. clauſerant enim
Chij portam ignari qui fugerent aut ſequerentur. DCCC ferme Gallorum occiſi, CC ui- I
ui capti, equi pars in mari fractis nauibus abſumpti, partim neruos ſucciderunt in litore
Macedones. XX eximiae equos formae cū captiuis eoſdem X lembos, quos ante miſerat,
Antenor deuehere Theſſalonicam iuſsit, & primo quoque tēpore ad claſſem reuerti, Pha-
nis ſe eos exſpectaturū. Triduum ferme claſſis ad urbem ſtetit. Phanas inde progreſsi ſūt,
& ſpe celerius reuerſis X lembis euecti, Aegeo mari Delum tranſiecerunt. Dum haec gerū
tur, legati Romani C. Popillius, C. Decimius, & C. Hoſtilius a Chalcide profecti, tribus
quinqueremibus Delum cum ueniſſent, lembos ibi Macedonum XL, & V regis Eumenis
quinqueremes inuenerunt. Sanctitas templi inſulaeq. inuiolatos praeſtabat omnes. Itaque
permixti Romaniq. & Macedones, & Eumenis nauales ſocij, in templo, indutias religione
loci praebēte, uerſabantur. Antenor Perſei praefectus, cū aliquas alto praeferri onerarias
naues ex ſpeculis ſignificatum foret, parte lemborum ipſe inſequens, parte per Cyclades K.
diſpoſita, praeterquam ſi quae Macedoniā peterēt, omnes aut ſupprimebat, aut ſpoliabat
naues. Quib. poterat Popillius aut Eumenes naues, ſuccurrebat: ſed uecti nocte binis aut
ternis plerūque lembis Macedones fallebant. Per id fere tempus legati Macedones Illy-
rijq. ſimul Rhodum uenerunt: quibus auctoritatem addidit, non lemborum modo aduen-
tus paſsim per Cycladas, atque Aegeum uagantium mare, ſed etiam coniunctio ipſa regū
Perſei Gentijq., & fama cum magno numero peditum equitumq. uenientium Gallorum.
Et iam cum acceſsiſſent animi Dioni ac Polyarato, qui Perſei partium erant, non benigne
modo reſponſum regibus eſt, ſed palā pronunciatum, bello finem ſe auctoritate ſua impo
ſituros eſſe. Itaque ipſi quoque reges aequos adhiberent animos ad pacem accipiendam.

Iam

A Iam ueris principium erat, nouiq. duces in prouinciam uenerant: conſul Aemilius in Mace
doniam, Octauius Oreum ad claſſem, Anicius in Illyricum, cui bellandum aduerſus Gen-
tium. Patre Pleurato rege Illyriorum & matre Eurydica genitus, fratres duos Platorem
utroque parente, Carauantium matre eadem natum habuit. Hoc propter ignobilitatẽ pa-
ternam minus ſuſpecto, Platorem occidit, & duos amicos eius, Ettritum & Epicadum, im-
pigros uiros, quo tutius regnaret. Fama fuit Honuni Dardanorum principis filiam Etutã
pacto fratri eum inuidiſſe, tamquam his nuptijs adiungenti ſibi Dardanorum gentem. & ſi
milius id uero fecit ducta ea uirgo. Platore interfecto grauis deinde dempto fratris metu
popularibus eſſe coepit. & uiolentiam inſitam ingenio, intemperantia uini accendebat. Ce
terum, ſicut ante dictum eſt, ad Romanum incitatus bellum, Liſſum omnes copias contra-
xit. XV ∞ armatorum fuerunt. Inde fratre in Cauiorum gentem ui aut terrore ſubigendã
B cum mille peditibus & quinquaginta equitibus miſſo, ipſe, ad Baſſaniam urbem quinque
millia ab Liſſo ducit. Socij erant Romanorum: itaque per miſſos nuncios prius tentati, ob-
ſidionem pati quam dedere ſeſe maluerunt. Carauantium in Cauijs Burnium opidum ad
uenientem benigne accepit, Carauantis altera urbs excluſit: & cum agros eorum effuſe ua
ſtaret, aliquot palati milites agreſtium concurſu interfecti ſunt. Iã & Ap. Claudius, adſu-
mptis ad eum exercitum quẽ habebat, Bulinorum & Apolloniatium & Dyrrhachinorum
auxilijs, profectus ex hibernis circa Genuſuum amnem caſtra habebat, audito foedere in-
ter Perſea & Gentium, & legatorum uiolatorum iniuria accenſus, bellum haud dubie ad-
uerſus eum geſturus. Anicius praetor eo tẽpore Apolloniae auditis, quae in Illyrico gere-
rẽtur, praemiſſiſq. ad Appium litteris, ut ſe ad Genuſuum opperiretur, triduo & ipſe in ca-
ſtra uenit: & ad ea quae habebat auxilia, aſſumptis Parthinorũ iuuentutis duobus millibus
C peditũ, & equitibus CC. (peditibus Epicadus, equitibus Agalſus praeerat) parabat ducere
in Illyricum, maxime ut Baſſanitas ſolueret obſidione. tenuit impetũ eius fama lemborũ
uaſtantium maritimã orã. LXXX erant lembi auctore Pantauco miſſi a Gentio ad Dyrrha
chinorum & Appolloniatium agros populandos. Tum claſſis ad

to eo tradiderunt ſe: deinceps & urbes regionis eius idem faciebant, adiuuante inclinatio
ne animorum clementia in omnes & iuſtitia praetoris Romani. Ad Scodram inde uentũ
eſt: id quod belli caput fuerat, non eo ſolum, quod Gentius eam ſibi ceperat uelut regni to
tius arcem, ſed etiam quod Labeatium gentis munitiſſima longe eſt, & difficilis aditu. Duo
cingunt eam flumina, Clauſala latere urbis, quod in orientẽ patet praefluens, Barbana ab
regione occidentis ex Labeatide palude oriens. Hi duo amnes confluentes incidunt Oriũ
D di flumini: quod ortum ex monte Scodro, multis & alijs auctum aquis mari Hadriatico in-
fertur. Mons Scodrus longe altiſſimus regionis eius, ab oriente Dardaniam ſubiectã ha-
bet, a meridie Macedoniam, ab occaſu Illyricum. Quamquam munitum ſitu naturali opi-
dum erat, genſq. id tota Illyriorum & rex ipſe tuebatur, tamen praetor Romanus, quia pri
ma ſucceſſerant proſpere, fortunam totius rei principia ſecuturam eſſe ratus, & repentinũ
ualiturum terrorem, inſtructo exercitu ad moenia ſuccedit. Quod ſi clauſis portis muros
portarumq. turres diſpoſitis armatis defendiſſent, uano cũ incepto moenibus pepuliſſent
Romanos. Nunc porta egreſſi proelium loco aequo maiore animo commiſerunt quã ſuſti
nuerunt. Pulſi enim & fuga conglobati, cum CC amplius in ipſis faucibus portae cecidiſ-
ſent, tantum intulerunt terrorẽ, ut oratores extemplo ad praetorem mitteret Gẽtius Teu-
ticum & Bellum principes gentis, per quos indutias peteret, ut deliberare de ſtatu rerum
E ſuarum poſſet. Triduo in hoc dato, cum caſtra Romana quingentos ferme paſſus ab urbe
abeſſent, nauem conſcendit, & flumine Barbana nauigat in lacum Labeatum, uelut ſecre-
tum locum petens ad conſultandum: ſed, ut apparuit, falſa ſpe excitus, Carauantium fratrẽ
multis millibus armatorum actis ex ea regione, in quam miſſus erat, aduentare. qui poſt-
quam euanuit rumor, tertio poſt die nauem eandem ſecundo amni Scodram demiſit: prae
miſſiſq. nuncijs ut ſibi appellandi praetoris poteſtas fieret, copia facta in caſtra uenit. Et
principium orationis ab accuſatione ſtultitiae orſus ſuae, poſtremo ad preces lacrymaſq.
effuſus, genibus praetoris accidens, in poteſtatem ſeſe dedit. Primo bonum animum habe
re iuſſus, ad cenam etiam inuitatus, in urbem ad ſuos redijt, & cum praetore eo die honori
fice eſt epulatus: deinde in cuſtodiam C. Caſſio tribuno militum traditus, uix gladiatorio
accepto

accepto X talentis ab rege rex, ut in eam fortunam recideret. Anicius Scodra recepta nihil prius quam requiſitos Petillium, Perpernamq. legatos ad ſe duci iuſſit, quibus ſplendore ſuo reſtituto, Perpernam extemplo mittit ad comprehendendos amicos cognatoſq. regis: qui Medionem Labeatium gentis urbem profectus, Etleuam uxorem cum filijs duobus Scerdileto Pleuratoq. & Carauantium fratrem Scodram in caſtra adduxit. Anicius bello Illyrico intra XXX dies perfecto, nuncium uictoriae Perpernam Romam miſit, & poſt dies paucos Gentium regem ipſum cum parente coniuge ac liberis ac fratre alijſq. principibus Illyriorum. Hoc unum bellum prius perpetratum quam coeptum Romae auditum eſt. Quibus diebus haec agebantur, Perſeus quoque in magno terrore erat, propter aduentũ ſimul Aemilij noui conſulis, quem cum ingentibus minis aduẽtare audiebat, ſimul Octauij praetoris. Nec minus terroris a claſſe Romana & periculo maritimae orae habebat. Theſſalonicae Eumenes & Athenagoras praeerant cũ paruo praeſidio ∞∞ cetratorũ. Eo & Androclẽ praefectum mittit, iuſſum ſub ipſis naualib. caſtra habere. Aeneam ∞ equites cum Antigono miſit ad tutandam maritimam oram, ut quocumque litore applicuiſſe naues hoſtiũ audiſſent, extemplo ferrent agreſtibus opem. V ∞ Macedonum miſſa ad praeſidiũ Pythii & Petrae, quibus praepoſiti erant Hiſtiaeus & Theogenes & Milo. His profectis ripam munire Enipei fluminis aggreſſus eſt: quia ſicco alueo tranſiri poterat. Huic operi ut omnis multitudo uacaret, feminae ex propinquis urbibus coactae cibaria in caſtra afferebant. miles iuſſus ex propinquis ſiluis F G

poſtremo ſequi ſe utrarios ad mare, quod minus CCC paſſus aberat, iuſſit, & in litore alios alibi modicis interuallis fodere. montes ingentis altitudinis ſpem faciebãt, eo magis, quia nullos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, quorum uenae in mare permanantes undae miſcerẽtur. Vix deducta ſumma arena erat, cum ſcaturigines turbidae primo & tenues emicare, dein liquidam multamq. fundere aquam uelut deum dono coeperunt. Aliquantũ ea quoque res duci famae & auctoritatis apud milites adijcit. Iuſſis deinde militibus expedire arma, ipſe cum tribunis primiſq. ordinibus uadit ad contemplandos trãſitus: qua deſcenſus facilis armatis, qua in ulteriorẽ ripam minime iniquus aſcenſus eſſet. His ſatis exploratis, illa quoque primum ut ordine ac ſine tumultu omnia in agmine ad nutum imperiumq. ducis fierent, prouidit. Vbi omnibus ſimul pronunciaretur quod fieret, neque omnes exaudirent, incerto imperio accepto alios ab ſe adijcientes, plus eo quod imperatum ſit, alios minus facere: clamores deinde diſſonos oriri omnibus locis, & prius hoſtes quam ipſos quid paretur ſcire. Placere igitur, tribunum militum primo pilo legionis ſecretum edere imperium: illum & dein ſingulos proximo cuique in ordine centurioni dicere, quid opus facto ſit, ſiue a primis ſignis ad nouiſsimum agmen, ſiue ab extremis ad primos perferendum imperium ſit. Vigiles etiam nouo more ſcutum in uigiliam ferre uetuit: non enim in pugnam uigilem ire ut armis utatur, ſed ad uigilandum, ut, cum ſenſerit hoſtiũ aduentum, recipiat ſe, excitetq. ad arma alios. Scuto prae ſe erecto ſtare galeatos: deinde ubi feſſi ſint, innixos pilo, capite ſuper marginem ſcuti poſito ſopitos ſtare: ut fulgentib. armis procul conſpici ab hoſte poſſit, ipſe nihil prouideat. Stationum quoque morem mutauit. armati omnes, & frenatis equis equites diem totum perſtabant. Id cum aeſtiuis diebus urẽte aſſiduo ſole fieret, tot horarum aeſtu & lãguore ipſos equoſq. feſſos integri ſaepe adorti hoſtes uel pauci plures uexabant. Itaque ex matutina ſtatione ad meridiem decedi, & in poſt meridianam ſuccedere alios iuſſit. ita numquã fatigatos recẽs hoſtis aggredi poterat. Haec cum ita fieri placere concione aduocata pronunciaſſet, adiecit urbanae cõcioni conueniẽtem orationem, Vnum imperatorem in exercitu prouidere & conſulere quid agendum ſit debere, nunc per ſe, nunc cum ijs, quos aduocauerit in conſilium: qui non ſint aduocati, eos nec palam nec ſecreto iactare conſilia ſua. Militem haec tria curare debere, corpus ut quã ualidiſſimum & perniciſſimum habeat, arma apta, animum paratum ad ſubita imperia: cetera ſcire de ſe dijs immortalibus & imperatori ſuo curae eſſe. In quo exerci[redacted] cõſul & imperator, rumoribus uulgi circumagatur, ibi nihil ſalutare eſſe. Se, quod ſit officium imperatoris, prouiſurum, ut bene gerendae rei occaſionem eis praebeat. illos nihil quod futurum ſit quaerere. ubi datum ſignum ſit, tum militarẽ operam nauare. Ab his praeceptis concionem dimiſit, uulgo etiam ueteranis fatentibus, ſe illo primum die tãquam tirones quid H I K

agen-

A agendum eſſet in re militari, didiciſſe. Non ſermonibus tantum his, cum quanto aſſenſu audiſſent uerba conſulis, oſtenderunt, ſed rerum praeſens effectus erat. Neminem totis mox caſtris quietum uideres. acuere alij gladios, alii galeas bucculaſq. ſcuta alii loricaſq. tergere, alij aptare corpori arma, expeririq. ſub his membrorum agilitatem: quatere alii pila, alii micare gladijs, mucronemque intueri: ut facile quis cerneret, ubi primum conſerendi manum cum hoſte data occaſio eſſet, aut uictoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum. Perſeus quoque, cum aduentu conſulis ſimul & ueris principio ſtrepere omnia moueriq; apud hoſtes uelut nouo bello cerneret, mota a Phila caſtra in aduerſa ripa poſita, nunc ad contemplanda opera ſua circumire ducem, haud dubie tranſitus ſpeculantem,

B norum eſſe. Quae res Romanis auxit animos: Macedonibus regiq. eorum haud mediocrẽ attulit terrorem. Et primo ſupprimere in occulto famam eius rei eſt conatus, miſſis qui Pãtaucum inde uenientem appropinquare caſtris uetarent: ſed iam & pueri quidam uiſi ab ſuis erant inter obſides Illyrios ducti: & quo quaeque accuratius curãtur, eo facilius loquacitate regiorum miniſtrorum emanant. Sub idem tempus Rhodii legati in caſtra uenerũt cum iiſdem de pace mandatis, quae Romae ingentẽ iram patrũ excitauere. Multo iniquioribus animis a caſtrenſi conſilio auditi ſunt. Itaque cum alii praecipites ſine reſpõſo agendos caſtris, * pronunciauit poſt diem quintumdecimum ſe reſponſum daturũ. Interim, ut appareret quantum pacificantium Rhodiorum auctoritas ualuiſſet, conſultare de ratione belli gerendi coepit. Placebat quibuſdam & maxime maioribus natu, per Enipei ripam munitioneſq. uim facere: confertis & uim facientibus reſiſtere Macedonas non poſſe: ex tot

C caſtellis aliquãto altiorib. ac munitioribus, quae ualidis praeſidiis inſediſſent, priore anno deiectos. Alijs placebat Octauium cum claſſe Theſſalonicam petere: & populatione maritimae orae diſtingere copias regias, ut, altero ab tergo ſe oſtendente bello, circũactus ad interiorem partem regni tuendam, nudare aliqua parte tranſitus Enipei cogeretur. Ipſi natura & operibus inexſuperabilis ripa uidebatur, & praeterquã quod tormenta ubique diſpoſita eſſent, miſſilibus etiam melius & certiore ictu hoſtes uti audierat. Alio ſpectabat mens tota ducis, dimiſſoq. concilio Perraebos mercatores Schoenum & Menophilum, notae & fidei iã ſibi & prudentiae homines, accerſitos, ſecreto percunctatur, quales ad Perraebiã tranſitus ſint. Cum loca non iniqua eſſe dicerent, praeſidiis autem regis obſideri, ſpem cepit, ſi nocte improuiſo ualida manu aggreſſus nec opinantes eſſet, deiici praeſidia poſſe. Iacula enim & ſagittas & cetera miſſilia in tenebris, ubi, quid petatur, procul prouideri nequeat, inutilia eſſe: gladio comminus geri rem in permixta turba, quo miles Romanus uin-

D cat. His ducibus uſurus, praetorem Octauium accerſitum, expoſito quid pararet, Heracleã cum claſſe petere iubet, & mille hominibus decem dierum cocta cibaria habere. Ipſe P. Scipionem Naſicam, Q. Fabium Maximum filium ſuum cũ quinque delectis millibus Heracleã mittit, uelut claſſem conſcenſuros ad maritimam orã interioris Macedoniae, quod in conſilio agitatum erat, uaſtandam. Secreto indicatum cibaria his praeparata ad claſſem eſſe, ne quid eos moraretur. Inde iuſſi duces itineris ita diuidere uiam, ut quarta uigilia tertio die Pythium adoriri poſſent. Ipſe poſtero die, ut diſtineret regem ab circumſpectu rerũ aliarum, prima luce medio in alueo cum ſtationibus hoſtium proelium cõmiſit: pugnatũq. utrimque eſt leui armatura: nec grauioribus armis in tã inaequali alueo pugnari poterat. Deſcenſus ripae utriuſque in alueum trecentorum ferme paſſuum erat: medium ſpatium torrentis alibi aliter cauati paullo plus quam mille paſſus patebat: ibi in medio ſpectantib.

E utrimque ex uallo caſtrorum, hinc rege, hinc conſule cum ſuis legionibus pugnatum eſt. Miſſilibus procul regia auxilia melius pugnabant: comminus ſtabilior & tutior aut parma, aut ſcuto Liguſtino Romanus erat. Meridie fere receptui cani ſuis conſul iuſſit. ita eo die diremptum proeliũ eſt, haud paucis utrimque interfectis. Sole orto poſtero die, irritatis certamine animis etiam acrius concurſum eſt: ſed Romani, non ab his tantum, cum quibus cõtractum certamen erat, ſed multo magis ab ea multitudine, quae diſpoſita in turrib. ſtabat, omni genere miſſilium telorum ac ſaxis maxime uulnerabantur. Vbi propius ripam hoſtiũ ſubiſſent, tormentis miſſa etiam ad ultimos perueniebant. Multo pluribus eo die amiſſis, conſul paullo ſerius recepit ſuos. Tertio die proelio abſtinuit, digreſſus ad imam partẽ caſtro-

ſtrorum,ueluti per deuexũ in mare brachiũ tranſitũ tẽtaturos.Perſeus quod in oculis erat, F

* * *

anni poſt circumactum ſolſtitium erat,hora diei iam ad meridiem uergebat.iter multo puluere & incaleſcente ſole factum erat: laſſitudo & ſitis iam ſentiebatur, & meridie inſtante magis acceſſurum utrumque apparebat: ſtatuit ſic affectos recenti,atque integro hoſti nõ obijcere.ſed tantus ardor in animis ad dimicandum utrimque erat,ut conſuli non minore arte ad ſuos eludendos,quam ad hoſtes opus eſſet. Nondum omnibus inſtructis, inſtabat tribunis militum,ut maturarent inſtruere: circumibat ipſe ordines,animos militum hortãdo in pugnam accendebat.Ibi primo alacres ſignum poſcebant: deinde quantum increſceret aeſtus,& uultus minus uigentes,& uoces ſegniores erant, & quidam incumbentes ſcutis nixiq.pilis ſtabant.Tum iam aperte primis ordinibus imperat, metarentur frontem caſtrorum,& impedimenta conſtituerent.Quod ubi fieri milites ſenſere,alij gaudere palam, G quod feſſos uiae labore,flagrãtiſſimo aeſtu nõ coegiſſet pugnare. Legati circa imperatorẽ duceſq.externi erant,inter quos & Attalus,omnes approbantes,cum pugnaturum conſulem credebant.Neque enim ne his cunctationem aperuerat ſuam.Tunc mutatione conſilij ſubita cum alij ſilerẽt, Naſica unus ex omnibus auſus eſt monere conſulem,ne hoſtem quidem ludificatos priores imperatores. fugiendo certamen manibus emittere,uereri ne nocte abeat,ſequendus maximo labore ac periculo in intima Macedoniae, exercituſq., ſicut prioribus ducibus, per calles ſaltuſq. Macedonicorum montium uagando circumagatur. Se magnopere ſuadere,dum in campo patenti hoſtem habeat,aggrediatur, nec oblatã occaſionem uincendi amittat. Conſul nihil offenſus libera admonitione tam clari adoleſcentis, Et ego, inquit, animum iſtum habui Naſica, quẽ tu nunc habes:& quem ego nũc habeo, tu habebis. Multis belli caſibus didici,quando pugnandum, quando abſtinendum pugna H ſit.Non operae ſit ſtãti nunc in acie docere,quibus de cauſſis hodie quieſſe melius ſit:rationes aliãs repoſcito,nunc auctoritate ueteris imperatoris contentus eris. Conticuit adoleſcens, haud dubie uidere aliqua impedimenta pugnae conſulem,quae ſibi nõ apparerent. Paullus poſtquam metata caſtra,impedimentaq.collocata animaduertit,ex poſtrema acie triarios primos ſubducit: deinde principes, ſtantibus in prima acie haſtatis, ſi quid hoſtis moueret: poſtremo haſtatos,ab dextro primum cornu ſingulorum paullatim ſignorũ milites ſubtrahens. Ita pedites equitibus cum leui armatura ante aciem hoſti oppoſitis,ſine tumultu abducti,nec ante quam prima frons ualli ac foſſa perducta eſt,ex ſtatione equites reuocati ſunt.Rex quoque,cũ ſine detrectatione paratus pugnare eo die fuiſſet,contentus, quod per hoſtem moram fuiſſe pugnae ſcirent,& ipſe in caſtra copias reduxit.Caſtris permunitis C.Sulpicius Gallus tribunus mil.ſecũdae legionis,qui praetor ſuperiore anno fue I rat,conſulis permiſſu ad concionem militib.uocatis pronunciauit,nocte proxima,ne quis id pro portento acciperet,ab hora ſecunda uſque ad quartã horam noctis lunam defecturã eſſe:id quia naturali ordine ſtatis temporib.fiat,& ſciri ante,& praedici poſſe. Itaq.quẽadmodum,quia certi ſolis lunaeq. & ortus & occaſus ſint,nunc pleno orbe, nunc ſeneſcentẽ exiguo cornu fulgere lunam non mirarentur: ita ne obſcurari quidẽ cum condatur umbra terrae,trahere in prodigiũ debere.Nocte,quam pridie nonas Septemb.inſecuta eſt dies,edita hora luna cum defeciſſet,Romanis militib.Galli ſapientia prope diuina uideri: Macedonas ut triſte prodigiũ occaſum regni perniciẽq. gentis portẽdẽs mouit, nec aliter uates. clamor ululatuſq.in caſtris Macedonum fuit,donec luna in ſuam lucẽ emerſit. poſtero die K tantus utrique ardor exercitui ad concurrendum fuerat,ut & regẽ & cõſulem ſuorum quidã,quod ſine proelio diſceſſum eſſet,accuſarent. Regi prompta defenſio erat,nõ eo ſolum quod hoſtis prior aperte pugnam detrectãs in caſtra copias reduxiſſet: ſed etiam quod eo loco ſigna cõſtituiſſet, quo phalanx, quam inutilem uel mediocris iniquitas loci efficeret, promoueri non poſſet.Conſul ad id quod pridie praetermiſiſſe pugnandi occaſionem uidebatur,& locum dediſſe hoſti,ſi nocte abire uellet,tunc quoque per ſpeciem immolandi terere uidebatur tempus, cum luce prima ſignum propoſitũ pugnae ad exeundũ in aciẽ fuiſſet.Tertia demum hora,ſacrificio rite perpetrato,concilium aduocauit, atque ibi,quod rei gerendae tempus eſſet,loquendo& intempeſtiue conſultãdo,uidebatur quibuſdã extrahere: poſt ſermones tum conſul orationem habuit. P. Naſica egregius adoleſcens, ex omnibus unus,quibus heſterna die pugnari placuit,denudauit mihi ſuum conſilium: idem poſt

ea,

A ea,ita ut tranſiſſe in ſententiam meam uideri poſſet,tacuit. Quibuſdam alijs abſentem car-
pere imperatorem,quam praeſentem monere,melius uiſum eſt.& tibi P. Naſica,& quicũ-
que idem,quod tu,occultius ſenſerunt,non grauabor reddere dilatae pugnae rationẽ. Nã
tantum abeſt,ut me heſternae quietis paeniteat,ut ſeruatum a me exercitum eo cõſilio cre
dam.In qua me opinione eſſe ne quis ſine cauſſa ueſtrum credat,recognoſcat agedum me-
cum,ſi uidetur,quam multa pro hoſte,& aduerſus nos fuerint. Iam omnium primum quã-
tum numero nos praeſtent,neminem ueſtrum nec ante ignoraſſe,&heſterno die implicatã
intuentes aciem,animaduertiſſe certum habeo. Ex hac noſtra paucitate,quarta pars mili-
tum praeſidio impedimentis relicta erat: nec ignauiſſimum quemque relinqui ad cuſtodiã
ſarcinarum ſcitis.Sed fuerimus omnes.paruum hoc tandem eſſe credimus, quod ex his ca
ſtris,in quibus hac nocte manſimus,exituri in aciem hodierno aut ſummum craſtino die,ſi
B ita uidebitur,dijs bene iuuantibus,ſumus?nihil ne intereſt,utrum militem,quẽ neque uiae
labor hodie,neque operis fatigauerit,requietum,integrum in tentorio ſuo arma capere iu
beas,atque in aciem plenum uirium uigentem & corpore & animo educas, an longo itine
re fatigatum,& onere feſſum, madentem ſudore, arentibus ſiti faucibus, ore atque oculis
repletis puluere,torrentem meridiano ſole,hoſti obijcias recenti,quieto,qui nulla re ante
conſumptas uires ad proelium afferat? quis,pro deum fidem,ita comparatus uel iners,atq.
imbellis fortiſſimum uirum non uicerit? Quid quod hoſtes per ſummum otium inſtruxe-
rant aciem,reparauerant animos,ſtabant compoſiti ſuis quiſque ordinibus:nobis tunc re-
pente trepidandum in acie inſtruenda erat,& incompoſitis cõcurrendum? At hercule aciẽ
quidem incõditam inordinatamq. habuiſſemus, caſtra munita, prouiſam aquationẽ,tutũ
ad eam iter praeſidijs impoſitis,explorata circa omnia: an nihil noſtri habentes praeter nu
C dum campum, in quo pugnaremus? Maiores ueſtri caſtra munita,portum ad omnes caſus
exercitus ducebant eſſe,unde ad pugnam exirent, quo iactati tempeſtate pugnae receptũ
haberent.Ideo cum munimentis ea ſaepiſſent,praeſidio quoque ualido firmabãt:quod qui
caſtris exſutus erat,etiamſi pugnando acie uiciſſet,pro uicto haberetur.Caſtra ſunt uictori
receptaculum,uicto perfugium. Quã multi exercitus,quibus minus proſpera pugnae for-
tuna fuit, intra uallum compulſi,tempore ſuo interdum momento poſt eruptione facta ui-
ctorem hoſtem pepulerũt?Patria altera eſt militaris haec ſedes,uallumq.pro moenibus:&
tentorium ſuum cuique militi domus ac penates ſunt. Si ſine ulla ſede uagi dimicaſſemus,
atquo uictores nos reciperemus? His difficultatibus & impedimentis pugnae illud oppo-
nitur. Quid ſi hoſtis hac interpoſita nocte abiſſet, quantum rurſus ſequendo eo penitus in
ultimam Macedoniã exhauriẽdum laboris erat?Ego autem neque manſurum eum,neque
D in aciem copias educturum fuiſſe certum habeo,ſi cedere hinc ſtatuiſſet. Quanto enim fa-
cilius abire fuit cum procul abeſſemus, quam nunc cum in ceruicibus ſumus? Nec falleret
nos,nec interdiu,nec nocte abeundo.Quid autem eſt nobis optatius,quam ut,quorum ca-
ſtra praealta fluminis ripa tuta, uallo inſuper ſaepta ac crebris turribus, oppugnare adorti
ſumus,eos relictis munimentis agmine effuſo abeuntes in patẽtibus campis ab tergo ado
riamur?Hae dilatae pugnae ex heſterno die in hodiernũ cauſſae fuerunt. Pugnare enim &
ipſi mihi placet:& ideo quia per Enipeũ amnẽ ſaepta ad hoſtem uia erat, alio ſaltu deiectis
hoſtium praeſidiis nouum iter aperui,neque priuſquam debellauero,abſiſtam. Poſt hanc
orationem ſilentium fuit partim traductis in ſententiam eius, partim uerentib. nequid-
quam offendere in eo,quod utcumque praetermiſſum reuocari non poſſet. Ac,ne illo ip-
ſo quidẽ die aut conſule,aut rege optante,pugnatum eſt:rege,quod nec feſſos ut pridie ex
E uia,neque trepidantes in acie inſtruẽda, & uixdum compoſitos aggreſſurus erat: conſule,
quod in nouis caſtris non ligna,non pabulum conuectum erat, ad quae petenda ex propin
quis agris magna pars militum e caſtris exierat. Neutro imperatorũ uolente,fortuna,quae
plus conſiliis humanis pollet,cõtraxit certamen. Flumen erat haud magnũ propius hoſtiũ
caſtris,ex quo & Macedones & Romani aquabantur, praeſidijs ex utraque ripa poſitis, ut
id facere tuto poſſent. Duae cohortes a parte Romanorũ erãt,Marrucina & Peligna:duae
turmae Samnitium equitum,quibus praeerat M'. Sergius Silus legatus:& aliud pro caſtris
ſtatiuum erat praeſidium. ſub C.Cluuio legato tres cohortes Firmana,Veſtina,Cremonẽ
ſis,duae turmae equitum Placentina & Aeſernina.Cum otium ad flumen eſſet,neutris la-
ceſſentibus,hora circiter quarta iumentum e manibus curantium elapſum, in ulteriorẽ ri-
pam

pam effugit. Quod cum per aquam ferme genu tenus altam tres milites ſequerẽtur, Thra- F
ces duo id iumentum ex medio alueo in ſuam ripam trahentes * altero eorum occiſo, rece
ptoq. eo iumento ad ſtationem ſuorum ſe recipiebant. Octingentorum Thracum praeſidiũ
in hoſtium ripa erat: ex his pauci primo aegre paſſi popularem in ſuo conſpectu caeſum, ad
perſequendos interfectores fluuium tranſgreſſi ſunt: dein plures, poſtremo omnes, & cum
praeſidio.

* * * Paullus primam legionem in
proelium ducit. Mouebat imperii maieſtas, gloria uiri, ante omnia aetas, quod maior LX
annis iuuenum munia in parte praecipua laboris periculiq. capeſſebat. Interuallum, quod
inter cetratos & phalanges erat, impleuit legio, atq. aciem hoſtium interrupit. A tergo ce-
tratis erat, frontem aduerſus clypeatos habebat: aglaſpides appellabantur. Secundam le-
gionem L. Albinus conſularis ducere aduerſus leucaſpidem phalangem iuſſus: ea media G
acies hoſtium fuit. In dextrum cornu, unde circa fluuium commiſſum proeliũ erat, elephan
tes inducti, & ala ſociorum: & hinc primum fuga Macedonum eſt orta. Nã ſicut pleraque
noua commenta mortalium in uerbis uim habent, extemplo, cum agi, non quemadmodũ
agantur, ediſſeri oportet, ſine ullo effectu euaneſcunt: ita tum elephanti in acie nomẽ tan-
tum ſine uſu fuerunt. Elephantorum impetum ſubſecuti ſunt ſocii nominis Latini, pepule
runtq. laeuum cornu. In medio ſecunda legio miſſa diſſipauit phalangem: neque ulla euidẽ
tior cauſſa uictoriae fuit, quam quod multa paſſim proelia erant, quae fluctuantẽ turbarũt
primo, deinde diſiecerunt phalangem: cuius confertae & intentis horrentis haſtis intolera
biles uires ſunt. Si carptim aggrediendo circumagere immobilem lõgitudine & grauitatẽ
haſtã cogas, confuſa ſtrue implicantur: ſi uero aut ab latere, aut ab tergo aliquid tumultus
increpuit, ruinae modo turbantur: ſicut tum aduerſus cateruatim incurrentes Romanos & H
interrupta multifariam acie obuiam ire cogebantur: & Romani, quacumque data interual
la eſſent, inſinuabant ordines ſuos. Qui ſi uniuerſa acie in frontem aduerſus inſtructã pha-
langem concurriſſent, quod Pelignis principio pugnae incaute congreſſis aduerſus cetra
tos euenit, induiſſent ſe haſtis: nec confertam aciem ſuſtinuiſſent. Ceterum ſicut peditum
paſſim caedes fiebant, niſi qui abiectis armis fugerunt, ſic equitatus prope integer pugna
exceſſit. Princeps fugae rex ipſe erat. iã a Pydna cum ſacris alis equitũ Pellam petebat. cõ-
feſtim Coſtocus ſequebatur, Odryſarumq. equitatus, ceterae quoque Macedonũ alae in-
tegris abibant ordinibus: quia interiecta peditum acies, cuius caedes uictores tenebant,
immemores fecerat ſequendi equites. Diu phalanx a fronte, a lateribus, ab tergo caeſa eſt:
poſtremo, qui ex hoſtium manibus elapſi erant, inermes ad mare fugientes quidam aquã
etiam ingreſſi, manus ad eos, qui in claſſe erãt, tendentes, ſuppliciter uitam orabant, & cum K
ſcaphas concurrere undique ab nauibus cernerent, ad excipiendos ſeſe uenire rati, ut ca-
perent potius, quam occiderent: longius in aquam quidam etiam natantes progreſſi ſunt.
Sed cum hoſtiliter e ſcaphis caederentur, retro qui poterant nando repetentes terram, in
aliam foediorem peſtem incidebant: elephanti enim ab rectoribus ad litus acti, exeuntes
obterebant elidebantq. Facile conueniebat Romanis numquam una acie tantũ Macedo-
num interfectum: caeſa enim ad XX millia hominum ſunt, ad ſex ∞, qui Pydnam ex acie
perfugerant, uiui in poteſtatem peruenerunt: & uagi e fuga V∞ hominum capta. Ex uicto
ribus ceciderunt non plus centum, & eorum multo maior pars Peligni: uulnerati aliquan-
to plures ſunt. Quod ſi maturius pugnari coeptum eſſet, ut ſatis diei uictorib. ad perſequen
dum ſupereſſet: deletae omnes copiae forent: nunc imminens nox & fugiẽtes texit, & Ro
manis pigritiem ad ſequendum locis ignotis fecit. Perſeus ad Pieriam ſiluam uia militari L
frequenti agmine equitum & regio comitatu fugit. Simul in ſiluam uentum eſt, ubi plures
diuerſae ſemitae erant, & nox appropinquabat, cum perpaucis maxime fidis uia diuertit.
Equites ſine duce relicti alii alia in ciuitates ſuas dilapſi ſunt: perpauci inde Pellam cele-
rius, quam ipſe Perſeus, quia recta expedita uia ierant, peruenerunt. Rex ad mediam ferme
noctem terrore & uariis difficultatib. uiae uexatus eſt. In regia Perſeo, qui Pellae praeerat
Euctus regiiq. pueri praeſto erant: contra ea amicorum qui alii alio caſu ſeruati ex proelio
Pellam uenerant, cum ſaepe acceſſiti eſſent, nemo ad eum uenit. Tres erãt tantum cum eo
fugae comites, Euander Cretenſis, Neo Boeotius, & Archidamus Aetolus. Cum iis iã me
tuens ne qui uenire ad ſe abnuerent, maius aliquid mox auderent, quarta uigilia profugit.

Secuti

A Secuti eum ſunt admodum D Cretenſes: petebat Amphipolim. ſed nocte a Pella exierat,
properans ante lucem Axium amnem tranſijcere, eum finem ſequendi propter difficultatē
tranſitus fore ratus Romanis. conſulem, cum ſe in caſtra uictor recepiſſet, ne ſincero gau-
dio frueretur, cura de minore filio ſtimulabat. P. Scipio is erat, Africanus & ipſe poſtea de-
leta Carthagine appellatus, naturalis conſulis Paulli, adoptione Africani nepos. Is deci-
mum ſeptimum tunc annum agens, quod ipſum curam augebat, dum effuſe ſequitur ho-
ſtes, in partem aliam turba ablatus erat: ſerius cum rediſſet, tunc demum recepto ſoſpite
filio, uictoriae tantae gaudium conſul ſenſit. Amphipolim cum iam fama pugnae perue-
niſſet, concurſuſq. matronarum in templum Dianae, quam Tauropolon uocant, ad opem
expoſcendam fieret, Diodorus, qui praeerat urbi, metuens ne Thraces, quorum duo
millia in praeſidio erant, urbem in tumultu diriperent, ab ſubornato ab ſe per fallaciam in
B tabellarij ſpeciem, litteras in foro medio accepit. Scriptum in ijs erat, ad Emathiam claſ-
ſem Romanam appulſam eſſe, agroſq. circa uexari: orare praefectos Emathiae, ut praeſi-
dium aduerſus populatores mittat. His lectis hortatur Thracas, ut ad tuendam Emathiae
oram proficiſcātur. magnā eos caedem praedamq. palatis paſſim per agros Romanis factu-
ros. ſimul eleuat famam aduerſae pugnae: quae ſi uera foret, alium ſuper aliū recentes ex fu-
ga uenturos fuiſſe. Per hanc cauſſam Thracibus ablegatis, ſimul trāſgreſſos eos Strymonē
uidit, portas clauſit. Tertio die Perſeus, quam pugnatum erat, Amphipolim uenit: inde
oratores cum caduceo ad Paullum miſit. Interim Hippias & Milo & Pantaucus princi-
pes amicorum regis Beroeam, quo ex acie confugerant, ipſi ad conſulem profecti Roma-
nis dedunt: hoc idem & aliae deinceps metu perculſae parabant facere. conſul, nuncijs ui-
ctoriae Q. Fabio filio, & L. Lentulo, & Q. Metello cum litteris Romam miſſis, ſpolia ia-
C centis hoſtium exercitus peditibus conceſſit: equitibus praedam circumiecti agri, dum ne
amplius duabus noctibus a caſtris abeſſent. Ipſe propius mare ad Pydnam caſtra mouit. Be-
roea primum, deinde Theſſalonica & Pella, & deinceps omnis ferme Macedonia intra bi-
duum dedita. Pydnaei, qui proximi erant, nondum miſerant legatos: multitudo incondita
plurimum ſimul gentium, turbaq. quae ex acie fuga in unum compulſa erat, conſiliū & con
ſenſum ciuitatis impediebat: nec clauſae modo portae, ſed etiā inaedificatae erāt. Miſſi Mi-
lo & Pantaucus ſub muros ad colloquium Solonis, qui praeſidio erat: per eū emittitur mi-
litaris turba, opidum deditum militibus datur diripiendum. Perſeus una tantum ſpe Biſal-
tarum auxilij tentati, ad quos nequidquam miſerat legatos, in cōcionem proceſſit, Philip-
pum ſecum filium habens, ut & ipſos Amphipolitanos, & equitum peditumq. qui aut ſem-
per ſecuti, aut fuga eodem delati erant, adhortando animos confirmaret. Sed aliquoties
D dicere incipientem cum lacrymae praepediſſent, quia ipſe dicere nequijt, Euādro Cretēſi
editis quae agi cum multitudine uellet, de templo deſcendit. Multitudo ſicut ad conſpe-
ctum regis fletumq. tam miſerabilem & ipſa ingemuerat lacrymaueratq. ita Euandri ora-
tionem aſpernabatur: & quidam auſi ſunt media ex concione ſucclamare, Abite hinc, ne,
qui pauci ſuperſumus, propter uos pereamus. Horum ferocia uocem Euandri clauſit. Rex
in domum ſe recepit, pecuniaq. & auro argentoq. in lembos, qui in Strymone ſtabant, de-
latis, & ipſe ad flumen deſcendit. Thraces nauibus ſe committere non auſi, domos dila-
pſi, & aliae militaris generis turbae, Cretenſes ſpem pecuniae ſecuti. et quoniam in diui-
dendo plus offenſionum quam gratiae erat, L. talenta ijs poſita ſunt in ripa diripienda. Ab
hac direptione cum per tumultum naues cōſcenderent, lembum unum in oſtio amnis mul-
titudine grauatum merſerunt. Galepſum eo die, poſtero Samothracam quam petebant,
E perueniunt: ad duo millia talentum peruecta eo dicuntur. Paullus per omnes deditas ciui-
tates dimiſſis, qui praeeſſent, ne qua iniuria in noua pace uictis fieret, retentiſq. apud ſe ca-
duceatoribus regis, P. Naſicam ignarus fugae regis Amphipolim miſit cum modica peditū
equitumq. manu, ſimul ut Sinticen euaſtaret, & ad omnes conatus regis impedimento eſ-
ſet. Inter haec Meliboea a Cn. Octauio capitur diripiturq. ad Aeginium, ad quod oppugnā-
dum Cn. Anicius legatus miſſus erat, C C eruptione ex opido facta amiſſi ſunt, ignaris
Aeginienſibus debellatum eſſe. cōſul a Pydna profectus cum toto exercitu die altero Pel-
lam peruenit: & cum caſtra ∞ paſſus inde poſuiſſet, per aliquot dies ibi ſtatiua habuit, ſi-
tum urbis undique adſpiciēs, quam nō ſine cauſſa delectam eſſe regiam aduertit. Sita eſt in
tumulo uergente in occidentē hibernū: cingunt paludes inexſuperabilis altitudinis aeſta-

re & hieme, quas reſtagnantes faciunt lacus. In ipſa palude qua proxima urbi eſt, arx uelut F inſula eminet aggeri operis ingentis impoſita: qui & murum ſuſtineat, & humore circũfuſae paludis nihil laedatur. muro urbis cõiuncta procul uidetur: diuiſa eſt intermurali amni, & eadem ponte iuncta: ut nec oppugnante externo aditum ab ulla parte habeat, nec ſi quẽ ibi rex includat, ullum niſi per facillimae cuſtodiae põtẽ effugium. Et gaza regia in eo loco erat: ſed tum nihil praeter CCC talenta, quae miſſa Gentio regi, deinde retenta fuerãt, inuentũ eſt. Per quos dies ad Pellam ſtatiua fuerunt, legationes frequentes, quae ad gratulandum cõuenerant, maxime ex Theſſalia, auditae ſunt. Nuncio deinde accepto Perſea Samothracam tranſieciſſe, profectus a Pella conſul quartis caſtris Amphipolim peruenit. Effuſa omnis obuiã turba, cuiuis indicio erat, nõ bono ac iuſto rege ob ra-

EPITOME. LIBRI. XLV G

PERSEVS ab Aemilio Paullo in Samothracia captus eſt. Cum Antiochus Syriae rex Ptolemaeũ & Cleopatram Aegypti reges obſideret: & miſſis ad eum a ſenatu legatis, qui iuberent ab obſidione ſocij regis abſiſteret: editisq. mandatis conſideraturũ ſe ille quid faciendum eſſet, reſpõdiſſet: unus ex legatis Popilius uirga regem circumſcripſit: iuſſitq. antequam circulo excederet, reſponſum daret. qua aſperitate effecit, ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum ac regum in ſenatum admiſſae. Rhodiorum, quia eo bello contra populum Romanum fuerant, excluſa. poſtero die cum de eo quaereretur, ut ijs bellum indiceretur: cauſã in ſenatu patriae ſuae legati egerunt, nec tamquã hoſtes, nec tãquam ſocij dimiſſi. Macedonia in prouinciae formam redacta eſt. Aemilius Paullus, repugnantibus militibus ſuis propter minorem praedam, & cõtradicente Ser. Sulpicio Galba, triumphauit: & Perſeum cum tribus filijs ante currum duxit. cuius triumphi laetitia, ne ſolida ei cõtingeret, duorum filiorum funeribus inſignita eſt: quorũ alterius mors, patris triumphum praeceſſit, alterius ſecuta eſt. Luſtrum conditũ eſt a cenſoribus. cenſa ſunt ciuiũ capita CCCXII millia, DCCCV. Pruſias Bithyniae rex Romam, ut ſenatui gratularetur ob uictoriam ex Macedonia partam, uenit: & Nicomedem filium ſuum ſenatui commendauit. rex plenus adulationis, libertum ſe populi Romani eſſe dicebat. H

LIBER. XLV

VICTORIAE nuncij Q. Fabius, & L. Lentulus, & Q. Metellus, quanta potuit adhiberi feſtinatio, celeriter Romam cum ueniſſet, I praecerptam tamen eius rei laetitiam inuenerunt. Quarto poſt die, quam cum rege eſt pugnatum, cum in circo ludi fierent, murmur repente populi tota ſpectacula peruaſit, pugnatum in Macedonia, & deuictum regẽ eſſe: dein fremitus increbuit: poſtremo clamor plauſuſq. uelut certo nuncio uictoriae allato eſt exortus. Mirari magiſtratus & quaerere auctorẽ repentinae laetitiae: qui poſtquam nullus erat, euanuit quidem tamquam incertae rei gaudium, omen tamen laetum infidebat animis. Quod poſtquam ueris nuncijs Fabij Lentuliq. & Metelli aduentu firmatũ eſt, cũ uictoria ipſa, tum augurio animorum ſuorum laetabantur. Et aliter traditur Circenſis turbae non minus ſimilis ueri laetitia. A.D.XV Kalen. Octob. ludorum Romanorum ſecundo die C. Licinio conſuli ad quadrigas mittẽdas exſcendenti, tabellarius, qui ſe ex Ma- K cedonia uenire diceret, reddidiſſe laureatas litteras dicitur. quadrigis miſſis conſul currum conſcendit: & cum per circum reueheretur ad foros publicos, laureatas tabellas populo oſtendit. Quibus conſpectis repente immemor ſpectaculi populus in medium decurrit: eo ſenatum conſul uocauit, recitatiſque tabellis, ex auctoritate patrum pro foris publicis, denunciauit populo, L. Aemilium collegam ſignis collatis cum rege Perſeo pugnaſſe: Macedonum exercitum caeſum fuſumque, regem cum paucis fugiſſe: ciuitates omnes Macedoniae in ditionem populi Rom. ueniſſe. His auditis clamor cum ingenti plauſu ortus: ludis relictis, domos magna pars hominũ ad coniuges liberoſq. laetum nuncium portabant. Tertiuſdecimus dies erat, ab eo, quo in Macedonia pugnatum eſt. Poſtero die ſenatus

in

A in curia habitus, ſupplicationeſq. decretae: & S.C. factum eſt, ut cõſul, quos praeter milites ſocioſq. nauales coniuratos haberet, dimitteret: de militibus ſocijſq. naualibus dimittendis referretur, cum legati ab L. Aemilio conſule, a quibus praemiſſus tabellarius eſſet, ueniſſent, A.D. VI Kalend. Octob. hora fere ſecunda legati urbem ingreſſi ſunt: ingentem ſecum occurrentium quacumque ibant proſequentiumq. trahentes turbã, in forum ad tribunal perrexerunt. Senatus forte in curia erat: eo legatos conſul introduxit. Ibi tantum temporis retenti, dum exponerẽt quantae regiae copiae peditum equitumq. fuiſſent, quot millia ex his caeſa, quot capta forent, quam paucorum militum iactura, tanta hoſtium ſtrages facta, quam cum paucis rex fugiſſet: exiſtimari Samothraciam petiturum, paratam claſſem ad perſequendum eſſe, neque terra neque mari elabi poſſe. eadem haec paullo poſt in concionem trãſducti expoſuerunt, renouataq. laetitia, cum conſul edixiſſet, ut, omnes aedes ſacrae aperirentur, pro ſe quiſque ex concione ad gratias agendas ire dijs: ingentiq. turba nõ

B uirorum modo, ſed etiam feminarum, conferta tota urbe deorum immortalium templa adierunt. Senatus reuocatus in curiam ſupplicationes ob rem egregie geſtam ab L. Aemilio conſule in quinque dies circa omnia puluinaria decreuit, hoſtijſq. maioribus ſacrificari iuſſit. Naues, quae in Tiberi paratae inſtructaeq. ſtabant, ut, ſi rex poſſet reſiſtere, in Macedoniã mitterentur, ſubduci, & in naualibus collocari: ſocios nauales dato annuo ſtipendio dimitti, & cum his omnes, qui in conſulis uerba iurauerant: & quod militum Corcyrae, Brundiſij, ad mare Superum, aut in agro Larinati eſſet, (omnibus his locis diſpoſitus exercitus fuerat, cum quo ſi res poſceret, C. Licinius collegae ferret opem) hos omnes milites dimitti placuit. Supplicatio pro concione populi indicta eſt ex ante diem V Idus Octob. cum eo die in quinque dies. Ex Illyrico duo legati C. Licinius Nerua, & P. Decius nunciarunt, exercitum Illyriorum caeſum, Gentium regem captum: in ditione populi R. & Illyricum eſſe.

C Ob eas res geſtas ductu auſpicioq. L. Anicij praetoris ſenatus in triduum ſupplicationes decreuit. Vt Latinae edictae a conſule ſunt, in ante diem IV & III & pridie Id. Nouemb. Tradidere quidam legatos Rhodios nondum miſſos, poſt uictoriam nunciatam, uelut ad ludibrium ſtolidae ſuperbiae, in ſenatum uocatos eſſe. Ibi Agepolim principem eorum ita locutum, miſſos eſſe legatos ab Rhodijs ad pacem inter Romanos & Perſea faciendam, quod id bellum graue, atque incommodum Graeciae omni, ſumptuoſum ac dãnoſum ipſis Romanis eſſet. Fortunam perbene feciſſe, quando finito aliter bello gratulandi ſibi de uictoria egregia Romanis opportunitatem dediſſet. Haec ab Rhodio dicta. Reſponſum ab ſenatu eſſe, Rhodios nec utilitatum Graeciae, neque cura impenſarum populi R. ſed pro Perſeo legationem eam miſiſſe. Nam ſi ea fuiſſet cura, quae ſimularetur, tum mittendos legatos fuiſſe, cum Perſeus in Theſſaliam exercitu inducto per biennium Graecas

D urbes alias obſideret, alias denunciatione armorum terreret. Tum nullam pacis ab Rhodijs mentionem factam: poſtquam ſuperatos ſaltus, tranſgreſſoſq. in Macedoniam Romanos audirent, & incluſum teneri Perſea, tunc Rhodios legationem miſiſſe, non ad ullam aliam rem, quam ad Perſea ex imminenti periculo eripiendum. Cum hoc reſponſo legatos dimiſſos. Per eoſdem dies & M. Marcellus ex prouincia Hiſpania decedens Marcolica nobili urbe capta, X pondo auri & argenti ad ſummam ſeſtertium decies in aerarium retulit. Paullus Aemilius conſul cum caſtra, ut ſupra dictum eſt, ad Siras terrae Odomantidicae haberet, cum litteras ab rege Perſeo per ignobiles tres legatos miſſas cerneret, & ipſe illacrymaſſe dicitur ſorti humanae, quod, qui paullo ante non contentus regno Macedoniae Dardanos Illyrioſq. oppugnaſſet, Baſtarnarum ciuiſſet auxilia, is tum amiſſo exercitu, extorris regno, in paruam inſulam compulſus, ſupplex, fani religione non uiribus ſuis tutus eſſet.

E Sed poſtquam, Regem Perſea conſuli Paullo S. legit, miſerationem omnem ſtultitia ignorantis fortunam ſuam exemit. Itaque quamquam in reliqua parte litterarum minime regiae preces erant, tamen ſine reſponſo ac ſine litteris ea legatio dimiſſa eſt. Senſit Perſeus, cuius nominis obliuiſcendum uicto eſſet: itaq. alterae litterae cum priuati nominis titulo miſſae & petiere & impetrauere, ut aliqui ad eum mitterentur, cũ quibus loqui de ſtatu & condicione ſuae fortunae poſſet. Miſſi ſunt tres legati, P. Lentulus, A. Poſtumius Albinus, A. Antonius. nihil ea legatione perfectum eſt, Perſeo regium nomen omni ui amplectẽte, Paullo, ut ſe ſuaque omnia in fidem & clementiam populi R. permitteret, contendente. Dũ haec aguntur, claſſis Cn. Octauij Samothracẽ eſt appulſa. Is quoque praeſenti admoto

 terrore,

terrore,modo minis,modo ſpe perlicere ut ſe traderet, cum conaretur,adiuuit in hoc eum F
res ſeu caſu contracta, ſeu conſilio. L. Atilius illuſtris adoleſcens cum in concione eſſe
populum Samothracum animū aduertiſſet,a magiſtratibus petijt, ut ſibi paucis alloquen-
di populi poteſtatem facerent. Permiſſo, utrum nos hoſpites Samothraces, uere accepi-
mus,an falſo,ſacram hanc inſulam & auguſti totam,atque inuiolati ſoli eſſe? Cū creditae
ſanctitati aſſentirentur omnes,Cur igitur,inquit,pollutam homicida ſanguine regis Eume
nis uiolauit?& cum omnis praefatio ſacrorum eos, quibus non ſunt purae manus,ſacris ar
ceat, uos penetralia ueſtra contaminari cruēto latronis corpore ſinetis? Nobilis fama erat
apud omnes Graeciae ciuitates, Eumenis regis per Euandrum Delphis prope perpetrata
caedes. Itaq.praeterquam,quod in poteſtate Romanorum ſeſe inſulamq.totam & templū
cernebant eſſe,ne immerito quidem ea ſibi exprobrari rati,Theondam,qui ſummus magi-
ſtratus apud eos erat,(regē ipſi appellant)ad Perſea mittūt,qui nunciaret argui caedis Euā G
drum Cretenſem: eſſe autem iudicia apud ſeſe more maiorum comparata, de ijs,qui ince
ſtas manus intuliſſe intra terminos ſacratos templi dicantur. Si confideret Euander,inno-
xium ſe rei capitalis argui,ueniret ad cauſſam dicēdam:ſi committere ſe iudicio non aude-
ret,liberaret religione templum,ac ſibimet ipſe conſuleret. Perſeus euocato Euandro,iu-
dicium ſubeundi nullo pacto auctor eſſe: nec cauſſa,nec gratia parem fore. Suberat & ille
metus, ne damnatus auctorem ſe nefandi facinoris protraheret. Reliqui quid eſſe, niſi ut
fortiter moriatur?Nihil palam abnuere Euander,ſed cum ueneno ſe malle mori,quam fer
ro dixiſſet,occulte fugam parabat. Quod cum renunciatum regi eſset,metuens ne tam-
quam a ſe ſubtracto poenae reo iram Samothracum in ſe converteret,interfici Euandrum
iuſſit. Qua perpetrata temere caede,ſubijt extemplo animum,in ſe nimirum receptam la-
bem,quae Euandri fuiſset:ab illo Delphis uulneratum Eumenem,ab ſe Samothracae Euā H
drum occiſum: ita duo ſanctiſſima in terris templa, ſe uno auctore,ſanguine humano uio
lata. Huius rei crimen corrupto pecunia Theonda auertitur, ut renunciaret populo E-
uandrum ſibi ipſum mortem conſciſse. Ceterum tanto facinore in unicum relictum ami-
cum,ab ipſo per tot caſus expertum,proditumq.,quia non prodiderat,omnium ab ſe aba-
lienauit animos. pro ſe quiſque tranſire ad Romanos: fugaeq.conſilium capere ſolum pro
pe relictum coegerunt: Oroandemq.Cretenſem,cui nota Thraciae ora erat,quia mercatu
ras in ea regione fecerat,appellat,ut ſe ſublatum in lembum ad Cotym deveheret. De-
metrium eſt portus in promōtorio quodam Samothracae: ibi lembus ſtabat. Sub occaſum
ſolis deferuntur,quae ad uſum neceſsaria erant,defertur & pecunia quanta clā deferri po-
terat. Rex ipſe nocte media cum tribus conſcijs fugae per poſticum aedium in propinquū
cubiculo hortum,atque inde maceriam aegre tranſgreſsus ad mare peruenit. Oroandes iā I
tum dum pecunia deferretur, primis tenebris ſoluerat nauem, ac per altum Cretam pete-
bat. Poſtquam in portu nauis non inuenta eſt,uagatus Perſeus aliquandiu in litore,poſtre
mo timens lucem iam appropinquantem, in hoſpitium redire non auſus, in latere templi
prope angulum obſcurum delituit. Pueri regij apud Macedonas uocabantur principum
liberi, ad miniſterium electi regis. ea cohors proſecuta regem fugientem,ne tum quidem
abſcedebat,donec iuſſu Cn. Octauij pronunciatum eſt per praeconē,regios pueros Mace-
donaſq.alios, qui Samothracae eſsent, ſi tranſirent ad Romanos, incolumitatem liberta-
temq., & ſua omnia ſeruaturos, quae aut ſecum haberent, aut in Macedonia reliquiſsent.
Ad hanc uocem tranſitio omnium facta eſt, nominaq.dabant ad C. Poſtumium tribunum
militum. Liberos quoque paruos regios Io Theſſalonicenſis Octauio tradidit:nec quiſquā
praeter Philippum maximum natu e filijs cum rege relictus. Tum ſeſe filiumq. Octauio K
tradidit, fortunam, deoſq. quorum in templo erant, nulla ope ſupplicem iuuantes accu-
ſans. In praetoriam nauem imponi iuſsus. eodem & pecunia, quae ſuperfuit, delata eſt.
extemploq. claſſis Amphipolim repetit. Inde Octauius regem in caſtra ad conſulem miſit,
praemiſſis litteris,ut in poteſtate eum eſse,& adduci ſciret. Secundam eam Paullus, ſicut
erat, uictoriam ratus, uictimas cecidit eo nuncio: & concilio aduocato litteras praetoris
cum recitaſſet, Q. Aelium Tuberonem obuiam regi miſit, ceteros manere in praetorio
frequentes iuſſit. Non alias ad ullum ſpectaculum tanta multitudo occurrit. Patrum
aetate Syphax rex captus in caſtra Romana adductus erat: praeterquam quod nec ſua,
nec gentis fama comparandus, tunc quoque acceſſio Punici belli fuerat, ſicut Gentius

Macedonici.

A Macedonici. Perſeus caput belli erat, nec ipſius tantum, patris auiq. quos ſanguine ac gene
re contingebat, fama conſpectum eum efficiebat: ſed effulgebant Philippus ac Magnus
Alexander, qui ſummum imperium in orbe terrarum Macedonum fecerant. Pullo amictus abolla Perseus
ille ingreſſus eſt caſtra, nullo ſuorum alio comite praeter Philippum filium, qui ſocius cala
mitatis miſerabiliorem eum faceret. progredi prae turba occurrentium ad ſpectaculũ non
poterat, donec conſul lictores miſiſſet, qui ſummouendo iter ad praetorium facerent. Con
ſurrexit conſul, & iuſſis ſedere alijs, progreſſuſq. paullum introeũti regi dextram porrexit,
ſummittentemq. ſe ad pedes ſuſtulit: nec attingere genua paſſus, introductum in taberna-
culum aduerſus aduocatos in conſilium conſidere iuſſit. Prima percunctatio fuit. qua ſub
actus iniuria contra populum R. bellum tam infeſto animo ſuſcepiſſet, quo ſe regnumque
ſuum ad ultimum diſcrimen adduceret. Cum reſponſum exſpectantibus cunctis, terrã in-
B tuens diu tacitus fleret, rurſum conſul, Si iuuenis regnum accepiſſes, minus equidem mira
rer ignoraſſe te, quam grauis aut amicus aut inimicus eſſet populus R. nunc uero cũ & bel-
lo patris tui, quod nobiſcum geſſit, interfuiſſes, & pacis poſtea, quam cum ſumma fide ad-
uerſus eum coluimus, meminiſſes, quod conſilium, quorum & uim bello, & fidem in pace
expertus eſſes, cum ijs tibi bellum eſſe, quam pacem malle? Nec interrogatus, nec accuſa-
tus cum reſponderet, Vtcumque tamen haec, ſiue errore humano, ſeu caſu, ſeu neceſſitate
inciderunt, bonum animum habe, multorum regum, populorum caſibus cognita populi R.
clementia non modo ſpem tibi, ſed prope certam fiduciam ſalutis praebet. Haec Graeco
ſermone Perſeo, Latine deinde ſuis. Exemplum inſigne cernitis, inquit, mutationis rerum
humanarum, uobis hoc praecipue dico iuuenes: ideo in ſecundis rebus nihil in quemquam
ſuperbe ac uiolenter conſulere decet, nec praeſenti credere fortunae, cum quid ueſper fe-
C rat incertum ſit. Is demum uir erit, cuius animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec aduer-
ſa infringet. Conſilio dimiſſo tuendi cura regis Q. Aelio mandatur. Eo die & inuitatus ad
conſulem Perſeus, & alius omnis ei honos habitus eſt, qui haberi in tali fortuna poterat.
Exercitus deinde in hiberna dimiſſus eſt. maximam partẽ copiarum Amphipolis, reliquas
propinquae urbes acceperunt. Hic finis belli, cum quadriennium cõtinuum bellatum eſſet
inter Romanos ac Perſea, fuit: idemq. finis incluti per Europae plerumque, atq. Aſiam o- i. per magnam partem
mnem regni. XL ab Carano, qui primus regnauit, Perſea numerabãt. Perſeus Q. Fuluio, Europae.
L. Manlio conſulibus regnum accepit: a ſenatu rex eſt appellatus M. Iunio, A. Manlio con-
ſulibus. regnauit XI annos. Macedonum obſcura admodum fama uſque ad Philippum
Amyntae filium ~~potentia~~ fuit: inde ac per eum creſcere cum coepiſſet, Europae ſe tamẽ fi-
nibus continuit, Graeciam omnem & partem Thraciae, atque Illyrici amplexa. Superfudit
D deinde ſe in Aſiam, & XIII annis, quibus Alexander regnauit, primum omnia, qua Perſarũ
prope immenſo ſpatio imperium fuerat, ſuae ditionis fecit. Arabas hinc Indiamq., qua
terrarum ultimus finis rubrum mare amplectitur, peragrauit. Tum maximum in terris Ma
cedonum regnum nomenq., inde morte Alexandri diſtractum in multa regna, dum ad ſe
quiſque opes rapiunt, lacerantes uiribus, a ſummo culmine fortunae ad ultimum finem cẽ
tum quinquaginta annos ſtetit. Victoriae Romanae fama cum peruaſiſſet in Aſiam, Ante-
nor, qui cum claſſe lemborum ad Phanas ſtabat, Caſſandream inde trãſiecit. C. Popillius,
qui ad Delum praeſidio nauibus Macedoniam petentibus erat, poſtquam debellatum in
Macedonia, & ſtatione ſummotos hoſtiũ lembos audiuit, dimiſſis & ipſe Atticis nauibus,
ad ſuſceptam legationem peragendam nauigare Aegyptum pergit: ut prius occurrere An
tiocho poſſet, quam ad Alexandriae moenia accederet. Cum praeterueherentur Aſiam
E legati, & Loryma ueniſſent, qui portus XX paullo amplius millia ab Rhodo abeſt, ex aduer
ſo urbi ipſi poſitus: principes Rhodiorum occurrunt, (iam enim eo quoque uictoriae fama
perlata erat) orantes ut Rhodum deueherentur: pertinere id ad famam ſalutemq. ciuitatis,
noſcere ipſos omnia, quae acta eſſent, agerenturq. Rhodi, & comperta per ſe, non uulgata
fama Romam referre. Diu negantes perpulerunt, ut moram nauigationis breuem pro ſ. lu
te ſociae urbis paterentur. Poſtquam Rhodum uentum eſt, in concionem quoque eos ij-
dem precibus pertraxerunt. Aduentus legatorum auxit potius timorem ciuitati, quam
minuit. omnia enim Popillius, quae ſinguli uniuerſiq. eo bello hoſtiliter dixerant fece-
rantque, retulit: & uir aſper ingenio augebat atrocitatem eorum, quae dicerentur, uultu
truci, & accuſatoria uoce: ut cum propriae ſimultatis nulla cauſſa cũ ciuitate eſſet, ex unius

ſenatoris Romani acerbitate, qualis in ſe uniuerſi ſenatus animus eſſet, coniectarent. C. F
Decimij moderatior oratio fuit: qui in pleriſque eorum, quae cõmemorata a Popillio eſ-
ſent, culpam non penes populum, ſed penes paucos concitores uulgi eſſe dixit: eos uena-
lem linguam habentes, decreta plena regiae aſſentationis feciſſe, & eas legationes miſiſſe,
quarum Rhodios ſemper non minus puderet, quam paeniteret: quae omnia, ſi poteſtas po-
pulo foret, in capita noxiorum uerſura. Cũ magno aſſenſu auditus eſt, non magis eo, quod
multitudinis noxam eleuabat, quam quod culpam in auctores uerterat. Itaque cum princi
pes eorum Romanis reſponderent, nequaquam tamen tam grata oratio eorum fuit, qui,
quae Popillius obiecerat, diluere utcumque conati ſunt, quã eorum, qui Decimio in aucto
ribus ad piaculum noxae obijciendis aſſenſi ſunt. Decretum igitur extemplo, ut, qui pro
Perſeo aduerſus Romanos dixiſſe quid aut feciſſe conuincerentur, capitis condemnaren-
tur. Exceſſerunt urbe ſub aduentum Romanorum quidam, alij mortem ſibi conſciuerunt. G
Legati non ultra quam quinque dies Rhodi morati, Alexandriam proficiſcuntur. Nec eo
ſegnius iudicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur: quam perſeuerantiam in
exſequenda re Decimij lenitas afferebat. Cum haec gererentur, Antiochus fruſtra tẽtatis
moenibus Alexandriae abſceſſerat: ceteraq. Aegypto potitus, relicto Mẽphi maiore Pto-
lemaeo, cui regnum quaeri ſuis uiribus ſimulabat, ut uictorem mox aggrederetur, in Syriã
exercitum abduxit. Nec huius uoluntatis eius ignarus Ptolemaeus, dum conterritum obſi
dionis metu minorem fratrem haberet, poſſe ſe recipi Alexandriae & ſorore adiuuante, &
non repugnantibus fratris amicis, ratus: primum ad ſororem, deinde ad fratrem amicoſq.
eius non prius deſtitit mittere, quam pacem cum ijs confirmaret. Suſpectum Antiochum
effecerat, quod cetera Aegypto ſibi tradita, Peluſij ualidum relictum erat praeſidium: appa
rebat clauſtra Aegypti teneri, ut cum uelit rurſus exercitum induceret. Bello inteſtino cũ H
fratre eum exitum fore, uictor feſſus certamine nequaquam par Antiocho futurus eſſet.
Haec prudenter animaduerſa a maiore, cum aſſenſu minor frater quiq. cum eo erant acce-
perunt: ſoror plurimum adiuuit, non conſilio modo, ſed etiam precibus. Itaque conſentien
tibus cunctis pace facta Alexandriam recipitur, ne multitudine quidem aduerſante: quae
in bello nõ per obſidionem modo, ſed etiam poſtquã a moenibus abſceſſum eſt, quia nihil
ex Aegypto ſubuehebatur, omnium rerum attenuata inopia erat. His cum laetari Antio-
chum conueniens eſſet, ſi reducendi eius cauſſa exercitum Aegyptum induxiſſet, quo ſpe-
cioſo titulo ad omnes Aſiae & Graeciae ciuitates legationibus recipiendis, litteriſq. dimit
tendis uſus erat: adeo eſt offenſus, ut multo acrius infeſtiuſq. aduerſus duos, quam ante
aduerſus unum pararet bellum. Cyprum extemplo claſsem miſit: ipſe primo uere cũ exer
citu Aegyptum petens in Coelen Syriam proceſſit. Circa Rhinocolura Ptolemaei legatis I
agentibus gratias, quod per eum regnum patrium recepiſset, petentibuſq. ut ſuum munus
tueretur, & diceret potius quid fieri uellet, quam hoſtis ex ſocio factus, ui atque armis age
ret, reſpondit, non aliter neque claſſem reuocaturum, neque exercitum reducturum, niſi
ſibi & tota Cypro & Peluſio agroq., qui circa Peluſiacum oſtium Nili eſset, cederet: diẽq.
praeſtituit, intra quam de condicionibus peractis reſponſum acciperet. Poſtquã dies data
indutijs praeterijt, nauigantibus oſtio Nili ad Peleum per deſerta Arabiae* ad Memphin
incolebant, & ab ceteris Aegyptijs partim uoluntate, partim metu, ad Alexandriam modi
cis itineribus deſcendit. Ad Eleuſinẽ tranſgreſso flumen, qui locus quattuor millia ab Ale-
xandria abeſt, legati Romani occurrerunt. Quos cum aduenientes ſalutaſset, dextramq.
Popillio porrigeret, tabellas ei Popillius ſcriptum habentes tradit, atque omnium primũ
id legere iubet. Quibus perlectis, cum ſe conſideraturum adhibitis amicis quid facien- K
dum ſibi eſset dixiſset: Popillius pro cetera aſperitate animi, uirga, quã in manu gerebat,
circumſcripſit regem, ac, Prius quam hoc circulo excedas, inquit, redde reſponſum ſenatui
quod referam. Obſtupefactus tam uiolento imperio parumper cum haeſitaſset, Faciã, in-
quit, quod cenſet ſenatus. Tum demum Popillius dextram regi tamquam ſocio, atq. ami-
co porrexit. Die deinde finita cum exceſsiſset Aegypto Antiochus, legati concordia
etiam auctoritate ſua inter fratres firmata, inter quos uixdum conuenerat, pars Cy-
prum nauigant: & inde quae iam uicerat proelio Aegyptias naues claſsẽ Antiochi dimit-
tunt. Clara ea per gentes legatio fuit, quod haud dubie adempta Antiocho Aegy-
ptus habenti iam, redditumq. patrium regnum ſtirpi Ptolemaei fuerat. conſulum eius

A anni ſicut alterius clarus conſulatus inſigni uictoria, ita alterius obſcura fama: quia mate-
riam res gerendi non habuit. Iam primum cum legionibus ad conueniendum diem dixit,
non auſpicato templum intrauit: uitio diem dictã eſſe augures, cum ad eos relatum eſt,
decreuerunt. Profectus in Galliam circa Macros campos ad montes Siciminam & Papi-
num ſtatiua habuit: deinde circa eadẽ loca cum ſocijs nominis Latini hibernabat. Legio-
nes Romanae, quod uitio dies exercitui ad conueniendum dicta erat, Romae manſerãt. Et
praetores, praeter C. Papirium Carbonem, cui Sardinia euenerat, in prouincias iere: cũ ius
dicere Romae (nam eam quoque ſortem habebat) inter ciues & peregrinos patres cẽſue-
rant. Et Popillius, & ea legatio quae miſſa ad Antiochum erat, Romam redijt: retulit cõtro
uerſias inter reges ſublatas eſſe, exercitumq. ex Aegypto in Syriam reductum. Poſt ipſo-
rum regum legati uenerunt: Antiochi legati referentes omni uictoria potiorem pacẽ re-
B gi, quae ſenatui placuiſſet, uiſam, eumq. haud ſecus quam deorum imperio legatorũ Ro-
manorum iuſſis paruiſſe, gratulati deinde uictoriam ſunt, ad quã ſumma ope ſi quid impe-
ratum foret, affuturum regem fuiſſe. Ptolemaei legati communi nomine regis & Cleopa-
trae gratias egerunt. plus eos ſenatui populoq. R. quam parentibus ſuis; plus quam dijs im
mortalibus debere: per quos obſidione miſerrima liberati eſſent: regnum patrium prope
amiſſum recepiſſent. Reſponſum ab ſenatu eſt, Antiochũ recte atque ordine feciſſe, quod
legatis paruiſſet, gratumq. id eſſe ſenatui populoq. R. Regibus Aegypti Ptolemaeo Cleo-
patraeq. ſi quid per ſe boni commodiq. eueniſſet, id magnopere ſenatum laetari, daturũq.
operam, ut regni ſui maximum ſemper praeſidium poſitum eſſe in fide populi Romani du
cãt. Munera legatis ut ex inſtituto mittenda curaret, C. Papirio praetori mãdatũ. Litterae
deinde Macedonia allatae, quae uictoriae laetitiã geminarẽt: Perſea regẽ in poteſtatem
C conſulis ueniſſe. Dimiſſis legatis, diſceptatũ inter Piſanos Lunẽſeſq. legatos: Piſanis que
rentibus agro ſe a colonis Romanis pelli: Lunenſibus affirmantibus eum, de quo agatur, a
triumuiris agrum ſibi aſſignatum eſſe. Senatus qui de finib. cognoſcerent ſtatuerẽtq., quin
queuiros miſit, Q. Fabium Buteonem, P. Cornelium Blaſionem, Ti. Sempronium Muſcam,
L. Naeuium Balbum, C. Appuleium Saturninũ. Et ab Eumene & ab Attalo & ab Athenaeo
fratrib. cõmunis legatio de uictoria gratulatum uenit. Et Maſgabae regis Maſſaniſae filio
Puteolis nauẽ egreſſo praeſto fuit obuiam miſſus cum pecunia L. Mãlius quaeſtor, qui Ro
mã eum publico ſumptu perduceret. Aduenienti extemplo ſenatus datus eſt. Is adoleſcẽs
ita locutus eſt, ut, quae rebus grata erant, gratiora uerbis faceret. Commemorauit quot pe
dites equiteſq., quot elephantos, quantum frumenti eo quadriennio pater ſuus in Mace-
doniam miſit. Sed duas res ei rubori fuiſse: unam, quod rogaſset eum per legatos ſenatus
D quae ad bellum opus eſſet, & non imperaſset: alteram, quod pecuniam ei pro frumẽto mi-
ſiſset. Maſsaniſam meminiſse, regnum a populo R. partum auctumq. & multiplicatum ha-
bere: uſu regni cõtentum, ſcire dominium & ius eorum, qui dederint, eſse. Sumere itaque
eoſdem, non ſe rogare aequum eſse: neque emere ea ex fructib. agri ab ſe dati, quae ibi pro
ueniant. Id Maſsaniſae ſatis eſse, & fore, quod populo R. ſupereſset. Cum ijs mãdatis a pa-
tre profectum, poſtea conſecutos equites, qui deuictam Macedoniam nunciarent: gratula
tumq. ſenatui iuberent indicare, tantae eam rem laetitiae patri ſuo eſse, ut Romam uenire
uelit, Iouiq. opt. max. in Capitolio ſacrificare, & grates agere: id niſi moleſtum ſit, ut ei per
mittatur, ab ſenatu petere. Reſponſum regulo eſt: facere patrem eius Maſsaniſam, quod ui
rum gratum bonumq. facere deceat, ut pretium honoremq. debito beneficio addat. Et po-
pulum R. ab eo bello Punico forti fideliq. opera adiutum, & illum fauente populo R. re-
E gnum adeptum: aequitate ſua poſtea trium regum bellis, deinceps omnibus functum offi-
cijs. Victoria uero populi R. laetari eum regem mirum non eſse, qui ſortem omnem fortu
nae regniq. ſui cum rebus Romanis immiſcuiſset. Grates dijs pro populi R. uictoria apud
ſuos penates ageret, Romae filium pro eo acturum. Gratulatum quoque ſatis ſuo ac patris
noĩe eſse. Ipſum relinquere regnum, & Africa excedere, praeterquã quod illi inutile eſset,
non eſse e re populi R. ſenatum cenſere. petenti Maſgabae, ut Hanno Hamilcaris filius ob
ſes in locum * exigeret. Munera ex ſenatuſcõſulto emere regulo quaeſtor iuſſus ex C pon
do argenti, & proſequi eum Puteolos, oẽmq. ſumptum, quoad in Italia eſset, praebere, &
duas naues conducere, quibus ipſe comiteſq. regis in Africam deueherentur: & comiti-
bus omnib. liberis ſeruiſq. ueſtimẽta data. Haud ita multo poſt de altero Maſsaniſae filio

Miſagene litterae allatae ſunt, miſſum eũ ab L. Paullo poſt deuictum Perſea in Africã cum F
equitibus ſuis: nauigantem diſperſa claſſe in Hadriatico mari Brundiſium tribus nauibus
aegrum delatum. Ad eum cũ iiſdem muneribus, quae data Romae fratri eius erant, L. Ster
tinius quaeſtor Brundiſium miſſus: iuſſusq. curare ut aedes hoſpi-

* * *

In quattuor urbanas tribus deſcripti erant libertini, praeter eos, quibus filius quinquenni
maior ex S.C. eſſet. Eos ubi proximo luſto cenſi eſſent, cenſeri iuſſerunt. & eos, qui praediũ
praedia ue ruſtica pluris ſeſtertium XXX millium haberent, cenſendi ius factũ eſt. Hoc cũ
ita ſeruatum eſſet, negabat Claudius ſuffragij lationem iniuſſu populi cenſorem cuiquam
homini, nedũ ordini uniuerſo adimere poſſe. Neque enim ſi tribu mouere poſſet, quod ſit
nihil aliud quam mutare iubere tribum, ideo omnibus V & XXX tribubus emouere poſſe:
id eſt ciuitatem libertatemq. eripere, nõ ubi cenſeatur finire, ſed cenſu excludere. Haec in- G
ter ipſos diſceptata, poſtremo eo deſcenſum eſt, ut ex quattuor urbanis tribubus unã palã
in atrio Libertatis ſortirentur, in quam omnes, qui ſeruitutem ſeruiſſent, conijcerent. Ex-
quilinae ſors exijt: in ea Ti. Gracchus pronunciauit, libertinos omnes cenſeri placere. Ma
gno ea res honori cenſoribus apud ſenatũ fuit. gratiae actae & Sempronio, qui in bene coe
pto perſeueraſſet: & Claudio, qui nõ impediſſet. Plures, quã a ſuperioribus & ſenatu emo
ti sũt, & equos uẽdere iuſſi: omnes ijdem ab utroque & tribu remoti, & aerarij facti: neque
ullius quẽ alter notaret, ab altero leuata ignominia. Petentibus, ut ex inſtituto ad ſarta te-
cta exigẽda, & ad opera, quae locaſſent, probanda, anni & bimenſis tempus prorogaretur,
Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in ſenatum, interceſſit. Eodẽ anno C. Cicere
ius aedẽ in monte Albano dedicauit, quinquennio poſtquã uouit. Flamen Martialis inau-
An. 583 guratus eſt eo anno L. Poſtumius Albinus. Q. Aelio, M. Iunio conſulib. de prouincijs refe- H
rentibus, cenſuere patres duas prouincias Hiſpaniam rurſus fieri, quae una per bellum Ma
cedonicũ fuerat: & Macedoniã Illyricũq. eoſdẽ L. Paullũ & L. Aniciũ obtinere, donec de
ſentẽtia legatorũ & res bello turbatas, & ſtatũ aliũ eius regni formãdo cõpoſuiſſent. conſu
libus Piſae & Gallia decretae, cum binis legionibus peditum, & equitũ quadringentenis.
Praetorum ſortes fuere, Q. Caſſij urbana, M. Iuuentij Thalnae inter peregrinos, Ti. Claudij
Neronis Sicilia, Cn. Fuluij Hiſpania citerior, C. Licinij Neruae ulterior, A. Mãlio Torqua-
to Sardinia obuenerat: nequijt ire in prouinciam, ad res capitales quaerendas ex S.C. retẽ
tus. De prodigijs deinde nũciatis ſenatus eſt conſultus. Aedes deorum Penatium in Velia
de caelo tacta erat, & in opido Mineruio duae portae, & muri aliquantum. Anagniae terra
pluerat, & Lanuuij fax in caelo uiſa erat. Et Calatiae in publico agro M. Valerius ciuis Ro
manus nũciabat e foco ſuo sãguinẽ per triduũ & duas noctes manaſſe. Ob id maxime X ui I
ri libros adire iuſſi, ſupplicationem in diem unum populo edixerũt, & L capris in foro ſa-
crificauerunt: & aliorum prodigiorum cauſſa diẽ alterum ſupplicatio circa omnia puluina
ria fuit, & hoſtijs maioribus ſacrificatum eſt, & urbs luſtrata. Inde quod ad honorem deũ
immortalium pertineret, decreuit ſenatus, ut, quoniam perduelles ſuperati, Perſeus & Gẽ
tius reges cum Macedonia, atq. Illyrico in poteſtate populi R. eſſent: ut quanta dona Ap.
Claudio, M. Sempronio conſulibus ob deuictum Antiochum regem data ad omnia pului
naria eſſent, tãta Q. Caſſius & M. Iuuentius praetores curarent danda. Legatos deinde, quo
rum de ſententia imperatores L. Paullus, L. Anicius componerent res, decreuerunt: decẽ
in Macedoniam, quinque in Illyricum. in Macedoniã ſunt hi nominati, A. Poſtumius Lu-
ſcus, C. Claudius ambo cenſorij: C. Licinius Craſſus collega in conſulatu Paulli, tũ proro-
gato imperio prouinciam Galliam habebat. His conſularibus addidere Cn. Domitiũ Ahe K
nobarbum, Ser. Cornelium Sullam, L. Iunium, C. Antiſtium Labeonẽ, T. Numiſiũ Tarqui
nienſem, A. Terentiũ Varronẽ. In Illyricum autẽ hi nominati, P. Aelius Ligus conſularis,
C. Cicereius, & Cn. Baebius Tãphilus, (hic priore anno, Cicereius multis ante annis prae-
tor fuerat) P. Terẽtius Tuſciueicanus, P. Manilius. Moniti deinde cõſules a patribus, ut, quo
niam alterum ex his ſuccedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliã oporteret:
primo quoq. tẽpore prouincias aut cõpararẽt inter ſe, aut ſortirentur. ſortiti ſunt. M. Iunio
Piſae obuenerũt, (quẽ prius quã in prouinciã iret, legationes, quae undique Romã gratula
tum cõuenerũt, introducere in ſenatũ placuit) Q. Aelio Gallia. Ceterũ quamquã tales uiri
mitterent, quorũ de cõſilio ſperari poſſet imperatores nihil indignũ nec clemẽtia, nec gra
uitate

A uitate populi R. decreturos eſſe: tamen in ſenatu quoque agitata eſt ſumma conſiliorum: ut inchoata omnia legati ab domo ferre ad imperatores poſſent. Omnium primum liberos eſſe placebat Macedonas, atque Illyrios, ut omnibus gentibus appareret, arma populi R. non liberis ſeruitutem, ſed contra ſeruientibus libertatem afferre: ut & in libertate gentes quae eſſent, tutam eam ſibi, perpetuamq. ſub tutela populi R. eſſe: & quae ſub regibus uiuerent, & in praeſens tempus mitiores eos iuſtioreſq. reſpectu populi Romani habere ſe: & ſi quando bellum cum populo Romano regibus fuiſſet ſuis, exitum eius uictoriam Romanis, ſibi libertatem allaturum crederent. Metalli quoque Macedonici, quod ingens uectigal erat, locationeſq. praediorum ruſticorum tolli placebat. Nam neque ſine publicano exerceri poſſe: &, ubi publicanus eſt, ibi aut ius publicum uanum, aut libertatem ſociis nullam eſſe: ne ipſos quidem Macedonas idem exercere poſſe: ubi in medio praeda admini-

B ſtrantibus eſſet, ibi numquam cauſſas ſeditionum & certaminis defore. Commune conſilium gentis nullum eſſe, ne improbum uulgus a ſenatu aliquãdo libertatem ſalubri moderationi datam, ad licentiam peſtilentẽ traheret: in quattuor regiones deſcribi Macedoniã, ut ſuum quaeque concilium haberet, placuit: & dimidium tributi, quam quod regib. ferre ſoliti erant, populo Romano pendere. Similia his & in Illyricum mandata: cetera ipſis imperatoribus legatiſq. relicta, in quibus praeſens tractatio rerum certiora ſubiectura erat conſilia. Inter multas regum gentiumq. & populorum legationes Attalus frater regis Eumenis maxime cõuertit in ſe omnium oculos animoſq. exceptus enim eſt ab his, qui ſimul eo bello militauerant, haud paullo benignius quam ſi ipſe rex Eumenes ueniſſet. Adduxerant eum duae in ſpeciẽ honeſtae res, una gratulatio conueniens in ea uictoria, quam ipſe adiuuiſſet: altera querimonia Gallici tumultus, Aduertaeq. gladijs regnum in dubium ad

C ductum eſſe. Suberat & ſecreta ſpes honorum praemiorũq. ab ſenatu, quae uix ſalua pietate eius contingere poterant. Erant enim quidam Romanorum quoque non boni auctores, qui ſpe cupiditatem eius elicerent, eam opinionem de Attalo & Eumene Romae eſſe, tam quam de altero Romanis certo amico, altero nec Romanis, nec Perſi fido ſocio. Itaque uix ſtatui poſſe, utrum quae pro ſe, an quae contra fratrem petiturus eſſet, ab ſenatu magis impetrabilia forent, adeo uniuerſos omnia & huic tribuere, & illi uero negare. Eorũ hominũ (ut res docuit) Attalus erat, qui, quantum ſpes ſpopondiſſet, cuperent, ni unius amici prudens monitio uelut frenos animo eius geſtienti ſecundis rebus impoſuiſſet. Stratius cum eo fuit medicus, ad idipſum a nõ ſecuro Eumene Romam miſſus ſpeculator rerum, quae a fratre agerentur, monitorq. fidus, ſi decedi fide uidiſſet. Is ad occupatas iam aures, ſollicitatumq. iam animum cum ueniſſet, aggreſſus tempeſtiuis temporibus rem prope prolapſam reſtituit: alijs alia regna creuiſſe reb. dicendo: regnũ eorum nouum, nullis uetuſtis fundatũ

D opib. fraterna ſtare cõcordia: quod unus nomen regiũ, & praecipuum capitis inſigne gerat, oẽs fratres regnent. Attalum uero, quia aetate proximus, quis non pro rege habeat? neque eo ſolũ quia tãtas praeſentes eius opes cernat, ſed quod haud ambiguũ propediem regnaturũ eum infirmitate aetateq. Eumenis eſſet nullam ſtirpem liberum habentis: (necdum enim agnouerat eum, qui poſtea regnauit.) Quid attineret uim afferre rei ſua ſpõte mox ad eum aduẽturae? Acceſſiſſe ẽt nouam tempeſtatem regno tumultus Gallici, cui uix cõſenſu & cõcordia regum reſiſti queat. Si uero ad externum bellũ domeſtica ſeditio adijciatur, ſiſti non poſſe: nec aliud eũ quã ne frater in regno moriatur, ſibi ipſi ſpẽ propinquam regni erepturum. Si utraque glorioſa res eſſet, & ſeruaſſe fratri regnum & eripuiſſe: ſeruati tamẽ regni, quae iuncta pietati ſit, potiorem laudem fuiſſe. Sed enimuero cum deteſtabilis altera res, & proxima parricidio ſit, quid ad deliberationẽ dubij ſupereſſe? Vtrũ. n. partẽ regni

E petiturum eſſe, an totum erepturum? ſi partem, ambo infirmos diſtractis uiribus, & oĩb. iniurijs obnoxios fore. Si totum, priuatum ne ergo maiorem fratrem, an exſulem illa aetate, illa corporis infirmitate, an ultimũ mori iuſſurũ? Egregium enim, ut fabulis traditus impiorũ fratrũ euẽtus taceatur, Perſei exitum uideri: qui ex fraterna caede raptum diadema in tẽplo Samothracũ, uelut praeſentibus dijs exigentibus poenas, ad pedes uictoris hoſtis proſtratus poſuerit. Eos ipſos, qui non illi amici, ſed Eumeni infeſti, ſtimulant eũ, pietatẽ, cõſtantiãq. laudaturos, ſi fidẽ ad ultimũ fratri praeſtitiſſet. Haec plus ualuere in Attali animo. Itaq. introductus in ſenatũ, gratulatus uictoriã, & ſua merita eo bello fratriſq. (ſi qua erant) & Gallorum defectionẽ, quae nuper ingenti motu facta erat, expoſuit. Petijt ut lega

tos

F tos mitteret ad eos,quorũ auctoritate ab armis auocarentur.His pro regni utilitate editis mandatis, Aenum ſibi & Maroneam petijt. Ita deſtituta eorũ ſpe,qui fratre accuſato,partitionẽ regni petiturum crediderant,curia exceſſit. raro alias quiſquam rex aut priuatus tanto fauore,tantoq.omnium aſſenſu eſt auditus,omnibus honoribus muneribuſq.& praeſens eſt cultus, & proficiſcentẽ proſecuti ſunt. Inter multas Aſiae Graeciaeq.legationes, Rhodiorum maxime legati ciuitatem conuerterunt.Nam cum primo in ueſte candida uiſi eſſent,quod & gratulantes decebat,&,ſi ſordidam ueſtem habuiſſent,lugentium Perſei caſum praebere ſpeciem poterant: poſtquam conſulti ab M.Iunio cõſule patres,ſtantibus in Comitio legatis,an locum,lautia ſenatumq.darent,nullum hoſpitale ius in ijs ſeruandum cenſuerunt: egreſſus e curia conſul,cum Rhodij gratulatum ſe de uictoria,purgatumq. ciuitatis crimina dicentes ueniſſe,petiſſent ut ſenatus ſibi daretur, pronunciat,ſocijs & amicis,& alia comiter atque hoſpitaliter praeſtare Romanos,& ſenatum dare conſueſſe:Rhodios non ita meritos eo bello,ut amicorum ſociorum numero habẽdi ſint. G His auditis proſtrauerunt ſe omnes humi,conſulemq. & cũctos qui aderant orantes,ne noua falſaq.crimina plus obeſſe Rhodijs aequũ cenſerent, quã antiqua merita, quorum ipſi teſtes eſſent. Extemplo ueſte ſordida ſumpta domos principum cum precibus ac lacrymis circumibãt orantes,ut prius cognoſcerent cauſſam,quam condemnarent. M.Iuuentius Thalna praetor,cuius inter ciues & peregrinos iuriſdictio erat, populum aduerſus Rhodios incitabat: rogationemq. promulgauerat,ut Rhodijs bellum indiceretur, & ex magiſtratibus eius anni deligerent,qui ad id bellum cum claſſe mitteretur, ſe eum ſperans futurum eſſe. Huic actioni M.Antonius,& M.Pomponius tribuni plebis aduerſabantur. Sed & praetor nouo maloq. exemplo rẽ ingreſſus erat, quod non conſulto ſenatu, non conſulibus certioribus factis,de ſua unius ſententia rogationem ferret: uellent iuberent ne Rhodijs bellum H indici: cum antea ſemper prius ſenatus de bello conſultus eſſet, deinde ad populũ latum * & tribuni plebis: cum ita traditum eſſet, ne quis prius intercederet legi,quã priuatis ſuadendi diſſuadendiq.legem poteſtas facta eſſet: eoq.perſaepe eueniſſet,ut,qui non profeſſi eſſent ſe interceſſuros,animaduerſis uitijs legis ex ratione diſſuadentium,intercederẽt: & qui ad intercedendum ueniſſent,deſiſterent uicti auctoritatibus ſuadentium legem. Tum inter praetorem tribunoſq. omnia intẽpeſtiue agendi certamen erat. Tribuni feſtinationẽ praetoris ante tempus intercedendo in aduentum imperatoris.

* *

peccauerimus ne,adhuc dubiũ eſt:poenas, ignominias omnes iam patimur. Antea Carthaginienſibus uictis, Philippo,Antiocho ſuperatis,cum Romam ueniſſemus,ex publico hoſpitio in curiam gratulatum uobis patres conſcripti, ex curia in Capitoliũ ad deos ueſtros I dona ferentes ueniebamus,nunc ex ſordido diuerſorio uix mercede recepti,ac prope hoſtium more extra urbem manere iuſſi,in hoc ſqualore uenimus in curiam Romanam Rhodij,quos prouincijs nuper Lycia, atque Caria,quos praemijs,atq.honoribus ampliſſimis donaſtis. Et Macedonas Illyrioſq. liberos eſſe,ut audiuimus,iubetis,cum ſeruierint antequam uobiſcum bellarent (nec cuiuſquã fortunae inuidemus,immo agnoſcimus clementiam populi Romani) Rhodios, qui nihil aliud quam quieuerunt hoc bello,hoſtes ex ſocijs facturi eſtis?Certe quidem uos eſtis Romani,qui ideo felicia bella ueſtra eſſe,quia iuſta ſint,prae uobis fertis: nec tam exitu eorum,quod uincatis, quam principijs, quod non ſine cauſſa ſuſcipiatis,gloriamini.Meſſana in Sicilia oppugnata Carthaginiẽſes,Athenae oppugnatae,& Graecia in ſeruitutẽ petita,& adiutus Hannibal pecunia,auxilijs,Philippũ hoſtem fecerunt. Antiochus ipſe ultro,ab Aetolis hoſtibus ueſtris acceſitus,ex Aſia claſſe in Graeciã traiecit, Demetriade & Chalcide & ſaltu Thermopylarũ occupato,de poſ K ſeſſione imperij uos deijcere conatus. Cum Perſeo,ſocij ueſtri oppugnati,alij interfecti reguli principeſq. gentium aut populorum,cauſſa belli uobis fuere. Quem tandem titulum noſtra calamitas habitura eſt,ſi perituri ſumus? Nondũ ſegrego ciuitatis cauſſam a Polyarato & Dione ciuibus noſtris,& ijs,quos ut traderemus uobis adduximus.Si omnes Rhodij aeque noxij eſſemus,quod noſtrum in hoc bello crimen eſſet? Perſei partibus fauimus: & quemadmodum Antiochi Philippiq. bello, pro uobis aduerſus reges,ſic nunc pro rege aduerſus uos ſtetimus.Quemadmodum ſoleamus ſocios iuuare,& quam impigre capeſſere bella,C. Liuium, L. Aemilium Regillum interrogate,qui claſſibus ueſtris in Aſia praefuerunt.

A fuerunt. Numquã ueſtrae naues pugnauere ſine nobis: noſtra claſſe pugnauimus ſemel ad Samum, iterum in Pamphylia aduerſus Hannibalem imperatorem: quae uictoria nobis eo glorioſior eſt, quod cum ad Samum magnam partem nauium aduerſa pugna, & egregiam iuuentutem amiſiſſemus, ne tanta quidē clade territi, iterum auſi ſumus regiae claſſi ex Syria uenienti obuiam ire. Haec nō gloriandi cauſſa retuli, neque enim ea nunc noſtra eſt fortuna, ſed ut admonerē quemadmodum adiuuare ſocios ſolerēt Rhodij. Praemia, Philippo & Antiocho deuictis, ampliſſima accepimus a uobis. Si, quae ueſtra nunc eſt fortuna deum benignitate, & uirtute ueſtra, ea Perſei fuiſſet, & praemia petitū ad uictorem regē ueniſſemus in Macedoniam, quid tandem diceremus? Pecunia ne a nobis adiutum, an frumento? auxilijs terreſtribus an naualibus? quod praeſidiū tenuiſſe nos? ubi pugnaſſe, aut ſub illius ducibus, aut per nos ipſos? Si quaereret, ubi miles noſter, ubi nauis intra praeſidia ſua fuiſ-

B ſet, quid reſpōderemus? Cauſſam fortaſſe diceremus apud uictorē, quēadmodū apud uos dicimus. Hoc enim legatos utroque de pace mittendo conſecuti ſumus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus, ab altera etiam crimen & periculum eſſet. Quamquā Perſeus uere obijceret, id quod uos non poteſtis patres conſcripti: nos principio belli miſiſſe ad uos legatos, qui pollicerentur uobis quae ad bellum opus eſſent: naualibus, armis iuuentute noſtra, ſicut prioribus bellis, ad omnia paratos fore. ne praeſtaremus per uos ſtetit, qui de quacumque cauſſa tum aſpernati noſtra auxilia eſtis. Neque fecimus igitur quidquā tamquā hoſtes, neque bonorum ſociorum defuimus officio, ſed a uobis prohibiti praeſtare fuimus. Quid igitur? nihil ne factum neque dictū eſt in ciuitate ueſtra Rhodij quod nolletis, quo merito offenderetur populus Romanus? Hinc iam non quod factum eſt defenſurus ſum, non adeo inſanio, ſed publicā cauſſam a priuatorum culpa ſegregaturus. Nulla enim

C eſt ciuitas, quae non & improbos ciues aliquando, & imperitam multitudinem ſemper habeat. Etiam apud uos fuiſſe audiui, qui aſſentando multitudini graſſarentur: & ſeceſſiſſe aliquando a uobis plebem, nec in poteſtate ueſtra populum R. fuiſſe. Si hoc in hac tam bene morata ciuitate accidere potuit, mirari quiſquam poteſt aliquos fuiſſe apud nos, qui regis amicitiam petentes, plebem noſtram conſilij deprauarent? qui tamē nihil ultra ualuerunt, quā ut in officio ceſſaremus. Non praeteribo id quod grauiſſimum eſt in hoc bello crimen ciuitatis noſtrae. Legatos eodē tempore & ad uos & ad Perſea de pace miſimus. quod infelix conſilium furioſus (ut poſtea audiuimus) orator ſtultiſſimum fecit, quem ſic locutum conſtat, tamquam C. Popillius legatus Romanus, quem ad ſummouendos a bello Antiochum & Ptolemaeū reges miſiſtis, loqueretur. Sed tamen ea ſiue ſuperbia, ſiue ſtultitia appellanda eſt, eadem quae apud uos, & apud Perſea fuit. Tam ciuitatum quam ſingulorum

D hominum mores ſunt: gentes quoque aliae iracundae, aliae audaces, quaedā timidae: in uinum, in uenerem proniores aliae ſunt. Athenienſium populum fama eſt celerem, & ſupra uires audacem eſſe ad conandum: Lacedaemoniorum cunctatorem, & uix in ea, quibus fidit, ingredientem. Non negauerim & totam Aſiae regionem inaniora parere ingenia: & noſtrorum tumidiorem ſermonem eſſe: quod excellere inter finitimas ciuitates uideamur, & id ipſum non tam uiribus noſtris, quam ueſtris honoribus ac iudicijs. Satis quidem & tunc in praeſentia caſtigata illa legatio erat, cum tam triſti reſponſo ueſtro dimiſſa. ſi tū parum ignominiae penſum eſt, haec certe tam miſerabilis ac ſupplex legatio, etiam inſolētioris, quam illa fuit, legationis ſatis magnum piaculum eſſet. Superbiā, uerborum praeſertim, iracundi oderunt, prudentes irrident: utique ſi inferioris aduerſus ſuperiorem eſt, capitali poena nemo umquā dignā iudicauit. Id enimuero periculū erat, ne Romanos Rhodij

E contemnerent: etiam deos aliqui uerbis ferocioribus increpant, nec ob id quemquam fulmine ictum audiuimus. Quid igitur ſuperat quod purgemus? ſi nec factum hoſtile ullum noſtrum eſt: & uerba tumidiora legati offenſionem aurium, non perniciē ciuitatis meruerūt? Voluntatis noſtrae tacite uelut litē aeſtimari ueſtris inter uos ſermonibus audio P.C. fauiſſe nos regi, & illum uincere maluiſſe: ideo bello perſequendos eſſe credunt. Alij ueſtrum, uoluiſſe quidem nos hoc, non tamen ob id bello perſequēdos eſſe: neque moribus, neque legibus ullius ciuitatis ita cōparatum eſſe, ut, ſi quis uellet inimicum perire, ſi nihil fecerit, quo id fiat, capitis dānetur. His qui nos poena nō crimine liberant, gratiam quidē habemus: ipſi nobis hanc dicimus legem, ſi omnes uoluimus quod arguimur, non diſtinguimus uoluntatē a facto: omnes plectamur. Si alij principum noſtrorum uobis, alij regi faue-

fauerunt: non poſtulo ut propter nos, qui partium ueſtrarum fuimus, regis fautóres ſalui F
ſint. illud deprecor, ne nos propter illos pereamus. Non eſtis uos illis infeſtiores, quã ciui-
tas ipſa: & hoc qui ſciebant, plerique eorum aut profugerunt, aut mortẽ ſibi conſciuerunt:
alij damnati a nobis in poteſtate ueſtra erunt, patres conſcripti. Ceteri Rhodij, ſicut gratiã
nullam meriti hoc bello, ita ne poenam quidẽ ſumus. Priorum noſtrorum benefactorum
cumulus, hoc quod nunc ceſſatum in officio eſt, expleat. Cum tribus regibus geſſiſtis bella
per hos annos. ne plus obſit nobis, quod uno bello ceſſauimus, quam quod duobus bellis
pro uobis pugnauimus. Philippum, Antiochum, Perſea tamquam tres ſententias ponite:
duae nos abſoluũt, una dubia eſt ut grauior ſit. Illi de nobis ſi iudicarent, damnati eſſemus.
uos iudicate Patres cõſcripti, ſit Rhodus in terris, an funditus deleatur. Nõ enim de bello
deliberatis Patres conſcripti, quod inferre poteſtis, gerere non poteſtis: cum nemo Rho-
diorum arma aduerſus uos laturus ſit. Si perſeuerabitis in ira, tẽpus a uobis petemus, quo G
hanc funeſtam legationem domum referamus: omnia libera capita, quidquid Rhodiorum
uirorum feminarum eſt, cum omni pecunia noſtra naues conſcendemus: ac relictis penati-
bus publicis priuatiſq. Romã ueniemus: & omni auro & argẽto, quidquid publici, quidquid
priuati eſt, in Comitio in ueſtibulo curiae ueſtrae cumulato, corpora noſtra coniugũq. ac
liberorum ueſtrae poteſtati permittemus, hic paſſuri quodcumque patiendum erit. procul
ab oculis noſtris urbs noſtra diripiatur, incendatur. Hoſtes Rhodios eſſe Romani iudicare
poſſunt: eſt tamen & noſtrum aliquod de nobis iudicium, quod numquã iudicauimus nos
ueſtros hoſtes: nec quidquam hoſtile, etiamſi omnia patiemur, faciemus. Secundum talem
orationẽ uniuerſi rurſus prociderunt, ramoſq. oleae ſupplices iactantes, tandẽ excitati cu-
ria exceſſerunt. Tunc ſententiae interrogari coeptae. Infeſtiſſimi Rhodijs erãt, qui cõſules
praetoreſue aut legati geſſerant in Macedonia bellum. Plurimum cauſſam eorum adiuuit H
M. Porcius Cato, qui aſper ingenio, tum lenẽ mitemq. ſenatorem egit. Non inſerã ſimula-
crum uiri copioſi, quae dixerit referendo. ipſius oratio ſcripta exſtat, Originum quincto li-
bro incluſa. Rhodijs reſponſum ita redditum eſt, ut nec hoſtes fierent, nec ſocij permane-
rent. Philocrates & Aſtymedes principes legationis erant. partem cum Philocrate renun-
ciare Rhodum legationem placuit, partem cum Aſtymede Romae ſubſiſtere: quae, quae a-
gerentur, ſciret, certioreſq. ſuos faceret. In praeſentia deducere ante certam diẽ ex Lycia
Cariaq. iuſſerunt praefectos. Haec Rhodum nunciata, quae per ſe triſtia fuiſſẽt, quia maio
ris mali leuatus erat timor, cum bellum timuiſſent, in gaudium renunciata uerterunt. Itaq.
extemplo coronam XX millibus aureorum decreuerunt. Theodotum praefectum claſſis in
eam legationem miſerunt. Societatem ab Romanis ita uolebant peti, ut nullum de ea re
ſcitum populi fieret, aut litteris mandaretur: quod niſi impetrarent, maior repulſis ignomi- I
nia eſſet. Praefecti claſſis id unius erat ius, ut agere de ea re ſine rogatione ulla perlata poſ-
ſet. Nam ita per tot annos in amicitia fuerant, ut ſociali foedere ſe cum Romanis non illi-
garent: ob nullam aliam cauſſam, quã ne ſpem regibus abſcinderent auxilij ſui, ſi cui opus
eſſet, neu ſibi ipſis fructus ex benignitate & fortuna eorum percipiendi. Tunc utique peten
da ſocietas uidebatur, non quae tutiores eos ab alijs faceret, (nec enim timebant quẽquã
praeter Romanos) ſed quae ipſis Romanis minus ſuſpectos. Sub idem fere tempus & Cau-
nij deſciuere ab his. & Mylaſſenſes Euromenſium opida occuparunt. Non ita fracti animi
ciuitatis erant, ut non ſentirent, ſi Lycia & Caria ademptae ab Romanis forent, cetera aut
ſeipſa per defectionem liberarent, aut a finitimis occuparentur: includi ſe inſulae paruae &
ſterilis agri litoribus, quae nequaquam alere tãtae urbis populum poſſet. Miſſa igitur iuuẽ K
tute propere, & Caunios, quamquam Cibyratarum adſciuerãt auxilia, coegerunt imperio
parere: & Mylaſſenſes Alabandeoſq., qui Euromenſium prouincia adempta, ad ipſos con
iuncto exercitu uenerunt, circa Orthoſiã acie uicerunt. Dum haec ibi, alia in Macedonia,
alia Romae geruntur, interim in Illyrico L. Anicius rege Gentio, ſicut ante dictum eſt, in
poteſtatẽ redacto, Scodrae, quae regia fuerat, praeſidio impoſito Gabiniũ praefecit, Rhizo
ni & Olcinio urbibus opportunis C. Licinium. Praepoſitis his Illyrico, cum reliquo exerci
tu in Epirum eſt profectus. Vbi prima Phanota ei dedita, tota multitudine cum infulis ob-
uiam effuſa. Hic praeſidio impoſito, in Moloſſidẽ tranſgreſſus: cuius opidis praeter Paſſa-
ronem & Tecmonem, & Phylacem, & Horreum receptis, primum ad Paſſaronem ducit.
Antinous & Theodotus principes eius ciuitatis erant, inſignes & fauore Perſei, & odio
aduerſus

A aduerſus Romanos, ijdem uniuerſae genti auctores deſciſcendi ab Romanis. Hi cóſcientia
priuatae noxae, quia ipſis nulla ſpes ueniae erat, ut communi ruina patriae opprimerétur,
clauſerűt portas, multitudiné ut morté ſeruituti praeponerent hortantes. Nemo aduerſus
praepotentes uiros hiſcere audebat. Tandem Theodotus quidam nobilis & ipſe adole-
ſcens, cum maior a Romanis metus timoré a principibus ſuis uiciſſet, Quae uos rabies, in-
quit, agitat? qui duorum hominum noxae ciuitat[illegible] acceſſionem facitis. Equidé pro patria
qui letum oppetiſſent, ſaepe fando audiui: qui patriam pro ſe perire aequum cenſerét, hi
primi inuenti ſunt. Quin aperimus portas, & imperium accipimus, quod orbis terrarum
accepit? Haec dicentem cum multitudo ſequeretur, Antinous & Theodotus in primá ſta-
tionem hoſtiű irruperunt, atque ibi offerentes ſe ipſi uulneribus interfecti, urbs dedita eſt
Romanis. Simili pertinacia Cephalonis principis clauſum Tecmonem, ipſo interfecto per
B deditionem recepit. Nec Phylace nec Horreum oppugnationem tulerunt. Pacata Epiro,
diuiſiſq. in hiberna copijs per opportunas urbes regreſſus ipſe in Illyricum, Scodrae, quo
quinque legati ab Roma uenerant, euocatis ex tota prouincia principibus conuentum ha-
buit. Ibi pro tribunali pronunciauit de ſententia conſilij ſenatum populumq. R. Illyrios eſ-
ſe liberos iubere, praeſidia ex omnibus opidis, arcibus & caſtellis ſeſe deducturum. non ſo
lum liberos, ſed etiam immunes fore Iſſenſes & Taulantios, Daſſaritiorű Piruſtas, Rhizo
nitas, Olciniatas, quod incolumi Gentio ad Romanos defeciſſent. Daorſis quoque immu-
nitatem dare, quod relicto Carauantio, cum armis ad Romanos tranſiſſent: Scodrenſibus
& Daſſarenſibus & Selepitanis ceteriſq. Illyrijs uectigal dimidium eius, quod regi pepen
diſſent, impoſitű. Inde in tres partes Illyricű diuiſit. uná eá fecit, quae ſupra dicta eſt, alterá La
beatas omnes, tertiam Agrauonitas, & Rhizonitas, & Olciniatas, accolaſq. eorum. Hac
C formula dicta in Illyrico, ipſe in Epiri Paſſaronem in hiberna redijt. Dum haec Illyrico ge
runt, Paullus ante aduentum decem legatorum Q. Maximum filium iam ab Roma re-
greſſum, ad Aeginium & Agaſſas diripiendas mittit: Agaſsas, quod cum Marcio conſuli
tradidiſſent urbem, petita ultro ſocietate Romana, defecerant rurſus ad Perſea: Aeginien-
ſium nouum crimen erat: famae de uictoria Romanorum fidem non habentes, in quoſdam
militum urbem ingreſſos hoſtiliter ſaeuierant. Ad Aeniorum quoque hoſtiliter urbé diri-
piendam L. Poſtumium miſit, quod pertinacius quam finitimae ciuitates in armis fuerát.
Autumni fere tempus erát, cuius temporis initio circumeundam Graeciá, uiſendaq. quae
nobilitata fama magis auribus accepta ſunt, quam oculis noſcuntur, ut ſtatuit: praepoſito
caſtris C. Sulpicio Gallo, profectus cum haud magno comitatu, tegentibus latera Scipio-
ne filio & Athenaeo Eumenis regis fratre, per Theſſaliam Delphos petit inclytum oracu-
D lum. Vbi ſacrificio Apollini facto, inchoatas in ueſtibulo columnas, quibus impoſituri ſta-
tuas regis Perſei fuerant, ſuis ſtatuis uictor deſtinauit. Lebadiae quoque téplum Iouis Tro
phonij adijt: ibi cum uidiſſet os ſpecus, per quod oraculo utentes ſciſcitatum deos deſcen-
dunt, ſacrificio Ioui Hercynnaeq. facto, quorum ibi templum eſt, Chalcidem ad ſpectacu-
lum Eurypi, Euboeaeq. ante inſulae póte contineti iunctae deſcédit. A Chalcide Aulidem
tranſijcit trium millium ſpatij diſtantem, portum inclytum ſtatione quondam mille nauiű
Agamemnoniae claſſis. Dianaeq. templum: ubi nauibus curſum ad Troiá, filia uictima aris
admota rex ille regum [illegible]. Inde Oropum Atticae uentum eſt: ubi pro deo uates Amphi-
lochus colitur, templumq. uetuſtum eſt fontibus riuiſq. circa amoenum. Athenas inde, ple
nas quidem & ipſas uetuſtate famae, multa tamen uiſenda habentes: arcem, portus, mu-
ros Piraeeum urbi iungentes, naualia magnorum imperatorum, ſimulacra deorum homi-
numq. omni genere & materiae & artiű inſignia. Sacrificio Mineruae praeſidi arcis in urbe
E facto profectus, Corinthum altero die peruenit. Vrbs erat tunc praeclara ante excidium.
arx quoque & Iſthmus praebuere ſpectaculum: arx inter omnia in immanem altitudinem
edita, ſcatés fontibus: Iſthmus duo maria ab occaſu & ortu ſolis finitima arctis faucibus di
rimens. Sicyonem inde & Argos nobiles urbes adit: inde haud parem opibus Epidaurum,
ſed inclytam Aeſculapij nobili templo, quod V millibus paſſuum ab urbe diſtans, nunc ue-
ſtigijs reuulſorű donorum, tum donis diues erat, quae remediorű ſalutarium aegri merce-
dem ſacrauerant deo. Inde Lacedaemonem adit non operum magnificentia, ſed diſciplina
inſtitutiſq. memorabilem: unde per Megalopolim Olympiam adſcédit. ubi & alia quidé
ſpectanda uiſa, & Iouem uelut praeſenté intuens, motus animo eſt. Itaque haud ſecus quá
ſi in

ſi in Capitolo immolaturus eſſet, ſacrificium amplius ſolito apparari iuſſit. Ita peragratâ F
Graecia, ut nihil corū, quae quiſque Perſei bello priuatim ac publice ſenſiſſet, inquireret,
ne cuius metu ſollicitaret animos ſociorum: Demetriadē cum reuertit, in itinere ſordida-
ta turba Aetolorum occurrit. mirantiq. & percunctanti quid eſſet, defertur DL principes
ab Lyciſco & Tiſippo circūſeſſo ſenatu per milites Romanos miſſos a Baebio praeſide in-
terfectos: alios in exſilium actos eſſe, bonaq. eorū, qui interfecti eſſent, & exſulum poſſide-
re qui arguebant. Iuſſi Amphipolim adeſſe, ipſe conuento Cn. Octauio Demetriade, poſt-
quā fama accidit traieciſſe iam mare X legatos, omnibus alijs omiſſis Apolloniā ad eos
pergit. Quo cum Perſeus obuiā Amphipoli nimis ſoluta cuſtodia proceſſiſſet, (id diei iter
eſt) ipſum quidem benigne allocutus eſt: ceterum poſtquam in caſtra ad Amphipolim ue-
nit, grauiter increpuiſſe traditur C. Sulpicium: primum quod Perſea tam procul a ſe uaga-
ri per prouinciā paſſus eſſet: deinde quod adeo indulſiſſet militibus, ut nudare tegulis mu- G
ros urbis ad tegenda hibernacula ſua pateretur: referriq. tegulas, & reſarciri tecta ſicut fue
rant iuſſit. Et Perſea quidem cum maiore filio Philippo traditos A. Poſtumio in cuſtodiam
miſit: filiam cum minore filio a Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali cultu ha-
buit. Ipſe, ubi dies uenit, quo adeſſe Amphipoli denos principes ciuitatū iuſſerat, litteraſq.
omnes, quae ubique depoſitae eſſent, & pecuniam regiam conferri, cū X legatis circūfuſa
omni multitudine Macedonum, in tribunali conſedit. Aſſuetis regio imperio, tamen nouā
formā terribilem praebuit tribunal, ſummotor aditus, praeco, accenſus, inſueta omnia ocu
lis auribuſq. quae uel ſocios, nedum hoſtes uictos terrere poſſent. Silentio per praeconem
facto, Paullus latine quae ſenatui quae ſibi ex cōſilij ſententia uiſa eſſent, pronunciauit: ea
Cn. Octauius praetor (nam & ipſe aderat) interpretata ſermone Graeco referebat. Omniū
primum liberos eſſe iubere Macedonas, habentes urbes eaſdem agroſq. utentes legibus H
ſuis, annuos creantes magiſtratus, tributum dimidium eius quod pependiſſent regibus,
pendere populo R. Deinde in IV regiones diuidi Macedoniam. unam fore & primam
partem, quod agri inter Strymonem & Neſſum amnē ſit: acceſſurum huic parti trans Neſ-
ſum, ad orientem uerſum, qua Perſeus tenuiſſet uicos, caſtella, opida, praeter Aenum &
Maroneam & Abdera: trans Strymonem autem uergentia ad occaſum, Biſalticam omnē
cum Heraclea quam Sinticen appellant. Secundam fore regionem quam ab ortu Strymo
amplecteretur amnis praeter Sinticen Heracliam & Biſaltas: ab occaſu qua Axius termi-
naret fluuius, additis Paeonis, qui prope Axium flumē ad regionem orientis colerent. Ter
tias pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ob occaſu cingunt. ad ſeptemtrionē
Bora mons obijcitur. adiecta huic parti regio Paeoniae, qua ob occaſu praeter Axiū amnē
porrigitur. Edeſſa quoque & Beroea eodem conceſſerunt. quarta regio trans Boram mon I
tem, una parte confinis Illyrico, altera Epiro. Capita regionum ubi concilia fierēt, primae
regionis Amphipolim, ſecūdae Theſſalonicen, tertiae Pellam, quartae Pelagoniā fecit. Eo
concilia ſuae cuiuſque regionis indici, pecuniam conferri, ibi magiſtratus creari iuſſit. Pro
nunciauit deinde, neque connubium, neque commercium agrorum aedificiorūq. inter ſe
placere cuiquam extra fines regionis ſuae eſſe. Metalla quoque auri atque argenti nō exer
ceri, ferri & aeris permitti. uectigal exercentibus dimidium eius impoſitum quod pepēdiſ
ſent regi. Et ſale inuecto uti uetuit. Dardanis repetētibus Paeoniam, quod & ſua fuiſſet, &
continens eſſet finibus ſuis, omnibus dare libertatē pronūciauit, qui ſub regno Perſei fuiſ-
ſent. Poſt non impetratā Paeoniam, ſalis commercium dedit. tertiae regioni imperauit, ut
Stobos Paeoniae deueherēt, pretiumq. ſtatuit. Naualē materiam & ipſos caedere, & alios
pati uetuit. Regionibus, quae affines barbaris eſſent, (excepta autem tertia omnes erant) K
permiſit, ut praeſidia armata in finibus extremis haberent. Haec pronunciata primo die cō-
uentus uarie affecerunt animos. Libertas praeter ſpem data arrexit, & leuatum annuū ue
ctigal, regionatim commerciis interruptis ita uideri lacerata, tamquā animalia in artus al-
terum alterius indigentes diſtracta: adeo quanta Macedonia eſſet, quam diuiſui facilis, ut
ſe ipſa quaeq. contenta pars eſſet, Macedones quoque ignorabant. Pars prima Biſaltas ha
bet fortiſſimos uiros, (trans Neſſum amnem incolunt, & circa Strymonem) & multas fru-
gum proprietates, & metalla, & opportunitatem Amphipolis, quae obiecta claudit omnes
ab oriente ſole in Macedoniam aditus. Secunda pars celeberrimas urbes Theſſalonicem &
Caſſandriam habet, ad hoc Pallenē fertilem ac frugiferam terram. maritimas quoque op-

portunitates

A portunitates ei praebent portus ad Toronem ac montem Atho, (Aeneae uocant hunc) alij
ad inſulam Euboeam, alij ad Helleſpõtum opportune uerſi. Tertia regio nobiles urbes E-
deſſam & Beroeam & Pellam habet, & Vettiorum bellicoſam gentẽ: incolas quoque per
multos Gallos & Illyrios impigros cultores. Quartam regionem Heordei & Linceſtae &
Pelagones incolũt: iuncta his Atintania & Stymphalis & Elimiotis: Frigida haec omnis,
duraq. cultu, & aſpera plaga eſt, cultorum quoque ingenia terrae ſimilia habet, ferociores
eos & accolae barbari faciunt, nunc bello exercentes, nunc in pace miſcentes ritus ſuos.
Diuiſae itaque Macedoniae partium uſibus ſeparatis, quãta uniuerſos teneat Macedonas
formula dicta, cum leges quoque ſe daturum oſtẽdiſſet. Aetoli deinde citati: in qua cog-
nitione magis utra pars Romanis, utra regi fauiſſet, quaeſitum eſt, quã utri feciſſent iniu-
riam, aut accepiſſent. Noxa liberati interfectores, exilium pulſis aeque ratũ fuit, ac mors
B interfectis. A. Baebius unus eſt dãnatus, quod milites Romanos praebuiſſet ad miniſteriũ
caedis. Hic euentus Aetolorum cauſſae in omnibus Graeciae gentibus populiſq. eorũ, qui
partis Romanorum fuerant, inflauit ad intolerabilem ſuperbiam animos, & obnoxios pe-
dibus eorum ſubiecit, quos, aliqua parte ſuſpicio fauoris in regem contigerat. Tria genera
principum in ciuitatibus erant: duo, quae adulando aut Romanorum imperium, aut amici
tiam regum ſibi priuatim opes oppreſſis faciebant ciuitatibus: medium unum utrique ge-
neri aduerſum, libertatẽ & leges tuebatur. His, ut maior apud ſuos caritas, ita minor apud
externos gratia erat. Secundis rebus elati Romanorum partis eius fautores, ſoli tum in ma
giſtratibus, ſoli in legationibus erant. Hi cum frequẽtes & ex Peloponneſo & ex Boeotia,
& ex alijs Graeciae concilijs adeſſent, impleuere aures decem legatorum: non eos tãtum,
qui ſe propalam per uanitatem iactaſſent tamquam hoſpites & amicos Perſei, ſed multo
C plures alios ex occulto fauiſſe: reliquos per ſpeciem tuẽdae libertatis in cõcilijs aduerſus
Romanos omnia inſtruxiſſe: nec aliter eas manſuras in fide gentes, niſi fractis animis par-
tium aleretur, confirmareturq. auctoritas eorum, qui nihil praeter imperium Romanorum
exſpectarẽt. Ab his editis nominibus, euocati litteris imperatoris ex Aetolia Acarnaniaq.
& Epiro & Boeotia, qui Romam ad cauſſam dicendam ſequerentur: in Achaiam ex decem
legatorum numero profecti duo, C. Claudius, & Cn. Domitius, ut ipſi edicto euocarent.
Id duabus de cauſſis factum, una quod fiduciae plus animorumq. eſſe Achaeis ad nõ paren
dum credebant, & forſitam etiam in periculo fore Callicratem & ceteros criminũ aucto-
res delatoreſq.: altera cur praeſentes euocarent cauſſa erat, quod ex alijs gẽtibus principũ
litteras deprehenſas in commentarijs regijs habebant: in Achaeis caecũ erat crimen, nullis
eorum litteris inuentis. Aetolis dimiſſis, Acarnanum citata gens: in his nihil nouatum, niſi
D quod Leucas exempta eſt Acarnanum concilio. Quaerendo deinde latius, qui publice aut
priuatim partium regis fuiſſent, in Aſiam quoque cognitionem extendẽre, & ad Antiſſan
in Lesbo inſula diruendam, trãducendos Methymnam Antiſſaeos, Labeonem miſerunt:
quod Antenorem, regium praefectum, quo tempore cum lembis circa Lesbum eſt uaga-
tus, portu receptum cõmeatibus iuuiſſent. Duo ſecuri percuſſi uiri inſignes, Andronicus,
Andronici filius Aetolus, quod patrem ſecutus arma contra populum Romanum tuliſſet,
& Neo Thebanus, quo auctore ſocietatem cum Perſeo iunxerant. His rerum externarum
cognitionibus interpoſitis, Macedonum rurſus aduocatum conciliũ: pronunciatum, quod
ad ſtatum Macedoniae pertinebat: ſenatores, quos Synedros uocant, legendos eſſe, quo-
rum conſilio reſpublica adminiſtraretur. Nomina deinde ſunt recitata principum Macedo
num, quos cum liberis maioribus, quam XV annos natis praecedere in Italiam placeret. Id
E prima ſpecie ſaeuum, mox apparuit multitudini Macedonum pro libertate ſua eſſe factũ.
Nominati ſunt enim regis amici purpuratiq. duces exercituum, praefecti nauiũ aut praeſi-
diorum, ſeruire regi humiliter, alijs ſuperbe imperare aſſueti: praediuites alij, alij quos for
tuna non aequarent his ſumptibus pares: regius omnibus uictus ueſtituſq. nulli ciuilis ani
mus neque legum neque libertatis aequae patiens. Omnes igitur, qui in aliquibus miniſte
rijs regijs, etiam qui in minimis legationibus fuerant, iuſſi Macedonia excedere, atque in
Italiam ire: qui non paruiſſet imperio, mors denunciata. Leges Macedoniae dedit cũ tan-
ta cura, ut nõ hoſtibus uictis, ſed ſocijs bene meritis dare uideretur: & quas ne uſus quidẽ
longo tempore, qui unus eſt legum corrector, experiendo argueret. Ab ſerijs rebus ludi-
crum, quod ex multo ante praeparato, & in Aſiae ciuitates, & ad reges miſſis, qui denũcia-
rent,

rent,& cũ circumiret ipſe Graeciae ciuitates indixerat principibus,magno apparatu Am- F
phipoli fecit. Nam & artificum omnis generis,qui ludicram artem faciebant,ex toto orbe
terrarum multitudo, & athletarum & nobilium equorum conuenit, & legationes cum ui-
ctimis,& quidquid aliud deorum hominumq.cauſſa fieri magnis ludis in Graecia ſolet.ita
factum eſt,ut non magnificentiam tantum, ſed prudentiam in dandis ſpectaculis, ad quae
rudes tum Romani erant,admirarentur. Epulae quoque legationibus paratae & opulẽtia
& cura eadem. Vulgo dictum ipſius ferebant,& cõuiuium inſtruere,& ludos parare eiuſdẽ
eſſe,qui uincere bello ſciret. Edito ludicro omnis generis,clypeiſq.aereis in naues impo-
ſitis,cetera omnis generis arma cumulata in ingentem aceruum,precatus Martem, Miner
uam Luamq. matrem & ceteros deos, quibus ſpolia hoſtium dicare ius faſq. eſt, ipſe im-
perator face ſubdita ſuccendit,deinde circumſtantes tribuni militum pro ſe quiſque ignes
coniecerunt. Notata eſt in illo cõuentu Europae Aſiaeq. undique partim ad gratulationẽ, G
partim ad ſpectaculum contracta multitudine, tantis naualibus terreſtribuſq. exercitibus,
ea copia rerum,ea uilitas annonae,ut & priuatis,& ciuitatibus,& gentibus dona data ple-
raq.eius generis ſint ab imperatore,non in uſum modo praeſentem, ſed etiã quod domos
aueherent. Spectaculo fuit ei quae uenerat turbae,nõ ſcenicum magis ludicrum,nõ certa-
mina hominum aut curricula equorum, quã praeda Macedonica omnis ut uiſeretur expo
ſita,ſtatuarum tabularumq. textilium & uaſorum ex auro & argento & aere & ebore facto
rum ingenti cura in ea regia,ut non in praeſentem modo ſpeciẽ qualibus referta regia Ale
xandriae erat,ſed in perpetuum uſum fierent. Haec in claſſem impoſita,deuehenda Romã
Cn. Octauio data. Paullus benigne legatis dimiſſis, tranſgreſſus Strymonem, mille paſſuũ
ab Amphipoli caſtra poſuit:inde profectus,Pellã quincto die peruenit. Praetergreſſus ur-
bem, ad Spelaeum (quod uocant) biduum moratus, P. Naſicam & Q. Maximum filium H
cum parte copiarum ad depopulandos Illyrios, qui Perſea iuuerant bello, miſit, iuſſos ad
Oricum ſibi occurrere. ipſe Epirum petens quinctiſdecimis caſtris Paſſaronem peruenit.
Haud procul inde Anicij caſtra aberãt.ad quẽ litteris miſſis,ne quid ad ea,quae fierẽt,mo-
ueretur: ſenatum praedam Epiri ciuitatum, quae ad Perſea defeciſſent, exercitui dediſſe:
ſummiſſis centurionibus in ſingulas urbes, qui ſe dicerent ad praeſidia deducẽda ueniſſe,
ut liberi Epirotae ſicut Macedones eſſent, denos principes,ex ſingulis euocauit ciuitatib.
Quibus cum denunciaſſet, ut aurum,atque argentum in publicum proferretur,per omnes
ciuitates cohortes dimiſit. ante in ulteriores, quam in propiores, profecti,ut uno die in o-
mnes perueniretur. Edita tribunis cẽturionibuſq.erant,quae agerentur,mane omne aurũ
argentumq. collatum: hora quarta ſignum ad diripiendas urbes datum eſt militibus: tan
taq. praeda fuit, ut in equitem C D denarij,peditibus duceni diuiderentur, centum quin- I
quaginta millia capitum humanorum abducerẽtur. Muri deinde direptarum urbium diru
ti ſunt:ea fuere opida circa LXX. uendita praeda omnium,de ea ſumma militi numeratum
eſt. Paullus ad mare Oricum deſcendit,nequaquam,ut ratus erat,expletis militum animis,
qui tamquã nullum in Macedonia geſſiſſent bellum, expertes regiae praedae eſſe indigna
bantur. Orici cum miſſas cum Scipione Naſica Maximoq. filio copias inueniſſet,exercitu
in naues impoſito in Italiam tranſiecit. Et poſt paucos dies Anicius conuentu reliquorum
Epirotarum Acarnanumq. acto, iuſſiſque in Italiam ſequi principibus,quorum cognitio-
nem cauſſae reſeruarat,& ipſe nauib.exſpectatis,quibus uſus Macedonicus exercitus erat,
in Italiã tranſiecit. Cum haec in Macedonia Epiroq.geſta ſunt,legati,qui cũ Attalo ad fi-
niendum bellum inter Gallos & regem Eumenem miſſi erant,in Aſiam peruenerũt. Indu-
tijs per hiemem factis, & Galli domos abierant, & rex in hiberna conceſſerat Pergamum, K
grauiq. morbo aeger fuerat. Ver primum ex domo exciuit: iamq.Synnada peruenerant,
cum Eumenes ad Sardes undique exercitum contraxerat. Ibi & Romani Solouettium du
cem Gallorum Synnadis allocuti,& Attalus cum eis profectus:ſed caſtra Gallorum intra-
re eum non placuit, ne animi ex diſceptatione irritarentur. P. Licinius cum regulo Gallo-
rum eſt locutus,retulitq. ferociorem eum deprecãdo factum, ut mirum uideri poſſet,inter
opulentos reges Antiochum Ptolemaeumq.tantum legatorum Romanorum uerba ualuiſ
ſe,ut extemplo pacem facerent, apud Gallos nullius momenti fuiſſe. Romam primum re-
ges captiui Perſeus & Gentius in cuſtodiam cum liberis abducti, dein turba alia captiuo-
rum: tum quibus Macedonum denunciatum erat,ut Romam uenirent: principumq.Grae

ciae:

A ciae: nam hi quoque non ſolum praeſentes exciti erant, ſed etiam ſi qui apud reges eſſe di-
cebātur, litteris accerſiti ſunt. Paullus ipſe poſt dies paucos regia naue ingētis magnitudi-
nis, quam XVI uerſus remorum agebant, ornata Macedonicis ſpolijs, non inſignium tan-
tum armorum, ſed etiam regiorum textilium, aduerſo Tiberi ad urbem eſt ſubuectus, com
pletis ripis obuiā effuſa multitudine. Paucos poſt dies Anicius & Octauius claſſe ſua adue
cti. Tribus ijs omnibus decretus eſt ab ſenatu triumphus: mandatumq. Q. Caſſio praetori,
cum tribunis pl. ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrēt, ut ijs, quo die
urbem triumphantes inueherentur, imperium eſſet. Intacta inuidia media ſunt, ad ſumma
ferme tendit. Nec de Anicij, nec de Octauij triumpho dubitatum eſt: Paullum, cui ipſi quo-
que ſe comparare erubuiſſent, obtrectatio carpſit. Antiqua diſciplina milites habuerat. de
praeda parcius quam ſperauerant, ex tantis regijs opibus dederat, nihil relicturus, ſi auidi-
B tati indulgeretur, quod in aerariū deferret. totus Macedonicus exercitus imperatori erat
negligenter affuturus comitiis ferendae legis: ſed eos Ser. Sulpicius Galba, qui tribunus
militum ſecundae legionis in Macedonia fuerat, priuatim imperatori inimicus, prēſando
ipſe, & per ſuae legionis milites ſollicitādo, ſtimulauerat, ut frequentes ad ſuffragiū adeſ-
ſent, imperioſum ducem & malignum, antiquando rogationē, quae de triumpho eius fer-
retur, ulciſcerentur: plebem urbanam ſecuturam eſſe militum iudicia: pecuniam illum da-
re non potuiſſe, militem honorem dare poſſe: ne ſperaret ibi fructum gratiae, ubi non me
ruiſſet. His incitatis, cum in Capitolio rogationem eam Ti. Sempronius tribunus plebis,
ferret, & priuatis lege dicendi locus eſſet ad ſuadendum, ut in re minime dubia, ſi quiſquā
procederet: Ser. Galba repente proceſſit, & a tribuno poſtulauit, ut, quoniam hora iam
octaua diei eſſet, nec ſatis temporis ad demonſtrandum haberet cur L. Aemilium nō iube-
C rent triumphare, in poſterum diem differrent, & mane eam rem agerēt. Integro ſibi die ad
cauſſam eam ōrandam opus eſſe. Cum tribunus dicere eo die ſi quid uellet, iuberet: in no-
ctem rem dicendo extraxit, referendo admonendoq. exacta acerbe munia militiae: plus la-
boris, plus periculi, quam deſideraſſet res, iniunctum: contra in praemijs, in honoribus,
omnia artata: militiamq., ſi talibus ſuccedat ducibus, horridiorem aſperioremq. bellan-
tibus, eandem uictoribus inopem, atq. inhonoratam futuram. Macedonas in meliori for-
tuna, quam milites Romanos eſſe. Si frequentes poſtero die ad legem antiquandam adeſ-
ſent, intellecturos potentes uiros non omnia in ducis, aliquid & in militum manu eſſe. His
uocibus incitati, poſtero die milites tanta frequentia Capitolium compleuerunt, ut aditus
nulli praeterea ad ſuffragium ferendum eſſet. Intro uocatae primae tribus cū antiquarēt,
concurſus in Capitolium principum ciuitatis factus eſt, indignum facinus eſſe clamitan-
D tium, L. Paullum tanti belli uictorem diſpoliari triumpho: obnoxios imperatores tradi li-
centiae, atq. auaritiae militari: in uno nimis per ſe ambitionem peccare. Quid ſi domini mi-
lites imperatoribus imponantur? In Galbam pro ſe quiſque probra ingerere. Tandem hoc
tumultu ſedato, M. Seruilius, qui conſul & magiſter equitum fuerat, ut de integro eam
rem agerent, ab tribunis petere, dicendiq. ſibi ad populum poteſtatem facerent. Tribuni
cum ad deliberandum ſeceſſiſſent, uicti auctoritatibus principum, de integro agere coepe-
runt: reuocaturoſq. ſe eaſdem tribus renunciarunt, ſi M. Seruilius aliiq. priuati, qui dicere
uellent, dixiſſent. Tum Seruilius: Quantus imperator L. Aemilius fuerit Quirites, ſi ex alia
re nulla aeſtimari poſſit, uel hoc ſatis erat, quod cum tam ſeditioſos & leues milites, tā no-
bilē, tam temerarium, tam eloquentem ad inſtigandam multitudinem inimicū in caſtris
haberet, nullam in exercitu ſeditionem habuit. Eadem ſeueritas imperii, quam nunc ode-
E runt, tunc eos continuit. Itaque antiqua diſciplina habiti neque fuerunt. Ser. quidem Gal-
ba, ſi in L. Paullo accuſando tirocinium ponere, & documentum eloquētiae dare uoluit,
non triumphum impedire debuit: quem, ſi nihil aliud, ſenatus iuſtum eſſe iudicauerat: ſed
poſtero die quam triumphatum eſt, priuatum cum uiſurus eſſet, nomen deferret, & legib.
interrogaret: aut ſerius paullo, cum primum magiſtratus ipſe cepiſſet, diem diceret, inimi-
cum ad populum accuſaret. Ita & pretium recte facti triumphum haberet L. Paullus pro
egregie bello geſto: & poenā, ſi quid & uetere gloria ſua & noua indignū feciſſet. Sed uide-
licet cui nullū crimē, nullū probrū dicere poterat, eius obtrectare laudes uoluit. Diē in-
tegrū heſterno die ad accuſandum L. Paullum petijt: quattuor horas quātū ſupererat diei,
dicēdo abſumpſit. Quis umquā tā nocens reus fuit, cuius uitia uitae tot horis expromi nō

 poſſent?

poſſent?Quid interim obiecit,quod L.Paullus,ſi cauſſam dicat,negatum uelit? Duas mihi F
aliquis conciones parumper faciat, unam militum Macedonicorum, puram alteram inte-
grioris iudicij & a fauore & odio: uniuerſo iudicante populo R. apud concionẽ togatã &
urbanam prius res agatur. Quid apud Quirites Romanos Serui Galba diceres? Illa enim
tibi tota abſciſſa oratio eſſet. In ſtatione ſeuerius & intẽtius inſtitiſti:uigiliae acerbius & di
ligentius circumitae ſunt:operis plus quam antea feciſti,cum ipſe imperator & exactor cir
cumires. Eodem die & iter feciſti,& in aciem ex itinere duxiſti. Ne uictorem quidem te ac
quieſcere paſſus eſt,ſtatim ad perſequendos hoſtes duxit. Cum te praeda partiẽda locuple
tem facere poſſet,pecuniam regiã translaturus in triumpho eſt,& in aerariũ laturus. Haec
ſicut ad militum animos ſtimulandos aliquem aculeum habent, qui parum licentiae,parũ
auaritiae ſuae inſeruitum cenſent: ita apud populum R. nihil ualuiſſent,qui,ut uetera,atq. G
audita a parentibus ſuis nõ repetat,quae ambitione imperatorũ clades acceptae ſint,quae
ſeueritate imperij uictoriae partae:proximo certe Punico bello, quid inter M.Minuciũ ma
giſtrum equitum,& Q.Fabium Maximum dictatorẽ interfuerit, meminit. Itaque accuſa-
torem id ſcire potuiſſe,& ſuperuacaneam defenſionem Paulli fuiſſe. Tranſeatur ad alte-
ram concionem,nec Quirites uos,ſed milites uideor appellaturus,ſi nomen hoc ſaltem ru
borem incutere, & uerecundiam aliquam imperatoris uiolandi afferre poſſit. Equidem
ipſe aliter affectus animo ſum, qui apud exercitum mihi loqui uidear, quam paullo ante
eram cum ad plebem urbanam ſpectabat oratio. Quid [illegible] dicitis milites? Aliquis eſt Ro
mae,praeter Perſea,qui triumphari de Macedonibus nolit: & cum non iiſdem manib. diſ-
cerpitis,quibus Macedonas uiciſtis? Vincere uos prohibuiſſet,ſi potuiſſet,qui triumphan
tes urbem inire prohibet. Erratis milites,ſi triumphum imperatoris tantum, & non mili-
tum quoque & uniuerſi populi R.eſſe decus cenſetis. Non unius hoc Paulli. Multi etiam, H
qui ab ſenatu non impetrarunt triumphum, in monte Albano triumpharunt. Nemo L.
Paullo magis eripere decus perfecti belli Macedonici poteſt, quam C. Lutatio primi Pu-
nici belli,quam P.Cornelio ſecundi,quam illis,qui poſt eos triumphauerunt. Nec L.Paul
lum minorem aut maiorem imperatorem triumphus faciet: militum magis in hoc uniuer
ſiq. populi Romani fama agitur: primum ne inuidiae & ingrati animi aduerſus clariſſimũ
quemque ciuem opinionẽ habeat, & imitari in hoc populum Athenienſem lacerantem in
uidia principes ſuos uideatur. Satis peccatum in Camillo a maioribus ueſtris eſt, quem ta
men ante receptam per eum a Gallis urbem uiolarunt: ſatis inſuper uobis in P. Africano,
Literni domicilium & ſedem fuiſſe domitoris Africae,Literni ſepulcrum oſtẽdi. Erubeſca
mus,gloria ſi par illis uiris L.Paullus,iniuria ueſtra exaequetur. Haec igitur primũ infamia
deleatur,foeda apud alias gentes,dãnoſa apud noſtros. Quis enim aut Africani aut Paul- I
li ſimilis eſſe in ingrata & inimica bonis ciuitate uelit? Si infamia nulla eſſet, & de gloria
tantum ageretur, qui tandem triumphus non communem nominis Romani gloriam ha-
bet? Tot de Gallis triumphi,tot de Hiſpanis, tot de Poenis, ipſorum tantum imperatorũ
an populi Romani dicuntur? Quemadmodum non de Pyrrho modo,nec de Hãnibale,ſed
de Epirotis Carthaginienſibuſq. triumphi acti ſunt: ſic nõ M.Curius tantum,nec P. Cor
nelius,ſed Romani triumpharunt. Militum quidem propria eſt cauſſa, qui & ipſi laureati,
& quiſque donis,quibus donati ſunt inſignes, triumphum nomine cient: ſuaſque & im-
peratoris laudes canentes per urbem incedunt. Si quando non deportati ex prouincia mi-
lites ad triumphum ſint, fremunt: & tamen tum quoque, ſe abſentes,quod ſuis manibus
parta uictoria ſit, triumphare credunt. Si quis uos interroget milites, ad quam rem in
Italiam deportati, & non ſtatim confecta prouincia dimiſſi ſitis: quid Romam frequentes K
ſub ſignis ueneritis,quid moremini hic,& nõ diuerſi domos quiſque abeatis ueſtras: quid
aliud reſpondeatis,quam uos triumphantes uideri uelle? Vos certe uictores conſpici uel-
le debebatis. Triumphatum nuper de Philippo patre huius & de Antiocho eſt. ambo re-
gnabant,cum de his triumphatum eſt. De Perſeo capto in urbem cum liberis abducto nõ
triumphabitur? Quod ſi in curru ſcandentes Capitolium auratos purpuratoſque,ex infe-
riore loco L. Paullus in turba togatorum unus priuatus interroget: L. Anici, Cn.Octaui,
utrum uos digniores triumpho eſſe, an me cenſetis? currum ei ceſſuri, & prae pudore
uidentur inſignia ipſi ſua tradituri: & uos Gentium, quam Perſea,duci in triumphum
mauultis Quirites, & de acceſſione potius belli, quam de bello,triumphari? Et legio-

nes

A nes ex Illyrico laureatae urbem inibunt,& nauales ſocij Macedonicae legiones ſuo abro-
gato triũphos alienos ſpectabunt? Quid deinde tã opima praeda,tam opulentae uictoriae
ſpolijs fiet? Quo nã abdentur illa tot millia armorum detracta corporibus hoſtium? an in
Macedoniam remittentur? Quo ſigna aurea,marmorea,eburnea,tabulae pictae,textilia,tã
tum argenti caelati,tantum auri,tanta pecunia regia? an noctu tamquam furtiua in aerariũ
deportabuntur? Quid illud ſpectaculum maximum? nobiliſſimus opulentiſſimuſq. rex ca-
ptus ubi uictori populo oſtendetur? Quos Syphax rex captus,acceſſio Punici belli,concur
ſus fecerit,plerique meminimus. Perſeus rex captus,Philippus & Alexander filij regis,tã-
ta nomina ſubtrahentur ciuitatis oculis? Ipſum L.Paullum bis conſulem,domitorẽ Grae-
ciae,omnium oculi conſpicere urbem curru ingredientem auent. Ad hoc fecimus cõſulẽ,
ut bellum per quadriennium ingenti etiam pudore noſtro tractum perficeret: cui ſortito
B prouinciã,cui proficiſcenti praeſagientibus animis uictoriam triumphumq. deſtinauimus,
ei uictori triumphum negaturi? & quidem non homines tantum, ſed deos etiam ſuo hono
re fraudaturi? dijs quoque enim,non ſolum hominibus debetur. Vtrum maiores ueſtri o-
mniũ magnarum rerum & principia exorſi ab dijs ſunt,& finem eum ſtatuerunt? cõſul pro
ficiſcens praetorue paludatis lictoribus in prouinciam & ad bellum, uota in Capitolio nũ
cupat: uictor perpetrato, eodem in Capitolio triumphans, ad eoſdem deos, quibus uota
nuncupauit,merita dona populi R.tra ducit. Pars non minima triumphi eſt,uictimae prae-
cedentes, ut appareat dijs grates agentem imperatorem ob rempublicam bene geſtam re-
dire. Omnes illas uictimas,quas tra ducendas in triumpho iudicauit,alias alio caedente
mactate. illas quidem epulas ſenatus, quae nec priuato loco,nec publico profano, ſed in
Capitolio eduntur, utrum hominum uoluptatis cauſſa, an deorum hominumque,auctore
C Ser.Galba turbaturi eſtis? L.Paulli triumpho portae claudentur? rex Macedonum Perſeus
cum liberis & turba alia captiuorũ,ſpolia Macedonum circa flumen relinquentur? L.Paul-
lus priuatus tamquam rure rediens a porta domum ibit? Et tu cẽturio,miles,quid de impe
ratore Paullo ſenatus decreuit,potius quam quid Ser.Galba fabuletur,audi: & hoc dicere
me potius quam illum audi. Ille nihil praeterquam loqui,& ipſum maledice ac maligne,di
dicit. Ego ter & uicies cum hoſte per prouocationem pugnaui. ex omnibus,cum quibus
manum conſerui, ſpolia retuli,inſigne corpus honeſtis cicatricibus omnibus aduerſo cor-
pore exceptis habeo. Nudaſſe deinde ſe dicitur,& quo quaeque bello uulnera accepta eſ-
ſent,retuliſſe. Quae dum oſtentat,adapertis forte,quae uelanda erant,tumor inguinũ pro-
ximis riſum mouit. tum,hoc quoque quod ridetis, inquit,in equo dies nocteſq. perſeden-
do habeo: nec magis me eius,quam cicatricum harum pudet paenitetq.: quando numquã
D mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi militiaeq. fuit. Ego hoc ferro
ſaepe uexatum corpus uetus miles adoleſcentibus militibus oſtendi. Galba nitens & inte-
grum denudet. Reuocate,ſi uidetur,tribuni ad ſuffragium tribus: ego ad uos milites

* * *

Summam omnis captiui auri argentiq. tranſlati HS millies ducenties fuiſſe Valerius An-
tias tradit: quae haud dubie maior aliquanto ſumma ex numero plauſtrorũ ponderibuſq.
auri argenti generatim ab ipſo ſcriptis efficitur. Alterum tantum aut in bellum proximum
abſumptum,aut in fuga cum Samothracem peteret, diſſipatum tradunt: eoque id mirabi-
lius erat, quod tantum pecuniae intra triginta annos poſt bellum Philippi cum Romanis,
partim ex fructu metallorum,partim ex uectigalibus alijs coaceruatum fuerat. Itaque ad-
modum inops pecuniae Philippus,Perſeus contra praediues,bellare cum Romanis coepit.
E Ipſe poſtremo Paullus in curru, magnã cum dignitate alia corporis,tum ſenecta ipſa ma-
ieſtatem praeſeferens. poſt currum inter alios illuſtres uiros filij duo: Q.Maximus & P.Sci
pio: deinde equites turmatim,& cohortes peditum ſuis quaeque ordinibus. Pediti in ſin-
gulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti: tantum pediti daturum fuiſſe cre-
dunt,& pro rata alijs,ſi aut non refragati honori eius fuiſſent,aut benigne hac ipſa ſumma
pronunciata acclamaſſent. Sed non Perſeus tantum per illos dies documentum huma-
norum caſuum fuit, in catenis ante currum uictoris ducis per urbem hoſtium ductus: ſed
etiam uictor Paullus auro purpuraque fulgens. Nam duobus e filijs, quos duobus datis
in adoptionem,ſolos nominis ſacrorum familiaeque heredes retinuerat domi,minor fer-
me XII annos natus,quinque diebus ante triumphum, maior XIV annorum triduo poſt

triumphum deceſſit, quos praetextatos curru uehi cũ patre, ſibi ipſos ſimiles praedeſtinan F
tes triumphos oportuerat. Paucis poſt diebus data a M. Antonio tribuno pl. concione, cum
de ſuis rebus geſtis more ceterorum imperatorum diſſeruiſſet, memorabilis eius oratio, &
digna Romano principe fuit. Quamquam & quam feliciter Rempublicam adminiſtraue-
rim, & quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare uos Qui-
rites arbitror, cum ſpectaculo uobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meorũ
fuerint: tamen paucis quaeſo ſinatis me cum publica felicitate cõparare eo quo debeo ani
mo priuatam meam fortunam. Profectus ex Italia claſſem a Brundiſio ſole orto ſolui: nona
diei hora cum omnibus meis nauibus Corcyram tenui. Inde quincto die Delphis Apollini
pro me exercitibuſq. & claſſibus ueſtris ſacrificaui. A Delphis quincto die in caſtra perue-
ni: ubi exercitu accepto, mutatis quibuſdã, quae magna impedimenta uictoriae erãt, pro-
greſſus, quia inexpugnabilia caſtra hoſtium erant, neque cogi pugnare poterat rex, inter G
praeſidia eius ſaltum ad Petram euaſi: & ad pugnam rege coacto acie uici, Macedoniam in
poteſtatem populi R. redegi. & quod bellum per triennium tres ante me conſules ita geſſe
runt, ut ſemper ſucceſſori traderent grauius, id ego quindecim dieb. perfeci. Aliarum dein-
de ſecundarum rerum uelut prouentus ſecutus: ciuitates oẽs Macedoniae ſe dediderunt:
gaza regia in poteſtatem uenit: rex ipſe, tradentibus prope ipſis dijs, in templo Samothra-
cum cum liberis eſt captus. Mihi quoque ipſi nimia iam fortuna mea uideri, eoq. ſuſpecta
eſſe. Maris pericula timere coepi in tanta pecunia regia in Italiam tranſijcienda, & uictore
exercitu tranſportando. Poſtquam oĩa ſecundo nauium curſu in Italiã peruenerunt, neque
erat, quod ultra precarer, illud optaui, ut, cum ex ſummo retro uolui fortuna cõſueſſet, mu-
tationem eius domus mea potius, quam reſp. ſentiret. Itaq. defunctam eſſe fortunam publi
cam mea tam inſigni calamitate ſpero, quod triumphus meus, uelut ad ludibrium caſuum H
humanorum, duobus funeribus liberorum meorum eſt interpoſitus. Et cũ ego & Perſeus
nunc nobilia maxime ſortis mortalium exempla ſpectemur, ille qui ante ſe captiuos capti
uus ipſe duci liberos uidit, incolumes tamen eos habet: ego, qui de illo triumphaui, ab alte
rius funere filij in currum ex Capitolio ad alterum prope iam exſpirantem ueni; neque ex
tanta ſtirpe liberum ſupereſt, qui L. Aemilij Paulli nomen ferat. Duos enim tamquam ex
magna progenie liberorum in adoptionem datos Cornelia & Fabia gens habent, Paulli in
domo praeter ſe nemo ſupereſt. Sed hanc cladem domus meae, ueſtra felicitas & ſecun-
da fortuna publica conſolatur. Haec tanto dicta animo magis confudere audientium ani-
mos, quam ſi miſerabiliter orbitatem ſuam deflendo locutus eſſet. Cn. Octauius Kalend.
Decembribus de rege Perſeo naualem triumphum egit. Is triumphus ſine captiuis fuit, ſi
ne ſpolijs. Dedit ſocijs naualibus in ſingulos denarios ſeptuagenos quinos: gubernatori- I
bus, qui in nauibus fuerant, duplex, magiſtris nauium quadruplex. Senatus deinde habitus
eſt. patres cenſuerunt, ut Q. Caſſius Perſea regem cum Alexandro filio Albam in cuſto-
diam duceret, comites, pecuniam, argentum, inſtrumentum, quod haberet. Bitis regis Thra
cum filius cum obſidibus in cuſtodiam Carſeolos eſt miſſus. Ceteros captiuos, qui in triũ-
pho ducti erant, in carcerem condi placuit. Paucos poſt dies, quam haec acta, legati ab Co
tye rege Thracum uenerunt, pecuniam ad redimendum filium alioſq. obſides apportãtes.
Eis in ſenatum introductis, & id ipſum argumenti praetendentibus orationi, non ſua uo-
luntate Cotyn bello iuuiſſe Perſea, quod obſides dare coactus eſſet, orantibuſq. ut eos pre
tio, quantum ipſi ſtatuiſſent patres, redimi paterentur, reſpõſum ex auctoritate ſenatus eſt,
populum R. meminiſſe amicitiae, quae cum Cotye maioribuſq. eius & gente Thracũ fuiſ-
ſet. obſides datos crimen non criminis defenſionem eſſe, cum Thracum genti ne quietus K
quidem Perſeus, nedum bello Romano occupatus, timendus fuerit. Ceterum etſi Cotys
Perſei gratiam praetuliſſet amicitiae populi Romani: magis, quid ſe dignum eſſet, quam
quid merito eius fieri poſſet, aeſtimaturum: filium, atq. obſides ei remiſſurũ. Beneficia gra-
tuita eſſe populi Romani, pretium eorum malle relinquere in accipientium animis, quam
praeſens exigere. Legati nominati, T. Quinctius Flamininus, C. Licinius Nerua, M. Cani-
nius Rebilus, qui obſides in Thraciam reducerent: & Thracibus munera data in ſingulos
binũ milliũ aeris. Bitis cum ceteris obſidibus a Carſeolis accerſitus, ad patrem cum legatis
miſſus. Naues regiae captae de Macedonibus inuſitatae ante magnitudinis in cãpo Martio
ſubductae ſunt. Haerẽte adhuc nõ in animis modo, ſed paene in oculis memoria Macedo-

nici

A nici triumphi, L. Anicius Quirinalibus triumphauit de rege Gentio, Illyriiſq.. Similia o-
mnia magis uiſa hominibus quam paria: minor ipſe imperator & nobilitate Anicius cũ Ae
milio, & iure imperij praetor cum conſule collatus: non Gentius Perſeo, non Illyrij Mace
donibus, non ſpolia ſpolijs, non pecunia pecuniae, non dona donis comparari poterãt. Ita-
que ſicut praefulgebat huic triumphus recẽs, ita apparebat ipſum per ſe intuentib. nequa-
quam eſſe contemnendum. Perdomuerat intra paucos dies terra mariq. ferocem, locíſque
munitis fretam gentem Illyriorum: regem regiacq. omnes ſtirpis ceperat: tranſtulit in triũ
phum multa militaria ſigna, ſpoliaq. alia, & ſupellectilem regiam: auri pondo XX & VII:
argenti XIX pondo: denarium tria millia, & CXX millia Illyrici argenti. Ante currum
ducti Gentius rex cum coniuge & liberis, & Carauantius frater regis, & aliquot nobiles
Illyrij. De praeda militibus in ſingulos quadragenos quinos denarios, duplex centurioni,
B triplex equiti, ſocijs nominis Latini quantum ciuibus, & ſocijs naualibus dedit quantum
militibus. Laetior hunc triumphum eſt ſecutus miles, multiſq. dux ipſe carminib. celebra-
tus. HS ducenties ex ea praeda redactum eſſe auctor eſt Antias, praeter aurum argentumq.
quod in aerarium ſit latum: quod quia unde redigi potuerit non apparebat, auctorem pro
re poſuit. Rex Gentius cum liberis & coniuge & fratre Spoletũ in cuſtodiam ex ſenatuſcõ-
ſulto ductus: ceteri captiui Romae in carcerem coniecti, recuſantibuſq. cuſtodiam Spoleti
nis Iguuium reges trãſducti. Reliquum ex Illyrico praedae CCXX lembi erant: de Gẽtio
rege captos eos Corcyraeis & Apolloniatibus & Dyrrhachinis Q. Caſſius ex ſenatuſcõſul
to tribuit. Conſules eo anno agro tantum Ligurum populato cum hoſtes exercitus num-
quam eduxiſſent, nulla re memorabili geſta, Romam ad magiſtratus ſubrogandos redie-
runt: & primo comitiali die conſules crearunt M. Claudium Marcellum, C. Sulpicium Gal-
C lum. deinde praetores poſtero die, L. Liuium, L. Appuleium Saturninum, A. Licinium Ner
uam, P. Rutilium Caluum, P. Quinctilium Varum, M. Fonteiũ. His praetorib. duae urbanae
prouinciae ſunt decretae, duae Hiſpaniae Sicilia ac Sardinia. Intercalatũ eo anno, poſtridie
Terminalia intercalares fuerunt. Augur eo anno mortuus eſt C. Claudius: in eius locum
augures legerunt T. Quinctium Flamininum. & flamen Quirinalis mortuus Q. Fabius Pi-
ctor. Eo anno rex Pruſias uenit Romam cum filio Nicomede. Is magno comitatu urbem
ingreſſus, ad forum a porta tribunalq. Q. Caſſij praetoris perrexit. concurſuq. undiq. facto,
deos, qui urbem Romam incolerent, ſenatumq. & populum Romanum ſalutatum ſe dixit
ueniſſe: & gratulatum, quod Perſea Gentiumq. reges uiciſſent, Macedonibuſq. & Illyrijs
in ditionem redactis auxiſſent imperium. Cum praetor ſenatũ ei, ſi uelit, eo die daturum di
xiſſet, biduum petijt, quo templa deum urbemq. & hoſpites amicoſq. uiſeret. Datus, qui
D circumduceret eum, L. Cornelius Scipio quaeſtor, qui & Capuam ei obuiã miſſus fuerat: &
aedes, quae ipſum comitesq. eius benigne reciperent, conductae. Tertio poſt die ſenatum
adit, gratulatus uictoriam eſt: merita ſua in eo bello commemorauit: petijt, ut uotum ſibi
ſoluere, Romae in Capitolio x maiores hoſtias & Praeneſte unã Fortunae liceret: ea uota
pro uictoria populi Romani eſſe. Et ut ſocietas ſecum renouaretur: agerq. ſibi de rege An-
tiocho captus, quem nulli datum a populo Romano Galli poſſiderent, daretur. Filium po-
ſtremo Nicomedem ſenatui commendauit. Omnium, qui in Macedonia imperatores fue
rant, fauore eſt adiutus. Itaq. cetera, quae petebat, conceſſa: de agro reſponſum eſt, legatos
ad rem inſpiciendam miſſuros. Si ager populi R. fuiſſet, nec cuiquam datus eſſet, digniſſi-
mum eo dono Pruſiam habituros eſſe. Si autem Antiochi non fuiſſet, eo ne populi quidẽ
Romani factum apparere. aut ſi datus Gallis eſſet, ignoſcere Pruſiam debere, ſi ex nullius
E iniuria quidquam ei datum uellet populus R. Ne quod detur quidem, gratum eſſe donum
poſſe, quod eum, qui det, ubi uellet ablaturum eſſe ſciat. Facile Nicomedis commendatio-
nem accipere. Quanta cura regum amicorum liberos tueatur populus R. documento Pto-
lemaeum Aegypti regẽ eſſe. Cum hoc reſponſo Pruſias eſt dimiſſus. Munera ei ex ſeſtertijs
iuſſa dari, & uaſorum argenteorum pondo L. Et filio regis Nicomedi ea ſumma munera
dari cẽſuerũt, ex qua Maſgabae filio regis Maſſaniſſae data eſſent: & ut uictimae aliaq. quae
ad ſacrificium pertinerent, ſeu Romae, ſeu Praeneſte immolare uellet, regi ex publico, ſicut
magiſtratibus Romanis, praeberẽtur: & ut ex claſſe, quae Brundiſij eſſet, naues lõgae uigin
ti aſſignarentur, quibus uteretur donec ad claſſem dono datam ei rex perueniſſet, L. Corne
lius Scipio ne ab eo abſcederet, ſumptũq. ipſi & comitibus praeberet donec nauẽ cõſcen-

diſſet. Mire laetũ, ex ea benignitate in ſe populi Romani regem fuiſſe ferunt: munera ſibi ipſum emiſſe, filium iuſiſſe donum populi R. accipere. Haec de Pruſia noſtri ſcriptores. Polybius cum regem indignum maieſtate nominis tanti tradit: pileatum capite raſo obuiã ire legatis ſolitum, libertũq. ſe populi Romani ferre, & ideo inſignia ordinis eius gerere. Romae quoque cum ueniret in curiam, ſummiſiſſe ſe, & oſculo limen curiae cõtigiſſe, & deos ſeruatores ſuos ſenatum appellaſſe, aliamq. orationem non tam honorificam audientibus quam ſibi deformem habuiſſe. Moratus circa urbem XXX haud amplius dies, in regnum eſt profectus. F

Abſoluimus Liuium septimo Idus Decembris MDXXXII cum eum legere coepiſſemus ſub principium menſis Ianuarij eodem ipſo anno.

FINIS

G

EPITOME. LIBRI. XLVI

EVMENES rex Romam uenit. qui, quia Macedonico bello ſe mediũ egerat, ne aut hoſtis iudicatus uideretur, ſi excluſus eſſet; aut liberatus crimine, ſi admitteretur: in cõmune lex lata eſt, ne cui regi Romam uenire liceret. Claudius Marcellus conſul alpinos Gallos,
An. 584 C. Sulpicius Gallus conſul Ligures ſubegit. Legati Pruſiae regis cõqueſti ſunt de Eumene, quod fines ſuos depopularetur: dixeruntq. eum conſpiraſſe cum Antiocho contra populum Romanum. Societas cum deprecantibus Rhodijs iuncta eſt. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ciuium capita CCCXXVII millia, XXII. Princeps ſenatus lectus M. Aemilius Lepidus. Ptolemaeus Aegyptiorum rex a minore fratre e regno pulſus, miſſis ad eum legatis in regnum reſtitutus eſt. Ariarathe Cappadociae rege mortuo, filius eius Ariarathes accepit regnum, & amicitiam per legatos cum populo Romano renouauit. Res praeterea aduerſus Ligures, Corſos, & Luſitanos uario euẽtu geſtas, & motus Syriae mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum cum Lyſia tutore eius Demetrius Seleuci filius, qui Romam obſes miſſus fuerat, clam, quia non dimittebatur a Romanis, interemit: & ipſe in regnum receptus. L. Aemilius Paullus, qui Perſeum uicerat, mortuus: cuius tanta abſtinentia fuit, ut, cum ex Hiſpania, & Macedonia maximas opes retuliſſet, uix ex auctione bonorum eius redactũ ſit, unde dos uxori eius redderetur. Pomptinae paludes a Cornelio Cethego conſule, cui ea
An. 590 prouincia euenerat, ſiccatae, agerq. ex ijs factus. H

LIBRI. XLVII

I

CN. Tremellio tribuno pl. multa dicta eſt, quod cum M. Aemilio Lepido Pontifice maximo iniurioſe contenderat. Sacrorumq. magiſtratuum ius potentius fuit. Lex de ambitu lata. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ciuium capita CCCXXIIX millia, CCCXIV. Et princeps ſenatus lectus Aemilius Lepidus. Inter Ptolemaeos fratres, qui
An. 594 diſſidebant, foedus ictum, ut alter in Aegypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociae rex conſilio Demetrij regis Syriae & uiribus pulſus regno, a ſenatu reſtitutus eſt. Miſſi a ſenatu legati, qui inter Maſſaniſſam & Carthaginiẽſes de agro iudicarẽt. C. Marcius conſul aduerſum Dalmatas parum proſpere primum, poſtea feliciter pugnauit. cum quibus bello confligendi cauſſa fuit, quod Illyrios populi Romani ſocios uaſtauerant. eandemque gentem Cornelius Naſica conſul domuit. Q. Opimius conſul tranſalpinos Ligu- K
An. 595 res, qui Maſſilienſium opida Antipolim & Nicaeam uaſtabant, ſubegit. Praeterea in Hiſpa-
An. 596 nia a compluribus parum proſpere res geſtas continet. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octauo ab urbe condita, magiſtratum peractis comitijs, inſequentiſq. anni conſulibus creatis, inire coeperunt. Mutandi comitia cauſſa fuit, quod Hiſpani rebellabant.
An. 598. Legati ad diſceptandum inter Maſſaniſſam & Carthaginienſes miſſi, nunciauerunt uim naualis materiae ſe Carthagine deprehendiſſe. Aliquot praetores a prouincijs auaritiae nomine accuſati, damnati ſunt.

A ## LIBRI. XLIIX

Lvstrvm a cenſoribus conditum eſt. Cenſa ſunt ciuium capita CCCXXIV millia. Semina tertij belli Punici referuntur. Cum in finibus Carthaginienſium maximus Numidarum exercitus, Archobarzane duce Syphacis nepote, diceretur eſſe, M. Porcius Cato ſuaſit, ut Carthaginienſibus, qui exercitum ſpecie contra Maſſaniſam regē, ſed re uera cōtra Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur. contradicente P. Cornelio Naſica, placuit legatos mitti Carthaginem, qui ſpecularentur quid ageretur. Caſtigato ſenatu Carthaginienſium, quod contra foedus exercitum & nauales materias haberent, pacem inter Maſſaniſam & eos facere uoluerunt, Maſſaniſa agro, de quo lis erat, cedente. ſed Giſgo, Hamilcaris filius, homo ſeditioſus, qui tunc in magiſtratu erat, cum ſenatus pariturum ſe iudicio legatorum dixiſſet, ita bellum aduerſus Romanos ſuadendo concitauit, ut
B legatos, quo minus uiolarentur, fuga explicuerit. Id nunciantes, infeſtum iā ſenatum Carthaginienſibus, infeſtiorē fecerunt. M. Porcius Cato funus mortui filij in praetura, tenuiſſimo, ut ualuit, (nam pauper erat) ſumptu fecit. Andriſcus, qui ſe Perſei filium, regis quondam Macedoniae, ingenti aſſeueratione mentiretur, Romā miſſus. M. Aemilius Lepidus, qui princeps ſenatus ab ſextis iam cenſoribus erat lectus, antequam exſpiraret, praecepit filijs, lecto ſe ſtrato ſine linteis, ſine purpura efferrent: in reliquum funus ne plus quā aeris denos conſumerent: imaginum ſpecie, non ſumptibus nobilitari maximorum uirorū funera ſolere. De ueneficijs quaeſitum. Poblicia & Licinia nobiles feminae, quae uiros ſuos necaſſe inſimulabantur, cognita cauſſa, cum praetori praedes uadeſque dediſſent, cognatorum decreto necatae ſunt. Guluſſa Maſſaniſae filius denunciauit Carthagine delectus
C agi, claſſem comparari, & haud dubium bellum ſtrui. Cum Cato ſuaderet, ut ijs bellum indiceretur, P. Cornelio Naſica dicente nihil temere faciundum, placuit decem mitti legatos exploratum. L. Licinius Lucullus, A. Poſtumius Albinus conſules cum delectum ſeuere agerent, nec quemquam gratia dimitterent: a tribunis plebis, qui pro amicis ſuis uacationem impetrare non potuerunt, in carcerem coniecti ſunt. Hiſpanienſe bellum cum parum proſpere aliquoties geſtum ita confudiſſet ciuitatem Romanam, ut ne ij quidem inuenirentur, qui aut tribunatum exciperent, aut legati ire uellent, P. Cornelius Aemilianus proceſſit: & excepturum ſe militiae genus, quodcumque imperatū eſſet, profeſſus eſt. quo exemplo ad militandi ſtudium omnes incitauit. L. Lucullus conſul, cum M. Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiae populos uideretur, Vaccaeos, Cātabros, & alias adhuc incognitas nationes in Hiſpania ſubegit. Ibi P. Cornelius Africanus Scipio
D Aemilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, ſed adoptiuus, prouocatorem barbarum tribunus militum occidit: & in expugnatione Intercatiae urbis maius etiā periculum adijt. nam murum primus omnium trāſcendit. Ser. Sulpicius Galba praetor male aduerſus Luſitanos pugnauit. Cum legati ex Africa cum Carthaginienſium oratoribus, & Guluſſa Maſſaniſae filio rediſſent, dicerentq. ſe & exercitum & claſſem Carthagine deprehendiſſe, perrogari ſententias placuit. Catone & alijs principibus ſenatus ſuadentibus, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus, quod Cornelius Naſica dicebat nondum ſibi iuſtam cauſſam bellandi uideri: placuit, ut bello abſtinerent, ſi Carthaginienſes claſſem exuſſiſſent, & exercitum dimiſiſſent: ſi minus, proximi conſules de bello Punico referrent. Cum locatum a cenſoribus theatrum extrueretur, P. Cornelio Naſica auctore, tamquā inutile & nociturum publicis moribus, ex S.C. deſtructum eſt: populuſq. aliquandiu ſtans ludos ſpectauit.
E Carthaginiēſes cum aduerſum foedus bellum Maſſaniſae intuliſſent, uicti eo nonageſimū ſecundum annum habente, & ſine pulpamine mandere, & guſtare pacem tantummodo ſolito: inſuper Romanum bellum meruerunt.

An.599

LIBRI. XLIX

Tertii Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab urbe condita, intra quinctum annum, quam erat coeptum, conſummati. Inter M. Porcium Catonem & Scipionem Naſicam, quorum alter ſapientiſſimus uir in ciuitate habebatur, alter optimus uir etiam a ſenatu iudicatus erat, diuerſis certatum eſt ſententijs: Catone ſuadente bellum, &, ut tolle- An.601

 retur,

retur,dereturq.Carthago,Naſica diſſuadente: placuit tamen,eo quod contra foedus na F
ues haberent,& extra fines exercitum duxiſſent:quodq.ſocio populi R.& amico Maſſani-
ſae arma intuliſſent,& quod filium eius Guluſſam,qui cum legatis Romanis erat,in opidũ
non recepiſſent,bellum iјs indici. Prius quã ullae copiae in naues imponerentur,Vticẽſes
legati Romam uenerunt,ſe,ſuaq.omnia dedẽtes. Ea legatio ueluti maximum belli omen,
grata patribus,acerba Carthaginienſibus fuit.Diti patri ludi ad Terentum ex praecepto li
brorum Sibyllinorum facti: qui anno centeſimo,primo Punico bello,quingenteſimo & al
tero anno ab urbe condita facti fuerant. Legati triginta Romam uenerunt,per quos Car-
thaginienſes ſe dedebant.Catonis ſententia peruicit,ut decreto perſtaretur: &,ut cõſules
quãprimum proficiſcerentur ad bellum. Qui ubi in Africam tranſierunt,acceptis,quos im
perauerant,trecentis obſidibus,& armis, omnibuſq. inſtrumentis belli, ſi qua Carthagine
erant: tunc cum ex auctoritate patrum iuberent, ut in alium locum dũ procul a mari decẽ G
millia paſſuum, nec minus remotum opidum facerent, indignitate rei ad bellandum Car-
thaginienſes compulerunt.Obſideri oppugnariq.coepta eſt Carthago a L.Marcio,M.Ma-
nilio conſulibus.In qua oppugnatione,cum neglectos ab una parte muros duo tribuni te-
mere cum cohortibus irrupiſſent, & ab opidanis grauiter caederentur, a Scipione Africa-
no expliciti ſunt. per quem & caſtellum Romanorum, quod nocte oppugnabant, paucis
equitibus iuuãtibus liberatum eſt: caſtrorumq. quae Carthaginienſes omnibus copijs pa
riter ab urbe egreſſi oppugnabant,liberatorum is ipſe praecipuam gloriam tulit.Praeterea
cum ab irrita oppugnatione Carthaginis conſul, (alter enim Romã ad comitia ierat) exer
citum ducere aduerſus Haſdrubalẽ uellet, qui cum altera manu iniquum ſaltũ inſederat:
ſuaſit primo conſuli,ne tam iniquo loco confligeret.uictus deinde complurium,qui & pru
dentiae eius & uirtuti inuidebant,ſentẽtijs,& ipſe ſaltum ingreſſus eſt.cumq., ſicut praedi H
xerat,fuſus fugatuſq. eſſet Romanus exercitus,& duae cohortes ab hoſte obſiderẽtur: cũ
exiguis equitum turmis in ſaltum reuerſus liberauit eas, & incolumes reduxit. Quam uir-
tutem eius & Cato uir promptioris ad uituperandum linguae,in ſenatu ſic proſecutus eſt,
ut diceret reliquos,qui in Africa militarent,umbras militare; Scipionẽ uigere. Et populus
Romanus eo fauore illum complexus eſt, ut comitijs complurimae cum tribus conſulem
ſcriberent: cum hoc per aetatem non liceret. Cum L. Scribonius tribunus pl. rogationem
promulgaſſet,ut Luſitani,qui in fidem po. Ro. dediti a Ser. Galba in Gallia ueniſſent,in li-
bertatem reſtituerẽtur: M.Cato acerrime ſuaſit.extat oratio in annalibus eius incluſa.Q.
Fuluius Nobilior & ſaepe ab eo in ſenatu laceratus,reſpondit pro Galba,ipſe quoque Gal
ba,cum ſe damnari uideret,complexus duos filios praetextatos, & filium Caij Sulpicij,cu
ius tutor erat,ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt,ut rogatio antiquaretur.extãt tres oratio I
nes eius: duae aduerſum Libonẽ tribunum plebis, rogationeſq. eius habitas de Luſitanis:
una contra L. Cornelium Cethegum,in qua Luſitanos prope ſe caſtra habẽtes caeſos fate
tur: quod compertum habuerit,equo,atque homine ſuo ritu immolatis per ſpeciem pacis
adoriri exercitum ſuũ in animo habuiſſe. Andriſcus quidã ultimae ſortis homo,Perſei re-
gis ſe filiũ ferẽs,& mutato nomine Philippus uocatus, cum ab urbe Roma,quo illũ Deme-
trius Syriae rex ob hoc ipſum mẽdaciũ miſerat,clã profugiſſet, multis ad falſam eius fabu
lam uelut ad ueram coeuntibus,contracto exercitu,totam Macedoniam aut uoluntate in-
colentium,aut armis occupauit. Fabulam autem huiuſmodi finxerat: Ex pellice ſe & Per-
ſeo rege ortum,traditum educandum Cretae ſe cuidam eſſe: ut in belli caſus,quod ille cũ
Romanis gereret,aliquod uelut ſemen ſtirpis regiae extaret.Perſeo demortuo, Adramiti
ſe educatum uſque ad duodecimum annum aetatis.patrẽ eum eſſe credentem,a quo educa K
retur, ignarum generis fuiſſe ſui.affecto deinde eo,cum prope ad ultimum uitae finẽ eſſet,
detectam tãdem ſibi originem ſuam: falſaeq. matri libellum datum ſigno Perſei regis ſi-
gnatum,quem ſibi traderet,cum ad puberem aetatem ueniſſet: obteſtationeſque ultimas
adiectas,ut res in occulto ad id tempus ſeruaretur. pubeſcẽti libellum traditum: in quo re
licti ſibi duo theſauri a patre dicerentur. tum ſcientem mulierẽ ſubditicium ſe eſſe, ueram
ſtirpem ignorãti ediidiſſe genus;atq.obteſtatam,ut,prius quam ad Eumenem manaret res,
Perſeo inimicum,excederet ijs locis, ne interficeretur. eo ſe exterritum,ſimul ſperantem
aliquod auxilium a Demetrio, in Syriam ſe contuliſſe: atq.ibi primum,quis ipſe omnino
eſſet, palam expromere auſum.

A **LIBRI. L.**

Theſſalia, cum & illam inuadere armis, atque occupare Pſeudophilippus uellet, per Romanorum legatos auxilijs Achaeorum defenſa eſt. Pruſias rex Bithyniae, omniũq. humillimorum uitiorum a Nicomede filio adiuuante Attalo rege Pergami, occiſus eſt. Habebat alterum filium, qui pro ſuperiore ordine dentium enatum habuiſſe unũ os continẽs dicitur. Cum legatos ad pacem inter Nicomedem & Pruſiam faciẽdam Romani miſiſſent: & unus ex ijs caput multis cicatricibus farſum haberet, alter pedibus aeger eſſet, tertius ingenio ſocors haberetur: dixit Cato eam legationem nec caput nec pedes nec cor habere. In Syria, quae eo tempore ex ſtirpe generis Perſei regis Macedonum inertia ſocordiaq. ſimilem Pruſiae regem habebat: iacente eo in ganeo & luſtris, Hãmonius regnabat: per B quem & amici omnes regis, & Laodice regina, & Antigonus Demetrij filius occiſi. Maſſaniſa Numidiae rex maior nonaginta annis uir inſignis deceſſit. Inter cetera opera iuuenilia, quae ad ultimum edidit, adeo etiam uerſus in ſenectam uiguit, ut poſt ſextum & octogeſimum annum filium genuerit. Inter tres liberos eius, maximum natu Micipſam, Guluſsã, & Manaſtabalem, qui etiam Graecis litteris erat eruditus, P. Scipio Aemilianus, cum commune eis pater regnum reliquiſſet, & diuidere eos arbitro Scipione iuſſiſſet, adminiſtrationem regni diuiſit: Item Phameae Himilconi praefecto equitũ Carthaginienſiũ, uiro forti, & cuius opera praecipua Poeni utebantur, perſuaſit, ut cum equitatu ſuo ad Romanos trãſiret. Trium legatorum, qui ad Maſſaniſam miſſi fuerant, Claudius Marcellus coorta tempeſtate fluctibus obrutus eſt. Carthaginiẽſes Haſdrubalem Maſſaniſae nepotem, quẽ praetorem habebant, proditionis ſuſpectum in curia interemerunt. quae ſuſpicio inde emanauit, quod propinquus eſſet Guluſſae, auxilia Romanorum iuuantis. P. Scipio Aemilianus C cum aedilitatem peteret, conſul a populo dictus, quoniam per annos conſulem fieri non licebat, cum maximo certamine ſuffragantibus plebeijs, & repugnantib. aliquãdiu patribus, legibus ſolutus, & conſul creatus eſt. M. Manilius nonnullas urbes circumpoſitas Carthagini expugnauit. Pſeudophilippus in Macedonia caeſo cum exercitu M. Iuuentio praetore, a Q. Caecilio uictus, captuſq. eſt, recepta Macedonia.

LIBRI. LI.

Carthago in circuitu mill. XXIV paſſuum patens, magno labore obſeſſa, & per partes capta eſt, primum a Mancino legato, deinde a Scipione conſule, cui extra ſortem prouincia Africa data erat. Carthaginiẽſes portu nouo, quia uetus a Scipione erat obſtructus, D facto, & cõtracta clã exigua claſſe, nauali proelio infeliciter pugnauerũt. Haſdrubalis quoque eorum ducis caſtra ad Nepherim opidum loco difficillimo ſita cum exercitu deleta ſunt a Scipione. qui tandem urbem expugnauit ſeptingenteſimo anno quam erat condita. ſpoliorũ maior pars Siculis, quib. ablata erant, reddita. Vltimo urbis excidio cũ ſe Haſdrubal Scipioni dediſſet, uxor eius, quae paucis ante diebus de marito impetrare nõ potuerat, ut ad uictorẽ transfugeret, ſe flagrantis in medium urbis incẽdium duobus cum liberis ex arce praecipitauit. Scipio exemplo patris ſui Aemilii Paulli, qui Macedoniam uicerat, ludos fecit, transfugaſq. atq. fugitiuos beſtijs obiecit. Belli Achaici ſemina referũtur haec: quod legati populi Romani ab Achaicis pulſati ſunt. Corinthum miſſi erant, ut eas ciuitates, quae ſub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio ſecernerent. An. 603

E **LIBRI. LII**

Cum Achaeis, qui in auxilium Boeotos & Chalcidenſes habebant, Q. Caecilius Metellus ad Thermopylas bello conflixit. quib. uictis, dux eorum Critolaus ueneno ſibi mortem conſciuit. in cuius locum Diaeus Achaici motus primus auctor, ab Achaeis dux creatus, ad Iſthmon a L. Mummio conſule uictus eſt. qui, omni Achaia in deditionem accepta, Corinthũ ex ſenatus conſulto diruit, quia ibi legati Romani uiolati erant. Thebae quoque & Chalcis, quae auxilio fuerant, dirutae. Ipſe Mummius ſe abſtinentiſſimum uirum egit: nec quidquam ex ijs opibus ornamentiſq. quae praediues Corinthus habuit, in domũ eius peruenit. An. 604

peruenit. Q.Caecilius Metellus de Andriſco triumphauit: P.Cornelius Scipio Africanus F
Aemilianus de Carthagine & Haſdrubale. Viriathus primum in Hiſpania ex paſtore uena
tor,& ex uenatore latro, mox iuſti quoque exercitus dux factus, uniuerſam Luſitaniā oc-
cupauit: M. Vitilium praetorem, fuſo eius exercitu, cepit. poſt quem C. Plautius praetor
nihilo felicius rem geſſit, tantumque terrorem is hoſtis intulit, ut aduerſus eum conſulari
opus eſſet & duce & exercitu. Praeterea motus Syriae,& bella inter reges geſta referūtur.
Alexander homo ignotus, & incertae ſtirpis, occiſo (ſicut ante dictum eſt) Demetrio re-
ge, in Syria regnabat. Hunc Demetrius, Demetrij filius, qui a patre quondam ob incertos
belli caſus ablegatus in Gnidon fuerat, contempta ſocordia inertiaq. eius, adiuuante Pto-
lemaeo Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram acceperat in matrimonium, bello intere-
mit. Ptolemaeus in caput grauiter uulneratus, inter curationē, dum oſſa medici terebrare
contendunt, exſpirauit: atque in locum eius frater minor Ptolemaeus, qui Cyrenis regna G
bat, ſucceſſit. Demetrius ob crudelitatem, quam per tormenta in ſuos exercebat, a Diodo-
to quodam uno ex ſubiectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum aſſerebat, bel-
lo ſuperatis, Seleuciam fugit. L.Mummius de Achaeis triumphauit. ſigna aerea, marmo-
reaq., & tabulas pictas in triumpho tulit.

LIBRI. LIII

An. 607 Ap. Claudius conſul Salaſſos, gentem Alpinam, domuit. Alter Pſeudophilippus in Ma
cedonia a L.Trebellio quaeſtore cum exercitu caeſus eſt. Q.Caecilius Metellus proconſul
Celtiberos cecidit. a Q.Fabio proconſule pars maxima Luſitaniae, expugnatis aliquot ur-
bibus, recepta eſt. C.Iulius ſenator Graece res Romanas ſcribit. H

LIBER. LIV

Q.Pompeius conſul in Hiſpania Termeſtinos ſubegit. cum eiſdem quidem, & Nu-
mantinis pacem ob infirmitatem fecit. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ci-
An.609 uium capita CCCXXIIX millia, CCCXLII. Cum Macedonum legati conqueſtum ue-
niſſent de D.Iunio Silano praetore, quod acceptis pecunijs prouinciam ſpoliaſſet: & ſena
tus de querellis eorum uellet cognoſcere: T.Manlius Torquatus, Silani pater, petijt, impe
trauitq. ut ſibi huiuſmodi cognitio mandaretur. & domi cauſſa cognita, filium condemna
uit, abdicauitq.: ac ne funeri quidem eius, cum ſuſpendio uita finiſſet, interfuit: ſedenſq.
domi poteſtatem conſulentibus ex inſtituto fecit. Q. Fabius proconſul, rebus in Hiſpania I
proſpere geſtis, labem impoſuit, pace cum Viriatho aequis condicionibus facta. Viriathus
a proditoribus conſilio Seruilij Caepionis interemptus eſt, & ab exercitu eius multū com-
ploratus, ac nobiliſſime tumulatus, uir duxq. maximus, & per quattuordecim annos, quib.
cum Romanis bellum geſſit, frequentius ſuperior.

LIBRI. LV

An.612 P. Cornelio Naſica, cui cognomen Scipioni fuit, ab irridente Curatio tribuno
plebis impoſitum: & D.Iunio Bruto conſulibus delectum habentibus, in conſpectu tiro- K
num res ſaluberrimi exempli facta eſt. nam C. Matienus accuſatus eſt apud tribunos ple
bis, quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet: damnatuſq. ſub furca diu uirgis caeſus eſt, &
ſeſtertio nummo uenijt. Tribuni plebis, quia non impetrarent, ut ſibi denos quos uellent
milites eximere liceret, conſules in carcerē duci iuſſerūt. Iunius Brutus cōſul in Hiſpania
ijs, qui ſub Viriatho militauerant, agros & opidum dedit, quod Valentia uocatum eſt. M.
Popillius a Numantinis, cum quibus pacem factam ſenatus irritam fieri cenſuerat, cum
exercitu fuſus fugatuſq. eſt. C.Hoſtilio Mancino conſule ſacrificante, pulli ex cauea auo-
An.613 lauerunt. conſcendenti deinde nauim, ut in Hiſpaniam proficiſceretur, accidit audiri: Ma
ne Mancine. Quae auſpicia triſtia fuiſſe euentu probatū eſt. uictus enim a Numantinis &
caſtris exſutus, cum ſpes nulla ſeruandi exercitus eſſet, pacem cū eis fecit ignominioſam,
quam ratam eſſe ſenatus uetuit. Triginta millia Romanorum a Numantinorum millibus

quattuor

A quattuor uicta erant. D. Iunius Luſitaniam urbium expugnationibus uſque ad oceanũ per domuit: & cum fluuium Obliuionem tranſire nollent, raptum ſignifero ſignum ipſe traſtulit: & ſic, ut tranſgrederentur milites, perſuaſit. Alexandri filius rex Syriae, decẽ annos admodum habens, a Diodoro, qui Trypho cognominabatur, tutore ſuo, per fraudem occiſus eſt, corruptis medicis, qui eum calculi dolore conſumi ad populum mentiti, dum ſecant illum, occiderunt.

LIBRI. LVI

D. IVNIVS Brutus in ulteriore Hiſpania feliciter aduerſus Callaecios pugnauit. diſſimili euentu M. Aemilius Lepidus proconſul aduerſus Vaccaeos rem geſſit, clademque ſimilem
B Numantinae paſſus eſt. Ad exſoluendum Numantini foederis religione populum, Mancinus cum huius rei auctor fuiſſet, deditus Numantinis, non eſt receptus. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ciuium capita CCCXXIII millia. Fuluius Flaccus cõſul Vardeos in Illyrico ſubegit. M. Coſconius praetor in Thracia cum Scordiſcis proſpere pugnauit. Cum uitio ducum bellum Numantinum non ſine publico pudore duraret, delatus eſt ultro Scipioni Africano a ſenatu populoq. Romano conſulatus: quem cum illi capere ob legẽ, quae uetabat quemquam iterum conſulem fieri, non liceret, ſicuti priori conſulatu, legibus ſolutus eſt. Bellum Seruile in Sicilia ortum, cum opprimi a praetorib. non potuiſſet: C. Fuluio conſuli mandatum eſt. Huius belli initium fuit Eunus ſeruus, natione Syrus, qui contracta agreſtium ſeruorum manu, & ſolutis ergaſtulis, iuſti exercitus numerũ impleuit. Cleo quoque alter ſeruus ad LXX millia ſeruorum contraxit. et copijs iunctis cõ
C tra populum Romanum, exercitumq. eius bellum ſaepe geſſerunt.

An. 615.

LIBRI. LVII

SCIPIO Africanus Numantiam obſedit. & corruptum licentia luxuriaq. exercitum ad ſeueriſſimã militiae diſciplinam reuocauit. omnia enim deliciarum inſtrumẽta recidit: duo millia ſcortorum a caſtris eiecit: militem quotidie in opere habuit, & triginta dierum frumentum ac ſeptenos uallos ferre cogebat. aegre propter onus incedenti dicebat: Cum gladio te uallare ſcieris, uallum ferre deſinito. Alij nimium habiliter paruum ſcutum ferenti, eum ſcutum amplius iuſto ferre iuſſit: neque id ſe reprehendere, quando melius ſcuto, quam gladio, uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, uiti-
D bus; ſi extraneus, fuſtibus cecidit. Iumenta omnia ne exonerarent militem, uendidit. ſaepe aduerſus irruptiones hoſtium feliciter pugnauit. Vaccaei obſeſſi, liberis & coniugib. trucidatis, ipſi ſe interemerunt. Scipio ampliſſima munera ſibi ab Antiocho rege Syriae miſſa, cum celare alijs imperatoribus regum munera mos eſſet, pro tribunali accepturum ſe eſſe dixit. eaq. omnia referre quaeſtorem in publicas tabulas iuſſit, ex iis uiris fortibus munera ſe daturum. Cum undique Numantiam obſidione clauſiſſet, & oppreſſos fame uideret urgeri hoſtes; qui pabulatum exierant, uetuit interimi: quod diceret uelocius eos abſumpturos frumentum quod haberent, ſi plures fuiſſent.

An. 616.

LIBRI. LIIX

E TI. Sempronius Gracchus tribunus plebis cum agrariam legẽ ferret aduerſus uoluntatem ſenatus, & equeſtris ordinis, ne quis ex publico agro plus quam D. iugera poſſidẽret, in eum furorem exarſit, ut M. Octauio collegae cauſſam diuerſae partis defendẽti, poteſtatẽ lege lata abrogaret: ſeq. & Caium fratrem, & Ap. Claudium ſocerum triumuiros ad diuidũdum agrum crearet. Promulgauit & aliam legẽ agrariam: qua ſi quis latius agrũ patefaceret, ut ijdem triumuiri iudicarent, qua publicus ager, qua priuatus eſſet. deinde cum minus agri eſſet, quam quod diuidi poſſet ſine offenſa etiã plebis; quoniam eos ad cupiditatem ampla modo ſperandi incitauerat, legem ſe promulgaturum oſtendit, ut ijs, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia, quae regis Attali fuiſſet, diuideretur. Heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus rex Pergami, Eumenis filius. Tot

An. 617.

indignita-

indignitatibus commotus grauiter ſenatus, ante omnes P.Mucius conſul, qui cum in ſena F
tu in Gracchum peroraſſet, raptus ab eo ad populum, delatuſq. plebi, rurſus in eum pro ro-
ſtris concionatus eſt. Cum iterum tribunus plebis creari uellet Gracchus, auctore P.Cor-
nelio Naſica in Capitolio ab optimatibus occiſus eſt, ictus primum fragmentis ſubſellio-
rum: & inter alios, qui in eadem ſeditione occiſi erant, inſepultus eſt in flumen proiectus.
Res praeterea in Sicilia uario euentu aduerſus fugitiuos geſtas continet.

LIBRI LIX

An.618. NVMANTINI fame coacti, ipſi ſe per uicem tradentes trucidauerunt. Captam urbẽ
Scipio Africanus deleuit, & de ea triumphauit, quartodecimo anno poſt Carthaginem de
letam. P.Rupilius conſul in Sicilia cum fugitiuis debellauit. Ariſtonicus regis Eumenis fi- G
An.619. lius, Aſiam occupauit: cum teſtamento Attali regis legata populo Romano libera eſſe de
beret. Aduerſus eum P.Licinius Craſſus conſul, cum idem pontifex maximus eſſet, quod
numquam antea factum erat, extra Italiam profectus, proelio uictus, & interẽptus eſt. M.
Perperna conſul uictum Ariſtonicum in deditionem accepit. Q.Pompeius, & Q.Metellus
An.620. tunc primum uterque ex plebe cenſores facti. Luſtrum a cenſoribus eſt conditum. cenſa
ſunt capita CCCLXIIX millia, DCCCXXIII, praeter pupillos & uiduas. Q. Metellus
cenſor cenſuit, ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum procreandorũ cauſſa. extat
oratio eius, quam Auguſtus Caeſar, cum de maritandis ordinibus ageret, uelut in haec tẽ-
pora ſcriptam in ſenatu recitauit. C. Atinius Labeo tribunus plebis Q. Metellum cenſo-
rem, a quo in ſenatu legendo praeteritus erat, de ſaxo deijci iuſſit: quod ne fieret, ceteri tri
buni plebis auxilio fuerunt. Cum Carbo tribunus plebis rogationem tuliſſet, ut eundem H
tribunum plebis, quoties uellet, creari liceret: rogationem eius P. Africanus grauiſſima
oratione diſſuaſit: in qua dixit Ti.Gracchum iure caeſum uideri. Gracchus contra ſuaſit ro
gationem: ſed Scipio tenuit. Bella inter Antiochum regem Syriae, & Phraatẽ Parthorum
regem geſta, nec magis quietae res Aegypti referũtur. Ptolemaeus Euergetes cognomina
tus, ob nimiã crudelitatem ſuis inuiſus, incenſa a populo regia, clam in Cyprum profugit.
& cum ſorori eius Cleopatrae, quã, filia eius uirgine per uim compreſſa, & in matrimoniũ
ducta, repudiauerat, regnum a populo datum eſſet, infenſus, filiũ, quem ex illa habebat, in
Cypro occidit: caputq. eius & manus & pedes matri miſit. Seditiones a triumuiris, Fuluio
Flacco, C. Graccho, & C. Carbone agro diuidũdo creatis excitatae. quibus cum P. Scipio
Africanus aduerſaretur, fortiſq. ac ualidus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubicu
lo inuentus eſt. Suſpecta fuit, tãquam uenenum ei dediſſet Sempronia uxor: hinc maxime, I
quod ſoror eſſet Gracchorum, cum quibus ſimultas Africano fuerat. de morte tamen eius
nulla quaeſtio acta. Defuncto eo ſeditiones triumuirales acrius exarſerũt. C.Sempronius
An.621. conſul contra Iapudas primo rem male geſſit, mox uictoria cladem acceptam emendauit,
uirtute D.Iunij Bruti, eius, qui Luſitaniam ſubegerat.

LIBRI LX

An.624. L. Aurelius COS. Sardos rebellantes ſubegit. Fuluius Flaccus primus omnium tranſal-
pinos Ligures bello domuit, miſſus in auxilium Maſſilienſib. aduerſus Saluios Gallos, qui
populabantur fines Maſſilienſium. L.Opimius praetor Fregellanos, qui defecerant, in dedi
tionem accepit: Fregellas diruit. Peſtilentia in Africa ab ingenti multitudine locuſtarũ, K
& deinde necatarum ſtrage fuiſſe traditur. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt
ciuium capita CCCXC millia, DCCXXXVI. C. Gracchus, Tiberij frater, tribunus pl.
eloquentior, quam frater, pernicioſas aliquas leges tulit: inter quas frumentariã, ut ſemiſ
ſe & triente frumentum plebi daretur: alteram legem agrariam, quam frater eius tulerat:
tertiam, qua equeſtrem ordinem, tunc cum ſenatu conſentientem corrũperet, ut ſexcenti
ex equitibus in curiam ſublegerentur: & quia illis temporibus CCC tantum ſenatores
erant, DC equites trecentis ſenatoribus admiſcerentur, ideſt, ut equeſter ordo bis tantum
uirium in ſenatu haberet. & continuato in alterum annum tribunatu, legibus agrarijs latis
effecit, ut cõplures coloniae in Italia deducerentur, & una in ſolo dirutae Carthaginis: quo

A ipſe triumuir creatus coloniam deduxit. Praeterea res a Q. Metello cõſule aduerſus Balea res geſtae continet, quas Graeci Gymneſias appellant, quia aeſtatẽ nudi exigant. Baleares a teli miſſu appellati, uel a Baleo Herculis comite ibi relicto tũc, cum Hercules ad Geryonem nauigaret. Motus quoque Syriae referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium uirũ ſuum, & Seleucum filium, indignata quod occiſo patre eius a ſe, iniuſſu ſuo diadema ſumpſiſſet, interemit. An. 627

LIBRI. LXI

C. SEXTIUS proconſul uicta Saluiorum gente, coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus, atque a nomine ſuo ita appellatas. Cn. Domitius proconſul contra Allobroges ad opidum Vindalium feliciter pugnauit. Quibus bellum inferendi cauſſa fuit, quod Teutomalium Saluiorum regem fugientẽ recepiſſent, & omni ope iuuiſſent: quodq. Aeduorum agros, ſociorũ populi Romani, uaſtauiſſent. C. Gracchus, ſeditioſo tribunatu acto, cum Auentinum quoque armata multitudine occupauiſſet, a L. Opimio conſule ex S. C. uocato ad arma populo, pulſus, interemptus eſt, & cum eo Fuluius Flaccus conſularis ſocius eiuſdẽ furoris. Q. Fabius Maximus conſul Paulli nepos, aduerſus Allobroges, & Bituitum Aruenorum regẽ feliciter pugnauit. Ex Bituiti exercitu caeſa millia hominum centum uiginti. & cum ipſe ad ſatisfaciẽdum ſenatui Romam profectus eſſet, Albae cuſtodiendus datus eſt, quia contra pacẽ uidebatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque eſt, ut Congentiatus filius eius comprehenſus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem accepti. L. Opimius accuſatus apud populum a Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos ciues in carcerem conieciſſet, abſolutus eſt.
B An. 629.

C

LIBRI. LXII

Q. MARCIUS Cos. Stoenos gentem Alpinam expugnauit. Micipſa Numidarum rex mortuus, regnum tribus filijs reliquit, Adherbali, Hiempſali, & Iugurthae fratris filio, quem adoptauerat. L. Caecilius Metellus Dalmatas ſubegit. Iugurtha Hiempſalẽ fratrem bello petijt, quem uictum interemit: Adherbalem regno expulit, qui a ſenatu reſtitutus eſt. L. Caecilius Metellus, Cn. Domitius Ahenobarbus cenſores duos & triginta ſenatu mouerunt. Praeterea motus Syriae regum continet. An. 631.

LIBRI. LXIII

D

C. PORCIUS conſul in Thracia male aduerſus Scordiſcos pugnauit. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt ciuium capita CCCXCIV millia, CCCXXXVI. Aemilia, Licinia, & Marcia uirgines Veſtales inceſti damnatae ſunt. idq. inceſtum quemadmodum commiſſum, deprehenſum & uindicatum ſit, refertur. Cimbri gens uaga populabundi in Illyricum uenerunt, ab ijs Papirius Carbo conſul cum exercitu fuſus eſt. Liuius Druſus conſul aduerſus Scordiſcos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnauit, magnumq. honorem tulit. An. 636. An. 637. An. 638.

LIBRI. LXIV

E

ADHERBAL bello petitus a Iugurtha, & in opido Cirta obſeſſus, contra denunciationem ſenatus ab eo occiſus eſt. Ob hoc ipſi Iugurthae bellum indictum: idq. Calpurnius Beſtia conſul gerere iuſſus, pacem cum Iugurtha iniuſſu populi & ſenatus fecit. Iugurtha fide publica euocatus ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum, quod multos pecunia in ſenatu corrupiſſe dicebatur, Romam uenit: & propter caedem admiſſam in regulum quemdam nomine Maſſiuam, qui regnum eius populo R. inuiſi appetebat, Romae interfectũ, cum periclitaretur, cauſſam capitis dicere iuſſus, clam profugit, & cedens urbe fertur dixiſſe, O urbem uenalem & cito perituram, ſi emptorem inuenerit. A. Poſtumius legatus infeliciter praelio aduerſus Iugurtham geſto pacem quoque adiecit ignominioſam, quam non eſſe ſeruandam ſenatus cenſuit. An. 639.

LIBRI . LXV F

An.641. Q. CAECILIVS Metellus conſul duobus proelijs Iugurtham fudit, totamq. Numidiam uaſtauit. M. Iunius Silanus conſul aduerſum Cimbros infeliciter pugnauit. legatis Cimbrorum ſedem & agros, in quibus conſiderent, poſtulantibus ſenatus negauit. M. Mi-
An.643. nucius proconſul contra Thracas proſpere pugnauit. L. Caſſius conſul a Tigurinis Gallis pago Heluetiorum, qui a ciuitate ſeceſſerāt, in finibus Allobrogum cū exercitu caeſus eſt. milites, qui ex clade ſuperauerant, obſidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt.

LIBRI . LXVI G

IVGVRTHA pulſus a C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi Maurorum regis adiutus eſt, & caeſis proelio Bocchi quoque copijs, nolēte Boccho bellum infeliciter ſuſceptū diutius ſuſtinere, uinctus ab eo & traditus Mario eſt: in qua re praecipua opera L. Cornelij Sullae quaeſtoris Marij fuit.

LIBRI . LXVII

M. AVRELIVS Scaurus legatus conſulis a Cimbris fuſo exercitu captus eſt: & cum in conſilium ab ijs euocatus deterreret eos ne alpes tranſirent Italiam petituri, eo quod di-
An.645. ceret Romanos uinci non poſſe, a Bolo rege feroci iuuene occiſus eſt. Ab ijſdem hoſtibus Cn. Mallius conſul & Q. Seruilius Caepio proconſul uicti proelio, caſtris quoque binis exſuti ſunt. octoginta millia militum occiſa, calonum ac lixarum quadraginta millia. Secū- H
dum populi Romani iuſſionem, Caepionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publica ſunt, primi poſt regem Tarquinium, imperiumq. ei abrogatum. In triumpho C. Marij ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filijs, & in carcere necatus eſt. Marius triumphali ueſte in ſenatum uenit, quod nemo ante eum fecerat: eiq. propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos conſulatus eſt. conſulatu ſecundo & tertio abſens conſul creatus, quartum conſulatum diſſimulanter captans conſecutus eſt. Cn. Domitius pontifex maximus populi ſuffragio creatus eſt. Cimbri, uaſtatis omnibus, quae inter Rhodanum & Pyrenaeum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi, ibiq. multa loca populati, a Celtiberis fugati ſunt: reuerſiq. in Galliā, bellicoſis ſe Teutonis cōiunxerunt.

LIBRI . LXIIX I

An.648. M. ANTONIVS praetor in Ciliciam maritimos praedones perſecutus eſt. C. Marius conſul ſumma ui oppugnata a Teutonis & Ambronibus caſtra defendit. duob. deinde proelijs circa Aquas Sextias eos hoſtes deleuit: in quibus caeſa traduntur hoſtium ducēta millia, capta nonaginta. Marius abſens quinctum conſul creatus eſt: triumphum oblatum, donec & Cimbros uinceret, diſtulit. Cimbri repulſo ab alpibus fugatoq. Q. Catulo proconſule, qui fauces alpium obſederat, & ad flumen Atheſim caſtellum editum inſederat, reliqueratq., cum uirtute ſua explicita fugientem proconſulem exercitumq. perſecuti, in Italiam trāſieciſſent, iunctis eiuſdē Catuli & C. Marij exercitibus, proelio uicti ſunt ab eis: in quo caeſa traduntur hoſtium cētum quadraginta millia, capta ſexaginta. Marius totius ciuitatis conſenſu exceptus, pro duobus triumphis, qui offerebantur, uno contentus fuit. K
Primores ciuitatis, qui aliquandiu ut nouo homini ad tantos honores euecto, inuiderāt, conſeruatam ab eo rempublicam fatebantur. Poblicius Malleolus matre interempta, primus omnium inſutus culleo in mare praecipitatus eſt. Ancilia cum ſtrepitu mota eſſe, antequam Cimbricum bellum conſummaretur, referuntur. Bella praeterea inter Syriae reges geſta continet.

LIBRI . LXIX

An.649. L. APPVLEIVS Saturninus, adiuuante C. Mario, & per milites occiſo A. Nonio competitore, tribunus plebis per uim creatus, non minus uiolenter tribunatum, quā petierat, geſſit.

A geſſit. et cum legem agrariam per uim tuliſſet, Metello Numidico, quod in eam nõ iuraue
rat, diẽ dixit. qui cum a bonis ciuibus defenderetur, ne cauſſa malorum certaminum eſſet,
in uoluntarium exſilium Rhodum profectus eſt: ibiq. legendo, & audiendis magnis uiris
uacabat. Profecto C. Marius ſeditionis auctor, qui ſextũ conſulatum per tribus ſparſa pe- An.650.
cunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Appuleius Saturninus tribunus pl. C. Mem-
mium candidatum cõſulatus, quem maxime aduerſarium actionibus ſuis timebat, intere-
mit. quibus rebus cõcitato quamplurimum ſenatu in eius cauſſam, & C. Marius homo mu
tabilis, & uarij conſilij ingenijq., qui ſemper ſecundam fortunam tranſierat, cum eum tue-
ri minime poſſet, oppreſſus armis cum Glaucia praetore, & alijs eiuſdẽ furoris ſocijs, a Ra-
birio quodam interfectus eſt. Q. Caecilius Metellus ab exſilio ingenti totius fauore ciuita
tis reductis eſt. M'. Aquillius proconſul in Sicilia bellum ſeruile concitatum confecit.

B

LIBRI. LXX

CVM M'. Aquillius de pecunijs repetundis cauſſam diceret, ipſe rogare iudices noluit.
M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam a pectore eius diſcidit, ut honeſtas cicatrices
oſtenderet: quibus conſpectis, indubitanter abſolutus eſt. Cicero eius rei ſolus auctor. T.
Didius proconſul aduerſum Celtiberos feliciter pugnauit. Ptolemaeus Cyrenarũ rex, cui
cognomen Apioni fuit, mortuus heredem populum Romanum reliquit: & eius regni ci-
uitates ſenatus liberas eſſe iuſſit. Ariobarzanes in regnum Cappadociae a L. Cornelio Sul
la reductus eſt. Parthorum legati a rege Arſace miſſi ad Sullam uenerunt, ut amicitiam a
populo Romano peterent. P. Rutilius uir ſummae innocentiae, qui legatus Q. Mucij procõ
C ſulis a publicanorum iniurijs Aſiam defenderat, inuiſus equeſtri ordini, penes quẽ iudicia
erant, repetundarum damnatus, in exſilium miſſus eſt. C. Geminius praetor cõtra Thracas
infeliciter pugnauit. Senatus cum impotentiã equeſtris ordinis in iudicijs exercendis fer-
re nollet, omni ui niti coepit, ut ad ſe iudicia transferrentur, ſuſtinente cauſſã eius M. Liuio
Druſo tribuno plebis: qui, ut uires ſibi acquireret, pernicioſa ſpe largitionis plebem conci
tauit. Praeterea motus Syriae regum continet.

LIBRI. LXXI

M. LIVIVS Druſus tribunus pl. ut maioribus uiribus ſenatus cauſſam ſuſceptam tue-
retur, ſocios, & Italicos populos ſpe ciuitatis Romanae ſollicitauit: ijſque adiuuantibus
D per uim legibus agrarijs frumentarijſq. latis, legem quoque iudicialem tulit, ut aequa par-
te iudicia penes ſenatum & equeſtrem ordinem eſſent. Cũ deinde promiſſa ſocijs ciuitas
praeſtari non poſſet, irati Italici defectionem coeperunt agitare. eorum coitus, coniuratio-
nes, orationeſq. in concilijs principum referuntur. propter quae Liuius Druſus etiam ſena
tui inuiſus factus, uelut ſocialis belli auctor, incertum a quo, domi occiſus.

LIBRI. LXXII

ITALICI populi defecerunt, Picentes, Veſtini, Marſi, Peligni, Marrucini, Lucani, Sa-
mnites: initio belli a Picentibus orto. Q. Seruilius proconſul in opido Aſculo cum omni-
bus ciuibus Romanis, qui in eo opido erant, occiſus eſt. ſaga populus ſumpſit. Ser. Galba
a Lucanis comprehenſus, unius feminae opera, ad quam diuertebatur, captiuitate exe-
E mptus eſt. Aeſernia & Alba coloniae ab Italicis obſeſſae ſunt. Auxilia deinde Latini nomi-
nis, externarumq. gentium miſſa populo Romano, & expeditiones inuicem, urbiumq. ex-
pugnationes referuntur.

LIBRI. LXXIII

L. IVLIVS CAESAR conſul male aduerſus Samnites pugnauit. Nola colonia in An.660.
poteſtatem Samnitium cum L. Poſtumio praetore uenit, qui ab ijs interẽptus eſt. Complu
res populi ad hoſtes defecerunt. Cum P. Rutilius conſul parum proſpere cõtra Marſos pu-
gnaſſet, & in proelio cecidiſſet, C. Marius legatus eius meliore euentu cum hoſtibus con-
flixit.

flixit.Ser.Sulpicius Pelignos proelio fudit.Q.Caepio legatus Rutilij,cum obſeſſus proſpere in hoſtes erupiſſet,& ob eum ſucceſſum aequatum ei cum C. Mario eſſet imperium,temerarius factus,& circũuentus inſidijs,fuſo exercitu cecidit. L.Caeſar conſul feliciter cõtra Samnites pugnauit.ob eam uictoriam Romae ſaga poſita ſunt.et ut uaria belli fortuna eſſet,Aeſernia colonia cum M.Marcello in poteſtatem Samnitum uenit. Sed & C.Marius proelio Marſos fudit,Hirno Aſinio praetore Marrucinorum occiſo.C.Caecilius in Gallia tranſalpina Saluios rebellantes uicit. F

LIBRI. LXXIV

CN. POMPEIVS Picentes proelio fudit,& obſedit. propter quam uictoriam Romae praetextae aliaq.magiſtratuum inſignia ſumpta ſunt. C.Marius cum Marſis dubio euentu pugnauit. Libertini tum primum militare coeperunt. A.Plotius legatus Vmbros, L.Porcius praetor Marſos,cum uterque populus defeciſſet,proelio uicerunt. Nicomedes in Bi- G
An.661 thyniae,Ariobarzanes in Cappadociae regna reducti ſunt. Cn. Pompeius conſul Marſos acie uicit.Cum aere alieno oppreſſa eſſet ciuitas,A.Sempronius Aſellio praetor,quoniam ſecundum debitores ius dicebat,ab ijs,qui fenerabantur,in foro occiſus eſt. Praeterea incurſiones Thracum in Macedoniam,populationeſq. continet.

LIBRI. LXXV

A. POSTVMIVS Albinus legatus cum claſſi praeeſſet,infamis crimine proditionis ab exercitu ſuo interfectus eſt. L.Cornelius Sylla legatus Samnites proelio uicit, & bina caſtra eorum expugnauit.Cn.Pompeius Veſtinos in deditioné accepit.L.Porcius conſul rebus proſpere geſtis fuſiſq. aliquoties Marſis, dum caſtra eorum expugnat, cecidit. Ea res hoſtibus uictoriam eius proelij dedit.Coſconius & Lucceius Samnites acie uicerunt.Marium Egnatium nobiliſſimum hoſtium ducem occiderunt, compluraque eorum opida in deditionem acceperunt. L.Sulla Hirpinos domuit,Samnites multis proelijs fudit,aliquot populos recepit: quantiſq. raro quiſquam alius ante conſulatum rebus geſtis, ad petitionem conſulatus Romam eſt profectus. H

LIBER. LXXVI

A. GABINIVS legatus, rebus aduerſum Lucanos proſpere geſtis, multis opidis expugnatis,in obſidione caſtrorum hoſtiliũ cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos caecidit, uniuerſamq.eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconſul Veſtinos & Pelignos in deditioné accepit. Marſi quoque a L. Murena & Caecilio Pio legatis aliquot proelijs fracti pacem petierunt. Aſculum a Cn. Pompeio captum eſt,caeſis & a Mamerco Aemilio legato Italicis. Silo Popedius dux Marſorum,auctor huius rei, proelio cecidit. Ariobarzanes Cappadociae,Nicomedes Bithyniae regno a Mithridate Ponti rege pulſi ſunt. Praeterea incurſiones Thracum in Macedoniam,populationeſq.continet. I

LIBRI. LXXVII

CVM P. Sulpicius tribunus plebis auctore C. Mario pernicioſas leges promulgaſſet, K
An.662. ut exſules reuocarentur,& noui ciues libertiniq.diſtribuerentur in tribus,& ut Marius aduerſus Mithridatem Ponti regem dux crearetur: & aduerſantibus conſulibus Q. Pompeio,& L.Sullae uim intuliſſet, occiſo Q. Pompeio conſulis filio,genero Syllae: L.Sulla conſul cum exercitu in urbem uenit,& aduerſus factioné Sulpicij & Marij in ipſa urbe pugnauit,eamq. expulit. ex qua duodecim a ſenatu hoſtes, inter quos C,Marius pater & filius, iudicati ſunt.P.Sulpicius,cum in quadam uilla lateret,indicio ſerui ſui retractus & occiſus eſt.ſeruus,ut praemiũ promiſſum indicij haberet,manumiſſus eſt,& ob ſcelus domini proditi de ſaxo deiectus eſt.C.Marius filius in Africã traiecit. C.Marius pater cum in paludibus Minturnenſium lateret, extractus eſt ab opidanis. & cum ad occidendum eum miſ-

ſus

A ſus ſeruus natione Gallus maieſtate tanti uiri perterritus receſſiſſet, impoſitus publice in
nauim delatus eſt in Africam. L. Sulla ciuitatis ſtatũ ordinauit: exinde colonias deduxit.
Q. Pompeius conſul ad accipiendum a Cn. Pompeio proconſule exercitum profectus, con
ſilio eius occiſus eſt. Mithridates Ponti rex Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulſo
Aquillio legato, Phrygiam prouinciam populi Romani cum ingenti exercitu intrauit.

LIBRI LXXIIX

MITHRIDATES Aſiam occupauit: Q. Oppium proconſulem, item Aquillium lega-
tum in uincula coniecit: iuſſuq. eius quidquid ciuium Romanorum in Aſia fuit, uno die
B trucidatum eſt. urbẽ Rhodum, quae ſola in fide permanſerat, oppugnauit: & aliquot proe
lijs naualibus uictus receſſit. Archelaus praefectus regis in Graeciam cum exercitu uenit,
Athenas occupauit. Praeterea trepidationem urbium, inſularumq., alijs ad populum Ro-
manum ciuitates ſuas trahentibus, continet.

LIBRI. LXXIX

L. Cornelius Cinna cum pernicioſas leges per uim, atque arma ferret, pulſus urbe a
Cn. Octauio collega cum VI tribunis pl. imperioq. abrogato, corruptum Ap. Claudij exer An. 663
citum in poteſtatem ſuam redegit, & bellum urbi intulit, accerſito C. Mario, cum aliis ex-
ſulibus ex Africa. in quo bello duo fratres, alter ex Põpeij exercitu, alter ex Cinnae, igno-
C rantes concurrerunt. et cum uictor ſpoliaret occiſum, agnito fratre, ingenti lamentatione
edita, rogo ei exſtructo, ipſe ſupra rogum ſe transfodit, & eodem igni conſumptus eſt. Et
cum opprimi inter initia potuiſſet, Cn. Pompeij fraude, qui utramque partem fouendo, ui
res Cinnae dedit, nec niſi profligatis optimatium rebus auxilium tulit, & conſulis ſegnitie
confirmati Cinna & Marius, quattuor exercitibus, quorum duo Q. Sertorio & Carboni da
ti ſunt, urbem circumſederũt. Oſtiam coloniam Marius expugnauit, & crudeliter diripuit.

LIBRI. LXXX

ITALICIS populis a ſenatu ciuitas data eſt. Samnites, qui ſoli arma retinebãt, Cinnae
& Mario ſe coniunxerunt. ab ijs Plautius cum exercitu caeſus eſt. Cinna & Marius cũ Car
D bone & Sertorio Ianiculum occupauerunt, & fugati ab Octauio conſule receſſerunt. Ma-
rius Antium, & Ariciam, & Lauiniũ colonias deuaſtauit. Cum nulla ſpes eſſet optimatib.
reſiſtendi propter ſegnitiem & perfidiam & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare
nolebant, aut ad diuerſas partes tranſibant: Cinna & Marius in urbẽ recepti ſunt. qui uel-
ut captam eam caedibus & rapinis uaſtarunt, Cn. Octauio conſule occiſo, & omnibus ad-
uerſae partis nobilibus trucidatis, inter quos C. Antonio, eloquentiſſimo uiro, L. & C. Cae
ſare, quorum capita in roſtris poſita ſunt. Craſſus filius ab equitibus Fimbriae interẽptus.
pater Craſſus, ne quid indignum uirtute ſua pateretur, gladio ſe transfixit. Et citra ulla co-
mitia conſules in ſequentem annum ſeipſos renunciauerunt. Eodemq. die, quo magiſtra-
tum inierãt: Marius Sex. Licinium ſenatorẽ de ſaxo deijci iuſſit, editiſq. multis ſceleribus, An. 664
Idibus Ianuarijs deceſſit: uir, cuius ſi examinentur cum uirtutibus uitia, haud facile ſit di-
E ctu utrum bello melior, an pace pernicioſior fuerit. adeo quam rempublicam armatus ſer-
uauit, eam primo togatus omni genere fraudis, poſtremo armis hoſtiliter euertit.

LIBRI. LXXXI

L. SULLA Athenas, quas Archelaus praefectus Mithridatis occuparat, circumſedit, &
cum maximo labore pugnauit: urbi libertatem, & ciuibus quae habuerant, reddidit. Ma-
gneſia, quae ſola in Aſia ciuitas in fide manſerat, ſumma uirtute aduerſus Mithridatem de-
fenſa eſt. Praeterea tranſitus Thracum in Macedoniam continet.

Ddd LIBRI

LIBRI. LXXXII F

SVLLA copias regis, quae Macedonia occupata in Theſſaliã uenerãt, proelio uicit, cae
An.664 ſis hoſtium centum millibus, & caſtris quoque expugnatis. renouato deinde bello, iterũ exercitum eius fudit, ac deleuit. Archelaus cum claſſe regia Syllae ſe tradidit. L. Valerius Flaccus conſul collega Cinnae miſſus, ut Syllae ſuccederet, propter auaritiã inuiſus exercitui ſuo, a C. Fimbria legato ipſius, ultimae audaciae homine, occiſus eſt: & imperium ad Fimbriam translatum. Praeterea expugnatae in Aſia urbes a Mithridate, & crudeliter direpta prouincia, incurſioneſq. Thracum in Macedoniam referuntur.

LIBRI. LXXXIII G

C. FIMBRIA in Aſia fuſis proelio aliquot copijs Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obſeſſumq. regem non abfuit multum quin caperet. urbem Ilion, quae ſe poteſtati Syllae reſeruabat, expugnauit ac deleuit, & magnam partem Aſiae recepit. Sylla multis
An.665 proelijs Thracas cecidit. Cum L. Cinna, & Cn. Papirius Carbo a ſe ipſis conſules per biennium creati bellum contra Syllam pararent: effectum eſt per L. Valerium Flaccum principem ſenatus, qui orationem in ſenatu habuit, & per eos, qui concordiae ſtudebant, ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu ſuo, quem inuitum cogebat naues conſcẽdere, & aduerſus Syllam proficiſci, interemptus eſt. conſulatum Carbo ſolus geſſit. Sylla cum in Aſiam tranſieciſſet, pacem cum Mithridate fecit, ita, ut is cederet prouincijs, Aſia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria deſertus ab exercitu, qui ad Syllam tranſierat, ipſe ſe percuſſit; impetrauitq. de ſeruo ſuo praebens ceruicem, ut ſe interficeret. H

LIBRI. LXXXIV

SYLLA legatis, qui a ſenatu miſſi erant, futurum ſe in poteſtate ſenatus reſpondit, ſi ciues, qui a Cinna pulſi ad ſe confugerant, reſtituerentur. quae condicio cum iuſta ſenatui uideretur, per Carbonem, factionemq. eius, cui bellum uidebatur utilius, ne conueniret, effectum eſt. Idem Carbo, cum ab omnibus opidis Italiae colonijſq. obſides exigere uellet, ut fidem illorum contra Syllam obligaret, conſenſu ſenatus prohibitus eſt. Nouis ciuibus S. C. ſuffragium datum eſt. Q. Metellus Pius qui partes optimatium ſecutus erat, cum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio praetore pulſus eſt: ſenatuſq. conſultum per factionem Carbonis & Marianarum partium factum eſt, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. libertini in quinque & triginta tribus diſtributi ſunt. Praeterea belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur, continet. I

LIBRI. LXXXV

An.667. SYLLA in Italiam cum exercitu tranſiecit: miſſiſq. legatis qui de pace agerent, & ab cõſule C. Norbano uiolatis, eundem Norbanum proelio uicit. Et cum L. Scipionis alterius cõſulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem iungeret, nec potuerat, caſtra oppugnaturus eſſet, uniuerſus exercitus conſulis ſollicitatus per emiſſos a Sylla milites, ſigna ad Syllam tranſtulit: Scipio, cum interimi poſſet, dimiſſus eſt. Cn. Pompeius, Cn. F. eius, qui Aſculum ceperat, conſcripto uoluntariorum exercitu cum tribus legionibus ad Syllam uenerat, ad quem ſe nobilitas omnis conferebat, ita, ut deſerta urbe ad caſtra ueniretur. Praeterea expeditiones per uniuerſam Italiam utriuſque partis ducum referuntur. K

LIBRI. LXXXVI

An.668. CVM C. Marius, C. Marij filius, conſul ante annos uiginti per uim creatus eſſet, C. Fabius in Africa propter crudelitatem, & auaritiam in praetorio ſuo uiuus exuſtus eſt. L. Philippus legatus Sullae Sardiniam, Q. Antonio praetore pulſo & occiſo, occupauit. Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab ijs uelut erepturus ciuitatem, & ſuffragij

A fragij ius nuper datum, foedus percuſſit. idemq. ex fiducia iam certae uictoriae litigatores, a quibus adibatur, uadimonium Romam differre iuſſit. Cum a parte diuerſa urbs adhuc teneretur, L. Damaſippus praetor ex uoluntate C. Marij conſulis, cum ſenatum cótraxiſſet, omnem quae in urbe erat nobilitatem trucidauit. ex cuius numero Q. Mucius Scaeuola pontifex maximus fugiens in ueſtibulo aedis Veſtae occiſus eſt. Praeterea bellum a L. Murena aduerſus Mithridatem in Aſia renouatum continet.

LIBRI. LXXXVII

SYLLA C. Marium, exercitu eius fuſo deletoq. ad Sacriportum, in opido Praeneſte obſedit: urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere tentantem re-B pulit. Praeterea res a legatis eius eadem ubique fortuna partium geſtas continet.

LIBRI. LXXxIIX

SYLLA Carbonem, exercitu eius ad Cluſium, ad Fauentiam, Fidentiamq. caeſo, Italia expulit: cum Samnitibus, qui ſoli Italicorum populorum nondum arma depoſuerát, iuxta urbem Romam ante portam Collinam debellauit: recuperataq. Rep. pulcherrimam uictoriam crudelitate, quanta in nullo homine umquam fuit, inquinauit. Octo millia deditorum in uilla publica trucidauit: tabulam proſcriptionis poſuit: urbem & uniuerſam Italiam caedibus repleuit: inter quos omnes Praeneſtinos inermes concidi iuſſit. Marium ſenatorij ordinis uirum cruribus brachiiſq. fractis, auribus praeſectis, & effoſſis oculis neca-C uit. C. Marius Praeneſte obſeſſus a Lucretio Offella Syllanarum partium uiro, cum per cuniculum captaret euadere, ſaeptus ab exercitu, cum ſentiret ſe euadere non poſſe, cũ Pontio Teleſino fugae comite ſtricto utrimque gladio concurrit. quem cum occidiſſet, ipſe ſaucius a ſeruo impetrauit ut ſe occideret.

LIBRI. LXXXIX

M. BRVTVS a Cn. Papirio Carbone, qui Coſſuram appulerat, miſſus naue piſcatoria Lilybaeum, ut exploraret an ibi Pompeius eſſet, & circumuentus a nauibus, quas Pompeius miſerat, in ſe mucrone uerſo, ad tranſtrum nauis obnixus corporis pondere occubuit. Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a ſenatu miſſus, Cn. Carbonem, qui flens muliebriter D mortem tulit, captum occidit. Sylla dictator factus, quod nemo umquam fecerat, cũ faſcibus uigintiquattuor proceſſit: rebus nouis reip. ſtatum confirmauit: tribunorũ plebis poteſtatem minuit: & omne ius legum ferendarum ademit: pontificum augurumq. collegium ampliauit, ut eſſent quindecim: ſenatum ex equeſtri ordine ſuppleuit: proſcriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit, & bona eorum uendidit. ex quibus primo multa rapuit. redactum eſt ſeſtertium ter millies quingenties. Q. Lucretium Offellam conſulatum contra uoluntatem ſuam petere auſum, iuſſit interimi in foro: & cũ indigne ferret populus Romanus, concione uocata ſe iuſſiſſe dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proſcriptum, & Hiarbam regem Numidarum bellum molientes, uictos interemit: & I V & x x annos natus adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphauit. C. Norbanus conſularis proſcriptus in urbe Rhodo, cum comprehenderetur, ipſe E ſe interemit. Mutilus ex proſcriptis unus clam capite adoperto, ad poſticias aedes Baſtiae uxoris cum acceſſiſſet, admiſſus non eſt, quia illum proſcriptum diceret. itaque ſe transfodit, & ſanguine ſuo fores uxoris reſperſit. Sylla Nolam in Samnio recepit. XLVII legiones in agros captos deduxit, & eos ijs diuiſit. Volaterras, quod opidum adhuc in armis erat, obſeſſum in deditionem accepit. Mitylenae quoque in Aſia, quae ſola urbs poſt uictũ Mithridatem arma retinebat, expugnatae, dirutaeq. ſunt.

LIBRI. XC

SVLLA deceſſit, honosque ei a ſenatu habitus eſt, ut in campo Martio ſepeliretur. M. Lepidus, cum acta Syllae tentaret reſcindere, bellum excitauit: & a Q. Catulo An. 672.

collega Italia pulſus eſt,& in Sardinia fruſtra bellum molitus,perijt. M.Brutus,qui Ciſalpinam Galliam tenebat,a Cn.Pompeio occiſus eſt. Q.Sertorius proſcriptus in ulteriore Hiſpania ingens bellum excitauit. L. Manilius proconſul, & L.Domitius legatus ab Herculeio quaeſtore proelio uicti ſunt.Praeterea a P.Seruilio proconſule aduerſus Cilicas res geſtas continet. F

LIBRI. XCI

Cn. Pompeius cum adhuc eques ter eſſet, cum imperio conſulari aduerſus Sertorium miſſus eſt.Sertorius aliquot urbes expugnauit,plurimaſq. ciuitates in poteſtatẽ ſuam redegit. Ap.Claudius proconſul Thracas pluribus proelijs uicit.Q.Metellus proconſul L.Herculeium quaeſtorem Sertorij omni cum exercitu caecidit.

G

LIBRI. XCII

Cn. Pompeius adhuc dubio euentu cum Sertorio pugnauit, ita ut ſingula ex utraque parte cornua uicerint.Q.Metellus Sertorium,& Perpernam cum duobus exercitibus proelio fudit.cuius uictoriae partem cupiens ferre Pompeius,parum proſpere pugnauit.obſeſſus deinde Calagurij Sertorius aſſiduis eruptionibus non leuiora damna obſidentibus intulit.Praeterea a Curione procõſule in Thracia res geſtas aduerſus Dardanos,& Q.Sertorij multa crudelia in ſuos facta continet,qui ex amicis,& ſecum proſcriptis crimine proditionis inſimulatos interemit.

LIBRI. XCIII H

P.SERVILIVS proconſul in Cilicia Iſauros domuit,& aliquot urbes piratarum expugnauit. Nicomedes Bithyniae rex moriens populum Romanum fecit heredem : regnũq. eius in prouinciae formam redactum eſt.Mithridates foedere cum Sertorio icto,bellũ populo Romano intulit.Apparatus deinde regiarum copiarum pedeſtrium naualiumq.,& occupata Bithynia. M.Aurelius Cotta cõſul ad Chalcedonem proelio a rege uictus eſt.reſq. a Pompeio & Metello contra Sertorium geſtas continet,qui omnibus belli militiaeq. artibus par fuit. quos etiam ab obſidione Calagurij oppidi depulſos coegit diuerſas regiones petere,Metellum ulteriorem Hiſpaniam,Pompeium Galliam.

An.676.

LIBRI. XCIV I

L.LVCVLLVS conſul aduerſus Mithridatem equeſtrib. proelijs feliciter pugnauit; & expeditiones aliquot proſperas fecit, poſcenteſque pugnam milites a ſeditione inhibuit, Deiotarus Gallograeciae tetrarches praefectos Mithridatis bellum in Phrygia mouentes caecidit.Praeterea res a Pompeio in Hiſpania contra Sertorium proſpere geſtas continet.

LIBRI. XCV

C.CVRIO proconſul Dardanos in Thracia domuit. Quattuor & ſeptuaginta gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt: & congregata ſeruorum ex ergaſtulis multitudine,Crixo & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum,& P. Vatiniũ praetorem proelio uicerunt.L.Lucullus proconſul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroq.deleuit,pulſumq.a Bithynia regem uarijs belli ac naufragiorum caſibus fractum coegit in Pontum profugere. K

LIBRI. XCVI

An.678. Q. ARRIVS praetor Crixum fugitiuorum ducem, cum uiginti millibus hominum caecidit. Cn. Lentulus conſul male aduerſus Spartacum pugnauit. Ab eodem L. Gellius cos. & Q. Arrius praetor acie uicti ſunt. Sertorius M. Antonio & M.

Perperna,

A Perperna, & alijs coniuratis in conuiuio interfectus eſt, octauo ducatus ſui anno, magnus dux, & aduerſus duos imperatores Pompeium & Metellũ ſaepe par, uel frequẽtius uictor, ad ultimum deſertus & proditus. Imperium partium ad Marcum translatum eſt: quem Cn. Pompeius uictum captumq. interemit, ac recepit Hiſpanias decimo fere anno, quam coeptum erat bellum. C. Caſſius proconſul, Cn. Manlius praetor male aduerſus Spartacum pugnauerunt, idq. bellum M. Craſſo praetori mandatum eſt.

LIBRI. XCVII

M. CRASSVS praetor primum cum parte fugitiuorum, quae ex Gallis Germaniſq. conſtabat, feliciter pugnauit, caeſis hoſtium XXXV millibus, & duce eorũ Granico. Cum Spar-
B taco deinde bellauit, caeſis cũ ipſo millibus quadraginta. M. Antonius praetor bellũ aduerſus Cretenſes parum proſpere geſtum morte ſua finiuit. M. Lucullus procõſul Thracas ſubegit. L. Lucullus in Ponto aduerſus Mithridatem feliciter pugnauit, caeſis hoſtiũ amplius quam ſexaginta millibus. M. Craſſus, & Cn. Pompeius cos. facti, ut Craſſus ex praetura, ſic An. 68c
Pompeius antequam quaeſturam gereret, ex equite Romano, tribuniciam poteſtatẽ reſtituerunt. Iudicia quoque per L. Aurelium Cottam praetorem ad equites Romanos tranſlata ſunt. Mithridates deſperatione rerum ſuarum coactus, ad Tigranem Armeniae regem confugit.

LIBRI. XCIIX

C MACHARES filius Mithridatis, Boſpori rex, a L. Lucullo in amicitiã receptus eſt. Cn. Lentulus, & L. Gellius cenſores aſperã cenſurã egerunt: quattuor & ſexaginta ſenatu motis. a quibus luſtro condito cenſa ſunt ciuium capita C D L millia. L. Metellus praetor in Sicilia aduerſum piratas proſpere rem geſſit. Templum Iouis in Capitolio, quod incẽdio conſumptum, ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum eſt. L. Lucullus in Armenia Mithridatem & Tigranẽ, & immenſas utriuſque regis copias pluribus proelijs fudit. Q. Metellus proconſul, bello ſibi aduerſum Cretenſes mandato, Cydoniam urbẽ obſedit. C. Triarius legatus Luculli aduerſus Mithridatem parum proſpere pugnauit. Lucullum, ne perſequeretur Mithridatem ac Tigranem, ſummamq. uictoriae imponeret, ſeditio militum tenuit, qui ſequi nolebant, ideſt legiones Valerianae, quae impleta a ſe ſtipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

D

LIBRI. XCIX

Q. METELLVS proconſul Cnoſcon, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas ciuitates expugnauit. L. Roſcius tribunus plebis legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quattuordecim gradus proximi aſſignarentur. Cn. Pompeius lege ad populum lata perſequi piratas iuſſus, qui commercium annonae intercluſerant, intra quadrageſimũ diẽ toto mari eos expulit, belloq. cum ijs in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis, agros & urbes dedit. Praeterea res geſtas a Q. Metello aduerſus Cretenſes continet: & epiſtolas Metelli & Cn. Pompeij inuicem miſſas. queritur Metellus gloriam rerum a ſe geſtarum a Pompeio ſublatam praeteriri, qui in Cretam miſerit legatum ſuum ad accipiendas urbiũ
E deditiones. Pompeius rationem reddit hoc ſe facere debuiſſe.

LIBRI. C

C. MANILIVS tribunus plebis indignatione maxima nobilitatis legem tulit, ut Pompeio bellum Mithridaticum mandaretur. Concio eius bona. Q. Metellus perdomitis Cretenſibus, liberae in id tempus inſulae leges dedit. Cn. Pompeius ad gerendum bellũ aduerſus Mithridatẽ profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiã renouauit: equeſtri proelio Mithridatem uicit. Praeterea bellum inter Phraatem regem, & Tigranem Armeniorum, ac deinde inter filium Tigranem patremq. geſtum continet.

F

LIBRI. CI

CN. POMPEIVS Mithridatem nocturno proelio uictum coegit Boſporon profugere: Tigranem in deditionem accepit, eiq. ademptis Syria, Phoenice, & Cilicia, regnum Armeniae reſtituit. Coniuratio eorum, qui in petitione conſulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis conſulibus oppreſſa eſt. Cn. Pompeius cum Mithridatem perſequeretur, in ultimas ignotaſq. gentes penetrauit: Iberos, Albanoſque, qui tranſitum nō dabant, proelio uicit. Praeterea tugam Mithridatis per Colchos, Heniochoſque, & res ab eo in Boſporo geſtas continet.

LIBRI. CII G

CN. POMPEIVS in prouinciae formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit. ab eo Mithridates obſeſſus in regia, cum ueneno ſumpto parum profeciſſet ad mortē: a milite Gallo, nomine Bitoeto, a quo adiuuaret ſe petierat, interfectus eſt. Cn. Pompeius Iudaeos ſubegit. fanum eorum Hieroſolyma inuiolatum ante id tempus, cepit. L. Catilina bis repulſam in petitione conſulatus paſſus, cum Lētulo praetore & Cethego & pluribus alijs coniurauit de caede conſulum & ſenatus, incendijs urbis, & opprimenda republica: exercitu quoque in Etruria comparato. Ea coniuratio induſtria M. Tullij Ciceronis eruta eſt. Catilina urbe pulſo, de reliquis coniuratis ſumptum ſupplicium eſt.

LIBRI. CIII H

CATILINA a C. Antonio proconſule cum exercitu caeſus eſt. P. Clodius accuſatus, quod in mulieris habitu in ſacrarium, in quod uirum intrare nefas eſt, intraſſet: cumq. uxorem Maximi pontificis ſtuprauiſſet, abſolutus. Cn. Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane & Tigranis filio triumphauit: Magnuſq a tota concione conſalutatus eſt. C. Pontinius praetor Allobroges, qui rebellauerant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem tranſijt. C. Caeſar Luſitanos ſubegit: eoq. conſulatus candidato, & captante rempublicam inuadere, conſpiratio inter tres principes ciuitatis facta eſt, Cn. Pompeium, M. Craſſum, & C. Cae
An. 691 ſarem. Leges agrariae a Caeſare conſule cum maxima contentione, inuito ſenatu & altero conſule M. Bibulo, latae ſunt. C. Antonius proconſul in Thracia parum proſpere rē geſſit. M. Cicero lege a P. Clodio tribuno plebis lata, quod indemnatos ciues necauiſſet, in exilium miſſus eſt. Caeſar in prouinciam Galliā profectus, Heluetios, gentem uagam, domuit: quae ſedem quaerens per prouinciā Caeſaris Narbonem iter facere uolebat. Praeterea ſitum Galliarum continet. I

LIBRI. CIV

PRIMA pars libri ſitum Germaniae moreſque continet. C. Caeſar contra Germanos, qui Ariouiſto duce in Galliam deſcenderant, cum exercitum duceret, rogatus ab Aeduis, & Sequanis, quorum ager poſſidebatur: trepidationem militum propter metum nouorum hoſtium ortam, allocutione exercitus inhibuit, & uictos proelio Germanos Gallia omni expulit. M. Cicero, Pompeio inter alios orante, & T. Annio Milone tribuno pleb. agente ingenti gaudio ſenatus, ac uniuerſae Italiae, ab exſilio reductus eſt. Cn. Pompeio per quinquennium annonae cura mandata eſt. Caeſar Ambianos, Sueſſiones, Viromanduos, Atrebates Belgarum populos, quorum ingens multitudo erat, proelio uictos in deditionem accepit: ac deinde contra Neruios unam harum ciuitatum cum maximo diſcrimine pugnauit, eamque gentem deleuit, quae bellum geſſit donec ex ſexaginta millibus armatorum trecenti ſupereſſent, ex nonaginta quinque ſenatoribus tres tantummodo euaderent. Lege lata de redigenda in prouinciae formam Cypro, & publicanda pecunia regia, M. Catoni adminiſtratio eius rei mandata eſt. Ptolemaeus Aegypti rex ob iniurias, quas patiebatur a ſuis Ro- K

mam

A mam uenit. C. Caeſar gentem oceano iunctam, Venetos, nauali proelio uicit. Praeterea a legatis eius eadem fortuna res geſtas continet.

LIBRI. CV

CVM C. Catonis tribuni pl. interceſſionibus comitia tollerentur, ſenatus ueſtem mutauit. M. Cato in petitione praeturae, praelato Vatinio repulſam tulit. idem cum legem impediret, qua prouinciae conſulibus in quinquennium, Pompeio Hiſpaniae, Craſſo Syria & Parthicum bellum, Caeſari Gallia & Germania dabantur, a C. Trebonio tribuno pl. legis auctore in uincula ductus eſt. A. Gabinius proconſul Ptolemaeum reduxit in regnum Aegypti eiecto Archelao, quem ſibi regem adſciuerant. Caeſar, uictis Germanis, & in Gallia caeſis, Rhenum tranſſcendit, & proximam partem Germaniae domuit, ac deinde oceano in Britanniã primum parum proſpere tẽpeſtatibus aduerſis trãiecit: iterũ parum felicius, maximaq. hominum multitudine caeſa, aliquam partem inſulae in poteſtatem redegit. An. 695.

B

LIBRI. CVI

IVLIA Caeſaris filia, Pompeij uxor, deceſſit, honoſq. maximus ei a populo habitus eſt, ut in campo Martio ſepeliretur. Gallorum aliquot populi Ambiorige duce Eburonum defecerunt: a quibus Cotta & Titurius legati Caeſaris inſidijs circumuenti, cum exercitu, cui praeerant, caeſi ſunt. & cum aliarum quoque legionũ caſtra oppugnata maximo labore defenſa eſſent, interq. eos, qui in Neruijs praeerat, Q. Cicero, ab ipſo Caeſare hoſtes proelio fuſi ſunt. M. Craſſus bellum Parthis illaturus, Euphratem fluuium trãſiuit. uictuſq proelio, in quo & filius eius cecidit, cum reliquias exercitus in collem recepiſſet, euocatus in colloquium ab hoſtibus, ut de pace acturis, quorum dux erat Surenas, comprehenſus, & nequid uiuus pateretur, repugnans interemptus eſt.

C

LIBRI. CVII

C. CAESAR Treuiris in Gallia uictis, iterum in Germaniam tranſit: nulloq. ibi inuento hoſte, reuerſus in Galliam, Eburones, & alias ciuitates, quae conſpirauerant, uicit, & regem Ambiorigem in fuga perſecutus. P. Clodij a T. Annio Milone, candidato conſulatus, in Appia uia ad Bouillas occiſi corpus plebs in curia cremauit. Cum ſeditiones inter cãdidatos conſulatus, Hypſaeum, Scipionem, & Milonem eſſent, qui armis ac ui cõtendebant: ad comprimendas eas Cn. Pompeius legatus a ſenatu conſul tertium factus eſt abſens, & ſolus, quod nulli alij umquam. Quaeſtione decreta de morte P. Clodij, Milo iudicio dãnatus in exſiliũ actus eſt. Lex lata eſt, ut ratio abſentis Caeſaris in petitione conſulatus haberetur, inuito & cõtradicẽte M. Catone. Praeterea res geſtas a C. Caeſare aduerſum Gallos, qui prope uniuerſi Vercingentorige Aruerno duce defecerunt, & laborioſas obſidiones urbium continet: inter quas Auarici Biturigum, Gergouiae Aruernorum. An. 698

D

LIBRI. CIIX

C. CAESAR Gallos ad Alexiã uicit, omneſq. Galliae ciuitates, quae in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Caſſius quaeſtor M. Craſſi, Parthos, qui in Syriã tranſſcenderãt, cecidit. In petitione conſulatus M. Cato repulſam tulit: creatis conſulibus Ser. Sulpicio, & M. Marcello. C. Caeſar Bellouacos, cum alijs Gallorum populis domuit. Praeterea cõtentiones inter conſules de ſucceſſore C. Caeſari mittendo, agente in ſenatu M. Marcello cõſule, ut Caeſar ad petitionem conſulatus ueniret, cum is, lege lata in id tempus conſulatus prouincias obtinere deberet: reſq. a M. Bibulo geſtas in Syria continet. An. 699

E

LIBRI. CIX

CAVSSAE ciuilium armorum, & initia referuntur: contentioneſque de ſucceſſo-

re C.Caeſari mittendo, cum ſe dimiſſurum exercitus negaret, niſi a Pompeio dimitterentur. & C.Curionis tribuni pl. primum aduerſus Caeſarem, deinde pro Caeſare actiones cõtinet. Cum S.C. factum eſſet, ut ſucceſſor Caeſari mitteretur: M.Antonio & Q.Caſſio tribunis plebis, quoniam interceſſionibus id S.C. impediebant, urbe pulſis, mandatum a ſenatu cõſulibus & Cn. Pompeio, ut uiderent nequid reſp. detrimenti caperet. C.Caeſar bello inimicos perſecuturus, cum exercitu in Italiam uenit: Corfinium cum L. Domitio & L. Lentulo cepit, eoſq. dimiſit: Cn.Pompeium, ceteroſq. partium eius Italia expulit. F

LIBRI. CX

C.CAESAR Maſſiliam, quae portas ipſi clauſerat, obſedit: relictis in obſidione urbis eius legatis C.Trebonio & D.Bruto, profectus in Hiſpaniam, L.Afraniũ & M.Petreium legatos Cn.Pompeij cum ſeptem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omneſq. incolumes dimiſit: Varrone quoque legato Pompeij cum exercitu in poteſtatem ſuam redacto. Gaditanis ciuitatem dedit. Maſſilienſes duobus naualibus proeliis uicti, poſt longam obſidionem poteſtati Caeſaris ſe permiſerunt. C.Antonius legatus Caeſaris male contra Pompeianos in Illyrico rebus geſtis captus eſt. in quo bello Opitergini tranſpadani Caeſaris auxiliares rate ſua ab hoſtilibus nauibus clauſa, potius quam in poteſtatem hoſtiũ uenirent, inter ſe concurrentes occubuerunt. C.Curio legatus Caeſaris in Africa, cum proſpere aduerſus Pompeianarum partium ducem Varum pugnaſſet, a Iuba rege Mauritaniae cũ exercitu caeſus eſt. C.Caeſar in Graeciam tranſiecit. G

LIBRI. CXI H

M. COELIVS Rufus praetor cum ſeditiones in urbe concitaret, nouarum tabularum ſpe plebe ſollicitata, abrogato magiſtratu pulſus urbe, Miloni exſuli, qui fugitiuorũ exercitum contraxerat, ſe coniunxit. uterque cum bellum molirentur, interempti ſunt. Cleopatra Aegypti regina a Ptolemaeo fratre regno pulſa eſt. propter Q.Caſſij praetoris auaritiam crudelitatemq. Cordubenſes in Hiſpania cum duabus Varianis legionibus a partibus Caeſaris deſciuerunt. Cn.Pompeius ad Dyrrhachium obſeſſus a Caeſare, & praeſidijs eius cum magna clade diuerſae partis expugnatis, obſidione liberatus, translato in Theſſaliam bello, apud Pharſaliam acie uictus eſt. Cicero in caſtris remanſit, uir nihil minus quam ad bella natus. omnibuſque aduerſarum partium, qui ſe poteſtati uictoris permiſerunt, Caeſar ignouit. I

LIBRI. CXII

TREPIDATIO uictarum partium per diuerſas orbis terrarum partes & fuga referuntur. Cn. Pompeius cum Aegyptum petiſſet, iuſſu Ptolemaei regis pupilli, auctore Theodoto praeceptore, cuius apud regem maxima erat auctoritas, & Photino, occiſus eſt ab Achilla, cui delegatum id facinus erat, in nauicula, antequam in terram exiret. Cornelia uxor, & Sex. Pompeius filius in Cyprum refugerunt. Caeſar poſt tertium diem inſecutus, cum ei Theodotus caput Pompeij & anulum obtuliſſet, infenſus eſt, & illacrymauit. ſine periculo Alexandriam tumultuantem intrauit. Caeſar dictator creatus Cleopatram in regnum Aegypti reduxit, & inferentem bellum iiſdem auctoribus Ptolemaeum, quibus Põpeium interfecerat, cum maximo ſuo diſcrimine uicit. Ptolemaeus dum fugit, in Nilo nauicula ſubſedit. Praeterea laborioſum M.Catonis in Africa per deſerta cum legionibus iter: & bellum a Cn. Domitio contra Pharnacem parum proſpere geſtum continet. K

LIBRI. CXIII

CONFIRMATIS in Africa Pompeianis partibus, earum imperium P. Scipioni delatum eſt, Catone, cui ex aequo deferebatur, cedente. Et cum de diruenda urbe Vtica propter fauorem ciuitatis eius in Caeſarem deliberaretur, idq. ne fieret M.Cato tenuiſſet: Iuba ſuadente ut dirueretur, tutela eius & cuſtodia mandata eſt Catoni. Inde Pompeius

Magni

A Magni filius in Hiſpania contractis uiribus, quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere uolebant, bellum aduerſus Caeſaré renouauit. Pharnaces Mithridatis filius rex Ponti, ſine ulla belli mora uictus eſt. Cum ſeditiones Romae a P. Dolabella tribuno pl. legem ferẽte de nouis tabulis excitatae eſſent, & ex ea cauſſa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio magiſtro equitum in urbem militibus, octingenti e plebe, caeſi ſunt. Caeſar ueteranis cum ſeditione miſſionem poſtulantibus dedit. & cum in Africam tranſieciſſet, contra copias Iubae regis cum diſcrimine maximo pugnauit.

LIBRI. CXIV

BELLVM in Syria Caecilius Baſſus eques Romanus Pompeianarum partium excitauit, relicto a legione Sexto Caeſare, quae ad Baſſum tranſierat: occiſoq. eo. Caeſar Scipionem praetorem, Afranium, Iubamq. uicit ad Thapſum, caſtris eorum expugnatis. Cato audita re, cum ſe percuſſiſſet Vticae, & interueniente filio curaretur, inter ipſam curationem reſciſſo uulnere exſpirauit, anno aetatis quadrageſimo nono. Petreius Iubam, ſeq. interemit. P. Scipio in naue circumuentus, honeſtae morti uocẽ quoque adiecit: quaerentibus enim hoſtibus imperatorem, dixit, Imperator bene ſe habet. Fauſtus & Afranius occiſi: Catonis filio uenia data. Brutus legatus Caeſaris in Gallia Bellouacos rebellantes proelio uicit.

LIBRI. CXV

C CAESAR quattuor triumphos duxit, ex Gallia, ex Aegypto, Ponto, & Africa. epulum, & omnis generis ſpectacula dedit. M. Marcello conſulari, ſenatu rogante, conceſſit reditum. qui Marcellus beneficio eius frui non potuit, a Cn. Magio Chilone cliente ſuo Athenis occiſus. Et cenſum egit, quo cenſa ſunt ciuium capita centum quinquaginta millia. Profectuſq. in Hiſpaniam aduerſus Cn. Pompeium utrinque multis expeditionibus factis, & aliquot urbibus expugnatis, ſummam uictoriam cum maximo diſcrimine ad Mundam urbem conſecutus eſt. Sex. Pompeius effugit.

LIBRI. CXVI

C. CAESAR ex Hiſpania quinctum triumphum egit. et cum plurimi, maximiq. honores ei a ſenatu decreti eſſent, inter quos ut pater patriae appellaretur, & ſacroſanctus ac dictator in perpetuum eſſet, inuidiae cauſſam aduerſus eum praeſtitere, quod ſenatui deferẽ
D ti hos honores, cum ante aedem Veneris genitricis ſederet, non aſſurrexit: & quod a M. Antonio conſule collega ſuo inter Lupercos currente, diadema capiti ſuo impoſitum, in ſella repoſuit, & quod Epidio Marullo, & Caeſetio Flauo tribunis pl. inuidiam ei tamquã An. 706.
regnum affectanti mouentibus, poteſtas abrogata eſt. Ex his cauſſis conſpiratione in eum facta, cuius capita fuerunt M. Brutus, & C. Caſſius, & ex Caeſaris partibus D. Brutus, & C. Trebonius, in curia Pompeij occiſus eſt uigintitribus uulneribus, occupatumq. ab interfectoribus eius Capitolium. Obliuione deinde caedis eius a ſenatu decreta, obſidibus Antonij & Lepidi liberis acceptis, coniurati a Capitolio deſcenderunt. Teſtamento Caeſaris heres ex parte dimidia inſtitutus C. Octauius ſororis nepos, & in nomen adoptatus eſt. Caeſaris corpus cum in campum Martium deferretur, a plebe ante roſtra crematum eſt. Dictaturae honos in perpetuum ſublatus eſt. C. Amatius humillimae ſortis homo, qui ſe
E C. Marij filium ferebat, cum apud credulam plebem ſeditiones moueret, interfectus eſt.

LIBRI. CXVII

C. OCTAVIVS Romam ex Epiro uenit. eo enim illum Caeſar praemiſerat, bellum in Macedonia geſturus, ominibuſq. proſperis exceptus, etiam nomen Caeſaris ſumpſit. in cõfuſione rerum ac tumultu Lepidus pontificatum maximum intercepit. Sed M. Antonius conſul cum impotenter dominaretur, legemq. de prouinciarum permutatione per uim tuliſſet, & Caeſarem quoque petentem, ut ſibi aduerſum auunculi percuſſores adeſſet, magnis

gnis iniurijs affeciſſet: Caeſar, & ſibi & reipublicae uires contra eũ paratutus, deductos in F
colonias ueteranos excitauit. Legiones quoque Quarta & Martia ſigna ab Antonio ad
Caeſarem tulerunt. deinde & cõplures ſaeuitia M. Antonij paſſim in caſtris ſuis trucidari,
quia & ſuſpecti erant, ad Caeſarem deſciuerunt. D. Brutus, ut petenti Ciſalpinam Galliam
Antonio obſiſteret, Mutinam cum exercitu occupauit. Praeterea diſcurſus utriuſque par-
tis uirorum ad accipiendas prouincias, apparatuſq. belli continet.

LIBRI. CXIIX

M.BRVTVS in Graecia ſub praetextu reipublicae, & ſuſcepti contra M. Antoniũ bel-
li, exercitum, cui Vatinius praeerat, cum prouincia in poteſtatem ſuam redegit. C.Caeſari,
qui pro rep. arma ſumpſerat, propraetoris imperium a ſenatu datum eſt cũ conſularibus or G
namentis: adiectumq., ut ſenator eſſet. M. Antonius D. Brutum Mutinae obſedit: miſſiq.
ad eum legati a ſenatu de pace, parum ad eam componendam ualuerunt. populus R. ſaga
ſumpſit. M. Brutus in Epiro C. Antonium praetorem cum exercitu poteſtati ſuae ſubegit.

LIBRI. CXIX

An.707. C.TREBONIVS in Aſia fraude P. Dolabellae occiſus eſt. ob id facinus Dolabella a ſe-
natu hoſtis iudicatus eſt. Cũ Panſa conſul male aduerſus Antonium pugnaſſet, A. Hirtius
conſul, cum exercitu ſuperueniens, fuſis M Antonij copijs, fortunã utriuſque partis aequa
uit. Victus deinde ab Hirtio & Caeſare Antonius in Galliam confugit, & M. Lepidum cum
legionibus, quae ſub ipſo erãt, ſibi iunxit: hoſtiſq. a ſenatu, cũ omnibus, qui intra praeſidia H
eius erant, iudicatus eſt. A. Hirtius, qui poſt uictoriam in ipſis hoſtium caſtris ceciderat, &
C. Panſa e uulnere, quod in aduerſo proelio exceperat, defunctus, in cãpo Martio ſepulti
ſunt. Aduerſus C. Caeſarem, qui ſolus e tribus ducibus ſupererat, parũ gratus ſenatus fuit,
qui D. Bruto obſidione Mutinenſi a Caeſare liberato honore triumphi decreto, Caeſaris,
militumq. eius mentionem non ſatis gratam habuit. ob quae C. Caeſar reconciliata per M.
Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu uenit: & perculſis aduentu eius
ijs, qui in eum iniqui erant, cum annos XIX haberet, conſul creatus eſt.

LIBRI. CXX

C.CAESAR conſul legem tulit de quaeſtione habenda in eos, quorum opera pater oc I
ciſus eſſet. poſtulatiq. ea lege M. Brutus, C. Caſſius, D. Brutus abſentes damnati ſunt. Cum
M. Antonio uires Aſinius quoque Pollio, & Munatius Plancus cum exercitibus ſuis adiun
cti ampliaſſent, & D. Brutus, cui ſenatus, ut perſequeretur Antonium, mandauerat, relictus
a legionibus ſuis profugiſſet, iuſſu Antonij, in cuius poteſtatem uenerat, a Capeno Sequa-
no interemptus eſt. C. Caeſar pacẽ cum Antonio & Lepido fecit, ita ut III uiri reip. conſti-
tuendae per quinquennium eſſent, ipſe & Lepidus & Antonius, & ut ſuos quiſque inimi-
cos proſcriberent. in qua proſcriptione plurimi equites, CXXX ſenatorum nomina fue-
runt: & inter eos L. Paulli fratris M. Lepidi, & L. Caeſaris Antonij auunculi, & M. Cicero-
nis. Huius occiſi a Popillio legionario milite, cum haberet annos LXIII, caput cum manu
dextra in roſtris poſitum eſt. Praeterea res a M. Bruto in Graecia geſtas continet.

K

LIBRI. CXXI

C. CASSIVS cui mandatum a ſenatu erat, ut Dolabellam hoſtẽ iudicatum bello per-
ſequeretur, auctoritate reip. adiutus, Syriam cum tribus exercitibus, qui in eadem prouin
cia erant, in poteſtatem ſuam redegit: Dolabellam in urbe Laodicea obſeſſum mori coe-
git. M. quoque Bruti iuſſu C. Antonius captus, occiſus eſt.

LIBRI. CXXII

M.BRVTVS aduerſus Thracas parum proſpere rẽ geſſit, omnibuſq. tranſmarinis pro-

A uincijs exercitibuſq. in poteſtatem eius & C. Caſſij redactis, coierunt Smyrnae uterq. ad ordinanda futuri belli conſilia. M. Meſſallae Poplicolam fratrem uictum communi cõſilio condonauerunt.

LIBRI. CXXIII

SEX. Pompeius Magni filius, lectis ex Epiro proſcriptis ac fugitiuis, cum exercitu diu ſine ulla loci cuiuſquam poſſeſſione praedatus in mari, Meſſanam opidum in Sicilia primum, deinde totam prouinciam occupauit: occiſoq. A. Pompeio Bithynico praetore, Q. Saluidienium legatum Caeſaris nauali proelio uicit. Caeſar & Antonius cum exercitibus in Graeciam traiecerunt, bellum contra Brutum & Caſſium geſturi. Q. Cornificium in Africa Caſſianarum partium ducem T. Sextius proelio uicit.

B

LIBRI. CXXIV

C. CAESAR & Antonius apud Philippos uario euentu contra Brutum & Caſſium pugnauerunt, ita, ut utriuſque dextera cornua uicerint, & caſtra quoque utrimq. ab ijs, qui uicerant, expugnarentur. Sed inaequalem fortunam partium mors Caſſij fecit. qui cũ in eo cornu fuiſſet, quod pulſum erat, totum exercitum fuſum ratus, mortem ſibi conſciuit. Altero deinde proelio uictus M. Brutus, & ipſe uitam finiuit, exorato Stratone fugae comite, ut ſibi gladium adiecerunt. idemq. fecerunt principum Romanorum circiter XL. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt.

LIBRI. CXXV

C C. CAESAR relicto Antonio (tranſmarinae prouinciae ex parte imperiũ ei ceſſit) reuerſus in Italiam, ueteranis agros diuiſit. ſeditiones exercitus ſui, quas corrupti a Fuluia M. Antonij uxore milites contra imperatorem ſuum concitauerant, cũ graui periculo inhibuit. L. Antonius conſul M. Antonij frater, eadem Fuluia conſulente, bellum Caeſari intulit: receptis in partes ſuas populis, quorum agri ueteranis aſſignati erant: & M. Lepido, qui cuſtodiae urbis cum exercitu praeerat, fuſo, hoſtiliter in urbem irrupit. An. 709.

LIBRI. CXXVI

C. CAESAR cum eſſet annorum XXIII obſeſſum in opido Peruſia L. Antonium, conatumq. aliquoties erumpere, & repulſum, fame coegit in deditionem uenire: ipſiq., & omnibus militibus eius ignouit: Peruſiam diruit. redactis in poteſtatem ſuam omnibus diuerſae partis exercitibus, bellum citra ullum ſanguinem confecit.

D

LIBRI. CXXVII

PARTHI Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce in Syriam irruperunt: uictoq. Decidio Saxa M. Antonij legato, uniuerſam eam prouinciam occuparunt. M. Antonius cum ad bellum contra Caeſarem gerendum incitaretur, uxore Fuluia dimiſſa, ne concordiae ducum obſtaret: pace facta cum Caeſare, ſororem eius Octauiam in matrimonium duxit. Q. Saluidienum conſilia nefaria contra Caeſarem molitum, indicio ſuo detexit, iſq. damnatus mortem ſibi conſciuit. P. Ventidius Antonij legatus Parthos proelio uictos Syria expulit: Labieno eorum duce occiſo. Cum uicinus Italiae hoſtis Sex. Pompeius Siciliam teneret, & annonae commercium impediret: cum eo poſtulatam pacẽ Caeſar & Antonius fecerunt, ita, ut Siciliam prouinciam haberet. Praeterea motus Africae, & bella ibi geſta continet.

E

LIBRI. CXXIIX

CVM Sex. Pompeius rurſus latrocinijs mare infeſtum redderet, nec pacem quam acceperat praeſtaret: Caeſar neceſſario bello contra eum ſuſcepto, duobus naualib. proelijs dubio euentu pugnauit. P. Vẽtidius legatus M. Antonij Parthos in Syria proelio uicit, regẽq. eorum

eorum interemit. Iudaei quoque a legatis Antonij ſubacti ſunt. Praeterea belli Siculi appa- F
ratum continet.

LIBRI. CXXIX

ADVERSVS Sex. Pompeium uario euentu naualibus certaminibus pugnatum eſt. ita, ut ex duabus Caeſaris claſſibus altera, cui Agrippa praeerat, uinceret: altera, quam Caeſar duxerat, deleta, expoſiti in terram milites, in magno periculo eſſent. uictus deinde Pompeius in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa uelut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompeium a Caeſare gerẽdi tranſiecerat, cum bellum Caeſari quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumuiratus honore, uitam impetrauit. M. Agrippa nauali corona a Caeſare donatus eſt, qui honos nemini ante eum habitus erat. G

LIBRI. CXXX

M. Antonius, dum cum Cleopatra luxuriaretur, tarde Mediam prouinciam ingreſſus, bellum cum legionibus XIIX & XVI millibus equitum Parthis intulit. & cum duabus legionibus amiſſis, nulla re proſpere cedente retro rediret, inſecutis ſubinde Parthis, & ingenti trepidatione, & magno totius exercitus periculo, in Armeniam reuerſus eſt, XXI die trecenta millia fuga emenſus. circa octo millia hominum tempeſtatibus amiſit. tẽpeſtates quoque infeſtas ſuper infeliciter ſuſceptum Parthicum bellum culpa ſua paſſus eſt: quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram feſtinat.

LIBRI. CXXXI H

SEX. Pompeius cum in fidem M. Antonij ueniret, bellum aduerſus eum in Aſia moliens, oppreſſus a legatis eius occiſus eſt. Caeſar ſeditionem ueteranorum cum magna pernicie motam inhibuit: Iapudas, Dalmatas, & Pannonios ſubegit. Antonius Artauaſdam Armeniae regem fide data perductum in uincula cõijci iuſſit, regnumq. Armeniae filio ſuo ex Cleopatra nato dedit: quã uxoris loco iampridem captus amore eius habere coeperat.

LIBRI. CXXXII

C. CAESAR in Illyrico Dalmatas domuit. Cum M. Antonius ob amorem Cleopatrae, ex qua duos filios habebat, Philadelphum & Alexandrum, neque in urbẽ uenire uellet, neque finito triumuiratus tempore imperium deponere, bellumq. moliretur, quod urbi Italiaeq. inferret: ingentibus tam naualibus, quam terreſtribus copijs ob hoc cõtractis, remiſſoq. Octauiae, ſorori Caeſaris, repudio, Caeſar in Epirum cum exercitu tranſiecit. Pugnae deinde nauales & proelia equeſtria ſecunda Caeſaris referuntur. I

LIBRI. CXXXIII

M. Antonius ad Actium claſſe uictus Alexandriam profugit: obſeſſuſq. a Caeſare in ultima rerum deſperatione, praecipue occiſae Cleopatrae falſo rumore impulſus, ſe ipſe interemit. Caeſar, Alexandria in poteſtatem redacta, Cleopatra, ne in arbitrium uictoris ueniret, uoluntaria morte defuncta, in urbem reuerſus tres triumphos egit, unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca uictoria, tertium de Cleopatra, impoſito fine ciuilibus bellis altero & uigeſimo anno. M. Lepidus, qui Lepidi triumuiri fuerat filius, coniuratione contra Caeſarem facta, bellum moliens oppreſſus & occiſus eſt. K

LIBRI. CXXXIV

C. CAESAR rebus compoſitis, & omnibus prouincijs in certam formam redactis, Auguſtus quoque cognominatus eſt, & menſis Sextilis in honorem eius appellatus eſt. Cum ille conuentum Narbone ageret, cenſus a tribus Gallijs, quas Caeſar pater uicerat, actus.

Bellum

A Bellum contra Baſtarnas, & Moeſos, & alias gentes a M. Craſſo geſtum refertur.

LIBRI. CXXXV

Bellum a M. Craſſo aduerſus Thracas, & a Caeſare aduerſus Hiſpanos geſtum refertur: & Salaſſi, gentes alpinae, perdomiti.

* * *

LIBRI. CXXXIIX

Raetia a Tiberio Nerone, & Druſo Caeſaris priuigno domita: Agrippa Caeſaris gener mortuus: & a Druſo cenſus actus eſt.

B

LIBRI. CXXXIX

Ciuitates Germaniae cis Rhenum & trans Rhenum poſitae oppugnantur a Druſo: & tumultus, qui ob cenſum exortus in Gallia erat, compoſitus. Ara D. Caeſari ad confluentẽ Araris & Rhodani dedicatur, ſacerdote creato C. Iulio Vercondaridubio Aeduo.

LIBRI. CXL

C Thraces domiti a L. Piſone: item Cheruſci, Tenchateri, Chatti, aliaeq. Germanorum trans Rhenum gentes ſubactae a Druſo referuntur. Octauia ſoror Auguſti defuncta, ante amiſſo filio Marcello: cuius monumenta ſunt theatrum, & porticus, eius nomine dicata.

LIBRI. CXLI

Bellum contra tranſrhenanas gentes a Druſo geſtum refertur. in quo inter primores pugnauerunt Senectius & Anectius, tribuni ciuitatis Neruiorum. Dalmatas & Pannonios Nero frater Druſi ſubegit. Pax cum Parthis facta eſt: ſignis a rege eorum, quae ſub Craſſo & poſtea ſub Antonio capta erant, redditis.

LIBRI. CXLII

D

Bellum aduerſus Germanorum trans Rhenum ciuitates geſtum a Druſo refertur. ipſe ex fractura, equo ſuper crus eius collapſo, XXX die, quam id acciderat, mortuus eſt. corpus a Nerone fratre, qui nuncio ualetudinis eius euocatus raptim accurrerat, Romam peruectum, & in C. Iulij tumulo conditum. laudatus eſt a Caeſare Auguſto uitrico: & ſupremis illius funeribus plures honores additi. An. 722.

FINIS.

SERIES . CHARTARVM

Omnes ſunt quatterniones.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAROLI · SIGONII
SCHOLIA

QVIBVS . T. LIVII . PATAVINI . HISTORIAE . ET EARVM . EPITOMAE . PARTIM . EMENDANTVR PARTIM . ETIAM . EXPLANANTVR

multis in locis aucta.

Eiuſdem in eoſdem libros Chronologia, ipſorummet Scriptorum uerbis confirmata.

CVM . PRIVILEGIO

ROMA

VENETIIS ∞ D LXXII.
In Aedibus Manutianis.

CAROLI · SIGONII SCHOLIA

QVIBVS . T. LIVII. ET . EARVM . EPITOMAE PARTIM . EMENDANTVR PARTIM ETIAM EXPLANANTVR

De germano Liuianorum librorum indice.

GERMANVM non eſſe Liuianorum librorum indicem illum, qui uulgo fertur, uerum a grammatico aliquo parum ſcite fuiſſe affictum, cum multis alijs ſummis ſuperioris memoriae uiris aſſentior, tum maxime Franciſco Petrarcae, qui in primo libro rerum memoratarum, & in epiſtola ad Ioannem Certaldenſem non obſcure, quid ipſe de eiuſmodi re ſentiat, edit, his uerbis. Sed heu quantam aetatis noſtrae maculam. Huius tam ingentis, tamque egregij operis uix portio ſubeſt exigua quidem: cum in Decades uel ab ipſo conditore, uel, quod magis reor, a faſtidioſis poſt modum lectoribus lectum foret, ex quattuordecim niſi tres Decades ſuperſunt. Item. Quod niſi fallit aeſtimatio, fruſtraturque memoria, prope ad eandem litterarum congeriem uidetur accedere uel T. Liulj Romanarum rerum liber ingens, quem in partes, quas Decades uocant, non ipſe, qui ſcripſit, ſed faſtidioſa legentium ſcidit ignauia. Haec ille. Id autem ita eſſe ex grammaticis etiam ueteribus, ut Priſciano, Diomede, Cenſorino, & eo demum, qui ſingulorum horum librorum epitomas ſcripſit, facile intelligi poteſt. apud quos animaduertere licet in hac hiſtoria nominanda nullam Decadum, perpetuā librorum, in quos ipſa deſcripta erat, fieri mentionem. Quod facturos eos aliquando fuiſſe credendum eſt, niſi iam mortuis illis eiuſmodi index celebrari coepiſſet. Decadum autem nomen probabile reddidiſſe uidetur numerus librorum, qui a T. Liuio ſcripti eſſe dicūtur. cum XIV Decades in CXL libros (tot enim ab eo editos eſſe uulgo creditur) rotundo quodam numero diuidantur. Verum & haec falſa opinio eſt. Idem enim Petrarca CXLII ab eo ſcriptos eſſe tradit. idq. nos ita eſſe in ſcholijs Epitomae libri CXXXVI oſtendemus. His igitur adducti rationibus Germanā horum librorum inſcriptionem reſtituendā eſſe putamus hanc. T. LIVII. PATAVINI. HISTORIARVM. AB. VRBE. CONDITA. LIBRI. CXLII. Ex quibus tamen cum ſuperiorū ſaeculorum incuria CVII interciderint, cogimur eos XXXV tantummodo nominare. Hiſtorias autem eum credo iccirco inſcripſiſſe, ut hic liber diſtingueretur ab ijs, qui Annales appellabantur. ſiquidem aliud erat Annales, aliud hiſtorias ſcribere. Nam Annales (ut a ueteribus accepimus) tantummodo quod factum, quoq. anno factum eſſet demonſtrabant; Hiſtoriae uero non ſolum id, quod geſtum eſſet, ſed etiam quo conſilio, quaque ratione geſtum eſſet, indicabant. cum autem primis temporibus omnes, qui de rebus Romanis ſcriberent, Annales conficerent, ut Pictor, ut Piſo, ut Fannius, ut Libo, poſtremo etiam hiſtoriae ſcribi coeptae ſunt, ut a Coelio, a Tuberone, ab Aſellione, a Siſenna, a Salluſtio, a Liuio. Itaque cum qui hiſtorias ſcriberent, alij aliunde ſcribendi initium facerent, Liuius

ut & ipſe ſcriptionis ſuae & genus, & initium iudicaret, HISTORIAS . AB . VRBE . CONDITA nominauit; nimirum intelligi cupiens, ſe a primordio urbis, (quemadmodum ipſe in principio profitetur) res Romanas eſſe ſcripturum. Atque hoc quidem etiam conſilio Salluſtius uſus libros hiſtoriarum complures edidit, quibus res (ut opinor) populi R. quibus ipſe interfuit, ſe perſcripturum eſſe teſtatus eſt. Initium certe ſcribendi a Sullae morte Catulo, Lepidoque conſulibus fecit. Quod ex uerbis eius quibuſdam, quamquam diuulſis, quae a Priſciano lib. xv ex primo hiſtoriarum libro Salluſtij proferuntur, intelligi poteſt. Ea uero ſunt haec. Res populi R. M. Lepido, Q. Catulo conſulibus, ac deinde militiae, & domi geſtas compoſui.

DE EPITOMIS.

EPITOMAS porro, ideſt (ut ego interpretor) breuia ſingulorum librorum argumenta unicuiq. libro praefixi: ut quiſque breuiter, ac facile, quid in quoque libro contineretur, cognoſcere, ac qui Liuiani libri intercidiſſent, & quantum in ijs amiſsis acceptum detrimenti eſſet, intelligere poſſet. Nã ſiue a Liuio, ſiue a Floro, ſiue ab alio quo ſcripta ſunt, (haec enim omnia traduntur) ad Romanas certe res illuſtrandas accommodatiſsimae ſunt, praeſertim uero ubi Liuiana Hiſtoria excidit: Qua in parte Liuianam apud quemque obtinere debent auctoritatem.

IN . EPITOMEN . LIBRI . I

SYLVII. Item, Tyberis.] Siluij, & Tiberis ſcribendum eſſe ex manuſcriptis exemplaribus, Graeciſque libris conſtat, apud quos eſt σιλουιος, & τίβερις. IN centurias populus diuiſus.] Lego, In curias. Nam Liuius ita loquitur. Cum populum in curias XXX diuideret, nomina Sabinarum curijs impoſuit. METII Suffetij.] Fufetij. ut poſt dicam. ANCVS Martius.] Marcius. ut poſt dicam. TENTANDAE ſcientiae cauſſa.] Veteres libri. Hic tentandae ſcientiae cauſſa. OSTIAM condidit. Tarquinius.] Manuſcripti libri pleniores ſunt. ita. Oſtiam condidit. Regnauit annos XXXIII. Eo regnante Lucumo Damarati Corinthij filius a Tarquinijs Etruriae ciuitate Romam uenit, & in amicitiam Anci receptus Tarquinij nomen ferre coepit. & poſt mortem Anci regnum excepit. centũ additis &c. Quam lectionem probo. IDQVE protinus factum.] Vet. lib. Idque protinus ab Attio factum. CLOACAS fecit. Ser. Tullius.] Vet. lib. uberiores. ita. Cloaca fecit; occiſus eſt ab Anci filijs, cum regnaſſet annos XXXIIX. ſucceſsit ei Ser. Tullius natus ex captiua nobili Corniculana, cui puero adhuc in cunis poſito caput arſiſſe traditum eſt. Is Veientes &c. Luſtrum condidit. Claſſes.] Plenior antiqua eſt lectio. ſic. Luſtrum condidit, quo cenſa LXXXM eſſe dicuntur. Claſſes. Eſt autem hic numerus etiam apud Liuium: & is, qui Epitomas ſcripſit, eiuſmodi ſummas diligentiſsime ponere ſolitus eſt. IN Auentino fecit. L. Tarquinius.] Plenior eſt uetuſta manuſcriptorum librorum lectio. hoc modo. In Auentino fecit. Interfectus eſt a L. Tarquinio Priſci filio conſilio filiae ſuae Tulliae, cum regnaſſet annos XXXIV. Poſt hunc L. Tarquinius Superbus, neque patrum, neque populi iuſſu regnum inuaſit. Quo die &c. Filius Sex. Tarquinius dolo.] Vet. lib. Filij Sex. Tarquinij dolo. loquitur autem de rebus geſtis Tarquinij Superbi regis. Itaque praeter alia, Sex. etiam Tarquinij filij dolo (inquit) Gabios in ſuam poteſtatem redegit.

IN . LIBRVM . I

1 VELVT diſsidentes primo mores ſequatur animo, deinde ut magis, magiſque lapſi ſint, tum ut ire coeperint praecipites.] Probo doctorum quorundam hominum coniecturam, qui, Deſidentes, legunt. Etenim ſubſequitur. Vt magis, magiſq. lapſi ſint, tum ut ire coeperint praecipites. Videtur enim eadem ſemper translatione res magis creſcere, quam translationem, quia primo duriorem eſſe putauit, adhibita particula, Velut, molliorem fecit. Quod in proprio, Diſsidentes, faciundum non fuiſſet. Eſt autem Deſidere leni quodam motu in ſemet concidere. Porro autem his uerbis mutationes omnes Romani imperij breuiſsime complexus eſt. Nam cum, Partum imperium, ait, interuallum illud totum indicat, quod a Romulo ad Ap. Claudium intercedit, qui primus bellum extra Italiam Carthaginienſibus fecit: Cum, Auctum, tempus inde ad Carthaginem euerſam notat. Deſediſſe praeterea mores intelligit, Gracchanis temporibus; Lapſos magis eſſe, Sullanis; Praecipites iſſe, Caeſarianis. Reliqua inde tempora, Auguſti imperium poſt deuictum ad Actium Antonium, quibus haec ſcribere aggreſſus eſt, ſignificat. Itaque li. IX. ait: Modo ſit perpetuus huius, qua uiuimus pacis amor, & ciuilis cura cõcordiae. REGE Philaemene.] Phylaemene legendũ eſſe apparet ex uerſu Homeri. παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο πυλαιμένεος λάσιον κῆρ ἐξ ἐνετῶν. IN quem egreſsi ſunt locũ, Troia uocatur, Pagoq. inde Troia nomen eſt.] Malim, Pagoq. inde Troiano nomen eſt. ut No ſyllaba repetenda ſit, ut ſaepe infra faciundum eſſe docebimus. HETRVSCORVM opes.] Etruſci, & Etruria ſcribendum eſt

ſine

ſine adſpiratione, manuſcriptis libris auctoribus, ijsque, qui lapides Triũphales, qui in Capitolio Romae ſunt, deſcripſerunt. NVMICVM flumen.} Probo ea, quae a Glareano dicta ſunt, cur Numicium, & non Numicum flumen dicendum ſit. Addo etiam Dionyſium Halicarnaſſ. libro I. ποταμὸν νομίκιον appellare. AVCTOREM nominis ſui.} Auctor, & auctoritas, ſcribendum. ita & manuſcriptis libris, & uetuſtis lapidibus atteſtantibus, & Dione tradente, qui declarans quid auctoritas ſenatus ſit, αὐκτώριτας ſcribit. poſtremo ex uocis etiam ipſius ratione a ueteribus grammaticis tradita.

ATYS. Capys.} Atis ex ijs nominibus eſt, quae litteram Y reſpuũt; quod uetera exemplaria docent. & deriuatiuum nomen Atius. De quo ita Virgilius. Alter Atis, genus unde Atij duxere Latini. Capys etiam cum Graecorum more flectitur, Capyos, amat litteram Y, cum latinorum, Capis, I.

CAPETO Tiberinus, qui in trãſiectu Albulae amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomen flumini dedit.} Tiberius legendum eſſe, auctoritate ueterum hiſtoricorum, & maxime Dionis, Euſtathius in Dionyſium confirmat, qui Tiberim, cum Albula diceretur, a Tiberio uocatum eſſe ſcribit, non ab eo, qui Auguſto ſucceſsit, ſed a quodam alio, qui raptus a flumine nomen ei reliquit. Verba etiam illius placuit apponere. ὅτι ὁ τίβερις ἄλβουλας ποτὲ καλούμενος, οὕτω μετεκλήθη, ὡς βασίλεως τιβερίου ἐν αὐτῷ θανόντος, ἄλλαι τε ἱστορίαι βοῶσι, καὶ ἡ τοῦ δίωνος. τιβέριον δ' ἐνταῦθα ἡ ἱστορία φησὶν, οὐ τὸν μετὰ τὸν αὔγουστον, ἀλλ' ἕτερον ἀρχαιότερον, ὅς, φησὶν, ἐν μάχῃ τελευτήσας, καὶ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος παρενεχθεὶς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὸν ποταμὸν ἀφῆκε. 2

LAVRENTIAE uxori.} Vet. lib. Laurentiae. Item Plutarchus in Romulo, & Dionyſius libro I. ἄκκαν λαρεντίαν. ET a Palanteo urbe Arcadia Palantinum, deinde Palatinum montem appellatum.} Euſtathius docet Pallantium duobus ll, Palatium uno ſcribendum eſſe his uerbis. τὸ πάλαι πρὶν ἱδρύσας, καὶ λόφον ὀχυρωσάμενος, ὃν παλλάντιον ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ πάλλαντος. ὅθεν καὶ νῦν οἱ ῥωμαῖοι τοὺς βασιλεῖ πρέποντας τόπους οὕτω καλοῦσι παλάτια, καθ' ὑφαίρεσιν ἀμεταβόλων τοῦ τε λ, καὶ τοῦ ν. PALATINVM Romulus, Remus Auentinum.} Vet. lib. Palatium Romulus. Recte. Nam Palatinum non eſt perinde atque Auentinum, ſubſtantiuum nomen, ſed adiectiuum. Itaque niſi ubi collem addimus, Palatinum dicere non debemus. ut infra. Inter Palatinum, Capitolinumque collem. Ex Palatio autem Palatinus, ex Auentino Auentinenſis orta nomina ſunt. Ita paullo poſt. Palatium primum, in quo ipſe educatus erat, non Palatinum lege. DONEC tradito ſeruis publicis ſollemni miniſterio.} Ap. Claudium Caecum cenſorem intelligit. qui ſacra a Potitijs ad ſeruos publicos tranſtulit. ut ipſe ſcribit libro IX. LOCVM, qui nunc ſaeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt, Aſylum aperit.} Quidam ueteres libri habent. Qui tunc ſaeptus denſis ſentibus inter duos lucos erat. Quod non probo. Nam Dionyſius, ita, ut Liuius, loquitur. τὸ μεταξὺ χωρίον τοῦ τε καπετωλίου καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν ῥωμαίων διάλεκτον μεθόριον δυεῖν δρυμῶν. CENTVM creat patres, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent.} Sane legendum eſſe uidetur, Qui ciere patres poſſent. ſic enim ſcribit lib. x. Qui patrem ciere poſſent, eos patricios eſſe appellatos. Dionyſius etiam, ac Plutarchus, ubi exponunt cauſſas, cur centum potiſsimum ſenatores, quos patres appellauerit, Romulus crearit, ita aiunt. ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι. i. quod patres nominare ſoli centum poſſent, quaſi uero alij terrae filij eſſent.

A PLERISQVE rogitantibus dimiſsi, ecquid feminis quoque Aſylum aperuiſſent.} Vet. 3 lib. ecquid non feminis quoque. CENINENSES.} Dionyſius, & Stephanus de urbibus urbem καινίνην ſcribunt cum diphthongo. ex quo apparet Caeninenſes eſſe ſcribendum. THALASSII cuiuſdam.} Vet. lib. Talaſij, itemque Graeci ταλάσιον. CENINENSES, Cruſtuminique, & Antemnates.} Vet. lib. Caeninenſes, Cruſtomini, & Antemnates. OVANTEM Romulum Herſilia coniux precibus raptarum fatigat, orat.} Vet. lib. Precibus raptarum fatigata, orat. Perſpicue uerum. Sic loquitur alibi Liuius. QVOD alienis cladibus ceciderant animi.} Vet. lib. Quod iam alienis cladibus ceciderant animi. IN Cruſtuminium nomina darent.} Legendum. In Cruſtuminum. ut ſubaudiatur, agrum. ADDITVR fabulae.} Probo ſuſpicionem Glareani, qui legit. Additur fabula. ut non ea, quae expoſita ſunt, ſed, quae exponenda ſunt, fabula dicantur. Addo illud, Liuium ita lib. v. eſſe locutum. Inſeritur huic loco fabula. & libro x. Id credo cognomen errorem in aedilibus feciſſe, ſecutamque fabulam miſtam ex aedilicijs, & conſularibus comitijs conuenientem errori. HOSTIVS Hoſtilius.} Alio libro oſtendi ex auctoritate lapidum Capitolinorum, & Valerii, & Macrobij Hoſtum eſſe praenomen, tum in hoc rege, tum in Hoſto Lucretio conſule, de quo infra dicam, non Hoſtium. HIC in Palatino.} Vet. lib. Palatio. ut ante.

AB arce decurrerat.} Vet. lib. Decucurrerat. oſtendit porro Priſcianus bonos auctores compoſitum, cucurri, uſurpaſſe, ut Liuius in II. Et ſi ferocius procucurriſſent. idemque feciſſe Catonem, Plautum, & Terentium.

EQVVS Curtium in uado ſtatuit.} Hanc lectionem laudat Glareanus, iniuſte. Vet. enim libri 4 habent, Equum Curtius in uado ſtatuit. Ex quo intelligi poteſt legendum eſſe, Equum Curtius in uado deſtituit. nam Plutarchus hanc ſententiam ita uertit. καὶ ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν. i. deſtituto equo ſemet ſeruauit. Errori locum dederunt finitimae illae ſyllabae do, de. Ab T. Tatio Titienſes appellati.} Quamquam Feſtus a praenomine Tatij ait Titienſes eſſe dictos, tamen Tatienſes po-

tius legendum puto a Tatio. Ita enim Vet.libri. ita Varro. Ita Plutarchus. ἀπὸ τατίου τατιένσεις.

LVCERVM nominis,& originis cauſſa incerta eſt.} i,dem Lucrenſes etiam a Feſto,& Plutarcho dicti ſunt. Horum originem incertam eſſe ait Liuius, non quia nulla tradita ſit, ſed quia aliam alij tradentes rem in dubium adduxerunt. alij enim a luco,alij a Lucumone, alij a Lucero Ardeae rege nominatos uoluerunt. auctor Plutarchus, Feſtus, Pedianus. Vt tamen expiarentur legatorum iniuriae,regisq. caedes,foedus inter Romam,Lauiniumq. urbes renouatum eſt.} Si locus hic attente ſpectetur, facile, ut ait Glareanus, intelligetur aliquid deeſſe. deeſt autem ratio. qua expiatio facta eſt. De qua Dionyſius ita. τότε ἄγος ἀφοσιοῦται τὸ περὶ τοὺς πρέσβεις γενόμενον. & Plut. in Romulo. καὶ καθαρμοῖς ὁ ῥωμύλος ἥγνισε τὰς πόλεις, οὓς ἔτι νῦν ἱστοροῦσιν ἐπὶ τῆς φερεντίνης πύλης συντελεῖσθαι. Aut igitur ſacri mentio deeſt, aut uoce illa, Foedus, continetur, atque expreſſa eſt. Ceterum renouatio foederis cum Laurentibus ſollemnis erat. Lib. enim IIX. ait. Cum Laurentibus renouari foedus iuſſum. renouaturq. ex eo quotannis poſt diem decimam Latinarum. QVOS Celeres appellauit.} Rationem affert nominis Plutarchus. ἀπὸ τῆς περὶ τὰς ὑπουργίας ὀξύτητος. AD Caprae paludem.} Suſpectum ſe habere hoc nomen ait Glareanus, neq. alibi ſe legiſſe. At Plutarchus tamen in Romulo ita ait. ἡ δὲ ἡμέρα, ᾗ μετήλλαξε, ὄχλου φυγὴ καλεῖται, καὶ νῶναι καπρατῖναι διὰ τὸ θύειν εἰς τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος ἐκ πόλεως κατιόντας, τὴν γὰρ αἶγα κάπραν ὀνομάζουσιν. Et Feſtus lib. III. Capralia appellatur ager, qui uulgo ad Caprae paludem dicitur.

ABI, nuncia, inquit, Romanis &c. proinde rem militarem colant &c.} Haec ſic uertit Plutarchus. χαῖρε, καὶ φράζε ῥωμαίοις, ὅτι σωφροσύνην μετὰ ἀνδρείας ἀσκοῦντες ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρωπίνης ἀφίξονται δυνάμεως. Decreuerunt enim, ut, cum populus regem iuſsiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent. HODIEQVE in legibus, magiſtratibusq. rogandis uſurpatur idem ius ui ademptum. priuſquã populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt.} Difficilis, & lubricus locus hic eſt. In ueteribus libris eſt, Vi adempta, non Vi ademptum. Quam lectionem aliorum ingenio partam probat Glareanus his uerbis. Quidam emendarunt Vi ademptum, & ad, Vſurpatur, uerbum coniungunt. quod placet. & Vi ademptum fortaſsis ad Iulium Caeſarem retulit, quem tamen propter Auguſtum nominare non audebat. niſi quis malit ad eius ſaeculi ſeditiones referre, quae Caeſarem praeceſſerunt. Haec ille. Mihi uero neque haec lectio, neque haec ſententia probatur. neque enim hoc ius ui aut a Caeſare ademptum eſt, ut ante Caeſarem ab alio. De Caeſare teſtis eſt Suetonius, qui ſcribit de eo. Comitia cũ populo partitus eſt, ut exceptis conſulatus competitoribus de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus uellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ipſe dediſſet, & edebat per libellos circum tribum miſſos ſcriptura breui. CAESAR DICTATOR ILLI TRIBVI. Commendo uobis illum, & illum, ut ueſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. De alijs auctor eſt Liuius, qui ſcribit libro VI Omnium comitiorum eius anni patres auctores fuerunt. & lib. IIX. Lata lex, ut legum, quae centuriatis comitijs ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent. Accedit, quod Cicero in oratione pro Plancio, quam poſt Sullae mortem ante Caeſaris dictaturam dixit, ait. Apud maiores noſtros magiſtratum non gerebat is, qui ceperat, ſi patres auctores non erant facti. Quae cum ita ſint, probo magis ueterum lectionem, Vi adempta. ut ſit ſenſus. Hodie quoque uſurpatur idem ius, ut patres comitiorum ſint auctores, niſi fortaſſe uis aliqua fiat a tribuno plebis aliquo, qui ſine auctoritate ſenatus cum populo agat. Quod ſaepiſsime ante Caeſarem factum eſſe, omnia Romanorum monumenta loquuntur. Quod autem inquit, Vi adempta, Cicero dixit ad Lentulum, Vi excepta. Ego tibi a ui, hac praeſertim imbecillitate magiſtratuum, praeſtare nihil poſſum; ui excepta, poſſum confirmare te & ſenatus, & populi R. ſummo ſtudio amplitudinem tuam retenturum.

SER. TVLLO.} Ser. Tullio, perſpicue. AVGVR ad laeuam, eius capite uelato, ſedem cepit.} Hunc in modum diſtinguendum eſſe hunc locum Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui ſcribit in Numa. ἐνταῦθα τῶν μαντέων ὁ πρωτεύων τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παραστὰς ἐξόπισθεν &c. uidetur enim Plutarchus, (ſi modo recte eſt apud illum uox illa ἐγκεκαλυμμένον) caput regis uelatum fuiſſe, non auguris ſignificare. Me autem iuuat eorum eſſe ſententiae, qui ad laeuam eius ſcribunt, & caput uelatum auguris intelligunt. quod infra dicat. Statua Attij capite uelato in comitio fuit. & lib. x. Si augur capite uelato uictimam caedat, auguriumue ex arce capiat.

QVAE fama in Sabinos, aut quo linguae cõmercio.} Vet. lib. qua fama. DEA AEGERIA.} Vet. lib. Egeria. probo. Dionyſius enim & Plutarchus ἠγερίαν edunt, aut ἠγερίαν. Feſtus ab egerendo dictam eſſe ſcribit. ATQVE omnium primum ad curſum Lunae in XII menſes deſcribit annum. quem, quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntq. dies ſolido anno, qui ſolſtitiali circumagitur orbe, intercalares menſibus interponendo, ita diſpenſauit, ut uiceſimo quarto quoque anno ad metam eandem ſolis, unde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpatijs dies congruerent.} M. Antonius Sabellicus huius loci obſcuritatem primus (ut opinor) & ſenſit, &, ut ipſe ſibi uiſus eſt, ſuſtulit. cuius uiri auctoritas tantum ualuit, ut poſt eum Glareanus, & ceteri, qui hunc locum attigerunt, eundem ita ut ille oſtenderat, expoſuerint. Quorum interpretationem cur hoc demum tempore unus ipſe repudiem, paucis, ut inſtitui, explicabo. ſic igitur exponit Sabellicus. Cum Lunarem annum Numa XII menſium & CCCLV dierum primus inſtituiſſet, quia eum ſolari eo anno non conuenire reperiebat, qui diebus CCCLXV, & quadrante conficitur, dies qui quotannis ad ſola-

ris anni

ris anni rationem deerant, quorum ſumma uigeſimo quoque quarto anno erat CCXLIV, ita diſpenſauiſſe, ut octauo quoque anno XC interponeret, tertio autem octennio, ideſt uiceſimo quarto quoque anno non XC, ſed LX, qui ſuperabant. atque ita effeciſſe, ut eo demum anno dies lunaris & ſolaris anni, a quo orſi eſſent, congrueret. Hunc autem ſenſum ut eliceret, contra omnium librorum auctoritatē legit, uiceſimo quoque quarto anno, cum ubique, uiceſimo, legatur. Ego autem ita ſentio. Lunarem annum Numam inſtituiſſe non CCCLIV dierum. Cum autem ſolaris lunarem ſuperaret quotannis XI diebus & quadrante, inuenit uiceſimo anno lunarē a ſolari uictum eſſe diebus omnino CCXXV. ut ergo illo demum anno ſolaris cum lunari congrueret, atque ad eandem metam ſolis, unde orſi eſſent, dies conuenirent, hos dies ita diſpenſauit, ut non octauo, ſed ſecundo quoque anno alternatim modo dies XXII, modo XXIII interponeret. Qua ratione fiebat, ut cum perueniſſet ad annum XX, lunaris annus a ſolari nec uinceretur, nec eum uinceret. Quod unuſquiſque intelliget, qui ſummam annorum hoc modo concipiet. nam cum quarto quoque anno XLV dies intercalentur, ſi quinquies quadraginta quinque ſumpſeris, eos CCXXV reddideris. Hanc autem ſententiam, quamquam obſcurius, edit Plutarchus in Numa ita: τῆς δὲ γινομένης ἀνωμαλίας περὶ τὴν σελήνην, καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν ἔχοντες, ἀλλ' ἓν μὲν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα, καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται. Νουμᾶς δὲ τὸ παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας ἡμερῶν ἕνδεκα γίνεσθαι λογιζόμενος: ὡς τοῦ μὲν σεληνιακοῦ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας ἔχοντος, τοῦ δὲ ἡλιακοῦ τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε, τὰς ἕνδεκα ταύτας ἡμέρας διπλασιάζων ἐπήγαγε παρ' ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῷ φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον εἴκοσι καὶ δυοῖν ἡμερῶν ὄντα. Et Cenſorinus ita. Cum intercalario menſi XXII dies, uel XXIII a ternis annis add. placuiſſet, ut ciuilis annus ad naturalem exaequaretur, in menſe potiſſimum Februario inter Terminalia, & Regifugium intercalatum eſt. Hoc tantum inter hos intereſt, quod Plutarchus quadrantis diei rationem non habet. Itaque ſecundo quoque anno XXII dies interpoſitos eſſe cenſet. Cenſorinus autem habet. Itaque modo XXII, modo XXIV intercalatos eſſe ait, ut quinque dierum, qui ex quadrante diei uicies ſumpto oriūtur, ratio haberetur. Haec cum ſummorum ſcriptorum auctoritate firmentur, neminem non probaturum, illa altera non omnino repudiaturum eſſe confido. PONTIFICEM deinde Numa Marcium Marci filium ex patribus legit.} Nemo animaduertit hunc locum eſſe mendoſe, cum ſit. Nominatiuus enim, Numa, uacat, cum tota oratio altius repetenda ſit, & ſuum habeat nominatiuum, quem ſpectet. inquit enim: Declaratus rex Numa Ianum indicem pacis, bellique fecit, annum deſcripſit, Flaminem Ioui aſſiduum creauit, uirgines Veſtae legit, Salios legit, Pontificem deinde Numa Marcium Marci F. legit. Hic ego dico, non eſſe neceſſe Nominatiuum, Numa, iterare, placere autem, Numam Marcium legi. Fuit enim Numa praenomen Sabinum. Itaque Pompilij, & Marcij id tulerunt. Marcus autem Marcius is eſt, (credo) qui Numam Pompilium ad regnum Romae accipiendum (ut ait Plutarchus) hortatus, cum eo Romam ex Sabinis commigrauit. Hic cum ab eodem rege in patriciorum numerum relatus eſſet, poſt eius obitum cum Tullo Hoſtilio de regno contendit, ab eoq. uictus ſibi mortem conſciuit. Huius filius Pompiliā Numae Pompilij regis filiam in matrimonio habuit, & ex ea Ancum Marcium regem ſuſcepit, quem tuliſſe Numae praenomen apparet lib. V. Taciti, ubi ait. Numam Marcium praepoſitum urbi fuiſſe a Tullo Hoſtilio rege. Quod autem ratione confirmaui, id etiam in quibuſdam manuſcriptis libris inueni.

M. Marcius Sabinus.
a Numa rege in ſenatum lectus. & poſt in regni petitione
a Tullo Hoſtilio uictus ſibi mortem conſciuit.

Numa Marcius
Numae regis gener, primus Pont. Max. ab eo factus
a Tullo rege urbi praefectus.

Ancus Marcius rex IV.
Numa regis ex filia nepos,
Plut. in Numa.

Et ſoli Fidei ſollemne inſtituit.} Vox, Soli, habet ſine controuerſia mendum. Dionyſius δημοσίαν πίστιν uocat, ideſt publicam Fidem. ſi autem in quibuſdam manuſcriptis eſt, (ut audio) Et ſimul Fidei, non improbo. IMPERITABAT tum C. Cluilius Albae.} Legendum eſt. C. Cloelius. Quod hac ratione confirmo. Nominat hoc in loco Liuius C. Cluilium Albae Dictatorem, & foſſam Cluiliam ab ipſo C. Cluilio procul ab urbe V millia paſſuum factam Dionyſius lib. III. hunc ducem κλοίλιον, & foſſam κλοιλίαν uocat. at libro IIX, itemque Plutarchus in Coriolano κλοιλίας. Ex quo intelligi poteſt apud Liuium, & Dionyſium lib. III. legendum eſſe Cloelium, & Cloeliam. praeſertim uero cum Feſtus ſcribat, Cloelias foſſas a Cloelio Albanorum rege eſſe dictas. Fuit autem Cloelia gens Albana, poſt a Tullo Hoſtilio Alba euerſa Romam translata. Dionyſius auctor, itemque Liuius.

Et neganti Albano bellum in trigeſimum diem indixerunt.} Trigeſimum tertium legendum, ex eo, quod intra ſcriptum eſt. Si non deduntur, quos expoſcit diebus tribus, & triginta, tot enim ſollemnes ſunt, peractis, bellum ita indicit. Albani Metium Suffetium creant.} Lege Fufetium. nam Dionyſius habet φουφέτιον. & Plutarchus in libro τῶν παραλλήλων, μέτιον φουφέττιον appellat. Eodem modo Q. Fufius Calenus, non Fuſius, ut uulgo, uocandus eſt. Quod ex Capitolino eius conſulatu, & Graeco Dionis libro intelligi poteſt.

6 Ea res a ſtatuis exciuit Metium. ducit quam proxime ad hoſtem poteſt.} Vet. lib. Is ducit quam proxime. Foecialis.} Fetialis ſcribendum arbitror ſine diphthongo. Ita enim lib. ueteres. ita Graeci φητιάλεις, & φετιάλεις. ita demum nominis ratio poſtulat. Fetiales enim a feriendo dictos eſſe ſcribit Feſtus, quod pacis faciendae eſſent auctores. Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait, puram tollito.} Vet. lib. Pura. ut ad Sagmina referatur. Si prior defexit publico conſilio, dolo malo: tu illo die Iuppiter populum R. ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam.} Vet. lib. plerique. Tum ille dies Iuppiter. Ex quo conijcio legendum eſſe, Tum ille Dieſpiter. Verba enim ſolennia ſunt, eaque antiquiſsima, ut ait Feſtus lib. x. his uerbis, Silicem tenebant iuraturi per Iouem, haec uerba dicentes, Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalua urbe arceque, bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. eſt autem apud Liuium, Dolo malo, idem, quod, Si ſciens fallo. Dieſpiter autem Iuppiter dictus eſt, quaſi Diei pater. Varro. Eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.} Vet. lib. quo propius metum. placet. Sic eat, quaecumque Romana lugebit hoſtem.} Vet. lib. quaecumque Romanum lugebit hoſtem. placet. Lex horrendi criminis erat. Duumuiri perduellionem iudicent.} Vet. lib. Horrendi carminis erat. Vere. Carmen enim appellat uerba legis, quae ſequuntur. Duumuiri perduellionem &c. Sic lib. III. Recitabatque rogationis carmen. Si quis tribunos plebis decem. &c.

7 Exempli parum memoris legum humanarum.} Emendat Beatus Rhenanus, Romanarum, pro Humanarum. quod non placet. nam & a Vet. lib. diſsidet, & a Varrone, qui ita ſcribit lib. primo de uita populi R. ut eſt apud Nonium. Metium Fufetium propter perfidiam interfecit paene imperioſius, quam humanius. Principes Albanorum in patres legit, Tullios, Seruilios, Quinctios.} Mendoſe Tullia gens inter Albanas Romam a Tullo Hoſtilio translatas numeratur pro Iulia. Id indicat Dionyſius, qui eodem ordine commemorans has gentes, inquit, ἰουλίους, σερουιλίους. Adde quod gens Tullia non Albana fuit, ſed Corniculana. & quod Tullus, & Tullius pro Iulo, & Iulio infra ſaepiſsime eſt mendoſe. Qvintios.} Quinctum, Quinctium, Quinctilium, & Quinctilianum ſcribendum eſſe facile omnes intelligent, qui Capitolinorum lapidum ſcripturam obſeruauerint. Eadem ſcriptura ſeruatur etiam in quibuſdam libris manuſcriptis Diodori Siculi, quos mihi commodauit uir omni & uirtutis, & laudis genere praeſtantiſsimus, Ludouicus Beccatellus, tũ cum Venetijs Põtificiae legationis munus obiret, qui libri cum adhuc impreſsi nõ ſint, plurimũ mihi, ut poſt idõneo loco oſtendam, ad Liuianam hiſtoriam emendandam ſaepiſsime profuerunt. in ijs ergo eſt κοίνκτιος & κοίνκτιος. itemq. eſt cum in alijs lapidibus, tum in quodam peruetuſto, qui in agro Regienſi eſt, apud ornatiſsimum iuuenem, Horatium Malegutium, eiuſmodi.

QVINCTAE. NONIAE
RVFAE ET
NONIAE. Q. F. QVINCTVLAE

Quid plura? in ipſis etiam Liuianis libris manuſcriptis ita demum ſaepe eſſe, quamquam inconſtanter, comperi. Pugna atrox ad ſiluam Malyculam fuit.} Cum uetuſti libri omnes habeant, ad ſyluam Malitioſam, ſatis mirari non poſſum, cur iſti emendatores Malyculam malint, quam Malitioſam, quam germanam eſſe huius loci lectionem probatur ex Dionyſio, qui hanc ſiluam appellat τὴν ὕλην καλουμένην κακούργον. Eſt autem κακοῦργος, Malitioſus. Nec pugna deinde illa conſtare, nec fuga explicari.} Vet. lib. Nec pugna deinde illis conſtare. uere. Fulmine ipſum cum domo conflagraſſe.} In omnibus Vet. lib. eſt. Fulmine ictum cum domo conflagraſſe. quod probo. Sic Cicero li. II. de off. Phaetontem ictu fulminis conflagraſſe, & Liu. lib. XXXIV. duas naues fulmine ictas conflagraſſe. & Lactantius lib. III. Capitolium ſaepius fulmine ictum conflagraſſe.

8 Ancus Martius.} Marciae gentis nomen ſcribi debere littera c, non t, quod imperitorum conſuetudo inuexerat, docent Capitolina marmora, Graecorum libri, & manuſcripti latini, & ipſius denique nominis ratio. aut enim a Marco, aut, quod quidam tradiderunt, a Mamerco manauit. Etenim ſcribit Plutarchus in Numa, placuiſſe quibuſdam a Mamerco Marcios eſſe appellatos, qui Numae regis filius fuit, eoſque propterea cognomine Regis eſſe uſos. Nam Marciorum Regum familia Romae fuit, quam tamen non a Mamerco Numae filio, ſed ab Anco Marcio Rege originem traxiſſe intelligi ex Suetonio in Caeſare poteſt. apud Plutarchum autem mendoſe legitur. ἀπὸ δὲ τῶ μαμέρκου μαμερκίους, pro μαρκίους. Nam Mamerciae gentis nulla uſquam mentio fit. Numae Pompilij nepos filia ortus Ancus Marcius erat.} Hic locus oſtendit uitioſe legi apud Plutarchum in principio Coriolani. cum ait. ὧν καὶ μάρκιος ἦν γαΐος ὄνομα θυγατριδοῦς, καὶ μετὰ τύλλον ὁστίλιον βασιλεὺς γενόμενος. legendum autem eſſe, ὧν καὶ μάρκιος ἦν ἄγκος ὁ νομᾶ θυγατριδοῦς, ideſt ex qua gente fuit etiam

Marcius

Marcius Ancus Numae ex filia nepos. Ivs ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc feriales habent, deſcripſit.} Hinc Valerius in epitome de praenominibus. Ab Aequicolis Sertorem Reſium, qui primus ius feciale inſtituit. Hastam ferratam, ſanguineam aut praeuſtam.} Lege ex Vet. lib. aut ſanguineam praeuſtam. Qvod populi priſcorum Latinorum, homineſue priſci Latini.} Lego. Hominesque. quia haud ita multo poſt ait. Populis priſcorum latinorum, hominibuſque priſcis latinis. & Gellius lib. xvii. ex Cincio. Quod populus Hermundulus, hominesq. populi Hermunduli. Vbi eadem uerba, quae hic, uſurpantur. Aventinvm nouae multitudini datum.} Neſcio cur Glareanus miretur Auentinum neutro genere a Liuio eſſe dictum, cum Dionyſius paſſim τὸ ἀβεντῖνον, & τὸν ἀβεντῖνον λόφον dicat. Tellenis, Ficanaque.} Dionyſius τελλήνην, & φιδηναίων πόλιν uocat, libri uitio, pro φικανεῶν. Nam paullo poſt addit de defectione Fidenatium. Ponte Sublicio tum primum in Tiberi facto.} Vet. lib. in Tiberim. itemque in epitom. pontem Sublicium in Tiberim fecit. Sublicium porro pontem ξυλίνην γέφυραν Graeci uocant, ideſt ligneum. Qviricivm quoque foſſa.} Feſtus. Quiricium foſſae, quibus Ancus Marcius urbem circumdedit. In ore Tiberis Hoſtia urbs condita.} Oſtia ſcribendum. Nam Dionyſius dictam eſſe ait, quaſi θύραν, ideſt oſtium. Ad Mvrtiae datae ſedes.} Murciae uidetur ſcribendum ex Feſto, qui ait. Murciae Deae ſacellum erat ſub monte Auentino, qui ante Murcus uocabatur. & Plutar. in lib. τῶν κεφαλαίων. ὃν ναὸν μυρκίας ἀφροδίτην καλοῦσιν μυρτίαν τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, ὀνόμαζον. Demarati Corinthij.} Ita libri omnes Latini. Graeci Δημάρατος. at Capitolina monumenta, Damarati edunt. qua ratione lib. xxxiix. Nicodamus, & Damoteles, & alibi Damocritus dixit. cum tamen Graece littera η ſcribantur.

Domicilioqve ibi comparato L. Tarquinium Priſcum edidere nomen.} Puto uocem, Priſcū, inducendam eſſe. neque enim Priſci cognomen tulit, niſi poſtquam L. Tarquinius Superbus florere coepit. Nam (ut ait Dionyſius) Priſcus eſt appellatus, quia maior natu erat, quam Superbus. Non eſt 9
autem uerisimile ab ipſo L. Tarquinio, Priſci cognomen editum eſſe, uerum multis poſt annis florente iam Superbo illud uulgo inueniſſe. comprobat hanc meam coniecturam, quod in ueteribus libris luxatae hae uoces ſunt. L. Tarquinium edidere Priſcum. ut gloſſema alicuius eſſe uideatur in uerba auctoris ex margine libri (ut fit) temere a librario tranſlatum. Statva Accij capite uelato, quo in loco acta res eſt in comitio in gradibus ipſis ad laeuam curiae fuit.} Vet. lib. Statua Attij poſita capite uelato. ſic lib. iii. de Statua Cloeliae. In ſumma ſacra uia fuit poſita uirgo inſidens equo.

Posteriore modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt.} Vet. lib. Poſteriores. Recte. ut ſit poſteriores equites. qui additi erant, appellati ſunt ſub iiſdem nominibus, ideſt idem nomen, atque priores, tenuerunt. ut poſt apertius dicam. Pontem incendunt.} Vet. lib. Succendunt. aptius. nam inquit accenſa ligna in flumen eſſe coniecta, quibus pons conflagrauit. Deditis ne uos, populumque Collatinum, urbem, agros.} Vet. lib. Populum Collatinum. Vos enim uocandi caſus eſt, non nominandi. ut intelligunt ij, qui Populumque Collatinum emendarunt. Quod ex deditione Campanorum colligi poteſt lib. vii. ubi ait. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra deum, diuina, humanaque omnia in ueſtram P.C. Populiq. Romani ditionem dedimus. non, Nos, populumq. Campanum. Ficvlnea uetus, Cameria.} Dionyſius etiam hoc loco mendoſe habet φιδηνην, pro φικνέαν. ut ſupra. ita ut Ficanam, & Ficulneam eandem eſſe ciuitatem intelligere uideatur. Varro quidem in lib. de lingua lat. Fidenates, & Ficulneates ſuburbanos populos uocat.

Tvm quia Seruio occiſo.} Vet. lib. Et quia Seruio occiſo. atq. ita ſine controuerſia legendū eſt: nam haec eſt altera ratio, quae priorem ſubſequitur, quae erat. Et quia grauior ultor caedis. Itaq. apte 10
altera alteri nunc reſpondet. Tvm demum palam factum. Et comploratione in regia orta.} Neſcio cur ueterem lectionem immutauerit Rhenanus. Tum demum palam facta ex comploratione in regia orta. cum ſit ſenſus. Seruius celata morte regis opes ſuas firmauit, tum demum palam facta ex cōploratione in regia orta regnauit. Cornicines, tibicineſque.} Vet. lib. Tubicineſque. Egregie. Dionyſius enim ubi hac de re agit, uertit σαλπιστάς. In tres centurias diſtributi.} Malim, in duas, ut ſcribit Dionyſius. ut centuriae omnes ſint cxciii, numero impari, ut concipit Dionyſius, non cxciv. Eqvitvm ex primoribus ciuitatis xii ſcripſit centurias. ſex item alias centurias tribus ab Romulo inſtitutis, ſub iiſdem quibus inauguratae erant, nominibus fecit.} Ex his uerbis centurias colligit Glareanus xv, cum ſint xiix. tres enim ueteres tantum auctas eſſe putare uidetur, cum ex tribus ſex factas eſſe Liuius intelligat. Hac enim de re ſic ait in Priſco. Tarquinius equitem maxime ſuis deeſſe uiribus ratus, ad Ramnenſes, Tatienſes, Luceres, quas centurias Romulus ſcripſerat addere alias conſtituit, ſuoque inſignes relinquere nomine. & paullo poſt. Neque tum Tarquinius de equitum centurijs quidquam mutauit, numero tantum alterum adiecit, ut mille dccc equites in tribus centurijs eſſent. poſteriores modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt, quos nunc, quia geminatae ſunt, ſex uocant centurias. Haec ibi. Geminauit autem eas Tullius, ita ut ex tribus ſex faceret, ſed ſub iiſdem nominibus. Quo efficiebatur, ut primi eſſent, & ſecundi Ramnenſes, primi & ſecundi Tatienſes, & Luceres. Quod Feſtus etiam docet. qui libro xvii. ait ita. Ciuitas Romana in vi diſtributa erat partes, in primos, ſecundos Tatienſes, Ramnenſes, & Luceres. Dionyſius

ſius

ſius item decem & octo centurias a Tullio factas ſcribi, non quindecim. EQVITES enim uocabantur primi, octoginta inde primae claſſis centuriae primum peditum uocabantur.} Voces hae, Primum peditum uocabantur, perſpicue gloſſema ſunt eius, qui locum hunc in margine libri interpretatus eſt. id quod non ſolum ſuperuacanea repetitio uocis, Vocabantur, ſed etiam ueterum aliquot librorum auctoritas, comprobat, a quibus abſunt eiuſmodi uoces. Accedit, quod, ſi tollantur, multo uenuſtior ipſa oratio redditur. IBI ſi uariaret, quod raro incidebat, ut ſecundae claſſis uocarentur, nec fere umquam infra ita deſcenderent, ut ad infimos peruenirent.} Glareanus hoc loco deſiderari aliquid cenſet. quaſi uero haec ſententia futura fuerit. Ibi ſi uariaret, tum efficiebatur, ut ſecundae claſſis centuriae uocarentur. neque intelligit totam hanc orationē altius initium ducere. inquit enim. Gradus facti, ut neque excluſus quiſquam ſuffragio uideretur, & uis omnis penes primores ciuitatis eſſet. equites enim uocabantur primi, octoginta inde primae claſſis centuriae. Ibi ſi uariaret (quod raro incidebat) alter gradus nimirum fuit, ut ſecundae claſſis centuriae uocarentur. Hunc ſenſum cum uetuſtiores aut librarij, aut emendatores non percepiſſent, deinde, Deſcenderent, pro Deſcenderunt, ſcripſere. Eſt autem noua quaſi res addenda ita. Quod ad tertiam, & reliquas claſſes attinet, numquam ita infra deſcenderunt, ut ad infimos peruenirent. Id quod Dionyſius prope *ἀδύνατον* fuiſſe ſcribit. ita. *τοῦτο δὲ ἦν σπάνιον, καὶ οὐ μακρὰν ἀπεῖχον τοῦ ἀδυνάτου.* NEC mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc eſt, poſt expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero centurijs iuniorum, ſeniorumque ad inſtitutam ab Ser. Tullio ſummam non conuenire.} Senſus eſt. Seruius Tullius omnem populum in IV tribus urbanas deſcripſit, & XV ruſticas, ut eſſent XIX, idem eundem in centurias CXCIII. Subſequentibus autem temporibus, inquit, cum populus ita creuerit, ut duplicato numero XXXV tribus expletae ſint, centuriarum etiam numerus auctus eſt. Quare mirandum non eſt, hunc ordinem centuriarum, qui nunc eſt, ad ſummam Ser. Tullij inſtitutam non conuenire. QVADRIFARIAM enim urbe diuiſa regionibus, collibuſque, quae habitabantur partes, tribus eas appellauit.} Quia meminit tribuum XXXV, in quas poſt populus eſt coniectus, quae cauſſa mutationis centuriarum fuit, quot eſſent hoc tempore tribus exponit. Quattuor igitur fuiſſe a partibus urbis quattuor, in quas diuiſa urbs a Tullio fuit, nominatas ait. Hae fuerunt Palatina, Eſquilina, Suburrana, Collina, quae ruſticis tribubus accedentibus urbanae ſunt dictae. Dionyſius autem Tullium eundem & urbanarum, & ruſticarum tribuum auctorem fuiſſe, ſcribit. Quod praeterijt, ut alia, Liuius. ſed eas XV fuiſſe intelligitur ex ijs, quae poſtea ſcribit. CENSV perfecto, quem maturauerat metu legis de incenſis latae.} Senſus eſt. Regē mature perfeciſſe cenſum, quia populus metuit legem de incenſis ab eo latam, quos ſe & bonis, & libertate multaturum eſſe edixerat. ſic enim Dionyſius ſcribit. *τοῦ δὲ μὴ τιμησαμένου τιμωρίαν ὥρισε τάς τε οὐσίας εἰσπραχθῆναι, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πραθῆναι.* IDQVE conditum luſtrum appellatum eſt; quia in cenſendo finis factus eſt.} Rhenanus ambigit de hac lectione. neque enim uidere ſe ait, cur dicat Liuius iccirco luſtrum appellatum eſſe, quia in cenſendo finis factus eſt. Iuſta autem eius dubitatio eſt. Ego autem uel repugnantibus ueteribus libris, legendum puto. Qui in cenſendo finis factus eſt. ut ſit. Inſtitutum eſt, ut luſtrum Cenſionis finis eſſet. ſic enim Dionyſius uſque ad memoriam ſuam obſeruatum eſſe tradit. *τοῦτον καθαρμὸν αὐτὸν ἕως τῶν κατ' ἐμὲ χρόνων Ῥωμαῖοι καθαίρονται μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν τιμήσεων ὑπὸ τῶν ἐχόντων τὴν ἱερωτάτην ἀρχήν, λοῦστρον ὀνομάζοντες.* Pomoerium, uim uerbi ſolam intuentes Poſtmoerium interpretantur.} In Vet. lib. Poſtmoerium. & recte. nam antiquitus Moeri pro muris dicti ſunt. Varro etiam lib. IV. de lingua Lat. Principium inquit, quod erat poſt murum, Pomoerium dictum. EA erat confeſſio caput rerum Romam eſſe.} Quia quaerit Glareanus, ſi ea confeſſio erat, caput rerum Romam eſſe, cur bouem Romam Sabinus adduxerit, huius loci ſententiam aperiemus. Templum, inquit, Dianae a latinis conditum eam confeſſionem latinorum extorſerat, Romam ipſam imperij caput eſſe, de quo toties armis certatum fuerat. Quae res quamquam omni ex omnium cura latinorum ob tot clades acceptas erat, ſubijt tamen cogitatio Sabino cuidam Imperij priſtini priuato conſilio recuperandi, ſi ipſe bouem Dianae ſacrificaſſet eam, de qua uates cecinerant, cuius ciuitatis ciuis Dianae immolaſſet, apud eam Imperium fore. Ergo bouem Romam deduxit, ut Imperium recuperaret. Sabinos autem inter Latinos numerat. Paullo poſt, Infima ualle praefluit Tiberis, uerba ſunt Romani antiſtitis, non Hiſtorici. porro autem antiſtitem fani Cornelium, Sabinum Antronem Curatium nominat Plutarchus in libro *τῶν κεφαλαίων*.

ETIAM de Seruio actum rati.} Vet. lib. & iam de Seruio. Vere. FLECTENTE carpentum dextra in Virbium cliuum, ut in collem.} Vide quid ſit, quod omnes manuſcripti libri ita habent. Flectere carpentum in dextram iuſſit aurigam, ut in collem. Ceterum ſupra Vrbicum cliuum habitaſſe Ser. Tullium regem, ſcribit Solinus cap. II. COLLEM Eſquiliarum.} Eſquiliarium habent Vet. lib. Perueniſſetque ad ſummum Cyprium uicum. & paullo poſt. Monumentoque locus eſt: Sceleratum uicum uocant.} Dionyſius hunc Vicum primum Beatum, poſt Sceleratum appellatum tradit. *ὅτος ὁ στενωπὸς ὄλβιος καλούμενος πρότερον ἐξ ἐκείνου τοῦ δεινοῦ καὶ μυσαροῦ πάθους ἀσεβὴς ὑπὸ Ῥωμαίων κατὰ τὴν πάτριον γλῶτταν καλεῖται.* Recte. Nam Cyprum Bonum ſignificat auctore Varrone de lingua Latina, Vicus Cyprius, inquit, a Cypro, quod ibi Sabini ciues additi conſederunt, qui a bono omine id appellarunt. Nam Cyprū Sabine Bonum. prope hunc Vicus Sceleratus, dictus a Tullia Tarquinij Superbi uxore, &c.

Octavio Mamilio Tuſculano.} Si nomen gentis huius eſt Mamilius, ut Dionyſius, & Feſtus
ſcribunt:ergo Octauius praenomen eſt,quod alias Octauiae gentis eſt nomē. quia uero nuſquam prae
nomina loco nominum uſurpata ſunt. propterea ſuſpicor,ne Octauo Mamilio ſit legendum,ut Octa-
uus ſit praenomen, perinde ac in uiris Quinctus,Sextus,Decimus.& in feminis Prima, Secunda,Ter-
tia,Quarta,& Quincta.auctore Varrone. Liuius etiam poſt lib.III.L.Mamilio Tuſculano datam ciui
tatem ſcribit.

Ne id quidem ab Turno tuliſſe tacitum ferunt. dixiſſe enim.} Vet.lib.Ne id quidem Turnum 12
tuliſſe tacitum ferunt.dixiſſe enim.Recte.nam in priore lectione tuliſſe ad Superbum, in hac ad Tur-
num refertur. Quo fit oratio rectior. Nam addit: Dixiſſe enim.Sic lib.VII.Non patientibus tacitum
tribunis. Quoe morando ſpem deſtituerit.} Vet.lib.ſpes deſtituerit. Videat autem eruditus le-
ctor an rectius dicatur,ſpem deſtituo,an,me ſpes deſtituit.Liuius quidem lib.XXIX ait. Scipio magna
ſpe deſtitutus erat. Miscvit manipulos ex Latinis,Romaniſque,ut ex binis ſingulos faceret,bi-
noſque ex ſingulis.} Manipulus teſte Vegetio decem continet milites.Ex binis ergo ſingulos fecit.cum
ex duobus manipulis altero Latinorum,Romanorum altero quinos ex hoc,& ex illo quinos milites ſu
meret,& unum miſtum componeret. Ex ſingulis porro binos,cum duas unius manipuli partes in duos
diuideret. Quos geminauit,cum eundem manipulum ex Latinis,Romaniſque miſcuiſſet.

Ni Degeneratvm in alijs huic quoque decori offeciſſet.} Quaerit Glareanus,quo referatur uox
illa Degeneratum. is ergo accipiat,referri ad uerbum,Offeciſſet. eſt autē hic modus dicendi Liuio uſi-
tatus.ſic lib.VII. Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem. Item. Tentatum domi per dictatorem,ut
ambo patricij conſules crearentur,rem ad interregnum perduxit. & illud Virgilij: Notumque furens
quid femina poſſit. Sumitur autem ſententia pro nomine uno,& caſu recto.Perreraturum ſe omne La
tium,Volſcoſque ſe inde,& Aequos,& Hernicos petiturum.} Vet.libri pleniores: Perreraturum ſe o-
mne Latium,pulſumque ſe inde Volſcos,& Aequos. Ipse identidem belli auctor eſſet.} Lege,Eſ
ſe,ex Vet.lib.ut eadem ſit forma dicendi,atque ea,quae ſequitur: In eo ſibi praecipuam ſcientiam aſſu
mere. Qvam ſummam pecuniae neque ex unius tum urbis praeda ſperandam, & nullius ne ho-
rum quidem magnificentiae operum fundamenta non exſuperaturam.} Rhenanus ex fide uetuſti libri
corrigit. Quia ſummam pecuniae.hoc ſenſu:ſe credere potius Fabio,quam Piſoni,quia ſummam pecu-
niae ſcribit neque ex unius tum urbis praeda ſperandam. Itaq. ad uerbum, Scribit, ſubaudiendum pu-
tat. Nos autem in Vet.lib.inuenimus ita legi. Quia ſumma pecunia.& cetera in recto caſu. ut ſit haec
ſententia.ſe credere potius Fabio,quam Piſoni de XL millibus pondo argenti, quia ſumma pecunia ea
ſit, neque ex unius tum urbis praeda ſperanda.

Qvi cum haud paruus & ipſe militiae adderetur labor.} Vet.lib.Qui cum haud paruus & ipſi mi 13
litiae.i.cum aedificandi labor haud paruus & ipſi militiae adderetur. P. Valerio Voleſi filio.} Voluſi
ſcribendum,ex Cap.conſulibus. Ferro, igni quacumque dehinc ui poſſim exacturum.} Vet.lib.
& quacunque dehinc ui poſſim.ut lib.II. Pontem ferro igni, & quacumque ui poſſent,interrumpant.
Itaque Cicero pro domo ait.Deinde cum ille ſaxis,& ignibus,& ferro uaſtitatem meis aedibus intuliſ-
ſet.& pro Plancio. Quorum uidiſti toto illo anno ferrum in foro,flammam in aedibus,uim in tota ur-
be uerſari. Praeco ad tribunum Celerum,in quo tum magiſtratu forte erat Brutus, populum
aduocauit.} Hoc addit,quia niſi magiſtratui populum conuocare non licebat.ut ait Dionyſ. lib.IV. ſic
enim quaerit a Bruto Valerius. περὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας ὅτι βούλομαι μαθεῖν, τίς ὁ καλέσων ἐστὶ αὐτὴν κατὰ νόμους καὶ
τὴν ψῆφον ἀναδώσων ταῖς φράτραις. ἄρχουσι γὰρ ἀποδέδοται τοῦτο πράττειν. ὁ δὲ ὑπολαβών. ἔφη, ἐγὼ ὦ Οὐαλέριε τῶν
γὰρ κελερίων ἄρχων εἰμί, ᾧ ἀποδέδοται μοι κατὰ νόμους ἐκκλησίαν, ὅτε βουλοίμην, συγκαλεῖν. Dvo conſules
inde comitijs centuriatis a praefecto urbis ex commentarijs Ser. Tullij creati ſunt.} Ita prope Diony-
ſius. praeterquam quod comitia a Sp. Lucretio patre Lucretiae interrege,non praefecto,habita fuiſſe
ſcribit. Quod autem ex commentarijs Ser. Tullij ait,ad Centuriata comitia pertinet, quorum ille ra-
tionem habendorum primus tradidit.

IN. EPITOMEN. LIBRI. II

Svos quoque & fratris filios.} Lege,& ſororis filios.ſic enim lib.IV.locutus eſt.intelligit autem 14
Aquillios,Vitelliosque natos ex ſororibus duabus Collatini collegae ſui. Contractis Veien
tium,& Tarquiniorum copijs.} Vetuſti libri habent, Tarquinienſium.Quod placet.nam ut a Veijs Ve-
ientes,ſic a Tarquinijs Tarquinienſes dicti ſunt. Et cvm reddita eſſet a Porſena honorifice re-
miſſa,equeſtrique ſtatua donata eſt.} Lege,& interpunge ita ex Vet.lib.Et cum reddita eſſet Porſenae,
honorifice remiſſa,equeſtri ſtatua donata eſt. Nvmervs tribuum ampliatus eſt,ut eſſent trigin-
ta una.} Ex fide uetuſtorum librorum, ſcribendum eſt,uiginti una,ut paullo poſt oſtendam.

Cn. Marcivs.} C. Marcius,ſcribe.eſt enim apud Dionyſium,& Plutarchum γάϊος μάρκιος. Item in
quibuſdam etiam ueteribus libris, C.Marcius.Eſt praeterea genti Marciae familiare praenomen Caij,
non Cnaei. T. Latinvs.} T. Latinius ſcribendum eſt ex Vet.lib.Accedit,quod Lactantius Fir
minianus lib.II. Ti.Atinium, Macrob.lib.I.Annium uocant errore non admodū a ueritate alieno.

Cvm

Cvm Cn. Marcius Coriolanus,qui in exſilium pulſus,dux Volſcorum factus exercitum hoſtium urbi primo admouiſſet:} Lege ad fidem ueteris lectionis. Cum C.Marcius Coriolanus, qui in exſilium erat pulſus,dux Volſcorum factus exercitum hoſtium urbi Romae admouiſſet.

IN. LIBRVM. II

Qvas nouas ipſi ſedes ab ſe auctae multitudinis addiderunt.} Diſſentio a Rhenano,qui legendum putat,Multitudinis,cum uetuſti omnes libri habeant.Multitudini. Tribvniciis procellis.} Tribunicium C,littera,non T ſcribendum eſſe,ex Capitolinis lapidibus intelligitur. Inde fertur,ut in Senatum uocarentur,qui patres,quique conſcripti eſſent.conſcriptos uidelicet nouum Senatum appellabant lectos.} Lege ex antiquae lectionis fide.Conſcriptos uidelicet in nouum Senatum appellabant lectos.i.qui in nouum Senatum lecti erant,ij conſcripti uocabantur.ſic ſupra dixit. In patres legere. Hic idem locus tractatur apud Feſtum lib.xv.ſed mendoſe.legendum eſt autem ita.Qui patres, quique conſcripti, uocati ſunt in curiam, quo tempore regibus urbe expulſis P. Valerius conſul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum Senatorum centum ſexaginta & quattuor, ut expleret numerum trecentorum.ſic duo genera appellauere. Necvbi ibi regum deſiderium eſſet.} Rhenanus quia incidit in unum librum,in quo erat forte per incuriam librarij ſcriptum,Necubi ubi,ut ille ait.correxit,Necubi ibi,i.ut ne in eo miniſterio regem deſideraret populus. ego autem probo magis,ut legatur, Necubi regum.quomodo legitur in omnibus antiquis libris.ut ſit hic ſenſus. Ne quo in munere rex deſideraretur. Regem ſacrificulum creant.} Non improbo hanc lectionem. Illud tantum admoneo,in ueteribus libris legi:Regem ſacrificiorum,quo modo alibi etiam Liuius locutus eſt. Quamquam ſaepius,ſacrorum,ait.Itaque Plut.in Problematis inquit, a Romanis appellari ῥῆγα σακρόρουμ.Dionyſius βασιλέα τῶν ἱερῶν.Alias etiam Rex ſacrificus. Vt omnes Tarquiniae gentis exſules eſſent.} Ita Varro rerum humanarum lib.xx.auctore Marcello. Omnes Tarquinios eiecerunt,ne quam reditionis per gentilitatem ſpem haberent.

25 Vitelliis, Aquilijſque.} Aquillij duobus ll ſcribendi.ſic eſt enim in Capitolinis monumentis.Ceterum nequis putet Dionyſium diſſentire a Liuio qui pro Vitellijs Gellios nominet. nam mendum eſt in uoce γελλίους pro οὐϊτελλίους, ut eſt recte apud Plutarchum.in cuius Coriolano eſt etiam uitioſe, οἰκάνας pro λαουϊκάνας,eadem ratione mendi. Ne se ortum eiuſdem ſanguinis,extorrem,egentem.} Rhenanus cenſet legendum eſſe, Ortu.Verum & quia ſine auctoritate uetuſtorum codicum ita ſentit,& quia durum genus dicendi utrũque eſt, utramque lectionem mendum ſuſpicor continere. Vereor autem ut legendum ſit hoc modo. Ne ſe ortum ab ijs,eiuſdem ſanguinis.Nam infra de eodem ita loquitur. Ne ſe ortum ab Etruſcis,eiuſdem ſanguinis,nominiſque,egentes &c. Vindicio ipſi nomen fuiſſe.} Vindici lego quia Plutar.in Problemat.ait,οὐίνδικι ἦν ὄνομα. & Dionyſ. Nominabatur, inquit,οὐίνδικιος. Arsia ſilua.} Sic etiam Valerius cap.de Miraculis. at Plutarch. Αὔρσιον ἄλσος appellat. Vno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie.} Plutarchus apertius in Poplicola. ὡς ἑνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι τυῤῥηνῶν ἢ ῥωμαίων.i.Vno plures obiiſſe Tuſcos.quam Romanos.idem Dionyſius. Vbi nunc uicus publicus eſt.} Miror Rhenanum corrigendum putaſſe,Viniplacae,cum unum tantum librũ inuenerit, in quo eſſet, Vbi nunc uicae pocae.Quos quidem ego legi,ij habent, Vbi nunc uia publica eſt.uerum uitioſe utrumque.Nam Plut.in Poplic.ait.ὅπου νῦν ἱερόν ἐστι οὐΐκας πότας ὀνομαζόμενον. Front.de aquae duc.2.meminit uici Publicij.ut uerear,ne legendum ſit,uicus Publicius. Pvblicolae.} Scribe Poplicolae. ex fide Capitolinorũ marmorum,& Graecorum librorũ Dionyſij, Plutarchi.Dionis.praeterea ex etymologia uocis.eſt enim Poplicola (ut ait Dionyſius) δημοκηδής,ideſt populum colens.quamquam Priſcianus ait a uetuſtiſſimis Latinis Publicum eſſe dicunt.

26 Vt pontem ferro,igni,quacumque ui poſſent, interrumpant.} Vet.lec. & quacumque ui poſſent. Sp. largivm.} Glareanus ubique Largium ſcribendum cenſet, nos Lartium partim antiquorum librorum auctoritate,partim etymologia uocis. Lartius enim a Larte praenomine dictus eſt. Graecorum tamen codices ubique λάρκιον habent. Tiberine pater, inquit, te ſancte precor haec arma, & hunc militem propitio flumine accipias.} Tiberinum Deum loci uidetur intelligere.de quo etiam Virgil.lib.IIX.Hic Deus ipſe loci fluuio Tiberinus amoeno,Populeas inter ſenior ſe attollere frondes uiſus.Quo in loco docet Seruius in ſacris Tiberinum,in communi loquendi ſermone Tiberim, in carmine Tibrim uocari. Navibvs undique accitis,& ad cuſtodiam,ne quid Romam frumenti ſubuehi fineret.} Deſideratur uox, Poſitis,quae eſt in Vet.lib. & ad cuſtodiam poſitis. Consvlvm alter.} Vet.lib.Conſul alter. Versisqve in Lucretium Etruſcis.} Probo coniecturam Glareani,legendum eſſe,in Valerium,propter ea,quae ſequuntur, Dextra, laeuaque hinc a porta Collina, illinc ab Naeuia redditus clamor. nimirum ab Lartio,& Lucretio,quorum ille Collina,hic Naeuia porta egreſſus erat.

27 Ivberem macte uirtute eſſe.} Vetus lectio: Iuberẽ te macte uirtute eſſe.Modus eſt autem iubendi is,de quo Liuius lib. IV. Tum Dictator,Macte uirtute,inquit C.Seruilij eſto. Vt autem ibi,Macte, pro Mactus,ponitur,auctore Priſciano,ſic hic Macte,pro Mactum.Scaeuolae.} Cap. Lapides edunt, Scaeuulae.

Scaeuolae. Hvic tam pacatae profectioni ab urbe Regis Etruſci abhorrens mos traditus ab antiquis, uſque ad noſtram aetatem inter cetera ſollemnia manet, bona Porſenae regis uendendi.} In omnibus Vet. lib. duae amplius uoces ſunt, Bonis uendendis, quas exemit Rhenanus, quod in uno quē ipſe legit libro non reperit, ex quo ſuſpicatus eſt, eas eſſe interpretis alicuius gloſſema. Videndum eſt tamen an ita ſit. Etenim Cicero in Ver. III. ubi illa conſuetudo in bonis, praedijs, praedibuſq. uendendis Conſulum, Cenſorum, Praetorum, Quaeſtorum, ut optima condicione ſit is, cuia res ſit, cuium periculum. Pax fida ita cum Porſena fuit. Cōſules deinde.} Ego aſteriſcum ponendum cenſeo inter Fuit, et Conſules. ut intelligatur deeſſe aliquid. deſunt autem nomina Conſulum Sp. Lartij, & T. Herminij. Quorum meminit Dionyſius, & Caſſiodorus, qui tabulas ſuas conſulares ex Liuiana hiſtoria concinnaſſe uidetur. puto autem deeſſe non Liuij, ſed librariorum uitio, ut aperte infra in Chronologia oſtendam. P. Posthvmivs.} Poſtumus, & Poſtumius ſcribendum eſt ſine adſpiratione. nam ita & in manuſcriptis libris eſt, & in uetuſtis lapidibus, praeſertim uero ijs, qui in Capitolio ſunt. Ap. Clavsvs, cui poſtea Appio Claudio fuit Romae cognomen.} Nemo miretur me & hoc loco, & infra in IX ubi ait. Siue Ap. Clauſum, ſiue Ap. Claudium mauultis; legere Actium Clauſum. Haec enim eſt lectio uetuſtorum librorum. Quae auctoritate etiam Valerij confirmatur. qui ſcribit Appium praenomen ab Actio Sabinorum praenomine ortum eſſe. Ex quo intelligere poſſumus Actium Clauſum Sabinum, ubi Romam commigrauit, utrumque nomen immutaſſe, perinde atque Lucumo Tarquinienſis, qui ſe L. Tarquinium appellari uoluit. Quod cum ita ſit, non eſt dubium, quin mendoſe Suetonius in Tiberio hunc Tatium uocet, pro Actio, & Dionyſius τίτος κλαύδιος mendoſe habeat pro ἄκτιος κλαῦσος, ut Plutarchus in Poplicola. Praeterea pro uoce, Cognomen, reſtitue, Nomen. nam haec uox & aptior eſt huic loco, & eſt in Vet. lib. Ab Regillo.} Regillum urbs eſt hoc in loco, non lacus, ad quem cum Latinis poſt debellatum eſt. Nam Stephanus ait, ῥήγιλλος πόλις σαβίνων. Hoc dixi, quia Glareanus incertus eſſe ſententiae uidetur. cum tamen urbs ſit in Sabinis, lacus in agro Tuſculano, ut ait Liuius. Arvncos.} Dionyſius αὔρυγκας uocat. Cap. Fragm. Auruncos. Iam in eo eſſet, ut in muros miles euaderet.} Vet. lectio melior: Iam in eo res eſſet, ut: Posthvmivm Cominium.} Glareanus uehementer hoc loco errat, qui Poſtumium hoc in loco gentis eſſe nomen putat, & C. Poſtumium dici uult. eſt enim ſcribendum, Poſtumum Cominium, ut ſit praenomen, quemadmodum oſtēdi in Praenominibus a me editis. M. Valerivm M. F. Voleſi nepotem.} Hunc primum Dictatorem creatum eſſe, cōtra, atque tradit Liuius, eundemq. Voluſi, non Voleſi nepotem fuiſſe, quemadmodum etiam ſcriptum eſt in Capitolinis lapidibus, docet Feſtus lib. XIII. cuius uerba ſubiungam, partim quia uulgo mendoſe leguntur, partim etiam, quia digna ſunt, quae recitentur. inquit autem: Optima lex cum nominabatur in magiſtro populi faciendo, qui uulgo dictator appellatur, quam pleniſſimū poſſet ius eſſe ſignificabatur. Vt fuit M. Valerij Marci filij Voluſi nepotis. qui primus magiſter populi creatus eſt. poſtquam uero prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quae antea non erat, deſitum eſt dici, ut optima lege. ut pote imminuto iure poſteriorum magiſtratuum. Errauit porro Rhenanus, qui M. Voleſi nepotem correxit. nam Voluſus praenomen eſt Valeriorum, ita ut Marcus ſit ſuperuacaneum. 18

Tacitas induciae quietum annum tenuere.} Vet. lib. Datae induciae. Quamquam lib. extremo ait: Velut tacitis indutijs quiete utrimque ſumpta. Ser. Sulpicius, M. Mā lius Tullus.} Foede erratum eſt in altero horum conſulum nominando. eſt enim ſcribendum. Ser. Sulpicius, M'. Tullius. i. Manius Tullius. Huius lectionis auctor eſt Dionyſius. qui inquit. σέρουιος σουλπίκιος, μάνιος τύλλιος λόγγος. & Cicero in Bruto, qui ait. M'. Tullium cum Ser. Sulpicio Conſulem fuiſſe anno x. poſt reges exactos. Quod Glareanus non uidit. Manius autem apud antiquos ita ſcribebatur, M'. ut in Capitolinis conſulibus. aut ita. M. ut eſt in nummis argenteis multis. quos cum apud alios, tum maxime apud patrem tuum uirum clariſſimum legi. ut M. Sergius. M. Cordius. T. Ebvtivs.} Diphthongus non negligenda eſt quam affert Dionyſius. τίτος αἰβύτιος. Romae tribus una, & triginta factae.} Hic numerus eſt mendoſe non ſolum apud Liuium, ſed etiam in epitome. Nō enim triginta una, ſed uiginti una ſcribendum eſt. Id quod & uetuſta exemplaria habent omnia, & Dionyſius confirmat, qui in explicando iudicio Coriolani habito paullo poſt hunc annum, non niſi XXI tribus fuiſſe aperte oſtendit. Idem error foedauit etiam ſextum Liuij librum, ubi ait, Quattuor tribus additas eſſe, Stellatinam, Tromentinam, Sabatinam, Arnienſem, atque XXXV numerum expleuiſſe. Non enim XXXV, ſed XXV, legendum eſt, quo modo in uetuſtis exemplaribus legitur. Quae uero XXXV numerum expleuerint, eae in ſubſequentibus libris nominantur a Liuio. Praeſtat autem, ut quo facilior huius quaeſtionis explicatio ſit, quae quoque tēpore tribus additae ſint, ex ſententia Liuij exponamus. Primum igitur tres a Romulo Rege tribus factae ſunt Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum. Hae deinde a Ser. Tullio Rege quattuor redditae a regionibus Vrbis appellatae ſunt, & urbanae propterea nominatae Suburrana, Eſquilina, Palatina, Collina. Idem Rex Dionyſio auctore agro Romano diuiſo ruſticas alias tribus fecit. Earum ne certum ipſe quidem numerum affert, ſed XV eas fuiſſe apparet. Liuius VI poſt R. E. anno ueterem tribum Claudiam appellatam, quod in eam clientes Ap. Claudij coniecti eſſent, ait. poſt autem anno CCLIX tribus XXI Romae factas ſcribit. quem numerum Dionyſius etiam tradit in iudicio Coriolani a tribubus facto anno CCLXIII. Liuio autem auctore decennio poſt quattuor additae ſunt, Stellatina, Tromentina,

Sabatina,

falsum est

Sabatina, Arnienſis, eaeque XXV numerum expleuerunt. Hinc decem aliae acceſſerunt. duae quidem anno CCCXCVII Pontina, & Poblicia. item duae anno CDXXIII, Maecia, & Scaptia. itemq. duae anno CDXXXVI. Vfentina, & Falerina. & duae anno CDLIII. Anienſis, & Terentina. poſtremo etiam duae circa annum DX Velina, & Quirina. SED recẽs ad Regillum lacum accepta clades Latinos ira, odioq. eius, quicumque arma ſuaderet, ne ab legatis quidem uiolandis abſtinuit.} Probo magis hanc lectionem, quam eam, quae eſt in quibuſdam libris manuſcriptis. Sed recens ad Regillum lacum accepta clade Latinus. praeſertim uero cum haec forma loquendi ſit frequens. NEXV uincti, ſolutiq. ſe undiq. in publicum proripiunt.} Non uereor ne legendum ſit, Nexi uincti, ſolutique. ſic enim locutus eſt li. IIX. Ita nexi ſoluti, cautumq. in poſterum ne necterentur. Item. Eo anno initium libertatis factum eſt, quod ligari nexi deſierunt. Nexos. n. uocatos ait Varro liberos, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia quam debebant, domino, dum ſoluerent, praeſtarent. Itaq. Liu. lib. IIX. Cui cum ſe C. Publilius ob aes alienum paternum nexum dediſſet. CVRIAMQVE ipſi futuri arbitri moderatoreſque publici conſilij, circumſiſtunt.} Vet. lectio. Circumſiſtere, magis placet. ita enim fit, ut ſeruetur ſuperior forma dicendi, Dicere, Poſtulare, Circumſiſtere.

29 ADEO in alteram cauſſam non collega ſolum praeceperat, ſed omnis factio nobilium.} Locus proculdubio mendoſus. Rhenanus legit: Adeo ui alteram cauſſam. Quam lectionem non probo. Vet. libri alij Steterat, alij, Praeſtiterat habent. Quae lectio ſuſpicionẽ mihi affert, ne ſit legendum, Praeceps erat. nam & ſententiae congruit, & locutio eſt Liuio familiaris. ſic enim loquitur lib. XXIII. Quamquam praeceps ingenio in iram erat. NE SI ſit laxamenti aliquid, aut plebi honeſtum eſſe.} Prudens quiſque, ſi attendet, intelliget, uocem Aut uacare. M. LECTORIO.} Laetorius, & Plaetorius ſcribi debet. Quod Capitolinis lapidibus, & nũmis argenteis cõprobatur. PERICVLVM libertatis in creditores a debitoribus uerterant.} Multo melior priſca lectio. Verterat. Quo uerbo ſaepe utitur Liuius pro ſuo paſſiuo. Ita enim fiet, ut ſuperiori formae reſpondeat. Vi agebatur.

30 MVLTIS, ut erat, horrida & atrox Appij ſententia uidebatur. rurſus Virginij, Largijq. exemplo haud ſalubres, utiq. Largij putabant ſententiam, quae totam fidem tolleret, medium maxime, & moderatum utroq. conſilium Virginij habebatur.} Cum hunc locum mendoſe legi animaduerteret Rhenanus, homo de T. Liuio optime meritus, hunc in modum demum emendauit, & interpunxit. hoc ſenſu. Appij atrox ſententia uidebatur, Virginij, Lartijq. ſententiae exemplo haud ſalubres erãt. Lartij ſententia totam fidem tollebat. Moderatum erat Virginij conſilium. Non intellexit autem, Virginij ſententiam, ſi ita legatur, modo probari, modo improbari. Melior igitur lectio eſt ea, quam ipſe in uetuſtis exẽplaribus reperi. quae eſt eiuſmodi. Multis, ut erat, horrida, & atrox Appij ſentẽtia uidebatur, rurſus Virginij, Largijq. exemplo pernicioſa, haud ſalubrem utiq. Largij putabant ſententiam, quae totam fidem tolleret. Quamquam non Virginij Largijq. exẽplo, legendũ eſt, ſed Virginij, Vetuſijq. Hi. n. hoc anno conſules cum coercendae plebis cauſſa ſeuere delectum haberent, maiorẽ ſeditionẽ fecerunt. Qua de cauſſa ait, Appij ſententiã partim atrocẽ, partim pernicioſam eſſe uiſam Virginij Vetuſijq. exẽplo. quibus eadẽ ſeueritate uſis, quae Appij ſententia continebatur, male res ceſſit. Tollebat autẽ totã fidẽ Largius, quia omnibus ſatisfieri oportere cenſebat, ut Appius nemini. M. VALERIVM dictatorẽ Voleſi filiũ.} Nõ eſt hic M. Valerius Voluſi filius, qui paullo ante mortuus eſt, ſed frater eius praenomine Manius. ut Dionyſ. & Capitolina fragmẽta oſtẽdunt. Quae res ualde torſit Glarea. Quare M'. Valeriũ ſcribe.

31 C. LICINIVS, & L. Albinus.} Hi primi tribuni plebis creati ſunt ex Liuij ſententia. Porro autẽ aſſentior quibuſdam libris manuſcriptis, qui non hunc ſolum, ſed etiam alium L. Albinum, & M. Albinum de plebe homines, quos infra commemorabit Liuius, Albinios uocant. Eſt. n. uerisſimile, ſi qui duo nomina ferrent, caruiſſe eos cognomine; praenomen autem, & nomen tuliſſe, id quod in IVS deſinit. Albinus autem Poſtumiorum, qui Patricij ſunt, eſt cognomen. Idem de Latinio ante dictum eſt. Diſſentit autem a ceteris ſcriptoribus omnibus Liuius in horum tribunorum nominibus recitandis. Dionyſius enim Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον, γάϊον Σικίννιον Βελλοῦτον. itemq. Plut. in Poplicola, & Suidas in uoce δήμαρχοι, tradiderunt. pariq. ratione Pedianus in Corneliana C. Sicinium L. F. Bellutum, L. Iunium C. F. Paterculum edit. Quamquam apud eum mẽdum eſſe puto. legitur. n. L. Sicinium Velutum. cum ex Graecorum auctoritate C. Sicinium Bellutum legendum eſſe uideatur. Bellutus autem belluae ſimilem ſignificare docet Feſtus. De duobus tribunis pl. primum creatis citat auctorẽ Liuiũ Pedianus. POSTVMIVS Cominius.} Lege Poſtumus Cominius, ut ante docui. ANTIATES Volſcos fundit, fugatq., compulſos in opidum Longulam perſecutus, moenibus potitur. inde protinus Mucamitem Volſcorum cepit. tum magna ui adortus eſt Coriolos.} Mirari ſatis non poſſum neminem adhuc uocis huius Mucamitem nouitate offenſum eſſe, neq. foedisſimum mendum ſenſiſſe. Eſt. n. legendum ita. Inde Poluſcam item Volſcorum capit. nam paullo poſt Liuius, ubi haec tria opida Romanis adempta ſcribit, ait: Longulam, Poluſcam, Coriolos nouella haec opida Romanis ademit. Quamquam eo in loco uitioſe legitur etiam, Polluſtiam, pro Poluſcam. Huic autem lectioni fidem afferunt manuſcripti libri, qui hoc in loco, protinus Vlicamitem, & paullo poſt, Poluſcam, Coriolos, aperte habent. itemque Dionyſius, qui priore loco πολύσκα, poſteriore πολυσκανῶν πόλιν, habet. quamquam priore quidem loco mendum etiã eſt. inquit. n. ἐξῆγε τὰς δύναμιν ἐφ' ἑτέραν πόλιν τῶν Οὐολούσκων, ἣ καλεῖται μὲν πόλις, κατὰ διάστημα δὲ ... τῶν

λογγίλλας

λευγύλλας ἀπέχει. legendum eſt enim πολῖχνα, κατὰ διάςημα. i. Adduxit autẽ exercitũ ad alteram ciuitatẽ Volſcorum, quae Poluſca uocatur, ſpatio autẽ non longe a Longula diſtat. Cn. Marcivs.} C. Marcius. ut ante dixi. in Coriolano, legendũ eſt. P. Minvcivs} Minucios ſcribo nõ Minutios auctoritatẽ ſecutus Capitolinae ſcripturae, & Graecorum librorum, & ueterum Latinorum. In Volſcis, Pomptinoque.} Diony. πωμεντῖνον πεδίον uocat. Vet. lib. In Pontino habent. Qvae ſola alimenta ex inſperato fortuna dederat.} Melior priſca lectio, Dederit. Ibi ira eſt ſuppreſſa.} Lego ex fide Vet. lib. Vbi ira eſt. Sed adeo coorta erat infenſa plebs.} Luxatae ſunt uoces hae. ex Vet. lib. ita ordinandae. Sed adeo infenſa erat coorta plebs. Accii Tullij, longe is tum princeps Volſci nominis erat.} Hic uir Attius Tullus dictus eſt, ita ut Tullus praenomẽ, Attius nomẽ gentis eſſet, ut in Tullo Hoſtilio. Quod autem dico, ex fide ueterũ librorum dico, & Graeci exemplaris Dionyſij. a quo τύλλος ἄττιος dicitur ubique, ſemel per mendum τύλλος ἀπίδιος ut a Plutarcho in Coriolano. τύλλος ἀμφίδιος Maior autẽ etiam labes inſidet in principio uitae Ciceronis, ubi, τύλλιος ἄππιος nominat, pro τύλλος ἄττιος. Verecvndia tamen magiſtratuũ timorem uicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret.} Vetus lectio, pro, Timorem uicit, habet, Timorem iniecit. Visvs Iuppiter dicere, ſibi ludis praeſultatorem diſplicuiſſe.} Quamquam legitur in ueteribus libris, Ludi, probatur tamen magis, Ludis. nã Dionyſius ſic ait: ὅτι μοὶ τῆς τελευταίας πομπῆς τὸν ἡγούμενον ὀρχηστὴν οὐ καλὸν ἔδωκαν. i. nuncia mihi proximis ludis praeſultatorem haud bellum eos dediſſe. Praeſultatorem autem uocat, eum, qui quaſi ludorum prima pars fuerit, qui antequam ludi committerentur ſaltauerit. Itaque Plut. in Coriolano ait. τὸν ὀρχηστὴν πρὸ τῆς πομπῆς. Cicero de Diu. primo. Praeſultorem ſibi non placuiſſe ludis. Vrbem excederent.} Vet. lib. Vrbe excederent. Qvaerendo, indignandoque.} Vet. lib. Querendo.

22 Ad caput Ferentinum.} Priore libro Caput aquae Ferentinae dixit, ad quod Turnum Herdoniũ deiectũ fuiſſe narrauit. Eodemq. libro Lucũ Ferentinae nominauit, ad quẽ conueniſſe Latinos ſcribit. pariq. ratione lib. VII ad lucum Ferentinae Latinorum concilium tradit eſſe habitũ. Quod conciliũ Dion. τὴν ἐν φερεντίνῳ ἀγορὰν, ubi de Superbo Rege agit, uocat, Plutarchus autẽ in Romulo quorundã ſacrorũ meminit, quae fiebãt a Latinis ἐπὶ φερεντίνῃ πύλῃ. Vt autẽ ad lucum Ferentinae Latinorũ, ſic ad Fanum Voltumnae Etruſcorũ populorum concilia habebantur. Qva per noſtrã ignominiã ludos cõmiſere.} Vet. li. Qui. ut referatur non ad Contumeliã, ſed ad Populi Romani. Qvem ſpem nequaquam feſellit.} Vet. lib. Quae ſpes nequaquã feſellit. quod probo. Longvlam, Polluſtiam, Coriolos nouella haec Romanis opida ademit.} Paullo ante docui Poluſcam legendum eſſe. Nouella autem haec opida uocat, quia triennio ante in poteſtatẽ populi R. uenerant. Labicos.} Nec Graeci, nec Latini libri ſibi conſtant in hoc opido nominãdo. modo enim Labicos, & Labicanos: modo Lauicos, & Lauicanos: modo λαβίκους, & λαβικανούς: modo λαουίκους, & λαουικανούς edunt. Trebiam.} Seruius exponens Virgilij locum in VII. Oliuiferaeq. Mutiſcae. Haec, inquit, Trebia poſtea dicta eſt, quam modo Trebulam dicunt. Ad urbem a Pedo ducit.} Vet. lib. Ab Pedo. Fossas Cluilias.} Foſſas Cloelias legendum ex Dionyſio, & Feſto. ut ante docui. Templvm Fortunae muliebri aedificatum, dedicatumque eſt.} Plut. in lib. de Fort. Romanorum, primum templum Fortunae uirili ab Anco Marcio rege Romae dicatum ait, alterum Fortunae muliebri hoc tempore. Id modo non conueniebat.} Vet. li. Id modo, ſicut alias, non conueniebat. ſic infra. Extremo anno pacis aliquid fuit, ſed, ut ſemper alias, ſollicitae certamine patrum, & plebis. Caesone Fabio.} Caeſonem praenomen eſſe, & ſingulari littera K notari ſolitum eſſe ab antiquis, docui in praenominibus a me editis ex Capitolinis lapidibus. In libris etiam eiuſmodi notam uſurpatam eſſe id eſſe argumẽto poteſt, quod C. Fabius, pro K. Fabio ſit ſaepe uitioſe. ut ſigillatim ſuo loco oſtendam. Itaque antiquam praenominis notam hoc loco reſtituendam cenſeo. ſic paullo poſt. Caeſo Fabius. K. Fabius.

L. Valerivm conſulem dedit.} Antiqua lectio habet, Conſules. & recte, ut & M. Fabium, & L. Valeriũ cõſules datos a patribus eſſe intelligamus. 23 Cvm tribunis.} Vet. li. Cum tribunis plebis. Q. Fabivs inde, & C. Tullius cõſules.} Vt ſupra Tullios pro Iulijs eſſe uitioſe monuimus, ſic hoc loco Tullius pro Iulius. Quod ex Caſsiodoro, & Dionyſio intelligi poteſt, & ex ipſomet etiã Liuio, qui infra C. Iulium decemuirũ factum eſſe, cum conſularis eſſet, ſcribit. Artonam Latinam urbem.} Legendũ puto Ortonã. me in hanc ſententiã ducunt cum Liuius ipſe, tum Dionyſius. Sic enim eſt in ueteribus libris Liuianis. atque Dionyſius ipſe, quamquã mendoſe, tamen ita aperte, ut ueſtigia uerae ſcripturae inſideant, idem ſcripſiſſe uidetur. inquit enim hoc in loco πόλιν ὀρὼν κατὰ κράτος αἱρεῖ. libro autem X βορτῶνα, inquit, τῶν λατίνων πόλιν. Quam urbem uulgati Liuij libri Hortanam uocant, manuſcripti Hortonã. Quibus ex locis illud conijci poteſt, ubique Ortonam eſſe legendum. Quamquã ſi aut Dionyſium, aut fragmenta quaedã, quae dicũtur eſſe Catonis Originum, ſequimur, Ortonem legendum eſt. in quibus ita legitur. In Pelignis Curſellum, Orton, & Sulmo. Artenam autẽ unam ſtatuit Liuius in Volſco agro, alteram Caeretũ fuiſſe ait libro quarto extremo. Sp. Licinivs tribunus plebis.} Dionyſius in hunc annum edit tribunum plebis Sp. Icilium, quamquam mendoſe eſt apud eum σπόριον σικίλιον, pro ἰκίλιον. Quare & hoc loco ita legendum. mouet enim me maxime gens Icilia, ex qua multi per haec tempora tribuni fuerunt, infeſtiſsimi patribus. mouet etiam praenomen Spurius, quod nuſquam alias in gente Licinia fuiſſe reperio, in Icilia autem ſaepe, ita ut decem abhinc annis Sp. item Icilius tribunus plebis

a Liuio

a Liuio memoretur.& in annum CCCXLVI tres Icilij tribuni plebis prodantur.ſic enim ait Liuius. Au-
ctores fuiſſe tam liberi populo ſuffragij Icilios accipio ex familia infeſtiſſima patribus,tres in eum an-
num tribunos plebis creatos. Ad duo ſimul bella exercitus ſcribitur,Fabio in Veientes,in Aequos
Furio datur. Et in Aequis quidem nihil dignũ memoria geſtum eſt. Fabio aliquanto plus negotij cum
ciuibus,quam cum hoſtibus fuit.} Hic locus eſt,in quo primum Sabellicus, deinde etiam Glareanus
ſe ualde iactarunt,& Liuium duobus uerbis ſui oblitum eſſe contenderunt.Mouet enim eos,quod Fa-
bium primum ſcribit cum Veientibus pugnãtem ab exercitu deſertum eſſe, in Aequis a Furio nihil ge
ſtum,deinde uero haud ita multo poſt,contraria ſuggerit,Fabium nimirum cum Aequis pugnantem
fuiſſe deſertum.ait enim,Proximo bello in ipſa acie,in ipſo certamine,conſenſu exercitus traditam ul-
tro uictoriam uictis Aequis.Item.Non magis ſecum pugnaturos,quam pugnauerint cũ Aequis.omnis
autem eiuſmodi reprehenſio tollitur,ſi legamus,quemadmodum legitur in antiquo exemplari: Fabio
in Aequos,in Veientes Furio datur.Et in Veientibus quidem nihil dignum memoria geſtũ eſt.Quod
enim opponit Glareanus,Liuium ita,ut uulgata lectio eſt, ſcriptum reliquiſſe, quia idem a Dionyſio
traditum ſit,id mihi leuiſsimum eſſe uidetur.quaſi uero nunc primum Liuius a Dionyſio in hac hiſto-
ria explicanda diſſentiat.Eſt enim multo magis ferendum,duos inter ſe diſsidere,qui raro conueniũt,
quam unum non ſibi conſtare,& duobus uerbis repugnantia dicere. Tib. Pontificius.} Cum an-
te legeretur T.Pontificus, recte Rhenanus emendauit ad uetuſti codicis fidem Tiberius Pontificius.
nam eo praenomine affecit eum etiam Dionyſius.Id autem praenomen duabus litteris,ut ab antiquis
accepimus,ſcribebatur,Ti.non Tib. Sp. Licinio.} Sp.Icilio.ut dixi. Novvmqve tribunorum
aduerſus unum moratorem publici commodi auxilio delectum conſules habent.} Mendum eſt in uo-
ce,Nouum,quam uocem inuexit Rhenanus,cum antea,Nouem,legeretur. neque enim nouem tribu-
nos uni reſiſtere potuiſſe putauit,quia his temporibus non decem,ut poſtea,ſed quinque tantum tribu
ni crearentur Liuio ipſo auctore.Itaque Nouum,ad uocem,Delectum,referendum cenſuit.Qua lectio
ne nihil eſſe durius poteſt.Ego autem lego libenter,quomodo legi animaduerti in uetuſto libro:Qua-
tuorq. tribunorũ.praeſertim uero cum Dionyſius eundem edat numerum,inquiens, τέτταρας ἐκ τῶν δη-
μάρχων. lib.IX,Mendi cauſſa ex notis numerorũ(ut ſaepe ſit)orta eſt.IV.& IX.ſaepe enim X pro V men
doſe eſt. Praeceps Fabius in uulnus abijt.} Vet.codices.Obijt.

Consvl mortifero ictus uulnere cadit.} Vet.lib. Demum conſul. Eo cum exercitu Caeſo
24 miſſus in ipſorum equorum agrum depopulandum tranſit.} Vet. lib. Depopulabundus tranſit. ſic
li.III. Cum populabundus iſſet. L. Aemilivs.} Reſpuunt Latini litteram y, in uocibus Lati-
nis. quae neſcio quo modo temere inuaſit in multa nomina Romanorum, ut in Aemilios, & Papi-
rios. Quod ex Graecis,& ſcriptis libris & ex antiquis lapidibus, praeſertim Capitolinis, & argenteis
nummis percipitur. Thvscvs ager.} Tuſcus ſine adſpiratione ſcribitur in tabulis Capitolinis,
in ueteribus latinis,& in uulgatis Graecis libris. Post acceptam proximam pugnae cladem.}
Vet.lib.Proximae pugnae. Mvltiplicatis in arto ordinibus.} Hoc quid uelit, Glareanus
homo ingenuus profitetur ſe neſcire.eſt autem ſenſus.Aciem quo breuiore in ſpatio cogitur,& orbem
colligit,eo pauciores ordines habere,quo maiore in ſpatio explicatur,eo plures.

Qvod inopia frumenti quamuis in praecipitia, dum celeriora eſſent, agebat conſilia.} Vetus
lectio eſt. Quamuis praecipitia.Quod placet.ut reddatur trita illa locutio.Agere praecipitem.

25 Q.Considivs, & T.Genutius.} Ne quis moueatur Dionyſij lectione uelim,qui κοντίλιον,pro κον-
σίδιον habet.diſplicet autem Quinctilij nomen in tribuno plebis hoc tempore.quia Quinctilia gens pa
tricia eſt.Porro autem Genucius ſcribe ad fidem Graecae,& Capitolinae ſcripturae. Idem Genucius
in Vet.libris non Titus,ſed Caius. apud Dionyſium modo τίτον,modo γάϊον nominatur. Eam op-
preſsit.} Vet.lib.Eum oppreſſerunt.ut ſit Q.Conſidius, & T.Genucius trib.pl.Menenium oppreſſe-
runt. Cvm & patres haud minus,quam pro Coriolano annixi eſſent.} Vet. lib.Pro Coriolano
ante annixi eſſent. L. Caedicio.} Caedicio ſcribe, Graecorum librorum, & Capitolinorum
marmorum auctoritatem ſecutus. L. Fvrivs inde,& C.Manlius.} Dionyſius αὔλον μάλλιον no-
minat.cui aſſentior.eſt enim idem Manlius,qui paullo poſt in decemuiratu,& a Dionyſio,& ab ipſo Li-
uio Auli praenomine afficitur. Svadent, monent.} Vet.lib. Mouentque. Ita animvm
nunc iam inducant.} Luxatae,& deprauatae uoces ita leguntur in antiq.lib. Iam nunc ita in animum
inducant. Qui dicendi modus olet undique Liuianam formam. Consilia inde non publica.
ſed in priuato, ſeductaque a plurium conſcientia habuere.} Vet.lib. Seducta a plurium conſcientia
habere.ut ſit dicendi modus ille frequentiſsimus,qui Infinitiuo profertur. Adeoqve neminem
noxiae paenitebat.} Vet.lib.Noxae. Vt etiam inſontes feciſſe uideri uellent, palamque fer-
retur.} Vet.lectio.Palamque ferrent. Voleronem Publium de plebe hominem.} Volero prae-
nomen eſt,ut ait Valerius.Publius item praenomen.Itaque,ne duo praenomina coniungantur, Publi-
lium lege,quod plebeiae gentis nomen eſt.Quae ſcriptura exſtat etiam in Capitolinis fragmentis.

Res tamen ſuo ipſa molimine grauis certaminibus in alterum annum extrahitur.} Vet. codex
plenior. Grauis magnis certaminibus.& recte. Consvl lictorem ad tribunũ,priuatum eſſe clami
tans,ſine imperio,ſine magiſtratu.} Hunc locum,in quo tribunum pl.priuatum, non magiſtratũ eſſe,
traditur,

traditur, ne quem forte Romanae antiquitatis ignarum perturbaret, uerbis Plutarchi prolatis uiſum eſt explanare. Ea ſunt in libro τῶν κεφαλαίων in hanc ſententiam. Cur cum purpura alij magiſtratus utuntur, tribunus pl. non utitur? an quia tribunus pl. magiſtratus non eſt? neq. enim ex ſella tribuni ius dicunt. neque principio anni, ut reliqui magiſtratus, ineunt. neque creato dictatore ſe abdicant. uerum omni tranſlato ad Dictatorem imperio ipſi tamen poteſtatem ſuam retinent, quaſi magiſtratus non ſint. quemadmodum autem tranſlationem iudicium eſſe rhetores quidam negant, ſic tribunatus impedimento potius eſt magiſtratui, quam magiſtratus. Etenim reſiſtere potentiae magiſtratus, & nimiam eius licentiam coercere, ad eius auctoritatem pertinet.

TRIBVNIQVE, conſuleſque.} Non probo hanc lectionem Rhenani, quae antiquis libris, quos uidi repugnat, ſed, Tribuni, conſuleſque. PISO AVCTOR eſt. nominat quoq. tribunos, Cn. Siccium, L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mecilium.} Hos tribunos nominat Diodorus lib. x. μάρκον δουίλιον, σπόριον ἰκίλιον, γάϊον σικίνιον, λεύκιον νεμιτώριον. Scribo igitur Duilius, non Duellius, partim Graecis, partim Capitolinis monumentis auctoribus. Quamquam Cicero in Oratore Duellium uidetur defendere. inquit enim, Vt duellum bellum, ſic Duellium, qui Poenos claſſe deuicit Bellium nominarunt. praeterea C. Sicinium, non Cn. Siccium, partim Diodori ſcriptura motus, partim etiam Liuij, qui paullo poſt C. Sicinium cum M. Duilio tribunum prodit. De C. autem Sicinio, & Sp. Icilio tribunis plebis ſupra etiam dictum eſt. VOLSCI tum Aequiq. inter ſeditionem Romanam, & bellum coortum uaſtauerant agros.} Hic locus foede legebatur ante, ita. Volſcum, Aequicumque inter ſeditionem. Quam lectionem etſi ualde probo, moueor tamen cum in uetuſtis libris omnibus ita lego. Ex S.C. Bellum indictum contra Volſcum, Aequumque, qui inter ſeditionem, & bellum coortum uaſtauerant agros. SE VNICO conſule obiecto.} Vet. lect. Et ſe unico conſule obiecto. QVAM minore conatu, nequaquam tanto patrum ſuperiores impedierint conſules.} Vet. libri omnes. Nequaquam tanta patrum ſpe priores impedierint conſules. NEC VLLA ui domari poterat, tantum certamen animis imbiberant.} Vet. lib. Poterant. Quo fit, ut numerus congruat cum eo, qui ſequitur, Imbiberant. Alij Poterat, & Imbiberat. Quod magis probo. VT INVICTVS ille odio plebeio animus interdum moueretur, omni nequidquam acerbitate prompta: nihil iam cum ciuibus ageret, a centurionibus corruptum exercitum diceret, tribunos plebeios cauillans interdum & Volerones uocaret.} Ex manuſcriptis libris ita interpunge, & lege, Interdum moueretur. Omni nequidquam acerbitate prompta nihil tam cum ciuibus agere &c. item paullo poſt. dicere, item, uocare.

QVANDOQVIDEM nihil praeter tempus noxae lucrarentur. Vet. lib. Rixae lucrarentur. T. AEMILIO.} Lege Ti. Aemilio ex Dionyſio, qui τιβέριον αἰμίλιον hunc ubique nominat. Fuiſſe autem Aemilijs familiare hoc praenomen Tiberij facile Capitolinae tabulae demonſtrare poſſunt. M. DVELLIVS, & Cn. Siccius.} M. Duilius, ut ante dixi, itemque C. Sicinius ex uetuſtis libris, atque ex Diodori auctoritate, de quo etiam ante dictum eſt, lego.

T. NVMITIVS.} Numicius, ut Minucius, uidetur c littera eſſe ſcribendum. nam Graeci νεμίκιον. 27
CENONEM opidum,} Dionyſius non ponit nomen, ſed opidulum maritimum uocat. Vet. lib. Cerionem. IN VOLSCIS respublica egregie geſta.} Lego, Res egregie geſta, ex Vet. lib. De quo dicendi genere dicam infra. Sic etiam lib. III. Ab altero conſule Res geſta egregie eſt. CVM CAEDES, & incendium circa Anienem flumen feciſſent.} Vet. lib. Incendia. INGENS uis hominum ex omnibus Volſcis, Aequiſque populis in caſtra uenit.} Vox, Populis, abeſt a Vet. lib. neque neceſſaria eſt. CORNICINES, tubicineſque in equos impoſitos.} Vet. lib. In equis. ſic libro primo dictum eſt. Dextra in capite impoſita. DEINDE ut obtinentes locum uires ferebant, audent ultro gradum inferre.} Lege ex uetuſtis exemplaribus; Deinde ut in obtinentes locum.

IN EPITOMEN LIBRI III

AD BELLVM gerendum miſſus eſt.} Vet. lib. Ad id bellum. CVM MODESTE ſe in honore geſſiſſent.} Vet. lib. Se in eo honore. CVM COMPLVRA impotenter feciſſent.} Ex ueſtigijs deprauatae antiquae lectionis, & ex Liuianis uerbis, ita haec uerba legenda ſunt: Duabus tabulis ad decem adiectis cum complura impotenter feciſſent. IN TERTIVM annum detinuerunt.} Vetus lectio: Retinuerunt.

IN LIBRVM III

CONSVLES inde Poſtumius Albus, Sp. Furius.} Legendum A. Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſus. praetermiſſum eſt enim praenomen prioris conſulis, quod & apud Dionyſium eſt, & in Capitolinis conſulibus, & ab ipſo infra affertur. Veteres autem libri in poſteriore conſule habent, Sp. Furius Fuſcus, mendoſe, pro Fuſus. Quod fuit Furiorum cognomen, ut Iulus Iuliorum. Quod ex Capitolinis fragmentis intelligi poteſt. CENSA ſunt ciuium capita centum quattuor, & uiginti millia CCXIV.} Hic numerus eſt in omnibus libris, & bene habet. Hoc admoneo, ne quis Rhenanum

ſequatur, qui putat legendum quater centena millia CCXIV. non intelligens hanc ſummam ciuium his temporibus non conuenire. nam per multos annos CC, & CCC millia cenſa ſunt. ſero autem CD millia. ut infra oſtendam. PROCONSVLEM T. Quinctium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti.} Vet.lib.Pro conſule. Proconſulatus autem non eſt magiſtratus, ſed imperium, quod aut extra ordinem priuato datum eſt, ut hoc loco T. Quinctio, aut ex conſulatu prorogatum eſt, ut Q. Publilio Philoni, de quo Liuius poſtea lib. IIX. ita. Actum cum tribunis plebis eſt, ad populum ferrent, ut, cum Publilius Philo conſulatu abiſſet, pro conſule rem gereret. & paullo poſt. Duo ſingularia haec ei uiro contigere, prorogatio imperij non ante in ullo facta, & acto honore triumphus. In Capitolinis etiam triumphis Q. Publilius Philo primus pro cóſule fuiſſe traditur. ROMANOS cecidiſſe in Hernico agro V millia.} Haec ſumma ſuperat fidem, id quod ex Dionyſio intelligi poteſt. Itaque placet magis uetus lectio, Duo millia, & paullo poſt, non, duo millia, ſed, tria. PRO triſti nuncio triſtiorem domum referentes.} Vet lib. Triſtiora. INDE Romam reditum eſt. Iuſtitium remiſſum eſt.} Vet.lib. Iuſtitium remiſſum. Quod placet, ne bis ponatur, Eſt. COMITIA inde habita.} Vet.lib. Deinde. CALENDIS.} In antiquis & libris, & lapidibus Kalendae ſcribuntur, non Calendae.

29 LABICANOS agros.} Vet. lib. Lauicanos. EO VIS omnis tempeſtaſque belli conuerſa eſt.} Vet.lib. Obuerſa eſt. Sic lib. VI. Obuerti aciem dixit. A TVSCVLANO.} Vet.lib. Ab Tuſculano. T. VIRGINIVS Butilius.} Rutilius nomen eſt gentis, ut in P. Rutilio Lupo. Hic autem cognomen quaeritur. Ergo Rutilus ſcribendum. Quod in Capitolinis fragmentis eſt. Rutilius quidem ea de cauſſa reſpuitur, quod cognomina in IVS non deſinant ea terminatione, quae patronymicum ſignificat. Itaque Rutilus, Flauius, Flaminius, Licinius, Pacilius & eiuſmodi alia, quae in uulgatis libris pro cognominibus uſurpantur, ſunt corrigenda, Rutilus, Flauus, Flamininus, Licinus, Pacilus. CVM exitus haud in facili eſſent.} Vet.lib. Cũ exitus haud inde faciles eſſent. C. TERENTILLVS Arſa.} Vet.lib. Terentilus. Legendum eſt Terẽtius. & paullo poſt, Lex Terentia. ex Dionyſio, & ratione gentium, & legum Romanarum. IMMODERATA, infinita poteſtate.} Vet.lib. Infinitaq. poteſtate. ANNO deinde inſequenti.} Vet.lib. Sequenti. SPARSVM ita iacuiſſe per aliquot dies.} Vet.lib. Sparſum humi. Ita Valerius ubi hac de re agit cap. de ominibus. Reliquum humi per aliquot dies proſtratum iacuit. & Dionyſ. τὰ δὲ ἐπὶ γῆν ἐκχυθέντα. SPARSVM humi ita iacuiſſe per aliquot dies, ut nihil odor mutaret.} Puto legendum Odoris. quia Valerius ait. Reliquum humi per aliquot dies neq. odore taetro, neq. deformi adſpectu mutatum iacuit. & Dionyſ. ὅτε χρόαν μεταβάλλοντα ὅτε σηπεδόσι διαλυόμενα ὥστε ἀπ' αὐτῶν ὄζειν πονηρόν. niſi ſi, Mutaret, paſsiue accipiamus, ut apud Graecos μεταβάλλειν.

30 ECQVID ſentitis iam uos Quirites.} Vet.lib. Ecquid ſentitis. inquit, iam uos Quirites.

INSTRVCTVM naturae, fortunae omnibus bonis.} Vet. lib. Fortunaeq. SINERENT tantum uirum ſenem in ciuitate fieri.} Vet.lib. In ciuitate ſeneſcere. APPELLATI tribuni medio decreto ius auxilij ſui expediunt.} Vet.lib. Protinus ius auxilij ſui expediunt. IVSSV conſiliũ in Tuſcos in exſilium abijt.} Vet.lib. Inſcijs conſulibus. IN TVSCOS} Veteres libri, Tuſculum, ſed placet magis, in Tuſcos, quia Dionyſius habet εἰς Τυῤῥηνίαν. VT DIVENDITIS omnibus bonis aliquandiu trans Tiberim ueluti relegatus deuio quodam in tugurio uiueret.} Vet.lib. Vt is diuenditis. &, Relegatus uili quodam in tugurio habitarit. uocem autem, Deuio, inuexerat temere Rhenanus leuiſsima coniectura fretus. probatur autem, Vili, quia inquit Dionyſius. ἐν ᾧ ταπεινή τις ἦν καλύβη. in quo agro humile quoddam erat tugurium. TVMQVE eſſe peregrino.} Deme uocem, Que, ex uet. libris.

31 TAM FELIX uobis corrumpendis fuit, qui ſeruitia non commouit auctor.} Vet.lib. Qui ſeruitia ueſtra. AT VOS ueremini deos ueſtros.} Vet. lib. Deos patrios. NE SABINI, ne Veiens hoſtis moueretur.} Vet. lib. Ne Sabinus. IN PERAGENDIS conſularis officij partem ad ſe uindicabant.} Vetus lectio: In peragendis conſularijs conſularem officij partem. Hinc ego ſuſpicatus ſum eſſe legendum, In peragendis conſilijs conſularis officij partem. ut ſit ſenſus. Conſul alter comes animoſior erat, quam auctor, ita ut ille conſiliorum eſſet princeps, hic cõſilia ipſa exſequeretur, & conſulari officio in ea re non deeſſet.

32 SENATVSCONSVLTA fiunt, neque tribuni plebis legem eo anno ferrent.} Vet.lib. Senatuſconſultum fit, ut neque tribuni plebis. ALIORVM exemplo peccetis.} Vet. lib. Peccatis. FABIO, ut Antium legiones duceret, datum. Cornelius, ut Romae praeſidio eſſet.} Vet. lib. Cornelio. quo pacto ſine controuerſia legendum eſt. VI NVMQVAM eo ſubire potuit.} Vet. lib. Subiri.

HAVD dubio.} Vet.lib. Haud dubie. MVLTORVMQVE tabe menſium.} Vet. lib. Multorumque tabe menſium mortuum. SECVM eum tum, frequentemque ad ſigna ſine ullo commeatu fuiſſe.} Vet.lib. Frequentem ad ſigna. L. MINVCIVS inde, & L. Nautius conſules.} Ego ſecutus Dionyſij, Diodori, & Capitolinorum lapidum auctoritatem, C. Nautius lego. M. VALERIO Valerij filio Voleſi nepote.} Supra duos Marcos Valerios mortuos legimus, unum ad lacum Regillum, alterum augurem in peſtilentia. Quorum unus pater, alter filius fuit. Qui uero nunc

Quaeſtor

Quaeſtor eſſe dicitur, is eſt procul dubio, qui biennio poſt conſul in Capitolinis tabulis Manij filius, Voluſi nepos dicitur. Itaque hoc loco lego, M. Valerio M'. F. Voluſi nepote. neque enim cum quis nominabatur, a patris nomine gentilicio, ſed a praenomine oſtendebatur. Horum autem ſtemma eſt eiuſmodi.

Voluſus Valerius.

P. Valerius Poplicola quater conſul. anno 245. 246. 247. 250.	M. Valerius conſul. an. 249. ad lacum Regillum perijt.	M'. Valerius. dictator. an. 260.
P. Valerius Poplicola cos. an. 291. in praelio contra Herdonium cecidit.	M. Valerius, quem quidam aiunt dictatorem fuiſſe an. 253. augur mortuus an. 289.	M. Valerius. quaeſtor an. 294. cos. an. 296.

GRACCHVM Cluilium.} Veteres libri omnes conſtantiſſime habent, Cloelium. Quamquam Dionyſij liber κλοίλιον edit, ut puto, mendoſe. QVESTVM iniurias, & ex eo foedere res repetitum.} Vox, Eo, ſuperuacanea eſt. Id & ueteres declarant libri, & Liuiana forma dicendi. ſic enim etiam lib. I. Iniurias, & non redditas res ex foedere, quae repetitae ſunt. MVNITIONES circumdant.} Hoc expreſſit Dionyſius his uerbis. περιεταφρεύετο καὶ περιεχαρακοῦ. i. foſſa, ualloque caſtra Romana circumdedit uel munitiones caſtris obiecit. ſic autem etiam paullo poſt. Exercitum omnem longo agmine circumdat hoſtium caſtris. VALLO obiectae.} obiecto. ex uet. lib. TANTVS pauor, tanta trepidatio fuit.} Vet. lib. Tantaque trepidatio. BIPALIO innixus.} Veteres libri omnes, Palo; Quod etiam ante me Rhenanus docuit. DICTATOREM cum gratulantes conſalutant.} Vet. lib. Legati gratulantes. L. TARQVINIVM. patriciae gentis.} In tabulis Capitolinis eſt. L. Tarquitius. Quibus danda fides eſt. Nam Tarquinij ex urbe exacti omnes fuerant. Et de Tarquinio non dixiſſet, patriciae gentis, cum id ſatis conſtaret. FABIVS ſucceſſor.} Vet. lib. Q. Fabius ſucceſſor. Q. MINVCIVS, M. Horatius.} Emendo, C. Horatius. partim quia Dionyſius & Capitolini ſcriptores eo praenomine hunc afficiunt, partim etiam, quia poſt Liuius idem facit, ubi de C. Horatio augure mortuo loquitur. 33

34 HORTANAM.} Supra oſtendi, quid de hoc loco ſentirem. Ortonam enim crederem legendum eſſe. T. ROMVLIO, & C. Veturio conſulibus.} Dionyſius, & Diodorus auctor eſt, Romilium eſſe ſcribendum. Quae eadem ſcriptura eſt in Capitolinis tabulis. Veturius autem una cum T. Romilio collega eius poſt fit decemuir. Quo in magiſtratu Diodorus, & Capitolini ſcriptores praenomine Spurij eum afficiunt. in uulgatis autem Liuij libris L. Veturius ſcribitur. Itaque ut uterque locus ſibi conſtet, Sp. Veturium, utrobique uocandum cenſeo. Si quidem, qui decemuir factus eſt, idem conſularis erat. SP. TARPEIO, A. Aeternio.} Variant omnes omnium auctorum libri in altero horum conſulum nominando. Plin. lib. VII. cap. XIIX. Aeternium, Caſſiodorus Aternium, Diodorus ἀτέριον. Gellius lib. II. cap. XI. Thermum. Dionyſius τερμίνιον. Vetuſti Liuiani libri Tercinium. Ego, ſi coniecturae locus dandus eſt, Aterium, maxime, ut eſt apud Diodorum, probo. alia enim nomina gentium numquam legi. C. CLAVDIO Cicerone.} Pro hoc tribuno C. Siccium Dentatum edit Dionyſius. A. MANLIVS, P. Sulpicius.} Dionyſius legatos hos uiros conſulares fuiſſe tradit. Itaque Sulpicius idem eſt, qui conſul fuit anno CCXCI. poſt autem decemuir erit. Quod cum ita ſit, profecto cum in conſulatu Ser. Sulpicius nominetur, etiam in legatione, & poſt in decemuiratu Seruius appelletur neceſſe eſt. IN CVIVS locum C. Veturium.} Vt dixi, lege Sp. Veturium.

C. MENENIVS.} Diodorus, & Feſtus hunc T. Menenium uocant. placet autem. ut ſit T. Menenij ante conſulis filius. P. SEXTIVS.} Dionyſius, & Diodorus σέξτιον, auctores Capitolini Sextium hunc nominant. Sextij autem patricij, Sextij plebeij fuerunt. ex quibus is extitit, qui primus e plebe conſulatum cepit. LEX ACILIA de Auentino.} Haec lex a L. Icilio tribuno plebis lata eſt, anno CCXXCIIX. ut ait Dionyſius. Itaque legendum procul dubio, Icilia. T. GENVCIVS, P. Sextius, L. Veturius.} T. Genucius, P. Sextius, Sp. Veturius. ex tabulis Capitolinis. ut ante dixi.

SVLPICIVS, P. Curiatius, T. Romulius.} Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius. ut ante dixi.

SP. POSTVMIVS.} Vet. lib. Poſtumius Albus. EAS LEGES habiturum populum R. quas conſenſus omnium inualiſſe uideri poſſet.} Nuſquam alias legi hoc genus dicendi, Inuadere, pro Inferre, & Inuehere. Itaque pro certo habeo legendum eſſe, Inuexiſſe. PREHENSARENT homines.} Vet. lib. Prenſarent. EA AETATE, hiſque honoribus.} Vet. lib. Iiſque. DVELLIOS.} Duilios. ut ante. DEIECTISQVE. honore per concionem duobus Quinctijs.} Lego uel repugnan-

tibus libris omnibus, Per coitionem. nam lib. IX. ait. Coitiones honorum adipiſcendorum cauſſa factas aduerſus remp. eſſe. & lib. XXXIX. Coierantque candidati omnes ad deijciendum honore eum. & Ped. in toga. Coierant ambo, ut Ciceronem conſulatu deijcerent. Q. PETILIVS.} Veteres quidam libri habent, Q. Poetilius. Dionyſ. ποτίλιον. Capitolinae tabulae, Poetelius. ergo ita ſcribendum.

M. RABVLEIVS.} Hic a Dionyſio μάνιος uocatur. Quare M'. Rabuleius caſtigo. COMITIA decemuiris creandis in trinum nundinum indicta ſunt.} Recte trinum nundinum; quamquam plerique libri habẽt, trinundinum. Id enim ſignificat, in tertias nundinas. Quod Graeci dicũt, εἰς τρίτην ἀγορὰν. ut Dionyſius lib. IX. προθέντων δὲ πάλιν τῶν δημάρχων εἰς τρίτην ἀγορὰν τὴν περὶ τοῦ νόμου διάγνωσιν. Plutarchus in Coriolano. καὶ δὲ μάρκιον προσαγορεύομεν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι. & poſt. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς τρίτης ἀγορᾶς. ἀγορὰς δὲ ποιοῦσι ῥωμαῖοι δι' ἡμέρας ἐννάτης, νουνδίνας καλοῦντες. De Nundinis copioſius Macrob. lib. I. Saturn. Quod autem dixit Cicero pro Cornelio ex prorogatione trinundinum, Priſcianus interpretatur dictum eſſe pro trinundinarum lib. VII.

35 RECEPTO ad Eretum, quod paſsim uagatum erat, agmine.} Dionyſius pro Ereto habet, mendoſe, ut puto, ἐν ῥήγῳ. CASTRA in Algido locant.} Eutropius montem Algidum uocat. Dionyſius modo ait, ἐν ἀλγιδῷ πόλει, modo ἐν ἀλγιδῷ. CONSENSV inuiſum imperium.} Vet. lib. Inuiſum conſenſu imperium. IAM CAPVT fieri libertatem repetentiũ, ſi ſe plebs comitẽ ſenatui det.} Vet. lib. libertatis repetendae. SVARVM, quae rerum erant, ſoliciti, amiſſa publica.} Vetus lectio. Suarumque rerum erant, amiſſa publica. i. ſuis rebus operam dabant. Quam formam dicendi, qui non agnouerunt, mutarunt addendo de ſuo, Soliciti. Sic lib. VI. Plebs cum iam unius hominis eſſet. ſic hoc libro paullo ante. Hominum non cauſſarum toti erant. EXPERIRENTVR quanto ferocior dolor in libertate ſua uindicanda, quam cupiditas in iniuſta dominatione eſſet.} Rhenanus, qui putat particulas duas, In, tollendas eſſe, idem non ſenſit, uocem huic ſententiae deeſſe, quae eſt in Vet. libris, In iniuſta dominatione retinenda eſſet. QVOD unum exſequendae ſit libertatis.} Lege, Exaequandae, ex uet. lib.

L. CORNELIVS complexus Appium, non cui ſimulabant, conſulendo.} Vet. lib. ſimulabat.

36 POSSE in obliuionem tribunorum adduci.} Vet. libri addunt uocem ita. Poſſe in obliuionem tribunorum plebem adduci. M. RABVLEIO, Q. Poetilio.} M'. Rabuleio. Q. Poetelio. ut dixi.

CAESONE Duellio.} K. Duilio. ut ſupra. TVSCVLVM ſe fide, miſericordiaque uicturus hoſpitum, (quae tamen non fefellerunt) contulerant.} Vet. lib. Hoſpitum, qui tum non fefellerunt cõtulerat. PERINDE uxor inſtituta fuerat, liberique inſtituebantur.} Vet. lib. Liberi quoq. inſtituebantur. DESPONDERANT filiam L. Icilio.} Lege ex uet. lectione. Deſponderat. ut ad patrem L. Virginium referatur, non ad matrem, quam multis ante annis mortuam eſſe tradit Dionyſius.

AVCTORIBVS, qui aderant, ut ſequeretur.} Vide, quid ſit, quod quidam libri ueteres habent. Adiutoribus, qui aderant, aſſequentibus. IN HIS enim quae aſſerantur in libertatem.} Vet. lib. In ijs enim qui aſſerantur. P. NVMITORIVS puellae auunculus.} Libri ueteres habẽt, Auus. ſed placet magis Auunculus, quia Dionyſius inquit, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου. PLACIDVM quoq. ingenium, tam atrox iniuria accendiſſet.} Vet. lib. Cum placidum quoque &c. NVPTAMQVE pudicam habiturus.} Vetus lectio, Nuptam, pudicamque habiturus.

37 CVM INSTARET aſſertor puellae, ut uindicaret, ſponſoresque daret.} Aſſertorem uocat puellae non L. Icilium, ut putat Glareanus, ſed M. Claudium, qui inſtabat, ut Icilius Virginiam uindicaret uſque in poſterum diem, datis ſponſoribus, fore, ut ea poſtridie ſiſteretur. ſic etiam ſupra eum uocauit. IMPROBVM conſilium ſerum, ut debuit, fuit. & iam commeatu ſumpto.} Lege ex hoc uet. lib. Iam enim commeatu ſumpto. PREHENSARE.} Vet. lib. Prenſare. DECRESSE uindicias ſecundum libertatem.} Vet. lib. Dediſſe. Ego, Dare ſe, legendum puto. nam tempus praeſens quaeritur. Hoc genere dicendi ſaepius uſus eſt in hac re, numquã autem, Decernere. inquit enim ſupra. Vindicias det ſecundum libertatem, & infra. Iudicem te ab libertate in ſeruitutem uindicias non dediſſe. Item. Vindicias ne ab libertate in ſeruitutem dederit. Quibus dicendi generibus uſus eſt hoc loco Liuius. at Pedianus pro Cornel. Quis fuerit ille ex decemuiris, qui contra libertatem uindicias dederit. Eſt autem dare uindicias ab libertate, uel ſecundum ſeruitutem dare poſſeſsionem ei, qui ſeruum eſſe aſſerit. Dare uindicias ab ſeruitute, uel ſecundum libertatem, dare poſſeſsionem ei, qui liberum eſſe aſſerit. DECEMVIR alienato ad libidinem animo.} Cur placeat Rhenano, Alienatus, neſcio. Mihi alienato magis probatur, ut & in Vet. lib. eſt. & in VII. lib. dixit. Milites alienatis ab memoria periculi animis. SI INCLEMENTIVS in te ſum inuectus.} Lib. uet. Si quid inclementius. PROPE Cloacinae.} Plinius Cluacinã legit lib. XVI. cap. XXIX. cum ait. Quippe ita traditur, myrtea uerbena Romanos, Sabinosq. cum propter raptas uirgines dimicare uoluiſſent, depoſitis armis purgatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinae habet. Cluere. n. antiqui purgare dicebant. at Lactantius lib. I. de Falſa religione, Cloacinam, agnoſcit. Verba eius ſunt. Cloacinae ſimulacrum in Cloaca maxima repertum Tatius conſecrauit, & quia cuius eſſet effigies ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit. AGITATVS deinde cõſilijs, atq. ex omni parte aſſentiendo.} Pro certo habeo legendum, Agitatis deinde conſilijs, ut eſt in Vet. lib. Nam quarto libro ait. Conſilia ad mouẽda bella ad Fanum Voltumnae agitata.

ta ta. & poſt etiam . Secreta Agitare conſilia.itemq. ſaepius, Agitare conſilia. STRICTVM etiam telum, reſperſusq. Ipſe cruore tota in ſe caſtra conuertit.} Nemo animaduertit hic uocem unam deeſſe, ſine qua uix ſenſus eſſe nullus aptus poteſt. ea uero eſt in libris antiquis, ſic: Strictum etiam telum tenens, reſperſusque. Quam eandem affert etiam Dionyſius in eadem re explicanda, τὴν μαγειρικὴν διὰ χειρὸς ἔχων, αἵματι πεφυρμένος ἅπας. i. lanij cultrum manu tenens, totus ſanguine foedatus. SIBI VITAM filiae ſua cariorem fuiſſe, ſi liberae, ac pudicae uiuere licitum fuiſſet.} Mallem hoc loco: Cariorem futuram fuiſſe. Ceterum lib. uet. habent, Libere, ac pudice, ſine diphthongo. MISERAM, ſed honeſtam mortem occubuiſſe.} Vet.lib. Miſera, ſed honeſta morte. C. IVLIVS, P. Sulpicius.} Hic Sulpicius conſularis eſſe traditur.at in conſulatu Ser.Sulpicius nominatus eſt. Ergo & hic Ser.etiam Sulpicius ſcribendum. P.tamen Sulpicium conſularem legatum nominat etiam Pedianus 38
pro Cornelio.uerum reclamant Graeci.

VIA Nomentana, cui tum Ficulenſi fuit nomen.} Lego, Ficulnenſi, ab opido Ficulnea. quaſi uero euerſa Ficulnea, mutauerit nomen. TOGATORVM aliorum.} Vet. lib. Togatorum, aliorumque. Q.FVRIVS pontifex maximus.} Hunc in oratione pro Cornelio uocat Pedianus ex Liuij, & aliorum ſententia M.Papirium.Cuius ſcripturae aſſentior magis, quam Liuianae. Nam de Q. Furio nulla nec per hos, nec alios annos eſt mentio.de M.autem Papirio, magna. Qui autem Pontificatum maximum gereret, cum par eſt alios etiam magiſtratus, qui magni habebantur.cepiſſe. Vltimæ autem utriuſque nominis litteræ erratum ineſſe indicāt, cum ſint eaedem. A.VIRGINIVM inde L.Icilium, & P.Numitoriū auunculum Virginiae.} Virginius hic pater Virginiae fuit, ut Icilius, ſponſus.auctore Dionyſio.Ergo L.Virginius nominandus, non A.ex ijs, quae ſupra a Liuio, & Dionyſio, & a Paediano in orationem pro Cornelio dicta ſunt. C.SICINIVM progeniem eius, quem primum tribunū plebis creatum.} Neſcio cur placeat magis hoc loco Rhenano, Progenie, quam Progeniem. cū ita loquatur Cicero in epiſt.ad Octauium: Populum, quem ipſe primo, poſt progenies eius a regibus liberauit. AP. IVLIVS.} Appij praenomen non probo niſi in Sabinis uiris, ut in Claudijs, ut in Ap.Herdonio Sabino, qui Capitolium occupauit. Iulia gens cum patricia eſt, tum numquam Appio, uel Publio prænomine uſa eſt. Itaque legendum puto in hoc tribuno plebis. P. Villius. Eſt enim gens Villia plebeia, ubique in uulgatis libris pro Iulia habita, eaque uſa eſt praenomine Publio. VT QVOD tributim plebes iuſsiſſet, populum teneret.} Vet.lib. Vt quod tribunus plebis iuſsiſſet. placet tamen magis, Tributim plebes.i.tributis comitijs.ſic enim ait Dionyſius libro XI. καὶ τὸν κελεύοντα τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἅπασι κεῖσθαι ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις τιθεμένοις. i. leges tributis comitijs latas omnibus Romanis eſſe latas, eandemq. uim habere, atque eas, quae centuriatis comitijs latae ſunt. ſic lib. IIX. Legem tributim de uiceſima eorum, qui manumitterentur, tulit. ſic alibi Centuriatim. SANCIENDO nouam legem, ne quis.} Lege ex Vet.li. Noua lege. AEDILIBVS, iudicibus, decemuiris nocuiſſet.} Vox Decemuiris abeſt a ueteribus libris.nec uidetur neceſſaria. Eſt enim ridiculū, plebem cauiſſe decemuiris, quos peroſa iudicio etiam eſt perſecuta. 39

AD AEDEM Cereris, Liberi, Liberaeque.} Vide ne quis aedem de ſuo addiderit. Nam lib. XLI. ait: Supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberaeq. fuit. SED EVM, qui eorum cuiquam nocuerit ſacrum ſanciri.} Antea multo foedius legebatur. Sed eum qui deorum cuiquam nocuerit id ad ſacrum ſanciri. Nos autem meliorem (ut remur) hac utraque lectionem reperimus in uetuſtis libris. quae eſt haec: Sed caput eius, qui eorum cuiquam nocuerit ſacrum eſſe, id ſanciri recte. ſic enim Cicero pro Cornelio. Sacroſanctum eſſe nihil poteſt, niſi quod populus plebsve ſanxiſſet. Sanctiones autem ſacrandae ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut poena, cum caput eius, qui contra facit, conſecratur. VOS MET ipſi armis uindicaſtis.} Vet.lectio: Voſmet ipſos. VNIVS tantum criminis niſi uindices iudicem te } Vet.lib. Niſi iudicem uindices te. Senſus. niſi te a iudicio unius criminis liberes.i.ab libertate in ſeruiturem contra leges uindicias non dediſſe te, niſi probes.

SI HOC indemnato, indicta cauſſa non liceat. } Vet. lib. Si huic indemnato. IVDICEM illi ferre, ni uindicias ab ſeruitute in libertatem dederit.} Lege procul dubio. pro. Ni uindicias, Vindicias ne. Senſus eſt. Se ferre illi iudicem, qui uideat, uindicias ille, decemuir cum eſſet, contra libertatem dederit nec ne. VALERIO Aequi euenere.} Deeſt uox. ut ſit, Aequi, Volſcique euenere. Eam uocem habent ueteres libri, eandem paullo infra Liuius repetit. eandem habet Dionyſius. ἐπὶ αἰκανοὺς καὶ οὐολούσκους. SED neceſſariorum Virginiae trium tribunorum preces audirent. } Vetus lectio. Et trium tribunorum. ita ut altera ratio uideatur, cur eorum preces ſint audiendae. & quod neceſſarij, & quod tribuni eſſent. TYBVR.} Tibur, & Tiburtes inuenio ſcribi in antiquis libris, & in triumphis Capitolinis. littera Y, non I. 40

RESPONSVM Romanus nemo reddebat.} Vet. lib. Romanorū nemo. ARMA tegerent.} Vet.li. Cōtegerent. NEC omnes dum eductos.} Vet.lib. Nec dum omnes eductos. PROCVRSANTES pauci, recurrentesque. } Vet. lib. Recuſantesque. VETERIS, perpetuaeque alterum gloriae, alterum nuper noua uictoria elatum.} Mirum eſt, neminem ſenſiſſe hic deeſſe uocem, ſine qua uix conſtare oratio poteſt. quae eſt in uet.lib. Gloriae auidum, alterum &c. SEXCENTI

B 3 fere

ſere ex equis deſiliunt.} Veteres libri habent uocem unam praeterea: Sexcenti ſere propere ex equis deſiliunt. POPVLVS iniuſſu & altero die trequens ijs ſupplicatum.} Sic lib.VII. Si quis iniuſſu in hoſtem pugnaſſet.& lib.x. Nec tamen iniuſſu mouere ſe auderent. IN PRATA Flaminia,ubi nũc aedes Apollinis eſt, (circum iam tum Apollinarem uocabant.} Paullo ante ſic, In Pratis Flaminijs, quem nunc circum Flaminium appellant. FORTE quadam utili ad tempus. Vet.lib. Ad id tempus. SI QVI uos minus hodie decem tribunos plebis ſecerint.} Vetus lectio: Si quos minus hodie decem tribunis &c. HI TVM utique quos ſibi collegas cooptaſſent, ut illi legitimi.} Veteres libri, Hi tum, quos ſibi. &, pro, Vt illi legitimi, Ita illi legitimi. Porro autem pro Cooptaſſent, apparet legendum eſſe, Cooptaſsint, antique dictum, pro cooptauerint.

41 CVM PRAE ſtudijs aperte petentium nouem tribunorum alij candidati tribus non explerent.} Tribus non explere, eſt non poſſe legitimum, ac neceſſarium ſuffragiorum numerum ferre. Hoc dixi, quia Glareanus tribum pro claſſe accipiendum ait. cum tribuni plebis tributis comitijs fierent. Alibi legitima ſuffragia non conficere dixit. A. AETERNIVM.} A. Aterium. ut ſupra. SP. HERMINIVS, T. Virginius.} Sp. Herminium conſulem Dionyſius λάρτον ἑρμίνιον uocat. Diodorus λαρῖνον ἑρμίνιον. Valerius in Praenominibus Lartem Herminium. Ergo non Sp. ſed Lar Herminius hoc loco reſtituendum eſt. ut etiam dixi in Praenominibus a me editis multo latius. CAELIMONTANVS.} Coelimontanus. quia Coelius, non Caelius ſcribitur. DVM X tribunos plebis faceret.} Vet.lib. Plebi. M. GEGANIVS Macrinus.} Graeci, & Capitolini ſcriptores Macerinum cognomen addunt Geganijs, non Macrinum. CONCIONES tribunorum aduerſus nobilium iuuentutem ortas ſedauere.} Quid eſt ſedare conciones ortas? Quando umquam alias dixit, Oriri conciones? Quis eſt, qui non uideat, aut Coitiones, aut Contentiones eſſe legendum? uel repugnantibus antiquis exemplaribus. DEINDE ne ipſi quidem inuiolati erant. utique poſtremis menſibus cum & per coitiones potentiorũ iniuria fieret, &c.} Hic ſenſus miſere laceratus ab ijs qui eius ignari, uerba inſcite diſpunxerunt, facile reſtituetur in integrum, ſi ita interpunxeris, Vt vtique poſtremis menſibus, cum, inuiolati erant, iungas, ſic. Ne inuiolati quidem erant utique poſtremis menſibus. i. præſertim poſtremis menſibus. cui orationi cauſſas ſubnectit ſtatim duas.

42 LEGATVM alterum P. Sulpicium.} Ser. Sulpicium. ut ſupra dixi. CONSVRGIT P. Scaptius de plebe magno natu: Et ſi licet, inquit, cõſules de rep. dicere, errare ego populũ in hac cauſſa nõ patiar.} Inconſequens oratio uideatur, ſi ita legas. neque. n. uox ſubſequitur, quæ illi præcedenti, Etſi, reddatur. Intelligendum eſt autem orationem incipere a uoce, Si licet, Vocem autem, Et, eſſe hiſtorici qui ait P. Scaptius conſurgit, & inquit. Si licet conſules &c. quare ita diſpunge. magno natu, &, Si licet, inquit, conſules. CVM AD Coriolos ſit bellatum.} Vet.lib. Debellatum. quod placet. quia tum Corioli in poteſtatem populi Romani uenerunt. ANNVM ſe tertium, & octogeſimum agere.} Neſcio cur in mentem uenerim Glareano probare, tertium, & nonageſimum potius, quam tertium, & octogeſimum. praeſertim uero cum hunc numerum & libri ueteres habeant, & diligens annorum ſumma cum poſtulet. Nam ab hoc anno, qui eſt ab Vrbe condita CCCIIX ad annum CCLXI, quo Corioli capti ſunt, numerantur anni XLVII. Quibus ſi addantur anni XX, quos ſe ante militaſſe Scaptius ait, erunt anni LXVII, a quo anno uſque ad annum LXXXIII. numerantur anni XVI, quo anno aetatis tirocinium de more depoſuit Scaptius. Ita ut anno aetatis XVI militare coeperit, poſt annos XX ad Coriolos fuerit an. ab V. C. CCLXI. anno uero CCCIIX haec loquatur annos natus LXXXIII.

SCAPTIONE hoc concionali ſeni.} Senem concionalem ad contumeliam dixit. quomodo autẽ Concionalis ignominiam afferre poſsit, nemo tradit. puto Coemptionaſi legendum. Ceterum ſenes, ut inquit Cicero in ſecundo de legibus, qui filios ſuſcipere non poterant, coemptiones faciebant, ne ſacra priuata interirent. ex quo Curius ad Ciceronem, Senes coemptionales ſcripſit. Habet autem ignominiam quandam, adeo decrepita aetate eſſe, ut ſuſcipere liberos non poſsit.

IN. EPITOMEN. LIBRI. IV

43 LEX DE connubio patrum & plebis contentione magna.} Lege ex Vet.lib. A tribunis contentione magna. Tribunorum autem princeps fuit C. Canuleius. PERLATA eſt a tribunis plebis aliquot annis res populi R. domi, militiaeq. per hoc genus magiſtratus adminiſtratae ſunt.} Veteres libri ita. Perlata eſt. Tribuni aliquot annos. Eſt autem locus mancus, cuius haec erat ſententia. Tribuni militum conſulari poteſtate creati. Aliquot annos res populi Romani &c. Rem autem ita habere docet Liuius. Quare ſtellula addenda eſt. SP. MELIVS.} Maelius ſcribe, addita diphthongo ex Capitolinis tabulis, & Graecis monumentis. SERVILIO Hala.} Ahala ubique ſcribendum eſt. Documento ſunt huius ſcripturae libri aliquot manuſcripti, lapides Capitolini, & nummi argentei.

VOLSCOS, & Veientes.} Adde ex Vet. libris, & ex ipſo Liuio: Volſcos, & Veientes, Fidenates & Faliſcos. EOQVE coloni miſsi ſunt.} Addendum, Noui. Nam Liuius nouos colonos uocat. & alio loco numerum additum colonorum ait. primum enim deducta colonia eſt a Romulo rege.

IN.

IN. LIBRVM. IV

M. GENVCIVS, & P. Curiatius conſules.} Liuius paullo poſt C. Curiatium uocat. Dionyſius γαΐον κόρτιον. Diodorus ἀγρίππας κόρτιον. Ergo C. Curtius, non P. Curiatius legendum. Accedit etiam Varro, qui lacum Curtium ab hoc conſule Curtio dictum eſſe ait. Verba eius haec ſunt lib. IV. de lingua latina. Cornelius, & Lucceius ſcribunt eum locum eſſe fulguratum, & ex S.C. ſaeptum eſſe, id q. factum eſſe a Curtio conſule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium lacum appellatum. CONFVNDIQVE iura gentium rebantur.} Paullo poſt, Colluuionem gentium ait. Gentem autem genus, ac gentilitatem intelligit, quam ſe ſolos habere patricij ipſi gloriabantur, ut ſcribit lib. X. Quid autem ſit gens, ac familia, quoniam non idem ſunt, uerum magno inter ſe interuallo diſiuncta ſunt, contra atque ſummi huius memoriae uiri, qui utroque nomine promiſcue utuntur, ſentire uidentur, paucis oſtendam. Illud igitur intereſt, quod Gens ad Nomen, Familia ad Cognomen refertur. Itaque illa tanquam totum continere uidetur, haec quodammodo partem. exempli cauſſa. Cornelij omnes unius gentis eſſe dicuntur, quia uno nomine continentur omnes, at uero partes gentis huius ſunt plures, quae ex cognominum uarietate diſtinctae ſunt, eaeque familiae dicuntur. ut Cornelij Dolabellae, Cornelij Cethegi, Cornelij Scipiones, Cornelij Lentuli. itemque in ceteris. at uero Cornelij omnes unius exſiſtunt gentis. Itaque recte Feſtus lib. VII. Gentem definit, quae ex multis familijs conficiatur. Quod autem dixi de gente, & familia, idem iudicandum eſt de genere, & ſtirpe, quorum item alterum ad Nomen, alterum ad Cognomen pertinet. Id autem ita eſſe, ex his ſcriptorum uerbis apparet. Suetonius in Galba. Imagines, inquit, & elogia uniuerſi generis exſequi longum eſt, familiae breuiter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur. Hoc loco Suetonius genus appellat omnes Sulpicios, familiam uero, Sulpicios Galbas. Liuius lib. XXXIIX. Scipio Naſica orationem habuit plenam decoribus non communiter Corneliae gentis, ſed propriae familiae ſuae. & lib. VII. ſic loquitur Valerius Coruus. Non ſi mihi nouum hoc Corui cognomen dijs auctoribus homines dediſtis, Poplicolarum uetuſtum noſtrae familiae cognomen memoria excelsit. & lib. I. Iulia gens Iulum auctorem nominis ſui nuncupat. & lib. XL. Inde cognomen familiae inditum, ut Annales appellarentur. Rurſus apud Suetonium ſic loquitur Iulius Caeſar. Ab Anco Marcio ſunt Marcij Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. & in Auguſto. Gens Octauia a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gẽtes allecta, mox a Ser. Tullio inter patricias trãſducta. Primus ex hac magiſtratum cepit C. Rufus. is quaeſtorius Cnaeum, & Caium procreauit, a quibus duplex Octauiorum familia defluxit cõdicione diuerſa. & Cicero in Bruto. Funebres orationes ipſae familiae quaſi ornamenta ſeruabant ad uſum, ſi quis eiuſdem generis occidiſſet. & Liuius lib. IX. Duodecim familiae Potitiorum fuerunt, cum gens Potitia tota interijt. Quae adhuc protuli exempla, ea ſatis ualere arbitror ad explicandam uim gentis, generis, & familiae. Nunc de ſtirpe dicam. Loquitur Cicero pro Rabirio ſic. Qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui ſunt eius ſtirpis cupidiſsime perſequuntur. Et de legibus primo. Hic orti ſtirpe antiquiſsima ſumus. & in Laelio. Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis, & generis in famulatu fuerunt. & Suetonius in Claudio. Claudius Cn. Pompeio antiquiſsimae ſtirpis Magni cognomen ademit. Quae ſi ita ſunt, iam apparet, qui ſit ſenſus loci illius apud Ciceronem lib. de Oratore primo. Quid? qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumuiri iudicarunt? cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudij patricij eiuſdẽ hominis hereditate gente ad ſe rediſſe dicerẽt, non ne in ea cauſſa fuit de toto ſtirpis, & gentilitatis iure dicẽdum? Senſus n. eſt. Claudios patricios gente pugnaſſe, quia ille Claudiorum liberti filius fuit; Marcellos, ſtirpe, quia Marcellorum Claudiorum. Itaque illi generis, hi familiae iure contendebant. Hinc gentilicia ſacra dicta, quae erãt communia toti genti, ac generi. & Suetonius Caeſarem gentilicijs hereditatibus multatum ſcribit, i. bonis, quae gentis Iuliae ante fuerant. Atque haec quidem hactenus. Iam uero an alius ſit Gentis ipſius uſus, infra alio loco dicemus. ET MENTIO primo ſenſim illata a tribunis.} Lege, A tribuno. cum ex Vet. lib. auctoritate, tum quia ſtatim infertur, ut rogationem nouam tribuni promulgarent. Tribunum autem intelligit C. Canuleium. VT ROGATIONEM nouem tribuni promulgarent.} Quamquam ſenſus optimus eſt, ſi legatur, Nouem, tamẽ placet magis, Nouam, quae uox eſt in Vet. libris. hoc ſenſu. Mentio illata primo ſenſim a C. Canuleio, ut alterum ex plebe conſulem liceret fieri, eo deinde proceſsit, ut tribuni reliqui nouam rogationem promulgarent, ut promiſcue conſules ſeu de plebe, ſeu de patribus poſſent pro populi arbitrio creari. Nouem autem ſi legamus, omnes accipiamus tribunos praeter C. Furnium, quem excipit Dionyſius. ET QVEMADMODVM plebi gloriari poſſet, auctiorem, ampliorem q. eſſe.} Vetus lectio: Se auctiorem. FINEM NON fieri poſſe in eadem ciuitate tribunos plebis, & patres eſſe.} Quamquam Rhenanus ita legit in uetuſtis libris, miror tamen hanc lectionem ei probari potuiſſe. Quid eſt enim hoc loco, Finem non fieri poſſe? &c. Locus eſt igitur adhuc deprauatus. Quos ego libros ueteres legi, ij ita habent: Finem fieri non poſſe. Quamobrem partim ex uulgata, partim ex antiqua lectione legendum puto. Finem ergo non fieri. Non poſſe in eadem &c. Nam ſunt etiam quidam libri, qui habent, Sinere non poſſe. Ex quo conijcio legendum. Finem ergo. praeſertim uero cũ ſupra dixerit Liuius. Finem ergo nõ fieri, nec futurũ unquam.

ILLINE ut impune.} Tolle, Vt, ex Vet. lib. fide. SE PRODITVRVM patriam oppugnari.

ri, atque capi paſſurum.} Venuſtior antiqua lectio: Se proditurum patriam, patriam oppugnari, atque capi paſſurum. DEMARATI.} Damarati.ut ſupra. QVID? hoc ſi polluit nobilitatem iſtam ueſtram. quam plerique & cetera.} Hunc locum, atque adeo etiam hanc ſententiam uituperat Glareanus, quæ ornatiſsima atque apertiſsima eſt. ſi ita intelligatur. Si connubia plebis contaminant ueſtram nobilitatem, non ne poteratis priuatis potius conſilijs eam ſinceram ſeruare, aut nullam plebeiam ducendo, aut nullam e patribus enubere ſinendo, quam lege cauere, ne connubia inter plebem, & patres eſſent, quam legem decemuiri tulerunt?

ITAQVE ad bella iſta.} Lege ex Vet. lib. Ita ad bella iſta. SI HAEC impediet aliquis.} Legendum: Sin hæc impediet aliquis. QVOD nemo plebeius auſpicia haberet.} Hoc ait, quod lege Romuli Regis ſacra ſolis patricijs erant commiſſa, auctore Dionyſio lib. II. ἐνομοθέτει τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἱερᾶσθαί τε, καὶ ἄρχειν, καὶ δικάζειν, καὶ τὰ κοινὰ πράττειν, τοὺς δὲ δημοτικοὺς τούτων μὲν ἀπολελύσθαι τῶν πραγμάτων. & Liuius lib. VI. Penes quos ſunt auſpicia more maiorum? nempe penes patres. nam plebeius quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur. nobis adeo propria ſunt auſpicia, ut non ſolum, quos populus creat patricios magiſtratus, aliter, quam auſpicato creet, ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus, & priuatim auſpicia habeamus, quae iſti ne in magiſtratibus quidem habent. APPAREBAT aut hoſtibus, aut ciuibus.} Lege ex Vet.lib. Apparebat autem aut. QVIBVS indictis extemplo quicumque aliquid ſeditioſe dixerat, aut fecerat, quam maxime tribunicij & prehenſare homines, & concurſare toto foro candidati coepere.} Veteres libri, pro, Quam maxime, habent, Hunc quam maxime. ex quo intelligi poteſt legendum eſſe, Hinc quam maxime. i. inter eos, qui ſeditioſe dixerant, aut fecerant, quam maxime tribunicij prenſabant. L. ATILIVS, T. Caecilius.} Caecilia gens plebeia fuit. Itaque Caecilius tribunus militaris patricius eſſe nequit, Dionyſius hunc Τίτον Κλοίλιον Σικελὸν uocat. Cognomen Siculi facit, ut mendoſe eſſe Κλοίλιον pro Καιλίον petem. T. autem Cloelium Siculum paullo poſt commemorat etiam Liuius triumuirum coloniae deducendae. in quibuſdam manuſcriptis libris eſt, T. Celius. C. CVRIATIVS.}. C. Curtius, ut ante dictum. LEGATI ab Ardeatibus Romam uenerunt.} Lege ex Vet. lib. ab Ardea.

L. PAPYRIVM Mugilanum.} Ex Capit. lap. L. Papirium Mugillanum. menda eſt foeda apud Dionyſium. ὕπατοι μανίκιος πατρίκιος μουγιλλάνος, pro ὕπατοι μὲν λεύκιος παπίριος. AD MONETAE inuentos.} Vet. lib. Inuenta. ut referatur ad, Nomina conſulum, quae Praetermiſſa dixit. PVBLICORVM ius, priuatorumque locorum, uectigalia.} Lego ex Vet. lib. & uectigalia.

45 ABQVO Cluilio.} Cloelio. ut ante ſaepe dixi de Cluilijs. ET ALIA parte.} Vet.lib. Ex alia parte. MVRO Ardeae brachium iniunxerat.} Vet.lib. Immiſerat. VOLSCI exiguam ſpem in armis, alia undique abſciſſa cum tentaſſent.} Vox deeſt, quae eſt in manuſcriptis. Volſci exiguā ſpem in armis ponentes. i. Volſci exigua ſpe in armis poſita, cum alia tentaſſent, i. an per colloquium res cōponere poſſent, nec quidquā profeciſſent, hoc eſt enim, Vndiq. abſciſſa. VIX nuncijs caedis relictis.} Vet.lib. Cladis. ROMANVS conſul Ardeae turbatas.} Conſul non eſt in Vet. libris. QVA concordiae, pacisque.} Vet.lib. Qui. nam ad Quinctium refertur. POSTVMIVM Ebutium.} Poſtumum Aebutium, hoc loco quidam habent libri, quemadmodum ante docui etiam ſcribendum eſſe. Idem docet Valerius in Praenom. C. FVRIO Pacilio.} Pacilum eſſe cognomen Furiorum, qui Capitolinos conſules legerit, facile inuenerit. Quare, Pacilo, legendum. M. PAPYRIO Craſſo.} Diodorus Siculus hunc conſulem μάνιον παπίριον uocat. Fuiſſe autem Papirijs familiare praenomē Manij Dionyſ. oſtēdit, qui primū Regē Sacrificulū Maniū Papiriū nominat lib. V.

QVI PRAETER minime populare miniſterium agro aſsignando ſocijs.} Vetus lectio: Per minime populare. recte. Haec enim cauſſa eſt, cur plebem offenderint, quia minime populare munus ſuſceperint. CAVSSA certaminum nequidquam a Petilio quaeſita. qui tribunus pl. ea ipſa denunciādo factus} Poetelio, ut ante, lege. Cum autem de priore eius tribunatu ne uerbum quidem ante fecerit, hoc loco, ut alibi ſaepe, tribunum etiam ante fuiſſe tacite intelligendum eſt. Ea uero ipſa, intelligit, legem agrariam, & delectus impedimētum. POSTREMO perpulere plebem haud aduerſante ſenatu, ut.} Lege, Perpulere plebeij. nam id & ſenſus poſtulat, & ueteres libri habent. ET NVLLVM momentum annonae, feciſſet.} Dele particulam, Et, ex Vet. libris. SP. MELIVS.} Maelius ſcribe, ex fragmentis Capitolinis, Graecorum libris, & quibuſdam etiam manuſcriptis latinis.

PLEBEMQVE hoc munere delenitam, quacumque incederet, conſpectus, elatusque ſupra modum hominis priuati ſecum trahere.} Foeda inſidet menda in uoce Conſpectus, ſi quibuſdam ueteribus libris credimus. in quibus eſt: Conſulis pectus gerens. Error ex compendioſa ſcriptura natus eſt. Conſpectus. quas uoces cum quidam coniunxiſſet, tertiam, Gerens, alius ut ſuperuacaneam praetermiſit. Eſt autem conſulis pectus gerens, cōſularem ſpiritum habens, aut ad conſulatum adſpirans, qui ipſi a plebe deſpondebatur. ut ſupra lib. II. Velut omnes dictaturas conſulatusque gerens in uoce, ac uiribus ſuis. & alibi. Tribunatum ſpirans. Ego tamen, Conſpectus, etiam probo. CONSVLATVM fauore, ac ſpe deſpondentem.} Vet.lib. Conſulatum ei fauore. NEC DVM compoſitis, maturisve ſatis conſilijs.} Dura locutio eſt, Componere conſilia. Itaque ſequamur auctoritatem ueterum librorum, qui habent: Nec dum compoſitis rebus, maturisve ſatis conſilijs.

Hic

HIC MINVCIVS eandem reip. curationem agens, quam Melius priuatim agendam ſuſceperat.} 46
Vet. lib. Quam Sp. Maelius. Ceterum Antonius Florebellus, Epiſcopus Lauellinus, uir doctrinae, atque Ingenij laude, preſtantiſsimus, legit, Eandem publice curationem agens. ut Publice ſit aduerbium, cui reſpondeat Priuatim. erat autem curatio frumentaria. EODEMQVE anno ſororis filios regis, & liberos conſulis.} Vox, Regis, inducenda eſt. quia abeſt a quibuſdam Vet. libris. & quia hiſtoriae ueritatem peruertit. non enim Collatinus, de quo intelligit, Rex fuit. Intelligit enim Vitellios, Aquilliosque natos ex duabus ſororibus Collatini conſulis, & Iunios liberos Bruti conſulis. ita ut, Conſulis, bis accipiendum ſit. cur enim Collatinum regem appellet, quem ſequenti uerſu conſulem nominat? VILIBVS farris libris ſperaſſe libertatem ciuium ſuorum emiſſe.} In omnibus antiquis libris legitur, Bilibre farris. Quam lectionem immutauit Rhenanus. Eſt autem optima ſententia, ſi binas libras pro uili pretio ponat. quippe cum ſic etiam locutus ſit in VI. Selibris ne farris gratiam ſeruatori relaturum. Bilibrem autem, & Trilibrem dici, docet Priſcianus de Menſuris. TITINNIVS.} Titinius ſcribe ex Graecis, & manuſcriptis latinis libris. itemque nummis argenteis. AEQVIMELIVM.} Vet. lib. Aequimaelium. L. MINVCIVS boue aurato extra portam Tergeminam eſt donatus, &c. Hunc Minucium apud quoſdam auctores tranſiſſe a patribus ad plebem, undecimumque tribunum pl. cooptatum.} Eadem tradit Plinius lib. XIIX. cap. III. Minucius Augurinus, qui Sp. Maelium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad aſſem redegit, undecimus plebei tribunus. Qua de cauſſa ſtatua ei extra portam Tergeminam a populo ſtipe collata ſtatuta eſt. SED ANTE omnia refellit falſum imaginis titulum.} Imagini domeſticae L. Minucij falſo Tribuni plebis nomen affictum fuiſſe ſignificat, ab ijs, qui laudem familiae ex eo magiſtratu, tituloq. quaerebant. ſic lib. IIX. Vitiatam memoriam falſis imaginum titulis reor, dum familia ad ſe quaeque famam rerum geſtarum, honorumq. fallente mendacio trahunt. ſic lib. III. Ap. Claudium decemuirum uirum honoratiſsimae imaginis futurum ad poſteros, legum latorem, conditoremq. Romani iuris. HAVD dubij, quin.} Vet. lib. Haud dubia ſpe, quin. MAMERCVS Aemilius.} Mamerci praenomen tribus litteris notatur in lapidibus Capitolinis Mam. Aemilius. C. IVLIVM Tullum, Sp. Nautium.} Horum legatorum meminit etiam Cicero Philip. IX. Tulli Clinij, Sp. Ancij. neque manuſcripti libri a uulgatis diſsident. Veteres libri Liuiani habent, Cloelium Tullum, Sp. Ancium. Itaque ſatis mirari non poſſum, cur antiqua lectio immutata ſit, & C. Iulium Tullum, Sp. Nautium, factum ſit. Tullus autem in Cloelio praenomen eſt, ut in Tullo Hoſtilio, & Tullo Attio. Ancia uero gens Romae fuit, ex qua M. Ancius Briſo tribunus plebis. de quo Cicero in Bruto, ab Anco praenomine deducta. CAVSSAM mortis legatis fuiſſe. rem incredibilem &c. nec deinde in horrorem uerſum facinus.} Vet. lib. Ac deinde in errorem uerſum facinus. Cuius lectionis hic eſt ſenſus. Ambiguam regis uocem a Fidenatibus exceptam mortem attuliſſe legatis. poſt autem cauſſam facinoris in errorem eſſe coniectam. Qui ſenſus optimus cum ſit, idem admonet reliqua omnia a, Rem incredibilem ad, Luſus animum, parentheſi eſſe includenda. L. QVINTIVM.} Quidam, ut dixi, manuſcripti libri ſemper Quinctium, habent una cum tabulis Capit. & Diodoro. COLLESQVE inter Fidenas. atque Anienem ceperunt referentes caſtra.} Non eſt dubium, quin ita intelligendus hic locus ſit. Dictator trans Anienem ſubmouit hoſtes, qui cum caſtra referrent, colles inter Fidenas, atq. Anienem ceperunt. NEC ANTE in campos digreſsi ſunt.} Degreſsi, loquitur enim de deſcenſu ex collibus in campos. ut & ante dixi, & poſt dicam. uam ſaepius hoc mendum eſt apud Liuium.

NE LONGINQVAM militiam non paterentur Faliſci.} Vet. libri non habent, Non. ROMVLI ſpolia, quae prima opima appellata ſola ea tempeſtate erant.} Vox, Prima redundat. neque enim tum prima appellari poterant, cum adhuc ſecunda non eſſent relata. abeſt certe ab antiquis libris. PROPE ſacrilegium ratus ſum, Coſſum ſpoliorum ſuorum, Caeſaremque ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem.} Probo magis antiquam lectionem. Coſſo ſpoliorum ſuorum Caeſarem ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem. Nam quae dixit, omnia Caeſaris teſtimonio nituntur. SEPTIMO poſt demum anno.} Nono, legendum, habita diligenti annorum omnium ratione. error ex notis manauit. IX. & VII. T. QVINCTIO Poeno.} Quinctiorum cognomen eſt Pennus, non Poenus. ſi antiquis & librorum, & lapidum monumentis credimus. NAM etiam illud accedit.} Vet. lib. Nam & illud. DICTATOREM dici A. Seruilium.} Hic in ſecunda dictatura, quam cepit anno CCCXXXV. & apud Liuium, & in Capitolinis tabulis, Q. Seruilius dicitur. CVIQVE Priſco alij.} Vet. libri non habent, Que. POSTVMIVM Ebutium.} Poſtumum Aebutium. ut ante. CENSORES uillam publicam in campo Martio probauerunt. ibique primum cenſus populi actus eſt.} Quaerit Glareanus, quid ſit, Probauerunt, &, Primum, cum cenſus in campo Martio a Ser. Tullio Rege primum ſit actus, non abhis cenſoribus. Reſpondeo, Probauerunt, ex uetere Romano more dictum eſſe. quo adhuc in antiquis lapidibus Romae uiſitur 47

L. FABRICIVS. C. F. CVR. VIAR. FACIVNDVM COERAVIT
IDEMQVE PROBAVIT

Q. LEPIDIVS. M. F. M. LOLIVS. M. F. COS. EX S.C. PROBAVERVNT Item,

P. LENTVLVS. CN. F. SCIPIO
T. QVINCTIVS CRISPINVS VALERIANVS Cos.
EX S. C. FACIVNDVM COERAVERE
EIDEMQVE PROBAVER.

Si autem

SI autem cenſus actus eſt alias in campo Martio, at non in uilla publica, quae hoc primum anno proba ta eſt. Qua de re ſic Varro lib. III. de re ruſt. Villa publica ad remp. adminiſtrandam eſt utilis, ubi cohortes ad delectum conſuli adductae conſidant, ubi arma oſtendant. i. ubi cenſores cenſu admittant populum. C. FVRIVS Pacilius.} Pacilus. ut dixi. DEPOSITO ſuo magiſtratu, modo aliorum magiſtratui impoſito, fine alteri.} Voces duae, Fine alteri, ſunt in ueteribus multis libris. nec uidentur neceſſariae. neque enim quis ille ſit magiſtratus, apparet. Siquidem depoſuit dictaturam, cenſurae modum impoſuit. Niſi ſi magiſterium equitum intelligere uelimus. at in ſuo, ideſt in Dictatura includitur. Quamquam deminutum cenſurae ius noluiſſent.} Florebellus, de quo dixi, Epiſcopus, eodem ingenio uſus, legit Noluiſſent. hoc ſenſu. Mamercus, qui dictator cenſuram ex quinquēnio annuam, & ſemeſtrem fecerat, aerarius factus a proximis cenſoribus ingenti animo tulit tam rem, cauſſam potius ignominiae reſpiciens, quam ipſam ignominiam. patres quamquā Mamerco inimici erant, quod noluiſſent, cenſurae ius ab eo imminutum, quia facta annua, & ſemeſtri cenſura ſaepius ſe quiſque cēſoribus ſubiectum fore uidebat, quam cenſuram geſturum, tamen exemplo acerbitatis cenſoriae oſtenſi ſunt. i. quod Mamercus ea de cauſſa aerarius a cenſoribus factus ſit.

48 M. FOLIVS.} Capitolini lapides M. Foslius habent. Quorum auctoritas ſumma mihi ſemper uiſa eſt. AVT patricios habendos fuiſſe tribunos plebis.} Vet. lib. Alioquin patricios habendos fuiſſe tribunos plebi. Quod placet. CN. IVLIVS Mento.} Diodorus γάϊον ἰούλιον uocat. Itemque in quibuſdam Vet. lib. C. Iul. quod probo, Nam Cnaei praenomen nunquam alias in Iulia gente reperi, Caij uero ſaepiſſime. QVIA ETSI ſaepe uicti populi, maiore tamen conatu quam alias umquam rebellarent. Vet. lib. Rebellarant. ANTE omnia prauitas conſulum, diſcordiaque inter ipſos.} Longe ſecus, & melius ueteres libri: Ante omnia priuata conſulum diſcordia, quae inter ipſos erat. SI QVIDEM cogi aliquid pro poteſtate ab tribuno conſules.} Vet. lib. Cogi aliquando. quod placet.

CN. IVLIO.} C. Iulio, ut dixi. VECTIVS Meſſius.} Vtrumque nomen uitium continere ſuſpicor. ſcribendumq. Vettius Metius. eſt autem Metius praenomen, ut in Fufetio, & Curtio, & alijs. Vettius autem non Vectius ſcribendum, ut Attius, non Actius. Cuius ſcripturae extſtat Mutinae in monumento marmoreo peruetuſto inſigne teſtimonium eiuſmodi.

P. VETTIO
P. FIL. CAM. SABINO
EQ. P. IIII VIR.
AED. POT.
ET MAG. MVN. RAVEN.
CORNELIA MAXIMINA
MARITO INCOMPARABILI
ET SIBI VIVA POSVIT

Item apud Appianum libro primo. οὐέτιος κάτων.

49 HOSTIVS Lucretius Tricipitinus.} Hoſtius huic praenomen eſt. Quare HOSTVS ſcribendum, quemadmodum etiam ante diximus. SICCITATE eo anno plurimum laboratum eſt.} Vet. lib. Et ſiccitate. NOVOS ritus ſacrificando, uaticinando inferentibus in domos.} Vet. lib. Nouos ritus ſacrificandi uaticinando. Hac de re ſic Liuius lib. XXXIX. Quoties hoc patrum, maiorumq. aetate negotium eſt magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri uetarent? ſacrificulos, uateſque, foro, circo, urbe prohiberent? uaticinos libros conquirerent, comburerentque? omnem diſciplinam ſacrificandi praeterquam more Romano abolerent? VTRVM populi iuſſu indiceretur bellum, an ſatis eſſet ſenatuſconſultum.} Placet, ut legatur, Senatuſcōſulto. ut eſt in antiq. quibuſdam libris. VT QVINCTIVS conſul de bello ad populum ferret.} Quinctius habet mendum, non enim hoc anno conſul erat, ſed priore. in uet. certe libris multis abeſt. Quare non dubito quin legendum ſit, Vt conſules de bello ad populum ferrent. T. QVINCTIVS Pennus ex conſulatu.} In quibuſdam libris aliena manu notatum eſt ſuper, ex conſulatu, ter conſul. ſed temere. iam enim non niſi bis conſul fuerat. Intelligendum autem anno poſtquam conſul fuit, factum eſſe tribunum militum conſulari poteſtate. habetque rationem eius anni, quo Quinctius petiuit, non quo geſſit. CVM ibi quoque religio obſtaret, ne poſſet niſi ab conſule dici dictator.} Vet. lib. Ne nō poſſet. ADEO ſimul fortuna ciuitatis uirtute uera eguit, nihil cenſoria animaduerſio effecit, quominus.} Legendum ut in manuſcriptis: Vt nihil cenſoria animaduerſio effecerit. AD SPEM praedae adſciuerunt.} Repone adſciuerant, ex uet. lib. PLACVIT. & tamquam.} Vet. libri plerique habent, Et qui tamquam. Suſpicor igitur legendum, Itaque tamquam. ut ex It & Qui, fiat, Itaq. ROMAE TERROR ingens erat, accito exercitu ab Veijs, hoſtibus poſitis ad Fidenas, eoque ipſo ab re male geſta perculſa caſtra locantur ante portam Collinam.} Ex his uerbis alia luxata ſunt, alia temere inculcata. Germana lectio in ueteribus libris reperitur; Accito exercitu ab Veijs, eoque ipſo ab re male geſta perculſo: caſtra locantur ante portam Collinam. Neque uero uerba illa, Hoſtibus poſitis ad Fidenas, neceſſaria ſunt, cū praeſertim dixerit, Transiecto Tiberi Veientes Fidenas tranſtulerunt bellum. VEIENTEM hoſtem ſexies uictum.} Quid ſi legatur, Toties, ut in pleriſq. antiquis libris legitur. praeſertim cum ſaepius, quam ſexies, uicti Veientes ſint?

Cvm Etruſci pleni animorum,ac priſtini diei meliore occaſione, quam pugna.} Lege uel gnantibus omnibus teſtimonijs ueteribus. Ab priſtini.ut ſit dictũ.pleni animorum ab priſtini diei occaſione meliore,quam pugna,quo modo dictum eſt etiam,Exercitum perculſum ab male re geſta,& maeſtum ciuitatem ab male re geſta.& eiuſmodi alia multa.

Qvod incendio ſimilius, quam proelio territum ceſſerat flammis.} Similius dictum uidetur, pro, uerisſimilius. Effreno equo.} Vet.lib.Effreni equo. Rvinae igitur ſimilem ſtragem eques quacumque peruaſerat dedit.} Placet magis,Peruaſit.quod eſt in antiq.lib. Infert pauidos fuga in mediam caedem.obtruncantur in ripis.} Neſcio quomodo placet magis priſca quorundam librorum lectio: Reſidui pauidi fuga in mediam caedem obtruncantur in ripis.& recte.nam inquit Veientium maxima pars Tiberim effuſi petunt. Fidenatium,qui ſuperſunt ad urbem Fidenas tendunt. Reliqui cum pauidi in mediam caedem fugerent,obtruncantur in ripis. Classibvs quoque ad Fidenas pugnatum.} Vet.libri alij,Claſſi,alij,Claſſe habent. Claſſi autem pro Claſſe uſus eſt etiam Vergil.lib.IIX. Aduectum Aeneam Claſſi.Priſc.lib.VII. Cl. Crassvs.} Lege Ap.Claudius Craſſus.neque enim Liuius praetermittere ſolet praenomen in ijs nominandis,quorum tunc primum mentionem faciat,deinde uero alio loco id ipſum afferre.ut infra,cum ait. Ap.Claudium filium decemuiri praefectum urbi relinquunt. Sp. Navtivs Rutilius.} Lege Rutilus ex tabulis Capitolinis. T. Sergivs.} Legendum eſt L.Sergius. Nam in priore tribunatu,& in tertio, quem cepit anno CCCXXXVII. L.appellatur a Liuio,itemq. ab ijs,qui Capitolinos tribunatus deſcripſerunt. Accedit quod Diodorus etiam in huius anni magiſtratibus exponendis λεύκιον σέγτιον nominat. corrupte tamen pro σέργιον. Sex. Ivlivs.} Ex Capitolinis lapidibus,itemq. ex Dionyſio,& Diodoro intelligi aperte poteſt,Iuliorum cognomen eſſe Ivlvm, non Tullum. Gravatos ſomno,epuliſq.} Vet. lib. Graues ſomno,epuliſq. Ab Romanis diſſonus,impar,ſegnis,ſaepe iteratus, incerto clamore prodidit pauorem animorum.} Suſpectam habeo hanc dicendi formam. Clamor diſſonus incerto clamore prodidit pauorem. Malimque legi, Incerto tenore. ut ſupra, Quinque conſulatus eodem tenore
geſti. & lib. IX. Fremitus aequalis, tenorque idem pugnae. Cvm quo tegume modo omnis 51
exercitus fuerat,nuſquam uiderent.} Malim,ut in uet.libris eſt.Cum quod tegumen modo &c.

Sex. Tempanium, A. Sellium, & Antiſtium, & Spurilium fecit.} In duobus poſterioribus tribunis puto eſſe mendum. mouet enim me noua nominandi ratio, quod Tempanium, de quo ante locutus eſt,praenomine ſuo afficiat,ignotos homines Antiſtium,& Spurilium ſuo ſpoliet. Suſpicor autem praenomina horum latere in illis duabus uocibus,Et,Et.Legendumque eſſe.Sex. Tempanium,A.Sellium,Sex.Antiſtium & Sex. Pompilium. Nam Sex.Pompilium hoc anno cum Antiſtio tribunum poſt tradit Liuius, cum inquit. Petentibusque inter aliquot plebeios filio Antiſtij tribuni plebis, & fratre alterius tribuni Sex.Pompilij. Noſtram porro conicecturam adiuuat etiam Vetus lectio, quae pro Spurilio,Sex.Polium habet. Errorem inde ortum puto,quod qui Sex. Pompilium ſcripturus erat,S.Pompilium ſcripſit. Inde alius Spurilium. L.Papirivs Mugillanus.} Hic deeſt nomen quarti tribuni. Is eſt L.Seruilius Structus. Quem Liuius anno CCCXXXIIX. iterum fuiſſe tradit. nec tamen apparet,quo anno primum fuerit,niſi hoc anno fuiſſe dicamus,quo tres tantum uidemus tribunos militum nominari, cum iam quattuor quotannis coepiſſent fieri. Multos autem etiam alios in uulgatis libris deſiderari infra oſtendam. Cn. Fabio Vibulano.} Numerius,quod praenomen littera N notatur,erat Fabijs familiare, ut oſtendi in Praenominib. ex Feſti ſententia. Hic autem Fabius Numerius dictus eſt auctoribus ſcriptoribus Capitolinis.Nota autem Numerij,N, ubique fere eſt per mendum in Cn.conuerſa.

L.Qvinctivs Cincinnatus tertium,Sex.Furius Medullinus iterum.} Legendum eſt,L.Furius Medullinus iterum.Neq. enim aut ante,aut poſt fit mentio Sexti cuiuſquam Furij tribuni militum, ut nunc iterum,aut primum eſſe poſſit. Fauent etiam conicecturae noſtrae libri manuſcripti,qui,L.Sex.Furius Medullinus,habent. Sed quoniam tres per hos annos Lucij Furij Medullini tribunatum ceperunt. de quibus Liuio cum Capitolinis ſcriptoribus non conuenit,ne quis in errorem inducatur, omnes eos ordine explicabo, ut quiſque cauſſam errandi agnoſcat,de qua Glareanus deſperauit.

An. 322. L.Furius Medullinus.
329. L.Furius Medullinus.
35 L.Furius Medullin.II. is qui uulgo Sex.dicitur:
48. L.Furius Medullin.II.
50. L. Furius Medullin.III
55. L. Furius Medullinus.
57. L. Furius Medullinus.III.
58. L. Furius Medullin.IIII.
60. L. Furius Medullin.V.
61. L. Furius Medullin.VI.
364. L. Furius Medullin.VII.

A. Sem-

A. SEMPRONIVS Atratinus.} Glareanus legendum eſſe docet L. Papirius. Mouet eum, quod Liuius in anno CCCXXXIX. A. Sempronium Atratinum tertium, ſcribit fuiſſe, cum tamen, Quartum, fuerit ſcribendum, ſi idem hic nunc eſſet, Tertium. Verum errat. Nam qui fuit anno CCCX non eſt idem cum hoc. Id quod ex ſequenti ſtemmate Atratinorum intelligitur.

A. Sempronius Atratinus coſ.
an. 257. & 263.

- A. Sempronius Atratinus. Tr. mil. an. 310.
  - C. Sempronius Atratinus. ex Dionyſ. patruelis Auli. coſ. an. 331. male re in Volſcis geſta damnatus.
- L. Sempronius Atratinus frater Auli coſ. 310. Dionyſ.
  - A. Sempronius L. F. A. N. Atratinus. Tr. mil. an. 329. 335. 339.

PONTIFEX Max. iocis abſtinere iuſſit.} Nomen huius Pont. Maximi fuit Sp. Minucius, ut ait Plut. de utilitate ex inimico capienda. SP. NAVTIVM. Annus.} Lego Sp. Nautium, & C. Seruilium. Deſideratur enim nomen quarti tribuni militum C. Seruilij. qui eſt in tabulis Capitolinis.

NEC tunc bellum parari.} Vet. lib. Nec dum bellum parari. C. SERVILIVS Q. Seruilij Priſci filium.} Lege, C. Seruilium Priſci filium. nam ubi patris cognomen illuſtre eſt, ſolet Liuius fere a cognomine patris filium indicare. ut ſupra. T. Quinctius Capitolini filius. item T. Quinctius Cincinnati filius. & infra. Q. Fabius Maximi filius. Huic etiam obſeruationi fauet hoc loco Vetus lectio, quae ita, ut dixi, habet. HALA} Seruilium.} Ex ueteribus lapid. nummis, itemque ex aliquot manuſcriptis libris, Ahalam ſcribēdum. CAPTIS Lauicis, ac deinde tribunis militum conſulari poteſtate Agrippa.} Veteres pleriq. libri, Ac deinde tribunis militum conſulari poteſtate creatis Agrippa &.

ET SP. Rutilio Craſſo.} Lege Sp. Veturio, ex Diodoro, qui σπόριον οὐετούριον habet, non ῥουτίλιον. & recte. Nam Rutilia gens plebeia eſt. hic patricium tribunum mil. quaerimus. Et uero Craſſus cognomen Veturiorum, non Rutiliorum, SP. NAVTIO Rutilio. biennium.} Hoc item anno deſideratur nomen quarti tribuni mil. Itaq. lege Sp. Nautio Rutilio, & Q. Fabio Vibulano. Biennium. Hic enim ab auctoribus Capitolinis, & a Diodoro in hunc annum editur. Intercidit autem, ut alij ſuperiores, librariorum uitio, non Liuij. quod ex eo intelligi poteſt, quod Liuius biennio poſt, Q. Fabium Vibulanum iterum tribunatum ait cepiſſe, cum tamen, quando primum ceperit, numquam tradiderit, niſi hoc anno dicamus. Haec autē quaeſtio quantopere torſerit Glareanum, ex ſcriptis eius intelligi poteſt.

53 SP. MECILIVS quartum, & Metilius tertium.} Puto legendum eſſe, Spurij Mecilius. ut intelligatur ambos eos praenomine Spurij fuiſſe praeditos. PREHENSANTVR a principibus.} Vet. lib. Prenſantur. AP. CLAVDIVS nepos eius, qui Xuir legibus ſcribendis fuit.} Hoc loco nihil eram dicturus, niſi me ad hanc orationem ſuſcipiendam Glareanus impuliſſet, qui inquit, legendum eſſe: Ap. Claudius filius eius, qui decemuir. Mouetur autem Glareanus, quod auum ſuum hic memoret, Ap. Claudium illum, qui primus ex Sabinis uenit, quem abauum fuiſſet dicturus, ſi hic uere nepos decemuiri fuiſſet. Errat autem, quia non intelligit proauum ſaepe improprie poni, & Ciceronem, ad Ap. Pulchrum cum ſcriberet, Ap. Claudium Caecum proauum eius uocaſſe, qui ne atauus quidem proprie dici poſſet. Quoniam autem is multos alios Liuij locos in his Claudijs male habere putat, & ſine ratione, ut uno loco occurram omnibus, Claudiorum gentem hic uſque ad Ap. Claudium Caecum exponam.

Actius Clauſus.
Qui poſt Ap. Claudius, ex Sabinis uenit. auctor interceſſionis per tribunos pl. coſ. an. 259.

- Ap. Claudius Sabinus. coſ. an. 281.
  - Ap. Claudius Ap. F. Ap. N. Craſſinus Xuir. an. 301. 302. 303. mortuus.
    - Ap. Claudius Craſſus Tr. mil. 330. Idemque Xuiri filius & iuuenis a Liuio dicitur.
      - Ap. Claudius Craſſus Sabinus Regillenſis. Tr. mil. 352. Dictat. 393. Idem a Liuio dicitur an. 339. minimus natu ex patrum concilio. & Xuiri nepos. Itemque in an. 352. & 387.
      - P. Claudius Craſſus. de quo nihil accepimus.
- C. Claudius Sabinus Ap. F. Xuiri patruus. coſ. an. 291.

C. Clau-

C. Claudius Regillenſis Dictator. an. 418. | P. Claudius P. F. Craſſus. coſ. an. 406.

Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caecus cenſor. an. 441. coſ. an. 446. 456. | Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caudex. coſ. 486. Caeci frater. Gell.

Dvo bella inſequens annus habuiſſet.} Vet. libri aliquot: Duo aſsidua bella. Qvinctivs Cincinnatus, M. Fabius Vibulanus.} Intercidit praenomen Quinctij culpa librariorum. neque enim probare poſſum id ipſum a Liuio fuiſſe omiſſum, cum reliquorum tribunorum praenomina non praetermiſerit. Porro autem N. Fabius ex tabulis Capitolinis legendum eſt. Volanis ſuae gentis populo.} Quod docui ante de Lauicis, idem dico de Volis. nam modo Bolas, modo Volas apud auctorem hunc, ceteroſque ſcribi inuenio. Virgilius illud praeterea affert, quod ſingulari numero hoc nomen prodidit, cum dixit. Coramque, Bolamque. Fuerunt autem opida duo non admodum, ut uidetur, inter ſe diſtantia Bolae, & Bouillae, quibus in nominandis mirum in modum deprauati Graecorum libri ſunt, ut Dionyſij, & Plutarchi. Vterque enim eorum in Bello Coriolani explicando, duo ab eo opida Latinorum euerſa ſcribit, quorum prius, βωλανῶν πόλιν, alterum βῶλας uocant, non longe a Lauicis, & ipſi capti ab eo ſunt. Eſt autem mendum in uoce βῶλας, pro βοίλλας. Siquidem Stephanus ait. βοίλλας opidum Latinorum. Gentile nomen eſt, βοιλλανός. ut tradit Dionyſ. lib. IIX Romanae antiquitatis. Quod ipſum in eo libro non eſt, niſi βοίλλας non βῶλας legamus. Idem mendum eſt etiam lib. v. ubi populos nominat Latinos, qui in populum R. coniurauerant. inquit enim ἀρικινῶν, βωλανῶν, pro βοιλλανῶν. Quod ex Floro intelligi poteſt, qui in eius belli expoſitione ait, De Bouillis etiam triumphatum. Eandem uicinitatem agnoſcit etiam Cicero pro Plancio, cum ait. Lauicana, aut Bouillana uicinitas. De Bola autem ſic Stephan. βῶλα πόλις ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν βωλανός. Volis in ſequente anno receptis Aequi, coloniaque eo deducta, nouis uiribus oppidum firmarunt.} Vox, Aequi, non ſuum uidetur tenere locum, ſi pleriſq. manuſcriptis libris credimus, uerum hoc ordine legenda: Volis inſequente anno receptis, coloniaq. eo deducta Aequi nouis &c. M. Postvmio Regillenſi.} Capitolina monumenta una cum ueteribus libris P. Poſtumio edunt. Pravae mentis homini, quantum uictoriae magis, quam bellum oſtendit.} Vet. lib. Quam tum, diuiſis uocibus habent. Incipite deinde mirari.} Venuſtior antiqua lectio: Incipite demum mirari. P. Sextivs.} P. Seſtius legendum. eſt enim Patricius. Sextij autem plebeij, ut diximus. Iacere tamdiu irritas actiones, quae de ſuis commodis ferrentur.} Placet magis uox, Sanctiones, quae reprobata eſt a Rhenano. dictum eſt enim Ferre ſanctionem, ut legem, non actionem. Qvos ui teneret pertinacem nobilitatem eſſe.} Placet etiam magis huius loci priſca lectio: Quos ut teneret. Opidvm relinquerunt.} Lege, Reliquerant ex Vet. lib. C. Fvrio Pacilio.} Pacilo. ut dixi.

M. Papirio Atratino, C. Nautio Rutilio conſulibus.} Legendum eſt, M. Papirio, C. Nautio 54
Rutilo. Diodorus enim in hunc annum μάρκον πατίριον, Caſsiodorus M. Papirium edit. Quod autem cognomen Atratino delendum ſit, intelligi poteſt partim ex eo, quod Atratinus non Papiriorum, ſed Semproniorum cognomen eſt. partim ex eo, quod in ueteribus libris P. Atratinus, pro M. Papirio legitur. uitioſe. fuit autem haec cauſſa uitij. Qui enim M. Papirius erat ſcripturus, M. Patratinus ſcripſit, quomodo apud Dionyſium eſt etiam, πατρίκιος, pro πάπιον. Quem errorem cum alij tollere uellent. M. P. Atratinus ſcripſerunt. ne autem duo praenomina uni tribuerentur, demum P. Atratinus manſit. Fuiſſe autem huius conſulis cognomen Mugillanum, non Atratinum, oſtendit etiam tabula quaedam antiqua, in qua bini conſules in ſingulos annos ſuis tantis cognominibus nominati ſunt. cuius ſaepe teſtimoniū profert Cuſpinianus. Ea enim ita hos conſules edit, Mvgillano, & Rvtilio. Quorum illud eſt Papirij, hoc Nautij conſulis. M. autem Papirius Mugillanus ante trib. mil. fuit. Cvm in legationes non plus ſingulis Senatoribus inuenientes coacti ſunt binos equites adijcere.} Veteres aliquot lib. Non plus ſingulis Senatoribus miſsis inuenientes. Recte. nam paullo ante dixit: Dimiſsis circa omnes populos legatis. M. Aemilio, C. Valerio.} Scribe. M'. Aemilio. ex Capitolinis tabulis, & Diodoro, qui μάνιον αἰμίλιον nominat. M. Menenivs tribunus pl.} Scribe, M. Maenius. Gens enim Menenia Patricia eſt, Maenia plebeia. infra autem apertius oſtendam pro Menio Menenium in plebeio Dictatore eſſe mendoſe. Haec cum ita emendaſſem, inſpexi librum etiam ueterem ita habentem. Arcem Caruentanam.} Steph. χαρύεντος πόλις λατίνων. τὸ ἐθνικὸν χαρυεντανός.

Detrectantibvs militiam inhibenti.} Pro, inhibenti, quidam libri habent, ferenti. & recte. Verba autem ſic ordinantur. Nouem tribuni ex collegij ſententia pronunciauerant ſe auxilio futuros aduerſus interceſsionem collegae C. Valerio conſuli damnum aliamque coercitionem ferenti detrectantibus delectus cauſſa militiam. Vni Patricio, C. Fabio Ambuſto.} Ex Capitolino huius tribunatu N. Fabio eſt ſcribendum. Avctores fuiſſe tam liberi populo ſuffragij Icilios accipio &c. hi multarum magnarumque rerum.} Aut oratio inconſequens eſt, aut tollenda eſt uox, Hi, quae non eſt in quibuſdam libris. Pro ingensi itaque uictoria id plebi fuit. quaeſturamque non honoris ipſius finem aeſtimabant.} Melior antiqua lectio; Quaeſturam namque non honoris. Ne vt quis reficeretur in annum tribunus pl.} Vet. aliquot lib. reficeretur in annum ſequentem. Conſvles ambo.} Vet. libri quidam. Ceterum conſulum ambo. Verrvginem in Volſcis eodem

exercitu receptam.} Verrugo Volſcorum, arx Caruentana Aequorum fuit. Ceterum non apparet, quando amiſſa Verrugo ſit, cum tamen receptam eſſe eam hoc anno ſcribat. Valerius Maximus C. Sempronium conſulem male rem geſsiſſe in Volſcis apud Verruginem ſcribit, de qua clade etiam loquitur ſupra Liuius. C. Ivlivs Tullus.} C. Iulius Iulus. ut dixi. Cn. Cornelivs Coſſus.} Libri omnes ueteres, praeterea Diodorus P. Cornelium edunt, non Cn. Cornelium. Taedio ſordium in quibuſdam inſignium populum a plebeijs auertiſſent.} Alij libri ita habent, alij pro, Inſignium habent, Inſcium. Ego autem utramque uocem retinendam eſſe puto. ut legatur. Taedio ſordium in quibuſdam inſignium inſcium populum a plebeijs auertiſſent. Et si maneat in ſententia ſenatus, dictatorem nocte proxima dicturum, ac ſi quis intercedat, ſenatuſconſulti auctoritate ſe fore contentum.} Neſcio an locus alius aut pulchrior ſit, aut obſcurior. cuius quae ſit ſententia, iure ſe ignorare Glareanus profitetur, quis enim ſenſus ex tam mendoſis, & male interpunctis uerbis elici poſſet? Sic igitur lege: At ſi quis intercedat ſenatus cõſulto, auctoritate ſe fore contentum. Particulam, At, habent ueteres libri. Reliqua Romani moris obſeruatione ſunt comparata. Nam inter ſenatus conſultum, & ſenatus auctoritatem illud intereſſe comperio, quod conſultum decretum ſit ratum magis, quam auctoritas. Nam ſi forte ſenatores omnes, qui uocati erant, non conueniſſent, habebatur ſenatus ille quidem, & quod decretum erat ſcribebatur, at ſcitum tamen id pro imperfecto, nec rato habebatur, uerum auctoritas ſcribebatur tantummodo, ut ſenatorum uoluntas, atque iudicium de re exſtaret. Quoties autem nec legitimo in loco, nec die idoneo, nec edicto legitimo, ſed ambitioſe conuocatus ſenatus eſſet, aut tribunus pl. interdixiſſet, tum uero conſultum ſenatus non poterat fieri, ſed ea auctoritas dicebatur. Quae uero dico, ea ex Dionis ſententia dico lib. LV. εἰ δὲ ἄν ποτὲ ἐκ συντυχίας τινὸς μὴ συλλεχθεῖεν, ὅσους ἡ χρεία ἐκάλει, ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ἡ γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλ' αὐκτώριτας ἐγίγνετο ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα ᾖ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος δηλοῖ. ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδυνατώτατον ἐστὶν. τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ εἴ ποτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ, ἢ καὶ ἔξω νομίμου παραγγέλματος ὑπὸ σπουδῆς ἀθροισθεῖεν, ἢ καὶ ἐναντιωθέντων τινῶν δημάρχων, τὸ μὲν δόγμα οὐχ ἠδύνατο γενέσθαι, τὴν γνώμην σφῶν οὐχ ὑπομένοντες ἀποκρυφθῆναι. ἐνομίζετο καὶ αὐτὴ μετὰ ταῦτα ἡ κύρωσις κατὰ τὰ πάτρια ἐπήγετο, καὶ ἡ ἐπίκλησις τοῦ δόγματος ἐπεφέρετο. Hic idem mos explicatur etiam in epiſtola Coelij. Quod M. Marcellus v. F. de prouincijs, D.E.R.I.C. Senatum exiſtimare, neminem eorum, qui poteſtatem habent intercedendi, impediendi moram afferre oportere, quo minus de rep. quamprimum ad ſenatum referri, S.Q.C. fieri poſſit. Qui impedierint, cum ſenatum exiſtimare contra remp. feciſſe. ſi quis huic S.C. interceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum populumque referri. De ſenatus autem conſulto faciendo, idem ita. Senatuſconſultum factum eſt, auctoritateſque perſcriptae prid. K. Oct. In aede Apollinis. ſcribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus. Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio &c. & ad Lentulum Cicero lib. I. De his rebus ſenatus auctoritas grauiſsima interceſſerat, cui cum Cato, & Caninius interceſsiſſent, tamen eſt perſcripta. Hinc legimus etiam apud Liuium, dictatorem modo factum ex ſenatuſconſulto, modo ex auctoritate ſenatus. cum tamen non ſit idem. His uerbis ſatis & Liuij locum emendatum, & quid ſit ſenatus cum auctoritas, tum conſultum, declaratum puto. Felicitate, quam gloria maior in urbem redijt.} Vet. lib. Felicitate, quam gloria maiore. Quae locutio uenuſta eſt, & bonis ſcriptoribus uſitata.

Cn. Fabivs Vibulanus.} Lege N. Fabius Vibulanus, ex monumentis Capitolinis, & ex Diodo-
55 ro, qui νυμέριον φάβιον edit. In senatv magis, quam tribunis.} Vet. lib. Quam in tribunis.

C. Fabio Ambuſto.} Scribe item N. Fabio Ambuſto, ſecutus & marmora Capitolina, & Diodorum. Vixerunt autem hoc tempore duo Numerij Fabij alter Vibulanus Q. F. alter Ambuſtus M. F. Quod ut omnes ita eſſe intelligant, Fabiorum ſtemma ſubiungam, ex Liuij, Dionyſij, Diodori, auctorumque Capitolinorum ſententia, uſque ad Q. Fabium Maximum Rullianum.

K. Fabius Vibulanus.

K. Fabius K. F. Vibulan. coſ. 268, 271, 273.

M. Fabius K. F. Vibulan. coſ. 269. 272.

Q. Fabius K. F. Vibulan. coſ. 267. 270.

Q. Fabius M. F. K. N. Vibulan. qui puer ad Cremeram ſuperfuit CCCVI Fabijs interfectis. coſ. 285. 287. 294. Xuir. 301. 303.

Q. Fa-

Q. Fabius Q. F. M. N. Vibulan. coſ. 331. Tr. mil. 330. 341.

M. Fabius Vibulanus. coſ. 312. Tr. mil. 321.

N. Fabius Q. F. M. N. Vibul. coſ. 333. Tr. mil. 340. 348.

M. Fabius Ambuſtus. de quo nihil.

Q. Fabius Ambuſtus. coſ. 343.

N. Fabius M. F. Q. N. Ambuſtus. quaeſt. 346. Tr. mil. 349.

K. Fabius M. F. Q. N. Ambuſtus. Tr. mil. 351. 354. 360.

Q. Fabius cum duobus Fabijs fratribus M. Ambuſti F. legati ad Gallos. Tr. mil. 365.

M. Fabius N. F. M. N. Ambuſtus. coſ. 395. 399. 401. Dict. 405.

M. Fabius K. F. M. N. Ambuſtus. Tr. mil. 375. 386. Pont. Max. ſocer Stolonis.

Q. Fabius M. F. N. N. Maximus Rullianus coſ. 432.

M. Fabius Ambuſtus mag. eq. 432.

Lars Tolumnius.} Lar Tolumnius eſt in ueteribus libris. atque ita ſcribendum eſſe ex Cariſij, Priſciani, & Seruij nobilium grammaticorum auctoritate docui in Praenominibus. Prehensantesque ueteranos.} Vet. lib. Prenſanteſque. Profertur tempus ferundae legis, quam ſi ſubiecta inuidiae eſſet, antiquari apparebat.} Legem intelligit, non de conſule ex plebe creando, quae poſt tribunos mil. creatos refrixit, relataque poſtea eſt a L. Sextio, & C. Licinio tribunis pl. uerum legem de bello Veientibus indicendo. Cum commoditas iuuaret rem familiarem ſaltem acquieſcere eo tempore, quo corpus addictum, atque operatum reip. eſſet.} Suſpectum habet uerbum, Acquieſcere, Glareanus, quaſi uero non lib. v. ita locutus ſit Liuius. Vt feſſa diutino bello acquieſceret ciuitas. i. quieſceret. Neque id etiam ſi ceteri ferant, paſſuros eos.} Vet. lib. Neque enim id. Quod placet. C. Iulius Tullus.} Iulius Iulus. ut dixit A. Manilius.} A. Manlius, ex tribunatu huius Capitolino. praeterea Manilij plebeij. hic patricium quaerimus. Item Aulus praenomen eſt Manliorum, non Maniliorum. M. Aemilius Mamercus.} M'. Aemilius Mamercinus, ex tribunatu huius Capitolino. M. Sergium Fidenatem.} Scribe M'. Sergium, ex tribunatu eius Capitol. & ex Diodoro, qui μάνιον σέργιον hunc uocat. praeterea ex ueteribus libris, qui Manlium Sergium habent. fuiſſe autem Sergiorum praenomen Manium, argentei nummi indicant, qui multi cum apud alios, tum apud clariſſimum patrem tuum ſunt, cum his litteris: M'. Sergi. Silus. C. Fabium Ambuſtum.} Diodorus hunc καίσωνα φάβιον uocat. i. Caeſonem Fabium, itemque Capitolini ſcriptores, apud quos eſt hoc anno K. Fabius. Quare ita legendum eſt. Seruius Romanus uocitatus.} Vet. lib. Seruus. Sed eam reges Romani deleuere.} Vet. lib. Diruere. ut lib. vii. Reſtitutaque urbs, quam Latini diruerant.

IN EPITOMEN LIBRI V

Cum inundatio in lacu Albano facta eſſet.} Vet. lib. Ex lacu Albano. Ab Hostibus ca- 56
ptus eſt.} Vet. lib. De hoſtibus. praeclare. erat enim uates ille unus ex hoſtibus. Cum alter ex cenſoribus Iulius deceſſiſſet.} Vet. lib. C. Iulius. itemque Liuius. L. Apuleio} Appuleius duobus pp ſcribi debet, ſi ſequitur nummos argenteos, & lapides Capitolinos. Ad Alliam.} Aliam ſcribendum uno l, & dies Alienſis. Hanc enim habent ſcripturam plerique ueteres libri, item Graeci ſcriptores. πρὸς Ἀλίαν ποταμὸν, & Ἀλιάδα ἡμέραν. ut Plutarch. Seruius etiam in vii Aeneidos docet a poetis Aliam duobus ll dici, metri cauſſa, ut Relliquias. In quod ſe iuuenes contulerant.} Vet. lib. In quod ſe iuuentus contulerat. Inter pendendum aurum.} Vet. lib. Inter ipſum colloquium, quo de pacis condicionibus agebatur. Aedes Locutio facta.} Liuiani libri ueteres Allocutio habent. Hunc Deum Gellius lib. xvi. cap. xvii. Aium uocat. Cicero de Diuin. Aium loquentem. ex quo ego ſuſpicatus ſum Aio locuto & hic, & apud Liuium eſſe legendum. Verba Ciceronis ſunt haec. lib. ii. At paullo poſt audita uox eſt monentis, ut prouiderent ne a Gallis Roma caperetur. ex eo Aio loquenti aram in Noua uia conſecratam. quid ergo? Aius iſte loquens, quando eum nemo norat, aiebat, & loquebatur, & ex eo nomen inuenit, poſteaquam & ſedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit? Plutarchus in Camillo φήμην καὶ κλῃδόνα uertit.

M. Aemilivs Mamercus iterum.} Lege M'. Aemilius Mamercinus iterum. ſic enim ſcriptum eſt in primo, & tertio huius tribunatu Capitolino, & apud Diodorum. M. Ivlivs Tullus.} Scriptores Capitolinorum tribunatuum L. Julium Iulum uocant. Diodorus item λεύκιον ἰούλιον ἴουλλον.

M. Fvrivs Camillus, M. Poſtumius Albinus.} Nemo eſt, qui non M. Furium Camillum tribunum militum hunc eſſe putet, qui poſt Dictator Gallos urbe expulit. Ita eos ſentire, argumento eſt, quod & tertium, & ſeptimum tribunum hunc poſthac contra auctoritatem ueterum librorum ſcripſere, hunc annum numerantes. Errare autem eos oſtendam, ſi prius tribunatus Camilli, prout in uulgatis habent libris, appoſuero.

An. 352. M. Furius Camillus cum M. Poſtumio Albino unus ex octo.
354. M. Furius Camillus iterum.
357. M. Furius Camillus tertium.
361. M. Furius Camillus. ſine nota numeri. Faliſcos uicit.
370. M. Furius Camillus, ſine nota numeri. Sutrium recepit.
372. M. Furius Camillus quinctum.
375. M. Furius Camillus ſeptimum.

Quae, malum, eſt iſta emendatorum inſcitia, qui ſi ſeptem tribunatus Camilli numerarunt, non anno CCCLXXII ſextum correxerint, pro, quinctum? Itaq. quoniam Camillus in libris ueteribus inuenitur eſſe trib. mil. an. CCCLVII iterum, non tertium, & CCCLXXV ſextum, non ſeptimum. quoniam itē Plutarchus, an. CCCLVII cum Capenatibus cum pugnaſſe tribunum mil. τὸ δεύτερον, non τὸ τρίτον ait, quo anno uterque prodigium Albani lacus exponit, & an. CCCLXXV eundem Camillum ſextum tribunatum geſſiſſe narrat, non ſeptimum. quo anno L. Furium collegam infeſtum habuiſſe uterq. tradit. praeterea uero quoniam inter Capitolinos huius anni tribunos non M. Furius Camillus numeratur, ſed M. Furius Fuſus, Camillus autem cum M. Poſtumio Albino cenſuram hoc anno geſſiſſe ſcribitur, propterea non uidetur eſſe dubitandum, quin principium tribunatuum Camilli non ab hoc anno, ſed ab anno CCCLIV ducamus. quo anno aperte apparet inſignem illum Camillum in magiſtratu fuiſſe, hoc autem anno non illum, ſed alium M. Camillum minus ſtrenuum tribunatum geſſiſſe dicamus, quippe qui nihil in magiſtratu geſſiſſe tradatur. Quare ita diſpone, & corrige.

An. 352. M. Furius Camillus alius a Dictatore.
354. M. Furius Camillus qui poſt Dictat.
357. M. Furius Camillus. II.
361. M. Furius Camillus. ſine nota numeri.
370. M. Furius Camillus. ſine nota numeri.
372. M. Furius Camillus. V.
375. M. Furius Camillus. VI.

Aliis frons in Etruriam ſpectans.} Glareanus notat hunc locum, ut uitioſum, ſine cauſſa. Nihil enim habet mendi, quamquam obſcuritatis non parum. Romanis, inquit, cum ad Veios caſtra haberent, etſi nunciabantur quietae res ex Etruria, ita ut ſubſidio eos ab Etruſcis adiutum iri non timerent, tamen muniebant ita, ut una munimenti fronte Veientium eruptionem ex urbe impedirent, altera auxilijs, ſi qua ab Etruſcis forte uenirent, aditum obſtruerent. ſic enim poſt Appius loquitur. Munitiones non in urbem modo, ſed in Etruriam etiam ſpectantes, ſi qua inde auxilia ueniant, oppoſuere. Ergo recte ait. ancipitia munimenta erant. alia erant in urbem uerſa, alijs frons ſpectans in Etruriam opponebatur auxilijs, ſi qua forte inde uenirent. Svb pellibvs durare ne hiemis quidem ſpatio, quae omnium bellorum terra marique ſit quies, arma deponentem.} Liui. lib. XXXVII. Aut ſub pellibus habendos milites eſſe, aut ſi concedere in hiberna uellent, differendum eſſe in aeſtatem bellum. & Cicero in Lucullo. Vt non multum imperatori ſub ipſis pellibus otij relinquatur. His hibernacula, uel tabernacula pellibus contecta ſignificantur. Si quidem tecta caſtrenſia Tabernacula uocantur, licet tentorijs, aut pellibus contegantur, aut fiant. Vnde contubernales uocati ſunt, auctore Feſto. Ex hoc loco Hiberna, & Hibernacula inter ſe differre, & quid differant, intelligitur. Qvam diſſoluendae maxime tribuniciae poteſtati rentur eſſe.} In uetuſtis pleriſque libris legitur, Poteſtatis, in caſu gignendi, non Poteſtati. Quam lectionem improbat Rhenanus, non intelligens uſitatam hanc locutionem hiſtoricis eſſe, ut dicant. Eſſe alicuius rei faciendae, pro pertinere ad rem illam faciendam. Sic loquitur Liuius lib. III. Quod unum exaequandae libertatis eſſet. & lib. XXXIX. Nihil aeque diſſoluendae religionis eſſe. Et Salluſtius in concione Lepidi. Et omnia retinendae dominationis honeſta aeſtimet. & Liuius lib. XXVII. Ea prodendi imperij Romani, tradendae Hannibali uictoriae eſſe. Ergo Poteſtatis retinendum. Nos tamquam cum ciuibus agere uolumus.} Vet. lib. At nos tamquam cum.

57 Adeo quidquid tribunus plebis loquitur, & ſi prodendae patriae, diſſoluendaeq. reip. eſt, aſſueſtis audire, & dulcedine poteſtatis eius capti quaelibet ſub ea ſcelera latere ſinitis.} Veteres libri alij

habent

habent. Aſſueſtis qui audire,& dulcedine. Alij, Aſſueſtis quippe audire, dulcedine. Ex quo intellexi legendum eſſe. Aſſueſtis audire. quippe dulcedine poteſtatis eius capti. Quod enim dixit. Et ſi prodendae patriae. pro quamuis accipiendum eſt. ET EQVIS certus numerus aeris eſt aſsignatus.} Vet. lib. Equiti. C. SERVILIVM Halam.} Ahalam. ut dixi.

M. SERGIVM iterum.} M. Sergium iterum. ut ſupra. Q. SERVILIVM, P. Virginium.} 58
Vet. libri aliquot habent, P. L. Virginium. Diodorus λεύκιον οὐεργίνιον. Ex quo L. Virginium puto legendum. praeſertim uero cum nuſquam alias Publij praenomen in Virginia gente reperiatur, Lucij autem frequentiſsime. Accedit, quod ſequenti anno inquit Liuius. Fortunaſq. L. Virginij, ac M. Sergij ſit exſecratus. cum de hoc loquatur. NEC SVIS munimentis arcere iam uim.} Vox, iam, non eſt neq. in ijs, quos ego legi, libris, neq. in ijs, quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur. VT QVOSQVE ſtudiũ, aut gratia occupauerunt, adſunt.} Vet. lib. Occupauerat. M. FVRIO Camillo iterum.} Tolle uocem, iterum. nam, ut dixi ante, hic eſt primus tribunatus Camilli Dictatoris. M. AEMILIO Mamerco tertium.} Lege, M. Aemilio Mamercino tertium. ex tertio huius tribunatu Capitolino. C. FABIO Ambuſto.} Diodorus καίσωνα φάβιον. Capitolini auctores K. Fabium ſcribunt. Eos igitur ſecuti K. Fabio Ambuſto corrigimus. L. IVLIO Tullo.} L. Iulio Iulo. ex Capitolinis lapidibus. ROMAE ſimul delectu, ſimul tributo conferendo laboratum eſt.} Lege ex Vet. lib. Simul de delectu. VNVM bellum annum iam tertium trahi.} Annum quinctum emendandum eſſe cenſet Glareanus, quia quincto ante anno Veij obſideri coepti ſint. Non intelligit autem, tribunos plebis, quorum haec oratio eſt, non habere rationem eius anni, uerum anni ante tertij quo primum Veiorum obſidendorum cauſſa hibernacula facta ſunt. quod plebs indigniſsime tulit. Itaque ab eo anno trahi bellum inquiunt.

POSTQVAM obtineri non poterat, tamen labefactandae legis tribuniciae cauſſa effectum eſt.} Vet. lib. Tum labefactandae. TRIBVNI pl. C. Lacerius.} Plerique libri habent C. Lacerius. aliquot etiam, C. Lucretius. Lucretios autem conſtat & patricios, & plebeios fuiſſe. IS QVOD petiſſent patres.} Pendet oratio a Vociferans, uſque ad Arguere. eſt autem Vociferans arguebat. & in manuſcriptis eſt. Id quod petiſſent patres primo quidem incoepto repulſi, tum tribunos. TAMEN tribunos militum expugnaſſe.} Vet. libri. Tum tamen tribunos militum. P. CVRIATIVS.} Vet. lib. omnes. Curatius. Fuit autem Curatia gens & patricia, & plebeia. Itaque & hic, & alius P. Curatius, Naſica & Bruto conſulibus tribuni pl. fuerunt. Epit. lib. LV. COMPACTO eam rem, & communi fraude patriciorum actam.} Aliquot libri, Conſpecto. Alij, quibus aſſentior, ex compoſito, habent, pro compacto. ſic infra. Clariſsimis uiris ex compoſito praeparatis ad petendum.

L. VERGINII, ac M. Sergij.} M. Sergij. ut dixi. MINIME conuenire, quibus iratos quiſque 59
deos precatus ſit, in ijs ſua poteſtate, cum liceat, & oporteat, non uti.} Vet. libri habent, Summa poteſtate. atque ita ſine dubio legendum eſt. M. AEMILIVS, & Q. Fabius.} Lege, M. Aemilius, & K. Fabius. Hic eſt enim qui in comitijs huius anni deſcribendis a Liuio C. Fabius uulgo dictus eſt. itaque ſatis mirari non poſſum, cur hos locos emendatores iſti non concorderint. Nos autem ſupra huius correctionis rationem reddidimus. P. MANLIVS, & P. Titinius, P. Melius, L. Furius Medullinus, L. Popillius Volſcus.} Nomina horum tribunorum pleraque uitioſe habent. Quod ex Diodoro, & ex Capitolinis tribunatibus intelligi poteſt. Nam ueteres libri nulla in re alia diſſentiunt a uulgatis, niſi quod quidam habent P. Manlius, P. Titinius, ſine particula, Et, quod etiam placet. Diodorus autem ita habet. πόπλιος μαίλιος μαίνιος σπόριος, φλίκος λεύκιος, καὶ ἕτεροι τρεῖς. in ſecundo horum tribunatu, λεύκιος τιτίνιος, πόπλιος λικίνιος, πόπλιος μαίλιος, κοίντος μαίνιος γναῖος γενύκιος, λεύκιος ἀτίλιος. Ergo legendum eſt P. Maenius, L. Titinius, P. Maelius, L. Furius Medullinus. cum autem Diodori liber μαίνιον, modo σπόριον, modo κοίντον nominet, nos tamen P. retinendum eſſe putamus, quod praenomen Maenijs familiare eſſe reperimus. Porro autem L. Publilius non Popillius legendum eſt. Quod & tribunatus eius Capitolinus oſtendit, & Vulſci cognomen, quod Publiliorum eſt, non Popilliorum. Cum autem Liuius dicat uno P. Licinio excepto, reliquos ex his tribunos militum patricios eſſe, Titinium etiam, & Maenium, & Maelium, & Publilium patricios eſſe intelligamus neceſſe eſt. cum tamen nuſquam alias patricios eos eſſe appareat. ALII Cn. Cornelij fratris.} P. Licinius ex plebe uir non erat frater Cn. Cornelij patricij ex eadem matre, quod eadem nupſiſſet primum plebeio, poſt patricio poſt communicata plebis & patrum connubia, ut tradit Glareanus. Qui enim potuit P. Licinius iam extrema ſenectute uir ex eadem matre naſci, qua Cn. Cornelius, poſtquam plebi patriciorum ſunt impertita connubia, cum hoc niſi annos ante XLV conceſſum non ſit. Verum frater erat P. Licinij Cn. Cornelius, ita ut ex ijſdem parentibus natus eſſet ille quidem, ſed in Corneliam gentem eſſet adoptatus. adeo ut modo Cn. Cornelius Coſſus, modo Licinius Coſſus diceretur, perinde atque M. Brutus M. etiam Brutus Caepio dicebatur, quod a Caepione adoptatus eſſet. Hoc autem ita eſſe ex Plutarcho didici, qui in Camillo legatos tres Delphos miſſos ait, Licinium Coſſum, Valerium Potitum, & Fabium Ambuſtum, eoſdem prope qui collegae etiam in tribunatu mil. fuiſſe a Liuio traduntur. P. LICINIVS, ut coeperat, haud tumultuoſe magiſtratum maiore gaudio plebis, quam indignatione patrum, ita etiam geſſit.} Ceperat, a Capio, non a Coepi legendum eſt. & Ceperat haud tumultuoſe magiſtratum, ſcribendum eſt, ſublato commate. L. TITINIVM, P. Menenium Racilium, Cn. Genucium,

L. Atilium.} Hoc anno M. Veturium patricium, reliquos ex plebe tribunos militum creatos eſſe ſcribit Liuius L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genucium, L. Atilium. Pro his autem nominibus in omnibus uetuſtis libris haec inuenio, M. Veturius, M. Pomponius, C. Duilius, Volero Publilius, Cn. Genucius, L. Atilius. itemque apud Diodorum. γναῖος γενύκιος, λεύκιος ἀτίλιος, μάρκος πομπώνιος, γάϊος δυΐλιος, μάρκος οὐετούριος, βολέρων πουπλίλιος. Quapropter ego ſatis mirari non poſſum, cur hic locus contra auctoritatē omnium monumentorum ſit uitiatus, & alij tribuni ſint inuecti, qui numquam fuerunt. Sequamur igitur antiquam lectionem, uulgatam autem, in qua ne omnium quidem tribunorum nomina exprimuntur, reijciamus. De Volerone Publilio exſtat etiam fragmenti Capitolini teſtimonium. Porro autem Atilios uno t ſcribi oportere docent & ueteres libri, & Graeci ſcriptores, & Capitolini lapides, & etymologia uocis. Ab Atijs enim orti ſunt. Atij autem ab Ati. Vnde Vergilius. Alter Atis, genus unde Atij duxere latini. M. FVRIVM Camillum tertium.} Vet. lib. Iterum. Plutarchus etiam hoc anno, quo lacus Albanus inundauit agros, Camillum fuiſſe τὸ δεύτερον ait. ut ſupra oſtendi, PRODIGIA interim multa nunciari.} Plerique libri ueteres. Nunciata. L. IVLIVS Tullus.} Iulus. ut ante. A. MANLIVS.} A. Manlius. ex Capitolinis tribunatibus. MAGISTRATVM inierunt.} Ineunt. Vet. lib.

60 CETERA bella, maximeque Veiens incerti exitus erant.} Vet. lib. In cetera bella.

P. LICINIVM Caluum praerogatiua tribunum militum non petentem creant. Vet. libri habent, Tribunum militum conſulari poteſtate non petentem. Ceterum quae primae tribus ſuffragium inibant, praerogatiuae dicebantur, quod primae rogarentur, quos uellent conſules fieri, ſecundae iure uocatae, quod in his ſequente populo, ut ſaepe contigit, praerogatiuarum uoluntatem, ſure omnia complerentur. ut ſcribit Pedianus in ſecundam Verrinam. ſic lib. x. Eumque & praerogatiua, & primo uocatae omnes centuriae conſulem dicebant. Erat autem una iuniorum praerogatiua, altera ſeniorum. Quod ex alijs locis intelligi poteſt. Praerogatiua autem ſorte educebatur.

OMNESQVE deinceps ex collegio eiuſdem anni refici apparebat L. Titinium. P. Menenium, Cn. Genucium, L. Atilium.} Veteres libri nihil diſſentiunt a uulgatis, niſi quod non P. Menenium, ſed P. Maenium habent. Diodorus autem ut ante dixi, haec edit nomina. λεύκιον τιτίνιον, πόπλιον λικίνιον, πόπλιον μαίλιον, κοΐντον μαίνιον, γναῖον γενύκιον, λεύκιον ἀτίλιον. Quare cum quinque tantum tribunorum nomina ſint in libris Liuij, pro P. Menenio P. Maenium, P. Maelium reponendum eſt. praeſertim uero cum ſcribat. Omneſque deinceps ex collegio eiuſdem anni refici apparebat. ſunt enim omnes ex eodem collegio praeter Cn. Genucium, & L. Atilium. & recte. non enim ait omnes refectos eſſe eius collegij, ſed apparebat omnes refici. Atque hic locus cauſſam dedit Glareano, ut in Liuium acerbe inueheretur. QVI PRIVSQVAM renunciarentur, iure uocatis tribubus permiſſu interregis P. Licinius Caluus ita uerba fecit.} Si ſenſum explicuero, quemadmodum interpungi uerba oportet, apparebit. P. Licinium, inquit, non petentem praerogatiua tribunum militum creat. omneſque deinceps ex collegio eiuſdem anni refici apparebat, qui priuſquam renunciarentur iure uocatis tribubus, P. Licinius per permiſſu interregis ita locutus eſt. OMEN concordiae Quirites rei maximae in hoc tempus utilis.} Vet. aliquot libri habent, Vtili. ita ut Concordiae ſit caſus dandi, non gignendi. Ceterum obſcuriſſimi loci hic ſenſus eſt. Vos uideo Quirites, dum me, collegaſque meos tribunos pl. reficitis memoria prioris magiſtratus noſtri in inſequentem annum omen concordiae petere rei maxime in hoc tempus utili. i. ominari concordiam anni futuri. Quod ſi collegas eoſdem reficitis, me certe praeterire debetis. PRECIPITAVERE ſe in inſidias.} Vox, Se, abeſt a Vet. libris. Ita autem locutus eſt etiam in ſexto. Ipſi praecipitauere in inſidias. EFFICITQVE ne hoſtis.} Vet. lib. Efficitque.

DVAE SENATVM diſtinebant ſententiae. Senis P. Licinij &c. Altera Ap. Claudij.} Quis eſt, qui non ſentiat huic ſententiae explicandae uocem unam maxime neceſſariam deeſſe? quae eſt in ueteribus libris. Duae ſenatum diſtinebant ſententiae, una ſenis P. Licinij. VT SEGNIOR ſit praedator, ut fortisſimus quiſque laboris periculiſque praecipuam petere partem ſoleat.} Refellit Ap. Claudius ſententiam P. Licinij, quae fuerat, ut qui particeps eſſe praedae uellet, in caſtra Veios iret, cuius rei cauſſam affert his uerbis. Quod ita ferme eueniat, ut qui ſegnior ſit, praedae, fortisſimus quiſque laboris, periculique praecipuam petere partem ſoleat. quae lectio ex coniectura antiquae lectionis eruitur. quae eſt. Vbi ſegnior ſit praedator, fortisſimus quiſque &c. Quorum uerborum ſententiam elicere nequiuit Rhenanus. SEDITIONVM inde, ac legum nouarum.} Vet. lib. Seditionumque inde, ac legum.

61 PRECATVS eſſe, ut ſi cui deorum, hominumque nimia ſua fortuna populique R. uideretur, ut eam inuidiam leniri quam minimo ſuo priuato incommodo, publicoq. Romani populi liceret.} Vet. lib. Populi Romani, habent. Ceterum quod Glareanus contra omnium librorum fidem legendum putat, Lenire ſuo priuato incommodo, quam minimo Romani populi liceret; non procedit. Nam Plutarchus hanc ſententiam ita uertit in Camillo. Εἰ δὲ τις καὶ ἡμῖν ὀφείλεται τῆς παρούσης νέμεσις δι' εὐπραξίας, εὔχομαι ταύτην ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ στρατοῦ Ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι. & Valerius libro primo. Si cui deorum nimia felicitas populi R. uideretur, eius inuidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretur.

ATQVE

Atqve ille dies caede hoſtium,ac direptione urbis opulentisſimae conſumptus eſt.} Vet.lib. Itaque ille dies. Pvre lautis corporibus.} Vet.lib. Pure lotis. Gratias dijs agentium.} Vet.lib. Grates dijs agentium. C. Fabivm Ambuſtum iterum.} Veteres libri, Kaeſonem Fabiū Ambuſtum iterum habent. Diodorus item καίσωνα φάβιον nominat. Quoniam autem Kaeſo Fabius Ambuſtus bis ante tribunus militum fuit, Liuio ipſo, & Capitolinis ſcriptoribus, & Diodoro teſtibus, propterea hoc anno tertium ſit neceſſe eſt, non iterum.

Craterem auream.} Vet.lib. Crateram. Simvl extrahi rem ex eo anno uiderunt.} Vet.lib. Simul ut extrahi. Tribvnos plebis latores legis in annum eoſdem reficiunt.} Vet.lib. In eum annum eoſdem. Sed timor longius progredi prohibuit. mille fere paſſuum ab opido caſtra locant.} Vet.lib. Sed timore longius progredi prohibente, mille fere paſſuum &c. 62

Veientivm exitum paene, quam Capenatium pacem mallent.} Vet.lib. Exitium. 63

In conspectv erant poſita in plano.} Vet. lib. Et in conſpectu erant poſita in plano.

His adhortationibvs principis concitati patres, ſenes, iuueneſque, cum ferretur lex, in forum uenerunt.} Scribe ex auctoritate ueterum librorum. His adhortationibus patres concitati, principes, ſenes iuueneſque. Prehensantes.} Vet.lib. Prenſantes. Et legem unam plures tribus antiquarunt, quam iuſſerunt.} Cur unam? quaſi uero multae leges promulgatae, una tantum antiquata eſſet, reliquae latae. Lex haec eſt promulgata de commigrando Veios. Quare legendum eſt: Et legem una plures tribus, ideſt uno conſenſu. Sic ſupra de hac lege. Senatum uero incitare aduerſus legem haud deſiſtebat. Item. Cum dies ferendae legis ueniſſet.

Qvod perſeuerantior caedendis in fuga fuit.} Vet.lib. Caedendis hoſtibus in fuga.

Cvm Volſinienſibus.} Vulſinij, & Vulſinienſes ſcribendum eſt, ex lapidibus Capitolinis. Porro autem Salpinacium, de quibus ambigit Glareanus, meminit Fabius Pictor in uulgatis eius fragmentis. M. Cedicivs.} Caedicius ex Capitolinis tabulis, & Graecorum monumentis ſcribendum. Plutarchus de Fortuna Romanorum, μάρκον καιδίκιον uocat, ubi de hac re agit.

L. Apvleio.} Appuleio. ut dixi. Precatvs ab dijs immortalibus, ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore deſiderium ſui ciuitati ingratae facerent.} Has preces ſic expreſſit Suidas, ὁ κάμιλλος ἐδέξατο τὴν ἀχίλλειον εὐχὴν, ἐπιποθῆσαι ῥωμαίους κάμιλλον ἐν καιρῷ. ὁ πάντως δὴ αὐτῷ ἀπέβη οὐ πολὺ ὕστερον. Arvntem Clufinum ira corruptae uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipſe, praepotente iuuene.} Glareanus intelligit Lucumonem aut Arunti, aut uxori Aruntis ab ſe corruptae tutorem fuiſſe, cum tamen intelligendum ſit, Lucumoni Aruntem tutorem puero fuiſſe. Id enim aperte ſcribit Plutarchus in Camillo his uerbis. ἄῤῥων τυῤῥηνὸς ἀνὴρ ἐπιφανὴς ἦν ἐπίτροπος παιδὸς ὀρφανοῦ, πλούτῳ τε πρώτου τῶν πολιτῶν, καὶ θαυμαζομένου κατ' εἶδος ὄνομα λουκούμωνος. & paullo poſt. ὄτε πολὺν χρόνον ἐλάνθανε διεφθαρκὼς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνου. Is qvod eis ex populis abundabat.} Quis umquam latine dixit, Abundare ex populis, niſi Liuius hoc in loco? immo uero ne Liuius quidem, ſi emendate locus legatur, prout in ueteribus libris legitur. ſic: Is, quod ea gens populis abundabat. Nvlla dum uia (quod quidem continens memoria ſit, niſi de Hercule fabulis credere libet) ſuperatas.} Ego germanam huius loci lectionem eam eſſe exiſtimo, quae in priſcis aliquot exemplaribus eſt, eiuſmodi. Nulla dum uia (quod quidem continens ulla memoria ſit) niſi ab Hercule (ſi fabulis credere libet) ſuperatas. ita ut hanc totam ſententiam duae parentheſes includant. Praeterea malim etiam. Quo de quidem continens. quam Quod quidem. ut ſit elegans, & uſitata uerborum tranſgreſsio. Massilienses erant hi, nauibus a Phocide profecti.} Phocaea legendum eſt non ſolum propter rationes quas alij afferunt, qui ita emendandum duxerunt, ſed etiam quia ita eſt in exemplaribus priſcis. 64

Senones, Aeduos.} Vox, Senones, olet mendum; Ita enim fiet, ut Senones & primi, & ultimi alpes tranſſcenderint. ſi quidem ſubijcit. Tum Senones recentisſimi aduenarum. forte, Santones, reponendi pro Senonibus ſunt. Ipsi per Taurinos ſaltuſque Iuliae alpis tranſſcenderunt.} Vet. lib. Ipſi per Taurinos ſaltus, Iuliaſque alpis tranſſcenderunt. Itaque aſſentior Rhenano acutisſimo uiro, qui locum hunc ita legit. Ipſi Taurino ſaltu inuias alpis tranſſcenderunt. Si quidem ſubijcit Liuius. Alia ſubinde manus Germanorum ueſtigia priorum ſecuta eodem ſaltu cum tranſſcendiſſet alpes. Iuliae autem alpes aut nullae umquam, aut per ea certe tempora non fuerunt. Cvm tranſſcendiſſet alpes.} Vet.lib. Tranſſcendiſſent. Quod probo. quia ſequitur etiam, Conſidunt. Germani inquit, cum tranſſcendiſſent alpes, ubi nunc Brixia, & Verona ſunt, (eos locos ante Lebui tenuere) conſidunt. Post hos Saluuij, qui prope antiquam gentem Leuos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem, petiere Apenninum. deinde Boij, Lingoneſq. tranſgreſsi.} Dici non poteſt, quam hic locus mendoſe legatur, ita ut nec ſententiae ſanitas exſtet, neque uerborum. His autem incommodis ope unius ueteris libri longe omnium, quos legi, optimi, ſubuenimus. in quo ita eſt. Poſt hos Saluij: qui praeter antiquam gentem Laeuos, Ligures incolentes citra Ticinum amnem expulere. Poenino deinde, Boij, Lingoneſque tranſgreſsi. Senſus eſt. Poſt Germanos Saluij alpes tranſgreſſi ſunt, qui omnes citra Ticinum amnem incolentes praeter antiquam gentem Laeuos Ligures, expulere. Poſt hos Boij, Lingonesque alpes Poenino tranſgreſſi &c. Eſt enim propoſitum auctori oſtendere, qui Galli qua par

te Alpium tranſgreſſi ſint,& quibus populis pulſis, quia in parte Italiae conſederint. Itaque Bituriges, inquit, & Aruerni Taurino ſaltu alpes tranſgreſſi agrum Inſubrium tenuerunt. Eodemque ſaltu Caenomani cum tranſcendiſſent alpes Lebuorum loca occuparunt. Poſt hos Saluij tranſgreſſi praeter Laeuos, Ligures reliquos, qui citra Ticinum amnem incolunt, expulerunt. Deinde Boij, Lingoneſq. Poenino tranſgreſſi Etruſcos, Vmbroſque agro pellunt, ita tamen ut ſe intra Apenninum continerent. Quod ad uoces ſingulas pertinet, in Vet.lib. eſt modo Saluij, modo Saluij qui iidẽ a Pli. Salyi, ab alijs Salyes nominantur. Laeui Ligures etiam cum diphthongo ſunt in ueteribus libris. de quibus Plin.lib. III. cap.XVII. Ex Liguribus Laeui, ac Marici condidere Ticinum non procul a Pado, ſicut Boij trans alpes profecti Laudem Pompeiam. Porro autem alij habent Poeninon, alij, Poenino. quas uoces inducendas eſſe cenſet Rhenanus. Ego autem probo magis Poenino, ut duas uias, quibus Galli in Italiam uenerint, oſtendat. Taurino ſaltu, & Poenino iugo. De quo Liuius lib.XXI. ſic. Miror ambigi quanam Hannibal alpes tranſierit, & uulgo credere Poenino, atque inde nomen & iugo alpium inditum, tranſgreſſum. & poſt: Neque certe montibus his ab tranſitu Poenorum ullo Veragri incolae iugi eius norunt nomen inditum, ſed ab eo, quem in ſummo ſacratum uertice Penninum montani appellant. Laeuos, Lebuoſque Polybius Λαοὺς & Λεβεκίους uocat lib.II. TVM SENONES recentiſſimi aduenarum ab Vſente flumine uſque ad Atheſim fines habuere.} De Senonum finibus loquitur. eſt autem mendum in nomine utriuſque fluminis. Nam Vfens eſt in ora Campaniae ad Tarracinam, ut ait Plinius, Atheſis ad Veronam. quae nihil ad Senonum fines attinent. Mihi autem dubium non eſt, quin ſit legendum, pro Atheſim, Aeſim. Etenim lib.v. Strabo ſic ait. Antea Aeſim flumen Galliae terminum faciebant, rurſus Rubiconem. Aeſis inter Anconem labitur, & Senogaliam, at Rubicon inter Ariminum, & Caeſenam, uterque in Hadriaticum influit Pelagus. Idem fere Plinius, & Ptolemaeus. De Vſente in ijs locis flumine nihil adhuc comperi. Veteres libri habent, Vtente. mira inter ſe conſenſione. ut Vite legendum eſſe uideatur. Vitis autem amnis meminit Plinius in ijs locis. Vſens eſt in Campania. CVM multitudinem, tum formas hominum inuiſitatas cerneret.} Lege ex ueterum librorum fide. Cum multitudinem, cum formas. ECQVID in Etruria rei Gallis eſſet.} Vet.lib. Et quid. P. SVLPICIVS Longus.} Lege, Q. Sulpicius Longus. ita enim hic uocatur tum in ueteribus libris, tum apud Diodorum, tum etiam apud Macrobium lib.I. Satur. tum apud Gellium lib.v. cap.XVII. P. SERVILIVS Maluginenſis.} In uocibus P. Seruilius foede erratum eſt. neque enim Maluginenſis eſt Seruiliorum cognomen, ſed Corneliorum. errauit autem librarius, quia cum Seruius Cornelius eſſet ſcripturus, Seruilius ſcripſit. Quo errore nihil eſt in libris manuſcriptis frequentius. Emendandum eſt autem, Ser. Cornelius Maluginenſis. primum quia Diodorus in hunc annum nominat tribunum militum Σέρουιον Κορνήλιον Μαλυγίνα, deinde quia Ser. Cornelium Maluginenſem per haec tempora tribunum militum ſepties fuiſſe inuenio in tabulis Capitolinis, qui numerus ex Liuio colligi non poteſt, niſi hunc annum numeremus, id autem ex ſequenti deſcriptione cognoſci poterit.

An. 385. Ser. Cornelius. lapides Capitolini addunt. Maluginenſ. VII.
385. Ser. Cornelius. lapides Capitolini addunt. Maluginenſ. VI.
376. Ser. Cornelius Maluginenſis.
374. Ser. Cornelius Maluginenſis IV.
371. Cornelius Maluginenſis III. mendoſe tamen II. legitur.
370. Ser. Cornelius.
365. Ser. Cornelius Maluginenſis. qui mendoſe P. Seruilius Maluginenſis dicitur.

Quando igitur nullus alius annus inuenitur, quo Ser. Cornelius Maluginenſis primum tribunatum geſſerit, eum hoc anno geſſiſſe dicendum eſt. FLVMEN Allia.} Aliaſcribe. ut dixi. ROMANI, cum pars maior ex acie Veios petiſſet, quam Romam, nemo ſupereſſe quemquam praeter eos, qui Romam refugerant, credere. complorati omnes pariter uiui, mortuique totam prope urbem lamentis repleuerunt.} Quamquam ferri haec lectio poteſt, neſcio tamen, cur non antiqua, quae multo rectior eſt, reſtituatur, quae eſt. Romani, cum pars maior ex acie Veios petiſſet, nec ſupereſſe quemquam, praeter eos, qui Romam refugerant, crederent, comploratis omnibus pariter uiuis, mortuiſque totam prope urbem lamentis repleuerunt.

65 IN ARCEM, Capitoliumque concedere.} Vet.lib. Conſcendere. L. ALBINVS de plebe.} Vet.lib. L. Albinius. Valerius item Maximus, ut eſt in manuſcriptis, Albinius. recte. eſt enim nomen gentis plebeiae, non cognomen patriciae Poſtumiae. IRRELIGIOSVM ratus ſacerdotes publicos ſacraque populi Romani pedibus ire, ferrique ſe ac ſuos in uehiculo conſpici.} Diſtinguenda uerba ita. Pedibus ire, ferrique, inde ſe, ac ſuos in uehiculo conſpici. Nam Ire ad Sacerdotes, ferri ad Sacra refertur. M. PAPIRIVS unus ex his.} Hunc uocat in Camillo μάρκον παπίριον Plutarch. credo uitio ſe pro μᾶρκον παπίριον. ut ſit M. Papirius Craſſus, qui conſul, & tribunus mil. fuit ante annos ad triginta, ex quo merito eum uocat ſenem honoribus perfunctum. CARITATE aedium ſuarum.} Vet.lib. Sedum. quo pacto ueteres locutos eſſe docet Priſcianus lib.VII. Frequentius inquit in Es terminantia abſque I inueniuntur, ut uatum pro uatium. Virgil. in IV. Multaque praeterea uatum praedicta priorum. Cicero pro Sextio. Veſtrarum ſedum templorumq. cauſſa. eſt autem locus pro Sextio mendoſiſſi-

mus

mus. Nam uulgo legitur. Te patria obteſtor, & uos penates, patrijq. dij, me ueſtrarum ſedium, templorumque cauſſa &c. cum Teſtor, &, Sedum, & Templorum legendum ſit. Qvocvnqve clamori, ſonitus hoſtium, mulierum, puerorumque ploratus, ſonitus flammae, & fragor tectorum. } Vox prior, Sonitus, redundat, neque enim proprie ſonitus hoſtium dicitur, ſed flammae. Recte autem habebit res ſi ſua cuique reddantur. clamor hoſtium, ploratus mulierum, ſonitus flammae. Quod etiam ueteres comprobant libri. Vrbis per trecentos ſexaginta annos omnibus bellis uictricis. } Hunc numerũ Glareanus putat eſſe mendoſum, quod hic annus non ſit ab urbe condita CCCLX, uerũ CCCLXV, ut Liuius ait paullo poſt in oratione Camilli, neq. intelligit Romam dici hoc anno per CCCLX annos omnibus bellis uictricem fuiſſe, & recte dici. Nam a primo bello, quod anno quarto ab Vrbe condita geſſit Romulus, ut ait Dionyſius, cum Sabinis ad hunc anni numerantur CCCLX. poſt autem Camillũ cum Romam captam anno CCCLXV ait, annos ab origine urbis, non a prima uictoria numerare. quamquam lib. VII. rhetorice ait, conditae urbi aequalem uictoriam eſſe.

A Ceditio. } Vet. lib. Ab Q. Caedicio. Ad salinas. } Romanas Salinas uocat lib. VII. 66

C. Fabivs Dorſuo. } Dorſo, ut Mento, ut Labeo, ſcribendum, ex ueteribus libris, & Valerio Maximo. & Velleio libro primo, qui inquit, Fabio Dorſone conſule Paeſtum colonia deducta.

Gabino cinctu, ſacra manibus gerens. } Libri quidam ſcripti habent, Gabino ritu cinctus. Quam lectionem habet etiã Valerius Maximus libro primo. C. Fabius Dorſo, inquit, Gabino ritu cinctus manibus, humeriſque ſacra gerens Et Liuius libro decimo. Incinctum Gabino cultu ſuper telum ſtantem. Ego tamen nihil mutandum cenſeo. Nam idem Liuius lib. IIX. de Decio ait. Ipſe incinctus cinctu gabino. & Vergilius. Ipſe Quirinali trabea, cinctuque gabino inſignis. & Feſtus. Procincta claſſis dicebatur tum exercitus cinctus erat gabino cinctu. Cvivs haudquaqam negligens eſt. } Vet. lib. Eſt gens. Pontivs Cominius. } Cominus. Vet. lib. & Front. lib. III. cap. XIII. Quod probo. Plutarchus de Fortuna Romanorum, γαῖον πόντιον uocat. Eadem digreſſus nuncius Veios contendit. } Eandem ſententiam de eodem loquens expreſſit his uerbis Quadrigarius, ut eſt apud Gellium lib. XVII. cap. II. Cominius, inquit, qua adſcenderat, deſcendit, atque uerba Gallis dedit. i. latuit Gallos. Itaque Degreſſus, non Digreſſus, legendum. Quam uocem ſaepe deprauatam apud Liuium ſaepe oſtendam. Eſt autem, Degredi, Deſcendere. Item legendum paullo poſt, Degreſſus ex arce. Carmentis ſaxum. } i. Quod Carmentali portae imminet. ut Plutarchus in Camillo ait. & Dionyſius libro decimo, ubi de Capitolio ab Ap. Herdonio capto tradit. Cvm primos ſterneret. } Vet. lib. Cum proximos ſterneret. Selibras farris, & quartarios uini. } Repudianda eſt antiqua quorundam librorum lectio, qui habent, Sex libras farris, ſex quartarios uini. Etenim Plutarchus in Camillo ita uertit. εἴτε μὲν ἡμίλιτρον, οἴνου δὲ κοτύλας ἑλληνικὰς τέταρτον. Eodem modo lib. VII. Liuius. Libras farris, ſextarios uini contulerunt. P. Svlpicivs tribunus militum. } Q. Sulpicius, ut ante dixi.

Ob nocturni periculi memoriam. } Vet. lib. Nocturni periculi memoria. Hvmoriqve, ac frigori aſſueta. } Vet. lib. Humori, ac frigori aſſueta. Tvm aeſtu, & angore uexati, uulgatis uelut in pecora morbis morerentur. } Vet. lib. Cum aeſtu, & algore uexata uulgatis uelut in pecu a morbis moreretur. Haec enim omnia referuntur ad uocem illam, Gens. alij libri, langore, non, algore, habent. Et cvm ſtationes procederent. } Veteres libri aliquot, Et cum in ſtationes procederent.

Inter P. Sulpicium. } Legendum, Inter Q. Sulpicium. ut dixi. Avditaqve intoleranda Romanis uox, uae uictis eſſe. } Feſtus hunc locum ſic expreſſit. Vae uictis in prouerbium ueniſſe exiſtimatur, cum Roma capta a Senonibus Gallis aurum ex conuentione, & pacto penſum, ut recederent, quod de iniquis ponderibus uno ex tribunis querente, Brennus Dux Gallorum ad pondera adiecit gladium, & dixit, uae uictis. quem poſtea Furius Camillus cum inſidijs circumuentum concideret, & quereretur contra foedus fieri, eadem uoce remuneraſſe dicitur. Sed dijque, & homines prohibuere. } Veteres plerique libri, Sed dij, & homines. Retvlit. & Senatuſconſultum facit. } Vet. lib. Retulit. Senatuſconſultum fit. Cvm caeretibvs Publice hoſpitium fieret. } Gellius libro XVI. cap. XIII. Caeritibus hoc tempore ciuitatem datam ſine ſuffragio ait, ob conſeruatorum ſacrorum meritum. Locvtio. } Aio Locuto. ut ante dixi. In Iovis ſellam collatum. } Repone Cellam. ut lib. VI. In Iouis cella conſtat ante pedes Iunonis poſitas fuiſſe. Non niſi me Senatuſconſulto, populique iuſſu reuocaretis, rediturus umquam fuerim. } Manuſcripti. Non ſi me & recte. hoc ſenſu. Antea adeo abhorrebam a reditu in patriam, ut etiam S.C. & lege reuocatus rediturus non eſſem, nunc non muto ſententiam. Nam ſi redij, fortuna ueſtra me perpulit.

Qvoad uita ſuppeditat. } Manuſcripti, ſuppetat.

Non ante cepit finem, quam. } Manuſcripti. Num ante cepit finem? cum interrogatione. Qvid inter nos, ac maiores intersit. } Vet. lib. Ac maiores noſtros interſit.

Non malitis hanc ſolitudinem ueſtram, quam urbem hoſtium eſſe? } Senſus, quem ſe percipere non poſſe Glareanus ex his uerbis fatetur, hic eſt. Si Aequi, Volſcique Romam commigrent a uobis relictam, non ne malitis Romae ſolitudinem hanc ueſtram eſſe, quam urbem hoſtium Veios? Solitudinem autem icirco ait, quia uaſtatam a Gallis Romam plebs deſerere cupiebat, & Veios tranſmigrare. Hoc autem uult is. Nonne relictis tum Veijs ad Romam occupandam recurreretis? 68

Et quidem fatebor uobis.} Vet.lib. Equidem fatebor uobis. Fortuna certe loci huius transferri non poſſit.} Vet.lib. Transferri hunc non poſſit.

IN. EPITOMEN. LIBRI. VI

Res adversus Aequos, & Volſcos, & Etruſcos proſpere geſtas continet.} Pro, Etruſcos, repone, Praeneſtinos. Nam haec uox eſt in Vet.lib. Et de Praeneſtinis ſubactis agit hoc in libro pluribus Liuius. Sabbatina.} Sabatina uno, b, ſcribendum. Eſt enim, ut ait Feſtus, a Sabate lacu appellata. Promentina, Arnienſis.} Tromentina, Arnienſis, ſcribendum. ex Feſto, qui a campo Tromento tribum Tromentinam inueniſſe nomen ait. item ex ueteribus libris, oratione prima contra Rullum, & lib. xxix Liuij. Ne cui de Manlia gente Marco cognomen eſſet.} Perſpicue mendoſum, Marco cognomen. Praenomen enim potius ſcribendum eſſet. ut ait Quinctilianus lib. iii. M. Manlij praenomen e familia in poſterum exemptum eſt. At legendum tamen puto Nomen. Errauit autem librarius, quia Marco cognomen ſcripſit ſyllaba, ut fit, repetita, ſine cauſſa. Itaque recte Plutarchus in lib. τῶν κεφαλαίων. τὸν μάλλιον ἀτύμωτον φασὶν οὐδενὶ τῷ οἴκῳ μηδενὶ μηκέτι ὄνομα μάρκου γενέσθαι.

Vt consules etiam ex plebe fierent.} Veteres libri non habent, Etiam. Eam legem.} Vet. lib. Eamque legem. Primus omnium ex plebe factus eſt,} Induc uocem, Omnium. ex Vet.lib. Ne cuiquam.} Vet.lib. Ne cui.

IN. LIBRVM. VI

Tum quod perrarae per eadem tempora litterae fuere.} Vet.lib. Tum quod & rarae per eadem. Nam ſequitur pars altera & quod etiam. Et, quod etiam ſi quae in commentarijs pontificum, alijsq. publicis, priuatisq. erant monumentis incenſa urbe pleraeq. interiere. clariora deinceps, certioraque &c.} Plutarchus de Fortuna Romanorum haec uerba ex Liuio uertit, citato eius nomine. Ita: ἀλλὰ τί δεῖ περὶ ταῦτα διατρίβειν, ἃ σαφὲς οὐδὲν, οὐδ᾽ ὡρισμένον ἔχει, τῷ καὶ τὰ πράγματα διαφθαρῆναι τῶν ῥωμαίων, καὶ συγχυθῆναι τοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν ὑπομνηματισμοὺς, ὡς λίβιος ἱστόρηκε. τὰ γὰρ ὕστερον μᾶλλον ὄντα δῆλα καὶ καταφανῆ δείκνυσι τὴν τύχης εὐμένειαν. Ceterum primo quo adminiculo erecta erat, eodem innixa ſtetit.} Lege ex uet.lib. Ceterum quo primo adminiculo. A. Valerium Publicolam iterum.} Ex quattuor reliquis eius tribunatibus mil. apparet non A. ſed L. Valerium Poplicolam legendum. Auli etiam praenomen non tulerunt, quod memoriae traditum ſit, Valerij. niſi in mendoſis perſpicue libris.

Ii ex interregno.} Vet.lib. Hi ex interregno. Erant autem eae duodecim tabulae.} Vet. lib. Erant autem aereae duodecim tabulae. Alia ex eis edita etiam in uulgus.} Ex eis. i. praeter ea. ut in principio lib. xxix. Diemque ad xv Kal. Sextiles.} Legendum puto. Diemque A. D. xv Kal. Sex. Qua de re infra dicam. Non litasset Sulpicius.} Vet.lib. Non litaſſet P. Sulpicius. at ego ſupra oſtendi Q. Sulpicius legendū. Quidam, quod poſtridie idus.} Manuſcripti libri pro quidam habent quin, & finiunt ſententiam in uoce iuſſum. quod placet. Inde ut poſtridie Kalendas quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum putant.} Miratur Glareanus Liuium dixiſſe, Traditum putant, pro, Tradunt. eumq. quaſi parum latine locutum arguit. uerum immerito. non enim interpuncta ſcite haec uerba ſunt, uerum ita debent diſtingui. Inde, ut poſtridie Kal. quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum, putant. hoc ſenſu. Inde putant traditum, atque inſtitutum eſſe, ut poſtridie Kal. & Nonas ater dies haberetur. Id enim ita eſſe docet Macrobius libro primo Saturnalium. Tum patres iuſſiſſe, ut ad collegium Pontificum de his religionibus referretur, pontificesque ſtatuiſſe, poſtridie omnes Kal. Nonas, Idus atros dies habendos. Idem tradit etiam Gellius lib. v. cap. xvii. & Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων, citato etiam Liuij teſtimonio.

Admetium is locus dicitur.} Plutarchus in Camillo in expoſitione huius belli bis ait περὶ τὸ μάρ-
69 κιον ὄρος. i. ad Marcium montem. ut intelligi ex eo poſſit hoc etiam in loco legendum eſſe diuiſis uocibus, ad Marcium. Eiuſmodi loquendi forma eſt apud Feſtum, lib. iv. Capralia appellatur ager, qui uulgo ad Caprae paludem dici ſolet. Item ſcribit Diodorus lib. xiv. Verba eius omnia apponam, quia liber ille adhuc uulgatus non eſt. τούτων δ᾽ ὄντων ῥωμαίων διὰ τὰς προειρημένας συμφορὰς οἱ οὐολοῦσκοι πρὸς αὐτοὺς πόλεμον ἐξήνεγκαν. οἱ μὲν δὲ χιλίαρχοι τῶν ῥωμαίων καταγράψαντες στρατιώτας, καὶ προσαγαγόντες τὴν δύναμιν εἰς ὕπαιθρον ἐν τῷ καλουμένῳ μαρκίῳ κατεστρατοπέδευσαν ἀπέχοντες ἀπὸ ῥώμης σταδίους διακοσίους. τῶν δὲ οὐολούσκων μετὰ μείζονος στρατιᾶς ἀντικαθημένων, καὶ τῇ παρεμβολῇ προσβαλόντων οἱ κατὰ τὴν ῥώμην φοβηθέντες ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατέστησαν αὐτοκράτορα μὲν μάρκον φούριον. quo loco legendum eſt Μαικίῳ ex Veter. lap & hoc loco ad Maecium. unde tribus Maecia. Fuſis hoſtibus, caeſisque cum caſtra impetu cepiſſet dictator.} Sine dubio deeſt uox, primo. ut ſit, primo impetu cepiſſet, ſic de eodem loquens infra. Qui adueniens caſtra urbesque primo impetu capere ſit ſolitus.

Cuius ſpei moram cum pati fortuna non potuiſſet.} Poſſet, requiri ſenſus. & manuſcripti habent.

Quo-

Qvominvs ſperatam minime largitore duce.} Vet.lib. Speratam a minime largitore duce.
Victor ex Volſcis in Aequos tranſijt.exercitum eorum ad Bolas oppreſſit.} Hanc rem his uer-
bis complexus eſt Diodorus lib.xiii. μετὰ δὲ τὴν μάχην ἀκέραιος αὐτοκράτωρ πορθῆσαι πόλιν Βώλας ὑπὸ αἰ-
κλων τῶν νῦν αἰκύκλων καλουμένων &c. Ad deditionem Volſcos ſeptuageſimo demum anno ſu-
begit.} Mouet me numerus ſeptuageſimus. Etenim Volſci bellum renouarunt Liuio auctore anno
CCLIX. hoc autem demum anno, qui eſt CCCLXVII ad deditionem ſubacti ſunt. Quae ſumma annos
continet cētum, ac ſeptem. ut mendoſe locutus eſſe uideatur, ac pro ſeptuageſimo, ſeptimo ac centeſi-
mo, ſit reponendum. Etrvria prope omnis armata Sutrium ſocios populi R. obſidebat.} Quos
hic ſocios Sutrinos uocat Liuius, colonos nominat Diodorus eodem lib. ἐκεῖθεν δ' ἀνέζευξεν εἰς Σουτρίαν
ὅπως ἀποικίαν, ἣν Τυῤῥηνοὶ βίᾳ κατειλήφεισαν. Mvltitvdo in cuſtodias diuina.} Vet.lib. Dimiſſa.
Dies praeſtituta, capitaliſque poena, qui non remigraſſet Romam.} Vet.lib. Niſi remigraſſent
Romam. Ivlivs Tullus.} Lege L. Iulius Iulus, ex Diodoro. Svlpitivs Rufius } Sulpicius
Rufus, ex Vet.lib. & argenteis nummis. Ad Cortuoſam.} ~~Cort~~ Noſſam legendum ~~ex~~ fragmentis origi
Quaſi illa fragmenta ſint Catonis.
num Catonis. Contenebra.} Cort Enebra, ex ijſdem. L.Papirivm, Cn.Sergium, L.Aemi-
lium iterum, L.Licinium, M.Menenium, L. Valerium Publicolam tertium.} Ita prope etiam Veteres
libri. praeterquam quod pro, L.Licinium, M.Menenium, habent Licinium Menenium. Nam cum ani
maduertiſſent quidam non niſi quinque tribunos militum memorari, Licinium, Meneniumque duos
fecerunt. quam inconſulto autem id egerint, unus Diodorus oſtendere poteſt, apud quem huius anni
tribuni his nominibus eduntur. λεύκιος παπίριος, γάϊος κορνήλιος, λεύκιος μενένιος, γάϊος σερουΐλιος, οὐαλέριος
αὖλος, κόϊντος φάβιος. Ita pro Cn.Sergio eſt, C.Seruilius. pro L.Aemilio, Q.Fabius. Additur poſtremo ſex
tus tribunus uitio librariorum apud Liuium omiſſus, C.Cornelius. Erroris cauſſam praebuit librarijs,
quod cum ſcripturi eſſent, C.Cornelius, C.Sergius, C.Sergium tantum ſcripſerunt, alterum reliquerūt,
puto autem legendum eſſe C.Sergius. nam Liuius poſt etiam C.Sergium III tribunum edit. Non ergo
Licinius Menenius, ſed L.Menenius legendum. ut Diodorus ait. Nam praenomen huic quaerimus. Li
cinius autem gentis nomen eſt. Pomatina, Sabbatina.} Tromentina, Sabatina, ex Vet. lib. vt
ante dixi. Eas qve triginta quinque numerum expleuere.} Lege uiginti quinque. ex Vet.lib.
ut ante. Popvlos iuuentutem ſuam miſiſſe ad id bellum.} Vet.lib. Iuuentutem ſummiſiſſe.
Tam honoratorum collegarum obſequio.} Vet.lib. Tam honorato collegarum obſequio.
Te sergi Corneli.} Vet.lib. Te Serui Corneli. Dvcibvs pluribus, & exercitibus ad- 70
miniſtrandam remp. eſſe.} Vet.lib. Adminiſtrandam remp. opus eſſe. Ex quo intellexi legendum, Ad
adminiſtrandam remp. opus eſſe. Arma, tela, frumentum, quaeque belli alia tempora po-
ſcent. Vet.lib. Arma, tela, frumentumque, quae quaeque alia belli tempora poſcent. Ab ne-
pete, ac Sutrio.} Reprehendit Liuium Glareanus, quod Nepete dixerit in caſu auferendi, cum
Nepeti fuerit dicendum, quippe cum in recto caſu Nepete dicatur. ſed facit iniuſte. non enim Liuius
ſcripſit ullo in loco Nepete. ſed Nepet, ut eſt in uetuſtis libris. Docent autem grammatici Cariſius,
& Priſcianus Git, & Nepet opidi Italici nomen t littera terminari, eaque flecti non poſſe. Quam-
quam ne ſi Nepete quidem in recto caſu diceretur, Nepeti tamen eſſet ei in ablatiuo edendum. Nam
propria in e deſinentia eiuſdem terminationis habent nominatiuum cum ablatiuo. ut Praeneſte. dixit
enim Vergilius. Quique altum Praeneſte uiri. &, Qualis eram cum primum aciem Praeneſte ſub ip
ſa. Haec Priſcianus. ſic etiam infra corrigendum eſt. Nepet exercitus ductus, pro Nepete. Ita-
qve diuiſo exercitu.} Vet.lib. Ita diuiſo exercitu. Opidanis iam oppugnando feſſis.}
Vet. lib. Pugnando. T. et L. Quinctijs Capitolinis, L. Papirio Curſore tribunis conſulari
poteſtate.} Hoc habent boni ueteres libri, quod in ijs eſt. L. Papirio Curſore II tribunis militum
conſulari poteſtate. Quoniam autem non niſi quinque tribunorum nomina eduntur. C. autem Ser-
gius & ante ſemel, & poſt tertium tribunus mil. fuiſſe a Liuio traditur, quo autem anno, iterum fue-
rit, niſi hoc dicamus, ne colligi quidem coniectura poteſt, propterea uidetur eſſe legendum. L.Papirio
Curſore II. C. Sergio II. tribunis militum conſulari poteſtate.
Et non contentus agrarijs legibus, quae materia ſemper tribunis plebis ſeditionum fuiſſet, 71
Idem moliri coepit. Acriores quippe aeris alieni ſtimulos eſſe, qui non egeſtatem modo, atque ignomi
niam minentur, ſed neruo, ac uinculis corpus liberum territent. & erat aeris alieni magna uis, res da-
mnoſiſſima etiam diuitibus aedificando contracta.} Huius loci obſcuritatem cum ſentiret Glareanus,
ita de eo tradidit. Colon ponendum puto poſt uerbum, Stimulos; Quae uero deinde ſequuntur, uerba
ſunt Manlij ſeditioſe conquerentis de patribus, mouentiſque ſenatui inuidiam. Qua in re laudandum
Glareani ingenium, quod difficultatem ſenſit; irridendum, quod portenta dixit, neque, quae uerba
uitium continerent, intellexit. Vitioſe autem habent illa, Idem moliri. Neque enim intelligi poteſt,
quid uelit Liuius, cum ait. Non contentus agrarijs legibus idem moliri coepit. neq. enim Manlius, de
quo nunc loquitur, agris dandis, ut Sp.Caſſius, neque frumento, ut Sp.Maelius, ſed pecunia condonan
da, ut nemo ante, plebem ad ſe alliciebat. Cum autem eos, qui aes alienum fecerant, quia ſoluendo
non eſſent, addictos duci aegre pateretur, atque id ne fieret ſua ſe pecunia prohibiturum eſſe profitere-
tur, propterea recte dici poteſt, fidem moliri coepiſſe. ita ut legatur non, ijdem moliri, ſed Fidem moli-

ri cœpit. Eſt autem Fidem moliri, prohibere ne qui debent, ea quae debent, ſoluant. ſic autem ſupra accepit Fidem lib. I I I. Haud ſalubrem utique Lartij ſententiam putabant, quae fidem tolleret. & Cicero pro lege Manilia. Scimus Romae ſolutione impedita fidem concidiſſe. & paullo poſt. Haec fides, atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, que in foro uerſatur, implicita eſt cũ illis pecunijs Aſiaticis: ruere illa non poſſunt, ut haec nõ eodẽ labefactata ea motu concidant. & Caeſar lib. I I I. bellorum ciuilium. Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditae pecuniae ſoluerentur. & Liuius hoc libro haud ita multo poſt. Spem factam a te ciuitati uideo, fide incolumi ex theſauris Gallicis, quos primores partum occultent, creditum ſolui poſſe. Sic libro I X. montes ſua ſede moliri, pro demoliri. & alio loco, Fores moliri. QVAE NVNC uix ſeminario militum relicto ſeruitia Romana ab ſolitudine uindicant. } Huius loci, quod ſe non intelligere Glareanus fatetur, hic eſt ſenſus. Ea tum loca frequẽtiſsima fuiſſe, quae nunc prope deſerta eſſent, niſi a ſeruis Romanis, qui ea a ſolitudine uindicant, colerentur, praeſertim cum ibi pauci admodum ſint, qui militent, uix militum exiguo ſeminario relicto.

GLADIIS tantum dextram armemus. } Vet. lib. Dexteras. TV Quincti. } Vet. lib. Tu T. Quincti. FLVCTVANTIS ſimilis acies. } Vet. lib. Fluctuanti ſimilis. ILLI deuouere. } Vet. lib. Illi ſe deuouere. SIVE ut & ipſe in parte praedae ſis, ſiue quia uanum indicium eſt. } Vet. lib. Siue quod & ipſe in parte praedae ſis, ſiue quod uanum indicium eſt.

HOCCINE patiendum fuiſſe, ſi ad nutum dictatoris non reſponderi uir conſularis. } Manuſcripti habent. Vt ſi ad nutum. Videtur autem ἀνακόλουθον in re indigna. Hoccine patiendum fuiſſe, ut ſi ad nutum dictatoris non reſponderit uir conſularis, in carcerem conijciatur?

72 VEREOR ne abſtuleritis obſeruantibus etiam oculos. } Vet. lib. Oculis. SATRICVM coloniam duo millia ciuium Romanorum. } Non dubito, quin apud Velleium lib. I. ubi ait, Sutrium poſt annos V I I, quam capta Roma eſt, deductam eſſe coloniam; legendum ſit ex huius loci auctoritate, Satricum. Satrici etiam coloniae meminit lib. I X. Liuius. Nam coloniae Sutrij meminit Diodorus anno poſt Romam captam. COLONIS Circeienſibus, & a Velitris purgantibus ſe. } A Velitris dixit, ut primo lib. Turnus ab Aricia. & Virgilius in Georgicis. Paſtor ab Amphryſo. CREATIQVE tribuni militum conſulari poteſtate Sergius Cornelius Maluginenſis ſecundum, P. Valerius Potitus iterum. } Antiqui libri ita. Creatique tribuni militum conſulari poteſtate ex patribus Ser. Cornelius Maluginenſis, II. Ex patribus autem iccirco dictum eſt, quia aliquando per haec tempora fiebant etiam ex plebe. Ceterum non Maluginenſis II. ſed III, ſcribe. nam proxime infra IIII fuiſſe dicitur, & iam bis ante fuiſſe eundem docuimus. TEMPVS eſt etiam maiora conari. } Vet. lib. Vnde tempus eſt etiam maiora conari. TRIBVNI conſulari poteſtate, tribunique plebis. } Vet. lib. Tribuni militum conſulari poteſtate. M. MENENIVS, & Q. Publius tribuni plebis. } Lege, M. Maenius, & Q. Publilius. Maenius, quia Menenij patricij, & ſaepe in hoc nomine erratum eſt. Publilius, ne duo praenomina coeant. Quod in hac gente fit ubique. ut ante etiam admonui. QVID cum plebe aggredimur. } Videtur legendum, Quin cum plebe. AD HOC ſeruatos. } Vet. lib. Ad haec. PESTILENTIAM, inopiam frugum. } Manuſcripti Peſtilentiam inopia frugum, ſub audi excepit. et recte. QVID acceſſurum ſuis, deceſſurum ue hoſtium uiribus ſperantem? quam occaſionem? quod tempus? quem inſidijs inſtruentem locum? } Manuſcripti manu pro Inſtruentem Ingruentem: ex quo legendum uidetur, Congruentem. i. aptum inſidijs locum.

73 NEPETE coloniae deducendae. } Vet. lib. & ratio, quam ante attuli, docent, Nepet, legendum eſſe. LABICANIS. } Vet. lib. Lauicanis. FOEDEQVE in captis exercuere uictoriam. } Vet. lib. Foedamque in captiuis exercuere uictoriam. M. FVRIVM Camillum VII tribunum militum. } Vet. lib. VI. ut ante oſtendi. & recte. VERSVS itaque in uictorem terror, & nouo hoſte, & ſupina ualle Romanam inclinauit aciem. } Duas cauſſas affert, quibus Romana acies exterrita inclinata eſt. Nouum hoſtem, & ſupinam uallem, quam paullo ante lenem a tergo cliuum appellauit. Itaque locum integrum eſſe cenſeo, contra atque cenſet Glareanus. ET, QVOD ductu meo ſoletis, uincite. } Vet. lib. Et ut ductu meo ſoletis, uincite. NISI uictorem receptatura ſunt. } Vet. lib. Receptura.

74 INDE ut circumagi ſigna, obuertique aciem uiderunt in hoſtem. } Deeſt uox una ad ſententiam complendam, quae eſt in ueteribus libris. in quibus ita legitur. Vt circumagi ſigna, obuertique aciem uiderunt, ruunt in hoſtem. VERBIS confutare nihil attinet. } Vet. lib. Nil attinet. AB Tuſculo legiones reductae. } Vet. lib. Deductae. CREATIS militaribus trib. } Vet. lib. Creatis tribunis militaribus. LICINIO Menenio II. } Miror eos, qui ſupſa Licinium Menenium in L. Licinium & M. Menenium commutarunt, huius loci rationem non habuiſſe. Alioquin fruſtra quae-

75 ras quo primum anno Licinius hic Menenius tribunus militum fuerit. opus eſt igitur in emendando diligentia ſumma, ut omnes omnibus locis certiſsima ratione reſpondeant. L. autem Menenio II. eſſe legendum apparet ex priore tribunatu, ut docui ex Diodoro.

RAPTIM agmine facto. } Acto uidetur legendum. quo genere loquendi ſaepe utitur Liuius. QVIN ipſi Galli ſi offerantur, illo loco ſe ita pugnaturos. } Vetuſta lectio ueſtigia certa continet germanae lectionis. in ueteribus enim libris aliquot eſt. Quin ipſi ſibi Galli ſe offerant. puto autem legen-

gen-

gendum. Quin ipſi ſibi Galli ſe offerant. ibi autem intelligit, ad Aliam.

PRAETER caſtra praelati. § Perlati legendum eſt potius. alioquin Praeter uacat ut in libro quincto. Eſtula fuga caſtra ſua praelati. DIE XX q̃ creatus erat dictatura ſe abdicauit. § Nil emẽdatius hac eſſe oratione uidetur, cum tamen, ſi ueteres libros attendamus, turpiſsime deprauata ſit. in quibus ita eſt. Duodeuiceſimo quam creatus fuerat dictatura ſe abdicauit. Item. Duodeuiceſimo quam creatus fuerat die dictatura ſe abdicauit. Quod magis probatur. prior enim ſyllaba uocis, Dictaturae, in errorem impuliſſe librarium uidetur, ut uocem, Die, omiſerit. Haec autem ſi germana lectio eſt, accipiendum eſt dictum eſſe, duodeuiceſimo die, pro XXII die. ſic enim antiquos locutos eſſe docet Nonius his uerbis. Duodeuiceſimo, ita ut, Duodecimo. Varro humanarum rerum libro XVI. Mortuus eſt anno duodeuiceſimo, rex fuit XXI. Cato quarto originum. Inde duodeuiceſimo anno poſt dimiſſum bellum, quod IV & XX annos fuit. Quamquam Gellius lib. V. cap. IV. ſuperius exemplum ex Fabij annalibus profert ita. Mortuus eſt anno duo & uiceſimo, rex fuit anno uiceſimo primo. PLEBS C. Sextilium, M. Albinum. § Vet. lib. M. Albinium. optime. eſt enim e plebe. CVIVS & ipſos poſt modo & patres, qui dederant, paenituit. § Vet. lib. Poſtmodum. VTROBIQVE prodita temeritate, atque inſcitia res. § Vet. lib. Prodita. EODEM anno etiam ipſis querentibus paenuriam hominum, noui coloni adſcripti. § Deſideratur coloniae nomen. Nam de Praeneſtinis rebellantibus intelligi non poteſt. Ne de Satrico quidem, & Velitris. neque enim ſyllabas habent, quae erroris cauſſam tribuere librario potuerint. Itaque ego ſine dubio legendum puto. Eodem anno Setiam ipſis querentibus. Setiae enim coloniae poſt Satricum deductae meminit Velleius lib. I. & Liuius lib. VII. extremo Norbam, & Setiam finitimas colonias uocat. cum tamen quo anno deducta Setia ſit, nuſquam apud eum extet. Quod autem Noui coloni dicat de ijs, qui tum primum deducti ſint, non eſt mirum. Etenim ſic locutus eſt ſupra. Norbae in montes nouam coloniam miſerunt. & Pedian. in Piſon. Pompeius non nouis incolis eas conſtituit, ſed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latij. Item, Placentiam noui coloni deducti ſunt. Q. SERVILIO II. Licinio Menenio III. § Pro Licinio Menenio III. legendum puto. C. Licinio. me in hanc ſententiam ducit Diodorus, qui quattuor huius anni tribunos militum his nominibus edit. λεύκιος φέριος, κοΐντος σερβίλιος, γάϊος λικίνιος, πόπλιος κλοίλιος. Item Liuius, qui poſtea C. Licinium eum, qui primus e plebe magiſter equitum fuit, tribunum militum ſcribit fuiſſe, neque tamen quo anno fuerit, exſtat, niſi hoc anno dicamus. Item quod idem ſequenti anno tribunos militum patricios omnes a plebe inuita factos ſcribit, quaſi uero hoc ipſo non omnes fuerint, ſiquidem C. Licinius e plebe fuit. Quod uero in ueteribus etiam libris legatur Licinio Menenio III, cauſſam attulerunt imperiti illi emendatores ueteres Nicomachus, & Victorianus, qui quia ſcripſerant, bis Licinium Menenium ante tribunum, hoc etiam loco inſcite ſcripſerunt, ubi in Licinium inciderunt, & de ſuo III. addiderunt, itemque Menenium. DVOBVS millibus inde aberat. § Vet. lib. Duo millia paſſuum inde aberat.

QVAM nec honos, nec gratia intrare poſſet. § Vet. lib. In quam nec. ALTERAM de modo 76
agrorum, ne quis plus quingenta iugera agri poſsideret. Huius legis meminit his uerbis Varro libro
primo de re ruſt. Nam Stolonis illa lex, quae uetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum.

TERTIAM ne tribunorum militum comitia fierent, conſulumque utique alter ex plebe crearetur. § Repone, ut eſt in Vet. lib. Ne tribunorum militum comitia fierent, ſed conſulum, & ut utique alter ex plebe crearetur. Ita enim fit, ut huius legis duo capita eſſent. unum, quo tribuni militares abrogarentur; alterum, quo conſulatus plebeius conſtitueretur. A. ET C. Valerij. § Legendum eſt P. & C. Valerij. Id docent Capitolina fragmenta in quibus eſt, POPLICOLA V. Ex quo apparet P. Valerium Poplicolam eſſe, qui quater ante tribunus militũ fuit, & poſt etiã VI. traditur eſſe a Liuio. Quae res in magnum errorem Glareanum induxit, ut annum ibi ſine cauſſa interijciendum eſſe putarit. C. VETVRIVS, A. & M. Cornelij. § Quia antea legebatur, C. Veturius. M. Aulus, M. Cornelius, propterea probo coniecturam Glareani, quae eſt ut legatur. C. Veturius II. A. & M. Cornelij. Nam C. Veturius ſemel ante fuit. A. autem & M. Cornelij infra iterum eſſe dicuntur, quorum alter Coſſus eſt, alter Maluginenſis. AN PLACERET fenore circumuentam plebem, ni potius quam ſortem creditum ſoluat, corpus in neruum, ac ſupplicia dare. § Glareanus tollendam uocat putat illam, Ni. & immerito. ſenſus enim eſt. placeret ne plebem, ni prius uſuram, quam ſortem ſoluat, uinculis adſtringi? REPLERI uinctis nobiles domos. Vet. lib. Nobilium domos.

AN IAM memoria exiſſe. § Hic locus, quem alij aliter interpungunt, ſic mihi uidetur legen-
dus, atque interpugendus. An iam memoria exiſſe, cum tribunos militum icctrco potius, quam conſu 77
les creari placuiſſet, ut & plebeijs pateret ſummus honos, IV & XL annis neminem ex plebe tribu-
num militum creatum eſſe? Quis crederet duobus ne in locis ſua uoluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint? IV & XL annis neminem ex plebe tribunum militum creatum eſſe. § Reprehendit hunc numerum Glareanus, ut alios multos, quod a primis tribunis militum uſque ad hunc annum multo plures numerentur anni, quam XLIV. itemq. quod ſaepius quam quater & quadragies fieri ex plebe tribuni militum potuerint. Verum iniuſta accuſatio eſt. Mẽs enim auctoris eſt haec. Quater & quadragies tribunos militum ex patricijs ſolis

factos

factos eſſe nullo admiſto plebeio. Hinc error natus eſt Sex.Rufi, qui ſcribit Romam ſub tribunis militum conſulari poteſtate fuiſſe annos XLIII. Quamquam re diligenter inſpecta ne patricios quidem ſolos in hoc magiſtratu fuiſſe reperire poſſum, niſi annos duos,& quadraginta. Ex plebe coeptos creari? } Tolle notam interrogationis. Et uti rogaſſent primae tribus dicerent. } Veteres libri habent, Vti rogas, non ſolum hoc in loco, ſed etiam lib.x. ubi ait Liuius. Hanc legem uti rogaſtis iubendum cenſeo. & recte. Fuit enim Vti rogas uox, aut tabella, qua populus rogatus in iubēdo, ſciſcendoque aliquid, utebatur, de qua Cicero lib. II. de Legibus. Suade igitur iſtam ipſam legem, ut ego, Vti rogas, poſsim dicere (ſic enim legēdum eſt, non ut legitur, Edicere.) Idem ad Attic. lib. I. Tabellae miniſtrabantur ita, ut nulla daretur, Vti rogas. Itaque apud Liuium lib. XXX. De pace uti rogaſſent omnes tribus iuſſerunt, legendū eſt, Vti rogas. Has autem uoces cum mendoſe eſſe animaduerterent ij, qui ante me Liuium emendarunt, Vti rogata eſt, Vti rogatae eſſent, Vti rogati eſtis, corrigendum ſine ratione putarunt. Et interceſsionem ſeceſsione quondam plebis partum nobis eadem ui facitis irritam, qua peperiſtis. } Vobis habent manuſcripti. & recte. Dictator interceſsioni adero. } Vet. lib. Interceſsioni ueſtrae adero. Sacramento omnes iuniores adacturum, exercitum extemplo ex urbe deducturum. } Vet. lib. Exercitumque extemplo educturum. Et quod uſque ad memoriam noſtram tribunicijs, conſularibusque certatum uiribus eſt, Dictaturae ſemper altius faſtigium fuit. } Deſideratur uox una, ſine qua ſtare haec ſententia non poteſt, quam diu a me quaeſitam uix in uno tandem manuſcripto libro reperi. Et quod quoties uſque ad. at malim illam poſtponi, ſic, Et quod uſque ad memoriam noſtram, quoties tribunicijs. De plebeio conſulatu antiquabant. } Vet. lib. De plebeio conſule. Ni tribuni &c. } Vet. lib. Ni tribuni plebis &c.
C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magiſtro equitum de plebe. } Hic non eſt C. Licinius, qui tribunatus pl. nouem per hos annos geſsit cum L. Sextio, ut tradit Plutarchus in Camillo. Nam de eo uel hoc etiā anno tribuno plebis, ita ſuggerit Liuius. Licinius, Sextiusq. cum tribunorum plebis creandorum indicta comitia eſſent, ita ſe gerere, ut negando iam ſibi uelle continuari honorem acerrime accenderent ad id quod diſsimulando petebant, plebem. paulloq. poſt ijdem loquuntur. Iam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obſtare, quippe qui etiam omen plebeio conſuli magiſtro equitum ex plebe dicendo dederit. Cum autem non exſtaret annus apud Liuium, quo tribunatum hic militum cepiſſet, eum ipſum ſupra ex Diodori auctoritate tradidi. Eſt autem uerisſimile, ſi Liuius Licinium tribunum plebis intellexiſſet, non, Qui tribunus militum fuerat, ſed Qui tribunus plebis erat, dicturum fuiſſe. Quod ne animaduertit quidem etiam Glareanus. Deinde comitijs tribunicijs declararent uoluntatem. } Tribunicia uocat comitia, quibus plebs mandare tribunatum plebis Licinio, Sextioque cupiebat. Quare non eſt, cur Tributis legamus, ut placet Glareano. Succlamare bona uenia ueſtra liceat. } Haec uerba ita interpungenda ut appareat; Bona uenia ueſtra &c. eſſe Appij ſucclamantis. ſic. Succlamare; Bona uenia. Non, inquit, licebit tu de fenore atque agris. } Foedata pulcherrima ſententia eſt ab ijs, qui eam non percipientes, non recte diſtinxerunt. ſic enim accipiendum eſt. ut illae uoces, Non, inquit, licebit, ſint Licinij reſpondentis Appio ſucclamanti.

78 Vt Sextium. } Vet. lib. Vti Sextium. ex quo colligi poteſt legendum, Vt L. Sextium.

Videas. aut omnia accipe, aut nihil fero, ut ſi quis ei, quem urgeat fames. } Adde notam interrogationis uoci, Videas? Quae ſequuntur uerba. Aut omnia accipe, aut nihil fero, uerba ſunt Licinij tribuni pl. ab Appio recitata per μίμησιν, perinde atque illa. Non, inquit, licebit. Iam uero illa, Vt ſi quis ei, quem urgeat fames, ſunt Appij coarguentis Licinij ſententiam illam, Aut omnia accipe, aut nihil fero. Rogationibus tuis. } Adde notam interrogationis. Quid eſt dicere aliud, quia indignos ueſtra uoluntate. } Vet. lib. Quid eſt dicere aliud, niſi quia indignos &c. Eſt aliquis ſe aeſtimari faſtidiat? } Et hoc, & quae ſequuntur uerba ſine interrogatione legenda ſunt.

De decemuiris ſacrorum ex parte de plebe creādis pertulere. } Vet. lib. Legem pertulere.

T. Quinctium Poenum. } Pennū. ex Capitolinis lapidibus. Cum quo prouocatus manus conſeruit. } Vet. lib. Manum. Hoc autem anno in Albano agro cum Gallis dictatore M. Furio ſigna collata. } Hac de re ſic Polybius lib. II. παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ. Hoc tamen a Liuio diſcrepat: nam a Roma capta ad hunc annum non XXX, ſed XXIII apud Liuium numerantur. Prope ſeceſsionem plebis, terribileſque alias minas ciuilium certaminum uenit. } Vet. lib. Prope ad ſeceſsionem. Probo. Nam lib. IIX. ait, Prope ad ultimum dimicationis uentum eſt. & lib. x. Quam prope ad ultimum diſcrimen nuper uentum foret.

IN. EPITOMEN. LIBRI VII

79 Duo noui magiſtratus adiecti ſunt. } In Vet. lib. non eſt uox, Noui. & ſine ea ſenſus ſtare poteſt. A M. Pompeio tribuno pl. } Lege, M. Pomponio, ex Liuio, & Cicerone. Propter delectum acerbe factum. } Vet. lib. Actum. Filium relegatum. } Vet. lib. Filium rus relegatum. recte, ſic enim Liuius. Tunc omnia pernicioſa omiſſa ſunt. In patentem uoraginem urbis

Romae

Romae Curtius armatus equo ſe praecipitauit.} Hic locus ita legendus. Tunc omnia pretioſa miſſa ſunt in patentem uoraginem urbis Romae. in eam Curtius &c. Quam lectionem ueteribus in libris ſe reperiſſe mihi affirmauit iuuenis eruditiſsimus Claudius Puteanus, & Liuius ipſe comprobat, cum ſcribit: Donaque, ac fruges ſuper eum a multitudine uirorum, ac mulierũ congeſtas. Manlivs adoleſcens.} Vet. li. T. Manlius. Plvs quingentorum iugerum.} Aut lege Plus quingenta iugera, ut Liuius. aut. Plus quingentis iugeribus. ut in epit. lib. vi. Corvini nomen.} Corui nomen. ut poſt dicam. P. Decii tribuni.} Vet. lib. P. Decij Muris tribuni. Id ivgvm, in quo Samnites ſederant.} Vet. lib. Conſederant. Milites, qui Capuae in praeſidio erant relicti, cum de ea occupanda urbe conſpiraſſent.} Vet. lib. Cum milites Romani, qui Capuae in praeſidio erant relicti, de ea occupanda urbe conſpiraſſent. Corvinvm dictatorem.} Coruum. ut dicam. Patriae reſtituti ſunt.} Praeter haec adde. Res praeterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Priuernates, & Tarquinienſes, & Samnites, & Volſcos proſpere geſtas continet, ſic enim eſt in Vet. lib. atque ita eſt apud Liuium.

IN. LIBRVM. VII

Annvs hic erit inſignis noui hominis conſulatu.} Nouus homo apud Liuium dicitur, & is, qui magiſtratum capit, quem non antea geſſit, & qui primus ex familia ſua curulem magiſtratum cepit. Priore modo locutus eſt lib. xxii. Nec cuiquam eorum praeter Terentium conſulem, erat mandatus honos, quem iam non antea geſſiſſet, praeteritis aliquot fortibus, ac ſtrenuis uiris, quia in tali tempore nullus nouis magiſtratus uidebatur mandandus. Poſteriore, hoc loco. Hominem enim nouum L. Sextium plebeium uocat, qui primus e gente ſua curulem magiſtratum conſulatum ceperit. Nouis autem hominibus Nobiles opponuntur, & Nouitati Nobilitas. Nobiles autem ij dicti, qui maiorum ſuorum habent imagines. Imagines autem ſui ponere, ac poſteris tradere non poſſunt niſi qui curulem magiſtratum geſſerunt, quorum primus erat aedilitas. Qui magiſtratus quoniam ſolis patricijs primum patuerunt, iccirco ſoli patricij nobiles primum appellati. Vbi uero plebi honores etiam curules ſunt communicati, tum plebeij etiam nobiles nominati ij, qui maiorum ſuorum imagines haberent. Eſt autem imago (auctore Polybio li. vi.) ſimulacrum oris ſimilitudinem affabre, miroq. artificio effictam coloribus, pigmentisq. adumbrata m referens, quam in inſigniori, ac celebriori domus parte collocabant. De iure autem ponendarum imaginum ſic Cicero in Verrem. Ego me ob aedilitatem mihi delatã adeptum eſſe intelligo antiquiorem in ſenatu ſententiae dicendae locum, togam praetextam, ſellam curulem, ius imaginis ad memoriam, poſteritatemq. prodendam. & contra Rullum. Eſt hoc in more poſitum, Quirites, ut ij, qui beneficio ueſtro imagines familiae ſuae conſecuti ſunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficij ueſtri cum ſuorum laude coniungant. Eſt autem conſequi imagines familiae, magiſtratus curules a maioribus ſuis item geſtos capere, & poſt. Me hominem nouum conſulem feciſtis. Item. Mihi apud uos de meis maioribus dicendi facultas non datur, non quod non tales fuerint, quales non illorum ſanguine creatos, diſciplinisq. inſtitutos uidetis, ſed quod laude populari, atque honoris ueſtri luce caruerũt. Item. Quemadmodum cum petebam nulli me uobis auctores generis mei commendarunt, ſic, ſi quid deliquero, nullae ſunt imagines, quae me a uobis deprecentur. & in Piſonem. Commendatio fumoſarum imaginum. & Liuius lib. i. Ancus Marcius nobilis una imagine Numae. & Pedianus in orationem in Toga. Cicero competitores quattuor plebeios habuit, ex quibus duo nobiles, duo qui tantum non primi ex familijs ſuis magiſtratum adepti erant. & Liu. li. xxii. Nec finem ante belli habituros, quam conſulem uere plebeium, ideſt hominem nouum feciſſent, nam plebeios nobiles iam iiſdem initiatos eſſe ſacris, & contemnere plebem, ex quo contemni deſierint a patribus. Patres praeturam Sp. Furio M. Filio Camillo dederunt.} Hic M. Camilli quinquies Dictatoris filius fuit. auctore Suida, qui ita ſcribit in uoce Πραίτωρ. πρῶτος στρατηγὸς ἐπιδείχθη σπόριος καμίλλος παῖς καμίλλου τοῦ πολλάκις μοναρχήσαντος, ὃν φασὶ παρὰ τῇ ἰδίᾳ γλώττῃ οἱ ῥωμαῖοι ὀνόμασαν. Svarvm gentium uiris gratia campeſtri ceperunt.} Vet. lib. omnes Dederunt. ſic poſt. Ab patribus L. Cornelius Scipio conſul datus. Collegam conſulibus.} Praetor collega conſulum dicebatur, quod iiſdem auſpicijs crearetur. auctore Meſſalla apud Gellium li. xiii. cap. xiv. Censorem &c. mortuos ferunt.} Nomina cenſorum per hos annos edit nulla Liuius. in Capitolinis tabulis eſt, Poſtumius Albinus Regillenſis, & C. Sulpicius Paeticus. Albinus procul dubio mortuus. Nam de Paetico poſt magna mentio fit. Par deinde per quinque, & triginta annos.} Libri ueteres, Viginti quinque: egregie. tot enim a Roma capta ad hunc uſque annum numerantur. i. ab anno ccclxv ad annum cccxc. T. Svlpicio Paetico.} Lege, C. Sulpicio Paetico. ex lapidibus Capitolinis, ex Diodoro, Caſsiodoro, omnibus. Nam circi modo ſpectaculum fuerat.} Hoc quid ſit declarat Valerius libro ii, cum ait. Itaque placandi caeleſtis numinis gratia compoſitis carminibus uacuas aures praebuit, ad id tempus Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus raptis Virginibus Sabinis Conſualium nomine celebrauit. Qvia Hiſter Tuſco uerbo ludio uocabatur.} Quidam libri Hiſtrio habent. at Plutarchus etiam in Problematis a Tuſcis ἴστρον uocatum ſcribit. ut recte Hi-

Hiſter

ſter legatur. Non sicut ante feſcenino uerſu ſimilem incompoſitum temere, ac rudem alternis iaciebant.} Hic locus partim librorum uitio, partim antiquitatis ignoratione obſcuriſsimus eſt. Habent tamen libri ueteres impreſſa aliqua ueſtigia uerae lectionis. Nam in quibuſdam eſt. Feſcenino ſimilem uerſu incompoſitum temere. Quibus adductus ſum, ut credam legendum eſſe. Feſcenino ſimilem uerſum, compoſitum temere. ita ut prima ſyllaba uocis, Incompoſitum, ſit ultima littera uocis Verſum. Quid enim ſignificat uerſus incompoſitus temere? Eſt autem ſenſus. Primum ludiones ex Etruria acciti ſine carmine ad tibicinis modo ſaltarunt. poſt uerſus ſed inconditi, & motus a uoce non abſoni acceſſerunt. tum diligentia quoque maior adhibita eſt. Non enim feſcenino ſimilis uerſus, temere compoſitus, ac rudis, ut ante allatus eſt, uerum deſcripto ad tibicinem cantu, ſaltuq. congruenti ſatyras peregerunt. Quo fit ut mos ille explicetur, qui ab Ariſtotele in Poeticis recitatur. Veteres nimirum hiſtriones imitatos eſſe ῥυθμῷ, ἁρμονίᾳ, καὶ λόγῳ. i. ſaltu, concentu, & uerſu. Qui ab Satyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere.} Hanc ſententiam his uerbis tradidit Valerius libro II. Paullatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit. a quibus omnium primus poeta Liuius ad fabularum argumenta ſpectantium oculos, & animos tranſtulit. Iſq. ſui operis actor, cum ſaepius a populo reuocatus uocem obtudiſſet, adhibito pueri, & tibicinis concentu geſticulationem tacitus peregit. Diverbiaque tantum ipſorum uoci relicta.} Hinc eſt, quod ait Donatus in Andr. Diuerbia a ſolis hiſtrionibus fuiſſe pronunciata. Hiſtriones enim uidetur uocare eos tantum, qui canerent, non qui item ſaltarent, aut tibias inflarent. Quaſi uero intelligendum ſit, in Canticis rem actam eſſe tibijs, ſaltu, & uerſu, in diuerbijs autem uerſu tantummodo. id quod ueteres Latini, aſſa uoce dixerunt. Diuerbia partes comoediarum ſunt, auctore Diomede, in quibus plures perſonae uerſantur; Cantica, in quibus una tantum. Quae inde exodia poſtea appellata.} Exodia idem ſunt, atq. apud Ariſtotelem in Poeticis, Epiſodia, haec, quod extra rem ſint, illa, quod rei inſerantur, appellata. Etenim Suidas ait. Ἐπεισόδιον τὸ εἰς τὰ δράματα εἰσαγόμενον κατὰ προσθήκην τινά, καὶ αὔξησιν τοῦ δράματος. Item. Ἐπεισόδιον τὸ εἰσφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄν. καταχρηστικῶς δὲ τὸ ἐξαγώγιον ἆσμα. Sic. Liuius uocat, Ridicula intexta uerſibus, Conſertaq. fabellis potiſsimum Atellanis. Nonius Marcellus exempla ſaepe profert ex fabula Nouij poetae comici, Exodio. C. Genutio.} Cn. Genucio. ex tabulis Capitolinis, & Diodoro, qui γναῖον γενύκιον edit. Repetitum ex ſeniorum memoria dicitur.} Hac de re nihil ante tradidit. Notam numeri fuiſſe ferunt.} Scilicet, ut quot anni, tot claui numerarentur. Quod Glareano obſcurum uidetur. cum tamen ſcribat Feſtus. Clauus annalis appellatur, qui figebatur in parietibus ſacrarum aedium per annos ſingulos, ut per eos colligeretur numerus annorum. Quia numerus Mineruae inuentum ſit.} Vet. lib. A Mineruae inuentum ſit. Volsiniis.} Vulſinijs. ex ueteribus libris, & Capitolinis lapidibus. Perinde ac reipublicae gerendae, ac non ſoluendae religione gratia creatus eſſet.} Non poſſum non uehementer diſſentire a Sigiſmundo Gelenio, qui, cum antea legeretur, Rei gerendae, ac non ſoluendae religionis gratia, & recte legeretur, emendauit, Reip. gerendae, ac non ſoluendae religione gratia. Diſſentio autẽ ab eo non ſolum, quod a ueterum auctoritate librorum, ſed etiam quod ab ipſa ratione alienam attulit lectionem. Neque enim dictatorem umquam traditum eſt creatum eſſe Reip. gerendae cauſſa, ſed Rei. Rem autem gerere eſt bellum Reip. cauſſa gerere. Itaque cum alijs multis de cauſsis dictator creari ſolitus fuerit, hae tamen duae praecipuae ſemper habitae ſunt, pacis & foris, & domi praeſtandae. Quorum illud Rei gerendae dixerunt, hoc, Seditionis ſedandae, quemadmodum ex Capitolinis dictaturis intelligi poteſt. Neque uero ſolum Rei, ſed etiam Belli gerendi cauſſa inquit Liuius. ut lib. IX. extremo. Id ambigitur belli ne gerendi cauſſa creatus ſit. & lib. XXXIV. Nouumq. imperatorem eius gerendae cauſſa ex Italia uenisse. Soluere autem Religione, & Religionem non ſunt idem. Nam illud eſt liberare eo officio, quo per religionem tenemur; hoc praeſtare illud, quod ipſi ut faciamus, noſtra nos religio admonet. Sanguine ipſo ſuo exerceret.} Vet. lib. Sanguine ipſo ſuo. Quod naturae damnum nutriendum patri, ſi quidquam in eo humani eſſet, an caſtigandum, ac uexatione inſigne faciendum.} Glareanus ſine ueterum librorum auctoritate ita legendum putat. Verum nutriendum patri, ac uexatione inſigne faciendum, an caſtigandum potius, ſi in eo quidquam humani fuiſſet? Quae lectio alienam edit ſententiam ab ea quae uulgata continetur, quaeque Germana uidetur. Induxit autem eum in hunc errorem, quod ignorauit, quemadmodum filiorum uitia a patribus nutrirentur. Quare Horatius Satyra III.

At pater ut agnati, ſic nos debemus amici
Si quod ſit uitium, non faſtidire. Strabonem
Appellat paetum pater, & pullum male paruus
Si cui filius eſt. ut abortiuus fuit olim
Siſyphus: hunc uarum diſtortis cruribus, illum
Balbutit ſcaurum prauis fultum male talis.

Eſt igitur ſenſus. Nutriendum potius fuiſſe patri uitium filij pro humanitate eius, quam relegatione caſtigandum, atque inſigne faciendum. Nutrire autem dixit Liuius, quod Horatius Non faſtidire.

Ad M. Pomponium tribunum pergit.} Vet. lib. Tribunum plebis pergit.

AD CONCILIANDVM gratiam.} Vet. lib. Ad conciliandam gratiam. CVM EO anno 80 primum placuiſſet tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri. Eo modo dixit tribunos militum ad legiones, quo Cicero, Cum in Africam ueniſſem tribunus militum ad quartam legionem, libro ſexto de Republica. NAM ET antea ſicut nunc, quos Rutulos uocant, imperatores ſibi faciebant.} Feſtus item. Rufuli appellabantur tribuni mil. tum a conſule facti, non a populo, de quorũ iure, quod Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli, ac poſt Rutuli ſunt appellati. NVNC FAMAE rerum ſtandum eſt.} Corrige. Fama. Etenim cum dicimus Stare pactis, ſtare promiſsis, & eiuſmodi, caſum auferendi uſurpamus, non daudi. Sic Liuius in extremo octauo. Nec quiſquam aequalis temporibus illis ſcriptor extat, quo ſatis certo auctore ſtetur. DEINDE ut eueniret res, ita communicatos honores proſpere aut ſecus conſulto habitura.} Vet. lib. Perinde ut eueniret. Item. Probe aut ſecus.

AB INSCIIS, quem interfeciſſent, occideretur.} Vet. lib. Quem interficerent. CREARENT conſules ex plebe.} Vet. lib. Conſulem. Si quidem lata lex erat, ut alter utique ex plebe conſul crearetur. QVIA diſſuaſerat legem.} Vet. lib. Legem in concione. NEQVE ſegnius ad hoſtes bellum apparatur.} Veteres libri alij habent. Neque ſegnius apud hoſtes bellum apparatur. alij. Neque ſegnius & hoſtes bellum apparant. Vtrumque probe magis, quam quod uulgo legitur.

CLAMORE prouolant ante ſigna.} Scribe ex ueteribus libris. Clamore ingenti prouolant ante ſigna. QVIDQVID hinc aut illinc communis Mars bello aufert.} Quanquam ueteres omnes libri habent, bello, corrigo tamen, belli. Eſt enim haec locutio Liuio familiariſsima, cuius ex plurimis pauca exempla ſubijciam. lib. IIX. Affirmando communem uere Martem belli utramque aciem pari caede proſtrauiſſe. & lib. x. Quamquam communis adhuc Mars belli erat. & lib. XXIIX. Quid quod in Africa quoque Mars communis belli erit? & lib. XXX. Martem belli communem propone animo. & lib. XLII. Quam incertus fortunae euentus, communiſq. Mars belli ſit. AGMENQVE fugientium ab ſignis, cum praeter moenia eorum infrequentia ſigna conſpecta eſſent, fuſum, ac per agros trepida fuga palatum eſt.} Nullum habet uitium hic locus. contra atque cenſet Glareanus. ſenſus eſt. cũ ſigna Hernicorum prope moenia opidi conſpecta eſſent deſerta ab ſuis, agmen eorum, qui ab ſignis fugerant, fuſum, fugatumque eſt. Signa autem infrequentia uocat, quae militum frequentia non eſſent ſtipata. ſic lib. IX locutus eſt. CVM L. Sulpicius.} C. Sulpicius legendum. ex fastore huius conſulatu, partim Liuiano, partim Capitolino. item ex Diodoro, & Caſsiodoro, & ceteris. TYBVRTES.} Tibur, & Tiburtes ſcribendum littera, i, ex ueteribus libris, & lapidibus Capitolinis, & Graecorum monumentis. GALLI ad tertium lapidem Salaria uia trans pontem Anienis.} Glareanus Falaria legit his uerbis. Falarientium meminit Plinius lib. III. cap. XIII. in Picenis. quod melius quadrat, quam Salaria uia, ut quidem habent codices. Quae autem affert Glareanus, portenti ſimilia ſunt. Nam de Salaria uia ita Feſtus lib. XVII Salaria uia Romae eſt appellata, quia per eam Sabini ſal a mari deferebant. & lib. x. Lucaria feſta in luco colebant Romani, qui magnus inter uiam Salariam, & Tiberim fuit, pro eo, quod uicti a Gallis fugientes e praelio ibi ſe occultauerunt. Hunc tertium Gallorum motum nominat Appianus in Celtico T. Quinctio duce compreſſum. SERGIVM Cornelium.} Ser. Cornelium, perſpicue. RECIPIVNT ſe inde ad ſtationem.} Melius in Vet. lib. Recipiunt ſe inde ad ſtationem ceteri. ET (quoniam id quoque memoria dignum antiquis uiſum eſt) linguam etiam ab irriſu exerentem.} Inter antiquos fuit etiam Q. Claudius Quadrigarius, qui in primo annalium, teſte Gellio, hanc pugnam deſcribens, ita ait. Deinde Gallus irridere coepit, atq. linguam exertare.

TOT circa mortalium animis ſpe, metuq. pendentibus.} Animi, non animis legi oportere, exiſtimat idem, quem ingenio dixi excellere, Florebellus. ut ſit, Tot mortalibus pendentibus animi ſpe, metuque. & illud exprimatur, quod eſt libro IIX. Tot populos inter ſpem, metumq. ſuſpenſos animi habetis.

CVM SCVTO ſcutum imum perculiſſet, totoq. corpore interior periculo uulneris factus inſinuaſſet ſe inter corpus, armaque, uno alteroq. ſubinde ictu uentrem, atque inguina hauſit.} 81 Obſcurũ quia cenſet eſſe hunc locum Glareanus, eius ſenſum exponam. Manlium ait, cum ſcuto ſcutum imum Galli percuſsiſſet, toto corpore, ne a Gallo uulneraretur, Gallum ipſum ſubijſſe, & proxime ad eum acceſsiſſe, ita ut ſe inter corpus Galli & ſcutum eius implicaret. Sic enim Q. etiam Quadrigarius in primo annalium auctore Gellio, a quo huius pugnae deſcriptio ſumpta a Liuio eſt. Manlius iterum ſcuto ſcutum percutit. atque de loco hominem iterum deiecit. eo pacto ei ſub Gallicum gladium ſucceſsit, atq. Hiſpanico pectus hauſit. TORQVATI nomen auditum.} Lege, Additum. ex Vet. lib.

CELEBRATVM deinde poſteris etiam, familiaeq. honori fuit.} Vet. lib. Poſteris, & familiae honori fuit. C. PETILIVS Balbus.} Capitolini lapides hunc C. Poetelium Libonem uocant.

FVGA Tibur ſicut arcem belli Gallici petunt. palati a conſule Poetelio haud procul Tibure excepti.} Suſpicor legendum eſſe. Fugati Tibur. nam ſubſequitur, Palati. Syllaba quidem prima uocis Tibur errorem probabiliorem mihi reddit. EGREGIE cum ab dictatore, tum ab conſule geſta eſt res.} Vet. lib. Egregie tum ab dictatore, tum ab conſule res geſta eſt. HERNICOS deuincit.} Vet. lib. Deuicit. RECEPISSE ſe in urbem.} Vet. lib. Intra urbem. TVMVLTVM exciere

in hoſtium

In hoſtium portis.} Quidam legunt, Excire, at Exciere infinitiuus uerbi Excieo, eſt in ueteribus libris. M. POPILIO Lenate.} Ex Capitolinis tabulis, M. Popillio Laenate ſcribendum eſt. Diodorus item μάρκον ποπίλλιον λαινάτην conſulem uocat. Duxit autem cognomen a laena, ut ait Cicero in Bruto. M. Popillius Laenas conſul cum eſſet, eodemq. tempore ſacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres cōcitatione & ſeditione nunciata, ut erat laena amictus, ita uenit in concionem, ſeditionemq. cum auctoritate, tum oratione ſedauit. Liuius item hoc anno orientem ſeditionem inter patres, & plebem metu Tiburtini belli compreſſam ſcribit.

AD HOC multorum inſcitia.} Vet. lib. Ad haec. TARQVINIENSES fines Romanos, maxime qua ex parte Etruriam adiacent, peragrauere.} Vet. lib. Qua ex parte Etruria adiacet. probo.

CONSVLES C. Fabius, & C. Plautius.} Diodorus μάρκον φάβιον, & γάϊον πλώτιον edit.

EX FOEDERE uetuſto.} Quod ictum cum Latinis erat uictis ad lacum Regillum. Liuius li. II.

GALLOS mox Praeneſte ueniſſe. & Dictatorem dici C. Sulpicium placuit.} Hic eſt quartus Gallorum in Romanos impetus, C. Sulpicio Dictatore repreſſus. de quo ſic Appian. in Celtica. μετὰ δὲ αὖθις κελτικὸν ἔθνος δεύτερον ἐπῆλθε ῥωμαίοις, καὶ αὐτοὺς γάϊος σουλπίκιος δικτάτωρ μετὰ στρατιᾶς ἐνίκησε.

SI QVIS iniuſſus in hoſtem pugnaſſet.} Vet. lib. Iniuſſu. Probe. ſic enim & lib. III. Populus iniuſſu & altero die frequens ſupplicatum ijt. NEC IN circulis modo fremere, ſed iam in principijs.} In caſtris erant Praetorium, Quaeſtorium, & Principia: primum erat praetoris, ſecundum quaeſtoris, alia erant legatorum, & tribunorum militum. OBEDIENTISSIMVM militum.} Vet. lib. Militem.

82 NOSTRA quoque quidam aetate uſi ſunt.} Inter ceteros C. Marium nominat Frontinus li. II. qui contra Teutonas dimicaturus iumentorum magnam partem inſtruxit, eaq. agaſones, lixasq. conſcendere iuſsit, ut per id facies equitatus obijceretur. Idem eodem in loco C. Sulpicij etiam meminit.

VBI digreſſos repente uiderunt.} Degreſſos. Nam paullo ante dixit. Euadere in montes iubet. Item Non deſcenſuros in aequum Romanos. MVLTIS ſtrata detrahi iubet, binisq. tantum centunculis relictis agaſones partim captiuis, partim aegrorum armis ornatos imponit.} Sic Frontinus li. II. de Mario. Agaſones lixasq. armatos ſimul ire iuſsit, iumentorumq. magnam partem inſtructorum cum centunculis, ut per hoc equitatus ſpecies obijceretur. Ex his locis centunculus uidetur fuiſſe pannus, quo equi inſternebantur. Nam mulis & Sulpicius, & Marius centunculos addiderunt, ut ſpeciem equorum praeberent. A C. Paetilio tribuno pl.} Poetelio. ex Capitolinis lapidibus. A FALLACI equitum ſpecie, agaſonibusque.} Vet. lib. Non habent uocem, Que. ita ut, Agaſonibus, appoſitiue dictum ſit. Fallax enim equitum ſpecies, nihil aliud erat, quam agaſones mulis impoſiti.

IGNOMINIA populi Romani inſignitior fuit.} Vet. lib. Inſignior. M. DVELLIO, L. Menenio tribunis plc.} M. Duilio, L. Maenio. ut ante. AD BELLA noua priore anno deſtinata Faliſci quoque hoſtes exorti.} Veteres quidam libri habent. Faliſci quoque noui hoſtes exorti. Verum non ſine menda. Non enim noui hoſtes Faliſci erant, quos ante domuerat Camillus. Suſpicor legendum, Noti hoſtes. ita ut uox Noti reſpondeat uocibus illis, Ad bella noua. De hoc bello Faliſcorum ſic Diodorus lib. XVI. ῥωμαίοις δὲ πρὸς φαλίσκους συνέστη πόλεμος. καὶ μέγα μὲν οὐδὲν, οὐδ' ἄξιον μνήμης ἐπετελέσθη.

NIHIL enim non per milites iuratos in conſulis uerba, quamuis pernicioſum populo, ſi id liceret, fieri poſſe.} Lego, Ferri poſſe. quia de militibus, qui legem nouo exemplo in caſtris tulerant, loquitur. INDE TERROR maximus fuit, quod ſacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusque praelatis inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbauerunt ſpecie.} Obſcure hoc a Liuio dictum eſſe ait Glareanus. at Frontinus lib. II. cap. IV. iiſdem fere utitur uerbis. Faliſci, & Tarquinienſes cum pluribus ſuorum in habitu ſacerdotum ſubornatis. faces & angues furiali habitu praeferentibus aciem Romanorum turbauerunt. Idem Veientes, & Fidenates facibus arreptis fecerunt. De his autem ſic ſcribit Florus, quaſi rem exponens Fidenae, quia pares erant ferro ad terrorem mouendum facibus armatae, & diſcoloribus ſerpentum in modum uittis furiali more proceſſerunt. Quod autem ait Florus de anguibus Fidenatum, id non eſt apud Liuium, qui ſic loquitur lib. IV. Ignibus armata ingens multitudo facibusque ardentibus tota collucens uelut phanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit.

CONCITATVR deinde nomen Etruſcum.} Sic Diodorus lib. XVI. τυῤῥηνοὶ δὲ διαπολεμοῦντες ῥωμαίοις ἀπέσυραν πολλὴν τῆς πολεμίας χώρας, καὶ μέχρι τοῦ τιβέρεως καταδραμόντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. QVIA nec per dictatorem.} Vet. lib. Et quia nec per dictatorem. INTERCEDENTIBVSQVE tribunis.} Vet. lib. Tribunis plebis. QVINCTO triceſimo.} Vet. lib. Quincto & triceſimo. ABLATO poſt nonum annum a plebe conſulatu.} XI. corrigendum eſt. i. undecimum. tot enim anni ſunt, ex quo plebeijs patuit conſulatus. Error ex notis natus eſt. IX. & XI. MEDIO in foro omnes uirgis caeſi.} CCCLIIX Tarquinienſes in foro Romae caeſos ſcribit. at Diodorus CCCLX. ſic enim li. XVI. ταρκυνίους δὲ ἄνδρας τ καὶ ξ δημοσίᾳ ἐθανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. VT SAMNITES quoque amicitiam peterent.} Diodorus his item conſulibus foedus inter Samnites, & Romanos factum ſcribit. SI PLEBEIVS iam magiſtratus fiat conſulatus, aut poſsidendum totum.} Vet. lib. Si plebeius iam magiſtratus conſulatus fiat, aut totum poſsidendum.

83 PRO T. Quinctio M. Popillium conſulem inuenio.} Diodorus etiam T. Quinctium edit conſulem.

ſulem. NEXVMQVE inibant.} .i.operas in ſeruitute pro pecunia, quam debebant, praebebant, auctore Varrone. VERVS belli terror inuaſit.} Vet. lib. Etiam uerus belli terror inuaſit. EA NE meritos crederet quiſquam hoſtes repente ſine cauſſa factos?} Sententia, quae obſcuriſsima Glareano uiſa eſt, haec eſt. Credibile non eſſet, eos qui tam magna beneficia populo R. dediſſent, hoſtes eius repente ſine cauſſa factos? Inde transfertur culpa aut in temeritatem eorum, qui feciſſent, aut in neceſsitatem. Q. PVBLIVS, & T. Aemilius.} Q. Publilius, & Ti. Aemilius. De Publilio ſupra dictum eſt. De Aemilio dicam haud ita multo poſt. CVI magiſter equitum adiectus L. Aemilius.} Vet. lib. Magiſter equitum ei adiectus eſt L. Aemilius. TENTATVM domi per dictatorem, ut ambo patricij conſules crearentur, rem ad interregnum perduxit.} Rectus huius orationis caſus eſt. Tentatum. Eiuſmodi forma dicendi uſus eſt ſupra. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem. QVIDAM Kaeſonem, alij K. cognomen Quinctio adijciunt.} Caeſo, & Kaius praenomina ſunt, non cognomina. Neque quiſquam qui latine locutus ſit, alio unquam modo loquutus eſt. niſi fortaſſe uitiatae uoces ſint, ut hoc loco. in antiquis enim libris legitur. Quidam Kaeſonem, alij cognomen Quinctio adijciunt. Quae lectio ueſtigia germanae lectionis oſtendit. quae eſt. alij C. nomen Quinctio adijciunt. Deprauatum eſt enim C. nomen, mutatumq. primum in Conomen, poſt in Cognomen. Nomen autem & praenomini, & cognomini congruit. QVIN cum Manlio Naeuio cenſor Marcius crearetur.} Si Marcius hic e plebe primus cenſor factus eſt, ut ait Liuius, profecto Manlius Naeuius hic patricius ſit neceſſe eſt. Nam ambo ex plebe cenſores ſero admodum fieri coepti ſunt. cum autem cenſores non niſi ex conſularibus fere crearentur, non eſt dubium, quin hic Manlius Cnaeus Imperioſus ſit, qui conſul ante fuit. Erroris autem cauſſam attulit praenomen Cnaeus, quod antiqui Naeum dixerunt. NVLLO terrore belli, ſed ne Licinia lex comitijs conſularibus obſeruaretur.} M. Fabiū non rei gerendae, ſed comitiorum habendorum cauſſa creatum eſſe ſignificat, ne conſul alter ex plebe ex lege Licinia fieret, ſed uterque patricius. Qua de lege lib. priore tradidit.

GALLICVM bellum Popillio extra ordinem datum.} Popillium item Appianus in Celtica egregie rem poſt Sulpicium geſsiſſe cum Gallis auctor eſt. POSTQVAM neque in equum dimitti agmen uidit.} Demitti legendum eſt. ut libro XXVII. In inferiorem campum equites Numidas Aſdrubal demiſit. & hoc libro paullo poſt. Quod totum in uallem infimam demitteret agmen. Idem error eſt, qui eſt in Digredi. Nam ubi de deſcenſu uerba fiunt, Degredi, ſic non Dimitti, ſed Demitti. 84

TRIARII erant.} De Triarijs, Principibus, & Haſtatis, Polybius lib. VI. Liuius libro IIX. Suidas in uoce [illegible]. nos etiam intra. IN campum digreſsis.} Degreſsis. ut ante dixi. REDDIDIT patribus poſſeſsionem priſtinam conſulatus.} .i. nomen nullius plebeij comitijs conſularibus accepit, ac neminem plebeium conſulem fieri paſſus eſt, contra quam M. Fabius dictator fecerat. COLLEGAM Ap. Claudium Craſſum dixit.} L. Camillus eſt, qui collegam Ap. Claudium dixit. Eſt autem legendum, P. Claudium, ex ueteribus libris Ciceronis de Senectute, ubi ait Platonem uenisſe Tarentum L. Aemilio, Ap. Claudio coſ. cum in ueteribus libris legatur, L. Camillo, ac P. Claudio. Confirmant hanc lectionem Capitolina quoque fragmenta, in quibus hic Claudius P.F. uocatur. Maximus enim natu filius ferme patris praenomen ferebat. INTER hos longe maximus exſtitit terror.} Vet. lib. Inter haec. CONSVL. alter Ap. Claudius.} P. Claudius. ut ante. De eius obitu ſcriptum eſt & in fragmento Capitolino. OB OMEN fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis.} Hoc ait quia pater eius Camillus Gallos proelio uictos urbe exegerat. patrem autem L. Furij M. Camillum fuiſſe docet ipſe poſt, cum ait, Paternae uirtutis memor. itemque Appianus in Celtica, ubi poſt Popillium a L. Furio Camilli filio Gallos deuictos eſſe ſcribit. CVM IN agrum Pomptinum deſcendiſſet.} Gallos item in agro Pontino conſediſſe his conſulibus tradit Gellius libro IX. cap. XI. QVATIENSQVE ſcutum haſta.} Gellius eodem in loco dixit, manu telum reciprocans, nimirum ex antiquo aliquo Annali totam hanc Galli, & Valerij pugnam ſumens. INDE Apuliam ac mare inferum petierunt.} Malim & ipſe, ſuperum, ut Glareanus. Volſci enim ad inferum, Apuli ad ſuperum mare ſunt. AEMVLVMQVE decoris ſui.} Quia T. Manlius, qui comitia habebat, Gallum & ipſe ſingulari in certamine obtruncarat. M. VALERIVM Coruinum. id enim illi deinde cognominis fuit.} Scribe, Coruum, non Coruinum. ſic enim eſt in Capitolinis tabulis, & ueteribus pleriſque libris. Egregie. Vt enim Albus, Rufus, Craſſus, Luſcus, Longus cognomina primum inuenta ſunt, poſt autem Albinus, Rufinus, Craſsinus, Luſcinus, Longinus ſubſecuta ſunt, ſic qui primus cognomen hoc tulit, Coruus, poſteri Coruini appellati ſunt. CVIVS populi ea, cuiuſque gentis claſsis fuerit, nihil certi eſt, maxime Siciliae fuiſſe tyrannos crediderim.} Vereor, ut claſsis ea Timoleontis Corinthij fuerit, qui priore anno Dionyſium tyrannum Syracuſanum uicit, & regno exegit, legeſque Siciliae uictor dedit, ut ſcribit lib. XVI. Diodorus, qui idem fortaſſe Italiae quoque oram tanta elatus uictoria claſſe tentauerit. Idem tamen poſt Poſtumij tyranni praedonis, aliorumque quorundam, quos idem Timoleon ſuſtulit, meminit.

T. MANLIO Torquato, C. Plautio ſecundum conſulibus.} In ueteribus lib. nota iterati honoris eſt adiuncta Torquato. & abeſſe tamen ab utroque debet. Nam nec Caſsiodorus eam affert, & Torquatus in Capitolinis tabulis ea caret. quia numquā ante conſulatum cepit, cum tamen bis dictaturam geſſerit. 85

geſſerit.& poſt iterum,tertiumque conſul eſſe, non tertium, quartumque traditur. Neque uero Plautius ea nota affici debet,quia non eſt idem cum eo,qui paullo ante conſul fuit, ille enim Proculi cognomen tulit,hic(ut opinor)Hypſaei.Qua de re dicam in ſecundo huius conſulatu. IN PENSIONES aequas triennij.} Vet. lib. In triennium. M. FABIVS Dorſuo.} Dorſo. ut ſupra dixi.

QVID illis nos ſolicitis, ac pendentibus animis renunciare iubeatis.} Et hoc etiam in loco Animi recte reponit Florebellus.

AD EANDEM aedem.} Vet.lib.Ad eam aedem. SIMILI uetuſto montis Albani prodigio.} Hoc prodigium factum eſt Tullo Hoſtilio regnante.ut ſcripſit libro primo. AMBO patricij conſules creati ſunt.} Priore etiam anno ambo patricij conſules fuerunt. (cuius tamen rei non meminit,) Fabius,inquam,& Sulpicius. POPVLVS nos Campanus legatos.} Haec petitio Campanorum expreſſa eſt ex primo libro Thucydidis,quo in loco Corcyraei auxilium ab Athenienſibus petunt.Quod quiſque intelliget, qui utraſque orationes comparabit. NON LOQVOR apud recuſantem iuſta bella populum. Sed tamen ſi oſtenderitis auxilia ueſtra, ne bello quidem arbitror uobis opus fore.} Glareanus mendoſe habere putat illas uoces, Sed tamen,legendumque, Sed tantum. neque intelligit correctionem hanc eſſe oratoriam.ita.Quamquam quid dixi bella, neq. enim ſi oſtenderitis auxilia ueſtra,bello ullo opus fore arbitror.

86 AD SATRICVLAM.} Saticulam. ſic enim libri ueteres, ſic Velleius libro primo, ſic Diodorus, ſic Stephanus. uterque enim σατίκυλαν edit. MONTEM Gaurum.} Huius montis meminit Florus, Cicero contra Rullum,Plin.lib.III.cap.V. MOLLITIAQVE ſua, quam ui hoſtium uictos eſſe.} Vet. lib. Quam uirtute hoſtium. VTRVM qui audiendus magnificus dumtaxat adhortator ſit.} Glareanus legendum putat, Vtrum audiendus, qui magnificus dumtaxat adhortator ſit. quaſi uero non optimus ſenſus eliciatur ex hac lectione. i. utrum qui imperat, & cui obediendum eſt ſit,tantum magnificus adhortator.ſic paullo poſt. Hoc ſilentium in me audiendo ſeruandum eſt. NON factionibus modo,nec per conciones uſitatas nobilibus, ſed hac dextra mihi tres conſulatus, ſummamq. laudem peperi.} Glareanus tollendam uocem,Modo,putat. quia eadem quoque praeceſſerit.Nec diſciplinam modo,ſed exemplum etiam a me petere. neque uidet illam, ſolum, ſignificare, hanc uero, nuper. atque ita utramque locum habere.Ceterum legendum eſt,per coitiones, non conciones. Quid autem ſit in petendo magiſtratu Coitio,ſupra oſtendi, cum alia loca emendaui. FACTIS benignus pro re,dictis haud minus libertatis alienae,quam ſuae dignitatis memor.} Senſus huius loci, quem ſe ignorare Glareanus fatetur, eſt, factis,inquit, habita perſonae, & temporis ratione liberalis erat, dictis ita cautus, ut non minus aliorum libertatis, quam ſuae dignitatis rationem haberet. Dicta autem Latini uocant,quae Graeci ἀποφθέγματα. QVADRINGENTORVM annorum decora.} Hic annus eſt CDXII ab Vrbe condita.non enim ubique rotundi poſtulantur numeri. CACVMEN illud ſupra hoſtes.} Aſperum, editumque locum intelligit, quem uerrucam appellat Cato, ubi de ſimili facto Calpurnij Flammae tribuni mil. bello Punico primo agebat in Originibus auctore Gellio libro III. cap.VII.

87 DIGRESSOS in uallem.} Degreſſos.ut ante. QVAENAM illa inſcitia belli, ac pigritia eſt, quonam modo iſti ex Sidicinis.} Vet.lib.Aut quonam modo. QVAE pars maior erit, eo ſtabitur conſilio.} Vet.lib. Eius ſtabitur conſilio. ECCE hoc aliud minus dubium.} Vet.lib. Ecce autem aliud. DECIVS cum non fallerent,clamorem tollere iuſsis militibus.} Vet. lib. Quando non fallerent.alij. Quoniam non fallerent. CENTVM bobus,eximioque uno albo.} Eximium ſacrificale uerbum eſt,de hoſtijs dictum,quae ad ſacrificium deſtinatae eximantur e grege. auctor Macrobius lib. III. GRAMINEAM coronam obſidionalem.} De hac corona Gellius lib.V.cap.VI. itemque de ceteris. AD SVESSVLAM.} Sueſſulani, ut ex hoc loco apparet, Campani erant.

QVAM in exiguum orbem contracta caſtra eſſent, paucitatem inde militum colligentes.} Vet. lib. Quod in exiguum.probo. CAMPANORVM deinde,Sueſſanorumque.} Legendum, Sueſſulanorum,a Sueſſula,ad quam pugnatum eſt.non a Sueſſa,quod alia quam Sueſſula ſit.

88 IAM TVM minime ſalubris militari diſciplinae Capua.} Hoc dictum eſt propter hiberna Hannibalis, cuius Capuae corruptus exercitus eſt. EODEM ſcelere adimendae Campanis Capuae, per quod illi eam antiquis cultoribus ademiſſent.} Hac de re lib. IV. Capuam Etruſcorum urbem Samnites cepere prius bello fatigatis Etruſcis,in ſocietatem urbis,agrorumq. acceptis, deinde feſto die grauatos ſomno epulisque incolas ueteres noui coloni nocturna caede adorti. Idem Strabo lib.V.

IN VRBE inſidentem labem creſcentis in dies fenoris pati.} Vet. lib. Tabem. PER TRIBVNOS comperta & aetate haberet,& uſu doctus.} Vet.lib.Comperta haberet,& aetate, & uſu doctus.

IAM VALIDO admodum numero manus erat.} Vet.lib.Valida. IN SACRVM montem.} In ſacrum montem ſeceſsio facta pro libertate plebis, in Auentinum pro pudicitia. Liuius lib. II.& III. QVAMQVAM uel iniquis ſtandum eſt potius.} .i. uel quantumuis iniqua condicio accipienda eſt. ORAVIT, ut cauſſam.} Vet.lib.Orauitque ut cauſſam. IN LVCO Petilino.} lib. VI. Petelinum lucum appellauit.Plutarchus etiam in Camillo πετηλῖνον ἄλσος. apud Varronem de lingua Latina. libro IV.eſt Petilius, pro Petelinus, per mendum. ORAVIT etiam bona uenia Quirites.}

rites.} Sic ſupra lib.VI. Putate me ex media concione unum ciuem ſucclamare: Bona uenia ueſtra li-
ceat, ex his rogationibus legere, quas ſalubres nobis cenſemus eſſe. Et ne particeps eorum eſ-
ſet.} Vet.lib. Nec particeps eorum eſſet. placet.

Romae eorum multitudinem coniuratorum ad arma conſternatam eſſe.} Conſternari eſt erigi, 89
& concitari, hoc loco. ut lib. IIX. Tumultu ſanos etiam conſternante animos. & lib. XXXIV. Conſterna
tio muliebris, pro ſeditione mulierum. Sic Marcellus.

IN. EPITOMEN. LIBRI. IIX

Laborantibus Romanis P. Decius tunc cum Manlio deuouit ſe.} Vet.lib P. Decius deuouit
ſe. Malim: P. Decius tunc cum Manlio conſul deuouit ſe. Ausonibus uictis in opidum Cales co
lonia deducta eſt.} Vet.lib. In opidum ex ijs captum Cales. Victi bello, & obſidione.} Vet.lib.
Bello & obſidione uicti. Q. Publio, qui eos obſederat primum imperium prolatum, & per
conſules ei decretus triumphus.} Ex Capit. Triumphis, & ipſius Liuij uerbis legendum eſt. Q. Pu-
blilio, qui eos obſederat primo, & imperium prolatum eſt, & proconſuli decretus triumphus. ſenſus
eſt. Q. Publilius primus fuit, cui in inſequentem annum prorogaretur imperium, & qui non conſul,
ſed proconſul triumpharet. C. Publio.} C. Publilio. Contra edictum eius proe-
liatus eſt, qui proſpere aduerſus Samnites pugnauit.} Vet.lib. Contra edictum eius proſpere aduer-
ſus Samnites pugnauit.

IN. LIBRVM. IIX

Consvles erant C. Plautius iterum.} Glareanus C. Plautium tertium legit. atque hunc C.
Plautium Venocem eſſe cenſet. in quo multiplex error eſt. primum quod C. Plautij Proculi conſula-
tum, quem ille geſſit anno CCCXCVII huic C. Plautio tribuit. deinde quod hunc Venocis cognomi-
ne afficit, cum Hypſaeus potius appellandus ſit. De Proculo ſcriptum eſt in Capitolinis tabulis. de Hy-
pſaeo in nummis argenteis. Hic enim C. Plautius Priuernum in hoc conſulatu cepit, auctore Liuio.
Itaque eſt apud patrem tuum nummus cum his litteris:

ab una parte, { C. YPSAEVS COS. PRIV. CEPIT. } ab altera, P. YPSAEVS S. C.

Videtur autem P. Hypſaeus is fuiſſe, qui nummum cudendum curarit, qui nobilitandae familiae cauſ-
ſa unum ex ſuis maioribus clariſſimi tituli uirum ab altera (ut fiebat) parte nummi inciderit.

Prius ad Priuernum profectus.} Vet.lib. Prius Priuernum. Recensentibus, quos uiros
in acie amiſiſſent.} Vet.lib. Quot uiros. T. Aemilius praetor.} Ti. Aemilius. Nam Diodo-
rus hunc in conſulatu [illegible] nominat. ſupra etiam alius Ti. Aemilij meminimus ex Dionyſio.

Quo minus perpetua amicitia eſſet.} Vet.lib. Perpetua cum eis amicitia. Inde exercitus Ro
manus ductus.} Vet.lib. Deductus. ſic paullo poſt. Reductae Romam legiones. ut fortaſſe recte. Romã
deductus, legi poſſit. Ex his tot populis ingens exercitus.} Vet.lib. Vnus ingens exercitus.

Dvo interreges fuerunt, M. Valerius, ac M. Fabius, creauere conſules.} Vet.lib. Is creauit conſu-
les. Recte. ut de poſteriore interrege Fabio intelligatur. In Italiam claſſe appuliſſe.} Vet.lib. Claſ
ſem. ſic lib. X. Claſsis Romana cum appulſa Pompeios eſſet. Hunc Alexandrum Moloſſum uocat Gel.
lib. XVII. ubi de hoc eius in Italiam aduentu ait. In alio tractu orbis.} In Aſia ad Orientem. Ad-
huc tamen Philippus Alexandri pater uiuebat, nec in Aſia res gerebantur, ſed in Graecia. auctor Dio-
dorus. L. Nvmitivm.} Numicium. Graeci enim [illegible]. Evocatos ſe ab Senatu docẽt
Romano.} Quid ſi Romam, legas?

Cvm plus ducentorum annorum morem ſolueremus.} Elatorie loquuntur Latini. non enim niſi 90
CLX anni numerantur a pugna ad lacum Regillum, qua uicti a Romanis leges acceperunt, ad hunc an-
num. niſi a foedere cum L. Tarquinio icto initium ſumas. Qvoniam uires quoque aequari dijs
immortalibus placuit.} Vet.li. Quando uires. Est caeleſte numen. es magne Iuppiter.} Sic li. III
Dum pro ſe quiſque deos eſſe, & non negligere humana fremunt. Agitatvm etiam in conci-
lio eſt, ut ſi quando umquam ſeuero ullum imperio bellum adminiſtratum eſſet, tunc uti diſciplina mili
taris ad priſtinos redigeretur mores.} Malim, Tunc utique. quod eſt tunc omnino, tunc maxime. alio-
quin uacet neceſſe eſt aut Vt, aut Vti. Praeerat Geminius Metius.} Meminit huius etiam Va-
lerius. ſic Vet.lib. Hic quoq. efficiemus profecto, ne nimis acies uobis, & collata ſigna nobiſcum
cordi ſint.} Vet.lib. Ne quid minus, quam acies uobis &c. Ignarvs facti, futuriq. laus an poena
merita eſſet.} Sic Vet.li. At Fati, malim. hoc ſenſu. Ignarus fatalis futuri ſupplicij, ſiue laus, ſiue poena a
ſe merita eſſet. ſic etiam ante. Praeceps ad id certamen agitur, quo uinceret, an uinceretur, haud multũ
intereſſet. Et, Mouet iuuenis animum inexſuperabilis uis fati. Fvit enim ciuili maxime bello pu
gna ſimilis.} Vet.lib. Fuit autem ciuili. & recte. Eſt enim nouae narrationis initium.

Clypeis Romanis.} Quales clypei fuerint, exponit pluribus lib. VI. Polybius. eum 91

enim credo eſſe clypeum, quem πάρμην uocat, ſcutum uero quod θυρεόν. Prima acies haſtati erant &c.} Secus de Romana militia Polybius, quam hoc loco Liuius agit de Latina, ita tamen, ut quid ille ſentiat, facilius, quam quid Liuius, intelligi poſſit. Legionem enim quattuor millium peditũ fuiſſe ſcribit. Eam uero in quattuor partes diuidit; Velites, quos γροσφομάχους appellat, Haſtatos, Principes, & Triarios. primos natu minimos, extremos maximos, medios inter utroſque interiectos fuiſſe, praeterea Triarios ſexcentos, Principes, itemque Haſtatos ſingulos mille & ducentos, Velites inde mille. Sin autem legio maior fuerit, tum praeter haſtatos reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuiſſe. Haſtatos praeterea in x partes diſtributos, ac ſingulis earum Centuriones duos praefuiſſe, itemque in Principibus, ac Triarijs. Velites porro in parte aequales diuiſiſſe, iiſque ſeparatim cẽturiones duos praefeciſſe. partes has σπεῖραν, τάγμα, σημαίαν, praefectos ταξιάρχους, κεντυρίωνας nominat. Haec ille. Liuius autem primam aciem Haſtatos facit, i. leues milites, ac ſcutatos, in eamque pubeſcentes ad militiam omnes conijcit. alteram Principes una cum ſcutatis, quos ante pilanos uocabant. tertiam ex xv ordinibus conſtituit, quorum unuſquiſque tres partes haberet, earum unamquamque primum pilum uocabant: ex tribus uexillis conſtabat, Triariorum, Rorariorum, & Accenſorum. In nominibus autem, Ordo, & Manipulus, atque in ſumma militum ex uerbis eius concipienda, mira obſcuritas eſt. Qvattvor fere legiones quinis millibus peditum.} Mallem legi. legiones fere quinis. nõ enim de numero legionum ambigit, ſed de numero militum cuiuſque legionis. Libro autem priore, quaternum millium & ducenorum peditum fuiſſe legionem ſcribit. & lib. xxii auctam eſſe uſque ad quina millia. ſic enim ait. Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in ſingulas adiectis, ut quina millia peditum, treceni equites eſſent. quo ex loco apparet ante tempus illud, non niſi quaternum millium eam fuiſſe. quemadmodum aperte quoque ibi Polybius ait. Eadem dubitatio de equitibus incidit, quos hoc tempore trecenos uocat, cum ſecundo bello Punico centum adiectis primum trecenos factos eſſe ſcribat, Fortaſſe autem haec non ad hoc, ſed ad illud tempus accommodauit. Dvo primi pili.} Nomina horum centurionum omiſit, Romani, & Latini. Pares ordines duxerunt.} Malim, Duxerant. Havd procul radicibus Veſuuij mõtis.} Ad eaſdem radices caſtra poſita fuiſſe ſcribit Valerius lib. i. cap. v. Decio capvt iecinoris a familiari parte caeſum haruſpex oſtẽdiſſe dicitur.} Feſtus Peſtifera auſpicia fuiſſe ait, ubi caput in iecinore non fuiſſet. Fuiſſe autem & Fiſſum, & caput iecoris apparet ex lib. ii. Ciceronis de Diuinatione. Fiſſum, inquit, familiare tractant, & uitale caput iecoris ex omni parte diligentiſſime conſiderant. Vnde Lucanus in primo Pharſaliae.

Ecce uidet capiti fibrarum increſcere molem,
Alterius capitis pars aegra, & marcida pendet,
Pars micat.

Quod autem Cicero familiare fiſſum, & Liuius caput a familiari parte caeſum aiunt, eo pertinet, quod pars una hoſtis, altera familiaris dicebatur. Vnde Lucanus. Venaſque minaces Hoſtili de parte uidet. Si ab collega litatum eſt.} Vet. lib. Si ab collega proſpere litatum eſt. Precor, ueneror, ueniam peto.} Sollemnia in eiuſmodi deuotionibus uerba. Quae adhibet etiam Macrobius lib. iii. ubi de ratione urbium, & exercituum deuouendorum agit. Signvm ſeptem
92 pedes altum.} Signum opinor uocare imaginem eius hominis, qui deuotus non eſt mortuus. mortem. n. eius defoſſione imaginis & hoſtiae caede repraeſentari uoluerunt. Et piacvlvm hoſtia caedi.} Niſi quid uitij, ineſt, Piaculum caedi, dixit, pro fieri. Nam paulio poſt ait. Marti Sue oue taurilibus piaculum fieri. Svb ove taurilibus.} Olim Solitaurilibus legebatur. At Feſtus docet rationem, cur & Solitaurilia, & Sue oue taurilia defendi poſſint. Vescia urbs eis receptaculum fuit.} Stephanus. Βεσκία πόλις αὐσόνων. Hoc dixi, quia Glareanus ſe nuſquam alibi legiſſe hoc nomen ait. Inter Sinueſſam Minturnaſque is locus eſt.} Hinc Diodorus lib. xvi ait Latinos, Campanoſque ad Sueſſam hoc anno uictos. uitioſe pro ad Sinueſſam. ῥωμαῖοι δὲ πρὸς λατίνους, καὶ καμπανοὺς παραταξάμενοι περὶ σύεσσαν πόλιν ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἡττηθέντων μέρος τῆς χώρας ἀφείλαντο. ὁ κατορθώσας τὴν μάχην μάλλιος ὁ ὕπατος ἐθριάμβευσε.

Latium, Capuaq. agro multati.} Vet. lib. Latini, Capuaque. Post diem decimum Latinarum.} Vet. lib. Decimam. Latinae feriae per quattuor dies agebantur, poſt x diem, quam actae erant renouabatur hoc foedus. Fvere autem mille, & ſexcenti.} Ne quis de hac lectione dubitet, ita etiã in lib. uet. eſſe ſcito. T. Aemilius Mamercus.} Ti. Aemilius Macercinus, Diodorus & uet. lib.

Q. Pvblivs Philo.} Publilius, ut ante. Ab Lanvvio, Antioque} Lauinio. ex uet. lib. ut poſt dicam. Qva cupiditate offenſus patribus, negantibuſque.} Procul dubio legendum eſt, offenſis patribus. praeſertim cum ſubſequatur. Negantibuſque. Aemilius cuius tum faſces erant.} Vet. lib. Cui. ut lib. i. Brutus prior concedente collega faſces habuit. & alibi de eadem re. Penes quem ſumma imperij erat. Dictatvra popularis.} Lego, Dictator popularis. nam ſequitur. leges tulit. alioquin fiet, ut dicamus. Dictatura leges tulit. ſic Vet. lib. Magister equitum Iunius Brutus.} Hic eſt D. Iunius Brutus Scaeua, qui poſt conſul erit. Vt plebiſcita omnes Quirites tenerent.} Contra alij. ut Plinius, Gellius, & Iuriſconſulti, qui hanc legem primum latam eſſe a Q. Hortenſio dictatore ſcribunt. ut poſt dicam in epitoma lib. xi. Tertiam, ut alter utique ex plebe, cum eo uentum ſit, ut utrumque plebeium fieri liceret, cenſor crearetur.} Miror non hoc loco nota-

tum

tum eſſe a Glareano Liuium, qui ſcripſerit eo uentum eſſe, ut utrumque cenſorem plebeium fieri liceret, cuius rei nihil ante meminerit. Nam de altero tantum occupato a plebe cenſurae loco egit. Hoc tamen ſi quis fecerit, iniuſte faciet. legitur enim mendoſe in uulgatis libris. recte autem in manuſcriptis ſic. Cum eo uentum ſit, ut utrumque plebeium conſulem fieri liceret. ſenſus eſt. Vt, quoniam quod grauius erat, conceſſum eſt a patribus, utrumque conſulem ex plebe fieri, concedant id etiam, quod leuius eſſe uidetur, ut alter utique cenſor ex plebe fiat. De utroque autem conſule plebeio lata lex eſt anno CDXIII. ut ait Liuius lib. VII. extremo. L. Fvrio Camillo, C. Maenio conſulibus. } Plin. lib. XXXIV. cap. V. C. Maenium cum Liuio conſules edit. Diodorus [illegible]. C. Maenius P. F. P. N. in Cenſura, & Dictatura eius Capitolina dicitur. at collega L. Furius Sp. F. M. N. Camillus, ex quo apparet errare Glareanum, qui hunc iterum conſulem eſſe ſcribendum putat. quaſi uero idem ſit, atque ille, qui ante & conſul & dictator fuit, cum ille M. F. hic Sp. F. M. N. ſit hoc modo.

M. Furius Camillus. Tr. mil. an. 352.

M. Furius Camillus Tr. mil. an. 354. 357. 361. 370. 372. 375. Dictator 359. 365. 367. 387. 388.

M. Furius Camillus mort. in damnatione patris. Liuius. Plutarchus.

Sp. Furius Camilli dictat. F. praetor primus. 389.

L. Furius Camillus dictatoris F. dict. 405. 410. coſ. 406.

L. Furius Sp. F. M. N. Camillus. coſ. 417. 430.

Insignetivs omiſſa res. } Vet. lib. Inſignius. Aricinos, Lanuuinoſque, & Veliternos Antiatibus Volſcis ſe coniungentes ad Aſturae flumen Maenius improuiſo adortus fudit. } Quemadmodum paullo ante ab Antio, Lauinioque dixit, ſic hoc loco, Aricinos, Lauinioſque, legendum puto. Me in hanc ſententiam adducunt cum libri ueteres, tum maxime Capitolini lapides, in quibus hic C. Maenij triumphus his uerbis deſcriptus eſt.

C. Maenivs. P. F. P. N. cos. de. antiatibvs. an. CDXV
Laviniebis. Veliternbis. pridie. K. Octob.

Quoniam autem in his duorum opidorum nominibus tanti errores implicant non ſolum Latinorum, ſed etiam Graecorum auctorum, ut uix Lauiniũ a Lanuuio diſtinguere uel diuturna attentione queas, non alienum ab hoc inſtituto eſſe duxi, notas quaſdam afferre, quibus alterum ab altero prudens lector internoſcere poſſit. Eſt autem illa una, quod Lauinium ab Aenea, ut omnes, Lanuuium a Diomede ut Appian. lib. II. ait, conditum eſt. Altera quod Lauinium colonia, Lanuuium municipium fuiſſe traditur. De Lauinio ſcriptum eſt in Epitome lib. LXX. Marius Antium, & Ariciam, & Lauinium colonias deuaſtauit. De Lanuuio in oratione pro Milone, pro Murena, & apud Pedianum. Tertia, quod Lauinij conſules Veſtae, & penatibus ſacrã peregerint, Lanuuij uero Soſpitae Iunoni. Illius hiſtoriae auctor eſt Dionyſ. lib. I. & Macrobius lib. III. cum ait. Conſules & praetores, & dictatores cum ineũt magiſtratum Lauinij rem diuinam faciunt penatibus pariter, & Veſtae. Huius Cicero pro Murena. Nolito, inquit, a ſacris patrijs Iunonis Soſpitae, cui omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum, & ſuũ conſulem potiſſimum auellere. Erat autem Murena e municipio Lanuuio, ut ipſe paullo ante ait. Quarta quod Lauinium longius abeſt a Roma, quam Lanuuium. Diſtat enim a mari quattuor ſtadia, ut ait Dionyſius lib. I. ſitum inter Oſtiam, & Antium auctore Strabone lib. V. At Lanuuium abeſt a Roma ſtadia CL. ut ait App. lib. II. ita ut auctore Strabone ab eo mare, & Antium proſpici poſſit, haud procul ab Aricia, quae CLX. ſtadia abeſt in Appia uia ſita. Ipſa tamen inter ſe non admodum diſtantia uidentur fuiſſe. Quae res maiorem etiam erroris cauſſam praebuiſſe uidetur. Horum etiam opidorum populos commemorat Dionyſ. lib. V. [illegible] i. Laurentes, Lanuuinos, & Lauinios. Ac Stephanus qui lem etiam [illegible] populos edere [illegible] ait. Vbi uero ait [illegible] dubitationem affert, quia Dionyſij ex V. libro teſtimonium profert, ne mendoſe pro Laurento, aut pro Lanuuio ſit. Apud Dionyſium etiam uox illa [illegible] uitioſe uidetur eſſe, pro [illegible]. Verum ut dixi mira horum nominum deprauatio eſt. Ad astvras flumen. } Vet. lib. Ad Saturam flumen. Ego tamen legendum puto Ad Sturam flumen. nam Feſtus in uocibus incipientibus a littera S ait, Stura fluuius eſt in agro Laurenti. Item Strabo lib. V. eundem in his locis fluuium [illegible] uocat.

Maxime ualido exercitu, maiore mole. } Maiore mole, quod Glareanus ait neſcire ut intelligatur, eſt, maiore apparatu. Nam quia de Maenio dixit, Aricinos improuiſo adortus fudit, hinc oponit At Camillus Tiburtes, maiore mole, quamquam aeque proſpero euentu. Opida Latina omnia, & Antium ex Volſcis, aut ui capta, aut recepta in deditionem. } Quamquam Volſci Latini

erant, tamen Latinorum numero haud habiti eſſe uidentur, ſcilicet, quia foedere Latino non continebantur. Captum ergo ait Antium Camillus, quod tamen nominatim ſupra non eſt expreſſum a Liuio, niſi cum dixit: Nec quieuere ante, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes Latium omne ſubegere. ET VESTRAM itaque de eis.} Placet antiqua quorundam librorum lectio, & ueſtram utique. Quae lectio deſiderare uidetur, ut uerba illa, Tot populos &c. parentheſi includantur, atque hoc modo tota ſententia colligatur. Sed maturato opus eſt, quidquid ſtatuere placet. (tot populos inter ſpem, metumque ſuſpenſos animi habetis.) & ueſtram utique de eis curam quamprimum abſolui, & illorum animos dum exſpectatione ſtupent ſeu poena, ſeu beneficio praeoccupari oportet.

93 LANVVINIS ciuitas data. ſacraque ſua reddita cum eo, ut aedes, lucuſque Soſpitae Iunonis communis Lanuuinis municipibus cum populo R. eſſet.} Quamquam in quibuſdam libris eſt, Lauinijs, tamen Lanuuinis, legendum eſt. nam de Municipio, deque ſacris Iunonis Soſpitae mentio fit. Hoc autem primum tempore Lanuuini municipes facti ſunt una cum alijs Latinis multis, quos numerat Liu. Hac de re Cicero pro Cornelio, ſic. Itaque ex Latio multi & Tuſculani, & Lanuuini, & ex ceteris generibus gentes uniuerſae in ciuitatem ſunt receptae, ut Sabinorum, Volſcorum, Hernicorum. Neque uero moueat quemquam, quod Lanuuinis ciuitatem datam ſcribat, quos ne uictos quidem ante tradiderit. Nam, ut dixi, ſatis habuit dicere. Neque ante quieuere, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes, Latium omne ſubegere. TVSCVLANIS ſeruata ciuitas, quam habebant.} Data eſt ciuitas Tuſculanis auctore Liuio an. ab V.C. CCCLXXV. ut merito Cic. pro Plancio municipium antiquiſſimum uoce Tuſculum. VELITERNOS ueteres ciues Romanos.} Velitrae colonia deducta eſt anno ab V.C. CCLX. lib. II. ET ANTIVM noua colonia miſſa.} Ea primum deducta fuit an. ab V.C. CCXXCV. ARMA quondam.} Hac de re libro priore dictum eſt.

CVIVS Capuam.} Capuam agro multatum tantum dixit ſupra. Latini Capuaque agro multatis.

ROSTRISQVE earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit. Roſtraque id templum appellatum.} Hinc Plin. lib. XVI. cap. IV. Antea roſtra nauium tribunali praefixa fori decus erant, uelut populo R. ipſi corona impoſita. & Cic. in Vatin. In roſtris in illo inquam augurato templo, ac loco. & pro lege Manilia. In eum ipſum locum adſcendere, quem maiores ex ſuuijs nauticis, & claſſium ſpolijs ornatum reliquiſſent. P. AELIO Peto.} Paeto ex Capit. lapid. & nummis argenteis. SVESSAM communiſſe.} Vet. lib. Commeaſſe. Recte. nam inquit Auruncos opidum antiquū ſuum deſeruiſſe, ac profugiſſe. Nomen autem eius opidi Aurunca fortaſſe fuit, quo deinde nomine Sueſſa ipſa etiam affecta eſt. Sic Auſonum fuit opidum Auſona. VIVA ſub terram ad portam Collinam dextra uia ſtrata defoſſa eſt.} Cur ſub terram ſtratam dicat, exponit Plut. in Numa, ubi de poena Veſtalium agit. [illegible] Eo in loco (ad portam Collinam) praeparatur ſub terram domus haud admodum magna, in ea uero lectus eſt ſtratus. SCELERATO campo, credo ab inceſto id ei loco nomen factum.} Vet. lib. Ac inceſtu. at Feſtus. Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo uirgines Veſtales, quae inceſtum fecerunt, defoſſae ſunt. QVI negabat rationem eius ſe habiturum.} i. nomen eius candidati non recepturum. conſules enim praetoria comitia habebant. MINVS in praetura intendente.} Vet. lib. Tendente. quod ſaepe uſurpat Liuius. CAESONE Duellio.} K. Duilio, ut ſupra. nota huius praenominis mendum peperit in epiſtola Cic. ad Paetum. cum ait L. Papirius Craſſus quadriennio poſt quam dictator fuit, conſul factus eſt cum C. Duilio. cum ſit legendum. K. Duilio. L. AEMILIVM Mamercum.} Mamercinum. ex uet. lib. Quo praenomine multi Aemilij uſi ſunt. T. VETVRIVS, Sp. Poſtumius.} Caluinus ille, hic Albinus uocatus eſt. Liuius auctor lib. IX. Plut. in Parallelis. L. CORNELIVS iterum.} A. Cornelius eſt ſcribendum Caſſiod. Diodoro, & uet. lib. atteſtantibus. eſt autem is, qui conſul ante fuit an. CDXII. ADVERSVS regem exſcenſionem a Paeſto facientem.} Vet. lib. omnes, Exſcenſionem habent. quomodo alio loco locutus eſt Liuius. ut lib. XXII. Exſcenſu e nauibus in terram facto. & li. XXIIX. ad Erythras exſcenſionē fecit. Quae lectio placet, ſi Ad Paeſtum, legamus. at placet alijs, excurſionem, legi. Quod etiam probatur, ſi, A Paſto legatur, cum paucis ante annis idem Alexander appuliſſe claſſem in Italiam ſupra dicatur. T. VALERIO conſulib.} Nuſquam alias Titi praenomen in gente Valeria comperi. Quare aſſentior Diodoro, & Caſſiodoro, qui hunc conſulem C. Valerium uocant. Q. FABIVM Maximum aedilem.} Adhuc Maximus non dicebatur, nam poſt in cenſura id cognomen inuenit. IN ſeceſſione quondam plebis.} Hac de re antea nihil Liuius. ſeceſſit primum plebs in montem ſacrum, eius ſedandae cauſſa Dictator M. Valerius creatus eſt. iterum in Auentinum, per conſules reducta eſt. denique ſeceſſit exercitus, per M. Valerium Coruum dictatorem res compoſita eſt. Liu. lib. II. III. & VII. nuſquam autem claui figendi mentio facta eſt.

94 L. PLAVTIVS Venox.} Venno ſcribendum eſt ex ſecundo huius conſulatu Capit. Nam qui Venox eſt dictus, is & Caij praenomen tulit, & multis poſt annis in cenſura illud cognomen inuenit. ſunt autem cognomina duo Venno, & Venox, utrumque Plautiorum. uerum librariorum incuria alterum prope ex hominum memoria euulſum eſt, & a ſcriptoribus Capit. modo reſtitutum. EX VOLSCIS

Fabraterni,& Lucani Romam uenerunt orantes,ut in fidem reciperentur.} Vox,Lucani,mendum habet.neq. enim Lucani aut Volſci ſunt,aut Volſcis uicini, neq. ita per ſe inualidi,ut a Samnitibus quidquam timere poſſent,quibus paullo ante erant amici. praeſertim uero cum dicat haud ita multo poſt. Lucani,atque Apuli,quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo R.fuerat, in fidem uenerunt.

Qvae Vacci prata diruto aedificio,publicatoq. ſolo appellata.} Hinc Cicero pro domo In Vacci pratis domus fuit M.Vacci quae publicata eſt,& euerſa. Sana conſtare mens.} Vet.lib. Sanc.

Fvndanis pacem eſſe.} Vet.lib.Fundis. quod placet.dixit enim,Priuerni hoſtes eſſe.

Carceres eo anno in circo primum ſtatuti.} Varro lib.iv. de lingua Lat. In circo primo, unde mittuntur equi,Carceres dicuntur,dicti quod coercentur equi,ne inde exeant ante, quam magiſtratus ſignum miſit. Consvles noui L. Aemilius Mamercus,& Cn.Plautius.} Scribe L.Aemilius Mamercinus,& C. Plautius. De Mamercino teſtantur & uetera,& Capitolina monumenta.de C.Plautio triumphus eius Capitolinus.in quo ipſe ita deſcribitur: C. Plavtivs. P. F. P. N. Decianvs. ſunt enim multi per haec tempora illuſtres Plautij, ſed diuerſis cognominibus praediti. Proculo, Hypſaeo, Vennone, Venoce, Deciano. Hunc tamen adoptionis cognomine uti cenſeo,non familiae.

In ſacello Sangi uerſus aedem Quirini.} Vet.lib.Aduerſus aedem. Si bonam dederitis.} Idem tradit Valerius lib.vi.cap.ii. P.Plavtio Proculo, P. Cornelio Scapula.} Pro Plautio Diodorus edit A.Poſtumium.ſic enim eſt apud eum. αὖλος ποστούμιος πόπλιος κορνήλιος.Fregellas,Signinorum is ager,deinde Volſcorum fuerat.} Satis apparet ex locorum deſcriptione, Sidicinorum legendū, qui populi fuerunt inter Volſcos,& Campanos,non Signinorum,quae urbs fuit in Latio. Proximis comitijs abſens praeſentibus praefertur.} Vet.li.omnes. Abſens petentibus. Glareanus Praeſentibus mauult. quaſi uero non alio loco Liuius apponat,abſentes petentibus.quippe cum abſens non ſolum dicatur is,qui non adeſt in urbe,ſed etiam qui ne in campo quidem.ut alio loco oſtendam.

Cvmani ab Chalcide Euboica.} Idem Strabo lib.v. In inſulas Aenariam, & Pythecuſas egreſſi.} Plin.has duas inſulas unam facit. at Mela duas,cum inquit.Pythecuſa,Leucothea,Aenaria,Sinonia &c. Italico lateri citra Tiberina oſtia obiacent. Hoc torſit ualde Glareanum. Samnitivm inſidae aduerſus Romanos ſocietati freta.} Vet.lib. Infida ſocietate.Quod Latina locutio etiam poſtulat. Recepta Palaepoli miſerat.} Vet.lib.Recepta Palaepolim miſerat. Vtrumque recte. Dixit enim Cic. pro Archia. Luculli eum domum ſuam receperunt. & Liu. Opido, ac tectis receperunt.eſt enim ſenſus. Publilius ad ſenatum miſerat,duo millia Nolanorum,& quattuor millia Samnitium Palaepolim hoſtium opidum eſſe recepta. Romae compertum eſt,delectum.} Vet.lib.alij habent Romae compertum eſt,Cornelius delectum.alij omnino uocibus his,Romae compertum eſt,habent uero uocem, Cornelius. Quorum lectionem ualde probo. Nam cum ab utroque conſule de Samnitium bello certiorem ſenatum factum dixiſſet,poſt ſubdidit,quid Publilius nunciaſſet. hoc uero loco, quid Cornelius. ita. Ab utroque conſule exiguam ſpem pacis cum Samnitibus eſſe,certior fit ſenatus.Publilius duo millia Nolanorum militum, & quattuor Samnitium,magis Nolanis cogentibus quam uoluntate Graecorum recepta Palaepolim miſerat. Cornelius. delectum indictum a magiſtratibus, uniuerſum Samnium erectum,ac uicinos populos Priuernatem,Fundanumque,& Formianum haud ambigue ſolicitari. Egregie.Nam Publilius in Graecos ierat, Cornelius in Samnites. Qvid perplexe agimus,inquit.} Subaudiendum eſt, Samnis. Sequitur enim,Et Samnis, Romanus ne Imperio Italiam regat, decernamus.

Proconsvl rem gereret.} Vet.lib.Proconſule. Oriente nocte.} Vet.lib. Ineunte.

Consvles creat C.Poetelium.} C.Poetelium tertium ſcribendum eſſe cenſet Glareanus.putat.n. eundem eſſe cum eo, qui conſul fuit an.cccxcv. in quo decipitur.ille enim pater,hic filius eſt.Quod ex conſulatu eius & ex dictatura huius Capitolina cognoſcitur.in quibus ille C. Poetelius C.F. Q. N. Vibo Viſolus,hic C.Poetelius C. F. C. N. Libo Viſolus appellatur. Eſt igitur C. hic Poetelius conſul II. non III. nam primum fuit anno cdix. L.Papirivm Mugillanum,Curſorem in alijs annalibus inuenio.} Quamquam ambigere de cognomine Papirij conſulis uidetur, Curſorem tamen probat magis. quod ex eo intelligi poteſt,quod cum II poſt conſulem profitetur, hunc annum numerans. Idem faciunt Capitolini ſcriptores. Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam.} Sic Solinus cap.xxxv. L.Papirio Sp.F. C.Poetelio C.F.coſ. Alexandria condita eſt. Idem Casſiodorus. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque urbem. ibi ſatis eius terminum dari.} Oraculum hoc his duobus Graecis uerſibus expreſſum eſt.

αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν ἀχερούσιον ὕδωρ.
Πανδοσίαν τε, ὅτι τοὶ θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Eandem rem tradit etiam Strabo lib.v. his uerbis. περὶ πανδοσίαν ἀλέξανδρος ὁ μολοττὸς διεφθάρη. ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐν δωδώνῃ χρησμὸς φυλάττεσθαι κελεύων τὸν ἀχέροντα, καὶ τὴν πανδοσίαν. δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τούτοις ἐνταῦθα κατέστρεψε τὸν βίον. Brvttiorvm coloniam Accerinam.} Merito ſuſpectam habet uocem Accerinam Glareanus.neque enim eius opidi apud quemquam ulla mentio eſt. Quo fit, ut ſuſpicer, pro Accerinam, Terinam eſſe legendum. quod opidum Bruttiorum fuiſſe ſcribit

aperte Strabo lib.VI. Τεμέσης δὲ συνεχὴς Τερινά, ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν οὐ δυνάμενος φυλάττειν, ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν κατέφυγε τὴν Βρεττίαν. εἶτα Κωνσεντία μητρόπολις Βρεττίων. Eandem Stephanus uocat κτίσμα κροτωνιατῶν. Itaque ſubdit, Alias inde Meſapiorũ, ac Lucanorum urbes. Terinae Plinius etiam, & Mela meminerunt.

HAVD procul Pandoſia urbe imminente Lucanis, at Bruttijs finibus tres tumulos aliquantum inter ſe diſtantes inſedit.} Eorundem tumulorum meminit etiam Strabo, & alterius oraculi, a quo Alexander deceptus ſit. ait enim: τρικόρυφον δ' ἐστὶ τὸ φρούριον, καὶ παραρρεῖ ποταμὸς Ἀχέρων. προσιστάτουσι δὲ καὶ ἄλλο λόγιον. Πανδοσία τρικόλωνε πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις. ἔδοξε γὰρ πολεμίων φθορὰν οὐκ οἰκείων δηλοῦν.

CORPORE regio utcumque multato.} Glareanus Eraſmo praeceptori ſuo placuiſſe ait, hoc in loco pro multato, legendum eſſe, mutilato. at Cicero ita quoque locutus eſt pro Milone. Qua in turba C. Vibienus ita eſt multatus, ut uitam amiſerit. FOEDERE ergo in amicitiam accepti.} Recte. Nam aut foedere, aut deditione in amicitiam ueniebant. Sic enim ſupra. Campanorum aliam condicionem eſſe qui non foedere, ſed per deditionem in fidem ueniſſent. TARENTINORVM iuuentutem, Graeci Graecos.} Tarentinos Graecos Palaepolitani Graeci exſpectabant. Tarentum enim Lacedaemoniorum colonia fuit. Iuſtinus li. III. AC PHILONEM uenit.} Vet. lib. Ad Publilium Philonem.

QVOD bonum, fauſtum, felix.} Vet. lib. Felixque. HAVD IGNARVS opinionis alterius, qua haec proditio a Samnitibus facta traditur &c.} Senſus eſt. Proditionem Palaepolis ab alijs Palaepolitanis auctoribus, ab alijs Samnitibus auctoribus factam eſſe traditum eſt. me ut Palaepolitanis ducibus factam eſſe credam cum ſcriptorum auctoritas mouet, qui id tradiderunt, tum foedus Neapolitanum. Nam Graecorum rei ſumma a Palaepoli Neapolim deinde tranſlata eſt. Videtur autem foedus Neapolitanum uocare id, quod Graeci cum Romanis uictoribus Neapoli icerunt. nam ſi cum Samnitibus ictum eſſet, non Neapoli foedus, quae Graecorum erat, ſed in Samnio factum eſſet. DVO ſingularia haec ei uiro primum contigere, prorogatio Imperij non ante in ullo facta, & acto honore triumphus.} Glareanus legendum cenſet, Aucto honore. Quid tamen ſit aut, Acto, aut Aucto honore, ſe ignorare profitetur. Mihi uero haec eſſe uidetur mens auctoris. Duo haec ſingularia Publilio contigiſſe, & quod primus prorogato ultra conſulatum imperio proconſul rem geſſerit, & quod primus exacto conſulatu proconſul triumpharit. Eſt enim acto honore, pro eo, quod eſt, poſtquam honore abijt. ſic lib. III. Ea aetate, ijſque honoribus actis. & epitom. lib. LXI. Gracchus ſeditioſo tribunatu acto interemptus eſt. ſic in Capitolinis lapidibus.

Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N. PHILO. II. PRIMVS. PRO COS.
DE. SAMNITIBVS. PALAEPOLITANEIS

CVM corpora nuda intuliſſent.} Vet. lib. Nudata. INITIVM libertatis factum eſt, quod necti deſierunt.} Vet. lib. Quod ligari nexi deſierunt. Recte. Nam paullo poſt ſubdit. Ita nexi ſoluti, cautumque in poſterum ne necterentur. & epitome lib. VI. Cum obſtrictos aere alieno liberaret, nexos exſolueret. & Varro li. I. de lingua Latina. Liber, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam, debebat, praebet, nexus uocatur, ut ab aere obaeratus. Hoc C. Poetelio Viſolo dictatore inſtitutũ ne fieret. Quae uerba quamquam mendoſa ſunt, tamen ad hunc locum pertinere perſpicuum eſt. & Suidas in uoce γάϊος. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ πάθος ἅπαντες οἱ δανεισθέντες πρὸς τὰ χρέα ῥωμαίοις νόμῳ κυρωθέντι ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο. L. FVRIO Camillo iterum.} Quam uehementer erret Glareanus, qui L. Furio Camillo tertium legit, ſupra oſtendi. FORTES fortunam iuuare.} Eodem prouerbio utitur lib. XXXIV. & Cicero Tuſc. lib. II. Fortes non modo fortuna adiuuat, ut eſt in ueteri prouerbio, ſed multo magis ratio.

Q. FABIVS Maximus Rutilianus.} Ex Capitolinis tabulis apparet Rullianum, non Rutilianũ eſſe legendum. mendoſe etiam apud Valerium li. II. cap. II. at apud Plinium recte. Q. Fabius Rullianus. Liuius eundem poſt Rullum nominat. Plutarchus in Pompeio ῥύλλον, in Fabio ῥυλλόν appellat, ut puto, uitioſe. PROFECTVS ad Imbrinium.} Hermolaus Barbarus in III lib. Plinij, meminit huius loci, idque etiam Simpriuium dictum ſcribit. Vnde Tacitus. ad ſtagna Simpriuina. & Silius. Gelidoque rigantur Simpriuio. & iterum Tacitus. Fontes ſub Imbriuinis collibus deductos urbi intulit.

SEV CREDERE libet Fabio auctore factum, ne.} Vet. lib. Seu, ſi credere libet, Fabio &c.

SPOLIA in triumphum ferret.} Vet. lib. In triumpho. T. MANLII facta laudantem.} Vet. lib. Factum probo. Seueritatem enim eius in filium, qui iniuſſu Imperatoris pugnauerat, intelligit.

QVOE ſe abſente reſp. egregie geſta eſſet.} Vet. lib. Res egregie. ut ante. ſic paullo poſt. Ad rem gerendam.

97 CONSVLES, regia poteſtas.} Recte. quod pro Rege, duo conſules creati ſint ijſdem inſignibus & eadem fere poteſtate. praeterquam quod annua haec, illa perpetua erat. lib. II. QVO tu imperio meo ſpreto.} Quo, eſt pro eo, quod Graeci dicunt, πρὸς τί, & τίνι. ut Cicero ad Fabium. Martis uero ſignum quo mihi pacis auctori? LACERANTIBVS ueſtem lictorib.} Vet. quidam lib. Lacerantibus foede lictoribus. PATRE auctore M. Fabio, qui ter iam conſul, dictatorq. fuerat.} M. Fabius Ambuſtus pater fuit coſ. an. CCCXCV. CCCXCIX. CDI. Dictator an. CDV. Liuius, & Plinius auctores. ITERATA deinde contentio.} Vet. lib. Contentio eſt. TRIBVNOS plebis appello, & prouoco ad populum.} Hinc intelligi poteſt a dictatore ad populum prouocationem fuiſſe. Qua de re ſic Feſtus. Optima lege cum dicebatur in magiſtro populi faciendo, qui uulgo dictator appellatur.

pellatur,quam plenisſimum poſſet ius eſſe ſignificabatur, ut fuit M. Valerij M.F. Voluſi N.qui primus
magiſter populi creatus eſt.poſtquam uero prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quae an
te non erat,deſitum eſt dici, Vt optima lege.ut pote imminuto iure poſteriorum magiſtrorum.

Bene agis,cum eo nos deduci iuſsiſti,unde & priuati uocem mittere poſſemus.} Hoc ait. quia M.
Fabius in concione pro roſtris ad populum loqui non potuiſſet,quod eſſet priuatus,ex interiore autem
loco, quo eum deduci dictator iuſſerat,licebit. Non enim niſi magiſtratus,& qui a magiſtratibus pro-
ducti erant,in concionem adſcendere poterant. Non tam perpetuae orationes,quam altercatio
exaudiebantur.} Quidam libri. Altercationes audiebantur.Quod non probo.nam lib. IV.inquit. Cum
res a perpetuis orationibus in altercationem uertiſſet. Dictatorem Quinctium Cincinnatum
in L.Minucium.} Hac de re lib. III. M.Fvrivm Camillum in L.Furio.} Hoc fecit Camillus
trib.mil.VI.an.CCCLXXV.Liuius lib.VI. Ne iram quidem fuiſſe atrociorem in eos,qui temeri-
tate,atque inſcitia exercitus amiſiſſent,quam ut pecunia eos multaret.} Lib. IV. Maeſtae ciuitati ab re
male geſta,& iratae ducibus M.Poſtumius reus obiectus,qui tribunus mil. pro coſ. ad Veios fuerat. X
millibus aeris grauis damnatur. Propter Q. Fabium ciuitatem in laetitia, uictoria, ſupplica-
tionibus,ac gratulationibus eſſe.} Vet.lib.Propter Q. Fabij uictoriam ciuitatem in laetitia, ſupplica-
tionibus, ac gratulationibus eſſe.

Cvm se nihil morari magiſtrum equitum pronunciaſſet.} Genus dicendi, quo utebantur in ab
ſoluendo.ſic ſupra lib. IV. Tribunus plebis. Sempronium nihil moror.& Philip. XIII.in epiſtola Anto- 98
nij.Nihil moror eos ſaluos eſſe & ire quo lubet. Digressvm cum templo.} Templum non cu-
riam Hoſtiliam intelligendum eſſe puto,ut ait Glareanus quibuſdam placere,ſed Roſtra,quae ſummo-
to magiſtro equitum dictator adſcenderat,&ex eis uerba ad populum fecerat.ſupra autem Roſtra tem
plum dici,monuimus. Adolescentis Manlij,} Vet.lib.T.Manlij.Recte.praeceſsit enim Q.Fa
bij. Q. Aemilivm Caeretanum.} Cerretanum.ex Cap.conſulibus.& Vet.lib. Q. Aemi-
lio.} (Aulium quidam annales habent).} Quaeſtio eſt an alter coſ. Q. Aemilius,an Q. Aulius Cer
retanus fuerit. Aulium uocandum eſſe, & Liuius, & Capitolini ſcriptores conſentiunt.eſt enim is qui
poſt magiſter equitum in proelio occiſus eſt.Liuius lib. IX.& Capitolinae tabulae. Aemilio ſor
te euenerunt.} Malim,Aulio.ut dixi. Accedit quod pro Aemilio Diodorus αἴλιον, Caſsiodorus Ae-
lium uocant,mendoſe. Socios eius gentis populos,} .i. ſocios populi Romani Apuliae popu-
los. in amicitiam enim paullo ante uenerant una cum Lucanis. Clamatvmqve ad ar-
ma.} Vet.lib. Conclamatumque ad arma. Vt in Tuſculanos animaduerteretur, quorum
ope,ac conſilio,Veliterni,Priuernateſque populo R.bellum feciſſent.} De Tuſculanis nihil ante lib.
VII.ubi de Priuernatibus & Veliternis ita ait. Acceſsit ad eam cladem uaſtatio Romani agri,quam Pri
uernates,Veliterni deinde incurſione repentina fecerunt. Nec qvemqvam ferme ex Pollia tri
bu candidatum Papiriam ferre ſolitum.} Locus non eſt(ut cenſet Glareanus)mácus,ac debilis.Quod
ipſum ſenſus oſtendit,qui eſt hic.Cum Pollia tribus una Tuſculanos condemnaſſet,memoriā irae Tu-
ſculani in Polliam tribum uſque ad patrū memoriā conſeruarunt.neque enim quiſquā ex tribu Pollia
candidatus Papiriam ferre ſolitus erat,in quá praeſertim conie cti Tuſculani ciues fuerant,& in qua ſuf
fragia ferebant.Auctor Valerius lib. IX.quamquam ibi Popillia eſt,pro Papiria. Q. Fabio.} Rul
lianum intelligit.ex triumpho Capit.hoc anno acto. L.Fvlvio.} Fuluij cognomen Curuus. ex
Capit.eius triumpho. M. Fabivs Ambuſtus.} Magiſter eq.erat Ambuſtus, Rullianus con-
ſul. Ambuſtum Rulliani patruelem fuiſſe reor M.Ambuſti Pont.Max.F. Nec pedeſtres quidē
copiae.} Vet.lib.Ne pedeſtres quidem. Samnitium autem copias intelligit. Locvm caſtris di-
metari iuſſit.} Vet.lib. Communiri iuſsit. Id vero, circumfuſo undique equitatu, ut uallum
peteretur,opuſq. inciperet,fieri non poterat.} Senſus eſt. Dictator,ubi ultra progredi ſe non ſine ſum-
mo incommodo poſſe uidit,locum caſtris communiri iuſsit.cum autem hoſtium equitatus circumfu-
ſus eſſet,ne id quidem fieri poterat, ut uallum poneretur, & opus inciperet.in quibuſdam enim libris
eſt pro,peteretur,poneretur. At hercvle illo die.} Vet.lib. Et hercule. 99

Impio bello,& contra foedus ſuſcepto.} Hoc ait,quia paullo ante dixerat: Samnites indutias
annuas ab urbe retulerunt,nec earum ipſarum ſancta fides fuit &c.Itaq. ſubdit. Brutulus Papius haud
dubie erat proximarum indutiarum ruptor. Brvtvlvs Papius.} Papia gens Italica fuit.Itaque
bello Italico Papius Mutilus inter eius belli duces inſignis eſt. Appianus. Alij. Ceterarvm re
rum irrita fuit deditio.} .i. non acceptae res ceterae,quae debebantur,nec ex eo pax conſecuta eſt.

Hoc bellvm a conſulibus bellatum quidam auctores ſunt.} Inter ceteros ſunt Capitolini ſcri-
ptores, qui Q. Fabium, L.Fuluium huius anni conſules de Samnitibus triumphaſſe, non dictatorem
A. Cornelium tradiderunt. Fabivm etiam in Apuliam proceſsiſſe.} Hinc apud eum qui ſcripſit
de uiris illuſtribus ſcriptum eſt,Q. Fabium coſ. primum de Apulis,& Lucerinis triumphaſſe. Quod
idem exſtat etiam in Capitolino triumpho. Signvm mittendis quadrigis daret.} Inter ceteras
cauſſas dictatoris creandi haec etiam fuit,ludorum Rom.cauſſa, quod eſt, ut ſignum mittendis qua-
drigis daret. Signum autem dediſſe Dictatorem, & praetorem hic locus docet, conſulem liber
XLV. Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falſiſque imaginum titulis, dum

familia ad ſe quaeque famam rerum geſtarum, honorum fallente mendacio trahunt. inde certe & ſingulorum geſta, etiam publica monumenta rerum confuſa.] Hunc locum a Cicerone accepiſſe uidetur in Bruto. Niſi quem nonnullae mortuorum laudationes forte delectant, & hercules hae quidem exſtát. ipſae enim familiae ſua quaſi ornamenta, ac monumenta ſeruabant, & ad uſum, ſi quis eiuſdem generis occidiſſet, & ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam quamquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior. multa enim ſcripta ſunt in eis, quae facta non ſunt, falſi triumphi, plures conſulatus, genera etiam falſa, & a plebe tranſitiones, cum homines humiliores in alienum eiuſdem nominis infunderentur genus.

IN . EPITOMEN . LIBRI . IX

Omnibus, qui per foedus ſpoponderant.] Vet. lib. Qui foedus ſpoponderant. Nec etiam multo poſt.] Vet. lib. Nec multo poſt. Libertinorum filios in ſenatu legit.] Vet. lib. In ſenatum. Eaque res Fabio Maximo nomen dedit.] Vet. lib. Maximi. i. ex ea re Maximus appellatus eſt. ſic Liuius. Porro autem adde haec uerba ex manuſcriptis libris. In hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit. & aeſtimatis populi R. uiribus, quae tunc erant, colligit. ſi Alexander in Italiam tranſieciſſet, non tam facilem ei uictoriam de populo R. fore, quam de gentibus, quas ad orientem imperio ſuo ſubiecerat.

IN . LIBRVM . IX

Avctores belli, quia uiuos non potuimus.] Brutulum Papium intelligit, cuius exanime corpus deditum erat. Legiones Samnitium in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copijs circumſedere.] Apuli quadriennio ante ſocietate iuncta in fidem populi R. uenerant. Ea de cauſſa Romani hoc tempore Luceriae, quam a Samnitibus circumſederi nunciabatur, opem ferunt. ait enim. Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus ſocijs. ijdem tamen poſt cladé Caudinam ad Samnites defeciſſe uidentur; Itaque Luceria poſt a Romanis recipitur, iterumque cum defeciſſet, capta, colonia deducitur. Neque enim probare uidetur Liuius eorum auctoritatem, qui Q. Fabiú prioris anni conſulem de Apulis, & Lucerinis triumphaſſe ſcripſerunt. Montibvs circa ſe perpetuis inter ſe iuncti.] Vet. lib. Montibus perpetuis inter ſe iuncti. Per alivm ſaltum artiorem, impeditioremque.] Vet. lib. Altiorem impeditioremque. Recte. nam paullo ante dixit. Saltus duo alti, anguſti. Cvm ad alias anguſtias protinus pergerent, ſaeptas deiectu arborum ſaxorumque ingentium obiacentem molem inuenerunt.] Malim, Obiacente mole, ut ſit. Saeptas deiectu arborum, & ſaxorum obiacente mole.

Alivs per obices uiarum, alius per diuerſa montium.] Vet. lib. Per aduerſa montium.

100 Qvem annos iam prope xxx uincimus.] De Samnite loquitur, qui uinci coeptus eſt anno v.c. cdxii. Quoniam autem ab eo ad hunc annum niſi xxiii anni numerantur, Glareanus hunc numerú reprehendit, & xx, non xxx legendum cenſet. Ego contra. Nam ſi xx dixiſſet, particulam, Prope, non addidiſſet. quae ſolet addi, cum numerus re uera minor eſt, quam dicitur. Iam is grauior annis.] Vet. lib. Grauis annis. Qvidqvid iſtuc praeſens neceſſitas inuſſerit.] Vet. lib. Iſtinc. Malim ego, Iſtic. Herennivs domum e caſtris eſt auectus,] Vet. lib. Reuectus. Egregie. Inde enim in caſtra uectus fuerat. Svis deinde legibus.] Vet. lib. Suis inde legibus. In medios me mittere hoſtes paratus ſum.] Vet. lib. Immittere. Prodvntvr magis omnia.] Vet. lib. Ea omnia.

Omnivm egena corpora humi proſtrauerunt.] Vet. lib. Egeni. Svper maerorem pudor quidam effugere colloquia, & coetus hominum cogebant.] Vet. lib. Cogebat. Ad finem Campanum proſequerentur.] Vet. lib. Ad finem uſque Campani agri. Dixit tamen alibi. Finem Piſanum. Mvlto ſibi maeſtiores, & abiectiores animi uiſos.] Vet. lib. Maeſtioris, & abiectioris animi.

Offilivs Calauius Ouij filius.] Vet. lib. Oui. Sine vlla publica auctoritate conceſ-
101 ſum in omnem formam luctus eſt.] Vet. lib. Sine ulla publica auctoritate, conſenſu ue in omnem formá luctus populus uerſus eſt. Ego tamen nihil muto. M. Aemilivs Pappus.] Scribe M. Aemilius Papus. auctoribus Capitolinis lapidibus, & libris ueteribus. Qvo die creati ſunt, eo (ſic enim placuerat patribus) magiſtratum inierunt.] Ante ſollemnem ineundi conſulatus diem iniſſe ſignificat, qui per bellum Punicum ii, & reliqua inſequentia fuit Idus Mart. His autem x primis libris res haec tota inconſtantisſima eſt. Nam modo K. Sept. modo K. Sext. modo Idibus Maijs, modo Id. Decembr. modo K. Octobr. modo K. Quinctilis inijſſe conſules a Dionyſio, Liuioque traduntur. Sollemnibvsqve ſenatuſconſultis perfectis de pace Caudina retulerant.] Vet. lib. Sollemnibuſq. ſacris. probo tamen magis, Senatuſconſultis. Erant enim quaedá ſollemnia ſenatuſconſulta, quae ad religionem, & caerimonias pertinebant. Nam quemadmodum ſcriptum eſt apud Gellium, ante de rebus diuinis, quam de humanis referebatur. Itaque Cicero, ait ad Quirites poſt reditum. P. Lentulus conſul

ſimulatque

ſimulatque de ſollemni religione retulit, nihil humanarum rerum ſibi prius, quam de me agendum iudicauit. L. LIVIO, & Q. Melio tribunis pl.} Maelio, ſcribe. mendoſe autem ſunt apud Ciceronem haec nomina, Numicio, & Aemilio, in Catone. Ceterum tribunatum pl. ceperunt, poſtquam ſub iugum ad Caudium miſsi fuerant. Neque enim tribunos pl. in caſtris fuiſſe conſentaneum eſt. & ſi fuiſſent, & ſpopondiſſent, eorum ſupra meminiſſet Liuius. cum dixit. Spoponderunt conſules, legati, quaeſtores, tribuni militum. POSTVMIVS in ore erat.} Vet. lib. In ore omnium erat. PIACVLAQVE pro populo dare Romano.} Vet. lib. Romano dare.

NOXAM nocuerunt} Vet. lib. Noxa nocuerunt. EO IVSTIVS bellum geſturos.} Vet. lib. Romanos eo iuſtius bellum geſturos. quod placet. QVI TE captum uictori cum qua potes fide reſtituis?} Vet. lib. Qui te nunc captum uictori. NVMQVAM ne cauſſa defiet.} Vet. lib. Deficiet. 102

QVOD nec ad Luceriam ire.} Hoc loco Luceria Samnitium eſt, quod forte ad eos, ut dixi, poſt Caudinā cladem defecerit, quemadmodum tacite intelligi uult Liuius. PVBLILIVS in Samnio ſubſiſtit aduerſus Caudinas legiones.} Si, Aduerſus, legas, Caudinas legiones Samnitium exercitū ad Caudium uictorem intelligas, ſi (ut malim, & eſt in quibuſdam libris uet.) Adducens, Romanorum exercitum ad Caudium ſub iugum miſſum, accipias neceſſe eſt. Ita uero accipiendum eſſe, docet Liuius lib. XXV. Caudinae legiones, quae ſine armis redierant Romam, armatae remiſſae in Samnium, eundem illum hoſtem ſub iugum miſerunt, qui hac ſua ignominia laetatus fuerat. Idem autem tradit hoc loco Liuius. ex quo intelligi debet Publilium cum Caudino exercitu in Samnium eſſe profectum, Papirium cum nouo in Apuliam. SAMNITES ea tempeſtate in montibus uicatim habitantes campeſtria, & maritima loca contemptu cultorum molliore, atque, ut euenit fere, locis ſimili genere, ipſi montani, atque agreſtes depopulabantur.} Glareanus merito obſcuritatem huius loci iactat. non enim ſolum obſcurus eſt, ſed etiam uitioſus. Lege autem ex ueterum librorum fide. Contempto cultu molliore. ut ſit. Samnites montani campeſtria loca populabantur contempto cultu molliore, & locis eiuſmodi, ut fieri ſolet. TVM quoque profectos inde.} Vet. lib. Tum uero profectos.

AVCTORIBVS dijs (ut uidetis) ad rem agendam proficiſcimur.} Vet. lib. Rem gerendam. CONSVLERE quid uictis patiendum cenſeret.} Vet. lib. Paciſcendum. probe. agitur enim de condicionibus pacis.

ID MAGIS mirabile eſt, ambigi Lucius ne Cornelius dictator cum M. Papirio curſore magiſtro equitum eas res ad Caudium, atque inde Luceriam geſſerit.} Scriptores Capitolini L. Cornelium dictat. cum L. Papirio mag. eq. adſcribentes has res ab eo geſtas eſſe ſentire uidentur. Puto autem hunc eſſe L. Cornelium Lentulum, qui ante conſul fuit, qui ob res bene geſtas ad Caudium Caudinus appellatus ſit. ſi quidem Caudinus poſt fuit Lentulorum cognomen. SEQVITVR hunc errorem alius error, Curſor ne Papirius proximis comitijs cum Q. Aemilio Caeretano iterum ob rem bene geſtam Luceriae continuato magiſtratu conſul tertium creatus ſit, an L. Papirius Mugillanus, & in cognomine erratum ſit.} L. Papirium Curſorem cos. III & Capitolini triumphi eius ſcriptores, & Liuius ipſe, qui poſt hunc eundem IV. conſulem nominat, ſentiunt. Quod autem ad Q. Aemilium Caeretanum attinet, cum ne de hoc quidem nomine inter auctores conueniat an Aemilius, an Aulius ſit, ut ait Liuius, intelligendum eſt Aulium a Liuio, & ſcriptoribus Capitolinis magis probari. nam in uet. lib. apud Liuium & hoc loco, & infra, Aulius eſt, non Aemilius. Ceterum Cerretano ex Capitolinis lapidibus, & ueteribus aliquot libris legendum eſt, non Caeretano. CVM FERENTANIS uno ſecundo proelio debellauit, urbemque ipſam, quo ſe fuſa contulerat acies, obſidibus imperatis, in deditionem accepit.} Opidum intelligit nomine Ferentum. De quo Horatius oda IV. lib. III. Et aruum pingue tenent Humilis Ferenti. quo loco ait Acro. Ferentum opidum eſt Apuliae Venuſinae ciuitati uicinum in ualle ſitum. Itaque Diodorus lib. XX. hanc uictoriam ſic deſcribit. ῥωμαῖοι δὲ διαπολεμήσαντες σαμνίταις φερέντην πόλιν τῆς ἀπουλίας κατὰ κράτος εἷλον. Fuit autem Ferentium, quod & Ferentinum eſt dictum, in Samnitibus. de quo ſic Stephanus. φερεντῖνος, λέγεται καὶ φερέντιος, πόλις σαμνιτῶν ἐν ἰταλίᾳ. τὸ ἐθνικὸν φερεντινός. Huius meminit Liu. lib. X. Idque oppugnatum eſſe una cum Romulea ſcribit anno V.C. CDLVI. Porro autem Ferentinum alterum in Volſcis, ſiue in Latio fuiſſe ſatis conſtat. Quod ipſum Volſcis ademptum, Hernicis donatum eſſe a Romanis Liuius ſcribit lib. IV. Itaque libro VII. Ferentinum Hernicorum urbem ui captam eſſe ab ijſdem ait, & Ptolemaeus Ferentinum inter mediterraneas urbes Latinorum ſtatuit. Ab hoc ciues Ferentinates appellati ſunt. ut hoc libro Liuius. Praeter Aletrinatem, Ferentinatemque, & Verulanum omnes Hernici nominis populi populo R. bellum indixerunt, & Pli. lib. IV. cap. V. Ex agro Falerno Ferentinates. Hinc concilia Latinorum ad lucum Ferentinae habita eſſe ſcribit Liuius libro I. & IIX. Quod (ut ſupra dixi) concilium Dionyſius τὴν ἐν φερεντίνῳ ἀγορὰν uocat. Hinc etiam idem Liuius lib. I. meminit aquae Ferentinae, & II. capitis Ferentini. Poſtremo Ferentiam opidum collocat in Tuſcis Ptolemaeus, quam Ferentinum etiam nominat Plinius lib. III. cap. V. cum ait. Faeſulae. Ferentinum. Praeter haec ſunt etiam populi quidam nomine Frentani Apulis finitimi. De quibus Mela. Picentes, Frentani, Apuli. & Plin. Peligni, Frentani, Marrucini, Veſtini. & poſt. In ora Frentanorum. Item. Anxani, Frentani. Ptolemaeus item poſt Apulos ſtatuit Frentanos, Pelignos, & Marrucinos. & Polybius lib. III. μαρρουκίνων, καὶ φρεντάνων χώρας. Quae cum ita ſint,

non eſt dubium, quin libro hoc extremo ſit legendum, Frentani, ubi uulgo legitur, Marrucini, Marſi, Peligni, Frentini. Haec dixi, ut intelligerent omnes, quanto cum ſtudio, atque iudicio in ueterum auctorum lectione uerſandum ſit. CVM AD moenia Satrici admotus eſſet exercitus.} Vet. lib. Satricae, per mendum. Intelligit enim Satricum coloniam Romanam in Latio. quippe cũ ſubijciat. Plus ea uoce, quam armis illatis terroris colonis iniectum. QVA noctis hora, quamque per portam, & quam in uiam egreſſurus hoſtis foret.} Vet. lib. Quaque porta. PRAECIPVA pedum pernicitas inerat, quae cognomen etiam dedit.} Vet. lib. alij, Quae cognomen uia dederat. Alij. Quae cognomini uiam dedit. Hinc ego ſuſpicor legendum. Quae cognomẽ auo iam dedit. ut intelligamus, quemadmodum neceſſario intelligendum eſt, non hunc primum inueniſſe hoc Curſoris cognomen, ſed aui eius ante. Auus autem eius fuit L. Papirius Curſor, qui cenſor fuit anno V. C. CCCLXI, & poſt etiam tribunus militum conſulari poteſtate. Hic enim, de quo nunc loquitur Liuius, in lapidibus Capitolinis L. Papirius Sp. F. L. N. Curſor dicitur. QVOD unus fuit, quod adoleſcens in incremento rerum.} Scribe ex Vet. lib. Quod adoleſcens, quod in incremento rerum. ut tertia eſſe cauſſa uideatur. M. CVRIVM.} M'. Curium, Capitolini lapides, item alij. SI PVNICVM Romano praeuertiſſet bellum, ſeniorque in Italiam transieciſſet.} Senſus. Si Alexander ante intuliſſet Poenis bellum, quam Romanis. Quod futurum erat, ſi ſenior in Italiam transieciſſet. niſi malimus legere pro Punicum, Indicum. Nam ſequitur: Longe alius Italiae, quam Indiae uiſus illi habitus eſſet. QVEM iuuenes duo.} T. Manlius Torquatus, & M. Valerius Coruus. de quibus paullo poſt. Ceſsiſſet uidelicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Coruus. QVEM qui ex regibus conſtare dixit.} Cyneas hic fuit legatus Pyrrhi bello Tarentino. Plut. in Pyrrho. INTER purpuram, atque aurum eneruatum fortunae ſuae apparatibus.} Vet. lib. Oneratum. Quod placet. ſubdit enim, Praedam uerius, quam hoſtem. & praeceſsit. Mulierum, ac ſpadonum agmen trahentem.

104 NON intelligunt ſe hominis res geſtas, & eius iuuenis cum populi iam octingenteſimum bellantis annum conferre.} Scribe ex uet. lib. Se unius hominis. opponuntur enim haec inter ſe. Vnus homo, idemq. iuuenis, & populus idemq. iam octingenteſimum annum bellans. Paullo ante dixit. quod unus fuit, quod adoleſcens. Elatorie autem dixit. Octingenteſimum. IMPEDIMENTVM maius, quam auxilium traheret.} Vet. lib. Impedimentum magis. CVM ET foederibus uetuſtis iuncta Punica res Romanae eſſet.} Foedera haec renouata iterum, atque iterum, & quo tempore, late tradit Polybius lib. III. ABSIT inuidia uerbo.} Vet. lib. Vero. M. FOLLIVS Flaccina.} M. Foslius Flaccinator. ex conſulatu Capitolino. M. PLAVTIVS Venox.} Venno, ex conſulatu Capitolino, ut dixi. INDVTIAE biennij, cum per aliquot dies fatigaſſent ſingulos, precibus impetratae.} Diſpunge ita, ut ſit. fatigaſſent ſingulos precibus, non autem, precibus impetratae. Nihil eſt enim tam familiare Liuio, quam fatigare precibus. ut lib. I. Precibus raptarum fatigata. EX APVLIA Theanenſes.} Teanenſes ſine aſpiratione. ex Vet. lib. & Graecis τέανοι. EX APVLIA Teanenſes, Canuſinique populationibus feſsi, obſidibus L. Plautio conſuli datis in deditionem uenerũt.} Hac de re ſic Diodorus libro XX. ἐπόρθησαν δὲ καὶ τῆς ἀπουλίας τὴν δαυνίαν πᾶσαν, καὶ προσαγόμενοι καλουσίνους ὁμήρους παρ' αὐτῶν ἔλαβον. ET DVAE Romae additae tribus Vfentina, ac Falerina.} Earundem meminit Diodorus. προσέθηκαν δὲ καὶ δύο φυλὰς ταῖς προϋπαρχούσαις τήν τε φαλερίναν, καὶ τὴν ὠφεντίναν.

INCLINATIS ſemel in Apulia rebus Theates quoq. Apuli ad nouos conſules C. Iunium Bubulcum, Q. Aemilium Barbulam petitum foedus uenerunt.} Parum conſtat, qui ſint Theates Apuli. Nam Theate Theatinos edit, ut Reate Reatinos, quos tamen non inter Apulos, ſed inter Marrucinos collocat Plinius. De Teanenſibus autem dixit paucis ante uerſibus: Teanenſes, Canuſinique populationibus feſsi obſidibus L. Plautio conſuli datis in deditionem uenerunt. ut ſuperuacaneum fuiſſe uideatur, eoſdem ad nouos conſules foedus petitum ueniſſe. niſi ſi, quia pacis per omnem Apuliam praeſtãdae auctores uenerant, audacter id petentes impetrauerint. Ceterum Teana duo fuiſſe, auctor eſt Strabo, unum cognomine Sidicinum, alterum Apulum. & Plinius lib. III. cap. XI. Apulorum, inquit, tria genera ſunt, Teani a duce Gares, Lucani ſubacti a Calchante, & Daunij. Vet. lib. Teates habent. Stephanus populos, & ciues Teani uocat τεανοί. Polybius tamen libro III. nominat Calenos, Teanitas, Daunios, Nolanos ut Campaniae mediterranea incolentes. καληνοί, τεανῖται, δαύνιοι, νωλανοί. NEQVE ut equo tamen foedere, ſed in ditione populi R. eſſent.} Vet. lib. Sed ut in ditione. Eſt autem hoc unum e tribus generibus ſocietatis ineundae, de quibus Liuius lib. XXXV. aut enim uictis leges dantur, aut pares bello paciſcuntur, aut cum numquam hoſtes fuerint, foedere iunguntur. APVLIA perdomita (nam Tarento quoque ualido opido Iunius potitus erat.} Quid ſit hoc loco Tarentum, ambigitur. neque enim Tarentum Apuliae eſt. neque a Romanis hoc tempore captum eſt. Neque uero Ferentum habere locum poteſt, quod quibuſdam placuit. eſt enim biennio ante captum. Vet. lib. alij Acronto, alij Acerronto cum habeant, me in hanc ſententiam trahunt, ut putem legendum eſſe Acheronto, quod opidum erat in Apulia. ut ait Horatius, & eius interpres Acro. quamquam Horatius Acherontiam uocat oda IV. lib. III.

Mirum quod foret omnibus
Quicumque celſae nidum Acherontiae,

Saltusque.

Saltuſque Batinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti.

Qvi sine legibus certis, ſine magiſtratibus agere querebantur.} Vet.lib.Sine legibus, certiſque magiſtratibus. Satricvlam oppugnare.} Saticulam.ut ante. Satricani magno cum tumultu.} De Saticulae ciuibus cum agatur, Saticulani certe ſcribendum eſt. Nam Stephanus σατίκολα πόλις. τὸ ἐθνικὸν σατικολανός. & Diodorus libro xix, ubi Saticulae meminit a Romanis obſeſſae, ait. ῥωμαίων σατικόλας πολιορκούντων σαμνῖται ἐστράτευσαν μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς, σπεύδοντες λῦσαι τὴν πολιορκίαν. Plistiam ioſi ſocios Romanorum circumſidunt.} Diodorus lib. xix. Pliſticam uocat, cum ait de hac re ita. Πλιστικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. Bellvm deinceps ab Q. Fabio dictatore geſtum eſt.} Glareanus hunc dictatorem hoc anno fuiſſe ſine conſulibus exiſtimat, uerum errat. Fuit enim Q. Publilio, & L. Papirio quartum conſulibus. teſte Diodoro, qui in horum conſulatu ait. εἰωθότες δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου καθιστᾶν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν, προεχειρίσαντο τότε κόϊντον φάβιον καὶ μετὰ αὐτοῦ κόϊντον ὄλιον ἵππαρχον. οὗτοι τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες παρετάξαντο πρὸς τοὺς σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας λαυτόλας. Narrat deinde Romanorum item, ut Liuius, fugã, & Q. Aulij mag. eq. necem. eſt enim apud Diodorum ὄλιον, pro Aulium. ut cum dicimus Clodius, pro Claudius.

Consvles noui ſicut ſuperiores Romae manſerunt.} Deſunt nomina nouorum conſulũ, ſine dubio librariorum uitio. neque enim alias umquam ea ſtudioſe Liuius praetermiſit. ſunt autẽ apud Caſſiodorum L. Papirius, Q. Publilius. itemque in Capitolinis tabulis. L. Papirius Curſor IV. & Q. Publilius Philo IV. & apud Diodorum lib. xix. λεύκιος παπίριος τὸ τέταρτον, καὶ κόϊντος ποπλίλιος τὸ δεύτερον. Atque ita reſtituendum eſſe apud Liuium puto, ut eſt in Capitolinis lapidibus. Nam in horum temporum conſulibus nominandis mire diligens eſt, ita ut neque cognomina, neque multiplicatorum honorum notas ullas praetereat, & L. Papirium biennio poſt conſulem quinctum tradit. Quod non faceret, niſi hoc anno eum conſulem quartum nominaſſet. Hoc ipſum (ut dixi) cum Glareanus non intelligeret, annum unum ſine conſulibus interſeruit; L. autem Papirium, & Q. Publilium in inſequentem annum tranſtulit. ita ut uno anno Liuium antecedat contra omnium monumentorum auctoritatem. Eo intentivs dictator in moenia hoſtium uerſus, id bellum tanti ducere, quod urbem oppugnabat: ſecurior ab Samnitibus agere, ſtationibus modo oppoſitis, ne qua in caſtra uis fieret. Eo ferocius adequitare Samnites uallo, neque otium pati.} Huius loci ſenſus, quem ſibi ignotum eſſe Glareanus ait, hic eſt. Dictator ad oppugnationem urbis conuerſus id opus tantũ pro bello habebat, quatenus oppugnabat. at ceteris in rebus nulla belli ſpecies erat. Nam a Samnitibus ſecurus, ſtationibus tantum, ne qua uis in caſtra fieret, oppoſitis, erat. Quo fiebat, ut Samnites, cum ſe contemni putarent, ferocius obequitarent uallo caſtrorum, neque quietem agere poſſent. In ueteribus enim libris Obequitare legitur, non Adequitare. Poſt haec nouae orationis principium fieri debet, Et cum iam prope.

Nec (ut fit) ad ducis caſum perculſa magis, quam irritata eſt multitudo omnis. qui circa erant In Aulium temere inuectum.} Vet.lib. Omnes, qui circa erant.

Sora ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum.} Sic Diodorus libro xix. 105
σωρανοί τι ἐτόλμησαν κατασφάξαι τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς ῥωμαίους συμμαχίαν δὲ πρὸς σαμνίτας συνθέσθαι. Et si homines iuuare uelint, iniqua loca ſunt.} Vet. lib. Omnes. Ad lavtvlas ancipiti proelio dimicatum eſt.} παρετάξαντο πρὸς τοὺς σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας λαυτόλας. Consvles M. Petilius, C. Sulpicius.} Poetelius, ex conſulatu Capitolino. Diodorus, μάρκος πόπλιος. γάϊος σουλπίκιος. at πόπλιος mendoſe. Arx ab hoſtibus capta eſt, defendite, ite.} Vet.lib. Ite, defendite. ſic ſupra. Ite conſules, redimite ciuitatem. & lib. vii. Irent, crearent conſulem ex plebe. Concvrsantes per uiã.} Vet.lib. Per uias. Ex his ccxxv.} Vet.lib. ccxxxv. Avsona. & Minturnae, & Veſtina urbes.} Vet.lib. alij Veſtitia, alij Veſtia. Ego Veſcia, legendum puto. Nam Veſcia, ut lib. iix. dixi, Auſonum erat, auctore Stephano. Vicit tamen ſententia, ut mitterentur coloni.} De Luceria colonia deducta in Apulia loquitur. De qua ſic Diodorus in conſulatu priore. οἱ δὲ ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ κατὰ τὴν ἀπουλίαν πράγματα τελέως ἀποβάλωσιν ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς λουκερίαν πόλιν ἐπιφανεστάτην οὖσαν τῶν ἐν τοῖς τόποις. Dictatoremqve quaeſtionibus exercendis dici placuit. C. Maenius dictus. is M. Foslium magiſtrum equitum dicit.} Hos iterum ambos factos eſſe ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis. De quibus ſic Diodorus lib. xix. ὁ δὲ δῆμος ἰδὼν δυναμίν τι ἱκανὴν ἐξέπεμψεν ἐπ᾽ αὐτούς, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα γάϊον μαίνιον καὶ μετ᾽ αὐτοῦ κατὰ τὸ πάτριον ἔθος μάνιον φούλβιον ἵππαρχον. τούτων δὲ τὰ πλησίον κατιόντων καταστρατοπεδευσάντων οἱ καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρουν ἀγωνίζεσθαι. Ergo Diodorus dictatorem creatum rei in Campanos gerendae, non quaeſtionis in eos exercendae cauſſa ait.

Calavios Ouium, Nouiumque.} Vet. lib. Ouum, Nouumque. ſunt autem haec Calauiae gentis praenomina.

Qvi uſquam coiſſent, coniuraſſentue aduerſus Romanum populum.} pro certo habeo legendum eſſe. Aduerſus remp. nã ſubdit. Coitiones honorum adipiſcẽdorum cauſſa factas, aduerſus remp. eſſe. Et haec eſt trita loquendi forma. Error ex notis ortus, R. P. Qvaestores idoneos eius criminis.} Vet.lib. Quaeſitores. ut Vrgil. Quaeſitor Minos urnam mouet. Tvtos a criminibus iſtis eſſe.} Vet. lib. Criminationibus. Iis enim a ſenatu mandata res eſt.} Vet.lib. Erat. 106

Cvm

Cvm avdisset arcem Fregellanam a Samnitibus captam.} Q. Fabium Dictatorem bis coſ. ad arcem Fregellanã rem geſsiſſe nõ C. Poeteliũ ſcribit Diodorus. De C. tamen Poetelio auctores ſunt ſcriptores Capitolini. Diodorus ſic lib. XIX. τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν κατῆρεν ταχέως, ὅ τε αὐτοκράτωρ ἡγμένος τήν τε Φρεγελλανῶν πόλιν εἷλε καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τὴν Ῥώμην τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐξήγαγε. Et freqventer ibi habitatur.} Vet. lib. Habitabatur. Svessa, & Pontia coloniae deductae ſunt.} Vet. lib. Sueſſam, & Pontiam. ſic lib. x. Soram atque Albam coloniae deductae. ſic Diodorus. ὁ δὲ δῆμος κατὰ τοῦτον τῶν πραγμάτων αὐτῷ προχωρούντων ἀποικίας ἀπέστειλεν εἰς τὴν νῆσον τὴν Ποντίαν καλουμένην. Et in tertiam Caſinum ut deducerentur coloni s.c. factum eſt.} Vet. lib. alij habent. Et Minturna, & Caſinum ut deducerentur coloniae. alij Veternam & Caſinum. alij Internam, & Caſinum. Quae uoces in eam Gelenium traxerunt ſuſpicionem, ut, Et in tertiam Caſinum affirmarit eſſe legendum. & pro Deducerentur coloniae, Deducerentur coloni, ſubiecerit. Ego autem reſtituendum puto ita. Et ut Interamnam, & Caſinum deducerentur coloniae. Etenim Velleius li. I. poſt Sueſſam Auruncam coloniam deductam, cuius hoc loco meminit Liuius, Interamnam deductam eſſe ſcribit. & Liuius libro x. anno CDLIIX. ait. Samnites Interamnam coloniam Romanam, quae uia Latina eſt, occupare conati. neque tamen quo anno deducta colonia ſit ante dixit, niſi hoc loco tradiderit. Mouet etiam me loquendi forma, Deducere colonias uel colonos in Caſinum tertiam coloniam. Consvles M. Valerius, P. Decius.} M. Valerius hic non eſt Coruus, ſed M. Valerius Maximus, ut eſt in Capitolino horum conſulatu. Dictatorem C. Iunium Bubulcum dixit.} Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum: dictatorem C. Sulpicium Longum, is magiſtrum equitum C. Iunium Bubulcum dixit. Etenim ſatis apparet, errore librarij C. Sulpicij nomen deſiderari. neq. enim Liuius magiſtros equitum praetermittere ſolet. Censvra clara eo anno Ap. Claudij, & C. Plautij.} Pro C. Plautio L. Claudium edit Diodorus libro xx. C. Fabium Frontinus de aquaeductibus. C. Plautium Capitolini ſcriptores. Ob infamem, atque inuidioſam ſenatus lectionem.} Vet. lib. Atque ignominioſam. Egregie. Nam libertinorum filij lecti erant. Poticia gens.} Potitia. Graeci enim Ποτίτιοι.

107 In plauſtra ſomno uictos conijciunt. Vet. libro Vinctos. probe. Etenim niſi ſomno uincti fuiſſent, uinculis conſtringendi fuerant, quod Romam inuiti perducerentur. Pentrorvm Samnitium.} De Pentris Samnitibus item lib. XXII. Sed quem eſſe iam uirtuti Romanae inexpugnabilem locum?} Lege, Ecquem eſſe. & cum priore membro iunge ita. dummodo conniterentur uno animo inuadere hoſtẽ uictum acie, caſtris exſutum, ecquem eſſe iam uirtute Romanae inexpugnabilem locum? Sed loca difficilia hoſti quaeſita ipſos cum ſua fraude impediebant.} Vet. lib. Sed loca difficilia ab hoſte quaeſita ipſos cum ſua fraude impediebant. Ab oppvgnando Sutrio, quae urbs ſocia Romanis uelut clauſtra Etruriae erat.} Sutrium coloniam deductam a Romanis poſt annos VII. quam a Roma a Gallis capta eſt, ſcribit Velleius. Eãdem ἄποικον hoc anno uocat Diodorus, praeterea Liuius lib. XXVII. inter colonias numerat. Nec quidquam eo anno rei memoria dignae apud Sutrium geſtũ eſt.} Vet. lib. Memoria dignum. Inter patricios magiſtratus, tribunosq.} Vet. lib. Tribunosq. pl. Nam et si tenuerit lex Aemilia eos cenſores, quorum in magiſtratu lata eſſet, quia poſt illos cenſores creatos eam legem populus iuſsiſſet, quodque poſtremum iuſsiſſet, id ius ratumq. eſſet; non tamen aut ſe, aut eorum quemquam, qui poſt eam legem latam creati cenſores, teneri ea lege potuiſſe.} Haec cauillatio hanc habet uim. Legem Aemiliam de annua & ſemeſtri cenſura tenuiſſe tantum cenſores eos, quorum in magiſtratu lata eſt. quia bis de illorum magiſtratu ſciuit populus, primum comitijs cenſorijs, ut cenſuram in quinquennium obtinerent, deinde legem ferente Aemilio dictatore, ut obtinerent in XIIX menſes. Itaque uideri latam legem illam in eos tantum cenſores, qui tum erant, non in eos, qui futuri erant. Hunc ſenſum non percipiens Glareanus, hic aliquot uerba intercidiſſe ſine cauſſa exiſtimat. Cvm centeſimus iam annus ſit.} Vox illa, Iam, habent hanc uim, ut centeſimum annum iam praeteriſſe ſignificet. ſic enim res habet. Quod intelliget, qui ſummam annorum concipiet. Vbi duae contrariae leges ſunt, ſemper antiquae abrogat noua.} Alij in manuſcriptis libris legi aiunt, ut Ferrarius. Antiquam abrogat noua. Interregno quinque diebus contentum fore.} Vet. lib. Quinque dierum.

108 Gens antiquior originibus huius urbis.} Potitiam intelligit, quae ante aduentum Aeneae Herculis ſacrum faciebat. ut ait lib. I. Nisi Aemiliae legi parueris, in uincula duci iubebo.} Vet. li. Te in uincula. Qvosdam etiam pedem referentes, fluctuanteſque, & inſtabilem.} Vet. lib. Fructuantemque, & inſtabilem aciem. Silva erat Ciminia, magis tum inuia, atque horrenda, quam nuper fuere Germanici ſaltus.} Caeſarem intelligit, qui, ut ait Florus, Germanos hoſtes Hercynijs quaeſiuit in ſiluis. Sed in ſaltus, & paludes omne genus diffugerat. & de bello Etruſco. Ciminius interim ſaltus in medio ante inuius plane quaſi Calydonius, uel Hercinius. Eos ipſos non ſignũ certum, non ducem ſequentes fundit Romanus, fugatosq. perſequitur.} Vet. lib. Fugatos eques perſequitur. Coortis undique Tuſcis, Vmbriſque opprimeretur.} Vet. lib. Vndique ab Tuſcis.

Cvm haec in Etruria geruntur.} Vet. lib. Dum haec. Fabivs infeſtus priuatim Papirio erat.} Vet. lib. Infenſus. Sine reſponſo, ac mentione facta ſui, legatos dimiſit, ut appareret.}

Vet. lib.

Vet.lib. Ita legatos dimiſit, ut appareret. Atqve ei legem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diſidit, quod Sauciae curiae fuit principium.} Curiatis comitijs mandari conſueuiſſe imperium ex eo intelligi poteſt, quod Liuius ait lib. vi. Curiata comitia rem militarem continent. & Cicero contra Rullum. Conſuli ſi legem curiatam non habet attingere rem militarem non licet. & ad Lẽtulum. Appius legem curiatam ferre uult. Erant autem comitia Curiata, cum populus deſcriptus in curias ſuffragabatur. Nomina xxx. curiarum interciderunt. Feſtus Tifatae, & Titiae meminit, Liuius nũc Sauciae, quam praerogatiuam fuiſſe ſignificat in imperio Papirio mandando. Me ut haec dicerem, coegit Glareanus, qui ſe non ſatis intelligere hunc locum inquit. Cvm ab neutris proelium inciperetur.} Vet.lib. Inciperet.

Nam et cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum eſt.} Tranſit a bello Samnitum, ad res in Etruria cum Vmbris, & Etruſcis geſtas, adhibita particula, Nam. quod mirabile mihi cum uideretur, inſpexi ueteres libros diligentius. Quorum alios ita habere inueni, ut uulgo legitur, alios ita: Nã & cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum eſt, fuſi tamen magis, quam caeſi hoſtes, quia coeptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in Etruria geſtae. & ad Vadimonis lacum Etruſci. Tum intellexi cauſſam admirationis meae probabilem eſſe. Deeſſe enim huic trãſitioni haec uerba. Interea res in Etruria geſtae, quae in ueteribus libris luxata erant. Itaque ita lege. Interea res in Etruria geſtae. nã & cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum eſt &c. & ad Vadimonis lacum Etruſci. coniungit enim Vmbrorum, Etruſcorumque, ut ante bellum. Hinc temere Glareanus mendum eſſe putauit in uoce, Vmbrorum, quos Samnitum populos eſſe uoluit, & ad Samnitium bellum haec referenda eſſe. 109

Ad vadimonis lacum.} Polybius libro ſecundo ὀάδμονα λίμνην uocat. Campani ab ſuperbia, & odio Samnitium, gladiatores, qui ſpectaculum inter epulas erant, eo ornatu armarunt, Samnitiumq. nomine appellarunt.} Hinc Cicero dixit pro Sextio. Et ergaſtulis emptos nominibus gladiatorijs ornauit, & ſortito alios Samnites, alios prouocatores fecit. & Lucilius, ut eſt apud Marcellum.

Aeſerninus fuit flacco ore una equidem
Samnis, ſpurcus homo, uita illa dignus, locoq.
Cum Pacidiano componier, optimus multo
Poſt homines natos, gladiator qui fuit unus.

Erant etiam alia gladiatorum nomina, ut Thrax, Mirmillo, Retiarius. de quibus alij. Praestantiore, quam dictator uictoria.} Vet.lib. Praeſtantiore etiam, quam. Is profectvs ad Nuceriam Alliſates iam tum pacem petentes, quod uti ea cum daretur noluiſſent, aſpernatus, oppugnando ſubegit.} Vet.lib. Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, iam tum pacem petentes, quod uti ea cum daretur noluiſſent, aſpernatus, eam oppugnando ſubegit. Ita autem legendum eſſe, aperte etiam docet Diodorus, qui ſcribit Sp. Nautio, & M. Popillio conſulibus, ita. οἱ δὲ νουκερίαν τὴν ἀλφατέρνην οἰκοῦντες πεισθέντες ὑπό τινων τῆς ῥωμαίων φιλίας ἀπέστησαν. i. Qui Nuceriam Alphaternam incolunt a Romanis defecerunt. Itaque paullo ante Liuius dixit. Claſsis Romana a P. Cornelio in Campaniam acta, cum appulſa Pompeios eſſet, ſocij inde nauales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti. Eſt autem Nuceria in Campania ix millia paſſuum diſtans à mari, auctore Plinio. qui idem de Alphaternis populis mentionem facit. Neque uero hic Alliſae locum habent, quas ſupra captas tradidit, neque poſtea defeciſſe adſcripſit. Glareanus tamen Luceriam ſine cauſſa emendat. Volsiniensivm.} Vulſinienſium. ex Capitolinis triumphis.

In agro Pipinienſi.} Scribe Pupinienſi. ideſt, qui erat in Pupinia. de qua dicam poſt. quod quid ea ſit, ſe dicat Glareanus ignorare. Vrbem Romanam oppugnaturos minati ſunt.} Vet. lib. Expugnaturos. Mirabilia dictu.} Veteres libri, Mirabile dictu. Vmbonibvs, incuſſaq. ala.} Veteres libri, Vmbonibus incuſſa ala. L. Postvmivs, T. Minutius.} Ti. Minucius. tum ex fragmento conſulatus Capitolini, tum etiam apertius ex Diodoro, qui τιβέριον μινούκιον edit. 110

Tifernvm Poſtumius.} Tifernum cum ſit in Vmbria opidum, miratur Glareanus hoc loco in Samnio poni, quod idem fit etiam ſequenti libro. Ego uero utroque in libro Trifernum in omnibus ueteribus libris legi reperio. Alii havd dubie Samnites uictos, ac triginta inde millia hominum capta tradunt, alij aequo Marte diſceſſum.} Malim in dubia inter auctores uictoria duo millia, quam triginta, ut Diodorus ſcribit. στρατιῶται δὲ ἐξήγαγον ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους.

Samnitivm imperator Statius Gellius.} Diodorus uocat γέλλιον γάϊον. Bovianvm, ubi poſtero die coeptum oppugnari, breui capitur.} Miratur hoc etiam loco Glareanus, Bouianum, quod anno cdxliii ſupra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, ſine ulla defectionis mentione, captum a Liuio ſcribi. ne miretur, Diodorus admonet, qui Bolam, non Bouianum captum ait libro uigeſimo, ubi res geſtas his conſulibus edit. τῶν δὲ ὑπάτων ἀμφοῖν ἑλόντων πόλιν Βῶλας γέλλιος ὁ γάϊος ὁ τῶν σαμνιτῶν ἡγεμὼν ἑάλω μετὰ στρατιωτῶν ἑξακισχιλίων. Sora, Arpinum, Cenſentia recepta ab Samnitibus.} Vet.lib. Cenſennia. Diodorus Serenniam edit. libro uigeſimo. οἱ δὲ ὕπατοι τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἁλούσας ἀνεκτήσαντο σῶραν, ἀρπίνας, καὶ σερέννιαν. Conſentia certe locum non habet. Qua de re laborat Glareanus. P. Svlpicio Auerrione.} Sauerrione ex tabulis Capitolinis. Vnvm & quadraginta opida intra dies triginta omnia oppugnando ceperunt.} Vet.lib. Dies quinquaginta. itaq. 111

Ita etiam Diodorus libro uigeſimo: ἐχειρώσαντο μ. πόλεις ἐν ἡμέραις πεντήκοντα. Marrvcini, Marſi, Peligni, Ferentini.} Supra oſtendi legendum eſſe Frentani. Eadem menda eſt apud Caeſarem libro primo de bello ciuili. Per fines Marrucinorum, Ferentinorum, Larinatium in Apuliam peruenit. Diodorus item libro uigeſimo. Cum Marrucinis, Marſis, Pelignis amicitiam & ſocietatem initam pariter ſcribit. Cvm apparerет aedilibus, fieriq. ſe pro tribu aedilem uideret, neque eius accipi nomen, quod ſcriptum faceret. Vox, Eius, non eſt in ueteribus libris. ſic Piſo apud Gellium de eodem. Cn. Flauius patre libertino natus ſcriptum faciebat. isq. in eo tempore aedili curuli apparebat, quo tempore aediles ſubrogantur. Eumq. primae tribus aedilem curulem renunciauerunt. at aedilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere, qui ſcriptum faceret, curulem aedilem fieri. Cn. Flauius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe. Iſque aedilis curulis factus eſt. Factum porro eſſe cum Q. Anicio Praeneſtino ſcribit Plinius libro trigeſimo tertio, capite primo. Hic autem non C. Flauius, ut uulgo, ſed Cn. dicitur in ueteribus libris apud Diodorum, apud Ciceronem in epiſtolis ad Atticum, & apud Piſonem. ex quo perſpici poteſt etiam hoc loco Cn. Flauium eſſe ſcribendum. Porro autem, pro tribu aedilem fieri, eſt a prima tribu aedilem renunciari, ut ait Piſo. Ab eodem inſtitutum dicitur, ut equites Idibus Quinctilibus tranſueherentur.} Idem iiſdem uerbis tradit Valerius. Ceterum id ſignificare uidetur, de quo Plutarchus in Pompeio; ad ſedentes in foro cenſores, unumquemque equitem equum ſuum adduxiſſe, & de ſtipendijs legitimis confectis interrogatos rationem ijs reddidiſſe. ita. τότε προυκάθηντο μὲν οἱ τιμηταὶ γέλλιος, καὶ λέντλος ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων. ὤφθη δὲ πομπήϊος ἄνωθεν ἐπ᾽ ἀγορὰν κατερχόμενος τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸν ἵππον. εἶτα ὁ πρεσβύτερος ἠρώτησε, πυνθάνομαί σου ὦ πομπήϊε, εἰ πάσας ἐστράτευσαι τὰς κατὰ νόμον στρατείας. Ceterum de cenſura Ap. Claudij huius copioſe Diodorus lib. xx.

IN EPITOMEN LIBRI X

Lex de prouocatione ad populum a Valerio conſule tunc primum lata eſt.} Turpem mendam tolle ex ueteris libri fide. Et, a Valerio conſule tunc tertium lata eſt, reſtitue. id enim ſcribit Liuius. Primus autem legem de prouocatione tulit anno CCXLV P. Valerius Poplicola, deinde anno CCCIV. L. Valerius Potitus. nunc demum tertium M. Valerius Coruus. Aniensis, & Terentiana.} Terentina. Q. Fabio ducibus.} Vet. lib. Q. Fabio conſulibus ducibus. Qvi iureiurando adſtrictus fuerat, quo maiore conſtantia uirtutis in aciem deſcenderet.} Vet. lib. Qui iureiurando obſtrictus, quo maiore conſtantia uirtutis pugnaret, in aciem deſcenderit. probe.

IN LIBRVM X

Soram, atque Albam coloniae deductae.} Soram, atque Albam colonias duas deductas eſſe decennio poſt Interamnam tradit etiam Velleius. Itaque uidendum eſt, quid ſit quod Liuius anno CDXXXIX lib. priore Sorae coloniae meminerit. ubi ait. Sora ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum. & poſt de eadem. Ad recuperandam coloniam.

M. Livio Dentro, & C. Aemilio conſulibus.} Scribe, M. Aemilio, ex Diodoro, & ipſomet
212 Liuio, qui hunc eundem magiſtrum equitum hoc anno M. Aemiliũ uocat. Vt tvmvltvs eius cauſſa dictator diceretur C. Iunius Bubulcus cum M. Titinio magiſtro equitum profectus primo congreſſu Aequos ſubegit.} Vet. lib. Dictator diceretur C. Iunius Bubulcus. Is cum M. Titinio magiſtro equitum profectus. Tvrias urbem in Salentinis, ui cepit.} Vet. lib. Thurios. opidum eſt in Sallentinis, quod auctore Stephano Thurij, Thuriae, & Thurium dicitur. Itaque Liuius paullo poſt Thuriae redditae. Sallentini, duobus ll, ſcribendi. ut poſt dicam. Illirici.} Vet. lib. & Capitolini triumphi, Illyrij. Ibi expoſitis paucis, qui loca explorarent, cum audiſſent tenue praetentum litus eſſe, quod transgreſsis ſtagna ab tergo ſint irrigua maritimis aeſtibus, agros haud procul cãpeſtres cerni, ulteriora colles uideri eſſe; oſtium fluminis praealti, quo circumagi naues in ſtationẽ tutam uidiſſe (Meduacus amnis erat) eo inuectam claſſem ſubire aduerſo flumine iuſsit.} Hoc in loco ualde laborat Glareanus, ut aliquorum uerborum ordinem reperiat, neq. ſeſe explicare poteſt. Eſt autem locus ualde memorabilis propter ſitum urbis huius, quae poſt in aeſtuario, de quo loquitur, condita eſt. Interpungitur autem, & legitur in ueteribus libris hoc modo. Ibi expoſitis paucis, qui loca explorarent, cum audiſſet, tenue praetentum litus eſſe, quod transgreſsis ſtagna ab tergo ſint irrigua aeſtibus maritimis, agros haud procul proximos campeſtres cerni, ulteriora colles, inde eſſe oſtium fluminis praealti, quo circumagi naues cum in ſtationem tutam uidiſſet (Meduacus amnis erat) eo inuectam claſſem ſubire aduerſo flumine iuſsit. Eſt autem ita accipiendum. Cleonymus cum audiſſet haec ab exploratoribus, itemq. cum alia uidiſſet, ita fieri iuſsit. Simvl Marſos agrum ui tueri, in quẽ colonia Carſeoli deducta erat.} Aliquot libri habent. Simul a Marſis. Quo fit, ut putem legendum eſſe: Simul a Marſis agrum ui teneri. Nam ſequitur: Proelio uno Marſos fundit. Carſeolos coloniam biennio poſt Albam, & Soram, deductam ſcribit Velleius. Cur autem Liuius hanc deductam quadrien-

nio

nio poſt etiam repetat, ut de Sora ante admonui, cauſſa incerta eſt. M. AEMILIVM Paulum.} Paullum ſcribi duobus II Capitolini lapides, & nummi argentei docent. MILIONIAM, Pleſtinam.} Glareanus miratur Milionia, & Pleſtinam hic Marſorum opida dici, quorum illud paullo poſt Samnitium eſſe traditur, hoc uero libro IX inter Samnitium etiam opida numeratum eſt. nec iuſte miratur. Nam Samnitium opida ſunt Milonia, & Pliſtia, Marſorum uero Milionia & Pleſtinia. ut poſt etiam dicam ex ueterum librorum, & Stephani auctoritate. EO ET hoſtes ſecuti. quamquam ex re bene geſta.} Vet. lib. Et quamquam. QVO MAGIS feſtinantes uidet dictator.} Vet. lib. feſtinantes ire uidet. ET SVPER alios alij nunciant.} De Romanis intelligendum, non de Etruſcis. Itaque noua periodus inſtituenda eſt. CETERVM ſatis fretus eſſe etiam nunc tolerando certamini legatum.} Vet. lib. Ceterum fretus ſatis eſſe etiam nunc. AGGER pondere ſupraſtantium in foſſam procubuit.} Vet. lib. Super ſtantium. PER INTERREGEM ea comitia facta.} Probo magis, Habita, quod eſt in Vet. lib. Q. APVLEIO.} Appuleio. ex Capitol. tabulis.

QVA NON infimam plebem accenderent, ſed ipſa capita plebis.} Vet. lib. Qua non infimam modo plebem. ROGATIONEM promulgarunt.} Vet. lib. Rogationem ergo promulgarunt. 113

VT TRES antiquae tribus Ramnenſes, Tatienſes, & Luceres.} Has libro primo uocauit centurias, quas nunc tribus nominat. Eaſdem tamen & Plutarchus in Romulo, & Pedianus, & Feſtus tribus uocant. PRO LEGE Licinia quondam.} De hac libro ſexto tradidit. SEV Ap. Clauſum, ſeu Ap. Claudium mauultis.} Supra oſtendi legendum, Seu Actium Clauſum. SEMPER iſta audita ſunt eadem, penes uos auſpicia eſſe, uos ſolos gentem habere.} De patricijs loquitur, qui ſoli ſe gentem habere gloriabantur, quod eſt idem, atque gentiles eſſe. ſic enim definit Gentiles in Topicis Cicero ex Scaeuolae ſententia: Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, neque capite deminutus eſt. Eiuſmodi uero eſſe ſe patricij profitebantur, quod Romulus tales legiſſet, ideſt, qui patrem, gentemque haberent. nam paullo poſt patricios interpretatur, qui patrem ciere poſſent, id eſt nihil ultra, quam ingenuos. Itaque lib. VI. Ap. Claudius ita loquitur. An hoc ſi Claudiae familiae non ſim, ſed unus Quiritum quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, & uiuere in libera ciuitate ſciam, reticere poſſim. Poſt autem haec laus gentilitatis cum plebeijs etiam communicata eſt, ut hoc loco Decius argumentatur. EN VMQVAM fando audiſtis.} Vet. li. En Romae umquam fando audiſtis. QVI PATREM ciere auumque poſſent.} Voces, Auumque, inducendae ſunt: neque enim reperiuntur in Vet. lib. neque uero deſiderantur. Patriciorum enim tradit etymologiam, eoſque dictos ait, qui patrem ciere poſſent. Quod etiam Dionyſius, & Plutarchus in Romulo prodidit. Qui uero, Auũ, addiderunt, id credo ea moti ratione fecerunt, quod ſubdit. Conſulem iam patrem ciere poſſum, auumque iam poterit filius meus. Cuius orationis hic eſt ſenſus. Si patricij ſunt, qui patrem ciere poſſunt, ego certe patricius, qui patrem conſulem, multoque magis filius meus, qui patrem, & auum ciere conſulem poteſt. VTI ROGATIS iubendam cenſeo.} Supra oſtendi, Vti rogas, legendum eſſe. PORCIA tamen lex ſola.} Vet. lib. Porcia inde lex. SI QVIS aduerſus ea feciſſet, nihil ultra, quam improbe factum adiecit. id quod, qui pudor tum hominum erat, uiſum credo uinculum ſatis ualidum legis. nunc uix ſeruo ita minetur quiſquam.} Quidam legunt, ſerio. quod non probo. ſignificat enim, cum ſeruis minantur, grauius minari, quam ut dicant, improbe feciſſe. malum enim minabantur, ut libro IV. Audiſtis Quirites ſicut ſeruis malum minantem militibus?

SVLPITIO Auerrione.} Sulpicio Sauerrione. ex Capitolinis lapidibus. EODEM anno ab Etruſcis aduerſus indutias paratum bellum.} Indutiae datae fuerant in biennium Liuio, & Aemilio conſulibus extremo anno CDLI. At hoc anno, qui eſt CDLIV aduerſus indutias parant bellum. recte. non enim biennium completum eſt, neque enim annus, quo datae ſunt, numeratur. Hoc dixi, ut defenderem a Glareani calumnia Liuium.

M. VALERIVM conſulem omnes ſententiae.} Hic eſt M. Valerius Coruus, qui anno priore V,
hoc uero VI conſul creatus eſt, Plutarcho, Liuio, & Cicerone, & Suetonio auctoribus. PECVNIAM 114
ingentem ſine labore, ac periculo paratam.} Vet. lib. Partam. VT NEMO extra munimenta egredi auderet.} Veteres libri, Munitiones. IN AGRVM Aequicolorum deducta. Vet. lib. In agro Aequicolarum. Recte utrumque. ſic enim in epitoma lib. XIX. Colonia deducta in agro Sallentino Brundiſium. & libro XX. Coloniae deductae in agro de Gallis capto Cremona, & Placentia. Aequicolarum, autem ab Aequicola ſcribendum, unde Virgilius, Duris Aequicola glebis. neque enim audiendus eſt Gelenius, qui Plinium ſcribentem Carſeolanos eſſe Aquicolarum, Aequicolorũ emendat, atque deminutiuum eſſe ait. LEGEM recitari iuſſit, qua intra decem annos eundem refici conſulem non liceret.} Haec lex lata eſt anno CDXIII C. Marcio, Q. Seruilio conſulibus. ut ait Liuius libro VII extremo. Ea uero nunc tenetur Q. Fabius. nam tertium conſul fuerat anno CDXLV. Hic autem annus, quo quartus ei defertur conſulatus, eſt CDLIV. Legis autem haec erat ſententia, ut nemo poſtquam conſul fuiſſet niſi exactis decem annis reficeretur, ita ut inter duos conſulatus anni X intereſſent, qui inter tertium & quartum Fabij conſulatum numerari non poſſunt. Quod cum ita ſit, ergo

merito

merito contemnenda ſunt ea, quae a Glareano cōtra Liuium hoc in loco ſunt dicta: De Scipione enim quod ille opponit ſuo loco reſpondebo. AB SVTRIO, & Nepete.} Nepet, ut ante dixi.

NON feſellere ad Tifernum.} Trifernum. ut ante. SIVE quia ex omnium.} Vet.li. Seu quia ex omnium. ſequitur enim alterum membrum: Seu quia diſcrimen. ET IPSOS nominatim iuuenes pari comitate utrumque nunc laudibus, nunc promiſsis onerat.} Vet. lib. Vtcumque. AVERSOQVE hoſti ab tergo repente ſe oſtendere.} Vet.lib. Et aduerſo hoſti.

115 NI SECVNDA acies iuſſu conſulis in primum ſucceſsiſſet.} Vet. lib. In primam. NON VERO tantum metu terruere.} Vet.lib. Non uero metu tantum. CAPTI trecenti ferme, & uiginti} Vet.lib. Capti ad trecentos ferme, & triginta. NI P. Decius conſul.} Vet.lib. Ni P. Decius conſul alter. NEC VALLI tantum, ac foſſarum ueſtigia relicta, ſed multa illis inſigniora monumenta uaſtitatis circa, regionumque depopulatarum.} Vet. lib. Sed multo illis inſigniora monumenta uaſtatis circa regionibus, depopulatiſque. CVM PRIMO uocatae Q. Fabium dicerent omnes centuriae.} Primo uocatae centuriae dicebantur, quae primo poſt praerogatiuas uocarentur. Nam ſic paullo poſt loquitur: Eumque & praerogatiuae, & primo uocatae omnes centuriae conſulem cum L. Volumnio dicebant. Ex quo conuincitur in ueteribus libris eſſe mendoſe; Cum primo uocatum Q. Fabium.

FABIVS primo de ſe eadem fere.} Vox, Primo, non eſt in ueteribus libris.

MAIESTATEMQVE priſtinam tum honori, tum patricijs gentibus redderet.} Id fore putabat nobilitas, ſi duo, ut ante, patricij conſules facti fuiſſent. AD MVRGANTIAM, ualidam urbem.} Stephanus μοργέντιον πόλις ἰταλίας. λέγεται καὶ μοργή τις. τὸ ἐθνικὸν μοργεντῖνος. AD ROMVLEAM urbem.} De hac ſic Stephanus. ῥωμυλία τῶν ἐν ἰταλίᾳ σαυνιτῶν πόλις. τὸ ἐθνικὸν ῥωμυλιάτης. CETERVM Ibi plus laboris, ac periculi fuit. & defenſa ſumma ui moenia ſunt.} Vet.lib. Nam & defenſa. SED alterius P. Volumnij.} L. Volumnij ex ipſomet Liuio, & Capitolinis tabulis. CETERVM magis eo profectum eſt, quod.} Vet.lib. Eo magis.

116 IBI LONGIORES orationes habitae in eādem ferme ſententiam, in quam inter paucos certatū uerbis fuerat.} Vet.lib. In quam paucis ante certatum uerbis fuerat. recte. icirco enim ait longiores nunc orationes habitas. IN CAMPANIAM, Falernumque agrum tranſſcendunt. Vet.lib. In Campanum, Falernumque agrum. Per Veſtinos in Campanum, Falernumque agrum tranſſcendunt.} Veſcinos legendum eſt, a Veſcia opido in his locis, ut alibi dixi. nam Veſtini Sabinos attigerunt, nō Campanos. ſic paullo poſt, Veſtinum, & Falernum agrum. item: In ſaltu Veſtino Falernum contingente, lege Veſcinum, & Veſcino. CALOENVM agrum.} Calenum, ſine diphthongo ex Capitolinis triumphis, & Graecis, καληνός. PRAEDAM, Praedaeque cuſtodes exire, ignobile agmen.} Vet. lib. Immobile agmen. Vere. nam ſubdit. Samnites praeda impediti. STATIVM Egnatium ducem.} Vet.lib. Statium Minatium. QVOD fuerat dies decem octo.} Vet.lib. Per dies decem, & octo.

ADVERSVS quattuor populos duces conſules illo die deligi meminiſſent.} Vet. lib. Duos conſules. optime. Quattuor enim populos duobus conſulibus opponit. QVI haud dubie tum primus omnium ductor habeatur, dictatorem fuiſſe extemplo dicturum.} Ludit in uocibus Ductor, & Dictator. AD COLLEGAM P. Decium poſcendum, id ſenectuti ſuae adminiculum fore.} Vet. lib. Hunc ſenectuti ſuae.

117 ESSE praeterea uiros natos militiae.} Vet.lib. Gnaros militiae. Vere. nam ſequitur oppoſitum: Ad uerborum, linguaeque certamina rudes. ſic ſupra: Gnaros Oſcae linguae. CONSVLES creati Q. Fabius, & P. Decius, Ap. Claudius praetor, omnes abſentes.} Non eſt praetereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos ſaepe, in primis autem Glareanum torſit, explicetur. Id eſt, quid ſit apud Liuium, Abſentem conſulem, aut praetorem creari. non enim eum ſignificat tantum, qui abeſt ab urbe, ſed etiam, qui cum in urbe ſit, abeſt a campo, in quo tamen comitia creandi magiſtratus cauſſa habeantur. Sic loquitur lib. IV. Plebs tribunos plebis Sex. Tempanium, A. Sellium abſentes fecit. hos uero ex caſtris in urbem cum conſule reuerſos paucis ante uerſibus tradidit. & hoc libro ſupra. Conſul ex dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atque adeo abſentem creatum tradidere quidam. ſic hoc loco. Q. Fabius, & P. Decius facti conſules ſunt, cum in campo non adeſſent, Ap. Claudius praetor, cum non ſolum in campo, ſe ne in urbe quidem tum, ſed in Etruria uerſaretur. Hoc autem ita eſſe aperte docet Dionyſius lib. IX. de Ap. Claudio conſule abſente facto, i. ut ipſe interpretatur qui in campum non deſcenderat. ἄππιον κλαύδιον πολλὰ ἀντειπόντα, καὶ ἐλθεῖν εἰς τὸ πεδίον ἀξιοῦν οὐ θελήσαντα ἕνεκα τῶν ἀρχαιρεσιῶν, ἐδεῖτο ὅμως προσβάλλοντά τε, καὶ ἐψηφίσαντο ἀπόντα ὕπατον.

PVBLICE uinum, ac thus praebitum.} Vet. lib. Ac thus ſacrificijs praebitum. QVAM arborem conſeruiſſet.} Vet.lib. Seruiſſet. VT QVOD populi ſit, populus iubeat potius, quam gratificentur.} Sic locutus eſt Pedianus in orat. pro Cornelio. Promulgauit legem, ne quis, niſi per populum legibus ſolueretur. eamque tulit inuitis optimatibus, qui uel pauci gratificari ſolebant. ſic enim legendum eſt, non Paucos, ut uulgo legitur. nam ante praeceſsit. eaque ipſa ſenatuſconſulta per pauculos admodum fiebant. QVI nomina dederitis, mecum ducam.} Vet. lib. Dederint.

AD OPIDVM Abarnam.} Vet.lib. Adharnaham. AD CLVSIVM, quod Camars olim appellabant.}

pellabant.} Hinc Polybius lib.II. σαμνίτας καὶ γαλάτας παρετάξαντο ῥωμαίοις ἐν τῇ καμαρτίων χώρᾳ. Quos Polybius Camartinos uocat, eos Clufinos eſſe intelligendum eſt. MINVS quinque millia peditum, equitumque cum Fabio ueniſſe.} Vet.lib. Equitumque mille cum Fabio. Recte. minor enim numerus equitum debet eſſe, quam peditum.

L. POSTVMIVS Megillus.} Vet.lib.& lapides Capitolini, L. Poſtumius Megellus. 118

SAMNITI, Gallisque delegata pugna.} Vet.lib. Samnitibus, Gallisque. ETRVSCOS ex agro Sentinate ad ſuos ſines tuendos mouit.} Polybius lib.II. ubi de hac re loquitur. Καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν σεντινατῶν χώρᾳ πρὸς τοὺς προειρημένους, τοὺς μὲν πλείους ἀπέκτειναν.

CAELESTIVM, infernorum iras.} Vet.lib. Infernorumque. CORNELIVS Scipio, & C.Marcius.} Vet.lib.L.Cornelius Scipio.

ET in Etruria per eos dies.} Vet.lib.Per eoſdem dies. RES ex ſententia geſtae. & praeter 119
ingentem} Vet.lib. Nam praeter ingentem. PEDITVM quadraginta millia CCCXXX, equitum ſex, & quadraginta millia.} In quibuſdam libris eſt. Equitum ſex millia. Recte. non enim equitum numerus numerum peditum ſuperare debet. L. VOLVMNIVM proconſulem ducem conſulibus, exercitumque eius legionibus conſulum adijciunt. Vox, Ducem, non eſt in pleriſque libris ueterib. & inducenda eſt. Nam ſine ea praeclare ſtat ἀντίθεσις. Adijciunt proconſulem conſulibus, & exercitum pro conſulis legionibus conſulum. IN TIFERNVM montem.} Trifernum, ut ante. ET PARTE alia in Eſetrunium, quaeque Vulturno adiacent flumini, deſcendere.} Vet. lib. Et parte alia in Aeſerniacum, quae Vulturno adiacet flumini. ut agrũ Aeſerniae intelligat opidi Samnitiũ. AGRVM Veſtinum, Formianumque.} Lege, ut ſupra, Veſcinum. L. VOLVMNIVS proconſul ſequeretur.} Vet.lib. Pro conſule. SVPERSVNT etiam nunc Samnitium bella, quae continua per quartum iam uolumen, annumque ſextum, & quadrageſimum a M. Valerio, A. Cornelio conſulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. Rotundus numerus erit, ſi annus conſulum Valerij, Cornelijque numerabitur, ideſt ſi anni extremi non negligentur. neque uero aliter loqui poteſt, cum dicat, Bella agimus per annum XLVI. alibi, ut oſtendam, primum annum non numerat. L. POSTVMIVS Megillus.} L.Poſtumius Megellus. ut ante. ATTILIVS.} Atilius, Veteres libri, & Capitolini lapides. VELVT ex compoſito ibi obuium habuere hoſtem.} Veteres libri pleri que, habuit. & recte. refertur enim ad uocem, Atilius. SAMNITES prohiberentur.} Venuſtior eſt priſca lectio. Samnitem prohiberent. Cuius hic eſt ſenſus. Romani ibi obuium habuerunt hoſtem Samnitem, ubi & intrare, nedum uaſtare Samnitium agrum ipſi prohiberentur, & egredi in fines populi Ro. Samnitẽ prohiberent. Deinde nouae periodi faciendum eſt initium. Cum caſtra caſtris. QVAM aedilis curulis ex multaticia pecunia faciendam curauerat, dedicauit.} De L. Poſtumio Megello conſule loquitur, quem in aedilitate aedem Victoriae faciendam curaſſe ait. cum ſupra tamen huius aedilitatis nulla mentio ſit. neque hoc librorum uitio. Eſt enim hoc Liuio familiare, ut magiſtratus alicuius, aut legis, aut rei, non anno illo, quo de ea actum eſt, uerum multos poſt annos mentionem inferat. Quae res ſaepe angit Glareanum, ut in lege Oppia abroganda, quam numquam ante latam eſſe ſcripſerat, lib.XXXIV. POSTVMIVS Milioniam oppugnare adortus.} Vet.lib. Miloniam. Item Stephanus μιλωνίαν urbem eſſe Samnitium clariſsimam ſcribit.

AB HORA quarta uſque ad octauam ferme horam.} Vet.lib. Ab hora quarta diei ad octauam. 120

HOSTEM in caſtra uenturum, niſi illi extra exiſſent.} Vet. lib. Niſi ipſi. ARMATIS ac dimicantibus dubiam uictoriam eſſe.} Turpe mendum ſenſum attendentes tollimus. ita. Haud dubiam uictoriam eſſe. ſiquidem altera, quae ſequitur pars ἀντιθέσεως id oſtendit. Qui nudus atque inermis hoſtem maneat, ei aut mortem, aut ſeruitutem patiendam. TVM uero conſul indignum facinus eſſe uociferari.} In manuſcriptis eſt. Tunc, Enimuero, conſul, indignum facinus eſſe uociferari. Eſt autem Enimuero uox indignationis, & dolori exprimendo aptiſsima. ſic libro VI. Enimuero indignum facinus uideri. & libro XXII. Tum Metilius id enimuero ferendum eſſe negat: & libro XXXIIX. Enimuero, inquit conſul, ferri iam ludificatio iſta non poteſt. PROCEDVNT aduerſus hoſtem nec ſpe, nec animo certiorem.} Vet. lib. Fortiorem. Egregie. Nam de Romanis dixit, Maeſti, ac prope uicti. PROCVRRERANT Samnites.} Vet.lib. Procurrerunt. NVMERVS fuit ſeptem millia CCC.} Vet.lib. Septem millium, ac ducentorum. NVMERVS relatus ſeptem millia trecenti.} Vet.lib. Septem millium & ducentorum. L. HORATIVM, M.Valerium conſules.} M.Horatium, L.Valerium. fuerunt enim anno CCCIII ab urbe condita. Liuius, Dionyſ. Caſsiod.

NOVA lege, ut qui iuniorum non conueniſſet ad imperatorium edictum, quique iniuſſu abiſſet, 121
caput Ioui ſacratum erat.} Vet.lib. Sacratum eſſet. IBI EX libro uetere linteo lecto ſacrificatum ſacerdote Ouio Paccio quodam.} Sunt, qui ambigant, Lecto, ad librum ne, an ad ſacerdotem referendum ſit. Mihi non eſt dubium, quin ad librum referatur. hic enim eſt ſenſus. In eo linteis contecto loco ex ueteris libri lintei lectione ſacrificatum eſt, Ouio Paccio quodam ſacerdote rem diuinam faciente. TVM in loco circa omni contecto arae in medio.} Paullo ante hunc locum linteis contectum dixit. In hoc ergo loco tam undique clauſo erant arae in medio, uel, ut Feſtus ait,

era. Eis dictum, ut uir uirum legeret.} Vet.lib. Eis edictum. ſic ſupra lib. IX. Etruſci lege ſacrata coacto exercitu, cum uir uirum legiſſet. & Virgil. XI. Legitque uirum uir. Ea legio linteata ab integumēto conſaepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata.} Vt Saeptū, ſic Conſaeptum dicitur, qua uoce uſus eſt & Varro, & Columella. Vocat autem cōſaeptum, locum undique ſaeptum cratibus, qui quod linteis erat contectus, linteatae legioni dedit nomen, quae ibi conſcripta eſt. Quare Feſtus ait. Legio Samnitium linteata appellata eſt, quod Samnites intrantes ſinguli ad aram uelis linteis circumdatam, non ceſſuros ſe Romano militi iurauerunt. Papirius nouo exercitu (ita decretum fuerat) ſcripto.} Vet.lib. Ita enim decretum fuerat. Avream olim, atque argenteam Samnitium aciem a parente ſuo occidione occiſam.} De hac re lib. IX. Duo exercitus erant. Scuta alterius auro, alterius argento caelauerunt. Datvm hoc nomini.} Vet.lib. Datum hoc forſan nomini. Exevnti iam in aciem.} Vet.lib. Iam forte in aciem. C. Ceditivm, & Treboniū.} Vet. lib. C. Caedicium, & C. Trebonium. Promovent & Samnites ſigna, inſequitur acies ornata, armataque.} Ornatam uocat Linteatam legionem, cui dixit arma fuiſſe inſignia data, ut inter ceteros eminerent, ea fuit XVI milliū. Armatam alteram uocat XX millium, quam poſt linteatam conſcriptam eſſe dixit.

122 Vt parvo admodum plures caperentur.} Vet. lib. Paruo admodum numero plures.

Neqve obſidio, neque bellum ex aequo erat.} Papirius, inquit, ad Saepinum difficilius bellum geſsit. Etenim ſaepe in acie, ſaepe in agmine, ſaepe circa ipſam urbem aduerſus eruptiones hoſtium pugnauit. Neque uero aut obſidendi, aut dimicandi facilis, & expedita ratio erat, quod Samnites non minus acriter armis moenia ſua defenderent, quam ipſi ſe muris tutarentur. Quod autem ait, In agmine, in itinere faciendo intelligit. Haec dixi, quia Glareanus uitium ſubeſſe ſuſpicatur ſine cauſſa.

Transiere, ac tranſuecti.} Vet. lib. Tranſuecti ſunt. Aeris grauis tranſuecta uicies centum millia, & quingenta triginta millia.} Vet.lib. Aeris grauis magna uis tranſuecta, uicies centies millies, & quingenta triginta millia. Sic etiam lib. XXVI. Et auri, argētique relata ad imperatorem magna uis. Minvs duo millia capti.} Vet.lib. Capta. In Etruria Troilium.} Troilulum. Plin. lib. 33. cap. 2.

123 Servilio Tullo.} Ser. Tullio. Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum, cum multarum aedium Fortunae a Ser. Tullio dedicatarum meminerit, Fortis tamen Fortunae ab eo dicatae non meminit. De ea tamen ſcriptum eſt apud Varronem libro V. de Lingua Latina. Censa capitum millia ducenta ſexaginta duo.} Et Liuiani, & epitomarum manuſcripti libri, Septuaginta, habent. Censores uiceſimi ſexti a primis cenſoribus, luſtrum undeuiceſimum fuit.} In Capitolinis fragmentis hoc luſtrum triceſimum eſſe ſcriptum eſt. Varietatis cauſſa eſt, quod Liuius decem luſtra ante cenſores creatos acta praeterire uidetur. Numerus etiam hic cenſorum negligentiam eius arguit in tradendis ante cenſoribus. neque enim qui ab eo ſupra editi ſunt hanc ſummam conficere poſſunt.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XI

Eoqve inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco ſedes Aeſculapij conſtituta eſt.} Caſtiga ex fide Vet.lib. Aedes Aeſculapio conſecrata eſt. Nam Feſtus etiam libro IX. inquit. In inſula Aeſculapio facta aedes fuit, quod aegroti a medicis aqua maxime ſuſtententur. & Valerius libro primo. At in ripam Tiberis egreſsis legatis, in inſulam, ubi templum dicatum eſt, tranſnauit. Plebs propter aes alienum, & graues & longas ſeditiones ad ultimum ſeceſsit in Ianiculum.} Vet.lib. Poſt graues, & longas ſeditiones. Nam Auguſtinus etiam libro III. cap. XVII de ciuitate Dei ita loquitur. Poſt graues & longas Romanas ſeditiones ad ultimum plebs in Ianiculum hoſtili diremptione ſeceſsit.

Vnde a Q. Hortenſio dictatore deducta eſt.} De hoc dictatore ſic Plinius libro XVI. cap. X. Q. Hortenſius dictator, cum plebes ſeceſsiſſet in Ianiculum, legem in Eſculeto tulit, ut, quod ea iuſſiſſet, omnes Quirites teneret. Idem ſcribit Gellius libro XV. cap. XXVII. Idem eſt libro primo Inſtitutionum Iuſtiniani. Hac de re ſupra dixi in librum octauum. Coloniae deductae ſunt Caſtrum, Sena, Hadria.} De Sena per hos annos in agro Gallorum deducta, Polybius lib. II.

Volsinienses.} Vulſinienſes, lapides Capitolini.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XII

L. Caecilivs praetor.} Hunc Caecilium praetorem Oroſius, & Auguſtinus lib. III. cap. XVII, uocant. Polybius libro I. Λεύκιον στρατηγὸν nominat. in eiusque occiſi locum ſuffectum eſſe M. Curium. Dvce, qui praeerat claſsi, occiſo.} Vet.lib. Duumuiro, qui praeerat claſsi. Duumuiri autem nauales creari primum coepti ſunt anno ab urbe condita CDXLIII. Brvtios.} Brvttii duobus TT in Capitolinis lapidibus ſcribuntur. itemque in nummis argenteis, quos perantiquos pater habet tuus, cum his litteris ΒΡΕΤΤΙΩΝ. praeterea Euſtathius in Dionyſium docet, omnino

Βρέττιοι

Βρεττίους διὰ δύο τ eſſe ſcribendos. Cvm in praeſidium Rheginorum legio Campana cum praefecto Decio Iubellio miſſa eſſet.} Polybius lib. I. hunc [illegible] καμπανὸν uocat.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XIII

Valerivs Leuinus.} Laeuinus, ex Capitolinis lapidibus a Laeuo, ut Craſsinus a Craſſo, Albinus ab Albo. Plutarchus in Pyrrho mendoſe ἀλβῖνον habet, pro λαιβῖνον. C. Fabricivs miſſus ad eum, ut.} Vet. lib. Miſſus ad eum a ſenatu, ut. Cyneas legatus.} Cineas. ſic enim Plutarchus in Pyrrho. ſic Suidas, κίνεας. Iamdiv a conſilijs publicis abſtinuerat.} Vet. lib. Conſilijs publicis ſe abſtinuerat. P. Domitivs cenſor primus ex plebe luſtrum condidit.} Vet. lib. Cn. Domitius. Quod placet. eſt enim Cn. Domitius, qui per haec tempora cum P. Dolabella conſul fuit. praeterea Publij praenomen nuſquam alias in Domitia gente reperi. ut autem C. Marcius Rutilus primus e plebe cenſor fuit, auctore Liuio, ſic Cn. Domitius primus e plebe cenſor luſtrum condidit.

Cvm Carthaginienſibus quarto foedus renouatum eſt.} Huius foederis meminit Polybius libro tertio. τελευταίας ποιοῦνται συνθήκας ῥωμαῖοι κατὰ τὴν πύῤῥου διάβασιν πρὸ τοῦ συστήσασθαι τοὺς καρχηδονίους τὸν περὶ σικελίας πόλεμον. 114 Is, qvi ad eum a Pyrrho transfugerat.} Hunc alij Timocharem, alij Niciam appellarunt. auctor Gellius lib. tertio, cap. octauo.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XIV

Cvrivs Dentatus, cum delectum haberet, eius, qui citatus non reſponderat, bona uendidit.} Vet. lib. Bona primus uendidit. Hac de re ſic Varro, ut eſt apud Marcellum. Manius Curius conſul in Capitolio cum delectum haberet, nec citatus in tribu ciuis reſpondiſſet, uendidit tenebrionem. Valerius & bona, & ipſum, qui citatus erat, uenijſſe a Curio ſcribit lib. VI. cap. III. Pyrrhvm iterum ex Sicilia in Italiam reuerſum uicit.} Vet. lib. Iterum Pyrrhum. praeclare. eſt enim aliud iterum reuerſum, & iterum uicit. Eſt autem, iterum uicit, intelligendum. Censa ſunt capita ciuium CCLXXI. millia.} Placet legi CCLXXXI millia. ut ſingulis luſtris numerus ciuium augeatur. Nam tertio ante luſtro cenſa ſunt CCLXXII millia, altero uero CCLXXIIX, hoc CCLXXXI, proximo inſequenti CXCII. Coloniae deductae ſunt Poſidonia, & Conſa.} Coſſa legendum eſt. Velleius lib. primo. Coſſam, & Paeſtum colonias deductas ait Fabio Dorſone, Claudio Canina conſulibus. & Plin. libro III. cap. V. Coſſam Vulcientium coloniam deductam ait. Ita etiam lib. Vet.

Carthaginensivm claſsis auxilio Mamertinis uenit, quo facto ab ijs foedus uiolatum eſt.} Primum intelligendum eſt placere antiquis grammaticis, Carthaginienſium dici, quod a caſu dandi eiuſmodi nomina edantur additis ſyllabis Ensis, idque praeceptum uerſu Ennij confirmari. Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis. deinde uocem, Mamertinis, mendum continere. neque enim de Mamertinis adhuc dicendi locus eſt, uerum initio belli Punici. & Mamertinis quidem etiam tum non Poeni, ſed Romani uenerunt auxilio. Tarentinis autem reponendum eſt, non ſolum quia ita habent manuſſcripti libri, ſed etiam, quia Hanno Carthaginienſis apud Liuium libro XXI. id factum eſſe ſignificat, cum ait. Sed ut Tarento tum, & Italia non abſtinueramus ex foedere, ſic nunc Sagunto non abſtinemus. ſic Oroſius, ut ibi dicam. Pyrrhi mortem.} Vet. lib. Pyrrhi regis mortem.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XV

Salentini.} Sallentini duobus ll ſcribi debent ex fide Capitolinorum triumphorum, & Graecis ſcriptoribus. ſic enim Stephanus σαλλεντία πόλις μεσσαπίων. τὸ ἐθνικὸν σαλλεντῖνος. Tvnc primum populus Romanus argento uti coepit.} Plin. lib. XXXIII. cap. III. Q. Fabio conſule argentum ſignatum eſt annis quinque ante primum Punicum bellum coeptum. Qvaestorvm numerus ampliatus eſt.} In Vet. lib. eſt, Quaeſtorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent. Deſideratur autem numerus. ſic enim in Epitoma lib. II. Numerus tribunum ampliatus eſt, ut eſſent XXI. & libri decimi. Collegium augurum ampliatum eſt, ut eſſent nouem. & libri XX. Praetorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent quattuor. Puto legendum hic eſſe. ut eſſent octo. Quaeſtores enim primum duos creatos eſſe anno primo poſt reges exactos ſcribit Plutarchus in Poplicola. Duos deinde his additos eſſe, ut eſſent quattuor, duos qui urbanas, duos, qui militares res curarent anno ab urbe condita CCCXXXIII tradit Liuius, lib. IV. & lib. VI. & Tacitus lib. XI. cum autem Tacitus ſubſequatur his uerbis, Mox duplicatus quaeſtorum numerus ſtipendiaria iam Italia, & accedentibus prouinciarum uectigalibus, eos profecto octonos factos eſſe hoc tempore ſignificare uidetur.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XVI

Origo Carthaginienſium, & primordia urbis referuntur.} Vet. lib. Vrbis eorum referuntur. Censa ſunt ciuium capita CCCLXXII millia.} Melius Eutropius, qui CCXCII millia edit. Etenim tertio ante luſtro cenſa ſunt CCLXXIIV millia, neque interea clades ulla accepta eſt, ut tantopere ciuium numerus imminutus ſit. Edidit primus.} Vet.lib.Primus edidit. Esernia.} Vet.lib.& Graeci, Aeſernia. Res praeterea contra Poenos, & Volſcos proſpere geſtas continet.} Dij boni quid hoc tempore rei Romanis cum Volſcis erat toties uictis? certe nihil. Ergo non Volſcos, ſed Vulſinios ſcribe, ut eſt in Vet.lib. Cum quibus hoc tempore bellatum eſſe docent hiſtorici, & maxime Capitolinus M.Fuluij Flacci conſulis triumphus de Vulſinienſibus primo anno primi belli Punici actus.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XVII

Cn. Dvilivs cos.} C. Duilius Vet.lib. lapid. Cap. & reliqui. Ob qvam cauſſam ei perpetuus honos habitus eſt, ut reuertenti a cena tibicines canerent, & funale praeferretur.} Vet. lib. Perpetuus quoque honos habitus eſt, ut reuertenti a cena tibicine canente funale praeferretur. ſic Valerius lib. III. cap. VI. Ad funalem cereum praeeunte tibicine, & fidicine a cena domum reuerti ſolitus eſt. M. Calpvrnii tribuni militum uirtute.} Hunc lib. XXI. Calpurnium Flammam nominat Liuius. eundem Q. Caedicium Cato, alij Laberium appellarunt. auctor Gellius lib. III. cap. VII.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XIIX

Attilivs Regulus in Africa.} Vet.lib. Atilius Regulus conſul in Africa. Serpentem portentoſae magnitudinis. Hanc hiſtoriam a T. Liuio curioſe pariter, ac facunde relatam ſcribit Valerius libro primo. Quam eandem recitat etiam ex Aelio Tuberone Gellius lib. VI. Cvm aliquot proelijs aduerſum Carthaginienſes pugnaſſet.} Vet.lib. Cum aliquot proelijs bene aduerſus Carthaginienſes pugnaſſet. Inter cauſſas petendi ſucceſſoris erat, quod agellus eius a mercenarijs deuaſtaretur.} Vet.lib. A mercenarijs deſertus eſſet. Sic Valer. lib. quarto, cap. IV. Conſulibus ſcripſit uillicum in agello, quem ſeptem iugerum in Pupinia habebat, mortuum eſſe, occaſionemque nactum mercenarium amoto inde ruſtico inſtrumento, diſceſsiſſe. ideoque petere, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro non eſſet, unde uxor, & liberi ſui alerentur. T. corvncanvs.} Ti. Coruncanius. Vet.lib. Triumphi Capitolini. Polybius, Pomponius de origine iuris. M. Sempronivs Sophus, Valerius Maximus cenſores.} P. Sempronius Sophus, M. Valerius Maximus cenſores. ex Capit. lap.

Censa ſunt ciuium capita CCCXVII millia CCXVII.} Vet.li. CCXCVII millia DCCXCVII. recte. Nam priore luſtro ex Eutropij ſententia cenſa ſunt CCXCII millia. Et si eam minime impetraret.} Vet.lib. Et ſi eam non poſſet impetrare. Ivreivrando adſtrictus eſt rediturum.} Vet.lib. Iureiurando adſtrictus rediturum.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XIX

C. glavciam dixit.} Et hic & apud Suetonium in Tiberio legendum eſt, Claudium Gliciam, ex Capitolina huius Dictatura, apud Suetonium enim eſt Iliciam. Coloniae deductae ſunt Fregellae.} Vet.lib. Fregenae. optime. Fregellae enim Colonia deductae ſunt anno CCCCXXVII. in agro Volſcorum, auctore Liuio libro IIX. Idem etiam Fregenarum meminit maritimae coloniae li. XXXI. Alſij porro, & Fregenarum meminit Cato in fragmentis Originum, & Plin. lib. III. cap. V. Eadem menda eſt apud Velleium lib. II. ubi ait. poſtque XII. annos Aeſulum, & Alſium, Fregellaeq. poſt biennium, proximoq. anno Torquato, Sempronioq. conſulibus Brundiſium. legendum eſt enim Fregenae. Censa ſunt ciuium capita CCLI millia.} Priore luſtro cenſa ſunt CCXCVII. millia, hoc autem CCLI. minore multo ſumma. Hic autem numerus (ſi probe habet) iccirco imminutus eſt, quia maxima pars, cum P. Claudius conſul rem nauali proelio male geſsiſſet, interijt. A lvdis diuertens.} Vet.li. Reuertens. Gellius li. X. cap. VI. de hac eadem Claudia. a ludis exiens. Ob eam cauſſam multata eſt.} Vet.lib. Multa ei dicta eſt. Sic loco citato Gellius, ob haec mulieris uerba tam improba, ac tam inciuilia C. Fundanius, & Ti. Sempronius aediles pl. multam dixerunt ei aeris grauis XXV millia. Id factum Fabio Licino, Otacilio Craſſo conſulibus. De eadem Suetonius in Tiberio.

Rebvs aduerſus Poenos pluribus ducibus geſtis.} Vet.lib. A pluribus ducibus proſpere geſtis. Dvas tribus adiectae ſunt Velina, & Exquilina.} Turpis menda eſt in uoce Exquilina. haec enim tribus una fuit ex urbanis quattuor a Ser. Tullio Rege factis, ut ſupra diximus. Itaque non Exquilina, ſed Quirina reſtituendum eſt, manuſcriptis praeſertim libris ita admonentibus.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XX

Spolitium.} Vet.lib.Spoletum. Priſcianus etiam ita dicendum eſſe contendit. Tutia uirgo.} Vet.lib. Tuccia. Sic alibi Tucciae gentis mentio. Qui in Italiam eruperant.} Vet. lib.Irruperant. Eo bello populus R.ſociorum,Latinique nominis trecenta millia armatorum habuiſſe dicitur.} Vet.lib.ad trecenta millia. Eadem ſumma colligitur etiam ex Polybij lib. II.qui quot quique ſocij pedites, quot equites dederint, exponit. In ſumma tamen concipienda ineſt apud eum labes. inquit enim omnem exercitum tam Romanorum,quam ſociorum fuiſſe,pedites ὑπὲρ πεντεκαίδεκα μυριάδας,cum ſit legendum πεντήκοντα. equites autem fuiſſe ἑξακισχιλίους, cum ſit legendum ἑξακισμυρίους aperte ex uerbis eiuſdem. Bellum Illyrijs propter unũ ex legatis,qui ad eos miſſi erant occiſum,indictum eſt.} Legatos duos miſſos ſcribit Polybius lib.II.C.& L.Coruncanios. ex ijs alterum Teutae reginae iuſſu fuiſſe interfectum,qui liberius in eam inuectus fuerat.ὥς τι ἀποστεῖλαι τινὰς τὸν παῤῥησιασάμενον τῶν πρέσβεων ἀνελοῦντας. M. Claudius Marcellus conſul occiſo Inſubrium Gallorum duce Viridomaro opima ſpolia retulit.} Lege Virdumaro. Sic enim Propertius libro quarto. Virdumari genus hic Rheno iactabat ab ipſo. & in lapidibus Cap. M. CLAVDIVS M.F.M.N. MARCELLVS.COS. DE.GALLEIS.INSVBRIBVS.ET.GERMAN. ISQVE.SPOLIA.OPIMA. RETTVLIT. DVCE. HOSTIVM. VIRDVMARO. AD. CLASTIDIVM. INTERFECTO. Iterum Illyrij cum rebellaſſent domiti in deditionem uenerunt.} De Illyrijs priore bello triumphauit Cn Fuluius Centumalus cos.ut eſt in Capit.Triumphis. De iiſdem hoc tempore L. Aemilius Paullus Polybio auctore libro tertio. Eius belli initium intulit Teuta regina, huius Demetrius Pharius Rex.

Cum ante diſperſi fuiſſent.} Vet.lib.Cum ante per omnes diſperſi fuiſſent. Munivit, & circum Flaminium exſtruxit.} Locus, ut omnes ſentiunt,mancus, ita reſtitui debet. C. Flaminius cenſor uiam Flaminiam muniuit,& circum Flaminium exſtruxit.De uia.& circo a C. Flaminio hoc anno cenſore factis auctor eſt Caſsiodorus,& Feſtus.De luſtro condito C.Flaminio,& L.Aemilio cenſoribus Liuius lib.XXII, & XXIII. ut de hac lectione omnino dubitandum non eſſe uideatur. Caſsiodorus ita. L.Veturio,C.Lutatio conſulibus uia Flaminia munita,& circus Flaminius factus eſt. Feſtus autem ita. Flaminius circus,& Flaminia uia dicta eſt a Flaminio cenſore, qui interfectus eſt ad lacum Traſimenum.Circus Flaminius,quondam prata Flaminia dictus.Liuius libro tertio.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XXI

In Italia belli ſecundi Punici acta narrantur.} Malim, ut alibi: Initia narrantur. 125
Pyreneo ſaltu.} Pyrenaeo.ſic Graeci πυρηναῖον Fusis, qui obſiſtere ei conati erat.} Vet.li. Fuſis Volcis,qui.Sic autem tradit de Volcis Liuius.

IN . LIBRVM . XXI

Perfecto Africo bello.} Hoc bellum cum mercenariis militibus per quinquennium in Africa Carthaginienſes geſſerunt poſt bellum primum Punicum.auctor Polybius lib.primo. Tactis ſacris iureiurando adactum.} Hoc narrat Antiocho Hannibal apud Polybium libro tertio.

Sicilia, Sardiniaq. amiſſae.} Sicilia amiſſa eſt primo Punico bello.Sardinia inter primum & ſecundum. auctor Polybius. Nimis celeri deſperatione rerum.} Vet. lib. rerum deſperatione. Haec ſententia ſumpta eſt a Polybio. καρχηδόνιοι γὰρ ῥᾳθίως εἴξαντο καὶ τῆς ὑπὲρ σικελίας ἔχθρας. συνεπέθηκαν δ' αὐτοῖς τὴν ὀργὴν τὰ κατὰ σαρδόνα, καὶ τὸ τῶν τελευταίων χρημάτων πλῆθος.mille autem ducenta talenta impoſita tradit. Per quinque annos.} Malim Per quattuor. Nam Polybius libro primo extremo ſcribit tribus annis, & quattuor menſibus hoc bellum eſſe confectum. τρία μὲν ἔτη, καὶ τέτταρας που μῆνας πολεμήσαντες οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς καρχηδονίους. Vt appareret, maius eum,quam quod gereret.} Vet. lib. Vt appareret omnibus,maius eum. Flore aetatis,uti fuerunt,primo Hamilcari conciliatus.} Hac de re Polybius nihil. Paullo tamen poſt, Anno,florem aetatis, inquit, Haſdrubal quem ipſe patri Hamilcari fruendum dedit. Gener inde ob altam indolem profectus animi adſcitus} Vet.lib. ob altam indolem animi profecto adſcitus. In quibuſdam etiam lib. Profecto,uacat. In imperio poſitus.} Vet.lib.Imperio potitus. Cum hoc Haſdrubale &c.foedus renouauerat populus Romanus, ut finis utriuſque imperij eſſet amnis Iberus.} Hoc ſextum fuit foedus cum Poenis ictum Haſdrubale duce.Itaque recte Cato libro quarto Originum dixit. Carthaginienſes ſextum de foedere deceſſere.Tertii foederis meminit Liuius libro nono P.Cornelio Aruina,Q.Marcio Tremulo conſulibus. Quarti in epitome lib.XIII.dum cum Tarentinis,& Pyrrho bellabatur. Quinti Polybius libro tertio confecto primo Punico bello. Sexti cum Haſdrubale icti,& Polybius lib.tertio & hoc libro ſaepius Liuius. Hannibal intra praetorium delatus.} Vet.lib. In praetorium. Praerogativam militarem.} Polybius τὴν τῶν στρατιωτῶν αἵρεσιν. Hũc uix dum puberem Haſdrubal literis ad ſe accerſierat.} Vix dum puberem appellat iuuenem natum annos ad XXII. Id ita eſſe apparet ex eo,

quod Probus tradit, imperium Hannibali mortuo Haſdrubale eſſe delatum, cum eſſet minus XXV annis natus. per triennium autem ante ſub imperatore Haſdrubale militaſſe ſcribit hoc loco Liuius. Atq. hoc idem alia etiam confirmari ratione poteſt. Hannibal enim anno aetatis nono cum patre Hamilcare in Hiſpaniam uenit, qui per annos IX in ea prouincia fuit. his annis, qui XVII eſſe concipiuntur, ſi XIV, quibus ſucceſſor Hamilcaris Haſdrubal in Hiſpania rem geſsit, adiunxeris, annorum XXV ſummam effeceris. ex quibus triennio detracto, relinquuntur anni XXII, quos natus Hannibal Carthagine in Hiſpaniam ad Haſdrubalem miles uenit. Haec ex Liuij, & Polybij uerbis omnia collecta ſunt.

DEINDE breui effecit, ut patri in ſe minimum momentum ad fauorem conciliandum eſſet.} Vet. lib. Vt pater in ſe. VESTITVS nihil inter aequales excellens, arma, atque equi conſpiciebantur.} Conſpiciebantur, conſpicua erant, intellexit. ueſtitu non differebat a ceteris, armis, & equis differebat. ſic alio loco. Conſpectum eſſe, pro excellere dixit. Hoc non intelligens Glareanus, interpretatur. ſi quando arma, & equi conſpiciebantur, equitum, peditumque idem primus erat. quo nihil abſurdius.

HAS tantas uiri uirtutes ingentia uitia aequabant: inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil ueri, nihil ſancti, nullus deum metus.} Saepe, ut dixi, ſententiam pro nomine ponit, ut Salluſtius de Catilina. Animus audax, ſubdolus, uarius, cuiuslibet rei ſimulator, ac diſsimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis eloquentiae, ſapientiae parum. VLTIMVS conſerto proelio excedebat.} Vet. lib. Confecto.} QVIBVS oppugnandis, haud dubie Romana arma mouebantur, in Olcadum fines prius induxit exercitum.} Vox una deeſt, quae maxime ſententiam ſuſtinet. ea ex uet. lib. reuocanda eſt. Quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma mouebatur. de Olcadibus Polybius, & Stephanus. VT NON petiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie finitimis domitis gentibus, iungendoq. tractus ad id bellum uideri poſſet.} Vet. lib. Iungendiſque. Sic paullo ante. Sollicitandis gentibus, imperioq. iungendis ſuo. CARTEIAM urbem caput gentis eius.} Carteiam Olcadum caput eſſe ait, cum ſit urbs Baſtulorum ad Calpen mõtem auctore Ptolemaeo, Plinio, & praeter ceteros ipſomet lib. XXIIX. Ad Carteiam claſſe acceſsit. Vrbs ea in ora Oceani eſt. Quare ſecutus Polybium lego Altheiam. in eo enim eſt ἀλθαίαν. eſt autem Olcadum urbs teſte Stephano. ἀλθαία πόλις ὀλκάδων, οἱ δὲ ὀλκάδες ἔθνος ἰβηρίας πλησιόχωρον καρχηδόνος, ἣν καλοῦσιν καινὴν πόλιν. τὸ ἐθνικὸν ἀλθαῖος. CVNCTIS ciuium ſuorum, ſociorumq. animis in ſe firmatis.} Vox, ſuorum, abeſt a uet. li.

HERMANDICA.} Polybius ἑρμάντικα. Stephanus. ἑρμαντικὴ πόλις ἰβηρίας ἐντὸς ἴβηρος ποταμοῦ. πολύβιος γ. Itaque Helmandica lego. ARBACALA.} Vet. lib. Arbocala. Polybius ἀρβάκαλα.

CARTEIORVM urbs ui capta.} Vet. lib. Carthorum. Polybius Vaccaeorum. Itaque eandem uocem repono. dixit enim in Vaccaeos promotum bellum. CONCITANT Carpetanos.} Hos ubique καρπησίους uocat Polybius. IN RIPA elephantos ante quadraginta diſpoſuit.} Non uereor ne uox, Ante, mendoſe ſit, pro, Ad; ſiquidem Polybius ait. καὶ τοῖς θηρίοις, οἷς εἶχε περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμὸν i. & Elephantis, quos ad quadraginta habuit. Sic alibi docebo ex At, Ante factum eſſe.

OLCADVM, Vaccaeorumque centum millia fuere.} Polyb. item. πάντες εἰς δέκα μυριάδας ἀνδρῶν.

VEL INERMI equite equo temere acto peruerti poſſet.} Vet. lib. Vel ab inermi equite.

126 POSTREMI, quibus ingreſſus in ſuam ripam tutior fuit.} Vet. lib. Poſtremis, quibus regreſſus in ſuam ripam tutior fuit. Egregie. ut ſit. poſtremis Hannibal fugam ex ripa fecit. QVOS cum adiſſet idem, qui litis erat ſator, nec certamen iuris, ſed uim quaeri appareret.} Vet. lib. Quibus cum adeſſet idem, qui litis erat ſator. ſenſus eſt. Hannibalem, qui litem inter Turdetanos, & Saguntinos ſerebat, Turdetanis affuiſſe contra Saguntinos. LEGATI a Saguntinis Romam miſsi auxilium ad bellum iam haud dubie imminens orantes. Conſules tunc erant. P. Cornelius Scipio, & T. Sempronius Longus.} Diſſentit Liuius a Polybio, quem maxime tamen in hoc bello tradendo ſequitur, de rebus ab Hannibale in Hiſpania geſtis, de anno, quo Saguntus oppugnata eſt, & quo legati ad Hannibalem miſsi ſunt. Quia uero multo ueriſimilius & planius haec omnia Polybius explicat, ea quemadmodum apud ipſum diſpoſita ſint, prius demonſtrabo, tum demum, quae Liuius tradiderit, ſubiungam. Sic igitur Polybius. P. CORNELIO, M. Minucio conſulibus.

Hannibal mortuo Haſdrubale imperator in Hiſpania declaratus in Olcadum fines trãſgreſſus Haltheiam capit. & Carthaginem in hiberna recedit. L. Veturio, C. Lutatio conſulibus. Hannibal uere primo in Vaccaeos ducit, Arbocalam, & Helmandicam eorum urbes capit. Carpetanos in deditionem accipit. Quo terrore finitimi Saguntini compulſi Romam legatos res has nunciatum mittũt. Legati Romani in Hiſpaniam uenientes ab Hannibale Carthagine Noua, dum in hibernis eſſet, auditi ſunt. Bellum Hannibali indictum, niſi Sagunto abſtineret. ab iiſdem idem Carthagine factum.

M. Liuio, L. Aemilio conſulibus. Hannibal Carthagine noua profectus Saguntum oppugnat, & intra octo menſes capit. & in hyberna reuerſus omnes milites domum ad ſuos reuiſendos miſit. Legati alteri Carthaginẽ miſsi ad depoſcendum Hannibalem rupti foederis auctorem, & niſi traderetur, ad bellum aperte indicendum, indictum eſt. P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo conſulibus. Hannibal motis Carthagine Noua caſtris trãsiecto Ibero Ilergetes, Barguſios, Auſetanos, & ceteros Hiſpaniae populos uſque ad Pyrenaeos montes ſubigit. iiſque ſuperatis per Galliam ad Alpes uenit. & in Italiam quincto menſe, quam Carthagine mouerat, tranſgreſſus P. Corneliũ conſu-

lem

lem ad Ticinum, Ti. Sempronium conſulem ad Trebiam fundit. Haec Polybius. cui aſſentiri uidetur Probus, qui per triennium res in Hiſpania ab Hannibale geſtas ſcribit. Liuius autem ita: L. Veturio, C. Catulo conſulibus. Hannibal Altheiam Olcadum capit, & in hiberna Carthaginem Nouam reuertitur. M. Liuio, L. Aemilio conſulibus. Arbocala, & Helmandica Vaccaeorum, & Carpetani ſubacti, Saguntus oppugnari coepta. P. Scipione, Ti. Longo conſulibus. Legati Saguntini, qui antequam Saguntus oppugnaretur profecti erant, his conſulibus Romā perueniunt. Legati Romani P. Valerius Flaccus, Q. Baebius Tamphilus in Hiſpaniam ad Hannibalem Saguntum oppugnantem cum ueniſſent, & ab eo non admiſsi, Carthaginem profecti. Saguntum octauo menſe, quam coeptum erat oppugnari, captum. inde in hiberna Hannibal ſeceſsit. quincto deinde menſe, quam ex hibernis profectus eſt, in Italiam uenit. Quae ſi ita ſunt, inquit fieri non potuit, ut P. Cornelius, & Ti. Sempronius conſules fuerint, ad quos, & in principio oppugnationis legati Saguntini miſsi ſint, & qui in ſuo magiſtratu cum Hannibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto poſt ad Trebiam pugnauerint; aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius, & Ti. Sempronius conſules fuerunt, non coeptum oppugnari eſt, ſed captum. Haec Liuius. Non intelligit autem, ſi capto Sagunto Hannibal in hiberna conceſsit, & primo uere in Italiam ſuperatis Alpibus uenit, Saguntum ne initio quidem conſulatus Scipionis, & Longi potuiſſe capi. ſiquidem inierunt Idibus Martijs, quo tempore illum ex hibernis mouentem tranſitum in Italiam paraſſe ueriſimile eſt; ſed captum eſſe Liuio, Aemilioque conſulibus. Quod ſi ita eſt, ne legati quidem Saguntini, qui aut antequam Saguntum oppugnaretur, aut initio oppugnationis profecti ſunt, Scipione, & Longo conſulibus Romam peruenire potuerunt, praeſertim uero cum legati Romani, quos ſerius miſerunt, Hannibalem Saguntum etiam oppugnantem inuenerint. Habet igitur incommoda multa haec Liuiana tractatio, in quae miror illum incidiſſe, Polybio praeſertim haec omnia diligentiſsime explicante. T. SEMPRONIVS Longus.} Polybius τιβέριον σεμπρώνιον nominat. Eutropius Tiberium, itemque Probus, & plerique ueteres libri. Filius etiam huius in Capitolinis tabulis Ti. F. Ti. N. Longus ſcribitur. LEGATOS ad res ſociorum inſpiciendas.} Sic Polybius ἐξαποστεῖλαι τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν προσπιπτόντων. Q. BAEBIVS Pamphilus.} Vet. aliquot lib. Q. Baebius Tamphilus. ita Capitolini ubique lapides. nummi argentei, Baebius Tampilus.

MILLE ferme paſſus a mari.} Sic Polybius ὡς ἑπτὰ σταδία. ET IVVENTVS delectu ubi plurimum periculi, ac laboris oſtendebatur, ibi ui maiore obſiſtebant.} Vet. lib. obſiſtebat. AD CENTVM enim quinquaginta.} Vet. lib. ad centum enim & quinquaginta. FALARICA erat Saguntinis miſsile telum.} Feſtus. Falarica genus teli miſsile, quo utuntur ex falis, ideſt locis extructis, uel, ut ait Nonius, ex turribus ligneis dimicantes. NEC TVTO eos adituros inter tot effrenatarum gentium arma.} Vet. lib. efferatarum. probo. porro autem Polybius hanc legationem admiſſam eſſe ab Hannibale ait. AEGATES inſulas, Erycemque ante oculos proponite.} Vet. lib. inſulam. Sic Polybius τὰς αἰγούσας & τὰς αἴγας appellat. Ad Aegates autem inſulam priore bello nauali proelio uictus eſt Hamilcar, idemq. in foederibus iungendis Eryce, quem tenebat in Sicilia, praeſidia deducere iuſſus eſt. auctor Polybius. SED TARENTO tum in Italia non abſtinueramus ex foedere.} Vet. lib. Sed tunc Tarento, & Italia. Ceterum hic eſt locus, quem Glareanus male habere credidit, quia Tarentinis Poenos auxilio ueniſſe numquam accepit. At ſupra in epitom. lib. XIV. Carthaginienſium claſsis auxilio Tarentinis uenit, quo facto ab ijs foedus uiolatum eſt. Item Oroſius. Tarentini Pyrrhi morte comperta noua arma ſollicitant aduerſus Romanos, Carthaginienſium auxilia poſcunt, atque accipiunt. 126

NE ignoretis.} Vet. lib. Ne ignoraretis. OCTAVO menſe, quam coeptum oppugnari, captum Saguntum.} Polybius. τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. QVINCTO deinde menſe, quam a Carthagine profectus, Italiam perueniſſe.} Polybius item. τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος. 127

TREPIDARENT magis, quam conſulerent.} Vet. lib. Conſultarent. HISTROS, atque Illyricos.} Iſtros, atque Illyrios. Capit. Triumphi. Nominat bella inter primum, & ſecundum Punicum bellum geſta cum Sardis, Corſis, Iſtris, Illyrijs, & Gallis. De quibus triumphi aliquot acti ſunt.

POENVM hoſtem ueteranum trium & uiginti annorum militia duriſsima inter Hiſpanas gentes ſemper uictorem primum Hamilcare, deinde Haſdrubale, nūc Hannibale duce acerrimo aſſuetū.} Lege, XIIX annorum, non XXIII Hamilcar enim nouē imperauit annos, Haſdrubal octo, unū Hannibal auctore Liuio. ſi quidem intelligendum eſt octauum annū Haſdrubalis primum eſſe Hannibalis. error ex notis natus. V enim in X mutatum eſt.

L. MANLIVS praetor.} Meminit huius praetoris etiam Polybius. ceterum hoc anno L. Manlius, C. Terentius Varro, M. Aemilius, C. Atilius Serranus praetores a Liuio memorantur. L. Manlius Galliam, C. Atilius Ligures, M. Aemilius Siciliam, C. Terentius urbanam iuriſdictionem obtinuiſſe uidetur. AVT ea parte belli dimicaturum hoſtem credebant.} Aliquot libri uet. non habent uocem, Belli; nec neceſſaria ea eſt. M. LIVIVM.} Hic M. Liuius, is qui poſtea Salinator dictus eſt, eſſe non poteſt, quod conſul eſſet, tum cum haec legatio miſſa eſt, aut ſi poſteriore anno 128

miſſa eſt, uel reus, uel damnatus. ut lib. xxix apparet. LVCTATIO conſule. } Lutatio ſcribe. ſic enim lapid. Capit. ſic Graeci. ac pleriq. ueteres libri. NISI ex auctoritate, aut iuſſu ueſtro icta. } Vet. lib. Niſi aut ex auctoritate, aut iuſſu ueſtro icta. Haec autem de foedere diſceptatio apud Polybium eſt multis uerbis. ET QVOD diu parturit animus ueſter, aliquando pariat. } Hoc a Cicerone ſumptum, qui dixit in Antonium. Vtinam aliquando dolor populi R. pariat, quod iamdiu parturit. TVM Romanus ſinu ex toga facto, Hic, inquit, uobis bellum, & pacem portamus. } Sic Polybius. ὁ δὲ πρεσβύτατος αὐτῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον, ἐν τῷδ᾽ ἔφη καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἥκειν, καὶ τὴν εἰρήνην φέρειν.

ITAQVE aliud de integro foedus publico conſilio ictum eſt. } Senatus Ro. non ſtetit conditionibus ijs pacis, de quibus inter Lutatium imperatorem, & Hamilcarem conuenerat, uerum x legatos in Siciliam miſit, ex quorum ſententia, auctoritateq. aliud ictum foedus, ac confirmatum eſt. auctor Polybius. ITA nequidquam peragrata Hiſpania in Galliam tranſeunt. In his noua terribiliſq. ſpecies uiſa eſt, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium uenerunt. } Excidit hoc loco nomen eius populi, quem primum in Gallia legati Romani adierunt. ut enim in Hiſpania Bargulios, & Volcianos adiſſe eos dixit, ſic in Gallia praecipuos quoſdam nominabat populos. praeſertim uero cum dicat: In his noua terribiliſq. ſpecies uiſa, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium uenerunt. non enim totius Galliae hic erat mos, ſed praecipue eorum, quos primum adierunt. & poſt ſubiungat: Eadem ferme in ceteris Galliae concilijs dicta, auditaque. Qui uero populi fuerint, ne diuinare quidem poſſum. Ita tamen legendum exiſtimo. Ita nequidquam peragrata Hiſpania in Galliam ad . . . . . . tranſeunt. In his noua, &c. Idem ſentit etiam Glareanus. SI CETERA proſpera eueniſſent. } Vet. lib. Proſpere. TREDECIM millia octingentos quinquaginta pedites. } Sic Polybius. πεζοὶ μύριοι τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα. ἱππεῖς δὲ χίλιοι διακόσιοι. . . . FIRMATQVE eum Afcicis maxime praeſidijs peditum Afrorum XI millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus, ad haec peditum auxilia. } Harum copiarum ſumma ad uerbum ſumpta eſt a Polybio, qui ita ait: πεζοὺς Λιβύων μυρίους χιλίους ὀκτακοσίους πεντήκοντα, Λιγυστινοὺς τριακοσίους, Βαλιαρεῖς πεντακοσίους. Ex cuius uerbis perſpicue apparet in Liuianis libris deeſſe uocem, quingentis, ut ſit Balearibus quingentis, atque ita hunc locum eſſe legendum, & diſtinguendum. Peditum Afrorum XI millibus DCCCL, Liguribus CCC, Balearibus D. Ad haec. Nota numeri D. creauit errorem, praeſertim uero cum ſequeretur, AD. eaq. excidit. ELEPHANTI XIV. } Vereor ut legendum ſit, XXI. Nam Polybius edit. ἐλέφαντας εἴκοσι καὶ ἕνα.

129 APTAS inſtructae remigio. } Hoc ait Polybius πληρώματα ἐχούσας. Ceterum in numero nauium non diſcrepant. PRAETER Etouiſſam urbem. } Ptolemaeus nominat ὀτοβίσαν. ſtatuitq. inter Ilercaones. NONAGINTA millia peditum, duodecim millia equitum Iberum tranſduxit. } Sic Polybius. πεζοὺς μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ περὶ μυρίους καὶ δισχιλίους, καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμόν.

ILERGETES inde, Barguſioſque, & Auſetanos, & Aquitaniam. } Sic Polybius. τὸ τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος, καὶ Βαργουσίους. ἔτι δὲ τοὺς Αἰρηνοσίους, καὶ τοὺς Ἀνδοσίνους. Quos uocat Liuius Auſetanos, eos Ptolemaeus Αὐσητανοὺς nominat. AQVITANIAM, quae ſubiecta Pyrenaeis montibus eſt. } Aquitania pars eſt Galliae citra Pyrenaeos montes. Hiſpaniae autem oram Liuius nominat, neque enim adhuc Hannibal in Galliam tranſiecerat. Vox autem corrupta eſt. Hanc oram Ptolemaeus uocat λαιετανίαν, Plutarchus λακετανίαν, Strabo ἰακκητανίαν. Sic enim inquit. συνοικεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ χώρα, γνωριμωτάτου δὲ τοῦ τῶν ἰακκητανῶν λεγομένου. τοῦτο δὲ ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παρωρείας τῆς κατὰ τὴν Πυρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνεται. idest. Haec ora compluribus incolitur gentibus e quibus nobiliſſima Iacetana dicitur. Haec a Pyrenes radicibus inchoans in campos latius extenditur. & poſt Liu. Cn. Scipio cum Pyrenaeos montes circumuectus Emporijs appuliſſet claſſem orſus a Lacetanis omnem oram uſque ad Iberum flumen Romanae ditionis fecit. & Salluſtius in epiſtola Pompeij. Recepi Galliam, Pyrenaeum, Lacetaniam. PYRENAEVM tranſgreditur. & ad opidum Illiberim caſtra locat. } Illybirrim uocat Strabo lib. IV. Ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης ῥεῖ ὁ Ῥουσκίνων καὶ ὁ Ἰλλιβίρρις πόλεις, ἔχων ὁμωνύμους ἑκάτερος αὐτῶν. De Ruſcinone paullo poſt Liuius.

NVPER circa Padum Placentiam, Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas aegre patiebantur. } Hae coloniae deductae ſunt hoc anno P. Cornelio, Ti. Sempronio coſ. prid. K. Ian. auctore Pediano in Piſonianam. nec diſſentit Polybius. Hac de re etiam in epitome lib. XX. C. LVTATIVS, C. Seruilius, T. Annius. Lutatij nomen haud dubium eſt. pro C. Seruilio, & T. Annio Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam annales. alij, P. Cornelium Aſinam, & C. Papirium Maſonem. } De his ita Pedianus. Deduxerunt triumuiri P. Cornelius Aſina, C. Papirius Maſo, Cn. Pompeius, ſiue Cn. Cornelius Scipio. Porro autem in uulgatis Liuianis libris erat. A. Seruilius. Scripſi tamen C. Seruilius, quia hic pater eſt C. Seruilij conſulis anno DLVII. auctore Liuio, qui in conſulatu Capitolino C. F. ſcribatur. Polybius C. Lutatium conſularem, & duos praetorios nominat. SILVAE tunc circa uiam erant, pleriſque incultis. } Vet. lib. Pleriſque locis incultis, Polybius, τοὺς ὑλώδεις τόπους uocat. NEC DVM, per patentia loca ducebatur agmen, cum apparuit hoſtis. } Senſus docet legendum eſſe. Nec dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hoſtis, ubi rurſus ſiluae intratae, tum poſtremos adorti. ut ſit, hoſtes non apparuiſſe interea dum exercitus Romanus patentibus campis iter faceret, ubi ſiluas intrauerit, extremum agmen eſſe adortas. poteſt etiam uulgata lectio retineri,

hoc

hoc ſenſu. neque adhuc per ſatis patentia loca ducebatur agmen, cum apparuit hoſtis, ubi ſiluae intratae ſunt, uehementius ſe intulit. FINIS, & Gallis territandi.} Vet.lib. Finis inde & Gallis territandi. CANNETVM uicum.} Vet.lib. Tanetum. Polyb. lib. III. τὸν Τανήτον καλούμενον κώμην. Ptolemaeus Τάνητον Liuius li. XXX. ubi de eadem hac re loquitur, Tanetum edit. C. ATILIVM praetorem.} nomen praetoris non affert Polybius, cetera ab eo ſumpta ſunt. TRANSSCRIPTA legione noua.} Polybius ἄλλο δὲ στρατόπεδον συνάγειν καὶ καταγράφειν. SEXAGINTA longis nauibus.} Polyb. ἑξήκοντα ναυσὶν tantum dixit. MOX peruenit Maſſiliam.} Hoc quid ſit exponit Polybius πεμπταῖος quincto die. AD proximum oſtium Rhodani.} Polybius. πρὸς τὸ πρῶτον στόμα τοῦ Ῥοδανοῦ, τὸ Μασσαλιωτικὸν προσαγορευόμενον. METV, aut pretio pacatis.} Polyb. τοὺς μὲν χρήμασι πείσας, τοὺς δὲ βιασάμενος.

ET diffiſi citeriore agro.} Vet.lib. Sed diffiſi. CETEROS accolas fluminis Hannibal, & eos ipſos, qui ipſas ſedes tenuerunt, ſimul perlicit donis.} Vet.lib. Et eos ipſos, quorum ſedes tenuerat. Polyb. φιλανθρωπησάμενος τοὺς παροικοῦντας τὸν ποταμόν. Recte autem, Quorum ſedes tenuerat, quia ſubdit. Simul & ipſi tranſi ci exercitum leuariq. quamprimum regionem ſuam tanta urgente hominum multitudine cupiebant. ITAQVE ingens coacta uis nauium eſt, lintriumque temere ad uicinalem uſum paratarum.} Vicinalem dixiſſe uidetur Liuius, pro, uicinitatis. Hoc ſic expreſſit Polybius ἐξηγόρασε παρ᾽ αὐτῶν τά τε μονόξυλα πλοῖα πάντα, καὶ τοὺς λέμβους ὄντας ἱκανοὺς τῷ πλήθει διὰ τὸ ταῖς ἐκ τῆς θαλάττης ἐμπορίαις πολλοὺς χρῆσθαι τῶν παροικούντων τὸν Ῥοδανόν. Vſum uiciniae expreſſit in mercibus ultro citroque deuehendis.

NOVASQVE alias primum Galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus.} His uerbis uocem expreſſit Polybij, μονόξυλα. MILLIA quinque & uiginti ferme.} Polyb. ἐπὶ διακόσια στάδια. SVPRA per quae inſulae circumfuſum amnem.} Polyb. πρός τινα τόπον, ἐν ᾧ συνέβαινε περὶ τὸ χωρίον νησίζειν περισχιζόμενον.

HISPANI ſine ulla mole in utres ueſtimentis coniectis, ipſi cetris ſuperpoſitis incubantes flumẽ tranſnatauere.} Vet.lib. habent Suppoſitis. Quam uocem ſententia quoque deſiderat. EQVES fere propter equos nantes nauium agmen ad excipiendum aduerſi impetum fluminis parte ſuperiore tranſmittens tranquillitatem infra tranſeuntibus lintribus praebebat.} Equites, habent Vet.lib Hinc ego legendum ſuſpicor: Equites fere praeter equos nantes. Eſt enim hic ſenſus. Nauium agmen ad excipiendum aduerſi fluminis impetum equites praeter equos nantes ſuperiore fluminis parte tranſmittens tranquillitatem lintribus, quibus pedites inferiore parte tranſiiciebantur, praebebat. Inquit autẽ, Praeter equos nantes. nam non omnes equi in naues impoſiti fuerant, uerum magna pars loris a puppibus trahebantur. Sic prope etiam Polybius. IMPOSVERVNT in naues.} Vet.lib. Impoſuerant.

CVM uarijs ululatibus, cantuque.} Polyb. τῶν βαρβάρων παιανιζόντων.

CERTE uariata memoria eſt.} Vet.lib. Certe uaria memoria eſt. TRADVNT ferociſſimum 130
ex ijs irritatum a rectore ſuo, cum refugientem in aquam natantem ſequeretur.} Vet.lib. Cum refugientem eum in aquam. Rectorem autem intelligit. VT quemque timentem altitudinem deſtituerat uadum, impetu ipſo fluminis in alteram ripam rapiente.} Senſus, quem elicere Glareanus non potuit, hic eſt. Elephantem a rectore ſuo irritatum, cum eundem refugientem in aquam ſequeretur, traxiſſe gregem impetu ipſo fluminis in alteram ripam rapiente, prout quiſque eorum altitudinem aquae timens a uado deſtituebatur. NEC Scipionis ſtare ſententia poterat, niſi ut } Lego Scipioni Hoc enim Latina locutio poſtulat. ſic paullo poſt. Hannibal, poſtquam ipſi ſentẽtia ſtetit pergere ire. & lib. XXX. Proinde ſeu ipſi ſtaret in ſententia, ſeu conſulendus Haſdrubal eſſet. & lib. XLIV. Interim conſuli ſententia ſtetit eo ſaltu ducere. REGVLI Matali aduentus.} Magili. ex Polybio. τοὺς βασιλίσκους περὶ τὸν Μάγιλον. AB occaſu ſolis ad exortus.} Vet.lib. Ad ortum. ALPES quidem habitari, coli, gignere, atque alere animantes, peruias paucis eſſe, exercitibus inuias.} Malim. peruias paucis, eſſe exercitibus inuias, ideſt quas pauci legati Gallorum ſuperauerint, eas hic exercitus non tranſiiciet.

HAS Alpes ingentibus ſaepe agminibus.} Quoties Galli alpes ſuperauerint ante hoc tempus, tradidit ſupra lib. V. & Polyb. lib. II. NEC maiores quidem eorum.} Vet.lib. Ne maiores quidem eorum. TVTO tranſmiſiſſe.} Vet.lib. Tuto tranſiſſe. CEPISSE quondam Gallos ea.} Romam intelligit. AD inſulam peruenit. ibi Arar, Rhodanusque amnis diuerſis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in unum.} Polyb. ἧκε πρὸς τὴν καλουμένην νῆσον, ἔχουσαν δὲ τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος, τῇ μὲν γὰρ ὁ Ῥοδανὸς, τῇ δὲ σκόρας προσαγορευόμενος ῥέοντες παρ᾽ ἑκατέραν τὴν πλευρὰν συμπίπτουσι. mendum tamen puto eſſe in uoce σκόρας pro ὁ ἄραρ. AD laeuam in Tricaſtinos flexit, inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios, haud uſquam impedita uia, priuſquam ad Druentiam flumen peruenit.} Hoc de itinere nihil Polybius. at Ammianus lib. XV. Hannibal Taurinis ducentibus accolis per Tricaſtinos, & oram Vocontiorum extremam ad ſaltus Tricorios uenit. indeque exorſus aliud iter ante hac inſuperabile fecit. exciſaque rupe in immenſum elata per Druentiam flumen gurgitibus uagis in totum regiones occupauit Etruſcas.

SAXA glareoſa uoluens.} Vet.lib. glomeroſa. Recte. Subdit enim, Nihil ſtabilis, nec tuti ingredientibus praebet. GENVAM repetit.} Antea, Placentiam, at Genuam habent & ueteres libri, & Ammianus loco citato. Supra autem dixit eum praeter oram Ligurum perueniſſe Maſſiliam. GALLISQVE ad uiſenda loca praemiſſis.} Legatos Boiorum intelligit, qui ſe huius itineris duces futuros eſſe profeſſi fuerant. CVM repente conſpiciunt alios arce occupata ſua ſuper capita

imminen-

Imminentes. } Veteres lib. Sua ſupra capita.

831 Qvosdam & armatos. inde ruinae maximae. modo iumenta cum oneribus deuoluebantur. } Vet.lib. Quidam & armati in ruinas maximas, modo iumenta cum oneribus deuoluebantur. Castellvm inde, quod caput eius regionis erat, uicoſque circumiectos capit. } Hanc πόλιν uocat Polybius, id eſt urbem eam, ex qua Allobrogum incurſiones in exercitum Hannibalis fiebant. Freqventem cultoribus alium, ut inter montana, populum. } Populum dixit, aeque ac Graeci δῆμον uſurpant. Qui & populum ſignificat, & caſtellum. Occvrsantes per obliqua montani erupto medio agmine uiam inſedere. } Vet.lib. perrupto medio agmine. Recte. Nono die in iugum alpium peruentum eſt. } Polyb. ἐνναταῖος δὲ διανύσας εἰς τὰς ὑπερβολὰς αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε, καὶ δύο ἡμέρας ἔμεινε.

Occidente iam ſidere Vergiliarum. } Polyb. διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς πλειάδος δύσιν.

Circvmpadanos campos. } Polyb. τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία. Natvra locus iam ante praeceps recenti terrae lapſu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat. } Ita emendauit olim Valla, cum ante legeretur. Natura locus iam ante praeceps, recenti terrae lapſu impeditus, tum ille admodum altitudinem abruptus erat. Vtramque autem lectionem mendoſam eſſe ſenſus ipſe docet: Deſcribit enim Liuius locum anguſtum, & abruptum. Nam paullo ante dixit. Ventum eſt ad multo anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis, ut &c. Ex emendatione autem Vallenſi nihil elici de anguſtia poteſt. Quamobrem ex ueterum lib. aliquot fide ita legendum eſt. Natura locus iam ante praeceps recenti terrae lapſu impeditus, in miram admodum altitudinem abruptus erat. Duo enim ſignificat incommoda naturalibus incommodis acceſſiſſe. quod cum natura locus iam ante praeceps eſſet, nunc deiectu terrae impeditus erat, & in magnam admodum altitudinem abruptus. Quo fit, ut expreſſerit cauſſam, cur dixerit, Multo anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis. Ita etiam Polybius. ὅτε τοὺς ὑποζυγίους δυνατὸν ἦν παρελθεῖν διὰ τὴν στενότητα, σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀπερρωγυίας, καὶ πρότερον μὲν οὔσης. τότε δὲ καὶ μᾶλλον, ὅτι προσφάτως ἀπερρωγυίας, ἐνταῦθα πάλιν ἀθυμήσας, καὶ διατραπῆναι συνέβη τὸ πλῆθος. & paullo ante dixerat. οὔσης γὰρ στενῆς, καὶ κατωφεροῦς τῆς καταβάσεως. Havd dubia res uiſa. quin per inuia circa, nec trita antea, quamuis longo ambitu circumduceret agmen. } Senſus eſt. Degreſſus ad rupem inuiſendam Hannibal ſenſit, ſe per inuia loca, nec trita antea agmẽ ducere, neque ea re quid quam profeciſſe, quod longo ambitu exercitum circumduxiſſet, quo facilius, & expeditius iter haberet. Polybius ait, Hannibalem inſpecta rupe conatum eſſe eam ſuperare, uerum noua accedente niue deterritum eſſe, atque ad ſaxum illud caedendum ſe conuertiſſe. in quo nihil ab eo diſſidet Liuius. Itaqve in leui tantum glacie, tabidaque niue uolutabantur iumenta, ſecabantur interdum, etiam tum infirmã ingredientia niuem & prolapſa iactandis grauius in continendo ungulis, penitus perfringebant, ut pleraque uelut pedica capta haererent indurata & alta concreta glacie. } Primum dicam, quae in his uerbis emendanda arbitror, deinde qui ſit eorum ſenſus, Nam eum Glareanus homo ingenuus plane ſe ignorare profitetur. In uet.lib. eſt, pro, Itaque, Ita. pro infirmam, infimam. pro ſecabantur, necabantur. pro interdum etiam tum, Interdum etiam dum. pro alta concreta, alte concreta. Ea uero omnia probe habere ſenſus ipſe demonſtrat qui eſt eiuſmodi. In ſuperanda rupe duplex labor ſuſceptus eſt, unus propter recentem modicam, alter propter ueterem intactam niuem. Nam cum ſuperior illa hominum iumentorumque inceſſu dilapſa eſſet, & per nudam infra glaciem, fluentemque labem liqueſcentis niuis ingrederentur, tetra ibi luctatio erat, ut a lubrica glacie non recipiente ueſtigium, & in prono citius pede ſe fallente. Et ſeu manibus in aſſurgendo, ſeu genu ſe adiuuiſſent, ipſis adminiculis prolapſi, ſi iterũ corruiſſent, nec ſtirpes circa, radiceſue, ad quas pede, aut manu quiſquam eniti poſſet, erant. Atq. hunc, inquit, in modum in leui glacie, tabidaque niue iumenta uolutabantur. addit deinde, Necabantur interdum etiam, dum infimam ingredientia niuem, & prolapſa iactandis grauius ut ſe continerent, ungulis, perfringebant, ut pleraque uelut pedica capta haererent indurata, & alte concreta glacie. Quam poſteriorem ſententiam ſic expreſſit Polybius. τὰ δὲ ὑποζύγια διέκοπτεν, ὅτε πέσοι, τὴν κάτω χιόνα κατὰ τὴν ἐξανάστασιν, διακόψαντα δὲ ἔμενε μετὰ τῶν φορτίων. i. iumenta uero perfringebant, ubi prolapſa erant, infimam niuem in aſſurgendo, qua fracta haerebant una cum oneribus. Qvincto decimo die Alpibus ſuperatis. } Polybius. τὴν τῶν Ἄλπεων ὑπερβολὴν ἡμέραις πεντεκαίδεκα κατῆρε τολμηρῶς. Inferiora uallis. } Vet.lib. Inferiores ualles. L. Cincivs Alimentius, qui captum ſe ab Hannibale ſcribit maxime auctor moueret me. } Vet.lib. Alimentus, non hic ſolum, ſed etiam in epiſtolis ad Atticum: Quod probo. Cognomen enim eſt Cinciorum. ut Rutilus Marciorum, non, ut uulgo, Rutilius. In iiſdẽ libris eſt, Maximus auctor. & hoc quoque placet. Maximum enim auctorem uocat locupletiſſimum, quippe qui rebus ipſis gerendis interfuerit. Postqvam Rhodanum tranſierit, triginta ſex millia hominum. Polyb. XXXIIX millia edit. πεζῶν εἰς ὀκτακισχιλίους καὶ τρισμυρίους. eorum uero dimidiam partem in Alpibus ſuperandis amiſiſſe. Ingentemqve numerum equorum, & aliorum iumentorum amiſiſſe in Taurinis, quae Gallis proxima gens erat in Italiam digreſſo. } Ne in id incommodum incidamus, ut dicendũ ſit Hannibalem in Taurinis, i. in Italia ea amiſiſſe, quae in alpibus tranſijciendis amiſerat, legendum eſt, in Taurinos. Itemque Degreſſo, nõ Digreſſo. Eſt autem uerbum Liuio familiare, ubi de deſcenſu loquitur, idque ſaepiſſime uitiatum, ut infra oſtendam. ſenſus autem erit, ſe audiſſe, ipſo in Taurinos, quae Gallis proxima gens erat in Italia, degreſſo, triginta ſex millia poſtquam Rhodanum

tranſierit

tranſierit amiſiſſe. Taurinos ſcribit Polybius ad radices alpium fuiſſe. Otivm etenim ex labore.} Vet.lib. Otium enim ex labore.

Ea P. Cornelio conſuli cauſſa fuit, cum Piſas nauibus ueniſſet, exercitu a Manlio, Atilioque acce pto tirone, & in nouis ignominijs trepido, ad Padum feſtinandi.} Sic Polybius. πόπλιος δὲ κατέπλευσε εἰς πίσας. ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τυῤῥηνίας, καὶ παραλαβὼν τὰ παρὰ τῶν ἐξαπελέκεων στρατόπεδα τὰ προκαθήμενα τοῖς Βοίοις ἧκε πρὸς τὰ περὶ πάδον πεδία. Intelligendum autem eſt, Genua Piſas uenitſe. Liuius porro nomine Piſarum prouinciam Liguriam, ut Arimini citeriorem Galliam ſignificare ſolet. L. Manlius Galliam, C. Atilius (opinor) Ligures prouinciam obtinebat. ut ante dixi. Tavrinorvmqve urbem unam caput gentis eius, quia uolens in amicitiam non ueniebat, ui expugnarat.} ἰσχυρότατην δὲ περιστρατοπεδεύσας τὴν βαρυτάτην πόλιν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐξεπολιόρκησε. Confessionem cedentis, ac detrectantis certamen.} Vet.lib. Cedentis. Qvassata, fractaque arma.} Vet.lib. Confractaque. Ac nihil magis uereor, ne antequam uos.} Vet.lib. Quam, ne antequam uos. 132

Licvit in Hiſpaniam prouinciam meam ire.} Vet.lib. Licuit mihi in Hiſpaniam. 133

Peditvm agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia aſſequi terra non poteram, neque regreſſus ad naues erat, quanta maxima celeritate potui, tanto maris, terrarumque circuitu in radicibus Alpium obuius fui.} Hoc loco illud admirationem mouere facile poteſt, qui factum ſit, ut ſi regreſſus ad naues non erat, tanto maris, terrarumque circuitu obuius fuerit. Hoc enim dicere uult, ſe quia hoſtem aſſequi terra non poterat, naues conſcendiſſe. Quod cum ita ſit, ergo recte legitur in ueteribus libris. Quia aſſequi terra non potui, regreſſus ad naues, quanta maxima celeritate &c.

Hannibal hic ſi aemulus itinerum Herculis.} Herculem fama erat unum ante Hannibalem cum exercitu alpes tranſmiſiſſe, cum a Gerionis bello recederet. Probus in Hannibale. Ammianus lib. xv. Hinc Graiae alpes ab illo dictae. Respiceret profecto, ſi non patriam uictam, domum certe, pacemque & foedera Hamilcaris ſcripta manu.} Vet.lib. Domum certe, patremque. probo. Pacem cum uictis fecimus. tutelae noſtrae deinde duximus, cum Africo bello urgerentur.} Commemorat beneficia populi R. erga Poenos. maxime, quod eos auxilio iuuit bello Africo. De qua re ſic Polybius lib. i. οἱ μὲν ἀλλὰ καὶ ῥωμαῖοι τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια προθυμίας οὐδὲν ἀπέλειπον. Itaque ſuſpicor hoc loco legendum eſſe. Tutelae noſtrae deinde addiximus. aut quid tale. Vnvsqvisqve ſe non corpus ſuum, ſed coniugem, ac liberos.} Vet.lib. Non corpus ſuum ſolum, ſed. &c. Porro autem ſumma huius orationis eſt apud Polybium. ut etiam eius, quae ſequitur Hannibalis. Vt uiginti annorum militiam ueſtram.} Elatorie xx annorum militiam uocat Hannibal, quam ſupra xiix. Liuius uerius appellarat. at ſerait cauſſae Hannibal.

Caeso, uicto, circumſeſſo a Gallis} Vet.lib. Circumſeſſoque. Tvm laudaſtis me milites.} Vet.li. Collaudaſtis me milites. Transdvctvs Romanus exercitus in agrum Inſubrium, quinque millia paſſuum a uico tumulis conſedit.} Probo Glareani ſuſpicionem, Vici nomen deſiderari: Probus hanc pugnam pugnatam ad Claſtidium ait. cuius uici poſt meminit Liuius. Mvtatam ſecum fortunam.} Vet.lib. Immutatam. Servis quoque dominos proſecutis libertatem proponit.} Vet.lib. Promittit. Scipio iaculatores, & Gallos equites in fronte locat, Romanos, ſociorumque quo roboris fuit in ſubſidijs.} Polybius, ὁ μὲν οὖν πόπλιος προθέμενος τοὺς ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς ἅμα τούτοις γαλατικοὺς ἱππεῖς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐν μετώπῳ καταστήσας. Hannibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat.} Polybius. ὁ δὲ ἀννίβας τὴν μὲν κεχαλινωμένην ἵππον, καὶ πᾶν τὸ στάσιμον αὐτῆς κατὰ πρόσωπον τάξας, τοὺς δὲ νομαδικοὺς ἱππεῖς ἀφ' ἑκατέρου κέρατος ἡτοίμαζεν πρὸς κύκλωσιν. Transire non potuit pontem, ut extrema reſoluta erant.} Vet.lib. Quod extrema. Circa flumen interceptos.} Vet.lib. Citra flumen. Ad Claſtidium uicum.} Polybius πόλιν κλαστίδιον uocat. mentio Claſtidij eſt in triumpho Marcelli Capitolino. 134

Haec ſicut audita erant, rex Meſſanae Aemilio praetori, cuius Sicilia erat prouincia, perſcribit.} Lege ex ueteribus libris. Haec, ſicut nunciata erant Meſſanae, rex Aemilio praetori. Hiero enim, Syracuſarum rex fuit, non Meſſanae, niſi intelligas. Rex Meſſana, ubi tum forte erat, perſcribit. Aemilius hic eſt tertius huius anni praetor. Neqvid moram conſcendendi facerent.} Vet.lib. Ne quis moram conſcendendi faceret. Malim tamen: Ne quid. Extemplo & circa praetorem ad ciuitates miſſi legati.} Circa praetorem, dixit, pro, a praetore. ego malim: Circa a praetore.

Svblatis ornamentis ueniebant.} Sublatis, intelligit in altum elatis, ut procul conſpici poſſent. Itaque ſubſequitur oppoſitum: Demendis armamentis eo tempore conſumpto. Nam ut ſocijs naualibus affatim inſtructam claſſem, ita inopem milite habebat.} Socios nauales hoc loco remiges uocat, eosque demum, qui nautica miniſteria aliqua in naui obeunt. ut lib. vi. De remigum ſupplemento agi coeptum eſt. in quam rem, cum neque hominum ſatis, nec ex quo pararentur, ſtipendiumque acciperent, Pecuniae quidquam ea tempeſtate in publico eſſet, edixerunt conſules, ut priuati ex cenſu, ordinibuſque, ſicut antea, remiges darent. Nam, unde cum pecunia in aerario non eſſet, paraturos ſocios nauales. paullo poſt ait. Milites, nautaſque. Item, legiones ſocioſque nauales. Item, claſſicos milites, naualeſque ſocios. Fvgam ceterae ceperunt.} Vet.lib. Ceterae fugam ceperunt.

Et

Et fretum intranti.} Vet.lib. Ei fretum intranti. Quibusdam uolentibus res nouas.} Vet.lib. Et quibuſdam. Consul alter equeſtri proelio uno,& uulnere ſuo minutus. Quid ſi legas, Vna. Duo millia peditum,& mille equites,Numidas pleroſque,miſtos quoſdam & Gallos.} Polyb. ἐξαποστέλλει πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ κελτοὺς, καὶ νομάδας εἰς χιλίους. Vltra differri, ac teri tem-
135 pus.} Vet.lib. aut teri. Fama prius, deinde recognitum.} Lege, re cognitum. Prandere omnes iuberent.} Polyb. πᾶσιν ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε. Hannibal prima luce.} Polyb. ἅμα τῷ φωτί. Erat forte brumae tempus, & niualis dies.} Polyb. οὔσης δὲ τῆς ὥρας περὶ χειμερινὰς τροπὰς, καὶ τῆς ἡμέρας νιφετώδους καὶ ψυχρᾶς. Pectoribus tenus.} ἕως τῶν μαστῶν Polyb.us.

Balbares locat ante ſigna, leuem armaturam.} Vet.lib. Leuemque armaturam. Sic lib. xxii. Baleares, ceteramque leuem armaturam poſt montes circumducit. & Polyb. τοὺς λογχοφόρους, καὶ Βαλιαρεῖς ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους. Duodeviginti millia Romanorum erant, ſocium, nominiſque latini xx.} Polyb. Romanorum xvi millia tradit. τοὺς μὲν ῥωμαίους ἑξακισχιλίους, τοὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. Nam cum uix per ſe reſiſterent v millibus equitum quattuor millia, & feſſi Romani pleriſque integris Poenis.} Voces Romani, & Poenis, abſunt a Vet lib. & gloſſema ſunt alicuius, qui uerba illa (ut fit) interpretatus eſt. Vestigia cedentis ſequentes agminis.} Vet.lib. Veſtigia ſequentes cedentis agminis. Elephantes prope omnes abſumpſit.} Polyb. ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρῆναι, πλὴν ἑνός. abſumpſit. repoſui ex Vet.lib. Cum ante, conſumpſit, legeretur. Emporium prope Placentiam fuit, & opere ualido & magno munitum praeſidio.} Vet.lib. Et opere magno munitum, & ualido firmatum praeſidio. ualde probo. ſic paullo poſt. Ad firmandum praeſidio ſaltum. Ceterum ne hiberna quidem Romanis quieta erant, uagantibus paſſim Numidis equitibus, & quae his impeditiora erant, Celtiberis, Luſitaniſque.} Glareanus Celtiberos, & Luſitanos impeditiores, quam Numidas fuiſſe intelligit. in quo uehementer (ut opinor) errat. Senſus enim eſt. Hiberna & Romanis inquieta erant uagantibus paſſim Numidis equitibus, & eadem his equitibus erant impeditiora, quam Celtiberi, Luſitanique in Hiſpania fuerant. Nam paullo ante dicebat Hannibal ad milites. Satis adhuc in uaſtis Luſitaniae, Celtiberiaeque montibus pecora conſectando nullum emolumentum tot laborũ uidiſtis. Cauſſam deinde ſubdit, quod omnes undique clauſi commeatus erant. In Vet.lib. eſt. Aequeq. his impeditiora erant. ut ſit ſenſus, Et aeque hic hiberna erant impedita propter Luſitanos, & Celtiberos uagantes. Quo magis ratam fore cum his pacem, ſocietatemque crederet, traduntur.} Senſus eſt: Venienti in Ligures Hannibali quaeſtores, tribunique R. intercepti a Liguribus traduntur, quo ipſe ratam magis ſocietatem cum Liguribus crederet contra Romanos, quos tanta iniuria affeciſſent. Transeuntem Apenninum.} Vet. lib. Tranſeuntem autem Apenninum.

136 Sed perculſos hoſtes in caſtra perſequerentur.} Vet.lib. Pulſos hoſtes. Et ſicut aequata ferme pugna erat, ita clade diſceſſum eſt.} Vet.lib. Ita pari clade diſceſſum eſt. Emporiis appuliſſet claſſem.} Emporium uocat Polyb. τοὺς κατὰ τὸ καλούμενον ἐμπόριον Ἴβηρας. Item Strabo libro tertio. Orsus a Lacetanis uſque ab Iberum flumen.} Vet.lib. Orſus a Lacetanis omnem oram uſque ad Iberum flumen &c. Anno non inſcius erat. eum reliquerat Hannibal ad regionis eius praeſidium.} Nemo eſt, qui non ſit quaeſiturus nomen huius regionis, in qua Hanno erat. Quod ipſum librariorum uitio praetermiſſum eſt. Illud eſt in Vet.li. Hanno non inſcius in Iberi prouincia erat. Idque hiſtoriae ueritas quaerit. Et Stiſſum, propinquum caſtris opidum expugnatur.} Ciſſam uocat Polybius. ἀντιπαρεμβαλόντων αὐτῷ περὶ πόλιν προσαγορευομένην κίσσαν. Vet.lib. habent, Sciſſum.

Circa Pyreneum relictis.} Vet.lib. Citra. Scipio raptim ad famam nouorum hoſtium agmine acto.} Vet.lib. Accito. acciuit autem agmen Scipio claſſicorum militum, & naualium ſociorum, quos uagos, palanteſque per agros Haſdrubal oppreſſerat, ut in paucos praefectos animaduerteret. Excito deinde Scipione hibernis, hoſtis cis Iberum Tarraconem uerſus cedit. Agros Scipio relictos ab auctore defectionis, & Ilergetum gentem cum infeſto exercitu inuaſiſſet.} Hunc locum, ut uitioſum, notat Glareanus, probatque, ut ita legatur. Hoſtis cis Tarraconem Iberum rurſus cedit. neque Liuij ſententiam aſſequitur, quae uetuſta in lectione continetur, ita. Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rurſus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infeſto exercitu inuaſiſſet, &c. Quod enim ait, Toto cis Iberum rurſus cedit agro, recte ait. quia paullo ante idem Haſdrubal trans Iberum ſe receperat. poſt autem digreſſo ab Tarracone Scipione reuerſus eſt. Tum excito hibernis Scipione toto rurſus ceſſit agro. Quia uero trans Iberum Haſdrubal ſe receperat, propterea ait: Ilergetum gentem, quam ad defectionem ſolicitauerat, ab auctore defectionis Haſdrubale relictam fuiſſe. Nam Ilergetes cis Iberum ſunt. Hominum ſpecies procul candida ueſte uiſas, nec tamen illis congreſſos.} Vet.lib. alij. nec tamen cum illis congreſſos. alij. nec tamen cum ullo congreſſos. Subinde alijs procurandis prope ciuitas operata fuit.} Vet.lib. Prope tota ciuitas. Vt is exercitus Idibus Martijs Arimini eſſet in caſtris.} Vet.lib. Adeſſet. Memori ueterum certaminum cum patribus, quae tribunus plebis, & quae poſtea conſul, prius de conſulatu, qui abrogabatur, deinde triumpho habuerat.} De C. Flaminij tribunatu ſic Cicero in Catone. Q. Fabius Max. cos. iterum Sp. Caruilio collega quieſcente, quod potuit C. Flaminio

nio tribuno pl. reſtitit agrum Picenum, & Gallicum uiritim contra ſenatus auctoritatem diuidenti. & Valerius lib.v. Cum C. Flaminius tribunus pl. legem de Gallico agro uiritim diuidendo promulgaſſet inuito ſenatu, precibus, miniſque eius reſiſtens, ac ne exercitu quidem aduerſus ſe conſcripto, ſi in eadem ſententia perſeueraret, absterritus, poſtquam pro roſtris ei legem iam ferenti pater manum iniecit, priuato fractus imperio, deſcendit e roſtris. Idem Polyb. lib. I I. Cicero de Inuent. de Conſulatu, & triumpho C. Flaminij ſcribit Plutarchus in Marcello. Cum augures uitio creatos eſſe conſules Flaminium, Furiumque dixiſſent, ſenatum eos extemplo ab exercitu litteris miſſis reuocaſſe. receptas autem litteras Flaminium non ante aperuiſſe, quam hoſtes fuderit. Itaque ei redeunti triumphum uix conceſſum eſſe. ipſum priuatum triumphaſſe, atque conſulatu ſe abdicare coactum eſſe. Triumphauit de Gallis. Ob hoc ratus auſpicijs ementiendis, Latinarumque feriarum mora.} Olim Emendis, inde Ementiendis, factum eſt. In quo uerbo ſenſus eſt ille quidem, uerum non germanus. Quis enim erat, cuius intereſſet ementiendis conſulto auſpicijs, C. Flaminium conſulem retinere, ne aduerſus ferociſſimum hoſtem exiret? Malim ego Petendis, ut eſt in Vet. aliquot libris. i. cum ſecunda non apparuerunt iterum, atque iterum uſque ad perlitationem petendis. Quam rem ſaepiſſime conſules ne extemplo in prouincias ire poſſent, moratam eſſe alibi tradit, ut lib. XLI. Cn. Cornelio, & Q. Petillio conſulibus. Consvlem ante inauſpicato factum, reuocantibus ex ipſa acie dijs, atque hominibus non paruiſſe, & nunc comitia praetorum, & Capitolium, & ſollemnem uotorum nuncupationem fugiſſe.} C. Flaminium, ut dixi, uitio conſulem factum a ſenatu a bello, quod cum Gallis gerebat reuocatum non paruiſſe, tradit Plutarchus. Quod cum ita ſit, ſane intelligi poteſt, cum in uet. lib. Conſcientias praetorum inueniatur, conſcientia praeteritorum, eſſe emendandum. Nam quo modo uulgo legitur, Comitia praetorum, nihil ad rem pertinet. neque enim initio conſulatus habebantur comitia praetoribus creandis, ſed eodem fere tempore, quo conſulibus. Hanc autem lectionem excogitauit Paulus Manucius, qui in eiuſmodi ueterum auctorum mendis, & dignoſcendis, & emendandis maxima cum ingenij, & doctrinae laude iam per multos annos uerſatur. Ne ſenatum inuiſus ipſe, & ſibi uni inuiſum.} Vet. lib. Inuiſus ipſi.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XXII

Cvm in iniquo loco conflixiſſet.} Vet. lib. Cum iniquo. Idemqve milites facere commi- 137
litonibus iuſſit.} Vet. lib. non habent uocem, Commilitonibus. Effecitqve, ut omnes minime
relictum iri a ſe Italiam.} Vet. lib. Vt omnes non relictum iri.

IN. LIBRVM. XXII

Iam uer appetebat.} Polyb. ὑποφαινούσης δὲ τῆς ἐαρινῆς ὥρας. Cvm Hannibal ex hibernis mouit.} Hannibalem in Gallia hibernaſſe tradit Polybius. itaque tacite intelligendum eſt apud Liuium, eundem ex Liguribus, in quos profectum eſſe ante dixit, in Galliam in hiberna ſe recepiſſe.

Viderent hibernis.} Vet. lib. Hibernis uiderent. Dvos ſe conſules creaſſe, unum habere, quod enim illi iuſtum imperium, quod auſpicium eſſet magiſtratus, id a domo, publicis, priuatiſq. penatibus, Latinis ferijs actis, ſacrificio in monte perfecto, uotis rite in Capitolio nuncupatis, ſecum ferre, nec priuatum auſpicia ſequi, nec ſine auſpicijs profectum in externo ea ſolo noua, atque integra concipere poſſe.} Nihil erat cauſſae, cur hoc loco uerbum facerem, niſi Glareanus admoneret nos, ut uideremus, quemadmodum Liuius paucis uerbis pugnantia diceret. Nam paullo ante dixiſſe, Flaminium Capitolium, & ſollemnem uotorum nuncupationem fugiſſe, ne Latinas indicere, ne Ioui Latiali ſollemne ſacrum in monte Albano faceret, nunc autem dicere. Eundem ferijs Latinis actis, ſacrificio in monte perfecto, uotis in Capitolio rite nuncupatis ab domo iuſtum imperium, atque auſpicium ferre. Quamobrem cogor ego quoque te, ceteroſque admonere, ut uideant, ne temere Glareano aſſentiatur. neque enim ipſum (ut alias) Liuianam ſententiam percepiſſe. Hoc enim ait Liuius. Queſtum eſſe ſenatum, duos ſe conſules creaſſe, unum habere. conſulem enim eum demum eſſe, qui iuſtum imperium, & auſpicium habeat. Iuſtum autem imperium, & auſpicium a domo, & a priuatis, publiciſque penatibus ſecum in prouinciam ferri Latinis ferijs actis, ſacrificio in monte Albano perfecto, uotis in Capitolio nuncupatis. Quae quia non fecit Flaminius, propterea conſulem non eſſe habendum, ſed priuatum. Auſpicia enim non ſequi priuatum, qui autem ſine auſpicijs ſit profectus, ut Flaminius, ea in externo ſolo noua, atque integra ipſum non poſſe concipere. Scvta duo ſanguinem ſudaſſe.} Haec eadem prodigia tradit Plutar. in Fabio. θυρεούς τε ἀφ᾽ αὑτῶν αἵματι γενέσθαι διαβρόχους. & quod ait. Ardentes lapides caelo cecidiſſe. ille uertit. καὶ λίθους ἐν τῷ ἀέρι διαπύρους· καὶ φλεγομένους φέρεσθαι. & quod ait. Antij metentibus cruentas in corbem ſpicas cecidiſſe. ille uertit. καὶ θέρη σταχύων περὶ ἄντιον κείρεσθαι. in Vet. autem libris eſt. Et in Antij agro metentibus. Faleriis caelum findi uiſum, uelut magno hiatu; quaque patuerit ingens lumen effulſiſſe: ſortes ſuas ſponte attenuatas. unamque excidiſſe ita ſcriptam: Mauors telum ſuum concutit.} Sic lib. XXI. Ceterae ſua ſponte

ſortes

ſortes extenuatas. Praeneſtinae autem quaedam ſortes inter ceteras fuerunt, quae perfracto quodam ſaxo erupiſſe dicuntur. ideſt in robore inſculptae priſcarum litterarum notae. auctor Cicero lib. II. de Diuin. Plutarchus autem ubi hoc prodigium tradit, tabulas quaſdam caelo decidiſſe ait, quarum una has litteras haberet. ſic enim ait. τοῖς δὲ ὑπὲρ φαλερίων οὐρανὸν ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν, καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα. καὶ τούτων ἐνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν. ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει. LVNAEQVE inter imbrem cadentis.} Lego candentis, ideſt, ſplendentis. praeceſſit enim ſpeciem caeli ardentis. DECEMVIRI Ardeae in foro maioribus hoſtijs ſacrificarunt.} Mirum Glareano uidetur, Decemuiros Ardeae ſacrificaſſe, cum ibi prodigium nullum extitiſſet. neque uidet idem cum alias factum, tum lib. XLII. Nam cum columna roſtrata Romae fulmine diſcuſſa eſſet, Decemuiri luſtrandum opidum, ſupplicationem, obſecrationemque habendam, uictimis maioribus ſacrificandum & in Capitolio Romae, & in Campania ad Mineruae promontorium renunciarunt. DECEMBRI iam menſe ad aedem Saturni Romae immolatum eſt &c. ac per urbem Saturnalia die, ac nocte clamatum, populuſq. eum diem feſtum habere, ac ſeruare in perpetuum iuſſus.} Hic dies A. D. XIV K. Ian. fuit. auctore Macrobio libro primo. MAXIMA Gallos, ſi taedio labori, longaeque uiae, (ut eſt mollis ad talia gens) dilaberentur, cohibentem.} Succenſere ſolet Liuio Glareanus, ut falſam Gallis molliciem adſcribenti. idque immerito. Haec enim ille ab alijs ſumpſit, ut a Polybio Καὶ μάλιστα τῆς τῶν κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας, ἵν᾽ ἐὰν κακοπαθοῦντες τρέπωνται πάλιν εἰς τοὐπίσω, κωλύῃ. & paullo poſt. Galli neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex uoraginibus poterant. &c. Polybius. οἱ δὲ κελτοὶ δυσχερῶς μὲν εἰς τοὔμπροσθεν προὔβαινον διατεταραγμένοι, καὶ διαπεπτωκότες εἰς βάθος τῶν ἑλῶν, ἐπιπόνως δὲ καὶ ταλαιπώρως ὑπέμενον τὴν κακοπάθειαν. MAXIMEQVE omnium uigiliae conficiebant, per quattriduum iam & tres noctes tolleratae.} Polybius. πάντες μὲν οὖν ἐκακοπάθουν καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν, ἕως ἂν ἑξῆς ἡμέρας τέτταρας, καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι᾽ ὕδατος ποιούμενοι τὴν πορείαν. IVMENTORVM itinere toto proſtratorum paſſim acerui, tantum quod extaret aqua quaerentibus ad quietem parui temporis neceſſarium cubile dabant.} Hoc ita Polyb. τῶν δὲ ὑποζυγίων αὐτοῦ τὰ πλεῖστα ἔπιπτεν διὰ τοὺς πηλοὺς ἀπολλύμενα, μίαν παρεχόμενα χρείαν ἐν τῷ πεσεῖν τοῖς ἀνθρώποις. καθεζόμενοι γὰρ ἐπ᾽ αὐτῶν, καὶ τῶν σκευῶν σωρηδὸν ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερεῖχον, καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχὺ μέρος τῆς νυκτὸς ἀπεκοιμῶντο. IPSE Hannibal aeger oculis &c. elephanto, qui unus ſuperfuerat, quod altius ex aqua extaret uectus.} Vet. lib. Ab aqua. Ceterum hoc ſic Polybius. ἀννίβας δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περιλειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας παραλγὴς ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπενεχθείσης ὀφθαλμίας αὐτῷ, δι᾽ ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μιᾶς ὄψεως.

FESVLAS.} Polybius & ceteri. φαίσολας uocant. Quare non eſt omittenda diphthongus.

SICVT olim Camillum ab Veijs.} Hac de re lib. VI. CONSVLEM ſuper caput, lapſum effudit.} Plutarchus in Fabio. φλαμίνιος ἐξέπεσε κατενεχθεὶς εἰς κεφαλήν. HANNIBAL quod agri eſt inter Cortonam urbem, Thraſymenumque lacum.} Polybius. κυρτώνιον uocat, quam Polybius Cortonam. neque eſſe in Polybio menda poteſt. cum Stephanus ſcribat. κυρτώνιος πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν κυρτωνῖνος, ὡς καπορρῖνος. Πολύβ γ. & alio loco ſcribat κροτῶνα urbem eſſe Etruriae. Thraſymenum, Graeci ταρσιμένην λίμνην appellant. BALEARES, ceteramque leuemarmaturam.} Polybius, ut ante. τοὺς δὲ βαλιαρεῖς, καὶ λογχοφόρους. VT cum terraemotum, qui multarum urbium Italiae magnas partes proſtrauit.} Haec uerba uertit Plutarchus in Fabio, ubi huius terraemotus meminit. NON illa ordinata per principes, haſtatosque, ac triarios.} De hoc loco dicam in XXX librum.

CIRCA conſulem tamen acrior, infeſtiorque pugna eſt.} Vet. lib. Pugna erat. DONEC Inſuber equum (Ducario nomen erat) faciemque noſcitans.} Probo magis antiquam lectionem, quam alij reſpuerunt. Donec Inſuber eques (Ducario nomen erat) faciem noſcitans. Cur probem, haec cauſſa eſt. quod ni, Eques, dicturus Liuius fuiſſet, Inſuber quidam, dixiſſet. praeterea, faciem equumque, potius dixiſſet; ſi modo uериſimile eſt, Flaminium, ex quo cum Gallis Inſubribus bellauit per annos VII, eodem ſemper equo eſſe unum. Polybius a quibuſdam Gallis eum interfectum tantummodo ſcribit. Equitem certe eum fuiſſe, apparet ex eo, quod ſubdit. Subditiſque calcaribus equo, per confertiſſimam hoſtium turbam impetum facit. CVM in tumulo quodam conſtitiſſent.} Polybius. ἀποχωρήσαντες εἰς τινὰ κώμην τυῤῥηνίδα. NEQVE perſpicere prae caligine poterant.} Vet. lib. Proſpicere.

TRIARII obiectis clypeis arcuere.} Vet. lib. Scutis. Recte eſt enim ſcutum Triariorum. lib. IIX. Triarij ſub uexillis conſidebant, ſcuta innixa humeris tenentes. CVM caleſcente ſole depulſa nebula aperuiſſet diem.} Vet. lib. Diſpulſa. QVINDECIM millia Romanorum in acie caeſa ſunt.} Polyb. ἔπεσον τῶν ῥωμαίων εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους. M. POMPONIVS praetor, Pugna, inquit, magna uicti ſumus.} Polybius. διόπερ ἅμα τῷ τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τοῖς ὄχλοις ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ὅτι λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ. Plutarchus autem ſic. ὡς πρῶτον ἤκουσεν ὁ στρατηγὸς πομπώνιος, προσελθὼν, νενικήμεθα ὦ ἄνδρες ῥωμαῖοι μεγάλῃ μάχῃ.

CVM C. Centronio propraetore.} Vet. li. quidam, Centonio. Polybius. γάϊον κεντήνιον uocat, & C.
139 Centenium. Probus. paullo poſt C. Centenij Penulae etiam meminit, ut dubitandum non ſit, quin C. Centenio ſit legendum. ACTVM pro penatibus, pro urbe dimicandum eſſe, quando Italiam tueri nequiuiſſent.} Reſtituenda eſt priſca lectio. Cum Poenis pro urbe dimicandum eſſe. Vrbis enim tantum mentio facienda eſt, quia dixit. Negotium ab ſenatu datum, ut muros, turresque urbis firmarent.

Si pe-

Si penatum autem mentionem facturus fuiſſet, pro urbe, pro penatibus, dixiſſet. ut oratio rhetorice creſceret. Per Vmbriam uſque ad Spoletum uenit, inde &c. in agrum Picenum auertit iter.} Vmbriae tantum, & Piceni meminit Polyb. διανύσας δὲ τὴν τῶν ὄμβρων καλουμένην χώραν, καὶ τὴν τῶν πικέντων ἧκε δεκαταῖος πρὸς τοὺς κατὰ τὸν ἀδρίαν τόπους. Praetvtianvm, Hadrianumque agrum: Marſos inde, Marrucinoſque & Pelignos deuaſtat, circaque Arpos, & Luceriam proximam Apuliae regionem.} Polybius ita. διελθών τε, καὶ καταφθείρας τήν τε πρετεττιανὴν, καὶ τὴν ἀδριανὴν, ἔτι δὲ τὴν μαρρουκίνην, καὶ φρεντανὴν χώραν ὥρμησε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν ἰαπυγίαν. ἀρξάμενος δὲ ταύτης ἀπὸ λουκαρίας ἥτις ἀποικίας ῥωμαίων ἐπόρθει τὴν χώραν. μετὰ δὲ ταῦτα στρατοπεδεύσας περὶ τὸ καλούμενον ἰβώνιον, ἐπέτρεχε τὴν ἀργυριππανὴν, καὶ πᾶσαν ἀδεῶς ἐλεηλάτει τὴν δαυνίαν. Q. Fabivs Maximus dictator, quo die magiſtratum iniit.} In quibuſdam Vet. lib. inueni, dictator iterum. Quam uocem credo conſulto ab iſtis emendatoribus eſſe omiſſam. quod neſcirent Fabium ante altera dictatura eſſe functum. itaq. exſtare inſcriptionem quandam in libro Epigrammatum Antiq. urbis, eiuſmodi. Q. Fabivs. maximvs. dictator. bis cos. v. censor. interrex. ii. aed. cvr. &c. Fuit autem dictator paullo ante hoc bellum cum C. Flaminio magiſtro equitum. ut ait Valerius libro primo, capite primo. Occentus ſoricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſſam praebuit.

Plvs negligentia caerimoniarum, auſpiciorumque temeritate, quam inſcitia peccatum.} Corrige ex Vet. lib. Plus negligentia caerimoniarum, auſpiciorumque, quam temeritate, atque inſcitia peccatum. Negligentia dixit, idest deſpicientia, atque neglectu. Plutarchus ὀλιγωρίᾳ καὶ περιφρονήσει τοῦ στρατηγοῦ πρὸς τὸ δαιμόνιον. Et Liuius infra. Clades per temeritatem, atque inſcitiam ducum acceptas.

Ver ſacrum uouendum.} Feſtus. Ver ſacrum uouendi mos fuit Italis. magnis enim periculis adducti uouebant, quaecumque proximo uere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cũ crudele uideretur, pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam aetatem uelabant, atque ita extra fines ſuos exigebant. & Siſenna hiſt. lib. iv. ait. Quondam Sabini feruntur uouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe uer ſacrum facturos. ex Nonio. Plutarchus uotas eſſe capras, ſues, oues, boues, quotquot uere proximo orirentur ait. itemque Liuius. Itaque quoniam in Vet. lib. legitur, Suillo, ouillo, caprino, ouillo grege, ſuſpicor legendum, ſuillo, ouillo, caprino, bouillo grege. nam Plutarchus uertit. αἰγῶν, συῶν, προβάτων, βοῶν. Extremam enim uocem, ouillo, quia temere iteratam eſſe emendatores duxerunt, omnino repudiandam eſſe duxerunt. M. aemilivm praetorem, ex collegii pontificum ſententia, omnia ea, ut mature fiant, curare iubet.} Hoc loco uer ſacrum iuſſu pontificum uotum eſſe ait a M. Aemilio praetore. at lib. xxxiii. ubi de hoc tempore, & de hac re loquitur, a Mammula, ut aut uitium ſit librarii, aut auctoris. Ver, inquit, ſacrum ex pontificum iuſſu fecere, quod A. Cornelius Mammula praetor uouerat. fuiſſe autem hoc anno Mammulam praetorẽ hinc intelligi poteſt, quod anno inſequenti Sardiniam propraetor obtinuiſſe traditur. L. cornelivs Pont. Max.} Hic eſt L. Cornelius Lentulus Caudinus, qui conſul cum Q. Fuluio Flacco fuit inter primum, & ſecundum bellum Punicum. ante hunc fuerat L. Caecilius Metellus, is qui Palladiũ ex incendio rapuit. ante Metellum Ti. Coruncanius, qui primus e plebe factus eſt. Datvm donum duit populus R.} Quid ſi, Votum donum duit? Eivsdem rei cauſſa ludi Magni uoti.} Vet. lib. Et eiuſdem rei cauſſa. Aeris cccxxxiii millibus, triente.} Hoc ſic uertit Plutarchus. ἀπὸ σεστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, ἔτι τριτημορίου προσόντος.

Tvm aedes uota Veneri Erycinae, aedem Q. Fabius Maximus dictator uouit.} Caſtiga ad fidem optimi cuiuſque libri. Tum aedes uotae. Veneri Erycinae aedem Q. Fabius Maximus dictator uouit. Nam ſequitur. Menti aedem Atilius praetor uouit. Menti aedem Atilius praetor uouit.} Satis conſtat T. Otacilium Craſſum praetorem hoc anno fuiſſe. Itaque anno ſequenti Liuius T. Otacilium propraetorem uocat. Eundem etiam T. Otacilium Craſſum Mentis aedem dedicaſſe idem tradit lib. xxiii. Quare dubium non eſt, quin & hic, & infra alibi mendoſe ſit Atilius, pro T. Otacilius.

Tvm de bello, reque publica.} Vet. lib. deque rep. Viatorem miſit, qui conſuli nunciaret, ut ſine lictoribus ad dictatorem ueniret.} Idem tradit Plutarchus in Fabio. Vetvstate iam prope oblitos eius imperii.} Paucis ante annis idem Fabius dictator primum fuerat, & ante eum, L. Caecilius Metellus, ante Metellum C. Duilius, ante Duilium Ti. Coruncanius, ante Coruncanium A. Atilius Calatinus, qui ante annos xxxiii, fuit. Itaq. miror eum, ciues, ſocioſque uetuſtate oblitos fuiſſe dictatorii imperii, ſcribere. niſi forte intelligendum eſt, oblitos fuiſſe dictatoris rei gerendae cauſſa creati. Nam poſt A. Atilium Calatinum omnes comitiorum habendorum cauſſa uſque ad Q. Fabium Maximum dictatorem iterum creati ſunt. ex Capitol. tabulis.

Hannibal ex Arpis in Samnium tranſit.} Vet. lib. ex Arpinis. Sunt autem Arpini Arporum 140
populi. Telesiam urbem capit.} Polyb. ἐνουσίαν. Ego tamen nihil mutandum puto. Vt ſe in agrum Caſinatem ducat.} Sic Plutarchus. ἡγῆσθαι πρὸς τὸ κασίνατον. Per aeſtiuos ſaltus deuioſque colles.} Vet. lib. Calles. ſic paullo poſt. Prope inuiis callibus ad dictatorem profugerunt.

Dictator unicus in rebus afflictis quaeſitus.} Vet. lib. Affectis. Modo conſuli Luctatio quae res alia, quam celeritas uictoriam dedit.} Lutatio, ex Graecis, & Capitolinis tabulis. Malim etiam ita legi, Modo C. Lutatio. Sic enim paullo ante dixit. L. Papirius Curſor, abſque nomine magiſtratus,

quem

quem magiſtratum ſi nominaſſet, Lutatio conſuli, potius dixiſſet, ut ſemper alias. Sic alibi oſtendam Proconſul Scipio, pro P. Scipio eſſe mendoſe. neque uero in hac re conſulatus nomen momentum ali quod ad augendum habet. C. Lutatium Catulum intelligit, qui bello Punico primo confecto triumphauit. SVCCESSIT tamen Poenus cum expeditis equitibus, atque ad laceſſendum hoſtem raptim, & procurſando recipiendoque ſeſe pugnauere.} Vet. li. Cum expeditis equitibus ad laceſſendum hoſtem carptim. ut ſit ſenſus. Poenus cum equitibus ad laceſſendum carptim hoſtem paratis ſucceſſit. Itaque procurſando, recipiendoque ſeſe pugnarunt. LINTERNI.} Vet. lib. & Graeci, Literni.

241 MAXIME, ſi poſſet, ſuper ſaltus ab hoſte inſeſſos.} Vet. lib. Super ſaltu ab hoſte inſeſſo. Recte. nam paullo ante dixit. Minucius ſe coniunxerat Fabio ad firmandum praeſidio ſaltum. item. Qui ad tranſitus ſaltus inſidendos locati erant. Saltum uocat Polybius. τὰ στενὰ .i. anguſtias. GERIONEM peruenit.} Polybius γερούνιον uocat. Stephanus. γερουνίον πόλις ἰταλίας. πολύβιος δὲ γερουνίαν ταύτην καλεῖ. τὸ ἐθνικὸν γερουνῖνος. In Vet. lib. Saepe eſt Gerionum. EXTRACTA prope aeſtate per ludificationem hoſtis.} Vet. lib. Exacta. ſic paullo poſt. Per uariam fortunam diei maiore parte exacta.

SACRORVM cauſſa Romam reuocatus.} Plutarchus. τῶν ἱερέων καλούντων αὐτὸν εἰς ῥώμην ἐπί τινας θυσίας. IN Hiſpania terra marique coeptum bellum eſt.} Vet. lib. Pugnari coeptum. QVADRAGINTA nauium claſſem Himilconi tradidit.} Polybius. ἀνδρώσας ἀνὰ χεῖρα τετταράκοντα ναῦς καταφράκτους ἐκ καινῆς πόλεως προχειρισάμενος ἀμίλκαν τῷ στόλῳ ναύαρχον. Ex his uerbis Hamilcarem praefectum eſſe, non Himilconem apparet. niſi uitium ſit apud Polybium. DEINDE minus terra propter ingentem famam nouorum auxiliorum concurrere auſus.} Vet. lib. occurrere. Vere. Sic enim Polybius: τὸ μὲν κατὰ γῆν ἀπαντᾶν ἀπεδοκίμαζε. QVINQVE & triginta nauium claſſe.} Polyb. συμπληρώσας δὲ πέντε καὶ τριάκοντα ναῦς. ALTERO ab Tarracone die ad ſtationem xx millia paſſuum diſtantem ab oſtio Iberi amnis peruenit.} Legendum, x millia. ex Vet. lib. & ex Polybio, qui LXXX ſtadia ait. καὶ κατάρας δευτεραῖος ἐκ ταράκωνος, εἰς τοὺς περὶ τὸν ἴβηρα ποταμὸν τόπους. καθορμισθεὶς δὲ τῶν πολεμίων ἐν ἀποστήματι περὶ τοὺς ὀγδοήκοντα σταδίους. CVM alij reſoluunt oras, aut anchoram uellunt, alij ne quid, &c.} Vet. lib. Cum alij reſolutis loris anchoram uellunt, &c. DVAE tamen primo concurſu captae erat. Vet. lib. Primo occurſu. PRORAS litore illiſas.} Vet. lib. Litori. AD V & XX naues ex XXX cepere.} Puto legendum, Ex XXXX. tot nauium claſsis Haſdrubalis fuit, ut ante ſcripſit. XXV captas item tradit Polybius. TECTA quoque coniuncta muro.} Vet. lib. Iuncta. MAGNOQVE commeatu adiecto.} Vet. lib. Aduecto.

242 ACEDVX erat Sagunti nobilis Hiſpanus.} Hic a Polybio dicitur ἀβίλυξ, conſtantiſsima libri fide. ut Abilux uocandus eſſe uideatur. ARGENTI pondo bina, & ſelibras.} Plutarchus uertit, δραχμὰς πεντήκοντα καὶ διακοσίας. CCXLVII. CVM plures Romanos, quam Poenos recepiſſet.} Plutarchus, ducentos quadraginta uertit. Vereor ne ſcriptum fuerit, CCXLII. ARGENTVMQVE pro eis debitum, &c. tardius rogaretur.} Rogaretur, pro erogaretur, dictum uidetur. CVIVS urbis captae, atque incenſae ab ſe uſum horreorum pauca reliquerat tecta.} Vet. lib. In uſum horreorum. Polybius. οἰκήμασι σιτοβολίοις χρῆσθαι πρὸς τὴν παραχειμασίαν. DVO ferme a Gerione millia.} Polybius ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκκαίδεκα σταδίους. NVMERI Decimi Samnitis deinde aduentu proelium reſtitutum.} In Vet. lib. eſt. Interuentu. Porro autem Decimij, legendum eſt, Nam Numerius praenomen eſt. Decimiorum autem ſaepe mentio fit. CVM laeta ciuitate dictator unus, nihil nec famae, nec litteris crederet, ut ſi uera omnia eſſent, ſecunda ſe magis, quam aduerſa timere diceret.} Vet. lib. Et, ut uera omnia eſſent. M. METELLVS tribunus plebis.} Hic a Plutarcho μετίλιος dicitur. Fuit autem etiam gens Metilia, e qua tribuni pl. multi. atque ita puto legendum. Nam M. Caecilius Metellus dixiſſet, ut infra L. Caecilium Metellum deſerendae Italiae auctorem nominauit. Huius M. Metilij legati cum C. Laetorio meminit etiam lib. XXV. ID VNVM enimuero ferendum eſſe negat.} Vnum, abeſt a Vet. lib. DVOS praetores Sicilia, atque Sardinia occupatos.} T. Otacilius Craſſus Siciliam, A. Cornelius Mammula Sardiniam obtinuiſſe uidetur. Cornelius quidem ſequenti anno in ea propraetor fuit. & Craſſus claſſem hoc anno obtinuit. Reliqui duo praetores fuerunt, M. Aemilius, qui urbanam, M. Pomponius Matho, qui peregrinam prouinciam obtinuit.

SED Campanum, Calenumque.} Vet. libro. Et Campanum, Calenumque. EXERCITVM cupientem pugnare.} Vet. lib. Verum etiam exercitum cupientem pugnare.

SE SAEVO tempore, & ſine ignominia ſeruaſſe exercitum.} Vet. lib. Se in tempore, & ſine ignominia. eſt autem, In tempore, idoneo tempore, ubi tempus tulit, ac poſtulauit. Quod qui ignorarunt, Saeuo, addiderunt. CONSVLE creato M. Atilio Regulo.} Polybius μάρκον ῥηγοῦλον uocat. Iterum creatum eſſe poſt ſcribit Liuius. Fuerat enim ante conſul cum P. Valerio Flacco.

243 C. TERENTIVS Varro, qui priore anno praetor fuerat.} Huius praetoris priore anno non meminit. Vrbanus autem praetor fuit. QVOD nulla memoria habeat annalium.} Sic Plutarchus: πρᾶγμα μὴ πρότερον ἐν ῥώμῃ γεγονός. i. ut magiſter equitum aequo eſſet cum dictatore imperio. Item Polybius. ὃ πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει κατὰ ῥωμαίους. SIBI communicatum cum illo, ſed non

ademptum

ademptum imperium eſſe.} Sed, uacat. ex Vet.lib. Tvmvlvs erat inter caſtra Minucij, Poenorumque. eum, qui occupaſſet, haud dubie iniquiorem erat hoſti locum facturus. } Vet. lib. Minucij, & Poenorum, quem qui occupaſſet. Plutarchus ad uerbum ita. ἦν δὲ λόφος κατὰ μέσον, καταληφθῆναι μὲν οὐ χαλεπὸς &c. Prima, & quarta Minucio, ſecunda & tertia Fabio euenerunt. } Plutarchus, primam & quartam legionem Fabio, ſecundam & tertiam Minucio eueniſſe tradit. Principio leuem armaturam dimittit, deinde conſerto agmine mittit equites.} Plutarchus ſic uertit. πρῶτον μὲν ἀφῆκεν τὴν κούφην στρατιὰν, ἔπειτα τοὺς ἱππεῖς, τέλος δ' ὁρῶν τὸν Ἀννίβαν παραβοηθοῦντα τοῖς ἐπὶ λόφῳ πάσῃ δυνάμει, κατέβαινε συντεταγμένος. Ita eſt, inquit, non celerius, quam timui, deprehendit fortuna temeritatem.} Sic Plutarchus. ὦ Ἡράκλεις ὡς τάχιον μὲν ἢ ἐγὼ προσεδόκων, βράδιον δ' ἢ αὐτὸς ἔσπευδε Μινούκιος ἑαυτὸν ἀπολώλεκε. Saepe ego, inquit, audiui milites, eum primum eſſe uirum, qui ipſe conſulat, quid in rem ſit, ſecundum eum, qui bene monenti obediat, qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi eſſe ingenij. } Hanc ſententiam expreſsit ex Heſiodo, qui ait.

> Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει
> Φρασσάμενος τάκ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
> Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
> Ὃς δὲ μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
> Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Hanc eandem ſententiam ſic uertit Cicero pro Cluentio: Sapientiſsimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit ipſi ueniat in mentem, proxime accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperat. In ſtultitia contra eſt. Minus eſt ſtultus eſt is, cui nihil in mentem uenit, quam ille, qui quod ſtulte alteri uenit in mentem comprobat. Eandem ita adumbrauit Plutarchus. τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον ἐστὶ, τὸν δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πταίσμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ νοῦν ἔχοντος. Tandem eam nubem, quae ſederet in iugis montium ſolicitatam procella imbrem dediſſe.} Plutarchus. τὴν ἐπὶ τῶν ἄκρων ταύτην καθημένην νεφέλην ὅτι μετὰ ζάλης ποτὲ, καὶ καταιγίδων ὄμβρον ἐκρήξει. Meninge inſula uaſtata, & ab incolentibus circa eam ne & ipſorum ureretur, diripereturq. ager, decem talentis argenti acceptis.} Hanc inſulam Cercinam uocat Polybius. μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσας τῆς Λιβύης εἰς τὴν Κερκινῖτιν νῆσον. καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα, τοῦ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν, ἀπηλλάγη. In vet. lib. Menia inſula eſt. duae hae finitimae inſulae ſunt ad Syrtim. Cvm a ſequentibus palantes.} Malim, ut ante, frequentibus. quia praeceſsit, Inſulas cultorum egentes; & poſt. Litoribus hoſtium plenis.

Sempronio Bleſo.} Blaeſo. ex Capit. lap. & Graecis libris. Traditaqve Lilybaei tota Atilio praetori. } Iam oſtendi hoc anno Atilium nullum praetorem fuiſſe, T. Otacilium fuiſſe. Ea res me admonuit, ut turpe mendum delerem, & pro, tota Atilio, T. Otacilio ſcriberem. 144

Litterisqve Fabij accitus.} Lege Literis Q. Fabij. perſpicue. Ad deposcendvm Demetrium Pharium. Hic rex Illyriorum fuit paullo ante hoc bellum a Romanis bello ſuperatus. auctor Polybius lib. III. qui item eundem ad Philippum ex acie confugiſſe ait. Biennio ante L. Manlius praetor in Gallia uouiſſet.} Miror dixiſſe, Biennio ante, de eo, qui anno ante praetor in Gallia fuerit, ut lib. XXI. tradidit. Caeso Quinctius Flaminius.} Lege K. Quinctius Flamininus. Sic enim & antiqua praenominis nota, & nominis, cognominisque huius uera ſcriptura cuſtodietur. ut enim Augurinus Minuciorum, Cenſorinus Marciorum cognomen eſt, ſic Flamininus Quinctiorum. lapidibus Capitolinis, & quibuſdam etiam uet. lib. teſtibus. M. Pomponivm Mathonem.} Scribe M'. Pomponium Mathonem, ob cauſſam, quam poſt dicam. Cn. Clavdivs Appij filius Cento.} Scribe, C. Claudius Ap. F. Centho, ex Capitolinis conſulibus. Baebivs Herennius tribunus plebis.} Herennius hic loco cognominis eſt, ut lib. IX. praenominis, in Herennio Pontio C. Pontij patre, alio loco pro nomine eſt, ut in M. Herennio conſule. Vereor tamen ne & in praenomine, & in cognomine uitij aliquid ſit. Hoc autem loco ſuſpicor, ne Vibus Terentius ſit legendum, eſt enim Vibus praenomen, ut in Vibo Sextio, & Vibo Virio. Hic autem cognatus fuiſſe C. Terentij a Liuio dicitur. In italiam abductum.} Vet. lib. adductum. Volsone.} Vulſone. ex conſul. Cap. & uet. ſaepe libris. L. Aemilivm Paullum, qui cum M. Laelio conſul fuerat. Vet. lib. M. Liuio. Recte. Sic enim eſt apud Caſsiodorum, & apud Plin. lib. XXXIX. conſules autem fuerunt biennio ante. Damnatione collegae. } De M. Liuio Salinatore agit, qui conſularis damnatus eſt a populo, quod praedam non aequaliter diuiſerat militibus. Auctor Frontinus libro IV. cap. II. Inter ciues, & inter peregrinos. } Veteres lib. Inter ciues, & peregrinos. ſic ubique. Qvia in tali tempore nullus nouis magiſtratus uidebatur mandandus. } Nouum hominem hic intelligit, non ut paullo ante C. Terentium appellauit. ideſt, eum qui primus ex familia ſua magiſtratum curulem cepiſſet, ſed eum qui non antea magiſtratum eundem geſsiſſet, quique nouus ad munus illud tractandum ueniret. ideſt, qui tum primum praeturam caperet.

Is proximo comitiali die.} Vet. lib. Ita is proximo. Parqve magis in aduerſando. } Vet. lib. Par magis. Alii nouas quattuor legiones quinque legionibus additas, ut nouem legioni-

bus rem gererent. } Veteres legiones quattuor fuiſſe, non quinque, apparet, ex eo, quod Fabio prima & quarta, Minucio ſecunda, & tertia euenerunt. Polybius quidem hoc loco octo legionibus rem geſtam ait, non nouem. προέθεντο δὲ στρατοπέδοις ὀκτὼ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέποτε ἐγεγόνει παρὰ Ῥωμαίοις. Haec autem ſumit a Polybio Liuius. NVMERO quoque peditum, equitumq. legiones auctas, millibus peditum & centenis equitibus in ſingulas adiectis, ut quina millia peditum, treceni equites eſſent. } Romulus primus legiones conſtituit ex tribus millibus peditum ſingulas, ut unaquaeque tribus, tum cum tres erant, tria millia daret. Poſt quatuor millium facta eſt, unde quadrata dicta, equitum ducentorum. Hoc autem primum tempore, quinque millium peditum reddita eſt, & trecentorum equitum, Liuio, & Polybio auctoribus. Poſtremo C. Marius ſex millium ut eſſet, inſtituit, ut ait Feſtus. Itaque alius alijs temporibus fuit militum legionis numerus. SEPTEM, & octoginta millia armatorum, & ducentos. } Plutarchus ſummam confecit, octo, & octoginta. Sic enim ait. μυριάδες ἐννέα δισχιλίων ἀνδρῶν δέουσαι. at Polybius πεζῶν μὲν εἰς ὀκτὼ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. AB HIERONE claſſis Hoſtiam cum magno commeatu acceſſit. Vet. lib. Cum magno apparatu. Quod placet, ut non commeatum ſolum, ſed etiam ſagittarios, & funditores ab Hierone miſſos intelligat. LEGATI in ſenatum introducti. } Vet. lib. Legati Syracuſani in ſenatum.

CAEDEM C. Flaminij conſulis, exercituſq. allatam adeo aegre tuliſſe regem. } Vet. lib. Adeo affeciſſe regem. Quod probo, quia rectior oratio eſt. & quia ſequitur. Vt nulla ſui propria, regniq. ſui clade moueri magis potuerit.

145 QVANTVM praeterea opus eſſet, quo iuſſiſſent, ſubuecturum. } Vet. lib. & quo iuſſiſſent.

NAM ad eam diem nihil praeter ſacramentum fuerat, & ubi ad decuriatum, aut centuriatum conueniſſent, ſua uoluntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites coniurabant. } Quod hoc loco ait intereſſe Liuius inter ſacramentum & iuſiurandum, id tradit Seruius in IIX. Aeneid. intereſſe inter coniurationem, & ſacramentum. Nam cum ipſi qui conuenerant, ſimul iurabant, coniuratio; cum ſinguli iureiurando adigebantur, ſacramentum erat, auctore Seruio. Coniurationem autem & ſacramentum idem eſſe apparet ex eo, quod Liuius in ſacramento explicando coniurandi uerbum adhibuit. Sacramentum ergo uoluntarium, iuſiurandum neceſſarium, & legitimum ait fuiſſe.

PRO Gerionis caſtelli Apuliae inopis, tamquam pro Carthaginis moenibus. } Vet. lib. Gerioni, ut uere ita legendum eſſe uideatur. quia Polybius γερούνιον edit. CN. SERVILIVS, atque Atilius. } Vet. lib. Atque M. Atilius. HAEC una ſalutis eſt uia L. Paullo, quam difficilem, infeſtamque ciues ſibi magis, quam hoſtes facient. } Tibi legendum putat Fiorebellus; quod probo.

A VERITATE laborare nimis ius ſaepe aiunt, extingui numquam. } Vox, ius, non eſt in Vet. lib. hoc ſenſu. tritum illud prouerbium eſt, Hominem ueritatis cauſſa nimis ſaepe laborare, numquam uero extingui. Haec autem uox, ius, ex ingenio a Valla allata eſt.

NEC ego, ut nihil agatur, ſed ut agentem te ratio ducat, non fortuna. } Vox una, Moneo, ex Vet. lib. Repetenda eſt, ita. Nec ego, ut nihil agatur, moneo, ſed ut agentem.

DICTATORI magiſtrum equitum intolerabilem fuiſſe, quid conſilij aduerſus collegam ſeditioſum, ac temerarium uirum, atque auctoritatis fore. } Vet. lib. pro uirum habent, uirium. Fiorebellus ingenioſe, pro conſilij conſuli reponit. Recte utrumque. argumentatur enim, ſi Minucius magiſter equitum dictatori Fabio gratus fuit, quas uires, atque auctoritatem habebit Paullus conſul aduerſus collegam ſuum Varronem? CLAVDIIQVE conſulis primo Punico bello memorata naualis clades. } P. Claudium Pulchrum intelligit, qui pullos paſcere nolentes, in mare proijci iuſſit, ut biberent. auctor Cicero de Diuinatione. Valerius de contempta religione. SI MATVRITAS temporum exſpectata foret. } Vet. lib. Temporis.

146 CVM utriuſque conſulis eadem, quae ſemper ante fuiſſet, ſententia. } Vet. lib. Cum utriuſque conſulis eadem eſſet, quae ſemper ante fuiſſet, ſententia. QVOD Hannibal iam uelut ſuam cepiſſet Italiam. } Et hoc quoque debetur ingenio Fiorebelli, V. ſucepiſſet, pro ſuam cepiſſet. iam enim tertius agebatur annus, cum Hannibal in Italiam profectus eam quaſi iure uſucapionis tenebat. Sic lib. VI. Nec hoc natura inſitum uobis eſt, ſed uſu poſſidemini. NVMIDAS ad inuadendos ex minoribus caſtris. } Polybius. τοὺς δὲ νομάδας ἐπαφῆκε τοῖς ὑδρευομένοις ἀπὸ τῆς ἐλάττονος παρεμβολῆς. NIHIL conſulto collega ſignum propoſuit. } Vet. lib. Signum pugnae propoſuit. Signum autem eſt, ut ait Plutarchus, χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος. CN. SERVILIO media pugna tuenda data. } Polybius, Seruilio M. etiam Atilium priore anno Seruilij collegam addit, quem tamen aetatem excuſantem Romam a conſulibus miſſum fuiſſe ante Liuius ſcripſit. BALEARIBVS, leuiq. alia armatura praemiſſa. } Polybius, ante, ait. τοὺς μὲν βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους. DEXTRVM cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata. } Vet. lib. Media acies. GALLI ſuper umblicum erant nudi. Hiſpani linteis praetextis purpura tunicis. } Polybius. τῶν μὲν κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων. Ex quo intelligi poteſt praetextis purpura dixiſſe Liuium, quod Polybius περιπορφύροις, & cum praetexta toga dicitur, praeciſe dici, pro praetexta purpura toga. NVMERVM omnium, qui tum peditum, equitumq. in acie ſtetere, illum ferunt, uidelicet quadraginta peditum millia, decem equitum. } Vox, illum, aperte mendoſa eſt. neque

enim

enim intelligere potes quo referenda ſit. ſuſpicor, millia, pro ea ſcriptum fuiſſe, &, L millia, eſſe legendum, ita. Numerum omnium, qui tum peditum, equitumq. in acie ſtetere L millia ferunt, uidelicet quadraginta peditum millia, decem equitum. De ſumma peditum, equitumq. idem ſcribit Polybius. Placet autem, ut quemadmodum de Romanis dixit in uniuerſum affuiſſe VII, & LXXX millia, ſic de Poenis dicat, deinde uero diſtinguat. DEXTRVM tegebat Maharbal.} Vet. lib. Regebat. Polybius pro Maharbale edit Hannonem, τὸ δὲ δεξιὸν Ἄννων. 147

ROMANI diu, ac ſaepe conſilio agitabant, qua fronte &c.} Malim, Conſilia. Eſt enim haec ei trita locutio. Agitare conſilia. Agitare conſilio, adhuc non legi. HASDRVBAL, quia ea parte praeerat, ſubductos ex media acie Numidas.} Haſdrubal laeuum cornu regebat, Numidae in dextra erant. Itaque mirum uidetur, Liuium ita loqui. Haſdrubal Numidas ad perſequendos hoſtes mittit, cum ea parte praeeſſet. Ego certe malim. Qui laeua parte praeerat. Siquidem hoc loco Polybius ait, Haſdrubalem a laeuo cornu ad Numidas ſubleuandos ſe contuliſſe. ἐπεὶ δὲ οἱ περὶ τὸν ἀσδρούβαν παραβοήθησαν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων τοῖς νομάσι. QVAM mallem uinctos mihi traderet.} Plutarch. τοῦτο μᾶλλον ἐβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον. i. Hoc mallem, quam ſi mihi uinctos traderet.

L. AEMILIVM praeceptorum eius memorem exſtitiſſe, & uixiſſe. & adhuc mori.} Florebellus tollit uocem Extitiſſe, ut ſuperuacaneam.

HAEC exigentem.} Cum legeretur, Haec exagentis, Valla emendauit, Exigentem. Malim ego, Exſequentem. quo uerbo utitur ſaepe Liuius. QVADRAGINTA millia peditum, duo millia ſeptingenti equites.} Polybius item ad ſeptuaginta millia occiſa ait. Quod ſequitur, Et tanta ciuium, ſociorumq. pars, expoſitionis uim habet. cum enim numerum ciuium, ſociorumque parem prope fuiſſe ſignificat.

CVM quinquaginta ferme equitibus Venuſiam profugit.} Polybius ſeptuaginta, edit. ἑβδομήκοντα μὲν εἰς οὐενουσίαν μετὰ γ΄ ἱππέων διέφυγεν. INTER eos Cn. Seruilius, & C. Minucius Numatius, qui magiſter equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat.} In ueteribus libris eſt. M. Numatius. mendoſe utrobique. Fuit autem magiſter equitum aliquot ante dies Manius Pomponius Matho. is (ut reor) qui conſul fuit anno DXVII. quemadmodum ſcriptum eſt in conſulibus Capitolinis. Cum autem Liuius M. Matho, aut Manius Matho ſcripſiſſet, imperiti librarij M. Numatius, & Minutius Numatius fecerunt. Poſtremo imperitiores emendatores C. praenomen de ſuo addiderunt.

PRAETEREA ſenatores, aut qui eos magiſtratus geſſiſſent, unde in ſenatum legi deberent.} Eorum, qui in ſenatum ueniebant, alij ſenatores erant, quippe qui lecti a cenſoribus eſſent, alij iure magiſtratus, quem aut tum gerebant, aut ante geſſerant, ius quidem ſententiae dicendae habebant, uerum ſententias non rogabantur, ſed quas ſenatores dixiſſent, in eas deſcendebant. Itaque de M. Liuio dixit Liuius lib. XXVII. Sed tum quoque aut uerbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat. Hinc cum ſenatores in curiam uocabantur ita uocabantur. Senatores, quibuſque ſententiam dicere licet. Seminarium autem ſenatus, ideſt eorum qui a cenſoribus legerentur, cum alii multi pro arbitrio cenſorum fuerunt, tum maxime ij, qui curules magiſtratus geſſiſſent. Haec fere ex Liuio, & Gellio.

HAEC EST pugna Cannenſi clade nobilitata. par cetera Allienſi, utque haec illa ijs, quae poſt pugnam accidere leuior, quia ab hoſte ceſſatum eſt, ſic ſtrage exercitus grauior.} Placet priſca lectio: Haec eſt pugna Cannenſi clade nobilitata, par Allienſi. Ceterum, ut haec illa &c. ſic Polybius. ἡ μὲν οὖν περὶ κάννας γενομένη μάχη ῥωμαίων, καὶ καρχηδονίων ἐτελέσθη τὸν τρόπον τοῦτον. QVI IN maioribus caſtris praeerant.} Vet. lib. Quj maioribus caſtris praeerant. VNO agmine Cannuſium abituros eſſe.} Canuſium uno, n, & ueteres libri, & Graeci ſcribunt. In ijſdem uet. li. eſt. Vno agmine inde Canuſium abituros. ſic paullo poſt. Atque inde protinus Canuſium peruenerunt. ET exquiri ab interrogantibus, Romanus ciuis ſis, an Latinus ſocius.} Haec interrogatio fiebat, ut in Romanos Hannibal animaduerteret, ſocios conciliandae eorum ſibi gratiae cauſſa dimitteret.

QVAMVIS per confertos hoſtes.} .i. per quamuis confertos. QVIETEM & ipſe ſibi ſumeret.} Vet. lib. Et ipſe ſibimet. MAHARBAL praefectus equitum.} Hunc uocat Plutarchus in Fabio βάρκαν τὸν καρχηδόνιον. IMMO, ut quid hac pugna ſit actum ſcias, die quincta, inquit, in Capitolio epulaberis. ſequere cum equite.} Vet. lib. alii, die quinto habent. Ego legendum puto, die quinti, copulate pro aduerbio. Nam ut Gellius & Macrobius tradiderunt, die quarto, & die quinto de praeterito dicitur, die quarti, & die quinti de futuro. ut hoc loco. Accedit quod Coelius, & Cato, cum hunc eundem locum tractarent, die quincti dixerunt. a quibus Liuius haec uerba mutuatus eſt. Cato in originibus: Igitur Dictatorem Carthagnienſium magiſter equitum mouit. Mitte mecum Romam equitatum, die quincti in Capitolio tibi caena cocta erit. Coelius hiſtoriarum lib. II. Si uis mihi equitatum dare, & ipſe cum cetero exercitu me ſequi, die quincti Romae in Capitolio curabo ut tibi cena ſit cocta. Plutarchus. πεμπταῖος γὰρ ἀπὸ τῆς νίκης ἐν καπιτωλίῳ δειπνήσεις.

PRAECEDANT, Hannibal inquit, nuncij. laeta res eſt. ſed uia maior, quam ut eam ſtatim capere animo poſsim.} Ego neque hanc lectionem, neque hunc ſenſum probare poſſum. In uet. lib. eſt. Praecedant Hannibal inimici letales. & uia maior, quam ut eam capere non poſſint. Hinc ego hanc eli-

eio & lectionem & ſententiã;Praecedant,Hannibal inquit,nuncij letales.eſt uia maior, quam ut eã ſta-tim capere nunc poſſint.reſpondet enim ad id,quod Maharbal dixerat, ſequere cũ equite,ut prius te uenisse,quam uenturum ſciant, Via maior eſt, quam ut ſtatim capere nunc equites proelio defeſſi poſſint. VINCERE ſcis Hannibal,uictoria uti neſcis.} Plutarc. οὐ νικᾶν οἶδας, νίκῃ δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας.

ET omnium primum brachio fluminis obiecto, eos excludit.} Malim, Brachio flumini obiecto. ſenſus eſt enim,Hannibalem brachio obiecto Romanis uſum fluminis,& aquationis eripuiſſe.ſic enim captiui ipſi poſt aiunt.cum circumſeſſi ab exercitu uictore,aqua arceremur.lib.IV.Muro Ardeae brachium immiſerat.Item.Et moenibus hoſtium uallum obiecere. INTRA caſtra hoſtes acceperunt.} Vet.lib. Receperunt.

148 EOS, qui Canuſium perfugerant,mulier Paulla nomine Buſa genere clara,ac diuitijs moenibus tantum,tectiſque a Canuſinis receptos,frumento,ueſte,uiatico etiam iuuit.} Nemo eſt,qui non quaerat,quid ſit,mulier Paulla,nomine Buſa,genere clara.menda enim eſt in uoce Paula.Nam de Buſae nomine ſatis conſtat.ipſe enim poſt ait.Sed Canuſij grauius onus Buſę multitudo faciebat.& Valerius libro quarto de liberalitate.Buſa nomine,regionis Apuliae ditiſſima.ſuſpicor igitur legendum eſſe.Muliercula Buſa nomine.ut mulierculam appellet,eam comparans cum Canuſinis. Id enim fecit muliercula,inquit,quod cuncta ciuitas non fecit,ut ueſte,frumento,& uiatico Romanos iuuaret.Qua de cauſſa Valerius eandem etiam,Feminam appellauit,& poſt Liuius. Ne a muliere Canuſina populus Venuſinus beneficijs uinceretur. Eſt autem hic mos Liuij, ut primum appellationis nomen afferat,deinde proprium.ut lib.XXIII. Cum praefecto nomine Iſalca.item lib.hoc. Eques,Ducario nomen erat.

L. PVBLICIVS.} L.Poblicius. ex Capitolinis lapidibus,& nummis argenteis. CVSTODIENDOSQVE ſemetipſos contra Hannibalem Scipioni tradunt.} Vet.lib. Hannibalem contra. Sic ſaepe alias praepoſitio poſtponitur. APPIVSQVE, & Scipio.} Vet.lib. Appius, & Scipio.

OCCIDIONE occiſum cum duobus exercitibus conſulem,delectusq. omnes copias,allatum fuerat.} Suſpicor legi oportere. Occiſos cum duobus exercitibus conſules. ſubdit enim. Conſule exercituque ad Thraſymenum priore anno amiſſo,non uulnus ſuper uulnus, ſed multiplex clades,cum duobus conſulibus conſulares exercitus amiſſi nunciabantur.nec ulla iam caſtra Romana,nec ducem,nec militẽ eſſe. Non enim inquit, conſul cum exercitu amiſſus,quod uulnus ſuper uulnus fuiſſet, ſed duo conſules cum duobus exercitibus perijſſe; ideo multiplex clades accepta nunciabatur. AMISSI annunciabantur.} Vet.lib. Nunciabantur. P. FVRIVS Philus, & M. Pomponius prętores.} Horum alter urbanam, alter peregrinam iuriſdictionem habebat. PERCVNCTARENTVR aliquos profectos ex fuga, paſſim diſſipatos, forte referant.} Vet.lib. Si forte referant. CANVSIIQVE ſe eſſe.} Que uacat in aliquot uet.lib. SED Hannibalem nunc ſedere.} Sed, uacat in aliquot uet.lib. SENATVS conſulto diebus XXX luctus eſt finitus.} Sic Plutarchus. ὅτι δὲ καὶ τόπον, καὶ χρόνον ὥρισε, κατ' οἰκίας ἀποθρηνεῖν ἐν ἡμέραις τριάκοντα τὸν βουλόμενον. T. OCTACILIO.} Otacilio, ex Graecis, & Capitolinis monumentis. M. CLAVDIVM, qui claſſi ad Oſtiam ſtanti praeeſſet, Canuſium ad exercitum mittendum.} Subaudienda ſunt uerba, cenſuerunt partes, uel decreuerunt. Sic enim Plutarchus in Marcello. δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος εἰς Κανύσιον παρῆλθε, καὶ τοὺς ἐκεῖ συνειλεγμένους παραλαβὼν ἐξήγαγε τῶν ἐρυμάτων. SCITATVM quibus precibus, ſupplicationibuſque deos poſſent placare.} Vet.lib. Quibus precibus ſupplices deos poſſent placare. IPSE legione claſſis, (ea tertia legio erat) cum tribuno militum Teano Sidicino pręmiſſa. Vet.lib. Cum tribunis militum Teanum Sidicinum. recte. Hanc enim legionem ex claſſe Canuſium adducturus, Teanum praemiſit. T. SEMPRONIVS magiſter equitum.} Hic eſt, qui poſt ab Hannibale occiſus eſt in Lucania, quem Valerius libro quincto cap.I. Tiberium Gracchum uocat. Quare, Ti. Sempronius ſcribendum eſt. eſt autem Tiberij praenomen Sempronijs familiariſſimum.

AD milites ex formula accipiendos.} De hac formula ſcribit libro IIX. ubi de foedere cum Latinis icto agit.

149 TRECENOS pediti, ſeruo centum.} Vet.lib.Centenos. AD Heracleam cum Pyrrho.} Plutarchus in Pyrrho. SI tam duri oris eſſe uelitis.} Vet.lib. Si duriores eſſe uelitis.

VIX exiſtimari poteſt.} Vet.lib.Aeſtimari. PRIORI Punico bello Calpurnius Flamma.} Liuius lib.XVII. ut eſt ſcriptum in epitoma. DEMINVTI capite.} Hoc eſt, amiſſa ciuitate, & libertate. Sic enim poſt ait. Abalienati iure ciuium, ſerui Carthaginienſium facti.

NEQVE ijs quadraginta millia hoſtium obſtitere.} Supra. Quinquaginta millia edidit. In Vet. autem libris eſt hoc loco. Sexcenta millia. ut uideantur opponi, ſexcentis armatis, ita. Ex millibus ſeptem armatorum ſexcenti exſtiterunt, qui erumpere auderent, neque ijs ſexcenta millia hoſtium obſtitere. Eſt autem hic numerus uſitatus etiam Ciceroni pro magno quodam, & immenſo numero.

150 VNVS ex ijs domum abijt, quod fallaci reditu in caſtra, iureiurando ſe exſoluiſſet.} Haec Polybij ſententia fuit,ut ait Cicero lib.III.de Off. Polybius bonus auctor in primis ſcribit ex decem nobiliſſimis,qui tunc erant miſſi,nouem reuertiſſe,a ſenatu re non impetrata,unum ex decem, qui paullo poſt quam egreſſus erat e caſtris,rediſſet,quaſi aliquid eſſet oblitus remanſiſſe. Polybij liber ille, ubi

hoc

hoc tradebat intercidit. Eadem hiſtoria eſt apud Gellium lib. VII. cap. IIX. Est & alia de captiuis fama. decem primos ueniſſe, &c.} Acilij haec opinio fuit eodem Cicerone teſte. Acilius autem ille, qui Graece ſcripſit hiſtoriam plures ait fuiſſe, qui in caſtra reuertiſſent eadem fraude, ut iureiurando liberarentur. Ab cognato Scribonij tribuni plebis de redimendis captiuis relatum eſſe.} Legendum Tribuno plebis. i. ab Scribonio tribuno pl. L. Scribonij captiui legati cognato relatum eſſe.

Omnium notis, ignominijsque confectos eſſe.} Vet. lib. Affectos. Cicero lib. III. de Off. eoſdem a cenſoribus omnibus ignominijs notatos eſſe ſcribit. & Gell. lib. VII. ca. IIX. de ijſdem. Omnium notarum eos damnis, & ignominijs affecerunt. Apulorum pars.} Ἀργυριπανοὺς defeciſſe ex Apulis ſcribit Polybius. Samnites praeter Petellinos.} Nec Petellini inter Samnites ſunt, ſed inter Bruttios, neque ijdem hoc tempore ab Hannibale defecerunt, cum ſequenti libro uni in Bruttijs in amicitia Romana manſiſſe dicantur. Quid ergo? obloquimur ſaepe bonis auctoribus, eoſque aut inconſtantiae, aut imprudentiae, aut negligentiae arguimus. ſed ſine cauſa. ut hoc loco Glareanus Liuio, quem iccirco temerariae confuſionis arguit. Quam iuſte ipſe uiderit. non enim hoc loco Petellinos, legendum eſt, ſed Pentros, quod ille didiciſſet, ſi accuratius manuſcriptos libros, quos ne adiſſe quidem uidetur, legiſſet. Pentrorum Samnitium meminit in lib. IX. Inde uictor exercitus Bouianum ductus. Caput hoc erat Pentrorum, Samnitium longe ditiſſimum. Poſſis etiam legere. Praeter Petellinos Brutij omnes. Et Graecorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini.} Polybius ita. καρχηδόνιοι παραχρῆμα τῆς μὲν λοιπῆς παραλίας σχεδὸν πάσης καὶ μεγάλης καλουμένης ἑλλάδος ὄντες ἐγκρατεῖς. ταραντῖνοί τε γὰρ εὐθέως ἐνεχείριζον αὑτούς. Polybius ſtatim hos populos defeciſſe ait, quod tamen non ita eſſe, infra apparebit, niſi, Statim, intelligamus, Vt primum potuerunt. Ceterum quattuor hi populi Graeci uocabantur, quod Graecorum coloniae eſſent. Crotonenses.} Croto Crotonienſes edit, at Cortona Cortonenſes. Priſcianus. Accedit quod Croto Croton atas quoque edit. ut omnino Crotonienſes uideatur eſſe legendum. Neque ante conſulis Romani aduentum, nec poſtquam is redijt.} Ex ueteribus libris. Neque ante conſulis aduentum Romam. In ijs enim eſt. Ante conſulis aduentum Romani. Obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus ſit.} Plutarchus in Fabio. ἀπήντησαν αὐτῷ περὶ τὰς πύλας ἅτε βουλὴ, καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν ἀσπαζόμενοι.

IN . LIBRVM . XXIII

Hannibal poſt Cānenſem pugnam, caſtra capta, ac direpta confeſtim ex Apulia in Samnium mouerat.} Glareanus putat legendum, Caſtris captis, ac direptis. neque eni m, inquit, Hannibal Romanorum caſtra capta, ac direpta mouit, neque ſua cepit, ac diripuit, uerum contra. Errat autem. non enim ea eſt mens ſcriptoris, ſed haec. Hannibal poſt Cannenſem pugnam confectam, & poſt Romanorum caſtra capta, ac direpta, in Samnium mouerat. ita ut uerbum, Mouerat, abſolute accipiamus, ut ſaepe alias, non ad caſtra referamus. Accitas in Hirpinos.} Irpini Samnitium ſunt auctore Strabone lib. V. dicti ἀπὸ τοῦ ἵρπου, i. lupo, qui dux eis in deducenda colonia fuit. Graece autem ſine adſpiratione ſcribuntur. Pollicentes ſe Coſſam traditurum.} Vet. lib. Compſam, & Compſanus, Plinius lib. III. cap. XI. Compſam in Irpinis ſtatuit. de qua nunc Liuius. Qvacvmqve arte poterat, diſpoſuit.} Vet. lib. Potuit. Pacvvivs Calauius.} Calauium gentis Campanae nomen eſſe conſtat. Ergo Pacuuius hoc in loco praenomen eſt. Vereor tamen ne Pacullus ſit legendum. Nam Silius Italicus hunc Pactulonem uocat. & Liuius lib. XXXIX Pacullae Miniae Campanae ſacerdotis meminit. & in hoc libro haud ita multo poſt, Minios Celeres Stenium, Pacuuiumque nominat. In ueteribus etiam libris eſt Pacinus. Filiamqve Romam nuptum Liuio dediſſet.} Vet. lib. Romae.

Video quae ſententia de hoc ſit data.} Quid ſi legamus, Lata. ſenſus enim eſt. Video hunc a uobis condemnatum eſſe. Hoc multo magis in ſecundo, ac tertio ſenatore eſt factum.} Vet. lib. 151
Ac tertio citato ſenatore. Si plebis ibi eſſet concilium.} Vet. lib. Adeſſet. Ad Satriculam.} Saticulam ut libro ſeptimo dixi, & ſaepius alias. Coeptvmqve propter uos cum Samnitibus bellum, per centum prope annos uariante fortuna euentum, tulerimus.} Elatorie dixit Terentius per centum prope annos. uerius autem legatus Romanus in concilio Aetolorum lib. XXXI. qui per annos ſeptuaginta bellatum eſſe cum Samnitibus ait. Etenim coeptum eſt anno ab urbe cond. CDXII M. Valerio, A. Cornelio cos. finitum an. CDLXXIX. C. Fabricio, C. Claudio cos. De ijs enim C. Claudius cos. triumphauit, ut exſtat in Capitolinis Triumphorum fragmentis. Qvod foedus aequū dedimus, quod leges noſtras.} Hoc factum M. Foslio, L. Plautio conſulibus, ut ait lib. IX. Eodem anno primum praefecti Capuae creari coepti, legibus ab L. Furio praetore datis. Poenvs ne Africae quidem indigena ab ultimis terrarum oris freto Oceani Herculiſque columnis, expertem omnis iuris, & condicionis, & linguae prope humanae militem trahit.} Vet. li. habent, Indigenam, quā lectionem probo, ut non Hannibalem, ſed militem eius Africae indigenam eſſe neget, quippe quem ex ultimis terrarum oris extraxiſſet. Etenim lib. XXIIX. ſic ait, cum de exercitu Romano loquatur. Ro-

mana arma,& exercitum alienigenam. Vesci humanis corporibus docendo.} De Hannibalis crudelitate loquitur,qui adeo efferauerat animos militum,ut eos etiam ueſci carnibus humanis docuerit. Hoc autem falſum eſſe tradit Porphyrius lib.II. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων. Svbivs Virius.} Vet.lib.Vibius Virius. puto legendum, Vibus Virius. Eſt enim Vibus, praenomen.ut in P. Seſtio Q. F. Vibi. n. Capitolino conſule. Latinorvm quondam poſtulationis.} De qua ſupra lib.IIX. Balneis includi iuſſit,ubi feruore,atque aeſtu anima intercluſa.} Vet.lib. Fetore, atq. aeſtu. Decivs Magius.} Magios item gentem Campanam eſſe,& hic Liuius,& contra Rullum Cicero oſtendit, cum inquit. Magios, Bloſios mihi uidebar illos uidere, ac Iubellios. Quare Decius quod alias nomen eſt gentis, in hoc uiro praenomen eſt,mendoſe, ut ſolet, pro Decimus.

Marivm Bloſsium.} Bloſios pariter gentem eſſe Campanam idem Ciceronis locus docet. unde C. Bloſius genus traxit,is,qui cum Ti. Graccho tribuno pl. fuit. De quo Cicero in Laelio, & contra Rullum. Quod ſi ita eſt,ergo corrupte Marius pro Marco,uel Manio. Sit enim praenomen neceſſe eſt.

152 Mvnios Celeres.} Vet.lib. Minios. recte. nam Pacullae Miniae Campanae lib.XXXIX. meminit. Convivivm non ex more Punico,aut militari diſciplina eſſe,ſed ut in ciuitate atq. etiam domo diu ad uarias omnium uoluptatum illecebras inſtructũ.} Malim pro diu,diuite.ut in ciuitate, & domo diuite.Nam Calauios,quorum domi erat Hannibal,inclytos nobilitate,ac diuitijs paullo ante nominauit.In Vet.lib.eſt interdiu.luxatis fortaſſe ſyllabis.Hoc certe ſententia poſtulat, ut recta ſit ἀνάθεσις. Hannibalem pater filio meo potui placare.} Vet.lib. Hannibalem modo. Sed ſi nihil ſancti, non fides,non religio,non pietas,audeantur infanda,ſi non perniciem nobis cum ſcelere afferunt. unus es aggreſſurus Hannibalem.} Florebellus ita legit:Sed ſit nihil ſancti, non fides,non religio,non pietas:audeantur infanda,ſi non &c.quo nihil poteſt eſſe praeſtantius. Sic lib.XXXIIX. Fiat iactura religionis,obliuio deorum capiat pectora ueſtra.num ſenatum quoq. de bello conſuli non placet? Qvid tot dextrae? torpeſcent ne in amentia illa?uultum ipſius Hannibalis, quem armati exercitus tremunt,horret populus R.tu ſuſtinebis?} Et hic etiã locus caſtigatior,ac ſincerior eſt in manuſcriptis exemplaribus.ſic. Quid tot dextrae? torpeſcent ne? in amentia illa uultum ipſius Hannibalis,&c.quaſi uero uelit intelligi.alijs temporibus eum poſſe,in amentia illa fore,ut non poſſit.

O patria, ferrum,&c. recipe.} Vet.lib.Accipe. Senatvs frequens datur Hannibali.} Vet. lib.Datus. Ivraqve inde cum ceteris populis Romanum etiam petiturum.} Vet.lib. Cum ceteris populum R.etiam petiturum. Havd paruo initio minui uidebatur ius libertatis.} Vet.lib. Iudicio.Iudicium enim intelligitur,quod parabatur in Magium ex S.C. Extemploqve impoſitus in nauim,& Carthaginem amiſſus.} Malim.eſt Carthaginem miſſus. Habetis libertatem Campani.} Vet.lib.Habetis en libertatem Campani. Transfvgae magis,quam hoſpitis fore domicilium.}Vet.lib.domicilium fore. Vestrae res meliores,felicioresque erunt.Vet.lib.Felicioreſque. Q. Fabivs Pictor legatus a Delphis Romam redijt.} Eiuſdem legati meminit Plutarchus in Fabio.Hunc eundem illum eſſe,qui res Romanas ſcripſit tradit Appianus in Hannibalis hiſtoria,quam manuſcriptam ſaepius apud eum,quem ante etiam nominaui,omni & litterarum, & humanitatis genere ornatiſſimum Ludouicum Beccatellum,legi.cuius hiſtorici,ut horum temporum aequalis,ſaepe & in hoc bello,& in alijs meminit Liuius. Cvm ſex imperatoribus eum.} Praeteritus eſt Ti.Sempronius,quem Hannibal ad Trebiam uicit,non librarij uitio,ſed auctoris. Quod ex uerbis ipſis intelligi,perſpicue poteſt. Nam dictatorem & magiſtrum equitum nominat,Q. Fabium, & M. Minucium,& duos conſules occiſos,C. Flaminium,& L.Paullum.& duos,quorum alter ſaucius fuerit, P.Cornelius Scipio,alter uix cum L hominibus euaſerit.C.Terentius Varro. Pro his tantis totque uictorijs uerum ſacrum dijs immortalibus agi.} Vet.lib.Non habent uocem,uerum, & pro, tantis totque,habent,tot,tantiſq.Quidam libri olim habebant, Rerum non,Verum. Itaq. in ſuſpicionem uenio,ne,quoniam huic ſententiae ſubaudiendum eſt uerbum,Petere,pro Rervm, uoce perſpicue deprauata,Petere,ſit ſubſtituendum.Quod tamen non affirmo. Dimidivm ſuper tres modios expleſſe.} Hinc Plinius lib.XXXI. cap.I. Anulorum aureorum promiſcuus uſus fuit ſecundo bello Punico. neque enim aliter potuiſſent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Hannibale mitti. Etiam nunc paenitet belli ſuſcepti.} Vet.lib.Etiam nunc te paenitet.

Nvnc interroganti ſenatori &c. ſi reticeam.} Videtur legendum,Interrogante ſenatore.

153 Respondeam, inquit,Himilconi.} Vet.lib.Reſpondeam igitur Imilconi,& recte. Cur enim uox, inquit,in media oratione inculcetur,quae initio ſolet collocari?apta autem eſt huic loco particula,Igitur,qua concludit,ſibi potius reſpondendum eſſe,quam reticendum. Qvam nunc uicimus dat nemo.} Legendum perſpicue:Quam nunc cum uicimus. Dictatorqve cum Magone in Hiſpaniam &c.} Miratur Glareanus Liuium dictatoris Carthaginienſis meminiſſe. Iam nunc mirari deſinat.Nam Gellius lib.X.cap.XXIV.haec uerba profert ex Catonis origine. Dictatorem Carthaginienſium magiſter equitum monuit,mitte mecum Romam equitatum,diequincti in Capitolio tibi cena cocta erit. Dictatorem autem Cato uocat imperatorem Hannibalem. Latoqve (ut ſolet) ad populum,ut equum adſcendere liceret.} De hoc more,de quo ambigit apud Liuium Glareanus,agit etiã Plutarchus in Fabio.i.cur Dictator peteret, ut ſibi equum adſcendere liceret. πρῶτον μὲν ᾐτήσατο τὴν σύγκλητον.

συγκλήτου. ἵππῳ χρῆσθαι παρὰ τὰς στρατείας. οὐ γὰρ ἐξῆν, ἀλλ' ἀπηγόρευτο κατά δή τινα νόμον παλαιόν. εἴτε τὴν ἀλκὴν τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων δεῖν παραμένειν τῇ φάλαγγι, καὶ μὴ προλείπειν, εἴθ' ὅτι τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τ' ἄλλα, καὶ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἐστίν, ἔν γε τούτῳ βουλομένων τὸν δικτάτορα τοῦ δήμου φαίνεσθαι δεόμενον. Et sex millia hominum Gallicis ſpolijs.} Vet.lib.Ea ſex millia hominum.Eoſ enim intelligit,quos ſe noxa,pecuniaq.exſoluturum dictator promiſerat. Itaqve cum xv millibus armatorum ab urbe proficiſcitur.} Vet.li.Ita cum. Legatos proſpere ad praetoré Romanum Marcellum Claudium,qui Canuſij cum exercitu erat,mittunt.} Vet.li.habent Caſilini,quam lectioné probat Glareanus.ego contra probo magis, Canuſij, quod & primo libro Marcellum magnis itineribus Canuſium contendiſſe dixerit,& quod Plutarchus in Marcello, Canuſio item Marcellum ad tutandos ſocios eſſe profectum,tradiderit ἔπειτα δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος εἰς Κανύσιον παρῆλθεν, καὶ τοὺς ἐκεῖ συνειλεγμένους παραλαβὼν ἐξῆγε τῶν ἐρυμάτων, ὡς πορθησόμενος τὴν χώραν. Perqve agrum Satriculanum. } Vet. lib.Saticulanum.recte.ut ante dixi. L.Bantivs.} Hunc Λεύκιον Βάνδιον uocat Plutarchus in Marcello. Seminecem cum ad Cannas in aceruo caeſorum corporum inuentum.} Eadem ad uerbum ſcribit Plutarchus in Marcello. Eqvvm eximium dono dat, bigatosq. quingentos quaeſtorem numerare iubet.} Plutarchus ita. ἵππον τε δωρεῖται πολεμιστὴν αὐτῷ, καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακοσίας.

In hac comitiaria duorum exercituum ſtatione.} Vet. lib. In hac continua duorum. 154

Privsqvam aliquis motus in muris oriretur.} Vet.lib.Intus oriretur. Vix equidem auſim affirmare,quod quidam auctores ſunt, duo millia,& ccc hoſtium caeſos, non plus uno Romanos amiſiſſe.} Supra quinque millia hoſtium caeſa,haud plures, quam quingentos Romanos cecidiſſe tradit Plutarchus,hoc tamen a Liuio reprobari ait. λέγονται ὑπὲρ πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν, ἀποκτεῖναι δὲ Ῥωμαίων οὐ πλείους ἢ πεντακοσίους. ὁ δὲ Λίβιος οὕτω μὲν οὐ διαβεβαιοῦται γενέσθαι μεγάλην ἧτταν, οὔτε πεσεῖν νεκροὺς τοσούτους τῶν πολεμίων.

Ingens eo die res, ac neſcio an maxima illo bello geſta ſit.} Hinc Cicero in Bruto, ait. Poſt Cannenſem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam praelio populus Ro.ſe erexit. Cvm a Caſilino dictatorem Romanum,legionesq. nuncij accipi nunciaſſent.} Vet.lib. Legionesq. minus accipi nunciatum eſſet. Pro his repoſitum eſt,nuncij accipi nunciaſſent.recte, quod ad ſententiam pertinet. quod autem ad uerba,malim legi,auctore Valla. Legionesq. nouas accipi nunciatum eſſet. Nam de his legionibus paullo ante ſcripſit. Casilinvm quingenti Praeneſtini habebant.} In vet.lib. nullus numerus eſt Praeneſtinorum. paullo poſt Liuius eos quingentos ſeptuaginta fuiſſe ſcribit, at Strabo li.v.quingentos quadraginta. ἐν τῷ Κασιλίνῳ πολιορκούμενοι Πραινεστίνων ἄνδρες μφ' πρὸς ἀκμάζοντα Ἀννίβαν τοσοῦτον ἀντέσχον. &c. Vt ergo de Peruſinis ait, cd & lx, ſic de Praeneſtinis, d & lxx.ſcribendum,uidetur. Cvm dies aliquot ſuſpecti Campanis &c.traſduxiſſent,iamq. de Capuae defectione agi,accipiq. Hannibalem ſatis pro certo habuere.} Tempus,habuere,non eſt ſententiae huic aptū. Haberent,ſenſus poſtulat.in uet.certe libris eſt,habere.reliquae duae litterae nt,ex principio inſequentis uocis,interfectis,ſunt repetendae. T.Sempronivs praeerat.} Ti.Sempronius. ut ante. magiſtrum enim equitum intelligit. Qvia praedictum erat dictatoris.} Vet.lib. Quia edictum erat dictatoris. Nocte & mittebantur,& praeueniebant.} Florebellus probat magis,Perueniebāt.

Nvces inde fuſae ab Romanis.} Hinc Feſtus Praeneſtinos Nuculas dictos eſſe ait, quod incluſi a Poenis Caſilini famé nucibus ſuſtentarint. Et cvm hoſtes obaraſſent,quidquid herbidi terreni extra murū erat,raporum ſemen iniecerunt.} Glareanus credit eam hoc loco fuiſſe Liuij ſententiā,ut ijdē Poeni,qui herbidum terrenū extra muros obaraſſent,raporū ſemen iniecerint,cū rapos non Poeni, ſed Caſilinates iniecerint,ac fructū ex Poenorū obaratione illa ſe capturos eſſe indicauerint,neq. uero aliter Liuius tradit,atq. Stra.li.v. ὁ δ' Ἀννίβας ἰδὼν αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλας ἐθαύμαζεν. Quod autem ait Strabo πλησίον τοῦ τείχους.i.prope muros,Glareanus intra muros interpretatur, quaſi uero Poeni ad terrenū obarandum Caſilinum accepti ſint. Eo ne uſque dum ea naſcantur ad Caſilinum ſeſſurus ſum.} Vet.li.Seſſuri ſumus. Cvm obſiſtere malis nequirent Petellini.} Vet.lib.Quibus cum reſiſtere malis nequirent Petellini. Consvltiqve iterum a M.Aemilio praetore patres.} Hoc anno M.Pomponius praetor urbanā,P.Furius peregrinā ſortem,M.Marcellus Siciliam,L.Poſtumius Galliam ſortiti ſunt.Quod cum ita ſit,certe mendoſe legitur hoc in loco.M.Aemilio,pro M.Pomponio. Quod inde & intelligi poteſt,cum ait.Conſulti iterum.tum.n.conſulti ſunt primum,cum C.Furius,& M'.Pomponius praetores ſenatum in curiā Hoſtiliā uocauerunt.Germanā autem lectionem,& quae deprauando nomini cauſſam dederit,fuit(puto,)quod ſcriptum erat,conſultiq. iterum a Manio praetore. Nam Pomponium hoc praenomen tuliſſe ſupra oſtendi.Quā uocem qui deprauatam eſſe duxerunt, Mamilio fortaſſe,atq. inde,M.Aemilio fecerunt. Relaxata poſtero die per minoré trepidationem retinuerunt optimates.} Vet.lib.Relaxata poſtero die per minorem trepidationem re tenuerūt optimates.

L.Fvrivm praetorem cum claſſe.} Lege,P.Furium.ſic enim alias ubique hunc Liuius uocat.

L.Aemilivs qui cóſul cenſorq. fuerat.} L.Aemilium Papum conſulem cum C.Atilio Regulo,cenſorem cum C.Flaminio intelligit. Glareanus inſcite L.Aemilium Paullum, qui ad Cannas ceciderat, ſi interpretatur. M.Atilivs Regulus,qui bis conſul fuerat.} M.hic Atilius Regulus conſul primum fuit cum P.Valerio Flacco,iterum ſuffectus in locum C.Flaminij ad Traſimenum occiſi cum Cn. Seruilio Gemino. Qvi ceciderant pugna Cannenſi.} Vet.lib.In pugna Cannenſi. L.Aemilivm,

C.Flaminium cenſores.} De his cenſoribus dixi in epitoma libri xx. CVM DE ea re M.Aemilius praetor.} Lego, Manius praetor,ut ante dixi,ut ſit .w.Pomponius. VT EX ſingulis populis Latinorum binis ſenatoribus,ſi patres Romani cenſuiſſent,ciuitas daretur.} Vet.lib.Quos patres Romani cenſuiſſent. M.FABIVM Buteonem ex s.c. ſine magiſtro equitum dictatorem.} N.Fabium ſcribi oportere exiſtimo, quia inquit,hunc uetuſtiſsimum ex cenſorijs,qui uiuerent,fuiſſe. Cenſor autem,ut opinor,fuit anno DXII cum C.Aurelio Cotta, cum conſul fuiſſet anno DVI, ut eſt in Capitolinis tabulis. NEQVE dictatorem ſe ſine magiſtro equitum.} Vet. lib. Neq. dictatorem ſine magiſtro equitum.probe.res enim eum non perſona offendebat. NEQVE duos dictatores tempore uno.} Horum dictatorum M.Iunij,& Fabij Buteonis,quorum alter rei gerendae cauſſa creatus aberat, alter ſenatus legendi cauſſa dictus erat,meminit quoque Plutarchus in Fabio. ITA in demortuorum locum ſublecturum, ut ordo ordini, non homo homini praelatus uideretur.} Senſus eſt. Dictator ne in legendo ſenatu ignominia quemquam afficeret, ex ueteribus cenſorijs tabulis ſenatores eo ordine,quo in illas relati erant,recitauit. in demortuorum autem locum alios ita ſublegit, ut,ſi quem alteri praeferret,is eum,ordinis,non hominis dignitate adductus, praetuliſſe uideri poſſet. Nam primum legit eos,qui curulem magiſtratum,deinde qui tribunatum aedilitatemq. plebis,& quaeſturam geſsiſſent,tum ex ijs, qui magiſtratum non cepiſſent,qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent,aut coronam ciuicam accepiſſent.In legendis autem ijs, qui magiſtratus geſſerant, quo quiſq. eorum ordine magiſtratum ceperant,eos ita legebat,ac recitabat. IN demortuorum locum legit,qui poſt L.Aemilium,C.Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, nec dum in ſenatum lecti eſſent,ut quiſque eorum ſenator primus creatus erat.} Vox, ſenator,redūdat.Hic enim ſenſus eſt. Qui poſt priores cenſores curulem magiſtratum ceperant,quo quiſq. illum ordine ceperat, lectum in ſenatum eſſe. TVM legit,qui aediles tribuni,praetores,quaeſtoresq. fuerāt} Paulus Manutius uir (ut ſupra dixi)ſummo iudicio praeditus legendū exiſtimat,aediles,tribuni plebis,quaeſtoresq.& recte. nam praetura inter curules magiſtratus erat,quos ſuperiore uerſu complexus eſt.Errorem attulit(ut ſolet.)cōpendioſa ſcriptura.Trib.pr.& Trib.pl. TVM ex ijs,qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent.} In manuſcriptis omnibus,& pleriſq. etiam impreſsis legitur.Tum ex ijs,qui magiſtratus cepiſſent,qui ſpolia ex Romano &c.Quod cum emendatores neſcio qui non intelligerent,omnino tollendum putarunt.Eſt autem ita legendum.Tum ex ijs,qui magiſtratus non cepiſſent,qui ſpolia &c.Nam ex ijs qui magiſtratus ceperant,legit primum,qui curulem,deinde, qui plebeium ceperant magiſtratū. Ex ijs autem,qui omnino nullum ceperant magiſtratum,legit, qui ſpolia ex Romano hoſte haberent.

TEMPVS hoc ſedulo terens.} Vet.lib.hic,ideſt,in foro.Sic etiam reddit Plutarchus in Fabio,ubi eandem rem his uerbis perſequitur ὥσπερ ἰδιώτης ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀνεστρέφετο. CONSVLTVS a M. Pomponio praetore ſenatus.} Ita lib.uet. Ex hoc loco conuincitur etiam ſupra bis mendoſe eſſe M. Aemilio praetore. QVO ſtatu reſpublicae eſſent.} Vet.li.reſp.eſſet. COMITIAQVE edixit, quibus L.Poſtumius III abſens,qui tum Galliam prouinciam obtinebat, & Tit. Sempronius Gracchus, qui tum magiſter equitum eo accurrerat,conſules crearentur.} Vet.lib.qui tum magiſter equitum,& ea accurrerat. Suſpicor legendum, ad ea,ut comitia intelligamus. opponit enim hunc Poſtumio. ille enim abſens in Gallia,hic cum ad comitia accurriſſet,conſul eſt creatus.ſic paullo ante.Qui tum Galliam prouinciam obtinebat.L.autem Poſtumius Albinus primum cum Sp. Caruilio Maximo, iterum cum Cn. Fuluio Centumalo conſul fuerat. ALIA ſupra alia cumulante in eum annum fortuna.} Vet.lib.Super aliam. NOVA clades nunciata.} Huius Poſtumianae cladis auctor eſt etiam Polyb.lib.III.extremo.

156 LITANAM Galli uocant.} Huius ſiluae,& harum inſidiarum meminit et Frontinus lib.I.ca.VI.

POCVLVMQVE idem ſacerdotis eſſe,ac templi antiſtibus.} Vet.lib. Sacerdoti. MAESTITIAE ſpeciem publicae.} Vet.lib.Maeſtitiae publicae ſpeciem. DVO ne conſulares exercitus ſatis firmati tanto bello ſufficerent.} Vet lib.Ne ſecundo conſulares exercitus ſatis firmi ad tantum bellum efficerentur,inibatur ratio. Quod cum ita ſit, aptior eſt certe ad ſententiam emendatio Vallae, qui pro, ne ſecundo,legit,nec quomodo. Sequitur enim.Itaque Galliam omitti eo anno placuit.

FECERANT ij transfugae motum in Carpeſiorum gente.} Glareanus, nuſquam ſe legiſſe Carpeſios populos ait,itaque Tarteſios mauult a Tarteſo oppido ad Calpen ſito. Carpeſiorum tamen ad Iberum meminit Polybius lib.III.& Stephanus ita.καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ.

VRBEM Aſenam.} Vet.lib.Aſcuam. DIGRESSVS colle.} degreſſus; ut alias.

157 ITAQVE duo diuerſa proelia erant.} Vet.lib. Ita duo. RECEPTA Petelia Poenus ad Conſentiā copias transducit.} Si Conſentia in Bruttijs pro Romanis ſtabat,profecto non Petelini uni inter Bruttios in fide Romanorum poſt Cannenſem cladem manſiſſe uidentur, quod ante dixit. praeſertim uero cum Coſentia Bruttiorum metropolis ſit,auctore Strabone lib. VI. ITAQVE urbe defenſoribus uaſtata facile potiti ſunt hoſtes.} Magna menda eſt in uoce,uaſtata, quae ex priſca lectione deletur,quae eſt,defenſoribus uacua;ſiquidem opulentiſsimam olim urbem eo redactam, ut omnis aetatis minus uiginti millia ciuium ſupereſſent,ſcribit.Sic libro quadrageſimo ſecundo, Vacua defenſoribus moenia.

SENATVS decreuit, ut Ti. Sempronius conſul deſignatus, cum primum magiſtratum iniſſet, ad populum ferret. } Videndum etiam, atque etiam, quid ſit, quod in omnibus uet. lib. legitur, Vt Tit. Sempronius cos. des. cum in bono iniſſet. Nam qui emendarunt, cum primum magiſtratum iniſſet, mentem potius attendiſſe uidentur auctoris, quam uerba. Valla olim legendum putauit. Cum bono omine ad populum ferret. Quod non probo, quia nullam habet rationem uocis Iniſſet. Ego malim, cum magiſtratum iniſſet. ſic enim Cicero prima Philip. Vti C. Panſa, A. Hirtius conſules deſignati, cum magiſtratum inierint, & Coelius ad Ciceronem. D. E. R. I. C. uti C. Paullus, C. Marcellus, cum magiſtratum iniſſent. VT FABIVM duumuirum eſſe iuberent aedis dedicandae cauſſa. } Miror hoc loco neglectam eſſe Vallae correctionem, quae ueterum librorum auctoritate confirmatur. Vt duumuiros eſſe iuberent. miror item ſpretam eſſe alteram Glareani, aedium dedicandarum cauſſa. duae enim erant aedes dedicandae, quarum cauſſa duumuiri creandi erant. Quare paullo poſt ita loquitur. Interea duumuiri creati ſunt, Q. Fabius Maximus, & T. Otacilius Craſſus aedibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinae. M. AEMILIO Lepido, qui bis conſul augurque fuerat. } M. Aemilium Lepidum, & M. Valerium Laeuinum bis conſules nominat Liuius, quos tamen neque in Capitolinis tabulis, neque apud Caſsiodorum inuenias niſi ſemel fuiſſe. Hinc ego ſuſpicor, ne ſuffecti fuerint L. Veturio, & C. Lutatio conſulib. Lepidus II. Laeuinus primum. Quoniam autem ea pars in Capitolinis conſulatibus deſideratur, & Caſsiodorus eorum tantum conſulum, qui primum facti ſunt, qui ordinarij nominantur, meminit, in neutro horum monumentorum haec nomina inueniri. Sed de hac re accuratius in Faſtorum conſularium commentarijs. me enim mouet, quod duo patricij conſules comparantur. C. LECTORIVS, & T. Sempronius. } C. Laetorius, & Ti. Sempronius. ut ſaepe dixi. PRAETORESQVE Fuluius Flaccus. } Caſtiga. Praetores. Q. Fuluius Flaccus. perſpicue. Ceterum conſul hic fuerat cum L. Cornelio Lentulo, cenſor cum T. Manlio Torquato.

SEX legiones in caſtra Claudiana ſupra Sueſſulam deducerentur. } Hinc paullo ante dixit. Claudius a Canuſio Calatiam petit, atq. inde Vulturno amne traiecto, perq. agrum Saticulanum, Trebianumq. ſuper Sueſſulam per montes Nolam peruenit. & paullo poſt. M. Claudius ad eum exercitum, qui ſupra Sueſſulam Nolae praeſideret, miſſus. DELATVM ad populum, ut ciues Romani eſſent. } Emendo. Dein latum ad populum. Haec eſt enim uſitata in hac re loquendi forma. & ipſe ſubdit. Maxime, ut hoc ferretur, mouerat. CVI ineunti conſulatum cum tonuiſſet, uocati augures uitio creatum uideri responderunt. } Plutarchus idem in Marcello. ἐπιβροντήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἱερέων οὐκ αἴσιον τιθεμένων τὸ σημεῖον, ἐμφανῶς δὲ κωλύειν ὀκνούντων καὶ δεδιότων τὸν δῆμον, αὐτὸς ἐξωμόσατο τὴν ἀρχήν.

FABIVS Maximus tertium. } Primum fuit cum M. Pomponio Mathone, iterum cum Sp. Caruilio Maximo. 158

TI. SEMPRONIVS militibus Sinueſſam diem ad conueniendum edixit. } Idem Sempronius paullo ante diem duabus legionibus urbanis Clades ad conueniendum edixerat, ad quas accipiendas deinde M. Marcellus eſt miſſus. nunc Sinueſſam ad conueniendum diem edicit uolonibus, & ſociorum, XXV millibus, quae ſibi ſorte euenerant. ANTE Kalendas Iulias primas. } Vet. lib. Iunias. Quod placet. quia de hoc tempore locutus, Quinctiles dixiſſet. TERENTIANVM mitti cum aliquo legatorum. } Senſus eſt. Terentianum exercitum in Siciliam mitti, legiones ex Sicilia reuocatas M. Valerio cum claſſe ad tutandam oram maritimam dari. AD M. Valerium praetorem circa Nuceriam caſtra habentem. } De legatis Philippi loquitur per Apuliam uenientibus. Ex quo, Luceriam, uidetur eſſe legendum. Nam paullo poſt ait. Ti. Gracchus a Cumis Luceriam in Apuliam legiones cum duxiſſet, M. Valerium inde praetorem Brundiſium cum eo, quem Luceriae habuerat, exercitu miſit. ITINERAQVE cum cura demonſtrent. } Que, abeſt a uet. lib. Q. FVLVIVS Flaccus Corcyraeos ad perſequendum. } Caſtiga ex uet. lib. P. Valerius Flaccus. Etenim Q. Fuluius Flaccus praetor urbanus, cui ſuburbana litora cuſtodienda tradita erant, adhuc ab urbe non mouerat. P. autem Valerius Flaccus, de quo poſt meminit etiam Liuius, M. Valerij Laeuini praetoris, cui ora inter Brundiſium, & Tarentum tutanda decreta fuerat, legatus erat.

T. MANLIVS Torquatus, qui bis conſul, cenſorque fuerat. } Conſul fuit cum C. Atilio Bulbo, quo in magiſtratu de Sardis triumphauit. iterum cum Q. Fuluio Flacco, quem eundem etiam in cenſura collegam habuit. auctoribus Capitolinis ſcriptoribus. LINTERNVM. } Vet. lib. Liternum. HOMINVM eo tumultu nocturno caeſa plus duo millia. } Vox, nocturno, redundat. nam ex priore uerſu ſatis intelligitur rem nocte actam eſſe. abeſt certe a uet. lib. 159

EXERCITVSQVE Cumas reductus. } Miror, quod Cumas M. Valerius exercitum reduxerit, cum ipſe Luceriae in Apulia praeſideret. Cumis autem Ti. Sempronius in praeſidio eſſet. praeſertim uero cum ex Irpinis reduxiſſe dicatur. AD NAVES XXV, quibus Q. Fuluius Flaccus praefectus praeerat. Legendum, ut ante dixi, P. Valerius Flaccus. & paullo poſt. Iuſſusque Q. Fuluius. iuſſusque Valerius. ſic enim ueteres libri. M. MARCELLVM propraetorem. } Vet. lib. Proconſulem. ſic etiam paullo poſt. ſic Plutarchus ad Nolam ἀνθύπατον uocat. i. proconſulem. CALARES. } Cales. Graeci & Latini libri ueteres auctores.

T. OTA-

160 T. Otacilivs praetor quinquaginta nauium ad Lylibeo claſſe in Africam tranſuectus.} Vet. lib. Quinquaginta nauium claſſe ab Lilibeo in Africam tranſuectus. Pyrrho regi nos adiunximus.} Samnites loquuntur. Eſt autem illud bellum Pyrrhi, Tarentinorum, Samnitum, Lucanorum, & Bruttiorum copijs, exercituque geſtum. Quod ex triumphis illorum annorum intelligi poteſt. Maquidem Curius non tam de Pyrrho rege, quam de Samnitibus triumphaſſe traditur. A qvo relicti, pacem neceſſariam accepimus, fuimusq. in ea per annos prope quinquaginta ad id tempus, quo tu in Italiam uenisti.} Pax data Samnitibus eſt anno ab urbe condita cdlxxix, quo anno C. Claudius Canina conſul de ijs triumphauit, cum per annos lxx geſtum bellum eſſet, ut ait Liuius lib. xxxi in oratione legati R. in concilio Aetolorum. Quod ita eſſe inde facile intelligi poteſt, quod coeptum erat bellum M. Valerio, A. Cornelio conſulibus anno cdxii. ſi igitur anno cdlxxix uictis Samnitibus pax data eſt, in pace autem fuerunt uſque ad aduentum Hannibalis in Italiam, P. Scipione, & Ti. Longo conſulibus anno dxxxii, i. annis liii, poſtquam pacem Samnites acceperant, ergo hoc loco legendum uidetur, In ea fuimus per annos prope lx. Nam uox illa, prope, maiori numero non expleto adijcitur. In hac autem oratione omnia oratorie in maius ornantur. ut cum ait. per centum prope annos cum populo R. bellum geſsimus, nullo externo adiuti, nec duce, nec exercitu. Non ego ſecundis noſtris rebus gloriabor.} Vet. lib. Non ergo ſecundis noſtris rebus gloriabimur. recte. loquuntur enim legati Samnitum, Irpinorum, Caudinorumque. Sequitur autem. Quae aſpera, aduerſaque tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus. Nvmidarvm paucorum illi quidem praeda erunt, praeſidiumq. miſſum nobis erit, & Nolae ademeris.} Senſum aptum nullum elicere poſſum ex his uerbis, & Nolae ademeris. Suſpicor autem, quia in ueteribus libris legitur, praeſidiumque miſſum nobis & Nolae ademeris, ut ſit legendum. praeſidiumque miſſum nobis & Nolam ademerit. Suadent enim Samnites, ut Hannibal praeſidium Numidarum ad ſe ab impetu militum Romanorum, qui Nolae erant, defendendos, mittat, quod idem praeſidium & ſe defenſurum ſit, & Nolam, cui maxime imminebat Hannibal, Romanis adempturum ſit. Herivm Petrium.} Vet. lib. Henum. Legatvm ne R. & legionis unius, atq. alae magno certamine uix toleratis pugnam?} Vet. lib. Legati ne Romani.

161 Marcellvs tirone milite, ac Nolanis ſubſidijs fultus nos iam iterum laceſsit.} Vet. lib. Pro ſultus, inultus, habent. i. impunitus. innuit cladem a Marcello ante acceptam ad Nolam, quam adhuc Hannibal non erat ultus. Iccirco ait. Inultus iterum nos iam laceſsit? Ferrvm, nunc hebet, an dextrae torpent?} Vet. lib. Ferrum ne hebet, an dextrae torpent? Forte ita legendum. Ferrum ne nunc hebet? Nvnc paucis plures uix reſtatis.} Vet. lib. Reſiſtitis. Hostivm plus mille caeſi eo die, capti mille dc, & ſigna militaria unde uiginti. & duo elephanti, quattuor in acie occiſi.} Vet. lib. Hoſtium plus uel caeſi, uel eo die uiui capti v millia. Suſpicor autem legendum, Hoſtium plus uel caeſi eo die, uel uiui capti quinque millia. ſiquidem Plutarchus hunc numerum edit in Marcello, ubi hunc totum locum ita uertit. νεκροὺς μὲν γενομένους πεντακισχιλίους, καὶ τῶν ἐλεφάντων τέσσαρας μὲν πεσόντας, δύο δὲ ζῶντας ἁλόντας. Tertio poſt die mille cclxxii equites miſti Numidae, Hiſpanique ad Marcellum transfugerunt.} Hoc ſi uertit Plutarchus. ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὴν μάχην ἱππεῖς Ἴβηρες καὶ νομάδων μιγάδες αὐτομολοῦσιν ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους. diſcrepat autem in numero. niſi forte legendum ſit. ὑπὲρ τοὺς χιλίους τριακοσίους.

Daretqve opima ſpolia uictus.} Opima proprie dici ſpolia non potuerunt, ſiquidem ea opima ſunt, quae dux duci detraxerit. Dux autem ſit, cuius auſpicijs bellum geratur. ut ſupra traditum eſt. Neuter enim eorum equitum dux erat. Nisi fide ſtaret reip. opibus non ſtaturam.} Ita Salluſtius in epiſtola Pompeij, uoce, Fide, utitur. Ego non rem familiarem modo, ſed etiam fidem conſumpſi. ſenſus eſt. Niſi reſp. pecunia mutuo ſumpta ſubleuetur, praeſenti aerarij pecunia ſe ſuſtinere non poſſe. Condvceretqve ex lege praebenda, quae ad exercitum Hiſpanienſem opus eſſent.} Nihil deſideratur, contra quam cenſet Glareanus. Lex enim quam requirit, haec eſt. ut conducerent ea lege, ut cum primum pecunia in aerario eſſet, ijs primis ſolueretur. Hinc ego malim legi. conducerentque ea lege. Haec praetor in concione edixit.} Malim. Hinc praetor. ſenſus eſt. Hinc, i. ex s. c. praetor in concione edixit, qua die, quae exercitui Hiſpanienſi praebenda eſſent, eſſet locaturus.

Vt quae in naues impoſuiſſent, ab hoſtium, tempeſtatisq. publico periculo eſſent.} Suſpicor ne uox deſit, legendumq. ſit. ab hoſtium, tempeſtatisq. ui publico periculo eſſent. poſtulant enim ut populus R. ſibi damnum praeſtet, quod a tempeſtate, & hoſtibus afferri poſsit. Sic lib. xxv. Quia publicum periculum erat a ui tempeſtatis in ijs, quae portarentur ad exercitus. Hi mores, eaq. caritas patriae per omnes ordines uelut tenore uno pertinebat.} Vitiatum eſſe ſuſpicatur hunc locum Glareanus, ob uerbi, Pertinebat, uſum. neque intelligit eodem modo locutum etiam Ciceronem eſſe de natura deorum. Ratio quaedam pertinens per omnem rerum naturam. Illitvrgi obſidione liberato ad Incibili opugnandum Punici exercitus transducti.} Glareanus legit, Ab Indibili, putatq. uiri nomen eſſe, eius de quo poſt ſaepius Liuius. uerum errat. Nam ſiue Incibili, ſiue Indibili legas, opidi nomen eſt. ſic enim Frontin. lib. i. cap. iii. Cn. Scipio in Hiſpania aduerſus Hannonem ad opidum Indibili cum animaduertiſſet Punicam aciem directam. De huiuſmodi nominibus ſic Priſcianus lib. vi. Inueniuntur & barbara in, I. Liuius xxiii ab urbe condita. Illiturgi opidum opugnabatur.

In

IN. EPITOMEN. LIBRI. XXIV

Syphax rex Numidarum in amicitiam adſcitus contra Maſſaniſam regem Maſaeſulorum pro Carthagnienſibus pugnans uictus.} Sincera lectio,&ſententia huius loci eruitur partim ex ipſo Liuio, partim ex ueteribus epitomae libris, in quibus ita eſt. A Maſſaniſa rege Maſſyliorum pro Carthagi-nienſibus pugnante uictus.

IN. LIBRVM. XXIV

Vt ex Campania in Bruttios reditum eſt,Hanno adiutoribus.} Sic libro priore fere extremo. 162
Hannibal ab Nola remiſſo in Bruttios Hannone cum quibus uenerat copijs. Ducibus Bruttijs
Graecas urbes tentauit.} Polyb.lib.III. omnem fere Magnam Graeciam ad Hannibalem poſt Can
nenſem cladem defeciſſe ait.Sunt autem Graecae urbes Rhegium, Locri,& Croto,quas a Bruttijs ſe-
parare uidetur & hoc loco, & ſupra, cum unos ex Bruttijs Petellinos in fide Romana manſiſſe dixit.
alioquin & Rhegini,& Locrenſes,& Crotoniatae etiam permanſerunt. Interim Locrenſes fru
mentum.} Hoc loco Locrenſes a Poenis oppugnantur. cum tamen priore libro antequam Hanno in
Bruttios rediret,eos & ad Poenos deſciuiſſe ſcripſerit,& Romanis portas clauſiſſe. neque uero occur-
ri poteſt, eos,poſtquam ſe a Poenis ad Romanos contuliſſent, a Poenis inuadi. neque enim de ijs ita
hoc loco dixiſſet. Pauci magis taciti probarent conſtantem fidem, quam probatam tueri auderent.
Quid ergo eſt? an priore libro rem ſtrictim ἐν παρέργῳ demonſtrauit,hic autem pluribus uerbis ac con-
ſulto expoſuit? Idem de Crotone iudicandum eſt, quod opidum & priore libro captum eſſe a Brut-
tijs excepta arce dixit,& hoc loco repetit. uerum ibi breuiter,hic uero plurimis uerbis. Ita eſt profe-
cto,ut etiam in principio lib.xxv. oſtendam. Ab Hannone nihil certi allatum.} Vet.lib. Abla-
tum. Vt plebes ab optimatibus diſſentirent.} Vet.lib.diſſentiret. Fidem erga populum
R. quinquaginta annos ab ſe cultam.} De Hierone Rege loquitur,qui ſecundo anno primi belli Pu-
nici in ſocietatem uenit Romanam M. Valerio Maximo, M. Otacilio Craſſo conſulibus,ut ſcribit Po-
lybius,a quo anno ad hunc numerantur anni XLIX.

Legatique ad Hannibalem miſſi,ac remiſſi ab eo cum Hannibale nobili adoleſcentulo Hip- 163
pocrates,& Epicides nati Carthagine,ſed oriundi ab Syracuſis.} Duos legatos ubique nomi-
nat Liuius ad Hannibalem ab Syracuſanis miſſos de foedere contra Romanos iungendo, Hippocra-
tem & Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi ab Syracuſis. Hannibalis adoleſcentuli ter-
tij legati nuſquam meminit niſi hoc loco. Quamobrem probo opinionem Henrici Glareani, qui le
gendum putat, Ac remiſſi ab eodem Hannibale nobiles adoleſcentuli Hippocrates, Epicides; ita ut
mentio tollatur tertij legati Hannibalis, & omnia ad imperatorem Hannibalem referantur.

Tamque laxaret elatum pedem abſtricto modo.} Lego,Abſtricto, ita poſtulante ſenſu.

Moram ullam offerret.} Vet.lib.Afferret. Vt tempora poſtulabunt belli.} Vet.lib. Vt belli tempora poſtulabunt. Stantibus uobis in aciem armatis.} Vet.lib. In acie.

Lacus Thraſymenus, & Cannae triſte ad recordationem exemplar, at ad praecauendum simi-
le utiles documento ſunt.} Veteres lib. Vtilia documenta ſunt. Quod magis placet. Sic enim
inter ſe haec reſpondebunt. Triſte exemplar ad recordationem, utilia documenta ad ſimile
praecauendum.

Cum ſecuribus ſibi faſces praeferri.} Minatur ſe in eum animaduerſurum, quod ſecures ſibi 164
praeferantur, quas niſi extra urbem conſul non praeferebat. Praetor unus refectus Q. Ful-
uius Flaccus nonum, alij creati T. Otacilius Craſſus iterum, Q. Fabius conſulis filius.} Foedam la-
bem in his uerbis inſidentem nemo adhuc non ſolum non exemit,ſed ne animaduertit quidem. Quid
eſt enim, Refectus nonum? non ne qui nouies iam praetor factus eſt? certe. at hic honos nemini
umquam habitus eſt. ne ipſi quidem. Sequamur igitur auctoritatem manuſcripti libri, in quo eſt,
Praetor unus refectus Q. Fuluius Flaccus, noui alij creati T. Otacilius. Intereſt autem an aliquis re-
ficiatur,an nouus fiat.Nam qui reficitur,continuat magiſtratum in annum ſequentem. Qui nouus fit,
is aut tum primum,aut certe interpoſito anno honorem illum rurſus capit. Maximum Rullum
cum P. Decio ad bellum Gallicum.} Hi conſules fuerunt anno CDLVII. Q. Fabius Maximus Rul-
lianus V. P. Decius Mus. IV. Liuius lib.x. Sic poſtea Papirium,& Caruilium aduerſus Samni-
tes, Bruttioſque & Lucanum cum Tarentino populum.} L. Papirius Curſor II. Sp. Caruilius Ma-
ximus II. conſules fuerunt anno CDLXXX, atque ambo in magiſtratu de his populis triumpharunt. ut
extat in Fragmentis Capitolinis. Cum ſummo imperatore opus eſſe reip.ſciret,ſeque eum haud
dubie eſſe.} Vet.lib. Quod cum ſummo imperatore opus eſſet reip. ſciretque eum haud dubie eſ-
ſe. Ex praetoribus prioris anni propraetor Q. Mucius obtineret Sardiniam.} Vet.lib.
Pro praetore.

Fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat.} Adde haec uerba ex uet.lib.fide, incuria libra 165
riorum omiſſa: Segnibus,ac timidis tradita pugna erat. Ea demum uox ita animos accendit,

atque renouato clamore uelut alij repente facti tanta ui ſe in hoſtem intulerunt.} Vet.lib. Ita animos accendit, ut renouato clamore, uelut alij repente facti tanta ui ſe in hoſtem intulerint.

GRACCHVMQVE orabant, ut epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita permiſit in publico epularentur omnes.} Malim legi, ſi in publico epularentur omnes, ut repetenda ſit ultima ſillaba uocis praecedentis, permiſit, quamquam eodem genere hoc libro uſus eſt. Permiſſum ipſi erat, faceret quod e rep. duceret eſſe. POMPONIO pro praetore cum eo exercitu, qui ſuper Sueſſulam in caſtris erat accito.} M. Pomponium pro praetore in agro Gallico manere iuſſum paullo ante tradidit. CVM coortum praelium uideret.} Vet.lib. Cum coeptum praelium uideret. GRAVITER eſt ab conſule increpatus.} Vet.lib. Increpitus.

166 PRAEERAT Statius Mecius.} Vet.lib. Statius Minius. probo. ne duo praenomina coeant, Minij autem gens Campana eſt, ut ſupra oſtendi. Hic autem Campanus fuit. HAVD multo minorem, quam a Beneuento acceperat, reddidit hoſti cladem.} Vet.lib. Ad Beneuentum. TELESIA, Coſſa.} Vet.lib. Compſa. Ita uero nominari Irpinorum urbem, quam nunc ſignificat, ante etiam docui. STATIVAQVE ad Ardoneas communita.} Ptolemaeus Erdoneae in Apulis meminit. Ardonearum nemo. Strabo lib. VI. κερδόνιας appellat, ut puto mendoſe. NON id modeſtia militum, aut ducis, niſi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri.} Vet.lib. Sed ad conciliandos. Quod genus dicendi planius eſt. P. VALERIVS legatus miſſus.} P. Valerium Flaccum, quem ſupra Q. Fuluium Flaccum bis per mendum uocauit, ſignificat. hoc autem loco uulgo T. Valerius legebatur. In uet.lib. hoc nomen omiſſum eſt. Suſpicor autem, ne M. Liuius potius reponendum ſit, praeſertim quod eo praefecto Tarentum amiſſum ſit, Polyb. Liu. & Plutarcho auctoribus. quamquam apud hunc mendoſe eſt μάρκος λάιος, μάρκος λίβιος. SPE labefactandae fidei haud abſiſtens Salapiam tendit.} Vet.lib. haud aſſiſtens. hoc ſenſu. Hannibal ubi ſe a proditoribus Tarenti non excipi uidit, haud diu ad Tarentum aſſiſtens Salapiam tendit, quod celeritate diſceſſus ſperaret, ſe fidem hominum eſſe labefactaturum, ſe Tarenti capiendi cauſſa cum ueniſſet, eluſum eſſe. ſi legas, Haud abſiſtens ſpe, id erit aeque ac ſi dicas. Haud ſpe deſtitutus. ET inſulam, & arcem, & alia, quae poterat, quaeque opportuna erant, praeſidijs firmarat.} Inſulam, Syracuſarum quartam partem intelligit, non totam Siciliam. ut poſt dicam. TRANSVECTI per Thicam.} Vet.lib. Ticam. legendum eſt autem Tycham, uel Tychen. pars una & haec Syracuſarum fuit, quod ibi templum Fortunae eſſet, ita appellata. auctor Cicero in Verrem. IN Acradinam.} Vet.lib. Achradinam. Sic Stephanus. ἀχραδίνη τόπος ἔχυρα πόλιν, ἣν ἐπολιόρκησε μάρκελλος. καὶ ἀχραδίνη μοῖρα συρακουσῶν. Hanc etiam partem Syracuſarum fuiſſe ſcribit eodem in loco Cicero.

167 VTRVM quod ſatis libertatis foret, contenti nere tyranni eſſent.} Vet.lib. libertati, ideſt, quod ad libertatem recipiendam ſatis ualeret. PERICVLVMQVE ingens manet, niſi communi concordiae conſulitis, ne libera efferatur res. Poſt hanc orationem.} Nihil eſt obſcurius his uerbis. Ne libera efferatur res. Qua de re nos etiam admonuit Glareanus. Dicam ipſe quid ſentiam. puto legendum eſſe. Ne libera efferatur reſp. Fecit enim littera prima ſequentis uocis, Poſt, ut librarius litteram, P, inconſulto praeteriret. Verba autem ſunt ad tyrannicidas, quorum hic eſt ſenſus. Quae egiſtis magna ſunt, ſed inchoata ueſtra gloria nondum perfecta eſt. nam niſi ciuitatis concordiae conſulitis, timendum eſt, ne reſp. liberata intereat. quaſi dicat. non eſt ſatis ciuitatem tyrannide liberare, niſi inteſtina ſeditione liberetur. alioquin fiet, ut quodammodo libera ſeruiat. Quod autem dixit, Efferatur, uerbo uſus eſt translato. Efferri enim dicuntur cadauera. Sic lib. XXIIX. Meo unius funere elata populi R. eſſet Reſp. SOPATRVM, ac Deomenem.} Vet.lib. Dionem. DEIN factio. & pauci auctores.} Vet.lib. Ac perpauci auctores. THEMISTIO.} Vet.lib. Themiſto. & ſic ubique.

SICVT tum extemplo praetores rogationem promulgarunt.} Vet.lib. Sic tum extemplo.

VT omnis regia ſtirps interficeretur.} Vet.lib. Vt omnes regiae ſtirpis interficerentur.

DEMARATAM Hieronis, & Harmoniam Gelonis filiam.} Vet.lib. Damarata. Item, filias. Stirps autem Hieronis regis haec fuit.



OCCVRSV ſe & ſacrario proripuerant, ut.} Florebellus, ut eſt ſummo iudicio praeditus, legit, Eo curſu. quod laudo. ſic enim libro XXVI. Ad fretum eo curſu contendit: ut prope repentino aduentu incautos

incautos oppreſſerit.& lib.XLII.In iugum Parnaſi refugerant eo curſu, ut cum unus &c. Si alia alio trahat res.} Probo magis, Si alius alio trahat res. ut legit Florebellus.

Classem nauium centum Romanus habebat.} De Ap. Claudio loquitur. de quo ita Polybius lib. IIX. ἄππιος μὲν ἑκατὸν πεντηρικοῖς σκάφεσι, μάρκος δὲ κλαύδιος πεζικὰς ἔχων δυνάμεις ἐφήδρευε τοῖς κατὰ τὴν σικελίαν. 168 Vtra ſocietas ſit utilior longe minoris adeo rem momenti conſultatione eſſe.} Vet. li. Conſultationem. Hinc ego, Ad conſultationem, lego. Sic enim paullo poſt. Eſſe etiam momenti aliquid ad conſilium. & Cicero de Fin. Ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum. Sed tamen Hieronis potius.} Si recte attendas, nihil huic ſententiae deeſſe reperias, contra quam ſtatuit Glareanus, qui ſubaudit uerbum oſtendere. Vt Leontinos irent.} Vet. lib. Vt in Leontinos irent. Dvcvnt Megaram.} Vrbs Siciliae Megara, quae ante Hybila dicebatur auctore Stephano. Hanc etiam Megaras uocat Liuius. & Plutarchus in Marcello μεγαρέας πόλιν, forte pro μέγαρα.

Ad olympium (Iouis id templum eſt.} Thucydides ὀλυμπιεῖον uocat lib. VII. Huius templi Iouis Olympij Syracuſis meminit lib. XVI Diodorus, ita. κατέστησε δὲ καὶ τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἐντιμοτάτην ἀρχὴν, ἣν ἀμφιπολίαν διὸς ὀλυμπίου οἱ συρακούσιοι καλοῦσι. 169 Ivnctae aliae binae ad quinqueremes &c. turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant.} Hoc ſic Plutarch. in Marcello. ὑπὲρ δὲ μεγάλου ζεύγματος νεῶν ὀκτὼ πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανὴν ἄρας ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος. Vterque horum a Polybio ſumpſit, qui libro IIX. ita ſcribit. ἅμα δὲ τούτοις ὀκτὼ πεντήρεσι παραλελυμέναις τοὺς ταρσούς, ταῖς μὲν δεξιοῖς, ταῖς δὲ τοὺς εὐωνύμους. καὶ συνεζευγμέναις πρὸς ἀλλήλας σὺν δύο κατὰ τοὺς ἐψιλωμένους τοίχους προσῆγον πρὸς τὸ τεῖχος διὰ τῆς τῶν ἐκτὸς τοίχων εἰρεσίας τὰς λεγομένας σαμβύκας. Quas Polyb. σαμβύκας dixit, turres contabulatas uertit Liuius. Porro autem cum uterque Graecorum horum auctorum octo quinqueremes nominet, quae binae coniunctae fuerint exemptis remis interioribus, ſuſpicor ne quid uitij ſit apud Liuiū, praeſertim uero cum Polybij locum hunc ad uerbum uerterit, ſitque legendum. Iunctae aliae binae ad octo quinqueremes. Mvrvm ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cauis aperuit &c.} Polybius ſic. γενομένων δ' αὐτῶν ἐντὸς βέλους πρὸς τῇ γῇ πάλιν ἑτέραν ὁ τοιμάκει παρασκευὴν πρὸς τοὺς ἀπομαχομένους ἀπὸ τῶν πλοίων. ὡς ἀνδρομήκη ὕψει κατατετρήκει τρήμασι τὸ τεῖχος ὡς παλαιστιαίους τὸ μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. οἷς τοξότας καὶ σκορπίδια παραστήσας ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ βάλλων διὰ τούτων ἀχρήστους ἐποίει τοὺς ἐπιβάτας.

Qvas propius quidem ſubibant naues quo interiores ictibus tormentorum eſſent, in eas tollendas deſuper murum eminentem ferrea manus firmae catenae illigata, cum iniecta prorae eſſet, grauiq. libramento recelleret ad ſolum ſuſpenſa prora nauim in puppim ſtatuebat.} Pulcherrimus locus ita deformatus eſt, ut nulla neque ſententiae, neque latinitatis adſit integritas. Deſcribit autem machinamenti rationem, quo Archimedes naualem belli apparatum, & oppugnationem Syracuſarum eluſit. Vitium uero eſt in his uocibus: In eas tollendas deſuper murū eminentem Quae quid ad rem pertineant, non ſatis apparet. Ego autem ueſtigia germanae lectionis ſecutus, quae ſunt in uet lib. hoc modo: In eas tollendo deſuper murum eminente ferrea manu: Corrigendum puto: In eas tollenone ſuper murū eminēte ferrea manu. Eſt autem Tolleno machina, quae ferrea manu ſibi illigata naues in altum ſuſpendebat. De qua ſic Feſtus. Tolleno dicitur machinae genus, quo trahitur aqua in alteram partem praegrauante pondere. & Vitruuius lib. IV. Cap. XXI. Tolleno dicitur quoties una trabs in terram praelata defigitur, cui in ſummo uertice alia tranſuerſa trabs longior dimenſa medietate connectitur eo libramento, ut ſi unum caput depreſſeris, aliud erigatur. Eſt autem uſus hac uoce Liuius lib. etiam XXXIIX. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipitesve robuſtos incutiebant. Eſt autem hic horum uerborum ordo. Tollenone ſuper murum emiſſo Archimedes prora nauis ſuſpenſa a ferrea manu firmae catenae illigata, cum eadem manus iniecta prorae eſſet, & graui libramento ad ſolum recelleret, ſtatuebat nauim ipſam in puppim. Hoc autem ſic Polybius li. IIX. ἅμα δὲ καθίει χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἁλύσεως δεδεμένην. ᾗ δραξάμενος ὁ τὴν κεραίαν οἰακίζων, ὅθεν ἐπιλάβοιτο τῆς πρώρας κατῆγε τὴν πτέρναν τῆς μηχανῆς ἐντὸς τοῦ τείχους, ὅτε δὲ κουφίζων τὴν πρώραν ὀρθὸν ποιήσειε τὸ σκάφος ἐπὶ πρύμναν, τὰς μὲν πτέρνας τῶν ὀργάνων εἰς ἀκίνητον καθῆπτε, τὴν δὲ χεῖρα, καὶ τὴν ἅλυσιν ἐκ τῆς μηχανῆς ἐξέρραινε διά τινος χαριστηρίας οὗ γενομένου τινὰ μὲν τῶν πλοίων πλάγια κατέπιπτε, τινὰ δὲ κατεστρέφετο, τὰ δὲ πλεῖστα τῆς πρώρας ἀφ' ὕψους ῥιφθείσης βαπτιζόμενα πλήρη θαλάττης ἐγίγνετο, καὶ ταραχῆς. & Plutarchus ita in Marcello. ταῖς δὲ ναυσὶν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἄφνω ὑπεραιωρούμεναι κεραῖαι τὰς μὲν ὑπὸ βρίθους στηρίζοντος ἄνωθεν ὤσαι κατέδυον εἰς βυθόν. τὰς δὲ χερσὶ σιδηραῖς, ἢ στόμασιν εἰκασμένοις γεράνων ἀνασπῶσαι πρώραθεν ὀρθὰς ἐπὶ πρύμναν ἀνεβάπτιζον. Hic ſenſus atque haec lectio cum & Polybij, unde Liuius, & Plutarchi, qui a Liuio ſumpſit, uerbis confirmetur, ſatis magnam apud quēque, (ut reor) habebit auctoritatem. Dein remiſſa ſubito, uelut ex muro cadentē nauim cum ingenti trepidatione nautarum, ita undae affligebant, ut etiam ſi recta recideret aliquantum aquae reciperet.} Legendum puto, Affligebat, ut uox Vndae, ſit caſus dandi, non nominandi. hoc ſenſu. Archimedes qui ſuſpenſa prora nauim in puppim ſtatuebat, eadem remiſſa eandem undae affligebat. Eſt autem dictum. Affligere undae, ut lib. XLIV. Vaſa parietibus affligunt. & apud Ciceronem pro Rabirio. Nec tuas umquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titij afflictam nauim uideres. Hoc autem dixit Plutarchus. τοῖς ὑπὸ τὸ τεῖχος ἐκπεφυκόσι κρημνοῖς καὶ σκοπέλοις προσήρασσον. Ad Heracleam, quam uocant Minoam.} Vrbs Siciliae, de qua Stephanus in utraque uoce. & Suidas. Hieronis impenſis.

penſis, Archimedis unica arte.} Polybius. ὡς ἱέρωνος μὲν χωρηγοῦ γεγονότος, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἐπινοημάτων ἀρχιμήδους. Profectvs Carthaginem, accitusque ibi, & ab legatis Hippocratis, & litteris Hannibalis, qui ueniſſe tempus aiebat.} Qui, Accitus ibi, ſcribit, uere portenta ſcribit. Vet. lib. habent, Adituſque ibi. Quid eſt, litteris Hannibalis aditus? nihil aliud niſi linguæ Latinæ monſtrum. Legendum ergo, Alteriſque. ut intelligamus, Imilconem ab legatis Hippocratis, & alteris Hannibalis Carthagine eſſe aditum. nam in ueteribus libris eſt. & litteriſque. praeterea, Qui ueniſſe tempus aiebant, non aiebat, ut ad utrumque referatur. Circa Accillas urbem.} Vet. lib. Acrillas. atque ita puto legendum. Nam Stephanus poſt ἀκραιφίας urbem ſic ait. ἄκριλλα πόλις σικελίας ἐ πλησίον συρακουσῶν. τὸ ἐθνικὸν ἀκριλλαῖος. Idem mendum eſt apud Plutarchum in Marcello, qui inquit. ἄλλας δὲ τὸ ἱπποκράτης περὶ

170 ἀκίλλας στρατόπεδον. Arcas perfugit.} ἀκραι πολίχνιον συρακουσίων κτίσμα. Stephanus.

Adeo uterque populus in Siciliam intentus fuiſſe uideri poterat.} Quid ſi legas Optarat. i. adeo Romanus Poenusq. optarunt uideri in Siciliam intentos eſſe, ut ab Italia in Siciliam uerterint bellum. Mvrgantiam primum.} Strabo μοργάντιον urbem in Sicilia nominat, Stephanus etiam μοργάντιον dici ſcribit. Aenna in excelſo loco.} Vet. lib. Enna. item Graeci ἔννα. Praesidio decedere apud Romanos capitale eſſe, & nec liberorum etiam ſuorum cauſſa parentes ſanxiſſe.} Vet. lib. Eam ſanxiſſe. ut uideatur eſſe legendum. & nece liberorum etiam ſuorum eam parentes ſanxiſſe. ut cum ait, Eam, legem intelligamus, qua capitale factum erat, praeſidio decedere. ita ut ad rem referatur, non ad uerbum. placet autem, ut de Torquato, qui in filium animaduertit, intelligatur, ut Valla docuit. Cavete ne quiſquam ex ijs ſuperſit.} Vet. lib. Cauete, quiſquam ex ijs ſuperſit. Si uitandae, non ferendae cauſſa.} Vet. lib. Inferendae. Fvgaqve & caedes omnia tenet.} Vet. lib. Tenent.

Ita Enna aut malo, aut neceſſario facinore retenta.} Florebellus aptius ad ſententiam, & uenuſtius ad ornatum legi poſſe putat. Ita Enna malo, at neceſſario facinore retenta.

171 Cessere inde Romani propius pacata loca.} Vet. lib. Per prius pacata loca. Sagvntvm opidum, quod cauſſa belli eſſet, octauum iam annum ſub hoſtium poteſtate eſſe.} Si primo huius belli anno captum Saguntum eſt, hic autem annus eiuſdem belli eſt quinctus, ut Liuius auctor eſt, profecto pro octauo quinctum annum eſt reponendum. Cn. Fuluius Centimalus.} Vet. lib. & lapid. Capitol. Centumalus. Qvod in Coſſano agro eſt.} Vet. lib. Compſano. Eſt autem Coſſa Etruſcorū, Compſa Samnitium. Pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra uenit.} Valerius eandem hiſtoriam recitat lib. II. cap. I. ubi eſt Sueſſam, pro Sueſſulam. Et is, ut deſcenderet ex equo, inclamauit.} Vet. lib. Et ut is deſcenderet. Classivs Altinus Arpinas.} Vet. lib. Claſſius Altinus Arpinus. recte. ab Arpis enim erat, unde Arpini, non ab Arpino, unde Arpinates dicti. Si ſibi praemio foret.} Vet. lib. Praemium. Cvm eam tunc rem ad conſilium retuliſſet Fabius, alijs pro transfuga uerberandus, necandusque uideri.} Vet. lib. pro, Alijs, Altinus habent. perſpicue uerum.

Vt proditio pro ſeptemuirali iudicio eſſet.} Vet. lib. Proditis pelli ſeptemuirali iudicio eſt. Locus deprauatus eſt. Ad Faleriorum, Pyrrhiue proditorem.} Falerijs ludi magiſter principum liberos Camillo tradidit, Nicias, uel Timochares ſe ueneno ſublaturum eſſe Pyrrhum Fabricio pollicitus eſt, in utrumque animaduerſum eſt. Liuius libro quincto, Gellius libro tertio, capite octauo.

Et non uocitent, documentum autem ducat.} Vet. lib. Et non nocituum documentum. & hic

172 locus inſanabilis eſt. niſi quis de ſuo addens diuinare uelit.

Syphax erat rex Numidarum.} Hunc eundem Maſaeſulorum regem fuiſſe ſcribit lib. XXIX. his uerbis, Syphacem primum regem ſtatuit tentare. Maſaeſulorum is rex erat. & lib. XXIX. Maſaeſulorumque fines (id Syphacis regnum erat.) Egregie. erant enim Maſaeſuli, & Maſſylij Numidiae populi. ut eſt apud Dionyſium de ſitu orbis.

Τοῖς δ' ἐπὶ δὴ νομάδων παρεκτέταται ἄσπετα φῦλα.
Ἔνθα μασαισυλιοί τε, καὶ ἀγρίνομοι μασσυλῆες
Βόσκονται. Et Appianus in Lybico. Νομάδων δὲ τῶν ἐν λιβύῃ δυνάσται μὲν ἦσαν κατὰ μέρη πολλοί. σύφαξ δὲ ὑπὲρ ἅπαντας καὶ τιμιώτατος πρὸς τῶν ἄλλων ἐτιμᾶτο. Quod autem Maſſaniſam Maſaeſulorum item regem uocat, mendoſe, pro Maſſylorum, uocat. ſiquidem in hoc libro haud ita multo poſt ait: Galam Maſſaniſſae patrem in altera parte Numidiae (Maſſylia ea gens uocatur) regnaſſe. & Appianus in Lybico ait. μασσυλίων δ' αὖ γένος ἄλλου μασσανάσσης. De Maſaeſulis autem ſic Stephanus. μασαισυλία χώρα λιβύης προσεχὴς τῇ τῶν μαυρουσίων. τὸ ἐθνικὸν μασαισυλιοι καὶ μασαισυλιεῖς, καὶ μασαισυλῖται. De Maſſylis autem ſic. μάσσυλοι λιβυκὸν γένος. πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ μασσυλεῖς αὐτοὺς φησί. Et Euſthatius in Dionyſium. μασσυλίας δὲ πολύβιος μασσυλεῖς γράφει. Hoc autem ita eſſe tum demum credidi, cum ueteribus libris Liuianis, & epitomarum diligenter inſpectis Maſaeſulos Syphaci, Maſſylios Maſſaniſae aperte attribui uidi. Cuius rei nodum implicuit magis, quam ſoluit Glareanus. Cvm duobus Romanis relata Numida, legatosque Hiſpaniam miſit.} Vet. lib. Relata, Numidaſque legatos. ut praeter Romanos legatos, quos remiſit, Numidas & ipſum miſiſſe intelligamus. Ad capiendam fidem ab imperatoribus Romanis.} Vet. lib. Ad accipiendam. Massyla ea gens uocatur.} Vet. lib. Maſſylia. Masanissam.} Maſſaniſam, Graeci enim μασσανάσσης. Vet. lib. Maſſaniſa.

Syphax

Syphax cum paucis equitibus in Mauruſios ex acie Numidas (extremi prope oceanum adverſus Gades colunt) refugit.} Legendum puto, Numidis. quaſi cum paucis equitibus Numidis refugerit. Hoc facio, ne Mauruſios in Numidia reponamus. Quo nihil eſſe poteſt ineptius.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XXV

Hannibal urbem Tarentum praeter arcem per Tarentinos iuuenes, qui ſe noctu uenatum ire ſimulauerant, cepit.} In Vet.lib. eſt. Praeter arcem, in quam praeſidium Romanorum fugerat, per Tarentinos &c. In inſidias ductus. Vet.lib. Deductus. Conflixit acie cum Hannibale, qui cum exercitu eum cecidit.} Vet.lib. Conflixit cum Hannibale, & cum exercitu caeſus eſt. 175

Ad triginta ſeptem millia caeſa ex mille octingentis. praeda ingens capta.} Emenda ex uet.lib. & ipſomet Liuio: Ad mille octingentos triginta capti. praeda ingens parta.

IN . LIBRVM . XXV

Salentinorum.} Sallentinorum, ut ante dixi. Eodem tempore in Bruttijs ex XXII populis, qui anno priore ad Poenos deſciuerant, Conſentini, & Thurini in fidem populi R. redierunt.} De Bruttiorum defectione ſaepius agit Liuius. Omnes locos nominabo, ut ſiquid in hac re difficultatis inſideat, tollamus. Anno DXXXIV. Varrone & Paullo conſulibus poſt Cannenſem cladem ita loquitur. Defecere ad Poenos Bruttij omnes, Lucani, praeter hos Surrentini, & Graecorum omnis ferme ora Tarentini, Metapontini, Crotonienſes, Locrique. Lib.XXII. Eodem anno. lib.XXIII. ita. Petillia in Bruttijs a Poenis capta, poſt Conſentia. Tum Croto urbs Graeca a Bruttijs occupata. Poſtremo Locrenſes deſciuere ad Bruttios, Poenoſque. Rhegini tantummodo regionis eius in fide erga Romanos ad ultimum manſerunt. Anno DXXXV Ti. Sempronio conſule, & lib.XXIV ſcribit Rhegium a Poenis fruſtra tentatum. Locros ab eis captos. Croto a Bruttijs occupata, omnis Locros multitudo translata. Anno DXXVII. Q. Fabio, Ti. Sempronio conſulibus, lib XXV. ita. In Bruttijs ex XII populis, qui anno priore deſciuerant, Conſentini, & Thurini in fidem populi R. redierunt. Hoc loco, priorem annum uidetur intelligere, annum DXXXV. & reditum ad Romanos factum eſſe anno DXXXVI, quamquam de eo ſcribat in anno DXXXVII. illo anno omnium Bruttiorum populorum, quos hoc loco XII fuiſſe ait, defectionem factam eſſe accipere debemus. ita ut ter de hac re locutus ſit, primum breuiſſime, poſt aliquanto latius, idque non ſuo anno, ſed anno DXXXIV ad Cannenſis cladis damna ingentia demonſtranda, qua cóſternati tot populi defecerint. poſtremo latiſſime anno ſuo DXXXV, quamquam ibi nihil de Petelia, & Conſentia dixit, de quibus obiter ante dixerat. Haec mihi pluribus uerbis exponenda fuerunt, ut quoquo modo poſſem Liuium a Glareani obtrectatione mea interpretatione defenderem. Paullo poſt oſtendam uideri hoc loco legendum eſſe, Terinaei, non Thurini.

Praefectus ſocium.} Egregie. tales enim fuiſſe praefectos ſcribit Polybius lib.VI. [illegible] Multa proelia parua, haud ullum dignum memoratu fecit.} Vet.lib. Haud ulla digna memoria fecit. Sacrificuli, ac uates ceperant hominum mentes.} Eandem rem expreſſit ſic libro quarto. Animos multiplex religio; & pleraque externa inuaſit, nouos ritus ſacrificandi uaticinando inferentibus in domos, quibus quaeſtui ſunt capti ſuperſtitione animi. Cum emoueret eam multitudinem.} Vet.lib. Emouere. M. Aemilio praetori urbis negotium datum eſt.} Emendandum eſt M. Atilio proetori urbano. Nam hoc anno M. Atilius praetor fuit urbanus, M. Aemilius peregrinus. Sic enim ſupra Liuius. M. Aemilius praetor, cuius peregrina ſors erat, iuriſdictionem Atilio collegae praetori urbano mandarat, ut Luceriam prouinciam haberet. Item hoc libro infra. Praetorum Fuluij Flacci, quae Luceriae ſub Aemilio praetore eſſent. in libris porro uet. eſt pro urbis, urbano, quomodo ſcribendum eſſe uidetur. Edixit, ut quicumque libros uaticinios, precationesue, aut artem conſcriptam ſacrificandi haberet, eos libros omnes &c.} Hinc lib.XXXIX. Quoties hoc patrum maiorumque aetate negotium eſt magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri uetarent? ſacrificulos, uatesq. foro, circo, urbe prohiberent? uaticinios libros conquirerent, comburerentque, omnem diſciplinam ſacrificandi praeterquam more Romano abolerent. C. Papirius, C. F. Maſſo.} C. Papirius C.F. Maſo, ex conſulatu eius Capitolino, in quo primus in Monte Albano de Corſeis triumphauit. Cn. Seruilius Cepio.} Caepio. ex Capito.lapid. nummis argenteis, Graecis monumentis, in quibus eſt καιπίων, & per mendum, κεπίων. L. Quinctius Flaminius.} L. Quinctius Flamininus, ex lapid.Capitol. Centonem.} Centhonem.lapid.Capi. C. Claudius hic Centho Dictator conſul ante fuerat cum M. Sempronio Tuditano. Primo comitiali die.} Varro lib.V. Comitiales dies dicti, quod tum iret populus ad ſuffragia ferenda, niſi ſi quae feriae conceptae eſſent, propter quas non liceret. ut Compitalia, & Latinae. Cn. Fuluius Flaccus, Claudius Nero.} Vet.lib. C. Claudius Nero. Eodem poſt etiam praenomine in conſulatu afficitur.

citur. M. IVNIVS Syllanus.} Silanus, ex Capit.lapid.& Graecis libris σιλανός. P. Cornelius Sylla.} Lap.Capit.Sulla. Ceterum P. hic Cornelius Rufinus dicebatur, in hoc autem magiſtratu Sullae cognomen inuenit, ut poſt dicam. AEDILIS Curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio, cui poſt Africanus fuit cognomen.} Placuit hoc loco adſcribere, Polybium lib. x. auctorem eſſe P. Scipionem cum L. Scipione fratre aedilem fuiſſe. Quod innuit etiam Velleius libro ſecundo cum ait. Nam cenſura Metellorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit, quod ſolis contigerat Scipionibus. Commemorat enim fratres collegas in aliquo magiſtratu. AEDILICIA largitio haec fuit.} De largitionibus aedilium Cicero libro ſecundo de officijs. M. FVNDANIVS.} Vet.lib. M. Fundanius Fundulus. Recte. eſt enim Fundulus Fundaniorum cognomen. Quod ex conſulatu Capitolino C. Fundani Funduli anno DX. intelligi poteſt. CLAVDIVS Nero Sueſſulam.} Vet.lib. C.Claudius, ut ante. M. IVNIVS Syllanus inter conſules.} Aſſentior Vallae, & Glareano, quatenus uoces illas, Inter conſules, mendoſe eſſe dixerunt. diſſentio ab ijſdem, quatenus pro ijs, Etruriam, eſſe reſtituendum putarunt. Neque uero nego, quin M. Iunius praetor Etruriam ſit ſortitus, ſiquidem in anno ſequenti ita ait. Praetoribus prioris anni, M. Iunio in Etruria, P. Sempronio in Gallia prorogatum imperium eſt, ſed illud dico, non Etruriam, ſed Tuſcos, eſſe reponendum non ſolum hoc in loco, ſed etiam infra, ubi ait. M. Iunio inter conſules legiones urbanae prioris anni datae, ubi, In Tuſcos, legendum eſſe dico. Me autem, ut ita ſentiam adducit primum Liuius, qui ita loqui ſolitus eſt, ut in anno DLX. Praetores prouincias ſortiti L. Auruncuſeius urbanam, Cn. Fuluius peregrinam, L. Aemilius Regillus claſſem, P. Iunius Tuſcos. & paullo poſt, P. Iunius in Tuſcos exercitum ſcribere iuſſus: deinde erroris uerisſimilitudo. Nam pro, Tuſcos, uel, In Tuſcos, factum eſt a librarijs Intus cos.& Inter cos. Quae qui explicare omnibus litteris uoluerunt, inter conſules, & Intus conſuli, & creatus conſul (haec enim omnia in ueteribus libris alijs, atque alijs inueniuntur) ſcripſerunt. HISPANIAE P. Cn. Cornelijs.} Vet.lib.P. & Cn.Cornelijs. POPVLANTEM temere agros in Lucanis.} De eo ita huius libri initio. Proſperis aliquot populationibus in agro Bruttio iuſti ducis ſpeciem nactus. QVIA publicum periculum erat a ui tempeſtatis in ijs, quae portarentur ad exercitus.} Hac de re ſic lib.XXIV extremo. Alterum poſtulatum publicanorum fuit, ut quae in naues impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatisq. ui publico periculo eſſent. EA fraus indicata M. Aemilio praetori priore anno fuerat.} Superiore anno (ut oſtendi) M. Atilius in urbe manſit, quippe qui praetor eſſet urbanus. reliqui praetores in prouincias profecti ſunt. Ergo, M. Atilio, ut ante, corrigendum. QVIA patres ordinem publicanorum in tali tempore offenſum nolebant. populus ſeuerior uindex fraudis erat.} Miratur Glareanus quid ſit, quod cum populum fraudis uindicem uocet Liuius, paullo poſt, plebis concilium habitum eſſe hac de re dicat. neque intelligit, cum de tribunis comitijs agitur, ut hoc loco, populum pro plebe accipi, praeſertim uero cum ab his comitijs patres eſſent exempti. Quod Liuius tradidit lib.II. Inſignem annum maxime tributa comitia efficiunt: res maior uictoria ſuſcepti certaminis, quam uſu. plus enim dignitatis comitijs ipſis detractum eſt patribus ex conſilio ſummouendis, quam uirium, aut plebi additum, aut demptum patribus. & eodem libro. Conſules, nobilitasq. ad impediendam legem in concionem conſiſtunt. ſummoueri Laetorius iubet, praeterquam qui ſuffragium ineant. Item Gellius lib.XV. capit.XXVII. Is, qui non uniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe iubet, non comitia, ſed concilium edicere debet. Tribuni autem neque aduocant patricios, neque ad eos referre de re ulla poſſunt. Ita ne leges quidem proprie, ſed plebis ſcita appellantur, quae tribunis pl. ferentibus accepta ſunt. Saepe autem populi uoce Patres etiam continentur, ut eodem in loco ſignificat Liuius. Conſul Appius negare ius eſſe tribuno in quemquam niſi plebeium. non enim populi, ſed plebis eum magiſtratum eſſe. TRIBVNI plebis &c. ducentum millium aeris multam M. Poſtumio dixerunt, cuius certandae cum dies aduenisſet.} Magiſtratus multare quemquam non poterat, ſed multam pronunciare, quam deinde populus aut iuberet, aut remitteret. Illud erat multam dicere, hoc multam certare. Sic lib.III. de Legibus Cicero. Magiſtratus nec obedientem, & nocuum ciuem multa, uinculis, uerberibusue coercento, ni par, maiorue poteſtas prohibesſit, ad quos prouocatio eſto. Cum magiſtratus iudicasſit, irrogasſitue, per populum multae, poenae certatio eſto. & Philip.XI. Craſſus conſul Pont.Max. Flacco collegae flamini Martiali multam dixit, ſi a ſacris diſcesſiſſet, quam multam populus R. remiſit. Sic Liuius paullo poſt. Tribuni pl. omiſſa multae certatione rei capitalis diem Poſtumio dixerunt. TESTVLIS datis, tribuni populum ſummouerunt, ciſtellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent.} Vet.lib. habent omnes, Teſtibus datis. Quae lectio neglecta eſt ſine cauſſa. In eiuſmodi enim re ſic loquitur Cicero in praetura urbana. Accuſabo, reſpondebis. teſtibus editis ita mittam in conſilium, ut etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo iudicare, & lib.XXVI. Liuius. Bis eſt accuſatus, pecuniaeque inquiſitum, tertio teſtibus datis, cum iurati permulti dicerent, fugae initium a praetore ortum, tanta ira accenſa eſt, ut capite anquirendum concio ſucclamaret. Sic hoc loco, Tribuni, qui diem dixerant, datis teſtibus ſummouent populum, ut tribus ad ſuffragandum introuocent. Quod eſt aeque, atque iudices in conſilium mittere. Praeterea pro, Ciſtella allata eſt, Vet.lib. habent. Sitellaque lata eſt. ut Sitella, magis probem. Sic Cic.lib.I. de Nat. Deorum.

Vt igitur

Vt igitur Ti. Gracchum eum uideor concionantem in Capitolio uidere de M. Octauio deferentem ſitellam. Idem tamen eſt, ciſtula, ut ad Heren. libro primo. Ille nihilominus ciſtulam detulit. & paullo poſt. pontes diſturbat, ciſtas deijcit. Has uocat ὑδρίας Plutarchus in Tiberio. καὶ τὸν δῆμον αὐτοῦ καλοῦντος ἐπὶ τὴν ψῆφον, ἡρπάσθησαν ὑπὸ τῶν πλουσίων αἱ ὑδρίαι. Sitellam auté tulerunt tribuni, ut ea ſorte tribus educerentur, in quibus Latini ciues Romani facti ſuffragium ferrent. quaſi uero in alijs tribubus cenſerentur, in alijs ſuffragium ferrent. CONSILIO diem eximeret.} Nota forma dicendi aliorum interpretatione facta eſt. Cicero de leg. III. Diem tollere dixit. idemque ſaepius. Eximere, Quod eſt, ne quid eo die conficiatur in populo, uel in ſenatu de re aliqua, uel dicendo, uel alia ratione impedire. VOS in ordinem coactos eſſe.} Idem eſt in ordinem redactus. Quo de genere dicendi ſic Priſcianus lib. XIIX. In ordinem redactus eſt, ideſt inter uiles & abiectos connumeratus eſt. Liuius lib. XXX. ab urbe cond. Tribuni plebis in ordinem redacti pro contemptiſsimis habiti ſunt. Hinc etiam extra ordinem redacti, pro egregijs dicuntur. Attici ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς ξενοφῶν ἑλληνικῶν δ', ὡς δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ δι' χαρίεστε. μᾶλλον δὲ εὐωτιτα γμένος, καὶ ἐγχειρητικώτερος ἀρετῆς.

174 M. FVRIVM Camillum.} Hac de re lib. V. DECEMVIROS ante eum.} lib. III. TRIBVNI pl. uocauerunt plebem, quae ita ſciuit. Si M. Poſtumius.} Hanc lectionem nobis olim reſtituit Valla, cum legeretur. Tribuni plebis uocarunt, plebesque ſciuit. & ita. Tribuni plebem uocarunt. Nos autem germanam lectionem eſſe cenſemus. Tribuni plebis plebem rogarunt. plebesq. ſciuit. Sic enim lib. III. M. Duilius tribunus plebis plebem rogauit, plebesq. ſciuit. & lib. XXVI. Vt M. Antiſtius tribunus plebis rogationem ferret, ſciretque plebs. & li. XXVII. Ex auctoritate patrum ad plebem latum, plebemque ſciuiſſe. & lib. XXXI. Tribuni ad plebem tulerunt, plebesque ſciuit. & Cicero Philip. I. Hoc accepimus a maioribus ius rogandi. Conſules populum iure rogauerunt, populusq. iure ſciuit. NOVVS Pontifex, M. Cornelius Cethegus.} L. Lentulus duobus ſacerdotijs praeditus fuit, Pontificatu & Pontificatu maximo. In eius mortui locum, M. Cornelius Cethegus Pontifex factus eſt, P. uero Craſſus Pont. Max. ET Licinius Craſſus.} Vet. lib. Et P. Licinius Craſſus. quo eodem praenomine poſtea in conſulatu afficitur. ANTE hunc intra centum annos, & uiginti nemo praeter P. Cornelium Caluſſam Pont. Max. creatus fuerat, qui ſella curuli non ſediſſet.} Nuſquam alibi Caluſſam cognomen reperi. puto autem legendum eſſe, Scapulam, ut P. Cornelius Scapula intelligatur, qui annos ante prope uiginti conſul fuit. Vt qui minores ſeptem, & decem annis ſacramento dixiſſent, ijs perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem, & uiginti annorum, aut maiores milites facti eſſent.} Vet. lib. ac ſi ſeptem & decem annorum. Haec eſt enim aetas militaris legibus conſtituta, Qui cum P. Lentulo militabant.} Hic anno DXXXVI Siciliam prouinciam in praetura habuit, eandemque biennio poſt prorogato imperio obtinuit. CONSVLEM te M. Marcello.} Vet. lib. Conſulem, inquit, te Marcelle. QVI capti a Pyrrho ad Heracleam erant.} Haec pugna pugnata eſt P. Valerio Laeuino conſule duce. De qua Plutarchus in Pyrrho, Florus, Oroſius. Qui ſcripſit de Viris Illuſtribus. IMPERATORE eo, cul.} C. Terentio Varrone. lib. XXII. AD Aliam prope omnis exercitus fugit.} lib. V. AD Furcas Caudinas.} lib. IX. Vt ulla ignominia ijs exercitibus inureretur.} Valla, reſtituit, Inureretur, cum in Vet. lib. legeretur, Quaereretur, ut hodie quoque legitur. Mihi uero uetuſta lectio placet. ut quemadmodum Cicero dixit, Quaerere alicui honores, ſic Ignominiam quaerere dicamus. Quod uerbū eo huic loco accommodatius eſt, quod genus ignominiae, qua notati ſunt Cannenſes iſti milites, nouum, & numquam antea uſurpatum eſt. Cicero Philip. IX. Vellem dij immortales feciſſent, ut uiuo potius Ser. Sulpicio gratias ageremus, quam mortuo honores quaereremus. APVD patres noſtros captiui.} Bello Pyrrhi. Ex Cannenſi acie.} Vet. lib. Pugna. DVM ne quis eorum munere uacaret.} ideſt, dum ne quis excuſatus uacationem haberet militiae. Sic enim lib. XXVI. Quibus ſenatus miſsionem, reditumq. in patriam negauerat ante finem belli. REFICIENDIS aedibus Fortunae, & matris Matutae.} Vet. lib. Fortunae, & Martis. ut ſuſpicandum ſit, ne uox, Matutae, afficta ſit ab ijs, qui Matris pro Martis legerunt.

Ex ijs tredecim fere nobiles Tarentini coniurauerunt.} Vet. lib. nobiles iuuenes Tarentini. egregie. nam paullo poſt ſubiungit. Conſpecta ea praeda iuuenum eſt. Ex ijs autem quod ait, ob ea, intelligendum eſt. ideſt, ob ſupplicium de obſidibus Tarentinis ſumptum. NICO, & Philomenes.} Vet. lib. Philomenus. Polyb. lib. IIX. νίκων καὶ φιλήμενος. NOCTE per ſpeciem uenandi urbe egreſsi ad eum profiſcuntur.} Ex hoc loco incipit fragmentum huius Hiſtoriae apud Polybium libro IIX. unde haec ad uerbum ſumpſit Liuius. τὸν μὲν οὖν πρῶτον αἰεὶ ἐξοδίαν ὁρμώμενοι ἐκ τῆς πόλεως, καὶ συνεγγίσαντες τῇ παρεμβολῇ τῶν καρχηδονίων νυκτός, ἄλλοι μὲν συνκαθίσαντες εἴς τι α τόπον ὑλώδη παρὰ τὴν ὁδὸν ἤμεν αν. ὁ δὲ φιλήμενος, καὶ νίκων προσῆλθον πρὸς τὴν παρεμβολήν, &c. FIDE ſanxerunt, liberos Tarentinos leges, ſuaq. omnia habituros.} Sic Polybius. αὐτοί τε τοὺς περὶ τὸν ἀννίβαν ἔδοσαν πίστεις, καὶ παρ' ἐκείνων ἔλαβον ἐπὶ τούτοις ἐφ' ᾧ ταραντίνους ἐλευθερώσειν, καὶ κατὰ φόρους πράξασθαι κατὰ μηδένα τρόπον, &c. DONABAT aut praefecto, aut cuſtodibus portarum.} Polyb. διὸ τούτῳ μὲν ἐπέτρεψας ἐξελαύνεσθαι διὰ τῶν ἀνειμένων θυρῶν πρῶτον μὲν τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως τεταγμένον γάϊον λίβιον δι' τερον δὲ τοὺς μὲν φυλάττοντας τὸν πυλῶνα. Quo in loco C. Liuium praefectum appellat, quem poſtea Liuius M. Liuium Macatum, Cicero in Catone M. Liuium Salinatorem. AEGRVM ſimulabat.} Polyb. ὁ δὲ νέων ἐπισκόπεσεν ψυχὴν ἀρρωστῶν.

Tridvi uia aberat.} Sic Polyb. ἀπεῖχε τῷ ςρατοπέδῳ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τῆς τάραντος. Decem millibus peditum, atque equitum, quos in expeditione uelocitate corporum, ac leuitate armorum aptiſſimos eſſe ratus eſt, electis.} Polybius. παρεσκευακὼς ἔκ τε τῶν ἱππέων, καὶ τῶν πεζῶν τοὺς διαφέροντας εὐκινησίᾳ καὶ τόλμῃ περὶ μυρίους τὸν ἀριθμόν. Qvarta uigilia nocti.} Polyb. ὑπὸ τὴν ἑωθινήν. Praemiſſisqve octuaginta fere Numidis equitibus, &c.} Polyb. τῶν δὲ νομαδικῶν ἱππέων εἰς ὀγδοήκοντα προχειρισάμενος, ἐκέλευε προπορεύεσθαι &c. Ipse raptim agmine facto, quindecim ferme millium ſpatio caſtra ab Tarento poſuit.} Malim, agmine acto. quod eſt, moto. Quod Liuius quindecim millia, Polyb. ὡς ἑκατὸν εἴκοσι ςαδίους. Et ne ibi quidem nunciato, quo pergerent, tantum conuocato milites monuit, uia omnes irent, &c.} de Hannibale loquitur. de quo ſic Polybius. καὶ συναθροίσας τοὺς ἡγεμόνας, κυρίως μὲν οὐ διεσάφει τὴν ἐπιβολὴν, ἁπλῶς δὲ παρεκάλει συνάγειν ἕκαστον τῇ πορείᾳ τοὺς ὑφ᾽ αὐτὸν ταττομένους &c. quo in loco legendum eſt ex Liuio, κυρίως μὲν οὐ διεσάφει. Illud etiam intereſt, quod Liuius milites, Polybius duces conuocatos ſcribit. Nev quid niſi ducum iuſſu facerent.} Polybius. καὶ μηδὲν ἰδιοπραγεῖν παρὲξ τῶν προσταττομένων. Sic enim legendum. non autem. καὶ μηδενὶ διακαιοπραγεῖν. ut legitur uulgo.

Interea adeo nihil obedienter curatum eſt, ut contra pro argumento fuerit illa procurſatio Numidarum, Hannibalem exercitumque caſtris non mouiſſe.} Breuius Polybius. τῆς γε μὴν ὅλης πράξεως διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον ἀνύποπτος ἦν ὁ λίβιος. ideſt, Ex his minus ſuſpecta tota actio Liuio praefecto erat. Quod autem ait Liuius. Nihil obedienter curatum eſt, ab equitibus intellige, quos ad arcendas populationes Numidarum praefectus emiſerat. Hannibal concubia nocte mouit. Dux Philomenus erat cum ſolito captae uenationis onere.} Polyb. ἐκεῖνος τὴν προτετραμμένην κρίνατος ἄρτι γεγονότα συνθάζων συνάψαι τῷ τείχει περὶ μέσας νύκτας. καθηγεμόνα τὸν φιλήμενον. ἔχων, καὶ παρεσκευακὼς σῦν ἄγριον αὐτῷ πρὸς τὴν διατεταγμένην χρείαν. Parte alia portam Temenitidam adiret Hannibal. Ea mediterranea regione Orientem ſpectabat. aliquantum intra moenia includitur.} Vet. lib. Temenida. Sic etiam Polyb. κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς μεσογαίου πρὸς ἕω δὲ κειμένην πλευρὰν ὡς ἐπὶ τὰς τημενίδας προσαγορευομένας πύλας. Quod ait. aliquantum intra moenia includitur. intelligendum eſt nihil eiuſmodi de porta a Polybio afferri, ſed de ſepulcris quibuſdam, ad quae Nico, & ſocij eius uenerunt, unde ignem excitarunt, ut & Polybius, & Liuius ait. Editus ex compoſito ignis ab Hannibale refulſit. Idem redditum ab Nicone ſignum. Haec autem ſepulcra intra moenia, atque intra portas fuiſſe ſcribit Polybius. ἧκον ἐπὶ τοὺς τάφους. τὸ γὰρ πρὸς ἕω μέρος τῆς τῶν ταραντίνων πόλεως μνημάτων ἐστὶ πλῆρες, διὰ τὸ τοὺς τελευτήσαντας θάπτεσθαι ἔτι καὶ νῦν ἐντός. & poſt: διὰ ταῦτα θάπτουσιν ἔτι καὶ νῦν τοὺς μεταλλάξαντας ἐντὸς τῶν πυλῶν. In Vet. lib. eſt. Aliquantum intra moenia includuntur, ut omnino locus hic totus uideatur ita eſſe ſupplendus. Conuenerat autem ut Philomenus portula aſſueta uenationem inferens armatos induceret, parte alia portam Temenida adiret Hannibal. Ea mediterranea regione Orientem ſpectabat. Nico cum ſocijs ad monumenta eſſet. Ea aliquantum intra moenia includuntur. Nam niſi ita ſuppleas, uanum erit quod ſequitur. Cum portae appropinquaret, editus ex compoſito ignis ab Hannibale refulſit. idem redditum ab Nicone ſignum. Neque enim quid cum Nicone Hannibali conueniſſet praeceſſit.

Editvs ex compoſito ignis ab Hannibale eſt, refulſitque.} Vet. lib. Ab Hannibale refulſit.

Hannibal cum peditum agmine ingreditur, equites ſubſiſtere iubet, ut quo res poſtulet, occurrere libero campo poſſent.} Polyb. apertius. ait enim Hannibalem in forum ueniſſe. equites intra moenia ſubſiſtere iuſſiſſe. quare paullo poſt Liuius. Cum ſilentio in forum ducti Hannibali ſe iunxerunt.

Portvlae parte alia.} Vertit ex Polybio ῥινοπύλην, & πυλίδα portulam. Vix ſuſtinere grandis beſtiae onus.} Polyb. αἰνόντος ὅτι βαρυνόντων, φέρειν γὰρ ὗν ἄγριον. Secvtvs ipſe cum expedito uenatore.} Polyb. καὶ σὺν αὐτῷ νομαδικὴν ἔχων διασκευὴν ἕτερος. Ingressi deinde triginta fere armati.} Polybius Afros triginta fuiſſe ait. Tvm duo millia Gallorum Poenus in tres diuiſa partes per urbem dimittit, Tarentinos, & Afros quam maxime frequentia occupare iubet.} Saepe fit, ut qui locum ſe emendare exiſtimet, is non ſolum non emendet, ſed magis etiam deprauet, ac cuiuſdam ſenſus ſpecie ceteris facultatem cognoſcendae labis omnem eripiat. ut hoc loco Valla. qui cum legatur in ueteribus libris, Tarentinos & infra. putauit emendatum eſſe locum, ſi pro, infra, Afros, repoſuiſſet. Ceterum Polybius docet non ita legendum, multo uero minus ita interpretandum hunc locum eſſe. neque enim aut Tarentini, aut Afri ab Hannibale ad occupanda frequentia miſſi ſunt, ſed Galli ducibus iuuenibus Tarentinis, quod etiam addit Liuius. quamquam quid eſt, Frequentia? quis ſic latine locutus eſt umquam? occupare frequentia. Polybius Gallis mandatum eſſe ab Hannibale ait, ut aptiſſimas quaſque in forum ferentes uias occuparent. Hinc ego uoces, Tarentinos, &, foediſſime deprauatas eſſe exiſtimo, pro, & ferentes uias. uocem autem, infra, in fora, legendam eſſe, ut ita ſit. Tum duo millia Gallorum Poenus in tres diuiſa partes per urbem dimittit, & ferentes uias in fora quam maxime frequentia occupare iubet. Atque ſenſum hunc eſſe exploratum habeo. Polybius. ἀναμερίσας δὲ τῶν κελτῶν εἰς δισχιλίους. καὶ διελὼν εἰς τρία μέρη τούτοις συνέστησε τῶν νεανίσκων δύο πρὸς ἕκαστον μέρος τῶν τὴν χειρίζοντων πρᾶξιν, προστάξας διαλαβεῖν τῶν εἰς τὴν ἀγορὰν φερουσῶν ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας. & paullo poſt. παραγενόμενοι δὲ ταῖς πλατείαις ἀπάντων. ideſt cum Tarentini in fora concurrerent. Liuius paullo poſt. Viam ferentem in agros, & lib. xxvi. Via quae Sueſſulam fert. Praefectvs primo excitatus tumultu.} Polybius, C. Liuium praefectum ad portam, atque inde in arcem perueniſſe, item ſcribit. Liuius nomen praefecti

præfecti omittit, ne notam familiae ſuae nomini aliquam inureret, ſiquidem C. Liuij praefecti culpa, quem ebrium etiam tum fuiſſe ait Polybius, Tarentum amiſſum eſſe conſtat. TERROREM & tuba audita ex theatro faciebat. nam & Romana erat a proditoribus ad hoc ipſum praeparata, & inſcienter a Graeco inflata quis, aut quibus ſignum daret incertum efficiebat.} Vet. lib. Scienter. idque recte. ſic enim Polybius. οἱ περὶ τὸν Φιλήμενον ἑτοιμασάμενοι σάλπιγγας ῥωμαϊκὰς, καὶ τινῶν αὐταῖς χρῆσθαι δυναμένων διὰ τὴν συνήθειαν, στάντες περὶ τὸ θέατρον ἐσήμαινον. POSTQVAM lux certior erat &c. tum Hannibal Tarentinos ſine armis conuocare iubet.} Polyb. ὄντος δὲ φωτὸς ἤδη λαμπροῦ, ὁ μὲν Ἀννίβας ἐκήρυττε τοὺς ταραντίνους ἄνδ τῶν ὅπλων ἀθροίζεσθαι πάντας εἰς τὴν ἀγοράν. PERSECVTI fuerant.} Vet. lib. Proſecuti. eſt enim officij uerbum, quod huic loco conuenit. Polyb. ἀποχώρουν εἰς τὴν ἄκραν. RECIPERE ſe in domos ſuas quemque iuſſit, & foribus nomen ſuum inſcribere.} Polybius. συντάξας ἕκαστον εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἐπανελθόντας μετὰ σπουδῆς ἐπὶ τὴν θύραν ἐπιγράψαι, ταραντίνου. Inde τῷ δὲ ἐπὶ τὴν ῥωμαϊκὴν καταλύσιν ἐπιγράψαντι ταυτὸ τοῦτο, θάνατον ὥρισε τὴν ζημίαν. Liuius. Si quis in hoſpitio ciuis Romani nomen inſcripſiſſet, eum ſe pro hoſte habiturum. Idem affert rationem, quae non eſt apud Polybium: Vacuas autem cernebat domos. QVAM cum & mari, quo in paeninſulae modum pars maior circumluitur, & praealtis rupibus, & ab ipſa urbe muro, & foſſa ingenti ſaeptam uideret.} Et praealtis rupibus. Et uacat, ex uet. lib. & ſenſu ipſo. Intelligit enim arcem a mari praealtis rupibus ſaeptam fuiſſe, ab urbe muro, & foſſa. Itaque quod Glareanus hunc locum ſequenti repugnare ait, Et eſt non altitudine, ut cetera, tuta, ſed loco plano poſita, non procedit. hic enim de altitudine, quae mare ſpectat, poſt de ea, quae terram loquitur, ſiquidem in plano poſitam eſſe ait. VALLO urbē ab arce interſaepire ſtatuit.} Polyb. ἔκρινε διατειχίσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας. ET ſi ferocius procurriſſent.} Priſcianus Liuium ait hoc loco ſcripſiſſe Procucurriſſent, ut Cato dixit, Concucurriſſe, Polyb. διαφέρων τῶν ῥωμαίων, καὶ τετολμηκότες ἐγχειρήσειν τοῖς ὑπεναντίοις. LOCI anguſtiae eos, Impedimentaq. alia opere iam coepto alia apparatu operis morabantur.} Placet uetus lectio Impeditaq. alia, ut ſit alia loca impedita opere iam coepto, alia impedita apparatu operis. VT SIMVL interfaciendo muro adiuuaret.} Vet. lib. In faciendo. AD GALESVM flumen (quinque millia ab urbe abeſt) poſuit caſtra.} Polyb. κατεστρατοπέδευσε περὶ τετταράκοντα σταδίους ἀπέχων τῆς πόλεως παρὰ τὸν ποταμὸν παρά μέν τισι γαλαῖσον, παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις προσαγορευόμενον εὐρώταν. MISSVM a Metaponto praeſidium Romanis fecit animum.} Polyb. παραγενομένης ἐκ μεταποντίου βοηθείας εἰς τὴν ἄκραν κατὰ θάλατταν, βραχύ τι ταῖς ψυχαῖς ἀναθαρρήσαντες οἱ ῥωμαῖοι νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις. HANNIBAL, conuocatis principibus Tarentinis, omnes praeſentes difficultates expoſuit.} Polybius. ἀθροίσας τοὺς ταραντίνους ἀπεδείκνυε, διότι κυριώτατόν ἐστι πρὸς τὰς ἐνεστώσας καιροὺς τὸ τῆς θαλάττης ἀντιλαμβάνεσθαι. & paullo poſt. ἐδίδαξε τοὺς ταραντίνους ὡς ἐὰν ἀποκλεισθῶσι τῆς κατὰ θάλατταν ἐλπίδος οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, παρὰ πόδας αὐτοὶ δι' αὐτῶν εἴξαντες, λείψουσι ταύτην, καὶ παραδώσουσι τὸν τόπον. QVO ſi naues ſint.} Vet. lib. Quod ſi naues ſint.

ASSENTIEBANTVR Tarentini &c.} Polyb. ὧν ἀκούοντες οἱ ταραντῖνοι τοῖς μὲν λεγομένοις συγκατετίθεντο. &c. PVNICAS enim naues ex Sicilia accitas id poſſe facere.} Polybius addit, fieri hoc per ea tempora non potuiſſe. EVADENT, inquit, Hannibal.} Ficta a Liuio uerba, quae non ſunt apud Polybium. VIA, quae in portū per mediam urbem ad mare tranſmiſſa eſt, tranſuehām nauēs.} Polybius. ὁ δὲ συνθεωρήσας τὴν πλατεῖαν δι' ἧς ἔμελλον ἐν τῷ... τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσαν δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλασσαν, ταύτῃ διενοεῖτο τὰς ναῦς ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν νότιον ὑπερβιβάζειν πλευράν. Ex his apparet legendum eſſe apud Liuium, Ex portu, non, In portum. Vet. quidem libri, In portu, habent. Tranſtulit enim plauſtris naues e portu per urbem ad mare, quod ad meridiem ſpectat. CONTRACTA extemplo undique plauſtra.} Latius rationem exponit Liuius, qua tranſuectae naues ſint, quam Polybius, qui breuiſsime eam eſt complexus. HVNC ſtatum rerum Hannibal Tarenti reliquit, regreſſus ipſe in hiberna.} Polyb. Ἀννίβας δὲ φυλακὴν ἀπολιπὼν τῆς πόλεως, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παρεγένετο τριταῖος ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς χάρακα: καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος ἐνταῦθα διατρίβων ἔμενε κατὰ χώραν. IN M. Aemilij praetoris urbis.} Iam bis admonui priore anno A. Atilium praetorem urbanum fuiſſe, non M. Aemilium, qui ad Luceriam cum exercitu fuit. Quare & hic, M. Atilij praetoris urbani, legendum. Ex huius Marcij duobus carminibus alterius poſtea aucta declarata auctoritas euentu, alteri quoque, cuius nondum tempus uenerat, afferebat fidem.} Valla ſic legit. Alterius poſt rem actam editi eum rato auctoritas euentu. at ex fide antiqui exemplaris ita legendum. alterius poſt ea acta editi certo auctoritas euentu. quāquā malim. Poſt acta. Duo enim Marcij uatis carmina erant, inquit. quorum priore Cannenſis clades iam accepta praedicta erat. poſteriore Poenorum fugatio ex ludis Apollini deo uouendis Factum eſt autem, ut auctoritas prioris uerſus, qui poſt acta editus fuerat, ex certo rei euentu comparata fidem quoque alteri, qui ante rem editus erat, attulerit. IIS fiat eloquo tua.} Vet. lib. Fluat. ego, Fuat. Feſtus. Fuam ſim uel ſiam. Virgil. TROS Rutulusne fuat. uerbum antiquum eſt. haec autem carmina redolent antiquitatem. DIOMEDIS Argiui campos.} Strabo. lib. VI. λέγεται δὲ ἀμφότερα διομήδους κτίσματα, καὶ τὸ πεδίον, καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται τῆς διομήδους ἐν τούτοις τοῖς τόποις δυναστείας σημεῖα. HOSTES Romani ſi expellere uultis.} Hic totus locus tractatur iiſdem uerbis a Macrobio libro primo Satur. quo in loco legitur: Hoſtem Romani ſi ex agro pellere uultis. QVI quotannis comiter Apollini fiant.} Vet. lib. & Macrob. Communiter quod eſt ſumptibus po-

 puli

puli,& priuatorum,ut ſe exponens ſubdit. PRIVATI uti conferant pro ſe ſuisque.} Malim, Pro ſe quiſque. IIS ludis faciendis.} Vet.lib.& Macrob.His ludis. NAM is dius exſtinguet.} Vet.lib.& Macrob. Is diuus. PERDVELLES ueſtros,qui ueſtros campos paſcit placide.} Vet.lib.& Macrob.Paſcunt. AD ID carmen explanandum unum diem ſumpſerunt.} Facit Macrobius, ut putem mendum eſſe in uoce, Explanandum.inquit enim, Ex hoc carmine cum procurandi gratia dies unus rebus diuinis eſſet impenſus. puto autem apud Liuium legendum eſſe, Expiandum.Eſt enim idẽ Expiare,quod Procurare.Eadem macula multos etiam Ciceronis locos foedauit,a nemine,quod ſciã, adhuc notatos. Nam in oratione de reſponſis. Religionis explanatio uel ab uno Pontifice perito recte fieri poteſt. ubi legendum eſt, Expiatio. Nam in eadem ait. Expiabo religionem aedium mearum. & in Philippica prima. Vt inexpiabiles religiones in Rempublicam inducerentur. Item in eadem de reſponſis, cum ait. Portentorum explanationes Etruſcorum diſciplina contineri uoluerunt, Expiationes reſtituendum. Etenim Valerius, qui ijſdem fere uerbis eundem locum libro primo, capite primo, ita citat, ait. Portentorum depulſas Etruſca diſciplina explicari uoluerunt. Ac uereor etiam, ut cum Cicero ait de Diuin.lib.II. Si ea dij nobis obijciunt, quorum neque ſcientiam, neque explanationem habeamus: legendum ſit, Expiationem. SACRA Graeco ritu facerent, ijsque hoſtijs.} Ex Macrob. legendum, Hiſce hoſtijs. LVDOS praetor in Circo Maximo cum facturus eſſet, edixit.} Praetor erat urbanus P. Cornelius Sulla, idemque ludos Apollinares hos ludos, qui deinde ſollemnes praetorum urbanorum fuerunt, primus fecit. Eundem Decemuirum uocat Macrob. ſic. Bello Punico ſecundo ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primum ſunt inſtituti ſuadente Cornelio Rufo decemuiro, qui propterea Sibylla cognominatus eſt, & poſtea corrupto nomine primus Sylla coepit uocitari. Hinc etiam Velleius lib.II. L. Cornelium Sullam (ſic enim eſt in lapid.Capit. non Syllam) Dictatorem, ſextum eſſe a P. Cornelio Rufino, qui Pyrrhi bello floruit, ait. Quod ita eſſe cum diuturna Romanarum familiarum obſeruatione compererim, placuit etiam hoc loco ſubtexere.

P. Cornelius Rufinus Dictator.421.

I P. Cornelius Rufinus. cos.462.475. Dict.476. bello Pyrrhi floruit.

II P. Cornelius Rufinus. de quo nihil comperi.

III P. Cornelius Rufus, praet.538. Sibylla, poſt Sulla dictus. Macrob.

IV P. Cornelius Sulla. praet.564. — Ser. Cornelius Sulla legatus in Maced.583.

V L. Cornelius Sulla. de quo nihil.

VI L. Cornelius, L. F. P. N. Sulla. cos.662.671. Dict. 668. Sextus a Cornelio Rufino. Vell. lapid. Capit. — Ser. Cornelius Sulla.

L. Cornelius Sulla Fauſtus. Ped. — Fauſta Cornelia. — P.Corn.Sulla. cos.abdic.585. pro quo Cicero. — Ser.Cornelius Sulla.

Hi Seruij Sullae Dictatoris fratris filij dicuntur a Salluſtio in coniuratione Piſonia.

ID PRO cetera ſecordia,negligentiaq. a Campanis actum.Nam paullo plus CD uehicula miſſa, & pauca praeterea iumenta.} Vet.li. Quadraginta,habent, non Quadringenta. quod ad ſecordiã Campanorum demonſtrandam magis ualet.de qua caſtigati ab Hannone ſunt.atque ita profecto legendũ.

ALIA praedicta dies.} Vet.lib.Prodita.Feſtus: Referri diem proditam, COLLEGAM quoque, & exercitum eius ſe acciturum, totumque eo uerſuros bellum.} Vet.lib.Verſurum.

MANIPVLARES ſui primum tranſſcendentem foſſam, dein legio tota ſecuta eſt.} Vet.lib. Primum tranſſcenderunt foſſam. CAPTA itaque momento temporis, uelut in plano ſita, nec permunita caſtra.} Paullo ante negauit Poenorum caſtra in plano eſſe, cum dixit. Tantum pauoris iniecerunt, ut,ſi in plano caſtra poſita eſſent,haud dubie primo impetu capi potuerint.altitudo loci,& monumenta

defen.

defenderunt. Nunc ait, Ea caſtra momento capta, aeque atque ſi in plano ſita, nec permunita fuiſſent. Itaque non ſibi repugnat.

Itaqve Metapontini extemplo metu, quo tenebantur, liberati, ab Hannibale defecere. Hoc idē 177
eadem ora maris & Thurini fecerunt.} Anno dxxiv. poſt Cannenſem cladem acceptam, ad Poenos Graecorum omnem ferme oram, Tarentinos, Metapontinos, Crotonienſes, Locroſq. defeciſſe ſcripſit lib. xxii. Quod dixi ita intelligendum eſſe, ut non ſtatim eos defeciſſe accipiamus, ſed ſequentibus deinceps annis, ut cuique populo facultas oblata eſt. Nam Locrenſes, Crotonienſeſq. defecerunt anno dxxxv. Nunc demum uero anno dxxxiix Tarentini, & Metapontini. Nam Thurini, & Conſentini priore anno a Poenis ad Romanos redierant, ut initio huius libri dixit. ergo Thurini iterum hoc anno deficiunt ad Poenos. Itaque quoniam mirabile uideri poteſt, eoſdem quotannis deficere, neque ſuſpectam eorum, a quibus ſemel defecerint, fidem haberi; in altero horum locorum mendum eſſe ſuſpicor, duoſque populos eſſe Terinaeos, & Thurinos, ſupra autem, Terinaei, & Conſentini, hoc loco, Metapontini & Thurini legendum. Nam & Strabo, & Plinius Conſentiae Terinam, Ptolemaeus Thurio Metapontum adnectunt. De Terina quidem Bruttiorum urbe ab Hannibale hoc bello euerſa, quod ſe eam tueri poſſe deſperaret, Strabo lib. vi. M. Atinivs Thurinis cum modico praeſidio praeerat.} Vet. lib. Thurijs. Recte. Thuriae enim etiam dicuntur. Atinivs tamen cum paucis receptus.} Vet. lib. Cum paucis ſe receptis. malim tamen. Receptus. a Thurinis enim primum receptum. poſt ad naues deductum Atinium ait. Qvod urbi tam propinquae tertium annum impunita defectio eſſet.} Capua defecit anno dxxxiv. Ex quo apparet, cum, tertium annum, dixit, integros annos medios intelligere, extremos imperfectos non numerare. Alioquin, Quinctum, erat ſcribendum. Ad exta, ſacrificio perpetrato, angues duo.} De eodem prodigio Valerius cap. de prodigijs. Fideqve ab eo accepta, ſi Romanum is imperatorem tradidiſſet, liberos cum ſuis legibus uenturos in amicitiam Lucanos, deducit Poenum in locum pacis Gracchum adducturus.} Puto legendum eſſe, Si Romanum ſibi imperatorem. in uet. enim lib. ſaepe eſt ſi pro ſibi, quod imperiti eius ſcripturae fecerunt, is. Ceterum uerba illa. Deducit Poenum in locum pacis, deprauata ſunt ualde. Vet. lib. Dedit Poenus. Hinc hanc ego lectionem elicio. Fideque ab eo accepta, ſi Romanum ſibi imperatorem tradidiſſet, liberos cum ſuis legibus uenturos in amicitiam Lucanos, dein edit, quem ſit in locum cum paucis Gracchum adducturus. Valerius libro primo, Gracchus hoſpitis inſidijs in eum locum deductus, in quo Poenorum dux Mago cum armata manu delituerat. Hunc tamen locum, quouſq. melior lectio inueniatur, ſignandum eſſe aſteriſco puto. Ad Cn. Cornelium quaeſtorem.} Ipſius Gracchi imperatoris.

Tvm Badius progreſſus ante ſtationes.} Hanc totam rem alijs tamen uerbis expreſſit Valerius 178
cap. de humanitate. Itaqve equeſtre proelium erat.} Vet. lib. Ita equeſtre proelium erat.

Pvgnatvm tamen ut in nulla pari re duas amplius horas, concitata etiam donec dux ſtetiſſet Romana acie.} Huius lectionis auctor fuit Laurentius Valla, cum antea legeretur. Pugnatum tamen ut in nulla parte duabus amplius horis concitata donec dux ſtetiſſet Romanam aciem. Ex quibus uerbis melior, & ſententiae aptior lectio mihi uidetur elici poſſe, quam quae a Valla collecta eſt, hoc modo. pugnatum tamen duabus amplius horis ui in nullam partem concitata, donec dux ſtetit, Romana acie. Sic loquitur etiam lib. xxvii. pugnatum amplius duabus horis eſt, cedere inde caepere. & lib. xlii. pugnatum eſt amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret ſpes. Senſus eſt. Quamquam pugnae haud dubius euentus erat, quod & imperator, & exercitus apud Romanos deterior multo erat, pugnatum eſt tamen per duas amplius horas ita egregie, ut in nullam partem Romana acies inclinari poſſet, donec dux eorum ſtetit, poſtquam autem cecidit, fuſa eſt extemplo Romana acies.

Casilinvm frumentum conuectum, ad Vulturni oſtium, ubi nunc urbs eſt, caſtellum communitum (ante Fabius Maximus munierat) praeſidium impoſitum.} Quod dicat, Vbi nunc urbs eſt, non eſt, quod deſiderari quidquam putet Glareanus. Vulturnum enim opidum intelligit, quod ad ipſius Vulturni fluminis oſtium fuit: ut Strabo lib. v. tradit. duo autem maritima caſtella hoc loco nominat, Vulturnum, quod in ore fluminis, & Caſilinum, quod ad flumen ipſum Vulturnum fuit. Quod autem inquit, Vulturnum ante a Fabio Maximo communitum fuiſſe, κατὰ σιωπώμενον intelligendum eſt. non enim ſupra Vulturnum, ſed Puteolos communitos eſſe a Fabio ſcripſit libro quarto. Tria autem fuiſſe caſtella hoc bello communita, Vulturnum, Caſilinum, Puteolos, ipſe paullo poſt tradit. ita. Ap. Claudius conſul D. Iunio ad oſtium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis praepoſito, ipſe Capuam regreſſus Q. Fuluium collegam inuenit Caſilino omnia comportantem, molientemque ad oppugnandam Capuam. Qvodqve Mucius praetor ex Etruria coemerat.} Vet. lib. Alij Minucius, alij Mutinius habent. Ego, M. Iunius. Eſt enim M. Iunius Silanus is, cui Tuſci (ut ſupra diximus) euenerunt. neque enim Minucius ullus per haec tempora praetor fuit, & Q. Mucius triennio ante in Sardinia, non in Etruria fuit, & nunc in eadem prouincia prorogato imperio erat. Error natus eſt ex M. Iunius, Miunius, Minucius, Mucius.

Circa Herdoneam Romanae legiones, & praetor Fuluius erant.} Supra, Ardoneas, dixit, ut puto, per mendum. dum de Q. Fabio praetore Apuliae loqueretur, in qua nunc eſt

Cn. Fuluius. HANNIBAL quidem haudquaquam ſimili exercitu, neque ita inſtructo aderat.} Liber Vallae habuit ita. Haud quaquam ſimili ſua, neque ſimili exercitu. Ex quo ille correxit. Haudquaquam ſimili uia. Ego uero reperi in uet. lib. Haudquaquam ſimili ſententia, neque ſimili exercitu. Idq. probo. C. LECTORIVM.} C. Laetorium, lap. Capit. nummi argentei. P. CORNELIO.} Sullae praet. urbano. DE exercitu uolonum.} Feſtus. Volones dicti ſunt milites, qui poſt Cannenſem cladem uſque ad octo millia cum eſſent ſerui, uoluntarie ſe ad militiam obtulere.

EN per metum, & deſperationem hoſti ſe dederent.} Vet. lib. Ne qui per metum.

179 AB Sueſſula ex Claudianis caſtris.} Claudiana caſtra ſupra Sueſſulam a M. Claudio Marcello communita intelligit. de quibus ſupra. LIBEROS eos, ac ſuis legibus uicturos.} Supra. liberos cum ſuis legibus. Graeci uno uerbo αὐτονόμους uocant. DEINDE in piſcatoria quidam naui.} In, abeſt a uet. lib. CIRCVMVECTIQVE ita ad caſtra Romana.} Ita, abeſt a uet. lib.

DAMASIPPVS quidam Lacedaemonius.} Vet. lib. Damippus. Plutarchus etiam in Marcello. Δάμιππόν τινα σπαρτιάτην uocat. MEDIVS maxime, atque utriſque oportunus locus ad portum Trogilorum &c. uiſus.} Malim. medius maxime utriſque opportunus locus uiſus. Vacat enim uox. Atque.

AD portum Trogilorum.} De hoc loco ſic Thucydides lib. VI. οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι καὶ ξύγα συμφορῆσαι τὰς παρὰ τὸ τεῖχος ἐπὶ τὸν τρωγίλον καλούμενον, ᾗπερ βραχύτατον ἐγίγνετο αὐτοῖς ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν τὸ ἀποτείχισμα. TVRRIM, quam uocant Galeagram} Plutarchus in Marcello, πύργον τινα uocat. omiſſo Turris nomine. QVI ob id ipſum intentius cuſtodiebatur.} Plutarchus uertit, negligentius, cum ait. φυλαττόμενον μὴ ἀμελῶς. FESTVM Dianae.} Eandem rem Plutarchus. PROPE Hexapylon eſt portula, ea magna ui refringi coepta.} Plutarchus. καὶ τὰ ἑξάπυλα διακόψας. EPIPOLAS frequentem cuſtodijs locum.} Stephanus. ἐπιπολαὶ χωρίον ἀποκρημνον περὶ τεῖχος συρακούσαις. θουκυδίδης ἕκτῃ. Thucydides autem lib. VI. καὶ ὀνόμασται ὑπὸ τῶν συρακουσίων διὰ τὸ ἐπιπολῆς τοῦ ἄλλου εἶναι ἐπιπολαί.

PARTIVM ſenſu non ſatis pertinente in omnia.} Sic Vet. lib. At Valla mauult, pertingente; Glareanus, pertendente. quaſi uero Cicero non ita dixerit de natura deorum. Venae in omnes corporis partes pertinentes. IN inſula, quam ipſi Naſon uocant.} Partem Syracuſarum eo nomine intelligit.

ILLACRYMASSE dicitur.} Plutarchus idem tradit. ATHENIENSIVM claſſes demerſae.} Hanc hiſtoriam breuiter tangit Iuſtinus libro quarto. Plutarchus in Alcibiade. Thucydides. TOT bella cum Carthaginienſibus.} His de rebus lib. XIX, & lib. XX. Diodorus agit. AD Euryalum ſigna referri iuſſit.} Stephanus. Εὐρύηλος ὁ μακρόπολις τῶν ἐπιπολῶν. πολίχνιον δ᾽ ἦν τὸ συρακουσῶν ἀποκρημνον.

INTER Neapolim, & Thicam (nomina partium urbis, & inſtar urbium ſunt.} Sic Plutarchus. πρὸς τὴν ἔξω πόλιν, ἧς τὸ μὲν νέαν, τὸ δὲ τύχην ὀνομάζουσιν. Cicero etiam in Verr. VI. Vnam Syracuſarum partem, Inſulam, alteram Achradinam, tertiam, quod ibi fanum fortunae eſſet, Tychen, quartam, quod poſtremo aedificata ſit, Neapolim nominatam eſſe tradit. ergo, Tychen, hoc etiam loco ſcribendum.

PRECANTES, ut a caedibus, & ab incendijs parceretur.} Vet. lib. Vt caedibus, & incendijs parceretur. OB quis liberum corpus uiolaret.} Plutarchus. τῶν δ᾽ ἐλευθέρων σωμάτων ἀπεῖπεν ἅπτεσθαι.

PORTIS regione platearum patentibus.} Portae, inquit, caſtrorum patentes partem & regionem eam, quae in plateas ferebat, ſpectabant. ſic paullo poſt. Exponitque milites regione portae, quae prope fontem Arethuſam eſt. Forte dictum pro, E regione. ut Caeſar. Cum uterque utrique eſſet exercitui in conſpectu, fereque e regione caſtris caſtra poneret.

180 VT non modo non lacrymis.} Vet. lib. Vt non modo lacrymis. Hoc modo ſaepius Ciceronem eſſe locutum, alij collectis multis exemplis docuerunt. ET VT ferro potius morerentur, quidam inuadebant ſoli hoſtium ſtationes.} Vet. lib. ferro quidam inuadebant, ut uox, Ferro, iteretur.

MVLTO tamen maior uis peſtis Poenorum caſtra, quam Romana, diu circumſedendo Syracuſas, caede, aquiſq. affecerat magis.} Vet. lib. Caede, aquiſq. afferatur magis etiam hoſtium exercitu. Corruptiſſimus locus ſine aut meliorum exemplarium, aut Polybij, apud quem haec hiſtoria intercidit, ope ſanari non poteſt. Itaque ſignandus eſt aſteriſco. HAVD in magna opida, ceterum, & ſitu, & munimentis tuta, tria millia alterum ab Syracuſis, alterum quindecim ab oſtio.} Suſpectas habeo uoces ab oſtio. neque enim oſtij ſupra ulla mentio. uereor ne corrupta uox ſit, pro diſtantia. quod opida illa, alterum tria, alterum quindecim millia ab Syracuſis abfuerint. MISSIQVE nuncij Heracleam.} Siciliae Heracleam intelligit. PROPE iterum Romanis traditam.} Ideſt, ut primo bello Punico primum tradiderant. MVLTITVDINE ad concionem conuocata.} Vet. lib. Vocata. NOBILISSIMAE, pulcherrimaeque urbis Graecarum.} Verba ſunt Ciceronis de Syracuſis, in VI Verrina. Archias autem eam coloniam (ut Strabo ait lib. IIX) deduxit ex Corintho profectus. FAMAE ne credi malis.} .i. Rogamus te, ne malis poſteros fama accipere, quam adſpectu, quāta urbs Syracuſae fuerint, nec glorioſiorem tibi putes Syracuſarum euerſionem, quam incolumitatem. INCOLVMESQVE Syracuſas.} Aut nihil, aut aliquid eiuſmodi deſideratur. Sed ſaluas, incolumeſque Syracuſas, Glareanus alijque undique uitioſam eſſe ſuſpicati ſunt, credo ob dicendi genus, ſubauditur enim Oramus, ut alibi ſic etiam Liuius. ut lib. XXIX. Quibus per uos, fidemque ueſtram P. C. priuſquam eorum ſcelus expietis, neque in Italia, neq. in Africa quidquam geſſeritis. De Siculis autem Marcellorum clientibus Pedianus in Diuinationem.

NAVIM

Navim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Achradinam iuſſit.} Onerarias 181
naues non conſueuiſſe remis agi indicat hic idem auctor lib.xxvii. Onerarias quoq. non eas ſolum,
quae remis agerentur. Remis autem agi, nó ſcapharum, (ut Glareanus cenſet) ſed aliarum nauium ſoli
tas fuiſſe, intelligi poteſt ex primo Polybij. ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπέταξαν τὰς ἱππηγοὺς, ῥύματα δόντες ἐξ αὐτῶν ταῖς τῇ
τρίτῃ τάξει ναυσί. & lib.xx. Diodori. ἐπανεῖλκον δὲ τὰς στρατιωτίδας, καὶ τὰς ἱππηγοὺς ῥυμουλκουμένας ὑπὸ τῶν τετρ-
ήρων χειμώνων. Ergo recte Liuius, Remulco quadriremis trahi onerariam dixit, i. impetu quadriremis,
quae remis agebatur. Sic etiam li.xxxvii. Contemplatus Eudaemus hoſtes claudas, mutilatasque na
ues, apertis nauibus remulco trahentes. Qui inter praeſidia Romana fuerant.} Vet.lib. Intra.
Se quidem tertium annum circumſedere Syracuſas, non ne populus reſeruatam ciuitatem haberet,
ſed ne transfugarum duces, captam & oppreſſam tenerent.} Emenda ad fidem Vet.lib. Non ne popu
lus R. ſeruam ciuitatem haberet. Erroris cauſſa nota eſt. Cum multa irae, multa inuidiae, auari-
tiaeq. foeda exempla ederentur.} Vox, inuidiae, uacat. neque eam ueteres habent libri. neq. ſenſus poſtu
lat. ſic ergo lege. cum multa irae, multa auaritiae foeda exempla. Archimedem memoria pro-
ditum eſt.} Multas huius caſus recitat ſententias Plutarchus, quarum una contentus fuit Liuius.

Et quocumque occurriſſent loco.} Occurriſſet. ex Vet.lib. de Indibili enim loquitur.

Cum obuijs hoſtibus manus conſeruit.} Vet.lib. Manum.

Duces Poeni.} Haſdrubal Giſgonis, & Mago, contra quos P. Scipio ierat. Nisi defun- 182
cto ſuo fratre bello.} Vet.lib. Niſi defuncto fratre ſuo bello. Vox certe, ſuo, cum bello iungenda eſt, non
cum fratre. Nunc ab tergo, nunc in latera concurſantes.} Vet.lib. Incurſantes. ſic paullo poſt.
Impetus incurſantium Numidarum. Circumspectare, atque agitare dux coepit.} Vet.lib. Ac
cogitare. Nec moliri onera obiecta, nec caedere ſtipatas clitellas.} Moliri dictum pro amoliri.
ut poſt. Amoliri obiecta onera. & poſt. Fores nulla moliri potuerunt ui. In propinquam caſtris
turrim.} Appianus in Hiſpanica, Cn. Scipionem cum ſocijs in turri incluſum crematum fuiſſe ſcribit.
Anno ſeptimo poſtquam in Hiſpaniam uenerat Cn. Scipio.} Venit in Hiſpaniam Cn. Scipio T. Lon
go, P. Scipione conſulibus, ut ait Liuius lib.xxi. Ne nuda auxilijs Romanis Hiſpania eſſet, quam pro-
uinciam ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum aduerſus Haſdrubalem mi-
ſit. Ab illo autem anno ad hunc ſex anni numerantur, non octo, ut eſt in uet.lib. nec ſeptem, ut emen-
dauit Glareanus. Nam in hoc loquendi genere primus annus non numeratur, ut poſt ſaepe dicam. ſic
paullo poſt. Inuictos per octo annos milites ſuos. lego, ſeptem, tot enim ſunt, ſi primus numeretur.

Primus dederat.} Paullo ante, prior. Eſt autem accipiendum Priorem ad fratrem referri, Primum
ad omnes. Primus enim omnium Romanorum in Hiſpaniam uenit Cn. Scipio. Cum deletus exer
citus, amiſſaeq. Hiſpaniae uiderentur, uir unus res perditas reſtituit.} Vet.lib. Vir unus has reſtituit. ut
ad Hiſpanias referatur. L. Marcius Septimij filius.} Hic alio loco, L. Marcius Septimius dici-
tur. Ex quo puto legendum, L. Marcius Septimi filius. partim quia ita quidam lib. uet. habent, partim,
ut cognomen familiae ſit. Quomodo dictum eſt, Q. Fabius Maximi filius. Ipso minitante, &
increpante Marcio.} Vet.li. Ipſo mulcente, & increpante Marcio. ut duobus contrarijs remedijs moe-
rorem militum ſuſtuliſſe Marcium intelligamus, modo conſolando, modo increpando. Sic etiam lib.
xxvi. Militum animos nunc conſolando, nunc caſtigando ſedauit.

Ad haec tot iam nec opinata.} Lege, tot, tam nec opinata. Vtuntur enim latini, Nec opinatus,
pro inopinato. Liuius autem omnium maxime. Cicero pro Plancio. Tu me ignaro, nec opinante, in- 183
ſcio. Res non eget exemplis. paullo poſt. Ad nec opinatum tumultum. Ne tamen ſubita res, &
nocturnus error etiamnum ſuae fortunae conſilium perturbaret.} Vet.lib. Nocturnus terror.

Sed in rebus aſperis, & tenuibus fortiſſima quaeque conſilia tutiſſima ſunt.} Voces, & tenuibus, ua
cant. Ex uet.lib. & ex ſenſu. Ad id, quod ne timeatur, fortuna facit, minime tuti ſunt homines.}
Vet.lib. Minime cauti ſunt homines, ideſt, non cauent homines ea pericula, quae fortunae beneficio
non uidentur eſſe timenda. Nequidquam mox omiſſam quaeraris.} Vet.lib. Quaeras. In
huius ſiluae medio ferme ſta lio.} Malim, Spatio. Hic terror in fugam auertit omnes.} Vet.li.
Vertit. Ita nocte, & die.} Vet.lib. Atque ita nocte, & die. Avctor eſt Claudius, qui
Annales Acilianos ex Graeco in Latinum ſermonem uertit.} Vet.lib. Ex Graeco ſermone uertit. C.
Acilij Graeci ſcriptoris meminit Plutarchus in Romulo, Dionyſius lib.iii. Cicero de Officijs lib.iii.
Claudium eum eſſe puto, qui Clodius Licinus a Liuio dicitur lib.xxix. Alius Q. Claudius Quadriga-
rius fuit, cuius & ipſe ſaepe meminit. Septem millia caeſa hoſtium.} Vet.lib. ſeptem millia fer-
me caeſa hoſtium. Flammam ei concionanti fuſam e capite.} De eadem flamma Valerius capite
de prodigijs. Quae poſtremo in Romanos deos.} Signa, tabulasque, & ſpolia Siculorum intelli-
git. Libyphoenicum generis Hipponiates (Mutiné populares uocabant.} Hipponiates non
eſt proprium uiri nomen, ſed patriae, ideſt ab Hippone urbe Libyae. ut enim a Crotone, Crotoniates,
ſic ab Hippone Hipponiates. Viri autem nomen eſſe cenſet Glareanus. Ceterum Pedianus in Piſon. ex
Varrone tradit, huic Mutini, quod in Sicilia cum equitatu ſuo transierat ad Romanos, ciuitatem datam
aedesque & pecuniam ex aerario. Heracleam Minoam.} Minoae urbis Siculae meminit
Stephanus.

184 Degenerem Afrum.} quia Libyphoenicum generis erat. Ne ab ſuo ipſi equiti oppugnarentur.} Vet.lib. Ne ab ſuo & ipſi. Centimalum.} Centumalum. ex lapid. Capi.

L. Cornelius Lentulus, Cornelius Cethegus.} Vet.lib. M. Cornelius Cethegus. Sic enim poſt Liuius. Sic tabulae Capitolinae in conſulatu eius. Sulpicio Gallia, Cethego Apulia.} Emendo: Sulpicio Apulia, Cethego Sicilia. Hic eſt enim M. Cornelius Cethegus, de quo poſt ait. Id enim M. Cornelio mandatum, ut ubi ei uideretur, urbem eis, agrumque in Sicilia aſſignaret. & poſt. Inter has difficultates, M. Cornelius praetor. Item. Ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius praeeſſet, ubi conſul in prouinciam ueniſſet, dimitti iuſſus. Quibus ex locis ſatis probatur Siciliam Cornelio cethego, non Apuliam obtigiſſe. Neque uero procedit, quod Glareanus affert, hunc eſſe P. Cornelium Lentulum, qui propraetor in Sicilia eſſet. Nam Sicilia per haec tempora duplex prouincia erat. una qua uetus prouincia erat, quam P. Cornelius in praetura ſortitus fuerat, altera, qua regnum Hieronis patebat, quam poſt M. Marcellum M. hic Cornelius Cethegus obtinuit. Itaque lib. ſeq. de Sulpicio ubi loquitur, ita emendo, C. Sulpicio, cui Apulia euenerat.

IN. LIBRVM. XXVI

Vt proconſul in Sicilia reliquias belli perficeret.} Vet.lib. proconſul. C. Sulpicio, cui Sicilia euenerat.} Lego Apulia, cum ob eas rationes, quas priore libro attuli, tum quia Liuius ſubdit hoc loco. Huic ſupplementum de exercitu Cn. Fuluij, qui priore anno in Apulia foede caeſus, fugatusque errat, decretum. Propraetor ſenatui ſcripſerat.} Vet.lib. propraetor.

Sollemne auſpicatorum comitiorum.} Ideſt, ſollemne inſtitutum, quo comitia auſpicato habebantur. eſt enim ſubſtantiuum. ut alias. Blesus.} Blaeſus. lapid. Capit. & Graeci.

Ob exercitum in Apulia amiſſum.} Priore anno. libro xxv. Quid interfuiſſe inter T. Sempronium.} Ideſt, inter Cn. Fuluium, & Ti. Sempronium ἐλλειπτικῶς notanda. Cum ad Beneuentum eos.} Haec de ſeruis etiam a Ti. Sempronio ſeruatis ait ſupra. C. Flaminius, &c.} Flaminius ad Traſimenum, Paulus ad Cannas, Poſtumius in Gallia, Scipiones in Hiſpania ceciderunt.

185 Pecuniaque anquiſitum. & paullo poſt. cum tribunus plebis bis pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anquirere diceret.} Anquirere pecunia, & Anquirere capite, eſt id quod ſupra de Poſtumio Pyrgenſi dixit. Multam dicere, & diem rei capitalis dicere, ideſt, ad populum ferre de multa, uel de capite alterius, ut ea populus uel accipiat, uel antiquet. In Vet.lib. eſt. Capi ſe anquirere diceret. Quod tam capite, quam capitis legi poteſt, Qui capitis uoluerunt, a ſyllaba, ſe, proxima decepti ſunt.

Perduellionis.} idem eſt perduellio, ac poena capitalis. Quod uel capitis, uel pecuniae iudicaſſet priuato.} Iudicare capitis uel pecuniae, eſt diem rei capitalis, & multam dicere, uel capitis, & pecuniae anquirere. Quidam Numida.} Vet.lib. Numida quidam. Equeſtria proelia ferme proſpera faciebant.} De Campanis intelligendum eſt, qui proelio equeſtri ſuperiores erant. Inita tandem ratio eſt, ut, quod uiribus deerat, arte aequaretur.} De Romanis accipiendum, qui quomodo equeſtri proelio uictores eſſe poſſent, rationem inierunt. concludit enim, inde equitatu quoque ſuperior Romana acies fuit. Frontinus lib. IV. cap. VII. Cum Romani Campanis equitibus nullo modo pares eſſent, &c. Q. Navium.} Q. Naeuium Frontinus uocat loco citato. Res nec explorata.} Eodem modo dictum eſt, quo Nec opinata, pro Inopinata, & Inexplorata. Claudius Nero.} Vet.lib. C. Nero. Campanos facile in uallo Appius arcebat.} Vet.lib. a uallo. Legatus primi principis.} Vet.lib. primi pili, ut L. Marcius centurio primi pili apud Ciceronem pro Balbo. L. Porcius Licinius.} L. Porcius Licinus. ex Vet.lib. & Capit. conſulibus. Convertere agmen peditum.} Vet.lib. Conuertere agmen retro peditum.

186 Ceterum Hannibal, ut nec hoſtes elici amplius ad pugnam uidit, nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuam poſſe &c.} Polybius lib. IX. ſic. Ἀννίβας δὲ δυσαρεστούμενος τοῖς ὅλοις, διὰ τὸ μήτε παρανεῖσθαι εἰς τὴν πόλιν δύνασθαι τοὺς Ῥωμαίους, ἐβουλεύετο περὶ τῶν ἐνεστώτων τί χρὴ ποιεῖν. & poſt aliquot uerſus. ὑπέλαβεν ἀθρόαν ποιησάμενος τὴν πορείαν αἰφνιδίως ἐπιφανεὶς τοῖς κατὰ τὴν Ῥώμην τόποις, ἴσως μὲν ἂν καὶ περὶ τὴν πόλιν ἀνύσασθαί τι καὶ τῶν χρησίμων, ἐκπλήξας τῷ παραδόξῳ τοὺς ἐνοικοῦντας, εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τούς γε περὶ τὸν Ἄππιον ἀναγκάσειν, ἢ λύειν τὴν πολιορκίαν σπεύδοντας τῇ πατρίδι βοηθεῖν, ἢ διαιροῦντας τὴν δύναμιν, εὐκαταγωνίστους ὑπάρξειν καὶ τοὺς βοηθοῦντας, καὶ τοὺς ἀπολειπομένους αὐτῶν. Si Roma in diſcrimine eſſet.} Vet.lib. Eo ſi Roma in diſcrimine eſſet. Vna ea cura angebat, ne ubi abſceſſiſſet, extemplo dederentur Campani.} Polybius. τὰ νῦν ἠγωνία μὴ θεωρήσαντες αὐτὸν ἀπαλλαττόμενον οἱ Καπυανοί, κἄπειτα διαταραχθέντες, ὡς ἀπελπισάμενοι παραδῶσι τοῖς Ῥωμαίοις ἑαυτούς. Numidam donis perlicit, ut litteris acceptis ſpecie transfugae caſtra Romana ingreſſus, altera parte Capuam clam peruadat.} Polyb. γραμματοφόρον εἰς τὴν Καπύην πέμπει, πείσας τινὰ τῶν Λιβύων αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, κἀκεῖθεν εἰς τὴν πόλιν, προνοηθεὶς περὶ τῆς τῶν γραμμάτων ἀσφαλείας.

Naves in flumine Vulturno comprehenſas duci Caſilinum, quod iam ante praeſidij cauſſa fecerat caſtellum iuſſit.} In uet.lib. omnibus eſt, duci Gladio, quod. pro qua uoce alij Caſilinum, alij Galatiam

tiam reponendum cenſent. Caſilinum, quod ad Vulturnum flumen ſit, Galatiam, quod paullo ante de eodem Hannibale Liuius dixerit. Adueniens cum caſtellum Galatiam praeſidio inde ui pulſo cepiſſet, in circumſedentes Capuam ſe uertit. Verum neutra lectio procedit. Caſilinum, quod Romanorum caſtellum ſemper fuerit, non Hannibalis, Galatiam, quod ad Vulturnum non fuerit. itaque in incerta loci lectione, probo magis Vallae opinionem, qui legendum putauit: Duci ad id, quod. ut caſtellum notet occultato nomine eius. P. CORNELIVS, cui Aſinae cognomen erat.} Conſul hic fuerat an. DXXIX. P. VALERII Flacci.} Conſul fuerat an. DXXIV. SETIAM, Soram, Lauinium praemiſit.} Haec opida nunc Municipia dicuntur, at ſupra Coloniae nominatae ſunt. Sic Cicero in Piſonem, Placentiam coloniam uocat Municipium. PER Sueſſulam, Alliſanumque, & Caſinatem agrum uia Latina ducit.} Polybius per Samnitium agrum profectum eſſe Hannibalem ait. Alliſae autem, & Caſinum Samnitium ſunt, at Sueſſula Campaniae, ut ſupra diximus. porro autem legendum puto: Per Sueſſulanum, Alliſanumque, & Caſinatem agrum. INTERAMNAM, Nequinumque.} Aquinumque ex uet. lib. MATRONAE in publicum effuſae circa deum delubra diſcurrunt, crinibus paſsis aras uerrentes.} Hunc eſſe mulierum Romanarum morem ſcribit Polybius. *αἱ δὲ γυναῖκες παραπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς θεοὺς πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη. τοῦτο γὰρ ἔθος αὐταῖς ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοσχερὴς τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος.* CVI ne minueretur imperium, ſi in urbem ueniſſet.} In urbe enim proconſul nemo habebat imperium, ſed ad urbem. INDE in Pupiniam exercitu demiſſo.} Meminit huius agri Varro de Lingua Latina. Valerius Maximus libro quarto, capite quarto, cum ait: M. Atilium Regulum agellum in Pupinia habuiſſe. & Liu. li. IX. In agro Pupinienſi ad famam hoſtium conſedit. Eſt autem nomen tribus, per quam tum uenit Hannibal. ut lib. XXXIII. Conſul per tribum Sappiniam in Boios uenit. Hoc adſcripſi, quia Glareanus huius agri mentionem a nemine fieri ait. Qua de re ante dictum eſt. HANNIBAL ad Anienem fluuium tria millia paſſuum ab urbe caſtra admouit.} Polyb. *διαβὰς τὸν ἀν ἴωνα ποταμὸν, καὶ συνεγγίσας, ὥστε μὴ πλεῖον τετταράκοντα σταδίων ἀπέχειν τῆς ῥώμης.* AD portam Collinam uſque ad Herculis templum eſt progreſſus.} Vet. lib. a porta Collina uſque ad. ALIAE paruae, magnaeque res.} Vet. lib. Aliae magnae, paruaeque res. HIS motus ad Turiam fluuium caſtra retulit ſex millia paſſuum ab urbe.} Quid ſit Turia fluuius ſex millia paſſuum ab urbe diſtans, merito mihi quaerere Glareanus uidetur. neque enim eiuſmodi nominis flumen apud quemquam exſtat. In Vet. libris legitur Tutiam, & recte. meminit enim eius Silius, ubi de hoc Hannibalis itinere loquitur.

AD lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempeſtate inclytum diuitijs.} De opido Feronia, deq. Feroniae deae templo ſic Strabo. lib. V. *ὑπὸ δὲ σοράκτῳ ὄρει φερωνία πόλις ἐστὶ ὁμώνυμος ἐπιχωρίᾳ τινὶ δαίμονι τιμωμένῃ σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων. ἧς τέμενος ἐστὶν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροποιίαν ἔχον.* &c. CAPENATES aliqui accolae eius erant.} Sic lib. XXVII. In agro Capenate ad lucum Feroniae. COELIVS Romam euntem ab Ereto diuertiſſe eo Hannibalē tradit, iterq. eius ab Reate, Cutilijsque, & ab Amiterno orditur, &c. hinc Amiternum, Foruloſq. uicum ueniſſe.} Miratur Glareanus, quomodo Coelius ordiatur iter Hannibalis ab Amiterno, cum eundem addat, Amiternum tandem, Foruloſq. uicum ueniſſe. Magna quidem quaeſtio, atque difficilis haec uideatur, niſi Liuiana uerba attente legātur. Eſt enim haec ſententia. Coelius orditur Hannibalis iter a Reate, Cutilijs, & Amiterno. Si quis autem quaerat, quanam a Capua Amiternum idem uenerit, reſpondet, altius iter eius repetendo. Ex Campania in Samniū, inde in Pelignos, poſt in Marrucinos, poſtremo in Marſos, atque inde Amiternum, Foruloſq. ueniſſe. Strabo autem lib. V. Sabinos uſque ad Veſtinos pertendit. urbeſq. eorum nominat *ῥεάτεον, ἀμίτερνον, ἰντεροκρέαν, φόρουλον, κουτιλίας, ...* Ex quo apparet nullam eſſe in uerbis auctoris, quā ille arguit, inconſtantiam. NAMQVE ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum uero, ac Rhegiū eo curſu contendit, ut prope repentino aduentu cautos oppreſſerit.} Polyb. *ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τῆς δαυνίας καὶ τῆς βρεττίας ἐπέστη τοῖς κατὰ τὸ ῥήγιον τόποις ἀνυπόπτως, ὥστε παρ' ὀλίγον μὲν καὶ τῆς πόλεως κυριεῦσαι.* FAMESQVE, quae tam diu Capuae erat.} Malim, Iamdiu. VIBIVS Virius.} Vibus Virius. ut ante. QVORVM ploratus hic quoque prope exaudiebantur.} Vet. li. Hinc quoque. NE ſtirpis, ne memoria originum ſuarum exſtaret.} Vet. lib. ne ſtirps. 187

QVO cum ueniſſent.} Vet. lib. ueniſſet. praeceſſit autem. ſenatus. LITERASQVE a C. Calpurnio, populoq. R. Fuluio cum reddidiſſet.} Voces, populoq. R. mendoſiſsimae ſunt. neque enim litteras a populo R. accepit Fuluius, ſed a ſenatu potius, immo uero ne a ſenatu quidem, ſed a C. Calpurnio praetore, qui ſenatuſconſultum miſit. Itaque haud dubie legendum eſt, C. Calpurnio praetore. Erroris cauſſam attulit, quod iiſdem litteris praetor & populus R. ſcribuntur ita. PR. P. R. ſic paullo poſt ait. Referente Calpurnio praetore ſenatus decreuit. ET cum mirabundos, quidnam ſeſe uellet, reſediſſet Flaccus.} Vet. lib. Et cum mirabundus, quidnam ſeſe uellet, inquireret, reſidens Flaccus. 188

PRAEFECTVM ad iura reddenda ab Roma quotannis miſſuros.} De Capuae loquitur praefectura. Fuiſſe autem Italica opida alia colonias, alia municipia, alia praefecturas ſatis cōſtat. De Praefecturis autem ſic Feſtus. Praefecturae eae appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinae agebantur, & erat quaedā earum reſp. neque tamen magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus praefecti mittebantur

tebantur

rebantur quotannis qui ius dicerent, quarum duo fuerunt genera, alterum, in quas ſolebant ire praefecti quattuor IV VIR. qui populi ſuffragio creati erant, in haec opida Capuam, Cumas, Caſilinũ, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam. alterũ, quos praetor urbanus quotannis in quaeque loca mittebat legibus, ut Fundos, Formias, Caere, Venafrũ, Allifas, Priuernum, Anagniam, Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaq. complura. CLAVDIO Neroni.} Vet. lib. C. Neroni. ut ante. INTER opida Illiturgim, & Mentiſſam.} Scribe, Illiturgi. Numerat enim Priſcianus Illiturgi inter nomina neutra, quae deſinunt in i, & ſunt aptota.

189 IVSSI deinde inire ſuffragium.} Vet. lib. Inire conſiſum ſuffragium, quod quid ſit, quaerendum eſt. P. SCIPIONI imperium eſſe in Hiſpaniam iuſſerunt.} Egregie. non enim magiſtratus mandatus eſt Scipioni, cum proconſul miſſus eſt, ſed imperium. ut poſt etiam dicam. VT iam reſideant impetus.} Vet. lib. reſederat. ARDOREM eum, qui reſiderat.} Vet. lib. Reſederat.

NVLLO die prius nullam publicam, priuatamque rem egit, quam.} Vet. lib. Vllam publicam.

QVAM in Capitolium iret.} Idem eſt apud eum, qui ſcripſit de vir. illuſtr. EMPORIS, Graeca urbe.} Vet. Emporijs. Liuius Emporias uocat. Strabo lib. III. Emporium. Sic enim ait. ἐμπόριον μασσαλιωτῶν ἐστὶ κτίσμα, ὅσον τετρακισχιλίους διέχον τῆς πυρήνης σταδίους. HASDRVBAL Giſgonis uſque ad Oceanum, & Gades, Mago in mediterranea maxime ſupra Caſtulonenſem ſaltum, Haſdrubal Hamilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hibernauit.} Polybius lib. X. μάγωνα μὲν ἐπυνθάνετο διατρίβειν ἐντὸς ἡρακλείων στηλῶν ἐν τοῖς κονίοις προσαγορευομένοις, ἀσδρούβαν τὸν γέσκωνος περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ στόμα κατὰ τὴν λυσιτανίαν. τὸν δ᾽ ἕτερον ἀσδρούβαν πολιορκεῖν τινὰ πόλιν ἐν τοῖς καρπητανοῖς, οὐδένα τῶν προειρημένων ἔλαττον δέχ᾽ ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν τῆς καινῆς πόλεως. AD populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die urbem ouans iniret, imperium eſſet.} Miratur Glareanus quaſi inconſtantiam Liuij, qui ſcribat. Negatum eſſe Marcello triumphum, permiſſum eſſe, ut ouans iniret. deinde per tribunos pl. ad populum ex ſenatus auctoritate latum, ut Marcello, quo die ouans iniret, imperium eſſet, poſtremo in monte Albano triumphaſſe. uerum nihil eſt inconſtantiae. Nam Marcellus ex S.C. ouans inijt, ex ſui ſententia ſine S.C. (quod fieri poſt C. Papirium Maſonem, qui primus id fecit, coeptum erat) triumphauit. quoniam uero ſine imperio triumphare non poterat, nec imperium niſi extra urbem haberi non poterat, propterea latum eſt ad populum, ut ei, quo die ouans urbem iniret, imperium eſſet. Idem autem de L. Aemilio Paullo ſcribit lib. XLV. IN monte Albano triumphauit.} Plutarchus in Marcello. ἐπεὶ οὐδένα εἶχεν ὁ τρίτος θρίαμβον, συνεχώρησαν αὐτὸν, τὸν μὲν ἐντελῆ καὶ μέγαν εἰς τὸ ἀλβανὸν ὄρος ἐξελάσαι, τὸν δὲ ἐλάττω καταγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν, ὃν εὔαν ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ID M. Cornelio mandatum.} M. Cornelius Cethegus, ut ſupra dixi, praetor erat Siciliae. Glareanus P. Cornelio legit & P. Cornelium Lentulum intelligit, qui praetor ante fuerat. PRAEROGATIVA centuria iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum.} Vt hoc loco in uet. lib. eſt pro Centuria, Veturia. ſic infra. Redire in ſuffragium Veturiam iuniorum. Item. Veturiam ſeniorum citaret. Item. Citatis Veturiae ſenioribus. idque, ut ego cenſeo, recte. Eſt enim Veturia ut tribus, ſic centuriae nomen, ut Galeria, cuius meminit lib. XXVII. his uerbis. Galeria iuniorum, quae ſorte praerogatiua erat, Q. Fuluium, & Q. Fabium conſules dixerat. Quod qui non intellexerunt, Centuria ibi quoque repoſuerunt. Ceterum tribus ſorte educebatur, atque ex ea centuria, quae praerogatiua dicebatur, & a tribu nomen ſumebat.

DATVM ſecreto in ouili cum his colloquendi tempus.} Ouile, locus in campo Martio, quod etiam ſaepta dicitur. Lucanus. Et miſerae maculauit ouilia Romae. M. CLAVDIVM Marcellum fulgentem tum Sicilia domita, & M. Valerium abſentes conſules dixerunt.} Sic lib. uet. Abſentes, i. non petentes, intelligit. alioquin M. Claudius, qui paullo ante triumphauerat, in urbe erat, ſed non in campo. QVAM docti fingunt magis, quam norunt.} Platonem intelligit in libris de republica.

P. MANLIVS Volſo.} Vulſo. ex lap. Cap. L. CINCIVS Alimentius.} Alimentus, ut ſupra.

C. LECTORIVS.} Laetorius. ut ſupra. LVDI Apollinares & priore anno fuerant, & eo anno ut fierent repente Calpurnio praetore ſenatus decreuit.} Placet Paullo Manutio, legi, Referente Calpurnio. & recte. Calpurnius enim praetor urbanus, cuius ea cura erat, ad ſenatum de ludis rettulit.

AD VICTORIAS, quae in ante fixae erant.} Antes quadraturae, & quadrae columnae. Marcellus.

IN LOCVM M. Aemilij Numidae Decemuiri ſacrorum.} Emendo M'. Aemilij. Nam inuenio in tabulis Capitolinis, ubi de tertijs ludis ſaecularibus fit mentio, huius Xuiri (ut reor) fieri mentionem, ſic.

LVDI SAECVLARES TERT.

M'. AEMILIO M'. F. MAG. XVIR.

M. LIVIO M. F. M. N. SALINATORE.

PLEVRATVS, & Scerdiletus.} Vet. lib. Scerdilendus. Polybius. σκερδιλαΐδος. OLYMPIAE, Aetolis, in Capitolio ab Romanis.} Vet. lib. Olympiae ab Aetolis. Recte. ET OLENIADA, Naxumq. Arcanum. Item paullo poſt. Iam moenia Oleniadon, Naxumque.} Vet. li. Etholoniadas. Item. Meniadas. Quae lectio etſi ex omni parte recta non eſt, habet tamen ueſtigia aliqua germanae integritatis. eſt enim legendum. Et Oeniadas. Item, Iam Oeniadas. Eſt enim urbs Acarnanum hoc nomine. de

qua

qua ita Stephanus. οἰνιάδαι πόλις ἀκαρνανίας πρὸς τῷ ἀχελώῳ, ἣ καὶ ἐρυσίχη καλουμένη. & Polybius lib. x. in ora
tione Lyciſci. ἤδη παρῄρηνται μὲν ἀκαρνᾶνων οἰνιάδας, καὶ νῆσον. ubi de his ademptis loquitur. PER Pe-
lagoniam, & Nymphaeum, & Boleam in Theſſaliam deſcendit.} Vet. li. Boeotiam. quae uox aperte men
doſa eſt. Probo igitur coniecturam Glareani, qui legendum putat, Beroeam. De hac enim urbe & Pli-
nius, & Strabo, & Stephanus ea tradunt, quae ſuſpicionem Glareani corroborare maxime poſſe ui-
deantur. RELICTO ad fauces Theſſaliae Perſeo.} Philippi regis filius Perſeus fuit. IN
THRACIAM exercitum, ac Medos eduxit.} Maedos ſcribe ex XI lib. Polyb. μαῖδοι. & Stephanus. μαῖδοι
ἔθνος θρᾴκης πλησίον μακεδονίας. Alij ſunt Medi Aſiani. INCVRRERE ea gens Macedoniam.} Vet. li.
In Macedoniam. VRBEM Iampharniam.} Vet. lib. Iamphorinam. ARCEMQVE Medicae.}
Maedicae. ut ſupra. ET IAM moenia Oleniadon.} Et iam Oeniadas. ut dixi. MORTEM oc
cubuerunt.} Vet. lib. Oppetierunt. CASTRA in extremis finibus ſuis obuiam hoſti poſuerunt.}
Vet. lib. Obuia. PRAEDA ex pacto Romanis ceſsit.} De Anticyra capta loquitur eadem Lyci-
ſcus Acarnanum legatus apud Polybium lib. IX.

COMPREHENSAE Latumiae.} Feſtus. Latumias ex graeco, & maxime a Syracuſanis, qui lato- 191
mias, & appellant, & habent ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad exſtruendam
urbem. PRIDIE Quinquatrus.} Quinquatrus accuſatiuus caſus eſt, ut pridie Kalen. Cuius re-
ctus eſt. Quinquatrus. Cicero ad Coelium, Moleſtae quinquatrus. Cariſius ſic. Quinquatrus, non quin-
quatria, nō enim dictae ſunt quinque dies atri, ſed quod Quinquatrus antiqui dicebant, ſiue a quinquā
do, ideſt luſtrando, quod eo die arma ancilia luſtrari ſint ſolita.

QVOAD eo animo in populum Romanum eſſe ſciret.} Vet. lib. Quoad alieno animo a populo
R. eſſe ſciret. HAC circumfuſus multitudine ſimul Siculis obuiam egreſsis poteſtatem Romam
adeundi fecit, clariſsimarum urbium excidio celeberrimis uiris uictos bello accuſatores in urbem ad-
ducens.} Hic locus Vallae tempore in manuſcriptis libris ita legebatur. Hac circumfuſus multitu-
dine ſimul Siculis obuiam egreſsis Romam praebuit, clariſsimarum &c. atque ita nunc etiam legitur.
Valla autem multa hic uerba deſiderari ſuſpicatus, ita ex ingenio legit. Hac circumfuſus multitudine,
ſimul Siculis obuiam egreſsis poteſtatem Romam adeundi fecit, & nonnullis uel aemulis querimoniam
praebuit, clariſsimarum &c. Quam lectionem nemo iure probare poteſt, quia nimis multa de ſuo in-
ſercit, haud ſatis auctoris ſententiae congruentia. Ego igitur ueterem lectionem tueor, uno paullulum
immutato uerbo, & pro, praebuit, peruenit, reſtituo. ſic. Hac circumfuſus multitudine, ſimul Siculis
obuiam egreſsis Romam peruenit, clariſsimarum &c. hoc ſenſu. Laeuinus Campanorum multitudine,
& Siculis obuiam egreſsis circumfuſus Romā peruenit, accuſatores bello uictos Campanos, & Siculos
in urbem adducens Fuluio, & Marcello uiris celeberrimis excidio clariſsimarum urbium Capuae, & Sy
racuſarum. Hinc Suidas. Ἐπεχείρησαν δὲ καὶ καμπανοὶ τῷ φλάκκῳ, καὶ οἱ συρακούσιοι τῷ μαρκέλλῳ κατηγορῆσαι.
ſic paullo poſt. Vt uictos armis accuſatores habeamus.

ACARNANES, Locrique.} In Acarnania Oeniadae, Naſus captae, in Locridae Anticyra fuerat.

VRBANAE duae ſuperioris anni.} Aliae hae legiones ſunt a quattuor ijs, quas ante nominauit.

OBRVI ab Aetnae ignibus.} Vet. lib. Obrui Aetnae ignibus. HAE Siculorum querellae do-
mos primum nobilium circumlatae.} Vet. lib. Per domos. ALIAM forſitan futuram fuiſſe ſen-
tentiam ſuam dicere.} Suam, de quo ambigit Glareanus, procul dubio ad Marcellum referendū eſt.

DEPRECARI ſenatus praeiudicium.} Senſus, precari ne permutatio prouinciae a ſenatu permiſſa ſi-
bi in contumeliam uertat. RAPIENTE fato Marcellum ad Hannibalem.} Hoc ait, quia poſt V.
conſulatu Marcellus ab Hannibale interfectus eſt. EXCEDERE templo.} Curiam intelligit. nam
ſenatus non niſi ſacrato haberi loco poterat. Inde paullo poſt. Reductis in curiam legatis. SI AB
inferijs exſiſtas.} Vet. lib. Si ab inferis.

IN FIDEM, & clientelam, ſe urbemq. Syracuſas acciperet. Vet. lib. Reciperet. POST haec
conſul clementer appellatos eos dimiſit.} Plutarchus, qui totam hanc eandem hiſtoriam narrat, hoc ſic 192
exprimit. ἐπιεικῶς οὖν ὁ μάρκελλος τούτους τε διηλλάγη, καὶ τοῖς ἄλλοις συρακουσίοις ἀεί τι πρᾶττων ἀγαθὸν διετέλει.

QVI omnibus gerendis rebus affuerant.} Vet. lib. Interfuerant. MORTVVS enim poſt ca-
ptam Claudius conſul erat.} Legendum, proconſul, quod eo anno, quo Capua capta eſt, P. Sulpicius,
& Cn. Fuluius conſules fuerint. Q. autem Fuluius, & Ap. Claudius ad Capuam cum proconſulari im-
perio. Itaque paullo poſt ait. Fuluio proconſuli. Niſi ſi accipias, conſul, pro eo qui conſulare gerat im-
perium. ut paullo poſt. In conſilio arbitror me fuiſſe conſulibus Capua capta. IDQVE & apud ma-
iores noſtros factum eſt in Satrianis, cum defeciſſent.} Vet. lib. In Satricanis. & recte. Satricanos enim
ad Samnites defeciſſe anno ab V. C. CDXXXIV. tradit Liuius lib. IX. De Sutrinis autem (ſic enim legen-
dum eſſet) nihil eſt traditum. QVOD ſenatus maxima pars iubeat, qui aſsidens, id uolumus,
iubemusque.} Sollemnia haec uerba eſſe uidentur, quibus plebs in ſenatusconſulto comprobando ute
batur. Vet. lib. Qui aſsidetis. EXTRA filias, quae nupſiſſent priuſquam in populi R. poteſtatem
ueniſſent.} Vet. lib. Enupſiſſent. egregie. quaſi quae e paterna domo in mariti tranſiſſent. ut enim In-
nubere eſt in mariti domum tranſire, ſic Enubere e patris domo exire. Liuius lib. I. Ea cum innupſiſ-
ſet. & lib. X. Virginiam quod e patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant.

TANTVS

193 Tantvs fremitus hominum, tanta indignatio fuit.} Vet.lib. Tantaque indignatio fuſt.

Tecta Hoſtes incendiſſe ſeruos agricultores rempublicam adduxiſſe, nunc ad militiam paruo aere emendo, nunc remiges imperando.} Integra lectio (liquidem ex hac nullus ſenſus percipitur) eſt in uet.lib. ſeruos agricultores populi Romani abduxiſſe. Quamquam ſuſpicor etiam, ne pro, populi R. legendum ſit, praetores. Eſt enim lapſus (ut dixi) quotidianus. Querella autem plebis haec eſt, quae ſuas calamitates aperit, & ait tecta ab hoſtibus incenſa, ſeruos, qui agros colebant a praetoribus abductos partim ad militiam paruo aere emendo, partim remiges imperando. Intelligit autem eos, qui poſt Cannenſem pugnam a Ti. Graccho pro conſ. armati fuerant. Itaque libro xxxiv. ait L. Valerius loquēs de hac re & tempore, ita. Serui, quibus arma darentur, ita ut pretium pro ijs bello perfecto dominis ſolueretur emebantur. Glareanus hoc loco haeret. Spatium deinde his tribuere ſe, dareque ad cogitandum dixerunt.} Nemo hunc locum mendoſe eſſe animaduertiſſet, niſi ueteres libri id docuiſſent, in quibus eſt. Spatium deinde tridui ſe dare ad cogitandum dixerunt. Eſt enim ueriſimile certum dierum ſpatium eſſe datum. Vt claſſem habeat, quam ornare uolumus, populus R.} Malim reſpu. errore ex praepoſteris litteris orto. P.R. & R.P. ſic enim paullo poſt. Nec remige in ſupplementum, nec ſtipendio reſp. eguit.

Avrvm, argentum, aes ſignatum.} Quia foede uitiatus hic locus multis in partibus eſt, ipſum, quomodo legendum eſſe cenſeo, recitabo, deinde, cur ita legam exponam. Loquitur ita Laeuinus conſul de ratione auri, argentique in publicum conferendi. Aurum, argentum, aes ſignatum omnes ſenatores craſtina die in publicum conferamus, ita ut anulos ſibi quiſque & coniugi, & liberis, & filio bullam, & quibus uxor filiaeve ſunt uncias pondo relinquat auri, argenti; qui curuli ſella ſederunt equi ornamenta, & libras pondo, ut ſalinum, patellamque deorum cauſſa habere poſſint. Ceteri ſenatores libram argenti tantum, aeris ſignati quina millia in ſingulos patres familiae relinquamus. Ex eiuſmodi uerborum interpunctione, & lectione ſatis commode ſenſum colligi puto, qui ex uulgata lectione nullus eliciebatur. Quod autem antea legebatur, Singulas uncias auri pondo relinquant. argenti, qui ſella. Inueni in uet.lib. legi. Singulas uncias pondo relinquat auri, argenti. ita ut aliud deinceps ſequatur membrum. Qui ſella curuli ſederunt, ij ſibi relinquant equi ornamenta, & libras pondo auri, argenti, ita ut ſalinum, patellamque habere poſſint. Ceteri ſenatores nihil auri ſibi relinquant, ac libram argenti tantum. Porro autem, aeris ſignati quinque milia in ſingulos patres familiae relinquamus. Quod autem ait. Vncias pondo auri. &, libras pondo, recte ait. ſic enim loquebantur antiqui, cum libram ponderalem, non menſuralem ſignificabant, ut Plautus in Pſeudulo. Eo laſerpicij libram pondo diluunt, & in Rudente. Neque piſcium libram unam iam hodie pondo cepi. & Liuius hoc libro paullo poſt. Paterae aureae fuerunt cclxxvii librales ferme omnes pondo. & libro quarto. Coronam auream librae pondo. Itaque libro xxxiv de hoc decreto ſic ſcriptum eſt. Cautum erat, quo ne plus auri, & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti, & aeris domi haberemus. Hic locus torſit Vallam, & Glareanum. Ceterum omne aurum argentum.} Ceterum nomen eſt, non aduerbium. intelligit enim reliquum aurum, argentumque in publicum conferendum, praeter id, quod ſibi quiſque ex ſenatus auctoritate reliquerit. Itaque accentus tollendus eſt. Pvblica prodendo tua nequidquam ſerues.} Vet.lib. Perdendo. uere. Dasivs, & Blactius.} Vet.lib. Blatius. Valerius Max. libro tertio, cap. quarto, Blaſium, ubi de eadem re agit, uocat. Quae eadem ſcriptura eſt in uetuſtiſsimo, quem apud ingenioſiſsimum, humaniſsimumque Io. Baptiſtam Pignam legi, libro eſt. Blasivs de proditione Daſium appellabat.} Hoc item exponit Valerius. Blasivs uultu diſsimulante, ac uoce ſummiſſa monere Daſium coepit, ut Romanorum potius, quam Carthaginienſium partes foueret. Vt praesidivm Punicum (hi autem Numidae erant) Salapiaque traderetur Marcello.} Solet in eiuſmodi re Liuius numerum eorum, qui ſunt in praeſidio, nominare. Quare non dubito quin uox, hi, mendoſe ſit, pro, d, nam quingentos fuiſſe Numidas, qui traditi Marcello a Blaſio ſunt, eodem loco Valerius ſcribit, qui cetera a Liuio mutuatus eſt. Hoc autem tanto uerius puto, quod ſubdit. Nec plus quinquaginta ex his in poteſtatem hoſtium uiui uenerunt. Praefectvsqve praeſidij, atque arcis M. Liuius.} Supra nomen (ut dixi) huius praefecti reticuit, quem C. Liuium Polybius nominauit. A vella & Peſto.} Vet. lib. & a Paeſto. Vt ad componenda armamenta, expediendumque remigem, ac militem ad imminens certamen ſatis temporis eſſet.} Adde uocem ex uet.lib. Vix ſatis temporis eſſet. Tarentini, ut recuperata urbe ab Romanis, poſt centeſimum prope annum arcem etiam liberarent.} lxxx anni numerantur a L. Papirio, Sp. Caruilio coſ. quibus de Tarentinis debellatis triumphatum eſt anno v. c. cdlxxx, ad hunc annum, qui eſt dxl.

194 Nemo ante me nouus imperator.} Capita huius orationis Scipionis ſumpta ſunt a Polybio, qui ita ſcribit lib. x. οὐ μὴν ἀλλὰ τότε συνηθροισμένων τῶν δυνάμεων παρεκάλει μὴ καταπεπλῆχθαι τὴν προγεγενημένην περιπέτειαν, οὐ γὰρ ἀρεταῖς ἡττῆσθαι Ῥωμαίους ὑπὸ Καρχηδονίων οὐδέποτε &c. Per nocturnos etiam uiſus omnia laeta, ac proſpera portendunt.} Polybius eum ſe a Neptuno in quiete monitum, ut urbem eam inuaderet, dixiſſe ait. Sed vi ultro tanſeamus.} Vet.lib. Sed ut ultro tranſeamus.

Iam quid hoc bello memorem.} Vet.lib. Iam quid hoc de bello memorem. Italiae, Siciliae

ciliae, maioris partis Sardiniae.} Maioris partis Siciliae, intelligendum. NIHIL iam maius precatur deos.} Vet. lib. Nihil iam magis. NAM & deſeruntur ab ſocijs, & diduxere exercitus.} Polybius. χωρὶς γὰρ ἀπ' ἀλλήλων διεσπασμένους στρατοπεδεύειν, τοῖς τε συμμάχοις ὑβριστικῶς χρωμένους ἅπαντας ἀπηλλοτριωκέναι. BREVI faciam.} Malim, Breue. ſic enim Cicero.

HAC oratione accenſis militum animis relicto ad praeſidium regionis eius M. Silano cum tribus 195
millibus peditum, & trecentis equitibus, &c.} Polybius. ταῦτα εἰπών, τρισχιλίους μὲν ἔχοντα πεζούς, καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς Μάρκον ἀπέλιπε τὸν συνάρχοντα περὶ τὴν διάβασιν, ἐφεδρεύοντα τοῖς ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ συμμάχοις. αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην ἐπεραιοῦ δύναμιν. Polybius quingentos equites pro trecentis affert. Numerus copiarum Scipionis idem eſt apud Polybium. QVONIAM in tres tã diuerſas regiones diſceſsiſſent Punici exercitus.} Haſdrubal Giſgonis ad Gades. Mago ſupra Caſtulonenſem ſaltum. Haſdrubal Hamilcaris proximus Ibero circa Saguntum Liuius ſupra. SITAM praeterea cum opportune ad traijciẽdum in Africam, tum ſuper portum ſatis amplum quãtae uis claſsi, & neſcio an unum in Hiſpaniae ora, qua noſtro adiacet mari.} Verba Polybij. ἀκούων δὲ πρῶτον μὲν ὅτι λιμένας ἔχει στόλῳ καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι, μόνη σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἅμα δὲ καὶ διότι πρὸς τὸν ἀπὸ Λιβύης πλοῦν, καὶ πελάγιον δίαρμα λίαν εὐφυῶς κεῖται τοῖς Καρχηδονίοις. Ex quo apparet legendum eſſe. Et neſcio an unam. quia dixit μόνη Polybius. & ad Carthaginem, non ad portum referendum eſſe, ut ante legebatur, quam Rhenanus. Vnum, emendaret.

NEMO omnium, quo iretur, ſciebat, praeter C. Laelium. Is claſſe circummiſſus ita moderari curſum nauium iuſſus erat. &c.} Polybius. πλὴν τότε τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ στόλου Γαΐῳ Λαιλίῳ διασαφήσας ἐντειλάμενος παρήγγειλε πλεῖν ἐπὶ τὴν προειρημένην πόλιν. μόνος γὰρ οὗτος αὐτῷ συνῄδει τὴν ἐπιβολήν. αὐτὸς δὲ τὰς πεζικὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν μετὰ σπουδῆς. SEPTIMO die ab Ibero Carthaginem uentum eſt. ſimul terra, marique caſtra ab regione urbis, qua in ſeptemtrionem uerſa eſt, poſita. his ab tergo (nam frons natura tuta erat) uallum obiectum.} Veteres libri, Nullum uallum obiectum. Polybius duplum uallum exteriori caſtrorum parti obiectum ait. ἀφικόμενος δὲ ἑβδομαῖος κατεστρατοπέδευε κατὰ τὸ πρὸς ἄρκτους μέρος τῆς πόλεως καὶ περιεβάλλετο κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν. κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν. αὐτὴ γὰρ ἡ τόπου φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Quod Tergum uocat Liuius caſtrorũ, id exteriorem partem nominat Polybius; quam Frõtem Liuius, eam ad urbem uerſam Polybius. ETENIM ſita Carthago ſic eſt.} Vet. lib. Ceterum ſita Carthago ſic eſt. Polyb. κεῖται μὲν οὖν. SINVS eſt maris media fere Hiſpaniae maxime Africo uento oppoſitus, & quingentos paſſus introrſus retractus, paullulo plus paſſum in latitudinem patens.} Ex Polybio legendum eſt, Ad duo millia, & quingentos paſſus. ipſe enim ad uiginti ſtadia, habet. κεῖται μὲν οὖν τῆς Ἰβηρίας κατὰ μέσην τὴν παραλίαν ἐν κόλπῳ νεύοντι πρὸς ἄνεμον λίβα. οὗ τὸ μὲν βάθος ἐστὶν ὡς εἴκοσι σταδίων, τὸ δὲ πλάτος ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὡς δέκα. HVIVS in oſtio ſinus parua inſula obiecta ab alto portum ab omnibus uentis, praeterquam Africo, tutum facit.} Polybius. νῆσος ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτοῦ κεῖται βραχὺν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους εἴσπλουν εἰς αὐτὸν ἀπολείπουσα. ταύτης ἀποδεχομένης τὸ πελάγιον κῦμα συμβαίνει τὸν κόλπον ὅλον εὐδίαν ἴσχειν, πλὴν ἐφ' ὅσον οἱ λίβες καθ' ἑκάτερον τὸν εἴσπλουν παρεμπίπτοντες, κλύδωνας ἀποτελοῦσι, τῶν γε μὴν ἄλλων πνευμάτων ἀκλυδώνιστος ὢν τυγχάνει διὰ τὴν περιέχουσαν αὐτὸν ἤπειρον. AB INTIMO ſinu paeninſula excurrit, tumulus is ipſe, in quo condita urbs eſt, ab ortu ſolis, & a meridie cincta mari, ab occaſu ſtagnum claudit, paullum etiam ad ſeptemtrionem fuſum, incertae altitudinis utcumque exaeſtuat, aut deficit mare, cõtinenti urbem iugum ducentos fere, & quinquaginta paſſus patens coniungit.} Polybius. ἐν δὲ τῷ μυχῷ τοῦ κόλπου πρόκειται χερρονησίζον ὄρος. ἐφ' οὗ κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν περιεχομένην θαλάττῃ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας, ἀπὸ δὲ τῶν δύσεων λίμνῃ προσεπιλαμβανούσῃ καὶ τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους. ὥστε τὸν λοιπὸν τόπον μέχρι τῆς ἐπὶ θάτερα θαλάττης, ὃς καὶ συνάπτει τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, μὴ πλεῖον ὑπάρχειν ἢ δυεῖν σταδίων. Seruius Virgilium in primo hunc portum deſcripſiſſe ait, cum inquit.

Eſt in ſeceſſu longo locus. Inſula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq. ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.

Nam, quod ſequitur, de ſcopulis, praetermiſſum eſt a Liuio, cum tamẽ apud Polybium ſit. ἡ δὲ πόλις αὐτὴ μεσόκοιλός ἐστι. κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας πλευρὰν ἐπίπεδον ἔχει τὴν ἀπὸ θαλάττης πρόσοδον, τὰ δὲ λοιπὰ περιέχεται λόφοις, δυσὶ μὲν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσιν, ἄλλοις δὲ τρισὶ πολὺ μὲν χθαμαλωτέροις, σπιλάδεσι δὲ καὶ δυσβάτοις. & Virgilius.

Hinc atque hinc uaſtae rupes, geminique minantur
In caelum ſcopuli, quorum ſub uertice late
Aequora tuta ſilent.

VNDE cum tam parui operis munitio eſſet, non obiecit uallum imperator Romanus.} Polybius. τὸ δὲ μεταξὺ τούτων διάστημα τὸ συνάπτον τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, ἀχαράκωτον εἴασε κατὰ μέσην ὑπάρχον τὴν αὐτοῦ στρατοπεδείαν. SIVE fiduciam hoſti ſuperbe oſtentans, ſiue ut ſubeunti ſaepe ad moenia urbis recurſus pateret.} Polybius. οὔτε καὶ καταπλήξεως χάριν, οὔτε καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἁρμοζόμενος, ὅπως ἀνεμποδίστους ἔχῃ καὶ τὰς ἐξαγωγάς, καὶ τὰς ἀναχωρήσεις εἰς τὴν παρεμβολήν. AD urbem unam oppugnandum.} Vet. lib. Oppugnandam. Summa huius orationis eſt etiam apud Polybium, quamquam Liuius non omnia illa expreſsit. TERRA, mari inſtrui.} Vet. lib. Terra, marique inſtrui. OPPIDANO-

RVM duo millia ab ea parte, qua caſtra Romana erant, opponit, quingentis militibus arcem inſedit, quingentos tumulo urbis in orientem uerſo imponit, multitudinem aliam, quo clamor, quo ſubita uis aduocaſſet, reſiſtentem ad omnia, occurrere iubet.} Polybius. ὁ δὲ Μάγων ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς πόλεως τὸ μὲν τῶν χιλίων σύνταγμα διελὼν τοὺς μὲν ἡμίσεις ἐπὶ τὴν ἄκραν ἀπέλιπε τοὺς δὲ ἄλλους ἐπὶ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς λόφου περιέβαλε, τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς δ' εὐρωστοτάτους περὶ δισχιλίους καθοπλίσας τοῖς ὑπάρχουσι καὶ τὴν πόλιν ὅπλοις ἐπέστησε κατὰ τὴν πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν ἐπὶ τὴν τῶν πολεμίων στρατοπεδείαν. τοῖς δὲ λοιποῖς παρήγγειλε βοηθεῖν κατὰ δύναμιν πρὸς πάντα τὰ μέρη τοῦ τείχους. Quod ἰσθμὸν uocat Polybius, uertit Iugum Liuius. ET PRIMO haud impari ſtetere acie, ſubſidia deinde identidem ſummiſſa e caſtris non auerterunt ſolum in fugam hoſtes &c.} Omnia e Polybio uerſa ſunt: ὁ μὲν ἀλλ' ἕως μέν τινος ἐξάμιλλον συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν μάχην, τέλος δ' ἐξωθούμενοι τῷ βάρει &c. IPSE trium prae ſe iuuenum ualidorum ſcutis oppoſitis.} Polyb. ὁ δὲ Πόπλιος ἐδίδου μὲν αὑτὸν εἰς τὸν κίνδυνον ἐποίει δὲ τοῦτο κατὰ δύναμιν ἀσφαλῶς. εἶχε γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἄνδρας θυρεοφοροῦντας, οἳ παρατιθέντες τοὺς θυρεοὺς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπιφάνειαν σκεπάζοντες, ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζον. QVIDAM ſtantibus ſcalis cum altitudo caliginem oculis offudiſſet, ad terram delati ſunt.} Polyb. ἐφ' ἃς δὲ οἱ πρῶτοι προσβαίνοντες ἐτόλμων τὸ διὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάγειν, καὶ βραχείας προσδεόμενοι τῆς ἐκ τῶν ἀμυνομένων ἀντιπράξεως, ἐρρίπτουν σφᾶς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν κλιμάκων. SED quod euntes.} Subaudiendum, Poeni, ut ſit. Poeni Romanos ſubeútes ad ancipites utrimque ictus ſubiectos habebant. Ancipites utrimque ictus, a lateribus intelligit, ut poſt. Ancipitem utrimque hoſtem, a fronte & a tergo intelligit. CONFRACTIS, ne iter impediretur foribus.} Vet. lib. Confractis, ac diſtractis ne iter impediretur, foribus.

196 TVMVLVS primo impetu eſt captus.} Polyb. τὸν δὲ λόφον οἱ διὰ τῆς πύλης εἰσπεσόμενοι κατελάμβανον τὸν πρὸς τὰς ἀνατολὰς τρεψάμενοι τοὺς φυλάττοντας. MAGO conatus arcem defendere, cum omnia hoſtium plena uideret, neque ſpem ullam eſſe, ſe arcemque & praeſidium dedidit.} Polybius. Πόπλιος δὲ περὶ χιλίους ἔχων ὥρμησε πρὸς τὴν ἄκραν. ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλλετο Μάγων ἀμύνεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα συννοήσας βεβαίως ἤδη κατειλημμένην τὴν πόλιν διεπέμψατο περὶ τῆς ἀσφαλείας αὑτοῦ, καὶ παρέδωκε τὴν ἄκραν.

Eos publicos fore populo R. edixit.} Vet. lib. Populi R. ita Polyb. τοῖς δὲ χειροτέχναις κατὰ τὸ παρὸν εἶπε, διότι δημόσιοι τῆς Ῥώμης εἰσίν. CETERAM multitudinẽ incolarum iuuenum, ac ualidorum ſeruorum in claſſem ad ſupplementum remigum dedit.} Poly. ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκλέξας τοὺς εὐρωστοτάτους, καὶ τοῖς εἴδεσι, καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμαιοτάτους προσέμιξε τοῖς αὑτοῦ πληρώμασι. ET auxerat nauibus octo captiuis claſſem.} Polyb. καὶ ποιήσας ἡμιολίους τὰς πάσας ταύτας, ἢ πρόσθεν συνεπλήρωσε καὶ τὰς αἰχμαλώτους νῆας, ὥστε τοὺς ἄνδρας ἑκάστῳ σχεδὸν βραχύ τι λείπειν τοῦ διπλασίους εἶναι τοὺς ὑπάρχοντας τῶν προσγεγονότων. αἱ μὲν γὰρ αἰχμάλωτοι νῆες ἅμα ὀκτωκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν, αἱ δὲ ἐξ ἀρχῆς πέντε καὶ τριάκοντα. Ex his uerbis apparet legendum eſſe apud Liuium: Nauibus decem & octo captiuis. Quamquam poſt ait Liuius: Non de numero captarum nauium conuenit. CATAPVLTAE maximae formae centum uiginti, minores CCLXXXI.} Vet. lib Catapultae maximae ferme centum uiginti. XL millia modiorum.} Vet. lib. Modium. INTER tantas opes belli captas.} Vet. lib. Inter tantas opes bellicas. ET capienda urbe tantum laboris, periculique adiſſent.} Vet. lib. Et in capienda. SEX. Digitius ſocius naualis.} Socium naualem appellat, quicumque naualem operam nauat hoc loco. P. CORNELIVM Caudinum.} Caudinus cognomen Corneliorum Lentulorum fuit, ut ſupra diximus.

QVIPPE cum alibi CCC ferme.} Polybius, πλείους ὄντας τῶν τριακοσίων ὁμήρους, ait. E MEDIA turba obſidum mulier magno natu, Mandonij uxor, qui frater Indibilis Ilergetũ reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit, obteſtarique coepit, ut curam, cultumque feminarum impenſius cuſtodibus commendaret.} Polybius: ἐκ δὲ τῶν αἰχμαλωτίδων τῆς Μανδονίου γυναικὸς, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἀνδοβάλου τοῦ Ἰλεργητῶν βασιλέως προσπεσούσης αὐτῷ καὶ δεομένης μετὰ δακρύων ἐπιστροφὴν ποιήσασθαι τῆς αὐτῶν εὐσχημοσύνης ἀμείνω Καρχηδονίων. CVM Scipio nihil profecto defuturum ijs diceret, tum rurſus mulier, Haud magni iſta facimus, inquit, quid enim huic fortunae nõ ſatis eſt?} Polybius. συμπαθὴς γενόμενος ἤρετο τί λείπει τῶν ἐπιτηδείων αὐταῖς, καὶ γὰρ ἦν ἡ γυνὴ πρεσβυτέρα, καὶ τινὰ προστασίας ἀξιωματικὴν ἐπιφαίνουσα. ὁ δὲ Πόπλιος θαρρεῖν ἐκέλευε τὰς γυναῖκας, αὐτὸς γὰρ ἑτέρους ἐπιστήσειν φροντιοῦντας ἵνα μηδενὸς αὐτὰς ἐλλείπῃ τῶν ἐπιτηδείων. ἡ δὲ ἐπισχοῦσα μικρὸν. οὐκ ὀρθῶς, ὦ στρατηγὲ, τὸν ἡμέτερον ἐκδέχῃ λόγον, εἰ νομίζεις ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς γαστρὸς δεῖσθαι σοῦ νῦν. Quibus ex uerbis intelligi poteſt nihil huic Liuianae ſententiae deſiderari, contra quam cenſet Glareanus. Scipio uictui ſe conſulturum feminarum reſpondit, mulier pudicitiae eum ut conſulat, rogat.

ALIA me angit cura aetatem harum intuentem, nam ipſa iam extra periculum muliebris iniuriae ſum (ſimul aetate, & forma florentes circa eam Indibilis filiae erant.} Vet. lib. non habent uocem, Angit, & pro, Simul, habẽt Stimulat. Quam lectionem probo. Polybius. καὶ τότε λαβὼν ὁ Πόπλιος ἔννοιαν τὸ βούλημα τῆς γυναικὸς, καὶ θεωρῶν ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν ἀκμὴν τῶν Ἀνδοβάλου θυγατέρων, καὶ πλειόνων ἄλλων δυναστῶν, ἠναγκάσθη δακρῦσαι τῆς γυναικὸς ἐν ὀλίγῳ τὴν τῆς περιστάσεως ἔμφασιν ὑποδεικνυούσης. NE quid quod ſanctum uſquam eſſet.} Virginum deditarum pudicitia. QVAE nec in malis quidem.} Vet. lib. Ne in malis quidem. CAPTIVA deinde a militibus adducitur ad eum adulta uirgo, &c.} Polybius. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτο νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν, καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερούσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν, καὶ συνειδότες φιλογύνην ὄντα τὸν Πόπλιον, ἧκον αὐτὴν ἄγοντες &c. QVIA ipſe, ſi frui liceret ludo aetatis, praeſertim recto, & legitimo amore, & non reſpublica animum noſtrum occupaſſet,

cupaſſet, ueniam mihi dari ſponſam impenſius amanti uellem. ʒ Vet.lib. Praeſertim illecto recto legitimo amore. ut ſit. ſi mihi liceret frui ludo aetatis, praeſertim illecto recto, & legitimo amore.

QVINDECIM fere ſenatoribus, qui cum eo capti erant. ʒ Polyb. δύο μὲν γὰρ ἦσαν καλούμενοι τῶν ἐκ τῆς γερουσίας, πέντε δὲ καὶ δέκα τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου. IN naui impoſitis. ʒ Vet.lib. In nauem.

IPSE paucos dies, quibus morari Carthagine ſtatuerat, exercédis naualibus pedeſtribusq. copijs abſumpſit. ʒ Polybius. αὐτὸς δὲ χρόνον μέν τινα ἐν τῇ Καρχηδόνι τάς τε ναυτικὰς δυνάμεις ἐγύμναζε συνεχῶς καὶ τοῖς χιλιάρχοις ὑπέδειξε τοιοῦτόν τινα τρόπον τὰς τῶν πεζικῶν στρατοπέδων γυμνασίας. PRIMO die legiones in armis quattuor milium ſpatio decurrerunt. πρώτην μὲν ἡμέραν ἐκέλευε τροχάζειν ἐπὶ τριάκοντα στάδια ἐν τοῖς ὅπλοις. Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iuſsit. τὴν δὲ δευτέραν πάντας ἐκλαμπρύνειν, καὶ θεραπεύειν, καὶ κατασκοπεῖν ἐν τῷ φανερῷ τὰς πανοπλίας. Tertio de ſudibus inter ſe in modum iuſtae pugnae concurrerunt, praepilatisque miſsilibus iaculati ſunt, quarto die quies data. Polybius haec praepoſtere narrat. τῇ δὲ ἑξῆς ἀναπαύεσθαι καὶ ῥᾳθυμεῖν. τῇ δὲ μετὰ ταύτην, τοὺς μὲν μαχαιρομαχεῖν ξυλίναις ἐσκυτωμέναις μετ' ἐπισφαιρῶν μαχαίραις, ἐπὶ δὲ τούτοις ἐσφαιρωμένοις γρόσφοις ἀκροβολίζειν. Quincto iterum in armis decurſum eſt. τῇ δὲ πέμπτῃ πάλιν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς δρόμους κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπανάγειν. REFECTISQVE, quae quaſſata erant muri. ʒ Vet.lib. Refectisque, quos quaſſauerant muris. DISPOSITISQVE praeſidiis ad cuſtodiam urbis Tarraconem eſt profectus. ʒ Polybius. μετὰ ταῦτα τῆς τε φυλακῆς, καὶ τῆς τῶν τειχῶν κατασκευῆς ἀσφαλισάμενος τε κατὰ τὴν πόλιν, ἀνέζευξε καὶ τῇ πεζικῇ καὶ ναυτικῇ δυνάμει, καὶ προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Ταράκωνα ἔχων μετ' αὐτοῦ καὶ τοὺς ὁμήρους.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XXVII

CN. FVLVIVS pro cos. cum exercitu ab Hannibale caeſus eſt. ʒ Vet.li. Caeſus ad Herdoneam eſt. recte. ita enim quoque Liuius. SVBINDE caedentem preſsit, donec effugeret. ʒ Vet.lib. donec confligeret. FABIVS Maximus pater conſulis. ʒ Emenda, pater conſul. ut infra. Maximus filius.

TARENTINOS per deditionem accepit. ʒ Vet.lib. per proditionem recepit. egregie. ut enim amiſſum fuerat, ſic receptum proditione Tarentum eſt. Plutarch. in Fabio. τὸν δὲ Ταραντίνων πόλιν ἔσχεν ἐκ προδοσίας. ITA ut inimicum falleret, electa manu profectus. ʒ Vet.lib. Ita ut hoſtem falleret, cum electa manu profectus.

IN . LIBRVM . XXVII

IN Italia conſul Marcellus. ʒ Vet.lib. In Italia autem conſul Marcellus. quae lectio neſcio cur a Rhenano reijciatur. SALAPIA per proditionem recepta. ʒ Vet. lib. per deditionem. MARONEAM & Meles de Samnitibus ui cepit. ʒ Nomina horum opidorum reticet Plutarchus in Marcello cum ait. τὰς σαμνιτικὰς πόλεις μεγάλας ἀφεστώσας ἑλών. Item quod ait Liuius. Ad tria millia militum, Hannibalis, Plutarch. inquit. Ἀννίβου στρατιώτας τρισχιλίους ὄντας. PRAEDAE aliquantum eius militi fuit conceſſum. ʒ Placet coniectura Beati Rhenani, quam miror ab alijs eſſe repudiatam. Praedae aliquantum, uſui militum conceſſa. Nam lib. xxv. ait. Ad diripiẽda hoſpitia Romana paſsim diſcurſum eſt. & fuit praedae aliquantum. CN. Fuluius proconſul. ʒ Cn. Fuluius Centumalus. Nam CN. Fuluium Flaccum praetorem biennio ante in iiſdem locis deuicerat. ITA ut famam propè praeueniret. ʒ Vet.lib. Famam quoque. QVINCTA legio, & ſexta alacriter pugnam inierunt. Vet.li. Quincta legio, & ſiniſtra ala acriter pugnam inierunt. inierunt. recte. Nam paullo poſt ait. Prima legio, & dextera ala. Item. Primae legioni tertia, dextrae alae ſiniſtra ſubit. Item multo poſt. peditũ prima legio, & dextera ala proelium inibant. MVLTI cecidiſſent Romanorum. ʒ Vet.lib. Romanorum cecidiſſent. CN. Fuluius cum duodecim tribunis militum cecidit. ʒ Vet. lib. habent. Cum undecim. quod placet. Nam Plutarchus in Marcello ſic ait. ἔπειτα τῷ ἀνθυπάτῳ Φουλβίῳ γ' αὖθις ἀνδυνάτων ἐν Ἀρδωνέῃ κατακτείναντες μὲν αὐτὸν σὺν ἕνδεκα χιλιάρχοις. MARCELLVS nihil admodum tanta clade territus litteras Romam ad ſenatum de duce, & exercitu ad Herdoneam amiſſo ſcribit. Ceterum eundem, &c. ire aduerſus eum, breuem illi laetitiam, qua exſultet facturum. ʒ Haec uerba uertit Plutarchus in Marcello, & Liuium auctoré profitetur. ita. κατακόψαντες δὲ τῆς στρατιᾶς τὸ πλεῖστον, ἔπεμψεν εἰς Ῥώμην γράμματα τοὺς πολίτας παρακαλῶν θαρρεῖν· αὐτὸς γὰρ ἤδη βαδίζειν ὡς ἀφέλοιτο τὴν χαρὰν Ἀννίβου. καὶ ταῦτα μὲν ὁ Λίβιος φησιν ἀναγνωσθέντα τὰ γράμματα μὴ λύπης ἀφελεῖν ἀλλὰ τῷ φόβῳ προσθεῖναι τὸν Ῥωμαίων μεῖζον ἡγουμένων τὸ γεγονότος τὸ κινδυνεύσομενον, ὅσῳ φαῦλον κρείττων ἦν Μάρκελλος. ὁ δὲ ὥσπερ ἔγραψεν εὐθὺς ἐπ' ἴχνος διώκων, εἰς τὴν Λευκανίαν ἐνέβαλεν, καὶ περὶ πόλιν Νουμίστρωνα καθήμενος. &c. AB hora tertia cum ad noctem pugnam extendiſſent, &c. ʒ Plutarchus. ἀπὸ γὰρ ὥρας τρίτης συμπεσόντες ἤδη σκότους μόλις διέλυσαν.

POSTERO die ab ſole orto in multum diem ſtetere in acie. ʒ Plutarchus. ἡμέρᾳ προαγαγὼν αὖθις τὸ στράτευμα παρέταξε διὰ τῶν νεκρῶν, &c. VALERIVM potius conſulem ex Sicilia reuocari. ʒ Plutarchus. διὸ καὶ ἀρχαιρεσιῶν ἐπειγόντων ἔδοξε τῇ βουλῇ μᾶλλον ἐκ Σικελίας τὸν ἕτερον ὕπατον, ἢ Μάρκελλον συμπεπλεγμένον Ἀννίβᾳ κινεῖν. L. FVRIO Purpurione. ʒ Purpureone. ex Capitol. tabulis. L. MANLIO praetore urbis. ʒ Vrbano. Vet.lib. LEGATI ab rege Syphace Romam uenerunt, quae is proſpera proelia rex 198

lia rex

lia rex cum Carthaginienſibus feciſſet, memorantes.} Vox, Rex, abeſt a uet. lib. neque certe eſt neceſſaria. M. ATILIVS, & M. Acilius.} Scribe M'. Acilius eſt enim M'. Acilius Glabrio, de quo infra magna fit mentio. MVLTA aeſtate, qua haec facta ſunt.} Vet. lib. Ea aeſtate, qua. LASCIVIENTIVM piſcium more exſultaſſe.} Vet. lib. Piſcium modo exſultaſſe. PROPE annos LX in Sicilia.} ab Ap. Claudio conſule, qui primus bellum in Siciliam tranſtulit ad hunc numerantur anni LV.

IMPROVISO in agro Vticenſi excurſionem fecit.} Vet. lib. In agrum Vticenſem. Q. FVLVIVS dictator dictus. Plutarchus in Marcello. ἐλθόντα δὲ ἐκέλευεν εἰπεῖν δικτάτορα κόϊντον φούλβιον. ἐπεὶ δὲ ἐλθὼν ἀπὸ τῆς σικελίας ὁ τῷ μαρκέλλῳ συνάρχων ἕτερον ἐβούλετο λαβεῖν δικτάτορα, καὶ βιασθεὶς παρὰ γνώμην μὴ βουλόμενος ἐξέπλευσε νυκτὸς εἰς σικελίαν, &c. Tribuni plebis rogarunt, plebesq. ſciuit.} Trita loquendi forma. Tribuni plebem rogarunt plebesq. ſciuit. ſic etiam paullo poſt. Ex auctoritate patrum ad plebem latam, plebemque ſciuiſſe.

GALERIA iuniorum, quae ſorte praerogatiua erat.} Vet. lib. Quae ſorte. Quanquam, ſorte, probatur, ut lib. XXIV. Eo die cum ſors praerogatiuae ante iuniorum exiſſet. & Cicero Philipp. II. Sortitio praerogatiuae. Galeria autem nomen eſt, ut tribus, ſic centuriae, ut Veturia, de qua ſupra.

EODEMQVE iure uocatae reliquae inclinaſſent.} Vox, reliquae, uacat, ut ueteres indicant libri. opponit autem, iure uocatas centurias praerogatiuis. iudicium autem inquit praerogatiuae ſecutae eſſent eae quae iure uocatae dicuntur. de quibus nos ſupra. MAGISTRATVM continuari.} Ex dictatore conſulem fieri. Cum Flaminius alter conſul.} Vet. lib. Cum C. Flaminius. L. POSTVMII Megilli.} L. Poſtumij Megelli. ex capit. conſulibus & Vetuſtis libris. CONSVL cum Cn. Iunio Bubulco.} Lege, Cum C. Iunio. ex Caſsiodoro & tabulis Capit. conſules fuerunt anno V. C. CDLXI. PRAETORES creati.} Vet. lib. Praetores inde creati. P. MANLIVS Volſo.} Vulſo. ex Cap. tabulis.

T. SEMPRONII T. F. Longi T. Sempronius C. F. Longus.} Lege Ti. Sempronij T. F. Longi Ti. Sempronius. Eſt enim Tiberius Semproniorum praenomen. M. AEMILIVS Pappus.} Papus. ex Capitolinis tabulis.

199 L. PORCIVS Licinius.} Licinus. ex Capitolinis tabulis. C. CALPVRNIVS eidem praeeſſet prouinciae, exercituique, quem Q. Fuluius habuiſſet. Capuam exercitumque T. Quinctius obtineret.} Ex uet. lib. legit Rhenanus. Capuam, exercitumque, quem Q. Fuluius habuiſſet, T. Quinctius obtineret, & recte. nam paullo poſt ait. Conſulum alter T. Quinctius Criſpinus ad exercitum, quem Q. Fuluius Flaccus habuerat, profectus. C. MANILII Attelij, qui unus ex plebe petebat.} Hunc eundem libro XLI, ubi de morte eius agit, C. Attelium Aemilium nominat. Eſt autem utrobique legendum C. Mamilius Vitulus. Nam alibi etiam pro Mamilio, Aemilius. & Manlius eſt uitioſe. Mamilij autem plebeij ſunt, ex quibus Q. Mamilius Vitulus conſul fuit anno CDXCI in tabulis Capitolinis. Vet. lib. hoc habent uarietatis, quod Attellus habent. C. LECTORIVS.} Lactorius. ut ante.

CVM L. Licinius praetor inde eduxiſſet.} Nemo hoc anno Licinius praetor fuit, at ſequenti duo Publij Licinij Varus, & Craſſus, ille urbanus, hic peregrinus, urbanum autem intelligit. Itaque P. eſt ſcribendum non L. TRIGINTA tum coloniae populi R. erant.} Hic locus eſt, quo colonias populi R. enumeremus, quas hoc tempore triginta fuiſſe ſcribit Liuius, quarum duodecim negaſſe opem Romanis, duodeuiginti benigne praeſtitiſſe. Nomina XII Liuius edit haec. Ardeam, Neper, Sutrium, Circeios, Albam, Carſeolos, Sueſſam, Soram, Setiam, Gales, Narniam, Interamnam. XIIX. autem, haec. Signiam, Norbam, Saticulam, Brundiſium, Fregellas, Luceriam, Venuſiam, Hadriam, Firmum, Ariminum, Pontiam, Paeſtum, Coſſam, Beneuentum, Aeſerniam, Spoletum, Placentiam, & Cremonam. Placet autem omnes colonias, quae hucuſque Liuio auctore deductae ſunt, & quo quaeque anno deducta ſit exponere, ut multo plures, quam triginta deductas fuiſſe probemus.

Medullia a Romulo rege deducta. Dionyſ.
III Cameria a Romulo Rege. Dionyſius.
III Fidenas a Romulo deductas ſcribit Dionyſius eidem colonos additos eſſe anno CCCXXVI. ſcribit Liuius.
IV Antemnae a Romulo Rege.
V Cruſtomeria a Romulo Rege.
VI Oſtia ab Anco rege. Plin. lib. IV. cap. V. Huius poſt meminit Liuius anno. DXLIII. & anno DLIX.
VII Signia a Superbo Rege.
IIX Circeij a Superbo Rege.
IX Core } Harum meminit anno CCLI
X Pomeria } Liuius, quo autem anno deductae ſint non exponit.
XI Velitrae deductae anno CCLX.
XII Norba, ut in Pomptino arx eſſet anno CCLXII.
XIII Antium in Volſcis. anno CCLXXXV. Eodé noua colonia miſſa. an. CCCCXIII. Huius poſt meminit Liuius anno DXLIII. & an. DLIX.
XIV Ardea. anno CCCXII.
XV Lauici. anno CCCXXVII.
XVI Vitella. Huius meminit anno CCCLXII. quo anno deducta ſit non ait.
XVII Sutrium. Liuius nuſquam coloniae huius meminit niſi hoc loco, & lib. XXIX, ubi XII harum etiam coloniarum nomina profert. at meminit Sutrij colo-

niae

niae Diodorus anno poſtquam Roma capta eſt. Velleius ſeptem poſt R. captam annos deductam tradit.

XIIX Nepet. anno CCCLXXIII.

XIX Satricum. Huius meminit Liuius anno CCCLXXIV, quo anno expugnatam a Praeneſtinis ait. item poſt etiã anno CDXXXV. quo tamen anno deducta ſit, non exprimit. Velleius annos ſeptem poſt Romam captam deductam ſcribit. quamquam ibi uulgo Sutrium, non Satricum ſcribitur.

XX Setia Norbae finitima ann. CCCLXXVII.

XXI Cales. anno CDXXI.

XXII Anxur. anno CDXXVI. eadem Tarracina dicitur an. CDLIIX. & DLIX.

XIII Fregellae. anno CDXXVII.

XXIV Luceria. anno CDXL.

XXV Sueſſa Auruncorum. anno CDXLI.

XXVI Pontia. anno CDXLI.

XXVII Saticula. hanc eodem anno conditã quo Sueſsã ſcribit Velleius. cuius rei nshil meminit Liuius, Saticulanos tamen inter XIIX. fidos colonos hoc loco numerat.

XXIIX Caſinum. anno CDXLII.

XXIX Interamna. anno CDXLII.

XXX Sora Volſcorum. anno CDL. deductae Sorae tamen coloniae meminit ante in anno CDXXIX.

XXXI Alba Aequorum. anno CDL.

XXXII Carſeoli. anno CDLI.

XXXIII Nequinum. ſiue Narnia in Vmbria. anno CDLIII.

XXXIV Minturnae. anno CDLVI.

XXXV Sinueſſa. anno CDLVI.

XXXVI Venuſia. Hanc deductam eſſe ſcribit Velleius quadriẽnio poſt Sinueſſam, ideſt anno CDLV. cuius ne uerbum quidem Liuius, quia periit ille annus. Nominat tamen hoc loco Venuſinos inter fidos colonos.

XXXVII Caſtrum, XXXIIX Sena, XXXIX Hadria } Hae coloniae deductae sũt poſt annum CDLXII, quantum diuinari ex epitoma libri XI. poſſum. Velleius Caſtrum deductam ait initio belli Punici, id eſt anno CDLXXXVI. Caſtri noui coloniae maritimae meminit Liuius anno DLIX. Senae meminit Polybius lib. ſecundo.

XL Coſſa., XLI Paeſtum } Has deductas eſſe ſcribit Velleius Fabio, et Canina cos. ideſt, anno CDLXXIX. In epi. lib. XIV. Poſidonia, & Coſſa.

XLII Ariminum, XLIII Beneuentum } deductae, ut ait Velleius, Sempronio Sopho, & Ap. Claudio cos. i. an. CDLXXXIII. item epit. lib. XV. Huius meminit Polybius lib. II. 161

XLIV Firmum initio belli Punici cum Caſtro deductam ait Velleius. i. CDLXXXVI. & Firmani inter fidos colonos nunc a Liuio referuntur.

XLV Aeſernia poſt annum, quam Firmum deducta. ut ait Velleius. item eſt in epitoma lib. XVI. ideſt, CDLXXXVII.

XLVI Aeſulum., XLVII Alſium } deductae poſt annum XVII. quam Aeſernia, ut ait Vell. apud quem eſt XXII. mendoſe pro XVII. i. an DIII.

XLIIX Fregenae. poſt biennium quam Aeſulum. ut ait Velleius. ideſt, anno DV. Fregenae coloniae maritimae meminit Liuius anno DLIX.

XLIX Brundiſium proximo anno, quam Fregenae Torquato, et Sempronio cos. ut ſcribit Velleius. ideſt, anno DVI.

L Spoletum triennio poſt Brundiſium. ex Velleio. & epit. lib. XX. ideſt, anno DIX.

LI Valentia poſt biennium quam Spoletum. Velleius. i. anno DXI.

LII Cremona, LIII Placentia } Sub aduentũ Hannibalis. ut ait Velleius. et epit. lib. XV. Ped. in Piſonem Scipione, & Longo cos. deductas ſcribit primo anno II belli Punici. ideſt, an. DXXXII. Placentiam autem uocat coloniam a populo Rom. deductam LIII.

Nepete.} Nepet. ut ſupra ſaepius. Cvm alternis haec conſules diu iactaſſent.} Vet. lib. Conſules demonſtraſſent. Vbi tantus pauor animis hominum eſt iniectus, Vet. lib. Omnium. Vt magna pars actum de imperio diceret.} Vet. lib. Dicerent.

Satricvlaniqve.} Supra oſtendi ex Velleio, Stephanoq. legendum eſſe Saticulam, addo etiam ex Veterum librorum auctoritate. 100 Essernini.} Aeſernini. ut ſupra etiam oſtendi.

Spoletini.} Vet. lib. Spoletani, itemq. Priſc. lib. II. docet eſſe loquendum. ut Spoletum Spoletanus. ut Beneuentum Beneuentanus. Vt C. Hoſtilius Pr. ludos Apollinis, ſicut his annis uoti, factiq. erant, uoueret, faceretq.} Vet. lib. Apollini. & recte. Creati cenſores, ambo, qui nondum conſules fuerant, M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. duo cenſores, ut agrum Cãpanum fruendum locarent, latum ad plebem eſt.} Vox, duo, ni fallor, habet mendum. Cur enim duo? quando ſic locutus eſt Liuius? uereor ne, hi, legendum ſit. idque erroris cauſſam librario tribuerit, quod hi pro II duorum nota acceperit. T. Manlivs Torquatus erat.} Is anno DXIX cenſor fuerat. Cap. lapid. Ex iis, qui principio eius belli ſexdecim annos nati fuerant, neque militauerant,

aerarios fecerunt.} Vet.lib.Decem & ſeptem annos.recte.Sic enim & ipſe ait lib.xxv.Tribuni pl.ad populum ferrent,ut qui minores ſeptem,& decem annis ſacramento dixiſſent,ijs perinde ſtipendia procederent,ac ſi ſeptem & decem annorum,aut maiores milites facti fuiſſent. ET AVDACIA, & audendi omnia neceſsitatibus pares.} Vet.lib.Et audacia,& ad audendum omnia. MARCELLVS & conſulis litteris excitatus,} Vet.lib.Excitus. PAVCOS poſt dies conſecutus Fabius, qui & collegam coram obteſtatus,& per litteras Marcellum,ut quam acerrimo bello detineret Hannibalem,dum ipſe Tarentũ oppugnaret.& poſt.Marcellus litteris conſulis excitus, ad Canuſiũ Hannibali occurrit.} Haec ita uertit Plutarchus in Marcello. συνθέμενος δὲ πρὸς φάβιον μάξιμον, ὅπως ἐκεῖνος μὲν ἐπιχειρῇ ταραντίνοις, αὐτὸς δὲ συμπλεκόμενος καὶ περιέλκων ἀννίβαν ἐμποδὼν ᾖ τῷ βοηθεῖν πρὸς ἐκεῖνον, ἐπέβαλε περὶ κανύσιον.

NOCTE praegreſſum aſſequitur.} Vet. lib. Nocte praegreſſum eum aſſequitur. CEDERE inde Romanis dextra ala,& extraordinarii cepere.} Plutarchus. τῷ δεξιῷ περιῆλθε. Qui ſint extraordinarii, docet Polybius lib.VI. ἀθροισθέντος δὲ δώδεκα ἄρχοντες προκεχειρισμένοι ὑπὸ τῶν ὑπάτων, οἱ τοῖς ὑπάτοις τὰς ἐπιτηδειοτάτους πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ τῶν παραγεγονότων συμμάχων ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς ἐξέλεγον τοὺς ἐπικαλουμένους ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπίλεκτοι. CECIDEREQVE in pugna ad duo millia & ſeptingenti.} Plutarchus.ἑπτακοσίοις ἐπὶ δισχιλίοις ῥωμαίων πεσόντων. QVOS leuibus proeliis fugaſtis.} Vet.lib. Fatigaſtis.

CORPORA tantum,atque arma eadem ſunt.} Plutarch. ὁρῶ,ἔφη, ῥωμαίων ὅπλα πολλά, καὶ σώματα, ῥωμαῖον δὲ μηδένα ὁρῶ. NE prius heſternae fugae,quam hodiernae uictoriae fama Romam perueniat.} Plut.ὅπως οἱ πολῖται τὴν νίκην πρότερον,ἢ τὴν φυγὴν ἀκούσωσιν.

201 COHORTIBVS, quae ſigna amiſerant,hordeum dari iuſsit. Plutarch. προσέταξε ταῖς ἡττημέναις σπείραις ἀντὶ πυρῶν κριθὰς μετρῆσαι. CVM eo nimirum,inquit,hoſte res eſt,qui nec bonam,nec malam ferre fortunam poteſt.} Plutarch. ὦ ἡράκλεις, εἶπε, τί χρήσεταί τις ἀνθρώπῳ; μήτε τὴν χείρονα τύχην, μήτε τὴν βελτίονα φέρειν εἰδότι. μόνος γὰρ οὗτος ὅτε νικῶν δίδωσιν ἀνάπαυσιν, ὅτε λαμβάνει νικώμενος.

HANNIBAL elephantos in primam aciem induci iuſsit.} Plutarchus:ἐκέλευσεν ἀννίβας τὰ θηρία καταστήσαντας εἰς πρώτην τάξιν ἐπάγειν τοῖς ὅπλοις τῶν ῥωμαίων. NI C. Decimius Flauus tribunus militum ſigno arrepto primi haſtati.} Plutarchus.εἷς τῶν χιλιάρχων ὄνομα φλάβιος ἀναρπάσας σημαίαν,ἀντετίαξεν.

VT eſt genus anceps } Quod elephanti tam in ſuos,quam in hoſtes ruant. CAESA ad octo millia hominum.} Plutarchus. λέγονται γὰρ ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους ἀποθανεῖν. Quod autem de Romanis ait mille ferme & ſeptingentos interfectos,Plutarch.ait aliter.ῥωμαίων δὲ νεκροὶ μὲν ἐγένοντο τρισχίλιοι.

OPIDVM in Salentinis Manduriam.} Stephanus Mandurium uocat. μανδύριον πόλις ἰαπυγίας, ὁ πολίτης μανδυρῖνος. PRAESIDII praefectus deperibat amore mulierculae.} Plutarchus & hanc opinionem, & alteram de muliere a praefecto amata recitat. quam quidam Fabij pailacam fuiſſe tradiderunt.

PRODITIONIS conciliator nunciauerat.} Vet.lib.pronunciauerat. AD prodidionis famam exſtingendam.} Plut.ὡς μὴ προδοσίᾳ τὴν πόλιν ἔχων φανερὸς γένοιτο. BRVTTII quoque multi interfecti.} Vet. lib.Paſsim interfecti. QVI interroganti ſcribae, quid fieri de ſignis uellet, deos iratos Tarentinis relinqui iuſsit.} Plutarchus. λέγεται τὸν γραμματέα πυθέσθαι τοῦ φαβίου περὶ τῶν θεῶν τί κελεύει, τὰς γραφὰς οὕτω προσαγορεύοντα, καὶ τοὺς ἀνδριάντας, τὸν δὲ φάβιον εἰπεῖν, ἀπολείπωμεν τοὺς θεοὺς ταραντίνοις κεχολωμένους. IIS qui Cauloniam obſidebant.} Obſeſſae Cauloniae meminit etiam Plutarchus in Fabio. καὶ καυλωνίαν ἐξελεῖν ταλαιπωροῦντας. ET Romani,inquit, ſuum Hannibalem habent.} Plutarchus. καὶ τὸ πρῶτος μὲν εἰπεῖν, ἦν ἄρα καὶ ῥωμαίοις ἀννίβας τις ἕτερος. ἀπεβάλομεν γὰρ τὴν τῶν ταραντίνων πόλιν, ὥσπερ ἐλάβομεν.

202 QVINQVE millia ferme ab urbe.} Plutarch.τεσσαράκοντα σταδίους. INDE duos Metapontinos cum litteris principum eius ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit.} Plutarh. συνθεὶς ἐπιστολὰς παρὰ τῶν ἐν μεταποντίῳ δυνατῶν ἔπεμψε πρὸς τὸν φάβιον &c. P.SCIPIO in Hiſpania.} Hinc etiam Polybius perſequitur res geſtas P. Scipionis in Hiſpania lib. X. κατὰ δὲ τὴν ἰβηρίαν ὁ πόπλιος ὁ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς ποιούμενος τὴν παραχειμασίαν ἐν ταρακῶνι. EDESCO ad eum clarus inter duces Hiſpanos uenit.} Polybius, Edeco.λαβὼν συναγωνιστὴν ἐδεκῶνα τὸν δυνατὸν δυνάστην. EADEM cauſſa Indibili, Mandonioq. fuit.} Polyb. ἀνδοβάλης δὲ καὶ μανδόνιος μέγιστοι μὲν ὄντες δυνάσται τῶν τότε κατ' ἰβηρίαν &c. NAVALES ſocios terreſtribus copiis addidit.} Polyb.συνεύξας ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσι τὰς πεζικὰς δυνάμεις. ET iam Laelius redierat ab Roma.} Polybius, πόπλιος δὲ προσδεξάμενος γάϊον λαίλιον καὶ διακούσας τῶν παραγγελμάτων ὑπὸ τῆς συγκλήτου προῆγε τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐκ τῆς παραχειμασίας. PROPE urbem Baetulam. } Polybius Baecula nominat. ἐγγίσας δὲ τῷ κασδρούβᾳ, καὶ τοῦτον περὶ βαίκυλα τόπους.& Liuius paullo poſt. Paucis poſt proelium factum ad Baetulam diebus,cum Scipio rediens Taraconem ſaltu Caſtulonenſi iam exceſsiſſet.Stephanus item.βαίκυλα πόλις ἰβηρίας,τὸ ἐθνικὸν βαικυλεύς. Item Ptolemaeus. IPSE expeditos ad leuem armaturam infimo ſtantem ſupercilio ducit.} Polybius. τοὺς δὲ γροσφομάχους,καὶ τῶν πεζῶν τοὺς ἐπιλέκτους ἐξαφιείς, ἐκέλευε προσβάλλειν πρὸς τὴν ὀφρύν· καὶ κατατειράζειν τῆς τῶν πολεμίων ἐφεδρείας.

ET aſſuetudine ſuccedendi.} Vet.lib.Aſſuetudine tamen ſuccedendi. IPSE ab laeua,circuitu haud magno,in tranſuerſos hoſtes incurrit.} Polybius. τοὺς δὲ λοιποὺς ἑτοίμους ἔχων αὐτὸς περιελθὼν τὴν ὀφρὺν κατὰ κὸ λαιὸν τῶν ὑπεναντίων προσέβαλλε τοῖς καρχηδονίοις. HASDRVBAL iam antequam dimicaret,pecunia rapta,elephantisq.praemiſsis quamplurimos poterat de fuga excipiens praeter Tagũ flumen ad Pyrenaeum

ſenaeum tendit.} Polybius. *Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς διαλογισμὸν δοκοῦν ἐλπίσας, καὶ διαπεπραγμένος τὰς αὐτοῦ δυνάμεις, τὸ μὲν ψυχομαχεῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐλπίδος ἀπεδοκίμασε, λαβὼν δὲ τά τε χρήματα, καὶ τὰ θηρία, καὶ τῶν φυγόντων ὅσους ἠδύνατο πλείστους ἐπισυναγόμενος ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν περὶ τὸν Τάγον ποταμὸν ὡς ἐπὶ τὰς Πυρήνης ὑπερβολάς.* In recenſendis captiuis decem millia peditum, duo millia equitum uenit.} Polyb. *συναθροίσας τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ὧν ἦσαν πεζοὶ μὲν εἰς μυρίους, ἱππεῖς δὲ καὶ πλείους δισχιλίων.*

Regem cum ingenti conſenſu appellauit.} Polyb. *κατὰ δὲ τὰς ἐντεύξεις βασιλέα προσφωνούντων τὸν πόπλιον.* & poſt *μετὰ δὲ μάχην ἅπαντες βασιλέα προσφωνούντων.* Sibi maximum nomen imperatoris eſſe dixit.} Polyb. *παρήγγειλε στρατηγὸν αὐτὸν προσφωνεῖν.* Taciti iudicarent.} Vet.lib. Taciti iudicarent. 203

Numidam ſe eſſe ait.} Vet.lib. Numidam ſe lacrymans eſſe ait.

Praesidio tantum ad inſidendum Pyrenaeum miſſo.} Polybius. *ἐπὶ δὲ τὰς ὑπερβολὰς τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἐξαπέστειλε τοὺς τηρήσοντας τὸν Ἀσδρούβαν.* Cum Scipio rediens iam Taraconem ſaltu Caſtulonenſi exceſſiſſet.} Vet. lib. Cum Scipio rediens Taraconem ſaltu Caſtulonenſi iam exceſſiſſet. Polybius: *ἀνεχώρησε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Ταρακῶνα ἐν τούτοις τοῖς τόποις ποιήσεσθαι τὴν παραχειμασίαν.* Media aeſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet.} Plutarchus Sinueſſam edit pro Venuſia. *ἀλλὰ κατὰ χειμῶνα εἰς Καμπανίαν ἀπελθών, καὶ τὸ θέρος ἐν Σινοέσσῃ διάγων ἀναλαμβάνων τοὺς στρατιώτας.* Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus pl.} Plutarchus. *οἱ δὲ ἐχθροὶ Πουβλίκιον Βίβλον ἕνα τῶν δημάρχων ἀνέστησαν ἐπὶ τὴν κατηγορίαν αὐτοῦ.* Lapides Capitolini, Poblicius. Cum tamen neceſſarij Claudij obtinuerunt.} Vet. lib. Tum tamen. Nec ab imperio eius abrogando.} Vet.lib. Nec de imperio eius. Malim tamen, Ei. Nam Abrogare alteri imperium dicitur, & magiſtratum. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio eſt.} Plutarchus. *τοῦ δήμου συνελθόντος εἰς τὸν Φλαμίνιον ἱππόδρομον.* Q. Claudius Flamen.} Vet. lib. Q. Claudius Flaminius. Suſpicor, Flamininus legendum, eumq. eſſe, de quo priore libro dixit. C. Claudius Flamen dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abijt, atque inde cognomen inueniſſe, quod Quinctij etiam tulerunt. Mures in aede Iouis auris aurum roſiſſe.} Plutarchus in Marcello. *καὶ μύες τὸν ἐν Διὸς χρυσὸν καταφαγόντες.* Singulos dies inſtaurati.} Vet.lib. In ſingulos dies, recte. ſic enim ſemper alibi loquitur. non eſt opus exemplis. Ex Campania nunciata erant.} Vet. lib. Et ex Campania nunciata erant. Pestilentia grauis incidit per urbem, agrosq.} Redde ſuam uocem, incidit in urbem. ſic enim ueteres, quos legi, habent libri. Fecitque ad III Nonas Quinctiles.} Scribe ex omnium librorum ueterum auctoritate, ante diem tertiũ Nonas Quinctiles, cuius locutionis uim non intelligens Rhenanus, mutauit, & deprauauit. Eſt autẽ ante diem tertium Nonas, idem atque III Nonas, ideſt tertio die ante Nonas. integram hinc fuiſſe Latinam dicendi formam indicat etiam Plutarchus in Numa, qui ſcribit Romam conditam *πρὸ ἕνδεκα μιᾶς καλανδῶν μαΐων.* i. ante diẽ undecimum Kalendas Maias. & in Poplicola pugnatum cum Tarquinius eſſe *πρὸ μιᾶς καλανδῶν μαρτίων.* i. ante unum Kalendas Martij, i. pridie K. Mart. & Dionyſius lib. ſexto creatos ait tribunos plebis *τετάρτῃ πρὸ τῶν εἰδῶν δεκεμβρίων.* quod poſt Liuius lib. XXXIV ait. ante diem quartum Idus Decembres. Itaque cum dicimus Ad. III. ad IV. puto mendoſe dici, diuidendasq. litteras eſſe, ita. A. D. i. ante diem.

Varro imperio miſſus.} Caſtiga. cum imperio.

In sententiam M. Acilij.} M'. Acilij. ut ſupra de eodem admonui. Aliis ſententijs notantibus praefectum, quod eius ſocordia Tarentum proditum hoſti eſſet, aliis praemia decernentibus, quod. &c.} Vox, ſententiis, ſine dubio mendoſa eſt. Rhenanus, quia libros ueteres, ſocijs, pro ſentẽtijs habere legit, in eam opinionem uenit, ut, otii, putarit eſſe legendum. quam lectionem adeo probauit, ut eius etiam in Taciti caſtigationibus meminerit. Nos autem quia ſaepe mendoſe, ſociis, pro. s. c. i. ſenatuſconſulto eſſe inuenimus, & quia librum etiam unum, ſenatuſconſulto, aperte habere comperimus, ſenatuſconſulto, reponimus. nam & ſenſus eſt optimus, & locutio Liuio uſitata. ut lib. XXV. Ac per eum delata ad ſenatum, nec ullo ſenatuſconſulto notata. Adiecit tamen fateri ſe, opera Liuii Tarentum receptum.} Cicero idem ſcribit in Catone, praue tamen M. Liuium Salinatorem hunc uocat. Idem Plutarchus in Fabio. Quod cum bello Gallico ad Claſtidium aedem Honori, & Virtuti uouiſſet, dedicatio eius a pontificibus impediebatur.} De bello Gallico, & proelio a Marcello ad Claſtidiũ in primo eius conſulatu commiſſo ſcribit Polyb. lib. I. et Plutarchus in Marcello. de aedibus autem his idem Plutarchus, ſic. *ἔπειτα ναὸν ἐκ τῶν σικελικῶν λαφύρων ᾠκοδομημένον ὑπ' αὐτοῦ, δόξης καὶ ἀρετῆς καθιερῶσαι βουλόμενος, καὶ κωλυθεὶς ὑπὸ τῶν ἱερέων, οὐκ ἀξιούντων ἕνα ναὸν ὑπὸ δυοῖν θεοῖν κατέχεσθαι πάλιν προσετεκτήνατο ἕτερον.* 204

Uni deo recte dedicari.} Vet.lib. Rite. Inter Venuſiam, Brutiamq.} Vet. lib. Bauriamq. Ego, Bantiam. ſic enim Plutarchus. *μεταξὺ Βαντίας πόλεως, καὶ Βενουσίας.* & Stephanus. *Βαντία πόλις ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν Βαντιανός.* Partem exercitus, quae in praeſidio erat.} Vet. lib. Qui in. Sub tumulo Peteliae.} Vet.lib. Peteliae, Stephanus. *πετηλία πόλις ἰταλική, τὸ ἐθνικὸν πετηλινός.* Plutarchus. *τὸν περὶ πετηλίαν λόφον* ait, pro *πετηλίας.* Ad duo millia armatorum caeſa.} Plutarchus. *ὑφεὶς ἐνέδρας περὶ τὸν λόφον καὶ φονεύσας δισχιλίους.* Tumulus erat ſilueſtris inter Punica, & Romana caſtra.} Plutarch. *ἦν δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων λόφος ἱκανῶς μὲν ἐρυμνός, ὕλης δὲ παντοδαπῆς ἀνάπλεως.* Fremebant uulgo in caſtris Romanis, occupandum eum tumulum eſſe.} Plutarchus. *ὁ πολὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν ῥωμαίων λόγος ἦν ὡς χρὴ τὸ χωρίον καταλαμβάνειν.* Prima hoſtia caeſa iecur ſine capite inuentum.} Plutarchus. *καὶ τὸ πρῶτον τεθέντος ἱερείου δείκνυσιν αὐτῷ τὸ ἧπαρ οὐκ ἔχον κεφαλὴν ὁ μάντις.* Auctum etiam uiſum in capite.}

H 2 Plutarchus.

Plutarchus. ὅτι κεφαλὴ μέγεθος ὑπερφυὴς ἀνέχει. De eadem re Valerius lib. 1. de prodigijs. Nec id ſane haruſpici placuiſſe, quod ſecũdum trunca. & turpia exta, nimis laeta apparuiſſent.} Plutarchus οἱ δὲ μάντεις ταῦτα μᾶλλον ἔφασαν δεδιέναι, καὶ ταράττεσθαι. λαμπροτάτων γὰρ ἐπ' αἰσχίστοις καὶ σκυθρωποτάτοις ἱεροῖς γενομένων ὕποπτον εἶναι τὴν μεταβολὴν τῆς ἀτοπίας. Marcellvm tanta cupiditas tenebat dimicandi, ut numquam ſatis caſtra caſtris collata diceret.} Vet. li. pro, cupiditas, habent, cupido, &, pro diceret, duceret.

Deserti ab Etruſcis Fregellani.} Ducentos & uiginti equites ſecum eduxerat Marcellus, quorum nemo Romanus, ſed aut Etruſci erant omnes, aut Fregellani. ut ait Plutarch. ἐξῆγε τὸν συνάρχοντα Κρισπῖνον παραλαβών, καὶ τὸν υἱὸν χιλιαρχοῦντα, τοὺς σύμπαντας ἱππεῖς εἴκοσι, καὶ διακοσίους ὧν Ῥωμαῖος οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι Τυρρηνοί, τεσσαράκοντα δὲ Φρεγελλανοί, πεῖραν ἀρχῆς καὶ πίστεως ἀεὶ τῷ Μαρκέλλῳ δεδωκότες.

Marcellvm etiam transfixum lancea.} Plutarchus. Μάρκελλον δέ τις λόγχῃ πλατείᾳ διὰ τῶν πλευρῶν διήλασεν, ἣν λαγκίαν καλοῦσιν. Interfectvs A. Manlius.} Ita uet. lib. Mouet quoſdam, quod legerint, Interfecti, ſuſpicanturque deeſſe nomen alterum, ſine cauſſa. Lictores conſulum quinque uiui in poteſtatem hoſtium uenerunt.} Plutarchus αἰχμάλωτοι δὲ καὶ τῶν μὲν ῥαβδούχων πέντε. Equites duodeuiginti uiui capti. τῶν δὲ ἱππέων εἴκοσι δυεῖν δέοντες. L. Coelivs triplicem geſtae rei ordinem edit.} Vet. lib. alij C. Laelius, alij Loelius Coelius. Aut igitur L. Coelius Antipater eſt, cuius ſaepe meminit, aut C. Laelius, quem hiſtorias ſcripſiſſe tradere uidetur Polybius lib. x. Iat inuentum Marcelli corpus ſepelit.} Hac in re citat auctorem Liuium Plutarchus Λίβιος δὲ καὶ Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς κομισθῆναι δὲ τὴν ὑδρίαν πρὸς τὸν υἱὸν εἰρήκασι, καὶ ταφῆναι λαμπρῶς. Pavllo ante hic nuncius conſulis Salapiam uenerat, cum litterae.} Vet. lib. Quam litterae.

205 Qvam Cincius.} Vet. lib. Quam L. Cincius. M. Marcellvm trib. militum.} M. Marcelli conſulis interfecti filium. Plutarchus. Q. Fabivm filium.} Virum conſularem, de quo ante dictum eſt. L. Cincivs Alimentius.} Alimentus. ut ante, idem, de quo paullo ante.

Phaleram.} Vet. lib. Phalaram. ſic Stephanus. Φάλαρα πόλις Θετταλίας, πλησίον Λαμίας. τὸ ἐθνικὸν Φαλαρεύς. Rhivm profectus eſt.} Stephanus. Ῥίον πόλις Μεσσήνης ἢ Ἀχαΐας. καὶ ἄκρα Αἰτωλίας. Achaicum oppidum intelligit, ubi concilium agebatur Achaeorum. Qvesti ſunt quaedam.} Vet. lib. Parua quaedam. Sationis reſtitueretur Athamanis.} Suſpectum habeo locum, ut Glareanus.

Ipse ab eo concilio Argos regreſſus.} Vet. lib. Ipſe habito concilio. Ivssis ſubſequi peditibus.} Vet. lib. Iuſsis ſe ſubſequi. Qvi Eleum agrum ab Dymeo dirimit.} Polyb. & Stephanus Δυμαῖον ſcribunt. Itaque Dymaeo, ſcribe. Triballos (Illyriorum id eſt genus).} Vet. lib. Trallos. Recte. Tralli enim ſunt populi Illyrij auctore Stephano, de quibus Liuius etiam lib. xxxvii.

206 Lycnidvm.} Graeci Λύχνιδον. ergo Lychnidum. Dassaretiorvm.} Daſſaritiorum ex Stephano. Δασσαρῆται ἔθνος Ἰλλυρίας. λέγονται καὶ Δασσαρήτιοι. Dardanos in Macedoniam effuſos Oreſtidem iam tenere, ac deſcendiſſe in Argeſtaeum campum.} Suſpicor Aegeſtaeum campum eſſe Theſprotium, qui affinis eſt Oreſtidi. Nam Stephanus. Αἰγεσταῖοι οἱ Θεσπρωτοὶ ἀπὸ τινὸς Αἰγέστου στρατηγοῦ. Nam qui ſit Argeſtaeus campus quaerit merito Glareanus. T. Qvinctivs conſul.} Vet. lib. T. Quinctius Criſpinus conſul. Dicto L. Manlio Torquato.} T. Manlio. eſt enim is, cuius ſaepius ante meminit. C. Servilivm (tum aedilis curulis erat) dixit.} Vet. lib. C. Seruilium, qui tum aedilis curulis erat, dixit. M. Aemilivs praet. urban. C. Flaminio.} M. Aemilium Regillum, qui poſt fuit flamen Quirinalis, eſſe puto. Ex conſulatu populi iudicio damnatus.} Quod praedam Illyricam maligne diuiſiſſet. ut ante dixi. In ſenatum uenire.} Non legerant eum in ſenatum, ſed auctores ei fuerant, ut in ſenatum ueniret, non tamquam ſenator, ſed tamquam pedarius. nam ſequitur: Sed tum quoque aut uerbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiã ibat. Ex ijs enim erat, quibus ius erat in ſenatu ſententiam dicere, non tamen ſenatores erant. Gellius. Qvia duos patricios creari non liceret.} Per haec tempora numquam duo patricij conſules comparati, duo uero plebeij in collegio Gracchi, & Marcelli comparati ſunt. M. Fvrivm.} Camillum. de quo libro v.

L. Porcivs Licinius.} L. Porcius Licinus ex Capit. lap. C. Manlivs.} C. Mamilius. Sic enim uet. lib. plerique. Caius certe non eſt praenomen Manliorum. Hunc puto eſſe C. Mamilium Vitulum, de quo ſupra.

Et praesciscere.} Vet. lib. Et praeſcire. Inimicitiae autem nobiles inter eos erant.} Vet. lib. Inimicitiae ante nobiles inter eos. De his inimicitijs, & de reditu in gratiam etiam Valerius.

Qvem Alpibus appropinquare fama erat.} Vet. lib. Quem iam Alpibus. L. Aqvilivs Paetus augur creatus.} Vet. li. Praefectus Aquillius Paetus. mendoſe certe, ſed ita ut ex obſeruatione diuturna eiuſmodi mendorum ueſtigia ueritatis elicias. ſaepe enim eſt, praefectus, pro Publio, in manuſcriptis. Itaq. legendum puto. P. Aelius Paetus. Primum enim cognomen Paeti, non erat Aquilliorum, ſed Aeliorum, deinde hic eſt P. Aelius Paetus, qui nunc fit augur, & anno dlxxix augur apud eundẽ Liuium moritur, li. xlii. Ab Q. Manlio, & M. Caecilio.} Lege ab Q. Mamilio, ut infra probabitur.

C. Manlio Sicilia.} C. Mamilio, ut ante.

207 Ita per prouincias diuiſa, binae conſulum eſſent.} Vet. lib. Vt binae. Clivvm Publicium.} Vet. lib. Cliuum publicum. ut lib. xxx. Annus inſignis incendio ingenti, quo cliuus publicus ad ſolum exuſtus eſt. & lib. xxvi. Quos cum ex arce, Capitolioq. cliuo publico in equis decurrentes quidam uidiſſent.

diſſent. Vt sinvessae biennio ante.} Supra hoc eodem libro. Ab livio poeta.} Liuius
Andronicus, Liuius a Liuio Salinatore, ut ait Euſebius, appellatus. Sonvm uocis pulſu pedum
modulantes.}.i. λόγῳ ἐῤῥυθμῷ. ut ait Ariſtoteles in Poetica. Anxvras.} Taracinas.

A svpero mari Senenſis.} Senenſis a Sena colonia urbe ad Hadriam eſt,non a Senis Etruriae.

Earvm coloniarum iuniores iureiurando adacti ſupra dies triginta non pernoctaturos extra
moenia coloniae ſuae.} Vet. lib. Non habent uocem,dies, & pro, triginta, habent,quadraginta,ſenſu
multo praeſtantiore. Iuniores cuiuſque coloniae ultra quadraginta non pernoctaturos extra moenia
coloniae ſuae.eadem ſentẽtia eſt lib.xxvi. Ne ue uno tẽpore quinq. ſenatores ab urbe Roma abeſſent.

Ne emergeret ex Bruttiis. atque obuiam fratri ire poſſet.} Vet.lib.Emergere.

Et ex prouincijs,quos e rep.cenſerent eſſe,trãſducendi.} Senſus poſtulat, ut legatur, Quo,ut ſit,
trãſducendi ex prouincijs in eam partem,quam uſum reip.poſtulare cenſerent. Dvo millia de le-
gionibus militum.} Vet.lib.Ad duo millia. Praecipitasset Romana Reſp.} Vet.lib.Praeci-
pitaſſet reſp. Secvnda in Italia} Vet.lib. Multa ſecunda in Italia.

T. clavdivm Aſellum.} Vet.lib.Ti.Claudium Aſellum. Marrvccinvm,Ferentinum.} 208
Vet.lib Ferentanum.Supra oſtendi legendum eſſe,Frentanum. Flexit in Picenum.}.i.ut in Pi-
cenum tenderet. Q.tatio legato.} Vet.lib.Q.Catio.quod probo.ſupra enim Q.Catium quoque
aedilem curulem nominauit. Biennio ante,cum caſtra Punica obiecta Romanis moenibus,por
tisq.fuerant.} Quadriennio,legendum eſſet,niſi extremos annos omiſſos eſſe intelligeremus. id enim
factum eſt anno dxxxix. Sine imperio,ſine auſpicio.} qua imperium,auſpiciumq. cõſulis erat,
qui diſceſſerat. Gemina uictoria inſignem.} P. & Cn. Cornelijs interfectis in Hiſpania.

Concitatis ad arma Gallicis.} Vet.lib.Et concitatis ad arma. Havd cum ignoto duce C.
Nerone.} Hac de re ſcripſit lib.priore.

Flagitare precibus, ut, quae.} Vet. lib. Fatigare precibus. quod placet.eſt enim genus di- 209
cendi Liuio familiare. Nocte clam ingredi uiſum eſt.} Vet.lib.Melius uiſum eſt.

Tessera per caſtra ab Liuio conſule data erat,ut tribunum tribunus,centurio centurionem,eques
equitem,pedes peditem acciperet.} Sic lib.vii. Vigiliis deinde diſpoſitis ceteris omnibus teſſeram da
ri iubet,ubi ſecundae uigiliae buccina datum ſignum eſſet, armati cum ſilentio ad ſe conuenirent. Po-
lybius idem de teſſera,quam ξυλήφιον, & σύνθημα uocat, lib. vi. agit, ideſt, de ſigno nocturnis excubijs
dando.Nam Liuius his locis pro quocumque ſigno accipere teſſeram uidetur. Ad Senam.} Co-
loniam.de qua ſupra. Vnde in Bruto,Salinatorem ait Cicero Senenſi proelio ludos uouiſſe. Stri-
gosiores equos.} Sic Front.lib.i.cap.ii.

Vt adire nuncius non poſſet, prae cunctantibus, uociferantibuſque.} Vet. lib. Quos legis o- 210
mnes,ut adire nuncius non poſſet,traheretur que a percunctantibus. Inde trãſducti in concionem
legati.} Vet.lib.Introducti in concionem. Hinc ego.Inde producti. Eſt enim haec conſuetudo latini
ſermonis,ut cum non omnibus pateret aditus uel in ſenatum,uel in concionem,a magiſtratibus tamẽ,
quorum id ius erat,in curiam quidam introduci,ad populum uero(ſic enim loquebantur) produci poſ-
ſent.Sic lib.xii. Legati introducti in ſenatum maxime in hanc ſententiam locuti ſunt. & lib. xxiix.
Tum Saguntinorum legatos in ſenatum introduxit.& paullo poſt. Legationes deinde ceterae in ſena-
tum introductae.& hoc libro.Mandat conſulibus,ut eos quoque ad populum producerent.Item.Pro-
ductus in concionem Laelius eadem diſſeruit.& lib.xli.Eum cum in ſenatu fatigaſſent interrogationi
bus,in concionem quoque produxerunt. Cicero poſt reditum ad Quirites. Deinde omnes, qui ueſtris
maxime beneficijs,honoribuſq.ſunt ornati,producti ad uos ab eodem.& ad Att.lib.i. Q.Fufius in con
cionem produxit Pompeium. L. vetvrivs litteris recitatis omnia, quae acta erant,expoſuit.}
Vet.lib.Planius omnia.egregie. Eam ſupplicationem C.Hoſtilius praetor pro concione edixit,ce
lebrataq. a uiris, feminiſq.omniaq.templa per totum triduum aequalem turbam habuere.} Vet.lib.
Celebrata a uiris, feminiſq. eſt.omnia templa,&c. Mvtvvm dando,argentum creditum ſoluen-
do.} Vet.lib.Mutuum dando argentum,creditumque ſoluendo. Castrisqve inde motis,ut o-
mnia.} Vet.lib.non habent,ut.& pro uoce,Contraheret.habent,Contrahit. Quod placet.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XXIIX

Et in hoc habitu plus gloriae,reuerentiaeque habuit.} Vet.lib.Et in hoc actu. Cartha-
gini Nouae.} Carthagine Noua,legendum. Occidervnt, ſe inſuper praecipitauerunt.} Vet.
lib.Et ſe inſuper. Et amicitia facta eſt cum Maſſaniſa.} Tolle uocem, Eſt,ut uno ambitu oratio-
nis haec tota ſententia comprehendatur.Sic Vet.lib. Si ex rep.eſſe cognoſceret.} Vet.lib.e rep.

IN. LIBRVM. XXIIX

Cvm tranſitu Haſdrubalis quãtum in Italiam inundauerat belli,tantum leuatae Hiſpaniae uiderentur.} Rhenanus leuiſſima unius libri coniectura motus legit, Inundauerat, pro Inclinauerat.a quo ip-

 ſe diſſen-

ſe diſſentio, non ſolum, quia contra librorum omnium auctoritatem facit, ſed etiam, quia pulcherrimã ſententiam deprauat, quae ex uocibus, Inclinauerat, & Leuatae, elicitur, quae translatione a lance ſumpta nituntur. Nam quo grauiori pondere lanx altera premitur, eo magis contraria leuari uidetur. Quod idem de Italia quoque, & Hiſpania intelligendum eſt. SVBSIDVNT Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte. inde ad emittenda ipſi conſurgunt.} Vet. lib. Ad remittenda. probe.

211 QVOD ad fugam impedimento hoſtibus erat, & ad caedem eos.} Vet. lib. Id ad caedem eos.

DVO haud amplius millia peditum.} Vet. lib. Haud amplius tria millia peditum. SCIPIO ſpem debellandi, ſi nihil iam etiam ipſe cunctando moratus eſſet, nactus.} Vet. lib. Si nihil eam ipſe cunctando. BETICA} graece *βαίτις*, & *βαιτική*. ergo Baetica. CETERVM, quod aciem renuiſſet, exercitum omnem paſſim in ciuitates dimiſit.} Lectionem exagitatam a Rhenano reponendam cenſeo. Eſt enim in omnibus uet. quos legi libris, ſic. Ceterum quoad continuiſſet exercitum, propoſitum bello ſe fore ratus, antequam freto Gades tranſijceret, exercitum omnem paſſim in ciuitates dimiſit. Senſus eſt. Haſdrubalem timuiſſe ſibi magis, ſi exercitum continuiſſet, quam ſi dimiſiſſet. Eſt autem ſententia illa, quae eſt in Epiſtola Coelij lib. IIX. Nam de uita, ſi paratior ab exercitu eſſes, timuiſſem. nunc haec exiguitas copiarum receſſum, non dimicationem mihi tuam praeſagiebat. AD OPPVGNANDAM opulentiſſimam in ijs locis urbem, quam Oringin barbari appellabant, mittit.} Vet. lib. urbem (Origin barbari appellant) mittit. Huius meminit Plinius libro tertio, capite primo.

ARX FVIT Haldrubalis ad excurſiones circa in mediterraneos populos faciendas.} Veter. lib. Haſdrubali. quod magis probo. ETIAM eo ſuperare hoſtem.} Vet. lib. Et iam. EODEM anno claſſis Romana cum M. Valerio Laeuino proconſule ex Sicilia in Africam tranſmiſſa.} Tolle particulam, Cum, ex uet. lib. SVSTVLERVNT enim animos Aetoli cum ob Romanam ſocietatem, tum poſt Attali aduentum.} Vet. lib. Ab Romana ſocietate. nota dicendi forma eſt. Polybius autem hoc ſic expreſſit. *οἱ μὲν αἰτωλοὶ προσφάτως ἐπηρμένοι ταῖς ἐλπίσιν ἐπὶ τῇ ῥωμαίων, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ἀττάλου παρουσίᾳ.* Et Thracum maxime Medos.} Medos. Polybius *ἔτι δὲ τοὺς προσοροῦντας τῇ μακεδονίᾳ θρᾷκας, καὶ μάλιστα τοὺς μαίδους.* BOETI quidem, &c.} Vet. lib. Boeoti quidem ipſi, &c.

TVM praeſidium urbi mittit, unde allatũ erat.} Deeſt hic non urbis nomen, ſed inſulae, in qua urbs erat. Fuit autem Peparethus, ut ex Polybio, unde haec ad uerbũ trãſlata ſunt, intelligi poteſt. cuius haec uerba ſunt. *καὶ προσορμήσαντας τῇ πεπαρήθῳ, καὶ κατασχόντας τὴν χώραν, τούτοις μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς παραφυλάξοντας τὴν πόλιν.* Itaque legendum apud Liuium puto. Tum Peparethum praeſidiũ urbi mittit. Vox enim, Praeſidium, affinis quodammodo uoci, Peparethum, illam e loco ſuo eiecit. Eſt autem urbs in inſula eodem nomine, ut ait Stephanus. *πεπάρηθος νῆσος μία τῶν κυκλάδων ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν.* ADDITI quingenti Aenianum.} Si Polybium ſequamur, quem neſcio cur non maxime ſequamur, Agrianum, pro Aenianum, eſt reſtituendum. Is enim hac de re ita. *εἰς δὲ χαλκίδα καὶ τὴν ἄλλην εὔβοιαν μὲ ... ἔχοντα πελταστὰς χιλίους, ἀγριᾶνας πεντακοσίους.* de quibus Stephanus. *Ἀγριᾶες ἀρσενικῶς ἔθνος παιονίας μεταξὺ αἵμου καὶ ῥοδόπης. λέγονται καὶ Ἀγραῖοι, καὶ ἀγριεῖς, καὶ ἀγριᾶνες.* Agrianum horum meminit poſt etiam ſaepe Liuius lib. XLIV. SEGETIBVS tamen, quae iam prope maturitatem erant, maxime in ſinu Aeniano euaſtatis, Scotuſan copias reducit.} Qui ſit ſinus Aenianus, ut multa alia, quaerit Glareanus. is eſt autem, de quo Polyb. lib. XI. his uerbis. *τὸν δὲ σῖτον φθείρας, καὶ παρελόμενος τῶν περὶ τὸν αἰνιάνων κόλπον κατωκισμένων, ἐπανῆλθε.* & Stephanus. *αἱ ἐν πόλεις περὶ ...., καὶ αἰνιᾶνες οἱ οἰκοῦντες. καὶ τὸ κτητικὸν αἰνιανικὸς κόλπος.*

IPSE in Ciſſeo (mons eſt in altitudinem ingentis cacuminis editi.} Quod Glareanus quaerit Ciſſeum montem, imperite facit. etenim nullus eſt. Tiſaeum autem inuenio apud Polybium lib. XI. ubi de hac re loquitur. *καὶ παρήγγειλε διασαφεῖν αὐτῷ πάντα τὰ γιγνόμενα διὰ τῶν πυρσῶν ἐπὶ τὸ τίσαιον. τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς θετταλίας ὄρος.* Veteres etiam Liuiani libri habent, Thiſeo, non Ciſſeo. NICEAM.} Nicaeam. Graeci enim, *νικαίαν* edunt.

212 DEMETRIVM Phtiotidis.} Sic ueteres libri. & recte. nam duo fuerunt opida hoc nomine, ut Stephanus. *δημήτριον τόπος θετταλίας κείμενος ἐπὶ τὸν ἄμφρυσον. ἐστὶ καὶ πόλις αἰολίδος.* FRETVM ipſum Euripi non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat.} Vet. lib. Septies in die.

AD Cynum Locridis (emporium eſt Opuntiorum.} Sic Stephanus. *κῦνος ἐπίνειον ὀπούντος. ὡς φίλων καὶ παυσανίας. ἑκαταῖος δὲ πόλιν αὐτὴν φησίν.* PHILIPPVM & ignes ab Oreo editi mouerant.} placet magis, ut eſt in Vet. lib. monuerunt. ut ſit. ignes ab urbe Oreo editi monuerunt Philippum obſideri Oreum. PHOCIDIS Elatiam.} recte addit, Phocidis. Nam ait Stephanus. *Ἐλάτεια πόλις φωκίδος, καὶ θετταλίας καὶ θεσπρωτίας.* MOLIENTIBVS ab terra naues Philippus aduenit.} Vet. lib. Superuenit.

COMPOSITIS circa Opuntem rebus Toronem eſt profectus.} Torone ad ſinum Toronaeum eſt procul ab Opunte. Thronium pariter eſt Locrorum, atque Opus, nõ procul a Thebis Phtiotidos. Itaq. uerisſimilius eſt Philippum ab Opunte Thronium, quam Toronem ueniſſe, praeſertim uero cũ a Thronio in Doridem finitimam regionem ueniſſe ſubdat. Itaque his de cauſsis Thronium puto legẽdum, de quo & Stephanus, & Strabo, & ceteri. Idem placet etiam Glareano. TRITONON, & Drymas Doridis parua, atque ignobilia opida.} De his ſic Stephanus: *τρίτωνος πολίχνιον μακεδονίας. Δρυμία πόλις φωκίδος.* Veteres etiam libri edunt Drumias. ex quo apparet ita eſſe legendum. DESERTAE priore quidem Philippi bello.} Vet. lib. Priore eiuſdem Philippi. CVM Eream ueniſſet.} Vet. lib. Haeream, & recte.

& recte.inquit & Stephanus.ἡ φιαλεὶ καὶ πόλις ἀρκαδίας κεῖται δὲ κατὰ μεσσήνην πλεονάζουσα. TRIPHYLIAM,Alipheram.} Stephanus. τριφυλία ἡ ἦλις. ἀλίφειρα πόλις ἀρκαδίας. EO QVANTA maxima poſſet celeritate tenderet.} Vet.lib. Contenderet. SED VIX rationem innire poſſe.} Vet.lib. Quod ſuorum ius eſſe finium ſatis probabant. AD ERYTHRAS Aetolorum, quae prope Eupalium ſunt.} Stephanus.Ἐρυθραὶ πόλις ἰώνων, καὶ λιβύης, καὶ λοκρίδος καὶ βοιωτίας καὶ κύπρου. Εὐπάλιον πόλις λοκρίδος, ἣν δ' ὤπαλιον ἀρτεμίδωρος φησί. POSIDANIAE.} Stephanus, ποσειδανία πόλις αἰτωλίας τρίτη ἰταλίας. IPSE a Cenchreis.} Stephanus. κεγχρέαι πόλις τρωάδος δευτέρα, πόλις καὶ ἐπίνειον κορίνθου. Hoc loco Cenchreas, quae ad Corinthum ſunt intelligit.ut ſuperuacanea ſit huius loci emendatio, quae a Glareano affertur,qui contra fidem ueterum librorum legendum putat, ab Oenoa. OREANORVM, atque Opuntiorum.} Vet.lib.Oritanorum,& recte. Nam Stephanus. ὠρεὸς πόλις εὐβοίας. τὸ ἐθνικὸν ὠρείτης.

AB Chalcide Oreum nauigat,principumque ijs.} Cuſtodiam Orei concedit Philippus principibus urbis, quod ab Attalo, & Romanis paullo ante expugnatum, relictum deinde fuiſſe Philippi in Euboeam aduentu intelligendum eſt. Q. FABIVS Maximus praetor legatus ab M.Liuio conſule Romam ad ſenatum miſſus} Duo Quincti Fabij Maximi per hoc tempus celebres fuerunt,pater,& filius, uterque conſularis.Quorum neuter hoc anno praeturam geſſit.Itaque quoniam uox,praetor,nō habet locum, pater legendum eſt.ſic enim ipſi inter ſe diſtinguuntur, ut alter pater, alter filius nominetur.in Epitoma prioris libri.Fabius Maximus pater,conſul Tarentinos per proditionem recepit. Liuius libro priore. Q.Fabium filium ad exercitum Venuſianum miſerunt. Errandi cauſſa profecta eſt,a breui ſcripturae genere.PR.& p̄r. quarum altera praetorem, altera patrem ſignificamus. Sic apud Ped. in Diuinatione. Hic eſt igitur Lentuli Surae pater in carcere ſtrangulati propter coniurationem. puto enim legendum.Hic eſt auus Lentuli Surae praetoris in carcere.etenim P.Lentulus uere Surae non pater, ſed auus fuit,auctore Cicerone.& Sura in coniuratione iterum praetor erat teſte Dione. VNO animo remp. geſſiſſent.} Vet.lib.Rem geſſiſſent. ſic infra quoniam in prouincia M.Liuij res geſta eſſet. Hac de loquendi forma etiam dictum eſt ſupra. NON ſalutabant modo uniuerſi,ſed.} Vet.lib. Non ſalutabant modo uniuerſi circumfuſi,ſed. ET ſupplicatione amborum nomine, & triumpho utriq. decreto.} Vet.li.Et ſupplicationē amborū nomine,et triumphū utriq.decreuerunt,quod ualde probo.

T.CLAVDIVS Aſellus, Q Manlius Thurinus.} Lege Ti. Claudius Aſellus, Q Mamilius Turinus.ex uet. lib.& lap. Capitol. atque ita in his ubique. 213
BRVTTII ambobus. ut cum Hannibale bellum gererent, prouincia decreta.} Vet.lib.Bruttiȷ ambobus,& cū Hannibale. SICVT P. Manlius tenuerat.} Hic eſt ille, quem lib. XXVII C. Mamilium nominauimus ex ueteribus libris, cum C.Mantius uulgo legeretur. In ijſdem libris hoc in loco eſt. P. Mamilius. in quo ineſt ueſtigium ueritatis. SVPPLICATIONEM unum diem habere.} Vet. lib. In unum diem. CAESA flagro eſt Veſtalis.} Vet.lib. Flagris. A BRVTTIIS, iaculatoribuſque diſturbati.} Rhenanus reſtituit, A Bruttijs iaculatoribus diſturbati. INCOLVMES legiones in loca culta euaſere.} Vet.lib.In loca tuta euaſere. PRIMA Romanis inita prouinciarum, quae quidem continentis ſint.} Hoc ait propter Sardiniam,& Siciliam,quae primae prouinciae fuerunt, Velleio auctore,& ceteris,ſednon ſunt in continente. PEDITVM LXX millia quidam adducta ad Silpiam urbem ſcribunt.Ibi ſuper campos patentes duo Poeni duces &c.} Intelligit Polybiū qui ſic ait lib.XI.οἱ δὲ περὶ τὸν ἀσδρούβαν κατεστρατοπέδευσαν οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως προσαναχωρησάμενοι ἐλάγγας βαλλόμενοι τὸν χάρακα, καὶ πρὸς ταῖς ὑπωρείαις, καὶ προθέμενοι πεδίον πρὸς ἀγῶνα καὶ πρὸς μάχην εὐφυές. πλῆθος δὲ πεζῶν μὲν εἶχον εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους. TANTAE ſe parem multitudini ratus.} Vet.lib Parem fore multitudini. PRAEMISSO Silano ad Colcam,duodetriginta opidis regnantem.} Polybius. πέμψας δὲ μάρκον ὡς ἰλίτον ἐξαπέστειλε πρὸς κολίχαντα παραληψόμενον τὰς ἑτοιμασθείσας αὐτῷ παρὰ τούτου δυνάμεις. Item. Eo adducta ab Silano auxilia tria millia peditum,& quingenti equites.αὗται δὲ οἱ πεζοὶ μὲν τρισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι.

INDE ad Betulam urbem proceſſum cum omni exercitu.} Polybius. ἐγγίσας δὲ καταλαβεῖν καὶ τοὺς περὶ βαίκυλα τόπους, καὶ συμμίξας ἐνθάδε τῷ μάρκῳ καὶ ταῖς παρὰ τοῦ κολίχαντος δυνάμεσιν &c.Item. Peditum, equitumque V & XL millibus.ἔχων πεζοὺς μὲν εἰς τετρακισμυρίους πεντακισχιλίους ἱππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους.i.peditum V, & XL millibus,equitum tribus millibus.ut uere hanc ſummam non reddidiſſe Liuius uideatur.niſi quid uitij ſubſit.

CASTRA ponentis eos Mago,& Maſſaniſa cum omni equitatu aggreſſi ſunt.} Polybius. μάγων ἀναλαβὼν τὸ πλεῖστον μέρος τῶν ἰδίων ἱππέων, καὶ μασσανίσσην μετὰ τῶν νομάδων ὥρμησε πρὸς τὴν παρεμβολήν. 214

NI abditi poſt tumulum, opportune ad id poſiti a Scipione equites.} Polybius. ὁ δὲ πάλαι προορώμενος τὸ μέλλον ὑπό τινα βουνὸν ὑπεστάλκει τοὺς ἱππεῖς ἴσους τῶν καρχηδονίων. ET primo turmatim abibat, nihil propter pauorem,feſtinationemue confuſis ordinibus, deinde poſtquam acrius ultimis incedebat Romanus,neque ſuſtineri impetus poterat, nihil iam ordinum memores.} Polibius. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐν τάξει τὴν ἀναχώρησιν ἐποιοῦντο, τῶν δὲ ῥωμαίων ἐγκειμένων αὐτοῖς λύσαντες τὰς ἴλας κατέφυγον ὑπὸ τὴν αὐτῶν παρεμβολήν. ET quanquam eo proelio aliquantum & Romanis aucti, & deminuti hoſtibus animi erant, tamen per aliquot inſequentes dies numquam ab excurſionibus equitum leuiſque armaturae ceſſatum eſt.} Polybius. οἱ μὲν οὖν ῥωμαῖοι τούτου γενομένου θαρσαλεώτερον διέκειντο πρὸς τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ καρχηδόνιοι τοὐναντίον. ὁ μὲν ἀλλὰ ταῖς ἑξῆς ἐπί τινας ἡμέρας τάς τε δυνάμεις ἐκτάξαντες ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ διὰ τῶν ἱππέων,

καὶ τῶν δὲ ζώων ἀκροβολισμοὺς ποιησάμενοι, καὶ καταπειράσαντες ἀλλήλων, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ κρίνειν τὰ ὅλα.

Mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginienſes miſti Afris, ante Punicam aciem elephanti.} Polybius. μέσους λίβυας, τὰ δὲ θηρία προτιθέμενοι ἑκατέρων τῶν κεράτων. Tesseram ueſperi per caſtra dedit, ut ante lucem uiri equique pranſi eſſent. } Polybius. ἅμα γὰρ τῷ φωτὶ διαπεμψάμενος τοὺς ὑπηρέτας παρήγγειλε πᾶσι τοῖς χιλιάρχοις, καὶ τοῖς στρατιώταις ἀριστοποιησαμένους, καὶ καθοπλισαμένους ἐξάγειν πρὸ τοῦ χάρακος.

Hasdrubal equitatum omnem extemplo in equites emittit. ipſe cũ peditum agmine caſtris egreditur.} Polybius. οἱ περὶ τὸν ἀσδρούβαν ἐπαναγκάσθησαν ἀπαρασκεύαστοι ἐκ τοῦ καιροῦ τοὺς μὲν ἱππεῖς, καὶ τοὺς εὐζώνους ἐξαφιέναι τοῖς ἱππεῦσι τῶν ἐναντίων εἰς τὰ πεδία, τὰς δὲ πεζικὰς δυνάμεις παρατάττειν οὐ πολὺ τῆς παρωρείας.

Patefactiſque ordinibus, equitatum omnem, leuemque armaturam in medium acceptam, diuiſamque in partes duas in ſubſidijs poſt cornua locat.} Polyb. διὰ τῶν διαστημάτων ἐν ταῖς σημαίαις εἴσω τοὺς ἀκροβολιζομένους καὶ μερίσας ἐφ' ἑκάτερον κέρας ὄπισθεν τῶν παρατεταγμένων, πρῶτον μὲν τοὺς γροσφομάχους, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ἱππεῖς, &c. Ad Silanum, & Marcium.} Polyb. λεύκιος μάρκιος καὶ μάρκος σιλάνιος.

Cum ternis peditum cohortibus, terniſque equitum turmis.} Polybius ſic. τρεῖς ἴλας ἱππέων, καὶ τρεῖς σπείρας. τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ ῥωμαίοις κοόρτις. Procedente iam die.} Vet. lib. Et procedente iam die. Nam ſuper cetera elephanti etiam tumultuoſo genere pugnae equitum, uelitumque, & leuis armaturae conſternati. } Polyb. ἐκ δὲ τῆς τούτων συμπλοκῆς τὰ μὲν θηρία διὰ τῶν γροσφομάχων, καὶ τῶν ἱππέων ἀκοντιζόμενα, καὶ διαταραττόμενα πανταχόθεν ἔπασχε μὲν κακῶς, ἔβλαπτε δὲ οὐδὲν ἧττον τοὺς φίλους, ἢ τοὺς πολεμίους. Cepiſſetque tanto impetu caſtra, ni ex uehementi ſole, qualis inter graues imbre nubes effulget, tantae uis aquae deiecta eſſet, Vix in caſtra ſua receperit ſe uictor.} Scribe. Ni ſe ſe ex uehementi ſole &c. tantae uis aquae deieciſſet. ſic enim ueteres libri. at Polyb. εἰ μὲν οὖν μὴ θεὸς αὐτοῖς τις συνεπελάβετο τῆς σωτηρίας, παραχρῆμα ἂν ἐξέπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς. ἐπιγενομένης δὲ κατὰ τὸν ἀέρα συστροφῆς ἐξαισίου, καὶ καταρραγέντος ὄμβρου λάβρου, καὶ συνεχοῦς, μόλις εἰς τὴν αὑτῶν στρατοπεδείαν ἀνεκομίσθησαν οἱ ῥωμαῖοι. reliqua deſiderantur apud Polybium, quae ad hanc rem pertinent. Quosdam etiam religio ceperat.} Vet. lib. Ceperit. Quod laudo. congruit enim cum priore uerbo, Receperit.

215 Tertio decimo anno poſt bellum initum, quincto poſtquam P. Scipio prouinciam, & exercitum accepit. } In ueteribus libris eſt quarto decimo. non tertio decimo, ut emendauit Glareanus. Legendum eſt tamen, duodecimo. Forma autem eſt loquendi, qua primus annus non comprehenditur, ut cum ait, quincto anno poſtquam Scipio imperium accepit. Etenim reuera hic eſt Punici belli annus decimus & tertius, & imperij Scipionis ſextus, at cum dicit poſt initum bellum, poſt acceptam prouinciam, annum primum excipit. Qua de ratione loquendi in libro trigeſimo extremo agemus.

Quoniam fors eos ſub eodem tecto eſſe, atque ad eoſdem penates uoluiſſet.} Non eſt mihi dubium, quin Liuius ſcripſerit. atque in eodem penate uoluiſſet. Quod eſt in ueteribus libris. De qua uoce ſic Feſtus. Penatis Labeo Antiſtius ſingulariter poſſe dici putat, quia pluraliter penates dicãtur, cum patiatur proportio etiam penas dici, ut optimas, primas, Antias. Hunc loquendi morem cum ignorarent qui ante me Liuium emendarunt, ueteres libros temere deprauarunt. Ad Illiturgim.} Scribe ad Illiturgi. eſt enim ἄκλιτον. ut ſupra dixi. Hinc & hortari milites Scipio orſus eſt.} Vet. lib. Hinc exhortari. Admonebant alios.} Vet. lib. Admonebant alij alios. Terrorque unde, ac deſperatio inuaſerat.} Vet. lib. Inuaſerat omnes.

216 Gladiatorium ſpectaculum fuit. Item. Munuſq. gladiatorium. } Veteres libri, gladiatorum. quo pacto loquitur paullo poſt. Huic gladiatorum ſpectaculo ludi funebres additi. & Suet. in Caeſare. Edidit ſpectacula uarij generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim urbe tota.

Baete amni, quem incolae Circium appellant.} Vet. lib. habent. Circem appellant. Corrupte autem Stephanus, apud quem ita legitur. ἔστι τις ποταμὸς κατὰ ἰβηρίας. ὃς κίρκος λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ſuſpicor autem eſſe legendum ὃς κίρκη. itaque ſine dubio Circen non Circium legendum arbitror, Euſtathius in Dionyſium ταρτησσὸν uocatum eſſe tradit. Turbam feminarum, puerorumq. imbellem, inermem. } Vet. lib. Imbellem, inermemq. Cum ſeptem triremibus, quinqueremi una eſt miſſus. } Vet. lib. Et quinqueremi una. Iuventute Celtiberorum excitata. } Vet. lib. Excitata. Agrum Sueſſitanum.} Sueſſetanum. ut ſupra. Licentia ex diutino otio (ut fit) collecta.} Huic licentiae maxime occurrendum eſſe prudenti imperatori ait Polybius lib. x i. ubi hac de re agit.

217 Et P. Scipionem deum benignitate, & remp. eſſe gratiae referendae. } Malim pro Remp. Populum R. noto errore. ſenſus. Quia milites dixerant ſuis recte factis gratiam qui referant, non eſſe: reſpondent tribuni, ſe laetari, & P. Scipionem deum benignitate uiuere, cuius mortis fama percrebuerat, & populum Romanum eſſe, ita ut gratiam militibus referre poſſint. Miſſis circa ſtipendiarias ciuitates exactoribus, ſtipendij ſpem propinquam facere. } Polybius. χάριν δὲ τοῦ προσδίδοσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, τὰς ἐπιτεταγμένας εἰσφορὰς ταῖς πόλεσιν πρότερον εἰς τὴν τοῦ παντὸς στρατοπέδου χορηγίαν ταῦτα νῦν ἀθροίζειν.

Erant autem hi numero haud plus, quam quinque, & triginta. } Polyb. ἦσαν δὲ οὗτοι εἰς πέντε καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. Expeditio aduerſus Macedonium, Indibilemque edicitur exercitui, qui Carthagine erat, & cibaria dierum aliquot parare iubentur. } Polybius. τῷ δὲ μεθ' ἑαυτοῦ στρατοπέδῳ παρήγγειλε πρὸ ἡμερῶν τριῶν ἐφόδια παρασκευάζεσθαι εἰς πλείω χρόνον ἐπὶ τὸν ἀνδοβάλην. Tribunis ſeptem, qui

& ante

& ante Sucronem ad leniendam ſeditionem ierant, obuiam exercitui miſsis, quina nomina principum ſeditionis edita ſunt &c.} Polybius. τοῖς μὲν χιλιάρχοις τοῖς προειδόσι συνέταξε δι' ἀποῤῥήτων ὁ πόπλιος ἀπαντᾶν τοῖς ἀποστάταις καὶ διελομένους πέντε τῶν ἀρχηγῶν τῆς στάσεως ἰδίους κατὰ τὴν ἀπάντησιν φιλανθρωπεῖν, καὶ καλεῖν ἐφ' αὑτούς, μάλιστα μὲν πρὸς κατασκήνωσιν, εἰ δ' ἂν μὴ δύνωνται τούτου, πρός γε δεῖπνον, καὶ τοιαύτην συνουσίαν.

Redvcti armati a portis inermi ſe concione ab tergo circumfuderunt.} Polyb. πρὸς μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν χιλιάρχους ὁ πόπλιος διεπέμψατο κελεύων αὐτοὺς ἄγειν τοὺς στρατιώτας ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ περιστῆναι τὴν ἐκκλησίαν.

Nihil aeque eos terruit, quam praeter ſpem robur, & color imperatoris, quem affectum uiſuros crediderant.} Polybius. κἄπειτα παρὰ τὴν προσδοκίαν αἰφνιδίως ἐῤῥωμένον θεασάμενοι κατὰ τὴν ἐπίφασιν, κατεπλάγησαν. Nvmqvam mihi defuturam orationem.} Summa huius orationis expreſſa etiam a Polybio eſt. Nec quo nomine quidem.} Vet.lib. Ne quo. Vmbrvm Atrium, & Calenum Albinum.} Albium, ut ſupra. Nvllvm locum tota prouincia.} Vet.lib. In tota.

Sedervnt in tribunali proconſulis Scipionis.} Malim, in tribunali P. Scipionis. Nam in ueteribus libris paſsim eſt haec menda. Sed multitudo omnis, ſicut natura maris, per ſe immobilis eſt, ut uenti & aurae cient, aut tranquilli, aut procelloſi.} Polybius planius hanc comparationem expreſsit. ταῦτα δ' ἐστί, διότι πᾶς ὄχλος εὐπαράγωγος ὑπάρχει, καὶ πρὸς πᾶν εὐάγωγος. ὅθεν αἰεὶ τὸ παραπλήσιον πάθος συμβαίνει περί τε τοὺς ὄχλους, καὶ τὴν θάλατταν, καθάπερ γὰρ κἀκείνης ἡ μὲν ἰδία φύσις ἐστὶν ἀβλαβὴς τοῖς χρωμένοις, καὶ στάσιμος, ὅταν δὲ εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ τὰ πνεύματα βίᾳ, τοιαύτη φαίνεται τοῖς χρωμένοις, οἷοί τινες ἂν ὦσιν οἱ κυκλοῦντες αὐτὴν ἄνεμοι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πλῆθος αἰεὶ καὶ φαίνεται γίγνεσθαι πρὸς τοὺς χρωμένους, οἵους ἂν ἔχοι προστάτας, καὶ συμβούλους.

Fasces, & ſecures praelatae ſunt.} Vet. lib. Faſces cum ſecuribus praelati ſunt. Rhegivm quondam.} Hac de re dictum in epitomen lib. xii. Nec cum Pyrrho, nec Samnitibus.} Vet. lib. Nec cum Samnitibus. Vos cum Mandonio, & Indibili conſilia communicaſtis, & arma conſociaturi fuiſtis.} Vet.lib. Vos cum Mandonio, atque Indibili & conſilia. Capvam Tuſcis ueteribus ademptam.} Vet.lib. Veteribus cultoribus ademptam. Hac de re ſupra etiam diximus.

Qvattvor imperatores.} Haſdrubales duos, Hamilcaris, & Giſgonis filios, Magonem Hamilcaris, & Hannonem, qui Haſdrubali in Italiam profecto ſuffectus erat.

Postvmio Albino, M. Marcello, T. Quinctio Criſpino.} Vet.li. T. Criſpino. Quod probo, ut & hic duobus nominibus afficiatur. Septimivm Martium.} Septimum Marcium, ut ſupra. 218

Coriolanvm quondam.} lib. ii. Qvibvs omnibus ſi ſuperiores eſſetis, arma contra patriã, contra ciues ueſtros ferretis.} Vet.lib. Arma tamen Poenis contra patriam. Quod probo. Auferat omnia irrita obliuio, ſi poteſt.} Vet.lib. Obliuio iſta, ſi poteſt. De nullis enim quam de uobis infeſtius aut inimicius conſuluerunt.} Vet. lib. Iniquius conſuluerunt. Exercitvs, qui concionem circumdederat, gladijs ad ſcuta concrepuit.} Polybius. καὶ μὴν μὲν οἱ στρατιῶται περιεστῶτες ἐν τοῖς ὅπλοις ἀπὸ παραγγέλματος συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεούς. Deligati ad palum, uirgiſq. caeſi, & ſecuri percuſsi adeo torpentibus metu qui aderant, ut non modo ferocior uox aduerſus atrocitatem poenae, ſed ne gemitus quidem exaudiretur.} Polybius. ἅμα δὲ τούτοις δεδεμένοι γυμνοὶ οἱ τῆς στάσεως αἴτιοι γεγονότες εἰσήγοντο. τῷ δὲ πλήθει τοιοῦτον ὑπέκειτο δέος ὑπό τε τοῦ πέριξ φόβου, καὶ τῶν κατὰ πρόσωπον δεινῶν, ὥστε τῶν μὲν μαστιγουμένων, τῶν δὲ πελεκιζομένων μήτε τὴν ὄψιν ἀλλοιοῦσθαι μήτε φωνὴν προΐεσθαι μηδένα, μένειν δὲ πάντας ἀχανεῖς ἐκπεπληγμένους πρὸς τὸ συμβαῖνον. Tracti inde de medio omnes, purgatoque loco, citati milites nominatim apud tribunos militum in uerba P. Scipionis iurarunt.} Polyb. οἱ μὲν ἐν ἀρχηγοὶ τῶν κακῶν αἰκισθέντες εἵλκοντο διὰ μέσου ἀπηλλαγμένοι τοῦ ζῆν. οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ μὲν τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων κατὰ κοινὸν ἔλαβον τὰς πίστεις, ἐφ' ᾧ μηδένα μηδενὶ μνησικακήσειν· αὐτοὶ δὲ καθ' ἕνα προσιόντες ὤμνυον τοῖς χιλιάρχοις, ἦ μὴν πειθαρχήσειν τοῖς παραγγελλομένοις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδὲν ὑπεναντίον φρονήσειν τῇ Ῥώμῃ. poſt deſunt quaedam apud Polyb. Gades ſine certamine proditione recipiendi.} Vet. lib. Per proditionem.

In fines ingreſsi.} Vet.lib. Regreſsi. Privsqvam caſtra a Carthagine moueret, concione aduocata, multis uerbis in perfidiam rebellantium regulorum inuectus.} Polyb. ὁ δὲ πόπλιος συναθροίσας ἰδίους ἐν αὐτῇ τῇ καρχηδόνι τὰς δυνάμεις εἰς ἐκκλησίαν ἔλεγε περί τε ἀνδοβάλου τόλμης, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίας.

Triginta hominum capitibus.} Vet.lib. Quinque & triginta, Recte. Sic enim etiam ante Polyb. Et huius orationis capita apud Polybium ſunt. Profectvsqve decimis caſtris peruenit ad Iberum flumen, inde ſuperato amni die quarto in conſpectu hoſtium poſuit caſtra.} Polybius. καὶ παραγενηθεὶς ἐπὶ τὸν ἴβηρα ποταμὸν δεκαταῖος, καὶ περαιωθεὶς τῇ τετάρτῃ μετὰ ταῦτα προσεστρατοπέδευσε τοῖς ὑπεναντίοις.

In eam uallem Scipio cum pecora rapta, &c.} τῇ δ' ἑξῆς εἰς τὸν προκείμενον αὐλῶνα προσέβαλέ τινα θρέμματα τῶν παρεπομένων τῷ στρατοπέδῳ, συντάξας ἑτοίμους ἔχειν τοὺς ἱππεῖς τῷ γαΐῳ, τοὺς γροσφομάχους ἐπιτάξας τῶν χιλιάρχων τινὶ παρασκευάζειν. 219

Missis leuibus telis.} Redde uocem ueterem, Emiſsis, quo dicendi genere utitur in hac re ſemper Liuius. Hanc enim mutauit temere Rhenanus. idem fecit paullo ante. Libertatem enim agi parum latine dici exiſtimauit, laedi, autem reponendum cenſuit. Cum tamẽ Cicero pro lege Manilia dixerit, Hoc bello agitur populi Ro. gloria, agitur ſalus ſociorum, aguntur certiſsima populi Romani uectigalia, aguntur bona multorum ciuium. Neqve ex aduerſo tantum obuios obtriuere.} Vet. lib. Neque ex aduerſo tantum illati obuios obtriuere. Sed uirilis uere, ac militaris.} Vet.lib. Sed uirilis, ac uere militaris. Trahvnt ſcalas, oraſque. & anchoras ne in moliendo mora eſſet, praecidunt.}

dunt.} Vet.lib.Trahunt ſcalas,pontesque,& anchoras.ſuſpicor ne utraque uox retinenda ſit hoc modo.Trahunt ſcalas,pontesque;orasque & anchoras praecidunt. De funibus enim aptius dicitur, praecidi,quam trahi,ut Virg. Tacitique incidere funem. INCERTO prae tenebris, quid aut peterent, aut uitarent.} Vet.lib.Incerti. AD DVO millia armatorum inuenta.} Armorum habent libri quos ipſe legi, & quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur. PVRGANTIBVS concurſu multitudinis factum.} Vet.lib.Purgantibus ijs.

120 VIRIS armis haud aeque ualidam.} Vet.lib.Viris,armisque. OB HAS res geſtas magis eſt temptata triumphi ſpes,quam petita pertinaciter,quia neminem ad eum diem triumphaſſe,qui ſine magiſtratu res geſsiſſet,conſtabat.} Obtemperandum hoc loco Glareano uidetur,ut & hunc,& alios locos,quibus Liuius proconſulatum magiſtratum eſſe negat,attente cõſideremus. Quod eo libentius faciemus, quod id non ſine ſummo eorum,qui Romanae antiquitatis ſtudio tenentur,fructu faciemus.Eſt igitur intelligendum magiſtratus omnes cum poteſtate fuiſſe,cum imperio uero non niſi eos, quibus nominatim mandatum eſſet imperium.auctore.n.Feſto,cũ poteſtate eſſe dicebatur ille,qui alicui negotio praefectus eſſet;cum imperio,cui nominatim delatum imperium eſſet. Mandabatur autem imperiũ his dũtaxat magiſtratibus,cum uſus Reip.poſtulabat,dictatori,cõſuli,praetori.Erat autem imperium rei militaris adminiſtrandae facultas.Quare Cicero dixit in Philip.v.Demus imperiũ C.Caeſari, ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt.Neque uero eodem tempore mandabatur magiſtratus,& imperium, neq. ijſdem comitijs.nam magiſtratus primum,deinde prouincia cũ imperio deferebatur,& magiſtratus quidem ut conſulatus,ac praetura centuriatis comitijs,imperium uero citatis. Sic enim Liu.lib.v. Comitia curiata,quae rem militarem continent;centuriata quibus cõſules, tribunosq. milites creatis. & lib.IX.Ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit,quod Fauciae curiae fuit principium duabus inſignis cladibus.& Cic.ad Appium.Appius dixit,ſeſe,ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre,ſortiturum eſſe cum collega prouinciã,ſi lex curiata non eſſet,ſe comparaturũ cum collega,ſibiq. ſucceſſurum,legem curiatam conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe,ſe quoniam ex s.c prouinciã haberet,lege Cornelia imperium habiturum,quoad in urbem introijſſet.li.tamen XXVI. ai Liu.Iuſsi deinde inire ſuffragium ad unum omnes non centuriae modo,ſed etiã homines P.Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam iuſſerunt.Atque haec quidẽ ita.Inſtitutum eſt etiam,ut conſulibus, & praetoribus poſtquã magiſtratu abijſſent prorogaretur,ſi tempora reip.poſcerent,imperium,ijq. pro conſulibus,& pro praetoribus rem gererent.Qui primus pro cos. rem geſſerit prorogato ex conſulatu imperio Q. Publilius Philo fuit, qui idem etiam primus pro cos.triumphauit.ut Liuius lib.IIX.eſt auctor.Q. autem Valeriũ Faltonem pro pr.primum ex Sicilia triumphaſſe inuenio in Triumphis Capitolinis. eundẽ uero praetorem etiam rem in Sicilia geſsiſſe ſcribit Valerius de iure triumphandi. Fieri etiam poterat ut ex praetura proconſul mitteretur. i. cum imperio conſulari & cum XII faſcibus, ut conſul,non ut praetor. ut L.Aemilius.& Plut.& L.Gellius,ex primo de leg. Cicero. Adde quod imperium etiam priuatis extra ordinem mandatum eſt, quibus autem mandatum erat, ij pariter procos. & propr. rem geſſerunt. Primus,cui mandatum eſt hoc modo, T. Quinctius fuit, de quo Liuius lib. III. ſcribit. Viſum eſt proconſulem T. Quinctium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti.Pariter P.Scipio in Hiſpaniam priuatus cum imperio miſſus eſt, atque alij quidam poſt eum, donec eo praetores cum imperio mitti coepti ſunt.Item Octauius de quo XI.Philipp.Cicero.Imperium Caeſari extraordinarium mea ſententia dedi. nam propr. ut eſſet,decreuerat. Ex his intelligi poteſt, proconſules, aut propraetores, uel ſi cum prorogato ex magiſtratu, uel ſi cum extraordinario eſſent imperio, ſine magiſtratu fuiſſe. quod item ex Cicerone lib.II.de Diu.confirmatur. Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri niſi auſpicato noluerunt.quam multi anni ſunt,cum bella a propraetoribus & proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Neque enim niſi magiſtratus habebant auſpicia uel maiora,ſi maiores;uel minora,ſi minores eſſent.Quia uero hactenus triumphus non erat decretus ijs, qui priuati extra ordinem rẽ geſsiſſent,propterea P.Scipioni ex Hiſpania non eſt decretus.Primus L.Lentulus ex his, ut ouans urbem iniret, obtinuit. poſt Pompeius etiam de Mithridate triumphauit. De L.autem Lentulo ſic Liuius lib.XXXI. Res triumpho dignas eſſe cenſebat ſenatus, ſed exemplum a maioribus non accepiſſe, ut qui neque dictator, neque conſul,neque praetor res geſsiſſet, triumpharet. proconſulẽ illum Hiſpaniam,non conſulem,aut praetorem obtinuiſſe.decurrebatur tamen eo, ut ouans urbem iniret. intercedente Ti.Sempronio Longo tribuno pl.qui nihilo magis id more maiorum, aut ullo exemplo futurum dicebat, poſtremo uictus conſenſu patrum tribunus ceſsit.& ex s. c. L. Lentulus ouans urbem ingreſſus eſt.Eadem ratione quaeſtori aliquando imperium datum eſt.ut ait Salluſt.in Catil. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam quaeſtor pro praetore miſſus eſt adnitente Craſſo.Poſtremo inſtitutum eſt etiam,ut quotannis conſulares,& praetoriae prouinciae decernerentur,in quas conſules,aut praetores poſt magiſtratum accepto imperio mitterentur,(quemadmodum ex oratione de pro. conſul. intelligi poteſt.)ijdemque pariter proconſules, & propraetores dicerentur. Factum eſt autem, ut aut proxime poſtquam magiſtratu abijſſent, aut aliquot annis interpoſitis, in prouincias irent. Si autem ſubito ibant, ut P. Lentulus in Ciliciam, cum ordinario imperio utebantur, ſi ſpatio annorum interpoſito, ut in eandem Cicero, extraordinario. Itaque ipſe de ſemetipſo ait ad Att. lib. IX. Faciam, ut

ſumma

ſumma modeſtia,& ſumma abſtinentia munus hoc extraordinariũ tranſducamus. Idem de propraetoribus etiam iudicandum eſt. Quod Coelius ad Ciceronem docet, his uerbis. Senatui placere in Ciliciam prouinciam, inq. reliquas octo prouincias, quas praetorij pro praet. obtinuerunt, eos, qui praetores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex s.c. cum imperio in prouincias mitti oporteret, eos ſortito in prouincias mitti oportere. Ne autem mendum eſſe librorum quis putet, animaduertere oportet, praetorem ſaepe pro propraetore poni. ut C. Verres Siciliae praetor, i. cum praetorio imperio, poſtquam praetor urbanus fuerat. item praetorem pro proconſule. ut C. Caeſar Galliae, praetor, P. Rupilius Siciliae. in quas prouincias ex cõſulatu miſsi ſunt. Item conſulem pro proconſule. ut cum ait Liuius. P. Scipionem conſulem in Africa bellum geſsiſſe,& alia eiuſmodi; cum tamen Scipio in Africam poſt conſulatum uenerit prorogato conſulari imperio. Haec etſi magna exemplorum confirmare copia poterã, ſuperſedendum ijs mihi tamen eſſe duxi, ut de ijs ſuo cuiuſque loco agerem,& dubitanti Glareano reſponderem. ut cum paullo poſt ait. Conſules cum exercitu in Hiſpaniam miſiſtis. P.& Cn. Scipiones intelligens, quorum neuter conſul in Hiſpaniam profectus eſt, ſed tamen cum conſulari imperio. L. Aemylivs Pappus.} L. Aemilius Papus. ex Capit. tabulis. Cvm in Italia tam atrox bellum,& Hannibalem hoſtem haberetis, conſules cum exercitu in Hiſpaniam, uelut ad colligendas reliquias naufragij noſtri, miſiſtis.} Quoniam capto Sagunto nemo conſul in Hiſpaniã miſſus eſt. Qui autem miſsi ſunt pro conſulibus miſsi ſunt. propterea uidendum eſt, an conſules accipiat, pro ijs, qui cum conſulari imperio ſint. Ex captiuorum numero excerptos Saguntinos.} Vet. lib. Excretos. Terrarvm ultimus finis Oceanus.} Vet. lib. Vltima finis. ut Virgil. Haec finis Priami. Si nos permitteretis.} Vet. lib. Si uos permitteretis. Dvarvm rerum ſubeundam opinationem eſſe.} Vet. lib. Opinionem. Insitae ingenio meo cunctationis.} Vnde Ennius. Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. Inde ipſe Cunctatoris cognomen tulit. Dictatvra cum quinque conſulatibus.} Alteram Dictaturam forte omittit, quod ea ſe abdicarat uitio creatus.

Avctore aeque impigro, ac nobili iuuene.} Alcibiadem intelligit. Cvm uero Hannibal hoſti incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obſideat.} Vet. lib. poſsideat. praeclare, ſequitur enim. Tu conſul Italia expuleris. Dvx militari ſuffragio ad tempus electus.} Vet. lib. Ad tempus lectus. ut alibi: Lectus a plebe conſul. Ostende Romana arma.} Vet. lib. Oſtende illi Ro. arma. Adversa caſibus incertis belli, & fortunae legare. Vet. li. allegare. Plvresqve conſilium ſenis, quam animum adoleſcentia ferocem laudarent.} Vet. lib. Animum adoleſcentis ferocem. Cvivs rei non tam ipſe auſim tantum uirum inſimulare, quam ea ſuſpicio uitio orationis, an rei, haud ſane purgata eſt.} Vitium orationis huius ſenſit Glareanus, non correxit tamen. Emendatur autem ex uet. lib. in quibus eſt. Quam quod ea ſuſpicio. Sic ſenem ſe perfunctum.} Reſtituenda uox eſt ex ueterum librorum fide. Se perfunctum honoribus. Nam dixit Fabius. Si me neque uita acta,& mores mei, neque dictatura cum quinque conſulatibus, tantumq. gloriae belli, domique partae uindicat.

Xanthippvm.} Quo duce Regulus primo punico bello captus eſt. Accidere animo 222
certum habeo.} Vet. lib. Certum animo habeo. Cvm reſpondiſſet Scipio, ſe quod e rep. eſſet, facturum.} Vet. lib. ſe quod e rep. credidiſſet, facturum. Alteri Bruttij,& bellum cum Hannibale cum eo exercitu, quem L. Veturius, & Q. Caecilius ſortirentur inter ſe, compararentve, uter in Bruttijs duabus legionibus, quas conſul reliquiſſet, rem gereret, imperiumque in annum ei prorogaretur: cui ea prouincia eueniſſet. Hoc loco laborat Glareanus,& iure. nam non mendoſus eſt ſolum, ſed etiam mancus. Quis enim ſenſus colligi ex illis uerbis poteſt. cum eo exercitu, quem L. Veturius, & Q. Caecilius ſortirentur inter ſe &c. Demus igitur operam, ut, quoad poſsimus, germanam ſententiam, & ſinceram lectionem reſtituamus. Veteres libri ita habent. cum eo exercitu, quem L. Veturius, aut Q. Caecilius habuit. optime haec quidem, uerum ad ſanandum non ſatis. Repete igitur duo illa nomina, quae librario parum diligenti cauſſam dederunt errandi. ſic. & ut L. Veturius, & Q. Caecilius ſortirentur. Iam nihil perfectius fingi poteſt. ſenſus eſt. Conſulibus decretae prouinciae, Scipioni Sicilia cum nauibus roſtratis, Craſſo Bruttij cũ exercitu aut Veturij, aut Caecilij. decretumque eſt, ut Veturius,& Caecilius ſortirentur, aut inter ſe compararent, uter cum Craſſo in Bruttijs bellum gereret cum legionibus duabus, quas Craſſus conſul reliquiſſet. Itaque paullo poſt ait. Q Caecilio ſorte euenit, ut cum conſule in Bruttijs aduerſus Hannibalem bellum gereret.& poſt. P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus conſulares uenit. ex eis eum ſibi ſumpſit, quem L. Veturius conſul habuerat. Metello, ut quibus praefuiſſet legionibus, ijs praeeſſet, facilius cum aſſuetis imperio rem geſturum ratus, permiſit. Sortirentvr inter ſe, compararentve.} Emenda ex uet. lib. Sortirentur, inter ſe ve compararent. Cum poſsim ſexcentis Liuij locis hoc dicendi genus confirmare, paucis tamen ero contentus. lib. xxx. Decreuerunt patres, ut conſules inter ſe compararent, ſortirenturve. & libro xxix. Vt compararent inter ſe, aut forte legerent, qui duo cum praetore, ac legatis irent. & lib. xxxii. Decreuerunt patres, ut prouincijs Macedoniam, atque Italiam conſules compararent inter ſe, ſortirenturve. & lib. xxxvii. Cum ſenatus aut ſortiri, aut comparare inter ſe prouincias conſules iniſſet. ſic ubique. Quare apud Ciceronem ad Lentulum ita procul dubio legendum eſt. Appius in ſermonibus

antea

antea dictitabat, poſtea dixit etiam in ſenatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega prouinciam, ſi curiata lex non eſſet, comparaturum cum collega, tibique ſucceſſurum. Vulgo enim legitur, ſeparaturum cum collega. Senatus enim prouincias decernebat, conſules eas aut ſortiebantur, aut inter ſe comparabant. Raro iudicio ſenatus res permiſſa eſt. ut tradit Liuius lib. XXXVII. Et ceteris praetoribus, conſulibusq. qui exercitibus, prouincijs praefuturi erant, prorogata imperia.} Et hic aeque, atque ſuperior deprauatus locus eſt. Non ſolum autem quia in ueteri libro ita eſt, ſed etiam quia ita ſententia fert, hoc modo legendum eſt. Et ceteris praeter conſules, praetoresque, qui exercitibus, prouincijsque praefuturi erant, prorogata imperia ſunt. ſenſus eſt. paullo ante locutus eſt de prouincijs, exercitibusque tam praetoribus, quam conſulibus huius anni decretis. nunc ait. praeter conſules, & praetores eos, qui prouincijs praefuturi erant, ceteris quoque prorogata imperia. Dedit autem cauſſam labendi librario uox, praeter, quam in praetoribus temere commutauit. M. Pomponius Matho, Q. Catulus.} Vet. lib. Q. Catius. Quod probo. Nam ſupra Q. Catij magna mentio, Q. Catuli nulla. Et quia impenſae negauerat Reip. futuram claſſem, ut quae a ſocijs darentur ad nouas fabricandas naues, acciperet. Etruriae primum populi, &c.} In uet. lib. eſt. Niſi quae a ſocijs. ex quo intelligo legendum eſſe, ſi quae a ſocijs. & cum ait. Et quia impenſae, nouae ſententiae principium eſt faciendum, cui altera pars iungitur, Etruriae primum populi.

Tritici centum & xx millia modium, & in uiaticum.} Inducenda eſt uox, Et, ex meis, & ex Rhenani libris.

223 Ab C. Octauio.} Vet. lib. Ab Cn. Octauio. itemque ita ſupra ubique. Caelius.} Coelius ſcribendum ex numis argenteis, & Graecis libris.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XXIX

Conquerentis, quod non exercitum in Africam transieciſſet.} Vet. lib. Quod nondum exercitum. Qui in Galliam, & Liguriam ierat.} Vet. lib. Qui in Gallia, & Liguribus erat.

Pesinunte.} Peſsinunte. ex Graecis. Masanissa rex Maſaeſulorum.} Vet. lib. Maſsyliorum. ut ſupra dixi. nam Maſaeſulorum rex erat Syphax. Dum pro Carthagine in Hiſpania militat.} Vet. lib. Dum pro Carthaginienſibus. Censa ſunt ciuium capita CCXV millia.} Vet. lib. CCLXV millia. Minime bona fide.} Vet. lib. Non bona fide.

IN. LIBRVM. XXIX

Ex iis trecentos iuuenes.} Ex ijs, accipiendum eſt pro, Praeter eos, quos centuriatos habebat, trecentos iuuenes non centuriatos habebat. ſic lib. VI. Alia ex eis edita etiam in uulgus, Ex eis. i. praeter regias leges, & aeneas tabulas. Vtroque in loco laborat Glareanus ſine cauſſa. Eoque enixius bellum adiuuerunt. Vet. lib. Ad bellum.

224 Itaque omiſſa pugna equeſtri ad pedeſtrem Hiſpani equites deſcenderunt.} Vet. lib. Ad pedes Hiſpani deſcenderunt. Videtur autem uacare uox, Equites. nam priore uerſu poſita eſt, & poſteriore repetita. Equitibus ad pedes degreſsis. Ni regulus ipſe Indibilis cum equitibus.} Vet. lib. Ni regulus Indibilis ipſe cum equitibus. Item quod ait. Equitibus ad pedes digreſsis. Degreſsis, legendum, ut alibi. Pulsi caſtris Hiſpani, aut qui ex proelio effugerant, ſparſi primo per urbes, deinde in ſuas quiſque ciuitates redierunt.} Vet. lib. At qui ex proelio. Item. Sparſi primo per agros.

Conquestique ibi clades ſuas.} Vet. lib. Conteſtatiq. ibi clades ſuas. Si se Mago ex Liguribus propius urbem moueat.} Vet. lib. Si Mago e. l. p. u. moueat. Eſt autem genus dicendi ſimile ei. Is quam proxime poteſt ad urbem ducit. abſolute enim utrumque dicitur.

225 Quod latrocinijs magis, quam iuſto bello in Bruttijs gerebantur res.} Vet. lib. Quod latrocinij magis more, quam iuſto bello in Bruttijs gerebatur res. Placet. Subdit enim: Promptis in eum morem. & lib. XXXIIX. ait. Latrocinij magis, quam proelij modo. Rhegyum.} Rhegium ex uet. li. & Graecis, ῥήγιον. Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas.} Vet. lib. Ad edictam.

Clamor ab ijs, qui extra arcem erant, ſublatus, incertum unde accidiſſet.} Vet. lib. Incertus unde accidiſſet. Scipioni ut nunciatum eſt, in maiore diſcrimine Locris rem uerti &c. & ipſe a Meſſana.} Vet. lib. Scipio, ut nunciatum eſt. Placet autem magis, ſi a recto incipiat periodus, quam ſi ab obliquo caſu. Naves mari ſecundo miſit.} Merito nos de hoc dicendi genere Glareanus admonet, ut nouo. nam deprauate legitur, miſit, pro tranſmiſit, aut commiſit. Vtraque enim lectio in ueterib. libris reperitur. Quam aſportauerant.} Vet. lib. Quam aſportabant. Cum a P. Licino litterae Romam allatae ſunt.} Lege, a P. Licinio conſule. ex ueteribus libris.

226 Aesculapium quoque ex Graecia quondam.} Lib. x. & epitom. XI. Itaque quo maturius fauſtis ominibus, oraculisq. portanda Romam dea eſſet, nullas dum in Aſia ciuitates habebat populus Romanus.} Rhenanus, qui uetere exploſa lectione hanc nouam intulit, non mihi ſatisfecit, conſilijq. ſui cauſſam probauit. neque enim uni libro magis eſt habenda fides, quam plurimis, ijſque inter ſe

egregie

egregie conſentientibus.In quibus ita eſt.Itaque quo maturius,fatis omnibus, oraculiſq. portendentis ſe uictoriae compotes fierent,cogitare,quae ratio tranſportandae Romam deae eſſet. Nullas dum in Aſia. M. CAECILIVM Metellum praetorium,Sulpicium Galbam aedilicium.} Lege ex uet.li. Ser. Sulpicium Galbam aedilicium. M. VALERIVM Falconem.} Faltonem.ex lapid.Capitol.

PESINVNTEM.} Peſsinuntem.ex uet.libris,& Graecis. T.CLAVDIVS Nero.} Ti.Claudius. ex Capitolino conſulatu. T.CLAVDIVS Aſellus.} Ti.Claudius.ut ſupra dixi.

M. IVNIVS Poenus.} Pennus,ex Capitol.conſul. MILLE equitibus, trigintaquinq. roſtratis nauibus.} Vet.lib.Et triginta quinque. LECTORIO legato.} Laetorio,Graeci,& Capitolini ſcriptores. PHOENICE urbs eſt Epiri.} Polyb.lib. II. πολὺ γὰρ ἡ φοινίκη διάφερε τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον πόλεων. 2

CVM Eropo,& Darda.} Vet.lib.habent,Derda. VT Parthini,& Dimallum.} Glareanus negat ſe uſquam legiſſe hanc uocem Dimallum. Id autem opidum eſt in Illyrio teſte Polybio lib. III. ἐπιμέμφεται εἰς τὴν δίμαλον ἀξιόχρεων φρουρὰν εἰσπεπομφέν. ATINTANAS miſsis Romam legatis ab ſenatu impetraſſe, ut Macedoni accederent.} Hunc locum olim quidam aſteriſco notarunt,quod uerba deeſſe aliquot putarent. Itaque Glareanus uidendum monet, quid ſibi uelit uox, Atintanas. Huic ego quaeſtioni reſpódeo.Atintanas Macedoniae populos eſſe illos quidem, praeſertim auctore Stephano. ἀτιντανία μοῖρα μακεδονίας, οἱ οἰκήτορες καὶ ἀτιντᾶνες καὶ ἀτιντάνιοι. putare tamen hanc uocem adulterinam eſſe,neque huic loco conuenire.Nam ſi ita legatur,non expleta omni ex parte ſententia uidetur. P.Sempronius condiciones pacis dixit,ut Parthini,& Dimallum,& Bargulum,& Eugenium Romanorum eſſent.Atintanas miſsis Romam legatis ab ſenatu impetraſſe, ut Macedoni accederent.At uero ſi legas, ut eſt in ueteribus libris,ſenſum elicies optimum,& perfectiſsimum: P.Sempronius condiciones pacis dixit,ut Parthini, & Dimallum,& Bargulũ,& Eugenium Romanorum eſſent,addito quod miſsis Romam legatis ab ſenatu impetraſſent,ut Macedoni accederent. Dixi autem, Addito quod, pro eo, quod quidam dicunt,Dato quod.& pro,Quamuis. OCCVLTANTIBVS id credo patribus,ne praeſciſcerent Carthaginienſes.} Vet.lib.Ne praeſcirent. EA plura uulgabantur.} Vet.lib. Eo plura.

SICVT proditum memoriae a primis temporum illorum ſcriptoribus.} Vet. li. A proximis temporum. OBVIAM ire deae iuſſus,iſque eam de naue acciperet,& in terram elatam traderet ferendam matronis.} Vet.lib.Accipere,&,tradere habent,ut,ire.

CLAVDIAE Quinctiae.} Claudiae Quinctae legendum eſt ex oratione Ciceronis de haruſpicum reſponſis. Eſt autem Quincta praenomen. ut in lapide perantiquo eſt apud Horatium Malegutium in agro Regienſi. 217

SEPTIMIVS
Ͻ. L. NICEPOR.
SEPTIMIA
SP. F. QVINCTA.

MEGALESIA appellata.} Cicero de haruſp. Megalenſium ludorum tanta religio eſt, ut ex ultimis terris accerſita in hac urbe conſederit.Qui uni ludi ne uerbo quidem appellantur latino, ut uocabulo ipſo,& appetita religio externa,& matris Magnae nomine ſuſcepta declaretur. NEPETE.} Nepet.ut ſupra. ALTERA itidem res.} Vet.lib.Item. SE, ac M.Claudio conſule.} Vet. lib.Conſulibus. PESTIS, ac bellua immanis,quale fretum quondam.} Scyllam,de qua eſt in fabulis,intelligit.

QVIBVS per uos, fidemq. ueſtram, &c. neque in Italia, neque in Africa quidquam geſſeritis.} 228
Monent,ne militibus ſacrilegis utantur in bello,priuſquam ſcelere expiati ſint.Nihil autem uitij hic locus continet,contra quam quidam exiſtimant. DEIN uerberatos, ſeruilibusq. omnibus ſupplicijs cruciando occidit.} Vet.lib.cruciatos.ut pro lege Manilia. Vinculis, ac uerberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necauit. QVALIS Suetone.} lib. XXIIX. HANNIBALEM ex Italia retracturum.} Detracturum, reſtitue, quod immutauit Rhenanus. ita uero loquitur paullo poſt. Quod ad Hannibalem detrahendum ex Italia ſe tranſire uulgauerat. & Cicero de prouincijs. At hi nõ modo illum inimicum ex Gallia ſententijs ſuis non detrahebant. VT in exercitu Scipio maneret.} Veter.lib.Ad exercitum,genus uſitatum dicendi eſt,cum de imperatore loquimur; illud, cum de militibus. M. CINCIVS Alimentius.} Alimentus.ut ſupra. COMPREHENDERE tribuni iuberent.} Vet.lib.Prehendere.Quae uox propria huius facti,& ſolennis eſt. Capitonis uerba haec ſunt.Cum moribus maiorum tribuni pl prehenſionem haberẽt,uocationem non haberent.poſſe igitur eos uenire, & prehendi ſe iubere.Item Varro.Prehenſionem tribuni plebis habent.Haec ex Gellij lib.XIII.cap.XII.

ALII ab ipſo Scipione legatum cum triginta nobiliſsimis equitum miſſum, qui Q Pleminium in catenas,& cum eo ſeditionis principes conijcerent.} Vet.lib.miſſum Q.Pleminium in catenas,& cum eo ſeditionis principes conie ctos. PRIMAM, ſicuti mandatum erat, religionis curam habuere.} Vet.lib.primum.probo.ſequitur enim.Tum uocatos in concionem. RHEGIVM ſequeretur.} Vet. lib.Rhegium ſe ſequeretur.ut lib.XXII.Chalcidem ſe ſequi iuſſerunt. TOT, tam nefanda.} Vet. lib.Tot,tamque nefanda.

COMPERTA oculis perferrent Romam.} Vet.lib.Referrent. SPECVLIS per promonto- 229
ria

ria omnia poſitis.} Vet.lib. Per omnia promontoria. Et ſunt ante omnes barbaros Numidae effuſi in uenerem.} Vet.lib.ut ſunt. ſic lib. xxx. ut eſt genus Numidarum in uenerem praeceps.

Ipsvm ad Laelium ueniſſe.} Vet.lib.ad C.Laelium. Alibi xv millia peditum,mille & quingentos equites.} Vet.lib.habent,xvi millia. Quod probo,quia Appianus in Libyco hunc numerum edit. πεζοὺς μὲν ἑξακισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, ἱππέας δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους. Itaque auctore eodem Appiano malim legere apud Liuium ſexcentos,quam quingentos. Navibvs ante conſcendere coactos continuit.} Vetus lectio melior: In naues ante conſcendere. Qvaestot tum is erat.} Vet.lib. Quaeſtor is tum erat.

830 Praeter xl longas naues, quadringentis ferme onerariis exercitum tranſuexit. } Vet. lib. Praeter l longas naues. probo. nam Appianus ita. καὶ ἐς Λιβύην ἀνήγετο ἐπὶ νεῶν μακρῶν μὲν δύο καὶ πεντήκοντα, φορτίδων δὲ τετρακοσίων. & ipſe lib. xxx. Scipio L.longas naues haberet,quas habuiſſet.

Dii,deaeque,inquit.} Vet.lib. Diui,diuaeque. Quod placet,quia olet magis antiquitatem,cui in hac precatione ſtuduit Liuius.Quamquam Virgilius lib.v.ait. Dij,quibus imperium eſt pelagi,in eiuſmodi precatione, metri cauſſa. Bene uertant, eaque uos omnia bene iuuetis. } Quo pertineat tertia haec perſona Vertant,cum ad ſecundam oratio conuerſa ſit,Vos precor,intelligi nõ poteſt.Hinc fit,ut placeat priſca lectio,bene uertundo,& ut,pro Eaque, putem reponendum eſſe,Aeque.hoc ſenſu. Vos precor,quae in meo imperio geſta ſunt,geruntur, poſtq. gerentur,ea mihi populo,plebique Romanae,ſocijs,nominiq.latino,qui populi Romani,quique meam ſectam, imperium auſpiciumque terra,mari,amnibusq.ſequuntur bene uertendo,aeque omnia bene iuuetis.Neque impedit,quod Rhenanus in quodam libro ait ſe legiſſe,Bene uerruncent. Qvaeqve populus Carthaginienſis in ciuitatem noſtram facere molitus eſt,ea ut mihi, populoque Romano in ciuitatem Carthaginienſium exẽpla edendi facultatem detis.} Vetus lectio breuior.Ea ut mihi, populoq. Romano in ciuitatem Carthaginienſium detis.ſubauditur autem,Facere,ex priore membro orationis.Cuius lectionis uenuſtatem, qui non intellexerunt,de ſuo haec uerba addiderunt.Exempla edendi facultatem.Quas uoces puto temere ab aliquo iniectas,tum quia ab ijs, quos legi,libris abſunt,tum quia neceſſariae non ſunt. Scio tamen Liuium lib.xxxiix.uti hac forma dicendi.Omnia exempla belli edita in ſe caedibus,incendiis,minis, direptione urbis. Victores ſpoliis decoratos,praeda onuſtos,triumphantesq. } Vet. lib.quos legi,aeque atque ij,quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur,uacant his uocibus.Praeda onuſtos.ut legatur. Spolijs decoratos,triumphantesq.Quod ſequitur,domos reduces ſiſtatis.} Malim & ipſe cum Rhenano,Domo. Crvda exta caeſa uictima(ut mos eſt)in mare proiecit. } Sacrificale uerbum antiquum temere amouit Rhenanus. Quod feciſſe etiam quoſdam olim apud Virgilium tradit Macrobius libro quincto,ubi ait.Extaque ſalſos Porriciam in fluctus. non Proijciam. Sic hoc loco Porricit, non Proiecit. Celeriter conſpectu terrae ablati ſunt. } Vet.lib.E conſpectu.ut Virg. Vix e conſpectu Siculae telluris in altum Vela dabant. Ita vt uix concurſus nauium inter ſe uitarent. } Vet.lib.occurſus. Et ventvs premente nebula cecidit. } Immo lege.Et uento premente nebula cecidit.non enim uentus cecidit,ſed nebula premente uento. Nam ſubdit. Ventus idem coortus nebula diſiecta aperuit omnia. Cvm Pulchri promontorium id uocari audiſſet. } Polybius huius promontorii meminit lib.iii.in foederibus Romanorum & Poenorum.& τὸ καλὸν ἀκρωτήριον uocat.

Qvibvs exſcenſiones in agros maritimos factae erant.} Vet. lib. Excurſiones.quod probo.

Vrbem etiam proximam Afrorum ſatis opulentam cepit. } Hanc urbem Appianus in Libyco uocat Λόχας. Laetissimvs tamen Romanis. } Vet.lib. Laetiſſimus tum Romanis. Pater eius moritur.} Vet.lib.Pater ei moritur. Mezetvllvs.} Mezetulus.ſic enim Vet.lib.& App. Μεζέτουλον uocat. Non alienus ſanguine regibus, familiae ſemper inimicae.} Vet.lib.Non alienus a ſanguine,Regibus familiae ſemper inimicae. Gens Maſaeſylorum omnis.} Maſſyliorum lege. Nam loquitur de populis,qui Maſſaniſae poſt paruerunt.Maſaeſuli enim Syphaci obediebant. Qui autem ante me hos libros emendarunt,quod,quid inter has gentes intereſſet, neſcirent, omnia pertubarunt,& ubique Maſaeſulos ſcripſerunt.ut ſupra ex uetetibus etiam libris admonui. Ad Tapſum.} Thapſum.nam graece Θάψος. In Carthaginienſium agrum perfugit.} Vet.lib.Refugit.

Vtrvm penes Lacumacen,an Maſſaniſam regnum Maſaeſylorum eſſet. } Maſſyliorum. ex uet. lib.Porro autem familiae Maſſaniſae ſtemma,cuius hic Liuius, in Iugurtha Salluſtius meminit,hoc eſt.

. . . .

Gala rex Maſſyliorum. | Deſalces rex poſt Galam fratrem.

Galae filia. — Maſſiua. cuius Gala maternus auus fuit.

Maſſaniſa rex poſt Lacumacen a ſe uictum acie cum Mezetulo tutore.

Capuſa rex poſt Deſalcem patrem.

Lacumaces rex poſt mortem Capuſae fratris.auctore Mezetulo tutore.

Maſga-

Maſgaba. de quo lib.XLV. — Micipſa. rex poſt Maſſaniſſam. — Miſagenes. de quo li.XLII. — Guluſſa. — Manaſtabal. — Stemba quatuor ann. relictus a patre Suid.

Adherbal. rex poſt Micipſam. — Hiempſal. — Maſsiua. — Iugurtha ex concubina poſt Adherbalem rex uictus a Romanis. — Gauda ex uxore.

Vt exercitum ad fines Maſaeſylorum admoueat.} Cur Syphax exercitum admoueat finibus
Maſaeſulorum, qui in ſuo imperio erant? Maſyliorum, ergo lege. & ita ubique. ſunt enim eodem errore
plurimi deprauati loci. Infensvmqve & ipſum ad reliquias belli perſequendas inſtigabant.}
Vet.lib. Intentumque & ipſum. Masaesylorvmqve fines, (id Syphacis regnum erat.} Recte
legitur hic, Maſaeſulorum, non Maſſyliorum. Syphax tum interdiu.} Vet. lib. Syphax autem
interdiu. Itaqve ceteri pedites equitesq. caeſi.} Vet.lib. Caeſi, aut capti. Saleram no-
mine urbem occupauit.} Hanc urbem captam a Syphace tradit Appianus, non ab Hannone, ubi de Sy
phace loquens ait. τόν τε ἐν μεσογαίῳ θάλλοντα ῥωμαίων παρασχεῖν, καὶ σῖτον πολὺν ἔχουσαν ἐκ προδοσίας εἷλε.
Eoqve minus ſibi ceſſandum ratus.} Vet.lib. Eo minus igitur ceſſandum ratus. Se in tem-
pore pugnae uenturum.} Vet.lib. Obuenturum. Cvm timore ſimulato audaciam hoſti faceret,}
Vet.lib. Cum timoris ſimulatio.

Fvgientes per triginta millia paſſuum. Vet.lib. Per tria millia. Dvos eodem nomine 232
Carthaginienſium duces duobus equeſtribus proelijs interfectos, non omnes auctores ſunt.} Hinc fa-
ctum eſt, ut Appianus alterum horum Hannonem, alterum Magonem uocet. Captvm Hanno
nē tradant.} Vet.lib. Captum etiam Hannonem. M. Cornelivs cos. altera parte Italiae.} Vet.
lib. In altera parte. Censvm receperunt.} Vet.lib. Acceperunt. Sic lib. XLIII. in cenſu accipien-
do populi. Parvvm certamen notarum inter cenſores.} Malim, Prauum certamen. Pe-
tilia.} Petelia. ut ſupra. Consvles Cn. Seruilium Caepionem, & Cn. Seruilium Geminum.}
Veteres plerique libri, itemque Capitolinae tabulae edunt, Cn. Seruilium Caepionem, & C. Seruilium.
ſine cognomine, Gemini. Quod placet. Nam Seruilij Gemini patricij fuerunt. Hic autem auctore Li-
uio aedilis, & tribunus plebis fuit, & cognomine caruit. praeterea plebeij conſulis locum obtinet, ſiqui
dem cum Caepione patricio comparatus eſt. Creati P. Cornelius Lentulus.} Hic praetor fit
hoc anno, biennio autem poſt conſul, quo in magiſtratu Cnaeus uocatur. Quare & hic etiam Cn. Cor-
nelius ſcribendum. T. Vetvrivs Philo.} In quodam uetere lib eſt. Ti. Veturius. Quod placet.
Nam quendam Capitolinum conſulem inuenio ita deſcribi. M. Veturius, Ti. F. Ex quo intelligi poteſt,
Tiberium Veturiae gentis praenomen fuiſſe.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XXX

Syphacem per C. Laelium cepit.} Vet.lib. Per C. Laelium, & Maſſaniſſam cepit. atque ita Li- 233
uius. Venenvm ei tranſmiſit, quo quidem hauſto.} Vet.lib. Venenum ei miſit, quo hauſto.
Mago bello, quo in agro Inſubrium cum Romanis conflixerat.} Vet.lib. Mago, qui bello in agro.
Ex uulnere mortuus eſt.} Veteres libri pleniores: Ex uulnere mortuus eſt. Maſſaniſſae regnum re-
ſtitutum eſt.

IN. LIBRVM. XXX

Cn. Servilivs Caepio, & Cn. Seruilius Geminus conſules.} Ob eas cauſſas, quas dixi, lego,
Cn. Seruilius Caepio, & C. Seruilius conſules. Exercitvm a P. Sempronio acciperet.} Vet.li.
A P. Sempronio conſule. Servilio Gemino Etruria.} Vet.lib. Seruilio Etruria. recte. ut dixi.
Sardiniam P. Lentulus.} Cn. Lentulus. ut dixi. Consvlibvs imperatum, ut priuſ-
quam.} Vt, abeſt a ueteribus libris, uenuſte. Et nouas religiones excitabant in animis hominū
prodigia.} Vet.lib. Et nouas excitabant in animis hominum curas prodigia. Si forte iam
ſatias amoris in uxore ex multa copia eum cepiſſet.} Vet.lib. In uxorem. Polybius lib. XIV. ὁ γὰρ ἀπεσχίσθαι
καὶ τῆς παιδίσκης αὐτὸν ἤδη καιρὸν ἔχειν.
Septem millia itineris erant.} Vertit a Polybio, unde hic totus locus ſumptus eſt. περὶ γὰρ ἑξή- 234
κοντα σταδίους ἀπεῖχον οἱ πολέμιοι. Quod ait, Ad primam ferme uigiliam, Polybius, ἄρτι λαγχανούσης τῆς πρώτης φυ
λακῆς. Quod autem inquit, Media nocte, Polybius. περὶ τὴν τρίτην φυλακὴν λήγουσαν. Vt quan-
tum nox prouidentiae adimat, tantum diligentia expleant, curaque.} Ex Polybio ad uerbum. σαφῶς εἰδό
τας, ὅτι καθ' ὅσον ἐμποδίζει καὶ κωλύει τὰ τῆς ὁράσεως τὸ σκότος κατὰ τοσοῦτον δεῖ συναναπληροῦν τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ τόλμῃ
τὰς

τὰς νυκτερινὰς ἐπιβολάς. MVLTI in praecipiti fuga ruentes ſuper alios alij.} Vet.li.Multi praecipiti fuga ruentes. IGNIBVSQVE in proxima tecta coniectis.} Tecta Haſdrubalis intelligendum, quae ſibi incendenda Scipio ſumpſerat.non ante tamen,quam ignem in caſtris Syphacis conſpexiſſet. Hoc iiſdẽ prope uerbis Polyb.ὁ δὲ σκηπίων ἐπιπεσὼν τοῖς ἐξεληλυθόσιν,οὓς μὲν ἐφόνευσεν,οὓς δὲ καταδιώκων ἅμα τὸ πῦρ ἐνέβαλε ταῖς σκηναῖς. οὗ γενομένου παραπλήσια συνέβαινε πάσχειν τοῖς φοίνιξιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῖς ἄρτι ῥηθεῖσι περὶ νομάδων.

BINAQVE caſtra clade una deleta.} Vet. lib. Die una deleta. Quod probo, quia Appianus ita. Ῥωμαῖοι διὰ τόλμης μίας ἐν ὀλίγῳ μέρει νυκτὸς δύο στρατοπέδων ἐκράτησαν ὁμοῦ. HASDRVBAL ex fuga cum paucis Atrorum urbem proximam petierat.} Polybius item nomen urbis non apponit, quod eſt tamen apud Appianum. Ἀσδρούβας δὲ ὁ στρατηγὸς καρχηδονίων ἐν μὲν τῇ νυκτομαχίᾳ μεθ᾽ ἱππέων πεντακοσίων τετρωμένος εἰς Ἀνδὰν κατέφυγεν. DVAE ſubinde urbes captae,direptaeque.} Item Poly. δύω τε τὰς παρακειμένας πόλεις ἀφῆκε τοῖς στρατοπέδοις διαρπάζειν. VT omiſſa Vtica Carthaginẽ crederent extemplo Scipionẽ oppreſſurum.} Vet.lib.Obſeſſurum.belle autem reſpondet.Nam Vtica obſidebatur.Item quod paullo poſt in maiore urbis periculo ait. Carthaginem repente aggreſſurum credebant. SVFFETES, quod uelut conſulare imperium apud eos erat.} Sufetes, legitur in ueteribus lib.& apud Feſtum, qui ita ſcribit. Sufes conſul lingua Poenorum. Claudius. Senatus cenſuit referentibus Sufetis.

QVATTVOR millia Celtiberorum circa urbem nomine Olbam ab cõquiſitoribus ſuis conducta in Hiſpania, egregiae iuuentutis ſibi occurriſſe.} Olbam quaerit fruſtra in Africa Glareanus. Polybius enim Abbam edit,ita ſcribẽs.τῶν δὲ κελτιβήρων αὐτοῖς ἀπαντησάντων περὶ τὴν ἄββαν, οἵ τινες ἐτύγχανον ὑπὸ τῶν καρχηδονίων ἐξενολογημένοι πλείους ὄντες τῶν τετρακισχιλίων.Vt autem Haſdrubal Andam, ſic Syphax Abbam poſt nocturnam cladem ſe contulerant Appiano,& Polybio auctoribus.Circa autem Abbam occurrerunt,non circa eam conducta ſunt,ut interpretatur Glareanus. PRIMO in tumulo quattuor me millia diſtante ab caſtris regijs conſedit,poſtero die cum equitatu in Magnos(ita uocant) campos ſubiectos ei tumulo degreſſus &.} Sic Polybius. ἀφικόμενος δὲ πεμπταῖος ἐπὶ τὰ μεγάλα πεδία,καὶ συνεγγίσας τοῖς πολεμίοις,τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν ἐπί τινος λόφου κατεστρατοπέδευσε περὶ τριάκοντα σταδίων ἀποχὴν τῶν πολεμίων, τῇ δ᾽ ἑξῆς καταβὰς εἰς τὰ πεδία, καὶ προθέμενος ἑπτὰ σταδίους τοὺς ἱππέας παρενέβαλε. Hinc cum alia multa eliciuntur,tum illud,Magnos campos appellaſſe,quos μεγάλα πεδία uocet Polybius. ROMANVS poſt principes haſtatorum prima ſigna in ſubſidijs triarios conſtituit.} Magnum mendum leui labore deleri poteſt. ſi legas. Romanus principes poſt haſtatorum prima ſigna.Hic enim erat inſtruendae aciei mos Romanus, ut haſtatis principes ſuccederent,ut ait lib. IIX. Prima acies haſtati erant, manipuli quindecim. Robuſtior inde aetas totidem manipulorum,quibus Principibus eſt nomen. Quem morem hoc tempore ſeruatum eſſe a Scipione ait Polyb hoc modo.ὁ μὲν οὖν πόπλιος ἁπλῶς κατὰ τὸ παρ᾽ αὐτοῖς ἔθος ἔθηκε πρώτους μὲν τὰς τῶν ἁστάτων σημαίας,ἐπὶ δὲ ταύταις τῶν πριγκίπων,τελευταίας δὲ ἐπέστησε κατόπιν τὰς τῶν τριαρίων. Idem Liuius paullo poſt ubi de acie contra Hannibalem inſtructa a Scipione ait.Inſtruit deinde primos haſtatos,poſt eos Principes,Triarijs poſtremam aciem clauſit. Quibus uerbis Grecce ſic reſpondet Polyb.πρῶτον μὲν τοὺς ἁστάτους καὶ τὰς τούτων σημαίας ἐν διαστήμασιν.ἐπὶ τούτοις τοὺς πρίγκιπας τιθεὶς &c.Itẽ Liuius lib.XXXVII.Haſtatorum prima ſigna,deinde Principum erant. Triarij poſtremos claudebant. Item Suid.ἁστάτοι πρότεροι τῶν πριγκίπων,εἶτα τριάριοι. libro tamen XXII.ait. Noua pugna exorta eſt non illa ordinata per principes, haſtatoſque, ac triarios. CELTIBEROS in mediam aciem in aduerſa ſigna legionum accepere.} Sic Polyb. τοὺς μὲν κελτίβηρας μέσους ἔταξαν ἀντίους ταῖς τῶν ῥωμαίων σπείραις.

MASSANISSAM recenti ſupra cetera uictoria terribilẽ.} Vet.li.Super cetera.probo. ſic enim paullo ante.Super haec bellicae quoque laudis conſulatus compotem fecerat. OCCVPAT relictum fuga cuſtodum Tunem(abeſt a Carthagine XII millia ferme paſſuum) locum cum operibus tum ſua natura tutum,& qui a Carthagine conſpici,& praebere ipſe proſpectum cum ad urbem,tum ad circumfuſum urbi mare poſſet.} Vet.lib.Locus tutus.dempta parentheſi.quo pacto etiam Polyb.ὁ δὲ τυνὴς ἀπέχει μὲν τῆς καρχηδόνος ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους.ἐστὶ δὲ συνοπτὸς σχεδὸν ἐξ ὅλης τῆς πόλεως. διαφέρει δὲ ὀχυρότητι, καὶ φυσικῇ,καὶ χειροποιήτῳ.Praeterea quoniã centum uiginti ſtadia abeſſe Carthagine Tunetem ait, propterea legendum apud Liuium, non XII, ſed XV millia,ex V enim duo II facta ſunt per mendum.

235 CONTRA atque in nauali certamine ſolet,roſtratis, quae praeſidio alijs eſſe poterant,in poſtremam aciem receptis prope terram,onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduerſus hoſtem oppoſuit.} Rhenanus is fuit,qui contra auctoritatem ueterum librorum hanc lectionem inuexit. Contra atque in nauali.cum Vet.lib.habeant.Vt in nauali.hoc ſenſu.Scipionem roſtratas, ut nauali certamine ſolet,in poſtremam aciem recepiſſe,quae praeſidio alijs eſſe poſſent.ipſe autem intellexit.eundem contra,atque in nauali proelio ſolet,onerarias inter ſe copulaſſe.Porro autem quid ſit,Quadruplicem ordinem: ex Polybio facilius intelligi poteſt.qui ita ait. συνορμίσας δὲ τὰς καταφράκτους νῆας περιέσχε ταύτας τὰς φορτηγοὺς ἐπὶ τρεῖς,καὶ τέτταρας τὸ βάθος. Tres enim aut quattuor ordines factos eſſe iunctarum inter ſe onerariarum ſignificat.Quare poſt ait Liuius.Et uix tranſiliendi in ſecundum ordinem nauium ſpatium propugnatoribus datum eſt. Ceterum quas Polybius καταφράκτους νῆας uocat, Liuius roſtratas uertit. MASAESYLI regnum paternum Maſſaniſae.} Satis oſtendi, Maſſylij, hic eſſe legendum. Quod autem ait.Syphax uetere ſe continebat regno,Maſaeſulorum intelligit. IGITVR omnibus, qui bello capti erant in unum coactis,equos,arma,tela diuidit.} placet antiqua lectio, Qui bello apti erant.

erant. Nam praeceſſit, Viris, equisque abundabat. Deinde ſi ſuis abundabat, cur quos bello ceperat, armaſſet? ITA tum a paucis proelio accenſo omnes utrimque poſtremo equitum certaminis ſtudium effudit.} Probo magis, ut legatur, omnem utrimque poſtremo exercitum certaminis ſtudium effudit. Sic enim in uet.lib. AD LAELIVM attrahitur.} Vet.lib.Pertrahitur.

CIRTHA.} Graeci Cirtam ſine adſpiratione edunt. QVAM uictorem recuperatorum tanto poſt interuallo inuiſere receptum patrium regnum.} Vet. lib. Quam uictorem tanto interuallo inuiſere. Egregie. uacat enim uox Recuperatum, cum ſubdatur, Receptum, quae idem ualet. CVM modo dextram amplectens.} Vet.lib.Cum diu dextram. NVPTIAS in eum ipſum diem repente parare iubet.} Vet.lib.Parari.

NEQVE prudentiorem, neque conſtantiorem Maſſaniſſam, quam Syphacem eſſe, etiã ab iuuenta incautiorem, certe ſtultius illum, atque intemperantius eam, quam ſe duxiſſe.} Quos legi libros 236
ueteres, & quos ſe legiſſe Gelenius profitetur, his uocibus carent. Neque proditiorem. Illum atque intemperantius. ſine quibus ſententia optime ſtat. NON hoſtili modo odio, ſed a nouis etiam ſtimulis.} Vet.lib.Amoris etiam ſtimulis. egregie. oppoſuit enim hoſtili odio amoris ſtimulos. quam ζηλοτυπίαν Graeci uocant. Itaque ſic uertit hunc locum Appianus. ταῦτα δ᾽ μὲν ἔλεγεν οὔτε ἀληθεύων, οὔτε ζηλοτυπούμενος καὶ μαστεύων ἐς τὰ μέγιστα βλάπτειν. QVI eas ſua temperantia frenauit, ac domuit, multo maius decus, maioremque uictoriam ſibi peperit.} Vet. lib. Vt multo maius decus. Quam uocem Gelenius in, NAE, ego in, Is, uerti poſſe arbitror. quaſi ex Is, IT, poſtremo VT factum ſit incuria.

AEGER animo ferox iuuenis.} Vet.lib.Aeger animi. Sic libro primo. Conſolantur aegram animi.

SELLA curuli, & ſcipione eburneo.} Vet.aliquot libri. Sella curuli eburnea, & ſcipione eburneo. ut, quemadmodum dixit, aurea corona, aurea patera, ſic bis dicat, eburnea. Sic etiam Appianus, quem credo multa a Liuio ſumpſiſſe, ut Liuius a Polybio. στέφανόν τε ἀπὸ χρυσοῦ, καὶ σφραγῖδα χρυσῆν ἐνειμεν, καὶ ἐλεφάντινον δίφρον. NVLLO auctore belli ultro audito.} Vet. lib. Vltra audito. MORE adorantium procubuerunt} Vet.lib. Adulantium. Quod diſplicet. Nam Polybius principio lib. XV. de his legatis ita ait. οὐ μόνον τοὺς θεοὺς ἠσπάσαντο, καὶ τὴν γῆν προσεκύνησαν, καθάπερ ἐστὶν ἔθος τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ πεσόντες ἐπὶ τὴν γῆν αἰσχρῶς τοὺς πόδας καταφιλοῦντες ἐν τῷ συνεδρίῳ. NAVES longas praeter uiginti omnes tradant.} Puto legendum, praeter XXX. μηδὲ ναῦς ἔχειν μακρὰς πλείους τριάκοντα. Facilis eſt autem menda apud Liuium ex XXX reddi XX. ut ſaepe alias. P. AEMILIVS praetor ſenatu miſſo. Lib.uet.P. Aelius praetor. quo nomine ſupra etiam a Liuio affectus eſt.

AD HOC aedes, libera loca, lautia legatis decreta.} Vet.lib. Aedes liberae, loca, lautia. Sic lib. 237
XXIIX. Locus inde lautiaque legatis praeberi iuſſa. & lib. XLIII. Senatus in formulam ſociorum eum referri iuſſit, locum, lautia praeberi. & lib. XLV. Conſulti patres ſtantibus in comitio legatis an locum, lautia, ſenatumque darent. & lib. XXXIII. Macedones deducti extra urbem in uillam publicam, ibique locus, & lautia praebita. & lib. XLII. Vt ex inſtituto loca lautia acciperent. & lib. XXXV. Attalo aedes liberae, locus, lautia decreta. & lib. XLII. Aedes liberae hoſpitio datae. Aedes autem liberae, uacuae dicuntur. VANVM equeſtre proelium fecerunt.} Vet.lib. Equeſtre auxilium. optime. nam cum lentior eſſet peditum pugna ad mouendos hoſtes, equites in aciem erant inducti. quorum tamen auxilium ab elephantorum ſtridore, & odore uanum factum eſſe ait. FEMINE transfixo cadentem.} Vet.lib. Femore. ut lib. XXIV. Scipionis femur tragula confixum erat. AD MILLIA hoſtium eo die caeſa.} Vet.lib. Ad quinque millia hoſtium. CONSVL Cn. Seruilius nulla memorabili.} C. Seruilius. ut dixi. PATRE Cn. Seruilio.} C. Seruilio. Nam in Capitolino conſulatu dicitur C. Seruilius C.F. Capitolinis autem lapidibus fauent etiam manuſcripti libri. lib. XXI. pro A. Seruilio C. Seruilium reſtituimus ex hoc loco. C. LVCTATIO.} Lutatio. ex Graecis & Capitolinis auctoribus. IN AGRO Crotonenſi.} Crotonienſi ſcribendum. A Crotone enim factum eſt. Vt autem Carthago Carthaginis Carthaginienſem, ſic Croto Crotonis Crotonienſem edit. Cortona autem Cortonenſem, ut Cremona Cremonenſem, Priſcianus.

M. LIVIVS Cn. Seruilium conſulem.} C. Seruilium. ut dixi. APOLLINIS promontorium.} ἀπόλλωνος ἄκρα. Appianus. LEGATOS Carthaginem L. Baebium, M. Seruilium, L. Fabium extemplo miſit.} Vet. lib. M. Baebium, L. Sergium, L. Fabium. Polybius corrupte λεύκιον σέργιον, λεύκιον βαίβιον, λεύκιον φάβιον. CVM ad Bagradam flumen perueniſſent.} Polybij codex habet τὸν μάκραν ποταμόν. Quod autem Polybius ad Macram flumen, Appianus ad promontorium Apollinis ueniſſe ſcribit. Idem Polybius libro primo huius fluminis meminit. EX EA tres quadriremes.} 238
Quas Polybius τρεῖς uocat τριήρεις. Liuius uertit tres quadriremes. QVINQVEREMEM Romanam ſuperantem promontorium.} Quia quaerit Glareanus de promontorio hoc, & de quinquereme, propterea intelligendum eſt, Apollinis promontorium auctore Appiano fuiſſe, quod Polybius item non expreſſo nomine commemorauit, ſic. ἀποπλεῖν ἐν τῷ ὄρμῳ τὴν πεντήρη, κ.τ.λ. Ne autem de quinquereme diutius ipſe laboret, qua reuerſos legatos eſſe Liuius ait, cum, qua ratione uenerint, non dixerit, is ſciat uerba haec omnia eſſe Polybij. καὶ παραλαβόντες τὴν ῥωμαϊκὴν πεντήρη. T. CLAVDIVS Nero.} Vet. lib. & Cap.tab. Ti. Claudius. C. TERENTIVS Varro, Cn. Manlius.} Vet.lib. C. Manlius.

M. VALERIVS Falco.} Capitol.tabulae. Falto. M. SESTIO Sabino.} Vet. lib. M. Sextio Sabino.

bino. An qvia res in Etruria tenuerint.} Vet.lib.Tenuerit. Vtrvm Cn.Seruilius conſul habuerit.} C.Seruilius. Vet. lib. ut dixi. Qvaestiones ex ſocijs coniurationibus principum habentem.} Neminem futurum eſſe arbitror, qui non in interpretanda uoce illa Socijs laboret, & merito.eſt enim mendoſiſsima.ego autem pro certo habeo,ex s. c.i. ex ſenatuſconſulto, eſſe reſtituendum.me in hanc ſententiam ducit ſimilis erroris,cuius ſupra memini,obſeruatio.Alijs ſocijs praefectum notantibus.pro alijs s. c. praefectum notantibus. Compendioſa enim ſcriptura huius uocis s.c.dici non poteſt quae portenta ſaepe pepererit.De ſenſu autem huius lectionis nemo eſt,qui dubitare poſsit. M.Servilivs, T. Claudius.} Vet.lib. M.Seruilius, & Ti.Claudius.

239 Cvm Syphace inconditae barbariae rege, qui ſtatarios ſemilixas ducere exercitus ſolitus ſit.} Vet.li.Qui ſtatarius ſemilixa ducere exercitum ſolitus ſit.Ego,Qui ſtatarium ſemilixam ducere exercitum.Nam ſtatarius,& ſemilixa militibus magis congruunt,quam imperatori, & regi.Itaq. ubi de Hannibale loquitur,haec opponit.Ducere exercitū aequalem ſtipendijs ſuis.i.qui tot ſtipendia confecerit, quot imperator,quem puerum militem factum eſſe dixit.Haec quaerenti Glareano. Iam Adrumentum peruenerat Hannibal.} Vet.lib. Adrumetum.recte. Appianus enim Ἀδρύμητον,Polybius,& Stephanus Ἀδρύμητα edunt. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abeſt.} Sic Polybius. μετὰ δὲ τινας ἡμέρας ἀναζεύξας ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἀδρύμητα τόπων, προῆλθε, καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ Ζάμαν, αὕτη δὲ ἐστὶ πόλις ἀπέχουσα Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς δύσεις ὁδὸν ἡμερῶν πέντε. Traditos eos tribunis militum.} Vet.lib. Tribuno militum.nihil praeſtantius.ſic enim Polyb. συστήσας αὐτοὺς χιλιάρχῳ ἐπέταξε πάντα καθαρῶς ὑποδεῖξαι τὰ κατὰ τὴν παρεμβολήν. Ex compoſito duces caſtra protulerunt.} Vet. lib.Ambo ex compoſito duces. Scipio haud procul Nadagara urbe.} Vet.lib. Nargara.Polybius πρὸς τὴν πόλιν Μάργαρον.Hanc urbem Ptolemaeus nominat Ναργαράν. Si hoc ita datum fuerat.} Huius orationis magna pars eſt apud Polybium.Incipit autem apud eum Hannibal ab ea ſentētia.Optimum fuerat eam patribus noſtris mentem datam ab dijs eſſe. Hoc qvoqve ludibrium fortunae caſus ediderit.} Nihil huic ſententiae deeſt,contra quam putat Glareanus.Dictum eſt autem,ut illud. Tibi non in ultimis laudum hoc fuerit.

240 Propter eandem utilitatem tuebor eam, propter quam petij.} Vet. lib. Peto. Tergiversantem in Africam traduxerim.} Vet.lib.Attraxerim. Frvstra uerba pacata renūciant.} Si ita legas,nullum ſenſum,aut certe non commodum elicias.In uet.lib.aliquot eſt. Fruſtra uerba tentata renunciant.Hinc ego ita:Fruſtra uerbis tentatam rem nunciant.i.de pace uerbis fruſtra agitatum referunt.Hannibal enim colloquium petierat Scipionis, quaſi fretus eloquentia ſua rem peracturus. Hanc lectionem tanto magis probo,quod ſubiungit ἀντίθετον.armis decernendum eſſe. Ad hoc colloquium Hannibalis in ſecreto habitum,ac liberū fingenti qua uelit flecti,ominatur,quibus quondam auſpicijs patres eorum pugnauerint ad Aegates inſulas, ea illis exeuntibus in aciem portendiſſe deos,adeſſe finem belli,ac laboris.} Loci huius obſcuritas,quae magna eſt,ſola uerborum interpunctione non leuatur ſolum,ſed etiam tollitur.Quo modo autem ſit interpungendus,intelligetur,ſi ſenſus ante fuerit perfractus.Scipio,inquit,ſuis militibus referebat Hiſpanias uictas,& recentia in Africa proelia,& confeſsionem hoſtium,pacem petentium,ad hoc colloquium Hannibalis in ſecreto habitum. ac, quoniam liberum eſt fingēti quocumq. uelit oratione deduci,ominatur finem huius belli adeſſe,quod quibus auſpicijs priore bello patres eorum pugnauerint ad Aegates inſulam, ea illis hoc tempore in aciem exeuntibus portenderint.Ex quo intelligi poteſt,uerba illa,liberum fingenti qua uelit flecti, itē haec:quibus quondam auſpicijs,uſque ad,portendiſſe deos,duplici parentheſi eſſe includenda. Continent enim cauſſam,& cur ominaretur,& cur uictoriam ominarētur. Glareanus adeo a uero ſenſu abhorruit,ut uox illa,fingenti, ad Scipionem ne, an ad Hannibalem referretur, dubitarit. Tvbae, cornuaque ab Romanis cecinerunt.} Polybius utrimque increpuiſſe ait. ἅμα τῷ πανταχόθεν τὰς σάλπιγγας καὶ τὰς βυκάνας ἀναβοῆσαι. & Appianus. Ἀννίβας μὲν σαλπίγγων κατάρξας, Σκιπίων δὲ ἀντηχεῖν κελεύσας.
Vt elephanti in ſuos ſiniſtro maxime cornu uerterent,Mauros,ac Numidas.} Aut ex uet.lib. Verterentur eſt legendum,aut,Verterent,pro uerterentur,accipiendum.Sic enim Polyb. τινὰ μὲν διαταραχθέντα τῶν θηρίων ὥρμησε παλίσσυτα κατὰ τῶν βεβοηθηκότων ἐκ Καρχηδονίων νομάδων.

241 Sed numero ſuperior Romanus erat,& animo.} Vet.lib.Sed & numero. Victores ad decem millia cecidere.} Suſpicor legendum,ad duo millia.Hanc enim edit ſummam Polybius,quem in reliquis etiam ſequitur. ἔπεσον δὲ τῶν μὲν Ῥωμαίων ὑπὲρ τοὺς χιλίους πεντακοσίους. Idem autem prope eſt, Supra mille quingentos,&,ad duo millia.Ita etiam Appianus. Simvl primum ardorem hoſtium excipientes fatigarent.} Vet.lib.Primum ardorem,atque impetum hoſtium. Misso Laelio Romam cum uictoriae nuncio.} Appianus. καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς τῶν αἰχμαλώτων ἔπεμπε, καὶ Λαίλιον ἐξαγγέλλοντα περὶ νίκης ἐπὶ Ῥώμην. Glareanus Liuium hoc loco ſui oblitum putat,quod Laelium Romam miſerit uictoriam nunciaturum,cum paullo poſt tres legati mittantur. Tvrmalibvs primis in agmine aggreſſa Numidas leui certamine fudit.} Vet.lib.Turmalibus primum agmen aggreſſa,Numidas. Et naves roſtratas praeter decem triremes traderent.} Polybius τὰ μακρὰ πλοῖα παραδοῦναι πάντα πλὴν δέκα τριηρῶν. Vertit hoc loco Liuius Naues longas, Roſtratas, ut paullo poſt ait Naues longas, elephantos, perfugas,fugitiuos,captiuorum quattuor millia tradiderunt. Obsides centum arbitratu Scipionis

nis darent.} Mallem,centum quinquaginta,ut ait Appianus. δώσετε ἡμῖν αὐτίκα ὅμηρα πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν παῖδας, οὓς ἂν αὐτὸς ἐπιλέξωμαι. Cur malim haec cauſſa eſt, quia libro XXXII, ita ſcribit. Petentibu. Carthaginienſibus,ut ſi iam uideretur ſenatui,obſides ſibi redderentur,centum redditi obſides. de ceteris in fide permanerent,ſpes facta. Quibus uerbis ſatis oſtenditur plures quam centum eſſe traditos. Quam hoc loco Polybius centum tantum & ipſe edit. ὁμήρους δ᾽ εἶναι πίστεως χάριν ἑκατόν, οὓς ἂν προγράψῃ τῶν νέων ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων μὴ νεωτέρους τεσσάρων καὶ δέκα ἐτῶν μηδὲ πρεσβυτέρους τριάκοντα. DOMVM ferre iuſſi.} Vet.lib. Referre. INTER portus Coſſanum,Loretanumque.} Coſſani meminit etiam lib.XXII.

DICTATORE dicto Cn.Seruilio Gemino.} C.Seruilio ſcribe abſque Gemino.ex uet.lib.& dictatura eius Capitolina. ITAQVE cum praeter idus Martias ueteres magiſtratus abijſſent.} Procul dubio,pridie idus.legendum. Nam Idus Martiae ſollemnes erant incúdis magiſtratibus,prid. Idus abeundo.Compendioſa ſcriptura fefellit librarium, pr.Idus. LVDI Romani tertio inſtaurati.} Vet.lib.aliquot. ter toti inſtaurati.optime. Sic enim loqui ſolitus eſt Liuius.ut libro XXIIX.Ludi Romani ter toti inſtaurati ab aedilibus curulibus.Item. Ludi plebeij ſemel toti inſtaurati ab aedilibus plebis.Item hoc libro. Ludi Romani diem unum,plebeij ter toti inſtaurati ab aedilibus.Et lib. XXXI. extremo. & lib.XXXIII primo. Totique ter inſtaurati. CEREALIA ludos.} Vet.lib.Cereales ludos.non muto tamen uulgatam lectionem,nam in nummis aliquot argenteis, qui apud patrem tuũ ſunt, ita legi.C.Memmius C.F.Quirinus Memmius aed.cerealia preimus fecit. ADIECIT Verminam etiam Syphacis filium.} i praeter id, quod de uictis bello Carthaginienſibus Laelius nunciauerat,adiecit ẽt Verminam uictum eſſe.Hoc ut dicerẽ,cauſſam Glareanus dedit. QVAE parua bene geſtae rei acceſsio erat.} Vet.li.Quae non parua bene geſtae rei acceſsio fuerat. M.IVNIVS Poenus.} Pẽnus.ex Capit.tab. M.ACILIVS Glabrio.} Hic poſt fit conſul.& in conſulatu Capitolino M'.Acilius uocatur. P.SCIPIONI id imperiũ decreuiſſe.Vet.li.Decreſſe. LEGIONES a Sextio praetore acciperet.} Vet.li.a M. Sextio praetore. CONSVLI cum ſuis duabus item legionibus in Etruria prorogatũ imperium eſt.} Vet.lib.In Etruriam. VT II conſules.} Vet.lib.Vt hi conſules. HASDRVBAL erat,(Haedum cognomine populares uocabant.} Recte Haedum. Nam Appianus etiam ἔριφον appellatum ſcribit.

DE PACE uti rogatae omnes tribus erant,iuſſerunt.} Vet.lib.Vti rogaſſent.Ego uti rogas, ut ante docui. ITA dimiſsi ab Roma} Vet.li.Ita dimiſsi Roma. INTER quos Q. Terentius Culleo ſenator fuit.} Plutarchus in Apophthegmatis non ante legatos de pace ſe auditurum eſſe Scipionem dixiſſe ait,quam Q.Terentium captiuũ dimiſiſſent.Dimiſſo eo pacis condiciones Scipionẽ dixiſſe,Terentium porro ſecutum currum Scipionis pileatum eſſe. FINITVM eſt decimooctauo anno Cn.Cornelio,P.Aelio Paeto conſulibus.} Antea legebatur,decimoſeptimo, atq. ita eſt in omnibus ueteribus libris.Quod quia corruptum eſſe credidit,correxit Glareanus,& decimooctauo fecit.Eſt tamen ſciendum decimoſeptimo recte habere.Nam cum inquit Liuius, bellum finitum eſt XVII annos poſtquam coeptum eſt,decimooctauo intelligit,uerum annum primum non numerat.ſic autem etiam alibi. Annis ante XL pax cum Carthaginienſibus facta eſt.Item.Tres & ſexaginta anni ſunt a primo Punico ad ſecundum bellum finitum.neq. enim alter extremorum annorum in hoc loquendi genere comprehenditur.At cum inquit in hoc eodem libro:Patre,& patruo ex ſeruitute poſt ſextum decimum annum receptis.& paullo poſt.Hannibalem poſt ſextum decimum annum ex Italia deceſsiſſe, ambos extremos annos numerat.Pater enim Seruilij captus eſt anno DXXXII,receptus anno DXLVII. Hannibal uenit in Italiam anno DXXXII,diſceſsit anno DXLVII. HVNC regem in triumpho ductum Polybius haudquaquam ſpernendus auctor tradit.} Verba quibus hoc tradit Polyb.ſunt in li.XVI. eiuſmodi.ὁ δὲ Σύφαξ ὁ τῶν Μασαισυλίων βασιλεὺς ἤχθη τότε διὰ τῆς πόλεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τῶν αἰχμαλώτων. ὃς καὶ μετά τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XXXI

CAVSSAE feruntur hae.} Vet.li.Referuntur. In ſacrarium Cereris cum alijs pluribus ſuis intrauerunt.} cum alijs popularibus ſuis,legendum eſt. AD uindicandum illos.} Vet.li.Ad uindicandos illos. QVINGENTESIMO quadrageſimo anno ab urbe condita.} Reſtituendum eſt, ut poſt oſtendam.Quingenteſimo,& quinquageſimo.

IN . LIBRVM . XXXI

QVAM occuparint quadringenti LXXXIIX.anni a condita urbe ad Ap.Claudium conſulem.} In ueteribus libris eſt,LXXIIX.anni.mendoſe illud quidem,ſed ita tamen,ut uerae lectionis ueſtigia appareant.eſt enim V in X uertendum,& duo II in,V.ita ut legas LXXXVI.ſiquidem Ap.Claudius anno ab ur. cond.CDLXXXVI conſul fuit.quemadmodum ex Liuij ſententia in Chronologia oſtendemus.quem numerum deprauauit(ut ſolet)Glareanus. CLARITATE regum antiquorum.} Vet. li. Sed claritate.

Qvo multa quondam Europae, maiorem partem Aſiae obtinuerant.} Vet.lib.Maioremque.

244 C. Appivm praefectum.} Vet.lib.Cn.A.Popium.Ego C.Oppium.Oppius enim gentis nomẽ eſt, Appius praenomen. Ipse eodem aperto itinere per montes duxit.} Vet.lib.Per medios montes. Qvi ductu atque auſpicio proconſulis Scipionis.} In ueteribus libris eſt fere, Proconſulis Scipionis, pro P.Scipionis, idque non hoc loco ſolum, ſed paſsim. Itaque P.Scipionis reſtitue.

P.aelio conſulum comitia habente.} Vet.lib.Conſularia comitia. placet tamen, ut legatur, P. Aelio conſule comitia habente cõſules facti.Sic.n.alias. Aedilibvs Curulibus L.Valerio Flacco, & T.Quinctio Flaminio.} Reſtituo L.Quinctio Flaminino.Lucio, quia T.Quinctius numquã aedilitatem cepiſſe poſt a Liuio, & a Plutarcho traditur. Flaminino, ex Capitolinis tabulis, & ex ratione cognominum. ut enim a Cenſore Cenſorinus, ab Augure Augurinus, ſic a Flamine Flaminius orta cognomina ſunt. Qvod ex Africa proconſul Scipio miſerat.} P. Scipio. ut dixi. alioquin Scipio proconſul dixiſſet. Anno quingenteſimo quadrageſimoquarto ab urbe condita.} Vet.lib. Anno quingenteſimo quadrageſimo. Placuit autem Glareano, ut legeretur, quingenteſimo quinquageſimoquarto. Quod pro quadrageſimo, reſtituat, quinquageſimo, laudo; quod addat, quarto, non poſſum non improbare. Cur ita ſentiam, cauſſa exſtabit in Chronologiae Scholijs. Porro autem non quingenteſimo quinquageſimo, ſed quingeſimo quinquageſimo, legendum arbitror. Hac in re ducem ſequor Priſcianum, qui libro de Numeris quingeſimum, pro quingenteſimo dictum eſſe ſcribit a Liuio libro ab urbe condita xxxi. Nisi quid in Romanis auxilij foret.} Vet. lib. Niſi quid Romani auxilij foret.

245 Precationi annuiſſe deos haruſpices reſpondere.} Vet.lib.Precationem admiſiſſe deos. Quod probo. Etenim in eodem genere li.iv. ſic. Vt ab auguribus, ſimul aues rite admiſiſſent, ex compoſito tolleretur ſignum. Praetores exinde ſortiti ſunt, Cn.Sergius Plancus urbanam.} Vet.li.Prouincias praetores exinde ſortiti ſunt. L.Fvrivs Purpurio.} Purpureo.ex Capitolino eius conſulatu. Q.Baebivs.} Baebius.Capitolini, & Graeci ſcriptores. numinique argentei. Sicvt expugnando Sagunto Hannibalem paſsi ſimus.} Vet.lib.Sumus.

Proconsvl Scipio ex Africa deportaſſet.} P Scipio. ut dixi. M. Valerio Falconi.} Faltoni. Capitol.tabulae. In sardiniam transijceret, quoque de exercitu.} Vet.li. Atque de exercitu. Excitis Sallyis, Iluatibusque, & ceteris Liguſticis populis.} Liguſtinis, habent, lib. uet. & Graeci λιγυστίνους edunt. Iluates Ligures etiam alibi nominat, ut lib. xxxii. Inde in Liguſtinos Iluates legiones ductae. non ſunt autem Iluates qui Iluam inſulam colunt, ut putat Glareanus. Quod ex his uerbis Liuij cognoſcitur. lib.xxxii. Et iam omnia cis Padum praeter Gallorum Boios, Iluates Ligurum, ſub ditione erant. Nvnciosqve mitterent ad populum R. L. Furius Purpureo tum prouinciae praeerat.} Satis conſtat, legendum eſſe, ad praetorem R. quo de mendi genere ſupra etiam dictum eſt. praetorem autem intelligit, L.Furium Purpureonem. Avgeri hoſtium animos.} Vet. lib. Augere. Quod placet. quia dixit, obiicere.

246 Trientivs, Tabuliusq. is ager, quia pro tertia parte pecuniae datus erat appellatus.} In lege uetere agraria aere impreſſa legi agrum, qui in Trientabuleis dicitur. ex quo conijcio legendum eſſe, Trientabulius. Lex autem eſt poſt Gracchorum tempora lata, & ſcripta.

C. clavdivs Cento.} Centho. ex Capit. lapid. Commemoratio erat beneficiorum primum in ciuitatem ſuam.} Vet.lib.Ciuitatem ſociam. Recte. loquitur enim Attalus, atque Athenas ciuitatem ſociam appellat. Adhortatio. capeſſendum bellum.} Vet. lib. Adhortatio capeſſendi belli. Rhodii Ceam ab Aegina.} Vet. lib. Rhodii cum iam ab Aegina. Item, Rhodij etiam ab Aegina. Hinc ego. Rhodij Ciam ab Aegina. Inſula autem eſt Cia oppoſita Euboeae, Ptolemeo auctore. Classe tradita Heraclidi.} De Heraclide hoc Philippi praefecto pluribus uerbis ſcribit Polyb.lib.xiii. Elevnta.} Elaeunta ſcribendum eſt. Eſt autem Elaeus cum proximis opidis ad Helleſpontum in Cherſoneſo. Alopeconeſus autem inſula eſt, Plinio auctore.

Legatos ad regem de condicionibus tradendae urbis miſerunt.} Legatorum nomina praetermiſit, quae ſunt apud Polybium lib. xvi. πέμψαντες πρὸς τὰς ἱερείας καὶ πανταχόθεν ἱκέτευον παραλαβόντα τὸν φίλιππον τὴν πόλιν. Principes, quibus atrocior pars facinoris delegata erat.} Nomina eorum edit Polybius Glaucidem, & Theognetum. Eſt enim in tota hac Abydi expugnatione explicanda aliquanto, quam Liuius, uberior. Ex ijs legatis Romanis, qui Alexandriam miſsi erant, M. Aemilius duorum conſenſu, minimus natu.} Suſpicor legendum eſſe, Ex tribus legatis. primum quia tres antea nominauit huius libri initio. Interim ad Ptolemaeum Aegypti regem legati tres miſsi, C. Claudius Nero, M. Aemilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus. deinde, quia, ait, Duorum conſenſu, & Minimus natu. poſtremo, quia nihil tam facile eſt, quam ex iii, i. tribus facere, iis. Sic enim apud Velleium ex vii, factum eſt vti. Verba eius ſunt libro ſecundo. Notetur Domitiae familiae peculiaris quaedã, & ut clariſsima, ita artata numero felicitas. vii ante hunc nobiliſsimae ſimplicitatis iuuenem Cn. Domitium fuere ſingulis omnino parentibus geniti, ſed omnes ad conſulatum, ſacerdotiaque, ad triumphi autem omnes paene peruenerunt inſignia. Vulgo enim legitur, vti ante hunc. Ita autem reſtituendum eſſe, docet Suet. in principio Neronis, ubi de Domitijs agit. Nvm Abydeni

quoque,

quoque, inquit, ultro tibi intulerunt arma.} Vberius reſpondet apud Polybium Aemilius. nam ultra Abydenos Athenienſes quoque, & Cianos nominat a Philippo uexatos. inquit autem ita. μεταλαβὼν δὲ ὁ μάρκος ἤρετο. τί δὲ ἀθηναῖοι, τί δὲ κιανοὶ, τί δὲ νῦν ἀβυδηνοὶ, καὶ τούτων τις, ἔφη, σοὶ πρότερος ἐπέβαλε τὰς χεῖρας.

AETAS, inquit, & forma, & ſuper omnia Romanum nomen te ferociorem facit. ego autem primum uelim uos foederum memores ſeruare mecum pacem, ſi bello laceſsitis, mihi quoque in animo eſt facere, ut regnum Macedonum, nomenque, haud minus, quam Romanum nobile bello ſentiatis.} Placet quemadmodum haec graece dixerit Polybius demonſtrare, ut libertas in uertendo Liuij pateſiat. ὁ δὲ βασιλεὺς διαπορήσας κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ... συγγνώμην ἔχειν ὑπερβάντας ὁμιλεῖν. πρῶτον μὲν, ὅτι νέος ἐστὶ, καὶ πραγμάτων ἄπειρος, δεύτερον ὅτι κάλλιστος ὑπάρχει τῶν καθ᾽ αὑτὸν (καὶ γὰρ ἦν τοῦτο κατὰ τὴν ἀλήθειαν) μάλιστα μὲν ἀξιῶ ῥωμαίους, ἔφη, μὴ παραβαίνειν τὰς συνθήκας μηδὲ πολεμεῖν ἡμῖν· ἐὰν δὲ καὶ τοῦτο ποιῶσιν, ἀμυνούμεθα γενναίως τοὺς ἐπικαλέσαντες τοὺς θεούς. Intelligẽdum eſt autem apud Polybium tertiã cauſſam deſiderari, quae eſt apud Liuium. Super omnia Romanum nomẽ. Quod autem ait. Si bello laceſsitis, Veteres libri habent, Laceſſeritis. quod placet. Polybius enim, ἐὰν δὲ καὶ τοῦτο ποιῶσιν, ait. PVGNANTES mortem occubuiſſent.} Vet. lib. Morte. SEQVE ipſi per omnes uias leti interficerent.} Vet. lib. habent, Laeti. Quod tamen non probo. Intelligendum eſt enim Abydenos quacumque ratione ſibi mortem conſciuiſſe. Quod declarat Polybius, cum alios ſe ferro, alios laqueo uita ſpoliaſſe ait, itemque alios ſe in ignem cõieciſſe, alios ſe e tectis, alios in puteos praecipites dediſſe.

INDE in Numidiam ad res profecti legati.} Vet. lib. Ad Regem. Maſſaniſſam autem intelligit. 247

PROCONSVLEM illum Hiſpaniam prouincia non conſulem, aut praetorem obtinuiſſe.} Vet. lib. Pro conſule. Quem autem appellet Pro conſule, expoſuit, cum dixit. Exemplum a maioribus non accepiſſe, ut qui neque dictator, neque conſul, neque praetor res geſsiſſet, triumpharet. Quod de Scipione dixit lib. XXIIX, ſine magiſtratu. inquit enim, Quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſsiſſet, conſtabat. ex quo intelligi poteſt, eum, qui pro conſule eſt, eſſe quidem cum imperio, ſed ſine magiſtratu. Nunc autem proconſule accipiamus, non qualis P. Scipio, aut T. Quinctius, qui prorogato ultra cõſulatus annum imperio bellum Africanum, & Macedonicum pro conſule confecerunt, & pro conſule triumpharunt, ſed qualis multis poſt annis aduerſus Mithridatem Cn. Pompeius extra ordinem miſſus eſt, cum neque praetor, neque conſul eam prouinciam cõtra exempla maiorum adeptus eſſet. T. Sempronio Longo.} Ti. Sempronio, ex conſulatu huius Capitolino. Nam poſt cum Africano conſul fuit. CN. Lectorium.} Laetorium, ut ſupra ſaepius admonuimus.

AEDEMQVE deo Ioui uouit, ſi eo die hoſtes fudiſſet.} Vox, Deo, mendoſa eſt. Quis enim de Ioue, quin deus ſit, dubitare poteſt? ſiquid Ioui addi ſolet. Epithetum aliquod additur, ut Statori, Victori, Tonanti, & quae eiuſmodi multa ei affecta ſunt. Ego igitur ita legendum puto. Aedesque duas Ioui uouit. Loquitur de L. Furio praetore cum Boijs Gallis pugnãte, a quo praetore aedes duas Ioui bello Gallico, tertiam ab eodem conſule uotas eſſe poſt ait. De una ſcribit libro XXXV, anno DLVI. In Inſula Iouis aedẽ C. Seruilius duumuir dedicauit. uota erat ſex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone praetore. De duabus alteris poſt libro eodem anno DLIIX. Aedes duae Ioui eo anno in Capitolio dedicatae ſunt. Vouerat L. Furius Purpureo praetor Gallico bello unam, alteram conſul. dedicauit Q. Marcius Ralla duumuir.

CYNOSARGES (templum Herculis, gymnaſiumque, & lucus erat circumiectus.} De hoc templo ſic Suidas. Κυνόσαργες τόπος τίς ἐστι παρ᾽ ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν ἡρακλέος κατ᾽ αἰτίαν τοιαύτην. δίδυμος ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ, εἶτα κύων λευκὸς ἁρπάσας τὸ ἱερεῖον, καὶ ἀπελθὼν εἴς τινα τόπον ἀπέθετο. ὁ δὲ περιδεὴς ἦν, ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ θεὸς, ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι. ὅθεν ἐκλήθη κυνόσαργες. Ex his uerbis apparet cur & Cynoſarges hic locus dictus ſit, & cur Herculi potiſsimũ conſecratus ſit. At Stephanus. Κυνόσαργες γυμνάσιον ἐν τῇ ἀττικῇ, καὶ δῆμος. CONSVL Sulpicius eo tempore inter Apolloniam, & Dyrrhachiũ ad Apſum flumẽ habebat caſtrã.} Hoc ſic Plutarchus in Quinctio. καὶ τὸν σουλπίκιον εὑρὼν μετὰ τῆς δυνάμεως ἀντιστρατοπεδεύοντα τῷ φιλίππῳ τὰς περὶ τὸν ἄψον ποταμὸν ἐμβολὰς, καὶ τὰ στενὰ φυλάττοντι. T. APVSTIVM legatum.} L. Apuſtium. reponendum. Sic enim alibi ſaepe eum uocat Liuius. ILION (nomen propter alteram in Aſia urbem, quam opidum notius.} Huius nominis quinque opida fuiſſe tradit Stephanus, quorum tertium in Macedonia fuerit. ANGVSTIAS, quae ad Pelagoniam ſunt.} Pelagonia pars eſt Macedoniae non longe a regione Daſſaritiorum.

SCIATHVM, & Peparethum haud ignobiles urbes} Inſulae ſunt in Aegeo pelago.

EODEM Eleuſinae Cereris templum, eodem Piraei Iouem.} Eleuſinae ſcribendum, ut ſit auferendi caſus. ſequitur enim Piraei. EADEM Chios, Abydenos, Aeneos.} Nominat gentes a Philippo paullo ante bello uexatas, inter quas Chij non fuerunt, uerũ, ut ſupra dixi, Ciani. Itaque legatus Romanus obijcit Philippo Athenienſes, Cianos, & Abydenos. Atque Liuius lib. XXXIII. ait. De Cianorũ libertate Quinctius Pruſiae Bithyniorum regi ſcriberet, quid ſenatui, & decem legatis placuiſſet. Quare hoc etiam loco pro Chios, Cianos, eſt reponendum. AN bello perſecuti.} Vet. lib. An non bello perſecuti. QVO indignius eſſet.} Vet. lib. Quod indignius eſſet. PRAEFECIT Heraclidam.} Vet. lib. Heraclidem. DASSARETIORVM.} Daſſaritiorum. ex Stephano, & Euſtathio. AD Lingum ſtatiua poſuit prope flumen Beuum inde frumentatum circa horrea Daſſaretiorum mittebat.} 249

Pro Lingo reponendum cenſet Glareanus Lychnidum, pro Beuo Haliacmona, ſcilicet quia nuſquam haec nomina legerit, at illa in Daſſaritijs legerit. Ego contra, pro Lingo, Lycum repono, pro Haliacmone, Beum defendo. Lycum habent libri ueteres, & Plutarchus in Quinctio, ubi huius rei meminit. ὥστε μὲν ἂν οἱ τὸν τίτον ἄγειν κύκλῳ διὰ τῆς δυσχωρίας κατὰ λύκον δι' ἀτριβοῦς ὁδοῦ καὶ ῥᾳδίως ἐπιχειροῦντες. de Beuo fluuio ſic Stephanus. βεύη πόλις μακεδονίας, καὶ πρὸς αὐτῇ βεῦος ποταμός.

250 Triballos (Illyriorum id, ſicut alio loco diximus, eſt genus) & Cretenſes trecentos.} Vet. libri habent Trallas, quam uocem qui ignorarunt, Triballos fecerunt. Sunt autem Tralles Illyrici, ut ait Stephanus, populi. his uerbis. τραλλία, μοῖρα τῆς ἰλλυρίας. λέγονται καὶ τράλλοι, καὶ τράλλεις παρὰ θεοπόμπῳ. Itaque libro XXXIIX in auxilijs Antiochi numerandis coniungit etiā Liuius Trallas, & Cretenſes, ut hoc loco. cum ait. Tum leuis armatura trium millium pari ferme numero, pars Cretēſes, pars Tralles.

251 Stuberram deinde petit.} Suſpectum nomen hoc habet Glareanus. ut cetera nomina, quae ſequuntur. eſſe autem opidum illyriorum, apparet ex uerbis Liuij lib. XLIII. cum ait: Perſeus ratus ſi domuiſſet proximos Illyriorum, Gentium quoque regem in ſocietatem perlici poſſe, cum decē millibus peditum Stuberam uenit. Meminit eius etiam Strabo lib. VII. ad Erigonem flumē. & Suidas. & στυβόρα uocant. Inde ad Pluinam eſt progreſſus.} Pluinae nemo meminit. Pellinae omnes. Itaque Pellinam reſtituo, auctore maxime Arriano, qui libro primo ita ſcribit. ἄγων δὲ παρὰ τὴν ἐορδαίαν τε καὶ τὴν ἐλιμιῶτιν, καὶ παρὰ τὰ τῆς τυμφαίας, καὶ παρουαίας ἄκρα, ἑβδομαῖος ἀφικνεῖται ἐς πέλλινον τῆς θετταλίας. Pelinnam item ſtatuit Stephanus in Phtiotide in Theſſalia. Ad Bruannam ſtatiua habuiſſet.} Strabo lib. VII. ut Stuberae, ſic Bryanij meminit opidorum ad Erigonem flumen. Quamquam Stephanus ait Βρυάνιον eſſe opidum Theſprotiae. Erigonum incolae uocant.} Ex Strabonis lib. VII. & Arriani primo, Erigonen legendum. Quamquam Ptolemaeus Ερίγωνος uocat. Erdvabam petituros.} Polybius lib. XVII. ſatis indicat Heordaeam eſſe legendum, ubi uerba T. Quinctij, quibus ad Cynoſcephalas pugnaturus milites accendit, exponit. Ea ſunt haec. οὐχ' οὗτοι μακεδόνες εἰσίν, οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν μακεδονίᾳ τὰς εἰς ἐορδαίαν ὑπερβολὰς διὰ τοῦ φανεροῦ κατὰ σουλπίκιον βιασάμενοι πρὸς τόπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες; & Stephanus. Ἐορδαῖαι δύο χῶραι μακεδονίας. & Plinius in Macedonia Heordenſium. & Arrianus li. primo meminit ἐορδαίας. In Elimeam ſe recepit.} Stephanus hanc urbem Ελίμειαν. Ptolemaeus ἐλίμειαν uocant. Arrianus lib. primo agrum eius ἐλιμιῶτιν nominat. Ab Celetro in Daſſaretios proceſsit, urbemque Pelium ui cepit.} Pelium duplex tradit Stephanus, unum in Theſſalia, alterum in Illyrio. Nunc de Pelio Illyrico intelligendum eſt. Nam Daſſaritios inter Illyrios nominat Appianus in Illyrico. Boebem paludem.} Stephanus βοίβη λίμνη ἐν μακεδονίᾳ. Perroebiam.} Perraebiam ſcribendum. ita enim Graeci. pars Theſſaliae eſt. Steph. Cyretias.} κυρετίας ſtatuit Ptolemaeus inter Eſtiotas Theſſaliae populos.

Gomphos petendi.} Opidum eſt Theſſaliae. Stephanus. Athamania.} Alij Illyrij, alij Theſſaliae partem eſſe Athamaniam tradunt. Stephanus. Malea ſuperata circa Scyllaeum agri Hermionici.} Malia, & Scyllaeum promontoria. Hermione opidum eſt, omnia Peloponneſi. Stephanus, Strabo, Plinius, alij.

252 Delium Boeotiae.} Steph. δήλιον πολίχνιον βοιωτίας ἐν ταναγρικῇ, καὶ ἱερὸν ἀπόλλωνος. Ab Andro Cythnum traiecerūt.} Has inſulas ſupra Philippi teneri praeſidio dixit, propterea nunc a Romanis uexantur. Ad Praſias (continentis Atticae is locus eſt.} Idcirco ita ait, quia (ut ait Stephanus) alterum huius nominis opidulum eſt in Peloponneſo. πρασιαὶ δῆμος αἰγηΐδος πανδιονίδος φυλῆς. ἔστι καὶ λακωνικὸν πολίχνιον. Glareanus temere Phalaſsiam emendat. Iſſeorum lembi.} Iſſa una eſt opidum in Leſbo inſula, altera ipſa eſt inſula ad Illyrium. de qua Polybius lib. II. & Steph. De qua nunc Liuius.

Icum peruenere.} Icus inſula una ex Cycladibus Euboeae adhaerens. Stephanus. Inde Caſandream petentes primo ad Mendim maritimum eius ciuitatis uicum.} Stephanus. κασάνδρεια πόλις μακεδονίας πρὸς τῇ θρᾴκῃ. Item, μένδη πόλις θρᾴκης. ἀπολλόδωρος μένδην αὐτὴν φησί. Canastrum Pallenes traiecere, in ſe ſuperato Toronae promontorio.} Canaſtrū promontorium, reliqua opida Thraciae ſunt. itemque qui ſequitur, Acanthus. Stephanus. Sinum Maliacum.} μαλιακὸν κόλπον Graeci appellant. Heracleam uenit.} Innumerae ſunt huius nominis urbes. Haec in Theſſalia ad ſinū Maliacum eſt. Larissamqve non illam in Theſſalia nobilem urbem, ſed alteram, quam Cremaſten uocant.} Ptolemaeus, & Stephanus κρεμαστὴν λάρισαν hanc Pelaſgiorum eſſe tradunt.

253 Qvos conſul in Africa uouerat.} Conſul hic accipiendum eſt pro eo, qui conſulari prorogato imperio eſſet. ſiquidem numquam conſul in Africam uenit Scipio. C. Terentivs Varro, T. Quinctius Flaminius, P. Cornelius Cn. F. Scipio ij colonos Venuſiam adſcripſerunt.} Flamininus, ut dixi, ſcribendum eſt. Item uet. lib. habent: Hi colonos. pro Venuſia Plutarchus edit in Quinctio Narniam, & Conſam. διὸ καὶ πεμπομένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις ναρνίαν τε καὶ κῶσσαν ὁ τίτος ἄρχων ᾑρέθη, καὶ οἰκιστής. De quibus poſt Liuius. Non id, quod animis praeceperat, queſtus eſt.} Vet. lib. Praeceperāt, i. Romani. Vt virtvtes rerum geſtarum eius, cui tantus honos haberetur, publice uiderentur.} Vet. li. Videret. Ceterum uox, Virtutes, ineptum continet ſenſum. Itaque, pro certo habeo, Veritas, eſſe reponendum, & pro Videret Videretur eſſe legendum. Inſtituiſſe enim maiores ſuos ait, ut legati, tribuni militum, centuriones, milites denique triumpho adeſſent, ut ueritas rerum geſtarum eius, cui

tantus

tantus honos haberetur, publice uideretur. Itaque ſubdit. Neminem huic triumpho affuiſſe, quem percunctari ſenatus potuerit, quid ueri praetor, uanique referret. & lib. xxxv. Niſi quod aut praetores ex prouincijs ſcriberent, aut legati renunciarent, nihil ratum haberi debere. C. BAEBIVS Pamphilus.} Cn. Baebius Tamphilus, ex conſulatu eius Capitolino. M. ACILIVS Glabrio.} M'. Acilius, ex conſulatu eius Capitolino. COMITIIS aediles curules creati ſunt forte ambo, qui ſtatim accipere magiſtratum non poſſent.} Occipere legendum eſt, quod eſt idem, atque inire. Sic enim lib. XLI. Collegam, qui extemplo magiſtratum occiperet, creauit. & lib. XXIII. Creatur Marcellus, qui extemplo magiſtratum occiperet. NAM C. Cornelius abſens creatus erat, cum Hiſpaniam prouinciam obtineret.} Multa affert hoc loco Glareanus, ut probet, aut huic libro partem deeſſe, aut Liuium parum in ſcribendo uigilantem fuiſſe. quae quia tota re diligenter inſpecta uana eſſe animaduertimus, ne quis in errorem ab eo impellatur, operaepretium me facturum eſſe duxi, ſi qui per haec tempora in Hiſpania cum imperio deinceps fuerint ex Liuij ſententia expoſuero.

Anno DXXXII.

P. Cornelius Scipio cos. Hiſpaniam ſortitus eſt. ut ait Liuius lib. XXI. Cornelio Hiſpania, Sempronio Africa cum Sicilia euenit.

Eodem anno Cn. Cornelius Scipio Publij frater in Hiſpaniam uenit. ait. n. Ne tamen nuda auxilijs Romanis Hiſpania eſſet, quam prouinciam ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum aduerſus Haſdrubalem miſit.

Anno DXXXIII.

P. Scipio in Hiſpaniam uenit prorogato poſt conſulatum imperio.

Anno DXXXIIX.

Ambo fratres interfecti ſunt. ut Liuius lib. XXV. Anno ſexto poſtquam in Hiſpaniam uenerat Cn. Scipio unde trigeſimo die poſt fratris mortem eſt interfectus.

Anno DXXXIX.

P. Scipio P. F. qui poſt Africanus dictus eſt cum imperio extra ordinem proconſul miſſus eſt in Hiſpaniam, M. Iunius Silanus propr. ei ad res gerendas adiutor datus.

Anno DXLIV.

P. Scipio L. Lentulo & L. Manlio Acidino prouincia tradita Romam redit, & quia ſine magiſtratu res geſſerat triumphum non impetrat. Liu. lib. XXIIX.

Anno DL.

L. Lentulus proconſul rediēs ex Hiſpania ob res bene per multos annos geſtas, quia ſine magiſtratu eas geſſerat, triumphare non poteſt, permiſſum eſt, ut ouans urbem iniret. Haec cum ſcripſerit Liuius libro XXXI, dum anni DL. res geſtas exponit, tamen in eodem libro poſt ſubdit, ita. Eodem anno P. Cornelius Cethegus, qui proconſul Hiſpaniam obtinebat, magnum hoſtium exercitum in agro Sedetano fudit. & paullo poſt ita. Comitijs aediles curules creati ſunt forte ambo, qui ſtatim occipere magiſtratum non poſſent. Nam P. Cornelius Cethegus abſens creatus erat, cum Hiſpaniam obtineret prouinciam. Et paullo poſt. Et de altero aedile plebiſcitum eſt factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hiſpaniā cū imperio ad exercitus ire iuberent, ut P. Cornelius aedilis curulis ad magiſtratum gerendū ueniret, & L. Manlius Acidinus de prouincia decederet multos poſt annos. Plebes Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio proconſulibus imperiū eſſe in Hiſpania iuſſit. Ex his uerbis intelligi poteſt, L. Cornelio Lentulo, qui ouans ingreſſus eſt, P. Cornelium Cethegum, C. autem Cethego Cn. Corneliū Lentulum in citeriore Hiſpania ſucceſſiſſe, L. autē Manlio Acidino poſt multos annos L. Stertinium in ulteriore.

Anno DLIII.

Sex praetores creati ſunt. i. cum quattuor ante crearentur, bini additi ſunt, quorum alter citeriorem, alter ulteriorem Hiſpaniam ſortiretur. M. Heluius L. Stertinio, Cn. Sempronius Tuditanus Cn. Lentulo ſuffectus eſt. atque ita deinde praetores quotannis in Hiſpaniam miſſi ſunt, niſi cum prouincia grauiore forte uexata bello conſulare imperium deſiderauit.

Anno DLIV.

Cn. Cornelius Lentulus, qui proconſul obtinuit Hiſpaniam, ante Cn. Sempronium Tuditanum ouans urbem inijt. L. Stertinius ne triumphi quidem ſpem tentauit. lib. XXXIII.

IN. LIBRVM. XXXII

C. BEBIO Ariminum.} Cn. Baebio, ut dixi. SVCCEDERET in Gallia.} Vet. lib. in Galliam. CONCESSVM ut Signiam, & Ferentinum tranſirent. Hoc anno, qui eſt ab urbe cond. CLI, conceſſum eſſe ait, ut obſides Carthaginienſium Signiam transferrentur Norba. at ſequenti anno hoc eodem in libro ait. Carthaginienſium obſides Setiae cuſtodiebantur. Puto ergo hoc loco Setiē pro Signia reponendum. nam de Setia propter ſeditionem in eo opido propter obſides excitatam, dubitari non poteſt. De Signia non ita certa hiſtoria eſt. L. MARTIO Septimio.} Vet. lib. L. Marcio Septimo, ut ante dixi. QVOD Narnienſibus datum erat, ut colonorum numerus augeretur, id Coſſani

petentes non impetrauerunt.} Plutarchus utramque deductam coloniam a T. Quinctio tradit. ut ante dixi. De Coſſanis ſequenti anno perfectum ſcribit Liuius, uerum non a Quinctio.

254 Thaumacos.} Thaumacia opidum ad Sinum Maliacum. Stepha. & ceteri. Faucibus imminentes, quam Coelen uocant.} Vet. lib. Quas Coelen. Simul qui redderent Achaeis Orchomenon, & Heream, & Triphyliam, Eleis Alipheran contendentibus, numquam eam urbem fuiſſe ex Triphylia, ſed ſibi debere reſtitui, quia una eſſet &c.} Achaei Philippi, Elei Romanorum foederi erant adſcripti, ut libro xxix tradidit. Itaque abſurdum eſt dictu, Eleos a Philippo Alipheram contendiſſe. Hac ego ratione ductus pro, Eleis, reſtituēdum puto, Illis, ut item Achaeos intelligamus, hoc ſenſu. cum fidem ſociorum ſuorum ſuſpectam haberet Philippus, miſit in Achaiam legatos, qui iuſiurandum exigerent, & Achaeis Orchomenon, & Heraeam, & Triphyliam redderent. Illis Alipheram poſtulantibus, reſponderi iuſſit, numquā eam urbem ad Triphyliā attinuiſſe. proptereaq. nō Achaeis, ſed ſibi ipſi reſtituendam eſſe, quod una eſſet ex ijs, quae ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributae forent. Rem autem ita eſſe oſtendit, cum addit. Et cum Achaeis quidem pe. haec ſocietatē firmabat. Hanc eandem ſententiam edidit etiam lib. xxxix. Reddidit (inquit) Achaeis Heraeam, & Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod ſuorum ius eſſe finium ſatis probabant, reſtituit. Vt mirer, cum ſatis aperte rem eo loco expreſſerit, cur eandem hoc etiam in loco iterauerit.

Per Epirum ad occupandas, quae ad Antigoniam fauces ſunt (Schena uocant Graeci.} Antigonis oēs in Epiro tradunt. Stena, aūt ſcribeudū eſt. Plutar. in Quincto. καὶ τὰ στενὰ φυλάττοντι πολλῷ ἔθει χρόνῳ.

Per Charopum Epirotem.} Plutarchus in Quinct. τὸν χάροπα uocat. itemque is qui de uiris illuſtribus ſcripſit, ueteres lib. habent etiam Charopem. Vere primo in continentē trabeatus ad hoſtē ducere pergit.} Vox Trabeatus prodigij ſimilis eſt. Vet. lib. Tralatus. Quod placet. ut ſit e Corcyra in continentem. i. in Epirum cum tranſtuliſſet ſeſe. paullo poſt. Corcyram tranſuectus. Senatum ſine ullius nota legebant.} Vet. lib. Legerunt. recte. Sequitur enim, locarunt. Portoria uenalicium.} Vet. lib. Venalium. M. Porcio Lecca.} Laeca. ex uetuſtis argenteis nummis. C. Baebius Pamphilus.} Cn. Baebius Tamphilus. ut ſupra. M. Fulvium, & M. Curium tribunos plebis} M'. Curium. lego, ex Plutarcho in Quinctio. τῶν δὲ περὶ φόλβιον καὶ μάνιον δημάρχων ἐνισταμένων. quamquam uulgo mendoſe legitur μάλλιον, pro μάνιον. ut ſaepe alias. Manius certe praenomen Curijs familiariſſimum eſt.

Iam aedilitatem, praeturamque faſtidiri.} Plutarchus Quinctium ad conſulatum perueniſſe ait nō aedilitate ſolum, & praetura, ſed etiam tribunatu plebis omiſſis. neq; intelligit Quinctiū quia patricius erat, tribunatum plebis ne petere quidem per leges potuiſſe. propterea de eo nihil Liuius. ille autem ita. τὰς διὰ μέσου καὶ συνήθεις τοῖς νέοις ἀρχὰς ὑπερβάντα δημαρχίαν, καὶ στρατηγίαν, καὶ ἀγορανομίαν. Idem in Apophtheg. Ser. Sulpicius, & L. Galba pontifices.} Lege. Ser. & C. Sulpicij Galbae pontifices. Seruius creatus pontifex fuerat an. CDLVII. Caius uero CDLIIX.

255 Forum, & aedes Iouis Lanuuij} Vet. lib. Lauinij. Per Daſſaretios potius, Lingumque.} Per Daſſaritios potius, Lycumque. ut ſupra oſtendi ex Plutarcho, & uet. lib. Quae ciuitates liberandae eſſent, Theſſalos primos omnium nominauit conſul.} Vet. lib. Theſſalonicam primam omnium. Pro his ordo, & militaris diſciplina, & genus armorum erat aptum urgendis regijs.} In uet. lib. aliquot. aptum proelium iungendis. in alijs, proelium gerendum. ego, aptum proelium gerentibus. Nam duas illas uoces, urgendis regijs, quas intulit Gelenius, ne ipſe quidem certas habet, uerum aſteriſco notandum locum cenſet. Quattuor millia inde lecta peditum, & trecentos equites tribuno militum tradit.} Hoc ſic Plutar. in Quinctio. ἐκπέμπει χιλίαρχον ἐν αὐτοῖς ἔχοντα τετρακισχιλίους, καὶ ἐκ τοῦ τριακοσίους. Non plus duobus millibus hominum omiſſis.} Plutarchus ſic. ἔπεσον δὲ δισχίλιοι οὐ πλείους. Rex primo die ad caſtra Pyrrhi peruenit. locus, quem ita uocant, eſt in Triphylia terrae Melotidos. inde poſtero die ingenti itinere agminis (& metus urgebat) in montē Lingon perrexit. Ipſi montes Epiri ſunt interiecti Macedoniae Theſſaliaeque.} Pyrrhi caſtra locum eſſe celeberrimum non longe a Lacedaemone conſtat inter omnes. Nam & ipſe lib. xxxv. ita ait. Et Nabis recepto Gytheo cū expedito exercitu inde profectus, cum praeter Lacedaemonem raptim duxiſſet, Pyrrhi (quae uocāt) caſtra occupauit, & Polybius lib. v. ubi de alio Philippi bello ait ita. ὁ δὲ φίλιππος τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὰς ἀμύκλας. αἱ δὲ ἀμύκλαι καλούμενοι τόποι εἰσὶ τῆς λακωνικῆς χώρας. ἀπέχει δὲ τῆς λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι σταδία τῇ δὲ ἐπιούσῃ πορευθεὶς, ἅμα τὴν χώραν εἰς τὸν πύρρου καλούμενον κατέβη χάρακα. Quae cum ita ſint, merito dubitari poterit, cur, cum de proelio ad fauces Epiri facto Liuius ſcribat, primo die fugatum regem ad caſtra Pyrrhi in Triphyliam perueniſſe, (eſt autem Peloponeſi regio Triphylia) poſtero autem in montes Epiri Macedoniae, Theſſaliaeque interiectos, dicat. Neque enim hac oratione quidquam eſſe poteſt abſurdius. Difficilis, & magna haec quaeſtio eſt, nec niſi haec uerba tollātur, explicari poteſt. Locus, quem ita uocant, eſt in Triphylia terrae Melotidos. Cur autem inducenda cenſeam, eſt, quod ea ex albo libri (ut ſaepe fit) in hiſtoriam conïecta ab initio librario puto. Qui autem ea in albo libri notarat, id interpretandi loci cauſſa fecerat. Loci autem, qui in Peloponneſo eſt, ſplendor illum ipſum Liuiana uerba non ſatis attendendum, decepit. Neque enim dubitandum eſt, quin eius nominis locus alter in Epiro fuerit, in quo Pyrrhus regnauit, de quo hoc loco intelligendum ſit. Nam de eo, qui eſt ad Lacedaemonem, intelligi nullo modo poteſt. Accedit, quod ſi haec uerba Liuij eſſent, libro xxxvi

ubi

ubi iterum Pyrrhi caſtra nominat,non dixiſſet,Quæ uocant,cum ſatis hic locum eſſe huius nominis do
cuiſſet.puto praeterea legendum in montem Lyncon. Nam λύγκος opidum eſt Epiri auctore Stephano.
quo nomine mons etiam forte praeditus eſt.Vet.habent Lyricon. FLVCTVATVS animo eſt utrum
protinus in regnum ſe reciperet, an reuerti in Theſſaliam poſſet.} Vox, poſſet, ineptam affert ſenten-
tiam.Mallem,praeſtaret.Nam cum eſſet ſcriptum,praeſtet,factum eſt ab inſcio,poſſet.Praeſtaret autẽ,
pro praeſtantius eſſet. CIRCA Sperchias.} Ad ſinum Maliacum urbs eſt, quae σπέρχεια dicitur a
Ptolemaeo,& Stephano.

XYNIAE ſimili metu a cultorib.deſertae ſunt.} Xynia,inquit Stephanus,urbs Theſſaliae. OPI 256
DVM protinus nomine Phecam, ſitum inter Gomphos.} Hoc opidum libro priore Phecadum no-
minauit. IN monte Cercetio.} Plin. montium Cercetorum meminit in Theſſalia. Ptolemaeus
montis Cerceteſij. Cerceticum tamen eſſe legendum docet Stephanus. qui ait. Πιαλία πόλις θετταλικὴ
ὑπὲρ τὸν κερκετικὸν ὄρος. τὸ ἐθνικὸν πιαλιεύς. PRIMAM urbium Theſſaliae Phaleriam.} Veter.lib.
Phaleram. ex Coſmographis, Phalaram ſcribendum eſt.ut ſupra etiam admonui. A METROPO-
LI, & a Piera.} Metropolis una eſt in Theſſalia. Porro autem Palia, legendum,quae,ut ait Stepha-
nus, eſt in Theſſalia,ut dixi paullo ante; non Pieris,quae in Boeotica eſt. INDE Aeginium petit.}
Hoc in Illyrio ſtatuit Stephanus. CVM ad Zamnam inſulam aſſecutus eſt.} L.Quinctium ſcribit
Corcyra profectum claſſem ad Zamnam inſulam eſſe aſſecutũ. Quaeſtio exſiſtit,quae ſit haec inſula,
quae a Corcyra ad Maleam nauigantibus occurrat.Glareanus mendoſe eſſe, pro Zacyntho ait,ego pro
Same, in ueteribus enim libris eſt,Zamam.non Zamnam. De hac inſula Pomponius. In Ionio Prote,
Hyria,Cephalenia,Neritos,Same,Zacynthos,Dulichium,Ithaca.& Plin.lib.IV.cap.XII. Cephalenia,
Zacynthus,Ithaca,Dulichium,Same. Cephalenia quondam Melaena dicta. Same diruta a Romanis,
adhuc tamen opida tria habet.& Vigilius lib.III.Dulichiumq;, Sameque,& Neritos ardua ſaxis. Alij
Samem urbem Cephaleniae eſſe ſcripſerunt. CENCHREAS Corinthiorum emporium.} Stepha
nus opidum,& nauale Corinthiorum eſſe ſcribit,itemque ceteri.

PHOCIDIS primo impetu Panopeam.} Phanoteam legendum eſſe,quemadmodum eſt in uete- 257
ribus libris,oſtendit Stephanus.φανοτεύς.inquit,πόλις φωκίδος.λέγεται καὶ φανότη καὶ φανότεια Glareano ta-
men placet Panopea. ARISTHENVS, qui Romanis.} Polyb.Ariſtaenum ſcribit.ἀρισταίνον.

ACHEI portus,& dant fiduciam poſtulantibus,& demunt.} Obſcuriſſimi loci ſenſum Glareano,
ut profitetur,ignotum libet paucis exponere. Quod Romani,inquit,qui ſocii nobis non ſunt, plus pe-
tant a nobis,quam ſocius ipſe Philippus,id neque impudentia fit eorum,neque modeſtia huius.Achaei,
inquit,portus fiduciam Romanis dant ad poſtulandum,qui claſſem habẽt uictricem, Philippo uero de
munt,cuius nihil praeter legatũ uidemus.Ergo portus dant fiduciam claſſem habenti,demunt non ha-
benti. QVAE Elaeuntii,Abydenique,qui procul a nobis abſunt,paſſi ſunt.} Antea legebatur Clu
nij,Abydenique. Sabellicus,cuius in hac re ingenium admiratur Glareanus, reſtituendum putauit,
Elaeuntij,Abydenique.Quorum ſentẽtiam ego uix ſatis probare poſſum.Nam cum commemoret eos
Ariſtaenus,qui bello crudelia a Philippo paſſi ſunt,inter quos Athenienſes,& Abydeni fuerunt,neſcio
cur potiſſimum Elaeuntios nominare poſſit, quos ipſe per deditionem receperit. Etenim libro priore
ita Liuius ait. Inde progreſſus ad Cherſoneſum Elaeunta & Alopeconneſum tradentibus ipſis recipit.
Quamobrem ego reponendum puto pro Clunii Ciani, primum quia grauiſſime omnium uexati a Phi
lippo ſunt auctore Polybio, quorum excidij ſaepe etiam meminit per hos libros Liuius,ut paullo poſt.
Cium ſuae ditionis urbem funditus deleſſe.Deinde quia uicinior eſt uox Clunii Cianis,quam Elaeun-
tiis.Nam ſi l in i,& u in a uerteris,confecta uxor erit.Cianos etiam cum Abydenis coniungit Polybius,
ut ſupra oſtendi. CIPARISSIAE Garitenem.} κυπαρισσίεις opidum Meſſenae Steph.

POST pactam cum Romanis ſocietatem.} Miratur Glareanus Liuium ſcribere Argiuos cum Ro 258
manis ſocietatem pactos eſſe,quod eoſdem ante ſcripſerat decreto non interfuiſſe.neque intelligit eum
dixiſſe,quoſdam Argiuorum,non omnes. LARISSAM eam arcem uocant.} Argorum arcem La-
riſſam fuiſſe tradit etiam Stephanus. καὶ ἀκρόπολις ἄργους λάρισσα.

C. HELIVM praetorem praefecit.} In comitijs praetoriis exponendis C.Heluium nominauit, 259
eique Galliam obtigiſſe dixit.idem fecit in eius aedilitate explicanda. Quamobrem hoc quoque loco
pro C.Aelio C.Heluium reponendum. AD L. Cornelium Lentulum praetorem urbanum.} In
comitiis praetoriis explicandis L. Cornelium Merulam praetorem urbanum ſcripſit.quo pacto legen
dum eſſe oſtendit conſulatus eius,qui ſequitur,in quo Merulae, non Lentuli cognomine afficitur non
ſolum apud Liuium, ſed etiam in tabulis conſulum Capitolinis. COSS. Cn. Cornelium Cethe-
gum.} C.Cornelium, legendum eſt ex Cap. conſulatu. L. MANLIVS Volſo.} Vulſo. Vet. lib.
Cap. tab. & Appianus in Syrio μάνλιον etiam βούλσωνα edit. M. SERGIVS Silus.} M'. Sergius, ar-
gentei nummi. T.SEMPRONIVS Longus.} Ti.Sempronius. ex conſulatu Capitolino,qui ſequi
tur. CN. SEMPRONIVS Tuditanus.} ſequenti libro hic idem dicitur T. Sempronius. Ego C.
Sempronius lego.Nam Tuditanorum hoc frequentiſſimum praenomen eſt, neutrum eorum contra.
patrem, aut auum hunc eſſe reor C. Sempronii C. F. C. N. Tuditani, qui triumphauit de Iapudibus
An. DCXIXV. ex lap, Capit. OPIDA Claſtidium,& Litubium utraque Ligurum.} Hoc loco,
ubi

ubi Claſtidium deditur, Ligurium eſſe dicitur. paullo poſt, ubi inceditur, Gallorum eſt. Aut igitur duo Claſtidia ſunt, aut certe in Claſtidio Ligurum eſt aliquid uitii. Nam de Gallico Claſtidio ad Ticinum dubitari non poteſt. De quo Polybius lib. II. & ceteri qui de bello Inſubrium ſcripſerunt, quo confecto Marcellus tertia opima ſpolia retulit Virdumaro rege ad Claſtidium interfecto. quemadmodum etiam in triumpho Marcelli Capitolino ſcriptum eſt. apud Plutarchum tamen in Marcello eſt uitioſe κλαστίδιον, pro κλαςίδιον. Vereor autem, ut Cariſtum pro Claſtidio ſit reponendum. quod eſt opidum Ligurum in agro Statellati, Liuio auctore lib. XLII.

254 Ligvsticos lluates.} Liguſtinos. ut ante dixi. Eo rex ab Demetriade cum quinque lembis, & naue una roſtrata uenit.} Sic Polybius lib. XVII. παρῆν ὁ μὲν φίλιππος ἐκ δημητριάδος ἀναχθεὶς εἰς τὸν μηλιέα κόλπον πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν. Achaeorvm exlul uir inſignis Cycliadas} Polyb. ἀχαιὸς δὲ κυκλιάδας ἐκπεπτωκὼς ἐκ πελοποννήσου. Dionysodorvs Attali legatus.} Polyb. καὶ παρ' ἀττάλου διονυσόδωρος. Agesimbrotvs praefectus Rhodiae claſſis.} παρὰ δὲ ῥοδίων ἀκεσίμβροτος ὁ ναύαρχος, ex Polyb. Phaneas princeps Aetolorum.} Polyb. παρὰ δὲ αἰτωλῶν φαινέας ὁ στρατηγός.

Romanvs ad extremum litus progreſſus, cum rex in proram nauis in anchoris ſtantis proceſſiſſet.} οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν τίτον ἐπέστησαν παρ' αὐτὸν αἰγιαλόν, ὁ δὲ φίλιππος ἐγγίσας τῇ γῇ μετέωρος ἔμενε. Ex propinquo dicamus inuicem, audiamusque.} Vet. li. Dicemus inuicem, audiemusque. Qvem tandem, inquit Quinctius, times? Ad hoc ille ſuperbo, & regio animo, Nem nem equidem timeo praeter deos immortales.} Polyb. τοῦ δὲ πάλιν ἐρομένου, τίνα φοβεῖται; φοβεῖσθαι μὲν ἔφησεν ὁ φίλιππος οὐδένα πλὴν τοὺς θεούς. Aliter hanc hiſtoriam ſcribit Plutarchus in Apophthegmatibus. Dedvcenda ex omnibus Graeciae ciuitatibus regi praeſidia eſſe.} Has & pacis condiciones omnes quibus uerbis explicuerit Polybius placet oſtendere, ut Liuii ſtudium in illo uertendo auctore facilius omnes intelligant. ὁ δὲ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς αὐτῷ μὲν ἁπλοῦν τινα λόγον ἔφη καθήκειν καὶ φαινόμενον. κελεύειν δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς ἑλλάδος ἁπάσης ἐκχωρεῖν ἀποδόντα τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τοὺς αὐτομόλους ἑκάστοις, οὓς ἔχει. τοὺς δὲ κατὰ τὴν ἰλλυρίδα τόπους παραδοῦναι ῥωμαίοις, ὧν γέγονε κύριος μετὰ τὰς ἐν ἠπείρῳ διαλύσεις. ὁμοίως δὲ καὶ πτολεμαίῳ τὰς πόλεις ἀποκαταστῆσαι πάσας, ἃς παρῄρηται μετὰ τὸν τοῦ φιλοπάτορος θάνατον. Attali regis legatus naues, captiuosque, quae ad Chium nauali proelio captae eſſent, & Nicephorium, Venerisque templum, quae ſpoliaſſet, euaſtaſſetque pro incorruptis reſtitui.} Sic Polybius. μετὰ τοῦτον δὲ διονυσόδωρος ὁ παρ' ἀττάλου μεταλαβὼν τὸν λόγον, τάς τε ναῦς ἔφη δεῖν αὐτὸν ἀποδοῦναι τὰς τοῦ βασιλέως τὰς γενομένας αἰχμαλώτους ἐν τῇ περὶ χίον ναυμαχίᾳ, καὶ τοὺς ἅμα ταύταις ἄνδρας. ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ τὸ τῆς ἀφροδίτης ἱερὸν ἀκέραιον, καὶ τὸ νικηφόριον, ἃ κατέφθειρε. Rhodii Peraeam (regio eſt continentis aduerſus inſulam uetuſtae eorum ditionis repetebant, poſtulabantq. praeſidia deduci ab Iaſſo, & Bargyllis, & Euromenſium urbe, & in Helleſponto Seſto, atque Abydo, & Panopolim Byzantiis in antiquam formulam iuris reſtitui, & liberari omnia Aſiae emporia, portuſque.} Peraeam ſe nuſquam legiſſe, ſuſpectumq. habere nomen, itemque pro, Panopolim, Penetropolim reponendam eſſe ait Glareanus. Hoc loco, ſi ut inſtitui uerba Polybii recitauero, quae uertiſſe ſtudioſe uidetur Liuius, & Peraeam recte legi, & pro, Panopolim, Perinthum reſtituendum, praeterea uero, Iaſo, & Bargyliis, ut in uet. eſt lib. ſcribendũ eſſe facile omnib. apparebit. Ea ſunt haec. μετὰ δὲ τοῦτον ὁ τῶν ῥοδίων ναύαρχος ἀκεσίμβροτος τῆς μὲν περαίας ἐκέλευεν ἐκχωρεῖν τὸν φίλιππον, ἣν αὐτῶν παρῄρηται. τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ ἰασοῦ, καὶ βαργυλίων, καὶ τῆς εὐρωμέων πόλεως, ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ περίνθιον εἰς τὴν βυζαντίων συμπολιτείαν. παραχωρεῖν δὲ καὶ σηστοῦ καὶ ἀβύδου, καὶ τῶν ἐμπορίων, καὶ λιμένων τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν ἁπάντων. In ueteribus certe libris eſt pro, Perinthum, Penolum, ut de ea lectione dubitare nemo debeat. praeſertim uero cum libro ſequenti in aliis pacis condicionibus ſcribendis ita ſit. Quae earũ ſub ditione Philippi fuiſſent, praeſidia ex his Philippus deduceret, his, quae in Aſia eſſent Euromo: Pedaliſque & Bargyliis, & Iaſo, & Myrina, & Abydo, & Thaſſo, & Perintho.

Princeps Aetolorum Alexander uir (ut inter Aetolos) facundus.} Vet. lib. Vir inter ceteros facundus. atque ita ſcripſiſſe Liuium puto, quia Polybius ita ait. ἀλέξανδρος ὁ προσαγορευόμενος ἴσιος, ἀνὴρ δοκῶν πραγματικὸς εἶναι καὶ λέγειν ἱκανός. Inter ceteros autem legatos, qui in hoc concilio uerba fecerant, intelligit. Nam de quorum poſſeſſione dimicetur tollentem, nihil ſibi praeter bellum relinquere, quod conſilium eſſe.} Hoc loco Glareanus ita ſcribit: Pro, Tollentem, ego, Volentem, legendum puto: alioquin non uideo quid ſenſus elicias. Haec ille. Quam autem ſit ſtandum coniecturae eius, Polyb. ipſe, cuius haec uerba ſunt, docet. τὸ δὲ ἀναιροῦντα περὶ ὧν ὁ πόλεμος ἐστὶ τὸν πόλεμον αὐτὸν καταλιπεῖν, μανίας ἔργον εἶναι. i. tollẽtem autem ea, de quibus bellum eſt, bellum ſibi relinquere ſtultitiae opus eſſe. Fortaſſe enim apud Polybium legit Liuius πόλεμον αὐτῷ non αὐτόν. reprehendit enim Philippum, qui in captas urbes ſaeuiebat, excindens eas, quae belli eſſe praemia poſſent, idque ſtulti, & amentis eſſe hominis ait.

Lysimachiam pulſo praetore, & praeſidio Aetolorum occupaſſe eum.} Lyſimachiam intelligit, quae in Cherſoneſo eſt, non quae in Aetola. Quod apertius oſtendit hoc loco Polybius. ἔφασκε γὰρ τὸν φίλιππον, διότι λυσιμαχίαν μετ' αἰτωλῶν ταττομένην, καὶ στρατηγὸν ἔχουσαν παρ' αὐτῶν, ἐκβαλὼν τοῦτον κατάσχοι φρουρᾷ τὴν πόλιν. Chivm item ſuae ditionis urbem funditus euertiſſe.} Cium legendum, non Chium, & ſuae ditionis, Aetolorum non Philippi intelligendũ eſſe, ſatis oſtendit Polybius, cuius haec uerba ſubſequuntur. διατί δὲ κιανοὺς παραπλησίως μετ' αἰτωλῶν συμπολιτευομένους ἐξανδραποδίσαιτο, ἔχοντος ὑπάρχειν αἰτωλῶν. Factum eſt autem ut quemadmodum Philippus Cianorum moenia quondam, ſic inſcii librarii eorũ memoriam euertere hoc tempore, atque delere conati ſint. De Cio ſic Suidas. Κίος ἐμπόριον τι πόλεως μυσίας ἀπὸ τοῦ ἡγε-

φησὶ γεγραμμένον τοῖς ἐν πόλεσιν διὰ μακρῶν τὸ ἐθνικὸν κοινόν. Item. κοινῇ οἱ τῶν εἰς, ὡς σπουδῆς παραπέμπουσι ἔθιμα.

EADEM fraude habere eum Thebas Phthias, Echinum, Lariſſam, & Pharſalum. § Polyb. τί δὲ λέγειν κατέχειν νῦν ἐχῖνον καὶ Θήβας τὰς Φθίας, καὶ Φάρσαλον, καὶ Λάρισαν. APPARET id quidem etiam caeco. § Apud Polyb. τοῦτο μὲν ἔφησεν ὦ Φαινία καὶ τυφλῷ δῆλον. INDIGNARI inde coepit Aetolos, tamquam Romanos decedi Graecia iubere, qui, quibus finibus Graecia ſit, dicere non poſsint. ipſius enim Aetoliae Agraeos, Apodeotaſque, & Amphilocos, quae permagna eorum pars ſit, Graeciam non eſſe. § Agraeos, quos nuſquam ſe legiſſe ait Glareanus, Apodotos non Apodeotas, legendum eſſe, Polybij uerba haec ſatis docent. τὸ δὲ δὴ πάντων δεινότατον, οἱ ποιοῦντες ἑαυτοὺς ἐφαμίλλους Ῥωμαίοις, καὶ κελεύοντες ἐκχωρεῖν Μακεδόνας ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος. τοῦτο γὰρ ἀναφθέγξασθαι καὶ καθόλου μέν ἐστιν ὑπερήφανον, οὐ μὴν ἀλλὰ Ῥωμαίων μὲν λεγόντων ἀνεκτόν, Αἰτωλῶν δὲ οὐκ ἀνεκτόν. ποίας δὲ κελεύετέ με φεύγειν ἐκχωρεῖν Ἑλλάδος; καὶ πῶς ἀφορίζετε ταύτην; αὐτῶν γὰρ Αἰτωλῶν οὐκ εἰσὶν Ἕλληνες οἱ πλείους. τὸ γὰρ τῶν Ἀγραῶν ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Ἀποδωτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων οὐκ ἔστιν Ἑλλάς; ἢ τούτων μὲν παραχωρεῖτε ἡμῖν. Porro autem Agraeos uicinos eſſe Acarnanibus populos, ait Stephanus. NEQVE ego Chium expugnaui, ſed Pruſiam ſocium, & amicum oppugnantem adiuui. § Cium, reſtitue, non Chium. Sic enim Polybius. Κιανοὺς δὲ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπολέμησα, Προυσίᾳ δὲ πολεμοῦντι βοηθῶν ἐκείνῳ συνεξεῖλον αὐτοὺς ὑμῶν αἰτίων γενομένων. Itaque lib. ſequenti ait Liuius. De Cianorum libertate Quinctius Pruſiae, Bithyniorum regi ſcriberet, quid ſenatui, & decem legatis placuiſſet. Item Suidas, ut dixi. LYSIMACHIAM ab Thracibus uindicaui, ſed quia me neceſsitas ad hoc bellum a cuſtodia eius auertit, Thraces habent. § Polybius ita. ἐρωτᾷς με, φησὶν, Ἀλέξανδρε, διατί Λυσιμάχειαν προσέλαβον; ἵνα μὴ διὰ τὴν ὑμετέραν ὀλιγωρίαν ἀνάστατος γένηται ὑπὸ Θρᾳκῶν, καθάπερ νῦν γέγονε. ὑμῶν ἀπαγαγόντων τοὺς στρατιώτας διὰ τοῦτον πόλεμον. ATTALO autem Rhodijſque nihil me debere: non enim a me, ſed ab illis principium belli ortum eſt. Romanorum autem honoris cauſſa Peraeam Rhodijs, & naues Attalo cum captiuis, qui comparebunt, reſtituam. Nam quod ad Nicephorium, Venerisque templi reſtitutionem attinet, quid ea reſtitui poſtulantibus reſpondeam? niſi quo uno modo luci, ſiluaeque caeſae reſtitui poſſunt, curam, impenſamque ſationis me praeſtaturum. § Haec Polybius in hunc modum. πρὸς δὲ Ῥοδίους καὶ πρὸς Ἄτταλον ἐν μὲν ἴσῳ κριτῇ δικαιότερον ἂν νομίζοιμι τούτους ἡμῖν ἀποδιδόναι τὰς αἰχμαλώτους ναῦς, καὶ τοὺς ἄνδρας ἤπερ ἡμᾶς τούτοις. οὐ γὰρ ἡμεῖς Ἀττάλῳ πρότεροι καὶ Ῥοδίοις τὰς χεῖρας ἐπεβάλομεν, ὅτι δὲ ἐκεῖνοι ὁμολογουμένως. οὐ μὴν ἀλλὰ σοῦ κελεύοντος Ῥοδίοις μὲν ἀποδίδωμι τὴν Περαίαν. Ἀττάλῳ δὲ τὰς ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς διασῳζομένους. τὴν δὲ τοῦ Νικηφορίου καταφθορὰν, καὶ τοῦ τῆς Ἀφροδίτης τεμένους ἄλλως μὲν οὐκ εἰμὶ δυνατὸς ἀποκαταστῆσαι, φυτὰ δὲ καὶ κηπουροὺς πέμψω τοὺς φροντιοῦντας θεραπείας τοῦ τόπου, καὶ τῆς αὐξήσεως τῶν ἐκκοπέντων δένδρων.

EXTREMA eius oratio aduerſus Achaeos fuit, in qua orſus ab Antigoni primum, ſuis deinde erga eam gentem meritis, recitari decreta eorum iuſsit, omnes diuinos, humanoſque honores complexa, atque ad ea adiecit recens de exercitu, quod ab ſe deſciuiſſet; inuectuſque grauiter in perfidiam eorum, Argos tamen ſe redditurum eis dixit, de Corintho cum imperatore Romano deliberaturum eſſe, quaeſiturumque ſimul ab eo, utrum ijs ne urbibus decedere ſe aequum cenſeat, quas a ſe ipſo captas iure belli habeat, an ijs etiam, quas a maioribus ſuis accepiſſet. § Polybij primum uerba, quae his reſpondent, recitabo, deinde quod hoc in loco Glareano uidetur eſſe obſcuritatis tollam. Polybius ita. μεταβὰς ὁ Φίλιππος ἐπὶ τοὺς Ἀχαιοὺς πρῶτον μὲν τὰς εὐεργεσίας ἐξηριθμήσατο τὰς ἐξ Ἀντιγόνου γεγενημένας εἰς αὐτούς. εἶτα τὰς ἰδίας. ἑξῆς δὲ τούτοις προσανέγνωστο τὸ μέγεθος τῶν τιμῶν τῶν ἀπηντημένων αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν. τελευταῖον δ᾽ ἀνέγνω τὸ περὶ τῆς ἀποστάσεως ψήφισμα, καὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους μεταθέσεως. ᾧ χρησάμενος ἀφορμῇ πολλὰ κατὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς ἀθεσίαν εἶπε, καὶ ἀχαριστίαν. ὅμως δὲ ἔφη τὸ μὲν Ἄργος ἀποδώσειν. περὶ τοῦ Κορίνθου βουλεύσεσθαι μετὰ τοῦ Τίτου. ταῦτα δὲ διαλεχθεὶς πρὸς τοὺς ἄλλους, ἤρετο τὸν Τίτον φήσας πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ λόγον εἶναι, καὶ πρὸς Ῥωμαίους. πότερον οἴεται δεῖν ἐκχωρεῖν ὧν ἀπέκτηται πόλεων, καὶ τούτων ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἢ καὶ τούτων, ὅσας παρὰ τῶν γονέων εἴληφε. Haec Polybius. Quaerit autem apud Liuium Glareanus, Quid ſit, Recens decretum de exercitu, quod ab ſe deſciuiſſet. Huic ego quaeſtioni reſpondeo, primum in ueteribus libris legi, De exercitu, quo ab ſe deſciuiſſent. deinde decretum illum intelligi, qui ſe Achaei relicto Philippo Romanorum ſocietati adiunxerunt, de quo paullo ante Liuius. In praeſentia tres legatos ad L. Quinctium mitti placuit, & exercitum omnem Achaeorum ad Corynthum admoueri, captis Cenchreis, iam urbem ipſam Quinctio oppugnante. QVINCTIVS poſtero die ad Nicaeam (is enim locus placuerat) ad conſtitutum tempus uenit. Philippi nullus. & quae ſequuntur. § Apponam hoc etiam loco uerba Polybij cum loci illuſtrandi cauſſa, tum Liuianae induſtriae declarandae. καὶ τότε μὲν ἀναστάντες ἐχωρίσθησαν ταξάμενοι κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν εἰς Νίκαιαν πάλιν ἀπαντήσειν. τῇ δὲ αὔριον οἱ μὲν περὶ τὸν Τίτον ἧκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον, ἐν ᾧ πάντες ἔδει. ὁ δὲ Φίλιππος οὐ παρεγίγνετο. τῆς δὲ ἡμέρας ἤδη προαγούσης ἐπὶ πολὺ, καὶ σχεδὸν ἀπεγνωκότων τῶν περὶ τὸν Τίτον, παρῆν ὁ Φίλιππος δείλης ὀψίας ἐπιφαινόμενος, μεθ᾽ ὧν καὶ πρότερον κατατρίψας τὴν ἡμέραν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔφη διὰ τὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν τῶν ἐπιταττομένων. ὡς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει, βουλόμενος ἐκκλεῖσαι τῷ καιρῷ τήν τε τῶν Ἀχαιῶν καὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν κατηγορίαν. ἑώρα γὰρ τῇ πρότερον ἀπαλλαττομένους ἀμφοτέρους τούτους ἑτοίμως ὄντας πρὸς τὸ συμπλέκεσθαι, καὶ μεμψιμοιρεῖν αὐτῷ. διὸ καὶ τότε συνεγγίσας ἠξίου τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐνεστώτων, ἵνα μὴ λόγοι λέγωνται μόνον ἐξ ἀμφοτέρων ἀμφισβητούντων, ἀλλὰ καὶ τέλος τι τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἐπιτεθῇ. πλεονάκις δὲ αὐτοῦ παρακαλοῦντος ἤρετο τοὺς συμπαρόντας ὁ Τίτος, τί δέοι οὖν ποιεῖν; τῶν δὲ κελευόντων συνελθεῖν, καὶ διακοῦσαι τῶν λεγομένων, παραλαβὼν ὁ Τίτος Ἄππιον Κλαύδιον χιλίαρχον ὄντα τότε, τοὺς μὲν ἄλλους μικρὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀναχωρήσαντας, μένειν αὐτοῦ ἐκέλευσε, αὐτὸς

δὲ τὸν φίλιππον ἐκέλευσεν ἐκβαίνειν. ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν ἀπολλόδωρον, καὶ δημοσθένην, ἀπέβη· συμμίξας δὲ τῷ τίτῳ διελέγετο ἐπὶ πλείω χρόνον. τίνα μὲν οὖν ἦν τὰ τότε ῥηθέντα παρ' ἑκατέρου, δυσχερὲς εἰπεῖν. ἔφη δ' οὖν ὁ τίτος μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν φίλιππον διασαφῶν τοῖς ἄλλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, αἰτωλοῖς μὲν ἀποδώσειν φάρσαλον, καὶ λάρισσαν, θήβας δ' οὐκ ἀποδώσειν. ῥοδίοις δὲ τὴν μὲν περαίαν παραχωρεῖν, ἰασὸν δὲ καὶ βαργύλια μὴ ἐκχωρεῖν. ἀχαιοῖς δὲ παραδιδόναι τὴν κόρινθον καὶ τὴν τῶν ἀργείων πόλιν. ῥωμαίοις δὲ τὰ κατὰ τὴν ἰλλυρίδα φάναι παραδώσειν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας. ἀττάλῳ δὲ τάς τε ναῦς ἀποκαταστήσειν, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἁλόντων ὅσοι περίεισι. πάντων δὲ τῶν παρόντων δυσαρεστούντων τῇ διαλύσει, καὶ φασκόντων δεῖν τὸ κοινὸν ἐπίταγμα πρῶτον ποιεῖν. τοῦτο δ' ἦν ἁπάσης ἐκχωρεῖν τῆς ἑλλάδος, εἰ δὲ μή, διότι τὰ κατὰ μέρος μάταια γίγνεται, καὶ πρὸς οὐδέν, θεωρῶν ὁ φίλιππος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀμφισβήτησιν, καὶ δεδιὼς ἅμα τὰς κατηγορίας, ἠξίου τὸν τίτον ὑπερθέσθαι τὴν σύνοδον εἰς τὴν αὔριον διὰ τὸ καὶ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν, ἢ γὰρ πείσειν, ἢ πεισθήσεσθαι τοῖς παρακαλουμένοις. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος ταξάμενοι συμβάλλειν πρὸς τὸν κατὰ θρόνιον αἰγιαλόν, τότε μὲν ἐχωρίσθησαν. τῇ δὲ ἐπαύριον πάντες ἧκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον ἐν ὥρᾳ, καὶ βραχέα διαλεχθεὶς ὁ φίλιππος ἠξίου πάντας, μάλιστα δὲ τὸν τίτον μὴ διακόψαι τὴν διάλυσιν τῷ γε πλείστῳ εἰς συμβατικὴν διάθεσιν ἠγμένων, ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεται δι' αὐτῶν συμβαίνοντας γενέσθαι περὶ τῶν ἀντιλεγομένων. εἰ δὲ μή, πρεσβεύειν ἔφη πρὸς τὴν σύγκλητον, κἀκείνην πείσειν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, ἢ ποιήσειν ὅτι ποτ' ἂν ἐπιτάττῃ. ταῦτα δ' αὐτοῦ προτείνοντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφασαν δεῖν πράττειν τὰ τοῦ πολέμου, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς ἀξιουμένοις. ὁ δὲ τῶν ῥωμαίων στρατηγός, οὐκ ἀγνοεῖν μὲν οὐδ' αὐτὸς ἔφη, διότι τὸν φίλιππον οὐκ εἰκός ἐστι ποιήσειν τῶν παρακαλουμένων οὐδέν. τὸ δὲ ἁπλῶς μηδὲν ἐμποδίζειν τὰς σφετέρας πράξεις, τὴν αἰτουμένην χάριν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐνδέχεσθαι χαρίζεσθαι. κυρωθῆναι μὲν γὰρ οὐδ' ὡς εἶναι δυνατὸν οὐδὲν τῶν νῦν λεγομένων ἄνευ τῆς συγκλήτου. πρὸς δὲ λαβεῖν πεῖραν τῆς ἐκείνων γνώμης εὐφυῆ ἔχειν τὸν ἐνεστῶτα καιρόν. τῶν γὰρ στρατοπέδων οὐδ' ὡς δυναμένων οὐδὲν πράττειν διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦτον ἀποθέσθαι τὸν χρόνον εἰς τὸ προσανενεγκεῖν τῇ συγκλήτῳ περὶ τῶν προσπιπτόντων, οὐκ ἄθετον, ἀλλ' οἰκεῖον εἶναι πᾶσι. ταχὺ δὲ συγκατατεθειμένων ἁπάντων διὰ τὸ θεωρεῖν τὸν τίτον οὐκ ἀλλότριον ὄντα τῆς ἐπὶ τὴν σύγκλητον ἀναφορᾶς, ἔδοξε συγχωρεῖν τῷ φιλίππῳ πρεσβεύειν εἰς τὴν ῥώμην. ὁμοίως δὲ καὶ παρ' αὑτῶν πέμπειν ἑκάστους πρεσβευτὰς τοὺς διαλεχθησομένους τῇ συγκλήτῳ, καὶ κατηγορήσοντας τοῦ φιλίππου. τοῦ δὲ πράγματος τῷ τίτῳ τε κατὰ τὸν ὑπόλογον κατὰ νοῦν καὶ κατὰ τὰς ἐξ ἀρχῆς διαλήψεις προκεχωρηκότος, παραυτίκα τὸ συνεχὲς τῆς ἐπιβολῆς ἐξύφαινε. τά τε κατ' αὐτὸν ἀσφαλιζόμενος ἐπιμελῶς, καὶ πρόλημμα τῷ φιλίππῳ ποιῶν οὐδέν. δοὺς γὰρ ἀνοχὰς διμήνους αὐτῷ, τὴν μὲν πρεσβείαν τὴν εἰς τὴν ῥώμην ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συντελεῖν ἐπέταξε, τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν παραχρῆμα τὰς ἐκ τῆς φωκίδος καὶ λοκρίδος ἐκέλευσε. Ex hac uerborum collatione cum ſingulare Liuij in uertendo Polybio ſtudium cognoſcitur, tum uero alia multa, quae Liuianam patefacere ſententiam poſſunt. Quorum exempli cauſſa unū illud eſt. Quinctius poſtero die ad Nicaeam uenit, quo loco ſubaudiendum eſt, iterum, ut recte Glareanus intellexit. habet enim Polybius πάλιν. Alterum, quod cum ait, Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, Apollodorum, & Demoſthenem, intelligit, de quibus laborat Glareanus. Tertium, quod cum ait, ſitus ad Thronium, recte habet. Nam etiam κατὰ θρόνιον αἰγιαλὸν edit Polybius, quamquam in ueteribus libris eſt Athonium. Reliqua eiuſmodi ſunt, quae ſi diligenſius comparentur, cum uoluptatem, tum utilitatem afferre ei, qui id fecerit, incredibilem poſſint.

261 Et ipse Quinctius cum ſociorum legatis Aminandrum Athamanum regem, utque ſpeciem legationis adijceret Q. Fabium, (uxoris Quinctij ſororis filius erat) & Q. Fuluium, & P. Claudium miſit. } Vt libri habent, Ap. Claudium. Polybius Ap. Claudium Neronem. Verba eius ſunt. καὶ τὸν μὲν ἀμύνανδρον εἰς τὴν ῥώμην ἐξέπεμψε, τὸ πρᾶγμα γιγνώσκων αὐτὸν εὐάγωγον μὲν ὄντα, καὶ ῥᾳδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις ὁποτέρως ἂν ἄγωσιν αὐτόν, φαντασίαν δὲ ποιήσοντα καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. μετὰ δὲ τοῦτον ἐξέπεμπε τοὺς παρ' αὐτοῦ πρέσβεις, κόιντόν τε τὸν φάβιον, ὃς ἦν αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἀδελφιδοῦς, καὶ κόιντον φολούιον. σὺν δὲ τούτοις ἄππιον κλαύδιον ἐπικαλούμενον νέρωνα. Eiuſdem Ap. Claudij Neronis meminit etiam poſt lib. xxxv Liuius. Vt ventum Romam eſt, prius ſociorum legati, quam regis auditi ſunt. cetera eorum oratio conuicijs regis conſumpta eſt. mouerunt eo maxime ſenatum, demonſtrando maris, terrarumque regionis eius ſitum, ut omnibus appareret, ſi Demetriadem in Theſſalia, Chalcidem in Euboea, Corinthum in Achaia rex teneret, non poſſe liberam Graeciam eſſe, & ipſum Philippum non contumelioſius, quam uerius, compedes eas Graeciae appellare. } Haec a Polybio quoque ſumpta ſunt, cuius haec uerba ſunt. εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον πάντες κατηγόρουν ἀνέδην τοῦ φιλίππου. τὰ μὲν οὖν ἄλλα παραπλήσια τοῖς καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα πρότερον εἰρημένοις ἦν. τοῦτο δ' ἐπιμελῶς ἐνετίκτον ἐνεφάνιζον τῇ συγκλήτῳ πάντες, διότι τῆς χαλκίδος καὶ τοῦ κορίνθου, καὶ τῆς δημητριάδος ὑπὸ τῷ μακεδόνι ταττομένων οὐχ οἷόν τε τοὺς ἕλληνας λαβεῖν ἔννοιαν ἐλευθερίας. ὃ γὰρ αὐτὸς ὁ φίλιππος εἶπε τοῦτο, καὶ λίαν ἀληθὲς ἔφασαν ὑπάρχειν, ὅς ἔφη τοὺς προειρημένους τόπους εἶναι πέδας ἑλληνικάς. Idem fere de compedibus Graeciae, quas πέδας Graeci uocant, Plutarchus in Quinctio. Legati deinde regis intromiſſi, quibus longiorem orationem exorſis breuis interrogatio, ceſſurusne ijs tribus urbibus eſſet, ſermonem incidit, cum mandatum ſibi de his nominatim negarent quidquam. ſic infecta pace regij dimiſſi. Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permiſſum. } Polybius ſic. οἱ δὲ παρὰ τοῦ φιλίππου παρεσκευάζοντο μὲν ἐπὶ πλεῖον ποιούμενοι τοὺς λόγους, ἐν ἀρχαῖς δ' εὐθέως ἐκωλύθησαν. ἐρωτηθέντες γὰρ εἰ παραχωροῦσι τῆς χαλκίδος, καὶ κορίνθου, καὶ δημητριάδος, ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν. οὕτω μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες, οὕτω κατέπαυσαν τὸν λόγον. ἡ δὲ σύγκλητος τοὺς μὲν ὑπάτους ἀμφοτέρους εἰς γαλατίαν ἐξαπέστειλε. τὸν δὲ πρὸς φίλιππον πόλεμον ἐψηφίσατο κατὰ νόμον εἶναι, δοῦσα τῷ τίτῳ τὴν ἐπιτροπὴν ὑπὲρ τῶν ἑλληνικῶν. Portaeque clauſae. } Veteres libri, Portae clauſae. Posteaquam in poteſtate Argiuorum ciuitas erat. } Veteres libri, Poſteaquam in p̄tate Nabidis Argiuorum ciuitas erat.

IN

IN . EPITOMEN . LIBRI . XXXIII

Attalvs a Thebis ob ſubitam ualetudinem translatis deceſsit.} Vet. lib. Pergamum translatus. Recte. Liuius enim ita. Attalus aeger Thebis Pergamum aductus moritur. L. fvrivs, & Claudius Marcellus.} Vet. lib. L. Furius Purpureo, & M. Claudius Marcellus.

IN . LIBRVM . XXXIII

In hoc libro emendando ueterum manuſcriptorum librorum ope caruimus, iudicio tantummodo, ſi quid inſidere alicubi nobis uitii uiſum eſt, uſi ſumus. Deeſt autem huic libro expoſito proelij, quo Philippus ad Cynoſcephalas eſt fugatus, ac uictus a T. Quinctio, itemque magna pars eius, quo L. Quinctius frater eius Leucadem expugnauit. Quod ex epitome libri intelligi poteſt, in qua haec prima uerba ſunt. T. Quinctius Flamininus procóſul cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie uicto debellauit. L. Quinctius Flamininus frater proconſulis Acarnanes Leucade urbe, quae caput eſt Acarnaniae, expugnata, in deditionem accepit. Itaque ait Liuius. Et poſt dies paucos audito proelio, quod ad Cynoſcephalas pugnatum erat, omnes populi Arcananiae in deditionem uenerunt. Legatum autem L. Flamininum intelligit. Et paul o poſt. Haec in Theſſalia, haec Achaia, haec in Aſia per eoſdem dies ferme geſta. Intelligit autem, quae T. Quinctius ad Cynoſcephalas, Quae Lucius in Academia, Quae Rhodij in Peraea geſſerunt, quaeq. ab ijs geſta paullo ante ipſe expoſuerat. Proelium ad Cynoſcephalas pugnatú exſtat adhuc apud Polybiũ diligentisſime deſcriptum, reliqua apud eum interciderũt.

Laevo Agrianos.} Agrianas puto legendum ex Stephano, qui cum multis modis hanc uocem editam doceat, Agrianos tamen numquam, Agrianas certe dictos affirmat. Foedus apud Ciceronem in Piſonem legitur Aggrinarum, & Dolopum, pro Agrianum. Bargylas petentes.} Bargylia, aut Bargylias legendum eſt. Quamquam Stephanus non niſi Bargylia neutro genere, & Bargyliam mulie bei dici ait. Moritvr altero, & ſeptuageſimo, cum quattuor, & quadraginta annos regnaſſet.} Suidas in uoce Ἄτταλος hunc locum uertit, ac duos & ſeptuaginta annos uixiſſe hunc ait. Quod autem ſequitur, Vxorem ac liberos duos ſuperſtites habuit, legendum eſt, quattuor, Eumenem, Attalum, Athenaeum, & Philetaerum, quorum meminit Liuius lib. XLII. & App. in Syrio. Cvm Culca decem & ſeptem opida.} Lib. XXIIX. Colcam appellat duo de triginta opidis regnantem. Idem a Polybio κολιχὰς dicitur. Suſpicor autem ne hoc etiam loco XXVII. pro XVII. opidis ex ſuperiore loco ſit reponendum. Verum libri deſunt, quos inſpiciamus. His litteris a M. Sergio, cuius iuriſdictio inter ciues, & peregrinos erat, recitatis.} Opinor haec uerba inducenda eſſe. Cuius iuriſdictio inter ciues, & peregrinos erat. Cur ita opiner, hae cauſſae ſunt. primum quod M'. hic Sergius praetor urbanus erat, haec autem uerba, peregrinum deſcribunt. Deinde quia praetoris urbani negotium erat litteras recitare, non peregrini. Tertio loco, quia paullo ante lib. ſuperiore idem M'. Sergius pr. urb. hoc officiũ praeſtitiſſe dicitur ab eodem Liuio cum ait. M'. Sergius praetor urb. in ſenatu eas recitauit. Quarto, quia non ſolet Liuius, ubi ſemel praetorem urbanum nominauit quemquam, ſi ſit iterum idem nominãdus, niſi praetoré addere. ut paullo poſt. Hae litterae prius in ſenatu a Sergio praetore recitatae. praetermiſit autem, urbano. puto autem ea uerba eſſe ex albo libri deſumpta, ubi illuſtrandi loci cauſſa ab inſcio aliquo fuerant ſcripta. Significari autem praetorem peregrinum, cum ait, Inter ciues, & peregrinos, inferiora, quae recitabo, teſtimonia demonſtrabunt. Eſt autem primum intelligendum praetores duos creari conſueuiſſe, qui Romae ius dicerent, alterum qui ciuibus, alterum, qui peregrinis. ut Liuius libro quadrageſimo ſecundo. His praetoribus prouinciae decretae duae iure Romae dicundo. & lib. XLIII. Deſignatis praetoribus praeter duas urbanas, quattuor prouinciae ſunt decretae. Itaque plerumq. ſolet unam urbanam, alteram peregrinam prouinciam nominare. alias uero unam urbanam iuriſdictionem, alteram uel inter peregrinos, uel inter ciues, & peregrinos. ut lib. XL. Iuriſdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio euenit. & lib. XLI. Praetores L. Papirius Maſo urbanam, M. Aburius inter peregrinos ſortiti ſunt. lib. XLII. Praetores deinde prouincias ſortiti ſunt, A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluuius Saxula inter ciues, & peregrinos. lib. XXXIII. Praetores deinde prouincias ſortiti L. Apuſtius Fullo urbanam iuriſdictionem, M'. Acilius Glabrio inter ciues, & peregrinos. Et lib. XXII. Romae iuris dicundi urbana ſors Pomponio, inter ciues Romanos, & peregrinos P. Furio Philo euenit. Hoc autem anno Q. Minucio peregrinam prouinciam obtigiſſe tradit idem Liuius in comitiis praetoriis exponendis.

Dvbios ſententia patres fecerat.} Vet. lib. Sententiae. Omnes quinque, & triginta tribus 263
Vti rogatae iuſſerunt.} Vti rogas. ut ſupra ſaepe admonui. T. qvinctivs Flamininus cum duabus legionibus prouinciam eodem exercitu obtinere iuſſus, imperium ei prorogatum.} Vetus unum quod exſtat, exemplar huius libri, ut aiunt, habet. Imperium ei prorogatum ſatis iam ante diuidere. Quae uerba Gelenius profitetur ſe, ut ad rei ſententiam non pertinentia, ſuſtuliſſe. Fecit autem iniuſte. nam ſententia optima eſt, ſi, quod in iis uitium eſt, tollas. Ita, Imperium ei prorogatum ſatis iam ante uideri. Cauſſam enim affert, cur Quinctio non prorogarint imperium, quia, inquit, priore decreto ſatis

proro-

progatum iudicabant. Hoc autem decretum ſcriptum eſt anno ſuperiore, de quo ſic Liuius. T. Quinctio prorogarunt imperium, donec ſucceſſor ei ueniſſet. M. ACILIVS Glabrio.} MV. Acilius. ex conſulatu Capitol. & Plutarcho. T. SEMPRONIVS Longus.} Ti. Sempronius. ex conſulatu Capitolino. BELLVM in Hiſpania quincto poſt anno, quam ſecundum bellum Punicum, finitum eſt.} In ueteri illo uno exemplari, teſte Gelenio, ita eſt. Bellum in Hiſpania quincto poſt anno exortũ eſt, quam ſimul cum Punico bello fuerat finitum. Quae uerba ſic legenda eſſe cenſet Glareanus. Bellum in Hiſpania quincto ante anno, quam ſecundum bellum Punicum. finitum eſt. Ego autem ita. Bellum in Hiſpania quincto poſt anno exortum eſt, quam ſecundum bellum fuerat finitum. Hanc lectionem ſi confirmauero, nihil erit, quod quiſquam duas illas ſequatur. Bellum nouum in Hiſpania excitatum eſſe ſignificat annos quinque poſtquam cum Poenis debellatum erat. Finitum eſt enim anno DXLIX. Hoc declarat Liuius, cum ait paullo ante. Ingens in Hiſpania ulteriore coortum eſt bellum. & hoc loco exponit cauſſam, cur nouum hoc bellum appellet, quia tum primum ſuo nomine nullo Punico exercitu, aut duce ad arma ierant. Neque uero bellum aliquando in Hiſpania finitum poteſt intelligere, quemadmodum duabus illis lectionibus ſignificatur, cum & ante, & poſt confectum Punicum bellum a proconſulibus in ea prouincia bellatum ſit, ut ſupra oſtendi. TVSCO uico, atque inde Melio per portam Capenam.} Quid ſit Romae Melium nemo ſcit, Aequimaelium, omnes. Itaque legendum puto, ac Aequimaelio. Nam ante legebatur, Atque Intemaelio. lib. XXXVIII. Subſtructionem ſuper Aequimaelium in Capitolio, & uiam ſilice ſternendam a porta Capena ad Martis locauerunt. IISDEM diebus Cn. Cornelius Lẽtulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hiſpaniam obtinuerat, cum ex S.C. urbem eſſet ingreſſus, tulit prae ſe auri mille, & quingenta pondo.} Hic eſt ille Cn. Lentulus, de quo ſupra lib. XXXI. extremo. Plebes Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania iuſſit. Probo autem ualde coniecturam Glareani, qui ſuſpicatur, legendum eſſe. Ex S.C. ouans, urbem eſſet ingreſſus. uel ex S.C. triumphans urbem eſſet ingreſſus. Coniecturam autẽ ſuam ille recte inde ducit, quod de Stertinio collega ſubdit ita. L. Stertinius ex ulteriore Hiſpania ne tentata quidem triumphi ſpe quinquaginta millia pondo argenti in aerarium tulit. Egregie. Cur enim neceſſe erat dicere, Ne tentata quidem triumphi ſpe: niſi collegam eius Lentulum triumphaſſe dixiſſet? Puto tamen ouantem eum ingreſſum eſſe, non triumphantem. Primum, quia uſitatior dicendi forma eſt, ut in Ouatione dicatur, ingreſſus eſt, aut iniit Ouans urbem. Deinde quia ei, qui ſine magiſtratu res geſſerat, adhuc niſi, ut Ouans iniret, permiſſum fuerat. ut de L. Lentulo ſupra li. XXXI Decurrerunt eo, ut ouans urbem iniret. PERINDE atque id ipſi a Quinctio, & Romanis datum eſſet.} Ante legebatur. Perinde atque ab ipſo id non a Quinctio. Quam lectionem probo in primis. haec enim a ſenſu aliena eſt. BARCILLAM quendam.} Hunc in aliis libris nominat Liuius Brachillam, ut eſt in manuſcriptis. Polybius Βραχύλλαν. itemque Plut.

264 C. CLAVDIO Acraephiam ire iuſſo.} App. Claudio. ut ante ex Polybio. BARGYLLIS, & Iaſſo.} Bargylijs, & Iaſo, ut ante. EAS quoque enim placere liberas eſſe Decianorum libertate. Quinctius Pruſiae Bithyniorum regi ſcriberet, quid ſenatui, & decem legatis placuiſſet.} Merito haeſitauit hoc loco Glareanus. Non eſt autem mentem auctoris, & ueritatem lectionis aſſecutus, cum pro, Decianorum, decem legatorum ſupplendum eſſe cenſuit. Sunt enim duae uoces, de Cianorum, quae ſequenti ſententiae annectẽdae ſunt, hoc modo. De Cianorũ libertate Quinctius Pruſiae Bithyniorũ regi ſcriberet. De Cianis, & eorum clade ſupra ſaepius dictum eſt. Sic enim Philippus lib. priore. Neque ego Cium expugnaui, ſed Pruſiam ſocium, & amicũ oppugnantẽ adiuui. & Poly. li. XV. φίλων γὰρ ὑπαρχόντων, καὶ συμμάχων αἰτωλῶν. λυσιμαχέων, χαλκηδονίων, καὶ κιανῶν, πρῶτον μὲν προσηγάγετο τὴν λυσιμαχέων πόλιν ἀποσπάσας ἀπὸ τῆς τῶν αἰτωλῶν συμμαχίας, δευτέραν δὲ τὴν χαλκηδονίων, τρίτην δὲ τὴν κιανῶν ἐξηνδραπόδισε στρατηγοῦ παρ' αἰτωλῶν ἐν αὐτῇ διατρίβοντος, καὶ προεστῶτος τῶν κοινῶν. προυσίας δὲ καθὸ μὲν ἡ πρόθεσις αὐτοῦ συντελείας ἔτυχε, περιχαρὴς ἦν, καθὸ δὲ τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἐπιβολῆς ἕτερος ἀπεφέρετο, αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἔρημον ἐκληρονόμει, δυσχερῶς διέκειτο. & Suidas. κιανοὶ οἱ τῆς κίου, οὓς προυσίας παρασπονδήσας ἀνεῖλε διά τινας αἰτίας.

SI AETOLORVM linguas retunderet.} Retundere, perſpicue legendum eſt. ut ſit, ſi Aetolorum linguas retundere uellet. SENATVS Romanus, & T. Quinctius imperator Philippo rege, Macedonibusque deuictis, liberos, immunes, ſuis legibus eſſe iubet Corinthios, Phocenſes, Locrenſesque omnes, & inſulam Euboeam, & Magnetas, Theſſalos, Perraebios, Achaeos, Phthiotas. Percenſuerat omnes gentes, quae ſub ditione Philippi regis fuerat.} Glareanum non laudo, qui arbitratur hoc loco nomina aliquot populorum intercidiſſe. cur non laudem, Plutarchus in cauſſa eſt, qui totidem paene uerbis hanc rem in Flaminino exponit. προελθὼν εἰς μέσον ὁ κῆρυξ ἀνεῖπεν, ὅτι ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ τίτος κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος καταπολεμήσαντες βασιλέα φίλιππον, καὶ μακεδόνας ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους, καὶ ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις κορινθίους, λοκρούς, φωκεῖς, εὐβοέας, ἀχαιοὺς, φθιώτας, μάγνητας, θετταλοὺς, περραιβούς. Cum igitur totidem apud Plutarchum ſint nomina populorum, quot apud Liuium, a quo haec ſumpſit Plutarchus, profecto nihil hoc loco deſiderari iudicandum eſt. Quod autem uocibus illis mouetur Glareanus, Percenſuerat omnes gentes, quae ſub ditione Philippi regis fuerant: intelligendum eſt eas uitioſe legi. placet autem ut legatur: Percenſuit inde omnes gentes. i. poſt Graecos, Macedoniae etiam populos nominauit, ut Dolophas, Oreſtas, Lycum, Parthinos; utraque enim gens cum ſit Illyriorum,

ſub

ſub ditione Philippi fuerat. Error ortus eſt ex cōpendioſa ſcriptura. ex percenſuit in, factum eſt, per cenſuerat. porro autem apparet ex Plutarcho legendum eſſe Perraebi, non Perroebii.

Hoc ſpe concipi, audacis animi fuiſſe, ad effectum adducere uirtutis, & fortunae gentis.} Apertior erit locus, ſi ita legas. Hoc ſpe concipere, audacis animi fuiſſe, ad effectum adducere, uirtutis & fortunae ingentis.

HEREA.} Heraea. ut ſupra. LINGVS, & Partheni.} Lycus, & Parthini, Lycus in Daſſaritijs, ut ait Plutarchus in Quinctio, quos eoſdem cum Parthinis Illyriorum populos facit Appianus in 265
principio Illyrici. Parthinos etiam Capitolini lapides habent. P. LENTVLVS Bargyllas, L. Stertinius Hephaeſtiam, & Thaſſum, & Thraciae urbes. P. Villius, & L. Terentius ad regem Antiochum, Cn. Cornelius ad Philippum.} Haec ſic Plutarchus. ἅμα γὰρ ἐξέπεμψεν ὁ τίτος λέντλον μὲν εἰς ἀσίαν βαργυλιήτας ἐλευθερώσοντα, τιτίλλιον δὲ εἰς θρᾴκην, τὰς αὐτόθι πόλεις καὶ νήσους ἀπαλλάξοντα τῶν φιλίππου φρουρῶν, πόπλιος δὲ οὐίλλιος ἔπλει διαλεξόμενος ἀντιόχῳ περὶ τῆς τῶν ὑπὲρ αὐτῶν ἑλλήνων ἐλευθερίας. Ex his apparet pro Stertinio Titillium eſſe reſtituendum. ſiquidem ante etiam legebatur, L. Thermus. ADVERSVS ea reſpondere, ne altercationem excederet res, cum ſuperſediſſet Romanus.} Perſpicue legendum eſt. Ne in altercationem excederet res. ut lib XXXIV. Quae ſtudiis in magnum certamen exceſſerit.

T. SEMPRONIVS Gracchus, M. Iunius Syllanus.} Ti. Sempronius Gracchus, M. Iunius Silanus, ex Capitolinis lapidibus. MARCELLVS Pado confeſtim traiecto in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis, caſtra habebant, ducit. legiones in ipſo itinere proelium committunt. & primo adeo acriter inuaſerunt, ut anteſignanos impulerint.} Vox, ducit, a Glareano addita eſt, quae ante nulla erat. Recte, quod loci uitium ſenſit; non ſat recte, quod multas alias uoces deſiderari non ſenſit. Nam ſi dicamus legiones Romanorum in ipſo itinere proelium commiſiſſe, eaſdem etiam intelligendum eſt adeo acriter inuaſiſſe, ut anteſignanos impulerint. Quod tamen de Gallis accipiēdum eſt. Videntur autem haec omnia deſiderari. Marcellus Pado confeſtim traiecto in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant, legiones induxit. Cuius aduentu audito Galli confeſtim occurrunt, atque in ipſo itinere proelium committunt. & primo adeo acriter inuaſerunt, ut anteſignanos impulerint. Quod ubi conſul animaduertit, ueritus. &c. Itaque aſteriſco ut ante hunc locum ſignandum cenſeo ſic. Legiones * in ipſo. LEVOS, Libuoſque.} Laeuos Lebuoſque legendum puto, ut lib. v. Hos uocat lib. II. Polybius λάοι, & λεβέκιοι. TERRESTRES copias ab Abydo traijcit Cherſoneſi urbem.} Ante legebatur ad Abydum. Quia uero Abydus non eſt in Cherſoneſo, ſed in Helleſponto, placet Glareano legi, Madytum, cuius urbis etiam ſupra in Cherſoneſo meminit Liuius. Quod probo. ET decem legatorum P. Lentulus a Bargyllis, P. Villius, & L. Terentius a Thaſſo Lyſimachiam petierunt, eodem & a Selymbria L. Cornelius, & ex Thracia poſt paucos dies Antiochus conuenerunt.} Haec a Polybio uerſa ſunt, qui ſic ait. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἧκον μὲν τῶν δέκα πόπλιος λέντλος ἐκ βαργυλίων, λεύκιος δὲ τερέντιος, καὶ πόπλιος οὐίλλιος ἐκ θάσου. ταχὺ δὲ τῷ βασιλεῖ διασαφηθείσης τῆς τούτων παρουσίας πάντες ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἠθροίσθησαν εἰς τὴν λυσιμάχειαν. PRIMVS congreſſus cum legatis, & deinceps inuitatio benigna, & hoſpitalis fuit, ut de mandatis, ſtatuque praeſenti Aſiae agi ceptum eſt, animi exaſperati ſunt.} Polybius ita. αἱ μὲν οὖν κατ' ἰδίαν ἐντεύξεις τοῦ τε βασιλέως, καὶ τῶν ῥωμαίων τελέως ἦσαν ἀφελεῖς, καὶ φιλάνθρωποι. μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης συνεδρείας κοινῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων, ἀλλοιοτέραν ἔλαβε τὰ πράγματα διάθεσιν. ROMANI omnia acta eius ex quo tempore e Syria claſſe ſolutiſſet, diſplicere ſenatui non diſsimulabant, reſtituique Ptolemaeo ciuitates omnes. quae ditionis eius fuiſſent, aequum cenſebant. Nam quod ad eas ciuitates attineret, quas a Philippo poſſeſſas Antiochus per occaſionem uerſo Philippo in Romanum bellum, intercepiſſet: id uero ferendum non eſſe, Romanos per tot annos terra marique tanta pericula, ac labores exhauſiſſe, Antiochum belli praemia habere } Polybius ita. ὁ γὰρ λεύκιος ὁ κορνήλιος ἠξίου μὲν καὶ τῶν ὑπὸ πτολεμαῖον ταττομένων πόλεων, ὅσας νῦν εἴληφε κατὰ τὴν ἀσίαν παραχωρεῖν τὸν ἀντίοχον, τῶν δὲ ὑπὸ φίλιππον διεμαρτύρετο φιλοτίμως ἐξίστασθαι. γελοῖον γὰρ εἶναι ῥωμαίων ἆθλα τοῦ γεγονότος αὐτοῖς πολέμου πρὸς φίλιππον ἀντίοχον ἐπελθόντα παραλαμβάνειν.

SED ut in Aſiam aduentus eius diſsimulari ab Romanis, tamquam nihil ad eos pertinēs, potuerit. quod iam etiam in Europam omnibus naualibus, terreſtribuſque copiis tranſierit, quantum a bello 266
aperto Romanis abeſſe?} Haec Polybius multo apertius. καθόλου δὲ ἔφη θαυμάζειν τίνι λόγῳ τοσαύταις μὲν πεζικαῖς, τοσαύταις δὲ ναυτικαῖς δυνάμεσι πεποίηται τὴν εἰς εὐρώπην διάβασιν. πλὴν γὰρ τοῦ προτίθεσθαι ῥωμαίοις ἐγχειρεῖν αὐτὸν, οὐδ' ἐννοεῖν ἑτέραν καταλείπεσθαι παρὰ τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις. AD EA rex. ſatis iam ante uidere ſe, Romanos inquirere quid regi Antiocho faciendum. at quouſque terra, marique progrediendum fuerit ipſis, non cogitare. Aſiam nihil ad populum Romanum pertinere, nec magis illis inquirendum eſſe, quid Antiochus in Aſia, quam Antiocho quid in Italia populus R. faciat.} Polyb. Ita. ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν διαπορεῖν ἔφη κατὰ τίνα λόγον ἀμφισβητοῦσι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἐπὶ τῆς ἀσίας πόλεων. πᾶσι γὰρ μᾶλλον ἐπιβάλλειν τοῦτο ποιεῖν, ἢ ῥωμαίοις. δεύτερον δ' ἠξίου μηδὲν αὐτοὺς πολυπραγμονεῖν καθόλου τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς περιεργάζεσθαι τῶν κατὰ τὴν ἰταλίαν ἁπλῶς οὐδέν. NEC ex Philippi quidem aduerſa fortuna ſpolia ulla ſe petiſſe, aut aduerſus Romanos in Europam traieciſſe * fuerit, quo uicto omnia, quae illius fuiſſent, iure belli Seleuci facta ſint, exiſtimare ſuae ditionis eſſe.} Polybius ita. εἰς δὲ τὴν εὐρώπην ἔφη διαβεβηκέναι μετὰ τῶν δυνάμεων ἀνακτησάμενος τὰ κατὰ τὴν χερρόνησον, καὶ τὰς ἐπὶ θρᾴκης πόλεις. τὴν γὰρ τῶν τόπων τού-

τὴν ἀρχὴν μάλιστα πάντων αὐτῷ καθήκειν. εἶναι μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὴν δυναστείαν ταύτην λυσιμάχου, σελεύκου δὲ πολεμήσαντος πρὸς αὐτὸν. καὶ κρατήσαντος τῷ πολέμῳ πᾶσαν τὴν λυσιμάχου βασιλείαν δορίκτητον γενέσθαι σελεύκου. Ex his uerbis intelligi poteſt uerſum unum, aut alterum apud Liuiũ intercidiſſe. Eum autem ad Liuianam ſententiã ita reſtitui poſſe. Nec ex Philippi quidem aduerſa fortuna ſpolia ulla ſe petiſſe, aut aduerſus Romanos in Europam traieciſſe, ſed ut Cherſoneſi urbes Thraciaeque recuperaret. Eorum enim locorum imperium in primis ad ſe pertinere. quippe quod ab initio Lyſimachi regnum fuerit, quo uicto omnia, quae illius fuiſſent, quod iure belli Seleuci facta ſint, exiſtimare ſuae ditionis eſſe. Hanc aũt hiſtoriam lib. XXXIV. Liuius ita exponit. Enimuero id auditu etiam dicere indignum eſſe Hegeſianax, Thraciae, & Cherſoneſi urbibus arceri Antiochum, quae Seleucus proauus eius, Lyſimacho rege bello uicto, & in acie caeſo, per ſummum decus parta liquerit. Idem etiam tradit Appianus initio libri, quo bellum Antiochinum expoſuit. OCCVPATIS maioribus ſuis rerum aliarum alia cum primo quaedam ex his Ptolemaeum, deinde & Philippum uſurpando aliena poſſediſſe. ſicut quaedam ex proxima Thracia, quae indubitate Lyſimachi fuerint. ad ea facienda in antiquum ueniſſe, & Lyſimachiam deletam Thracum impetu, deintegro condere, ut Seleucus filius eam ſedem regni habeat. § Polybius ita. κατὰ δὲ τοὺς τῶν αὐτοῦ προγόνων περισπασμοὺς ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις πρῶτον μὲν πτολεμαῖον παρασπασάμενον σφετερίσασθαι τοὺς τόπους τούτους. δεύτερον δὲ φίλιππον αὐτὸς δὲ νῦν ἐκτᾶσθαι τοὺς φιλίππου καιροὺς συνεπιτιθέμενος, ἀλλ' ἀνακτᾶσθαι τοῖς ἰδίοις καιροῖς συγχρώμενος. λυσιμαχεῖς δὲ παραλόγως ἀναστάτους γεγονότας ὑπὸ θρᾳκῶν, οὐκ ἀδικεῖν ῥωμαίους κατάγων, καὶ συνοικίζων. ποιεῖν γὰρ τοῦτ' ἔφη βουλόμενος οὐ ῥωμαίοις τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν, σελεύκῳ δὲ οἰκητήριον ἑτοιμάζειν.

QVOD AD Ptolemaeum attinet, cui ademptas ciuitates querantur, ſibi cum Ptolemaeo & amicitiã eſſe, & id agere ſe, ut breui etiam affinitas iungatur. § Polybius ita. τὰ δὲ πρὸς πτολεμαῖον αὐτὸς ἔφη διεξάξειν εὐδοκουμένως ἐκείνῳ. κρίνειν γὰρ οὐ φιλίαν μόνον, ἀλλὰ μετὰ τῆς φιλίας ἀναγκαιότητα συντίθεσθαι πρὸς αὐτόν.

INDE PROFECTVM cum ad capita (quae uocant) Sari fluminis foeda tempeſtas oborta prope cum omni claſſe demerſit. § Hoc ſic Appianus in Syrio. χειμῶνος δ' ἀμφὶ τὸν σάρον ποταμὸν συμπεσόντος, καὶ πολλὰς τῶν νεῶν ἀποβαλών. &c. ROMAE eo primum anno triumuiri epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Lecca. § Pro T. Romuleius, reponendum puto, P. Manlius. primum, quia una etiam poſt fiunt praetores, P. Manlius, & P. Porcius Laeca, quorum P. Manlius Hiſpaniam citeriorem, P. Porcius Piſas ſortitur. deinde quia lib. XL. anno CDLXX. ait Q. Fuluium triumuirum epulonem in locum P. Manlii, qui ex Hiſpania redierat, eſſe factum. neminem autem factum eſſe poſt hos praeter Q. Fuluium memoriae tradidit, ut omnino ijdem eſſe uideãtur. P. autem hic Manlius ex gente Manlia plebeia fuit. Itaque cognomine patriciorum ubiq. caret. fuiſſe autem duplicem Manliam gentem oſtendit Cicero in prima Philippica. Vt propter unius M. Manlii ſcelus decreto gentis Manliae neminem patricium M. Manlium uocari licet. Adde quod Romulius non Romuleius eſſet ſcribendum. ut ex P. Manlius, Romulus factum ſit. P. PORCIVS Lecca. § Laeca. ex nummis argenteis. C. MANLIVS Volſo. § Cn. Manlius Vulſo. ex conſulatu Capitolino. T. SEMPRONII Tuditani, qui praetor in Hiſpania deceſſerat. § Superiore libro Cn. dicitur. Dixi autem uideri, C. Sempronium appellandum. L. VALERIVS in locum M. Cornelij Cethegi. § Flaccum intelligit. nam anno DLXX ait. L. Valerius Flaccus pontifex mortuus eſt.

CN. DOMITIVS Aenobarbus. § Lapides Capitolini, & nummi argentei, & graeci annales ſatis oſtẽdunt Ahenobarbum eſſe ſcribendum. in graecis enim ἀηνόβαρβος eſt. AEDEM in inſula Fauni fecerunt. § Sic lib. XXXV. In inſula Iouis aedem dedicauit. De hac Fauni aede dedicata eodem in libro. Inſulam autem Tiberis intelligit. VER ſacrum ex pontificum iuſſu fecere, quod C. Cornelius Mammula praetor uouerat. § Hunc praetorem M. Aemilium lib. XXII uocauit, cum inquit. Senatus, quoniã Fabium belli cura occupatura eſſet, M. Aemilium praetorem ex collegii pontificum ſententia omnia ea, ut mature fiant curare iubet. Fuiſſe autem eodem anno praetorem A. Cornelium Mammulam, apparet ex eo, quod idem ab eo lib. XXIII, ſequenti anno propraetor obtinuiſſe Sardiniam prouinciam traditur. Quare aut M. Aemilius, aut A. Cornelius Mammula hoc loco legendum eſt. nam anno etiam DLIX alter A. Cornelius Mammula praetor, atque alio tempore alii nominantur. Niſi autem emendatorum uitium ſit, lapſus ſit memoriae Liuianae neceſſe eſt.

QVIA parum ex dignitate ſua decebat ſubſcribere odiis, accuſationibusque Hannibalis. § Ante
267 legebatur, Quia parum expugnantes ſe ducebat. Emendatum eſt deinde. Ex dignitate ſua. Quam emendationẽ nõ probat Paulus Manutius. Verũ ita legendũ eſſe aſſerit. Quia parũ ex P. R. dignitate eſſe ducebat: Qua lectione nihil poteſt eſſe praeſtãtius Ita li. XXX. Nõ uideri ſibi ſatis ex dignitate populi R. eſſe.

HANNIBAL quam primum fallendi eos, qui in portu erant, tempus habuit. § Malim, Cum primum.

INTER Acyllam, & Thapſum. § Ptolemaeus, Strabo, Stephanus maximo inter ſe conſenſu hoc oppidum ἀχόλλαν uocant. Quare & ipſe Achollam legendum cenſeo. AD ſuam turrim peruenit. § Iuſtinus ſuburbanum uocat li. XXXI. Appropinquante ueſpere equũ conſcendit, & ſuburbanum, quod prope litus habebat, ignaris ſeruis, iuſſiſq. ad portam diuertentem opperiri, cõtendit. NE his debere impune eſſe. § Nihil huic loco deeſt. his, intellige, Hannibali, & nunciis ab eo ad Antiochũ profectis. eiuſmodi autem dicendi genere uſus eſt lib. XLIII. Neque enim ne his cunctationem aperuerat ſuam. pro ne his quidem.

IN

IN. EPITOMEN. LIBRI. XXXIV

De ſtringendis cultibus matronarum.} Vet.lib.De fingendis cultibus. L.CORNELIVS Cethegus cenſores.} C.Cornelius.ex Capit. cenſura. COLONIAE pleraeque deductae ſunt.} Vet.lib. Coloniae plures. RES praeterea aduerſus Boios, & Inſubres.} Vet.lib.Res praeterea in Hiſpania,& aduerſus Boios,& Inſubres. TENTAVERAT autem per Ariſtonem Tyrium.} Vet.lib.Tentauerat autem Hannibal per Ariſtonem.

IN. LIBRVM. XXXIV

Q. FABIO,T.Sempronio cos.} Ti.Sempronio.ut ſupra. NAM etiam ex opidis,conciliabuliſque conueniebant.} Vet.lib. Conuenerant. QVI pro lege, quae abrogabatur, ita diſſeruit.} Vet.lib.Pro lege ne abrogaretur.Quod placet.Citat enim Priſcianus hanc orationem cum hoc indice. Cato in oratione,Ne lex Oppia abrogetur.Item alibi.Cato Nepos de actionibus ad populum, Ne lex ſua abrogaretur.Item alibi.Aemilius Porcina oratione,Vti lex Aemilia abrogetur. Feſtus,Cato in diſſuaſione,Ne lex Baebia derogaretur. MVLIEBRI a ſtirpe.} Vet.lib.Ab ſtirpe.

AB nullo genere nos ſummum periculum eſt.} Vet. lib. Non aeque ſummum. ET foro 268
prope,& concionibus,& comitiis immiſceri.} Vet.lib.Et foro quoque,& concionibus. PER quaeq. ſubiecerint uiris.} Hinc Cicero lib. IV. de rep. Nec uero mulieribus praefectus reponatur, qui apud graecos creari ſolet, ſed ſit cenſor qui uiros doceat moderari uxoribus. VT Carpentis profeſtis quoque diebus uelut triumphantes de lege uicta.} Vet.lib. Vt Carpentis feſtis, profeſtiſque diebus. Quod uenuſtius,& grauius eſt. ET ante fixa fictilia deorum Romanorum ridentes.} Antefixa, ſcribendum eſt,ut una uox ſit tantum.Sic enim Feſtus.Antefixa, quae ex opere figlino tectis affiguntur ſub ſtillicidio. TAMEN nulla accepit.} Hanc ſententiam ſic expreſſit Varro de uita populi Ro. II. auctor Nonio. Qua abſtinentia uiri mulieresque R.fuerint, apparet, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere. IN quos iecit magis conſul uerbo tenus, quam ut re inſimularet.} Vet. lib.In quos iecit magis haec conſul. LEGEM Liciniam de quingentis iugeribus.} Stolonis legē. lib.VI.& VII.

QVID, uetus regia lex ſimul cum ipſa urbe nata?aut(quod ſecundum eſt.} Vet.lib.An uetus re- 269
gia lex ſimul cum ipſa urbe nata,an(quod &c. TALI tempore.} Vet. lib.Tali eo tempore.

CVI non apparet;inopiam,& miſeriam ciuitatis,q.o.p.p.i.u.p.u.e. iſtam legem ſcripſiſſe.} Vet.lib. Ob inopiam,& miſeriam,&c.iſtam legem ſcriptam. A LVNA proficiſcens.} Vet.lib.Ab luna proficiſcens. PRAETERVECTI Liguſtinos montes ſinumque Gallicum.} Cato in oratione de conſulatu ſuo teſte Cariſio ita hanc rem expreſſit.Poſtquam Maſſiliam praeterimus,inde omnem claſſem uetus auſter lenis fert, mare uelis florere uideres ultra angulum Gallicum.inde noctu aura profecti ſumus. MILLIVM paſſuum in circuitu murus erat.} Vet.lib.Trium millium.

CVM prouincia Q. Minucio ſucceſſori tradita.} Q.Minucius ſucceſſiſſe dicitur M.Heluio,cum 270
tamen Heluius ulteriorem Hiſpaniam,Minucius citeriorem ſit ſortitus, quia Heluius ex ſua prouincia decedens,in aliena rem bene geſſit,ideſt in citeriore.Quia uero Minucius citeriorem obtinuit, iccirco ſucceſſor eius appellatur.Quare nihil mutandum eſt,contra atque cenſet Glareanus. SOCIIS ſpē pro re oſtendendam cenſet.} Vet.lib.Oſtentandam.Sic paullo poſt. Conſul ubi ſatis,quod in ſpeciem fuit,oſtentatum eſt.Huius conſilii Catonis meminit Frontinus lib.IV. IVGVM,quo exſuit.} Vet.lib. Iugum,quo ſe exſuit. NVMERVM non ſcribit.} Vet.lib. Non adſcribit.

IN Turdetaniam proficiſcitur.} Loquitur de Catone cos.in Turdetaniam mouente. Qua de re 271
ſic Cato in oratione de conſulatu ſuo auctore Cariſio.Inde pergo porro ire Turtam.Item.Itaque porro in Turtam proficiſcor ſeruatum illos.Dixit enim Turtam,pro Turdetaniam, ſiquidem Turdetani, Turduli, & Turti etiam appellati ſunt, auctore Stephano,qui ita ſcribit. τυρδιτανία χώρα τῆς ἰβηρίας. οἱ οἰκοῦντες τυρδιτανοὶ, καὶ τυρδίται. ἀρτεμίδωρος δὲ τυρτυλιανοὺς αὐτοὺς καλεῖ, καὶ τύρτους τοὺς οἰκήτορας καὶ τυρτανούς.

X.MILLIA Celtiberū mercede Turduli conducunt.} Vet.lib.Turdetani conducunt.ut paullo poſt. Difficilius bellum in Turdetania praetori L.Manlio Celtiberi mercede exciti ab hoſtibus faciebant.

NON noſtra magis,inquit,quam ueſtra refert,uos non rebellare.} Vet.lib.Non bellare.optime,quia ait poſt.Si effectum erit,ne poſſitis rebellare. COMMEATVS tamē haud ſecus,quam in pace ex agris caſtelliſq. hoſtium Romani portabant,dein ſaepe munimenta eorum uelut communi pacto commercio priuatis induciis ingredientes.} Glareanus ſuſpenſae huic orationi deeſſe aliquid arbitratur. immerito.non enim uitium eſt in participio,Ingredientes,ut ſuſpicatur,ſed in uoce Dein,quae uitioſa eſt pro,Perinde.hoc ſenſu.Romani portabant commeatus ex agris hoſtium haud ſecus, quam in pace, perinde ſaepe munimenta eorum ingredientes.ideſt,aeque ſaepe.Vitium ex compendioſa ſcriptura natum eſt.Perinde.Quod,Dein,factum eſt. IN caſtris praetorianis.} Vet lib.praetoriis. LACETANOS deuiam & ſilueſtrem gentem.} Plutar. in Catone. κατεστρέψατο μὲν τὸ λακετανῶν ἔθνος. PRINCEPS Vergiſtanus.} Vergitanus lego.Nam ut ab Emporiis Emporitanus, ab Oreo Oritanus, ſic a Vergio

Vergitanus, non Vergiſtanus oritur. DIE altero ad Sellaſiam ſuper Oenunta fluuium peruenit, quo in loco Antigonus Macedonum rex cum Cleomente Lacedaemoniorum tyranno ſignis collatis dimicaſſe dicebatur.} Haec hiſtoria eſt apud Polybium lib. XII. αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν σελλασίαν κατεστρατοπέδευσε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐστρατοπέδευσε. & paullo poſt. τῆς δὲ ὁδοῦ μεταξὺ κειμένης παρὰ τὸν οἰνοῦντα ποταμὸν φερούσης εἰς σπάρτην. Glareanus autem negat Polybium Oenuntis fluminis meminiſſe. Legit enim interpretem, qui profluēs flumen imperite uertit. Eodem errore alii quidam ex noſtris ducti Q. Metellum Scipionem Pium, ex ſententia Dionis Aſiatici filium eſſe ſcripſerunt, cum Dio Naſicae ſcribat. Aſiatici uero interpres, idque imperite. PROPE flumen praeter urbem ſub ipſas Maenali montis radices.} Vrbem Lacedaemonem, flumen Eurotam intelligit. Itaque quia Maenalus non in Laconica eſt, ſed in Arcadia, Glareanus peritiſſimus emendator, Taygetum, ſubſtituendum putat. Ego autem nec Maenalum, nec Taygetum probo, ſed Menelaium legendum eſſe affirmo. Huius lectionis auctor eſt Polyb. qui libro quincto Eurotam flumen ad collis Menelaii radicem fluere ſcribit. his uerbis. τοῦ δὲ ποταμοῦ παραρρέοντος ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὰς αὐτῆς μερῶν, ὃς καλεῖται μὲν εὐρώτας, συμβαίνει τὸν λόφον, ἐφ' ὃν τὸ μενελάιον ἐστὶν, πέραν μὲν εἶναι τοῦ ποταμοῦ, κεῖσθαι δὲ τῆς πόλεως κατὰ χειμερινὰς ἀνατολὰς ὄντα τραχὺν, καὶ δυσβάτον, καὶ διαφερόντως ὑψηλὸν, ἐπικεῖσθαι δὲ τῷ πρὸς τὴν πόλιν τοῦ ποταμοῦ διαστήματι κυρίως, δι' οὗ φέρεται μὲν ὁ προειρημένος ποταμὸς παρὰ αὐτὴν τὴν τοῦ λόφου ῥίζαν. Meminit autem ſaepius eius nominis. ita ut Stephanus etiam ita ſcriptum reliquerit. ἔστι καὶ χωρίον σπάρτης μενελάιον.

272 IASSO, & Bargyllis.} Iaſo, & Bargyliis, ut ſupra. PRAEFECERVNTQVE ludis ipſum imperatorem.} Plutarchus item. ἀγωνοθέτης δὲ νεμείων ἀποδειχθεὶς ἐν ἄργει, τὸν πανήγυριν ἄριστα διῴκησεν.

SVNT qui non ex opido proficiſcentem bellum geſſiſſe tyrannum tradant. Sed caſtris aduerſus Romana caſtra poſitis.} Agam (ut ſoleo) paucis. nihil uitii hic locus continere uidetur, contra atque tradit Glareanus. duas enim contrarias opiniones de ratione belli a tyrāno geſti expoſiturus eſt, unam, quam ipſe tueri uidetur, alteram, quam alii tradiderunt. quid ſentit ipſe? tyrannum ex opido Lacedaemone exeuntem pugnaſſe, ac in opido ipſo caſtra habuiſſe. quid alii? eundem non ex opido exeuntem pugnaſſe, ſed ex caſtris, quae ante Romana caſtra poſuerit. Glareanus autem ſine cauſſa de uoce, Proficiſcentem, laborauit.

273 T. SEMPRONIVM Longum.} Ti. Sempronium. ex conſulatu eius Capit. AENOBARBVS.} Ahenobarbus. ut ſupra. T. IVVENTIVS Talua.} Vet. lib. Alna. legendum eſt Thalna. ex Capitolinis tabulis. NOVVM ius in eo anno a Ferentinatibus tentatum.} Vet. lib. Nouum ius eo anno. VT LOCA ſenatoria ſecernerentur a populo.} Idem Pedianus in or. pro Cornelio cum ait. Id autem eos feciſſe iuſſu cenſorum Sex. Aelii Paeti, C. Cornelii Cethegi. BEBIVS Pamphilus.} Baebius Tamphilus. ut ſupra. TEMPSAM L. Cornelius Merula & C. Salonius deduxerunt.} Deſideratur nomen tertii Triumuiri.

276 Q. VICTORIVS.} Vet. lib. Q. Fictorius. MILLE enim ducentos ea ratione Achaia habuit.} Sic Plut. in Quinctio. ἐν δὲ τῇ ἑλλάδι χίλιοι καὶ διακόσιοι τὸ πλῆθος ἦσαν.

277 PER Epirum in Oricum, unde erat trāiecturus, uenit.} Vet. lib. Per Epirum Oricum, ut paullo ante. Per Theſſaliam, atque Epirum ducere Oricum iubet. SECVNDO die aurum.} Vet. lib. Secundo aurum, recte. praeceſſit enim paullo ante. die primo. ARMA, tela.} Plutarchus accuratius. ἑλληνικὰ κράνη καὶ πέλτας μακεδονικὰς καὶ σάρισσας. INFECTI argenti fuit decem, & octo millia pondo &c.} ἀργύρου δὲ τετρακισμυρίας τρισχιλίας διακοσίας ἑβδομήκοντα λίτρας. AVRI pondo tria millia &c.} Plutarchus. χρυσίου συγκεχωνευμένου λίτρας τρισχιλίας διακοσίας δέκα τρεῖς. PHILIPPEI nummi aurei quatuordecim millia, quingenti XIV.} Plutarchus. φιλιππείους δὲ χρυσοῦς μυρίους τετρακισχιλίους πεντακοσίους δεκατέσσαρας. PRAEBVERVNT ſpeciem triumpho.} Non eſt audiendus Glareanus, qui ſpecimen legit. Speciem enim uertit Plutarchus cum ait. παρέσχεν ὄψιν. A. MANLIVS, P. Aelius, L. Apuſtius.} Hos triumuiros in eadem colonia deducenda ſequenti anno uocat Cn. Manlium Vulſonem, P. Aelium Tuberonem, L. Apuſtium Fullonē. Cum autem P. Aelius ſit is, ut ait, cuius lege deducebatur colonia, profecto Q. Aelius legendum eſt. is enim tribunus pl. legem tulit. VNA Iunonis Matutae in foro olitorio uota, locataque quadriennio ante a C. Cornelio conſule.} Duae cauſſae ſunt, cur legendum ſit Iunonis Soſpitae. Vna, quod nuſquā alibi Iuno Matuta dicta eſt, ſed Mater Matuta, quae graece λευκοθέα eſt. altera, quod quadriennio ante C. Cornelius Iunoni Soſpitae, non Matutae uouiſſe aedem traditur. uerba ſunt Liuii lib. XXXII. Conſul principio pugnae aedem uouit Soſpitae Iunoni, ſi eo die hoſtes fuſi fugatiq. eſſent. Idem etiam probe Glareano uidetur. VOVEBAT eam decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus. Locauerat idem cenſor.} Hic P. Sempronius & in conſulatu & in cenſura Tuditanus, non Sophus dicitur a Liuio. Quare cognomen Sophus ex hoc loco delendum uidetur. puto tamen non eſſe reponendum, Tuditanus, ut cenſet Glareanus, ſed conſul. ut ita legatur. uouerat eam P. Sempronius conſul, locauerat idem cenſor. Sic enim lib. XXIX, ubi de P. Sempronio uouente ait: conſul principio pugnae aedem Fortunae Primigeniae uouit. Errandi cauſſam dedit compendioſa ſcribendi ratio. Cos. Sop. Ita autem locutus eſt paullo ante. Vota, locataque quadriennio ante a C. Cornelio conſule Gallico bello, cenſor idem dedicauit. L. PORCIVS Licinius.} Licinus. ex Capitolinis tabulis. MEGALESIA, ludos ſcenicos C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo aediles curules pri-

nil ſecerunt.} Eoſdem aediles in ijſdem ludis faciendis edit etiam Pedianus in Cornelianam.

Concordiae, & libertati aeque minuendae eſſe.} Vet.lib. Libertatis. Ita autem legendum eſſe, alio loco,ubi de eiuſmodi dicendi genere docui,oſtendi. Ad D quinquageſimum octauum annum.} Quinquageſimum ſextum legendum eſſe alio loco doceo,in chronologia.in uet.lib.eſt.DVIII. Menda ex notis eſt nata,cum debeat ſcribi DLVI.L.enim in V uerſum eſt,& V in duo II.ut alias.

Tribunos plebeios adiſſent.} Vet.lib.Tribunos plebis. Ligurum decem millia.} Vet.lib. XV.millia. Ob eas res tumultum eſſe.Decreuit ſenatus tribunos plebei non placere cauſſas militares cognoſcere.} Pulcherrimum ſenſum inepta uerborum interpunctio deprauauit. Sic autem interpungendum cēſeo,ob eas res tumulum eſſe decreuit ſenatus,tum infer. tribunos plebis &c.loquitur de tumultu Gallico,de quo ſic Cicero in IIX Philippica.Poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt.quid enim aliud eſt tumultus,niſi perturbatio tanta,ut maior timor oriatur? unde etiam nomen dictum eſt Tumultus.Itaque maiores noſtri tumultum Italicum,quod erat domeſticus, tumultum Gallicum,quod erat Italiae finitimus,praeterea nullum tumultum nominabant. grauius autē eſſe tumultum,quam bellum,hinc intelligi licet,quod bello Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent.& Philip.V.Tumultum decerni iuſtitium iudici, ſaga ſumi dixi oportere. Sic hoc loco ſenatus decreuit,ut tumultus eſſet,quia Boii ad rebellionem ſpectabant. Tribunos plebeii.} Plebis.ex Vet.lib. Et ut L.Cornelius conſul.} Vet. lib. Et uti L Cornelius conſul. Menippus, & Hegeſinax principes regiae legationis erant.} Appianus meminit huius legationis in Syrio, additque Lyſiam,his uerbis.καὶ πρέσβεις ἐς ῥώμην ἔπεμπε λυσίαν τε καὶ ἡγησιάνακτα, καὶ μένιππον. Esse autem tria genera foederum,quibus integre paciſcerentur amicitias ciuitates,regesque.} Vet.lib.Inter ſe paciſcerentur.non integre,optime.ſic paullo poſt.Amicitiam ſociali foedere inter ſe iungendam.

Ita ab Antiocho.} Vet.lib.Ita & ab Antiocho. Aristonem quendam Tyrium.} Mercatorem fuiſſe ait Appianus in Syrio.Ἀρίστωνα δ' ἔμπορον τύριον ἐπὶ προφάσει τῆς ἐμπορίας ἔπεμπε πρὸς τοὺς φίλους. 278

Suffetes.} Sufetes.ut ſupra. Ipse de tertia uigilia nauem conſcendit.} Vet.lib.Ipſe deinde tertia uigilia. Praeter iudicium eiuſdem Ariſtonis.} Vet.lib.Indicium. Emporea uocant eam regionem.ora eſt minoris Syrtis.} Horum Emporiorum meminit non ſolum Liuius lib.XXIX.ſed etiā Polyb.lib.I.ἅμα δὲ τούτοις καὶ τὰς παρακομιζομένας ἀγορὰς ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς καλουμένων ἐμπορίων, ἐφ' αἷς εἶχον τὰς μεγίστας ἐλπίδας.& lib.III.μετὰ τοὺς κατὰ τὴν μικρὰν σύρτιν τόπους, ἃ καλοῦσιν ἐμπόρια διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας.

IN.LIBRVM.XXXV

P.Cornelius Cn.F.Scipio.} Is qui uir optimus a ſenatu iudicatus fuerat. Idem propraetor Luſitanos.} Vet.lib.Idē pro praetore Luſitanos. quod eſt prorogato ultra praeturam praetorio imperio. In hoc diſcrimine ludos Ioui ſi ui fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes, propraetor uouit.} Vet. lib.Si fudiſſet,cecidiſſetque hoſtes,praetor uouit.praetorem autem uidetur uocare eum,qui cum praetorio erat imperio.alioquin propraetore legendum eſt. Pugnatum inde haud procul Ilipa urbe eſt.} Vox,Inde,ſuperuacanea eſt.& a ueteribus,quos legi, libris abeſt. T. Sempronius prioris anni conſul.} Ti.Sempronius.ut ſupra. 279

Hostium exercitum,cuius delendi oblata fortuna fuerat,non deletum.} Vet.lib.pro, Non deletum,habent,Elapſum. Sequitur. n. Hoſtes e manibus emiſſos. Ita libero fenore obruebant debitores.Cuius coercendi cum ratio quaereretur.} Vet.lib.Cernendi,pro,coercendi.Quod placet. Sic.n.lib. VI.Quia nolint conſpici ſummam aeris alieni.Item.Deinde inſpecto aere alieno,initaq.ratione minuēdi eius.Sic hoc loco,quaerunt rationē cernendi feneris, proptereaq. profiteri cogunt eos, qui pecunias crediderint.Itaque ait. Poſtquam detecta eſt magnitudo aeris alieni per hanc fraudem contracti. 280

Feralia quae proxime fuiſſent, diem finire placuit.} Ante legebatur Feneralia. Gelenius, Feralia immutauit.Mihi placet magis prior lectio. Proxima enim Feneralia uocat, diem,quo proxime de fenore conſtringendo actum erat. Iuſſerunt ergo,ut omnes ſocii profiterentur pecunias,quas crediſſent Romanis ab illo die, quo cautum erat, ne ciuis ciuem fenore opprimere poſſet. Cui legi fraus facta fuerat nomina in ſocios tranſſcribendo. Sex. Aelius Pactus, & Cn. Cornelius Cethegus.} C. Cornelius. ex cenſura Capitolina. Eodem anno coloniam Latinam in agrum Ferentinum triumuiri deduxerunt Cn.Manlius Vulſo,L.Apuſtius Fullo, P.Aelius Tubero. cuius lege deducebantur tria millia peditum fere,CCC equites.numerus exiguus pro copia agri.} Vet. lib.habent,pro deducebantur,deducēbatur. Quae lectio me admonuit locum hunc ita mendoſe legi, ut ſententiae Liuianae ſanitas non exſtaret.Extabit autem certe,ſi non ſolum,deducebatur, ſed pro Fere,Iere,legerimus. Ita. Alius Tubero cuius lege deducebatur.i.colonia. Tria millia peditum iere,CCC equites. Sic paullo poſt in alius coloniae deductione. Tria millia & ſeptingenti pedites ierunt, trecenti equites. Quod autem ſcriptum eſt in agrum Ferentinum,legendum eſt in agrum Thurinum.primum quia Vet.lib habent Trentinum.Tum autem quia ſuperiore anno dixit.Exitu huius anni Q. Aelius Tubero tribunus pl.ex S.C. tulit ad plebem, plebeſque ſciuit, ut Latinae duae coloniae, una in Bruttios, altera in agrum Thurinum deduceretur.his deducendis triumuiri creati,quibus in triennium imperium eſſet, in

Bruttios Q. Naeuius,M.Minucius Rufus, M.Furius Craſsipes. in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Aelius,L.Apuſtius.Porro autem legendum eſt.Q. Aelius Tubero. quia ait.Cuius lege deducebatur. at Q. Tubero legem tulit,non P. Eo proprior inuidiae.} Vet.lib. Inuidiam. Pro legato, & participe adminiſtrandi belli } Vet.lib.Adminiſtrati.Recte.nam dixit.L.Quinctius qui claſsi in Graecia praefuerat. Vt praeferetur candidato,quem Africanus frater ducebat.} Vet.lib. Quem Africanus, fraterque ducebant.Significat autem Cn.Scipionem a P. & L. Scipionibus Africano, & eo, qui poſt Aſiaticus dictus eſt,eſſe deductum. Aenobarbvs.} Ahenobarbus.ut ſupra. Fvlvivs Centimalus.} Centumalus.ut ſupra. Attilivs Seranus.} Attilius Serranus.ut ſupra. Bebivs Pamphilus.} Baebius Tamphilus.ut ſupra. Raphiae in Phoenice.} Steph. ῥαφία πόλις συρίας.

281 Ad Piſidas,qui circa Selgam incolunt.} Steph. Σέλγη πόλις πισίδας. Villivs cum Piſidiae bello occupatum eſſe regem audiſſet, Epheſum profectus.} Hoc de P. Scipione ait Appianus. ῥωμαῖοι δὲ πρέσβεις ἕτεροί τε καὶ ὁ σκιπίων ἐπὶ τὸν βασιλέα ἔπεμψαν ... ἐς Πισίδας ... Respondiſſet Alexandrum.} Vet.lib.Reſpondiſſe.ita paullo poſt, Dixiſſe.ſic Appianus.τὸ σκιπίωνος ἐρομένου τίς δοκεῖ οἱ στρατηγὸς ἄριστος γενέσθαι,τὸν ἀννίβαν εἰπεῖν,ὁ μακεδὼν ἀλέξανδρος. Tvm riſum obortum Scipioni,Scipionem ſubieciſſe. Sic Appianus ὡς δὲ αὐτὸν ὁ σκιπίων εἶδεν ἀποφαινόμενον τὴν ... γελάσας.

Antiocho, quam ſimilem daret ſedem,ut procul ab ſe honorem eum quoque ablegaret, non habuiſſet.} Perſpicue legendum eſt,Per honorem.

282 Hannibal non adhibitus eſt in conſilium propter colloquia cum Villio ſuſpectus regi, & in nullo poſtea honore habitus.Primo eam contumeliam tacitus tulit,deinde.} Ex ueteribus libris Verbum Est tolli debet,ut omnia ad uerbum Tvlit referantur. Proficisci ambo in prouincias placuit.} Vet.lib.Ambos.

283 Aedes liberae Attalo,ac lautia decreta.} Vet.lib.Aedes liberae,locus, lautia decreta. ut lib.xxx. Aedes liberae,loca,lautia legatis decreta. Navis erat quadriremis uetus capta annis octoginta ante.} Quadraginta,legendum ex Plutarcho. qui meminit huius nauis in Philopoemente.his uerbis. ἀλλὰ καὶ ναῦν τινὰ παλαιὰν μὲν,ἔνδοξον δὲ δι᾽ ἐτῶν τεσσαράκοντα κατασπάσας ἐπλήρωσεν. Pvtrem eam admodum.} Vet.lib.Putrem iam admodum. Actvm praetoria naue praecedente claſſem.} Ex uet.lib.legendum eſt.Hac tum. Veterem enim nauem pro praetoria uſurpatam a Philopoemene ait.

Ipse Philopoemen in leui ſpeculatoria naue fuit, nec ante fugae finem, quam Patras uentum ſit,fecit.} Lege, in leni piſcatoria naue fugit.Ita enim maius periculum Philopoemenis oſtenditur.

Tertia parte copiarum ab obſidione Gythei abducta ad Pleias poſuit caſtra. Imminet is locus & Leucis,& Acris.} Legendum eſt.ad Eliam,non ad Pleias,quas merito quaeritur Glareanus ſe in Laconica non reperire.item Acriis,non Acris,id docet locus unus Polybii, qui eſt lib. v. ubi horum opidorum omnium meminit. Eius uerba ſunt. μεταλαβόμενος δ᾽ αὖθις ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν ... λακεδαιμονίων,ὃ καλεῖται μὲν γύθιον.ἔχει δὲ ἀσφαλῆ λιμένα,τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια.τοῦτο δὲ ... κατὰ πορείαν δεξιὸν κατεστρατοπέδευσε περὶ τὴν ἑλίαν,ἥτις ἐστὶν ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη,πλείστη καὶ καλλίστη χώρα τῆς λακωνικῆς. ὅθεν ἀφεὶς τὰς προνομὰς,αὐτόν τε τὸν τόπον τοῦτον κατεπυρπόλει,καὶ ... τοὺς ἐν αὐτῷ καρποὺς.ἀφικετο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς ἀκρίας,καὶ λεύκας.

284 Vnvm de auxiliaribus.} Vet.lib. Ex auxiliaribus. Captiqve in ea fuga ſunt.} Vet. lib. Captique in fuga ſunt. Dvarvm portarum itineribus,quae Pheras, quaeque Carboſthenem ferunt.} Pheras in agro Laconico non reperies,ſed Pharim,teſte Stephano, qui inquit.φάρις πόλις τῆς λακωνικῆς.οἱ πολῖται φαρῖται,ὡς παυσανίας.ὅμηρος.φαρίν τε σπάρτην τε.Pauſanias in Laconicis. ἀμύκλας, καὶ φάριν coniungit.

285 Magnae cum ob eleganter actam uitam auctoritatis,tum.} Vet.lib.Magnae tum cum ob.i.magnae eo tempore auctoritatis.alii.Magnetum,per uitium. Eoqve ipſo tempore Thoas princeps gentis, quem miſerant ad Antiochum, redierat.} Videndum eſt etiam, atque etiam, quid ſit,quod paullo ante dixit hoc eodem libro. Thoas praetor Aetolorum legatos cenſuit circa reges mittendos. Democritus ad Nabin,Nicander ad Philippum, Dicearchus frater praetoris ad Antiochum eſt miſſus. nunc uero ab Antiocho Thoantem rediiſſe ait.Appianus quidem Thoantem legatorum, qui miſsi ad Antiochum ſunt,principem facit.cum ait in Syrio.ἀντιόχῳ δὲ ἦλθον αἰτωλῶν πρέσβεις,ὧν θόας ἦρχεν.Qui locus me admonet ut hoc loco legam. Princeps legationis,quam miſerant ad Antiochum. Nvnc quoque inquit.Si modo uos quae inchoaſtis.} Qui ita interpungunt haec uerba,orationis initiū a uoce,ſi,ducunt,cum ſit ducendum a uoce, Nunc. Sunt autem ita diſtinguenda uerba,ut a uoce, ſi modo, uſque ad uocem,exitum,parentheſi concludantur. Qvam ſenatum Romanum cum Antiocho laniſtis Aetolis nō ſine motu magno generis humani,& pernicie Graeciae dimicare.} Antea legebatur cū Antiocho admiſtis Aetolis,quo pacto legitur in ueterib.libris.Quamobrem non uideo cur diſplicuerit haec lectio Gelenio,& cur hoc loco metaphoram a gladiatoribus, & laniſtis ductā tātopere adamarit.

Omnia nouare uelle.} Vet.lib.Nouari. Pro ſe quiſque reuocare iubebant.} Vet. lib. Reuocari. Evm totius gratiam rei apud Lacedaemonios laturum.} Vet.lib.Eum potius,hoc ſenſu.Qui tyrannum interfeciſſet Lacedaemoniorum,tantum abfuturum, ut rem ingratam Lacedaemoniis faceret, ut gratiam potius ab illis iniret. Peditvm,equitumq.ac nauium.} Vet.lib.Peditum,equitum,nauiūq.

Pone-

Ponere haſtas equites Alexamenus iubet,& ſe intueri.} Miratur Glareanus Alexamenum iuſ- 286
ſiſſe, ut equites ponerent haſtas, cum tamen duobus poſt uerſibus dicat. Iacentem equites confodiunt.
Eſt autem accipiendum Ponere non pro,abiicere,ſed pro,reclinare. Intellexit enim Alexamenus, ere-
ctas haſtas cõſpectum ſui equitibus eſſe interſaepturas,quos ſe intueri iubebat, tamquam quid ipſe fa-
cturus eſſet ignaros.Sic libro primo. Tullus Hoſtilius ſuos erigere haſtas iuſſit, ne ſocios Albanos fu-
gientes uiderent. Non ergo eos iuſſit haſtas abiicere, ſed inuadendi cauſſa eas pectori apponẽtes ad ſe
imitandũ praeſto eſſe. Nec mouiſſet ſe quiſquam,ſi extemplo poſitis armis uocata in concionẽ mul-
titudo fuiſſet,& oratio habita tempori conueniens.Frequentes inde retenti in armis Aetoli ſine iniuria
cuiuſquam.} Ne haec quidem inter ſe repugnant, Poſitis armis, & Retenti in armis,ut uidetur. Hoc
enim uult Liuius.Ne ſe quiſquam Lacedaemoniorum mouiſſet, ſi Alexamenus interfecto eorum tyran
no arma poſuiſſet,& uocata multitudine in concionem orationem tempori conuenientem habuiſſet.
Retinuit ergo Aetolos in armis,ſed tamen ſine iniuria cuiuſquam.Itaque omnia in maturandam perni
ciem Alexameni,& ſociorum ſunt acta. Occvpata erat.} Fuerat.ex Vet.lib. Miction.}
Mictio.ex Vet.lib. Hic ab Appiano dicitur μικυθίον. Cvm Romanus ut integros increparet Ma-
gnetas.} procul dubio.Ingratos legendum eſt. Hoc elicitur ex ſuperioribus uerbis his.Quinctius qui-
dem adeo exarſit ira, ut manus ad caelum tendens, deos teſtes ingrati, ac perfidi animi Magnetum in-
uocaret. Divtivs alter, ſed ſegnior.} Vet. lib.Diutior. Sortes duae urbanaque, & inter
ciues,ac peregrinos.} Vet.lib.Vrbana peregrinaque & inter ciues, ac peregrinos.ergo,urbana peregri
naque.reliqua enim gloſſema ſunt.

Minvs quempiam ei claſſi.} Vet.lib.Quemquam. Impetvs relangueſcat regis. } Vet.lib. 287
Elangueſcat.Sic paullo poſt.Non eſſe elangueſcendum. Neqve uindice libertatis ullo indigere.}
Vet.lib.Egere. Iam inde a Barcillae morte, & quae ſecutae eum fuerant. } Vet. lib. Iam inde a
Bracchillae morte,& quae ſecuta eam fuerant. Maria, terras inani ſonitu uerborum.} Vet.lib.
Terraſque. Aminander uxorem Apamiam Alexandri cuiuſdam Megalopolitani habebat.} Iiſ-
dem prope uerbis hanc rem perſequitur Appianus in Syrio. Vxorem autem Απάμαν uocat.

Elymaeos, & Caduſios.} Cadduſios,ſcribe.ſic enim Polybius lib.v. Ἐλυμαίους, καὶ καδδουσίους. 288
Ex legatorum ſermone potuiſſet apparere.} Vet. lib.Potuiſſe. Est autem res ſimillima ce-
nae Chalcidenſis hoſpitis mei. } Idem Plutarchus in Flaminino. & in Apophthegmatis.

Templvm eſt Apollinis Delium. } Appianus in Syrio. Δήλιον ἐστὶ ἱερὸν τὸ χωρίον Ἀπόλλωνος.

Sed expertae potius, ſpectataeque Romanorum fidei credere.} Vet.lib. Sed expertae toties, ſpe
ctataeque. Nihil immo tam alienum rebus ueſtris eſt.} Vet.lib. Nihil tam uanum, immo tam
alienum rebus ueſtris eſt.

IN . LIBRVM . XXXVI

M.acilivm Glabrionem conſules. } Plutarchus in Quinctio μάνιον ἀκίλιον, Appianus in Syriaca
ἀκίλιον μάνιον γλαβρίωνα, Capitolini auctores M.Acilium Glabrionem uocant.

L. valerivm, ſi ita uideretur,propraetorem in prouincia retinere.} Vet. lib.Pro praetore. 289
Dvas decimas frumenti.} Vet. lib. decimas. Recte.Hinc enim decumani dicti,qui decumas redi-
munt. Pedianus. Qvi ſenatores eſſent,quibusque ſententiam in ſenatu dicere liceret.} Sic lo-
cutus eſt li.xxxiii. Conſules,inquit,edixerunt,quoties ſenatum uocaſſent,uti ſenatores,quibusque in
ſenatu ſententiam dicere liceret,ad portam Capenam conuenirent. Quid autem interfuerit inter eos,
quibus licebat in ſenatu ſententiam dicere,& ſenatores,docet Feſtus his uerbis.Qui poſt luſtrum con-
ditum ex iunioribus magiſtratum cepere,in ſenatu ſententiam dicunt, non tamen ſenatores uocantur,
antequam in ſenioribus ſint cenſi.& Gellius his. Qui nondum a cenſoribus in ſenatum lecti erant, Nã
& curulibus magiſtratibus functi,qui nondum a cenſoribus in ſenatum lecti erant,ſenatores non erãt,
& quia in poſtremis ſcripti erant,nõ rogabantur ſententias,ſed quas principes dixerant,in eas deſcen-
debant.Hoc ſignificabat edictum,quo nunc quoque conſules,cum ſenatores in curiam uocant, ſeruan
dae conſuetudinis cauſſa translatio utuntur,Senatores,quibusq.in ſenatu ſententiã dicere licet. Car
thaginenses tritici modium mille, hordei quigenta millia. } Summa tritici mendoſe uidetur eſſe.
nam lib.xliii.ijdem Carthaginienſes tritici decies centum millia, hordei quingenta pollicẽtur.Idem
ex ſumma etiam oblata a Maſſaniſa & hoc tempore & illo poteſt intelligi. Barcillae.} Brachil-
lae.ut ante dixi. Per multa iam ſecula.} Saecula,cum diphthongo. In Capitolinis lapidib.lv-
di.saecvlares. Labente egregia quondam diſciplina gentis,& multorum eo ſtatu,qui diutur-
nus eſſe ſine mutatione rerum non poſſet. } Ex hoc loco, quem deprauatum eſſe cenſet Glareanus,
hunc ipſe elicio ſenſum.Boeotiam cauſſas in ſpeciem irae aduerſus Romanos habuiſſe,Brachillae necẽ
& illatum Coroneae a Quinctio bellum,reuera autem,quod per multa iam ſaecula publice,priuatimq.
egregia quondam diſciplina gentis laberetur,atque is reip.ſtatusquj in multorum poteſtate eſt,qui diu
conſeruari non poteſt,niſi nouarum ſaepe rerum mutationes exiſtant.

Ipse cum omnibus terreſtribus copiis in Byllinum agrũ procedes,inde Graeciae praeſidebis, & 290

ſpeciem Romanis trāſiecturum te praebens, &, ſi res popoſcerit, trāſiecturus.} Glareanus Byllionium legit. puto tamen Byllinum ferri poſſe. Byllidis enim agrum intelligit, quae urbs in Illyrio maritima eſt auctore Stephano. βυλλὶς πόλις ἰλλυρίδος παραθαλασσία. Haec autem uerba graece ſic expreſſit Appianus in Syriaca. αὐτὸν δὲ σὺ τῷ πεζῷ παντὶ ἐφεδρεύων τῆς ἑλλάδος ἀγχοῦ τῆς ἰταλίας δόξαν ἐμποιεῖν ἐσβολῆς, καὶ δυνάμενος ποτὲ, καὶ ἐσβαλεῖν. & Plutarchus in Bruto. τὸν περὶ τὴν βυλλίδα τόπον. Idem Stephanus Bullinos populos eſſe ad Illyricum ait. NISI quod ad claſſem, copiasque acceſſendas ex Aſia Polyxenidam miſit.} Hoc ſic Appianus πλὴν ὅτι πολυξενίδας ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐς τὴν ἀσίαν ἐπέμφθη. ITAQVE, qui ad tempus fortunam eſſet in conſilio habiturus, is extemplo ad M. Baebium propraetorem miſit.} Hanc ſententiam ſic etiam uertit Appianus. ὧν πυθόμενος ὁ φίλιππος ἐνδοιάζων ἔτι, καὶ περισκοπῶν ὁποτέροις προσθοῖτο, αὐτίκα εἵλετο τὰ ῥωμαίων, βαιβιόν τε στρατηγὸν αὐτῶν ἄρχοντα τῆς ἐς πλησίον στρατιᾶς καλέσας ἐλθεῖν ἐς τὸ χωρίον, &c.

OCCVPAT Pellinacum } Strabo lib. IX. πελλιναῖον item uocat. at Stephanus πελλίναν. Inquit enim. πελλίνα πόλις θετταλίας ἐν τῇ φθιώτιδι.

291 M. BAEBIVS interim cum Philippo in Daſſaritiis congreſſus Ap. Claudium ex communi conſilio ad praeſidium Lariſſae miſit, qui per Macedoniam magnis itineribus &c.} Appianus haec ita. καὶ ὁ βαίβιος θαρρήσας αὐτίκα ἔπεμπε διὰ τῆς μακεδονίας ἄππιον κλαύδιον μετὰ δισχιλίων πεζῶν ἐς θεσσαλίαν.

REX Chalcidem a Demetriade profectus amore captus uirginis Chalcidenſis Cleoptolemi filiae, cum patrem primo adlegando, deinde coram orando fatigaſſet, inuitum ſe grauioris fortunae condicioni illigantem, tandem impetrata re, tanquam in media pace nuptias celebrat, & reliquum hiemis oblitus, quantas ſimul duas res ſuſcepiſſet, bellum Romanum, & Graeciam liberandam, omiſſa omnium rerum cura in conuiuiis, & uinum ſequentibus uoluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis, quam ſatietate earum in ſomno trāſduxit.} Haec ex Polybii lib. XX ſumpta ſunt, ſi Athenaeo credimus, qui lib. X. ita ſcribit. ἀντίοχος δὲ ὁ μέγας ἐπικληθεὶς ὃν ῥωμαῖοι καθεῖλον, ὥς φησι πολύβιος ἐν τῇ εἰκοστῇ, παρελθὼν εἰς χαλκίδα τῆς εὐβοίας συνετέλει γάμους πεντήκοντα μὲν ἔτη γεγονὼς, καὶ δύο μέγιστα τῶν ἔργων ἀνειληφὼς, τήν τε τῶν ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν, ὡς αὐτὸς ἐπηγγέλλετο, καὶ τὸν πρὸς ῥωμαίους πόλεμον. ἐρασθεὶς γοῦν παρθένου χαλκιδικῆς, κατὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν ἐφιλοτιμήσατο γῆμαι, οἰνοπότης ὢν, καὶ μέθαις χαίρων. ἦν δὲ αὕτη κλεοπτολέμου μὲν θυγάτηρ ἑνὸς τῶν ἐπιφανῶν, κάλλει δὲ πάσας ὑπερβάλλουσα. καὶ τοὺς γάμους συντελῶν ἐν τῇ χαλκίδι αὐτόθι διέτριψε τὸν χειμῶνα, τῶν ἐνεστώτων οὐδ' ἥντινα ποιούμενος πρόνοιαν. ἔθετο δὲ καὶ τῇ παιδὶ ὄνομα εὔβοιαν. Eadem ſcribit Plutarchus in Flaminino. Porro autem, quod ait Liuius, Adlegando fatigat, id eſt, per legatos ſolicitat.

ITAQVE principio ueris cum per Phocidem Cheroneam, quo conuenire omnem undique exercitū iuſſerat, ueniſſet, facile animaduertit nihilo ſeueriore diſciplina, quam ducem hibernaſſe.} Quaerit Glareanus, quo modo ex Chalcide per Phocidē Chaeroneā Antiochus uenerit. quā autem quaeſtionem ponit, non recte explicat. Chalcidem enim accipit Aetoliae, non Euboeae, parum ſcite. Eſſe autem legendum, Per Phocidem in Acarnaniam, cum Liuius, tum Appianus oſtendunt. Liuius paullo poſt ita. Rex praeſidio Medione impoſito, & in quibuſdam aliis Acarnaniae opidis, Thyrium diſceſſit. & per Aetoliae, ac Phocidis urbes Chalcidem rediit. Appianus etiam apertius ſic. ἀρχομένου δ' ἔαρος ἐμβαλὼν ἐς ἀκαρνανίαν ᾔσθετο μὲν τῆς ἀργίας τοῦ στρατοῦ δυσέργου πρὸς ἅπαντα ὄντος. Item. ὑπαγαγόμενος δὲ ὅμως τινὰ τῆς ἀκαρνανίας καὶ τὰ λοιπὰ πολιορκῶν ἐπεὶ τάχιστα ῥωμαίους ἐπύθετο περᾶν τὸν ἰόνιον χαλκίδα ἀνεζεύγνυ. STRATVM Aetoliae.} Stephanus Stratum Arcananiae eſſe ait.

ROMANAE claſſis, quae cum Attalo.} Lege. Atilio. Eſt enim A. Atilius claſſis Ro. praefectus. MEDEONEM, & Tyrreum.} Medionem habent lib. uet. & recte. eſt enim Medion opidum ad Aetoliam auctore Stephano. μεδίων πόλις πρὸς τῇ αἰτωλίᾳ. Item Thyrium ſcribendum eſt, quod eſt Acarnaniae opidum teſte eodem. ἔστι καὶ θύριον ἀκαρνανίας. διὰ τοῦ ι, τὸ ἐθνικὸν θυριεύς.

PETERENTQVE ab eo, ut Medeonis ſuper tanta re conſultare in concilio Acarnanum pateretur.} Vet. lib. Medios, habent. Aperte tamen legendum eſt, Medionios. inquit enim Stephanus ciues Medionis opidi eſſe μεδιωνίους. IN eam legationem Mneſilochus, & qui eius factionis erant, collecti.} Vet. lib. Coniecti. egregie. Sic eſt locutus lib. XLV. Tribum ſortirentur, in quam omnes, qui ſeruitutem ſeruiſſent, conijcerent. Eodem modo legendum eſt apud Ciceronem in V. Philippica. Totum denique comeſſationis Antonianae chorum in tertiam decuriam iudicum ſcitote eſſe coniectum. non collectum, ut uulgo legitur. THYRENSES.} Thyrienſes a Thyrio. Nam Stephanus ait gentem θυριεῖς appellari. IN Daſſaretis congreſſi.} Daſſaritis. quippe qui auctore Stephano aut δασσαρήτιοι, aut δασσαρῆται uocantur. BAEBIVS Phacium eſt aggreſſus.} Ante Philacium legebatur. eſt autem in uet. lib. Phacium, quod non probat Glareanus, quia nomen ſit aeque, ac prius obſcurum. Stephanum enim non legit, apud quem eſt ita φάκιον πόλισμα θεσσαλίας θουκυδίδης δ'. τὸ ἐθνικὸν, φακιεύς. PHESTVM eadem celeritate capit.} φαιστὸς apud Ptolemeum. Itaque diphthongus apponenda eſt. CHRYRETIAS hinc, & Eritium occupat.} Eritium, inquit Glareanus, ubi reperias, uix equidem ſcio. optime. non enim Eritiū, ſed Fricium eſt legendum, quod eſt ſupra Thermopylas auctore Stephano. φρίκιον ὄρος ὑπὲρ θερμοπύλων λοκρικόν ἀφ' οὗ φρικάνες καὶ φρικανεῖς οἱ αὐτόθι οἰκοῦντες. PER eos forte dies M'. Acilius conſul cum decem millibus peditum, duob. millibus equitum, XV. elephantis mari trāſiecto, pedeſtres copias Lariſſam ducere delectos militum tribunos iuſſit.} Haec ſic uertit graece Appianus. ῥωμαῖοι δὲ ὑπὸ σπουδῆς τῆς τότε ἑτοίμους ἱππέας δισχιλίους, καὶ πεζοὺς δισμυρίους, ἀλίγους τινὰς ἐλέφαντας ἡγουμένης αὐτῶν

αἰχμὴν

αὖθις καλέσαντες ἐς Ἀπολλωνίαν ἐκπέμψαντες διαβάλλοντες ἐπὶ Θετταλίας ἐβάδιζον, καὶ τὰς πόλεις ἐξῄρουν τῶν πολεμίων. Non eſt autem menda apud Liuium, qui non xx millia peditum, ut Appianus, ſed x millia, ſcribat. Etenim & ante, & poſt etiam duas tantum legiones primam, & tertiam adduxiſſe Acilium ait.

Et Philippus Megalopolitanus.} Sic Appianus. καὶ τὸν μεγαλοπολίτην Φίλιππον αἰχμάλωτον ἔλαβον.

CETERA multitudo Athamanum, aut militum Antiochi regis, quae in praeſidiis deditorum per eos dies opidorũ fuerat, Philippo tradita regi eſt. fuere autem ad tria millia hominum.} Appianus ita. ἄλλους δὲ καὶ τῶν Ἀντιόχου ἐς τρισχιλίους. IN itinere ab Pieria, & Metropoli.} Supra oſtendi. ab Pialia, & Metropoli eſſe legendum, auctore Stephano. urbem enim in Theſſalia quaerimus Metropoli finitimam. AD ludibrium regium eum conſalutari iuſſit.) legem ſine dubio ſententia poſcit.

ITA Athamania omnis in ius ditionem que Philippi conceſſit.} Appianus ita. Καὶ ὁ Φίλιππος ἐς Ἀθαμανίαν ἐμβαλὼν πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἔλαβε, Ἀμυνάνδρου φυγόντος ἐς Ἀμβρακίαν. PROERNAM inde recepit.} Quia Strabo lib. IX. Προέρναν edit, nihil muto. quamquam Stephanus Proarna neutro genere ſcribendum eſſe docet. Προάρνα πόλις μεταξύ, ... οἱ οἰκήτορες Προαρνεῖς.

IAM & ipſe eo decem millia fere peditum, ex iis, qui poſtea uenerant ex Aſia, expleta, & equites 292
quingentos duxit.} Appianus ita. γενομένων δὲ τούτων, τῶν μὲν οἰκείων πεζῶν μυρίων, καὶ ἱππέων πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ τούτοις διὰ τινῶν συμμάχων Θερμοπύλας κατέλαβε. AB Leucade.} Vet. lib. Ab Leucate. Sic Virg. Feruere Leucaten. Item. Leucatae nimboſa cacumina montis. Sic alibi Liuius. ANTE ſaltum Thermopylarum ſeptemtrionem uerſus Epirus & Perraebia.} Epirum ante ſaltum Thermopylarum ad ſeptemtrionem eſſe, recte dictum eſſe, & ſine librorum menda, contra quam tradidit Glareanus, inde intelligi poteſt, quod Atticam a tergo ad meridiem, & Euboeam inſulam collocat. Reliqua deſcripto Thermopylarum, quatenus aut Occidẽtem ſpectant, aut Orientem ex Polymnia Herodoti ſumpta eſt. Thermopylarum enim, inquit, quae pars montis Occidentem ſpectat, inuia, atque dirupta eſt uſque ad Oetam. Quae autem Orientem, ea a mari excipitur. Ibi aquae calidae ſunt, quas Ollas indigenae uocãt, & ſupra ara Herculi exſtructa eſt. & murus, ſupra quem olim πύλαι, ideſt portae erãt. perſequitur deinde Leonidae, & comitum Lacedaemoniorũ mortẽ. qua locus ille nobilitatus eſt, ut paullo poſt ait Liuius.

M. PORCIVM Catonem, & L. Valerium Flaccum conſulares legatos.} Appianus, Plutarchus, & Cicero in Catone tribunos militum appellant. Appianus ita. καὶ δύο τῶν χιλιάρχων Μάρκον Κάτωνα καὶ Λεύκιον Βαλέριον. Plutarchus de Catone. μετὰ δὲ Μανίου χιλιαρχῶν. Cato apud Ciceronem. Quadriennio poſtquam conſul fui tribunus militum depugnaui, apud Thermopylas M'. Acilio Glabrioni conſuli.

INSTRVIT aciem conſul arta fronte ad naturam, & anguſtias loci.} Appianus, ſic. ἤδη δὲ καὶ Μάνιος ἐπῆγε τὴν στρατιὰν Ἀντιόχῳ κατὰ μέτωπον ἐς λόχους διῃρημένην. LEVIS armaturae partem ante uallum in primo locauit.} Eodem modo inſtructam aciem fuiſſe ab Antiocho tradit Appianus praeterquam quod in dextro cornu iaculatores, in ſiniſtro elephantes collocatos fuiſſe ait, contra quam ſcribit hoc loco Liuius. de Macedonibus autem pro Antiocho militantibus, non eſt, quod Glareanus dubitet. Idem enim prodit Appianus his uerbis. Καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ψιλοὺς, καὶ πελταστὰς προμάχεσθαι τῆς φάλαγγος ἐκέλευσεν, αὐτὴν δ' ἔστησε πρὸ τοῦ στρατοπέδου ἐπὶ δεξιᾷ δ' αὐτῆς τοὺς σφενδονήτας, καὶ τοξότας ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν. τοὺς δ' ἐλέφαντας ἐν ἀριστερᾷ, καὶ τὸ εἶδος ὃ μετ' αὐτῶν ἀεὶ συνετάσσετο παρὰ τὴν θάλασσαν. Item. ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς φιλοπόνως δεχόμενός τε καὶ ἀναχωρῶν, καὶ αὖθις ἐπιὼν ἐτρέψατο τοὺς μὲν ψιλοὺς ἡ φάλαγξ ἡ τῶν Μακεδόνων διαστᾶσα ἐς αὐτὴν ἐδέξατο, &c.

VALLVM haſtis prae ſe obiectis fecerunt.} Sariſſas Macedonicas intelligit. Sic. n. Appianus. καὶ τὰς σαρίσσας ἐν τάξει πυκνὰς προβάλλοντο. RHODONTIAM.} Vet. lib. Rhoduntiã graeci item. ῥοδουντία. LILAEVM tamen eo die perſecuti ſunt hoſtem.} In Vet. lib. legitur Carpeiam. Glareanus autẽ repoſuit, Lilaeũ, quod, ut ipſe ait, in eo itinere opidum ſit Carpeia nuſquam. Inſcite autem ipſum feciſſe, Appianus oſtẽdit, qui pro Carpeiam, Scarphiam edit his uerbis. Μάνιος μὲν ἐπὶ Σκάρφειαν ἐδίωκεν αὐτούς. Eſt autem Scarphia opidum prope Thermopylas, ubi pugnatum erat, auctore Stephano. Σκάρφεια πόλις Λοκρίδος τῶν Θερμοπυλῶν ἐγγύς.

NEC praeter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quiſquam effugit, etiam ex x 293
millibus militum, quos Polybio auctore trãiecisse ſecum regem in Graeciam ſcripſimus.} Eadem ſumma eſt etiam apud Appianum. Ἀντιόχου δὲ σὺν τοῖς λειφθεῖσιν ἀμφὶ τοὺς μυρίους αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς ἀπὸ μὲν τῆς τροπῆς πρῶτος μετὰ πεντακοσίων ἱππέων εἰς Ἐλάτειαν διέδραμεν. ROMANORVM centum L interfecti.} Appianus item ait, prope ducentos. Ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. CENEVM Euboeae.} Graeci κήναιον. Itaque diphthongus apponenda eſt. QVAE nouiſſima agminis erant.} Vet. lib. Nouiſſimi. perſpicue uerum. ATQVE ad Hydruntum Italiae trãiecit.} Plutarchus, Brundiſium, & Tarentum ait tranſmiſiſſe in Catone. καὶ διαπλεύσας μὲν ἐς Βρεντέσιον δι' εὐτυχῶς, μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ ἐκεῖθεν εἰς Τάραντα, καὶ τεσσάρας ἄλλας ὁδοιπορήσας πεμπταῖος εἰς Ῥώμην ἀπὸ θαλάσσης ἀφίκετο. Strabo autem lib. VI. tranſmiſſiones in Italiam e Graecia tres fuiſſe tradit, Tarentum, Brundiſium, & Rhegium. Plinius uero lib. III. ab Hydrunte in Graeciam tranſitum breuiorem ait eſſe, a Brundiſio uero longiorem illum quidem, ſed certiorem.

A FLVMINE Aſoto.} Ex Strabone, Herodoto, Sequeſtre, Aſopo, legendum eſt. LAQVEIS, ut ſolet, exceptos declinabant ictus.} Vitruuius lib. IV. cap. XXIII. Alii laqueis captos arietes, per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, & cum ipſis teſtudinibus euertunt.

ASSIDVO labore urente.} Vet. lib. Vrgente. TRADITVS inter ceteros principes Aetolorum, &

Damocritus, qui principio belli decretũ Aetolorũ, quo acceſſendũ Antiochũ cenſuerant, T. Quinctio poſcenti reſponderat, In Italia daturũ, cum caſtra ibi Aetoli poſuiſſent. } Idem Appianus ita. δαμόκριτόν τε τὸν στρατηγὸν τῶν αἰτωλῶν ἐνταῦθα ὁ μάνιος ἔλαβε κρυπτόμενον ὅς φλαμινίνῳ παρὰ τίβεριν ἠπείλει στρατοπεδεύσειν.

294 Et quia Lamia compoſita in tumulo eſt, tum regionem ea maxime deſpectat opidũ, qua breue interuallum uidetur. } Vet. lib. Poſita eſt. Ceterum ſenſus, quẽ ex his uerbis elicere Glareanus nõ põt, hic eſt. Et quia Lamia poſita eſt in tumulo, & opidum deſpectat regionem maxime ea parte, qua breue interuallũ eſt ad eam oppugnandam, & omnia ab illa parte in conſpectu ſunt, icirco cum Romani Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaret, non pari labore afficiebantur. Romani enim ſupra terrã opera agebant. Macedones ſubtus cuniculis oppugnabant. Ita receſſum ab Lamia eſt, & propinquae cladi urbis ipſi ne quid ſimile paterentur, effugerunt. } Lamia a Philippo oppugnata iuſſu conſulis liberatur, ut ipſa paullo poſt a conſule, & ab exercitu Romano capiatur, & praeda Romanorum ſit, non Macedonũ. Quem ſenſum non percepiſſe Glareanum ualde miror. Phaneas legationis princeps. } Graeci. φαινέας. Prope dicentem interfatus Romanum. Non in ſeruitutem, inquit. } Vet. lib. ſatis docent, uocem huic orationi deeſſe, ſine qua uix ipſa conſiſtere poteſt. Ibi enim ita eſt. Prope dicentem interfatus Romanum Phaeneas, Non in ſeruitutem, inquit. Vt ad Coracem uentum (mons eſt altiſſimus inter Callipolin, & Naupactum. } Callipolin in hoc tractu ſe legiſſe non meminit Glareanus. Itaq. aut Calidronum, aut Chalcidem pro ea reponendum putat. Quam autem recte putet, oſtendit Appianus, qui ita inquit. ὁ μὲν δὴ μάνιος ἐπὶ καλλίπολιν διὰ δὲ τὸ ὄρος, ὃ καλοῦσι κόρακα. Auditis legatis extemplo profectus Quinctius a Megalopoli ad Diaphanem praetorem Achaeorum miſit. } Merito uidendum eſſe admonet Glareanus, quid ſit, quod eodem uerſu Liuius Quinctiũ Chalcide fuiſſe, & a Megalopoli ad praetorẽ miſiſſe dicat. Eſt enim intelligendum Chalcidem hanc non Euboeae, aut Aetoliae, ſed Corinthi opidum fuiſſe. Quinctium autem Megalopolim profectum ad praetorem Achaeorum Meſſenem oppugnantẽ miſiſſe. Itaque, Megalopolim, legendum eſt, non, a Megalopoli. Siquidem ſubdit Liuius: Praetor circa Andaniã paruum opidum inter Metropolim, Meſſenemque poſitum Quinctio occurrit. De Chalcide Corinthia ſcribit Stephanus. itaque paullo poſt ait Quinctius: Corinthum ad ſe ueniret.

295 Diaphanem Pr. Achaeorum. } Diophanem. Plut. in Quinctio. διοφάνη στρατηγοῦντα τῶν ἀχαιῶν.

Pecunia pactus inſulam Achaeis tradidit. } Vet. lib. Pecuniam pactus. perſpicue uerum.

Ceterum ſicut teſtitudinem. } Apologus hic narratur item a Plutarcho, & in Quinct. & in Apophthegmaticis Quinctii. Dolopiam, Aperantiam, & Perraebiae quaſdam ciuitates. } Aperantia quae regio ſit, ſe ignorare fatetur ingenue Glareanus, ſuſpicari autem corruptum nomen eſſe. Videtur autem non legiſſe Stephanum ſcribentem ita. ἀπεράντια χώρα θετταλίας. πολύβιος εἰκοστῷ. neque Plutarchum in Quinctio, ubi huius facti meminit ita. ἀγομένων δὲ καὶ φερομένων ὑπὸ τοῦ μακεδόνος τοῦτο μὲν δολόπων καὶ μαγνήτων, τοῦτο δὲ ἀθαμάνων, καὶ ἀπεράντων. Ita paullo poſt Liuius. Athamaniam, Perraebiam, Aperantiam, Dolopiam. Eadem regio memoratur apud Thucydidem etiam, & Strabonem, & alios. Manu tamen annuit, quid in ſe opis eſſet? } Vet. lib. Abnuit, ideſt, manu negauit, quidquam in ſe opis eſſe. Plutarchus. τότε μὲν οὐδὲν εἰπών, ἀλλὰ στραφεὶς καὶ δακρύσας ἀπῆλθεν. Ad ludos, quos propraetor in Hiſpania inter ipſum diſcrimen pugnae uouiſſet. } Sic ſupra lib. xxxv. P. Scipio propraetor Luſitanos aggreſſus eſt. In diſcrimine pugnae ludos Ioui, ſi fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes, propraetor uouit. Ivventvtis aedem. in circo Maximo. } Iuuentatis lego. Sic enim Cicero in Bruto. Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senenſi proelio uouerat. Deae etiam Iuuentatis meminit in primo libro Liuius. M. Cornelio, T. Sempronio cos. } P. Sempronio lege. ex ipſo met Liuio, & Capitolino Conſulatu.

296 Chersonem petit, ut ea loca ſi forte terra uenirent Romani, praeſidiis firmaret. } Appianus ita. ἔς τε χερρόνησον διαπλεύσας πάλιν αὐτὴν ἐχύρου καὶ σιτόν, καὶ ὅπλα συνεκόμιζε, ὡς ἔδει τὴν φάλαγγα τὴν ῥωμαίων ἐς τὴν ἀσίαν ὁδεῦσαί τε καὶ περᾶσαι. Samvm, Xacynthumque, quia partis Aetolorum maluerant eſſe, depopulatus. } Vet. lib. Tamen, Zacynthumque. Ego, Samen. De Same inſula ſupra copioſe dictum eſt. Sic enim Virgilius etiam ex Homero. Sameque & Nemoroſa Zacynthos. Liuius autem praefectus claſſis Zacynthum populatus eſt, forte, quod neſciret, eam ab Achaeis Romano populo Quinctio ipſo agente conceſſam. Quod paullo ante factum eſſe ſcripſit. A Piraeeo A. Atilius traditis ſucceſſori quinque & xx nauibus tectis Romam eſt profectus Liuius una & lxxx roſtratis nauibus. } Haec ſic Appianus. λίβιος δὲ ὁ φύλαξ τῆς ἰταλίας ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν αἱρεθεὶς ἀτιλίῳ διάδοχος αὐτίκα ναῦς τε ἰδίας ναυσὶν, αἷς τὴν ἰταλίαν περιέπλει, καὶ παρὰ καρχηδονίων αὐτῷ τισὶ δοθείσαις. καὶ συμμαχίσιν ἄλλαις ἐς πειραιᾶ κατηχθη, καὶ τὸν ὑπ᾽ ἀτιλίῳ στόλον παραλαβὼν ὅπλεν κατάφρακτος ὀγδοήκοντα καὶ μίᾳ, ἐπιμένε μὲν διμήνος πεντήκοντα ἰδίας καὶ ἀκατάφρακτον καὶ τῶν δε τὰ ἥμισυ. Tertio die c nauibus, quarum l x x. } Vereor ut ſit legendum, cc nauibus, quia ſcribit Appianus. ἀντιπήγετο δὲ αὐτοῖς ὁ ναύαρχος τοῦ ἀντιόχου πολυξενίδας διακοσίαις ναυσὶ κουφοτέραις παρὰ πολύ.

297 Phanas portum Chorum. } Promontorium ait eſſe Stephanus φάναι ἀκρωτήριον τῆς χίου.

Obviae fuere iis v & xx tectae Rhodiae naues cum Pauſiſtrato praefecto claſſis. } Appianus vii & xx fuiſſe ait. ἔνθα αὐτοῖς ῥόδιαι νῆες συμμαχίδες ἦλθον ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν. Idem Pauſiſtratum, uocat παυσίμαχον.

Ad Canas claſſis uenit. Stephanus. αἰγάτας αἰολίδος ἄκρα ὡς στράβων, ἣ νῦν κάνη, καναὶ λέγεται.

Postero prr. creati. } Vet. lib. Poſtero die praetores creati.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XXXVII

Evmene rege Attali Pergameni filio.} Vet. lib. Eumene rege Pergami Attali filio. Qvi cum Antiocho bellauerat.} Vet.lib. Debellauerat.recte. Cognomine fratri coaequatus.} Libri ueteres, Exaequatus.

IN . LIBRVM . XXXVII

Qvod Laurentibus carnis,quae dari deberet,data non fuerat.} Dubitat Glareanus, ne quid uitij ſit in uoce,Carnis.neque enim legit Priſcianum,qui libro ſexto citatis his Liuij uerbis libro hiſtoriarum ab urbe condita xxxvii, oſtendit,Carnis in recto caſu etiam recte dici.praeterea idē habet, Quae dari debet,non,deberet.quae lectio eſt etiam ueuſtorum librorum. Medio ferme diei. } Vet. lib.Medio ferme die. Iam in ſinum Maliacum uenerat.} Si L. Scipio expoſito Apolloniae exercitu per Epirum,atque Theſſaliam in Aetoliam uenit,ut & ſuperiore uerſu ait Liuius,& paullo poſt,cū inquit,Ab Amphiſſa Theſſaliam repetit,uidendum eſt,quemadmodum in Maliacum ſinum uenerit,atque ante in ſinum uenerit,quam Hypatam . neque enim mari ueniſſe in ſinum ex uerbis Liuij intelligi poteſt,neque item ex Appiano,qui ita ait.πέμψας δὲ ἐκ τῶν ἀφικόμενος ἐς αἰτωλίαν μετὰ τὸ ὕπατα καὶ τὸ μανίου στρατὸν παραλαβὼν,τὰς μὲν ἐν αἰτωλίᾳ πολιορκίας ὑπερεῖδεν. Ex his autem locis, quae hoc loco nominata ſunt,Sinus Maliacus eſt ſupra Euboeam inſulam.Hypata eſt opidum Theſſaliae,ſiquidem eſt in Perraebia Theſſaliae regione. Amphiſſa Locrorum Ozolorum non longe a Naupacto . Cum ergo Scipio per Epirum & Theſſaliam in Aetoliam ueniret nuncios Hypatam,ut ſe dederēt,praemiſit,& re infecta ducit Amphiſſam Aetolorum,inde ab eius obſidione, inquit, Theſſaliam repetit, ut per Macedoniam,& Thraciam duceret exercitum in Aſiam.Haec cum ita ſint , apparet non in ſinum Maliacum , qui ſupra Euboeam eſt , Scipionem ueniſſe , ſed in finem Maliacum . Eſt autem Malea opidum in Perraebia Theſſaliae Liuio ipſo auctore itaque lib.xlii.ait.Per Theſſaliam , & Malienſem agrum cum exercitu contra foedus Delphos iſſi.Stephanus illos μαλιέας , hos μηλιέας uocat.ſic enim ſcribit μαλιὰς πόλις καὶ ἐπώνυμος τῶν μαλιέων . ὁ πολίτης μαλιεύς . ἐστὶ καὶ μαλιακὸς κόλπος . λέγονται καὶ μαλιεῖς . poſt autem . μῆλος νῆσος μία τῶν κυκλάδων . τὸ ἐθνικὸν οἱ μήλιοι,οἱ δὲ ἐν θετταλίᾳ μηλιεῖς . καὶ διὰ τὸ ἄλφα δωρικῶς μαλιεῖς . γίγνεται καὶ ἀπὸ τοῦ μῆλος μηλιεὺς , καὶ μηλιακὸς,καὶ μηλὶς ἡ χώρα. Vt autem hic dixit Finem Maliacum , pro , Fines , ſic lib. xxxiv.Finem Piſanum. Fecit autem illuſtris fama ſinus Maliaci,ut rudes librarij, Sinum Maliacum , pro Finem ſcripſerint. Cvm tribus millibus peditum, & quingentis equitibus conſul ueniebat.} In priore numero uitium eſt. Dixit enim paullo ante conſuli in ſupplementum data eſſe ciuium Romanorum peditum tria millia , equites centum,ſocium nominis latini quinque millia , equites ducentos. Et poſt.Ad quinque millia uoluntariorum ex Romanis ſocijsque,qui emerita ſtipendia ſub imperatore P.Africano habebant,praeſto fuere exeunti conſuli,& nomina dederunt.Quo fit, ut non tria ſed tredecim millia ſecum duxerit. Equitum etiam numerus auctus eſt,quod edixit,ut milites, qui in Bruttijs cum A.Cornelio propr.eſſent,adeſſent. xii etiam millia ſecum adduxiſſe M. Acilium , qui ante ſe rem geſſerat,ſcripſit. 298

Itaqve & Hannibalem in Syriam miſerat ad Phoenicum accerſendas copias. } Appianus ita. ἀντίοχος δὲ περὶ τῆς δὲ τοῦ ναυαρχίας πυθόμενος,ἀννίβαν ἔπεμπεν ἐπὶ συρίας ἐς ναῦν ἄλλων ἔκ τε φοινίκης, καὶ κιλικίας παραλαβεῖν. In portum,quem uocant Achaeorum.} Sic Appianus. καὶ νεὼς μὲν αὐτῷ καὶ ἄλσος, καὶ ὁ ἀχαιῶν λιμὴν,καὶ τινὰ ἄλλα προείδετο. Elevnte.} Elaeunte . ſic enim Graeci . Pygela portum tenuit.} Stephanus.πύγελα πόλις ἰωνίας. Qvinqve tantum naues cum duabus Cois effugerunt , terrore flammae micantis uia ſibi inter confertas naues facta.} Septem,non, quinque, edit Appianus . καὶ τῶν νεῶν ἑπτὰ μὲν , αἱ τὸ πῦρ ἔφερον , ὁ ἑτέρος αὐτῶν διὰ τὴν φλόγα προΐεντες ἰσαγον. Cymae, aliaeque eiuſdem orae urbes. } Vet.lib.Cyma. Item Appianus. κύμη . καὶ ἐπὶ τῇ δὲ τῇ ἰκη φώκαια αὖθις, καὶ σάμος, καὶ κύμη πρὸς ἀντίοχον μετετίθετο. Evmenes Elaeam uenit.} Appianus. ὤχετ᾽ εὐμενὴς ἐς ἐλαίαν τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπίνειον ἄλλας. 299

Inde ad Macrin, (quam uocant)inſulam tranſiecit.}Macrin Euboeam dictam eſſe auctores ſunt: Strabo, Stephanus,Dionyſius τῆς περιηγήσεως Eſſe praeterea alteram inſulam Macrin inter Cycladas tradit Euſtathius in Dionyſium his uerbis. ἐλέγετο δὲ μάκρις καὶ κυκλάδων μία ἡ ἴκαρος,ἀφ᾽ ἧς νομίζουσί τινες εἰρῆσθαι καὶ τὸ ἰκάριον πέλαγος Clavsvmqve iam mare cōmeatibus Italicis erat.} Vet.lib Id mare. 300

Obviam a Liuio.} Vet.lib.Ab Liuio. Sive enim abſcedant.} Vet.lib. Si enim. probo. Nam ſequitur,Sin autem. In Telmeſsicum profecti ſinum.} Vet. lib. Telmiſsicum . & Graeci τελμισσὸν opidum uocant. In Bargylletico ſinu.} In uet.lib.eſt . In Bargilyam,& Icoſcon. non eodem illud quidem, uerum ita tamen, ut appareat Bargyliaco eſſe legendum.Graeci enim βαργυλία , & βαργυλιακὸν κόλπον uocant. Arcemqve regni Pergamum ducit oppugnandum.} Vet.lib.Oppugnandam.

Qvae ad tranſitum Helleſponti eſſent.} Opus eſſent,malim.ſic enim ſuprà. Helleſpontum petebat,ut ad tranſitum exercitus praepararet quae opus eſſent . & infra . Praeparare , quae ad tranſitum

Helleſponti

Helleſponti opus eſſent. Non ſtratos, non infrenatos magna pars habebant equos.} Supra infrenatum poſuit, pro eo qui careret freno, cum ſcripſit lib. XXI. Equites frenatos, & infrenatos ut hoc loco infrenatos pro frenatis poſuit, ut paullo poſt infrenare pro frenare. Equos non ſternere, non infrenare, aut conſcendere facile poterat.

Secvtvs effuſos, quoad totum fuit.} Legendum, quoad tutum fuit. ſic paullo poſt. Inſequi, quo ad putarent tutum, iuſsit.

301 Agrvm opulentum, quem uocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum.} Homerus Iliados β λαρ πατὸ. διαπορθήσας, καὶ τεί χεα θήβης. & α. ᾠχόμεθα ἐς θήβην ἱερὴν πόλιν ἠετίωνος. Multos alios uerſus afferre poſſum, quibus Thebes Homerus ita meminit, ut uere Liuius nobilitatam ab eo fuiſſe dixerit. Per eoſdem dies forte Elaeam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus Diophanes omnibus his copiis praepoſito, acceſſerunt.} Appianus ita. ἧκον δὲ καὶ παρὰ τῶν ἀχαιῶν ἀμαεῦ σύμμαχοι χίλιοι πεζοὶ καὶ ἱππεῖς ἑκατὸν ἐπίλεκτοι, ὧν διοφάνης ὁ στρατηγός. Praesidivm mille armatorum.} Vet. lib. Trium millium.

302 Philippvm, & Nabin hoſtes & bello ſuperatos ab T. Quinctio, tamen in regno relictos.} Perſpicue apparet legendum eſſe, Vt bello. Vt autem pro Quamuis accipiendum, cum ſequatur, Tamen. Vel uictam ſemel claſſem uincere iterum.} Vet. lib. Iterum uincere. A sva parte belli.} Ab ſua. & item, ab Samo. ex uet. lib. Myonesvs promontorium eſt inter Teium, Samumq.} Teum legendum eſt ex uet. lib. & Graecis. Stephanus ita. μυόννησος πόλις μεταξὺ τέω, καὶ λεβέδου. Item. τέως πόλις ἰωνίας. οἱ πολῖται τήϊοι.

303 Evdamvs Rhodius} Eudorum hunc uocat Appianus. Aptivs uiſum eſſet Romanis, in eum portum, qui ante urbem eſt, claſſem tranſire.} Vet. lib. Claſſe. Ab Romanis LXXX naues pugnabant, ex quibus Rhodiae duae & XX erant. Hoſtium claſsis undenonaginta nauium fuit.} Appianus. ἐς ναυμαχίαν συνίεσαν πολυξενίδας μὲν ναυσὶν ἐν. ἐνήκοντα καταφράκτοις, λεύκιος δὲ ὁ ῥωμαίων ναύαρχος ὀγδοήκοντα καὶ τρισὶ, καὶ τούτων ἦσαν ἐκ ῥόδου πέντε, καὶ εἴκοσιν. Quibus ex uerbis apparet apud Liuium, quinque & uiginti, legendum. Qui error ex nota numeri emanauit, V, & II. Qvadraginta duabus nauibus in ea pugna amiſsi, quarum tredecim captae in poteſtatem hoſtium uenerunt. ceterae incenſae aut demerſae. Romanorum duae naues fractae ſunt. uulneratae aliquot. Rhodia una capta memorabili caſu.} Haec ſic Appianus. Καὶ διεφθάρησαν ἀντιόχου νῆες μιᾶς δέουσαι τριάκοντα, ὧν τρισκαίδεκα αὐτοῖς ἀνδράσιν ἑάλωσαν, ῥωμαίων δὲ ἀπώλοντο μόναι δύο. καὶ ὁ πολυξενίδας τὴν ῥοδίαν ναῦν ἐπαγόμενος ἐς τὴν ἔφεσον κατήχθη. Rhodia una capta memorabili caſu. Nam cum roſtro percuſsiſſet Sidoniam nauem, anchora ictu ipſo excuſſa e naue ſua, unco dente, uelut manu ferrea iniecta, alligauit, alterius proram. inde tumultu iniecto, cum diuellere ſe ab hoſte cupientes inhiberent Rhodii, tractum anchorale, & implicitum remis latus alterum deterſit. debilitatam ea ipſa, quae icta cohaeſerat, nauim cepit.} Qui loci huius ſententiam aſſecuti non ſunt, quae lectione uetere continebatur, ij dum emendare conati ſunt, penitus deformarunt. alij autem. Tractum Anchorale. alij tracta Anchora, & implicita remis, ex ingenio repoſuerunt. Cum ſit in uet. libris omnibus. Tractu anchorali, & implicitum remis latus. hoc ſenſu. Rhodia nauis, inquit, una capta memorabili caſu. Nam cum ipſa roſtro percuſsiſſet Sidoniam nauem; anchora ictu ipſo e naue ſua Sidonia excuſſa, unco dente, uelut manu ferrea alligauit Rhodiae proram, &, cum inde diuellere ſe tumultu iniecto cupientes Rhodii inhiberēt, tractu anchorali latus alterum Rhodiae nauis remis implicitum deterſit. Ita debilitatam Rhodiam nauem Sidonia, quae ante a Rhodia percuſſa cohaeſerat, cepit. Eſt igitur haec tota oratio referenda ad rectum illum caſum, Anchora, quae & alligauit prorā Rhodiae nauis, & tractu anchorali latus eius alterum remis implicitum deterſit. Duo enim ſignificat incommoda ab illa anchora eſſe illata, alterum ab unco dente, quo alligata Rhodiae prora eſt, alterum a loris, quibus anchora tenetur, a quibus remi alterius lateris eiuſdem nauis deterſi, atque reciſi ſunt. Hunc etiam ſenſum expreſsit Appianus ita. μιχρὶ ῥοδίας νεὼς ἐς σιδονίαν ἐμβαλούσης, καὶ τῆς πληγῆς ἀπὸ τόνου γενομένης ἐς τὴν ῥοδίαν ἐπάγη τε καὶ συνεδήθησαν ἄμφω πρὸς ἀλλήλας. Ariaraten.} Ariarathen. Graeci enim ἀριαράθην. Direptis ante portum nauibus, cum confeſsionem conceſsi maris ultimam hoſti expreſsiſſet.} Lege, Directis. ea enim & ueterum librorum lectio. & is fuit mos, ut uictores in conſpectu eorum, qui uicti eſſent, inſtruerentur, & ea re confeſsionem uictoriae ab hoſte elicerent. Itaque lib. priore ait: Iis adiunctis Epheſum hoſtem perſecuti, ante oſtium portus acie inſtructa ſteterunt. Poſtea quam confeſsionem uictis ſatis expreſſerunt &c. Rhodias parte praedae, & ſpolijs decoratas.} Vet. li. Rhodios, &, Decoratos.

304 A chalcide Oreum petentem.} Appianus, a Chalcide Demetriadem, habet. ἐς δημητριάδα ἐκ χαλκίδος διαπλέοντα. Alexandriam Troadem.} Appianus τὴν ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ γρανίκῳ uocat. Non ſolum frenis, ſed etiam iugo accepto.} Plutarchus aliter in Apophthegmatis. Non ſolum freno, ſed etiam inſeſſore. alluſit autem ad apologum equi, de quo Ariſtoteles lib. II. Rhetoric. Plutarchus autem ſic. ἴδει πρότερον, ὦ ἵππε, ἀλλὰ μὴ νῦν. ὁ πότε καὶ τὸν χαλινὸν, καὶ τὸν ἀναβάτην προσδέδεξαι. Recepit ſe tranſgreſſus Phrygium amnem, circaque Magneſiam, quae ad Sipylum eſt, poſuit caſtra.} Appianus ita. μεταστρατοπεδεύων ἀμφὶ τὸ ὄρος τὸ σίπυλον, τειχός τε κρατερὸν τῷ στρατοπέδῳ περιετείχιζε, καὶ τὸν φρύγιον ποταμὸν ἐν προβολῇ τοῖς μακεδόσιν ἐτίθετο. Cn. Domitivs ad explorandum iter.} γναῖον δομί-

nos hūc appellat Plutarchus in Apophthegmatis. Sic enim inquit: γάϊος δομίτιος, ὃν σκηπίων ὁ μέγας ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ ἀδελφῷ λευκίῳ προκατέστησεν ἐν τῷ πρὸς ἀντίοχον πολέμῳ. CONSVL Achaeorum cetratis immiſtos auxiliares Eumenis tria millia ferme peditum aequata fronte inſtruxit. } Glareanus hunc locū, ut obſcurum, notauit. idemq. Achaeos auxiliares, & cetratos Pergamenos interpretatur. quo ſenſu nullus foedior eſſe poteſt. cum cetratos Achaeos, Pergamenos Eumenis auxiliares accipere debeamus. interprete Appiano. ἐπὶ δὲ τοῖς ἰταλοῖς, ὁ εὐμενοῦς στρατὸς ἐτάσσετο, καὶ ἀχαιῶν πελτασταὶ περὶ τρισχιλίους.

TRIBALLOS, & Cretenſes. } Vet. libri habent, Tralles, & Cretenſes. Appianus κρῆτας, καὶ τραλλιανούς. Glareanus tamen & hoc libro, & libro XXVII, pro Trallos, & Tralles, utrobique Triballos reponit. ſcilicet, quia ignorat Stephanum ita ſcribere. τραλλία μοῖρα τῆς ἰλλυρίας, λέγο. ται καὶ τράλλοι, καὶ τράλλεις παρὰ θεοπόμπῳ. Puto autem apud Appianum eſſe mendoſe τραλλιανούς, pro τράλλεις. Siquidem Tralliani ſunt e Trallibus opido Lydiae, eodem Stephano auctore. Ergo & hic & paullo poſt uetus lectio retinenda eſt, & Tralles legendum inuito Glareano. SEXDECIM elephantos poſt triarios in ſubſidio locauerunt. } Vet. lib. XV. Appianus certum numerum non apponit, paucos tamen fuiſſe ait. τῶν δ' ἐλεφάντων οὐκ εἶχον ἐκ λιβύης ἰδέσθαι νομίζων ἔσεσθαι χρήσιμον, ὀλιγοτέρων τε ὄντων καὶ βραχυτέρων, οἷα λιβύων, ἔστησαν ὄπισθεν ἅπαντας. 305

X ET SEX millia peditum more Macedonum armati fuere, qui Phalangitae appellabantur. Haec media acies fuit in fronte, in decem partes diuiſa. } Appianus. Ἀντιόχῳ δ' οὖν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι, καὶ τούτων τὸ κράτιστον ἦν ἡ φάλαγξ ἡ μακεδόνων ἄνδρες ἑξακισχίλιοι, καὶ μύριοι. ἴστη δ' αὖ τοὺς ἐν μέσῳ διελὼν ἀνὰ χιλίους, καὶ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη. AD latus dexterum Phalangitarum mille, & quingentos pedites Gallograecorum oppoſuit. his tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipſi appellant), adiunxit. addita his ala mille ferme equitum. agema eam uocabant. } Satis conſtat, ſi ſententiam ſequi auctoris uolumus, quingentos equites, & tria millia equitum, eſſe legendum. Quin etiam, equitibus ab utraque parte Gallograecis phalangem clauſam, atque munitā fuiſſe tradit Appianus his uerbis. τοσοῦτον μὲν οὖν τὸ πεζὸν ἀντιόχῳ ἱππεῖς δὲ ἑκατέρωθεν αὐτοῦ παρατετάχατο, γαλάται τε κατάφρακτοι. καὶ τὸ λεγόμενον ἄγημα τῶν μακεδόνων. εἰσὶ δὲ καὶ οἵδε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι. καὶ παρ' αὐτὸ ἄγημα λέγεται. τὰ μὲν ἐξ ἴσου τῆς φάλαγγος ἦν ἑκατέρωθεν. Quae eadem uerba, & quid ſit Agema, docent, & nihil huic loco deeſſe, contra quam cenſet Glareanus, probant. AGEMA eam uocant. Medi erant lecti uiri. } De Agemate Arrianus, & Curtius, qui de rebus Alexandri ſcripſerunt, item Suidas ita, Ἄγημα τὸ πρῶτον τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων, καὶ ἵππων, καὶ πεζῶν. οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς μακεδονικῆς συντάξεως κρατοῦν ὅπλοις καὶ σωμάτων ἀξίᾳ. Liuius lib. XLII. Delecta & uiribus, & robore aetatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hanc ipſi legionem uocabant. ARGYRASPIDES a genere armorum appellabantur. } Appianus item. ἱππεῖς ἀργυράσπιδες. Diodorus tamen in Alexādro non equites, ut Appianus, ſed pedites nominat. τὸ τῶν ἀργυρασπίδων τάγμα διαφέρον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι, καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ. DAHAE deinde equites ſagittarij. } Veteres libri, Dacae. Appianus item. ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι δάκαι. DVO millia & ſeptingenti Myſi ſagittarijs adiuncti erant. } Vet. lib. Sagittarij, recte. Appianus enim Myſos ſagittarios uocat, aeque atque Dacas. ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι δάκαι, καὶ μυσοί, καὶ ἐλυμαῖοι. At Elymaeos etiam ſagittarios uocat Liuius. AB laeuo cornu phalangitis adiuncti erant pedites. } Equites legendum. ut ſupra. ET ſimiliter his armati duo millia Cappadocum ab Ariarathe miſſa rege. } Appianus: Καὶ καππαδόκαι τινὲς οὓς ἔπεμψεν ἀριαράθης. INDE auxiliares miſti omnium generum. } Appianus: καὶ μιγάδες ἄλλοι ξένοι. ET tria millia cataphractorum equitum. } Appianus: κατάφρακτοί τε ἵπποι ἐπὶ τοῖς δὲ ἕτεροι. ET mille alij equites regia ala leuioribus tegumentis ſuis, equorumque. } Regiam alam, ἑταιρικὴν. i. amicorum, & ſodalium uocat Appianus. inquit enim: καὶ ἣν ἐκάλουν ἑταιρικὴν εὐσταλὴς ὡπλισμένην κοῦφα. Arrianus libro primo uocat. τῶν ἑταίρων τὴν βασιλικὴν ἴλην. ANTE hunc equitatum falcatae quadrigae. } Quaerit Glareanus, quem equitatum intelligat Liuius hoc loco. Huic ego reſpondeo, equites omnes intelligi, quos paullo ante in laeuo cornu rex collocauit, Gallograecos, Cappadoces, Miſtos, Cataphractos, Regiam alam, hincque etiam perſpici, Gallograecos equites, non, Pedites, eſſe legendum. CAMELI, quos appellabant dromadas. } Appianus. Ἄραβες οἱ καμήλους ὀξυτάτας ἐπικαθήμενοι τοξόται. GLADIOS habentes tenues, longos quaterna cubita. } Appianus. καὶ μαχαίρας ὅτε πλησιάζοιεν ἐπιμήκεις, καὶ στενὰς ἔχοντες. INDE Neocretes mille, & eodem armatu Cares, & Cilices. } Appianus. κρητῶν τε τραλλιανῶν, καὶ κιλίκων ἐς τὸν κρητῶν τρόπον ἐσκευασμένων.

PRIMI Tarentini. } Sic lib. XXXV. Et cum omnium primum agmen conſtituit, dein Cretenſes auxiliares, & quos Tarentinos uocabant, equites binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit. De iiſdem Tarentinis equitibus meminit etiam Aelianus de inſtruendis aciebus. REX ipſe in dextro cornu erat. Seleucum filium, & Antipatrum fratris filium in laeuo praepoſuit, media acies tribus permiſſa, Minioni, & Zeuſidi, & Philippo magiſtro elephantorum. } Appianus; ἐπεστάτει δὲ τοῖς μὲν δεξιοῖς ἱππεῦσιν ἀντίοχος αὐτός. τοῖς δ' ἐς θάτερα σέλευκος ὁ υἱὸς ἀντιόχου. τῇ δὲ φάλαγγι φίλιππος ἐλεφαντάρχης. καὶ τοῖς προμάχοις μένδις τε, καὶ ζεῦξις. Hinc ego Mendi, Zeuxidi lego. ET humor toto fere graui armatu. } Hanc rem ſic expreſsit Frontinus, lib. IV. Stratag. L. Scipio in Lydia cum die, ac nocte imbre continuo uexatum exercitum Antiochi uideret, nec homines tantum, aut equos deficere, uerum arcus quoque madentibus neruis inhabiles factos, exhortatus eſt ſuos, ut poſtero quamuis religioſo die, committeretur proelium, quam ſententiam ſecuta uictoria eſt. AVXILIA enim ſubſidiaria, quae proxima. }

Vet.

Vet.lib.auxilia enim,ſubſidiaque,quae proxima. ET pila inter turbatos coniecere.} Vet. lib. Et pila in perturbatos. Recte.dixit enim paullo ante. Ibi ſimul perturbati ordines. CVM SOLVTIS ordinibus uelut caeci ſuper alios alij ruerent,& incurſu belluarum obtererentur.} Vet.lib. Super alios alij ruentes incurſu belluarum obtererentur.

306 AD QVINQVAGINTA millia peditum.} Appianus. περὶ πεντακισμυρίους. ROMANORVM ALIQVOT uulnerati ſunt.ceciderunt non plus CCC pedites, quattuor,& uiginti equites. & de Eumenis exercitu quinque & uiginti.} Quinque & decem edit Appianus. ἐφάνησαν δὲ νεκροὶ ῥωμαίων μὲν τῶν ἐξ ἄστεως ἱππεῖς εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ πεζοὶ τριακόσιοι μάλιστα, οὓς ὁ ἀντίοχος ἔκτεινεν. εὐμενοῦς δὲ ἱππεῖς πεντεκαίδεκα μόνοι. AB Thyatira.} Stephanus neutro genere efferri hanc uocem ait.eodemque modo Appianus, & ceteri uſurparunt.Itaque ab Thyatiris legendum eſſe uideretur,niſi Stephanus muliebri genere proferri poſſe ſubſignificaret. CVM S. P. Q. R. pacem comprobauerint.} Vet. lib. Comprobauerit. ADVERSA pugna in Vacetanis.} Vet.lib.In Vaſtetanis. Strabo lib. III. meminit etiam in Hiſpania τῆς βαστητανίας. L. AEMILII propraetoris.} Cum in omnibus libris legatur,Proconſulis,emēdauit tamen Glareanus, Propraetoris,ut alias ſaepe,ſine cauſſa.ſiquidem ait Plutarchus in uita eius,hunc cum imperio conſulari in Hiſpaniam profectum eſſe,neque tamquam praetorē ſex faſces, ſed duodecim ut conſulem attuliſſe.ἐπὶ τοῦτον τὸν πόλεμον ὁ αἰμίλιος ἐξεπέμφθη στρατηγὸς, οὐχ ἓξ ἔχων πελέκεις ὅσους ἔχουσιν οἱ στρατηγοῦντες ἀλλὰ προσλαβὼν ἑτέρους τοσούτους, ὥστε τῆς ἀρχῆς ὑπατικὸν γενέσθαι τὸ ἀξίωμα. Ita. Cic. lib.primo de Leg. L.Gellius ex praetura pro cos.in Galliam miſſus eſt. C.VALERIVS C. F. Tappo.} Tappus.ex lapid.Capitol.

CVM ceteri centurias non expleſſent.} Non explere centurias eſt, (quod ſe ignorare Glareanus fatetur) centuriarum legitima ſuffragia non conficere. ET IN eum ſupplementum.} Vet. lib. Et in eius ſupplementum. ET VT ſupplementum ſcriberet.} Vet. lib. Et ut in ſupplementum ſcriberet. Sic ubique Liuius. L. PLAVTIVS Hypſeus.} Hypſaeus ex nummis argenteis, & Graecis libris.

307 L. BAEBIVS Diues Hiſpaniam ulteriorem.} Vet. lib.L.Baebius Diues ulteriorem. recte.praeceſsit enim Hiſpaniam citeriorem.

308 SPEM magnam in poſterum amplificandi regni faciebat.} Vet. lib. Ampliandi. L. ARVNCVLEIVM, L. Aemilium Paullum.} Hic non eſt L. Aemilius Paullus L. F. in Hiſpania proconſul, ſed L. Aemilius Paullus M. F. de quo meminit in anno DXLIX. CERTARE pio certamine cuiuslibet bonae artis,ac uirtutis auſi ſumus cum parentibus quaeque ciuitas,& conditoribus ſuis.} Obſcurum hunc locum,& fere uitiatum eſſe non ſcripſiſſet Glareanus, ſi Priſcianum legiſſet, uirtutem huius loci oſtendentem lib.XVII. ubi de diuerſis perſonis agit.ut Virgil. Diuellimur inde Iphitus, & Pelias mecum. EXTRA eundem Telmiſſum,& agrum.} Vet.lib. Extra eundem Telmiſſum, & caſtra Telmiſsium, & agrum.

309 ID cum aegre paterentur tot nobiles,nouum ſibi hominem tantū praeferri,P.Sempronius Gracchus.} Vet.lib.Nouum ſibi hominem praeferri, tantum P. Sempronius. hoc ſenſu. cum tot nobiles aegre ferrent honorem noui hominis,nemo tamen niſi tribuni pl.duo diem ei dixerunt. C. SEMPRONIVS Rutilius.} Rutilus.ex ratione cognominum. CENSORES T.Quinctius Flamininus, M Claudius Marcellus creati.} Hunc Marcellum Marcelli quinquies conſulis filium fuiſſe tradit Plutarchus in cenſura Quinctij.

QVOD L. Aemilius in Hiſpania proſpere remp.geſsiſſet.} Vet. lib. Quod L. Aemilius Paullus in Hiſpania proſpere rem geſsiſſet. MARE pacatum erat deuicto Antiocho. cogitantique Fabio cui rei potiſsimum inſiſteret,ne otioſam prouinciam habuiſſe uideri poſſet, optimum uiſum eſt in inſulam Cretam tranſijcere.} Senſus poſtulat,ut legas.Cogitanti itaque Fabio. Cuius erroris cauſſa perſpicua ſatis eſt. Sic ſaepe alias.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XXXIIX

TECTOSAGOS.} Tectoſagas.ut poſt dicam. ET cum eo loca,quae tenent, occupauerantque,referuntur.} Vet.lib.Et quando loca,quae tenent,occupauerint,referuntur. ACTA per ſe cauſſa.} Vet.lib. Pro ſe. A PETILIO Acteo tribuno pl.} Vet. lib. A Q.Petillio tribuno pl.

QVOD praeda cum Antiocho capta aerarium fraudaſſet.} Vet.lib. Praeda ex Antiocho. POSTQVAM is dies uenit,euocatus in roſtra.} Vet. li. Poſtquam dies uenit,is euocatus in roſtra. QVI antea Scipionibus inimicus erat.} Vet.lib.Fuerat. CVM populus quaeſtores in bona eius publice poſsidenda miſiſſet.} Lege,Cum praetor quaeſtores.ſic enim Liuius. In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publice quaeſtores praetor miſit. SED nequaquam tantum in aerarium redactum,quantae ſummae erat damnatus.} Voces illae,In aerarium,delendae ſunt,neque enim in ueteribus libris reperiuntur,neque apud Liuium.cuius haec uerba ſunt libro hoc extremo. QVAE neceſsitati ei erat ad cultum retenta.} Lege ex ueteribus libris,& ex ipſomet Liuio,cuius haec uerba ſunt: Quae neceſſaria ei erant ad cultum,redempta.

IN . LIBRVM . XXXIIX

Pars una Heracleam.} Acarnaniae Heracleam intelligit, cuius meminit Stephanus. Trachin dicta λακεδαιμονίων κτίσμα. Strabo. Nihil ne bellum haberent, priuſquam paene in conſpectu hoſtis erat, praemeditati.} Vitioſa ſententia eſt haec ſine dubio. Quid enim ſibi uult? Priuſquam paene in conſpectu erat. Ego mentem ſcriptoris ſecutus legendum cenſeo. Nihil ne bellum haberent prius (nam paene in cōſpectu hoſtis erat) praemeditati. hoc ſenſu. Miſerunt legatos ad tentandam pacem Romam, nihil praemeditati, ne bellum haberent prius. i. priuſquam pax tentaretur. Quod ipſum imminebat. Nam hoſtis in conſpectu paene erat, quod M. Fuluius in Epirum exercitum traniecerat. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipiteſque robuſtos incutiebant.} Quo pacto tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, aut ſtipitum iecerint in arietes, uix ſe intelligere ait Glareanus. Non dubito uero, quin planiſsime intellecturus ſit, ſi quemadmodum aduerſum arietes proſint culcitrae, laquei, lupi, & columnae grauiores, a Vitruuio didiciſſet. & Liuius lib. XLII. Arietem admotum libramento plumbi grauatum ad terram urgebant. Cumulus repente terrae eminens.} Vet. lib. Tumulus repente terra eminens. Quam diu rem traherent.} Vet. lib. Quod diu rem traherent. Tyrrheon.} Vet. lib. Tyrrheum. 310

Succedens murum.} Vet. lib. Muris. Imperium, maieſtatemque populi R. gens Aetolorum conſeruato ſine dolo malo.} Clauſula eſt haec foederum, de qua ſic Cicero pro Cornelio Balbo. Adiunctum illud etiam eſt, quod non eſt in omnibus foederibus: Maieſtatem populi R. comiter conſeruent. id habet hanc uim, ut ſit ille in foedere inferior. Nam cum alterius populi maieſtas conſeruari iubetur, de altero ſiletur, certe ille populus in ſuperiori condicione cauſſaque ponitur, cuius maieſtas foederis ſanctione defenditur. Obsides XL arbitratu conſulis Romano.} Vet. lib. Romanis. quod placet, quia praeceſsit. Corcyraeorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. 311

T. Qvinctio, Cn. Domitio cos.} L. Quinctio, lege ex ipſomet Liuio, & Capitolinis conſulibus. Aeniade.} Oeniadae. ex Thucydide, Stephano. ut ſupra. Attalvm igitur fratrem acceſſit.} Vet. lib. Fratrem eius. i. Eumenis. Hieram comen.} Stephanus ἱερὰ κώμη, δῆμος καρίας. Hvivs amnis fontes Celenis oriuntur. Celenae urbs caput quondam Phrygiae fuit.} Celaenas, addita diphthongo, ſcribendas eſſe, Graecorum ſcriptura oſtendit. Loquitur autem de fontibus Maeandri fluminis, de quo eadem Solinus cap. XLIII. Ex arce Celaenarum Maeander amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuoſus inter Cariam, & Ioniam praecipitat in ſinum, qui Mileſum diuidit, & Pirenem. Et Marſyas haud procul a Maeandri fontibus oriens in Maeandrum cadit.} De hoc flumine, quod ad hunc locum pertinet, egregie Q. Curtius lib. III. Media illa tempeſtate Celaenarum moenia interfluebat Marſyas amnis, fabuloſis graecorum carminibus inclytus. Fons eius ex ſummo montis cacumine excurrens in ſubiectam petram magno ſtrepitu aquarum capit. Ceterum quandiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet. at cum extra munimenta ſe euoluit, maiore ui, ac mole agentem undas Lycum appellant. Eadem Strabo lib. XII. de Marſya. Ad Gordiutichos.} Stephanus. γορδίου τεῖχος πόλις μίδου κτισθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς γορδίου. i. Gordiutichos urbs Midae condita a filio Gordio, nam pater Gordius Gordium urbem condidit. Quod cum ita ſit, ergo ineptiſsime Glareanus, qui Gordiutichos populos eſſe arbitratus eſt, & Orcaorcos emendandum eſſe cenſuit. Ad Tabas tertijs caſtris peruentum.} In finibus Piſidarum poſita eſt urbs, in ea parte, quae uergit Pamphylium mare.} De Tabis ſic Stephanus. τάβαι πόλις λυδίας. οἱ δὲ φασὶ τὸν κίβυραν καὶ μάρσυαν ἀδελφοὺς, τὸν μὲν κτίσαι κίβυραν πόλιν, τὸν δὲ τάβας. Tvm quoque equites in agmen Romanum eruptione facta haud modice primo impetu turbauere.} Equites rectus eſt caſus. Tabenſium autem equites intelligit. Sic paullo poſt. Apparuere cū magno tumultu hoſtium equites, nec turbarunt tantum ſtationes Romanas repente inuecti. Hoc dixi, quia hac de re laborare ualde Glareanus uidetur. Havd procul Cibyra erant, nec legatio ulla a Moagete tyranno ciuitatis eius.} Moagetem tyrannum Cibyrae extremum fuiſſe ſcribit Strabo lib. XIII. ἡ κιβύρα ἐτυραννεῖτο ἀεὶ, ἐπὶ μοαγέτου δὲ ἡ τυραννὶς τέλος ἔσχε. Praeter Cibyram Syleum.} Steph σύλαιον πόλις φρυγίας, τινὲς δὲ παμφυλίας. A Cibyra per agros Sidenſium.} Sida maritimum eſt Pamphyliae opidum, Sinda Piſidiae mediterraneum, neque a Cibyra ualde remotum auctore Strabone lib. XII, & XIII. Itaque Sindenſium, non Sidenſium legendum. 312

Praeter Caralitin paludem.} Huius paludis meminit Strabo lib. duodecimo non longe ab Iconio, quod eſt in Lyaconia, de qua tamen ſe nihil legiſſe ait Glareanus. Ad Mandrupyum manſerunt.} Vet. lib. Mandropum. Vereor ne Mandropolis ſit, de qua Stephanus. μανδρόπολις φρυγίας πόλις.

Ad Lyci fluminis fontem.} Cum antea legeretur, Lyſis, atque ita in omnibus manuſcriptis libris legatur, Glareanus tamen emendauit, Lyci. quam recte ipſe uiderit. Ego potius ueterem ſcripturam retinendam cenſeo. Termesenses eo tempore.} Antea legebatur Thermenſes, a Termeſo autem Termeſenſes correxit Glareanus. Ego autem ueterem hoc etiam loco ſcripturam tueor. id autem ut faciam peruetuſtum quoddam decretum, quod Romae uiſitur, me impellit, in quo ita eſt. QVEI THERMENSES . MAIORES . PEISIDAE . FVERVNT, QVEIQVE . EORVM . LEGIBVS . THERMENSIVM MAIORVM . PISEIDARVM . ANTE K . APRIL . QVAE . FVERVNT . L . GELLIO, CN . LENTVLO COS . THERMENSES . MAIORES . PISIDAE . FACTI . SVNT . &c. Eſt autem Termeſus urbs Piſidiae,

ſidiae, Strabone, Stephano, Euſtathio auctoribus. IN agrum Salagaſſenum. &c. colunt Piſidae.} Stephanus item. σαγάλασσος πόλις πισιδίας. Contra Ptolemaeus in Lycia ſtatuit. pro Liuio eſt Arrianus li. primo. ἦν δὲ σαγάλασσος οὐ μικρὰ πόλις πισίδαι δὲ καὶ ταύτην ᾤκουν. AD Beundos, quod uetus appellant.} Beudos legendum. Ptolemaeus enim βεῦδος παλαιὸν uocat. AD Maeandri fontes.} Vet. lib. Ad Alexandri. Glareanus ad Maeandri reſtituit. Ego ad Alandri. non enim uidit Glareanus, ſi ad Maeandri fontes conſul iret, eum regreſſurum, nó progreſſurum fuiſſe. Iam autem finibus Toliſtoboiorum uicinus erat, inter quos paullo poſt meminit Liuius fluminis Alandri. AD xx millia ſeceſsione facta a Brenno in Thraciam iter auerterunt.} Suidas eandem hiſtoriã recitat in uoce. γαλάται. οἱ δὲ ἐπὶ θρᾴκης καὶ τὸν ἀσίαν ἐτρέποντο ἀμφὶ τὰς δύο, καὶ μάλιστά πη καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες, καὶ κρατήσαντες τῷ πολέμῳ πάντων μέχρι τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ ταύρου, ἀσιανῶν γενῶν τοὺς μὲν ἄλλους ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο φόρου, αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τὸν ἅλυν ποταμὸν χωρία κατασχόντες ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ βιθυνῶν τε καὶ καππαδοκῶν κτήματα. TOLISTOBOGIORVM.} Vet. lib. Toliſtoboiorum. Recte ſic. Stephanus. τολιστόβιοι ἔθνος γαλατῶν ἱστορίων μετοικησάντων ἐκ τῆς κελτογαλατίας εἰς βιθυνίαν. Item Appianus in Syriaca. γαλατῶν τε ἔθνη τεκτοσάγαι τε, καὶ τρόκμοι, καὶ τολιστόβοιοι. Iidem tamen Toliſtobogij etiam dicti ſunt. CVM Lomnorio, ac Lutario regulis.} Vet. lib. Lonorio. Strabo, Leonorio. quo pacto legendum eſſe puto. Eius haec uerba ſunt, ubi de Aſiaticis Gallis loquitur lib. XII. ἀρχηγοὶ δὲ μάλιστα δοκοῦσι τῆς περαιώσεως τοῖς εἰς τὴν ἀσίαν γενέσθαι λεοννόριος.

313 TECTOSAGI.} Apud Graecos hi populi modo Tectoſagae, modo Tectoſages uocantur, ut Appianum, & Strabonem. Item Stephanus ait. τεκτόσαξ, ἔθνος γαλατικὸν ἀπὸ πατρὸς τεκτοσάγης λέγεται, καὶ τεκτοσάγαι. In uet. lib. etiam non Tectoſagi legitur, ſed Tectoſages. SEMEL primo congreſſu ad Aſiam eos olim fuderunt. maiores noſtri ex eo tempore per ducentos iam annos pecorum in modum conſternatos caedunt, fugantque.} Loquitur de Alienſi clade. Itaque lege, ut eſt in uet. lib. Semel primo congreſſu ad Aliam olim fuderunt maiores noſtros. ex eo tempore &c. In priore autem membro, ſubaudiuntur Galli, in poſteriore, Maiores noſtri. MAGIS uereor, ne.} Vet. lib. Magis id uereor, ne.

GENEROSIVS in ſua quidquid ſede gignitur.} Aſſentior Florebello legenti, Quidque.

AD ALIATTOS caſtra poſita.} Stephanus. ἀλυαττὰ χωρίον βιθυνίας. Eo miſsi ad Epoſſognatum redierunt, & legati compulſi reguli orantes.} Vox, Compulſi, non eſt in uet. lib. ut ſit, legati miſsi ad Epoſſognatum, & legati reguli Epoſſognati eo redierunt. ET ipſum in eam gentem iturum, & Epoſſognatum.} Vet. lib. Et ipſum in eam gentem iturum Epoſſognatum.

TYMBRETI fluuio.} Vet. lib. Thymbri. Graeci etiam ut Strabo, ut Stephanus, θύμβριν ποταμὸν nominant. IN Propontidem ſe effundit.} Loquitur de Sangario flumine. Itaque malim legi in Pontum, quam in Propontidem. Sic enim Arrianus lib. I ὁ δὲ σαγγάριος αἱ μὲν πηγαὶ ἐκ φρυγίας εἰσὶν αὐτοῦ δὲ διὰ τῆς τῶν θρᾳκῶν τῶν βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν εἰς τὸν εὔξεινον πόντον. Ita Euſtathius in Dionyſium. TRANSGRESSIS ponte perfecto flumen, praeter ripam euntibus Galli Matris magnae a Peſsinunte occurrere cum inſignibus ſuis, uaticinantes, &c.} Hanc hiſtoriam ſic expreſsit Graece Suidas. γναῖος ὁ ὕπατος ῥωμαίων διερχόμενος ἐγεφύρωσε τὸν σαγγάριον ποταμὸν τελέως κοῖλον ὄντα, καὶ δύσβατον, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν στρατοπεδευσαμένῳ παραγίνονται γάλλοι παρ' ἀττίδος καὶ βαττάκου τῶν ἐκ πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἔχοντες πρὸς τῷ ἰδίῳ καὶ τύπους, φάσκοντες προσαγγέλλειν τὰ θεὰν νίκην καὶ κράτος, οὓς ὁ γναῖος φιλανθρώπως ὑπεδέξατο.

TRIA maria pari ferme diſtantia interuallo hẽt: Helleſpontum ad Sinopẽ, & alterius orae litora, quae Cilices maritimi colunt.} De Gordio urbe loquitur, de qua ſic Curtius li. III. Gordiũ Sangarius amnis interfluit pari interuallo Pontico, & Cilicio mari diſtans. TECTOSAGOS.} Tectoſagas. ut ſupra. ORGIAGO, & Colombolomanus.} Legendũ Ortiagon. ex Vet. li. Floro, eo, qui ſcripſit de uiris illuſtribus, & Suida. inquit. n. ὀρτιάγων γαλάτης, &c. OLYMPVM monte petere.} Hoc in bello crebra eſt mentio Olympi montis, ad quem uicti Toliſtobogij ſunt. pro quo Didymũ reſtituẽdum eſſe cenſet Glareanus. Quã uere autẽ ita cenſeat, oſtendit Appianus in Syriaca, ubi huius belli meminit ita. μάλιος τῶν γαλατῶν τοὺς τολιστοβοίους ἀναφυγόντας ἐς τὸν μύσιον ὄλυμπον ἐπιμόχθως τῷ ὄρει ἐπιβὰς ἐτρέψατο φεύγοντας, ἕως ἀπέκτεινε.

ET Triballi Thraces.} Vet. lib. Et Tralli, & Thraces. recte. neque enim aſſentiendum eſt Glarea-
314 no, qui pro Trallis Triballos inuexit, quos Illyriorum eſſe populos ſupra docuimus. NVNC caeci per uias, per inuia.} Perſpicua menda eſt in uoce, Nunc, pro qua libri ueteres habent, Ruunt.

ANCYRAM nobilem in illis locis urbem.} Sic Suidas in uoce. γαλάται. ἐπὶ γαλάτας ἐστρατεύσαντο ῥωμαῖοι κοινωνήσαντες ἀντιόχῳ τῆς ἐπὶ τῷ σεπύλῳ μάχης, καὶ συμπεσόντες αὐτοῖς περὶ πόλιν ἄγκυραν μακρὰν σφῶν ἡγομένου μυρίους μὲν τῆς μαχίμου ἡλικίας καταβάλλουσι, &c.

ACTAE ſunt pacis cõdiciones.} In uet. lib. alijs Ictae, alijs, Iactat. Ego, Dictae. quia ſubiungit. Fi-
315 nis rei, quia abſentibus ducibus imponi non poterat. Sic paullo poſt. Eo & ab Antiocho legati, & ab ipſis Gallis, ut pacis leges dicerentur. TECTOSAGI, & Trocmi.} Vet. lib. Tectoſagae. ARIARATIS Cappadoces, & Morzi auxiliares.} Morzis, uidetur eſſe legendum. fuit autem Morzes rex Paphlagoniae, & Ariarathes Cappadociae. Quamobrem auxiliares Morzis Paphlagones intellexit. Sic li. XXXVII auxiliares Eumenis Pergamenos intellexit, ideſt, auxilia, quae ſecum ad bellum Romanum, aut Eumenes adduxit, aut Morzes. Hoc dico, quia utroque in loco haeret Glareanus, hoc autem etiam turpius, quod Morzi an populi ſint ambigit. cum tamen Strabo li. XII. Paphlagonum fuiſſe regem, & eius regiam fuiſſe Gangra, cui Deiotarus ſucceſſerit, tradat his uerbis. ὑπάτης δὲ τῆς παφλαγονίας ὀρέξ δηϊοτάρου

μὲ κατέρας ὑὸς ὁ στρατηγὸς ἀδοὺς φιλαδελφοὺς τὸ μαρξεις βασίλειον ἔχων τὰ γάγγρα. QVATTVOR ſoli praeteriti ſunt, nemo curuli uſus honore.} Haec uerba uertit ſic Plutarchus in Quinctio. ἐξέβαλον δὲ τῆς βουλῆς ἐκ' ἀγαν ἐπιφανῶν τέσσαρες. IN Cephaleniam.} duplicandam eſſe in hac uoce litteram ll docet Euſtathius in Dionyſium his uerbis. τὸ δὲ κεφαλλῆνας καὶ τὴν κεφαλληνίαν ἐν δυσὶ λλ ὁ παλαιὰ χρῆσις ἅπαντα ἔχει.

OBSIDES inde imperatos pro uiribus inopes populi uicenos Neſiotae, Cranonij, Paleníes, & Samei dederunt.} Cum in omnibus ante libris legeretur, Vicenos autem Cranonij, emendatum eſt, Vicenos Neſiotae, Cranonij, ut quattuor qui fuiſſe dicuntur Cephalleniae populi redderentur. Quorum tres omnium conſenſu fuerunt Cranij, Pallenſes, Samaei. quartum Thucydides lib. II. προνναίους, uocat, Strabo lib. x προνήσους nominat, pro quibus Neſiotae reſtituti ſunt. Cranij certe a Cranio, ut ait Stephanus, non Crannonij a Crannone, legendum eſt. SED triplex ſcutale crebris ſuturis duratum.} Hunc locum citat Priſcianus lib. VI. ex libro T. Liuij ab urbe cond. XXXIIX. iiſdem uerbis. ut de hac lectione, de qua alij laborarunt, laborandum eſſe non uideatur.

PORTICVS ex ea pecunia Megalopoli permiſſu Achaeorum refecta eſt, quam Lacedaemonij diruerant.} Vet. lib. Porta, habent. AGER Belbinatis.} Belbinitis ſcribendum, auctore Stephano, qui ita ſcribit. βέλβινα πόλις λακωνική, τὸ ἐθνικὸν βελβινίτης, ὡς αἰγινίτης DISCIPLINA Lycurgi, cui per octingentos annos aſſueuerant.} Admonuit Glareanus, uideri legendum eſſe ex Chronicis Euſebij, Per ſeptingentos annos. quam lectionem reperi quoque in uet. lib. 316

C. CATINIVS.} C. Atinius. ex alijs Liuij locis. ut ſupra in tribunatu plebis eiuſdem. IN prouinciam ad exercitum redire.} Vet. lib. Et ad exercitum. EO anno in aedem Herculis ſignum Dei ipſius ex decem uirorum reſponſo, & ſeiuges in Capitolio aurati ab Cn. Cornelio poſiti. conſulem dediſſe inſcriptum eſt.} Hoc totum dubium eſſe ait Glareanus, quia nec conſulis nomen expreſſum eſt, nec annus. cum tamen utrumque falſum ſit, ſi, quod omnino faciendum eſſe uidetur, a P. Cornelio, legeris. ut intelligamus P. Cornelium Naſicam, qui biennio ante cos. de Boijs triumphauit hoc demũ anno ſeiuges dedicaſſe. curaſſe tamen inſcribendum, Eos a P. Cornelio conſule eſſe datos. ideſt, dum conſul eſſet, non poſtquam conſulatu abierat. Cognomen autem reticuit, quia eius conſulis recens memoria erat. Quod de alijs Cornelijs conſulibus multis ante annis non ita procederet. errandi etiam cauſſa perſpicua eſt. a P. ab. inde duplicata litera c, ut praenominis nota exſiſteret. HISPANIS legiones ſingulae.} Lege, Hiſpanijs, quia ſubdit. Quae tum in ijs prouincijs erant. C. VALERIVS Tappo.} Tappus, ut iam ſaepe dixi. ex Capit. lapid. EX Valerij plebiſcito.} Vet. lib. Valerio. quod placet. ut enim lex Valeria, ſic Valerium plebiſcitum. Ita apud Gellium, Atinium plebiſcitum. 317

A PERGA L. Manlio fratre cum IV millibus militum Oroanda & miſſo. & poſt, Qui tum forte ab Oroandis redijt.} Oenoanda urbs eſt Pamphyliae auctore Stephano. Strabo mendum habet lib. XIII extremo. προσγενομένων δὲ τριῶν πόλεων ὁμόρων βουβώνων, βαλβούρων οἰνιανδέων τε. cum ſit legendum οἰνοανδέων τε. Appianus lib. IV. οἰνοανδεῖς nominat, cum autem hic Pamphyliae alia, Lyciaeque opida nominentur, profecto Oenoanda legendum, non Oroanda, quae inter Gallograecos eſſe ſupra traditum eſt.

NEVE nauigato citra Calycandrum, neue Sarpedonem promontoria.} Calycadnum legendum eſt, ex Strabone, & Appiano in Syriaca, cuius in hoc foedere narrando haec uerba ſunt. ὅρος μὲν ἀντιόχῳ τῆς ἀρχῆς εἶναι δύο ἄκρας καλυκαδνόν τε καὶ σαρπηδόνιον. καὶ τάσδε μὴ παραπλεῖν ἀντίοχον ἐπὶ πολέμῳ. De Sarpedone item Strabo. DE Hannibale Poeno, & Aetolo Thoante, & Mnaſimacho Acarnane, & Chalcidentibus Eubulo, & Philone dedendis.} Vet. lib. Eubulida. Egregie. ſic enim lib. priore. Thoantem quoque Aetolum dedetis, & cum eo Mnaſimachum Acarnana. & Chalcidenſes Philonem, & Eubulidam. Quo in nomine laborauit Glareanus.

CIRCA templum Bendidium.} Vet. lib. Mendidium, At Strabo meminit ſacrorum Bendidiorum apud Thracas lib. x. ἀθηναῖοι πολλὰ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο. καὶ δὴ καὶ τὰ θράκια καὶ τὰ φρύγια. τῶν μὲν γὰρ βενδιδείων πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ φρυγίων δημοσθένης. Glareano tamen Mendidium placet. 318

THRAVSI gens & ipſa Thracum.} θραύσους uocat Stephanus eoſdem, quos ἀγαθύρσους. ET ſupra cetera Aemilius.} Vet. lib. Super, ideſt, ultra. PARIETES, poſteſque nudatos. quos adorent, ad quos precentur, & ſupplicent Ambracienſibus ſupereſſe.} Vet. lib. Quos adorent, ad quos precentur, & ſupplicent Ambracienſes, non ſupereſſe. Quae lectio probatur, quia ſententiam Ciceronis reddit, quae eſt in Diuinatione. Seſe iam ne deos quidem in ſuis urbibus, ad quos cõfugerent, habere, quod eorum ſimulacra ſanctiſsima C. Verres ex delubris religioſiſsimis ſuſtuliſſet.

NE CONSVLE inimico Romam ueniret.} Vet. lib. Rediret. DE omnibus his conſultum ſenatum, populumque iuſiſſe.} Particula Que, uacat, ex uet. lib. Senſus eſt. Bella ſuperiora omnia auctoritate patrum iuſſu populi eſſe ſuſcepta. neque ea ante a populo iuſta eſſe, quam patres auctores ſint facti. VELVT auium examina ad crepitum primum miſsilium auolauere.} Vet. lib. Velut apium examina. ut lib. IV. Fumone uicti, uelut examen apum inermi cedetis hoſti. OBLIVIO deorum capiat pectora ueſtra.} Vet. lib. Noſtra. SEC cauſſam apud uos P. C accuſantibus meis ipſe legatis dico.} Vet. lib. Accuſantibus me his legatis. Quod probo. neque enim legatos decem ad conſtituendam prouinciam miſſos a ſenatu imperator ſuos legatos appellauerit. EA de illis quoque, qui Aſiam incolunt, exiſtimetis Gallis. remota uniuerſae gentis infamia.} Vet. lib. Ea de illis quoque, 319

qui

qui Aſiam incolunt exiſtimetis. Gallos remota uniuerſae gentis infamia, atque inuidia per ſcipſos aeſtimate. In ſollemnibus uerbis habet.} Malim, Vrbis.

320 P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias auctor eſt) duo Quincti Petilij diem dixerunt.} Appianus item in Syriaca, duos tribunos plebis tradit. καὶ δύο δήμαρχοι δωροδοκίας αὐτὸν ἐγράψαντο, καὶ προδοσίας. & Plutarchus in Catone Petillios. ὡς ἐπὶ σκιπίωνα τοὺς περὶ πετίλλιον. & in li. apophtheg. πετιλλίων δὲ καὶ εἰπόντων πολλὰ πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ κατηγορησάντων. ex quibus locis intelligi poteſt Petilios duob. LL. eſſe ſcribendum, ut eſt etiam in Capit. lapid. alter enim eorum Q. Petilius Spurinus nono abhinc anno eſt praetor, & paullo poſt in conſulatu moritur. Locris Pleminianum tumultum.} De quo lib. XXIX.

Morientem iure eo ipſo loco ſepeliri ſe iuſsiſſe, ferunt.} Rure, malim. Non quae ab Antiocho modo pecuniae factae forent.} captae, malim.

321 Huic rogationi primo Q. & L. Nummij intercedebant.} Primo, abeſt a uet. lib. Porro autem, Mummij, lego. quae gens notiſsima eſt. L. quidem Mummius decem abhinc annis praetor eſt.

Omnes tribus, uti rogaſſet, iuſſerunt.} Vti rogas. ut iam ſaepe admonui. Ceterum ad hunc nimis equum, aut iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio. Fieri reum ad praetorem, pro apud praetorem dictum eſt. Suet. in Tiberio. Fannium Caepionem reum maieſtatis ad iuuenes fecit, & condemnauit. Sic lib. XL. Perſeum ad patrem accuſauit. Et ad portam Capenam mulſum proſecutis funus dediſſe.} Mulſum οἰνομέλι uocat Plutarchus, cum hanc eandem rem tradit in li. Apophth. ἀποθανόντος δὲ ἴοις ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν παραγιγνομένοις ἐνέχει πίνειν οἰνόμελι. Ab eadem fiducia animi, cum quaeſtores pecuniam ex aerario contra legem promere non auderent, popoſciſſe claues, & ſe aerarium aperturum dixiſſe, qui ut clauderetur effecit.} Plutarchus ſic hoc in Apophtheg. χρήματα δὲ τῆς συγκλήτου λαβεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ ταμιείου ψηφισαμένης, τῶν δὲ ταμιῶν οὐ βουλομένων ἀνοῖξαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, αὐτὸς ἀνοίξειν ἔφη· καὶ γὰρ κλείεσθαι δι' αὐτὸν πλήσαντα χρημάτων τοσούτων τὸ ταμιεῖον. Cum L. Scipio, & accuſatus damnatus ſit.} Vet. li. Et accuſatus, & damnatus ſit. Cum a porta recte ad forum ſe contuliſſet.} Recta. ex uet. lib.

Haec de tanto uiro, quamquam & opinionibus, & monumentis litterarum uariarent, proponenda erant.} Vet. lib. Quam & opinionibus, i. dicendum fuit, quemadmodum de tanti uiri rebus his ſcriptores inter ſe diſcordarent. Mirabile enim uideri uult, auctores in tam illuſtris uiri rebus prodendis non idem ſcripſiſſe. Vt in carcere inter fures nocturnos, & latrones uir clariſsimus includatur.} Vet. lib. In carcerem.

322 Et in robore, ac tenebris exſpiret.} Valerius li. VI. Cap. III. Quinetiam familiares Gracchorum, ne quis reip. inimicis amicus eſſe uellet, de robore praecipitati ſunt. Feſtus. Robur quoq. dictus eſt in carcere is locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſteis includebatur.

323 Non paſſurum inter hoſtes populi Ro. L. Scipionem in carcere, & in uinculis eſſe.} Voces illae L. Scipionem, uidentur uacare. initio enim huius periodi poſitae ſunt. L. Scipionem, qui regem opulentiſsimum orbis terrarum deuicerit, qui plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit, non paſſurum inter hoſtes populi R. in carcere, & in uinculis eſſe.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XXXIX

A censoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone uir & belli, & pacis artibus maximus motus eſt ſenatu L. Quinctius.} Lege M. Porcio Catone, uiro & belli, & pacis artibus maximo. in has enim eius laudes digreditur hoc libro Liuius, ubi de cenſura eius loquitur. quae laudes L. Quinctio nec tribuuntur, nec tribui iure poſſunt. Qvod cum Galliam prouinciam conſul obtinuerat rogatus a Philippo Poeno.} Vet. lib. Rogatus in conuiuio a Philippo Poeno. Pollentia, & Piſaurum.} Potentia. ut poſt dicam. Cvivs origo inde uenit.} Vet. lib. Inde fluxit.

IN. LIBRVM. XXXIX

324 Circvmsessi & expugnati ſunt.} Et, uacat. ex uet. lib. Qvi in agrum Piſanum, Bononienſemque incurſauerant, ut coli non poſſent.} poſſet, Vet. lib. Svbactis cis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus, in his, & Friſinates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius.} Veteres libri Friniates habent, non Friſinates. Legi tamen non poteſt, Friniates, quod ij & cis Apenninum fuerint, & a Flaminio ſubacti ſint, ut paullo ante ait Liuius. Quare puto legendum eſſe Briniates. ſunt enim tranſmontani teſte Liuio lib. XLI. ubi de Liguribus populis uerba facit, ita. Cis Apenninum Garuli, Lapicini, & Hercates. trans Apenninum Briniates fuerāt. Sunt autem haec Ligurum populorum nomina apud Liuium. Apuani, Briniates, Celelates, Cerdiciates, Epanterij, Friniates, Garuli, Hercates, Iluates, Ingauni, Intemelij, Lapicini, Statellates. Item. Montani, Alpini, Traſmontani, Cis Apenninum, Trans Apenninum. De Apuanis & Montanis ita Cato in Fragmentis, quae dicuntur eſſe Originum. Ad Macrae fontes eſt Apua oppidum, Apuanos Ligures uocant. Montanos uero omnes Ligures, qui a Macra in Nicaeam effunduntur. Apuani ab Arno ad Macram. & C. Sempronius

mus ita. Pars Apennini a Nicaea ad fontes Macrae Ligures montanos alit, a fontib. uero Macrae ad fontes Tiberis Apenninum colunt Ligures Apuani. & paullo poſt. Ab Nicaea ad Macram tenent Ligures Montani, a Macra ad Arnum & portum Ligurnum Ligures Apuani. quos ſequuntur Ligures Etruſci Populonij, a quo ad Tiberim ſunt Etruſci Ligures Tyrrheni. & Liuius lib. XL. Adortus a Piſis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluuium incolebant, in deditionem accepit. Item Montanorum Ligurum uineae caeſae. De Ingaunis & Epanterijs lib. XXIIX extremo ſic ait Liuius. Inde ad oram Ligurum Alpinorum claſſem admouit. Ingauni, (Ligurum ea gens eſt) bellum ea tempeſtate gerebant cum Epanterijs montanis. De Illuatibus autem lib. XXXII. De Ingaunis, & Intemelijs lib. XL. De Celelatibus, & Cerdiciatibus lib. XXXII. De Statellatibus lib. XLII. Poſtremo Sempronius omnem oram maritimam uſque ad Tiberim Liguriam dictam eſſe tradit. VIAM a Bononia perduxit Arretium.} Loquitur de conſulibus C. Flaminio, M. Aemilio, quorum illum uiam a Bononia Arretium, hunc a Placentia Ariminum ait perduxiſſe. Cuius loci memini, quia aliter Strabo prodidit lib. V. Flaminium a Roma per Etruriam Ariminum, Lepidum ab Arimino Bononiam, atque inde in Aquileiam: uerba eius ſunt haec. ἄλλη δ' ἐστὶ αἰμιλία διαδεχομένη τὴν φλαμινίαν. συνυπάτευσαν γὰρ ἀλλήλοις μάρκος λέπιδος. καὶ γάϊος φλαμίνιος. καθελόντες δὲ λιγύας, ὁ μὲν τὴν φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ ῥώμης διὰ τυῤῥηνῶν, καὶ τῆς ὀμβρικῆς μέχρι τῶν περὶ ἀρίμινον τόπων. ὁ δὲ τὴν ἑξῆς μέχρι βονωνίας, κἀκεῖθεν εἰς ἀκυληΐαν. DONIS militaribus donauit.} Gellius lib. V. cap. VI. M. Cato obiecit, inquit, M. Fuluio Nobiliori, quod milites per ambitionem coronis leuiſſimis de cauſis donaſſet. Coronis autem donauerat, quia uallum curauerant, aut quia puteum ſtrenue foderant. II PRIMVM lectos aeratos, ueſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, & quae tum magnificae ſupellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam aduexerunt.} Mónet Glareanus, ut uideamus, quemadmodum Lectos aeratos, Liuius acceperit. putatque intellexiſſe Liuium lectos, in quibus dormirent, cum accipiendum ſit de ijs, in quibus accumberent. Antiquos enim tribus ſtratis lectis epulari ſolitos, unde Triclinia dicta ſunt, ſcribit Seruius. Vnde Virgil. Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto, & Heliogabalum tradit Lampridius ſolido argento lectos triclinares habuiſſe. Id autem ita eſſe docet Plinius, qui lib. XXXIV. cap. III. hunc locum tractans ait, Triclinia aerata abacosque, & monopodia Cn. Manlium Aſia deuicta primum inuexiſſe triumpho ſuo. & Macrobius lib. III. ex Indice Metelli. Triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt. EPVLAE quoque ipſae & cura, & ſumptu maiore apparari coeptae, tum coquus uiliſſimum antiquis mancipium, & aeſtimatione, & uſu in pretio eſſe.} Hoc ſic Athenaeus lib. VI. extremo. Νῦν δὲ ὡς θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν φιλιππικῶν, οὐδεὶς ἐστὶ καὶ τῶν μετρίως εὐπορουμένων, ὅστις οὐ πολυτελῆ τράπεζαν παρατίθεται, μαγείρους δὲ καὶ θεραπείαν ἄλλην πολλὴν κέκτηνται.

M. FVLVIVS. Si aut ſimultas.} Malim, Tum Fuluius. Si aut ſimultas. Sic libro XLV. Tum Seruilius: Quantus imperator &c.

C. CATINII, & L. Manlij.} C. Atinij. Vet. lib. Vt ſupra. M. FVRIO Luſco.} Furiorum 324
cognomen eſt Fuſus, ut eſt in Cap. tabulis, non Luſcus, aut Fuſcus, ut eſt in uulgatis, & manuſcriptis libris. QVI aperta religione propalam & quaeſtum, & diſciplinam profitendo animos errore imbueret.} Vet. lib. Horrore. i. metu religionis. ſequitur autem. Sed occultorum antiſtes ſacrorum. libro X. Qui perfundere religione animum poſſet. FALSA ſigna, teſtimoniaque, & iudicia ex eadem officina exibant.} Indicia, lego. ut ſit. Falſi indices. Index autem eſt, qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat impunitate propoſita. Pedian. Haec autem indicia falſis aliorum teſtimoniis confirmabantur. P. AEBVTIVS.} Aebutius. ut ſupra. BACCHIS eum ſe initiaturam.} Quia primo id ſacrarium feminarum fuit, nec uir quiſquam eo admitti ſolitus fuit, propterea quaſi Baccharum ſacrum eſſet, Bacchis initiari, dixerunt, qui ſe ſacro illi committeret. NE VOX quiritantis, cum per uim ſtuprum inferatur, exaudiri poſsit.} Vet. lib. Cui per uim.

HANC ſummam inter eos religionem eſſe.} Vet. lib. Religionis. ADIVTORES triumuiris 325
quinqueuiri, uti cis Tiberim ſuae quiſque regionis aedificijs praeeſſent.} Non exſtat uerbum, ad quod referatur uox illa, Adiutores. neque enim a ſuperiore, Mandatum eſt, regi poteſt. Suſpicor igitur legendum ita. Adiutores triumuiris quinque uiri dati, uti cis Tiberim. Creauit autem errorem librario uox, Vti, quae ſecutura erat poſt Dati, atque earum alterum ob ſimilitudinem (ut fit) praetermiſit. ſic lib. XL. Poſtulantibus tamen ijs, quinqueuiri ab ſenatu dati. MAIORES ueſtri ne uos quidem niſi cum aut uexillo in arce poſito comitiorum cauſſa exercitus edictus eſſet, aut plebi concilium tribuni edixiſſent, aut aliquis ex magiſtratibus ad concionem uocaſſet, forte temere coire uoluerunt.} His uerbis centuriata comitia deſcribit, & tributa, & concionem. Haec omnia aliorum auctoritate ſcriptorum comprobabo. Gell. lib. XV. Cap. XXVII. Centuriata comitia intra pomerium fieri nefas, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari ius non ſit. propterea centuriata in campo haberi, exercitumque imperari praeſidij cauſſa ſolitum, quoniã populus eſſet in ſuffragiis ferẽdis occupatus. De uexillo in arce Ianiculi poſito, & Ianiculo ipſo dũ centuriata haberẽtur comitia cuſtodito, ſcribit Dio. lib. XLVII. in conſulatu Ciceronis, ita. πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει προσοικούντων, φοβούμενοι μήποτε ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τὰς λόχους ἐπιθῶνταί τινες τῇ πόλει τὸ ἰανίκουλον καταλαβόντες, ἐνόμισαν μὴ πάντας ἅμα ψηφίσασθαι, ἀλλὰ τινὰς ἀεὶ ἐνόπλους τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐκ διαδοχῆς φυλάττειν καὶ αὐτὸ ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία

ὄν, ἐσείρετο. ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τότε σημεῖον καθῃρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο. οὐ γὰρ ἐξῆν μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκεῖνο ἐᾶν ἔτι χρηματίζεσθαι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίνετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἀνάγκην εἶχον εἰς αὐτὰς συνιέναι. De Tributis comitiis, quod uerius, plebis concilium dicitur, ſic Gellius eodem loco. Qui non uniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe iubet, non comitia, ſed conſilium edicere debet. Tribuni autem neque aduocant patricios, neque ad eos referre de re ulla poſſunt. De concione ita lib. XIII. Cap. XV. Aliud eſt cum populo agere, aliud concionem habere. Nam cum populo agere eſt rogare quid populum, quod ſuffragijs ſuis aut iubeat, aut uetet; Concionem habere, eſt uerba facere ad populum ſine ulla rogatione. & Feſtus lib. III. Concio conuentus, qui a magiſtratu, uel ſacerdote aliquo per praeconem conuocatur. QVOTIES hoc patrum, auorumque aetate.} Hac de re ſcribit lib. IV. & lib. XXV. M. ET L. CATINIOS de plebe Romana.} Vet. lib. M. & Catinium Hinc ego. M. & C. Atinios ut ſupra. Plebeius homo dicitur qui e gente plebeia eſt, i. non patricia. de plebe autem is, qui non eſt e ſenatorio ordine.

326 SOCIVM, ac Latini nominis.} Vet. lib. Socium Latini nominis. Vtraque forma dicendi uſitata.

NEC prius ſequendi Ligures finem, quam Romani fugae fecerunt.} Nec, abeſt a uet. lib. optimo ſenſu. i. ante deſijſſe inſequi Ligures, quam Romanos fugere. ut infra. Nec inſiſtere perculſis hoſtes. Neque enim ueriſimile eſt, Romanos, qui plerique arma abiecerant, proelium inſtauraſſe. nec Ligures compreſſa fuga Romanorum eſſe regreſſos. uerum tantam fuiſſe Romanorum fugam ſignificat, ut ante Ligures defatigati ſint in ſequendo, quam Romani in fugiendo. LVDI Taurilia per biduum facti religionis cauſſa, apparatos deinde ludos M. Fuluius, quos uouerat Aetolico bello, fecit.} Vet. lib. habent. Decem apparatos deinde ludos. Ex quo ſuſpicor ſcripſiſſe Liuium: Per dies decem apparatos. ut ſit. Per dies decem fecit ludos. Nam de Taurilibus, dixerat, per biduum. Sic autem de ludis eiuſmodi loquitur ubique. ut paullo poſt. L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi uouiſſe ſeſe dicebat ex collata ad id pecunia ab regibus, ciuitatibusque per dies decem fecit. & lib. XLII. Ludos per dies decem Ioui Opt. Max. primo quoque die faciendos. & libro XL. Ludi uotiui Q. Fuluij cos. per dies decem magno apparatu facti. IN VENETIA.} Ambigit de hac uoce Glareanus, quae tamen eſt apud Paterculum lib. II. Florum de bello Cimbrico, Euſtathium in Dionyſium, & Liui. lib. LI.

INCHOATA initia a Philippo ſunt.} Vet. lib. Ab ipſo Philippo ſunt. VNA ea res, cum uicto leges imponerentur, maxime angebat.} Vet. lib. Vna cum res. PERRAEBI Connocondylum.} Nuſquam legiſſe ſe hoc opidum ait Glareanus. ego, Gonnocondylum, legendum puto, uocem iunctam ex duobus opidorum nominibus, quorum meminit Liuius lib. XLIV. Hic locus tam ſuapte natura infeſtus per quattuor diſtantia loca praeſidijs regijs fuit inſeſſus. unum in primo aditu ad Gonnum erat, alterum Condylon caſtello inexpugnabili. De Gonnis, uel Gonno opido Perroebiae ſupra etiam meminit Liuius.

327 PETRAM in Pieria ab ijſdem Theſſalis, Perroebisq. captam.} Petram opidum negat uſpiam reperiri Glareanus. at Plutarchus in Paullo ait. διὰ Περραιβίας παρὰ τὸ Πύθιον, καὶ τὴν Πέτραν.

XYNIAS quidem haud dubie Aetolicum opidum.} Xyniae quid ſint, ſe neſcire ait Glareanus. at Stephanus ait tamen. Ξυνία Θετταλίας πόλις. Πολύβιος εἰκοστῷ. τὸ ἐθνικὸν Ξυνιεύς. ET Paracheloida, quae ſub Athamania eſſet.} Ne Paracheloida quidem nouit Glareanus, cum Paracheloitas ſtatuat Strabo, & inter Theſſalos, & inter Aetolos. Sic enim lib. IX. ἐρέτριαν ὁμώνυμον τῇ Εὐβοϊκῇ. παραχελωίτας καὶ τούτους ὁμωνύμους τοῖς αἰτωλικοῖς, καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐστὶ ἀχελῷος ποταμὸς πλησίον λαμίας, παρ' ὃν οἰκοῦσιν οἱ παραχελῶιται. De Theſſalica hic loquitur. TRICCA, Phaloria, & Eurymenae.} Tria Theſſaliae opida ſunt, auctore Stephano. De Phaloria autem ita ait: φαλώρια πόλις Θετταλίας. ταύτην ῥιανὸς φαλωρίαν καλεῖ.

ALTERVM deridiculum eſſe.} Vet. lib. alterum ridiculum eſſe. VIAM regiam, quae ad Thraciae Paroreiam ſubeat.} Quid ſit Paroreia, ſibi non conſtare ſcribit Glareanus. Duas tamen Paroreias prodit Stephanus, unam Arcadiae, Alteram Macedoniae. Quae cauſſa effecit, ut Liuius dixerit, Paroreiam Thraciae, ut eam ab Arcadia diſtingueret.

328 QVO in numero me eſſe uelitis, refert.} Vet. lib. Referte. quod placet, quia ſequitur. Pergite, ut coepiſtis facere. L. IVVENTIVM Taluam.} Thalnam. ex conſulibus Capitolinis. L. PORCIVS Licinium.} Licinus. ex conſul. Cap.

329 ET cogitatio quam nox non ex aequo diſceptatio futura eſſet.} Nox, uacat. ſic paullo poſt. Et quam non ex aequo diſceptatum apud Caecilium foret. ex uet. lib. Ceterum Arei huius & Alcibiadis hiſtoriam multis uerbis apud Pauſaniam inuenies in Achaicis expoſitam.

330 CN. MANLIVS Volſco.} Vulſo. ex tab. Cap. L. FVRIVS Purpurio.} Purpureo. ex tabul. Cap. T. ET M. SEMPRONII Longus, & Tuditanus.} Ti. & M. ex tab. Cap.

331 CONSENSERANTQVE praeter L. Flaccum, qui collega in conſulatu fuerat, candidati omnes ad deijciendum honore.} Vet. lib. habent: Coierantque, & ad deiiciendum honore eum. Miror autem Geleni úpro, Coierant, Conſenſerant, repoſuiſſe; cum Coire in hac re proprium uerbum ſit, unde Coitiones appellatae. Sic Pedianus in toga cad. Coierunt ambo, ut Ciceronem conſulatu deiicerent. Quo de dicendi genere ſupra etiam diximus. Coire, συμφρονῶν uocat Plutarchus in Catone. Si igitur praeter L. Flaccum candidati reliqui coierant, profecto recte Plutarchus, qui competitores ſeptem Catonis

nis fuiſſe ait. Quod Glareanus non uidit, qui, apud competitorem L. Flaccum, legit. NONAGESIMO anno Sergium Galbam ad populi adduxerit iudicium.} Seruium, lege. quod eſt praenomen Sulpiciorum Galbarum. ſic Plutarchus. σερβὶν γάλβα κατηγόρησεν ἐνενήκοντα γεγονὼς ἔτη. Cicero tamen ab utroque diſſentit. quippe ex cuius uerbis eliciatur ex lib. de Senectute Catonem non amplius, quam LXXXIV annos uixiſſe. ſi quidem natus eſt anno poſtquam Q. Fabius Maximus primum conſul fuit. mortuus Manlio, & Cenſorino conſulibus. Malim ego librarij erratum, quam Liuij. ſiquidem apud cũ, qui ſcripſit de uiris illuſtribus, eſt. Galbam octogenarius accuſauit. ut octogeſimo hic etiam ſit legendum. neque enim uitium eſt apud Ciceronem, ut cenſet Glareanus. SEPTEM mouerunt ſenatu ex quibus unum inſignem, & nobilitate & honoribus L. Quinctium Flamininum conſularem.} Plutarchus ſic uertit. ἐξέβαλε τῆς βυλῆς ἄλλυς τε συχνὰς καὶ λεύκιον κοίντιον ὕπατον μὲν ἑπτὰ πρότερον ἐνιαυτοῖς. SPECTACVLVM gladiatorium.} Vet. lib. Gladiatorum. NOBILEM Boium cum liberis transfugam ueniſſe.} Citat haec uerba ex Liuio Plutarchus. ὁ δὲ λίβιος αὐτόμολον εἶναι φησὶν γαλάτην τὸν ἀναιρεθέντα. τὸν δὲ λεύκιον οὐ δι' ὑπηρέτου κτεῖναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' αὐτὸν ἰδίᾳ χειρί. καὶ ταῦτα ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι κάτωνος. Idem ſcribit in Flaminino. FABVLAE ſine auctore editae credidiſſet.} Huius tamen hiſtoriae auctor eſt Cicero in lib. de Senectute. Quod etiam notauit Plutarchus. AD ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu conſulis recubantis.} Recubabat in ſinu, quia (ut ſupra dixit,) infra conſulem accumbebat. quo modo de ſcorto Cytheride ait ad Papirium Cicero. Infra Eutrapelum Cytheris accubuit, Lecto enim accubuiſſe eodem (ut mos erat in triclinijs) ſignificat. IN cenſum referre uiatores, iuſsi.} Iuſsit, eſt in ueteribus libris. & id ſequens etiam membrum deſiderat. ITEM mancipia minora annis XX, quae poſt proximum luſtrum X millibus aeris, aut eo pluris ueniſſent, uti ea quoque decem, tanto pluris, quam quanti eſſent, aeſtimarentur.} Vet. libri habent, X millibus aeris, aut pluris eo ueniſſent. Porro autem quod ait Gelenius ſubaudiendum eſſe, Millibus, ut ſit, Vti ea quoque decem millibus, tanto pluris, quam quanti eſſent: non procedit. Eſt enim intelligendum, & coniungendum, decem tanto pluris, ideſt, ut ait in hac re exponenda Plutarchus, decuplo pluris, uel decies tanto pluris. ὑποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον. Sic lib. primo dixit, Alterum tantum. & Plautus in Bacch. Sexcenta tanta, & in Trinummo. Tribus tantis. & Liuius lib. XL. Arma uel tribus tantis exercitibus in armamentaria congeſsiſſe. Niſi quis legere malit, decies tanto pluris. quomodo dixit in Verrem Cicero. Quinquies tanto amplius. ut nota numeri X errorem attulerit. ET HIS rebus omnibus terni in millia aeris attribuerentur.} Dubium habet hunc locum Glareanus, quem tamen nihil uitij continere ex Plutarcho, qui totam hanc Catonis cẽſuram Graece ex Liuio uertit, perſpicue intelligi poteſt. ſic enim ait. ἠνάγκαζεν ἐσθῆτος, ὀχήματος, κόσμου γυναικείου, σκευῶν τῶν περὶ δίαιταν. ὧν ἑκάστου τὸ τίμημα δραχμὰς χιλίας, καὶ πεντακοσίας ὑπερέβαλλεν; ὑποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον, βουλόμενος ἀπὸ μειζόνων τιμημάτων αὐτοῖς μείζονας καὶ τὰς εἰσφορὰς εἶναι, καὶ προσετίμησε τρεῖς χαλκοῦς πρὸς τοῖς χιλίοις. ideſt, Coegit ueſtimenta, uehicula, mundum muliebrem, & familiarem ſupellectilem, ſi pluris quam mille, & quingentas drachmas aeſtimata eſſent, decuplo pluris aeſtimari, quod uellet eos, quorum res pluris aeſtimatae eſſent, maiora etiã tributa conferre. Itaque ſingulis millibus ternos aeneos attribuit. Sic ſupra locutus eſt in triumpho Vulſonis. S. C. factum eſt, ut ex pecunia, quae in triumpho tranſlata eſſet, ſtipendium collatum a populo in publicum, quod eius ſolutum antea non eſſet, ſolueretur. uicenos quinos, & ſemiſſes in millia aeris quaeſtores urbani ſoluerunt.

ET uectigalia ſummis pretijs, ultro tributa infimis locauerunt.} De integritate huius lectionis cur dubitet Glareanus, neſcio. quid enim huic ſententiae deeſt? cum ſcieris aliud eſſe uectigalia, aliud ultro tributa. ſic enim libro XLIII. Qui publica uectigalia, aut ultro tributa conduxiſſent. Plutarchus autem, ita. τὰ δὲ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. COLONIAE duae Pollentia in Picenum.} Vet. lib. Potentia. Item Velleius ubi de colonijs uerba facit. item Plinius, item Mela Potentiae in Piceno meminerunt. DEDVXERVNT Iidem triumuiri Q. Fabius Labeo.} Triumuiri, inquit, qui Piſaurum, iidem etiam Potentiam coloniam deduxerunt. Hoc ut dicerem, Glareanus effecit, qui mendum ſubeſſe putat. P. CLAVDIVS, & M. Porcius.} L. Porcius. ſic enim ante Liuius, & tabulae Capitol.

PONTIFEX Maximus eſt creatus C. Seruilius Geminus.} Hic in conſulatu, & decemuiratu ſacrorum caret cognomine Gemini. & recte. Cur autem ita ſit, ſupra expoſui. Quare ex hoc etiam loco, Geminus, eradendum eſt.

AD praeoccupandam Coronen, quam hoſtes petebant.} Colonem edit Plutarchus in Philopoe 332
mene. Vtraque autem in Meſſeniaco agro eſt. τὴν δὲ μεσσήνην ἀπέστησεν τῶν ἀχαιῶν, καὶ κώμην τὴν καλουμένην κολωνίδα προσηγγέλθη μέλλων καταλαμβάνειν. ADMONENT deinde quidam eſſe theſaurum publicum ſub terra ſaxo quadrato ſaeptum. eo uinctus demittitur, & ſaxum ingens, quo operitur, machina ſuperimpoſitum eſt.} Haec Plutarchus ita uertit in Philopoemene, & quaſi interpretatur. οἱ μὲν ἀλλὰ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον ἐνταῦθα κατέθεντο καὶ τὸν λίθον ἐπιρράξαντες, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν. POCVLO impauide exhauſto.} Vet. lib. Hauſto. VENENVM, quod multo ante praeparatum ad tales habebat caſus, popoſcit. Liberemus, inquit.} Lege, Et liberemus, inquit. Verba haec eadem uertit Plutarchus. HORVM patres Pyrrho regi.} Hanc hiſtoriam ſcribit Plutarchus in

L 2 Pyrrho.

Pyrrho. Epiſtola etiam conſulum ad Pyrrhum miſſa extat apud Gellium. Cvm ſuperioribus duobus luſtris Africanus fuiſſet.} Perſpicue legēdum eſt, Tribus. ter enim princeps ſenatus fuit Africanus. Nam ſupra libro XXXIV ſcriptum eſt. Cenſores Sex. Aelius Paetus, & C. Cornelius Cethegus P. Scipionem conſulem, quem & priores cenſores legerant, legerunt. & lib. XXXIIX. Cenſores T. Quinctius Flamininus, & M. Claudius Marcellus ſenatum perlegerunt. princeps in ſenatu tertium lectus P. Scipio Africanus.

333 Iniit tribunatum Ap. Claudio, M. Sempronio conſulibus ad quartum Idus Decembres.} Lege, A. D. quartum. i. ante diem quartum. ſic enim & Dionyſius Halicarnaſſeus, ubi ait primos tribunos pl. iniſſe τετάρτῃ πρὸ τῶν εἰδῶν δεκεμβρίων. Quibus ex locis intelligi poteſt hunc diem ineundo tribunatui fuiſſe ſollemnem, quemadmodum ad ſuam uſque aetatē factum eſſe ſcribit Dionyſius. Plutarchus etiā auctor eſt in libro τῶν κεφαλαίων, tribunos plebis contra atque alij magiſtratus ante anni principiū iniiſſe. Itaque Q. Metellus Nepos qui Silano, & Murena conſulibus tribunatum geſſit, Ciceronem conſulatu abeuntem prid. K. Ian. iam inito magiſtratu concione prohibuit. Qua de re ſe ambigere Glareanus ait. Dentheletas.} Strabo lib. VII. Danthelętas, & ceteri Graeci uocant Δανθηλήτας.

Opidvm in Dertiopo condere inſtituit.} Deuripo legendum eſt ex Strabonis libro VII. πρὸς δὲ τούτοις Λυγκισταί τε, καὶ ἡ Δευρίοπος καὶ ἡ τριπολῖτις Πελαγονία. & paullo poſt ubi de Erigone quoque (ut Liuius hic) fluuio loquitur. ὁ δ' Ἐρίγων πολλὰ δεξάμενος ῥεύματα ἐκ τῶν Ἰλλυρικῶν ὀρῶν, καὶ Λυγκιστῶν, καὶ Βρυγῶν, καὶ Δευριόπων εἰς τὸν Ἀξιὸν ἐκδίδωσι. Item. ἐπὶ τῷ Ἐρίγωνι πᾶσαι αἱ τῶν Δευριόπων πόλεις ᾤκηντο. Orare ſe pro S. P. Q. R.} Lege, Orare ſe ſenatum, populumque R.

Alpes prope inexſuperabilem finem in medio eſſe. non utique ijs melius fore, qui eas primi peruias feciſſent.} Loquitur de Gallis, qui proxime alpibus ſuperatis in Italiam deſcendiſſent. Sententia autem manca expleri uidetur poſſe una addita particula, Quam. ut ſit. Non utique ijs melius fore, quam qui eas primi peruias feciſſent. Oratio eſt terroris, & minarum plena, qua ſe Gallos eos, qui alpes, quae in medio ſunt, in poſterum tranſſcenderint, non aliter caſtigaturos eſſe, denunciando, quam aut Senones, aut Hannibalem, qui primi eas peruias fecerunt, caſtigauerint. M. Valerivs Laeuinus, L. Manlius iterum.} Hic praetor fuit primum anno DLV. Quo loco dicitur P. Manlius. Glareanus autem inſcite hunc L. Manlium Acidinum eſſe putauit. Vet. lib. P. Manlium & hoc loco, & in ſequenti libro edunt. L. Caecilivs Dentrix.} Vet. lib. Denter. Liuiorum etiam fuit cognomen Denter. ex Liuio, & Capitolinis tabulis. Liu. lib. XLII. M. Caecilius Denter. Sangvinem per biduum pluiſſe.} Vet. lib. Sanguine.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XL

L. Petilii.} L. Petillij. ut ſupra. Falsis alterius filij.} Vet. li. Falſis Perſei alterius filij. Regnvm Perſeus accepit.} Vet. lib. Excepit.

IN . LIBRVM . XL

334 P. Manlio ulterior.} Hic eſt, qui extremo priore libro L. Manlius a Glareano ſine ratione dictus eſt. L. Caecilio Dentrici.} Dentri, legendum, a recto caſu Denter. ut dixi. Et a Formijs aedem Apollinis, ac Caietae de caelo tactam.} Ac, uacat ex Vet. lib. & libro Obſequentis de prodigijs, quem librū ex ipſis Liuij uerbis cōtexuit. in eo ita eſt. Aedes Apollinis Caietae de caelo icta.

Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit.} Vet. lib. non habent particulam, In.

Postremo negare propalam coepit, ſatis tutum ſibi quidquam eſſe, niſi liberos eorū, quos interfeciſſet, comprehenſos in cuſtodia haberet, & tempore alium alio tolleret.} Huius ſententiae meminit Euripides in Andromacha. καὶ γὰρ ἄνοια μεγάλη λιπεῖν υἱοὺς ἐχθρῶν ἐξὸν κτείνειν, καὶ φόβον οἴκων ἀφελέσθαι. & Ariſt. in ſecundo Rhetoric. καὶ ἐπὶ τὸ ἀναιρεῖν τῶν ἐχθρῶν τὰ τέκνα, καὶ μηδὲν ἀδικοῦντα. Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει.

Principi gentis Aenianum. & poſt, Proficiſcuntur ab Theſſalonica Aeniam ad ſtatum ſacrificium, quod conditori Aeneae cum magna caerimonia quotannis faciunt.} Legendum eſt Aeneadum, & Aeneam. Vrbs enim in Thracia ab Aenea condita hoc nomine eſt. De qua ait Stephanus. Αἴνεια πόλις Θρᾴκης ἀπὸ Αἰνείου. Θέων Αἰνειάδας ταύτην καλεῖ. Αἰνείας δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν εἰς Θρᾴκην παραγένετο, καὶ ἔκτισε τὴν Αἰνειάδας, ὅπου τὸν πατέρα ἔθαψε. τὸ ἐθνικὸν Αἰνεῖς. εἰσὶ καὶ Αἰνεᾶται. Hinc Aeneas apud Virgilium in III. ait. Aeneadasque meo nomen de nomine fingo. Ex compoſito ſermones ad ſpem Romanorum trahebant.} Spem, habent etiam uet. lib. pro qua uoce malim, ſpeciem, ut ſit, ex compoſito quidam de dignitate Romanorum ſermonem inferebant, ut alij redarguendi eius ſermonis gratia praeſente Demetrio eos eluderent, atque ut a Demetrio defenſionem Romanorum, qua ſuſpectior fieret, elicerent. Vox certe, Spem, Glareano non probatur.

335 De ludicro tibi, inquit, uiuere me ſcio.} Obſcura ſententia, & (ut puto) uitiata. Interrogauerat Perſeum pater, cum eum perturbato uultu tacitum procul conſpexiſſet, Satin ſalue. & quae nam ea

maeſtitia

maeſtitia eſſet. Reſpondet filius. De ludicro tibi uiuere me ſcio, iam non occultis petimnr inſidijs. Hoc autem quid ſit, uix intelligi poteſt. In ueteribus libris nihil uarietatis eſt, niſi quod legitur. De ludicro ter inquit. Ex quo ſuſpicor eſſe legendum. De lucro pater, inquit, uiuere me ſcito. Eſt autem de lucro uiuere, uitam ipſam in lucro ponere, quod ij facere ſolent, qui ſummo e periculo euaſerunt, ex quo ſeruatum ſe eſſe Perſeus patri narraturus eſt. Sic loquitur Cicero ad Papirium. De lucro prope iam quadriennium uiuimus, ſi aut hoc lucrum eſt, aut haec uita, ſuperſtitem reip. uiuere. & Horatius Carminum primo. Quid ſit futurum cras, fuge quaerere. & quem ſors dierum cumque dabit lucro Appone. aptiſsima ergo ſententia haec eſt, quae expoſitioni factarum ſibi inſidiarum praeponitur cum ſe lucrum ait putare, quod uiuat.

Noxium huic eſſe caput.} Aut haec uerba uacant, aut aliquid deſideratur, quemadmodum etiam cenſet Glareanus. locum non mutaui, aſteriſco tantum ſignaui. 336

Id enim uitijs meis non cedendo cui ius, faſque eſt, non modeſtia conſequar.} Hunc locum negat ſe intelligere Glareanus. Eſt autem ſenſus. Quemadmodum regnum ſperare, quia minor ſum, quia me maiori cedere uis, non debeo, ſic ne efficere quidem debeo, ut indignus te patre uidear. Regnum enim uitijs meis, ideſt, non cedendo maiori fratri conſequar, ut autē te dignus uidear, modeſtia. Quod cum ita ſit, ergo legendum eſt. Id enim uitijs meis, non cedendo, cui ius, faſque eſt, hoc modeſtia conſequar. Tum quoque non placere ſibi, ſi per deditionem Ligures recipiet, receptis arma adimi, atque eos ad conſulem mitti ſenatum aequum cenſere} Senſus huius lectionis uix intelligi poteſt, ut ait Glareanus. Quare tueamur ueterum librorum lectionem, quae eſt. Tum quoque non placere ſibi, per deditionem Ligures accipi, & receptis arma adimi. Inde uerba, Atque eos ad conſulem, legamus. Itaque eos ad conſules. repetita littera ex uoce praecedente. Adimi, atque. Adimi. Itaque. Inde elicietur hic ſenſus. Senatus reſcribi iuſsit, aequius fuiſſe, Marcellum conſules, quorum prouincia Ligures erat, de Liguribus qui ſe dedebant, quam ſe conſulere. Tum quoque id ſibi non placere, ut per deditionem Ligures reciperentur, & receptis arma adimerentur. Quamobrem eos ad conſules mitti ſenatum aequum cenſere. Sic lib. xxxix. Neque ſenatui placere deditos ſpoliari. Itaque ſe cum ijs legatos ad cos. miſſuros. Quod autem ait ſenatus, non placere ſibi, ut receptis arma adimantur, id habet hanc uim, non uideri ſibi eos, qui ſponte ſe dedunt, armis ſuis eſſe ſpoliandos, perinde atque, qui ſubacti armis ſe dedidiſſent. ut ſupra ſaepe dixit. li. xxxix. C. Flaminius cos. Ligures in deditionem accepit, & arma ademit. Item. In deditionem Ligures conceſſerunt, tum conquiſita cum intentiore cura arma, & omnia adempta. Item. Ligures ſubegit Aemilius, armaque ademit. Quod autem paullo ante, Verius eſſe, dixit, pro, aequius eſſe, accipiendum eſt. Sic lib. xxxix. multo uerius eſſe, quae ſub Antiocho fuerint, praemia belli Eumenem, quam Philippum habere. P. Manlius in ulteriorem Hiſpaniam, quam & priore praetura prouinciam habuerat.} Hunc P. Manlium in comitijs praetorijs exponendis, praetorem iterum nominauit. fuit autem primum anno dlv. Mouet autem, quod ait priore praetura ulteriorem Hiſpaniam prouinciam obtinuiſſe, cum ſcripſerit eo loco in citeriorem eſſe conſuli M. Catoni adiutorem miſſum. neque uero de alio praetore intelligi poteſt. Quod unuſquiſque probabit, qui praetores omnes, qui ante hunc annum Hiſpanias ſortiti fuerunt, ſigillatim inſpexerit. Aequum praeterea eſt uidere, an hic forte Manlius ille ſit, quem ſenatu motum eſſe a Catone cenſore ait Plutarchus, & quem opinio erat conſulatum eſſe adepturum. ἐλπὶς τὸ ἐξέβαλεν ὑπατεύσειν ἐπίδοξον ὄντα μανίλιον. Me, ut ita ſuſpicer, impellit ſecunda poſtquam ſenatu motus eſt, eius praetura, quam ut locum ſenatorium recuperaret, petijſſe uidetur, quod feciſſe P. Lentulum tradit Dion. lib. xxxiix. qui cum poſt praeturam, & conſulatum a cenſoribus Gellio, & Lentulo ſenatu eſſet motus, alteram conſule Cicerone repetendae ſenatoriae dignitatis cauſſa geſsit. Sic enim Dio. λεντῦλος ὁ πούπλιος ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσὼν. ἐστρατήγει γὰρ ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ. Creati P. Cornelius Lentulus, M. Baebius Pamphilus.} Conſulares tabulae, quae in Capitolio ſunt, quibus tantum tribuo, quantum non deprauatis alteris Romanorum monumentis eſt tribuendum, conſules edunt P. Cornelium Cethegum, M. Baebium Tamphilum. Item Plinius lib. xiii. cap. xiii. ex Caſsij Heminae annalibus. Ita uero legendum eſſe etiam apud Liuium apparet ex eo, quod P. Cornelius Cethegus biennio ante praetor fuit, Lentulus nullus praetor editus eſt. Nemo autem per haec tempora ad conſulatum ferre niſi praetorius perueniebat. T. Claudius Nero.} Ti. Claudius. ut ſaepe. Q. Petilius Spurinus.} Petillius. ut lib. xxxix. in huius tribunatu dixi. Bellumque ab Ilienſibus concitatum in Sardinia.} Non recte Iolenſibus, aut Iluenſibus reponendum cenſet Glareanus, cum Ilienſes Sardiniae populi a Plinio, & Solino commemorentur. L. Duronio praetori, cui Apulia prouincia euenerat, adiecta de bacchanalibus quaeſtio eſt, cuius reſidua quaedam uelut ſemina ex prioribus malis iam priore anno apparuerant, ſed magis inchoatae apud L. Puppium praetorem erant quam ad exitum ullum perductae.} Praetoribus, qui Apuliam ſortiebantur, quaeſtionem de Bacchanalibus adiectam fuiſſe ſignificat. Sic enim de L. Poſtumio, qui triennio ante praetor fuerat. Et L. Poſtumius praetor, cui Tarētum prouincia euenerat, reliquias bacchanalium quaeſtionis cum omni exſecutus eſt cura. Hoc etiam loco L. Puppium priori anno, & L. Duronium ſequenti praetores cum Apulia quaeſtionem eandem obtinuiſſe ait. Hoc dixi ne quis L. Poſtumium, pro L. Puppio hoc loco reponendum

eſſe cenſeret,ut quidam fecerunt. ARIARATIS.} Ariarathis.ut ſupra.

338 IN Medicam.} Maedicam.Graeci enim μαιδικὴ.ut ante. DENTHELETAS.} Dantheletas.ut ſupra. TERTIO die iter eſt ingreſſus.} Poſtero die,legendum.Ex notis numerorum manauit error.II.& III. Ita legendum eſſe, uerba Liuij indicant. qui ait. Septimis demum caſtris ad radices montis peruenit.Ibi unum moratus diem,tertio die iter eſt ingreſſus. poſt autem. Tertio demum die ad uerticem peruentum. Quis eſt qui non intelligat, ita accipiendum eſſe. ad radices montis unum diem Regem eſſe moratum,poſtero die iter eſſe ingreſſum, tertio demum in uerticem perueniſſe?

DVABVS aris ibi Ioui,& Soli ſacratis cum immolaſſet(quattriduo adſcẽderat)biduo digreſſus eſt.} Quomodo,quattriduo adſcenderat,ſi tertio demũ die in uerticem peruenerit. Haec parit menda lectorum, atque librariorum incuria.pro certo habeo tollendam eſſe parentheſim,& legendum.Cum immolaſſet,qui triduo adſcẽderat,biduo digreſſus eſt. Quamquam ne,digreſſus, quidem probo, non enim Adſcendere, & Digredi contraria ſunt,ſed Degredi,quo uerbo uſus eſt alibi Liuius.ut lib.XXIX. Cum quingentis peditibus degreſſum iugis Maſſaniſam perſecutus. & lib. XXV. Cum equitibus ad pedes degreſsis.Deſcenſum enim ex alto hoc uerbum ſignificat. DEMETRIVM iterum ad patrem accuſauit Perſeus.Fuga per Poconiam praeparata arguebatur,& corrupti quidã,ut comites itineris eſſent.} In uet.lib. Arguebant, & corrupti quidam. Hinc ego ſenſum auctorem ſecutus legendum, & diſtinguendum puto. Demetrium iterum ad patrem accuſauit Perſeus de praeparata per Poconiam fuga.arguebant eum corrupti quidam. Iccirco autem ait,Iterum. quod primum de inſidijs ſibi factis accuſauerat,nunc de fuga. cuius indicia,& comites,& litteras falſas T.Quinctij afferebat. AD Aſtraeum Poconiae Demetrium mittit cum eodem comite Dida Perſeum ad Philoppopolim ad obſides Thracũ accipiendos.} Praepoſitio AD nominibus harum urbium iuncta tollenda. Nam & Vet. lib. habet tantum.Aſtraeum Paeoniae.& Priſcianus li.VII.ex lib.XL,T.Liuij Hiſt.ab Vrb. Cond. citat haec duo uerba. Perſeum Amphipolim. non ad Philoppopolim. Eſt autem Amphipolis opidum item Thraciae, quod in errorem inſcios librarios,aut imperitos,uel potius audaces emendatores impulit, ut ad Philippopolim, ſcripſerint,pro Amphipolim.Aſterium porro legendum eſt,non Aſtraeum ex Vet. lib. Strabone,& Stephano.ἀςίριον πόλις θετταλίας. THYRSIS quidam Stubareus.} Vet.lib.Stubereus. Recte.Stuberae enim & ante,& poſt meminit Liuius.& Graeci.ςοβύρας. Quam tamen uocem ſuſpectã habet Glareanus. Stuberaeus tamen ſcribendum. omnia enim nomina opidum in Ra deſinentia eum edunt gentilis nominis finem, auctore Stephano in αἴβυρα. BERREVS Alexander.} Beroeaeus ſcribendum ab opido Beroea. Sic Stephanus. Βέροια πόλις μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν βεροιαῖος. mendoſus eſt in Piſoniana,Borea,pro Beroea. AD M.Baebium conſulem cum litteris Piſas mittit.} Legendum. Ad Cn.Baebium procõſulem.Sic enim ſupra.M.Pinarius praetor,quod deerat militum, ſumere a Cn. Baebio proconſule,qui Piſis hibernabat iuſſus.Item hoc loco. Baebius exercitum M.Pinario praetori eunti in Sardiniam tradiderat.Errorem intulit M.Baebius, qui hoc anno conſul eſt. De quo haud ita multo poſt ait. Conſules niſi confecto delectu negare ſe ituros, nec ſuam ſegnitiam,ſed uim morbi in cauſſa eſſe,quo ſerius perficeretur.

339 ET a Matieno duumuiro.} Vet.lib. Et a C.Matieno duumuiro. QVAE titulum ſepulti regis habuerat,inanis inuenta ſine ullo ueſtigio corporis humani,ut illius per tabem tot annorum omnibus abſumptis.} Suſpicor legendum eſſe. Oſsibus abſumptis. ſic enim fere Plutarchus in Numa. ἡ μὲν ἑτέρα κενὴ παντάπασιν ὤφθη καὶ μέρος οὐδὲν οὐδὲ λείψανον ἔχουσα τοῦ σώματος. PLERAQVE diſſoluendarum religionum eſſe.}Hoc genus dicendi,de quo ſupra admonuimus,quã uim habeat,ex Valerio,qui haec eadem fere uerba in primum ſuum librum trãſtulit,perſpici poteſt.cum ait. Quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere uidebantur.Eandem hiſtoriam attigit Lactantius libro I.cap.XXI.

IN Carpetaniam duxit,& caſtra locauit ad opidum Eburam.} Aeburam ſcribo ex Stephano αἴβυρα πόλις ἰβηρίας. ὡς ςράβων. ὁ πολίτης αἰβυραῖος. δύναται καὶ αἰβυράνος. PER Carpetaniam ad Contrebiam dictae legiones.} Quid in mentem Glareano uenerit negare, Contrebiae opidi nomen alibi exſtare, neſcio. cum & Velleius lib.II.& Valerius lib.II.& VII. & Florus, & qui ſcripſit de uiris illuſtribus, ubi de rebus Q. Metelli Macedonici in Hiſpania geſtis agunt,eius meminerint. apud Valerium tamen eſt mendoſe Trebia,pro Contrebia. At Glareanus Contributam reponendum putat. C. FLAMINIVS L.Manlius Acidinus.} Hi triumuiri ſunt.Haeret autem hoc loco Glareanus, quia L.Manlium Acidinum eundem eſſe cum eo putauit,quem nos P. Manlium praetorem ſcripſimus. nec quid ſequatur,certi quidquam habet. ALTERA in foro Olitorio Pietatis. eam aedem dedicauit M'. Acilius Glabrio duumuir,ſtatuamque auratam,quae prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt,patris Glabrionis poſuit.} Valerius lib.II.ita.Statuam auratam nec in urbe, nec in ulla parte Italiae quiſquam prius adſpexit,quam a M'. Acilio Glabrione equeſtris patri poneretur in aede Pietatis.Ex quib.uerbis animaduerti licet, Patri Glabrioni, apud Liuium, non Patris Glabrionis eſſe legendum. quae lectio in manuſcriptis etiam reperitur. T.MINVTIVS Melliculus.} Vet.lib.Ti.Minucius Molliculus. Supra oſtendimus Tiberij praenomen fuiſſe etiam Minuciorum. ET mille praeterea peditum Romanorum,quinquaginta equites.} Vet.lib.Peditum ciuium Romanorum.Recte. Sic enim ſupra. Quattuor millia peditum ciuium Romanorum,& ducenti equites.

PRORO-

PROROGATVM in Gallia imperium.} Vet.lib.In Galliam. Vtraque locutio Liuio uſitata.

Q. FVLVIVS Flaccus in locum uitrici conſul eſt declaratus.} Veriſimile nō uidetur Glareano duos Q. Fuluios Flaccos conſules fuiſſe, alterum hoc anno C. Calpurnio ſubrogatum, alterum cum L.Manlio inſequenti anno.& ne idem utroque anno conſul ſit ueretur.cum tamen duos eſſe, eoſque patrueles appareat ex tabulis Capitolinis, in quibus ita eſt.

A. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. C. CALPVRNIVS. C. F. CN. N. PISO. IN. M. M. E. IN. E. L. F.
Q. FVLVIVS CN. F. M. N. FLACCVS
L. MANLIVS. L. F. L. N. ACIDINVS. FVLVIAN. Q. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS

AGER publicus populi R.erat in Samnitibus, qui Tauraſinorum fuerat, cum traducere Ligures Apuanos uellent.} Huius extremi XL libri niſi unum (ut reor) manuſcriptum exemplar exſtat, quod in Germania eſt. unde ad ceteros haec pars tranſlata eſt. Cum igitur Germani primum impreſſiſſent: Qui Tauraſinorum traducere Ligures, deinde ab alijs emendatum eſt. Qui Tauraſinorum fuerat, c̄m traducere. Recte,(ut mihi uidetur) uerum ad explendum hunc ſenſum, nimis praeciſe. Plene autem ſic legetur. Qui Tauraſinorum fuerat. In eum cum traducere. Sic paullo poſt ait. In Samnium traducti, agerq. his inter populares datus. Tauraſini porro qui ſint ī Italia nemo prodit, Tauraninos edit Steph.

EDIXERVNT Ligures ab Anido montibus deſcendere.} Neque hic locus perfectus eſt. deeſt enim alterius montis nomen. quamquam ne Anidi quidem mentio eſt. aſteriſcum iccirco apponendum cenſeo. POSTEAQVAM nihil impetrabant, neque uires ad rebellandum erant.} In primo exemplari Germanico fuit. Ad bellandum. Quod magis huic loco conuenit. AD ſeptem millia hominum in naues impoſitos.} In primo exemp. German. erat, impoſita. quod magis probo.

PRIVSQVAM hi conſules ad exercitū uenirent, qui Piſas inductus erant, praeerant A.Poſtumius, & frater Q. Fuluij M.Fuluius Nobilior.} Legendū cenſeo, Indictus erat. Nam inducere exercitum eſt in hoſtē adducere. at Piſae pro Romanis ſtabant. Itaque paullo ante dixit. Adortus a Piſis Apuanos Ligures. Indictus ergo reſtituendū. Nam Edicere, & Indicere exercitum aliquo ad conueniendū eſt uſitatū. ut paullo ante. Stobos Paeoniae exercitu indicto. Porro autē A.Poſtumius hic alius erat, quam conſul, qui & ipſe A.Poſtumius dicebatur. IS menſibus ſuis dimiſit legionē.} Nihil uitij inſidere in hoc loco puto, contra atque cenſet Glareanus. ſenſus eſt. Ante aduentum conſulum praefuiſſe exercitui, qui Piſas erat indictus, A. Poſtumium, & M.Fuluium Nobiliorem fratrem Q. Fuluij Flacci conſulis. ita ut menſes, quibus ſinguli praeeſſent, inter ſe diuiſerint, aeque ac conſules faſces, & Fabius, ac Minucius dictatores quondam imperium. M.autem Fuluius menſibus ſuis dimiſit legionem ſecundā, cuius ipſe erat tribunus militum. Hac de re Valerius li.II.cap.II. Frontin.li.IV.ſic. Q. Fuluius Flaccus cenſor Fuluiū fratrem ſuum, quia legionem in qua tribunus militū erat iniuſſu cōſulis dimiſerat a ſenatu mouit. Hinc Velleius li.I.ait. Aſpera cenſura Fuluij Flacci, & Poſtumij Albini. quippe Fuluij Cenſoris frater, & quidem conſors Cn.Fuluius ſenatu motus eſt ab ijs cenſoribus.& Liu.li. XLI. Creati cenſores Q. Fuluius Flaccus, A. Poſtumius Albinus legerent ſenatum. Inſignis nota Fuluij Flacci qui frater germanus,& (ut Valerius Antias tradit) conſors etiam cenſoris erat. Qui autem cenſor Fuluius Fuluium notauit, is non hoc anno, ſed ſequenti eſt conſul. Hic enim Cn.F. ille Q.F. eſt. ex tabulis Cap. Neque Fuluius tribunus militum frater eſt germanus huius conſulis, ſed illius cenſoris. Credo autem hunc tribunum Fuluium recte, & M.& Cn. dici. at L. mendoſe. Quod ex ſequenti Fuluiorum ſtemmate intelligetur. 342

M.Fuluius Q.F.M.N. Flaccus. cos.an.486.

- C.Fuluius Flaccus frater Quincti. legatus an.539.
- Q. Fuluius M. F. Q. N. Flaccus. cos.513.526.538.541. Cenſor. Dictator. Capuam cepit.
  - Q. Fuluius Q. F. M. N. Flaccus praet. Hiſpan. an.568. conſul 571. cēſor. 576. filius Quincti, q. Capuam cepit. Velleius.
  - M. Fuluius Flaccus fr̄ Quincti. de eo Liu. in anno 570. cum fratre eſt in Hiſpania.
    - M. Fuluius M. F. Q. N. Flaccus cos. an.6 [illegible] interfectus cum C. Graccho.
  - Cn. Fuluius Flaccus frater germanus Quincti Cenſoris notatus ab eo quia legionem dimiſerit Q. Fuluij conſulis an. 570. Idem adoptatus a M. Fuluio Nobiliore M.Fuluius Nobilior dictus.
  - L. Manlius L.F.L.N. Acidinus Fuluianus cos. 571. cum fratre ſuo germano Q. Fuluio. Velleius.
- Cn. Fuluius Flaccus. frater Quincti, qui Capuam cepit. praetor ann.538.
  - Q. Fuluius Cn. F. M.N. Flaccus. praet. Sardin. an. 568. cos. an. 570. cuius conſulis legionem M. Fuluius Nobilior frater patruelis dimiſit.

Hoc ubi Placentiam (nam eo forte profectus erat) Fuluio nunciatum eſt, cum expeditis equitibus ſecutus dimiſſos, quos eorum potuit aſſequi, deduxit caſtigatos Piſas. de ceteris conſulem certiorem fecit. eo referentes s.c. factum eſt.} Duorum Fuluiorum hic fit mentio, Q. Fuluij conſulis, & M. Fuluii tribuni militum. cum autem M. Fuluius, antequam conſul ueniret ad exercitum, iniuſſu eius dimiſiſſet legionem, mirum uidetur, cur ſubdat Liuius. Hoc ubi nunciatum Placentiam Fuluio eſt. nam eo forte profectus erat. Nam ſi Fuluius conſul ad exercitum nondum uenerat, quomodo forte Placentiam quaſi ab exercitu erat profectus? deinde cum ait, Certiorem conſulem facit. Quem conſulem? collegam dicet aliquis. at collegam erat dicendum, perſpicuum eſt igitur, cum dicat, antequam conſules ad exercitum uenirent, praefuiſſe ei A. Poſtumium, & M. Fuluium. cumque addat, dimiſſam a M. Fuluio legionem, Fuluium, qui forte Placentiam profectus erat, perſecutum eſſe, deque ea re conſulem certiorem feciſſe, & conſule referente s.c. factum eſſe, non Fuluium conſulem legionem perſecutum eſſe, qui adhuc Romae erat, ſed A. Poſtumium, qui item exercitui cum praeeſſet, Placentiam tum forte conceſſerat. ab ipſoque Aulo Fuluium conſulem certiorem factum eſſe, & Fuluio ipſo conſule s.c. factum eſſe. Quare pro Fuluio, reponendum eſt, Aulo, immutatis paullulum litteris. ut de A. Poſtumio intelligamus. Glareanus plures hic uerſus mendoſe eſſe cenſuit, nos uno nomine reſtituto omnia patefecimus. Et ſunt tamen qui diligentem hanc nominum Romanorum emendationem, ut minime neceſſariam improbent. quaſi uero & hoc loco, & alijs nihil interſit, quo quiſque nomine affectus fuerit, certo ſcire. CAVSSA ignominiae, uti ſemeſtre ſtipendium in eum annum eſſet ei legioni decretum.} Hic mos exponitur apud Nonium. Aere diruti, inquit, appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium id eſt merces menſtrualis, aut annua, quae eſſet in nūmis aeris ſubtrahebatur. Varro de uita populi R. lib. II. Stipendium appellabatur, quod aes militi ſemeſtre, aut annuum dabatur, cui datum non ſit propter ignominiam aere dirutus eſſet. & Feſtus. Dirutum aere militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiae cauſſa non erat datum, quod aes diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum. DE rege ſacrifico ſufficiendo in locum C. Cornelij Dolabellae.} Hic anno DLXII, quo rex creatur, dicitur Cn. Cornelius. Itaque hoc etiam loco, Cn. Cornelij, lego. Quod praenomen tulerunt Dolabellae, cum Caium non item. VLTIMVM de caelo, quod comitia turbaret interuenit.} Vltimum, mendoſe eſt, Glareanus, portentum, reſtituit. in quo portenta loquitur. Ego, Vitium. Vnde uitio creati, & uitioſi magiſtratus dicuntur, qui contra auſpicia creati ſunt. Cicero de Diuinatione. Comitiorum ſolum uitium eſt fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus. C. SERVILIVS Geminus Pont. Max. deceſsit.} Paucis ante uerſibus. C. Seruilium Pont. Max. dixit, ſiue cognomine Gemini. ita uero ſcribendum eſſe iam bis ſupra oſtendi. IN Pontificem Maximum Aemilius Lepidus.} In primo exemplari German. erat. Ante Pontificem Maximum Aemilius. inde emendatores fecerunt. In Pontificem Maximum Aemilius. Ego uero. At Pont. Max. M. Aemilius. ut ſit: Pontifex in locum eius a collegio cooptatus eſt Q. Fuluius Flaccus. at Pont. Max. M. Aemilius Lepidus. Me enim mouet haec noua dicendi forma. In Pontificem cooptari. deinde agnoſco erroris cauſſam. librarius enim M. praenominis Aemilii notam, cum uoce praecedenti praeciſa, Max. coniunxit. & Maximum fecit. Vnde coacti alii poſtea ſunt pro AT, ante reponere. M. Aemilij Pont. Max. poſt in alijs libris magna eſt mentio. LENATES.} Laenates. ut ante. P. SCIPIONEM filium Africani augures cooptarunt.} Duo Africani filij fuiſſe traduntur, P. & Cn. Scipiones. Publius hic eſt, qui Augur nunc cooptatur, quique Cicerone auctore in Bruto, & in Catone Aemilianum adoptauit, a quo ille P. Scipio dictus eſt, imbecilla ualetudine ille quidem, ſed ſummo tamen ingenio praeditus. Eundem aedilē curulem fuiſſe arbitror L. Anicio, M. Cornelio conſulibus. Eſt enim in indice Adelphorum Terentij ita ſcriptum. Acta ludis Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano aedilibus curulibus L. Anicio, M. Cornelio cos. nec de alio poteſt intelligi. Cnaeus is eſt, qui captus ab Antiocho rege in proelio fuit, quique ſordidam praeturam geſsit, & a patris gloria degenerauit, Valerio auctore lib. III. ca. V. & lib. IV. ca. V. AVT eam ſibi defendendam, aut prouinciam dimittendam.} Si ſententiam explicuero, neminem puto futurum, cui non probem, Deferendam, pro Defendendam, eſſe reponendum. C. Maenio, inquit, cum Sardinia prouincia eueniſſet, additum erat, ut quaereret de ueneficijs longius ab urbe x millibus paſſuum. Ab hoc igitur allatae litterae, ſe iam tria millia hominum damnaſſe, & creſcere quaeſtionem indicijs. propterea ſe cogi, ut aut ueneficiorum quaeſtionem inchoatam deferat, aut prouinciam Sardiniam dimittat. Ergo ne hic quidem recte Glareanus, qui de prouinciae nomine dubitat, an Quaeſtio, an Sardinia intelligi debeat. Q. FVLVIVS Flaccus ex Hiſpania redijt Romam &c. Conſul eſt creatus cum L. Manlio Acidino.} Hos conſules Q. Fuluium, & L. Manlium fratres germanos fuiſſe ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis, ſic.

L. MANLIVS. L. F. L. N. ACIDINVS. FVLVIAN. Q. FVLVIVS. Q. F. M. N. FLACCVS
HEI. FRATRES. GERMANI. FVERVNT.

Idem ſcribit Velleius li. VI. Non minus clarum exemplum, & adhuc unicum Fuluij Flacci eius, qui Capuam ceperat filiorum, ſed alterius in adoptionem dati, in collegio conſulum fuit adoptiuus in Acidini Manlij familiam datus. Hoc adſcripſi, ut & Capitolinorum auctorum diligentiam, & Velleij ſententiam, quae uulgo corrupta eſt, indicarem. EO anno rogatio primum lata eſt ab L. Iulio tribuno

pl.quot annos nati, quemque magiſtratum peterent, caperentque. } Miror hoc anno primum latam hanc rogationem ſcribi. cum lib.xxv ita de Scipione tradiderit. Huic petenti aedilitatem cum obſiſterent tribuni pl. negantes rationem eius habendam eſſe, quod nondum ad petendum legitima aetas eſſet. poſt autem lib.xxxii, in conſulatu mandando T. Quinctio Flaminino, quem nondum annos xxx natum fuiſſe Plutarchus prodit, huius legis ne uerbum quidem fecerit. immo uero ita ſcripſerit. Patres cenſuerunt, qui honorem, quem ſibi per leges capere licet, peteret, in eo populo creandi quem uelit poteſtatem fieri aequum eſſe. Nam quae lex Flamininum a conſulatu deiiciebat, ea erat, quod a quaeſtura ad conſulatum tranſcendendo aedilitatem, & praeturam tranſibat. Legitimam autem petendo conſulatui aetatem fuiſſe annum xliii, ex Ciceronis Philippica v. colligitur. Puto praeterea, L. Villio Annali, ſcribendum. nam in lib. epiſtolarum Coelii iix. pro L. Iulio Annali, in manuſcriptis eſt L. Villio. & apud Valerium lib. ix L. Tullius Annalis, pro L. Villius. Sic ante, L. Villius Tappulus conſul, L. Iulius euaſerat, neque Villiae gentis ulla in libris impreſſis mentio relicta erat. C. Cornelius Scipio. } Cn. Cornelius. ex conſulatu, quem biennio poſt geret. Tab. Capitolinae.

L. Valerius Laeuinus. } C. Valerius Laeuinus. ex conſulatu, quem biennio poſt geret. Tabul. Capitolinae, & ipſemet Liuius. Q. et M. Mucii Scaeuolae. } in primo exemplari german. Q. & P. Mucij P. Filii Scaeuolae. Optime. ſi Q. Filii legas. ex Capitolinis eorum conſulatibus. Vterque enim Q. F. P. N. proditur. ut germani fratres collegae in praetura ſint. Hiems eo anno niue ſaeua, & omni tempeſtatum genere fuit. arbores, quae obnoxiae frigoribus ſunt, decuſſit cunctas. } In primo exemplari German. deuſſit. & recte. Sic enim Virgil. Penetrabile frigus adurit. & libro xxi. Liuius peruſtos artus dixit frigore. & lib. ſuperiore M. Aemilius coſ. agros Ligurum deuſſit.

T. Sempronii aedilis. } Ti. Sempronii. ex conſulatu Cap. Aedem albam Capuae. } Liuius lib. xxxii. De caelo tacta Capuae aedes, quae Alba dicitur. De quibus cauſſis hoc timeamus, multa ſuccurrunt quae dicerentur: niſi forte implacabiles ueſtrae irae implicauerint animos ueſtros. } In Germanico exemplari erat: Niſi forte implacabiles fueritis implicauerint. Glareanus autem pro fueritis, reſtituit, irae ueſtrae. Ego deſiderari alias uoces puto. itaque aſteriſcum appoſui. Vt ea res mihi, collegaeque meo bene, & feliciter eueniat. } Precatio ſollemnis cenſorum haec eſt. de qua ſic Varro li. v. de lingua Latina: Vbi noctu in templo cenſor auſpicauerit, atque de caelo nunciatum erit, praeconi ſic imperat, ut uiros uocet. Quod bonum, fortunatum, felixque, ſalutareq. ſibi & populo. R. Quiritium, reique publicae populi R. Quiritium, mihique collegaeque meo, fidei, magiſtratuique noſtro: omnes quirites, pedites, armatos, priuatosque curatores omnium tribuum, ſi quis pro ſe, ſiue pro altero dari rationem uolet, uocat inlicium. Bis a L. Fuluio ſe certo conſulatu deiectum. } M. Fuluio, perſpicue.

In Hiſpania L. Poſtumius, & Ti. Sempronius propraetor comparuerunt. } Scribe, propraetores. 343
quia ſupra dixit. In Hiſpanijs duabus Ti. Sempronio, & L. Poſtumio cum iiſdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium eſt. Ergauia inde nobilis. } Ergauica. ex Ptolemaeo. & primo exemplari Germ. in quo eſt paullo poſt, Erbicae, pro Ergauicae. Nec aliud magnopere uictores fuiſſe Romanos. } In primo exemplari German. eſt. Nec aliud magnopere Erbicae. quam uocem, qui non intellexerunt, induxerũt. ego, Ergauicae, cuius quattuor ante uerſibus deditae meminit, puto legẽdum. praeterea quod in eodem exemplari eſt, Nec aliud magnopere Erbicae crederes fuiſſe. puto legẽdum. Nec aliud magnopere Ergauicae credere ſe feciſſe Romanos. Etenim aliorũ narrat opinionẽ, de rebus a Romanis ad Ergauicam geſtis, & proelijs cum Celtiberis commiſſis. Niſi quod poſtero die manentes intra uallum proelio laceſſierint, ſpolia per totum diem legiſſe. tertio die proelio maiore iterum pugnatum. } Has uoces, Poſtero die, transferendas ad initium ſequentis membri puto. ut ſit. Poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe. primo enim die a prima luce ad ſextam horam diei Sempronium pugnaſſe, multos utrimq. cecidiſſe, poſtero ſpolia per totum diem legiſſe. tertio die maiore iterum proelio pugnatum eſſe. Reliqua parentheſi includenda eſſe exiſtimo, ideſt. Nec aliud magnopere Ergauicae credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes intra uallum proelio laceſſierint. hoc modo. Ergauica nobilis ciuitas aliorum circa populorum cladibus territa portas aperuit Romanis. Eam deditionem opidorum haud cum fide factam quidam auctores ſunt. e qua regione abduxiſſet legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque poſtea proelio eum ad montem Caunum cum Celtiberis a prima luce ad ſextam horam diei ſignis collatis pugnaſſe, multos utrimque cecidiſſe (nec aliud magnopere Ergauicae credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes intra uallum proelio laceſſierint) poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe. tertio die proelio maiore iterum pugnatum, & tum demum haud dubie uictos Celtiberos, caſtraque eorum capta, & direpta eſſe.

Inde debellatum, ueramque pacem non fluxa (ut ante) fide Celtiberos fuiſſe. } Senſus, & latina ratio poſtulat, ut legamus, Feciſſe, ut etiam paullo ante. Feciſſe Romanos. Trigeminam } Tergeminam. Priſcianus De Numeris. Habuere & in promiſcuo praetores pecuniam. } Loquitur de cenſoribus. Itaque uox, Praetores, perſpicue mendoſa eſt, & ſine ullo ſenſu. ſuſpicor legendum. Praeterea. Sic enim ait. Cenſoribus poſtulantibus ut pecuniae ſumma ſibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur, uectigal annuum decretum eſt. Item. Opera ex pecunia attributa,

diui-

diuiſaque inter ſe, haec confecerunt. Poſtremo. Habuere & in promiſcuo praeterea pecuniam. ex ea communiter locarunt aquam adducendam, ideſt, praeter eam, quam inter ſe diuiſerant, habuerunt aliam promiſcuam. IDEM dedicauit aedem Larium permarinum in campo. uouerat eam annis duodecim ante L. Aemilius Regillus nauali proelio aduerſus praefectos Antiochi. } Meminit huius aedis Macrob. lib. I. XI Kalend. Ianuar. inquit, feriae ſunt Laribus dedicatae, quibus aedem bello Antiochi L. Aemilius Regillus praetor in campo Martio curandam uouit. Quod autem ſcriptum eſt, annis duodecim, intelligendum eſt, eſſe legendum, Vndecim. Cum enim ante legeretur. Quadraginta, Glareanus uitio agnito, Duodecim reſtituit. Error enim ex notis natus eſt, XL. & XI. Docui autem in eiuſmodi loquendi genere, anni extremi, quo res geritur, rationem non haberi. ſic paullo ante dixit. annis ante octo. cum tamen, Nouem, niſi hanc formulā tueretur, fuiſſet ei dicendū. Quod item ait. PRAEFECTOS regis, ſupra, Praefectum dixit lib. XXXVII. L. Aemilio Regillo, qui claſſe praefectum Antiochi regis deuicerat. Polyxenidam autem intelligit. affuiſſe autē etiam Hannibalem tradit Florus de bello Syriaco. de quo in ea pugna nihil Liuius. DVELLO magno regibus dirimendo caput ſubigendis patrandae pacis haec pugna exeunti L. Aemilio M. Aemilii filio auſpicio, imperio, felicitate, ductuq. eius inter Epheſum, Camuchumq. inſpectante coſ. ipſo Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantiſq. claſſis regis Antiochi antea ſit uicta, fuſa, contuſa, fugataq. eſt, ibique eo die naues longae cum omnibus ſociis captae quadraginta duae. ea pugna pugnata rex Antiochus regnumque eius rei ergo aedem Larib. permarinis uouit. } Miror hunc locum non deprauatum ſolum, ſed ex omni parte diuiſum, ac laceratum ne aſteriſco quidem in optimis Gallorum exemplaribus eſſe notatum. Quo de loco quid ſentiam dicam. nam omnino illum reſtituere non poſſum, praeſertim uero cum ueterum exemplarium auxilio deſtitutus ſim. Primum igitur dico ad explendum horum uerborum ſenſum (Duello magno regibus dirimendo caput ſubigendis patrandae pacis) multa deſiderari. neque enim haec aut inter ſe, aut cū inſequentibus ullo modo cōſentiunt. Reges autem uidetur intelligere Antiochum, & Eumenem. Etenim cum Eumenes a Seleuco Antiochi filio obſideretur, L. Regillum aduocauit teſte Liuio, & Appiano. Itaque hunc titulum pugnae ſuae praetuliſſe uidetur Regillus, ut proelium regum dirimeret, & pacem componeret. Deinde ne haec quidem (Haec pugna exeunti L. Aemilio M. Aemilij Filio) congruunt cū ijs quae ſequuntur. (Auſpicio, imperio) deſideratur enim uerbum, cui uox Pugna, iungatur. praeterquā quod & magiſtratus, & cognomen L. Aemilii intercidit, quae in eiuſmodi re affingi accuratiſſime ſolent. ut in tabula Gracchi lib. XLI. Ti. Sempronii Gracchi conſulis auſpicio, imperioq. &c. Praeterea haec inter ſe conueniunt (Auſpicio, imperio, felicitate, ductuque eius inter Epheſum, Camuchumque.) niſi quod pro, Camuchumque, Samum, Chiumque, legendum eſt ex uerbis Liuii, ubi hanc pugnam deſcripſit. At uero haec (Inſpectante coſ. ipſo Antiocho, exercitu omni equitatu, elephantiſque) luxata uerba ſunt, & ex alio loco temere neſcio quo pacto in hunc tranſlata. neque enim pugnatum eſt praeſente aut conſule, aut Antiocho. neq. equitatus, neque elephanti ad pugnam naualem pertinēt. ergo ſine controuerſia e medio tollenda. atque ita oratio connectenda. Auſpicio, imperio, felicitate, ductuque eius claſſis regis Antiochi, &c. Quod autem ſcriptū eſt, (Claſſis regis Antiochi antea ſit uicta, fuſa, contuſa) uitioſe eſt. Legendum eſt enim. Claſſis regis Antiochi ante D. XI. K. Ian. uicta. Etenim Macrobius hoc die in proelio uotam eſſe aedē a L. Regillo ait. & in notis facilis lapſus eſt. ante. D. XI. K. Antea ſic. & in tabula hac diei factam eſſe mentionem, quo pugnatum eſt, apparet ex uerbis, quae ſequitur. Ibiq. eo die naues longae. Hoc autem ita eſſe ex eo perſpici etiam poteſt, quod L. Aemilius eodem anno K. Feb. triumphaſſe ob hāc uictoriam a Liuio ipſo traditus ſit. Poſtremo ne haec quidem uerba (Ea pugna pugnata rex Antiochus, regnumque) expletam continent ſententiam. Suſpicor autem librarium, cum ſcripſiſſet, (Regnumq. eius) oculis in ſequentia uerba coniectis (Eius rei ergo) uerſum quo ſententia perficiebatur, per incuriam tranſſcendiſſe. Nam uox (Eius) bis ſcribenda eſt. ut &, regnum eius, dicamus. &, eius rei ergo. Nam in extrema etiam Gracchi tabula; haec uerba ſunt. Cuius rei ergo hanc tabulam donum Ioui dedit. Quamobrem ſic hunc locum deſcribendum cenſeo. Duello magno regibus dirimēdo * caput * ſubigendis * patrādae pacis * *. haec pugna exeūti L. Aemilio M. F. Regillo praetori * * *, auſpicio, imperio, felicitate, ductuque eius inter Epheſum, Samum, Chiumq. claſſis regis Antiochi ante D. XI K. Ian. uicta, fuſa, contuſa, fugataq. eſt. ibiq. eo die naues longae cum omnibus ſociis captae XLII. Ea pugnata rex Antiochus regnumq. eius * * *. eius rei ergo aedem Laribus permarinis uouit. Permarinos autem Lares uocauit L. Aemilius, quia mari ſibi affuerant. Nam Curius aram dicauerat K. Maiis Laribus Praeſtitibus, quod praefuiſſent moenib. urbis. auctore Ouidio lib. V Faſtorū.

REGIS uir maieſtatis } Malim, Regiae uir maieſtatis. Rex enim fuerat. Ita ante legebatur.

DEMETRIADE habitabat cum deſiderio anxius filii, tum paenitentia crudelitatis ſuae, quae ſtimulabat animum: & alter filius haud dubie & ſua, & aliorum opinione rex. } Aſſentior Florebello ita legenti. Cum deſiderio anxius filii, tum paenitentia crudelitatis ſuae. Stimulabat animum & alter filius.

ET infelicitatem ſuam in liberis grauiorem, quod alter periſſet. } Melius, Supereſſet, ut referatur ad Perſeum, non ad Demetrium. quemadmodum placet Florebello.

NVNCIOS praediſpoſitos, ita ut conuenerat, miſit ad Perſeum. } Quid ſi legas, Nuncios per diſpoſitos equos. ut lib. XXXVII. Gracchus per diſpoſitos equos die tertio Pellam peruenit.

NOBILI

Nobili etiam pugna aduerſus Cleomenem Lacedaemonium clarus. Tutorem enim graeci,ut cognomine a ceteris regibus diſtinguerent,appellarunt.} Hunc graeci Euergetem,& Sotera uocarunt, auctore Suida. ἀντίγονος ὁ ἐυεργέτης καλούμενος μάχῃ κρατήσας τὸν τῶν λακεδαιμονίων βασιλέα, ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς σπάρτης. καὶ οὐ μόνον ἐκλήθη παρ' αὐτὸν καιρὸν ἐυεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας σωτήρ. Tutor autem Philippi pueri fuerat,ut Plutarchus quoque tradit in Paullo,qui hunc eundem Δώσωνα uocatum ſcribit.& Pauſanias in Achaicis. Forte uocatum, perductumque in regiam uocari iuberet.} Locum aſteriſco notaui, quia ſententia expleta non eſt.Quae quidē haec uidetur fuiſſe.Hortatur inde,ut eum forte uocatū, &c. Hic autem Xychus ſcriba legatorum uidetur fuiſſe,quia ſubdit.Ordinemque omnem facinoris legatorum,miniſteriique ſui expoſuit. Curisque & uigiliis,cum identidem ſpecies,& umbrae inſontis interempti filii cum diris agitarēt exſtinctum eſſe cum execrationibus alterius.} Ante legebatur.Cum identidem ſpecies,& umbrae inſontis interempti filii cum diris agitarent exſtinctū eſſe exſecrationibus alterius.Qui poſtea emendarunt,fecerunt recte. Eum diris.non ita autem recte,quod, Exſtinctum eſſe cum exſecrationibus,ſcripſerunt.Quantum autem ipſe intelligere poſſum,ij germanum huius loci ſenſum aſſecuti non ſunt. qui ex hac uerborum diſpoſitione nullus percipi poteſt. Incredibile eſt enim, quam luxata fuerint uerba huius extremi lib.xl. in illo exemplari Germanico. Itaque niſi ſaepe ea in ordinem ſuum redigas,uix ſenſum inuenias. Quod qui ante me hunc librum emendarunt, & ſenſerūt etiam & fecerunt.Haec igitur uerba in hunc modum mihi uidentur eſſe ordinād̄a.Curisque,& uigiliis, cum identidem ſpecies,& umbrae inſontis interempti filii eum diris exſecrationibus alterius agitarēt, exſtinctum eſſe.Sic locutus eſt lib.xxvi. Diram exſecrationem in populares.obteſtationemque quam ſanctiſsimam potuerunt aduerſus hoſpites compoſuerunt. & lib.v. Dira exſecratio,& furiale carmen. Item lib.xxiix.& Plin.lib. xxiix. cap. ii. Diras deprecationes dixit. Senſus per ſe ex uerbis ipſis perſpicuus eſt. Si haud ſtatim palam facta eſſet mors regis. } Glareanus ſic.Videtur altera parte defecta oratio,&,Aut,legendum,pro,Haud. Nam alioqui ſenſus nullus eſt. Neque enim haud ſtatim palam facta eſt mors regis. Quod laudo. De ea re Antigonus ſaepe inuitus cum ipſo Cottone legatus ad concitandos Baſtarnas miſſus.} Ante legebatur. Ea res Antigonus.Quidam fecerunt. De ea re.Ergo malim,Erat Antigonus.Cur enim dicat,De ea re cum addat.Ad concitandos Baſtarnas.Malim ergo. Erat Antigonus perinuitus cum ipſo Cottone legatus.Nam cum ſupra dicturus fuerit. Admoueri tamen potuiſſet Antigonus,ſi aut ſtatim palam facta eſſet mors regis,aut tum apud regem fuiſſe.Ne ſtatim pateficeret mors regis,Calligenes medicus cauſſam attulit. Ne tū adeſſet Antigonus,incidit quod perinuitus erat legatus cum Cottone ad Baſtarnas concitandos miſſus.Reddit ergo rationem cum uterque & Cotto,& Antigonus ad Baſtarnum aduentum nunciandum regi, praegreſſus erat, alter quia Baſtarna erat,alter perinuitus.Quod autem ſupra ait etiam,Nobilis erat Baſtarna.malim.Nobilis is erat Baſtarna.ſic enim fere loqui ſolet Liuius.& lapſus facilis eſt & uſitatus, ut lib. xli. Caſtra ad lacum Timaui poſuit.Imminet mari is lacus.& xlii.Praetor nouus Iſmenias. Is erat uir nobilis,ac potens.Item. Leonides Lacedaemonius,Regii is generis ferebatur. Inde in omnem euentum conſilia commodabantur.} Malim Accomodabantur. A,littera ex praecedenti uoce,Conſilia,repetita. ſic Cicero.Id ſi ſciſſem,ad id meas litteras accommodauiſſem, & alibi. Vt ijdem uerſus alias in aliam rem accommodari poſſe uiderentur.& Liuius lib.xli. Ad haec quae palam ſunt conſilia noſtra accommodare oportet. Quali tempeſtate Gallos ſpoliantes Delphos fama eſt peremptos eſſe.} Hanc hiſtoriam planiſsime ſcribit Pauſanias in Atticis. A.manlius Volſo.} Vulſo.ut ante. Clondico duce protecti erant.} Ex epitome lib.xliii legendum eſt, Clonico. Cepione.} Caepione.ut ante. Centone.} Centhone.ut ante. Lanaque cum integumentis,quae Ioui oppoſita fuit,decidit.} Appoſita,legendum ex Obſequente in lib.de prodigiis. Lana cum integumentis, quae Ioui appoſita erant,decidit.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XLI

Monimentumque operum ſuorum Gracchurim opidum in Hiſpania conſtituit.} Recte. ſic enim Feſtus lib.vii.Gracchuris urbs Hiberiae regionis,dicta a Graccho Sempronio,quae antea Illurcis nominabatur. A postumio Albino.} Vet. lib. Et a Poſtumio Albino. De utriſque trimphauit.} Vet. lib.Vterque triumphauit. Recte.i. Gracchus,& Albinus.ille de Celtiberis,hic de Luſitanis.Ita enim Liuius. Q. volumnius Saxa.} Emendo Q. Voconius. ſic enim Cicero in Catone,ubi legis Voconiae meminit. ſic in oratione pro Cornelio. ſic Auguſtinus de ciuitate Dei. ſic ceteri.eſt enim haec lex Voconia celebris. Templa magnifica multis locis erexit,Athenis,Iouis Olympii,& Antiochiae.} Scribe.& Antiochiae Capitolini,ſic enim Liuius hoc libro. Alioquin imperfecta,& oratio,& hiſtoria erit.

IN . LIBRVM . XLI

A patre in pace habitam.} Reliquos quinque libros, quos nemo adhuc commentariis editis emendandos ſuſcepit,quamquam manuſcriptorum librorum ope deſtituti,dabimus operam,ut ex ingenio

nio aut corrigamus, aut ubi correctionis indigeant, demonſtremus. Atque hoc quidem loco multa deeſſe intelligendum eſt. ut ſortitionem prouinciarum & conſularium, & praetoriarum. Conſulibus A. Manlio Gallia, M. Iunio Ligures, Praetoribus M. Titinio Hiſpania citerior, T. Fonteio ulterior, Neroni Etruria, T. Aebutio Sardinia obtigerunt. praeterea quae de igne Veſtae exſtincto, de rebus a Ti. Graccho, & L. Albino in Celtiberia, & Luſitania geſtis, de Antiocho, de luſtro a cenſoribus condito, de lege Q. Voconii in epitoma traduntur, poſtremo res a M. Iunio conſule in Liguribus geſtae deſiderantur. Hoc autem principium eſt earum, quas A. Manlius conſul ex prouincia ſua Gallia in Iſtriam tranſgreſſus cum Iſtris geſſit. Adversvs Illyriorum claſſem creati duumuiri nauales erant, qui tuendam uiginti nauibus mari ſuperiore Anconam uelut cardinem haberent.] Mirum, qua felicitate reſtitueris hunc locum Florebellus, hoc modo: Qui tuendae uiginti nauibus maris ſuperi orae Anconam uelut cardinem haberēt. probatur autem eo magis haec coniectura, quod libro ſuperiore ita ſcripſit. Inter duumuiros ita diuiſa tuenda denis nauibus maritima ora, ut promontorium ijs Mineruae uelut cardo in medio eſſet. Carmelvs pro regulo erat tribus aut amplius millibus armatorum.] Haud amplius legit Florebellus. Sic libro xxix. Cum ducentis haud amplius equitibus. & lib. xlv. Triginta haud amplius dies. Tvnc demum nuncius ad tertiam legionem reuocandam, & Gallorum praeſidium. Et ſimul ex omnibus locis ad caſtra recipienda, demēdamque ignominiam rediri coeptum eſt.] Duae uoces, aut paullo plures huic ſententiae deeſſe uidentur, hae. Opprimendum uenit, ut ſit. Tum demū nuncius ad tertiam legionem reuocandam, & Gallorum praeſidium opprimendum uenit. Sic enim ait paullo poſt. Egregiam gloriam tertiae legionis fore, ſi caſtra metu ſecundanorum amiſſa ſua uirtute recipiant. & recipi facile eſſe, ſi in praeda occupati Barbari ſubito opprimantur.

346 Tribvni pl. Licinius Nerua, & C. Papirius Turdus.] Omiſſum eſt a librariis praenomen Licinii. A. Licinius Nerua. ſic enim poſt in praetura uocatur. neq. par eſt omiſiſſe id in Licinio Liuium, ac non in Papirio. De Papiriis Turdis Cicero ad Papirium Paetum. Ilienses adiunctis Balarorum auxiliis.] Balaros Sardiniae populos, aeque atque Ilienſes commemorat etiam Strabo. Sed ſingulos iuſtum pati ſeruitium. iuſtos, coniuges, liberosque uexari] Iuſtos mendoſe eſt. Suſpicor, iuxta ſe, reponendum. Eſt autem Iuxta, aeque, ac pariter. ſic lib. xxix. Omnia ſcelera Pleminius in nos, liberosque noſtros, coniugesq. edidit. & lib. xliii. Domos ſuas plenas turba nautica eſſe. uerſari inter ſe, coniuges, liberosque ſuos. Motvs is ſenatus.] Lege. Motus his ſenatus. C. nvmisivs, C. Mummius.] Hic poſt L. Mummius dicitur. Idem anno dlxii tribunus pl. fuit. quo loco L. Nummius dicebatur. Et quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, ut ciues Romani fiebant.] Malim. Ij ciues Romani fiebant. Et ſi quis ita ciuis R. factus eſſet. Haec impetrata ab ſenatu.] Librarius tres uoces tranſſcendiſſe uidetur. Nam haec futura erat oratio. Et ſi quis ita ciuis R. factus eſſet, ciuis non eſſet. Vox, Eſſet, decepit librarium, ut ſaepe. S. c. adiectum eſt, ut dictator, conſul, interrex, cenſor, praetor, qui nunc eſſet apud forum, quem manumitteretur, in libertatem uindicaretur, iuſiurandum daret &c.] Ne haec quidem ſententia perfecta eſt, cum futura fuerit eiuſmodi. Vt dictator, cōſul, interrex, cenſor, praetor, qui tunc eſſet apud forum, darent operā, ut qui manumitteretur, in libertatem uindicaretur, iuſiurandum daret, qui eum manumitteret, ciuitatis mutandae cauſſa manu non mittere.

In prouinciam aeque amplius praecipiti celeritate abit.] Florebellus legit, Aeque ac prius. egregie: nam paullo ante dixit. In prouinciam nocte profectus praeceps abiit.

347 Q. petilivs Spurinus.] Petillius. ex conſulatu Capitolino. L. aqvilivs Gallus.] Aquillius. ex tabulis Capitolinis, & Graecis. Qvia non recte factae Latinae eſſent.] Malim. Rite. ut ſemper alias. Comitia in diem iii. Non. Sext. Latinas ad diem iii. Idus Sex. edixit.] Lego utrobique. In A. D. ideſt in ante diem. ſic enim lib. xliii. In ante dies iix & vii Kalend. Octob. dicta dies. & lib. xlv. Latinae edictae a conſule ſunt in ante iv, iii. & prid. Idus Nou. Sic igitur & hic. In A. D. iii. Nonas edicta erant.

348 Creavit M. Valerium Leuinum.] C. Valerium Laeuinum. ex conſulatu eius Capitol. & ipſomet Liuio infra. Immemorem ambiguitatis uerbi ominatum ferunt, ſe eo die Letum capturum eſſe.] Valerius lib. primo ita. Petillius conſul in Liguria bellum gerens, cum montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret, interque adhortationem militum dixiſſet. hodie ego Letum utique capiam. inconſideratius procliando fortuitum iactum uocis leto, ſuo confirmauit. C. valerivs audita.] Hoc loco haec deſiderantur. Expoſitis rebus ab altero conſule Q. Petillio in Liguribus geſtis, & morte eius, iam ordiebatur narrationem earum, quas collega eius C. Valerius geſſiſſet, his uerbis. C. Valerius audita morte collegae. Quae res & ipſae interciderunt. & comitia conſulum P. Mucii Scaeuolae, & M. Aemilii Lepidi. itemque praetorum, una cum ſortitione prouinciarum. praeterea expoſitio rerum, quas in Gallia, Liguribuſque conſules geſſerunt. Nam ait. Ob eas res in Gallia Liguribusque geſtas duorum conſulum ductu, auſpicioque ſenatus in triduum ſupplicationes decreuit. Quod autem ad comitia conſulum pertinet, repperi ſententiam perbellam iacere apud Priſcianum lib. xvii. quam ſuo loco interijciendam eſſe duxi. Ea eſt haec. Liuius ab urbe condita lib. xli. Periti religionum, iuriſque publici, quando duo ordinarii conſules eius anni alter morbo, alter ferro perijſſet, ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe. Ordinarios autem appellat conſules, qui primis comitiis ſint creati, neque in de-

in demortuorum locum ſuffecti.Fuerāt autem Cn..Cornelius Scipio Hiſpalus,& Q.Petillius Spurinus. quorum ille morbo,hic ferro abſumptus fuerat. ut Liuius,& Valerius tradunt. Suffectus autem in Scipionis locum C.Valerius Laeuinus.quem religionum,inquit, periti negabant comitia rogandis conſulibus habere poſſe.Hac autem de re ſic ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis.

CN. CORNELIVS. L.F. L.N. SCIPIO. HISPALVS. Q. PETILLIVS. C.F. Q. N. SPVRINVS. IN.
IN. MAG. MORTVVS. EST. IN. EIVS. L. F. E. MAG. POSTEAQVAM. SIBI. CONLEG.
C. VALERIVS. M. F. P. N. LAEVINVS. SVBROG. OCCISVS. EST.

Q. MVCIVS cum ijs.} Scribe,P.Mucius. ex conſulatu Cap.& Caſſiodo.collegam enim M.Lepidi quaerimus. MORE ſella eburnea.} Deſiderantur pauca,quibus mores Perſei regis deſcribebat, de quo dicere coeperat.Itaque ſubſequitur. Perſeus regio more ſella eburnea poſita ius dicebat.

SVO pio inter peregrinos.} Hoc loco interciderunt comitia conſularia,quibus conſules creati ſunt Sp.Poſtumius Albinus,Q.Mucius Scaeuola.Comitia item praetoria.De ſortitione autem prouinciarū praetorum ſubſequitur hoc modo.Iam praetores ſortiti prouincias erant, C. Caſſius Longinus urbanam,L.Cornelius Scipio inter peregrinos.

QVOD peſtilentia,quae priore anno in boues ingruerat,eo uerteret in hominum morbos,qui in- 349
ciderant, haud facile ſeptimum diem ſuperabant.} Vſus eſt etiam eiuſmodi genere dicendi lib. XXV. Vt neglecti, qui incidiſſent,morerentur.& Cic.in Piſon. Neque ſe recreare quiſquam poſſet. qui ſemel incidiſſet. TI. Sempronius T.F. Longus.} Lege Ti.Sempronius. C.F. Longus. Nam anno DXLI ait.Decemuir ſacris faciundis in locum Ti.Sempronii Ti. F. Longi. Ti.Sempronius C.F.Longus ſuffectus. Qui ergo creatur eo anno, hoc moritur.ibi autem idcirco praenomina appoſuit, ut internoſcerentur. C. ATILIVS Aemilius curio maximus.} Vt dixi ſupra in eo anno, quo hic creatur curio, legendum eſt, C. Mamilius Vitulus curio maximus.

C. SVLPICIVS Galba in locum Tuditani. Augures ſuffecti ſunt.} Excidit nomen pontificis ſuffecti in locum Cn.Seruilii Caepionis demortui. Ait enim:Pontifices ſuffecti ſunt C.Sulpicius Galba in locum Tuditani, ... in locum Caepionis. Neque enim ſi de Galba ſolum dixiſſet, Pontifices ſuffecti, ſed Pontifex ſuffectus dixiſſet. CVRIO maximus C.Scribonius curio.} Altera uox Curio cognomen eſt Scriboniorum.Itaque maiore littera notanda eſt,ut diſtinguatur a priore uoce, quae ſacerdotium ſignificat. FACES eadem nocte plures per caelum lapſae ſunt in Lanuuino,Caeritesque anguem in opido ſuo iubatum aureis maculis ſparſum apparuiſſe affirmabant.} Priſcianus lib. IV. citat hunc locum ſic.Liuius hiſtor.ab urbe cond. lib. XLI. Lanuuini, Caeritesque anguem iubatum nunciarunt. Itaque legendum eſt ita. Lapſae ſunt. Lanuuini Caeriteſque. LEGATI Nonis Iulii.} Vt dixi alio loco, ſi Iulias Nonas intelligeret, Quinctiles dixiſſet, quo modo ante Caeſarem Dictatorem loquebantur.Itaque Iunias repono, ut alibi ex ueterum librorum auctoritate feci. Plutarchus ſaepe. καλάνδας κουιντιλίας, ἃς νῦν ἰουλίας καλ. μεν. NEC earum tantum ciuitatem, per quas iturus erat, ſatis habuit animos ſibi conciliare,aut legatos, aut litteras dimiſit.} Legendum eſt. Sed aut legatos, aut litteras dimiſit. ID cum Perſeus animaduertiſſet comprenſis omnibus litteras. Ceterum ne ſimilis.} poſt uocem Litteras exciderūt uerba aliquot,quae hunc ſenſum explerent.Comprenſis omnibus litteras ad Achaeos miſit, quibus ſe ſeruos eorum, qui ad ſe transfugerant,benigne remittere illis ſcripſit. ceterum ne ſimilis fuga ſeruorum poſtea fieret,cogitandum & illis eſſe.Haec ſententia elicitur ex ſequentibus Callicratis uerbis.Inde litteras ad nos cum muneris ſpecie miſit, & cogitare iubet, quo modo in reliquum hoc munere non egeamus. NAM qui regibus, Macedonibusq.ipſis finibus interdixiſſemus,manereq. in decretum,ſcilicet,ne legatos,ne nuncios admitteremus regum.} Praeciſa ſentētia,immo manca ſic expleri poſſit. Manereque id decretum uoluimus,ſcilicet ne.ſic paullo poſt. Vt decretum, quo arceantur Peloponneſo Macedones,tollamus. PERSEA, quem populi R. prius poenae,quam regni heredem futurum ſciebat, regem fecit.} Diuinitus hunc locum quoq. caſtigat Florebellus in hunc modum. Perſea, quem populi R.hoſtem prius paene,quam regni heredem futurum ſciebat,regem fecit.Nota autem ſententia eſt ex ſupra dictis. NEC prouinciis de controuerſis ad diſceptationem P.R audiuit.} Exſcidit uox una ad ſenſum complendum neceſſaria.ea eſt. Reuocantem. ſic enim ait. Dolopiam armis ſubegit, nec prouinciis de controuerſis ad diſceptationem populi Rom. reuocantem audiuit.Hoc probatur ex eo,quod paullo ante dixit. Et de quibus ambigebatur rebus ab rege ad Romanos reuocabant. IMMISCEMVR Macedonibus armantibus ſe aduerſus Romanos.} procul dubio, Immiſceamur,legendum eſt, pendetque & hoc membrum a ſuperioribus. Hoc eſt, ut decretum tollamus, ut legatos regios exercitus Macedonum,& mox ipſum a Delphis trāſijcientem in Peloponneſūm uideamus,immiſceamur Macedonibus armantibus ſe aduerſus Romanos. QVAM QVAM & illud dicere poterā,tanta priorum Macedoniae regum merita erga nos fuiſſe,ut Philippiunius Iniurias,ſi quae forte fuerunt,utique poſt mortem.} Senſus docet deeſſe uerbum, Obliuiſceremur. ut ſit. Si quae forte fuerunt, obliuiſceremur utique poſt mortem. CVM claſſis R. Cenchris ſtaret conſul cum exercitu Velatiae eſſet.} Cenchreis,& Elatiae ſcribendum ſine dubio.ex lib. XXXI.

EXSVLIBVS Hypateis.} Hypataeis. ex Stephano. ὕπατα ὑπαταῖος. L.FVLVII, qui frater ger- 350
manus,&(ut Valerius Antias tradit) conſors etiam Cenſoris erat.} Hunc Velleius Cn.Fuluium uocat.

& recte,

& recte,ut libro priore docui. Aſpera,inquit,cenſura Fuluii Flacci,& Poſtumii Albini fuit.quippe Fuluij cenſoris frater,& quidem conſors Cn.Fuluius ſenatu motus eſt ab iis cēſoribus. Ceterum fratres cōſortes dicuntur,qui hereditatem nondum diuiſerunt. Graece σύγκληροι.

EX iis M.Aemilio ſenatus negotium dedit. } Hoc nomen conſulis eſt mendoſe. non enim hoc anno,ſed priore M.Aemilius conſulatum geſſit.qui autem proxime ante L. Poſtumium Albinum , & M. Popillium Laenatem, qui ſubſequuntur, conſules fuerunt, ij Sp.Poſtumius Albinus,& Q.Mucius fuerunt. Neque uero de M.Aemilio intelligi poteſt, quia ille ſortitus Galliam eſt, hic autem Iſtros , nihil memorabile geſſit. P.Mucii res in Liguribus geſtae apud Liuium omnino interciderūt.Illud enim tantum exſtat . ob eas res in Gallia Liguribusque geſtas duorum conſulum ductu auſpicioque ſenatus in triduum ſupplicationes decreuit, & XL hoſtiis ſacrificari iuſſit. FERREBIS in monte Albano conſulibus.} Feriis,puto legendum,ut de Latinis intelligatur,quae agebantur in monte Albano. Ceterum hic locus ſanari ne coniectura quidem poteſt. ET alter ex iis Fuluius Flaccus(nam Poſtumius nihil niſi ſenatus Romani , populiue iuſſu ſe locaturum eſſe ipſorum pecunia)Iouis aedem Piſauri.} Malim:Nam Poſtumius nihil niſi ſenatus conſulto, populiue iuſſu ſe locaturum ipſorum pecunia dicebat. Sic enim loqui ſolet.ut ſenatus conſultum, uel auctoritatem iuſſui populi opponat . ET Pollentiae.} Potentiae.ut ſupra. IN his & clo um circumducend & forum.} Puto legendum: Cloacam in fluuium circumducendam,& forum.Sic lib.primo:Cloacis e faſtigio in Tiberim ductis.

M. POPILIVS Laenates.} M.Popillius Laenas.ex Capit. lap. CN. FABIVS Buteo. } Alio loco oſtendi N.Fabios, Cn. Fabios mendoſe ſcribi. Eſt profecto N.Fabius Buteo conſul anno DV in tabulis Cap. Neminem autem Cn. Fabium repperi niſi mendoſe. IN aedem Matris Matutae poſita. } Lege.In aede.Sic lib.XL.Eodem exemplo tabula in aede Iouis in Capitolio ſupra ualuas fixa eſt.

ATQVE liberatis uectigalibus reſtitutis.} Deeſſe mihi uox aliqua uidetur.ut,Atque liberatis ſociis, & uectigalibus reſtitutis. T. FLAMINII.} Flaminini.ut ſupra.eſt enim filius T.Quinctii Flaminini,qui de Philippo triumphauit.

IN LIBRVM XLII

351 CN. FABIVS Maſſiliae.} N.Fabius ut dixi. SENATVS decreuit,ut P. Furius, Cn.Seruilius, quibus ſuccedebatur,inter ſe ſortirentur , uter citeriorem Hiſpaniam prorogato imperio obtineret.} Locus ſine dubio mancus.Quod ex diuturna obſeruatione Liuianae orationis intelligi poteſt. Poſſum ſexcentos proferre locos,quibus Liuius ita locutus ſit , Compararent inter ſe , aut ſortirentur.uerum paucis quibuſdam ero contentus,quae ſunt in extremis his libris. Lib. XLI. S. C. factum eſt, ut conſules inter ſe compararent,uter eorum ad comitia habenda Romam rediret.& hoc libro.S.C.inde factum eſt,ut conſules inter ſe prouincias compararent, ſortirenturue. & lib.XLIII.Prim quoque tempore , aut comparare eos inter ſe Italiam,& Macedoniam,aut ſortiri placuit. & lib. XLV.Primo quoque tempore prouincias aut compararent inter ſe , aut ſortirentur. Cum igitur & ex his locis , & ex ijs , quae ſupra a me collecta ſunt , ſatis conſtet , non conſueuiſſe dicere Liuium,Sortiri inter ſe, ſed comparare, non eſt dubium,quin legendum ſit , Inter ſe compararent,aut ſortirentur. praeſertim uero cum ſubſequatur. Sors opportuna fuit . quaſi dicat. Ex duabus propoſitis rationibus, una opportuna fuit .

CN. LVTATIVS Cerco . } Puto legendum , C. Lutatius. neque enim Cnaeum praenomen eſſe Lutatiorum repperi.Supra in Capitolinis conſulibus eſt,Q.Lutatius C.F.C.N.Cerco. VOVERAT in ea pugna aedem Iunonis Monetae. } Caſus dandi requiritur. Sic enim ſemper loquitur. Res exemplis non eget. Iunoni,ergo ſcribe.

352 ARMA quoque tempore fieri.} Corrige. Arma primo quoque tempore fieri . Nam de conſule paullo ante dixit.At ille arma omnibus ademit.Quae ergo arma a conſule Liguribus adempta fuerant, ea primo quoque tempore fieri cenſuit ſenatus,& factum conſulis improbauit.Nota dicendi forma eſt.

QVAS ob res placere ſenatui,M.Popillium conſulem Ligures pretio emptoribus reddito,ipſos reſtituere in libertatem. } Suſpicor legendum: Quam ob res S.C. factum eſt,placere ſenatui,&c. Dixit enim.Atrox res uiſa ſenatui eſt,Satellites Ligures deditos in fidem populi R.armis, & libertate ſpoliatos eſſe.Quare S.C.factum eſt, placere ſenatui M. Popillium conſulem Ligures in libertatem reſtituere,&c. De hoc S.C.ita paullo poſt. Poſtularet a patribus, ut S.C. in ſe factum tolli iuberent. Haec autem uerba, Ob eas res placere ſenatui,ut &c.ſollemnia eſſe ſenatus cōſultorum, apparet ex S. conſultis Philippicarum apud Ciceronem. INFESTVS praetoribus Romam rediit . } Lege . Praetori . A. enim Atilium intelligit.Itaque addit: Inuectus eſt in praetorem,qui aduerſus ſe pro hoſtibus ſenatuſconſultum feciſſet. M. IVNIVS Poenus. } Pennus. ut ante. CENSORES erant Q. Fuluius Flaccus,& L. Poſtumius Albinus.} A.Poſtumius. ex cenſura Capitolina,& Liuio. ſupra. NEQVE ab altero notatum probauit.} Corrigo.Neque ab altero notatum alter probauit.ſic lib.XLV.Neque ullius,quem alter notaret,ab altero leuata ignominia. Hac de ratione cenſoria ſic Cicero pro Cluentio. Atque ipſi inter ſe cenſores ſua iudicia tanti eſſe arbitrantur, ut alter alterius iudicium nō modo reprehendat,ſed etiam reſcindat.ut alter de ſenatu mouere uelit, alter retineat , alter in aerarios referri, aut

tribu moueri iubeat,alter uetet. Incoepto perſtabant.} Diuidendae uoces ſunt:In coepto.& li. xlv.In bene coepto perſeuerare ait. Altero ad Sidenum auguſtiſſimo, & celeberrimo in templo,tertio Delphis.} Videtur legendum ad Delum,ex Suida,qui de Perſeo ait.Καὶ τέλος ἐξετίθει ἀναγραφὰς εἴς τε Δῆλον, καὶ Δελφούς.

Armis uel tribus tantum exercitibus in armamentaria congeſſiſſe.} Corrigo.Vel tribus tantis. quo de dicendi genere libro priore dictum eſt. Tamen in primo congreſſu non temperauit, quin uxoris petẽdae praematuram feſtinationem fratri obiiceret.} Sic Plutarchus in apophtheg.ὁ δὲ Δημήτριος φιλοφρόνως ἀσπασάμενος αὐτὸν, καὶ πρὸς τὸ οὖς εἰπὼν μὴ σπεῦδε γῆμαι, πρὶν τελευτήσαντα ἴδῃς. 353

Classem appellere tuto, & copias per commoda exponere poſſet } Percommode. reſpondet enim uoci, Tuto. Colvmna roſtrata in Capitolio bello Punico conſule, cui collega Ser. Fulpius fuit,tota ad imum fulmine diſcuſſa eſt.} Et hic locus mancus ita ſanari fortaſſe poſſit. Columna roſtrata in Capitolio bello Punico priore poſita a M. Aemilio conſule,cui collega Ser. Fuluius fuit. Hi autem conſules fuerunt anno v. c. cdxcv.de quibus Caſſiodorus.& Capitolini auctores. 354

Decemviri luſtrandum opidum.} Sic lib. xxii. Prodigiis aliis ex alio loco nunciatis, tamen Ardeae ſacrificatum ait.Decemuiri in foro Ardeae maioribus hoſtiis ſacrificarunt. Qvi re praeſenti cognoſcerent.} In re praeſenti, legendum.Liu.lib.xxxiv.Miſſuros ſe in Africam,qui inter Carthaginienſes,& regem in re praeſenti diſceptarent. Legi etiam exemplum tabulae cuiuſdam aeneae peranti-quae in agro Genuate repertae.ubi ita eſt.De controuerſiis inter Genuateis,& Veiturios in re praeſente cognouerunt,& coram inter eos controuerſias compoſuerunt.

Nec ſibi aut uenientibus,aut mouentibus quidquam hoſpitaliter,aut benigne factum.} Placet lectio Florebelli.Aut uenientibus,aut manentibus.

Stratiqve humi non ſibi magis miſericordiam,quam regi.Interrogari Guluſſam placuit.} Ex pleueris ſenſum,ſi ita leges.Non ſibi magis miſericordiam, quam regi inuidiam concitarunt. Deinde interrogari Guluſſam placuit. Mittendi ſe Romam,qui deprecarentur.} Deprecaretur, perſpicue. Qvod belli parandi concilia habuiſſet.} Patrandi legit Manutius.quod placet. 355

Renvnciandamqve amicitiam regis miſſi.} Regi.legendum eſt.Sic enim lib.xxxiix.Decreuerunt renunciare ſocietatem Achaeis. & lib. xxxv. Badium Campanum T. Quinctio Criſpino Romano renunciare hoſpitium.Suet.in Caligula. Ac ne tum quidem ultra progreſſus eſt,quam ut amicitiam ei more maiorum renunciaret. L. porcivs Licinius.} Licinus.ut ante. L. ivnivs Annalis.} L.Villius. ut ante. Nihil recuſare tamen,quo minus operam p.r.dent.} Inuerſae litterae ſunt.& r.p.ſcribendum eſt.ut ſit,Reip.non Populo Romano.Haec enim uſitata locutio. Qvod bellum ſenatus Perſeo iuſſiſſet.} Malim,Cum Perſeo. 356

A m. coelio mihi primus princeps prioris centuriae eſt aſſignatus.} Lege,A m'. Acilio. Glabrionem enim intelligit aperte eum,qui cum Aetolis bellauit,& cum Antiocho. Ligvrvm mille millia.} Scribe, Ligurum mm.i. duo millia. C. decivm, A. Licinium Neruam.} Emendo C. Decimium. uterque enim horum poſt praetor fit. Decios praeterea hoc praenomine uſos non comperi. Abrypolim ſocium, atque amicum populi R. regno expuliſti.} Huius rei hiſtoria excidit apud Liuium. Priore autem libro, quo in loco de origine Perſici Belli agebat, ut puto,eſt tradidit. praeſertim uero cum in Epitome eius libri haec uerba ſint.Initia belli Macedonici continet.miſerat ad Carthaginienſes legationem,& ab iis nocte audita erat. Sed & alias Graeciae ciuitates ſolicitabat, qui praeter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Iouis Olympij,& Antiochiae Capitolini, uiliſſimum regem egit. Narrat autem Pauſanias in Achaicis, cum Perſeus foedus,quod ſibi cum Romanis erat, uiolandum eſſe decreuiſſet, Abrupolim Sapenſium Regem aggreſſum eſſe, & populi Rom.ſocios uexaſſe. Verba ſunt haec. Περσεὺ γὰρ ἤδη σπένδεσθαι πρὸς ῥωμαίους ἄγοντι τὴν εἰρήνην κατὰ συνθήκας, ἃς ὁ πατὴρ οἱ φίλιππος ἐποιήσατο, ἐνταῦθα ὑπερβῆναι δοκεῖ τοὺς ὅρκους, καὶ ἐπί τε σαπαίων τὸν βασιλέα ἀβρούπολιν στράτευμα ἀγαγὼν ἐποίησεν ἀναστάτους ῥωμαίων συμμάχους ὄντας. Pro paterno noſtro hoſpitio fauco orationi tuae.} Rationi.lego.i.cauſſae.etenim ſic ſequitur. Et opto ut aliquã mihi materiam praebeas agendae tuae apud ſenatum cauſſae. Videtur autem littera, O,ex fine uocis,Fauco, repetita. 357

Ex quo regnum adeptus,es unam rem te,quae facienda fuerit, ſenatus feciſſe cenſet, quod legatos Romam ad renouandum iudicat potius,quam,cum renouatum eſſet,uiolandum.} Hoc modo perfici haec ſententia uidetur poſſe.Quod legatos Romam ad renouandum foedus miſeris. quod ipſum tamen tibi non fuiſſe renouandum iudicat potius,quam,cum renouatum eſſet,uiolandum.Fecit enim iteratio huius uocis,Renouãdum,ut librarius a priore ad poſteriorem trãſierit,uerbis mediis praeteritis. 358

Partim quae uerbo obiecta uerbo negare ſit.} Sine dubio deſideratur uerbum Satis,ut placet Florebello,in hunc modum,Verbo negare ſatis ſit.

Legati Romani in Boeotiam comparati ſunt.} Comparare legatos dixit,ut comparare conſules,& cenſores.i.ut alibi dixit.Legere,& in legationem conijcere. Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum uitae eius inſidiantem, eadem Faliſcis uinctum traditum proditorem liberorum regis.} Alios ſequi uidetur auctores, quam quos ſecutus eſt lib. vi. ubi de magiſtro proditore loquitur. non enim liberos eos fuiſſe regis ſignificat,ſed principum Faleriorum.Idem tradit Plutarchus. 359

Cvivs

360 Cvivs imperio, conſilioque ſummam P.R tuendam permiſerunt.} Inuerſae litterae ſunt, Reip. legendum eſt, non Populi R. Aliqvam diuerſis ſententiis certatum eſt. } Aliquandiu diuerſis.

Dvm integrae res ſint apud animum ſuum Perſea debere, utrum ſingula concedendo. } Imperfectũ ſenſum ita expleueris: Dum integrae res ſint, ſtatuere apud animum ſuum Perſea debere.

Hippias Bereus. } Berroeaeus, ut ante. Antiphilvs Ediſſaeus. } Edeſſaeus. ab Edeſſa. Stephanus. Ex Paroria.} Parorea. Graece παρώρεια. ſic ante. Sextvs & uiceſimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat.} Lege, Tertius, & uiceſimus. Tot enim numerantur a P. Cornelio, Ti. Sempronio cos. Error ex notis manauit, III & VI. ex duobus enim II. V. factum eſt.

Qvae tricenos equites habeant. } Corrigo, Trecentos. quod eſt aeque, ac trecentenos. ſic paullo poſt. Non plus quam CCC equites erant in caſtris Romanis. ſic libro priore. Quina millia, & duceni pedites, & trecenti equites.

361 Incognitvm famae aperuerint armis orbem terrarum.} Fama, perſpicue. Tantvm iuſſis ad iter parare. } Parari, perſpicue. Pythovm, & Dolichen.} πύθιον uocant Plutarchus in Paullo, & Stephanus. Quare lego, Pythium. Cyretias oppugnare coactus.} Conatus, perſpicue. Velatias, & Connum. } Elatiam, & Gonnum. De utriſque dictum eſt ante. ex Stephano.

Phileterio fratre relicto Pergami. } Philetaero. de quo Appianus in Syriaca. Persevs ferme diei quarta. } Lego. Perſeus hora ferme diei quarta. neque enim in eiuſmodi ἑλληνίζειν adhuc apud Liuium incidi. paullo poſt. Ante horam quartam. Midon Bereus. } Milo Beroeus. Plutarchus enim in Paullo μίλωνα nominat. Consvli intra uallum.} Lege, Conſul. perſpicue.

Eqvitibvs, & ſummae partis eius Meno Antigonenſis praeerat.} Parti, legendum, non Partis.

Patrocles Antigonenſis hic.} Legendum, His. i. auxiliis gentium praeerat.

Vt uſu belli, & ingenio impauida gens turbaretur. gladiis haſtas petere pedites. nunc ſuccidere crura equis, nunc illa ſuffodere.} Suſpicor coniungenda eſſe uerba. Pedites nunc ſuccidere. nam haec peditum ſunt in equites opera. ut alii crura equis ſuccidere nt, alii illa ſuffoderent.

Cvm ordinatis, & certo incidentibus gradu. } Lego, Incedentibus. ut lib. XXII. Cum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet. & Ouidius II. Metamorphos. Incedere paſſu, dixit.

Cvm uictor equeſtri proelio rex paruo momento, ſi adiuuiſſet, debellatum eſſet. } Debellaturus ut legatur, ſenſus poſtulat. Ne audaci coepto deeſſet.} Deeſſent. refertur enim ad Hippiam, & Leonatum, non ad Phalangem.

362 Concidere eo die ab Romanis CC equites &c.} Summam colligit omnium Plutarchus in Apophthegm. duo millia octingentos, qui aut caeſi, aut capti ſint. Ad Mopſelum caſtra poſuit. } Mopſium lego. ex Stephano. μόψιον πόλις τῆς πελαγονίτιδος χώρας θετταλίας. στράβων ἐνάτῃ. Agris locisque, quibus Philippus ceſſiſſet, ceſſurum primum.} Pro, Primum, repono, Perſeum, euidente ſenſu. nam dixit etiam. Vectigal, quantum Philippus pactus eſſet daturum Perſea Romanis pollicentes.

Ita pacem dari, ſi de ſumma rerum, liberum ſenatui permittat rex de ſe, deque uniuerſa Macedonia ſtatuendi ius.} Eadem ſententia eſt apud Plutarchum in Apophteg. P. Licinii conſulis.

Vt incendio intercepti ab hoſte.} Interſaepti legit Florebellus. quod eſt melius.

Atqve ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret, nequidquam primae ſtationes oppreſſo tumultu, ac errore ſuo ceteros exciuerunt. } Duas puto uoces deeſſe huic ſententiae. Quod apparebit, ſi ita legeris. Atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret, nequidquam tentauit. nam primae ſtationes oppreſſae, tumultu ac errore ſuo ceteros exciuerunt, ſignumque datum eſt arma extemplo capiendi. Aliter ſi legas, nullum elicies ſenſum.

363 Phalannevm agrum.} Phalannaeum. Steph. φαλάννα φαλανναῖος.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XLIII.

Praetores nonnulli. } Vet. lib. Praetores aliquot. Captivi, qui ab eo uenierant. } Vet. lib. Qui ab eo ſub corona uenierant. Res praeterea a Perſeo rege in Thracia proſpere geſtas continet, & uictis Dardanis, & Illyrico, cuius rex erat Gentius, motus, qui in Hiſpania ab Olonico factus erat ipſo interempto conſedit. } Vet. lib. habent. Ab Elonico. lib. XL. extremo. Clondicus dicitur, ut dixi, mendoſe. dux enim Baſtarnarum fuit, qui in Dadaniam uenerant, atque ibi manſerant, a Philippo rege excitati. Quare pro Hiſpania, Paeonia, lego. Eſt enim Paeonia Dardaniae continens, ut ait Liuius libro XLV. in ea igitur cum bellum excitaret, interfectus a Perſeo rege ſignificatur.

A praefectis claſſium.} Vet. lib. Item a praefectis claſſium.

IN LIBRVM XLIII

Legatvs in Illyricum a conſule miſſus.} Puto deeſſe huius legati nomen. niſi intelligamus Q.Mucium. de quo paullo ante dixit lib XLII. extremo. Q.Mucium legatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam miſit. Quem tamen eodem libro tribunum militum appellauerat. Duo conſulares, inquit, tribuni militum cum eo miſsi C. Claudius, Q.Mucius. Ne duabus oppugnationibus nequidquam fatigatus miles eſſet, quam prius intactam urbem reliquerat, diripuit.} Corrigo. Quas prius intactas urbes. Nam dixit. Opulenta duo opida ui, atque armis coegit in deditionem, omniaque ijs ſua conceſsit. Item. Ne duabus oppugnationibus nequidquam fatigatus miles eſſet.

Legati ij profecti M.Cornelius Cethegus, M.Fuluius, P. Marcius Rex.} Corrigo. Legati III profecti, ideſt, legati tres profecti. Sic lib. XLI. In Macedoniam quoque mittendos legatos ſenatus cenſuit. Tres miſsi ſunt, C.Laelius, M.Valerius Meſſalla, Sex. Digitius.

Tantvm pauorem ingreſsi.} Hoc loco deſiderantur comitia conſularia, quibus A.Hoſtilius Mancinus, & A.Atilius Serranus conſules facti ſunt. Hoſtilio Macedonia euenit, Atilio Italia. item comitia praetoria cum ſortitione prouinciarum. Ad haec uero deſunt res a P.Licinio proconſule in Macedonia geſtae. Qua de re ſic in Epitoma. P. Licinius Craſſus proconſul complures in Graecia urbes expugnauit, & crudeliter diripuit. Quamquam ex Liuio uidetur legendũ, Conſul, non Proconſul. quia ait paullo poſt. Quo crudelius auariusque in Graecia bellatum, & ab conſule Licinio, & ab Lucretio praetore erat. Accedit, quod prorogatio imperij in P.Licinio non fuit neceſſaria, cum A. Hoſtilius conſul hoc anno cum imperio in Macedoniam uenerit. atque ibi hoc tempore eſſet. Loquitur hic de quodam praetore, qui hoſtes ſine ſanguine domuit. Deinde qui a P.Licinio Conſule in ſeruitutem adducti erant reſtitutos in libertatem exponit. Qua de re ſic in Epitoma. Ob id captiui, qui ab eo ſub corona uenierant, poſtea reſtituti ſunt. Poſt autem, quae a L. Hortenſio praetore auare & crudeliter in ſocios facta ſint, exponit. De quibus ſic in Epitoma. Item a praefectis claſsium Romanarum multa impotenter in ſocios facta. Si qua alia hoc loco deſiderentur, paullo poſt indicabo. Histrorvm & Iapidum.} Graeci Ἰάποδες. Tabulae Capitolinae Iapudes edunt. Trittici decies centũ millia, & hordei quinquaginta.} Quingenta, corrige. ſic enim locutus eſt de iiſdem Carthaginienſibus lib. XXXVI. Hordei quingenta millia. Miccion princeps eorum } Mictio. ex Plutarcho in Paullo, ut ante. 364

Qvi excluſiſſent, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Aenũ incolumes eſſe.} Malim. Quæ. Sunt enim haec urbium nomina. Qvibvs nihil dicere, neque penſi, neque facere.} Malim. Neque penſi ſit. ut lib. XLII. Id illi cui nihil penſi ſit, facile eſſe. M.Ivventivs Talua.} M'. Iuuentius Thalna. ex conſulatu Capitolino. Qvem non poſſe exiſtimare.} Niſi cum interrogatione legas, nullus erit ſenſus. Milites duarum legionum intra dies LX, quam in prouinciam uenit, diuiſit.} Dimiſit, lego. Nam praecedit. Satis explorata pace eius anni. De conſule A.Atilio loquitur. 365

Ad Lycnidum.} Lychnidum Graeci enim. Λύχνιδον. M.Svlpicivs Gallus.} C. Sulpicius. ex praetura & conſulatu eius. Q.Marcivs Philippus iterum, Q.Seruilius Caepio.} Cn.Seruilius. ex conſulatu Cap. & Caſsiodoro. Sacerdotes intra eum annum mortui L.Flaminius. duo pontifices deceſſerunt.} Deeſt nomen ſacerdotij, quo praeditus erat L.Flamininus. erat autem augur factus in locum P.Furij Phili anno DXXXIIX. Quare L.Flamininus augur, legendum.

Tribvnos iis non permiſſum, ut conſules facerent, populus creauit.} Corrigo, Tribunos mil. non permiſſum.

P.Mvcivs Scaeuola, C.Iunius Brutus.} Scribe M.Iunius Brutus. Qui enim cenſuram petebant hoc tempore conſulares erant. Conſul autem fuit M. Iunius Brutus, non Caius. ex conſulatu eius Capitolino, & Caſsiodoro. Id praetoribus magna patrum non ſine ſugillatione conſulum mandatum eſt.} Deeſt huic ſententiae uox una. ut Magna patrum conſenſione. Qvotiescvmqve delectus erit, quem hic cenſores magiſtratum habebunt, ſi miles factus non eris, in delectu prodibis.} Voces, Quem hic, mendoſae ſunt. Mihi reponendum pro ijs uidetur, Quicumque. Errauit librarius, quia ſcriptum legit. Quic. & in Quem hic, mutauit. Reſpõdent autem haec inter ſe. Quotieſcumque, & Quicumque. Porro autem. In delectum, lego. ut paullo ante, Ad delectum prodito. Qvod ſine dolo malo facere poteris.} nota interrogationis addenda eſt. Tribvnvm pleb. Rutilium.} Ego Tribunum pl. P.Rutilium ſic enim etiam lib. ſequenti uocatur. Pericvlvm Graccho non eſſe conceptis uerbis iurauit.} Diſtinguenda uerba ita, ut intelligamus, plebe clamante periculum Graccho non eſſe, Gracchum conceptis uerbis iuraſſe. Ita enim factum eſſe tradunt etiam ceteri. Eo anno, poſtulantibus Aquileienſium legatis, ut numerũ colonorũ augeret, M & D. familiae ex S. C. ſcriptae.} Perſpicue legendum eſt, Poſtulantibus a ſenatu Aquileienſium legatis. Nam ſequitur, Augeret. & Ex S. C. ſcriptae. Tyrrei concilium legatis Acarnanes dederunt.} Lege, Thyrij. Stephanus. Θύρρειον πόλις ἀκαρνανίας. Cvm a Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione a Romanis praeſtarent.} De Cotye rege Thraciae, & ut ipſe ait Odryſarũ, alij multi. De Cephalo Acarnaniae duce. ſic Strabo lib. X. φασὶ τοὺς ταφίους, καὶ τοὺς τηλεβόας λεγομένους οἰκεῖν τὴν ἀκαρνανίαν πρότερον, καὶ τὸν ἡ-

ἡγεμόνα αὐτῶν κέφαλον. Fuere autem haec multorum regulorum nomina, non unius dumtaxat. Ad
Vſcana.} Infra ſemper Vſcanam edit.

Dardanos recens domuiſſet bello.} Pars ea, qua Perſeum domuiſſe Thracas, & Dardanos
tradebat Liuius, deſideratur in ſuperiore huius libri fragmento. Nam in epitoma etiã eſt. Res praeterea
a Perſeo rege in Thracia proſpere geſtas cõtinet. & uictis Dardanis & Illyrico, cuius rex erat Gentius.
Reliqua igitur omnia de Thracia, & Dardanis ibi tractabãtur. nunc res Illyricas exorditur. cum ait. So
lum infeſtum eſſe Macedoniae latus, quod ab Illyrico pateret, cernens, neque ipſis quietis Illyrijs, & adi
tum praebentibus Romanis, ſi domuiſſet proximos Illyriorum, Gentium quoque regem iamdiu dubiũ
in ſocietatem perlici poſſe. Ex his autem, & quae ſupra dixi, intelligi poteſt, multas paginas eo loco
intercidiſſe. Phanotem Epiri caſtellum.} Hoc opidum φανότεια, φανοτη, & φανοτεὺς dictum eſt,
auctore Stephano. quibus modis uariauit etiam Liuius. Nec tamen impetrare ab animo poſ-
ſet, ut impenſam in rem maximi ad omnia momenti faceret.} Loquitur de Perſeo rege, qui impetra-
re ab animo ſuo non poſſet, ut pecunia Gentium in ſocietatem ſuam alliceret. Ceterum quae de
Elonico traduntur in Epitoma a Perſeo facta eſſe, hic deſiderantur. Itaque finis libri eſt aſteriſco
ſignandus.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XLIV.

368 Per ſaltus penetrauit.} Vet. lib. Per inuios ſaltus penetrauit. Pavllvs in concione pre-
catus eſt, ut quidquid diri populo immineret, ſupra domum ſuam conuerteretur, & in Macedoniã pro-
fectus Perſeum uicit.} Qui epitomam hanc ſcripſit, parum accurate uidetur Liuiana uerba legiſſe. ne-
que enim in concione, quam Paullus habet, antequam in prouinciam exeat, quidquam tale inuenitur.
immo Paullus ait, ſe tali uſum eſſe precatione, poſtquã Perſeum uicerat. Verba eius ſunt in oratione ad
Quirites poſt triumphum lib. xlv. Poſtquam omnia ſecundo nauium curſu in Italiam peruenerant, ne-
que erat, quod ultra precarer, illud optaui, ut cum ex ſummo retro uolui fortuna conſueſſet, mutationẽ
eius domus mea potius, quam Reſp. ſentiret. Item Valerius li. v. cap. x. Paullus, inquit, in oratione, quam
de rebus a ſe geſtis ad populum habuit. Cum in maximo prouentu felicitatis ueſtrae Quirites timerẽ,
nequid mali fortuna moliretur, Iouem opt. Max. Iunonemque Reginam, & Mineruam precatus ſum, ut
ſi aduerſi quid populo R. immineret, totũ in meam domum conuerteretur. Ergo neque antequã in Ma
cedoniam iret, neq. in concione ita precatus eſt. Antequam confligeret, dixit exercitui, ne mirare
tur, quod luna nocte proxima defectura eſſet.} Haec non Paullum dixiſſe, ſed C. Sulpicium Gallum tri
bunum militem tradit Liuius, & Valerius li. iix. cap. xi. Itaque legendum eſt. Antequam confligeret,
C. Sulpicius Gallus tribunus mil. dixit. In ueteribus autem libris eſt. Praedixit exercitui, ne miraretur,
quod luna defectura erat. Qvaerentes de Antiocho rege, quod is bellum inferret.} Vet. lib. His
id eſt Cleopatrae, & Ptolemaeo.

IN. LIB. XLIV

Cvm arma, uiros, equos cum cura inexiſſet.} Manutius, Inſpexiſſet.

Et primus eorum congreſſus ex dignitate eorum ipſorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde
gerendis. Proconſul enim ad exercitum paucis poſt diebus conſul concionem apud milites habuit.}
Nonnulla hic deeſſe unuſquiſque ſentire poteſt. quorum haec uidetur fuiſſe ſententia. Primus eorum
congreſſus ex dignitate eorum ipſorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis ſumme uti-
lis Philippo conſuli fuit. Proconſul enim ad exercitum conuerſus cum ad rem fortiter gerendam horta
tus eſt, eoque conſuli tradito Romam reuerſus eſt. Paucis poſt diebus conſul concionem apud milites
habuit. Locutum hic eſſe de traditione exercitus apparet. cum ſubdit. Profectus decimo die poſtquam
exercitum acceperat, caſtra mouit. Svmmotis iis quam potiſſimum peteret, retulit ad conci-
lium.} Legendum eſt. Qua. ut. Qua quiſque ducturus eſſet. niſi uiam addere malimus. ut paullo poſt.
Quod iter petiturus eſſet, ignarus. Interim conſuli ſententia ſtetit eo ſaltu ducere, ubi propter
Octolopum diximus regis caſtra. Praemitti tamen.} Locus mãcus ita reſtiui poteſt. Vbi propter Octo
lophum diximus regis caſtra Philippi fuiſſe. Praemitti tamen. Librarius enim oculos a Philippi tranſtu
lit ad Praemitti, ob quandam ſimilitudinem litterarum. rem autem ita habuiſſe, intelligi poteſt ex lib.
369 xxxi. ubi de rege Philippo cũ Quinctio dimicante agitur. Tertio inde die per aeque inuia.} Quar
to, legendum. priore enim uerſu dixit, Tertio die coniunctis copiis eunt. & ſupra poſteri diei meminе-
rat. Qvod nec hoſtis umquam apparebat. Vſquam. perſpicue.

Digreſſi in campos.} Degreſſi. nam de deſcenſu loquitur, non diſceſſu. ut ſupra. Et
quae temeritas conſulis uideri potuiſſet, quod eo proceſſiſſet, unde inuito hoſte regredi nequiret, eam
non conſultam audaciam fecit.} Legendum. Non inconſultam audaciam. Nam contrarium temeritati
quaerimus. praeterea ſupra eandem ſententiam protulit. Nec aliud reſtabat, quam audacter commiſ-
ſum pertinaci audaciae, quae prudens interdum in exitu eſt, corrigere. Quam ergo ibi prudentem auda
ciam, hic non inconſultam uocauit. Interdvm plures apparitoribus ludi armati inducebantur.}
Florebellus corrigit, Apparitioribus ludis. cui ego aſſentior.

Soli non habebant ſuper capita elata ſcuta, ne nudarent corpora, ſed praetecta pugnantiū more.} 370
Praetenta reponit Florebellus. & recte. Perseus tandem pauore, eo quo attonitus fuerat, recepto animo, mallet imperijs ſuis non obtemperatum eſſe.} Malim. A pauore recepto animo. alibi. collecto a pauore animo &. Collectis ex nec opinato pauore animis. Corrigo etiam. Malle, pro mallet, iuxta notam figuram dicendi. Canastrevm.} Canaſtraeum. nam Graece καναςραῖον.

Et m millia Peneſtarum.} m m. ſcribe. i. duo millia. Per Cydantem Cretenſem.} Cydas Cydam edit. Itaque Cydam Cretenſem dixit Cicero Philip. v. Et paene uictoriae utique de Antiocho rege maiore parte a ſe uindicata.} Corrige. Ad ſe uindicata.

Litterasqve extemplo ad utramque gentem ſcirent indicatum mitti.} Scribo. Vt ſcirent indicatum. Cauſſam enim affert, cur ſenatus iuſſerit extemplo litteras ad Caras, & Lycios de libertate mitti, ut Rhodij, inquit, legati, qui id aegre laturi erant, ſcirent ſcriptum eſſe. Ibi & ex alijs locis cōmeatus rempublicā proſpectos in hiemem habere.} Vox Remp. uitioſe eſt. Saepe autem admonui, quam facile, & quam ſaepe lapſi ſint librarij in his uocibus p. r. & r. p. & pr. i. populus R. Reſp. Praetor, inuerſis, aut diſiunctis, aut coniunctis, contra quam opus erat, litteris. Hoc ergo loco idem uitij eſt: pro Rempublicam reſtituendum eſt, A praetore. praetorē autem intelligit C. Marcium Figulū claſsis praefectum, cui commeatus cura erat tradita. Itaq. paullo ante dixerat. Conſuli poſtquā ex alto conſpecta claſsis ſpem fecit cum commeatu naues uenire. Eqvis cc ferme opus eſſe.} cc numerus Manutio eſt ſuſpectus, & ∞ reponit. ut mille equis opus eſſe ſcribat. Is pacis ſemper auctor regis fuerat.} Scribe, Regi. Sic enim Latina locutio poſtulat.

Qvi tribunus pl. eos uehementer accuſaret} Accuſarat. perſpicue. S. c. Sulpicius Pr. ad conſulem paucos poſt dies recitauit. quibus ante diem in urbem uenturum. & conſul maturauit.} Foede corruptus locus eſt, & aſteriſco notandus. ſententia eſt. praetorem conſuli s. c. recitaſſe. conſulem ſe in urbem ad certam diem uenturum, & comitia habiturum edixiſſe. paucisque poſt diebus & ipſum maturaſſe, & comitia eo die, qui dictus erat, eſſe perfecta. Sic lib. ix. profectique ad Fabium conſulem legati cum s. c. tradidiſſent. Consvles creati L. Aemilius Paullus iterum ſeptimo decimo anno, poſtquam primo conſul fuerat. Quarto decimo, ſcribendum. tot enim anni numerantur a priore conſulatu Paulli ad poſteriorem. Error ex notis numerorum emanauit. xiv. & xvii. duo enim ii, in v mutata ſunt. Praeterea primum, non primo, in hoc genere dicendum eſt. ſic enim ubique alias.

Cn. baebivs Pamphilus.} Tamphilus. ut ſupra. M. aebvtivs Helua.} M. Aebutius Elua. ut ſupra. Et comperta referenda, quid aut terreſtribus, aut naualibus copijs opus eſt.} Opus eſſet. aperte legendum. Cn. domitivs Aenobarbus.} Ahenobarbus. ut ſupra.

Bis in exitu anni eius lapidatum eſſe nunciatum eſt in agro Romano, ſimul in Veientibus.} Manutius ex ingenio reponit, Semel. Bis ex curſu Dyrrhachium eiectos.} Manutius legit Reiectos.

Et ne quid profectionem ſuam teneret, pridie Idus Aprilis Latinis eſſe conſtitutam diem.} Paullo poſt autem ait, Latinas fuiſſe prid. Kal. Aprilis. ſic enim inquit. Ab hac concione Latinis, quae pridie Kal. Aprilis fuerunt in monte ſacrificio rite perpetrato. Aut ergo mendum eſt, aut diem Latinis praeſtit. Sacrificio rite perfecto primi Alexandrini legati.} Sacrificium hic non Latinarum intelligit, ſed ſollemne ſacrum, quod conſules ſuſcipiebant ineuntes, antequam de rep. referrent, aut agerent. at paullo ante cum dixit, Sacrificio rite perfecto, ſe, & Cn. Octauium, ſimul ſenatus cenſuiſſet, exituros eſſe, ſollemne Latinarum intelligit. C. Popillivm Laenatem, & C. Decimium, C. Hoſtilium.} Scribe Laenatem, C. Decimium, & C. Hoſtilium. Sic enim loquitur paullo poſt in iiſdem legatis nominandis.

In otio militem ali, nec plus quam vi frumentum habere.} Suſpicor legendum eſſe. nec plus, quam ſex dierum frumentum habere. ſiquidem iam hiems exacta erat, in quam commeatus parati fuerant a praetore. Iam enim conſulatum inierat Paullus Idibus Martijs, omnia autem imminuunt legati.

Rvmores credulitate ueſtra ne alatis.} Hanc ſententiam pariter expreſsit Plutarchus in cōcione Paulli. εἰ δὲ πιςεύουσιν αὐτῷ, μὴ παρεςρατηγεῖν, μηδὲ λογοποιεῖν, ἀλλ' ὑπουργεῖν σιωπῇ τὰ δέοντα πρὸς πόλεμον. 372

Primvm a prudentibus. & proprie rei militaris peritis, & uſu doctis monendi imperatores ſunt, deinde ab ijs, qui interſunt gerendis loco, qui hoſtem, qui temporum opportunitatem uident.} Suſpectam habeo hanc lectionem. Qui interſunt gerendis loco, qui hoſtem. Malim ita, Qui interſunt gerendis rebus, qui loca, qui hoſtem. Medeone Labeatidis terrae.} Medione, ut ante dixi, ex Stephano. Quamquam Polybius libro primo, Μυδιωνίας uocat, non μεδιωνίας. Vervm occultiora quaedam agebantur, quae in praeſentia inuiſum quidem, & ſuſpectum Romanis Eumenem falſis grauioribus. Proditor. n.} Manca ſententia eſt. Duas has uoces, aut his ſimiles intercidiſſe puto. Falſis grauioribus criminibus onerarunt. Quod haec crimina grauiora ſint, exponit. Proditor enim, ac prope hoſtis habitus. Neqve bellum eo inuadere animo habuit.} Lege, In animo habuit ſic enim paullo ante. Extrahere eius tempus aeſtatis in animo habebat.

Nam modo ne iouaret bello Romanos, modo pacis patrandae cum Romanis paciſcebatur mercedem, ne bello intereſſet. m. & d. in utroque non fidem modo ſe, ſed obſides quoque dare paratum eſſe oſtendebat.} Inſcite interpuncta uerba deprauant omnem hanc ſententiam. Eſt autem ita diſtinguendum. 373

guendum.Paciſcebatur mercedem ne bello intereſſet mille,& quinquaginta talenta. Inde. In utroque non fidem modo ſe. Vtrumque autem intelligit,nec Romanos bello iuuaturum,& pacem cum Romanis ei comparaturum.Sic paullo poſt CCC.talenta Gentio ob belli ſocietatem a Perſeo promiſſa ait.

CIRCA Deſudabam in Medica exercitus Gallorum conſederat,mercedem pactam opperiens. Maedica. ut ante,ex graecis. Hac de Plutarchus in Paullo ubi ait. ὡς δὲ περὶ τὴν μαιδικὴν κατεστρατοπεδευκότες ἐμίγνυντο τοῖς παρὰ τοῦ βασιλέως, &c. AB Actio flumine. } ab Axio. Sic paullo ante. notum flumen eſt. CLONDICVS regulus eorum,abi renuncia ergo,inquit. } Baſtarnae,quos Philippus rex exciuerat,Clondico duce uenerant,ut lib. XL. traditum eſt. Quem interfectum fuiſſe a Perſeo ſcriptum eſt in Epitoma lib. XLIII. Iterum nunc Clondico duce Baſtarnae a Perſeo accerſiti ueniunt. Ex quo intelligi poteſt,hoc nomen apud eos eſſe celebre. Quoniam autem ante diximus, Elonicum uideri in eo eſſe legendum,idem de hoc etiam affirmamus. APPAREBAT in omnibus. } Florebellus remouet uocem In. IPSIS quoque Romanis de ſe cogitandum fuiſſet. quando neque manere amiſſa Theſſalia,unde exercitus alebatur,potuiſſent;neque progredi,cum ex aduerſo caſtra Macedonum,qui ea pependerant ſpe, haud mediocriter debilitauit. } Nemo eſt, qui non ſentiat ſenſum hunc non expletum undique eſſe,quod uerba quaedam interciderint. nunc quemadmodum expleri poſſit,accipiant. Perſei regis auaritiā coarguit,qui innumerabiles copias ~~Baſtarnarum~~,quibus facile Romanū exercitū opprimere potuiſſet,ne ſumptū faceret,dimiſit. Quod ni feciſſet,inquit,cogitandū ipſis Romanis de ſe fuiſſet,quando neq. manere amiſſa Theſſalia potuiſſent, unde alebatur exercitus eorum, neq. progredi,cū ex aduerſo caſtra Macedonum eſſent. Quo facto Perſeus(inquit) Romanorū animos confirmauit, & Macedonū,qui ea pependerāt ſpe haud mediocriter debilitauit. Eadē ſententia iteratur ēt paullo poſt. Quae res Romanis auxit animos,Macedonibus,regique eorum haud mediocrem attulit terrorem. Librarius in errorem inductus eſt a duabus illis uocibus Macedonum. ab una enim ad alteram, mediis uerbis praeteritis tranſijt. CVM aſſidue Pantauco ad laceſſendos hoſtili facto Romanos ſtimularetur. } Legendum eſt, A Pantauco. M. PERPENNAM, & L. Petilium legatos,qui tum forte ad eum uenerant,in cuſtodiam coniecit. } Perpernam,& Petillium, ex Capitolinis & Graecis monumentis eſt ſcribendum. De his legatis ſic Plutarchus in Paullo. ἐβόλετο ἐλθόντας ῥωμαίους πρὸς αὐτὸν συνέλαβε καὶ κατέδησεν. Appianus in Illyrica hoc factum a Gentio ait,qui diceret, eos non legatos, ſed exploratores ad ſe ueniſſe. IN totum proſecuti. } Tutum,lege. AD Sigium. } Sigeum. graece enim σίγειον.

374 IN CAVIIS Durnium opidum. } Burnium. Ptolemaeus enim meminit opidi Illyrici nomine βόρνιον. & Plin. lib. III. populorum Burniſtarum in Illyrico. BVLLIANORVM, & Apolloniatium. } Lego Bulinorum. qui ſunt auctore Stephano populi ad Illyrium. βυλῖνοι inquit ἔθνος περὶ ἰλλυρίαν.

AD EA, quae habebat auxilia Parthinorum iuuētutis duobus millibus peditum,& equitibus CC. } Suſpicor addendam uocem ita. Aſſumptis Parthinorum iuuentutis duobus millibus. ſic enim paullo ante, Aſſumptis ad eum exercitum,quem habebat, Bulinorum auxiliis. TVM claſſis. } De rebus ab Anicio praetore geſtis aduerſus Gentium regem Illyriorum dicere coeperat. Eas igitur hoc loco perſequebatur,maxime uero eas quas mari geſſerat. quas ita ordiebatur. Tum claſſis. Deſideratur etiam initium rerum earum,quas terra geſſit. nam de deditione urbium loquitur, cum ait. Die toto ei tradiderūt ſe. ETLEVAM uxorem. } paullo ante uxorem Gentii regis Etutam uocauit. Videndum an unam hanc habuerit. SCERDILIO, Pleuratoque. } Scerdiletum libris ſuperioribus dixit. eſt enim nomē regulis Illyricis familiare. PYTHOI,& Petrae. } Pythii. utriuſque meminit Plut. in Paullo.

THEOGENES, & Midon. } Milo. ut ante ex Plutarcho. BELLO Illyrico intra XXX. dies perfecto. } Diebus XX perfectum ſcribit Appianus. MILES iuſſus ex propinquis ſiluis. } Orſus erat dicere,quae Perſeus rex ad famam aduentus conſulis Paulli paraſſet, cuius narrationis pars extrema intercidit,una cum initio expoſitionis eius,qua quae Paullus moliri coepit, ubi in Macedoniā peruenit, prodit. primis autem his uerbis, Poſtremo ſequi ſe utrarios ad mare, quemadmodum inopiam aquarū leuauerit in Olympo monte,tradit. Quae res etiam ex Plutarcho in Paullo peti poteſt. MILITEM haec tria curare debere,corpus,ut quam ualidiſſimum,& perniciſſimum habeat,arma apta, cibum paratum ad ſubita imperia. } Vox, cibum,aperte,mendoſa eſt. Ego, Animum,reponendum puto. Hunc locum ſic graece uertit Plutar. παρήγγειλε μηδὲν πολυπραγμονεῖν,μηδὲ φροντίζειν, ἀλλ' ὑπὸ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πανοπλίαν ἕκαστον,ὅπως ἐνεργὸν παρέξει, καὶ χρήσεται ῥωμαϊκῶς τῇ μαχαίρᾳ τὸν καιρὸν παραδόντος τοῦ στρατηγοῦ.

375 NORVM eſſe. Quae res Romanis auxit animos. } Hic narrabantur ea,quae Perſeus poſt Paulli aduentum aduerſus eum ſe comparans egit, de quibus ſcribere erat ingreſſus. Horum autem uerborum haec erat ſententia. Nunciatum eſt Gentium regem ſuperatum,ipſumque cum regno in poteſtate Romanorum eſſe. Quae res Romanis auxit animos; Macedonibus,regique eorum haud mediocriter attulit terrorem. Et primo ſupprimere in occulto famam eius rei eſt conatus &c. ITAQVE cum alii praecipites ſine reſponſo agendos caſtris, pronunciauit poſt diem quinctum decimum, ſe reſponſum daturum } Perfecta haec ſententia non eſt. Dicturus enim fuit,neſcio quid eiuſmodi. Cum alii praecipites ſine reſponſo agendos caſtris,alii conuenienti cum reſponſo dimittendos dicerent,pronunciauit &c.

P. SCIPIONEM Naſicam, Q. Fabium Maximum filium ſuum cum quinque delectis millibus Heracleam mittit. } Horum meminit etiam Plutarch. in Paullo, ὁ νασικᾶς ὁ ἐπιμελῶς εἰσιών γαμβρὸς

ἀφρ-

δορυφορικὸν ἐπιλεκτοι. καὶ φάβιος μάξιμος ὁ πρεσβύτατος τῶν αἰμιλίου παίδων ἔτι μειράκιον ὤν. Meminit etiam Heracleae, quam τὸ ἡράκλειον uocat. Summam etiam eorum, quos ſecum Naſica duxerit, ſubtilius tradit.

Perseus quod in oculis erant.} Iam aggreſſurus erat dicere, quemadmodnm Perſeus Naſicae, & Fabio, qui cũ magna manu Perſeũ ab alia parte ut adorirentur miſſi erant, obſtiterit. Et haec igitur deſiderantur, & quemadmodum Paullus poſt Naſicam ſit conſecutus. De eodem Paullo loquitur, cum ait. Anni poſt circumactum ſolſtitium erat. Narrat autem quemadmodum feſſos itinere, & aeſtu milites a pugna, cuius facultatem dabat Perſeus, cohibuerit. Haec autem horum uerborum futura fuit ſententia. Quoniam autem incommodum maxime (nam tempus anni poſt circumactũ ſolſtitium erat, hora diei iam ad meridiem uergebat.) iter multo puluere, & incaleſcente ſole factum erat, laſſitudo & ſitis iã ſentiebatur, & meridie inſtante magis acceſſurum utrumque apparebat; ſtatuit ſic affectos recenti, atq. integro hoſti non obijcere. Sed Plutarchus parentheſi temporis horam deſcripſit. θέρους γὰρ ἦν ὥρα φθίνοντος. Hac de re ſic paullo poſt agit Paullus. Nihilne intereſt, utrum ne militem, quem neque uiae labor hodie, neq. operis fatigauerit, requietũ, integrum in tentorio ſuo arma capere iubeas, atque in aciem plenũ uirium, uigentem, & corpore, & animo educas, an longo itinere fatigatum, & onere feſſum, madentem ſudore, ardentibus ſiti faucibus, ore atque oculis repletis puluere, torrentem meridiano ſole, hoſti obijcias recenti, quieto, qui nulla re ante conſumptas uires afferat? Nasica unus ex omnibus auſus eſt monere conſulem.} Plutarchus inſlatum re bene ad Olympum contra Perſeum geſta, hoc aggreſsũ eſſe ſcribit. Nunc ſeneſcente exiguo cornu fulgere lunam.} Florebello arridet magis Seneſcentem.

Multis belli caſibus didici.} Sic Plutarchus. αἱ δὲ πολλαὶ μὲ ἤδη διδάσκουσι τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, &c. Ad concilium uocauit.} Cum deſint, quos uocauerit, malim, Conſilio aduocauit. ſic paullo poſt. Concilio aduocato litteras cũ recitaſſet. Item. Aduerſus aduocatos in conſiliũ conſidere iuſſit.

Consvl ad id quod pridie praetermiſiſſe pugnandi occaſionem uidebatur.} Ad id quod. dictum eſt, pro Praeterquam quod. Ardentibvs ſiti fructibus.} Magis placet Florebello, Arentibus.

Sine ulla ſede uagi dimicaſſemus, ut quo uictores nos reciperemus?) Florebellus ita legit. Si ſine ulla ſede uagi dimicaſſemus, at quo uictores nos reciperemus?

Atqve in acie plenum uirium uigentem, & corpore, & animo educas.} Legendum aperte. In aciem. 376 Ac ne illo ipſo quidem die aut conſule, aut rege, quod nec feſſos, ut pridie ex uia, &c.} Si plenam hanc ſententiam explicuero, tum quorum uerborum iactura facta ſit, intelligetur. Sic igitur mihi legendum uidetur. Ac, ne illo ipſo quidem die, aut cõſule, aut rege optante pugnatum eſt. rege, quod nec feſſos, ut pridie ex uia, neque trepidantes in acie inſtruenda, & uix dum compoſitos aggreſſurus erat, conſule, quod in nouis caſtris non ligna, non pabulũ conuectum erat, ad quae petenda ex propinquis agris magna pars militum e caſtris exierat. Hanc eſſe ſententiam huius loci, atque ſimilia uerba intercidiſſe, apparet ex eo, quod ait. Neutro imperatorum uolente. Librarium in errorem impulit uox rege, quae iteratur. in qua ſcribenda a priore ad poſteriorem cum media uerba transſcendiſſet, delapſus eſt.

M. sergivs Sylus.} M. Sergius Silus. ex nummis argenteis. ut ante. Essernina.} Aeſernina. ſic enim graeci αἰσέρνια. Thraces duo id iumentum ex medio alueo in ſuam ripam trahentes altero eorum occiſo, receptoque eo iumento ad ſtationem ſuorum ſe recipiebant.} Satis conſtat, ne hunc quidem locum integrum eſſe. Quae ſententia futura ſit, non eſt difficile intelligere: quibus uerbis expreſſa fuerit, nemo umquam diuinauerit. Ego tamen, ut ſententia eluceſcat, ita lego. Cum otium ad flumen eſſet, neutris laceſſentibus, hora circiter quarta iumentum e manibus curantium elapſum, in ulteriorem ripam effugit. Quod cum per aquam ferme genu tenus altam tres milites ſequerentur, Thraces duo id iumentum ex medio alueo in ſuam ripam trahentes cum tribus Romanis militibus manum conſeruerunt. Iamque Romani altero eorum occiſo, receptoque eo iumento ad ſtationem ſuorum ſe recipiebant. Octingentorum Thracum praeſidium in hoſtium ripa erat. ex his pauci primo aegre paſſi popularem in ſuo conſpectu caeſum ad perſequendos interfectores fluuium tranſgreſſi ſunt. Eandem ſententiam edit Plutarchus. qui tamen conſilium Paulli hoc fuiſſe ſcribit. Et cum praeſidio} Perſecutus erat, ut utrimque exercitus ad proelium concurriſſent, initio pugnae in flumine orto. Ergo cum commiſſum proelium eſſet, atque acriter ab utraque parte pugnaretur, Paullus legionẽ, inquit, in proelium ducit. Sic autem etiam Plutarchus. ὁ μὲν οὖν αἰμίλιος ἐκ τῶν σκηνῶν προῆλθε. καὶ τὰ τάγματα τῶν ὁπλιτῶν ἐγείρων, παρεθάῤῥυνεν. Nam ſicut pleraque noua commenta mortalium in uerbis uim habent explendo, cum agi.} Pro Explendo, repono, Extemplo. ut ſit. Extemplo, cum agi, non quemadmodum agantur, ediſſeri oportet, ſine ullo effectu euaneſcunt. Ita tum elephanti in acie nomen tantum ſine uſu fuerant.} Fuerunt. legendum. Qvod ſi maturius pugnatum eſſet, ut ſatis diei uictoribus ad perſequendum ſupereſſet.} Recte. Plutarchus enim ait commiſſum eſſe proelium ἀμφὶ δείλην. Evander Cretẽſis, Neon Boeotius, & Archidamus Aetolus.} Sic Plut. εὐάνδρου τε τοῦ κρητὸς, καὶ ἀρχιδάμου τοῦ αἰτωλοῦ, καὶ τοῦ βοιωτοῦ νέωνος. Hinc ego. Neo Boeotius. Gẽtile. n. nomẽ terrae Boeotiae eſt tã Boeotius, quã Boeotus.

Galipsvm eo die.} Galepſum lego. Nam Stephanus, & Plutarchus in Paullo γαληψὸν nominant. 377

Non bono, ac iuſto rege ob ra.} Quedam pauca deſunt, de gratulatione Amphipolitanorum. Amphipolim. n. Paullus uenerat.

In ipſa palude, qua proxima urbi eſt, ueluti inſula iminet aggeri operis ingentis impoſita. } Florebellus addit uocem, ARX, in hunc modum, Arx ueluti inſula.

IN. LIBRVM. XLV

EVANVIT quidem tamquam certae rei gaudium. } Scribe, Incertae. id enim ſenſus poſtulat cum dicat. tamen omen laetũ inſidebat animis. A. D. X. K. Octob. } ex uetere Kalẽdario legendum putat Manutius, A. D. XV. C. LICINIO conſuli ad quadrigas mittendas exſcendenti, tabellarius, qui ſe ex Macedonia uenire diceret, laureatas litteras dicitur. } Perſpicue uox una deſideratur. ut ſit, reddidiſſe laureatas litteras dicitur.

378 DE militibus, ſociiſque naualibus dimittendis referretur, cum legati ab L. Aemilio conſule, a quibus praemiſſus tabellarius eſſet, AD. VI. K. Octob. hora fere ſecunda legati urbẽ ingreſſi ſunt. } Et hic uox una deeſt ad integritatem ſententiae. A quibus praemiſſis tabellarius eſſet, ueniſſent. A. D. VI. K. Octob. &c. INGENTIQVE turba non uirorum modo, ſed etiam feminarum conferta tota urbe deorum immortalium templa, ſenatus reuocatus. } Et hic intercidit uox una. Deorum immortalium templa adierunt. EX ante ad v. Idus Octob. } Lege ex ante diem v. Idus Octob. ut ſupra. SENATVS in triduum ſupplicationes decreuit, ut latinae edictae ſunt in ante IV. & III. & prid. Id. Nouemb. } Senſus eſt. Supplicationes edictae ſunt in certos dies, perinde atque Latinae indici ſolent. non. n. hic de Latinis indicendis loquitur, quippe quae in quattriduum hoc tempore indicerentur, non in triduum. Praeterea lego. in ante d. IV. AD Siras terrae Odomanticae. } Stephanus. Σίρις ἔθνος θρᾴκης. ὀδόμαντες ἔθνος θρᾴκης. RELIQVI QVID eſſet, niſi ut fortiter moriatur. } Haec cum interrogatione legenda ſunt, hoc modo. Reliqui quid eſſe, niſi ut fortiter moriatur? DEMETRIVM eſt portus. } Huius etiam portus meminit Plutarchus in Paullo. ION Theſſalonicenſis. } Io, ſcribendum. edit enim Ionis. Plutarcho auctore in Paullo. τὰ δὲ παιδία συλλαβὼν αὐτοῦ Ἴων ἐνεχείρισεν.

379 PVLLO amictus illo Perſeus ingreſſus eſt caſtra. } Vide ne ſit legendum. Pullo amictu ille ingreſſus. & Perſeus tamquã gloſſema delendum ſit. PER Europae plerumque, atque Aſiam omnem. } Plerumque Europae dixit, ut Sallustius in Iugurtha. Plerumq. noctis. Sed ubi plerumq. noctis proceſſit.

VLLO ſuorum alio comite. } Manutius legit, Nullo ſuorum alio praeter Philippum filium comite.

VICESIMVM ab Carano, qui primus regnauit, Perſea numerabant. } Iuſtinus lib. XXXIII. Macedonia, inquit, ab Carano, qui primus in ea regnauit, uſq. ad Perſeum triginta reges habuit. Euſebius autem quadraginta reges Macedoniae uſque ad Perſeum nominat. ut dubitandum non ſit, quin ex notis numerorum, & apud Liuium, & apud Iuſtinum menda manauerit, & utrobique XXXX legendum ſit.

MACEDONVM obſcura admodum fama uſque ad Philippum Amyntae filium fuit. } Ex iis, quae ſequuntur, deeſſe mihi uidetur uox, potentia. ut ſit, Potentia fuit.

QVAE omnia ſi tamen populo foret, in capita noxiorum uerſura. } Suſpicor ita legendum. Quae omnia, ſi poteſtas populo foret. Nam ptãs, & tam decepiſſe librarium imperitum uidentur. Hanc certe uocem ſententia poſtulat. NEC eo ſegnius iudicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur, quam perſeuerantiam in exſequenda re Decimii lenitas. Cum haec agerentur. } Si ſenſum diligenter attendas, profecto hanc uocem excidiſſe intellexeris. Decimii lenitas afferebat. CIRCA Rhinocolura. } Ptolemaeus, & Stephanus, ῥινοκόρουρα edunt. at Strabo ῥινοκόλουρα. NAVIGANTIBVS oſtio Nili ad Peluſium per deſerta Arabiae ad Memphim incolebant, & ab ceteris Aegyptiis partim uoluntate, partim metu, &c. } Loci manci & deprauati haec futura fuit ſententia. Loquitur de Antiocho ad ſubigendam Aegyptum reuertente. Nauigantibus, inquit, oſtio Nili, quod eſt ad Peluſium per deſerta Arabiae populi ſeſe dediderunt. Deinde receptus ab iis, qui ad Memphim incolebant, & ab ceteris Aegyptiis partim uoluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itineribus deſcendit. Locum autem aſteriſco notaui. QVIBVS perfectis. } malim Perlectis. nam de litteris loquitur.

380 AD quam ope, ſiquid imperatum foret, ad futurum regem fuiſſe. } Legendum puto. Ad quam ſumma ope. Sic enim lib. I. Rem ſumma ope taceri iubent. Item. Cum bellum utrimque ſumma ope pararetur. & lib. XXVI. Ad impediendam rem actam, quae ſumma ope approperata erat. & Salluſ. in Catilina. Summa ope niti decet, ne uitam ſilentio tranſeant. Item. Summa ope eniſum eſt, ne tale decretũ fieret. & lib. XXVII. Summa ope orarẽ. Sic alias ſaepe uterque. Numquam uero, ope, tantum. NON eſſe e rep. populi R. } malim e re populi R. PETENTI Magasbae, ut Hanno Hamilcaris filius hoſpes in locum exigeret. } Deſiderantur uerba nonnulla, & pro hoſpes, obſes lego. Petenti inquit Maſgabae, ut Hanno Hamilcaris filius obſes (in locum cuiuſdam alius obſidis Carthaginiẽſis, cuius nomen interiit) Romã a Poenis mitteretur, reſpondit ſenatus, haud aequum uideri, ut obſides a Carthaginienſib. arbitrio Maſſaniſae exigeret. Haec forte ſentẽtia futura fuit, quãquã uerba nemo diuinare poteſt. aſteriſco ergo notetur locus. ut uulnus acceptũ indicetur omnib. IN quattuor urbanas tribus. } Hoc loco deſiderantur comitia conſularia, quib. conſules creati ſunt Q. Aelius Paetus, & M. Iunius Pennus. & praetoria, quibus praetores Q. Caſſius, M. Iuuentius Thalna, Ti. Claudius Nero. Cn. Fuluius, C. Licinius Nerua, A. Manlius. Praeterea initiũ expoſitionis rerũ a cẽſoribus Ti. Sempronio, & C. Claudio actarũ.

De quibus

De quibus loquitur,cum ait.In quattuor tribus urbanas. Eſt autem intelligendum libertinos in quattuor tribus urbanas iam inde uſque a Ser. Tullio rege fuiſſe coniectos, auctore Dionyſio, poſt autem cum per omnes tribus diſperſi eſſent,in eaſdem quattuor eſſe redactos a C.Flaminio,& L.Aemilio cenſoribus,ut eſt ſcriptum in epitoma lib.xx. nunc uero a Ti.Sempronio Graccho cenſore in unam Eſquilinam urbanam referri.auctore Liuio. Neque enim audiendus eſt ille, qui de Viris Illuſtribus ſcripſit, qui ita in Graccho tradit.Cenſor libertinos,qui ruſticas tribus occuparāt,in quattuor urbanas diuiſit.

Plvres quam a ſuperioribus,& ſenatu emoti ſunt, & equos uendere iuſſi.} De notis horum cenſorum ſcripſit etiam lib.xliii. Septem e ſenatu eiecti.In equitibus recenſendis triſtis admodum, atque aſpera cenſura fuit. multis equos ademerunt. Vt mirer admodum ipſum quaſi ſui oblitum eadem hoc etiam libro,quod facere haud ſolitus eſt,iteraſſe. C.Cicereivs aedem in monte Albano dedicauit,quinquennio poſtquam uouit.} Sic lib.xlii.C.Cicereius praetor in Corſica ſignis collatis pugnauit.Vouerat in ea pugna praetor aedem Iunoni Monetae.

Vt & in libertate gentes,quae eſſent,tutam eam ſibi perpetuamque ſub tutela eſſe.} Videtur legendum.Sub tutela populi Romani eſſe.ſicut dixit.Arma populi R.& Reſpectu populi R. 381

Commvne consilivm gentis eſſe.} Legendum eſt.Commune concilium gentis nullum eſſe. Senſus eſt. Commune concilium gentis nullum eſſe, ſed in quattuor regiones deſcribi Macedoniam, ut ſuum quaeque concilium haberet, placuit. Altera querimonia Gallici tumultus, Aduertaeque gladiis regnum in dubium adductum eſſe.} Aduertam Gallorum regulum uidetur uocare. quem tamē paullo poſt Solonettium nominat. Eſt aūt ueriſimile ſupra hoc de bello Gallico,deq.hoc rege apertius ſcripſiſſe,uerum ut multa alia excidiſſe. neque enim tam paucis uerbis cauſſam hanc aduentus Attali eſſet complexus.De hac re paullo poſt.Et Gallorum defectionem, quae nuper ingenti motu facta erat,expoſuit. M.ivventvs Thalua praetor.} M.Iuuentius Thalna.ex conſul.Cap. Et tribuni plebis:cum ita traditum eſſet,ne quis intercederet legi.} Pauca uerba deſiderantur in hanc ſententiam.Et tribuni plebis,quod antequam priuati de lege dicerent,legi ipſi intercederunt;cum ita traditum eſſet.&c.Tota enim ſententia haec eſt. Et praetor nouo exemplo rem ingreſſus erat, quod ante non conſulto ſenatu de ſua unius ſententia rogationem ferret,cum antea ſemper ſenatus prius de bello conſultus eſſet, poſt ad populum latum,& tribuni plebis (ſ. nouo exemplo agebant,) quod antequam priuati dicerent, intercederent. cum ita traditum eſſet, ne quis intercederet prius legi, quam priuatis ſuadendi diſſuadendiq.legē poteſtas facta eſſet. Hanc aūt deeſſe ſententiam,ex eo ēt apparet, quod ſequitur.Tribuni feſtinationē praetoris ante tempus intercedendo. Tribvni feſtinationem praetoris ante tempus intercedendo in aduentum im.} Exciderunt pauca, quae ad rem Rhodiorum de quibus loquitur,pertinebant. Exciderunt ēt prima uerba orationis Rhodiorū, quam pro ſe dixerūt in ſenatu. Huius autem orationis capita una cum ſentētiis quibuſdam orationis eius.quam dixit Cato pro Rhodiis,extant apud Gellium lib.vii.Catonianae autem orationis poſt etiam meminit Liuius. Dona ferentes.} Si quis recte attendat,legendum intelliget.Dona ferentes ueniebamus.nam ſequitur ἀνάθεσις.Nunc uix mercede recepti uenimus in curiam Ro.Rhodii. Nec tam exitu eorum,quod uindicatis.} Legendum uidetur, Vincatis.

Et ſeceſſiſſe a uobis plebem,nec in poteſtate ueſtra rempublicam fuiſſe.} Malim, populum R. quam remp. Nam ſi plebes ſeceſſit, certe in poteſtate patrum non fuit.quominus autem reſp. in eorum poteſtate eſſet,nullo impedimento fuit.Intelligi autem Rhodii uolunt,ne multitudinem quidem Rhodiam in poteſtate principum fuiſſe. Sic ſaepe alias Liuius, Tribuni plebis in poteſtate patrum fuerunt. Ex uulgata tamen lectione etiam ſenſus elicitur. Partem cum Aſtymede Romae ſubſiſtere, quae agerentur ſciret,certioresque ſuos faceret.} Videtur legendum.Quae,quae agerentur ſciret.atque alteram,Quae,eſſe incuria praetermiſſam. Mylassenses Alabandenosque.} Μυλάσα uno σ tantum cum ſcribantur a graecis,Mylaſenſes ſcribendum eſt. Porro autem Alabandaeos uidetur ſcribendum. Cicero enim dixit in Bruto Hierocles Alabandaeus,& alibi Apollonius Alabandenſis. Stephanus autē. ἀλαβάνδα πόλις καρίας, τὸ ἐθνικὸν ἀλαβανδεύς. In Moloſſidem.} Moloſidem uno. s. ſcribendum auctore Stephano.μολοσία, inquit, χώρα τῆς ἠπείρου. ὁ οἰκήτωρ μολοσὸς καὶ μολοσοὶ δι' ἑνὸς σ. Tegmonem.} Tecmonem ex Stephano,qui ait.τέκμων πόλις θεσπρωτῶν, ὁ πολίτης τεκμώνιος.

Dassaritiorvm Tiruſtas.} Hos Ptolemaeus Πειρούσται.Strabo lib.vii.Πειρούσται.uocat. Quare Piruſtas lego. Daorseis quoque.} Ptolemeus Δαυρσεῖς uocat. alii, puto, Δαόριζοι. Strabo libro vii.ubi de Illyriis agit.εἶθ' ὁ νάρων ποταμὸς, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν δαόριζοι. Illyriis uectigal dimidiū eius quod regi pendiſſent.} Lego,Quod regi pependiſſent,impoſitum.ſic.n.paullo poſt.Vectigal exercentibus dimidium eius impoſitū,quod pepēdiſſent regi. Chalcidem ad ſpectaculū Euripi,acuoq. ante inſulae pōte continenti uinctae deſcēdit.} pro Acuoq.Euboeaeq.reponit Florebellus.quo nihil uerius. 383

Templvm Iouis Trophonis.} Trophonii.ex Suida. Mvros Pyreum urbi iungentos.} Piraeeum, ſcribendum.ceterum muros intelligit, quae μακρὰ τείχη uocabantur. Apolloniam ad eos pergit. Quo cum Perſeus obuiam Amphipoli nimis ſoluta cuſtodia proceſſiſſet (id dici iter eſt.)} Apolloniam Macedonicam intelligit. Siquidem ab Amphipoli ad eam iter unius diei eſt, de qua Stephanus,non eā,quae eſt in Epiro. Et a ſe ipſa quaeque contēpta pars eſſet.} In libris Emendatio-

384 num oſtendi, legendum eſſe, Vt ſe ipſa quaeque contenta pars eſſet.

PORTVM receptum non commeatibus iuuiſſent.} Lege. Portu receptum commeatibus iuuiſſent. ſic enim in primo exemplari legebatur, & hic eſt ſenſus. VTILITAS annonae.} Vilitas.

CENTVM quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur.} Sic Plut. ὥστε ὥρᾳ μιᾷ πεντεκαίδεκα ἀνθρώπων ἐξανδραποδισθῆναι μυριάδας. ἑβδομήκοντα δὲ πόλεις πορθῆναι. PAVLLVS ad mare Oricum deſcendit.} Sic Plut. αἰμίλιος τοῦτο πράξας εἰς ὠρικὸν κατέβη. REGIA naue ingentis magnitudinis, quam XV uerſus remorum agebant.} Sic Plutarchus. ἀνέπλει τὸν θύβριν ποταμὸν ἐπὶ τῆς βασιλικῆς ἑκκαιδεκήρους κατεσκευασμένης ὅπλοις αἰχμαλώτοις, καὶ φοινικίσι καὶ πορφύραις. Huius eiuſdem nauis meminit Suidas in Perſeo. ET priuatis lege dicendi locus eſſet ad ſuadendum, ut in re minima dubia, ſi quiſquam procederet.} Mallem. Et priuatis lege dicendi locus eſſet, nec ad ſuadendum, ut in re minime dubia quiſquam procederet. Idem ſentit Manutius. INTROVOCATAE primae tribus cum antiquarent.}

385 Sic Plut. ἥ τε πρώτη φυλὴ τὸν θρίαμβον ἀπεψηφίζετο.

QVANTVS imperator L. Aemilius fuerit Quirites, ſi ex alia re nulla aeſtimari poſſit, uel hoc ſatis erat.} Hoc principium orationis ſic graece uertit Plutarchus. αἰμίλιον μὲν ἴσον παῦλον ἡλίκος αὐτοκράτωρ γένοιτο, τὸ νῦν μάλιστα γιγνώσκειν, ὁρῶν ὅσης ἀπειθείας γέμοντι, καὶ κακίας στρατεύματι χρώμενος οὕτω καλὰς κατώρθωσε, καὶ μεγάλας πράξεις. SED poſtero die, quam triumphatum eſt, priuatum cum uiſurus eſſet, nomen deferret.} Legendum. Priuatum cum uiſurus eſſet. Porro autem ego malim legere, Deferre, interrogare, dicere, accuſare, ut haec omnia ad uocem Debuit referantur. CVI crimen nullum probrum dicere poterat.} Legendum. Cui nullum crimen, cui nullum probrum dicere poterat. APVD concionem togatam & urbanam prius reus agatur.} Florebellus legit Res, cui aſſentior. QVAM illis, qui triumphauerũt.} Nihil huic ſententiae deerit, ſi legas; Quam illis, qui poſt eos triumphauerunt. intelligit autem, qui poſt Lutatium, & Cornelium triumpharunt, ut de Philippo, & de Antiocho. aut ita legendum eſt. Quam Macedonici, & Aſiatici illis, qui triumphauerunt. M. CVRIVS.} M'. Curius ut ante. MILITVM quidem propria eſt cauſſa, qui & ipſi laureati, & quiſque donis, quibus donati ſunt, inſignes triumphum nomine cient.} Hoc eſt id, quod Varro ſcribit libro de lingua Latina V. Quod milites cum imperatore redeuntes per urbem in Capitolium euntes, clamitauerint, Io Triumphe. Itaque Horat. lib. IV. Non ſemel dicemus, Io Triumphe ciuitas omnis.

QVID deinde tam opimae praedae, tam opulentae uictoriae ſpoliis fiet.} Opima praeda legendum, ne ſit, ſpoliis opimae praedae.

386 REVOCATE ſi uidetur tribuni ad ſuffragium tribus, ego ad uos milites.} Intercidit finis orationis, qua uſus eſt M. Seruilius pro triũpho Paulli. Qui tñ finis eſt apud Plutarchũ, his uerbis ἀλλ' ἄγε λαβὼν αὖ τοὺς ἐπὶ τὴν ψῆφον, ἐγὼ δὲ καταβὰς παρακολουθήσω πᾶσι, καὶ γνώσομαι τοὺς κακούς, καὶ ἀχαρίστους, καὶ δημαγωγεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις, ἢ στρατηγεῖσθαι βουλομένους. i. Reuoca ipſos ad ſuffragium. ego uero illos omnes ſubſequar. & malos, ac ingratos ciues cognoſcã, quiq; in bellis a tribunis quam ab imperatore regi malũt. Excidit praeterea initium expoſitionis triũphi Paulli, quẽ per triduũ egit IV. III. prid. K Decem. ut eſt ſcriptũ in triumphis Capitolinis. de quo triũpho in ſequentib. proximis uerbis traditur. FILII duo Q Maximus, & P. Scipio.} Q Maximus, & P. Scipio. Neque enim alter praenomine ſpoliandus eſt, alter ornandus. MINOR ferme XII annos natus quinque diebus ante triumphum, maior XIV. annorum triduo poſt triumphum deceſſit.} Contra ſcribit Plutarchus, maiorem ante triumphum, minorem poſt triumphum deceſſiſſe, in Paullo, & in Apophthegmatis. INDE quincto die Delphis Apollini pro me exercitibus & claſſibus luſtra ſacrificaui.} Primum hoc dicam, Sacrificare luſtra, me nuſquam legiſſe. Deinde de luſtratione exercitus intelligi non poſſe. non enim adhuc acceperat exercitum. ergo ne luſtrare quidem poterat. His rationibus adductus lego, Pro me exercitibusque, & claſſibus ueſtris ſacrificaui. Hoc ita eſſe oſtendit Plutarchus, qui ita hunc locum uertit. πεμπταῖος δ' ἐκεῖθεν. ἐν δελφοῖς τῷ θεῷ θύσας ἐπέρασα αὖθις πέντε τὴν δύναμιν ἐν μακεδονίᾳ παρέλαβον, καὶ τὸν εἰωθότα συντελέσας καθαρμὸν αὐτῆς. Quibus ex uerbis apparet, luſtrationem non Delphis, ſed in caſtris ab eo eſſe ſuſceptam, ubi accepit exercitum, Delphis autem Apollini ab eo eſſe ſacrificatum. QVOD bellum per quadriennium quattuor ante me conſules ita geſſerunt.} Per triennium tres ante me conſules, lege. tres enim tantum fuerunt, P. Licinius Craſſus, A. Hoſtilius Mancinus, Q. Marcius Philippus. Labes haec quanto facilius elui poteſt, tanto foedior eſt, cum praeſertim tot ante annos a nemine agnita hunc locum deprauarit.

EGO QVI de illo triumphaui ab alterius funere filii currum ex Capitolio prope iam exſpirantem ueni.} Loquitur de filiis ſuis Paullus, quorum alter ante triumphum, alter poſt triumphum, ut diximus, deceſſit. Foedata autem mirum in modum uerba omne huius ſententiae lumen aut ſuſtulerunt, aut certe obſcurarunt. Sic igitur legendum cenſeo. Ab alterius funere filii in currũ, ex Capitolio ad alterũ prope iam exſpirantem ueni. ſatis iam perſpicua menda eſt. NON PECVNIA Macedonicae.} Lego. Non pecunia pecuniae. Nam reddidit eodem modo cetera. Non Gentius Perſeo, non Illyrii Macedonibus, non ſpolia ſpolijs, non dona donis. Errorem hunc gloſſa aliqua peperit, uoci Pecuniae, ſuperimpoſita. quam deinde librarius uera lectione repudiata in librum intulerit. AB COTYE rege Thracum.} Sic graeci κότυος. apud Ciceronem tamen in Piſonem de rege eiuſmodi eſt, Regi Cotto, credo per mendum, pro Coti.

FLAMEN

Igitvrvvivm reges tranſducti.} Iguuium uidetur eſſe. quod nunc Eugubium dicitur. de qua uoce alij.

Flamen Quirinalis mortuus M.Fabius Pictor.} Q.Fabius legendum.ex lib.xxxvii.ubi hic ſit flamen. Praetores,inquit,exinde duo facti duo Q.Fabii Labeo,& Pictor. Flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat. Mvnera ei ex ſeſtertijs iuſſa dari.} Deeſt ſumma ſeſtertium.Sic ſupra.Munera ex s.c.emere regulo quaeſtor iuſſus ex c pondo argenti. Et lib.xliii.Munera mitti legatis ex binis millibus aeris cenſuerunt. Mire laetum & ea benignitate in ſe populi Ro.regem fuiſſe ferunt.} Manutius reponit Ex ea benignitate. Polybivs eum regem indignum maieſtate nominis tanti tradit,pileatum capite raſo obuiam ire legatis ſolitum, libertumque ſe populi R.ferre,& ideo Inſignia ordinis eius gerere. Haec ex Polybio fortaſſe ſic edit Appianus in Mithridatico. Περσέως δὲ ἁλόντος ἀπήντησε τοῖς ῥωμαίων στρατηγοῖς, εἷμά τε ῥωμαϊκὸν ἀμπεχόμενος ὃ καλοῦσι τήβεννον, καὶ ὑποδήματα ἔχων ἰταλικὰ, τὴν κεφαλὴν ἐξυρημένος, καὶ πῖλον ἐπικείμενος ᾧ πρὸς τῷ τινὲς ἐφοίασι τῶν ἐν ταῖς διαθήκαις ἐλευθερωθέντων, αἰσχρὸς ὢν, καὶ τ' ἄλλας φθῆναι. ἐντυχὼν δὲ αὐτοῖς ἔφη ῥωμαϊστὶ τῷ ῥήματι. ῥωμαίων εἰμὶ λιβερτὸς, ὅπερ ἐστὶν ἀπελεύθερος.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XLVI

Ne aut inimicus iudicatus uideretur.} Vet.lib. Ne aut hoſtis. Lex in comitio lata eſt, ne cuiquam regi Romam uenire liceret.} Vox,Comitio,inepto legitur ſenſu.Melior antiqua lectio. Lex in commune lata eſt,ne cui regi. C. Svlpicivs Gallus Ligures ſubegit.} Vet.lib. Gallus conſul. Censa eo ſunt.} Vet.lib.Cenſa ſunt. Cvm Lyſia tutore Demetrius.} Tutore eius, ex ueteribus libris,& Appiano in Syrio. Qvia minime dimittebatur.} Vet.lib. Quia non dimittebatur.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XLVII

Sacrorvm quoque magiſtratuum.} Vet.lib.Sacrorumque magiſtratuum. Illyricos.} Illyrios.ex Graecis,& lapid.Cap. Qvidam praetores.} Vet.lib.Aliquot praetores. Accvsati, & damnati ſunt.} Vet.lib.Accuſati,damnati ſunt.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XLIIX

Vt legatis, quominus uiolarentur,fugam explicuerit.} Emenda ad fidem antiqui libri. Vt legatos,quominus uiolarentur,fuga explicuerit. Qvi princeps ſenatus ſextis iam cenſoribus erat lectus.Lege,Ab ſextis.ſic Liuius li.xliii.M. Aemilius Lepidus princeps ſenatus ab tertijs iam cenſoribus lectus. Pvblilia.} Vet.lib.Poblicia. Et exceptum militiae genus} Vet. lib. Et exceptum ſe. L. Lvcvllvs conſul,cui M.Claudius ſucceſſerat,pacaſſe omnes Celtiberiae populos cum uideretur,Vacceos,&c.} Quemadmodum ſcriptum eſt apud Appianum in Iberico, non Lucullo Marcellus,ſed Marcello Lucullus ſucceſsit,quippe qui poſt Marcellum conſul fuerit.Itaque ex Appiani hiſtoria ſic legendum.L.Lucullus conſul,cum Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiae populos uideretur,Vaccaeos,&c. Cantabros, & alias regiones,& iterum alias incognitas nationes in Hiſpania ſubegit.} Vet.lib.longe melius: Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes. Et in expugnatione captae urbis maius multo etiam periculum adijt.} Vet. lib. Et in expugnatione interceptae urbis maius etiam.Vnde ego lego:Intercatiae,teſtibus hiſtoricis omnib.

Dicerentqve & exercitum.} Vet.lib.Dicerentque ſe,& exercitum. Prorogari ſententiam placuit.} Emendo,admonente ita ſenſu.Perrogari ſententias placuit.Sic libro trigeſimo ſecundo. Decretum recitari,perrogariq. ſententias prohibuerunt.& li.xxix.Perrogari eo die ſententiae accenſis ſtudijs non potuere.Deinde cetera ſic lege,& interpunge.Catone,& alijs principibus ſenatus ſuadente, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus,quod Cornelius Naſica dicebat, nondum ſibi iuſtā cauſſam bellandi uideri,placuit,ut bello abſtinerent. Carthaginienses tum aduerſum foedus bellum Maſſaniſae intulerunt.uicti ab eo.} Et haec oratio uno concluſa circuitu in ueteribus libris ſic legitur.Carthaginienſes cum aduerſum foedus bellum Maſſaniſae intuliſſent, uicti ab eo &c. Et guſtare cibum tantummodo ſolito.} Vet.lib.Guſtare panem.

IN. EPITOMEN. LIBRI. XLIX

Tertii Punici belli initium altero,& ſexcenteſimo anno ab urbe condita, intra quinctum annum,quam erat coeptum,conſummatum omnino eſt.} Belli initium conſummatum eſſe.quid ſibi uelit,profecto difficile dictu eſt.neque iniuria.eſt enim uitioſa locutio. Legitur autem in codice antiquo. Intra quinctum annum, quam erat coeptum,cōſummati.ut ad uocem,Belli referas,& ſit ſenſus. Tertij

Punici

Punici belli initium intra quinctum annum conſummati, refertur. Sic ſupra. Origo Carthaginienſium, & primordia urbis eius referuntur. & infra. Antequam Cimbricum bellum conſummaretur. Item. Cauſſae ciuilium armorum, & initia referuntur. Qvorvm alterum ſapientiſsimum uirum in ciuitate habebant, alter uir optimus a ſenatu iudicatus erat. } Vet. lib. Quorum alter ſapientiſsimus uir in ciuitate habebatur, alter optimus uir etiam a ſenatu iudicatus erat. Et vt omnino deleretur Carthago. } Vet. lib. Et ut tolleretur, deleretur que Carthago. Placvit nihilominus. } Vet. lib. Placuit tamen. In opidum minime recepiſſent. } Vet. lib. Non recepiſſent. Diti patri ludi ad Tarentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti } Lege, ad Terentum, qui locus erat in Campo Martio ex Feſto, & Valerio lib. II. cap. I. itemque lege apud Cenſorinum. Cum libros Sybillinos Decemuiri adiſſent, renunciarunt, uti Diti patri, & Proſerpinae ludi Terētini in campo Martio fierent. Seruius in IIX. Aeneidos Partem Tiberis Terentum a Terendo dictam ait. Qvi anno primo Punici belli quingenteſimo, & altero anno ab urbe condita facti erant. } Foediſsime ſe habet hic locus, quem nos auctore uetere libro ſic reſtituimus. Qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo, & altero anno ab urbe condita facti fuerant. Senſus eſt. Ludos ſaeculares ad Terentum, qui centeſimum ante annum, dum Punicum primum bellum gerebatur, anno ab urbe cond. DI. facti fuerant, hoc anno eſſe relatos. Id autem ita eſſe, ratione quoque poſſumus confirmare. Nam ſi anno ab V. C. DI illi facti ſunt, profecto P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo conſulibus facti ſunt. Nam in eos conſules hic numerus incidit ad ſummam annorum Liuianam. Cenſorinus autem de his ludis loquens ait. Tertij ludi fuerunt Antiate, Liuioque auctoribus L. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo conſulibus. Praeterea ſi poſt centum annos, quam illi facti erant, relati ſunt, profecto anno DCI hi facti ſint neceſſe eſt, qui annus conſules habuit L. Marcium Cenſorinum, & M'. Manilium. Itaque Cenſorinus idem ait. De quartorum ludorum anno triplex opinio eſt. Antias enim & Varro, & Liuius relatos eſſe prodiderunt L. Marcio Cenſorino, M'. Manilio conſulibus poſt Romam conditam anno DCV. Sequitur autem in numerandis urbis conditae annis alios auctores, quam Liuium, eoſdem prope, quos Ciceronem, & Plinium ſecutos eſſe animaduertimus. Vt in alio loco procul a mari X millia paſſuum, nec minus remoto. } Vet. lib. Vt in aliū locum, dum procul a mari X millia paſſuum, nec minus remotum. L. Martio, L. Manlio conſulibus. } Lege, L. Marcio, M'. Manilio. M. etiam Manilius dicitur in Bruto a Cicerone, & a Valerio, & a multis aliis. ipſum tamen praenomen Manij tuliſſe, indicat Capitolinus eius conſulatus. Itaque locus in principio Somnij Scipionis ita legendus. Cum in Africam ueniſſem Manio Manilio conſuli ad quartā legionem tribunus (ut ſcitis) militum. mendoſe enim legitur. Anitio Manilio conſulibus. Quidam Marcio, & Manilio emendarunt, non recte. non enim ambobus cōſulibus Scipio uenit tribunus, ſed uni Manilio; ut Appianus, & Valerius tradiderunt. Castrisqve, quae Carthaginienſes omnibus copijs pariter ab urbe egreſsi oppugnabant, liberatis, is praecipue gloriam tulit. } Vet. lib. Caſtrorumque, quae &c. liberatorum & ipſe praecipuam gloriam tulit. Cato uir promptioris multo ad uituperandum linguae. } ex Vet. lib. tollenda eſt uox, Multo. Qvi in Africa militarent, umbris militare, Scipionem uigore. } Antiqua lectio, pro Vmbris, habet, umbras, pro uigore, uigere. Quod probo. Nam (ut ait Appianus) eſt uerſus Homericus a Catone uſurpatus, eiuſmodi. *οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.* id eſt ſolus ſapit, reliqui umbrae ruunt. Per aetatem minime liceret. } Vet. lib. Non liceret. Vt Luſitani, qui ex foedere populo R. dediti a Sergio Galba in Galliam ueniſſent, in libertatem reſtituerentur. } Vet. lib. qui in fidem populi R. dediti Ser. Galba. Porro autem, in Gallia, non in Galliam, ſententia ita poſtulante lego. Veniſſent enim pro uenundati eſſent, accipiendum eſt. Nam inquit Valerius libro IX. cap. VI. Galba trium Luſitaniae ciuitatum conuocato populo tamquam de commodis eius acturus nouem millia electa, & armis exſuta partim trucidauit, partim uendidit.

Etiam ab eo. } Vet. lib. Et ſaepe ab eo. Propter ſeſe caſtra habentes. } Vet. lib. Prope ſe.

Eqvo, atque homine ſuo immolatis. } Vet. lib. Equo, atque homine ſuo ritu immolatis.

Mvltis ad falſam eius famam, uelut ad ueram euntibus. Vet. lib. Multis ad falſam eius fabulam, uelut ad ueram coeuntibus. & recte. Nam paullo poſt infert. Fabulam autem eiuſmodi finxerat.

Ex pellice ſe Perſeo rege ortum. } Vet. lib. Ex pellice ſe, & Perſeo rege.

Traditvm educandum Cyrtheſae cuidam eſſe. } Vet. lectio melior. Traditum educandum Cretae ſe cuidam eſſe. In belli caſus, quod ille cum Romanis ageret. } Vet. li. gereret. Patrem eſſe credentem, a quo educaretur. } Vet. lib. Patrem eum eſſe credentem, a quo. Cvm prope finem ultimum eſſet. } Vet. lib. Cum prope ad ultimum finem uitae eſſet. Detectam tandem originem ſuam } Vet. lib. Detectam ſibi tandem.

Pvbescenti libellum tradidit. } Repone, Traditum, ut orationis conſecutio conſeruetur, item ex Vet. lib.

IN . EPITOMEN . LIBRI . L.

Prvsias rex Bithyniae omnium humillimorum fautor, atque uitiorum. } Vet. lib. Omniumque humillimorum uitiorum. ut regem etiam uitiorum intelligamus. Humilitas eius, & imbecillitas animi,

cognita

cognita eſt, cum raſo capite cum pileo legatis Romanis obuius ſe populi Romani libertum eſſe dixit.

Habebat alium filium.} Vet.lib. Alterum filium. Caput multis cicatricibus ſparſum.} Vet.li. Farſum.i.repletũ. Huius rei meminit Plutarchus in priore Catone, & Appianus in Mithridatico.

Genuerit unum filium.} Vet.lib. & Latina oratio ferunt, ut legatur. Filium genuerit.

Inter tres liberos.} Vet.lib. Inter tres liberos eius. Arbitrio Scipionis.} Vet.lib. Arbitro Scipione. Suasit cum equitatu ſuo ad Romanos tranſire.} Vet.lib. Perſuaſit, ut cum equitatu ſuo ad Romanos tranſiret. Egregie. Tranſiiſſe enim eum ſcribit Appianus. Phaniae.} Phamaeae legendum. φαμαίαν enim uocat Appianus in Libyco. Item. Vet.lib. Suidas. φάμεαν.

Quoniam per x annos conſulem fieri minime licebat.} Vet.lib. Quoniam per annos conſulem fieri non licebat. Recte, Lex enim de decem annis erat, ne quis intra decem annos conſul reficeretur, de qua ſupra in Fabio Rulliano diximus. Hic autem legem annalem intelligit a L. Villio Annali latã, qua cauebatur, ne quis niſi anno aetatis XLIII capere conſulatum poſſet. ut ſupra diximus. Scipio uero anno, quo factus eſt primum conſul, annũ agebat XXXVII. Repugnantibus aliquantulum patribus.} Vet.lib. Aliquandiu. M. Aemilius nonnullas urbes circumpoſitas Carthagini expugnauit.} Nullum M. Aemilium Carthaginem miſſum belli gerendi cauſſa accepimus. Itaque non dubitamus, quin hic ſit, M. Manilius, qui conſul primum, poſt autem prorogato imperio proconſul id bellum geſſit per biennium, cui deinde Scipio conſul anno tertio ſucceſsit. Valerius quidem M. Manilium Africã proconſulem obtinuiſſe ſcribit. Oroſius Teragam urbem expugnatam, & direptam a Manilio ait.

Victus, captusq. relicta Macedonia.} Vet.lib. Recepta Macedonia. Recte. Nam quae bello Perſico parta erat, eadem hoc bello amiſſa fuerat.

IN. EPITOMEN. LIB. LI

Carthago uiginti tria millia quidem paſſuum in circuitu labore maximo obſeſſa. Quanto plenior eſt priſca lectio? Carthago in circuitu millia XXIV paſſuum patens, magno labore obſeſſa.

Cui extra ſortem prouincia Africa data eſt.} Vet.lib. Data erat. Contracta exiguo tempore ampla claſſe.} Vet.lib. Contracta clam exiguo tempore. optime. Id enim Appianus, & Strabo, & reliqui factum eſſe tradiderunt. Ad Neſentum opidum.} Quis umquam alias ante audiuit in Africa non longe a Carthagine eſſe opidum nomine Neſentem? Nepherim quidem eſſe & Strabo, & Appianus produnt, ubi uterque de hoc bello loquitur, atque hoc etiam nomen eſt in uetuſtis epitomarũ libris. Vt omnino, Nepherim, ſit legendum. Minime impetrare potuerat.} Vet. lib. Impetrare non potuerat. Ludos fecit, transfugas.} Vet.lib. Transfugasque.

IN. EPITOMEN. LIB. LII

Boeotios.} Vet.lib. Boeotos. Sic Graeci. Βοιωτοὶ. & Βοιωτίαν. In cuius locum Dracus.} Vet. lib. Diacus. legendum Diaeus. Sic enim Pauſan. in Achaicis. Δίαιος ὁ πρότερον διάδοχος. Legati Romanorum.} Vet.lib. Romani. Ipse L. Mummius.} Vet.lib. Ipſe Mummius. P. Cornelius Africanus Scipio Aemilianus.} P. Cornelius Scipio Africanus Aemilianus. A Diodoro quodam.} Vet.lib. A Diodoto.

IN. EPITOMEN. LIB. LIV

Censa ſunt ciuium capita CDXXIIX millia.} Vet.lib. habet CCCXXIIX. Recte. Neque enim par eſt, cum priore luſtro cenſa ſint CCCXXIII millia, & inſequẽti CCCXXII, hoc anno CDXXIIX eſſe cenſa. De Iunio Syllano.} Vet.lib. De D. Iunio Silano. Ab exercitu eius multum imploratus, ac nobiliſsime tumulatus.} Vet.lib. Comploratus. Quod uerbum eſt in mortuo proprium. inquit enim Liuius de Tarquinio mortuo. Ex comploratione in regia orta. & li. XXV. Vt non modo lacrymis, iuſtoque comploratu proſequerentur mortuos, ſed ne efferrent quidem, aut ſepelirent. Per quattuordecim.} Vet.lib. Et per quattuordecim.

IN. EPITOMEN. LIB. LV

Cui cognomen Serapion fuit.} Serapio, ut Cato, Cicero, Dio. Nam Priſcianus ait, quae nomina apud Graecos in ων terminentur, ea a Latinis finiri in O. Adde tanto certius fieri, quoties caſum gignendi edunt in Onis, non in Ontis. ut Serapio Serapionis. Curiatio.} Curatio. ex Graecis. ut ante. Quia non impetrarunt.} Vet.lib. Impetrarent. In carcerem mitti.} Vet. lib. Duci. Opidumque.} Vet.lib. Et opidum. Irritam cenſuerat.} Vet. lib. Irritam fieri cenſuerat. Fusus, fugatusque.} Vet.lib. Fugatusque eſt. Pulli ex cauea euolauerunt.} Vet.lib. Auolauerunt. Conscendenti deinde in nauim.} Vet.lib. Deinde nauim.

Man-

Mancino auſpicia triſtia fuiſſe probatum eſt.} Vet.lib.Quae auſpicia triſtia fuiſſe euentu probatum eſt. Et ſic ut tranſgrederentur perſuaſit.} Vet.lib.Tranſgrederentur milites perſuaſit.

Diodoro.} Vet.lib.Diodoto.item Tripho, non Triphon. Corruptis quidem medicis.} Quidem, abeſt a uet.lib.

IN . EPITOMEN . LIBRI . LVI

M.Cassonis.} Vet. lib. M. Coſconius. Quem cum ille capere ob legem, quae uetabat quemquam intra decem annos iterum conſulem fieri licere, minime uellet.} Hic multa foeda ſunt, quae tamen ope antiquorum librorum purgantur, in quibus eſt ita. Quem cum illi capere ob legem, quae uetabat, quemquam iterum conſulem fieri, nō licere, ſicuti priore, &c. Noſtri enim patres, ignari omnis Romanae antiquitatis, quia nullam aliam legem nouerant, niſi quae eſt de x annis, eam ubique inculcarunt. Sicut etiam ante dixi de priore huius conſulatu. Quae lex ne in hoc quidem conſulatu locum habere potuit. Nam inter priorem, & poſteriorem Aemiliani conſulatum anni interiecti ſunt XII. Quae res eruditos multos uiros, ut de Glareano ante admonui, ualde hoc tempore perturbauit. Eſt igitur haec lex lata paullo ante haec tempora Catone uiuente, cuius ſuaſor ipſe fuit Cato, ne quis iterū conſul fieret. Priſcianus enim lib. III. profert exemplum ex oratione Catonis, quae inſcribebatur, Ne quis iterum conſul fiat. idemque Feſtus in uoce Pauimenta. Sunt enim multae leges de conſulatu capiendo latae. Vna, ne quis intra x annos conſul reficiatur. quae, ut ſupra diximus, tenuit Fabium. Altera, ne aedilitas, & praetura praetereatur, qua ſolutus eſt T.Flamininus. Tertia, quae annos aetatis conſtituebat, qua ſolutus eſt Aemilianus in priore conſulatu. Quarta, Ne quis iterum conſul fiat, qua impediebatur Aemilianus, ne ſecundum caperet conſulatum. Quinta, ne quis abſens conſul fieret, qua poſt Marius ſolutus eſt. Quartam tamen legem poſt tacito conſenſu ciuitatis abrogatam eſſe arbitror. Ex his legibus prima, & ſecunda a Sulla dictatore relatae ſunt. auctore Appiano.

Cuius belli.} Vet.lib.Huius belli. Cleon quoque.} Cleo. ut ante. Saepenumero geſſerunt.} Saepe. ex uet.lib.

IN . EPITOMEN . LIB. LVII

Generosissimam militiae diſciplinam.} Vet.lib.Seuerisſimam. A castris reiecit.} Vet.lib.Eiecit. Militem omni die in opere habuit.} Vet.lib.Militem quotidie. Frumentum ad ſeptenos uallos ferre.} Ac ſeptenos.ex Vet.lib. Cum gladio recte uallare ſcieris.} Vet. lib.Cum gladio te uallare.

Alii nimirum parum habiliter ſcutum amplius iuſto ferre iuſsit, quoniam melius ſcuto, quam gladio uteretur.} Omnis dicti huius uenuſtas perit, ſi ita legamus. Mihi autem uidetur ita eſſe legendum. Alij nimis habiliter paruum ſcutum tenenti. Senſus autem eſt perſpicuus. Cum paruum quidam ſcutum cum ſumma agilitate ferret, ampliſsimum eum ferre ſcutum Scipio iuſsit, ne ſcuto agilius, quam gladio uteretur. Scutum enim tegendi ſui, gladius laedendi alterum cauſſa paratus eſt. noceri autem hoſtibus Scipio cupiebat. Quoniam melius.} Vet. lib. Quando. id eſt. quandoquidem. Si extraneus uirgis cecidit.} Vet.lib.Fuſtibus. Quod placet. Cicero enim in Philippicis ait. Fuſtuarium meruerunt legiones, quae conſulem reliquerunt. Vt fuſte aliquis caederetur, docet eleganter Polybius lib. VI. Iumenta quidem omnia, ne exonerarent militem. Multoties contra hoſtium eruptiones feliciter pugnauit.} Vet.li.ſaepe aduerſus irruptiones hoſtium.

Et oppreſſos fame uideret urgeri, hoſtes qui pabulatum exierant uetuit interimi.} Diſpunge ita, Oppreſſos fame uideret urgeri hoſtes, inde, Qui pabulatum. Si plures quidem fuiſſent.} Dele, Quidem. ex uet.lib.

IN . EPITOMEN . LIBRI . LIIX

Ne quis ex agro publico plus quam decem iugera poſsideret.} Plutarchus in Graccho, & Appianus lib. I. quingenta iugera produnt. qui numerus probabilior eſt. Error inde forte manauit, quod qui deſcripſit hunc locum, is D, decem, non, ut faciendum erat, Quingenta, interpretatus eſt. Et fratrem Gracchum.} Vet.li.Et fratrem Caium. Vt ijdem omnino triumuiri.} Omnino, non eſt in uet.lib.

Ostendit ob id, ut ijs.} Vet.li. Oſtendit, ut ijs. Ante omnes C.Antonius conſul.} Lege uel repugnantibus omnibus libris, P.Mucius conſul. De quo ſic Cicero pro domo. P.Scipionis factum ſtatim P.Mucius conſul, qui in gerenda rep. putabatur fuiſſe ſegnior, multis ſenatus conſultis non modo defendit, ſed etiam ornauit. & pro Plancio. P.Mucius arma, quae priuatus P. Scipio ſumpſerat, ea Ti.Graccho interempto iure ſumpta eſſe defendit. Et qui de uiris illuſtr. ſcripſit. Segniterque ceſſante Mucio conſule Scipio Naſica ſequi ſe iuſsit. Item Valerius. Cum Gracchus remp. perturbaret, in aedē

 Fidei

Fidei patres conſcripti publice conuocati a conſule Mucio Scaeuola, quidnam in tali re faciendum eſſet, deliberabant. A PRIMATIBVS occiſus eſt.} Vet.lib. Ab optimatibus.

IN. EPITOMEN. LIBRI. LIX

NVMANTINI fame maxime coacti, ipſi ſe per uices trucidauerunt.} Vet. lib. Numantini fame coacti ipſi ſe per uicem tradentes trucidauerunt. P. ATILIVS conſul in Sicilia cum fugitiuis debellauit.} Hic conſul ab aliis Atilius, ab aliis Rutilius, ab aliis Sulpicius mendoſe nominatur. At Cicero in Epiſt. ad Att. lib. XIII. & in Verr. VI. Rupilium nominat. Atque ita uocandum eſſe Capitolinus eius conſulatus oſtendit. Quare pro P. Atilius, P. Rupilius repone. M. PERPENNA.} Perperna. ex Capit. tabulis, & Graecis. ut ante. CENSA ſunt capita CCCXIII millia.} Vet. lib. CCCXIIX. puto tamen legendum CCCLXIX. nam ſequenti luſtro CCCXC cenſa ſunt.

VT ducere omnes omnino cogerentur liberorum creandorum cauſſa.} Vet.lib. Vt omnes cogerentur ducere uxores liberorum procreandorum cauſſa. VELVT eo tempore ſcriptam.} Vet. lib. Velut in haec tempora ſcriptam. Recte. habet enim rationem perſonae Liuii, qui fuit aequalis Auguſti. Huius orationis ſententiae aliquot adhuc exſtant apud Gellium. AVXILIO quam maxime fuerunt.} Vet. 333
lib. Auxilio fuerunt. OB nimiam ſuam credulitatem ſuis inuiſus.} Suam abeſt a uet.lib. EIVS uirgine filia.} Vet.lib. Filia eius uirgine. DE agro diuidendo creatis.} Tolle uocem, De. non enim Triũuiri de agro diuidendo, ſed Agro ut dicatur, Latina locutio poſtulat, ut Triumuiri coloniae deducendae. QVO defuncto.} Vet.li. Eo defuncto. IAPIDAS.} Cap. triumphi, Iapudas, Graeci Ἰάποδας edunt.

IN. EPITOMEN. LIBRI. LX

AVRELIVS conſul.} Vet.lib. L. Aurelius conſul. ADVERSVS Falanios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium.} Lege Saluios Gallos. ex Vet.lib. Sunt autem Saluii ijdem, atque Salyes.

A MAXIMA multitudine locuſtarum.} Vet.lib. Ab ingenti multitudine. TERTIAM, qua equeſtrem ordinem cum ſenatu conſentientem corruperat, (trecenti ſenatores erant, ſexcenti equites) ut trecentis ſenatoribus admiſcerentur.} Clarior eſt huius loci ſententia in manuſcriptis libris. hoc modo. Tertiam, qua equeſtrem ordinem tum cum ſenatu conſentientem corrumperet, ut ſexcenti ex equitibus in curiam ſublegerentur, & quia illis temporibus CCC tantum ſenatores erant, ſexcenti equites trecentis ſenatoribus admiſcerentur. Hanc legem Iudiciariam uocat Plutarchus in Graccho, cuius uerba his fere ſimilia ſunt. ὁ δὲ δικαστικὸς, ᾧ τὸ πλεῖστον ἀπέκοψε τῆς τῶν συγκλητικῶν δυνάμεως. μόνοι γὰρ ἔκρινον τὰς δίκας, καὶ διὰ τοῦτο φοβεροὶ τῷ δήμῳ, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἦσαν. ὁ δὲ τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς οὖσι τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησε. Haec Plutarch. qui equites non ſexcentos, ſed trecentos ſenatoribus trecentis ait eſſe adſcriptos, atque inter utroſque communicata iudicia eſſe, quae antea ſenatorum tantum propria fuerant. Si tamen Appiani lib. primo, & Pediani in Diuinationem uerba attendamus, Gracchus a ſenatoribus ad ſolos equites iudicia tranſtulit, non inter utrumque ordinem cõmunicauit. Et Varro lib. IV. de uita pop. R. In ſpem adducebat non plus ſoluturos, quam uellent, iniquus equeſtri ordini iudicia tradidit, ac bicipitẽ ciuitatem fecit, diſcordiarum ciuilium fontem. Haec enim uerba ad C. Gracchum pertinere uidentur. Locus eſt apud Marcellum in uoce Biceps.

MVLTVM indignata.} Multum abeſt a uet.lib.

IN. EPITOMEN. LIB. LXI

MVLTVM feliciter pugnauit.} Multum abeſt a uet.lib. AVENTINVM armata quoque multitudine.} Vet.lib. Auentinum quoque armata multitudine. FLACCVS ſocius eiuſdem.} Vet. lib. Flaccus conſularis ſocius eiuſdem furoris. LIBERATVS eſt.} Vet.lib. Abſolutus eſt. 334

IN. EPITOMEN. LIB. LXII

CN. MARCIVS cos. Sarnios gentem Alpinam expugnauit.} Vet.lib. Q. Marcius conſul Stonos, De Stonis autem Alpinis populis & Strabo, & Plinius prodiderunt. De hac autem uictoria Oroſius.

QVEM in filium adoptauerat.} Vet.lib. Quem adoptauerat. METELLVS Dalmatas obſedit.} Vet.li. Subegit. probo. Nam de iis etiam triumphauit, & Dalmatici nomen retulit. AENOBARBVS.} Ahenobarbus. ut ante. SENATV amouerunt.} Vet.lib. Mouerunt.

IN. EPITOMEN. LIB. LXIII

CATO Porcius conſul.} Vet.lib. C. Porcius. Recte utrumque. dictus eſt enim C. Porcius Cato. DEPREHENSVM, & iudicatum ſit.} Vet.lib. Vindicatum ſit.

IN

IN . EPITOMEN LIBRI . LXIV

IDQVE etiam Calpurnius.} Vet.lib.Idque Calpurnius. AD indicandum conſiliorum auctores.} Vet.lib. Ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum. ET propter caedem admiſſam in regulum quendam nomine Maſsiuam,qui regnum eius populo R.inuiſi appetebat,interfectum . Romae cum periclitaretur.} Ita legendum eſt,ut omnia uno periodo contineantur, uſque ad uerbum illud,clam profugit.praeterea legendum,Romae interfectum;cum periclitaretur.ex uet.lib.& ex Salluſtio. DISCEDENS urbe.} Vet.lib.Cedens. A. POSTVMIVS legatus infeliciter proelio aduerſus Iugurtham geſto conflixit,pacemque etiam multum ignominioſam adiecit,quam quidem minime eſſe ſeruandam ſenatus cenſuit.} Germanam ſic demum reſtitue lectionem.A. Poſtumius legatus infeliciter praelio aduerſus Iugurtham geſto,pacem quoque adiecit ignominioſam, quam non eſſe ſeruandam ſenatus cenſuit. Exſtitit enim neſcio quis malus auctor latinae orationis formandae ,qui in his Epitomis deſcribendis de ſuo inculcauit particulas,Minime , Quidem,Multum , Omnino , quae non ſunt in uet.lib.niſi raro,& apte poſitae .

IN . EPITOMEN LIB. LXV

ET VNIVERSAM Numidiam uaſtauit.} Vet.lib.Totamque Numidiam. FELICITER quidem pugnauit.} Vet.lib.Proſpere pugnauit.

IN . EPITOMEN . LIB. LXVII

AVRELIVS Scaurus legatus.} Vet.lib.M.Aurelius. VINCI minime poſſe.} Vet.lib.Non poſſe. AB iiſdem hoſtibus C.Manlius , & Q.Caepio proconſules uicti proelio , caſtriſque binis exſuti ſunt. } Reſtitue ita.Cn.Mallius conſul,& Q.Caepio proconſul uicti proelio caſtris quoque binis exſuti ſunt . In Mâlio uariant ſcriptorum libri.Alij enim C.alij Cn.Manlium,alij M.Manilium uocant , quemadmodum in pleriſque ſcriptis eſt , & in impreſsis Eutropij , Taciti,& Salluſtij . Itaque Cn.Mallius reponendum teſtibus lapidibus antiquis . In uetere Epitomarum exemplari,eſt , Manilius conſul , & Q Caepio proconſul . egregie. Nam Q Caepio , & conſul ante Mallium , & prorogato imperio cum conſule Mallio proconſul cum Cimbris rem geſsit, ut ait Oroſius . CAEPIONIS , cuius temeritate clades accepta erat,damnati bona publicata ſunt,primoque poſt regem Tarquinium imperium ei abrogatum . Primum illud dico,Imperium regi Tarquinio non eſſe abrogatum, ſed exſilio multatum,ne in urbe eſſet.deinde uero addo alios ante Caepionem imperio ſpoliatos fuiſſe, ut Tarquinium Collatinum , & L.Minucium Augurinum,& M.Claudium Gliciam, quorum illi coacti ſunt abdicare ſe conſulatu , hic dictatura . Quare non eſt dubium, quin legendum ſit, ut eſt in uetere libro. Damnati bona publicata ſunt primi poſt regem Tarquinium . imperiumque ei abrogatum eſt .

IN CARCERE necatus.} Veteres libri , Necatus eſt. CONTINVATVS per complures annos magiſtratus eſt.} Vet.lib.Conſulatus eſt.Eſt enim factus II. III conſul cum abeſſet . Haec eſt autem Quinctia lex.Ne quis abſens capere conſulatum poſsit , qua ſolutus eſt Marius . Itaque Caeſar poſt omiſit triumphum ex Hiſpania ulteriore,ut praeſens peteret conſulatum. CIRCA Rhodanum,& Pyrenaeum.} Vet.lib.Inter Rhodanum , & Pyrenaeum . BELLICOSIS quidem ſe Theutonis.} Vet.lib.Bellicoſis ſe Teutonis.

IN . EPITOMEN . LIBRI . LXIIX

ANTONIVS praetor in Sicilia maritimos praedones perſecutus eſt . } Emenda ad fidem uet.lib. M. Antonius praetor in Ciliciam.eadem menda eſt apud Obſequentem,ubi ſcriptum eſt.Piratas a Romanis in Sicilia deletos eſſe,cum ſit legendum,Cilicia.Nam ut ſcribit Plutarchus in Pompeio , Cilicia arx fuit hoc tempore piratarum.ob eamque cauſſam pôſt in Cilicia bellum geſsit P.Seruilius, qui Iſauricus inde appellatus eſt.Adde quod M.Antonius apud Ciceronem libro primo de Oratore pro conſule ſe in Ciliciam ueniſſe ait . Antonium porro cum piratis rem geſsiſſe tradit Plutarchus in Pompeio.

DONEC Cimbros uinceret.} Vet. lib. Donec & Cimbros uinceret. VBI uirtute ſua explicita fugientem proconſulem,exercitumque proſecuti.} Vet. lib. Cum uirtute ſua explicata . Quamquam ſenſu admonente , Expliciti,lego.Quod eſt,obſidione quaſi Catuli liberati . IN QVO caeſa traduntur hominum centum quadraginta millia.} Vet.lib.Hoſtium . Idem autem numerus traditur fere ab Oroſio,& Plutarcho,& Floro.quamquam Flori locus mendoſe legitur ſic. In patientiſsimo, quem Caudium uocant campo , procurrere.millia deinde ad XL ceciderunt. Hinc campus tertio per omnem diem conciditur barbaris.In ueteribus autem libris recte ſic.In patientiſsimo quem Caudium uocant campo,concurrere.millia inde centum quadraginta ceciderunt,hinc tertio minus , per totum diem conciditur barbarus. TOTIVS ciuitatis conſenſu receptus.} Vet.lib.Exceptus.

QVI aliquantulum &c.inuiderant.} Vet.lib. Aliquandiu. P. MALLEOLVS.} Vet.lib.Publicius Malleolus.Recte.ita enim & Oroſius. & certe Malleolum Publiciae gentis cognomen fuiſſe Capitolini conſules oſtendunt. BELLA praeterea inter Syriae reges continet.} Vet.lib.Inter Syriae reges geſta continet.

IN. EPITOMEN. LIBRI. LXIX

CN. APPVLEIVS.} L. Appuleius.& uet.lib.& omnes ſcriptores. NVMIDICO, eo quod in eam minime iuraſſet.} Vet.lib.Quod in eam non iurauerat. SEXTVM quidem conſulatum.} Quidem, uacat.uet.lib. CANDIDATVM conſulatus petitorem.} Vet.lib. Candidatum conſulatus. ſic lib.CIII. Eoque conſulatus candidato conſpiratio facta eſt. & lib.CVII. T. Annio Milone candidato conſulatus. A. NVMIO competitore.} Hunc νώνιον Plutarchus, ἄλλον νώνιον Appianus uocant, ille in Mario, hic lib.I. At Valerius libro IX.cap.VII Oroſius lib. Nummium, praeſertim in ſcriptis libris. nam uulgati habent Mummium. Itaque nihil auſus ſum mutare. BELLO quodam interfectus eſt.} Loquitur de Saturnino, quem,ut omnes tradunt,Rabirius interfecit. Itaque, a Rabirio quodam, legendum eſt. Sic enim & is,qui de uiris illuſtribus ſcripſit:Caput eius Rabirius quidam ſenator per conuiuia in ludibrium circumtulit.

M. AQVILIVS conſul in Sicilia.} M'. Aquillius proconſul.ſcribendum. Hunc enim uocat Plutarchus in Mario μάνιον ἀκύλλιον. itemque in Mithridatico. Appianus. Filium hunc eſſe arbitror M'. Aquillij M'. F. M'. N. qui de Aſia triumphauit.ut eſt in Capitolinis triumphis, quem Appianus lib.I. μάνιον quoque nominat.

IN. EPITOMEN. LIBRI. LXX

CVM M.Aquillius.} M'.Aquillius.ut dixi. DIDIVS proconſul.} Vet.lib. T.Didius.

P. RVTILIVS, qui legatus C. Marij proconſulis a publicanorum iniurijs Aſiam defenderat.} Lege,Q. Mucij proconſulis.neque enim C.Marius obtinuit Aſiam,ſed Q. Mucius Scaeuola. ut Pedianus in Diuinationem. Q. Mucij Scaeuolae quaeſtor Rutilius condemnatus,quod cum praetore conſenſerit ſuo,ne publicani aliquid agerent in prouincia ſua. CVI cognomentum Apionis fuit.} Cui cognomen Apioni fuit. uet.lib.

IN. EPITOMEN. LIBRI. LXXII

INITIO belli a Picentibus moto.} Vet.lib.Orto. ESERNIA.} Aeſernia.Graeci. AVXILIA demum.} Vet.lib.Auxilia deinde.

IN. EPITOMEN. LIB. LXXIII

L. CAESAR conſul.} Vet.lib.L.Iulius Caeſar conſul. QVI interemptus eſt.} Vet. lib.Qui ab ijs interemptus eſt. MELIORE quidem euentu.} Quidem redundat. ex uet. lib. PELIGNOS fudit.} Vet.lib.Pelignos proelio fudit. HIRNIO Aſinio.} Vet.li.Hirno Aſinio.

IN. EPITOMEN. LIB. LXXXIII

ALIAQVE magiſtratuum ornamenta inſignia ſumpta ſunt.} Vet.lib.Aliaque magiſtratuum inſignia ſumpta ſunt. AVRELIVS Plotius legatus.} Vet. lib. A. Plotius. A. SEMPRONIVS Aſellus.} Scribe, Aſellio.ſic enim Appianus lib.primo. Valerius lib. IX. cap. VII. Fuit autem Aſellio Semproniorum cognomen.Quod Hiſtoricus ille aequalis Scipionis Aemiliani tulit.Qui apud Ciceronem primo de legibus,Aſilo,mendoſe dicitur,ubi Latinos Hiſtoricos numerat.

IN. EPITOMEN. LIB. LXXV

A. POSTVMIVS legatus in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit.Sulpicius legatus cum claſsi praeeſſet infamis crimine proditionis ab exercitu ſuo interfectus eſt.} In his uerbis eſt inſigne mendum.Inculcata enim multa uerba ſunt ex epitome ſequentis libri,eaque a Gabinio ad Poſtumiũ translata;quae autem ad Poſtumium pertinebant, ea Sulpicio ſine cauſſa tributa ſunt.ſic igitur lege ex ueterum librorum fide. A. Poſtumius Albinus legatus,cum claſsi praeeſſet,infamis crimine proditionis ab exercitu ſuo interfectus eſt. Reliqua autem dele.Haec ipſa A. Poſtumio eueniſſe tradit etiam Oroſius lib.V.Poſtumius Albinus uir conſularis tunc L.Sullae legatus intolerabili ſuperbia omnium in ſe militum odia cum ſuſcitaſſet,lapidibus occiſus eſt.& Valerius lib.IX.cap.IIX.A. Albinus nobilitate, moribus,

ribus, honorum omnium cōſummatione ciuis eximius propter falſas, & inanes ſuſpiciones in caſtris ab exercitu lapidibus obrutus eſt. QVISQVAM ante.} Vet.lib. Quiſquam alius ante.

IN. EPITOMEN. LIBRI. LXXVI

CAESIS a Mamerco Aemilio legatis Italicis.} Vet.lib. Caeſis & a Mamerco Aemilio legato Italicis. INCVRSIONES Thracum in Macedoniam continet.} Vet.lib. Incurſiones Thracum in Macedoniam populationeſque continet.

IN. EPITOMEN. LIB. LXXVII

OCCISOQVE Pompeij conſulis filio.} Senſus docet legendum eſſe, Occiſo Q. Pompeio conſulis filio. Paullo ante enim patris conſulis meminit. EX quo duodecim.} Ex qua, legendum. ad uocem enim Factionem, pertinet. VT praemium promiſsi indicij haberet.} Vet.lib. Praemium promiſſum. AD capiendum a Cn. Pompeio proconſul exercitum.} Vet.lib. Ad accipiendum.

IN. EPITOMEN. LIBRI. LXXIX

CORNELIVS Cinna.} Vet. lib. L. Cornelius Cinna. Cum pernicioſas leges per uim ferret.} Vet.lib. Per uim, atque arma ferret. PVLSVS urbe a Cn. Octauio collega cum Sextio tribuno plebis.} Melior lectio eſt ſcriptorum librorum. Cum VI. tribunis plebis, id eſt, Cum ſex tribunis plebis. Hoc probatur, quia ſcribit Appianus maiorem tribunorum partem Octauio aduerſatos eſſe. ὅτι δὲ ὀκταβίῳ κατὰ τὴν οἰκίαν τὸ μέλλον τιμωρουμένῳ ἐξαγγέλλεται τοὺς πλέονας δημάρχους κωλύειν τὰ γιγνόμενα. IMPERIOQVE ei abrogato.} Vet.lib. Imperioque abrogato. Sic epitome CXI. Abrogato magiſtratu pulſus urbe. MORTVVM ſpoliaret.} Vet.lib. Spoliaret occiſum.

IN. EPITOMEN. LIB. LXXX

QVI ſoli arma recipiebant.} Vet.lib. Retinebant. PLANCIVS.} Vet. lib. Plautius. IANICVLVM occupauerunt.} Vet.lib. Oppugnauerunt. Occupaſſe tamen ait Appianus. Itaque nihil muto. ANTIVM quidem. Item. Nulla omnino ſpes.} Tolle Quidem, & Omnino, ueterib. lib. auctoribus. M. ANTONIO eloquentiſsimo uiro, & C. Caeſare.} Vet. lib. L. & C. Caeſare. Recte. fratres enim hi fuerunt, ambo in reditu Marij interfecti. Auctor Appianus, & reliqui. IN roſtris poſita.} Vet.lib. In roſtris poſita ſunt. ET citra ulla comitia conſules in ſequentem annum ſe ipſos renunciauerunt, eodem die, quo magiſtratum inierant: Marius Sex. Licinium.} Sic interpunge, & lege. Eodemque die, quo magiſtratum inierant, Marius, &c. POSTREMO armis euertit.} Vet.lib. Armis hoſtiliter euertit.

IN. EPITOMEN. LIB. LXXXI

PRAETEREA a Thracibus in Macedonia geſta continet.} Vet. lib. Praeterea tranſitus Thracum in Macedoniam continet.

IN. EPITOMEN. LIB. LXXXIII

FVSIS aliquot copijs.} Vet.lib. Fuſis proelio aliquot copijs. ITA ut his cederet prouincijs.} Vet.lib. Ita ut is cederet. Is, autem Mithridates intelligitur. IMPETRAVITQVE a ſeruo praebens ceruicem, ut eum omnino interficeret.} Vet. lib. Impetrauitque de ſeruo ſuo praebens ceruicem, ut ſe interficeret.

IN. EPITOMEN. LIB. LXXXIV

CVM ab omnibus opidis Italiae obſides exigere uellet.} Cum ab Italiae opidis omnibus, colonijsque obſides. ex Vet. lib. CONSENSV ſenatus prohibitus.} Vet. lib. Prohibitus eſt. NOVIS ciuibus S.C. ſuffragium datum eſt.} Italis data lex erat lege Iulia, uerum non in XXXV tribus diſtributi. Verum ut diſtribuerentur, cum P. Sulpicius legem tuliſſet, eaque Sylla reuerſo abrogata eſſet, Cinna de ijs cum Octauio contendit. Itaque data erat illis ciuitas illa quidem, ſed ſine ſuffragio, nunc uero S. C. etiam ſuffragium adepti ſunt. App. lib. I. BELLI apparatum contra Syllam, quod plurimum excitabatur.} Vet.lib. Belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur.

IN . EPITOMEN . LIB . LXXXV

A consvle, Cn. Carbone & C.Norbano.} Emenda. A conſule C. Norbano. Erat enim hoc anno conſul C.Norbanus cum L.Scipione. Itaque ſequenti uerſu ait: Cum L. Scipionis alterius conſulis exercitu. alioquin, ſi Carbo conſul eſſet, Tertij conſulis fuiſſet dicendum.

IN . EPITOMEN . LIBRI . LXXXVI

Itemqve ex fiducia iam certe uictoriae litigatores, a quibus adhibebantur uadimonia, Romam deferre iuſsit.} Lege ex Vet.lib. auctoritate, Claudio Puteano affirmante. Idemque ex fiducia iam certe uictoriae litigatores, a quibus adibatur, uadimonium Romam differre iuſsit.

IN . EPITOMEN . LIBRI . LXXXIIX

Octo millia deditorum in uia publica trucidauit.} Lege, In uilla publica, qui locus fuit in campo Martio. Sic enim Auguſtin. de Ciuit. lib. III. cap. XXIIX. Sulla uictor urbem intrauit, qui in uilla publica non iam bello, ſed ipſa pace ſaeuiens VII millia peditum undecunque inermia non pugnando, ſed iubendo proſtrauit. & Valerius li. IX. cap. II. Quattuor legiones contrariae partis fidem ſuam ſecutas, in uilla publica, quae in campo Martio erat, nequicquam fallacis dextrae miſericordiā implorantes obtruncari iuſsit. Lvcretio Aſella.} Vet. lib. Offella. Plut. in Sulla ὀφέλλας, itemque Appianus li. I. Savcivs a ſeruo.} Ipſe ſaucius a ſeruo. Vet.lib. Mortem ſibi conſciuit in ipſo cuniculo.} Hac uerba arbitror inducenda, ut gloſſema ineptum. repugnant certe ceteris, atq. orationem impediunt.

IN . EPITOMEN . LIB. LXXXIX

L. Brvtvs.} Vet. lib. M. Brutus. Rebvsqve nouis.} In Vet. lib. Inducta particula, Que, alius ſit principium orationis. Lvcretivm Aſellam.} Offellam. ut ante. Hieram regem Numidarum.} Hunc regem Eutropius Iarbam nominat, item is, qui de uir. illuſtrib. ſcripſit, Plutarchus in Pompeio. εἷλε δὲ τῶν βασιλέων ἰάρβαν τὸν συμμαχήσαντα δομιτίῳ, τὴν δὲ βασιλείαν ἰάρβᾳ παρέδωκε. Hiarbae igitur regis filius fuit Hiempſal, qui regnauit conſule Cicerone, ut ipſe ait contra Rullum. Hiēpſalis filius fuit Iuba, uictus a Caeſare, ut ait Dio, ubi de bello Caeſaris Africo. de quo loquitur Cicero contra Rullum, cum ait, Iuba Regis filius. ſic enim legendum, non Iubae regis filius. Hiempſalis enim regis filium intelligit. Iubae autem filius fuit Iuba alter, cui Auguſtus regnum conceſsit, hiſtoriarum auctor. ut ſcribit Strabo lib. XVII. Carbone, qui Corcyram appulerat.} Appianus li. primo κόσσυραν hanc inſulam uocat. κάρβωνα δὲ ἐκ λιβύης ἐς σικελίαν καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐς κοσσύραν νῆσον ὑποφεύγοντα πέμψας τινὰς ὁ πομπήϊος ἔκτεινε. Et Oroſius. Pompeius Carbonem a Coſſura inſula in Aegyptum fugere conantem in Siciliam ad ſe retractum occidit. Eſt autem Coſſura inſula Africae. auctor Strabo. & Capito. triumphi. Redactvm eſt ſeſtertium ter millies, quingentieſque. Lucretium Aſellam.} Emendo ter millies quingenties. Q. Lucretium Offellam. Etenim Appianus. κόϊντον λουκρήτιον ὀφέλλαν nominat. Erroris cauſſa uulgata eſt. Qvod quidem nemini contigerat.} Vet.lib. Quod nulli contigerat. Cn. Norbanus conſularis.} C. Norbanus. Cap. tabulae. itemque reliqui omnes. Se ipſe interemit.} Vet. lib. Ipſe ſe interemit. Metellvs ex proſcriptis unus.} Vet. lib. Mutilus, quod eſt Papiorum cognomen. Ad poſticum aedis.} Vet.lib. Ad poſticias aedes. Sangvine ſuo fores reſperſit.} Vet.lib. Vxoris fores.

IN . EPITOMEN . LIB. XC

L. Manlivs proconſul.} Hunc ſubſidio Metelli ex Gallia, cui ipſe praeerat, in Hiſpaniam ueniſſe ſcribit Oroſius. & L.Manilium nominat. quo pacto legendum eſſe apud Plutarchum in Sertorio puto. ὡς τὸ μὲν λόλλιον ἐκ τῆς περὶ ναρβῶνα γαλατίας ἐλθόντα τῷ βοηθεῖν. eſt enim legendum, ὥστε μανλιον.

M. Antonivs legatus ab Herculeio quaeſtore uicti.} Vet.lib. habent M. Domitius. & recte. Nam Antonius, cuius poſt mentio fit, in hoc bello cum Sertorio erat. Domitius autem cum Metello. Domitium autem ab Herculeio Sertorij duce cum exercitu oppreſſum ſcribit Oroſius, Eutropius, & Plutarchus. Et Salluſtius hiſtoriarum lib. I. in quo Sertorianum bellum narrabat, Domitium proconſulem ex citeriore Hiſpania cum omnibus copijs, quas parauerat, a Metello accerſitum ſcribit. ut ait Priſcianus lib. X. Porro autem L. Domitius uocandus. Sic enim & Eutropius, & Plutarchus.

Ab Hirtuleio quaeſtore.} Vet.lib. Herculeio. item Eutropius. Item Salluſtius Hiſtoriarum lib. II. Occurrere duci, & proelium accendere, adeo uti Metello in ſagum, Herculeio in bracchium tela uenirent. ex Marcello in uoce Sagum. Hunc, ut opinor, ἱρτόνιον nominat Plutachus in Pompeio.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XCI

Cn.pompeivs, cum adhuc quaeſtor eſſet,cũ imperio conſulari aduerſus Sertorium miſſus eſt. } Vox,Quaeſtor, mendoſe eſt. aut enim Equeſter, ut in quibuſdã ueteribus libris eſt. aut,Eques Ro. eſt legendum. Nam ſex poſt libris ſcriptum eſt, Cn. Pompeium conſulem factum eſſe antequam quaeſturam gereret ex equite Romano. ſic autem locutus eſt in epitoma lib. lxxxix. Cn. Pompeius adhuc eques Romanus ex Africa triumphauit. ut etiam Cicero pro lege Manilia. Quid tam incredibile,quam ut iterum eques Rom. ex s. c. triumpharet triumphauit. autem iterum ex Hiſpania. & Dio in quadam concione lib. xxxvi. habita de Pompeio. *καὶ ᾧ ἱππεῖ ἔτι ὄντι τοὺς πολέμους ἐκείνους ἐνεχειρίσατε.* & Plutarchus: *μήπω δὲ μετέχοντι βουλῆς ἐψηφίσασθε δύο θριάμβους.*

IN . EPITOMEN . LIB. XCII

Q. sertorivs Metellum, & Perpennam cum duobus exercitibus proelio fudit. } Legendum. Q. Metellus Sertorium & Perpernam. neque enim Sertorius Perpernam, qui a ſe ſtabat, fundere potuit. Partem eius cupiens auferre. } Vet. lib. Ferre. Damna obſidentibus tulit. } Vet. lib. Intulit. Plvrimos amicorum, & ſecum proſcriptorum. } Vet. lib. Plurimos ex amicis, & ſecum proſcriptis.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XCIII

Resqve a Pompeio, & Metello uictus, & ut contra Sertorium egerunt. } Vitioſus ſine dubio locus ex ueſtigijs ueterum librorum a me ita emendatur. Reſque a Pompeio, & Metello contra Sertorium geſtas cõtinet, qui omnibus belli. Sic enim in ueteribus libris eſt, praeterquam quod duae illae uoces, Geſtas continet, interciderunt. Sic epitoma ſequenti. Res a Cn. Pompeio in Hiſpania contra Sertorium proſpere geſtas continet. Coegit diuerſas regiones petere Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompeium Galliam. } Contra Plutarchus in Sertorio. *ὥστε ἠναγκάσθησαν οἱ στρατηγοὶ διαλυθέντες ὁ μὲν εἰς γαλατίαν ἀπελθεῖν, πομπήϊος δὲ περὶ βακκαίους διαχειμάσαι.*

IN . EPITOMEN . LIB. XCIV

Deiotarvs Gallograeciae tetrarches praefectus Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit. } Vel aduerſantibus ueteribus libris lego, Praefectos Mithridatis. Nam Deiotarus ſtetit pro Romanis, non pro Mithridate. Id autem aperte Appianus in Mithridatico. *τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ φρυγίαν εὔμαχος μιθριδάτου στρατηγὸς ἐπιτρέχων ἔκτεινε ῥωμαίων πολλοὺς μετὰ παίδων, καὶ γυναικῶν· πισιδάς τε καὶ ἰσαύρους ὑπήγετο, καὶ κιλικίαν. μέχρι ἑνὸς τῶν γαλατικῶν τετραρχῶν δηιόταρος ἐπιπολάζοντα αὐτὸν συνεδίωξε, καὶ πολλοὺς διέφθειρε.*

IN . EPITOMEN . LIB. XCV

P. vorenvm praetorem proelio uicerunt. } Hunc praetorem Plutarchus in Craſſo uocat *πόπλιον βαρῖνον*. Varinium Frontinus lib. i. cap. v. Appianus autem libro primo *βαρίνιον γλάβρον*. ut appareat hunc P. Varinium Glabrum appellatum fuiſſe. meminit etiam P. Varini praetoris Cicero pro Flacco. ubi forte Varinij, legendum eſt, ut gentis nomen, non familiae ſit. C. cvrio proconſul Dardanos in Thracia domuit. } Hinc Salluſtius hiſtor. lib. ii. Nonio auctore. Eodem anno in Macedonia C. Curio principio ueris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias coegit.

Congregata ſeruorum, & ergaſtulorum multitudine. } Claudius Puteanus affirmauit, ſe in manuſcriptis legiſſe, Congregata ſeruorum ex ergaſtulis multitudine.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XCVI

C. lentvlvs conſul. } Cn. Lentulus. perſpicue. omnes auctores. L. Gellivs, & Q. Arrius praetor. } Vet. lib. L. Gellius conſul, & Q. Item Plutarchus, & Appianus. Ceterum hic eſt Q. Arrius praetor, qui cum ſucceſſurus eſſet C. Verri in Sicilia, non ſucceſſit. Pedianus. Sertorivs a M. Antonio, & M. Perpenna, & alijs coniuratis in conuiuio interfectus eſt. &c. Imperium partium ad Marium translatum eſt. } Locus obſcurus. Nam cum dicat ab Antonio, & Perperna interfectum eſſe Sertorium, addit, Imperium partium translatum eſſe ad Marium. nos autem ab alijs accepimus ad Perpernam perueniſſe. Tolletur igitur omnis obſcuritas, ſi ita legatur. Sertorius a Manio Antonio, & Marco Perperna. Item. Imperium partium ad Marcum translatum eſt. Plutarchus enim in Sertorio *μάλιον ἀντώνιον* uitioſe uocat, pro *μάνιον*. In ueteribus autem libris eſt, ad Marcum, non ad Marium. Eiuſdem porro conuiuij meminit his uerbis Salluſtius hiſtoriarum lib. iii. Sertorius in imo, inter Tarquinium,

nium,& dominum Perperna.ex Nonio. Vt frequentius uictor.} Vet.lib.Vel frequentius.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XCVII

Caesis inimicorum.} Vet.lib. Hoſtium. M. Crassvs, & Cn. Pompeius conſules facti ſunt,* ſicut Pompeius,antequam quaeſturam gereret ex equite Romano tribuniciam poteſtatem reſtituerunt.} Locus mutilatus,merito aſteriſco notatus. Vetuſti libri nihil uarietatis habent, niſi quod Facti ſic,ibi eſt.Ex quo colligo ita eſſe legendum.M.Craſſus,& Cn. Pompeius conſules facti, ut Craſſus ex praetura,ſic Pompeius antequam quaeſturã gereret, ex equite Romano, tribuniciam poteſtatẽ reſtituerunt. Eandem enim rem,ut memorabilem edit etiam Appianus lib.primo. hoc modo. ἐς δὲ ὑπατείαν ἄμφω παρήγγελον. ὁ μὲν ἐστρατηγηκὼς κατὰ τὸν νόμον Σύλλα. ὁ δὲ Πομπήϊος οὔτε στρατηγήσας, οὔτε ταμιεύσας, ἔτος τε ἔχων τέταρτον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα.i.Conſulatũ autem ambo ſe petituros eſſe profeſsi ſunt,is quidem, cum praetor ex lege Sullae fuiſſet,Pompeius autem neque praetura, neque quaeſtura perfunctus anno aetatis quarto,& triceſimo.puto tamen legendum Sexto,& triceſimo.Quod quiſque intelliget, qui aut ortum,aut obitum Pompeij cum primo conſulatu eius cõferet. Duabus ergo legibus ſolutus eſt,una, quod praeturam non geſſerat,altera quod ante annos aetatis legitimos factus eſt.Quare merito pro Põpeio ait Cicero.Quid tam ſingulare, quamut ex s. c. legibus ſolutus conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? Ivdicia per M.Aurelium Cottam praetorem.} Lege,L.Aurelium. Pedianus enim pro Cornelio: Fuerunt tres fratres C. M. & L.Aurelius Cotta, is qui lege ſua iudicia inter tres ordines communicauit,adeptique ſunt omnes conſulatum.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XCIIX

Lachares filius Mithridatis.} Vet.lib. Machares. Dio.μαχάρης. C.Lentvlvs.} Cn. Lentulus.ut ante. A qvibvs luſtrum conditum eſt.cenſa ſunt.} Vet. lib. A quibus luſtro condito cenſa ſunt. L.Metellvs praetor in Cilicia aduerſus piratas proſpere rem geſsit.} Scribe, Sicilia. Hic eſt enim Metellus, qui Verri in Sicilia ſucceſsit. Pedianus. Qvod incendio conſumptum erat,refectum a Q.Catulo dedicatũ eſt.} Vet. lib. Quod incendio conſumptum, ac refectum erat,a Q.Catulo dedicatum eſt. Mvltis certaminibus fudit.} Vet.lib. Pluribus proelijs.

Seditio militum tenuit,qui ſequi nolebant, quia legiones Valeriae impleta a ſe ſtipendia dicentes.} Vet.lib.ideſt legiones Valerianae,quae impleta a ſe ſtipendia dicentes.

IN . EPITOMEN . LIBRI . XCIX

Pompeivs Romae rationem reddit.} Romae,ſuperuacaneum,praeſertim cum dicat per epiſtolas rem eſſe actam.abeſt certe a ueteribus libris.

IN . EPITOMEN . LIB. C

C.Manlivs tribunus pl.} C.Manilius. Cicero pro lege Manilia. Domitis Cretenſib.} Vet.lib.Perdomitis Cretenſibus. Liberae in id tempus inſulae leges tulit.} Vet. lib. Dedit. Quo uerbo, & Cicero, & alij in hoc genere utuntur. Phraatem regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum regem, ac demum inter filium.} Vet. lib. Tigranem Armeniorum, ac deinde inter filium.

IN . EPITOMEN . LIB . CI

Phoenicia.} Phoenice.uet.li. Iberos, Albanos,qui tranſitum minime dabant.} Vet. lib.Albanoſque,qui tranſitum non dabant.

IN . EPITOMEN . LIB. CII

A milite Gallo nomine Bithoco.} Bitoeto repono ex Appiano in Mithridatico. Βίτοιτον οὖν τινὰ ἰδὼν ἡγεμόνα Κελτῶν, πολλὰ μὲν ἐκ τῆς σῆς ἤδη δεξιᾶς ἐς πολεμίους ὠνάμην, ὀνήσομαι δὲ μέγιστον, εἴ σύ με κατεργάσαιο. Qui ſcripſit de uiris illuſtribus Sithocum nominat. A qvo, ut iuuaretur, petierat.} Vet. lib. A quo ut adiuuaret ſe petierat. Cethego, & pluribus.} Vet. lib. Et pluribus alijs. Incendiis urbis opprimenda rep.} Vet. lib. Et opprimenda.

IN . EPITOMEN . LIB. CIII

Cvm exercitu caeſus.} Vet.lib.Caeſus eſt. Sacrarivm, in quod uirum intrare nefas eſt,

 intraſſet.

intraſſet.} Vet. lib. In ſacrarium. Cvmqve uxorem Metelli pontificis ſtupratiſſet.} Cicero, Plutarchus, Suetonius, omnes denique Caeſaris pontificis Maximi uxorem fuiſſe ſcribunt, non Metelli. Itaque non eſt credendum in tam nota hiſtoria lapſum eſſe auctorem, uerum, ut multos alios, ſic hunc locum a librarijs eſſe uitiatum. Ego uero ſine dubio legendum eſſe duco, Maximi pontificis. Errandi cauſſa orta eſt ex compendioſa ſcriptura. Nam cum paucis litteris ſcriptum eſſet. m. pont. imperitus ille, qui deſcripſit, interpretatus eſt Metelli, cum Maximi ea uox ſignificaret. Cn. Potitivs praetor Allobroges, qui rebellauerant, ad Solonem domuit.} Hic praetor fuit conſule Cicerone, ab eoque, & Salluſtio, C. Pontinus, a Dione γάϊος πομπτῖνος, & πομπτίνιος dicitur. Idem etiam poſt triumphauit ex Gallia. Ego C. Pontinium ſcribo. Pompeivs de liberis Mithridatis, Tigrane, & Tigranis filio triumphauit, Magnuſque a tota concione conſalutatus eſt.} Haec uerba non puto ſuo loco ſita eſſe. Vt ita ſentiam, me impellit, quod Cicero libro i. ad Atticum, Plinius lib. vii. cap. xxvi. & lib. xxxiix. cap. ii. Capitolinorum triumphorum ſcriptores, & reliqua omnia Romanae hiſtoriae monumenta loquuntur, Cn. Pompeium de Mithridate, & Aſia triumphaſſe Piſone, & Meſſalla cōſulibus. In hac autem epitoma triumphus poſt Gabinij, & Piſonis conſulatum, quo anno Caeſar ſe ſcribit in Galliam ueniſſe, & cum Heluetijs pugnaſſe, id eſt poſt tertium annum collocatur, cum tamen in eadem ante triumphum Pompeij mētio fiat conſpirationis factae inter Pompeium, & Craſſum, & Caeſarem, quae Pompeio praeſente Romae ante conſulatum Caeſaris facta eſt. Librarij tamen & hunc errorem fuiſſe pro certo habeo. Nā qui, cn. Pompeivs &c. erat ſcripturus, per incuriam oculis ad Pontinium coniectis, Cn. Pontinius ſcripſit, & quae ſequuntur. Poſt autem cum intelligeret ſe Pompeij triumphum temere praetermiſiſſe, eundem ipſum in fine epitome collocaſſe. Eſt autem triumphus Pōpeij rebus a Pontinio geſtis anteponendus.

IN . EPITOMEN . LIB. CIV

Gallia omni expulit.} Vet. lib. Gallia expulit. Pompeio inter alios orantes, & T. Annio Milone tribuno plebis ingenti gaudio ſenatus, ac uniuerſae Italiae ab exſilio reductus eſt.} Suſpicor legendum Et T. Annio Milone trib. pl. agēte. neque enim hoc placet, ne Milonem qui in magiſtratu erat, & legem rogare poterat, oraſſe dicamus, ſed egiſſe, oraſſe autem Pompeium, qui erat priuatus. Excidiſſe autem hanc uocem propter eam quae ſimilis ſequitur, Ingenti, puto. Qvorvm quidem maxima multitudo.} Vet. lib. Non habent, Quidem. Administratio eiuſdem rei.} Vet. lib. Eius rei. Ptolemaevs Aegypti rex ob iniurias, quas patiebantur, a ſuis regno pulſus Romam uenit.} Vet. lib. Ob iniurias, quas patiebatur a ſuis, regno pulſus Romam uenit.

IN . EPITOMEN . LIB. CV

M. Catonis tribuni pl.} Lege C. Catonis. ex epiſtolis Ciceronis ad Lentulum. Etenim Lentulo in re Alexandrina maxime aduerſatus eſt. Item ex li. xxii. Annalium Feneſtellae intelligitur teſte Nonio. Quod ut magiſtratum tribuni inierunt, C. Cato turbulentus adoleſcens nec imparatus ad dicendum concionibus aſsiduis inuidiam & Ptolemaeo ſimul, qui iam profectus ex urbe erat, & P. Lentulo conſuli paranti iam iter concitare ſecundo quidem populi rumore coepit. Qva prouinciae conſulares in quinquennium Pompeio Hiſpaniae, Craſſo Syria.} Lege Conſulibus, pro conſulares, ut Pompeium, Craſſumque conſules iterum intelligamus. Reiecto Archelao.} Vet. lib. Eiecto Archelao. In regnum reduxit Aegypti.} Vet. lib. Reduxit in regnum Aegypti. Proximam partem.} Vet. lib. Et proximam. In Britanniam parum proſpere tempeſtatibus aduerſis tranſiecit, iterumque parum felicius.} Lege ex Vet. li. In Britanniam primum parum proſpere &c. iterum parum felicius. Reliqvam partem inſulae in poteſtatem redigit.} Vet. lib. Aliquam partem. Egregie. Nam ſcribit in Agricola Tacitus, Caeſarem, qui primus in Britanniam legiones Romanas duxit, proſpera pugna terruiſſe incolas, & litoris tantum potitum eſſe.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CVI

Gallorvm multi populi.} Vet. lib. Aliquot populi. Cotta, & T. Aurunculeius legati Caeſaris.} Vet. lib. Cotta & T. Veturius. Apparet tamen legendum, Cotta & Titurius. ſic enim Caeſar li. iii. Q. Titurius, & L. Cotta legati. Deceptus eſt librarius, quod Cottae nomen Aurunculeius fuit, eodem auctore Caeſare. Item Appianus κότλας, καὶ τιτύριον. Evocatvs in colloquium ab hoſtibus, ut de pace acturus.} Acturis, & Vet. lib. habent, & hiſtoriae fides poſtulat.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CVII

Qvod nemini umquam contigit.} Vet. lib. Quod nulli alij umquam ſine uoce, Contigit.

Lex dicta,ut ratio abſentis Caeſaris.} Vet.lib.Lex data.Hinc ego.Lex lata.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CIX

Cvm ſe dimiſſurum exercitum negaret,niſi a Pompeio dimitteretur. } Veteres lib. Exercitus.&, Dimitterentur. C. cvrionis tribuni plebis primum aduerſus Caeſarem actiones continet.} Vet.lib.Primum aduerſum Caeſarem de populo Romano Caeſare actiones continet.Hinc ego obſeruatione hiſtoriae ductus Primum aduerſus Caeſarem,deinde pro Caeſare actiones continet. Id enim omnes tradunt.& maxime Coelius ad Ciceronem.Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem frigere, iam calet. nam feruentiſsime concerpitur, belliſsime enim quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populũ,& pro Caeſare loqui coepit.Ad hanc etiam hiſtoriam pertinere puto uerba quaedam Varronis ex lib. IV.de uita populi Ro. quaeq; ſunt apud Marcellum. Curio cum id feciſſet, dicebat amicis,ut illi renunciaretur,ſe obſtrigillaturum,ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret conſul. eſt autem Obſtrigillare obſtare. C.caesar bello inimicos perſecutus cum exercitu in Italiam uenit.} Et ſenſus,& uetuſtae lectionis auctoritas probant legendum eſſe Perſecuturus. Vniversosqve eius partium Italia omnino expulit.} Vet. lib. Ceteroſque partium eius Italia expulit.

IN . EPITOMEN . LIB. CX

Relictis in obſidione C.Trebonio.} Vet. li.Relictis in obſidione urbis eius legatis C. Trebonio. In poteſtatem Caeſaris ſe permiſerunt.} Vet.lib.Poteſtati Caeſaris ſe. In poteſtatem inimicorum.} Vet.lib.Hoſtium.

C. cvrio legatus Caeſaris cum aduerſus Pompeianarum partium ducem Varronem pugnaſſet. } Vet.lib.Cum proſpere aduerſus.Porro autem Varum, non Varronem legendum. Hic eſt enim Atius Varus,qui in Africa ſtetit contra Caeſarem.Eadem labes eſt in bello Caeſaris apud Florum. Pulſo,inquit fugatoque Varrone.Varum autem habent Caeſar, Dio,Plutarchus,reliqui. Sic in oratione, antequam iret in exſilium legitur,Q Varroni trib.pl pro Q.Vario.Sic in oratione pro P.Sulla. Nemo T. Coruncano,nemo Curioni,nemo huic ipſi C.Mario,cum ei multi inuiderẽt,obiecit.Ti. Coruncanio, & C.Curio,legendum.nominat enim nouos homines Corũcanium,& Curium aequales. ut alias facit.

IN . EPITOMEN . LIB. CXI

C. caecilivs Rufus cum ſeditiones in urbe quam maxime concitaret, nouarum tabularum ſpe ſolicitata plebe.} Lege,M.Coelius Rufus.Eſt enim is,de quo Caeſar lib.III. belli ciuilis ait. Iiſdem temporibus Romae M.Coelius Rufus praetor cauſſa debitorum ſuſcepta initio magiſtratus tribunal ſuum iuxta C. Trebonij praetoris urbani ſellam collocauit. & Velleius.M. Coelius in praetura nouarum tabularum auctor exſtitit. Item idem Coelius in epiſtola ad Ciceronem.Tolle, Quam maxime ex uet.lib. Cn. Pompeius ad Brundiſium obſeſſus a Caeſare. } Quid tam nouum,quam Pompeium obſeſſum a Caeſare ad Brundiſium. In uet.lib.eſt.ad Dyrrhachium. atque idem tradunt omnes hiſtoriae. Q Catvli praetoris.} Lege Q.Caſsij.ut in emendationum libris correximus ex Dione.

IN . EPITOMEN . LIB. CXII

Actore Theodoro.} Vet.lib.Theodoto. Plutarchus, Dio, & ceteri. θεόδοτον. Bellvm a Cn.Domitio contra Phraatem Parthum proſpere geſtum continet.} Domitius hic legatus Caeſaris cum Pharnace Ponti rege male rem geſsit. Ex quo apparet, legendum eſſe,Contra Pharnacem parum proſpere.Ita enim Appianus lib.II.φαρνάκης δομιτίῳ καίσαρος στρατηγῷ συνενεχθεὶς ἐς μάχην, ἐνενίκα πάνυ λαμπρῶς. & Dio lib.XLII.καῖσαρ γναῖον δομίτιον καλβῖνον ἔπεμψε, τήν τε ἀσίαν οἱ, καὶ τὰ ἐκεῖσε στρατόπεδα προστάξας λαβεῖν. καὶ ὃς τὸν δηιόταρον καὶ τὸν ἀριοβαρζάνην προσλαβὼν ἤλασεν εὐθὺς ἐπὶ τὸν φαρνάκην, καὶ συμβαλὼν ἡττήθη.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXIII

Catone, cui ex aequo deferebatur imperium,cedente.} Imperium,uacat. ſubauditur enim ex priore membro.Vet.lib. Pompeii Magni filius.} Vet.li.Inde Pompeius Magni filius.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXIV

Et relicto a legione.} Et, uacat Vet.lib. Occisoqve eo Caeſar Scipionem. } Nouum prinicipium orationis a uoce, Caeſar,faciendum eſt. Rebellantes uicit.} Vet.lib.Rebellantes proelio uicit.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXV

Spectacvla edidit.} Vet.lib.Dedit. Frvi minime potuit. } Vet.lib. Non potuit. P.magio Chilone. } Cn. Magio. Ex epiſtola Seruij ad Ciceronem. Censa ſunt ciuium capita centum quinquaginta millia.} Numerus hic quamquam ualde imminutus eſt,tamen bene habet. Scribit enim Dio,pro duabus,& triginta myriadibus ciuium,quae ante bellum ciuile cenſae ſunt quindecim tantum cenſas hoc tempore,reliquis bello ciuili abſumptis. & Appianus ait uix dimidiam partem ciuium,quae ante ciuile bellum cenſebatur, eſſe cenſam. Profectvs in Hiſpaniam contra Sex. Pompeium. } Vet. lib. Profectusque in Hiſpaniam aduerſus Cn. Pompeium. Recte.erat enim maior natu Cnaeus,quam Sextus. Pompeivs Sex.effugit.} Vet. lib. Sex.Pompeius effugit.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXVI

Mvlti , quam maximique honores.} Vet.lib. Plurimi , maximique. Minime aſſurrexit.} Vet. lib. Non aſſurrexit. M. brvtvs , & C. Trebonius.& C.Caſsius,& ex Caeſaris partibus D.Brutus.} Vet.lib.M.Brutus & C.Caſsius,& ex Caeſaris partibus D. Brutus, & C. Trebonius. Idem Ceteri. C.Octavivs ex ſorore nepos.} Quamquam Plutarchus in Antonio & Dio idem ſcribunt(ſcribunt autem ὀκτάβιον τῆς ἀτίας τῆς τοῦ καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸν,i.Atiae ſororis Caeſaris Octauium filium fuiſſe,)tamen portentum dicit,qui ita dicit. Qui enim fieri poteſt , ut Octauius nepos ſit Caeſaris ex ſorore,qui Atiae,quae fuit Iuliae ſororis Caeſaris filia,natus ſit? quãquam apud eos mendum eſſe ſuſpicor.ἀδελφῆς,pro ἀδελφιδῆς.neque enim Atia ſoror Caeſaris,ſed ſororis filia fuit. Itaque in Bruto ait Plutarchus. οὗτος μὲν οὖν ἐξ ἀδελφιδῆς καίσαρος. Ergo ſororis nepos legendum , ut uet.lib.habent,atque ut Velleius , Suetonius,& alii tradiderunt. Appianus τῆς ἀδελφῆς θυγατριδοῦν uocant . i. ſororis nepotem ex filia. In campum Martium ferretur . } Vet. lib. Deferretur. Chamaces humillimae ſortis homo.} Appianus hunc ἀμάτιον uocat. Sic enim ait ἀμάτιος ὁ ψευδομάριος. μαρίῳ γὰρ ὑπεκρίνετο υἱωνὸς εἶναι.Ex eo apparet legendum hoc loco, C.Amatius. Mouet tamen,quod Valerius lib.ix.hunc Erophilum Equarium medicum nominat.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXVII

Omnibvsqve proſperis exceptus.} Vet.lib.Ominibuſque.Ea uero omina quae fuerint,Obſequens,& Dio lib.xlv.& Velleius tradunt. Cum enim urbem intraret,ſolis orbis ſuper caput eius, curuatus,rotundatusque,in colorem arcus,ueluti coronam tanti mox uiri capiti imponens,conſpectus eſt.

In confuſione rerum , ac tumultu Lepidum pontificem maximum interemit . } Ne hoc quidem quẽquam alias legiſſe opinor, Lepidum pontificem maximum ab Octauio, ubi primum Apollonia redijt,interemptum . immo uero ne id quidem Epitomatum ſcriptor ſcripſit. Nam infra ait. M.Lepidum ab Octauio abrogato triumuiratus honore uitam impetraſſe. Eſt ergo locus mirum in modum uitiatus.Vetus liber ueſtigia aliqua continet,quibus ad germanam lectionem peruenire ualeamus. ſic, In confuſione rerum,ac tumultuum Lepidum põtificem tum Maximum interfecit.Hinc ego. In confuſione rerum,ac tumultu M.Lepidus pontificatum Maximum intercepit. Confirmat autem hanc lectionem Velleius,qui lib.ii. ait. Lepidus in locum C.Caeſaris mortui pontifex Maximus furto creatus. Avvncvli percuſſores.} Auunculi magni dicendum erat. Ita tamen etiam Suetonius:Nihil conuenientius,quam necem auunculi uindicare.

Magnis iniurijs affecit.Caeſar ut ſibi,& reip.} Melius concluditur haec tota oratio in uet.lib.ita. Magnis iniurijs affeciſſet , Caeſar & ſibi,& reip. Deinde plures.} Vet. lib. Deinde & complures. Et, ad Caeſarem.} Dele,Et,ex uet. lib.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXIIX

C. caesari , qui primus reip.arma ſumpſerat pro populo Rom.imperium a ſenatu datum eſt cum conſularibus ornamentis.} Hic locus mire deprauatus eſt,cum tamen non uideatur. Me ut uitiatum eſſe,atque ita legendum eſſe crederem Cicero admonuit.qui pro rep.arma ſumpſerat ,propraetoris imperium a ſenatu datum eſt.Nam Cicero in ſenatu,v.in Antonium, ita ait de Octauio. *Demus igitur imperium Caeſari,ſine quo res militaris adminiſtrari , teneri exercitus , bellum geri non poteſt , ſit propraetor eo iure,quo qui optimo , &c.* Vox,Praetoris,in populo Romano , mutata eſt ob eam cauſſam,quam ſaepe alias.Eadem macula foedauit quoque Velleium lib.ii.cum ait. Eum ſenatus honoratum equeſtri ſtatua pro P. R. una cum conſulibus des . Hirtio & Panſa bellum cum Antonio gerere iuſsit.ubi legendum eſt Propraetorẽ.Quod autem ſcriptum eſt,Conſularibus ornamentis,mallem Praetorijs. Nam & Graeci,Plutarchus,Appia.Dio στρατηγικὰ κόσμια decreta tradunt.& Cicero decernit, ſenatorem eum eſſe,ſententiamque loco praetorio dicere.

IN

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXIX

A. Hircivs.§ Hirtius, Cap. conſules, & Graeci, ἵρτιος. Qvi poſt uictoriam ſuam in inimicorum caſtris ceciderat.§ Vet. lib. Qui poſt uictoriam in hoſtium caſtris ceciderat. Cvm annos XIIX haberet, conſul creatus eſt.§ Vet lib. Annos XIX. recte, eſt enim natus Octauius conſule Cicerone IX. Kal. Octob. auctore Suetonio. Conſul factus eſt Panſa, & Hirtio conſulibus interfectis X. Kal. Octob. Quae ſumma annorum eſt uiginti, uno die minus. Quare qui XIX. annos ſcribunt, integros accipiunt, qui uiginti, imperfectos. Optime autem omnium Velleius, qui ait. Conſulatum inijt Caeſar pridie, quam XX. annos impleret, X. Kal. Octob. cum collega Q. Pedio.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXX

Cvi ſenatus, ut perſequeretur Antonium, mandauit.§ Vet. lib. Mandauerat. D. Caesar pacem cum Antonio, & Lepido fecit ita ut treſuiri reip. conſtituēdae quidem per quinquennium praeeſſent, ipſe, Lepidus, & Antonius. ſtatuerunt, ut ſuos quiſque inimicos proſcriberent.§ Nihil purius poteſt eſſe uetere huius loci lectione. Ita ut III. uiri reip. conſtituendae per quinquennium eſſent ipſe, & Lepidus, & Antonius, & ut ſuos quiſque. Sic enim pacis condiciones fuerunt duae, Triumuiratus & inimicorum proſcriptio. Nomina fuerant.§ Fuerunt, Vet. lib. L. Caesaris Antonij auunculi, M. Ciceronis.§ Vet. lib. & M. Ciceronis. item Huius occiſi. non Cuius occiſi. Capvt quoque cum manu.§ Vet. lib. Caput cum manu. At Liuius tamen inter duas manus poſitum ſcripſit. Verba eius ſunt apud Senecam lib. primo declamationum, ita. ita relatum caput ad Antonium iuſſuque eius inter duas manus In roſtris poſitum. In ijſdem uerbis nulla Popillij mentio eſt.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXXII

M. Messallae Publicolam fratrem iunctum communi conſilio condemnauerunt.§ Vet. lib. Victum communi concilio condonauerunt. & recte. Idem enim Dio. lib. XLVII. βρουτῷ τε γέλλιος ὁ ποπλικόλας ἐπιβούλευσε. ὁ δὲ δὴ γέλλιος ἐφωράθη. ἔπαθε δὲ οὐδὲν. ὁ γὰρ βροῦτος ἐκεῖνόν τε ἐν τοῖς φιλτάτοις ἀεὶ νενομίκως εἶναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μάρκον μεσσάλλαν πάνυ τῷ καίσαρι προσκείμενον εἰδὼς, ἀφῆκεν αὐτόν.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXXIII

Occisoqve a Pompeio A. Bithynico praetore.§ Vet. lib. Occiſoque A. Pompeio Bithynico praetore. Sic autem ipſe uocabatur, ut omnia R. monumenta loquuntur. Salvidienvm legatum.§ Vet. lib. Q. Saluidienum legatum. Suetonius in Auguſto, Saluidienium Rufum. Quare Q. Saluidienium lego.

Q. Cornificivm in Africa T. Seſtius Caſsianarum partium ducem.§ Luxata uerba. Cornificium in Africa Caſsianarum partium ducem T. Seſtius.

IN . EPITOMEN . LIB. CXXIV

Altero deinde proelio uictus M. Brutus, & ipſe uitam finiuit, exorato Stratone fugae comite, ut ſibi gladium addiceret, annorum erat aetatis XL. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt.§ Locum hunc mancum eſſe ſemper ſuſpicatus ſum, nec me fefellit opinio, ubi & ueteres libros & huius hiſtoriae ſcriptores conferre coepi. In Vet. lib. Ita eſt. Adijceret. annorum circiter XL. ita ut duae uoces abſint, Erat, & Aetatis. Hinc ego: Idemque fecerunt principum Romanorum circiter XL. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt. Qui enim cum Bruto mortem oppetierunt, tradit, quorum alios ſibi met, ut Brutus fecerat, necem conſciuiſſe ait, alios autem ut Hortenſium ab inimicis eſſe interfectos. Hanc rem ſic Velleius lib. II. Non aliud bellum cruentius caedē clariſsimorum uirorum fuit. Tum Catonis filius cecidit. Eadem Lucullum, Hortenſiumque eminentiſsimorum ciuium filios fortuna abſtulit. Nam Varro ad ludibrium moriturus Antonij digna illo, ac uera de exercitu eius magna cum libertate ominatus eſt. Druſus Liuius Iuliae Auguſtae pater, & Varus Quinctilius ne tētata quidem hoſtis miſericordia, alter ſeſe ipſe in tabernaculo interemit, Varus autem liberti, quē id facere coegerat, manu iugulatus eſt. Item Dio multo apertius. lib. XLVII. τῶν δ' ἀνδρῶν τῶν πρώτων τῶν ἀρχάς τινας ἐχόντων, ἢ καὶ ἐκ τῶν σφαγέων, ἢ τῶν ἐπικεκηρυγμένων ἔτι ὄντων, οἱ μὲν πλείους ἑαυτοὺς παραχρῆμα ἀπέκτειναν, οἱ ἁλόντες, ὥσπερ καὶ ὁ φαβώνιος ἐσφάγησαν. Ex principibus autem uiris, quique magiſtratus aliquos geſſerant, aut etiam ex interfectoribus, & ijs, qui adhuc proſcripti erant, plerique ſibimet ipſis ſtatim mortem conſciuerunt, aut capti, ut Fauonius, interfecti ſunt.

IN. EPITOMEN. LIBRI. CXXV

Cvm grandi periculo.} Vet. lib. Graui. M. Lepido, qui cuſtodiae urbis cum exercitu praeerat, ſciſſo.} Vet. lib. Fuſo.

IN. EPITOMEN. LIBRI. CXXIIX

Didio Saxa M. Antonij legato.} Vet. lib. Decidio Saxa. item Cicero XIII Philip. Decidium Saxam Antonij ſatellitem commemorat. Annonae commeatum impediret.} Vet. lib. Annonae commercium. Bella geſta continet.} Vet. lib. Bella ibi geſta.

IN. EPITOMEN. LIBRI. CXXIX

L. Ventidivs legatus.} Vet. lib. P. Ventidius. ita ceteri. Parthos in Syria uicit.} Vet. lib. Proelio uicit. Ivdaeorvm quoque legati ab Antonio interempti ſunt.} Vet. lib. Iudaei quoque a legatis Antonij ſubacti ſunt.

IN. EPITOMEN. LIBRI. CXXX

Ita ut duarum claſsium, Caeſaris altera, cui Agrippa praeerat, uinceret.} Vet. lib. Vt ex duabus Caeſaris claſsibus, altera, cui Agrippa praeerat. Expositi in terram in quam maximo periculo eſſent.} Vet. li. Expoſiti in terram milites in maximo periculo eſſent. M. lepidvs ex Africa, uelut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompeium a Caeſare gerendi trãſiecerat, ei bellum quoque cum Caeſar inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumuiratus honore uitam impetrauit.} Haec uerba ſententiam continent, & a ueterum librorum, & ab hiſtoriae huius fide alienam. Sic igitur corrige ex uet. lib. & Dione lib. XLIX. & alijs. M. Lepidus, qui ex Africa uelut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompeium a Caeſare gerendi trãſiecerat, cum bellum Caeſari quoque inferret, relictus &c. Nemine ante eum habitus eſt.} Vet. lib. Erat.

IN. EPITOMEN. LIB. CXXXI

A legatis eius oppreſſus eſt.} Vet. lib. Oppreſſus a legatis eius occiſus eſt.

IN. EPITOMEN. LIBRI. CXXXIII

Caesaris Alexandria in poteſtatem redacta. Cleopatra ne in arbitrium uictoris ueniret, uoluntaria morte occubuit. In urbem reuerſus tres triumphos egit.} Haec uerba male interpuncta ex auctoritate ſcripti libri ita debent diſpungi, & legi. Caeſar Alexandria in poteſtatem redacta, Cleopatra ne in arbitrium uictoris ueniret, defuncta in urbem reuerſus &c. ſunt enim haec omnia una periodo connectenda. Tertivm ex Cleopatra.} Scribe, de Cleopatra. dicimus enim Triumphare ex prouincia, non autem, ex rege, ſed de rege. Imposito fine bellis ciuilibus altero, & trigeſimo anno.} Lege altero & uigeſimo. non ſolum quia ita eſt in ueteribus libris, ſed etiam quia hiſtoriae ueritas id poſtulat. Nam a Lentulo, & Marcello conſulibus, quibus ciuilia arma primum ſumpta ſunt, uſq. ad Caeſarem V, & Sex. Appuleium conſules, quibus poſita ſunt, tot anni numerantur. Velleius lib. II. Viceſimo anno finita bella ciuilia.

IN. EPITOMEN. LIBRI. CXXXIV

Cvm ille conuentum Narbone egit.} Vet. lib. Narbone ageret. Bellvm contra Baſtarnas, & Maeſos, & alias gentes a M. Craſſo refertur.} Vet. lib. A M. Craſſo geſtum refertur.

IN. EPITOMEN. LIBRI. CXXXV

Ante hunc librum inuenio in libro ſcripto album interuallum eſſe relictum, cum his uerbis. Generaliter, & communiter hic eſt defectus quorundam librorum. Duos autem libros deeſſe puto eos, qui numerum expleant librorum centum quadraginta duorum, quos Petrarca a Liuio ſcriptos eſſe ait. Itaque hunc librum CXXXIIX appello. atque ita deinceps reliquos. Deſideratur ergo epitome lib. CXXXVI, & CXXXVII. Quod ex his rationibus colligitur. Cenſorinus ait Liuium lib. CXXXVI ludos quinctos ſaeculares tradidiſſe. quos fecit Auguſtus, qui facti ſunt Cenſorino ipſo, & Dione, & alijs auctoribus, C. Furnio, & C. Iunio Silano conſulibus. Eſt autem ueriſimile eum, qui ſcripſit epitomas,

quamuis

quamuis exſiliter eas, ac tenuiter ſcripſerit, uerbum etiam eorum ludorum, ut rei maxime memorabilis fuiſſe facturum, quemadmodum ante quartorum ludorum fecerit. In libro autem CXXXVI uulgato, nulla eorum métio fit. Nam de Raetia uicta a Tiberio, & Druſo agitur, quod bellum geſtum eſt Druſo, & Piſone conſulibus, ut ait Dio, i. biennio poſtquam ludi ſaeculares editi fuerant. Accedit quod Hiſpani, & Salaſsi in lib. CXXXV Caeſare IIX, & Silano conſulibus, auctore Dione, ſubacti traduntur, ideſt anno DCCXXV ab urbe condita. Si igitur in lib. CXXXV res explicamur geſtae anno DCCXXV, in eo autem, qui ſequitur, de Raetia agitur, quae uicta fuit anno DCCXXXV, ſane apparet praetermitti res geſtas nouem annorum, qui interiecti ſunt, multasq. nobiles, ac memorabiles actiones praeteriri. ubi enim de templo Iani ab Auguſto clauſo? ubi de tribunicia poteſtate Auguſto data. Ergo duos libros medios intercidiſſe credendum eſt.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXXXIX

Ara Caeſari.} Vet. lib. Ara D. Caeſari. Dedicata, ſacerdoteque creato.} Vet. lib. Dedicatur ſacerdote creato.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXL

Thraces domiti a Scipione.} Lego, a L. Piſone. is enim cum Pamphyliae praeeſſet hoc bellum geſsit. Dio lib. LIV. Florus etiam & Velleius Thracas, a L. Piſone perdomitos ſcribunt. Cauci.} Cauci, & Chatti in Germania ſunt. Dio tamen Chattos ait uictos eſſe a Druſo, itemque Florus. Velleius & Caucos, & Chattos a Tiberio ſubactos tradit.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXLI

Theatrum & porticus eius nomini dicata.} Vet. lib. Nomine. i. aeque atque ſi ille dicaſſet, Marcelli theatrum, & porticus appellata.

IN . EPITOMEN . LIBRI . CXLII

Nuncio ualetudinis euocatus.} Vet. lib. Valetudinis eius. Partim occurrerat.} Vet. lib. Accucurrerat. Romam reuectum.} Corpus Druſi Romam peruectum a Nerone fratre dicitur in I. lib. ſcripto. Dio etiam. καὶ ἀποθανόντα ἐς Ῥώμην ἐκόμισε. Tiberius autem non eo Roma uenit, ſed ex Pannonia, auctore Dione. Quare Peruectum pl. e. t. Laudatus a Caeſare.} Vet. lib. Laudatus eſt a Caeſare. In C. Iulij tumulo conditum.} Auguſti eſt intelligendum. Nam inquit Dio: ἐς τὸ τοῦ αὐγούστου μνημεῖον κατέθηκε.

FINIS.

CAROLI . SIGONII . CHRONOLOGIA
IN . T. LIVII . HISTORIAS
AB . VRBE . CONDITA

REGES.

Romulus regnat annos XXXIIX.
Interreges regnant annum I.
Numa Pompilius, annos XLIII.
Tullus Hoſtilius, annos XXXII.
Ancus Marcius, annos XXIV.
L. Tarquinius Priſcus, annos XXXIIX.
Ser. Tullius, annos XLIV.
L. Tarquinius Superbus, annos XXV. *

CONSVLES.

245	L. Iunius Brutus.	L. Tarquinius Collatinus.
	Sp. Lucretius Tricipitinus.	P. Valerius Poplicola. *
	M. Horatius Puluillus.	
246	P. Valerius II.	T. Lucretius.
247	P. Lucretius.	P. Valerius Poplicola III.
248	Sp. Lartius.	T. Herminius.
249	M. Valerius.	P. Poſtumius.
250	P. Valerius IV.	T. Lucretius.
251	Agrippa Menenius.	P. Poſtumius. *
252	Opiter Virginius. *	Sp. Caſsius.
253	Poſtumus Cominius.	T. Lartius.
254	Ser. Sulpicius.	M. Tullius.
255	C. Vetuſius.	T. Aebutius.
256	Q. Cloelius.	T. Lartius.
257	A. Sempronius.	M. Minucius.
258	A. Poſtumius.	T. Virginius. *
259	Ap. Claudius.	P. Seruilius.
260	A. Virginius. *	T. Vetuſius.
261	Sp. Caſsius.	Poſtumus Cominius.
262	T. Geganius.	P. Minucius.
263	M. Minucius.	A. Sempronius.
264	Sp. Nautius.	Sex. Furius. *
265	T. Sicinius. *	C. Aquillius.
266	Sp. Caſsius.	Proculus Virginius.
267	Ser. Cornelius.	Q. Fabius.
268	L. Aemilius.	K. Furius. *
269	M. Fabius.	L. Valerius.
270	Q. Fabius.	C. Iulius.
271	K. Fabius.	Sp. Furius.
272	M. Fabius. *	Cn. Manlius.
273	K. Fabius.	T. Virginius. *
274	L. Aemilius.	C. Seruilius.
275	C. Horatius.	T. Menenius.
276	A. Virginius.	Sp. Seruilius.
277	C. Nautius. *	P. Valerius.
278	L. Furius.	A. Manlius.
279	L. Aemilius.	Opiter Virginius. uel Vopiſcus Iulius.
280	L. Pinarius.	P. Furius.
281	Ap. Claudius Ap. F.	T. Quinctius.
282	L. Valerius.	Ti. Aemilius.
283	T. Numicius Priſcus.	A. Virginius.

T. Quinctius.

284	T. Quinctius.	P. Seruilius.
285	Ti. Aemilius.	Q. Fabius.
286	Q. Seruilius.	Sp. Poſtumius.
287	Q. Fabius.	T. Quinctius.
288	A. Poſtumius Albus.	Sp. Furius Fuſus.
289	L. Aebutius.	P. Seruilius.
290	L. Lucretius Tricipitinus.	T. Veturius Geminus.
291	P. Volumnius.	Ser. Sulpicius.
292	C. Claudius Ap. F.	P. Valerius Poplicola.
293	Q. Fabius Vibulanus III.	L. Cornelius Maluginenſis.
294	L. Minucius.	C. Nautius.
295	Q. Minucius.	C. Horatius Puluillus.
296	M. Valerius.	Sp. Virginius.
297	T. Romilius.	Sp. Veturius.
298	Sp. Tarpeius.	A. Aterius.
299	P. Curatius.	Sex. Quinctilius.
300	T. Menenius.	P. Seſtius Capitolinus.
301	Ap. Claudius.	T. Genucius.

DECEMVIRI. CONSVLARES

	Ap. Claudius.	Sp. Poſtumius Albus.
	T. Genucius.	Ser. Sulpicius.
	P. Seſtius.	T. Romilius.
	Sp. Veturius.	P. Curatius.
	C. Iulius.	A. Manlius.
	Ap. Claudius II.	Q. Fabius.
	M. Cornelius.	M'. Rabuleius.
302	L. Minucius.	Q. Poetelius.
	T. Antonius.	K. Duilius.
	M. Sergius.	Sp. Oppius.
303	Iidem Decemuiri per uim in hunc annum continuarunt.	
304	L. Valerius.	M. Horatius.
305	Iidem conſules continuaſſe uidentur in hunc annum.	
306	Lar Herminius.	T. Virginius Caelimontanus.
307	M. Geganius Macerinus.	C. Iulius.
308	T. Quinctius Capitolinus IV.	Agrippa Furius.
309	M. Genucius.	C. Curtius.
	A. Sempronius Atratinus.	
310	T. Cloelius.	Trib. mil. cons. pot. abdicarũt. in Eorũ L. F. ſunt cos.
	L. Atilius.	
	L. Papirius Mugillanus.	L. Sempronius Atratinus.
311	M. Geganius Macerinus II.	T. Quinctius Capitolinus V.
312	M. Fabius Vibulanus.	Poſtumus Aebutius Cornicen.
313	C. Furius Pacilus.	M'. Papirius Craſſus.
314	Proculus Geganius Macerin.	L. Menenius Lanatus.
315	T. Quinctius Capitolin. VI.	Agrippa Menenius Lanatus.
	Mam. Aemilius.	
316	L. Quinctius Cincinnati F.	Tribuni mil. cons. poteſt.
	L. Iulius.	
317	M. Geganius Macerinus III.	L. Sergius Fidenas.
318	M. Cornelius Maluginenſis.	L. Papirius Craſſus.
319	C. Iulius II.	L. Virginius.
320	C. Iulius. III. uel M. Manlius.	L. Virginius II. uel Q. Sulpicius.
	M. Fabius Vibulanus.	
321	L. Sergius Fidenas.	Trib. mil. cons. pot.
	M. Foslius.	

L. Pinarius

		L.Pinarius Mamercus.	
	322	L.Furius Medullinus.	Trib.mil.cons.pot.
		Sp.Poſtumius Albus.	
	323	T.Quinctius.L.F.Cincinnat.Pennus.	C.Iulius Mento.
	324	L.Papirius Craſſus.	L.Iulius.
	325	L.Sergius Fidenas II.	Hoſtus Lucretius Tricipitinus.
	326	A.Cornelius Coſſus.	T.Quinctius Pennus II.
	327	C.Seruilius Ahala.	L.Papirius Mugillanus.
	328	T.Quinctius Pennus.	C.Furius.
		M.Poſtumius.	A.Cornelius Coſſus.
	329	A.Sempronius Atratinus.	L.Furius Medullinus.
		L.Quinctius Cincinnatus.	L.Horatius Barbatus.
	330	Ap.Claudius Craſs.xuiri F.	L.Sergius Fidenas.
		Sp. Nautius Rutilus.	Sex.Iulius Iulus.
	331	C.Sempronius Atratinus.	Q.Fabius Vibulanus.
	332	L.Manlius Capitolinus.	L.Papirius Mugillanus.
		Q.Antonius Merenda.	L.Seruilius Structus.
	333	T.Quinctius Capitolinus. Capit.F.	N.Fabius Vibulanus.
	334	Interreges uno anno regnarunt.	
		L.Quinctius Cincinnatus III.	L.Furius Medullinus II.
Tr.mil.	335	M.Manlius.	A.Sempronius Atratinus.
		Agrippa Menenius Lanatus.	P.Lucretius Tricipitinus.
Tr.mil.	336	Sp.Nautius.	C.Seruilius.
		L.Sergius Fidenas.	
Tr.mil.	337	M.Papirius Mugillanus.	Trib.mil.cons.pot.
		C.Seruilius Priſci F.	
		Agrippa Menenius Lanatus.	L.Seruilius Structus II.
Tr.mil.	338	P.Lucretius Tricipitinus.	Sp.Veturius Craſſus.
		A.Sempronius Atratinus III.	Sp.Nautius Rutilus II.
Tr.mil.	339	M.Papirius Mugillanus II.	Q.Fabius Vibulanus.
		P.Cornelius Coſſus.	K.Quinctius Cincinnatus.
Tr.mil.	340	C.Valerius Potitus.	N.Fabius Vibulanus.
		C.Cornelius Coſſus.	L.Valerius Potitus.
Tr.mil.	341	Q.Fabius Vibulanus II.	P.Poſtumius Regillenſis.
	342	A.Cornelius Coſſus.	L.Furius Medullinus.
	343	Q.Fabius Ambuſtus.	C.Furius Pacilus.
	344	M.Papirius.	C.Nautius Rutilus.
	345	M.Aemilius.	C.Valerius.
	346	Cn.Cornelius Coſſus.	L.Furius Medullinus II.
		C.Iulius Iulus.	
	347	P.Cornelius Coſſus.	Trib.mil.Cos.pot.
		C.Seruilius Ahala.	
Tr.mil.	348	L.Furius Medullinus II.	C.Valerius Potitus II.
		N.Fabius Vibulanus II.	C.Seruilius Ahala II.
Tr.mil.	349	P.Cornelius Coſſus.	N.Fabius Ambuſtus.
		Cn.Cornelius Coſſus.	L.Valerius Potitus.
		T.Quinctius Capitolinus.	A.Manlius.
Tr.mil.	350	Q.Quinctius Cincinnatus.	L.Furius Medullinus III.
		C.Iulius Iulus II.	A.Aemilius Mamercinus.
		C.Valerius Potitus III.	Cn.Cornelius Coſſus.

M.Sergius.

Tr.mil.	351	M'. Sergius Fidenas.	K.Fabius Ambuſtus.
		P.Cornelius Maluginenſis.	Sp.Nautius Rutilus II.
		M'. Aemilius Mamercinus II.	M.Quinctilius Varus.
		L.Valerius Potitus III.	L.Iulius Iulus.
Tr.mil.	352	Ap. Claudius Craſſus.	M.Poſtumius.
		M. Furius Camillus.	M.Poſtumius Albinus.
		C.Seruilius Ahala III.	Q. Sulpicius.
Tr.mil.	353	Q. Seruilius.	A.Manlius II.
		L.Virginius.	M'.Sergius II.
		L. Valerius Potitus IV.	Cn.Cornelius Coſſus.
Tr.mil.	354	M. Furius Camillus.	K.Fabius Ambuſtus.
		M. Aemilius Mamercinus III.	L.Iulius Iulus.
		P.Licinius Caluus.	P.Maenius.
Tr.mil.	355	L. Titinius.	P.Maelius.
		L.Furius Medullinus.	L.Publilius Volſcus.
		M. Veturius.	M.Pomponius.
Tr.mil.	356	C.Duilius.	Volero Publilius.
		Cn.Genucius.	L.Atilius.
		L. Valerius Potitus V.	L. Furius Medulſinus III.
Tr.mil.	357	M. Valerius Maximus.	Q.Seruilius Fidenas II.
		M. Furius Camillus II.	Q.Sulpicius Camerinus II.
		L.Iulius Iulus.	A.Poſtumius Regillenſis.
Tr.mil.	358	L. Furius Medillinus IV.	P. Cornelius Maluginenſis.
		L.Sergius Fidenas.	A.Manlius.
		P.Licinius P.F.Caluus.	L.Titinius II.
Tr.mil.	359	P. Maenius II.	P.Maelius II.
		Cn.Genucius II.	L.Atilius II.
		P.Cornelius Coſſus.	P.Cornelius Scipio.
Tr.mil.	360	K. Fabius Ambuſtus III.	L. Furius Medullinus V.
		M.Valerius Maximus II.	Q.Seruilius III.
		L. Furius Medullinus VI.	Sp.Poſtumius.
Tr.mil.	361	C.Aemilius.	P. Cornelius II.
		L.Valerius Poplicola.	M.Furius Camillus.
	362	L.Lucretius Flauus.	Ser.Sulpicius Camerinus.
	363	L.Valerius Potitus.	M.Manlius Capitolinus.
		L.Lucretius.	L.Furius Medullinus VII.
Tr.mil.	364	Ser.Sulpicius.	Agrippa Furius.
		M. Aemilius.	C.Aemilius II.
		Q.Fabius Ambuſtus.	Q. Sulpicius Longus.
Tr.mil.	365	Duo fratres Q. Fabij	Q.Seruilius IV.
		Ambuſti.	Ser.Cornelius Maluginenſis.
	366	M.Furius Camillus dictaturam continuauit in hunc annum.	
		L.Valerius Poplicola II.	A.Manlius.
Tr.mil.	367	L.Virginius.	L.Aemilius.
		P.Cornelius.	L.Poſtumius.
		T.Quinctius Cincinnatus.	L.Aquillius Coruus.
Tr.mil.	368	Q.Seruilius Fidenas V.	L.Lucretius Tricipitinus.
		L.Iulius Iulus.	Ser.Sulpicius Rufus.
		L.Papirius.	C.Sergius.
Tr.mil.	369	L.Aemilius II.	C.Cornelius.
		L.Menenius.	L.Valerius Poplicola III.

M.Furius

		M.Furius Camillus.	L.Horatius Puluillus.
Tr.mil.	370	Ser.Cornelius Maluginensis.	L.Quinctius Cincinnatus.
		Q.Seruilius Fidenas.	P.Valerius.
		A.Manlius.	L.Quinctius Capitolinus.
Tr.mil.	371	P.Cornelius.	L.Papirius Cursor II.
		T.Quinctius Capitolinus.	C.Sergius II.
		Ser.Cornelius Malugin.III.	P.Valerius Potitus II.
Tr.mil.	372	M.Furius Camillus V.	Ser. Sulpicius Rufus II.
		C.Papirius Crassus.	T.Quinctius Cincinnatus II.
		L.Valerius.	L.Lucretius.
Tr.mil.	373	A.Manlius III.	L.Aemilius.
		Ser.Sulpicius III.	M.Trebonius.
		Sp.Papirius.	Q.Seruilius.
Tr.mil.	374	L.Papirius.	C.Sulpicius.
		Ser.Cornelius IV.	L.Aemilius IV.
		M.Furius Camillus VI.	L.Furius.
Tr.mil.	375	P.Postumius Regillensis.	L.Lucretius.
		L.Postumius Regillensis.	M.Fabius Ambustus.
		L.Valerius V.	L.Menenius II.
Tr.mil.	376	P.Valerius III.	P.Papirius.
		C.Sergius III.	Ser.Cornelius Maluginensis.
		P.Manlius.	C.Sextilius.
Tr.mil.	377	C.Manlius.	M.Albinus.
		L.Iulius.	L.Antistius.
		Sp.Furius.	P.Cloelius.
Tr.mil.	378	Q.Seruilius II.	M.Horatius.
		C.Licinius.	L.Geganius.
		L. Aemilius.	Ser.Sulpicius.
Tr.mil.	379	P.Valerius IV.	L.Quinctius Cincinnatus.
		C.Veturius.	C.Quinctius Cincinnatus.
380.381.382. 383.384.		C.Licinius Stolo. L.Sextius.	Tribuni plebis per annos V.
		L.Furius.	Ser.Cornelius.
Tr.mil.	385	A.Manlius.	P.Valerius.
		Ser.Sulpicius.	C.Valerius.
		Q.Seruilius.	M.Cornelius.
Tr.mil.	386	C.Veturius II.	Q.Quinctius.
		A. Cornelius.	M.Fabius.
		L.Quinctius.	Ser.Cornelius.
Tr. mil.	387	Ser.Sulpicius.	Sp.Seruilius.
		L.Papirius.	L.Veturius.
		A.Cornelius II.	M.Cornelius II.
Tr. mil.	388	L.Veturius.	M.Geganius.
		P.Manlius.	P.Valerius VI.
	389	L.Sextius.	L. Aemilius.
	390	L.Genucius.	Q.Seruilius.
	391	C.Sulpicius Potitus.	C.Licinius Stolo.
	392	L.Aemilius Mamercus II.	Cn.Genucius.
	393	Q.Seruilius Ahala.	L.Genucius II.
	394	C.Sulpicius.	C.Licinius Caluus.
	395	C.Poetelius Libo.	M. Fabius Ambustus.
	396	M.Popillius Laenas.	Cn.Manlius.

C.Fabius.

397	C.Fabius.	C.Plautius.
398	C.Marcius.	Cn.Manlius.
399	M.Fabius Ambuſtus II.	M.Popillius Laenas II.
400	C.Sulpicius Paeticus III.	M. Valerius Poplicola.
401	M.Fabius Ambuſtus III.	T.Quinctius, uel M.Popillius.
402	C.Sulpicius Paeticus IV.	M.Valerius Poplicola III.
403	P.Valerius Poplicola.	C. Marcius Rutilus.
404	C.Sulpicius Paeticus.	T.uel.K.uel.C.Quinctius Pennus.
405	M.Popillius Laenas.	L.Cornelius Scipio.
406	L.Furius Camillus.	P.Claudius Craſſus.
407	M.Valerius Coruus.	M.Popillius Laenas IV.
408	T.Manlius Torquatus.	C.Plautius.
409	M. Valerius Coruus II.	C.Poetelius.
410	M.Fabius Dorſo.	Ser.Sulpicius Camerinus.
411	C.Marcius Rutilus III.	T.Manlius Torquatus II.
412	M.Valerius Coruus III.	A.Cornelius Coſſus.
413	C.Marcius Rutilus IV.	Q.Seruilius.
414	C.Plautius II.	L.Aemilius Mamercinus.
415	T.Manlius Torquatus IV.	P.Decius Mus.
416	Ti.Aemilius Mamercinus.	Q.Publilius Philo.
417	L.Furius Camillus.	C.Maenius.
418	C.Sulpicius Longus.	P.Aelius Paetus.
419	L.Papirius Craſſus.	K.Duilius.
420	M.Valerius Coruus IV.	M.Atilius Regulus.
421	T. Veturius.	Sp.Poſtumius.
422	Interreges anno I.	
423	A.Cornelius II.	Cn. Domitius.
424	M.Claudius Marcellus.	C.Valerius Flaccus.
425	L.Papirius Craſſus II.	L. Plautius Venno.
426	L.Aemilius Mamercinus.	C.Plautius.
427	P.Plautius Proculus.	P. Cornelius Scapula.
428	L. Cornelius Lentulus.	Q.Publilius Philo II.
429	L.Papirius Mugillanus, alias	Curſor. C.Poetelius.
430	L.Furius Camillus II.	Iunius Brutus Scaeua.
431	C.Sulpicius Longus II.	Q.Aemilius. uel Aulius Cerretanus.
432	Q.Fabius.	L.Fuluius.
433	T. Veturius Caluinus.	Sp.Poſtumius.
434	L. Papirius Curſor II.	Q.Publilius Philo.
435	L.Papirius Curſor, uel Mugillanus.	Q.Aulius Cerretanus II.
436	M. Foslius Flaccinator.	L. Plautius Venno.
437	C.Iunius Bubulcus.	Q.Aemilius Barbula.
438	Sp.Nautius.	M.Popillius.
439	L.Papirius Curſor IV.	Q.Publilius Philo IV.
440	M.Poetelius.	C.Sulpicius.
441	L.Papirius Curſor V.	C.Iunius Bubulcus II.
442	M.Valerius.	P.Decius.
443	C.Iunius Bubulcus III.	Q.Aemilius Barbula II.
444	C.Marcius Rutilus.	Q.Fabius.
445	Q.Fabius.	P.Decius.
446	Ap.Claudius.	L.Volumnius.
447	Q.Marcius Tremulus.	P.Cornelius Aruina.
448	L.Poſtumius.	Ti.Minucius.
449	P.Sempronius Sophus.	P.Sulpicius Sauerrio.
450	L.Genucius.	Ser.Cornelius.
451	M.Liuius Denter.	M.Aemilius.
452	M.Valerius.	Q.Appuleius Panſa.
453	M.Fuluius Paetus.	T.Manlius Torquatus.
454	L.cornelius Scipio.	Cn.Fuluius.
455	Q.Fabius Maximus IV.	P.Decius Mus III.
456	L.Volumnius.	Ap.Claudius.

457	Q. Fabius v.	P.Decius IV.
458	L.Poſtumius Megellus.	M.Atilius Regulus.
459	L. Papirius Curſor.	Sp. Caruilius.
460	Q.Fabius Gurges Maximi F.	D. Iunius Brutus Scaeua.
461	L.Poſtumius.	C.Iunius.
462	P. Cornelius Rufinus.	M'.Curius Dentatus.
463	M. Valerius.	Q.Caedicius.
464	Q.Marcius.	P.cornelius.
465	M.Marcellus.	Sp.Nautius.
466	M.Valerius.	C.Aelius.
467	C.Claudius.	M. Aemilius.
468	C.Seruilius.	L.caecilius.
469	P.Cornelius Dolabella.	Cn.Domitius.
470	C.Fabricius.	Q.Aemilius.
471	L. Aemilius.	Q. Marcius.
472	P.Valerius.	Ti.Coruncanius.
473	P.Sulpicius.	P.Decius.
474	C.Fabricius.	Q.Aemilius.
475	P.Cornelius	C.Iunius.
476	Q.Fabius.	C.Genucius.
477	M'.Curius.	L. Lentulus.
478	Ser.cornelius.	M'.Curius.
479	C.Fabricius.	C.claudius.
480	L.Papirius Curſor.	Sp.caruilius.
481	C.Quinctius.	L.Genucius.
482	C.Genucius.	Cn.cornelius.
483	P.Sempronius.	Ap.Claudius.
484	M.Atilius.	L.Iulius Libo.
485	D.Iunius.	N.Fabius.
486	Ap.claudius.	M.Fuluius.
487	M'. Valerius.	M'. Otacilius.
488	L.Poſtumius.	Q.Mamilius.
489	L.Valerius.	T.Otacilius.
490	Cn.Cornelius.	C.Duilius.
491	C.Aquillius.	L.Cornelius.
492	A.Atilius Calatinus.	Q.Sulpicius.
493	Cn.Cornelius.	C.Atilius.
494	Q.Caedicius.	L. Manlius.
495	M.Aemilius Paullus.	Ser. Fuluius Nobilior.
496	Cn.Cornelius.	A.Atilius.
497	Cn.Seruilius.	C.Sempronius.
498	C.Aurelius Cotta.	P. Seruilius.
499	L.Caecilius Metellus.	C.Furius.
500	C.Atilius Regulus.	L.Manlius.
501	P.Claudius.	L.Iunius.
502	P.Seruilius.	C.Aurelius.
503	L. Caecilius.	N.Fabius.
504	M.Fabius.	M'.Otacilius.
505	M. Fabius.	C.Atilius.
506	A.Manlius.	C.Sempronius.
507	C.Fundanius.	C.Sulpicius.
508	C. Lutatius Catulus.	A.Poſtumius.
509	Q.Lutatius Cerco.	A.Manlius.
510	C.claudius centho.	M.Sempronius.
511	C.Mamilius.	Q. Valerius.
512	Ti.Sempronius.	P. Valerius.
513	L.Cornelius.	Q.Fuluius.
514	C.Licinius.	P. Cornelius.
515	T.Manlius Torquatus.	C.Atilius.
516	L.Poſtumius.	Sp.Caruilius.
		Q.Fabius.

517	Q.Fabius.	M.Pomponius.
518	M.Lepidus.	M.Poblicius.
519	C.Papirius.	M.Pomponius.
520	M.Aemilius.	M.Iunius.
521	L.Poſtumius.	Cn.Fuluius.
522	Q.Fabius II.	Sp.Caruilius.
523	P.Valerius.	M.Atilius.
524	L.Apuſtius.	M.Valerius.
525	C.Atilius.	L.Aemilius.
526	T.Manlius.	Q.Fuluius III.
527	C.Flaminius.	P.Furius Philus.
528	M.Marcellus.	Cn.Cornelius.
529	P.cornelius.	M.Minucius.
530	L.Veturius.	C.Lutatius.
531	M.Liuius.	L.Aemilius.
532	P.Cornelius Scipio.	Ti.Sempronius Longus.
533	Cn.Seruilius Geminus.	C.Flaminius.
534	C.Terentius Varro.	L.Aemilius Paullus.
535	L.Poſtumius Albinus III.	Ti.Sempronius Gracchus.
	M.Claudius Marcellus II.	
	Q.Fabius Maximus III.	
536	Q.Fabius Maximus IV.	M.Claudius Marcellus III.
537	Q.Fabius Maximus Verrucoſſi F.	Ti.Sempronius Gracchus II.
538	Ap.Claudius Pulcher.	Q.Fuluius Flaccus III.
539	P.Sulpicius Galba.	Cn.Fuluius Centumalus.
540	M.Valerius Laeuinus II.	M.Claudius Marcellus IV.
541	Q.Fabius Maximus V.	Q.Fuluius Flaccus IV.
542	M.Claudius Marcellus V.	T.Quinctius Criſpinus.
543	C.claudius Nero.	M.Liuius Salinator II.
544	Q.Caecilius Metellus.	L.Veturius Philo.
545	P.Cornelius Scipio.	P.Licinius Craſſus.
546	M.Cornelius Cethegus.	P.Sempronius Tuditanus.
547	Cn.Seruilius Caepio.	C.Seruilius.
548	Ti.Claudius Nero.	M.Seruilius Geminus.
549	Cn.Cornelius Lentulus.	P.Aelius Paetus.
550	P.Sulpicius Galba.	C.Aurelius Cotta.
551	L.Cornelius Lentulus.	P.Villius Tappulus.
552	T.Quinctius Flamininus.	Sex.Aelius Paetus.
553	C.Cornelius Cethegus.	Q.Minucius Rufus.
554	L.Furius Purpureo.	M.Claudius Marcellus.
555	M.Porcius Cato.	L.Valerius Flaccus.
556	P.Cornelius Scipio Africanus II.	Ti.Sempronius Longus.
557	L.Cornelius Merula.	Q.Minucius Thermus.
558	L.Quinctius Flamininus.	Cn.Domitius Ahenobarbus.
559	M.Acilius Glabrio.	P.Cornelius Scipio Naſica.
560	L.Cornelius Scipio.	C.Laelius.
561	Cn.Manlius Vulſo.	M.Fuluius Nobilior.
562	Cn.Liuius Salinator.	M.Valerius Meſſalla.
563	M.Aemilius Lepidus.	C.Flaminius.
564	Sp.Poſtumius Albinus.	Q.Marcius Philippus.
565	Ap.Claudius Pulcher.	M.Sempronius Tuditanus.
566	P.Claudius Pulcher.	L.Porcius Licinius.
567	Q.Fabius Labeo.	M.Claudius Marcellus.
568	L.Aemilius Paullus.	Cn.Baebius Tamphilus.
569	P.Cornelius Cethegus.	M.Baebius Tamphilus.
50	A.Poſtumius Albinus.	C.calpurnius Piſo.
		Q.Fuluius Flaccus.
571	L.Manlius Acidinus.	Q.Fuluius Flaccus.
572	M.Iunius Brutus.	A.Manlius Vulſo.

573	C.Claudius Pulcher.	Ti.Sempronius Gracchus.
574	Cn. Cornel.Scipio Hiſpalus.	Q.Petilius Spurius.
	C.Valerius Laeuinus.	
575	P.Mucius Scaeuola.	M.Aemilius Lepidus II.
576	Sp. Poſtumius Albinus.	Q.Mucius Scaeuola.
577	L.Poſtumius Albinus.	M.Popilius Laenas.
578	C.Popillius Laenas.	P.Aelius Ligus.
579	P.Licinius Craſſus.	C.Caſsius Longinus.
580	A.Hoſtilius Mancinus.	A.Atilius Serranus.
581	Q.Marcius Philiphus II.	Cn.Seruilius Caepio.
582	L.Aemilius Paullus II.	C.Licinius Craſſus.
583	Q.Aelius Paetus.	M.Iunius.
584	M.Marcellus.	C.Sulpicius.
585	Cn.Octauius.	T.Manlius.
586	A.Manlius.	Q.Caſsius.
587	Ti.Sempronius.	M.Iuuentius.
588	P.Cornelius Scipio Naſica.	C.Marcius.
589	M.Meſſalla.	C.Fannius.
590	L.Anicius.	M.Cornelius Cethegus.
591	Cn.Cornelius Dolabella.	M.Fuluius.
592	M.Aemilius.	C.Popillius.
593	Sex.Iulius.	L.Aurelius.
594	L.Lentulus.	C.Marcius.
595	P.Scipio Naſica.	M.Claudius.
596	L.Poſtumius.	Q.Opimius.
597	Q.Fuluius.	T.Annius.
598	M.Marcellus.	L.Valerius.
599	L.Licinius Lucullus.	A.Poſtumius Albinus.
600	T.Quinctius.	M'.Acilius.
601	L.Marcius.	M'.Manilius.
602	Sp.Poſtumius.	L.Piſo.
603	P.Africanus.	C.Liuius.
604	Cn.Cornelius.	L.Mummius.
605	Q.Fabius Maximus.	L.Hoſtilius.
606	Ser.Galba.	L.Aurelius.
607	Ap.Claudius.	Q.Metellus.
608	L.Metellus.	Q.Maximus.
609	Cn.Caepio.	Q.Pompeius.
610	Q.Caepio.	C.Laelius.
611	Cn.Piſo.	M.Popilius.
612	P.Scipio.	D.Brutus.
613	M.Aemilius.	C.Hoſtilius Mancinus.
614	P.Furius.	Sex. Atilius Serranus.
615	Ser.Fuluius.	C.Calpurnius.
616	P.Africanus.	C.Fuluius Flaccus.
617	P.Mucius.	L.Calpurnius.
618	P.Popillius.	P.Rupilius.
619	P.Craſſus.	L.Valerius.
620	C.Claudius.	M.Perperna.
621	C.Sempronius.	M'.Aquillius.
622	Cn.Octauius.	T.Annius.
623	L.Caſsius.	L.Cinna.
624	M.Aemilius.	L.Aurelius.
625	M.Plautius.	M.Fuluius.
626	C.Caſsius Longinus.	C.Sextius.
627	Q.Caecilius.	T.Quinctius.
628	Cn.Domitius.	C.Fannius.
629	L.Opimius.	Q.Maximus.
630	P.Manlius.	C.Papirius.
631	L.Caecilius.	L.Aurelius.

M. Cato.

632	M. cato.	Q.Marcius.
633	L.Caecilius.	Q.Mucius.
634	C. Licinius Geta.	Q.Maximus.
635	M.Metellus.	M.Scaurus.
636	M'.Acilius Balbus.	C. cato.
637	C.caecilius.	Cn.Papirius.
638	M.Liuius Druſus.	L.Piſo.
639	P. Scipio.	L. calpurnius Beſtia.
640	Sp.Poſtumius.	M.minucius.
641	Q.Metellus.	M.Silanus.
642	Ser. Galba.	M.Scaurus.
643	L.Caſsius.	C.Marius.
644	Q.Seruilius caepio.	C.Atilius.
645	P. Rutilius Rufus.	Cn.Mallius.
646	C.Marius II.	C.Flauius Fimbria.
647	C.Marius III.	L.Aurelius Oreſtes.
648	C.Marius IV.	Q.Lutatius.
649	C. Marius V.	M'.Aquilius.
650	C. Marius VI.	L.Valerius Flaccus.
651	M.Antonius.	A.Poſtumius.
652	Q.Metellus.	T.Didius.
653	Cn.Lentulus.	P.Craſſus.
654	Cn. Domitius.	C.caſsius.
655	L.Craſſus.	Q.Scaeuola.
656	C.coelius.	L.Domitius.
657	C.Valerius Flaccus.	M.Herennius.
658	C.claudius Pulcher.	M.Perperna.
659	L.Marcius.	Sex.Iulius.
660	L.Iulius Caeſar.	P. Rutilius Lupus.
661	L. Porcius.	Cn.Pompeius.
662	L. Sulla.	Q.Pompeius.
663	L. cornelius cinna.	Cn.Octauius.
664	L.cinna II.	C.Marius VII.
665	L.Cinna III.	Cn.Papirius.
666	L. cinna IV.	Cn.Papirius II.
667	L.Scipio.	C.Norbanus.
668	C.Marius.	Cn. Carbo III.
669	M.Tullius.	Cn. Dolabella.
670	L.Sulla II.	Q.Metellus.
671	P.Seruilius.	Ap.Claudius.
672	M.Lepidus.	Q.Catulus.
673	M.Aemilius.	D.Brutus.
674	Cn.Octauius.	C.curio.
975	L. Octauius.	C. cotta.
676	L.Licinius Lucullus.	M.cotta.
677	M.Lucullus.	C.caſsius.
678	L.Gellius.	Cn.Lentulus.
679	Cn.Aufidius.	P.Lentulus.
680	M. Craſſus.	Cn. Pompeius.
681	Q.Metellus.	Q.Hortenſius.
682	L.Metellus.	Q.Marcius.
683	C.Piſo.	M'.Glabrio.
684	M'.Lepidus.	L.Volcatius.
685	L.Cotta.	L.Torquatus.
686	L.Caeſar.	C.Figulus.
687	M.Cicero.	C.Antonius.
688	D.Silanus.	L.Murena.
689	M.Pupius.	M.Valerius.
690	Q.Metellus.	q.Afranius.
691	C.Caeſar.	M.Bibulus.

692	L.Piſo.	A.Gabinius.
693	P.Lentulus.	Q.Metellus.
694	Cn.Lentulus.	L.Philippus.
695	Cn.Pompeius.	M.Craſſus.
696	Ap.Claudius.	L.Domitius.
697	Cn.Domitius.	M.Meſſalla.
698	C.Pompeius.	Q.Metellus.
699	M.Marcellus.	Ser.Sulpicius.
700	L.Paullus.	C.Marcellus.
701	L.Lentulus.	C.Marcellus.
702	C.Caeſar.	P.Seruilius.
703	Q.Fufius Calenus.	P.Vatinius.
704	C.caeſar.	M.Lepidus.
705	C.caeſar.	Q.Maximus.
706	C.caeſar.	M.Antonius.
707	C.Panſa.	A.Hirtius.
708	M.Lepidus.	L.Plancus.
709	P.Seruilius II.	L.Antonius.
710	Cn.Domitius.	C.Aſinius.
711	L.Cenſorinus.	C.caluiſius.
712	Ap.claudius.	C.Norbanus.
713	M.Agrippa.	L.Caninius.
714	L.Gellius.	M.Cocceius.
715	Sex.Pompeius.	L.Cornificius.
716	M.Antonius.	L.Scribonius Libo.
717	C.caeſar.	L.Volcatius.
718	Cn.Domitius.	C.Soſius.
719	C.caeſar II.	M.Meſſalla.
720	C.caeſar III.	M.Craſſus.
721	C.caeſar IV.	Sex.Appuleius.
722	C.caeſar V.	M.Agrippa II.
723	C.caeſar VI.	M.Agrippa III.
724	C.Auguſtus caeſar VII.	T.Statilius.
725	C.caeſar Auguſtus IIX.	M.Silanus.
726	C.caeſar Auguſtus IX.	C.Norbanus.
727	C.caeſar Auguſtus X.	Cn.Piſo.
728	M.Marcellus.	L.Arruntius.
729	M.Lollius.	Q.Lepidus.
730	M.Appuleius.	P.Silius.
731	C.Sentius.	Q.Lucretius.
732	Cn.Lentulus. *	P.Lentulus.
733	C.Furnius.	C.Silanus.
734	L.Domitius.	P.Scipio.
735	M.Druſus.	L.Piſo.
736	Cn.Lentulus.	M.Craſſus.
737	Ti.Nero.	P.Quinctilius.
738	M.Meſſalla.	P.Sulpicius.
739	Paullus Fabius.	Q.Aelius.
740	Iulus Antonius.	Q.Fabius.
741	Druſus Nero.	T.Quinctius.

CAROLI . SIGONII IN . CHRONOLOGIAM SCHOLIA

IN . ANNVM . CXLV

Annvm, quo primi conſules inierunt Brutus, & Tarquinius, ducenteſimum quadrageſimum quinctum uoco ab Vrbe condita, quod Liuius regnatum eſſe Romae dicat per annos ducentos quadraginta quattuor. Quae eadem ſumma ex uniuſcuiuſque regni ſpatio colligitur. Idem facit etiam Dionyſ.

IN . ANNVM . CCXLIIX

In hunc annum conſules edimus Sp. Lartium, & T. Herminium, qui in codice Liuiano uulgato deſiderantur. Etenim praetermiſſos eos non a Liuio, ſed a feſtinantibus librarijs credimus: Cur autem ita credamus, dicendum eſt paucis. Primum, quia Caſsiodorus, qui tabulas ſuas conſulares ad Liuianorum annalium regulam (ut paullo poſt apertius apparebit) direxiſſe uidetur, eoſdem hoc anno conſules edit. neque uero ſolum Caſsiodorus, ſed etiam Dionyſius. Deinde quia niſi hunc annum numeremus, annus ille, quo decemuiri conſulares primum inierunt, non poterit a Liuio trecenteſimus alter uocari, uerum trecenteſimus dicatur neceſſe eſt. Accedit, quod ne Eutropius quidẽ recte dixerit, nono poſt reges exactos anno dictatorem primum eſſe creatum Poſtumo Cominio, & T. Lartio conſulibus, uerum octauo erit ſcribendum. Praeterea uero ne ſcite quidem Pedianus pro Cornelio, A. Virginio, & T. Veturio conſulibus, anno poſt reges exactos XVI tribunos plebis primum creatos ex Liuij auctoritate tradiderit, uerum XV fuerit ſcribendum. Poſtremo ne Cicero quidem recte M. Tullium, Ser. Sulpicium anno poſt reges exacto X conſules fuiſſe dixerit in Bruto; neque Plinius Ap. Claudium, & P. Seruiliũ conſulatum anno ab Vrbe cond. CCLIX. geſsiſſe ſcripſerit. Dicet aliquis quomodo nomina conſulum intercidere ſine rerum de quibus agebatur hiſtoria potuerunt? Dico exilem annum nihil praeter nomina conſulum habuiſſe, quomodo etiã paullo poſt inquit Liuius: Cõſules Q. Cloelius, & T. Lartius. Inde A. Sempronius, & M. Minucius, deceptum autem librarium ſimilitudine nominum inconſulto duos conſules tranſſcendiſſe.

IN . ANNVM . CCLIV

Ante hunc annum Dionyſius numerat duos annos cum conſulibus, Q. Sulpicio, Sp. Lartio; & C. Iulio, L. Pinario. Eumque ſecutus eſt Glareanus in ea Chronologia digerẽda, quam ſe Liuianae hiſtoriae cauſſa ait cõfeciſſe, quod ſe credere dicat, conſules illos non Liuij, ſed librariorum temeritate omiſſos. Nos autẽ lõge ſecus opinamur, & a Liuio conſulto eos eſſe praetermiſſos, & propterea ei, qui Chronologiam Liuianam ſcribere uelit, eſſe negligendos. Nam ni ita ſit: quo modo Liuius Q. Minucio, & C. Horatio conſulibus X tribunos plebis factos eſſe ait anno triceſimo poſt primos tribunos plebis, qui A. Virginio, & T. Veturio conſulibus facti ſunt? aut quomodo Ap. Claudio, & T. Genucio conſulibus decemuiros factos eſſe inquit anno trecenteſimo altero ab Vrbe condita? duobus praeſertim utrobique annis ad ſummam deficientibus. Adde, quod Caſsiodorus, qui (ut dixi) aperte ſecutus eſt Liuium, ne hos quidem conſules ſuggerit. Poſtremo ne deeſſe quidem apud Liuium duos annos illud certiſsimo argumento ſit, quod hiſtoriae expoſitio non mutila ſit. Nam quae a Dionyſio geſta quatuor annis traduntur, ea in duos a Liuio translata ſunt, ita ut nemo quidquam deſiderare poſsit. Neque uero mirum uideri debet, binos cõſules ab uno poni, ab altero praetermitti. Id enim feciſſe quoque Piſonem, teſtatur libro IX Liuius his uerbis. Hos conſules Piſo Q. Fabio, & P. Decio ſuggerit biennio exempto, quo Claudium, Volumniumq. & Cornelium cum Marcio conſules factos tradidimus; memoriane fugerit in annalibus digerendis, an conſulto binos conſules falſos ratus tranſſcenderit, incertum eſt.

IN . ANNVM CCXCV

Q. Minucio, C. Horatio conſulibus ſcribit Liuius tribunos pl. decem factos eſſe anno XXXVI poſt primos, qui facti ſunt A. Virginio, & T. Veturio conſulibus anno ab Vrbe condita CCLX. Ex quo intelligi poteſt recte hunc annum a nobis CCXCV. nominari.

IN . ANNVM CCCI

Liuius, itemque eum ſecutus Eutropius decemuiros Ap. Claudio, & T. Genucio conſulibus anno

trecenteſimo altero primum factos tradunt. Quem numerum Glareanus, qui omnes auctores eodem modo digeſsiſſe Romana tempora putat, corrumpere cogitur, & trecenteſimum tertium ſcribit.

IN. ANNVM. CCCV

Nullus eſt locus apud Liuium, in quo minus quid ſequar, aut ſententiam poſsim dicere, quam in hoc, quem nunc tracto. Eſt enim neceſſe annum interponere, ut numerorum Liuianorum ſumma conſtet. Etenim annum primum decemuirorum uocat trecenteſimum alterum. octauo autem anno poſt, tribunos militares annum primum decemuirorum uocat trecenteſimum alterum. octauo autē anno poſt, tribunos militares ait iniſſe anno trecenteſimo decimo, cum tamē, ſi diligenter numeres, trecenteſimus nonus is ſit uocandus. Neque uero dici poteſt, numerum poſteriorem eſſe mendoſe, nam in omnibus uetuſtis libris ita eſt. & ſi eum numerum mutes, qui deinceps ab eo nominantur, omnes erunt mutandi, & mira numerorum oritur confuſio. Miror autem Liuium in tam paucis annis rectam ſupputationem tenere non potuiſſe, praeſertim uero cum ijdem conſules, quos ab decemuiris ad tribunos militares numerat, ſint etiam apud Dionyſium, & Caſsiodorum. Cauſſa forte erroris inde nata eſt, quod tribunos plebis ait de continuando conſulatu in alterum annū M. Horatio, L. Valerio conſulibus laturos fuiſſe. tuliſſe tamen eos ex uerbis eius non apparet. An uero legem pro lata ipſe habuerit, quae ne promulgata quidem fuerat, cum hos numeros poſuit, in incerto eſt.

IN. ANNVM. CCCX

Liuius (ut dixi) annum, quo tribuni militares conſulari poteſtate primum facti ſunt, trecenteſimum decimum uocat. Quem numerū negligit Glareanus, & ad arbitrium numeros cōmutandos eſſe cenſet.

IN. ANNVM. CCCXXXIV

Hoc anno Interreges ponimus ſine conſulibus, aut tribunis militum, ex uerbis Liuij libro IV. Cum pars maior inſequentis anni per nouos tribunos plebis, & aliquot interreges certaminibus extracta eſſet. Adhaec uero ſi omittamus hunc annum, ſequentes numeri, quos ponit Liuius, non quadrabunt. Hunc tamen etiam contempſit Glareanus.

IN. ANNVM. CCCLXII

L. Lucretium Flauum, & Ser. Sulpicium Camerinum conſules ait Liuius factos eſſe poſt quinctum decimum annum. Quod ita intelligendum eſt. poſt conſules ſuperiores, per quindecim annos tribunos militares eſſe creatos. poſt autem annum quinctum decimum rurſus conſules eſſe creatos.

IN. ANNVM. CCCLXV

Liuius lib. V. in oratione Camilli Romam captam ſignificat tribus Fabijs tribunis militum anno ab V. C. CCCLXV. Qui numerus ad noſtram rationem praeclare quadrat. non poterat autem quadrare ad ſupputationem Glareani, niſi annum illum tranſcenderet. quem nos CCCXXXIV nominauimus.

IN. ANNVM. CCCLXVI

Hoc anno nos Camillum dictaturam continuaſſe ſcribimus. Quod dicitur ex Liuio, qui ait Romanos non eſſe paſſos eum dictatura niſi anno circumacto abdicare. Quod idem & ex Plutarcho, & ex Capitolina ſupputatione colligitur. Id quia turbabat neſcio quos numeros, praetermiſit Glareanus. non poſſe autem omitti, ſequentes numeri indicant.

IN. ANNVM. CCCLXXXIIX

Glareanus ante hunc annum contra Liuij auctoritatem interſeruit annum cum duobus tribunis militum. Videbat enim ad numerum anni quadringenteſimi, qui a Liuio nominatur, ſe non poſſe peruenire, niſi interponeret annum. Multo autem erat melius dictaturam Camilli ex uerbis ipſius Liuij, (ut nos fecimus) quam tribunos militares duos contra fidem hiſtoriae numerare. Tribunos autē nominat C. Licinium Stolonem, & P. Valerium V. Qui quo anno ſint reponendi, a nobis ſupra ſuo loco monſtratum eſt. De C. Licinio uero, & L. Sextio tribunis plebis; quos X tribunos uocet Liuius, qui niſi IX eſſe poſsint, niſi annus ille interponatur, dico decimum refici poſſe ſine anno illo. Nam qui anno CCCLXX tribuni plebis primum facti ſunt, non uideo cur ijdem anno CCCLXXXVII decimum refecti recte dici non poſsint.

IN

IN. ANNVM. CCCXC

Hunc annum, quo L. Genucius, Q. Seruilius conſules fuere, Liuius uocat xxv. poſt Romam captam, captam autem fuiſſe dixerat, anno CCCLXV. qui numerus praeclare quadrat.

IN. ANNVM. CD

Hunc annum, quo C. Sulpicius, M. Valerius conſules fuerunt, quadringenteſimum ab u. c. nominat Liuius. Vndecimum autem poſt primum plebeium conſulem. Quae omnia conueniunt.

IN. ANNVM. CDI

Hic annus, quo M. Fabius, T. Quinctius conſules fuerunt, dicitur a Liuio xxxv. poſt poſt Romam captam. qui numerus quadrat, & oſtendit recte a nobis dictaturam Camilli pro anno uno eſſe numeratã.

IN. ANNVM. CDXXII

Annum hic ſine conſulibus interſerimus neceſſario. neque enim aliter ſequentes numeri conuenire ad ſummam annorum ibi traditam poſſunt. Quod facimus in hac Chronologia, fecimus etiam neceſſario in faſtis conſulum Capitolinorum. neque enim eorum annorum ratio ſine hoc anno probe poterat cuſtodiri. Quin etiam Haloander, qui primus hac aetate Chronologias conſulares ſcripſit, idem fecit. Glareanus autẽ quia id negligit, haud ita multo poſt, uerbis (ut ſolet) Liuij parum intellectis aliũ & ipſe annũ interponit, de quo ibi dicã. Accedit quod Liuius id ipſum, quod facimus, etſi nõ aperte, at obſcure tamen ſubſignificare uidetur, cum ait libro IIX. Dictator ex auctoritate ſenatus dictus P. Cornelius Ruſinus, magiſter equitum M. Antonius: Religio deinde inceſsit uitio eos creatos, magiſtratuque ſe abdicauerunt; & quia peſtilentia inſecuta eſt, uelut omnibus eo uitio contactis auſpicijs res ad integrum redijt.

IN. ANNVM. CDXXIX

Glareanus quia interregum annũ, quem nos anno CDXXII numerauimus, praetermiſit, propterea hic annum interſerere cogitur contra fidem hiſtoriae. nititur autem uerbis Liuij libro nono. Anno circumacto bellum deinceps dictatore Q. Fabio geſtum, conſules noui ſicut ſuperiores Romae manſerunt. haec uerba ita interpretatur, ut priore anno dictatorem Fabium, poſteriore nouos conſules collocet, L. Papirium, & Q. Publilium. Qua in re uehementer errat. eſt enim intelligendum, eodem anno, quo Q. Fabius dictator bellum geſsit, nouos conſules L. Papirium, & Q. Publilium magiſtratum geſſiſſe. Id autem ita eſſe probant monomenta Capitolina, quae L. Papirio Curſori IV. & Q. Publilio Philoni IV. conſulibus Q. Fabium Maximum dictatorem cum Q. Aulio mag. eq. & in locum Q. Aulij occiſi C. Fabium ſubijciunt, ut etiam Liuius, item Diodorus. ut ante dixi.

IN. ANNVM. CDXXXI

Proxime ante hunc annum Glareanus interijcit annum L. Papirij Curſoris dictatoris ſine conſulibus, cum his uerbis. Alios ſecuti hos poſuimus, cum tamen Liuius ne uerbo quidem meminerit eius anni, ſed praecedente anno eorum facit mentionem. Si Liuius ergo non meminit ne uerbo quidem, neque ad rationem annorũ Liuianam hic annus pertinet, immo uero eandem, ut ex ſequentibus numeris apparebit, ualde perturbat. cur in Chronologia Liuiana interſeritur, Neque uero diſputo recte fecerit Liuius nec ne. nam hunc dictatorem uideo in Capitolinis monumentis probari. Sed id dico, Glareanum in ea Chronologia aut Liuij auctoritatem ubique debuiſſe complecti, aut ubique contemnere. neque enim ad unam normam omnes ſcriptores ſupputationes annorum Romanorum direxerunt.

IN. ANNVM. CDLVII

Hunc annum, quo conſules fuerunt Q. Fabius V. P. Decius IV. uocat Liuius quadrageſimum ſextũ belli Samnitici, quod bellum coeptum eſſe ſcribit M. Valerio, A. Cornelio conſulibus, i. anno ab u. c. CDXII. Qui numerus ad noſtram rationem praeclare cadit. ad Glareani non item. uerum quadrageſimus ſeptimus erit legendum. idq. quia dictaturam L. Papirij Curſoris diſcedens a Liuio numerauit.

IN. ANNVM. CDLXI

Hic interciderunt x libri Liuij. Itaque conſules, qui eius libris continebantur, ex Caſsiodoro ſubiecimus.

cimus. Cuius ſummam, quia cum numeris Liuianis, qui ſequuntur, maxime conuenire comperimus, in eam opinionem uenimus, tabulas Caſsiodori ab ipſo Caſsiodoro ex Liuiana eſſe hiſtoria concinnatas. Idem etiam in reliquis libris, qui amiſsi ſunt, faciemus.

IN. ANNVM. CDLXXXVI

Annum, quo Ap. Claudius conſul bellum Poenis intulit uocat Liuius ab V.C. CDLXXXVI. quam quam Glareanus CDLXXXIIX corrigit. ut eo loco dictum eſt. Glareanus item ante hunc annum alium interſerit annum cum conſulibus M. Valerio Maximo Q. Manilio Vitulo, quos non habet Caſsiodorus. Deeſt autem forte hic annus ad aliorum ſcriptorum ſupputationem, ut ad Capitolinam, at ad Liuianam nullo modo. Quod ex ſequentibus numeris apparebit. Eſt autem intelligendum, quamquam Capitolinae tabulae annum hunc deſiderant, reſpuere tamen nomina conſulum eorum, quos edit Glareanus. Ac tres quidem adhuc anni in Chronologia Liuiana contra Liuij auctoritatem a Glareano ſunt interiecti.

IN. ANNVM. CDLXXXIII

Ante hunc annum, quo conſules edidimus P. Sempronium, Ap. Claudium ex Caſsiodoro, Glareanus interijcit annum alterum cum conſulibus Q. Fabio Pictore, L. Quinctio Gulone. Quos conſules nõ habet Caſsiodorus. Et quamquam ſcio, Glareanũ id ipſum optimis fretũ auctoribus feciſſe, quos ipſe etiã in Capitolinis conſulibus reſtituendis ſecutus ſum, dico tamen eos ad Liuianam ſummam nõ conuenire. recte autem a Caſsiodoro ex Liuij auctoritate omiſſos eſſe. Quod ipſum ſequentes numeri indicabunt.

IN. ANNVM. DI

Annum, quo P. Claudius L. Iunius conſules fuerunt, quingenteſimum primum ab Vrbe condita uocat Liuius, ut in anno DCL demonſtrabo. qui numerus oſtendit recte a nobis, & a Caſsiodoro annos eos, quos de ſuo addidit Glareanus, eſſe omiſſos. ſi quidem hunc annum uocat DIV.

IN. ANNVM. DXIX

Ante hunc annum, qui conſules habuit auctore Caſsiodoro M. Pomponium, & C. Papirium, Glareanus quartum annum temere interſerit cum cõſulibus, quorum nomina ait ſe reperire non potuiſſe, idque ſe facere ait Cicerone, Plinioque auctoribus. Eſt autem intelligendum hunc annum reſpui primum a Liuio, cui ipſe in ea Chronologia ſeruit, quod ſequentes numeri confirmant. deinde a Caſsiodoro, & a Capitolinis auctoribus, qui ambo Lepido, & Poblicio conſulibus Pomponium & Papirium conſules ſuggerunt, nullo anno, ut nos fecimus, interiecto. Gellius lib. XVII. diuortium primum Romae factum ait anno V.C. DXIX. ideſt M. Pomponio, C. Papirio cos. ut ait Dionyſius lib. II.

IN. ANNVM. DXXIII

Annum, quo P. Valerius, M. Atilius conſules fuerunt, uocat Gellius lib. IV. cap. III. ab urbe cond. quingenteſimum uigeſimum tertium, ut nos fecimus. Quod eſt argumento, aut Liuium aut alium auctorem hanc rationem annorum quam nos ex Liuio collegimus, eſſe ſecutum. Quem annum Glareanus uocat, quingenteſimum uigeſimum ſeptimum.

IN. ANNVM. DXXXII

Liuius libro XXX. bellum Punicum ſecundum, quod coeptum eſt P. Scipione, Ti. Sempronio conſulibus, coeptum eſſe ait annos XXIII. poſt pacem Poenis primum uictis datam Q. Lutatio A. Manlio conſulibus. Qui numerus egregie quadrat, neque annum quemquam a Glareano interſeri patitur.

IN. ANNVM. DXLIX

Bellum ſecundum Punicum, quod Lentulo, & Paeto conſulibus finitum eſt, annos LXIII a primo Punico confectum eſt, quod Ap. Claudio conſule coeptum eſt. quadraginta uero poſt pacem Poenis datam Q. Lutatio, A. Manlio conſulibus, itemque decimo ſeptimo anno quam coeptum erat. Hoc Liuius lib. XXX. & XXXI. qui numeri Glareanum omnino redarguunt.

IN. ANNVM. DL

Annum, quo conſules fuerunt P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta, Liuius lib. XXXI. ſexageſimum tertium nominat Ab Ap. Claudio conſule, qui primus bellum Poenis intulit anno CDXXCVI. & quadrageſimum tertium poſt A Manlium, Q Lutatium conſules, quibus pax Poenis data eſt anno DIX. Idem hunc eundem annum uocat quingeſimũ quadrageſimum ab v. c. quamquam quinquageſimum, ut ait etiam Glareanus, pro quadrageſimo, reponendum eſt. qui numeri dici non poteſt, quam ad noſtram rationem conueniant. a qua quia ſine cauſſa diſceſsit Glareanus, in eam neceſsitatem compulſus eſt, ut omnes tamquam deprauatos emendare cogatur.

IN. ANNVM. DLVI

Liuius lib. XXXIV annum quo P. Scipio Africanus II conſul fuit uocat DIIX. aperte per mendum, pro DLVI, nam V in L, II in V uertenda ſunt. quae ratio non quadrat ad Glareani inſtitutum, qui DL IIX corrigit. Cum DLVI ex ſuperioribus, & inferioribus numeris ſit legendum.

IN. ANNVM. DXCIIX

Magnam habet quaeſtionem, quid uelint uerba quaedam, quae ſunt in Epitoma libri XLVII. & apud Caſsiodorum in conſulibus. De quorum interpretatione prope deſperaſſe Glareanus uidetur. Ea ſunt. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octauo ab urbe condita magiſtratum peractis comitijs, in ſequentiſque anni conſulibus creatis inire coeperũt. Mutandi comitia cauſſa fuit quod Hiſpani rebellabant. Apud Caſsiodorum uero:

Q. Fuluius. T. Annius.

Hi primi conſules K. Ian. magiſtratum inierunt propter ſubitum Celtiberiae motum.

M. Marcellus. L. Valerius.

Magnam quidem inquam haec uerba habẽt quaeſtionem. uerum eam ego, quia ad rem, quam ſuſcepi, maxime pertinet, quoad potero explicabo. Eſt igitur intelligendum, non Q. Fuluium. & T. Annium conſules primos K. Ian. iniſſe anno ab v. c. ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo, ſed M. Marcellum, & L. Valerium ſexcenteſimo nonageſimo octauo. Nam cum Celtiberi Q. Fuluio conſule, qui proelio ab ijs uictus fuerat, ut ait Appianus in Iberico, in ſpem uictoriae erecti, ſubito omnes rebellaſſent, placitum eſt, ut conſulum ſtatim comitia haberentur, ac conſules deſignati extemplo magiſtratum occiperent, neque idibus Martijs, ut ante, ſed K. Ian. ut nunquam ante alias inirent. Quod ipſum etiam ex Obſequente probatur, qui ait Marcello conſule omnes magiſtratus abdicaſſe. Caſsiodori autem uerba ita accipienda ſunt, ut Q. Fuluio & T. Annio conſulibus mutatum eſſe ineundi diem dicamus, non ipſos iniſſe. atq. ſequentibus conſulibus id ipſum eueniſſe interpretemur. Quod ſi ita eſt, & hic etiã numerus optime a Liuio traditus eſt.

IN. ANNVM. DCI

Annum, quo conſules fuerunt M'. Manilius, & L. Marcius, ab urbe cond. DCI. nominauimus. praeclare. ijs enim conſulibus (ut omnes tradunt) tertium bellum Punicum coeptum eſt. Quod anno DCI initum eſſe ſcriptum eſt in epitoma libri LXIX his uerbis. Tertij Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab urbe condita intra quinctũ annũ, quam erat coeptum conſummati. Adde quod ludi ſaeculares quarti, qui Cenſorino auctore ex Liuij ſententia facti ſunt M'. Manilio, & L. Marcio cõſulibus, in eadem epitoma editi eſſe dicuntur anno ab v. c. ſexcenteſimo primo. Ludi Diti patri ad Terentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo, & altero anno ab v. c. facti fuerant. Haec ille. His ex uerbis non ſolum illud intelligi poteſt, M'. Manilium, L. Marcium conſules in annum DCI incidiſſe, ſed etiam P. Claudium, & L. Iunium, qui conſules centeſimo ante anno fuerunt, & quibus conſulibus ludos tertios ſaeculares ex Liuij ſententia factos fuiſſe, ſcribit Cenſorinus, anno DI ab v. c. magiſtratum, ut nos ſcripſimus, geſsiſſe. Hunc tamen annum corrector Liuij Glareanus uocat DCV.

IN. ANNVM. DCCI

In Epitoma libri CXXXIII ſcriptum eſt, Auguſtũ triumphos tres in urbem inuexiſſe, & finem bellis ciuilib. impoſuiſſe anno altero, & uigeſimo. qui numerus quadrat. nã bella ciuilia coepta ſunt, Lentulo, & Marcello conſulibus.

IN. ANNVM. DCCXLI

Si Hiſtoria Liuiana morte Druſi in Germania, & funere eius (ut apparet) finita eſt, profecto uſque ad annum DCCXLI peruenit. eſt enim mortuus ſe, & T. Quinctio conſulibus, ut ait Dio lib. LV. quem annum uocat Glareanus DCCXLV. exponit autem conſules uſque ad annum DCCLXXII, quia inquit uſque eo Liuianam hiſtoriam peruenire praeter unum, aut alterum annum cum in ſeptimo & decimo ante anno finiatur.

FINIS.

CAROLI SIGONII LIVIANORVM SCHOLIORVM

ALIQVOT. DEFENSIONES

ADVERSVS. GLAREANVM. ET. ROBORTELLVM

MAXIMILIANI. II

EX. PRIVILEGIO

IMP. CAES. AVG.

VENETIIS ∞ DLXXII

In Aedibus Manutianis.

CAROLI SIGONII
LIVIANORVM
SCHOLIORVM
ALIQVOT. DEFENSIONES
ADVERSVS. GLAREANVM. ET. ROBORTELLVM

ANNI ſunt prope ſeptemdecim, cum ego ſcholia in T. Liuium ſcripſi, quibus locos ſcriptoris eius aliquot partim emendare, partim explicare contendi, nixus ſcilicet, ut tum teſtatus ſum, non contemnendis aliquot ueterum monumentorum ſubſidijs, quibus Liuiani emendatores ceteri ante me fere caruiſſent. Quoniam autem Henricus Glareanus plus, quam ceteri, in hoc genere ſtudij, atque operae collocarat, uſque adeo ut non ſolum quae ſibi deprauata, ſed etiam quae aut ſuſpecta aut obſcura uiderentur, notaret, aut ingenue ſe non intelligere confitens lectorem iterum, atque iterum de inueſtiganda ueritate non modo admoneret, ſed ſaepe etiam obſecraret: haud quaquam grauate feci, ut locos omnes ab eo partim pro obſcuris notatos, partim pro deploratis relictos in primis conſiderarem, & quam male affectis medicinam adhibendam eſſe cenſerem, aut quid de ijs omnino ſentirem, teſtatum apud omnes optimi uiri commotus uoluntate relinquerem. Verum, quod minime de homine grauiſsimo ſuſpicatus fueram, mea quaedam in eodem, in quo ille uerſatus fuerat, ſtudio nequaquam illi iucunda aemulatio in eam ſuſpicionem ipſum adduxit, ut me notationibus, atque obſeruationibus meis de auctoritate ſua detrahere uoluiſſe, exiſtimaret. Itaque cum mea in Liuium ſcholia legiſſet, ſeque multis perſtringi in locis ueritus eſſet, credo, quia turpe putaret, quod ſenex ipſe ſe ignoraſſe confeſſus eſſet, iuuenem exſtitiſſe, qui tradidiſſet, commotus eſt uehementius, quam moderatum, atque prudentem hominem decuit, atque ad Io. Heruagium neſcio quam epiſtolam miſit, in qua modeſte ille quidem errorem ſuum, culpa in ſaeculi ſui malignitatem coniecta, excuſauit, uerum pro gratia, quam ſe habiturum eſſe ei, qui tam multis ſe difficultatibus exoluiſſet, oſtenderet, conuicium rettulit. aſperius ſcilicet eo nomine me appellans, quam pudentem facere hominem, in tam leui praeſertim iniuria, aequum erat. Haec epiſtola deinde cum in manus Franciſci Robortelli perueniſſet, eius opera Patauij eſt diuulgata. Quamobrem cum ego Robortello inſanis prope in me illo tempore et ſuorum, & alienorum ſcriptorum apparatibus inuadenti reſiſtere pararem, haud quaquam mihi committendum putaui, quin illi etiam epiſtolae reſponderem, ac Glareano de me expoſtulanti ſatisfacerem, quoquo modo poſſem. eam uero reſponſionem in primum

librum Emendationum contuli. Quae ſi quis inter ſe ſcripta conferret, facile intelliget, quanta animi impotentia ſenex octogenaris, ac nullo, ut queritur, a me conuicio laeſus de me ſcripſerit, quanta contra moderatione iuuenis uix tricennarius, quanquam maxima iniuria laceſsitus, reſcripſerit. Sic igitur Glareanus me, dum uixit, eſt ultus. Demum mortuo illo, extitit neſcio quis, homo, ut uere dicam, ne nunc quidem mihi notus, uerum, quantum ego intelligere poſſum, ab harum litterarum ſtudio non abhorrens, qui quaſi arbiter inter me, & meum aduerſarium ex compromiſſo adactus, in ea epiſtola, quam nuper Glareani ſcholijs praefixit, me erudite quidem, ſed inhumane nimis in Glareanum eſſe inuectum, ac iuſte propterea a Robortello accuſatum pronunciauit. Neque uero hoc habuit ſatis. quin etiam in meorum ſcholiorum contextum neſcio quam defenſiunculā ex Robortelli ferme ſcriptis aduerſus me ab ipſo Glareano collectam diſperſit. neque quae ego quondam aut Glareano, aut Robortello reſponderam, ut illum facere oportuit, addidit. Quamobrem faciendum mihi duxi, ut nouae iſti defenſioni reſponderem. Ac primum quidem, cur ille, aut quiſquam alius meam erga Glareanum humanitatem deſideret, plane non uideo. etenim cum ſaepiſsime Glareani nomen uſurparem, tamen ab ipſius contumelia ſemper ita abſui, ut aſperiore uerbo nullo umquam ipſum appellarim. Niſi uero his dicendi generibus eſt offenſus, cum dixi, Hanc lectionem laudat Glareanus iniuſte. Neſcio, cur Glareanus miretur. Hoc dixi, quia Glareanus incertus ſententiae uidetur. Quibus uerbis, quis eſt, qui merito offendi poſsit, niſi qui, quod ipſe nō uidit, aegre ferat, uideri alteri fuiſſe perſpectum? Quomodo autē ego aliter agere poteram, cum ita ab initio inſtituiſſem, ut quoties Glareanus aut ambigeret, aut ſibi obſcurū, aut uitioſum, aut inexplicabile uideri aliquid diceret, aut lectorē de loci difficultate expediēda rogaret, toties ego, ſi quid ex ueterum, quae ipſe non uiderat, monumentis, quod haerentem in ſalebris leuare hominem poſſet, haberem, id uero ſtudioſiſsime promerem? Age enim. cur dubitare ſe praetulit Glareanus, ſi dubitationis ſuae explicationem excogitari noluit? aut cur de loci uulnere nos admonuit, ſi opportunum, atque induſtria quaeſitum adhiberi remedium recuſauit? aut cur denique laboranti ſingulis in locis ſibi opem prope ſupplex implorauit, ſi tempeſtiuum bonorum, atque amicorum hominum auxilium repudiaturus inaudita ante contumacia fuit? At appellaſti illum ſaepius, quam hominis dignitas poſtulabat. Qua ille praeditus dignitate fuerit, ne nunc quidem me plane ſcire confiteor. Poeta Laureatus inſcribebatur. At ea iampridem inter litteratos recepta conſuetudo eſt, ut quiſque de litteratis non ſolum, qui Laurea donati ſunt, ſed etiam, qui donarunt, libere in rem communem, quid ſentiat, ſine ulla iuſta reprehenſione expromat, modo ſine conuicio agat, ut ego cum Glareano; ſemel enim, aut iterum tantum uſus ſum trito illo iam, ac peruulgato uerbo, ut dicerem, errare ipſum; quem uero errorem uocaui, ne ipſe quidem defendit. Quod ſi ſcripſiſſem, ut ille de alijs, Quidam putant, Quidam mutant abſque iudicio, multo ille mihi iuſtius ſuccenſuiſſet. quaſi uero celebre apud alios Glareani nomen meis unus ipſe inſerere ſcriptis erubuiſſem. Nam ſi locutus eſſem, quo modo idem

ille de Valla locutus eſt : Lau . Valla mirum in modum hoc loco luctatus eſt, ſed nihil promouit: aut ſi quo modo de Liuio ipſo ſcripſit, cui tertio quoque uerbo obliuionem, negligentiam, confuſionem, inconſtantiam, longitudinem, improprietatem, improbabilitatemque obiecit, ita ut aliquando contumelioſa etiam cum indignatione exclamarit : Hoc eſt hiſtoriam ſcribere ? quaſi uero non Liuij hiſtoriam nobis emendare, ſed Liuiũ ipſum a nobis amandare uoluerit: ſi hoc inquam modo de illo ſcripſiſſem, quis eum demum, aut admiratores ferre illius poſſent ? Vnde igitur iſtae lacrymae ? unde, niſi, quod quae defendere, aut Glareanus, aut amici eius aut neſciunt, aut non poſſunt, ea ad contumeliam Glareani pertinere, nec niſi inferenda contumelia ſe debere, aut obſcurare exiſtimant poſſe. Itaque inhumanitatem obijciunt, ut ſibi iure liceat eſſe inhumanos; contumeliam ſe accepiſſe queruntur, ut honeſtiore nomine contumeliam inferant. quae eſt autem haec contumelia? noua ſcilicet, & inaudita. explicuiſſe aliquid aliquem, quod alter ſibi inexplicabile eſſe confeſſus ſit. neque enim Glareanus ſe defendit, ſed excuſat. at quo modo? Glareanus hunc locum praue correxit. at & Glareanus ipſe, inquit, iam id uidet, ſed a te id uitio uerti dolet. Glareanus non legit. immo legit, reſpondet, ſed non meminit. Glareanus non uidit. Non uidit, quia Graecos libros, quos tu habuiſti, non habuit. Glareanus dubitauit. dubitauit, quia doctorum hominum eſt dubitare. Glareanus fatetur, ſe non intelligere. fatetur, quia homo eſt ingenuus. tu uero inhumanus, qui, cum intelligas, id ei crimini des. Dij boni, quis erit demum tam auerſo a me animo, qui haec aliquando legens non ſtomachetur, ac peius actum eſſe cum Glareano non exiſtimet, quod haec ei in mentem defenſio uenerit, quam quod a me eo modo ſit oppugnatus? quae malum, iſta defendendi ratio eſt, ut plus reus confiteatur, quam ille ipſe, qui accuſat, cupiat confiteri? ac locum defenſioni aut ſibi, aut amicis ſuis nullum amplius relinquat? Verum hoc etiam ferendum. habet enim ſaltem ingenuitatem iſta oratio. Quod uero Robortelli aduerſus me ſcripta protulerit, hoc plane miſerum, aut potius miſerandum uidetur. An uero, ſi uirium Glareanus aliquid habuiſſet, ac nocere mihi, ut cupijt, uoluiſſet, alienis me telis oppugnaſſet, non autem ſuis? aut ſi quid quam in eo ſanitatis fuiſſet, ijs me armis umquam petijſſet, quae ego iampridem fregiſſem prorſus, atque ex aduerſarij manibus eripuiſſem. Bis enim Robortellus aduerſus me ſcripſi, bis ego illi ita reſpondi, ut obmutuerit. quod ego hoc loco non ſcriberem, niſi aut compulſus eſſem, aut res non certo & litterarum, & hominum teſtimonio teneretur. exſtant mea aduerſus illum uolumina duo, unum Emendationum, alterum Diſputationum. quae in quattuor libros diſtributa incredibilem hominis ferociam incredibiliter compreſſerunt. Quibus igitur ille telis, ſi iterum in certamen deſcenderet, uti amplius, aut nollet, aut non poſſet, quis non grauiter commoueatur animo, cum ea, quaſi firma admodum ſint, quia in me aliquando iacta ſint, Glareanum inſigni illa ſua abiecta laurea de terra temere colligentem, atque ſaeuo in caput meum animo iaculantem inſpiciat? Iam uero illa, quam animi iniquitatem, aut quam ieiunitatem non indicant? cum, quae recte a me ſcripta eſſe, in-

ſitiari non poteſt, eorum laudem aut manuſcriptorum, aut Graecorum librorum copiae tribuit, aut ſibi, qui dubitatione ſua quaerendi occaſionem, atque inueniendi uiam aperuerit, intemperanter aſſumit? Verum Glareanus fortaſſe excuſationem aliquam habet, qui, quae ſcripſit, ea, dum uixit, diligenter ſuppreſsit. qui uero illa ediderunt, ac iudicium ſuum ultro interpoſuerunt, quis excuſare poterit? quid enim ad eos aut Glareanus, aut ſaltem Robortellus pertinuit? ut Glareani epiſtolam, aut Robortelli librum iterum publicarent, meas autem aduerſus illos defenſiones omitterent? & Glareanum a me iniuſte conuicio laceſsitum, Robortellum iuſte propterea in me eſſe inuectum aſſererent? an uero ex animi ſententia ſcribunt, an nimis potius Glareani adducti ſtudio ita ſcribunt? ſi ita ſentiunt, cur non Robortelli ſcripta a me oppugnata, quae admirari uidentur, defendenda ſuſcipiunt, atque inſignem hanc, quam doctiſsimus ille uir adipiſci non potuit, triumphi de me acti gloriam ſibi parant? ſin autem honeſta eos erga Glareanum pietas acuit, commendo officium, modo ab eorum, qui illos non offenderunt, offenſione abſtineant. Laudent non modo Glareanum, ſed etiam Robortellum. facient non ſolum patiente, ſed etiam approbante me. at iudicij ſui teſtimonium iſtud, in quo graue ſunt aut manifeſtae inſcitiae, aut certae iniquitatis crimen ſubituri, in aliud quaeſo tempus omittant, & ſi ipſis conuicia tantopere diſplicent, ne uelint, dum haec in alijs iniuſte uituperant, dare operam, ut in ijs ipſis iuſte poſsint inſimulari. Sed iam quales ſint iſtae Robortelli, aut Glareani reprehenſiones, aut reſponſiones, uideamus, atque eis ueteres defenſiones meas, quas queror omiſſas, obijciamus.

IN. LIBRVM

IN. LIBRVM. FR. ROBORTELLI
DE. CONVENIENTIA. SVPPVTATIONIS

Liuianam annorum ab vrbe condita ſummam cum Capitolina diſcrepare demonſtratur. et Liuiani loci multi a turpiſſimis eius expoſitionibus, & correctionibus uindicantur.

QVOD ſcripſi in commentario Faſtorum Capitolinorum, idem hoc quoque loco neceſſario mihi repetendum uidetur: magnam in annis ab urbe condita numerandis, ac digerendis inter antiquos ſcriptores diſſenſionem fuiſſe. Hoc enim & tradit Cicero in Bruto, & nos ita eſſe ex uariarum ſupputationum obſeruatione deprehendimus. omnis autem huius controuerſiae cauſſa inde oritur, quod quos alij conſules, & ſine conſulibus dictatores ſaepe interſerunt, eos omnino alij praetereunt. Quod & in commentario Faſtorum, & in Chronologia Liuiana oſtendi. Eſt autem uaria, & inconſtans annorum apud omnes ratio uſque ad quingenteſimum ferme annum ab urbe condita. ab eo uero hanc conſtantem inter eos eſſe controuerſiam inuenio, quod alij alios uno, alij duobus, alij tribus, alij quatuor annis antecedunt, aut ſubſequuntur. Verba uero Ciceronis, quibus hoc confirmatur, ſunt haec: Liuius primus fabulam C. Clodio Caeci filio, & M. Tuditano coſ. docuit, poſt Romam conditam anno quingenteſimo decimo, ut hic ait, quem nos ſequimur. eſt enim inter ſcriptores de numero annorum controuerſia. Atqui annus ille in faſtis eſt quingenteſimus decimus tertius; at uero apud Plinium, & Ciceronem ipſum quingenteſimus decimus quartus; apud Liuium, ut ego ſubduxi, quingenteſimus decimus. fit tamen, ut malim eo loco legere, quingenteſimo quarto decimo, ut eſt in ſcriptis libris, quoniam Plinium, & Ciceronem eam annorum deſcriptionem, quæ Capitolinam uno anno antecedit, ſequi animaduerti. Quod cum ita ſit, equidem ſatis mirari non poſſum, unde Franciſcus Robortellus ad eam opinionem uenerit, ut ſummam annorum Liuianam, & Dionyſianam ad antiquam Capitolinam redigendam putarit, cumq. ipſae inter ſe diſsimillimae ſint, me, qui diſsimilitudinem illam ſenſerim, & demonſtrarim, coarguendum, atque inſcitiae nomine accuſandum exiſtimarit. Quam obrem feram hanc etiam illius iniuriam, ut alias, aequo animo, atque ipſum toto caelo errantem, dum maledictis eius in me reſpondebo, puer ſenem in rectam uiam deducam. Quid igitur ille ait? Liuius, Dionyſius, Faſti Capitolini in numerandis ab urbe condita annis inter ſe conueniunt. quid ego? immo maxime diſcrepant. Vnde hoc confirmari poteſt? unde, niſi ex uerbis eorum? Qui ergo uerbis auctorum ſeruatis ſententiam ſuam firmarit, is cauſſam ſuam, ut opinor, egregie probarit; qui ut probet, quod uult, omnia annalium ipſorum uerba ſubuerterit, is merito in hac diſputatione audiendus non erit. Quod ſi ita eſt, cauſſa dicta eſt. nihil dico amplius. ego enim in mea Liuiana

ſumma

ſumma conſtituenda nullum Liuij uerbum muto, ille omnia. Audiamus ipſum argumentantem. Sic enim de annis regum diſputat. Ex Faſtorum Capitolinorum ſententia conſules primi inierunt anno ab V. C. ducenteſimo quadrageſimo quarto, regeſq. regnarunt annos ducentos & quadraginta tres. idē ſentit Dionyſius, idē Liuius; ergo omnes conueniunt. Ego Robortelle de calculis Capitolinis nihil dico. eſt enim is labor meus, iam ſatis iuſto commentario comprobatus. De Dionyſio, & Liuio reſpondeo; utrumque eorum Romae regnatum eſſe annos ducentos quadraginta quatuor, conſules autem primos iniſſe anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quincto ſenſiſſe. Dicam
» primum de Dionyſio. qui primo libro ita loquitur: Spatium, quod eſt ab ex-
» actione regum uſque ad Romulum, qui primus Romae imperauit, annos com
» plectitur ducentos quadraginta quatuor. Romulus enim regnauit annos
» XXXVII, Interreges annum unum, Numa XXXIII, Tullus XXXII,
» Ancus XXIIII, Priſcus XXXVIII, Seruius XLIIII, Superbus XXV.
» et libro II: Regium imperium cum Romae annos CCXLIIII poſt
» V. C. ſtetiſſet, diſſolutum eſt. Hic opponit Robortellus, Dionyſium dixiſſe anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quarto primos conſules iniſſe. quod nec ille dixit, nec dicere potuit. quid autem dixit? tum cum cōſules inierunt, quatuor menſes anno illi defuiſſe; ita ut extremus regum annus non, ut ille uult, quattuor, ſed octo menſium fuerit, primus conſulum ſexdecim. uerum non ita accepit illum annum Dionyſius, ut annum ipſum ducenteſimum quadrageſimum quartum conſulibus aſsignarit, ſed regibus, ducenteſimum autem quadrageſimum quinctum conſulibus. Indicant hoc uerba eius, quibus docet ſpatium regni annos ducentos quadraginta quattuor conſumpſiſſe. Indicat ipſarum olympiadū ratio. inquit enim Superbum regem iniſſe regnum anno IIII olympiadis LXI, regnum eius annos XXV abſumpſiſſe, regnum Romae diſſolutum ſexageſima octaua inſtante olympiade, i. uigeſimo quincto anno, quam Superbus inierat, quatuor quibuſdam menſibus ante ſexageſimam octauam olympiadem. ſic enim legendum eſt. nam, ut ſcis, hic Dionyſij locus in uulgatis libris mutilus eſt, at in libro, qui in bibliotheca Diui Marci aſſeruatur, integer hoc modo: ἡ μὲν δὴ βασιλικὴ Ῥωμαίων πολιτεία διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισ-
» μὸν τῆς Ῥώμης ἐτῶν τεττάρων, καὶ τετταράκοντα, καὶ διακοσίων ἀριθμόν, ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου βασιλέως τυραννὶς γενομέ-
» νη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις ὑπό τινων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν, ὀλυμπιάδος μὲν ὀγδόης, καὶ ἑξηκοστῆς ἐνεστώσης,
» καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης, Ἀθήνησι τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν ἔχοντος Ἰσαγόρου. ἀριστοκρατίας δὲ γενομένης
» οἱ πρῶτοι τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν παραλαβόντες ὕπατοι τεττάρων τινῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ὑπολειπομένων λεύκιος ἰού-
» νιος Βροῦτος, καὶ λεύκιος ταρκύνιος κολλατῖνος. Quo modo autem hoc factum ſit, planius a me in Faſtorum commentario demonſtratum eſt. Indicat etiam, quod M. Valerij, & P. Poſtumij conſulatum, qui eſt annus poſt reges exactos primus, Dionyſius confert in annum primum ſexageſimae nonae olympiadis, cum is in annum quartum ſexageſimae octauae deberet incurrere. Indicat conſulatus A. Virginij, & T. Vetuſij, quem idem ille in annum ab V. C. ducenteſimum ſexageſimum conijcit. Indicat conſulatus L. Aemilij, & Kaeſonis Fabij, quem idem initum eſſe anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſcribit, cum tamen, ſi primos conſules occepiſſe magiſtratum anno CCXLIIII dicas, quinquageſimo nono illi, hi ſexageſimo nono anno inierint, neceſſe ſit. Dixi de Diony-

ſio.

ſio. nunc dicam de Liuio. qui libro primo ait, regnatum Romae ab urbe condita ad liberatam annos CCXLIIII. duos inde conſules eſſe creatos. i. ut ego interpretor, anno CCXLV. Hunc autem numerum recte habere, apparet ex annis, quos eoſdé ipſe cum Dionyſio ſingulis regibus tribuit. Hoc loco occurrit Robortellus, & ait, Liuium Priſco regi non XXXVIII annos, ſed XXXVII tantum aſsignaſſe. ita Romani regni ſpatium CCLXIII annis includi. quid ad hoc dicam? nihil tale ſenſiſſe Liuium, cum ita ſcripſit: „ Duodequadrageſimo ferme anno, ex quo regnare coeperat Tarquinius, non apud „ regem modo, ſed patres, plebemq. longe maximo honore Ser. Tullius erat. Neque enim ibi de regno Priſci expleto loquitur. quamquam haud ita multo poſt eũ morte affectum eſſe innuere uidetur. neque ſi Priſcum regnaſſe annos XXXVII uoluiſſet, poſt in extremo libro Romae regnatum eſſe annos CCXLIIII ſcribere potuiſſet. Conueniunt ergo inter ſe de regum annis Liuius & Dionyſius, uerum cũm Capitolinis tabulis diſcrepant. Quid ſit autem, quod Robortellus modeſtiſsime, ut cetera, me pueriliter haec ſcribere ait, non uideo. Vter noſtrum rectius horum auctorum uerba perpenderit, alij uiderint. Pergamus ad alia. Primum ergo conſulum annum ex Dionyſij, & Liuij ſententia ducenteſimum quadrageſimum quinctum, ut dixi, conſtituo, ille, Dionyſio Liuioq. non intellecto, ex eorum item ſententia, CCXLIIII. Poſt autem anno CCLXIIII, & CCLXV duos annos ille cum duobus conſulatibus interſerit, qui non ſunt apud Liuium. Hic ille, quanta cum grauitate dij immortales? at debent reponi, inquit. Ego contra reponendos eſſe ex Liuij ſententia non exiſtimo. me uero, ut ita credam, tres potiſsimum rationes adducunt. una, quod, quas res Dionyſius in quattuor, his duobus interiectis, annos diſpenſauit, eaſdem Liuius in duos extremos, medijs ipſis duobus ſublatis, contulit, ac nullam eius hiſtoriae partem, quae a Dionyſio maximo duorum horum conſulatuum auctore narratur, praetermiſit; altera, quod Caſſiodorus, qui tabulas ſuas conſulares ex Liuianis annalibus uidetur digeſsiſſe, neque hos conſules profitetur; tertia, quod Liuius Q. Minucio, C. Horatio cos. tribunos pl. decem factos eſſe ſcrptum reliquit, anno trigeſimo ſexto poſt primos quinque, qui facti ſunt A. Virginio, & T. Vetuſio cos. anno ab V.C. CCLX. qui numerus anni triceſimi ſexti nullo modo quadrabit, ſi duos hos annos interpoſueris, uerum triceſimo octauo erit reponendum, quemadmodum ille contra omnium librorum & ſcriptorum, & impreſſorum conſenſum cenſet eſſe faciendum. tantam ei libertatem dat ars ab eo primum emendandi excogitata. Accedit annus, quo X uiri conſulares inierunt, quem Liuius alterum & trecenteſimum ab V. C. uocat. i. ut ego interpretor, unum & trecenteſimum. qui numerus ne ipſe quidem congruet, ſi duorum illorum annorum rationem habueris, uerum trecenteſimus tertius erit reponendus. Non eſt ita, inquit, immo trecenteſimus alter retineri debet, ſed pro trecenteſimo ſecundo, non trecenteſimo primo accipiendus eſt. cur ita? quia Faſti Capitoli Xuiros in annum trecenteſimum ſecundum edunt. non eſt hoc ſatis. iam enim ex Ciceronis ſententia diximus, inter ſcriptores magnam eſſe de numero annorum controuerſiam. Addit, quia Alter dicitur de duobus, ergo

trecenteſimus alter eſt trecenteſimus ſecundus. Ego contra. Alter dicitur de
duobus, ergo alter a trecenteſimo, eſt trecenteſimus primus. ut enim Virgi-
„ lius dixit, Tu nunc eris alter ab illo.i.ſecundus, non tertius; & annum alterum
ab undecimo, pro duodecimo: (nam qui aliter ſentiunt, probabilem cauſſam
nullam, cur ita ſentiant, afferunt:) ſic trecenteſimus alter eſt trecenteſimus
primus. Argumento ſunt aliquot ſcripti, quos ego habeo, Liuianarum epi-
„ tomarum libri, in quibus ſcriptum eſt Xuiros creatos eſſe uno & trecenteſi-
„ mo anno ab urbe condita. argumento ſunt eaedem epitomae, in quibus legi-
„ tur lib. XLIX: Anno quingenteſimo, & altero ludos Terentinos factos, anno
„ ſexcenteſimo & altero tertium Punicum bellum eſſe initum.i. quingenteſimo,
& ſexcenteſimo primo, ut a me in Chronologia Liuiana planiſsime demonſtra
tum eſt. Quid plura? Bellum ciuile ultimum initum eſſe Lentulo, & Marcello
cos. confectum autem Caeſare IIII, & M. Craſſo, in omnibus annalibus
ſcriptum eſt. numera annos, XX efficies. Itaque Velleius, qui idem Lentulo
& Marcello cos. ad arma ciuilia primum itum eſſe tradiderat, uiceſimo anno
ciuilia bella finita eſſe litteris prodidit. At uero Liuius, qui bellum ipſum non
armis poſitis, ſed Caeſaris triumphis actis terminauit, Caeſarem ſcribit tribus
triumphis in urbem inuectis finem bellis ciuilibus impoſuiſſe anno altero & ui
ceſi 10, eo nimirum, qui ipſius, & Craſsi conſulatum proxime conſecutus
eſt, quo inter omnes conſtat Caeſarem ter glorioſiſsime triumphaſſe. Hos ue-
ro annos nulla umquam interkalatione uiginti duos reddideris. atq. hoc in
epitoma CXXIII ſcriptum eſt, quas epitomas ex Liuianis ipſis fere uerbis con
textas uidemus. Cun ergo hanc locutionem Liuio familiarem eſſe uideamus,
ut quingenteſimum, ſexcēteſimum, & uiceſimum alterum annum pro uno &
ſiue quingenteſimo, ſiue ſexcenteſimo, ſiue uiceſimo, uſurparit, & ſi ali-
ter interpreteris, reliquos omnes eius numeros labefactes neceſſe ſit, quos
hac expoſitione conſerues; cur non apud eundem etiam trecenteſimo, &
altero interpretabimur, trecenteſimo uno, praeſertim uero cum ueteres epi-
tomarum eius libri eo in loco conſentiant? nec in alium annū decemuiri apud
eū incidere poſsint? niſi conſulatus aliquot contra ſententiā eius interponas. id
quod ei faciundum non eſt, qui ad Liuianos calculos reuocare hanc annorum,
temporumq. deſcriptionem uelit. His ille perculſus argumentis ad artem ſuā
confugit. repperit praeceptum, quo facultas datur quemcumque cuiuslibet
auctoris locum pro libidine deformandi. utitur eo contra me, & ait, qua fidu
cia, immo potius confidentia dij boni? Ariſtarchum eſſe diceres. Legendum
eſt, quingenteſimo quarto. legendum eſt, ſexcenteſimo quarto. Cur Robor-
telle? quia illi conſulatus in eum numerum in Faſtis Capitolinis incurrunt. At
hoc ſuſcepiſti probandum ex uerbis Liuij, Liuium ipſum cum faſtis concor-
dare. nihil ergo faſti ad Liuium. Sed ſit hoc artificij tui. Sequitur annus,
quo primi tribuni militares conſulari poteſtate facti ſunt, quem trecenteſi-
mum decimum numerat Liuius. Atque hunc numerum uterque noſtrum tue-
tur. tu quidem ex Liuij, & Dionyſij ſententia, ego ex Liuij tantum. Neque
enim ipſe attendis, ſi annum, quem tu numeras CCXLIIII, Dionyſius
CCXLV, quem tu CCLIX, ille CCLX, quem tu CCLXIX, ille CCLXX apel-
lat,

lat, cum demum, quem tu cccx nominas, ex eius eſſe ſententia cccxi nominãdum. Quod autem hunc annum a me cccix numerari apud Liuium arguis, iniuſtiſsime mehercule facis, qui enim poſſum eum cccix uocare, ſi ſequentes Liuianos annorum numeros tueri uolo? Patet hoc ex mea Chronologia. patet etiam ex eo, quod tu me inter ccci, & cccx incertum annum interieciſſe inſimulas. ſi ergo interieci annum, cur ad numerũ hunc cccx non perueni? quem tamen cur interiecerim, ſatis noſti. Dices, ſeruaſti in Liuiana, non ſeruaſti in Capitolina ſumma conſtituenda. diuerſa ratio eſt. Liuius enim tres annos Xuiris ipſis attribuit, at uero L. Valerio, & M. Horatio conſulibus duos. Ita fit, ut tribuni militares ibi anno cccix ſint, hic anno cccx, quod ut planius intelligatur, ſubſcribam omnes has annorum deſcriptiones.

Capitolina deſcriptio.

CCC. Sex. Quinctius Sex. F. P. N. Varus.
P. Horatius Tergeminus.

301 P. Sextius Q. F. Vibi N. Capitolinus.
T. Menenius T. F. Agrip. N. Lanatus.

302 Ap. Claudius Ap. F. M. N. Craſsinus.
T. Genucius L. F. L. N. Augurinus.
Decemuiri primi in locum conſulum facti.

303 Decemuiri ſecundi.

Iidem decemuiri in hunc annum continuarunt. quibus abdicare coactis in eius locum facti ſunt cos.

304 L. Valerius Poplicola Potitus.
M. Horatius Barbatus.

305 Lar Herminius.
T. Virginius.

306 M. Geganius.
C. Iulius.

307 T. Quinctius.
Agrippa Furius.

308 M. Genucius.
C. Curtius.

309 A. Sempronius.
T. Cloelius. Tribuni mil. cons. poteſtate primi.
L. Atilius.

310 M. Geganius.
T. Quinctius.

Mea Liuiana.

299 Sex. Quinctilius. P. Curiatius.

300	T. Menenius.	P. Seſtius.
301	Ap. Claudius.	T. Genucius.
	Decemuiri conſulares primi.	
302	Decemuiri conſulares ſecundi.	
303	Decemuiri conſulares tertij.	
304	L. Valerius.	M. Horatius.
305	Iidem conſules uidentur continuaſſe in hunc annum.	
306	Lar Herminius.	T. Virginius.
307	M. Geganius	C. Iulius.
308	T. Quinctius.	Agrippa Furius.
309	M. Genucius.	C. Curtius.
	A. Sempronius.	
310	T. Cloelius.	Tribuni militares primi.
	L. Atilius.	
311	M. Geganius.	T. Quinctius.

Robortelliana.

300	Sex. Quinctilius.	P. Curiatius.
301	T. Menenius.	P. Seſtius.
302	Ap. Claudius.	T. Genucius.
	Decemuiri conſulares primi.	
303	Decemuiri conſulares ſecundi.	
304	Decemuiri conſulares tertij.	
305	L. Valerius.	M. Horatius.
306	Lar Herminius.	T. Virginius.
307	M. Geganius.	C. Iulius.
308	T. Quinctius.	Agrippa Furius.
309	M. Genucius.	C. Curtius.
	A. Sempronius	
310	T. Cloelius.	Tribuni milit. cos. pot. primi.
	L. Atilius.	

Quorſum haec? ut intelligas, te, ſi faſtos Capitolinos ſequi auctores uelis, non poſſe tribunos militares in annum CCCX conferre. Nam, ut dixi, illi duos tantum annos dant Xuiris, tu Liuium ſecutus tres conceſsiſti. non eſſe autem tibi annum CCCIIII decemuiris, ſed Valerio, & Horatio cos. tribuendum, ex eo diſcere potes, quod in triumphalibus tabulis Capitolinis conſules illi ſcribuntur triumphaſſe anno ipſo CCCIIII: Horatius quidem VII K. Sept. Valerius uero Idibus Sext. niſi forte eximia tua iſta arte lapides etiam illos corrigas, aut eos conſules ante conſulatum triumphaſſe exponas. quo nihil peruerſius. Si ergo Valerius, & Horatius conſules triumpharunt menſe

Sextili

Sextili anno CCCIII, quo tempore idus Maiae ſollemnes ineundo conſulatui erant, profecto ſi diligenter annorum rationem ſubduxeris, tribunos militares primos niſi in annum CCCIX coniicere non poteris. niſi forte & tu continuaſſe in alterum annum conſulatum eos uolueris. quod nec concedis, nec concedi in faſtis Capitolinis oportere exiſtimo. immo uero anno CCCIX ſunt collocandi, ſed C. Iulij III & L. Virginij II conſulatus, cuius auctores multi ſunt, non eſt a te poſtea omittendus. Quam lynceus ergo ſit oportet, qui annorum deſcriptiones inſtituere uelit, & ut Capitolina ſumma nullo modo cum Liuiana congruere poſsit, & ut eam ipſe non intellexeris, iam uides. Sed pergamus ad alia. Cum ergo ſummus mihi tecum ſit in Liuiana Chronologia concinnanda in anno tribunorum militarium numerando conſenſus, (nam uterque eum CCCX uocat) quaeres fortaſſe, cur, ſi in trecenteſimo decimo anno conuenimus, in reliquis deinceps annis diſcrepemus? nimirum, quia tu alios annos tollis, alios addis, idq. contra Liuij, quam aſſequi non potes, ſententiam. audi autem quo modo. Anno CCCXIX conſules ſunt apud Liuium L. Iulius II. L. Virginius. Eoſdem ego in annum CCCXX refectos eſſe ſcribo ex Liuij, & Caſsiodori ſententia, quos tu tranſcendis. Verba Liuij ſunt haec. „Eoſdem conſules inſequenti anno refectos Iulium tertium, Virginium iterum apud Marcum Licinium inuenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium, & Q. Sulpicium conſules in eum annum edunt. ceterum in tam diſcrepanti editione & Tubero, & Macer libros Linteos auctores profitentur. neuter tribunos militum eo anno fuiſſe traditum a ſuperioribus antiquis diſsimulat. Licinio libros haud dubie ſequi Linteos placet. et Tubero incertus ueri eſt. ſed inter cetera uetuſtate incomperta hoc quoque in incerto poſitum. Hos ergo conſules tu praeteris, quia Liuium exiſtimas his uerbis hunc omnino conſulatum damnaſſe, cum tamen Liuius non tam de magiſtratibus huius anni, quam de nominibus ipſorum magiſtratuum ambigat, neque pro certo horum neminem fuiſſe in magiſtratu affirmet, ſed qui potiſsimum fuerint, parum ſibi conuenire dicat. Fuiſſe autem aliquot ex ijs, quos nominauit, declarat Caſsiodorus, qui Macrum ſecutus in hunc annum C. Iulium, ut ego, & L. Virginium conſules edit. declarant faſti Siculi Graeci, qui Tuberonem & Antiatem ſecuti Capitolinum Manlij, & Camerinum Sulpicij cognomen in hunc annum profitentur. declarat Diodorus, qui in tertiam diſcedens ſententiam tribunos in hunc annum militares nominat, M. Manlium, Q. Sulpicium, & Ser. Cornelium. Adde, quod ſi hunc annum tranſſcendas, ſerpet hoc erratum longius. neque enim Romam anno CCCLXV captam eſſe umquam efficies, quod ſcribit Liuius; neque L. Valerio Potiti, & M. Manlij Capitolini conſulatum in annum centeſimũ decimum nonum poſt reges exactos conijcies, quod libro primo ſcriptum reliquit Dionyſius. quae omnia mea ſumma cuſtodiuntur, tua uero penitus euertuntur.

Reprehendit deinde ille me, quod ad A. Cornelium Coſſum II. et Cn. Domitium conſules ſignauerim in Faſtis numerum CDXX. cum fuerit ſignandus ad priorem uerſum: HOC. ANNO. SINE. COS. RESP. FVIT. atque adeo caecus eſt, ut non librarij id uitium eſſe perſpiciat, atque extremo

libro,

libro, ubi librariorum errata eiuſmodi aliquot emendata ſunt, ſatis plane cor-
rectum uideat: id quod ego uel imprudentiae, ſi non uidit, uel improbitatis,
ſi ſe uidiſſe diſsimulat, eſſe exiſtimo. Cum ergo annum ille inuito Liuio de-
mat, quem ego retinuerim, hinc fit, ut L. Papirij Curſoris v, & C. Iunij Bru-
ti II conſulatum in annum conijciat ille CDXL, ego CDXLI. atque ut ne-
ceſſario Liuiana ſumma diſtet a Capitolina. nam in Faſtis illi conſules in an-
num CDXL incurrunt. Suſtulit igitur annum unum, quem ego retineo.
non eſt ſatis. eximit alterum. nimirum Interregnum, quod ego in Liuiana
„ Chronologia in annum CCCXXXIIII retuli, auctore ipſo Liuio, qui ait: Cum
„ maior pars anni per nouos tribunos pl. & aliquot interreges certaminibus ex-
„ tracta eſſet. et paulo poſt. Mugillanus interrex obtinuit, ut tribunicia comi-
„ tia haberentur. Hoc autem interregnum ſine pernicie omnium numerorum,
qui deinceps in nominandis annis a Liuio uſurpantur, praeteriri non poteſt.
Cur autem id in Faſtis omiſerim, alia ratio eſt. nam in Faſtis dictaturae multae,
quarum rationem nullam in numerandis annis habuit Liuius, obſeruantur, at-
que interponuntur. His annis eximendis cum ſe nihil aſſequi uideat, dein-
de ſe ad reprehendendum Liuium confert, qui quodam anno tribunos octo
militares ediderit, atque in eo deceptus ſit. neque attendit, rem illam a me
primum in Faſtorum commentario plurimis uerbis eſſe demonſtratam, &, ſi
„ ita oportuit, ſatis exagitatam. Qua re expoſita ita addit: Anno CDXX In-
„ terregnum fuit peſtilentiae cauſſa. nec uerum eſt, quod ſcribit Sigonius de eo
„ Liuium non eſſe locutum. quid enim apertius his uerbis? Et quia peſtilentia
„ inſecuta eſt, uelut omnibus eo uitio contactis auſpicijs res ad interregnum red
ijt. Vide quam inique facias Robortelle. Ego ne enim Liuium de eo interre-
gno non eſſe locutum ſcripſi, cum eius interregni in Chronologia Liuiana
„ conſtituenda rationem reddens ita ſcripſi? Liuius id ipſum, quod facimus, &
„ ſi non aperte, at ſubobſcure tamen ſignificare uidetur. Cur ſuboſcure Robor-
telle? quia non aperte aut annum illum, aut anni illius maiorem partem, ut an-
te, per interreges eſſe extractam ſcribit. Duos ergo annos ex mea Chronolo-
gia Liuiana exemiſti, qui ſunt reponendi, tres deinde interſeris, qui nullo pa-
cto ſunt obſeruandi. Hae ſunt tres dictaturae ſine conſulibus, quarum haben-
dam eſſe rationem in faſtis Capitolinis probaui, in Liuianis non probo. quae-
ris qua cauſſa? quia ex uerbis Liuij nihil tale erui poteſt. una eſt ergo dictatura
„ L. Papirij Curſoris anno CDXXIX; de qua ita Liuius: L. Furium conſulem,
„ cui Samnium prouincia euenerat, morbo implicitum fortuna bello ſubtraxit.
„ iuſſusq. dictatorem dicere, rei gerendae cauſſa dixit L. Papirium Curſorem.
altera eſt item L. Papirij Curſoris anno CDLXIIII. quem Liuius ſcribit di-
ctatorem cum C. Iunio Bubulco magiſtro equitum dictum Q. Fabio, & C.
Marcio coſ. quod res non ſatis proſpere a C. Marcio coſ. in Samnitibus eſ-
„ ſent geſtae. tertia eſt anno CDLII M. Valerij Corui. de qua Liuius: Multi-
„ plex deinde exortus terror. Etruriam rebellare nunciabatur. Itaque propter
„ eum tumultum dictus M. Valerius Maximus dictator magiſtrum equitum ſibi
„ legit M. Aemilium Paullum. et paullo poſt: Praelio ab dictatore commiſſo
„ fractae iterum Etruſcorum opes. dictator triumphans in urbem redijt. con-

ſul ex

ſul ex dictatura factus M. Valerius. An uero tibi uidetur Robortelle his uerbis Liuius dictatores hos per annum ſine conſulibus fuiſſe dicere, an eos in aliorum, ut adſolebat, conſulatu dictaturam geſsiſſe? at ei credo uerba deerant, quibus hoc exprimeret, ſi ita ſenſiſſet. Non ne attendis, ſi trium horum annorum rationem habeas, reliquos omnes, qui apud eum ſequuntur, numeros eſſe peruertendos? et alios annales Liuium, alios faſtorum Capitolinorum auctores eſſe ſecutos, atque omnino ipſos inter ſe diſcordare non ſentis? Caute autem, immo callide Robortellus, cum ſe in tota hac de dictaturis Liuianis ratione nutantem, ac claudicantem ſentiret, ſtatim, ut aliquo inſigni praecepto alio lectoris mentem auerteret, fragmenta illa lapidum Capitolinorum praepoſtero ordine eſſe in Capitolio collocata adiecit. nec uidet, id ipſum a me primum, uel ipſomet teſte, eſſe demonſtratum, atque in Faſtorum commentario confirmatum. His rebus expoſitis concludit ſummam annorum Liuianorum, & Capitolinam eandem eſſe uſque ad annum CDLXXI. quas ego longe diuerſas inter ſe eſſe contendo. Vter autem noſtrum eſt uerior? nimirum ille, qui numeros Liuij cuſtodierit, non ille, qui, ut eo perueniat, quo uelit, eos omnino labefactarit. Dixi ante, Liuium ſcribere ſexto & triceſimo anno poſt primos tribunos pl. decem tribunos eſſe factos. is numerus a me conſeruatur, ab illo euertitur, ac octauus & triceſimus ex coniectura reponitur. Prodit item Liuius anno ab V.C. CCCLXV Romam eſſe captam. eo numero nihil ad meam ſummam poteſt eſſe conuenientius, ad Robortelli nihil ineptius, qui CCCLXIII emendare cogetur. Idem Q. Seruilio, L. Genucio cos. Camillum annos poſt Romam captam XXV mortuum refert. recte ad meos calculos: at ille XXI reponit. Idem annum, quo M. Fabius Ambuſtus III, & T. Quinctius conſulatum geſſerunt, poſt urbem captam XXXV numerat, Robortellus XXXI. quamquam in eo etiam peccat Robortellus, qui hoc ſcribi a Liuio ait in conſulatu M. Fabij Ambuſti, & T. Quinctij, cum id prodat in conſulatu C. Sulpicij Petici, & M. Valerij Poplicolae. atque ita numerus ille ad meam rationem conueniat. Idem in conſulatu Q. Fabij V, P. Decij IIII ita ſcribit: » Superſunt etiam nunc Samnitium bella, quae conti- » nua per quartum iam uolumen, annumq. ſextum, & quadrageſimum M. Va- » lerio, A. Cornelio cos. qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. Quo numero nihil ad meam ſummam poteſt eſſe aptius, quia tres illas dictaturas praeterij, cum Robortellus adeo incertus ſententiae eſt, ut quadrageſimum octauum, uel quadrageſimum nonum reſtituendum putet; eosq. numeros a librarijs, & a Caſsiodoro corruptos exclamet. Idem Liuius libro XXXI. Ap. Claudium conſulem primum Poenis bellum intuliſſe ſcribit anno, ut in ſcriptis libris eſt, CDLXXVIII. quod ego leui mutatione CDLXXXVI, V in X, II in V uerſa lego. ille CDLXXXVIII. In epitomis Liuianis Ludi Terentini anno quingenteſimo altero ab V.C. facti dicuntur, i. ut Cenſorinus, auctore Liuio, ait, P. Claudio, L. Iunio cos. Item tertium bellum Punicum coeptum eſſe anno ſexcenteſimo altero, id eſt L. Marcio, M' Manilio cos. nihil melius poteſt eſſe, ſi me ſpectes; nihil foedius, ſi illum. nam quingenteſimum quartum, & ſexcenteſimum quartum reponit. Dionyſius libro ſecundo, diuortium,

uortium, quod nullum intra quingentos uiginti annos factum fuerat, primum factum fuiſſe prodit M. Pomponio, C. Papirio, cos. eumq. annum Gellius lib. XVII. DXIX uocat. recte ſi ad meos calculos reuoces; ſi ad Robortellianos, non item. nam is annus in Faſtis eſt DXXII. P. Valerij, & M. Atilij conſulatum Gellius lib. IIII cap. III in annum ab urbe condita conijcit DXXIII, Liuium credo ſecutus: at hic noſter ex Faſtorum auctoritate, in annum DXXVI. Liuius conſulatum P. Galbae, & C. Cottae in annum confert quingenteſimum quinquageſimum. congruenter ad meam ſummam. num creditis ita ad Robortellianam? non certe. ille enim quinquageſimum tertium reponit. P. Africani conſulatum alterum in annum transfert Liuius, ut uulgo mendoſe legitur, DVIII. quem numerum ego V in L, & II in V uerſis corrigo DLVI, ille multo alienius DLIX. Quamobrem, quod ille quaerit, cur ego in faſtis Capitolinis Q. Fabium, & P. Decium conſules repoſuerim, e Liuianis autem ipſum Caſsiodorum ſecutus exemerim, iam quaerere deſinet, cum non eandem eſſe ſummae utriuſque rationem intellexerit, neque omnes omniũ calculos ad unam normam tanta cum librorum pernicie referẽdos eſſe cognouerit. Haec pauca in hoc libro libuit notare. mitto reliqua, quae aut ita uana ſunt, ut nullo; aut ita aliena, ut alio loco uideantur eſſe refutanda, quale illud eſt, quod opponit de duobus Liuij locis a me corruptis. Ex his autem paucis ſatis intelligi poſſe arbitror, quid praeſtare nouae hic huius artis auctor in ratione litterarum reſtituenda poſsit. qui, ut Liuianam annorum ſummam colligeret, totum ſibi Liuium ante perdendum eſſe exiſtimarit. Atque hic tamen, cum eiuſmodi ſit, audet Liuium a ſe emendatum, & nouam in eum Chronologiam profiteri.

DE. LVDIS. SAECVLARIBVS

Ludos ſaeculares in prima editione Faſtorum ſub conſulibus diſpenſaueram, quos e poſteriore exemi. cur appoſuiſſem, cauſſa fuit, quod quincti ludi in lapide Capitolino ita deſcripti ſunt, ut ſub conſulibus C. Silio, & L. Munatio poni debere uideantur. ſic enim habet.

C. SILIVS. P. F. P. N. L. MVNATIVS. L. F. L. N. PLANCVS

LVDI. SAECVLARES. QVINCT.

IMP. CAESARE. DIVI. F. AVGVSTO

Itaque, cum ea meam mentem opinio imbuiſſet, Quinctos ludos ſub conſulibus his eſſe diſpoſitos, quanquam eos Furnio, & Silano cos. multo ante factos ueterum annalium auctoritate perſuaſum habebam, putaui quartos etiam, & tertios, & ſecundos, & primos mihi eſſe ſub conſulibus collocandos. Cur remouerim, id cauſſae fuit, quod eos poſtea non ſub conſulibus, ſed e regione conſulum, & in alio lapide inciſos comperi. quinctos autem caſu neſcio quo a fabro commoditatem ſuam quandam ſecuto ſub conſules illos eſſe ſubſcriptos. Itaque mihi, qui faſtos conſulares ſcribendos ſuſceperam, ludorum ſaecularium mentionem neceſſariam non eſſe duxi. Robortellus autem, qui ſua Patauina caſtigatione factum eſſe ait, ut eos exemerim, quod ludos primos

ſaeculares

ſaeculares non P. Valerio primum, ſed quartum conſule factos probaſſet, non intelligit, ſi uera ea ſint, non me omnes excempturum fuiſſe, ſed primos tantum mutaturum. Nunc uero, etſi ea me defendere, quae a me ipſo ante damnata ſunt, oportere non exiſtimo, tamen, ut intelligat ipſe, me ſuo admonitu nihil feciſſe, nec facere debuiſſe, ita quod ſcripſeram de ludis ſaecularibus tuebor, ut me recte ſenſiſſe, illum in tota hac quaeſtione nutare confirmem. Negat is ludos ſaeculares primos in primum P. Valerij Poplicolae conſulatum, qui primus poſt reges exactos conſul fuit, eſſe conijciendos, ſed in quartum, cuius auctor ſit Plutarchus. Cui ego reſpondeo, magnam de primis, ſecundis, tertijs, & quartis ludis ſaecularibus, quibus potiſsimum conſulibus facti ſint, eſſe opinionum uarietatem. quas omnes Cenſorinus in libro de die natali litteris perſecutus eſt. Primos autem alios in primum Poplicolae conſulatum, alios in quartum retuliſſe. in xvuirum autem libris M. Valerio, Sp. Virginio cos. factos ſcriptum eſſe, teſte Cenſorino. De Poplicola primum „ conſule hos ludos faciente ſic Cenſorinus: Primos ludos ſaeculares exactis re„ gibus conſtat poſt Romam conditam annis CCXLV a Valerio Poplicola in„ ſtitutos eſſe. quae uerba ſi diligenter attendas, intelligas ad quartum Poplicolae conſulatū referri nullo modo poſſe, ſed dumtaxat ad primum. non enim „ de quarto conſulatu, dixiſſet: Exactis regibus, neque anno CCXLV. quamquam tu, dominus emendationum, ex ingenio, CCXLIX reponis, neque numerum ullum tua non uiolatum manu eſſe permittis, ut eos ludos in quartum Poplicolae conſulatum transferas. Hoc idem Valerius Maximus uidetur in„ dicare, cum ait: Valerij exemplum Valerius Poplicola, qui primus cōſul fuit, „ ſecutus eandem aram terra obruit &c. Nam, Qui primus conſul fuit, uidetur adieciſſe, ut annum poſt exactos reges, ſicuti dixit Cenſorinus, exprimeret. Hoc idem etiam Politianus uir doctus in Miſcellaneis ex Zoſimo & exiſtimauit, & tradidit. Si ergo Poplicola primum conſule factos primos ſaeculares ludos, auctores tres habeo, quid deliqui, cum eos in primum potius eius, quam in quartum conſulatum, cuius ſolus eſt auctor Plutarchus, conieci? Sed uide, quam meum iudicium a tuo diſsideat. ego, ſi ueritatem annorum, quibus ludi ſaeculares omnes facti ſint, tueri uelim, libros xvuirales, quos identidem auctores citat Cenſorinus, quam hiſtoricos alios ullos audire malim. ex libris autem xvuirum apparet primos M. Valerio, Sp. Virginio cos. anno ad Capitolinam ſummam CCXCVII eſſe factos: ſecundos M. Valerio Coruo, & C. Poetelio cos. anno CDVII: tertios P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo cos. an. DXVII: quartos M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreſte cos. an. DCXXVII. ita ut centeſimo decimo quoque anno relati ſint. quod etiam ſignificauit Horatius in carmine ſaeculari cum ait:

„ Certus undenos decies per annos
„ Orbis ut cantus, referatq. ludos.

Sic enim legit, & exponit Acro. quamquam tu hunc etiam locum foediſsi„ me deprauans legis. Certus ut denos decies per annos, Orbis & cantus, re„ feratq. ludos. Liuius autem non centeſimo decimo quoque anno relatos exiſtimat, ſed centeſimo. Ac de primis quidem, quo anno ex Liuij ſenten-

tia relati ſint, nihil habeo compertum. ſecundos uero anno CDI factos eſſe, illum putaſſe, inde ſuſpicor, quod Zoſimus ſecundos ludos factos eſſe M. Popilio conſule ſcribit anno ab V. C. CDII. qui conſulatus apud Liuium in annum CDI. incidit. tertios factos Antiate, & Liuio auctoribus tradit Cenſorinus, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo conſulibus, qui in annum incurrunt apud Liuium DI. quarti editi ſunt Antiate, Varrone, & Liuio auctoribus L. Marcio Cenſorino, & M'. Manlio cos. id eſt, ſi ſummam Liuianam audiamus, anno DCI. ſic enim ſcriptum eſt in epitoma libri XLIX. Altero, & ſexcenteſimo anno ab V. C L. Marcio, & M'. Manilio cos. tertium bellum Punicum coeptum. Diti patri ludi ad Terentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti, qui centeſimo anno primo Punico bello, quingenteſimo, & altero ab V. C. anno facti erant. Non ergo ignoraui, ut ais, Liuium de ſaecularibus ludis locutum, neque tua admonitione Patauina, ſed meo domeſtico conſilio adductus ludos ſaeculares omnes dimoui. Quod autem me culpas, quod ſecundos ludos ſub conſulatum M. Valerij Corui, & C. Poetelij ex auctoritate librorum xvuiralium ſubiecerim, & putas hiſtoricorum potius, quam xvuiralium librorum auctoritate ſtandum eſſe, ego te errare exiſtimo. Etenim de re pontificia ego libentius pontificales libros, quam alium quemquam audiam. Nam quos ais Cenſorinum ſecundos ludos in conſulatum M. Valerij, & Sp. Virginij anno CCXCVII contuliſſe, uehementius etiam falleris. non enim tum de ſecundis, ſed de primis loquitur Cenſorinus, ut poſt ex Xvuiralibus libris oſtendam. Quod autem obijcis de ludis tertijs, me in eum annum illos reieciſſe, cuius nulli extent auctores, fateor. uerum illa cauſſa fuit, de qua initio dixi. cum putarem ſub conſulibus eos eſſe ponendos; nec poſſem eos ex Liuij ſententia in conſulatu P. Claudij, & L. Iunij, nec ex Xvuiralibus libris in conſulatu P. Lentuli, & C. Licinij collocare, quod per ea tempora marmora Capitolina integerrima ſint, nec patiantur, ne uerbum quidem, ne dum tot uerſus, inter conſules interponi, coactus ſum, ubi primum marmoris fragmentum repperi, conſtituere. Libentius autem certe etiam in hoc xvuirales libros ſecutus eſſem, ſi potuiſſem. Verſus autem, qui interijciendi erant, hi ſunt.

LVDI . SAECVLARES . TERT.
M'. AEMILIO . M'. F. MAGISTR. XVIR.
M. LIVIO . M. F. M. N. SALINATORE.

Quos e regione Lentuli, & Licinij conſulum nunc ei ponendos eſſe credo, qui ludos hos adſcribere uelit. Quare non eſt, quod tu delirans ſuſpiceris, me quod per eos annos M. Liuij Salinatoris, & M. Aemilij Paulli conſulũ mentio fieret, adductum eſſe, ut in ea tempora hos ludos conijcerem. ſciebam enim iam pridem magiſterium xvuirale nihil ad conſulatum pertinere. Nam quod uitio uertis, me auctoritatem Xvuiralium librorum ſecutum quartos ludos in conſulatum Lepidi, & Oreſtis tranſtuliſſe, cum potius in Marcij, & Manilij conſulatum ex Liuij ſententia eſſent reijciendi, reſpondeo, primum, malle me in hac re, dum poſſum, Xvirales libros, quam Liuium ſequi. in quibus ſummam uideo annorum conſtantiam iuxta Horatij uerſum & Auguſti ſententiam

conſeruari;

conſeruari; deinde, ne, ſi uoluiſſem quidem Liuium ſequi, potuiſſe. Nam il-
la tempora, quæ in Marcij & Manilij conſulatum incurrunt, quamquam
aliqua ex parte debilitata, tamen ita integra ſunt, ut ſatis oſtendant, non
poſſe uerſus aliquot de ludis ſaecularibus inter conſules interponi. Quod au-
tem alio loco ais, non fuiſſe, quod angerer in enumerandis annis centum adeo
exquiſite, quamuis ne id quidem ſcierim, aut ſi ſcierim, non potuerim tamen
Liuij locum confirmare, reſpondebo tibi primum de numero centeſimo, de-
inde de Liuij loco. Ego exiſtimo Robortelle, ſi ſecundi ludi in annum, quo M.
Popillius cos. fuit, teſte Zoſimo, inciderunt, tertij in conſulatum P. Clau-
dij, & L. Iunij, quarti in conſulatum L. Marcij, & M. Manilij, atque hi ſunt
anni apud Liuium CDI, DI, DCI, idq. ſine ulla correctione, aut mutatione
uulgatorum librorum, ſatis me probaſſe, ex Liuij ſententia ludos ſaeculares
centeſimo quoque anno relatos. ſiquidem ego a CDI, uſque ad DI centum
annos numerare ſoleo, ut a DI uſque ad DCI alios centum. Nam quod ais,
non ſemper exſpectatos eſſe annos centum; quod ex eo intelligi poſsit quia alij
auctores a Liuio, qui numerum centeſimum intulit, diſſentiant, quid me hoc
torquet, dum modo conſtantiam hanc in opinione Liuiana inueniam, ut in
Xuirali illam alteram, quod centeſimo decimo quoque anno relati ſint? & ſi
quaeris, unde tanta annorum in his edendis ludis uarietas nata ſit, te docebo,
qui hoc, ut multa alia, confiteris te ignorare. docebo autem te quae non tam
ego, quam Onofrius Panuinius uir in obſeruanda omni antiquitate diligentiſ-
ſimus, & ſummo ingenio praeditus exiſtimet: Scribit Acro in ſaeculare car-
» men Horatij ita: Saecularis carminis duplex deuotio eſſe cõſueuerat. aut enim
» pro ſedanda, aut pro uitanda peſtilentia, aut pro certo, & conſtituto numero
» annorum. centeſimo enim decimo anno in Capitolio a pueris, & puellis im-
» puberibus cantabatur. Si ergo duplex fuit deuotio carminis ſaecularis, ergo
etiam ludorum ſaecularium fuiſſe facile exiſtimari poteſt. ita ut alij ordinarij
eſſent, qui certo tempore, & conſtituto referrentur, ut qui centeſimo deci-
mo, uel centenſimo anno fiebant, ut dixi; alij uero, qui extra ordinem pro re
nata ſedandae, uel uitandae peſtilentiae cauſſa, ut illi, quorum alij ſcriptores
fortaſſe meminerunt. Quare non eſt, quod tu inconſtantiam in annis horum
ludorum labores inuenire, cum ignores tempora, cauſſas non diſtinguas, &
annalium uarietatem non accipias, ſed omnia monumenta omnia ſaecula, o-
mnes cauſſas, caelum denique, & terram omnem una norma, atque una regu-
la metiaris. Et quoniam in hac diſputatione iiſdem auctorum locis uſi ſu-
mus, tu autem arte tua, tamquam Proteus, e manibus elabi meis conaris, non
patiar te id facere, atque impune, uel Epitomen, uel Cenſorinum pro tuo
arbitrio, ut me oppugnes, deprauare. ex quo etiam intelligere poteris, an
ego tuam aliquando auctoritatem ſecutus ludos ex faſtis conſularibus ſaecula-
res exemerim. Locus eſt in epitoma XLIX, qui in uulgatis libris ita legi-
» tur: Diti patri ludi ad Terentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti,
» qui anno primo Punici belli, quingenteſimo, & altero ab urbe condita facti
» erant. Hunc ego locum ita ex ſcriptis multis libris emendaui, ſed maxime ex
uno, quem ego poſsideo, & tibi, cum uoles, commodabo. Qui anno cente-

ſimo, primo Punico bello, quingenteſimo & altero ab V. C. facti erant. Hic illud centeſimo improbas. quod ego ita confirmo. Bellum Punicum tertium Marcio, & Manilio coſ. coeptum eſt anno altero, & ſexcenteſimo ab V. C. ut ſcriptum eſt in hac epitoma. ijſdemq. coſ. quarti ludi ex Liuij ſententia Cenſorino teſte, & epitoma conſentiente facti ſunt, ergo quarti ludi anno altero & ſexcenceſimo ex Liuij ſententia facti ſunt. At P. Claudio, & L. Iunio coſ. ex Liuij ſententia tertij ludi, ut ait Cenſorinus, facti ſunt, qui annus in DI ab V. C. incidit, ergo ludi Diti patri centeſimo ante anno facti erant ante tertium Punicum bellum, cuius primo anno etiam facti eſſe dicuntur. Quod ſi hanc expoſitionem non accipis, dic, qui centeſimo anno facti erant, id eſt, qui ſuo & legitimo anno, (is erat ex Liuij ſententia centeſimus) facti erant. Quod ſi tu ne hanc quidem uel correctionem librorum diſertiſsimam, uel interpretationem ſplendidiſsimam probas, quanto minus ego probare debeo tuas. qui cum quingenteſimum, & ſexcenteſimum alterum pro quingenteſimo, & ſexenteſimo ſecundo interpreteris, deinde ſine ulla librorum auctoritate, quingenteſimum, & ſexcenteſimum quartum reponis, inani hac coniectura ductus, ſcriptum fuiſſe DIV, & alteram litteram V deletam eſſe altero crure, & factum eſſe DII, unde poſtea ſcriptum eſſe altero, & quingenteſimo. quod ipſum cum ais, non conſiderare, ſed ſortiri, quid dicas, mihi uideris. an uero tu meis ſcriptis libris fidem non habebis, ego tuis ſomnijs habebo? qui inquis legendum eſſe: Qui ſexto decimo anno primi Punici belli: quod ij cõſules in ſextum decimum annum eius belli inciderint; neque in quos te errorum laqueos induas, animaduertis? Sed de epitoma hactenus. nunc ad Cenſorinum ueniamus. cuius tu uerba cap. XIII corrigendo ita deprauaſti, ut ſincerae ſententiae ſimulacrum nullum reliqueris. Verba ea in uulgatis Aldinis ita leguntur: Primos ludos ſaeculares exactis regibus cum poſt Romam conditam annis CCLV a Valerio Publicola inſtitutos eſſe ad XL uirorum commentarios, anno CCXCIX M. Valerio Sp. Virginio coſ. anno poſt urbem conditam VIII, & XL. ut uero in commentarijs XII uirorum ſcriptum eſt, anno CCCC & X, M. Valerio Coruino, & C. Petilio coſ. Tertij ludi &c. Haec uerba ita ex ingenio, quo, ut conſtat, excellit, emendat Robortellus. Primos ludos ſaeculares exactis regibus conſtat poſt Romã condita annis CCXLIX a Valerio Poplicola inſtitutos eſſe ad XL uirorum cõmentarios. Secundi autem ludi fuerunt, (ut multi tradunt), anno ab urbe condita CCXCVII M. Valerio M. F. Voluſi N. Maxumo, Sp. Virginio coſ. anno poſt urbem conditam CCXCVII. ut uero in commentariis XV uirum ſcriptum eſt anno CCCCVIII M. Valerio Coruo, & C. Petilio coſ. Haec ille. nunc eius enumeremus errata. Primum putat primos ludos non in primo Poplicolae conſulatu factos, ſed in quarto, & icciroo mutat annum CCXLV in CCXLIX. quamquam debuit potius, ſi quartum ſpectabat conſulatum, CCL ſcribere. nam quartus conſulatus Poplicolae ad Liuianam, & Dionyſianam ſummam, ut ſupra oſtendi, cadit in annum CCL. Deinde, quod non agnoſcens mendam, ait inſtitutos eſſe ad XL uirnm commentarios. cum nulli tum fuerint XL uiri. fuerunt enim librorum Sibyllinorum cuſtodes primum duumuiri Sibyllini poſt decemuiri,

cemuiri, tum Xvuiri. atque inde Xvuirum libri, & commentarij dicti. tertio, quod addens haec de ſuo: (Secundi autē ludi fuerunt, ut multi tradunt,) confundit primos ludos cum ſecundis. nam qui anno CCXCVII facti ſunt, non ſecundi fuerunt, ſed primi, ut Xvuirum libri tradiderunt. quemadmodum & ſupra dixi, & infra apparebit. quarto loco, quod numerum CCXCIX corrumpit, & facit CCXCVII. dirigit enim ſummam aliorum ſcriptorum ad Capitolinam, ſine cauſſa. quincto, quod bis eiuſdem anni numerum apponit. primum ita: ab urbe cond. CCXCVII. deinde ita: anno poſt urbem conditam CCXCVII. nec attendit priorem numerum ad primos ludos pertinere, poſteriorem adſecundos, quem tamen mirifice deprauauit, cum pro VIII & CD repoſuit CCXCVII. Sexto, quod M. Valerio M. F. Voluſi N. Maxumo ex lapidibus Capitolinis ſine cauſſa intulit, cum M. Valerio, ut ſcripſit Cenſorinus, ſatis eſſet. poſtremo quod CCCCX in CCCCVII eodem imbutus errore mutat. Quare ego ita emendo: Primos ludos ſaeculares exactis regibus conſtat poſt Romam conditam annis CCXLV a Valerio Poplicola inſtitutos eſſe, at ex Xvuirum commentarijs (anno CCXCVIII. M. Valerio, Sp. Virginio cos) Secundi facti ſunt Liuio & Antiate auctoribus M. Fabio, & M. Popillio cos. anno poſt urbem conditam VIII & CD. ut uero in commentarijs Xvuirum ſcriptum eſt, anno CDXVIII M. Valerio Coruino, & C. Poetelio cos. Haec ita ſe habere, hinc colligere poſſumus, quod de ſingulis ludis diuerſae opiniones referuntur, extrema autem ſemper Xvuiralium librorum eſt. ut in poſt in tertijs, & quartis ludis apparebit. Cum autem primos ex Xvuiralibus libris ſcriptum ſit factos an. CCXCIX, ſecundos an. CCCC & X, tertios anno duodeuigeſimo, & quingenteſimo, quartos anno DCXXIX. malim ut ſeruetur conſtantia centeſimi decimi anni, legi CCXCIIX. CDIIX. DXIIX. DCXXIIX. neque enim M. Valerius, & Sp. Virginius anno CCXCIX inire potuerunt, cum primi conſules ann. CCXLV inierint. neque ullae ſupputationes ſunt, quae eam rationem & ſummam tueantur. praeterea in ſecundis ludis uidetur ueriſimile ex CCCCIIX factum eſſe mendoſe CCCC ETX. nam de tertijs non eſt dubium. ſcriptum eſt enim diſerte D duodeuigeſimo. Porro autem deſiderari nomina auctorum Liuij, & Antiatis maxime puto, qui concordes in tertijs, & quartis citantur. itemq. nomina conſulum, quae ex Zoſimo ſuppleui. Anni numerumLiuianum .i. CCCCI non adſcripſi, quia Cenſorinus, non ut Liuium ludorum facit auctorem, ita Liuianam etiam affert annorum ſummam. quod poſt etiam quartos ludos ex auctoritate Liuij edat in conſulatum Marcij, & Manilij, anno DCV, cum DCI ad ſummam Liuianam eſſet ſcribendum, DCV autem ſit ad ſummam Plinij, & Ciceronis, quam plerique hoc tempore, ut Glareanus in ſua Chronologia, ſequuntur. Itaque eum numerum, quod diuinare nolui, reliqui. Tranſeamus ad alia. Deinceps ſic uulgo legitur: Tertij ludi fuerunt Antiate, Liuioq. auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo cos. anno D. duodeuigeſimo, P. Cornelio Lentulo, C. Liuio Varo. cos. Robortellus ita legit: Tertij ludi fuerunt Antiate, Liuioq. auctoribus P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo cos. anno DIV. uel ut alij anno DXVII, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo cos. Hic Robortellus

bortellus

bortellus in ſua permanens ſentētia P. Claudiū, & L. Iunium conſules anno DIV conſules fuiſſe ait, cū tamen DV ſit reponendū ex eo quod ſequitur, L. Marcio, M. Manilio cos. an. DCV ſi enim illi cōſules anno DCV fuerunt, ut Pliniana, & Ciceroniana docet ſumma, & hi DV fuerunt. Praeterea nō animaduertit poſt Antiatis, & Liuij opinionē recitari XVuiralium librorum ſententiā, quod ex numero annorū perſpicitur, DXVIII. etenim centeſimo decimo relati ſcribuntur.

„ Itaque ego ſic emēdo. Tertij ludi fuerunt Antiate, Liuioq. auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo cos. anno ab V. C. DV. ut in XVuirorum autem commentarijs ſcriptum eſt anno D duodeuigeſimo, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo cos. Pergit deinceps Cenſorinus in uulgatis ita: De quartorum ludorum anno triplex opinio eſt. Antias enim & Varro, & Liuius relatos eſſe prodiderunt L. Marcio Cenſorino, M. Manlio conſulibus poſt Romam conditam anno DCV, at Piſo Cenſorius, & Cn. Gellius, & Caſsius Hemina, qui illo tempore uiuebat, poſt annum factos tertium affirmant Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico cos. id eſt DC anno III. In Xvirorum autem commentarijs notantur ſub annis DCXXIX Aemilio Lepido, & L. Aurelio Oreſte cos. Hic Robortellus numerum anni DCV non mutat, cum tamen ad calculos ſuos, id eſt Capitolinos, is annus ſit DCIV. alterum DCIII mutat in DCVIII. tertium corrumpit. nam pro DCXXIX reponit DCXXVII nec uidet, ſi Marcius, & Manilius anno DCV conſules fuerunt, Lentulus uero, & Mummius anno DCVIII, Lepidum & Oreſtem neceſſario futuros anno DCXXIIX. Itaque aut priores numeri erant mutandi, aut poſtremus prudentius corrigendus. Adde quod, uiuebant, non uiuebat, fuit ab eo corrigendum. nam & Piſo Cenſorius, qui Frugi dictus eſt, eo tempore uixit; ſiquidem paullo poſt conſulatum, & cenſuram, unde Cenſorius dictus eſt, coepit. qui locus eſt a me pluribus in faſtorum commentario perpurgatus. Eſt etiam alter Cenſorini locus eodem capite poſitus, quem ille corrigit capite X: Verba uulgo ita leguntur: Teſtis eſt Piſo, in cuius annali ſeptimo

„ ſic ſcriptum eſt. Roma condita anno DVII ſaeculum accipit his conſulibus, qui proximi ſunt conſules M. Aemilius M. F. Lepidus. C. Pompilius II. abſens. Ille ita emendat. Roma condita anno DXXI ſaeculum accipit his conſulibus, qui proximi conſules ſunt, M. Aemilius M. F. M. N. Lepidus, M. Poblicius L. F L. N. Malleolus. quod tandem hoc portentum eſt Robortelle? Vnde annum DXXI, & remotiſsimos conſules M. Aemilium Lepidum, & M. Poblicium Malleolū extraxiſti? an ignorabas in faſtis Capitolinis anno DXCV. M. Aemilium M. F. Lepidum, & C. Popillium P. F. Laenatem II. atque eos a Piſone eſſe intellectos? Potuit enim ille eos proximos conſules uocare, quippe qui tribunus pl. fuit Marcio, & Manilio cos. anno uel DCI, ut Liuius, uel DCIIII, ut faſti, uel DCVI, ut Plinius, & Cicero exiſtimarunt. Manilius uero & Popillius conſulatum decennio ante geſſerunt. at quomodo ſaeculum accepiſſe Romam proximis conſulibus dici potuit, ijs, qui anno DXXI fuiſſent?

Luſtrum

Luſtrum V. VI. VII. ab urbe condita unde confirmatum.

LVSTRVM quinctum ego conieci in conſulatum P. Valerij Poplicolae conſulis II, & T. Lucretij in faſtis Capitolinis. Reprehendit id factum Robortellus. hoc modo: Liuius nullum de
» luſtro uerbum facit. Dionyſius cenſum actum prodit, luſtri non
» meminit. ergo imperite Sigonius, qui luſtrum notauit, cum
» cenſum deberet. neque enim efficitur, ut, quia cenſus actus eſt, lu-
» ſtrum etiam factum ſit. ut Liuius lib. III. Cenſus actus eo anno. luſtrum
» propter Capitolium captum, conſulem occiſum condi religioſum erat. Egregie Robortellus, & docte. Nunc quaero ab eo, an legerit in fragmentis Capitolinis anno CCLXXIX ab. V. C. luſtrum VIII factum eſſe? legit enim ſine dubio. Si ergo illo anno luſtrum octauum factum eſt, perquirenda ſunt ſeptem ſuperiora, quibus annis condita ſint. Ac Ser. quidem Tullium regem, qui luſtrum inſtituit, quater luſtrum feciſſe ſcribit Valerius lib. III. Superbum regem nullum cenſum feciſſe, (erat autem luſtrum cenſendi populi finis) tradit Dionyſius. Ergo ab anno CCXLV, quo primi conſules inierunt teſte Dionyſio, uſque ad annum CCLXXX tria luſtra condita ſunt. Cum ergo Dionyſius auctor ſit, anno CCXLVI, & CCLVI, & CCLXI cenſum actum eſſe, luſtri uero neque ipſe, neque alius quiſquã meminerit, non ne neceſſario intelligendum eſt, Dionyſium pro cenſu luſtrum etiam accepiſſe? Nam Dionyſius numquam luſtrum nominauit; ſemper autem cenſum, cum alij luſtrum. Etenim & octauum luſtrum, cuius faſti meminerunt, & decimum, & decimum octauum, quorum Liuius, ille τίμησιν. i. cenſum libro primo, & ſexto uocauit. Huc adde Euſebium in temporibus, qui & haec luſtra, & alia omnia, quorum meminerit, cenſus appellauit. quem niſi tu, quamquam aliqua ex parte mendoſum, contempſiſſes, haud profecto in hunc errorem incurriſſes. Nam quod me quodam in loco Euſebij, quem deprauatum dicis, ſtudioſum eſſe opponis, ſic habeto, maluiſſe me ſemper Euſebij tempora etiam deprauata aliquo cum iudicio obſeruare, quam, ut tu, Liuiana integerrima ſine ullo iudicio deprauare. Si ergo ad octauum luſtrum peruenire non poſſumus, ſi tria haec luſtra, quos Dionyſius, & Euſebius graeci ſcriptores cenſus uocarunt, praetereamus, quid ais acutiſsime Robortelle, aut cur hoc unum ex praeclaris illis tuis Patauinis caſtigationibus, quod mihi in maledictis objiceres, elegiſti? doce quomodo Dionyſius, quomodo Euſebius luſtri uocem graeca uoce expreſſerint. doce quo anno luſtrum V, VI, & VII factum ſit, ſi eos annos, in quos ego illa conieci, non probas. niſi hoc facias, animaduerſiones illas, quas iactas, tuas inanes ac commentitias fuiſſe exiſtimabo, cũ hae, quas ut ex omnibus maxime excellentes legiſti, uix aniculae lucubratione uideantur dignae. Neque enim umquam in faſtis Capitolinis cenſus, ſed ſemper luſtrum notatum eſt. Sed ſi me audies, nullum in poſterum de luſtro, nullum de ludis, nullum de numerandis annis uerbum facies.

AD. EPI-

AD. EPISTOLAM. GLAREANI

Mea in Liuiana annorum ſumma conſtituenda opinio defenſa. & vt ille ſine cauſſa in ea re me inhumanitatis arguerit.

CVM haec hactenus ſcripſiſſem, perlata eſt ad me epiſtola quaedam ab Henrico Glareano, uiro eruditiſsimo, ut index praeſeferebat, ad Ioannem Heruagium iam ante biennium miſſa: in qua ille queritur, ſe a me inhumanius, quam ſumma ſua erga T. Liuium ferrent merita, in ſuis refellendis ſententijs, in meis Liuianis ſcholijs eſſe tractatum. ceterum non diſsimulat, me, quibus in rebus a ſuo diſſenſerim iudicio, non iniuſte admodum diſſenſiſſe, ſeq. ſi ad corrigendam antiquitatem ea Graecorum librorum, quibus ego hoc feliciori ſaeculo abundaui, ſibi quondam ſubſidia ſuppetiſſent, non minora fuiſſe facile praeſtiturum. unum eſſe, in quo me ſecum diſcrepantem eſſe moleſte audiat, quod ipſe ſummam annorum Liuianam a ſe collectam non approbarim. Quare, quamquam ego hanc epiſtolam intelligo Glareano ipſo inſciente diuulgatam fuiſſe, tamen, quoniam ea ſtudioſe a multis legitur, & ſingulari Glareani auctoritate, acerrimum quaſi telum quoddam aduerſus me ab inuidis meis, quorum impulſu edita eſt, eſſe exiſtimatur, faciendum mihi eſſe ſtatui, ut ei hoc loco reſponderem, quam planiſsime, & quam leniſsime poſſem, non, ut Glareanum oppugnarem, ſed ut ſententiam meam contra tanti uiri opes in Liuiana antiquitate tractanda munirem. Me igitur illud ſollicitum in primis habet, quod, quem ſtudiorum communione, atque earundem quaſi cogitationum ſocietate mihi maxime deuinxiſſe arbitrabar, eundem a me uel eo ipſo nomine abalienatum eſſe intelligo. perinde enim ille me ſecum diſſenſiſſe conqueritur, quaſi ea harum litterarum, ſtudiorumq. ratio ſit, ut, qui ſecundo loco ad ſcribendum ſe contulerit, is ab illis, qui ante ſe ſcripſerint, diſsidere aut ulla ratione non debeat, aut certe ſine aliena offenſione non poſsit; aut, cum Glareanus ipſe Sabellici, Vallae, Rhenani, Haloandri iudicium, auctoritatemque contempſerit, Sigonium omnes Glareani ſententias approbare; nulla eius decreta reſpuere in Liuiana hiſtoria conſtituenda decuerit. Quod ipſum tamen a me modeſtiſsime eſſe factum illud; argumento eſt, uel quod ſaepe cum eo ita ſenſi, ut eum laudarim; uel ita diſſenſi, ut non uituperarim. Itaq. cur eo me ille nomine tam uehementer accuſet, ſatis mirari non poſſum. age enim. Polybij ille, Dionyſij, Dionis, Appiani, aliorumq. Graecorum auctorum inopia uitioſos ſaepe ſe Liuij locos non poſſe ex ſententia reſtituere querebatur. cur ego, qui libros illos legi, anxias illius dubitationes eximere, ac melioribus quaſi auſpicijs, quod ille aſſequi ſe poſſe negauit, praeſtare non debui? memoria praeterea ille nutante multis in locis titubare, atque haeſitare uidebatur; num ego iccirco ueteribus annalium monumentis memoria repetitis, ſcrupulum, quem ille nobis iniecerat, euellere ex animo ſtudioſae iuuentutis non debui? Nominum denique Romanorum rationem difficilimam ille,

atque impeditiſsimam eſſe ſibi perſuaſerat, ſcilicet, quod ea ipſe adiumenta, quae ſunt ad hanc quaeſtionem tractandam accommodata, deſideraret; an propterea ego, qui lapides Capitolinos, quibus in hoc genere nihil eſſe melius poteſt, ſuppleui, in tanta re conſtituenda eos praeterire, aut abijcere debui? At, inquit, ille: Clamat Sigonius, me non legiſſe Stephanum, non legiſ-
» ſe Priſcianum, quem ego conijcio me legiſſe, antequam ille naſceretur. po-
» tuiſſet, ſi quid pudoris in eo eſſet, modeſte dicere, Glareanus non animad-
» uertit, quod apud Priſcianum eſt, uel quod Stephanus ſcribit, quod equidem
» moleſte non tuliſſem. nihil enim offendor candida admonitione. Cui ego reſpondeo, Fieri quidem potuiſſe, ut ille, ſi uere, ut audio, annos iam octoginta natus eſt, Priſcianum, & ceteros, multo ante, quam ego in hanc lucem prodirem, perlegerit, at tum cum illa ſcribebat, locum tamen memoria non tenuerit. me uero, cum ad eius contumeliam nihil, ad ſtudioſorum utilitatem omnia compararem, inter hanc, atque illam dicendi formam non multum intereſſe exiſtimaſſe. Sed quoniam, quae ſcripſi, ea ne ulla quidem in parte ab eo reprehendi animaduerti, reliqua omittam omnia, ad illud tantum, in quo ipſe ſe mecum diſcordare ait, accedam; non ut probabilem ſummo iudicio praediti uiri coniecturam euertam, ſed ut meam ſententiam contra tanti,
» ut dixi, uiri auctoritatem defendam. uerba eius haec ſunt: Riſi maxime, cum
» mecum uelut expoſtulat, quandoquidem Chronologiam ad Liuianam hiſto-
» riam, atque adeo Romanam illuſtrandam deſumpſiſſe me dixerim, cur duos
» annos poſt CCLXIII ab urbe condita non omiſerim. quos Liuius conſulto,
» ut aſſerit Sigonius, praetermiſit. ad hoc ego ingenue, ut res eſt, dico. cum ui-
» derem librariorum uitio annum CCXLVIII ab V. C. temere omiſſum, quod
» & Sigonius fatetur, putabam & hoſce eodem modo incuria temporum prae-
» termiſſos, & adhuc ſum in ea opinione. Nunc demum intelligo Robortelle, quid ſit, quod & hos tu conſules librariorum uitio, non Liuij conſilio eſſe praeteritos affirmaris. ſcilicet Glareanum auctorem ſecutus es, cuius etiam epiſtolam hanc te dicere audio, ad te potiſsimum eſſe ex Germania ab Heruagio miſſam. Itaque iam nunc mirari deſino, unde tua iſta repentina ſapientia nata ſit, qui per te aliquid aliquando dixeris. Qua de re etſi ſatis multa ſupra dixi, cum in te diſputaui, non omittam tamen, quin aliquid hoc etiam loco adiungam, ut hanc potiſsimum tibi huius epiſtolae auctori gratiam referam. Quid igitur inquit Robortellus, aut is, quem ipſe ſequitur, Glareanus? Poſt Sempronium, & Minucium conſules in Chronologia Liuiana bini conſules debent poni, Sulpicius cum Larcio, & cum Pinario Iulius. cur? quia Dionyſius eos conſules apponit. Hic ego dico annos Liuianos ex Liuio, non ex Dionyſio eſſe colligendos, apud Liuium autem nullam eorum conſulum mentionem fieri. reſpondent, eos imprudentibus librarijs e Liuianis annalibus excidiſſe. unde autem hoc colligant, nihil afferunt. non enim librorum ſcriptorum auctoritatem opponunt, non loci alterius firmamento nituntur. immo potius hoc poſito Liuio aduerſantur. Etenim Glareanus his duobus interiectis annis cogitur decemuiros conſulares in annum trecenteſimum tertium conferre, tribunos militares in annum trecenteſimum undecimum. cum tamen Liuius diſer-

te illos iniſſe dicat anno trecenteſimo altero, hos anno trecenteſimo decimo. ex quo fit , ut alter ſit tertius, & decimus ſit undecimus. quo incommodo cum ipſe ſe urgeri uideat, addit, de uno anno ſe cum nemine certaturum. neque intelligit hunc annum eſſe illum, quem mihi propoſui inueniendum, ne Liuiana annorum deſcriptio titubaret. Robortellus autem ne hoc incommodo premeretur, primos conſules iniſſe dixit anno ab V. C. CCXLIIII, nec animaduertit Liuium, & Dionyſium aperte, ut ſupra oſtendi, ſcripſiſſe conſules primos iniſſe anno CCXLV. quod etiam recte docuit Glareanus, a quo miror Robortellum auſum fuiſſe recedere. Vterque autem hac opinione in eum ſcopulum incidit, quod, cum dicat Liuius tribunos plebis decem creatos eſſe Q. Minucio, C. Horatio cos. anno triceſimo ſexto poſt primos quinque, qui creati ſunt, A. Virginio, T. Vetuſio conſulibus; anno CCLX, coguntur aduerſus omnium librorum auctoritatem ex coniectura corrigere, triceſimo octauo. Cum igitur illi nulla ratione adducti hoc faciant, ego eorum ſententiam approbabo? non hercule. quid enim roboris habet hoc argumentum? Hos conſules edit Dionyſius, ergo apud Liuium reponendi ſunt. Primum enim quaero. an hoc nouum eſſe exiſtimas, duos conſulatus ab uno ſcriptore praeteriri, qui ab altero numerentur? non certe. Hoc enim etiam a Piſone factum teſtatur Liu. lib. IX, his uerbis: Hos conſules Piſo Q. Fabio, & P. Decio ſuggerit, biennio exempto, quo Claudium, Volumniumq. & Corneliium cum Marcio conſules factos tradidimus. memoria ne fugerit in annalibus digerendis, an conſulto binos conſules falſos ratus tranſſcendat, incertum eſt. Atque idem etiam indicant Diodori annales, qui, ſi cum alijs comparentur, multos ſaepe prodere cõſulatus, quos alij trãſſcendãt; multos praeterire, quos alij profiteantur, inuenientur. declarat denique Caſsiodorus, quem apparet, quos conſulatus praeterit, non librariorum culpa, ſed de induſtria praetermittere. nimirum, quod talem annorum ſeriem ij annales, unde ſuos ipſe conſulum faſtos compilauit, ediderint. Si ergo fieri poteſt, ut binos conſules, quos Dionyſius profitetur, Liuius praeterierit, ueſtigemus nunc ex uerbis ipſis Liuij; utrum librariorum, an Liuij culpa praeteritos eos eſſe probandum ſit. Ac primum quidem illud ſatis liquet; ex ſequentibus Liuianis annorum numeris, Liuium horum duorum annorum rationem non habuiſſe, cum Q. Minucio, C. Horatio cos. ut dixi, tribunos pl. decem factos dicat, anno triceſimo ſexto poſt primos, qui facti ſunt A. Virginio, T. Vetuſio cos. anno CCLX. praeterea, quod idem Xuiros iniſſe ſcribat anno altero & trecenteſimo ab urbe condita; qui eſt, ut ego oſtendi, trecenteſimus primus. Ne mireris autem; Xuiros in annum CCCI conijci; cum in faſtis Capitolinis in CCCII incurrant, ſic habeto, Oroſium eos in CCC contuliſſe, cum dixit: „Ipſo trecenteſimo anno, hoc eſt olympiade nonageſima „quincta poteſtas conſulum xuiris tradita eſt; Dionyſium autem, ut recte ſubduxit Glareanus, in trecenteſimum tertium. Adde etiam Caſsiodorum, quem ſatis conſtat & hos cõſules conſulto praeterijſſe, atque ex Liuiana hiſtoria faſtos ſuos conſulares concinnaſſe. Nam niſi Caſsiodorum ſequaris, numquam Liuianos ipſos numeros omnes incolumes conſeruabis. Ex his ſatis

perſpici

perſpici conſiliũ Liuij poteſt. nunc uideamus, an ulla ratione fieri potuerit, ut librariorum culpa horum conſulũ nomina interierint. & locus ne ſit apud Liuium ullus, ubi reponi illi conſules ex ingenio poſsint. Primum igitur dico, mirabile uideri, nuda nomina binorum deinceps conſulum ex hiſtoria, reliqua manente ſententia, excidiſſe; deinde addo, nihil ex eius hiſtoria deſiderari; quaeq; Dionyſius in quattuor annos diſtribuit, ea in duos Liuium contuliſſe; tum uero illud etiam adiungo, in hac hiſtoria narranda non omnino Dionyſium cum Liuio conſentire. unde probabile coniectura ſit, etiam in annis ſupplendis, & eximendis inter eos controuerſiam eſſe. Exponam primum res per conſulatus ex Dionyſij ſententia geſtas, deinde ex Liuij.

An. CCLXIII. Sempronio, & Minucio conſulibus.

In ſumma annonae caritate frumentum aduehitur. Coriolanus auctor eſt, ne plebi diuidatur. plebs ira accenſa Coriolanum multat exſilio.

Anno CCLXIIII. Sulpicio, & Larcio cos.

Portenta, peſtilentia narrantur. T. Latinius e plebe homo in ſenatum debilis delatus ſomnium de inſtaurandis ludis exponit.

Anno CCLXV. Iulio, & Pinario cos.

Coriolanus exſul Attium Tullum in Volſcis adit: arma capienda perſuadet. Legati Volſcorum Romam de bello mittuntur. Bellum a Volſcis decernitur. Attius, & Coriolanus duces leguntur. Coriolanus facta in fines Romanos impreſsione Circeios Romanam coloniam capit, Romae omnia ad bellum comparantur. Sed ante exit annus, quam in aciem exercitus adducatur.

Anno CCLXVI. Furio, & Nautio cos.

Aequi ad Volſcos deficiunt. Coriolanus agrum R. populatur. Tolerinos, Bolanos, Lauicanos, Pedanos, Corbionem, Bouillas, Pedum in poteſtatem redigit. Romam propius accedit. Legatis, qui de pace miſsi erant, reuerſis uxor demum cum matre mittuntur. Hoc modo Dionyſius, Liuius autem hoc.

Anno CCLXIII. Minucio, & Sempronio cos.

Frumentum aduectum ne plebi diuidatur, contendit Coriolanus, atque à plebe in exſilium agitur. Is in Volſcos abiens parat bellum. Latinius in ſenatum delatus ſomnium de ludis inſtaurandis exponit. Volſci, qui ad ludos uenerant, arte Attij Tulli, urbe eijciuntur. ea contumelia accepta Tulli conſilio bellum indicitur. Coriolanus dux belli lectus Circeios, Satricum, Longulam, Poluſcam, Coriolos, Lauinium, Corbionem, Pedum inuadit, inde agrum Romanum populatur.

Anno CCLXIIII. Furio, & Nautio cos.

In ſumma ciuitatis trepidatione urbs cuſtoditur. legati de pace ad Coriolanum primum, deinde cum uxore mater mittuntur. Ex his apparet, uariari inter hos auctores in cauſſa belli aperienda: nihil enim Dionyſius ait de contumelia Volſcis Romae illata, tum cum urbe eiecti ſunt, nihil de ludis inſtauratis. Liuium autem ita rem cum re continuare uidemus, ut ne ſuſpicari quidem poſsimus, nomina ipſa conſulum excidiſſe. exempli gratia, Coriolanum Dionyſius uno anno in exſilium actum ait, altero Latinium ſomnium expoſuiſſe ſenatui. quas duas res inter ſe copulat Liuius hoc modo: Damnatus

„ abſens in Volſcos abijt. Venientem Volſci benigne excepere. Hoſpitio ute-
„ batur Attij Tulli. longe is princeps Volſci nominis erat, Romanisq. ſemper
„ infeſtus. Ita cum alterum uetus odium, alterum ira recens ſtimularet, conſi-
„ lia conferunt de bello Romano. haud facile credebant, plebem ſuam impelli
„ poſſe, ut toties infeliciter tentata arma caperet. arte agendum in exoleto iam
„ uetuſtate odio, ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi ex inſtaura-
„ tione Magni parabantur. Inſtaurandis haec cauſſa fuerat ludis. inde ut in ſo-
natum Latinius delatus ſomnium de inſtaurandis ludis narrauerit, ut ludi in-
ſtaurati ſint, ut Volſci ad ludos uenerint, ut arte Tulli urbe pulſi, ut ad arma
capienda impulſi ſint, ut Coriolanus dux electus non Circeios ſolum, ſed reli-
qua etiam opida ceperit, ita continenter narrat, ut locum nullum, quo a-
miſſos conſules reſtituas, excogitare queas. quid plura? Dionyſius in unum
annum captos Circeios ait, in alterum Lauicos, Pedum, & reliqua. at Liuius
„ ita loquitur, ut uno anno haec omnia geſta uideantur: Circeios profectus, in-
„ quit, primum colonos, inde Romanos expulit. inde in Latinam uiam tranſuer
„ ſis tramitibus tranſgreſſus, Satricum, Longulam, Poluſcam, & cetera opida
cepit. Adde, quod Dionyſius in conſulatum Furij, & Nautij expugnationem
horum opidorum conijcit, Liuius urbis tantum trepidationem, & legato-
rum uxorisq. cum matre deprecationem refert. Si ergo uarietas annalium in
rebus geſtis diſpenſandis, & cauſsis exponendis conſtat, cur non poteſt etiam
in annis addendis, & omittendis exſiſtere? Plutarchus quidem etiam, & Zo-
naras haec eadem omnia ita narrant, ut ea in duos tantum annos Liuium ſe-
„ cuti conijcere uideantur. Addit Glareanus: Nullum maius in me habet te-
„ lum declamandi, quam quod nonnumquam in temporum ſupputatione uno,
„ aliquando duobus annis ratio noſtra ab eo diſcrepat, cum Dionyſij a Liuij, &
„ Polybij ratione in totum fere duobus annis diſtet, quod toties in annotationi-
„ bus noſtris clamo. & in uno anno cum nemine me certaturum ubique profi-
„ teor. Scilicet Glareanus haec mea uerba telum appellat, quae ſunt in epiſtola:
„ Quoniam ad Romanam intelligendam hiſtoriam nihil tam aptum eſſe, quam
„ rectam annorum, tēporumq. deſcriptionem, iudicabam. qua in re diſsidentes
„ inter ſe ueteres auctores eſſe comperiebam, dedi etiam operam, ut, quod Gla-
„ reanus ante me fecit, neq. hac in parte hiſtoriae Liuianae deeſſem. cuius qui-
„ dem eruditiſsimi uiri labore facile contentus eſſe poteram, niſi ab eo in tota
„ ipſa re diſſenſiſſem. Neq. enim Liuium in numerandis ab urbe condita annis
„ eadem ratione uſum, qua ceteros, eſſe reperiebam. Qua ille opinione ductus,
„ dum eorum auctoritatem ad Liuianam Chronologiam conſcribendam adhi-
„ buit, in eam ſaepe ſe neceſsitatem induxit, ut, dum aliorum numeros ſequitur,
„ omnino Liuianos aut negligere, aut immutare coactus fuerit. Quod illi profe-
„ cto in ea Chronologia committendum non erat, quam ipſe ſe Liuianae prae-
„ ſertim hiſtoriae comparare profiteretur. Quibus uerbis me uſum eſſe pro-
fiteor, non, ut ipſum tamquam telo aliquo iugularem, ſed ut Liuianorum an-
norum ueritatem indicarem, quae uno, aut duobus illis, de quibus ait, annis
„ neglectis, nullo modo conſtare poteſt. Addit deinde: Tandem Sigonius ad
„ quattuor annos deuenit, & ut Hercules Antaeum prorſus conficiat, ultima

illa pulchella annotatione, quae eſt de anno, quando Liuius finierit hiſtoriam Romanam, ad XVII. annos me iugulat, cum ſint etiam confeſsione mea XXVIII in quibus tamen nihil negotij eſt. quis enim certo ſcire poteſt; quot ediderit libros Liuius, aut quos adijcere uoluerit? Significat autem mea uerba in extremis ſcholijs haec: Si hiſtoria Liuiana morte Druſi in Germania, & funere eius, (ut apparet) finita eſt, profecto uſque ad annum DCCXLI peruenit. eſt enim mortuus ſe, & T. Quinctio cos. ut ait Dio libro LV. quem annum uocat Glareanus DCCXLV. exponit autem conſules uſque ad annum DCCLXXII, quia inquit uſque eo Liuianam hiſtoriam peruenire, praeter unú, aut alterum annum, cum in ſeptimo, & decimo ante anno finiatur. Quae uerba quam uim habeant confodiendi, aut iugulandi, non ſentio, me certe eo tantum animo illa ſcripſiſſe ſcio, ut hiſtoriam Liuianam, quoad poſſem uel Glareani ipſius exemplo, illuſtrarem. Quod ſi ille his dicendi generibus, quibus me ab eo modeſte diſsidere oſtendo, ſe iugulari exiſtimat, qui ſenſus eius eſſet, ſi forte contigiſſet, ut hanc quaeſtionem amicus meus incredibili illo ſuo robore argumentorum tractaret? quoties imperitum, quoties nullo iudicio praeditum ipſe ſe appellari audiſſet? quibus ego nominibus non modo non Glareanum, ſed ne ipſum quidem etiam Robortellum umquam affeci, quem tamen nullo pacto cum Glareano ipſo eſſe exiſtimo conferendum. Quamobrem tantum abeſt, ut ei, quod me hac epiſtola aſperius appellarit, ulla ratione ſuccenſeam, ut, quamquam ſcribi moderatius potuiſſe exiſtimo, tamen cum dolori eius ignoſcam, tum uero eos, qui hanc epiſtolam illo inſciente ediderint, multo maiorem illi, quam mihi iniuriam feciſſe putem.

EX PRIMO LIBRO LIVII

NVNC quibus in locis mea Robortellus in Liuium Scholia reprehenderit, uideamus, & quemadmodum ego in libris Emendationum reprehenſionibus eius occurrerim, ſubtexamus.

VELVT diſsidétes primo mores ſequatur animo.] In haec ego ſic in Scholijs. Probo doctorum quorundam hominum coniecturam, qui Deſidentes legunt. Etenim ſubſequitur: Vt magis, magiſq. lapſi ſint, tum ut ire coeperint praecipites. Videtur enim eadem ſemper translatione res magis creſcere. Quam translationem, quia primo duriorem eſſe putauit, adhibita particula, Velut, molliorem effecit. quod in proprio Diſsidentes faciendum non fuiſſet. Eſt autem Deſidere leni quodam motu in ſemet concidere. ut Liuius libro XXXII: Terra Velitris trium iugerum ſpatio cauerna ingenti deſedit. Porro autem his uerbis mutationes omnes Romani imperij breuiſsime complexus eſt. nam cum Partum imperium ait, interuallum illud totum indicat, quod a Romulo uſque ad Ap. Claudium conſulem, qui primus bellum extra Italiam Carthaginienſibus fecit; cum Auctum, tempus inde ad Carthaginem euerſam notat. Deſediſſe praeterea mores intelligit, Gracchanis temporibus, lapſos magis eſſe, Pullanis, praecipites iſſe, Caeſarianis. Hic Robortellus inquit, Diſsidentes malim, ut eſt in uulgatis omnibus libris,

uocat enim Liuius diſsidentes mores, in diuerſa euntes. ut de toga Horatius: Si toga diſsidet impar. Vtra uero lectio firmiori ratione fulciatur, iudicent alij. Illud quidem miror, Glareanum, cum Deſidentes in Scholijs ſuis approbaſſet, poſt Robortello de Diſsidentes aſſenſum eſſe, ac ſecum ipſum diſſentire uoluiſſe, ut cum Robortello aduerſus me conſentiret.

CENTVM creat patres, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent.] In haec ego ita: Sane legendum eſſe uidetur: Qui ciere patres poſſent. Sic enim ſcribit libro x: Qui patrē ciere poſſent, eos patricios eſſe appellatos. Dionyſius etiā, ac Plutarchus, ubi exponunt cauſſas, cur cētum potiſsimū ſenatores, quos patres appellauerit, Romulus crearit, ita aiunt: ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι, id eſt, quod ſoli centū patres nominare poſſent, quaſi uero alij terrae filij eſsēt. Aduerſus haec Robortellus robuſtiſsimas duas affert rationes. unam, quia licet patricij inde dicti ſint, non tamen patres inde appellatos ſentit Liuius; alteram, quod Dionyſius opinionem hanc, qua multorum mentes imbutae ſunt, non approbat. Excutiam primum uulgatam lectionem, deinde confirmabo meam. Dionyſius ciuitatem a Romulo in duas partes diuiſam tradit, in plebeios, & patres; patres autem dictos ait, uel quod aetate ceteris antecellerent, uel quod filios haberent, uel quod generis ſplendore praeſtarent, uel, ut Romanorum obtrectatoribus placuit, patricios uocatos eſſe, quia ſoli ciere patres poſſent. quid Plutarchus? centum optimos fecit ſenatores, & eoſdem patricios. coetum autem eorum ſenatum appellauit. Patricios uero ſenatores uocatos aiunt, alij, quia iuſtorum filiorum erant patres, alij potius, quia ipſi ſuos ciere poſſent patres, quod non multis facere licuit, ex ijs, qui in urbem primi confluxerunt. quid Liuius? Centum creat patres, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent. patres certe ab honore, patricijq. eorum progenies appellati. Cum ergo Dionyſius, & Plutarchus probabiles aliquot cauſſas eius nominis Patrum attulerint, quam hanc eſſe Liuianam dicemus? Patres creati centum ſunt, quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent. at cur non poterant ducenti; cur non trecenti? quid eſt hoc? quid ſenatori cum patribus? deinde quid eſt creari patrem. quando dixit Liuius alias, aliquos patres eſſe creatos? quod ergo nemo dixit; quod per ſe inane eſt, quod genus dicendi parum Latinum infert, id a Liuio eſſe dictum aſſeremus? At patricij inde dicti ſunt, inquis; non patres. Reſpondeo apud Romulum eoſdem fuiſſe patricios, & patres, & ſenatores. Vides enim Dionyſium, diuiſam eſſe ab eo ciuitatem dicere in plebeios & patres. qui ſunt patres, an ſenatores? non, ſed patricij. ibi enim diſcrimen gentium notat. quos uero patres appellauit, in reddenda eius nominis cauſſa patricios uocat. Vides Plutarchum eoſdem ſenatores, & patricios factos dicere, cur autem ſenatores patricij dicti ſint, cauſſas reddere. Tradit etiam Zonaras, auctor, ut ſcis, Graecus, qui non niſi ex bonis auctoribus hauſiſſe ſuam hiſtoriam uidetur, Romulum centum creaſſe ſenatores, eoſque patricios appellaſſe. Lege Liuium, ſaepe inuenies patres plebi opponi, non ut ſenatum populo, ſed ut patricias gentes plebeijs. an uero cum toties inquit, conſules factos, unum e patribus, alterum e plebe, illum unum ex ſenatoribus

lectum

lectum ſignificat? non certe. at non ne etiam idem inquit, centum in patres
eſſe a Priſco rege lectos, eoſque minorum gentium appellatos, quos Cicero
ad Paetum ſcribens, patricios minorum gentium nominauit? Fuerunt ergo
Romuli tempore centum ſenatores, qui patres ijdem, & patricij dicti ſunt. ita
que idem erat numerus patriciorum, ac ſenatorum. progredientibus autem
temporibus creuit numerus patriciorum. Nam filij, nepoteſq. eorum patri-
cij fuerunt illi quidem, non tamen ſtatim ſenatores. immo uero ſenatores et-
iam fuerunt, qui ne patricij quidem erant, ſed plebeij. Ergo ſi Romuli tem-
pore ijdem ſunt ſenatores, patres, & patricij: cur centum patres, id eſt, ſena-
» tores legit Romulus? inquit Liuius: quia uel is numerus ſatis erat, uel quia ſo
» li centum erant, qui ciere patres poſſent. atque hoc idem oſtendit Liuius in X
» libro, cum P. Decium plebeium ita loquentem facit, Patricios quondam di-
» ctos, qui ciere patrem poſſent, ſe quia patrem ciere poſsit, patricium eſſe. At
Dionyſius, inquis, hanc opinionem non probat. at ne eam quidem probat Li-
» uius, cum ait, Siue quia ſoli centum erant, qui ciere patres poſſent. patres cer
» te ab honore dicti. Sed faciamus hanc probari a Liuio, improbari a Dionyſio.
an hoc portentum tibi uidetur? quot in rebus, & quidem grauiſsimis diſſenſe-
runt? lege commentarios meos, ibi quanta ſit inter eos diſcordia demonſtra-
tum inuenies. quamquam ſi Dionyſius eam non probauit, at probauit Plu-
tarchus, non neglexit alio in loco Liuius.

» CRVSTVMINVM. Ignoratione, inquit, rationis ueterum in ſcribendo labi
» aliquis poteſt, ut lapſus eſt Sigonius, qui putat apud Liuium ubique legendum
» Cruſtomerium, & Cruſtomerinos. attendite, quia, inquit, apud Halicarnaſ-
» ſeum κρουστομῖνον, & κρουστομερινούς uideo ſemper ſcribi. imperitus hic ignorat Graecos
» certam rationem ſecutos in dictionibus Romanis uertendis. Longum eſſet, ſi
» ſingula nunc uellem perſequi. ſed quatenus ad rem propoſitam ſpectat, quo-
» tieſcumque erat Latina dictio uertenda in graecam, quae litteram haberet v
» longum, uertebant in ου, ſi autem v breue eſſet, in ο μικρόν. Hinc uideas apud
» eundem Ῥοτόλους dici Rutulos, Κορατίους Curatios. quod autem in Cruſtumerij no-
» mine v ſit breue, Virgilij teſtimonio probatur. ait enim, Ardea Cruſtomeriq.
» & turrigerae Antemnae. et Νομᾶς Numa. Virgilius idem lib. IX. Serranoq.
» Numaq. Atque haec quidem, ut modeſte in me Robortellus effundat, omnes
uident; ut autem uere, nunc accipiant. Mea, ubi hac de re egi in ſcholijs Liuia-
» nis, haec uerba ſunt. Veteres libri habent Cruſtominum, Dionyſius, Plutar-
» chus, Stephanus κρουστομέριον, κρουστομερινούς. Tu, ſi litteras calles, Robortelle, oſten-
de, ex his uerbis elici poſſe, me uelle, aut ubique legi Cruſtomerium, aut da-
mnare Cruſtumerium. tum ego tibi oſtendam, non ſolum Cruſtumerium,
quod ego non reprehendi, ſed Cruſtomerium, quod tu improbaſti, dici poſ-
ſe. Primum enim eſt librorum ueterum, ut dixi, auctoritas. cum ueteres dico,
non impreſſos quondam, ſed ſcriptos dico, quos multos inſpexi ex bibliothe
cis ſumptos Diui Ioannis de Verdaria Patauij, Diuorum, Marci, Antonij, Ioã-
nis & Pauli Venetijs, atque multorum amicorum. memini autem hanc ſcriptu-
ram eſſe libri potiſsimum, quem mihi Auguſtinus Gadaldinus, medicus grae-
cis, & latinis litteris egregie eruditus, dedit. quam cum nunc quaererem, eam

etiam

etiam in uno, quem tum non uideram, M. Antonij Mureti, reperi. Quod cum ita ſit, quis mihi iure ſuccenſere poteſt, cum priſcorum librorum ſcripturam graecorum auctoritate munitam in mediũ profero? praeſertim uero cum ea grammaticorum etiam ueterum grauiſsimo teſtimonio fulta ſit, qui litteras o, & u eam inter ſe ſocietatem habuiſſe, aſſerunt, ut multas uoces antiqui promiſcue modo per o, modo per u pronunciarint. Sic enim loquitur Quinctilianus, non grammaticus ſolum, ſed rhetor etiam nobiliſsimus, lib. primo ca. de litteris. Quid o, & u permutatae inuicem? ut Hecoba, & Notrix, & Culchides, & Pulyxena ſcriberentur. ac ne in Graecis id tantum notetur, Dederont, & Probaueront. et Victorinus de orthograhia: Noſtri, ut apparet ex libris antiquis foederum, & legum. qui etiam ſi frequenti tranſſcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem. Nam o non ſolum pro breui, & longa, ſed etiam pro v poni, ut pro populus populos, pro piaculum piacolom, pro huic hoic, pro funus fonus. item alia multa. et Priſcianus libro primo. V quoque multis Italiae populis non erat in uſu, ſed e contrario utebantur o. unde Romanorum quoque uetuſtiſsimi in multis dictionibus loco eius o poſuiſſe inueniuntur, poblicum pro publicum, quod teſtatur Papirianus de orthographia. polchrum, pro pulchrum, colpam pro culpam dicentes, & Hercolem pro Herculem. Ac ne hoc uſurpatum exiſtimes Romulo tantum, aut Numa regnante, Auguſtus hoc etiam obſeruaſſe a Victorino traditur, qui patrio caſu domos pro domus dixit, & alij, qui quoius, & quoi, pro cuius, & cui protulerunt. In faſtis etiam Capitolinis Auguſti tempore inciſis, uel certe Tiberij, uidemus eſſe Poblicium, & Poplicolam, quos alij Publicium, & Publicolam; item Poblilium, & Publilium, item Scaeuolam, quem alij Scaeuolam. Flouium pro fluuium ego etiam legi in exemplo tabulae aenaee antiquiſsimae. Si ergo tot uoces tam o, quam u receperunt, cur non etiam Cruſtomerium inter eas referre poſſumus, libris praeſertim Liuianis ueteribus atteſtantibus? Nam T. Liuium ipſum adeo antiquitate delectatum ſcribit Quinctilianus, ut Sibe, & Quaſe cum dixiſſe, ſe ex Pediano comperiſſe affirmet. At quam modeſte Robortellus me arguit? Imperitus hic, inquit, ignorat graecos v breue per o uertiſſe, ut Dionyſium ῥοτόλους, κοριατίους, νομᾶν pro Rutulis, Curiatijs, Numa. Male uerſatus es in Graecis annalibus Robortelle, & tamen, cum haec ſcripturus eſſes, eos ſtudioſe euoluere debuiſti. Lege Strabonem lib. v. ſemper ῥουτόλους ab eo ſcribi inuenies. lege Plutarchum in Parallelis, & Zonaram lib. II. κουριατίους reperies. lege Plutarchum in Numa, νουμᾶν ſemper, numquam νομᾶν ab eo ſcribi cognoſces. Dio. ἰοβᾶν ſcripſit, eundem a Strabone lib. VI. & XVII ἰουβᾶν appellari deprehendes. quid? Νομαντία, & Νουμαντία urbem a Iuba hiſtorico dictam eſſe apud Suidam inuenies. Iam credo te uidere, ut praeclarae tuae iſtae regulae iaceant, & uter noſtrum imperitior ſit, ego qui Cruſtumerium non improbaui, an tu, qui Cruſtomerium reprehendis.

EQVVS Curtium in uado ſtatuit] In hunc locum ita Glareanus: Equum Curtius in uado ſtatuit. Haec lectio, ſiquidem uetuſta eſt, maxime placet, Sabellicus tamen Eques Curtium, pro Equus Curtium in uado ſtatuit, legendum, putat.

putat. Ego uero ita: Equus Curtium in uado ſtatuit. Hanc lectionem laudat Glareanus iniuſte. ueteres enim libri habent, Equum Curtius in uado ſtatuit. ex quo intelligi poteſt, legendum eſſe, Equum Curtius in uado deſtituit. nam Plutarchus hanc ſententiam ita uertit, καὶ λιπὼν τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν, id eſt, deſtituto equo ſemet ſeruauit. Errori locum dederunt finitimae illae ſyllabae do de. Aduerſus haec Robortellus: Sigonius Liuij uerba corrumpit, dum ad ſententiam Plutarchi ipſa uult accommodare, cum tamen uterque diuerſa protulerit alios ſecutus auctores. ſententia eſt. equum emerſiſſe ex palude illa, & ſtatuiſſe Curtium in uado, id eſt in loco tuto, ac minime profundo. Sigonius dum accommodat Liuij uerba ad Plutarchi ſententiam, ita emendat temere, coniectura utens. Equum Curtius in uado deſtituit. Sed hae merae ſunt nugae. nam omnes uetuſti libri habent, ut ante ego retuli. Quae ſunt merae nugae Robortelle modeſtiſsime? primum uides in ſuo lib. ita legiſſe Glareanum; eamq. lectionem probaſſe, dum modo uetuſtatis auctoritate fulciretur. deinde in multis, quos ego inſpexi olim ſcriptis libris, & nunc etiam in Mureti, ſcito ita eſſe diſertiſsime. habes deinde ſenſum hunc optimum: Monumentum eius pugnae, ubi primum ex profunda emerſus palude equum Curtius in uado deſtituit, Curtium lacum appellarunt. Significat enim Curtium euaſiſſe incolumem, relicto in uado equo. atque iccirco loco nomen inditum, ubi Curtius deſtituit equum. Habes eandem ſententiam a Plutarcho confirmatam. quem animaduerti multa ad uerbum e Liuio, quem etiam ſaepe citat auctorem, tranſtuliſſe. Habes genus dicendi planum, & nulla ſui parte nouum. ut illud paullo ante: Cum fluitantem alueum tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. habes erroris ſimilitudinem, uado ſtatuit, uado deſtituit. Quod ſi excutere uelimus tuam, primum eam non in omnibus libris inueniemus. deinde quaſi rationem equo tribuemus, ut equitem in uado collocarit. tum nouum, & inauditum hoc genus dicendi, equum ſtatuere in uado equitem, inuehemus, poſtremo contra Plutarchi, qui multa a Liuio ſumpſit, ſententiam, ex nullius autem ſcriptoris auctoritate incommodum ſenſum inferemus. Nam Dionyſius Curtium tãdem ex palude cum armis emerſum incolumem ad ſuos perueniſſe ſcribit, ita: ὁ δὲ Κούρτιος πολλὰ μοχθήσας σὺν χρόνῳ σώζεται ἐκ τῆς λίμνης τὰ ὅπλα ἔχων, καὶ εἰς τὸν χάρακα ἀνάγεται. equi uero non meminit. fuit certe Curtio commodius equum in uado deſtituere, quam in palude. Non probas ex coniectura ſyllabam addi ſimilem praecedenti. an eſt hoc contra praecepta, an contra exempla tua? qui dictiones etiam integras mutari, uerſus integros adimi poſſe ſcriptum reliquiſti. ſi haec tibi nugae uiſae ſunt, & quidẽ merae, quae librorum ſcriptorum auctoritate roborata, quae Plutarchi iudicio confirmata, quae uſitata loquendi formula comprobata, quae ſententia optima ſunt innixa, quid de tua, immo de tuis iudicabimus, quos leuiſsima ſola ſemper cõiectura cõmotus, adducis?

Avgvr ad laeuam eius capite uelato, ſedem cepit. § In haec ego. Hunc in modum diſtinguendum eſſe Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui ſcribit in Numa. ἐνταῦθα τῶν μαντέων ὁ πρωτεύων τὴν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παραστὰς ἐξόπισθεν. Videtur enim Plutarchus, ſi modo recte eſt apud illum uox illa ἐγκεκαλυμμένον caput regis uelatum fuiſſe, non auguris ſignificare.

 Me au-

» Me autem iuuat eorum eſſe ſententiae, qui ad laeuam eius ſcribunt; & caput
» uelatum auguris intelligunt. quod infra dicat. Statua Aſij capite uelato in co-
» mitio fuit.& libro x. Si augur capite uelato uictimam caedat, augurium ue ex
» arce capiat. Aduerſus haec Robortellus. Plutarchus non diſſentit a Liuio,ſic-
» uti Sigonius exiſtimat. Nam legi debent illa uerba, & interpungi ſic. τὸν μὲν εἰς
» μεσημβρίαν τρέψας. ἐγκεκαλυμμένος αὐτος, καὶ παρεστὼς ἐξ εὐωνύμων. Quid Glareanus? Non diſſentit
» Plutarchus a Liuio, ut oſtendit Robortellus. o rem ridiculam. quaſi uero ſi
Liuius, & Plutarchus per uim ad concordiam adducendi eſſent, non ego ratio
nem indicauerim.

ATQVE omniũ primum ad curſum lunae in duodecim menſes deſcribit annum, quem quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno, qui ſoſtitiali circum agitur orbe intercalares menſibus interponendo ita diſpenſauit, ut uigeſimo quoque quarto anno ad metam eundem ſolis,unde orſi eſſent, plenis annorum ſpatijs dies congruerent. ‖ Vigeſimo anno habent omnes ſcripti libri, quos ego legerim, quos Rhenanus, quos Glareanus, quos Pabellicus, quos Nannius, quos Faernus. quod Robortellus non infitiatur, & tamen legendum putat, Vigeſimo quarto quoque anno.

Ego uero; cum incredibilem hunc librorum conſenſum religioſe obſeruandum eſſe ducerem, dandam mihi operam eſſe arbitratus ſum, ut, Vigeſimo quoque anno, ſeruarem. ſeruatur autem, ſi dicamus. Numam annum inſtituiſſe dierum CCCLIIII; non CCCLV. Itaque cum Plutarchum auctorem haberem, qui, dum hanc anni a Numa factam deſcriptionem tradit, hunc numerum tradit, non dubitaui, quin; Vigeſimo quoque, retinerem, ac Vigeſimo quoque quarto,quod iam in libros audacius inualerat,exturbarem. Hic inſtat Robortellus, & ait; Numam Macrobio, & Cenſorino auctoribus dierum annum primum CCCLIIII ordinaſſe, deinde in honorem imparis numeri diem addidiſſe, ita ut eſſet dierum CCCLV. qua ratione docent illi effectum eſſe,ut uigeſimo quoque quarto anno dies congruerent. Confiteor hunc eſſe Macrobij, & Cenſorini doctrinam, ut uigeſimo quoque quarto anno habita diei in honorem imparis numeri additi ratione dies conuenirent. ſed ijdem etiam rationem, quaſi intento ad locum digito, indicant, qua facile ueterem Liuij lectionem, & Plutarchi auctoritatem defendas. Etenim, cum Numa annum primum fecerit dierum CCCLIIII, poſt autem diem addiderit, coniectura probabile eſt, ipſum aut additi ab ſe diei oblitum eſſe, aut certe unius diei in ſupputando rationem non habuiſſe. Quod ſubindicant haec uerba Macrobij, ubi de Numa loquitur:
» Hunc ergo ordinem Romanis quoque
» imitari placuit. quippe fugit eos, diem unum (ſicut ſupra demonſtrauimus)
» additum a ſe ad graecum numerum in honorem imparis numeri. ea re per o-
» ctennium conuenire numerus, atque ordo non poterat. ſed nondum hoc er-
» rore comperto, per octo annos nonaginta quaſi ſuperfundebant dies, alter-
» nisq. annis binos, & uicenos, alternis ternos, uicenosque intercalares expen-
» ſabant intercalationibus quattuor. &c.
Item Cenſorinus. Numam etiam non omnino ſcite inſtituiſſe annum docet Plutarchus, cum ait. ἥψατο δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν πραγματείας οὔτι ἀκριβῶς, οὔτε παντάπασιν ἀθεωρήτως. et paullo poſt. καὶ τοῦτο μὲν αὐτῷ τὸ ἴαμα τῆς

ἀνωμα-

ἀνωμαλίας μείζονος ἔμελλεν ἰαμάτων δεήσεσθαι. Si ergo errorem in numerando ſuum non uidit Numa, ſed credidit rectam a ſe annorum rationem eſſe initam, profecto apparet ipſum imparem numerum, quem poſtremo adiecerat, non reſpexiſſe. neque hoc Liuij erratum, ſed Numae fuiſſe, neque a Liuio rationem eius ſummae, ſed a Numa exigendam eſſe; Liuium autem, & Plutarchum multum uidiſſe, qui rem, ut acta eſt, litterarum monumentis prodiderint, eos uero plane caecos eſſe, qui cum ipſi ſemitam non uideant, alijs uiam, quam ingrediantur, ſe oſtenſuros eſſe profiteantur. Faernus certe mihi eſt aſſenſus.

» ET ſoli Fidei ſolenne inſtituit; In haec ego: Si in quibuſdam ſcriptis eſt,
» (ut audio) Et ſimul fidei, non improbo. Contra Robortellus. Ego, Soli, le-
» gendum puto, quia non inſtituerat alijs dijs ſolenne ſacrũ. ideſt anniuerſarium.
Deinde de uoce ſolenni exempla, quaſi id negetur, aut non ab omnibus, illo excepto, ſciatur. Vt facilius ea, quae dicam intelligantur, recitabo locum Li-
uij integrum: Camoenis eum lucrum ſacrauit, quod earum ſibi concilia cum
» coniuge ſua Egeria eſſent, & ſoli Fidei ſolenne inſtituit. Ego, quia, Soli Fi-
» dei ſolenne inſtitutum ait: ſi uera narrentur a doctis, quos aliquando de litte-
» ris differentes audiui, in aliquot ſcriptis legi, Et ſimul fidei, malim ita: Lucum
» Camoenis ſacrauit, & ſimul Fidei ſolenne inſtituit. Hoc rodit Robortellus. quam auide? primum, ſolenne dicitur anniuerſarium, Varrone, Virgilio, Liuio auctoribus. ſcio. Soli autem Fidei legendum, quia non alijs dijs ſolenne inſtituerat, id eſt anniuerſarium. Videte ergo, quibus ſe laqueis irretiat Robortellus, & quibus ſe anguſtijs, in angulo huius diſputationis extremo, concludat, ut hiſtoriae notitia iuguletur, & ſe nihil ſcire fateri cogatur. Si demonſtraro, alijs etiam dijs Numam ſolenne inſtituiſſe, id eſt, anniuerſarium, profecto ipſe ſe nihil in hoc genere ſcire confiteatur neceſſe eſt. Confitebitur autem. neque enim pugnax eſt. et iam id ita eſſe pro certo habet. iam tum, cum ſcribebat in me, non credebat. puerum enim me putabat, nunc uirum expertus eſt. Scribit Dionyſius Numam Terminalia diem feſtum Termino deo inſtituiſſe, eique ſacrum non ſolenne ſolum, ſed etiam ſtatum conſecraſſe. Idem ſcribit Fidei quoque ſacrificia publica, ut etiam alijs dijs, ordinaſſe. afferam uerba, ne fingere uidear: ἱερὰς ἀπέδειξεν ὁρίων θεῶν τοὺς λίθους, καὶ θυσίας ἔταξεν αὐτοῖς ἐπιτελεῖν ἅπαντας ἡμέρᾳ τακτῇ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὸν τόπον συνερχομένους, ἑορτὴν ἐν τοῖς πάνυ τιμίαν καὶ τὴν τῶν ὁρίων θεῶν καταστησάμενος. ταύτην ῥωμαῖοι τερμινάλια καλοῦσιν. & poſt. πρῶτος ἀνθρώπων ἱερὸν ἱδρύσατο πίστεως δημοσίας, καὶ θυσίας αὐτῇ κατεστήσατο, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς δημοτελεῖς. Dic Robortelle, quid eſt, quod ait, Numam inſtituiſſe Termino θυσίας ἡμέρᾳ τακτῇ κατ' ἐνιαυτόν, niſi ſacra ſtata, & ſolennia, id eſt, quae certo die, quotannis celebrarentur? Aude nunc dicere, ſoli Fidei ſolenne inſtitutum, alijs dijs non item, & meam emendationem eo nomine labefactare.

» Venio ad METIVM de quo tu ita: Fuffetium etiam ſcribendum cenſet, &
» ita imprimi iuſsit in ſuo, quia φουφέτιον uidet ſcribit ab Halicarnaſſeo. Sed cur
» non Bubetium etiam ſcribit Sigonius ſecutus Plutarchum, qui ſcribit ubique
» βουβέτιον. cur Halicarnaſſeum potius, quam Plutarchum ſequitur? Haec ille.
Ego primum quid ſcripſerim indicabo, deinde quae ſcripſerim confirmabo. De Fuffetio ita ego ſcripſi in ſcholijs Liuianis libro primo. ALBANI ME-

„ TIVM SVFETIVM CREANT.) Lege Fufetium. nam Dionyſius habet φουφέτιος,
„ Plutarchus in libro τῶν παραλλήλων μέτιον φυφέττιον appellat. Eodem modo Q. Fufius
„ Calenus, non Fuſius, ut uulgo, uocandus eſt. Quod ex Capitolino eius
„ conſulatu, & graeco Dionis libro intelligi poteſt. Haec ego tum. His nunc
adijcere poſſum, habere me aliquot etiam Valerij Maximi exemplaria ſcripta,
in quibus ſit, Fufetius, non Sufetius. Libet autem hic Pierij Valeriani uiri do-
ctiſsimi iudicium, ac teſtimonium de Metio, & Fufetio afferre, ut ipſe, dum
haec reprehendis, quantum in obſeruatione antiquitatis ualeas, aliquando in
telligas, atque ubi intellexeris, ſtudioſius aliorum, & maxime uetera monu-
„ menta perluſtres, & perlegas. Pierij in VIII Aeneidos uerba ſunt haec. Citae
„ Metium in diuerſa quadrigae diſtulerant) Antiqui omnes codices, quotquot
„ habui Metum legunt dictione biſyllaba, quam alibi unico T, alibi geminato
„ repperias. mutilatamq. eſſe dictionem cauſſa metri Seruius ait, dum ipſe quo
„ que Metum biſyllabum agnoſcit. ſane Mettius duplicato T T pluribus locis
„ in ueterum monumentis ſcriptum animaduerti, Placentiae in D. Paulli tem-
„ plo. L. METTIVS. L. F. duobus T T notatum eſt. et Romae in aedibus
„ Pauli Plancae legere eſt, Q. METTIO, & P. METTIO. tametſi non igno-
„ rem, & Metia, & Metius unico T alibi notatum. utcumque uero primam in eo
„ ſyllabam produci uolunt. Sed enim hic minime praeterire poſſum, quod per-
„ uulgato errore in Liuianis codicibus, & alibi paſsim Metius Sufetius per S
„ prima littera ſcriptum eſt, cum dubio procul Fuffetius per F ſit ſcribendum.
„ ita enim apud Dionyſium Halicarnaſſeum, & Graecos alios inuenias φουφέτιος.
„ Praeterea, ſi qui noluerint Graecis adhibere fidem, oſtendit mihi Ianus Par-
„ rhaſius uir utraque lingua eruditiſsimus T. Liuij codicem ueſtutate uenera-
„ bilem, in quo Fufetius ſcriptum erat prima littera per F non per S. quem qui
„ dem codicem nomina quaedam ſpecioſa Vindicianus, Nicomachus Dexter,
„ & Victorianus ſe emendaſſe adſcripſerunt, idque in Symmachorum gratiam ſe
„ feciſſe profeſsi ſunt. Ad haec & Nonij Marcelli uetuſtum codicem protulit, &
„ alios quoſdam auctores, in quibus eodem modo Mettius Fufetius ſcriptum
„ habebatur. Aiunt praeterea Pomponium Laetum, totius antiquitatis uirum
„ obſeruantiſsimum, qui ſuperiori aetate in Ro. gymnaſio primas obtinuit, ſae-
„ pius inclamare ſolitum, Fufetius dicendum. Haec Pierius. Quae ſi tu legiſ-
ſes, aut niſi uiri huius, immo horum auctoritatem, ut aliorum omnium, con-
tempſiſſes, numquam me, quod pro Sufetio Fufetium repoſuiſſem, ut incre-
pares, in animum induxiſſes. Ex his autem illud intelligi poteſt, primam ſyl-
labam Metij apud Virgilium longam eſſe. cum tamen tu breuem eſſe exiſti-
mes, cum ais, falſum eſſe, quod Mettius duob. T T ſcribi debeat, idque ex
uerſu Virgiliano oſtendi. Haud procul inde citae Mettium in diuerſa quadri-
gae. quomodo enim breuis ea ſyllaba eſſe poteſt in Metum, quem Seruius at
teſtantibus omnibus antiquis libris agnoſcit. deinde quid in tanto ueterum
librorum, doctorumq. hominum conſenſu de Fufetio reſpondebis, quem ubi
que a Plutarcho σουφέττιον nominari ais, idq. falſo, nam in libro quem protuli
τῶν παραλλήλων φυφέττιον, idq. ut apparet, littera una mendoſa appellat? quam hinc
ridicula eſſe illa uidentur, quae profers, Σουβέτιος, Ζουδίτιος Fufetius, Zfetius, Su-
fetius.

ſetius. at inquis erat etiam magiſtratus Carthagine, qui Punica lingue Suffetes dicebatur. ergo non inuſitata erat talis pronunciandi, & ſcribendi ratio. quid? ergo Albani, aut Romani linguam ſuam Carthagine uſque duxerunt? & Romana dicendi ratio ex Punica ipſa petita eſt? O prudentiam hominis incredibilem.

» Sic eat quaecumque Romana lugebit hoſtem.] Robortellus ita: Emen-
» dant iſti. Quaecumque Romanum lugebit hoſtem. nec ſentiunt tolli omnem
» uim ex eo dicto. Audi Robortelle, quid dicam? Antea legebatur, Romanum;
ut etiam in pleriſque, quos olim inſpexi, ſcriptis, & nunc etiam in Mureti li-
bro, animaduerti. Rhenanus autem unius libri auctoritate adductus, Roma-
na repoſuit. Romana tibi, mihi Romanum magis placet. tibi uis dicti poſita
uidetur in Romana, mihi in Romanum hoſtem. cupit enim Horatius ſororis
percuſſor, quamcumque mulierem, quae Romanum luget hoſtem, non Ro-
manam modo, ſed etiam peregrinam eiuſmodi morte multari. ita enim ſupra
» etiã Romulus: Sic denique quicumque alius tranſiliet moenia mea, dictitans
» Remum interfecit. EXEMPLI parum memoris legum Romanarum] Ro-
» bortellus ita: Emendant iſti noui correctores, Humanarum, etſi omnes ita ha
» bent impreſsi etiam Melchioris Seſſae, & afferunt locum Varronis ex Nonio.
» Metium Suffetium propter perfidiam interfecit plane imperioſius, quam hu-
» manius. cum ſit ibi legendum immanius. Ad haec dico mea uerba in hunc lo-
» cum haec eſſe. Emendat Rhenanus Romanarum pro Humanarum, quod non
» placet. nam & a ueteribus libris diſsidet, & a Varrone, qui ita ſcribit lib. pri-
» mo de uita populi R. ut eſt apud Noniũ. Metium Fuffetium propter perfidiã
» interfecit paene imperioſius, quã humanius. Quid ad haec Robortellus? Quid
aliud, niſi ſuũ illud, Legẽdum eſt Romanarũ, Legendũ, immanius. cur? quia ipſe dixit. iam enim hoc conſecutus eſt Robortellus, ut auditores eius de ſe, ut Pythagorei quondam de Pythagora, exiſtiment. quae ſunt iſtae pectoris tui anguſtiae, quae animi egeſtas Robortelle, ut nihil probare, nihil refellere poſſis, niſi omnia ſtatim corrumpas? ſemper hic erro, corrigas uolui dicere. non uides ſenſum? oſtendo. Metium ait corporis membris in diuerſas partes diſtractis necatum a Romano rege exemplo parum memore legum humanarum, id eſt crudeliſsime, atque immaniſsime. neque enim hominem in alterum hominem adeo ſaeuire leges ipſae humanitatis permittunt. unde dixit Varro interfectum illum a rege paene imperioſius, quam humanius. tu uero immanius; id eſt crudelius legis. quid? tu nullam exſtitiſſe crudelitatem in hac nece Metij putas? at quae maior eſſe potuit immanitas? tu miſeram illam membrorum diſtractionem atrocitatis nihil habere exiſtimas? credo. neque enim ea immanitate eſſes, ut Liuium, ut Plinium, ut omnes, ſummus praeſertim auctor humanitatis, tam inhumane dilaniares. Quod ſi Legum Romanarum legas, dic, quae tum erant de ſupplicijs latae leges, cum inſtitutis potius, & moribus populus, quam legibus, teneretur? ut eo primum anno lex de caede conſtituta a rege ſit.

EX

EX . LIBRO . SECVNDO

AD haec uiſa, auditaque clamor ingens oritur. non tam
in foro ſe tumultus continet, ſed paſsim tota urbe nexu
uincti, ſolutique ſe undique in publicum proripiunt.]
Ego emendaui, Nexi uincti, ſolutique. Nexus autem, ut
inquit Varro, eſt is, qui liber ſuas operas in ſeruitute dat
alteri pro pecunia, quam debet, donec ſoluerit credito-
ri. Nexorum autem duorum genera fuerunt, unũ eorum,
qui inuiti ſeruirent, alterum, qui uolentes. quorum illi uincti, hi ſoluti dicun-
tur. Inuitos ſeruiſſe multos oſtendit ſeditio, de qua hoc loco Liuius. Volen-
tes alios, idem libro VIII. cum inquit. Cui cum ſe C. Publilius ob aes alie-
» num paternum nexum dediſſet. Hic nexos accepit pro ijs, qui operam ſuam
» praeſtarent pro pecunia quam deberent. Quos Zonaras, ubi de hac re loqui-
tur, τοὺς ἐξ ὑπερημερίας κρατουμένους uocat, ideſt, qui, quod ad praeſcriptam diem non ſol
uiſſent, in poteſtate eſſent. Quod Liuius dixit lib X. Inire nexum. Etſi uncia-
» rio fenore facto leuata uſura erat, ſorte ipſa obruebantur inopes, nexumque
» inibant. Non omnes autem nexos in uinculis a creditoribus habitos eſſe, o-
» ſtendit idem hoc loco cum ait: Hoc propoſito edicto, & qui aderant nexi pro
» fiteri extemplo nomina, & undique ex tota urbe proripientium ſe ex priuato,
» cum retinendi creditori ius non eſſet, concurſus in forum fieri. Nam ſi nexi,
» aliquot, tum cum edictum propoſitum eſt, in foro aderant, ergo non in uin-
culis erant. Robortellus autem ueterem lectionem retinet, Nexu uincti. at-
que ita Liuium dixiſſe ait, quomodo Cicero pro Murena, Nexu obligati:
In ijs rebus, quae mancipi ſunt, is periculum iudicij preſtare debet, qui ſe ne-
» xu obligauit. Ego uero dico aliud eſſe, Nexu obligari, & aliquid nexu &, man-
» cipio noſtrum eſſe, quod ille praeter rem, ut ſolet omnia, profert, atque id de
quo agimus. quemadmodum in primo de iure ciuium R. docui. Cum autem
ipſe exponat nexu uinctos, id eſt, qui corpus ob aes alienum tradiderant cre-
ditori in ſeruitium, quaerit a me, quo modo, ſi uincti erant, potuerint in publi-
cum procurrere, neque attendit ſeditionem eam exarſiſſe, quod acerbius in
ergaſtulis tractarentur, & ſe eadem difficultate urgeri. dico uero euaſiſſe e uin
culis, quomodo C. Publilius libro octauo e compedibus Papirij feneratoris
euaſit. Quamobrem quod addit, me corrupiſſe Liuium in pluribus, quam
mille & ſexcentis locis, & ſe id propediem patefacturum, mallem ab eo conſi-
deratius eſſe dictum. quis enim ei fidem eſt habiturus, praeter Glareanum,
cum uideat, eum ex tanto numero uix quindecim tentare auſum eſſe?

A. POSTVMIVS Dictator.] Dictatori A. Poſtumio Albo bello Latino ad lacum Regillum magiſtrum equitum fuiſſe T. Aebutium Eluam Liuius & Dionyſius auctores ſunt. cum autem ego Florum pro Aebutio Coſſum profiteri uiderem, notaui id ipſum in commentario Faſtorum. Hic Robortellus, Flori patronus, me reprehendit, quod cum notauerim, & ait putare ſe uocem illam, COSSVM, ex uerbis Flori eſſe tollendam, irrepſiſſe enim ex gloſſemate alicuius imperiti. Bona tua uenia dicam Robortelle, nimis ſtudioſius es an-

tiquitatis. neque enim me pateris ueteris cuiuſquam ineptias indicare. Vnde tuus iſte in ueteres amor tam repentinus? Iniquis dij malefaciant, qui te quotidie optimum, & uetuſtiſsimum quemque auctorem maledictis figere nunciant. niſi forte hanc caſtigandae antiquitatis laudem tu ſolus appetis, ac tibi depoſcis. Ego uero, cum nondum haec tua emendandorum librorum ars eſſet edita, qua tu quamcumq. uocem tollendi, reponendi, mutandi pro arbitratu facultatem concedis, cum in ſcriptis, impreſsisq. Flori libris Coſſum eſſe uiderem, nec poſſe quamcumque uocem temere deleri demens putarem, dixi decipi Florum. Nunc ſi tollitur uox Coſſus, nihil dico. An autem tolli debeat, tibi, qui id affirmas, etiam, atque etiam cogitandum eſſe cenſeo. Sic enim loquitur Florus: Coſſus equitum magiſter exuere frenos imperauit, (& hoc nouum,) quo acrius incurrerent. At nihil tale de Aebutio magiſtro equitum Liuius, nihil Dionyſius. unde ergo hoc ſumpſit Florus? nimirum ab Cornelio Coſſo, qui poſt fuit magiſter equitum M. Aemilio Mamercino dictatori, bello, ut opinor, Fidenati. de quo ita Liuius: Magiſter equitum Coſſus, frenos ut detrahant equis, imperat. Si ergo apparet Florum memoriae uitio lapſum, qui Coſſum detrahendorum equis frenorum auctorem dictatori Poſtumio magiſtrũ equitum addat, qui Aemilio fuit, cur corrigendus eſt potius Florus, quam notandus? non enim uitium eſt tantum in nomine magiſtri, ſed in conſilio, quod ne hoc quidem in bello adhibitum eſt. At equitum, inquis, hoc etiam in bello egregia opera fuit. nam dictator, auctore Liuio, equites equis deſcendere, & pugnam inire iuſsit. Primum non eſt idem, detractis equorum frenis effuſo impetu in hoſté incurrere, & dimiſsis equis pedeſtrem pugnam capeſſere. deinde illud fuiſſe magiſtri equitum conſilium traditur, hoc dictatoris mandatum. Si ergo neque Coſſus hoc in bello magiſter equitum fuit, neque illud Coſsi conſilium hoc in bello uſurpatum eſt, apparet non librarij, ſed Flori uitio Coſſum Poſtumio dictatori magiſtrum equitum eſſe adiectum. Hoc errore poſito, ita ſcripſi: Idem ſentit is, qui de uiris illuſtribus tradidit, cum Coſsi ſtratagema illud exponit, de quo Liuius in an. CCXXVII. quorum uerborum haec ſententia eſt. Si auctor libri de uiris illuſtribus magiſtrum equitum dictatoris Poſtumij equis frenos detrahi iuſsiſſe ait, ergo idem ſentit, quod Florus, Coſſum Poſtumio magiſtrum equitum fuiſſe. nam Liuius poſt alio bello Coſſum huius auctorem conſilij facit. Nunc ille me ita reprehendit: Falſa refert Sigonius, nam auctor de uiris illuſtribus Coſsi non facit mentionem ullam. Robortelle ſi eo acumine ingenij es, ut ſenſum meorum uerborum planiſsimum non percipias, cur ea modeſtia es, ut falſa me retuliſſe falſo ſcribas? ego ne ſcripſi auctorem illum Coſſum nominaſſe, an ſignificaſſe?

TRES fuere ſententiae. P. Virginius rem non uulgabat, de ijs tantum, qui fidem ſecuti P. Seruilij cos. Volſco, Sabino, Auruncoq. militaſſent bello, agendum cenſebat; T. Lartius totam plebem aere alieno eſſe demerſam, nec ſiſti poſſe, ni omnibus conſulatur. Ap. Claudius & natura immitis, & efferatus: Agedum, inquit, dictatorem, a quo prouocatio non eſt, creemus. iam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor. pulſet tum mihi lictoré, qui ſciat ius de tergo, uitaq. penes unum illum eſſe, cuius maieſtatem uiolauit;

Ex his

Ex his uerbis apparet tres ſententias eſſe dictas de plebe ob aes alienum militiam detrectante, unam a Virginio, qui parti plebis ſatisfaciendum eſſe cenſebat; alteram a Lartio, qui omnibus; tertiam ab Appio, qui nemini. Quid de his ſententijs iudicatum ſit, deinceps exponit Liuius, ſed ea uerba aliter ab alijs interpuncta diuerſam edunt ſententiam. Sic legit Rhenanus: Multis, ut erat, horrida, & atrox uidebatur Appij ſententia, rurſus Virginij, Lartijque exemplo haud ſalubres. utique Lartij putabant ſententiam, quae totam fidem tolleret; medium maxime, & moderatum utroque conſilium Virginij habebatur. cuius lectionis hic eſt ſenſus. Appij horrida, & atrox ſententia, rurſus Virginij, Lartijq. ſententiae exemplo haud ſalubres uidebantur. utique Lartij putabant ſententiam, quae omnem fidem tolleret. medium maxime habebatur Virginij ingenium. Quam lectionem ego non probaui, quia ſequitur, ut Virginij ſententiam primo uituperet, cum ait exemplo haud ſalubrem fuiſſe, deinde laudet, cum ait: moderatum utroque Virginij conſilium habitum eſſe. & ut bis de ea, & Lartij ſententia iudicet. Ea cauſſa fecit, ut meliorem multo eam eſſe lectionem duxerim, quam ego in aliquot ſcriptis libris repperi, hoc modo: Multis, ut erat, horrida atque atrox uidebatur Appij ſententia, rurſus Virginij, Vetuſijq. exemplo pernicioſa. Haud ſalubrem utique Lartij putabant ſententiam, quae totam & c. hoc ſenſu. Appij ſententia horrida, & atrox uidebatur, & eadem rurſus Virginij, Vetuſijq. exemplo pernicioſa. Lartij ſententiam haud ſalubrem exemplo putabant. Virginij moderatum utroque habebatur ingenium. Quod autem ait, perniciosam Appij ſententiam uiſam Virginij, Vetuſijq. exemplo, conſules, qui tum erant, intelligit, qui cum cogere, ut Appius cenſebat, plebem in bellum uoluiſſent, nihil profecerant, atque conſularis maieſtatis ius imminuerant. Sic enim ſcribit Liuius: Redeunt in tribunal conſules, citari nominatim unum ex ijs, qui in conſpectu erant, dedita opera iubent. cum ſtaret tacitus, & circa eum aliquot hominum, ne forte uiolaretur, conſtitiſſet globus, lictorem ad eum conſules mittunt. quo repulſo, tum uero indignum facinus eſſe clamitantes, qui patrum conſulibus aderant, deuolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent. Sed ab lictore nihil aliud, quam prehendere prohibito, cum conuerſus in patres impetus eſſet, conſulum intercurſu rixa ſedata eſt. Apparet ergo, ut Appij ſententia atrox eſſet, cum animaduerti uellet in detrectantem militiam plebem, & ut perniciosa, Virginij, Vetuſijq. conſulum exemplo, qui id cum ſumma patrum ignominia fruſtra tentauerant. Hanc autem lectionem uituperat Robortellus duabus rationibus. primum, quod ex coniectura pro Lartij Vetuſij repoſui. id quod fateor. Sed id librarij uitium fuiſſe inde ſuſpicor, quod uox Lartij ſtatim ſubſequitur, ad quam ille reſpiciens pro Vetuſij, Lartij ſcripſit. Id autem hoc nouum ei uideri demiror, qui artem addendi, adimendi, mutandiq. ad arbitrium edidit. deinde, quod formulam loquendi Liuianam non agnouerim, quam formulam repraeſentari lectione, quam ipſe protulit, ait: ea uero eſt haec: Multis, ut erat, horrida, atque atrox Appij ſententia uidebatur, rurſus Virginij, Lartijq. exemplo haud ſalubrem utique Lartij putabant ſententiam, quae & c. Eſt autem, inquit, loquendi ratio eleganter per colle-

ctionem

ctionem primo, mox per diſtributionem, perplexa quidem & obliqua, ſed apta ad orationem grandem conficiendam. Ego autem, ubi attente hanc dicendi formulam, atque ea, quae citat, exempla conſideraui, alieniſsimam, & minime ferendam ſententiam ex hac promi lectione inueni. Exempla autem eius hanc habent uim, ut collectio ſuum habeat uerbum, & diſtributio fere
» ſuum. ut illud Ariſtotelis: γενομένης οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς καὶ αὐτὴ, καὶ κωμῳδία, ἡ μὲν ἀπὸ
» τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ ἐξαρχόντων. et Virgilij illud: Eam circum
» Mileſia uellera nymphae Carpebant, Drymoq. Xanthoq. &c. Cydippeq.
» & flaua Lycorias, altera uirgo, altetera tum primos Lucinae experta labores.
» Item: Compulerantq. greges Corydon, & Tyrſis in unum Tyrſis, oues,
» Corydon diſtentas lacte capellas. Item:
» Et manibus iam tangeret æquis.
» Laeua aciem ferri, dextra, neruoq. papillam. Item:
» Iamque neci Sthenelumq. dedit; Tamyrimq. Polumq.
» Hunc congreſſus, & hunc, illum eminus. Item:
» Hunc illa exceptum tranſijcit;
» Protinus Orſilochum, & Buten duo maxima Teucrum
» Corpora: ſed Buten aduerſo cuſpide figit.
» Orſilochum fugiens. Item:
» Prolem Dolicaonis Hebrum ſternit humi, cum quo Latagum, Palmumq. fugacem. Sed Latagum ſaxo, atque ingenti fragmine montis Occupat, os, faciemq. aduerſam, poplite Palmum Succiſo uolui ſegnem ſinit. Item:
» Interea bijugis infert ſe Lucagus albis
» In medios fraterq. Liger, ſed frater habenis
» Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem. Item:
» Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in aruis &c.

Habet ergo in his exemplis collectio uerbum ſuum, plerumque etiam diſtributio. numquam autem eſt ſine proprio uerbo collectio. At in hac oratione Liuiana, quam his Virgilianis ſimilem eſſe uis, collectio nullum habet uerbum, niſi ex ſuperiore membro alienum aſſumat, hoc modo. » Appij horrida, » & atrox ſententia uidebatur. rurſus Virginij, Lartijq. ſubaudi, ſententia horrida, & atrox uidebatur. haec enim collectio illa eſt, de qua dicit Robortellus. cui ſubſequens eſt diſtributio ſuo ornata uerbo. » exemplo haud ſalubrem » putabant Lartij ſententiam, Virginij moderatum utroque conſilium habebatur. » Quod ſi collectio proprio caret uerbo, nihil eum haec exempla ad hanc emendationẽ inferendam adiuuãt, immo omnia ſuperuacanea ſunt; ſi ex ſuperiore membro, (non enim ex inferiore poteſt. quod exempla Virgiliana demonſttant) alienum uerbum mutuatur, dico alieniſsimam, & foediſsimam ſententiam inferri. ut aeque atrocem, & horridam Virginij, & Lartij ſententiam appellet, qui aut parti, aut omnibus ſatisfaciebant, atque Appij, qui nemini, & qui dictaturae terrore in terga plebis dicto non audientis minabatur. adde etiam expoſitionem illam Liuij alieniſsimam. Cur enim horrida & atrox Lartij ſententia? quia exemplo haud ſalubris, quia tollebat omnem fidem. Cur Virginij? quia moderatum utroque ingenium erat: O Liuium ſtultum, ſi haec

uoluiſti; ſapientem Robortellum, ſi hoc eum uoluiſſe credidiſti. Ergo aut exempla tibi meliora, atque aptiora quaerenda ſunt Robortelle, aut mea lectio, quam improbas, approbanda.

ITA tribuni plebeij creati duo, C. Licinius, & L. Albinus. hi tres collegas ſibi creauerunt. in his Sicinium fuiſſe ſeditionis auctorem. de duobus, qui fuerint, minus conuenit. ſunt qui duos tantum in Sacto monte creatos tribunos dicunt. } Hic ille me inſimulat, quod haec nomina non emendauerim. eſſe enim ea a librarijs corrupta. et pro C. Licinio reponendum eſſe C. Sicinium, pro L. Albino L. Iunium. Adducitur autem Dionyſij, Plutarchi, Pediani, & aliorum, quos ipſe commemorauit, auctoritate, qui inter duos primos tribunos pl. ſummo conſenſu C. Sicinium Bellutum ſeditionis auctorem, & L. Iunium Brutum referunt. Eſt autem illud ridiculum, quod in quo me iniuſte reprehendit, iure reprehendendus ipſe eſt. Hoc autem ita eſſe demonſtremus. Recitat Liuius duas opiniones de primis tribunis pl. unam, quae fuit, quinque primum creatos tribunos; alteram, quae duos tantum. Ex quinque nominat ſolum tres, C. Licinium, L. Albinium, C. Sicinium ſeditionis auctorem. de duobus, qui fuerint, ait non conuenire. Ille uero pro C. Licinio C. Sicinium reponit. quam conſiderate, non attinet dicere. ita enim fit, ut C. Licinium honore iniuſte depellat, C. Sicinium bis nominet. Erit enim idem primus, & tertius apud Liuium tribunus pl. C. Sicinius ſeditionis auctor, quo nihil ne cogitari quidem poteſt abſurdius. Spoliat autem honore C. Licinium indigne, cum Dionyſius inter primos quinque tribunos pl. duos Licinios numeret Caium, & Publium, & praeterea C. Sicinium Bellutum ſeditionis auctorem cum L. Iunio Bruto, & C. Icilio Ruga. Eſt ergo hoc prudentiae, quod uidendum erat, non animaduertiſſe; probitatis autem, amicum, quem laudare debebat, ſine ratione aſperius appellaſſe. Praeterea pro L. Iunium reponit maxime ex Pediano, qui de duobus tribunis pl. Liuium citat auctorem, & duos primos tribunos plebis nominat, L. Iunium Paterculum, & C. Sicinium Bellutum. Cui ego reſpondeo, non iccirco quia Pedianus auctorem profitetur Liuium in numero, etiam eum citat in nomine tribunorum.
» Sic enim ait: Sunt, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, po-
» nant, inter quos Tuditanus, & Pomponius Atticus, Liuiusq. noſter. Idem
» hic & Tuditanus adijciunt, tres praeterea ab illis duobus collegas creatos
» eſſe. Nomina duorum ſunt haec, qui primi creati traduntur, C. Sicinius L. F.
» Bellutus, L. Iunius C. F. Paterculus. Haec ille. Ex Liuio autem non eſſe ſumpta haec nomina patet, quod Liuius inter primos duos C. Licinium, ut dixi, numerauit, non C. Sicinium, quem tertio loco ſtatuit. Si ergo in eo aperte diſcrepat, cur non poteſt etiam in altero? praeſertim ueteribus libris omnibus aperte L. Albinum, non L. Iunium profitentibus? Accedit, quod nulla cauſſa eſt, cur potius apud Liuium L. Iunius ex Pediano reponendus ſit, quam ex Liuio apud Pedianum L. Albinius. Veteres enim libri Pediani olim impreſsi habent, Lauinius Paterculus, ut tam facile reſtitui poſsit pro Lauinius L. Aluinius, quam L. Iunius. immo uero etiam facilius illud, quam hoc. Nam Paterculum nuſquam alias Iunijs cognomen fuiſſe accepimus, & hunc L. Iu-

nium

nium tribunum pl. de quo agimus, omnes praeter Pedianum, Bruti cognomine afficiunt. ut Paterculus Albiniorum eſſe cognomen uideatur, & potius apud Pedianum ex Liuio reponendus ſit L. Albinius, quam apud Liuium ex Pediano L. Iunius. Hoc ita eſſe apparet etiam ex tertio libro, ubi de tribunis pl. refectis poſt Xuirum abrogationem loquitur. inter eos enim C. Sicinium creatum ait, progeniem eius Sicinij, quem primum tribunum pl. creatum eſſe in Sacro monte memoriae proditum eſt. ut cum de duobus primis tribunis pl. in Sacro monte creatis loquimur, quae fuit altera a Liuio tradita opinio, uel C. Sicinium, & L. Iunium, uel C. Licinium, & L. Albinium, ſtatuere debeamus, neque aliquid apud Liuium immutandum ſit. Quamobrem gratulor T. Liuio, uereq; gratulor, qui non te Robortelle emendatorem adeptus ſit: neque enim ulla ueræ lectionis, aut germanae antiquitatis ueſtigia apud eum, quae tua eſt ſcientia, atque prudentia, reliquiſſes.

Corvntibvsqve Etruſcis Fabij iam continenti agmine armatorũ ſaepti, quo magis ſe hoſtis inferebat, cogebantur breuiore ſpatio & ipſi orbem colligere, quae res & paucitatem eorum inſignem, & multitudinem Etruſcorum multiplicatis in arto ordinibus faciebat. Huius loci hunc ſenſum eſſe ego in ſcholijs ſcripſi: Aciem, quo breuiore in ſpatio cogitur, & orbem colligit, eo plures ordines habere; quo maiore in ſpatio explicatur, eo pauciores. In haec uero ille ita: Ego quale ſit hoc, quod Sigonius profert, non percipio, nec ullum puto eſſe, qui percipere poſſit. imo uero longe ſecus ſe res habet. quo enim breuiore in ſpacio cogitur acies, eo pauciores ordines eſſe neceſſe eſt. quo autem maiore in ſpacio explicatur, eo plures. Sed Sigonius Liuij uerba non intelligit. Multiplicatis enim cum dixit, idem eſt, ac ſi dixiſſet, condenſatis, ut ſit ſententia. Multiplicatis in arto ordinibus, id eſt, denſatis, factum eſt, ut Fabij, qui erant CCC tantum, pauciores uiderentur; hoſtes uero, qui plurimi erant, & ante diſperſi fuerant, uidebanturq. pauci, poſtquam in unũ collecti ſunt breuiore ſpatio, plures uidebantur. Verum rem totam explicat Aelianus in libro de acie more Graecorum inſtruenda, [illegible] διπλασιάζεσθαι ἡ φάλαγξ, ἢ ἀριθμῷ, ἢ τόπῳ. Ego uero miror, cur, quod ipſe ſe negat intelligere, reprehendat. Quid autem, cum id ſcripſi, ſpectarim, demonſtrabo. Multiplicari in arto ordines intellexi, augeri non magnitudine, ſed numero. Secutus autem ſum ſententiam illam Liuij lib. XLIII. Primo a mari circunfuſa turba amicorum, ac ſatellitum procedebat, deinde extenuabant paullatim anguſtiae agmen. Quo ergo magis ab anguſtijs loci ordines extenuantur, eo plures fiunt. ut ſi XX ſint ordines, quorum ſinguli decem habeant milites, deinde anguſtijs loci compulſi non niſi quinque complecti poſſint, multiplicabuntur ordines, & erunt quadraginta, ſed tenuiores. atque hoc eſſe opinor διπλασιασμὸν κατὰ ἀριθμόν, de quo Aelianus in libro de aciebus inſtruendis. [illegible] τοῦτο διπλασιασμὸς ἀριθμοῦ ἐστιν. Id eſt, duplicatio perſonarum eſt; cum ex latitudine dimidiam partem militum in ordines coniectam cum reliquis inſtruemus in longitudinem, ut ordines ſint pro mille XXIIII, duo millia XLVIII. Atque hoc modo fit, ut haec multiplicatio ordinum, & pau-

citatem inſignem reddat, quia ordines exſiliores fiunt, & multitudinem inſignem, quia ordines plures euadunt. Itaque quod dixi breuiore ſpatio plures ordines fieri, refero tam ad Fabios, quam ad Etruſcos, quod dixi, maiore pauciores, ad nullos. Tu autem multiplicatis, pro condenſatis accipis, ac uis eandem condenſationem ordinum eos, qui pauci ſunt, reddere pauciores, qui multi, plures. ego uero contra putarem, ſi condenſati paucorum ordines pauciores uidentur, pari ratione & multorum non ita multos potius, quam plures uideri. Sed de hoc ſenſu indicent alij. Quod uero addis Liuium
» alio etiam loco, Duplicato centuriarum numero, dixiſſe pro condenſato, id eſt, magnitudine aucta, non numero, in eo etiam a te diſſentio. Verba Liuij ſunt libro primo, ubi de claſsium centurijs locutus eſt, eiuſmodi: Nec
» mirari oportet hunc ordinem, qui nunc eſt poſt expletas XXXV tribus, dupli-
» cato earum numero, centurijs iuniorum, ſeniorumq. ad inſtitutam ab Ser.
» Tullio ſummam non conuenire. quadrifariam enim urbe diuiſa, regionibus,
» collibusq. quae habitabantur partes, tribus eas appellauit. neq. hae tribus ad
» centuriarum diſtributionem quidquam pertinuere. Hic tu, Duplicato earum
» numero, interpretaris, Aucto, & condenſato centuriarum numero. Non
» enim, inquis, plures equitum centuriae factae ſunt, ſed eorum equitum, qui
» in ſingulis erant, numerus auctus eſt, & duplicatus. aliter enim intelligi locus
» ille non debet. O ſcientiam hominis admirabilem. Cur potius equitum
» numerum auctum interpretaris, quam peditum, cum uerſimile ſit, ſi creuerunt opes ciuitatis, ſi numerus ciuium auctus eſt, tam peditum, quam equitum numerum ſuccreuiſſe, id eſt, ut ipſe ais, centurias duplicatas, ac condenſatas eſſe? Qui ergo locus Robortelli iudicio, non aliter, quam ut ille dixit, intelligi debet, is Sigonij iudicio longe aliam ſententiam habet. Ego enim Duplicatum hoc etiam in loco ad numerum, non ad magnitudinem refero. & tribus omnes duplicatas intelligo ita, ut cum a Ser. Tullio factae eſſent XIX, poſt expletas quinque, & triginta tribus totidem & ferme acceſſerint, decem autem, & nouem tribus ab Ser. Tullio conſtitutam eſſe, docui in libris de iure ciuium Romanorum. Itaque uocem Earum ad tribus refero, non ad centurias, & Duplicato ad numerum, non ad magnitudinem, ut dimidio auctas eas exiſtimem, non condenſatas.

CONSVL lictorem ad tribunum, priuatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu.] Horum uerborum ut uis eſſet apertior, locum ego protuli ex quaeſtionibus Plutarchi, in quo ita ille ſcribit: διὰ τί περιπόρφυρον ὁ δήμαρχος οὐ φορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φορούντων; ἢ τὸ παράπαν οὐδ᾽ ἐστὶν ἄρχων. οὐδὲ γὰρ ῥαβδούχους ἔχουσιν, οὐδ᾽ ἐπὶ δίφρου καθήμενοι χρηματίζουσιν, οὐδ᾽ ἔτους ἀρχῇ καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες ἄρχοντες εἰσίασιν, οὐδὲ παύονται δικτάτορος αἱρεθέντος, ἀλλὰ πᾶσαν ἀρχὴν ἐκείνου μετατιθέντος εἰς ἑαυτὸν, αὐτοὶ μόνοι διαμένουσιν, ὥσπερ οὐκ ὄντες ἄρχοντες, ἀλλ᾽ ἑτέραν τινὰ τάξιν ἔχοντες. quorum uerborum ſententiam ita uerti. Cur cum purpura alij magiſtratus utantur, tribunus pl. non utitur? an quia tribunus pl. magiſtratus non eſt. neque enim ex ſella tribuni ius dicunt, neque principio anni, ut reliqui magiſtratus, ineunt, neque creato dictatore ſe abdicant, uerum omni tranſlato ad dictatorem imperio, ipſi tamen poteſtatem ſuam retinent, quaſi magiſtratus non ſint. Ex his uerbis duo arrodere conatus eſt Robortellus. unũ

quod

quod παύονται abdicant, alterum quod τιμήμασιν purpuram conuerterim. Verba
» eius haec ſunt: Falſum eſt, quod ait Sigonius, creato dictatore conſules abdica-
» re ſe ſolitos narrare Plutarchum. nam ipſe ait παύειν, quod non abdicare ſe, ſed in
» terim deſiſtere uti poteſtate, & iure ſuo, dum dictatoris eſt. Ex quo apparet, argumentationem eius hanc eſſe. Male Sigonius uertit apud Plutarchum, tribunos pl. creato dictatore non abdicaſſe, nam falſum eſt, conſules abdicaſſe creato dictatore. Non dico, quam aliena haec eius ratio ſit, quam inanis, quam ridicula. illud dico, me utrumque aperte demonſtraturum, & παύεσθαι apud Plutarchum eſſe, quod Latini dicunt Abdicare, & cõſules creato dictatore abdicaſſe. Dic enim Robortelle, non ne apud Liuiũ legiſti mortuo cenſore collegã eius abdicaſſe? legiſti certe. at cum de ea re loquitur Plutarchus, non ne παύεσθαι utitur? Eodem quaeſtionum in libro: τῶν τιμητῶν θατέρου τελευτήσαντος ἔδει καὶ τὸν ἕτερον πεπαῦσθαι τῆς ἀρχῆς. quid eſt ibi πεπαῦσθαι, an deſiſtere uti iure ſuo, an magiſtratum deponere, quod Latine dicitur Abdicare? Et alibi: διά τι τῶν ἄλλων ἱερέων τὸν καταδικασθέντα παύοντες ἕτερον αἱροῦνται; παύοντες eſt, abrogantes, & abdicare cogentes. At cõſules, inquis, creato dictatore non abdicabant. O ſtultum ergo Polybium, dementem Dionyſiũ. qui hoc litteris ꝓdidiſtis. quid inquit Polybius? ita lib. III. δικτάτωρος καθισταμένου παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, πλὴν τῶν δημάρχων. ideſt dicto dictatore ſubito omnes magiſtratus diſſoluuntur praeter tribunum plebis. quid eſt diſſoluuntur, niſi abdicant? Accipe nunc quid Dionyſius dicat lib. v. ubi loquitur de dictatore primum creato. ἦν δὲ τὸ προβούλευμα τοιόνδε. Λάρκιον μὲν καὶ Κλοίλιον, οἳ τότε ὑπάτευον, ἀποθέσθαι τὴν ἐξουσίαν, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀρχήν τινα εἶχεν, ἢ πραγμάτων κοινῶν ἐπεμέλετο. ἕνα δὲ ἄνδρα, ὃν ἂν ἥ τε βουλὴ προβάληται καὶ ὁ δῆμος ἐπιψηφίσηται, τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν παραλαβόντα ἄρχειν μὴ πλείονα χρόνον ἑξαμήνου. et poſt: ὁ Κλοίλιος ὕπατος ἀγορεύει Λάρκιον δικτάτορα, καὶ αὐτὸς τὴν ὑπατείαν ἐξόμνυται. Quibus uerbis apparet decretum fuiſſe, ut creandi dictatoris cauſſa omnes magiſtratus abdicarent. et Cloelium conſulem, ubi Partium collegam dictatorem dixit, abdicaſſe. Vtitur enim his uerbis: ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, & ἐξόμνυσθαι τὴν ἀρχὴν. quae nihil aliud ſunt, quam magiſtratum deponere, & abdicare. Nam idem libro VI dixit, τὴν δικτατωρίαν ἐξωμόσατο, pro eo quod Latini dicunt, dictatura ſe abdicauit. Si ergo idem eſt πεπαῦσθαι τὴν ἀρχὴν, quod διαλύεσθαι et hoc idem, quod ἀποθέσθαι, & ἐξόμνυσθαι. haec autem Latini dixerunt, Abdicare, ergo illud etiam recte Abdicare uerti poteſt. & qui creato dictatore conſules abdicaſſe ait, egregie ait. At ille magnus auctor anti-
» quitatis, Catonem, aut Varronem diceres, Non abdicabant, inquit, ſe conſules
» creato dictatore, ſed interim deſiſtebant uti poteſtate, & iure ſuo, dum dictato
» ris eſt. Solebant enim non abdicare ſe conſules, ſed parere dictatori. quod ſi di-
» ctator ſe abdicaſſet, antequam exitus anni eſſet, conſules reſumebant poteſta-
» tem priſtinã. Hui, quam ſapienter? Dic quaeſo Robortelle, quid eſt aliud Abdicare, quam priuatũ ſe reddere? at creato dictatori conſulem priuatum occurriſſe tradit Plutarchus in Fabio: ὁ Φάβιος δικτάτωρ συναντησόμενος εἰς ταὐτὸ ῥαβδουχίας ... καὶ τοῦ ἑτέρου τῶν ὑπάτων ἀπαντῶντος αὐτῷ τὸν ὑπηρέτην πέμψας ἐκέλευσε τὰς ῥάβδους ἀπαλλάξαι, καὶ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς ἀποθέμενον ἰδιώτην ἀπαντᾶν. id eſt, Fabius dictator obuiam prodeunte altero conſule, uiatore miſſo, lictores dimittere eum iuſsit, atque inſignibus magiſtratus abiectis priuatũ ad ſe uenire. At, inquis, conſules creato dictatore non abdicabant, ſed parebant ipſi dictatori, aeque ac ſi legati ipſius fuiſſent. Scite

„ Robortellus,ſtulte Liuius,qui ſcripſit ita: Tu L. Minuci,inquit dictator, lega-
» tus his legionibus praeeris.Ita ſe Minucius abdicat conſulatu,iuſſuq. ad exer-
» citum manet. Sed ſit hoc ineptum, illud uero quam graue, quod idem addit:
» Sed ſi uerum eſſet,quod ſcribit Sigonius,conſules abdicare ſolitos,non utique
» reſumpſiſſent. At Dionyſius,qui conſules abdicare ſolitos ait,ſcribit A. Poſtu
» mium cōſulem a collega ſuo dictatorem dictum ei partem exercitus tradidiſ-
» ſe.ubi uero dictatura abdicauit,ipſum cum collega ſuo conſule,quem abdicatum inuerat,comitia conſularia habuiſſe,nec tamen apparet, quemadmodum ille,qui abdicauerat,poteſtatem recuperauerit conſularē. Sed ego ineptus,qui doctiſsimi hominis argutias tot uerbis mihi ſumpſerim refutandas. Venio ad alteram reprehenſionem eius, quae eſt his uerbis prolata: Iam uero errat etiam Sigonius, cum purpuram uertit.nam περιπόρφυρον habet Plutarchi liber.& ſatis notum eſt hanc a Plutarcho dici,quam praetextam Latini uocant. Dij immortales,quam doctus eſt iſte Franciſcus Robortellus. dat uitio, quod uerterim περιπόρφυρον : πορφ.,purpura non utitur,cum dicendum fuerit,praetexta. Non nego Robortelle,quin praetextam intellexerit Plutarchus. Sed cū praetexta nihil aliud ſit,quam toga, cui purpura praetexta ſit, in eoque a toga differat, quod purpuram habeat in ora intextam,neſcio cur mihi uertendum uitio ſit, quod pur-
» puram pro praetexta uerterim,praeſertim cū dicat Liuius libro XXXIIII. Pur-
» pura uiri utemur praetextati in magiſtratibus,ſacerdotijs, liberi noſtri praetex
» tati purpura togis utentur. Quid eſt enim aliud, Vtemur in magiſtratibus, & ſa
cerdotijs purpura, quam toga purpura praetexta? quod quale eſſet,ut intelli-
» geretur,dixit,Praetextati. Item paullo poſt: Et cum tibi uiro liceat purpura in
» ueſte ſtragula uti. et Plinius lib. XXXIII. Vulgoq. purpura latiore tunica uſos
» inuenimus etiam praecones. Cū hos habeam huius locutionis auctores,quid Robortellum,aut Glareanum diſſentientes curare debeo?

EX . TERTIO . LIBRO.

ECCE Hernici nūciant,Volſcos,& Aequos,etſi acciſae res ſint, reficere exercitus,Antij ſummam rei poſitam. Ecetrae Antiates palam concilia facere, id caput,eas uires belli eſſe.) Hunc locum ego non attigi,quem a me corruptum eſſe,falſo inſimulat Robortellus,atque ita legendum contendit. Antij ſummam rei poſitam, non Ecetrae,nec uidet,ſe addēda particula Non pulcherimā,& ueriſsimam hiſtorici ſententiam deprauare. Antiates enim,& Ecetrani Volſci erant, Antiates quidem coloni Romani, Ecetrani uero non item. Volſci autem cum bellū renouare uellent,Antij ſummam rei poſuerant illi quidem,ſed Antiates, ne ſua conſilia Romanis patefierent, Antij clam fortaſſe, at Ecetrae palam concilia de belli ratione habebāt. Non ergo,ut Robortellus interpretatur,Hernici nunciabant,Antij ſummam rei poſitam a Volſcis,nō Ecetrae,ſed Antiates non Antij,ſed Ecetrae palam concilia facere.nam cum addit,id caput; eas uires belli eſſe,de Antiatibus,non de Ecetranis intelligendū eſt. ANNO trecenteſimo altero,quam condita Roma erat, iterum mutatur forma Ciuitatis) Reprehendit

dit Robortellus, quod trecenteſimum alterum annum interpreter, trecenteſimum primum, duobus argumentis; uno, quod in faſtis Capitolinis hic annus eſt trecenteſimus ſecundus, altero, quod alter ſecundũ ſignificet, non primum. Vtrique ita reſpondeo. Primum illud poſitum eſſe uolo, quod aliter habere nõ poſſe ſupra demonſtraui, Capitolinam annorum ſummam nihil ad Liuianam pertinere, Liuianã autẽ non niſi ex uerbis ipſis Liuij eſſe hauriendã, neq. Liuianos numeros, ut annorũ rationẽ Liuianã inueniamus, pro arbitrio eſſe mutandos, ſed eſſe incolumes relinquendos. His aũt rebus ita conſtitutis, dico, Liuiũ, cum inquit, anno trecenteſimo, & altero decẽuiros eſſe creatos, trecenteſimo primo intelligere. Etenim ſi cõſules primos iniſſe dicas anno ipſo ducẽteſimo quadrageſimo quincto, quod diſerte apud Liuiũ ſcriptũ eſſe ſupra oſtendi, non poteris decemuiros niſi in annum trecenteſimum primum conijcere. quod ſi duos eos annos, de quibus diximus, annumeraris, in trecẽteſimum tertium eos referre cogeris. non eſſe autem eorum rationem habendam, ſatis alio loco probatum eſt: me autem magis etiam mouent ſcripti epitomatum libri, in quibus inuenio, Vno & trecenteſimo anno ab V.C. decemuiros eſſe creatos. Praeterea nominat Liuius annum, quo C. Sulpicius Peticus III, & M. Valerius Poplicola conſulatum geſſerunt, quadringenteſimum ab urbe condita, his uerbis. Quadringenteſimo anno, quã urbs condita erat, quincto & tricenteſimo, quã „ a Gallis recepta, ablato poſt undecimum annũ a plebe conſulatu patricij Con„ ſules ambo ex interregno magiſtratum iniere. Quem, tam nobilẽ, & tam rotun„ dum numerum, ut ego tueor, ſic Robortellus corrumpit, & trecenteſimum nonageſimum octauum reponit. quoniam hi conſules in eum annum in faſtis Capitolinis incurrant. quo errore nullum foediorem eſſe poſſe opinor. Si ergo hi conſules ex Liuij ſentẽtia fuerũt anno quadringenteſimo, profecto Marcus Popillius conſul, qui eos proxime conſecuts eſt, anno quadringenteſimo primo conſulatum geſsit. quo conſule accepimus ſecundos Ludos ſaeculares, teſte Zoſimo, eſſe factos. Cum autẽ tertij ludi ſaeculares auctore Cẽſorino ex Liuij ſententia relati ſint L. Iunio, & P. Claudio conſulibus, ijdemque teſte epitoma Liuiana, centeſimo anno editi ſint, altero, & quingenteſimo ab urbe condita cumque a M. Popillio conſule ad Iunii, & Claudij conſulatum centum anni numerentur, ſane apparet, quingenteſimum alterũ in epitoma eſſe quingenteſimum primum. praeterea ſi Iunius, & Claudius anno quingenteſimo primo conſules fuerunt, profecto Marcius, & Manilius, quibus conſulibus quarti Ludi ſaeculares poſt centeſimum annum, ſexcenteſimo autem, & altero ab urbe condita anno relati a Liuio in epitoma, & a Cenſorino ex Liuij ſententia feruntur, in annum ſexcenteſimum primum incurrent, atque ita etiã ſexcenteſimus alter erit ſexcẽteſimus primus. Atque hoc quidem ita eſſe docet etiam alio loco Liuius, qui Cottam, & Galbam in annum conijcit quingenteſimũ quinquageſimum. qui numerus, ſi regrediaris, oſtendet, Iunium, & Claudium anno quingenteſimo primo; ſi progrediaris, Marcium, & Manilium anno ſexcenteſimo primo iniſſe. Cum autem rotundos hos numeros ſtudioſe attulerit Liuius, quam periculoſum, ac temerariũ ſit, eos Robortelliano more mutare, omnes intelligunt. ille tamen hoc etiam in loco quingenteſimũ quinquageſimũ tertium reponit.

Praeterea

Praeterea in epitomis iiſdem ſcriptum eſt, bella ciuilia tribus triumphis a Caeſare Octauiano actis uiceſimo, & altero anno, quam inita erant, eſſe finita. Subducta autem ratione omnium annorum a Lentuli, & Marcelli conſulatu, quo coeperunt, uſque ad ipſius Caeſaris, & Craſsi conſulatum, in quo ille triumphauit, non niſi uiginti unum numerari inuenies. His ego ueſtigijs Liuij ſenſum per ſecutus, Alterum pro primo interpretatus ſum, non grãmatica, quã ille bonus ſcilicet grammaticus ſequitur, loquendi ratione, ſed Liuiana, quam ego indagaui, computatione adductus. Quibus rebus ita confirmatis, nunc, quae contra dici poſsint, refellamus. Trecenteſimus alter, inquit, decemuirum annus non eſt trecenteſimus primus, ſed ſecundus. nam ab eo anno uſque ad tribunos militares, qui trecenteſimo decimo anno iniſſe dicuntur, non niſi octo anni numerantur, cum nouem eſſe deberent. reſpondeo, nihil noui aduerſus me afferri. ſenſi enim difficultatem, & quo pacto tolli poſſet, adſcripſi. nimirum uideri Horatium, & Valerium in alterum annum continuaſſe conſulatum. idque Liuium ipſum etiã ſignificaſſe. Sed ſit haec difficultas maxima, qua mea expoſitio urgeatur. quid? non ne eadem etiam ipſe premitur? Nam cum primi conſules anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quincto inierint, ut Liuius uoluit, decemuiros in trecenteſimum ſecundum referre nõ poterit, niſi eadem ratione annum interijciat. ubi autem ſit interponendus, nõ apparet. nã ſi duos illos, de quibus diximus, interſeruerit, decẽuiros in trecenteſimũ tertium conferat, neceſſe eſt. Iam uero quod ait, Alter dicitur de duobus, ergo trecenteſimus alter eſt trecẽteſimus ſecundus, reſpondeo, ſi a trecenteſimo incipiamus, tum eum, qui proxime ſequitur, alterum eſſe. ſequitur autem trecenteſimus primus. Sic dixiſſe Virgilium, Tu nunc eris alter ab illo ideſt ſecundus, ſi illum etiã annumeraris, primus autem, ſi poſt illum numerare incoeperis. Hoc loco Seruij interpretationem opponit, qui exponit apud Virgilium, annum alterum ab undecimo, decimum tertium, non duodecimũ. Scilicet, quia decimus tertius propius abeſt a pubertate, quam duodecimus. Cui ego reſpondeo, ſi Seruius expoſitionem illam ſuam ſibi ratione corroborandam putauit, intellexiſſe alteram etiam poſſe probari. nam ſi conſtaret, annum alterum ab undecimo non poſſe ſignificare, niſi tertium decimum, quid tam anxia illa opus erat expoſitione? confirmauit ergo id, quod facile labefactari poſſe intellexit. ratio uero, quam affert, nõ cogit nos aſſentiri, ut omnino ille tertius decimus ſit. neque enim neceſſariam, & certam aliquam annorum ſummam, quam euitare nõ poſsimus, adhibuit. Haec dixi, non ut Alterum pro ſecundo ſumi poſſe negarem, ſed ut Liuianum uſum oſtenderem, neque aliter fieri poſſe ab eo, qui integros eius ſeruare numeros uelit, probarẽ. Quod ſi Robortellus omnes numeros Liuianos incolumes tuebitur, atque alterum pro ſecundo interpretabitur, aſſentiar. quod ei tamẽ facere iam integrum eſſe, non uideo. ſi quidem omnes corrupit, et pro quingenteſimo, ac ſexcenteſimo altero, quingenteſimum, ac ſexcenteſimum quartum repoſuit ſin autem numeris Liuianis euertendis mecum pugnare uoluerit, eum non audiã. ET IN unica concordia inter ipſos, qui conſenſus in priuatis interdum utilis eſſet.) ſic ego. Vetus liber unus habet In priuatis, alter In priuatis cõſilijs interdum utilis eſſet. ut uideatur legendum eſſe. Qui conſenſus in priuatis interdum

» interdum conſilijs utilis eſſet. Ad haec Robortellus. Omnes ueruſti libri, quos
» ego hactenus uidi, ſcripti ita habent. Et in unica concordia inter ipſos, qui con-
» ſenſus in priuatis interdum inutilis eſſet, unde pulcherrima dicitur ſententia. ſi
» inter ſe conſentiant priuati homines; interdum id magno aliorum malo fieri.
Ego uero quod tum ſcripſi, ex libris ſcriptis ſcripſi. quã nunc etiã lectionẽ in li-
» bro Mureti inuenio ita, Qui conſenſus priuatis interdum cõſilijs utilis eſſet. cu-
ius lectionis ſenſum uideat, an non probet. Erat, inquit, ſumma aduerſus alios
aequitas poſita in unica inter ipſos decemuiros concordia. qui conſenſus in
priuatis interdum conſilijs utilis eſſet. ideſt, ſi priuati in conſilijs capiendis ſe-
cum ſaepe conſentiant, eo modo, quo decemuiri, qui erant in magiſtratu, in-
ter ſe concordarunt, utile futurum reip. neque enim ciuiles diſſenſiones, quas
tum habebat in manibus Liuius, fuiſſe conſecuturas. Accommodat ergo Li-
uius ſententiam ad res Romanas, & ad illa turbulenta reip. tempora. et priua-
torum conſenſum non aliter, quam magiſtratuum, utilem eſſe ait. uerum non
ſemper, ſed interdum. nam ſi ſemper priuati conſentirent, multis nocerẽt; ſi in-
terdum, reip. non obeſſent, Ille uero ait, ſi inter ſe priuati conſentiant, inter-
dum id magno aliorum malo fieri.

STRICTVM etiam telum, reſperſuſque ipſe cruore tota in ſe caſtra conuer-
» tit? Ego cum in pleriſque libris ſcriptis inuenirem, Strictum etiam telum te-
» nens, id quod nunc etiam in Mureti libro inuenio, et cum Dionyſium de eodẽ
homine, et de eadem re loquentem uocem Tenens non omittere animaduer-
terem, neque omittendam mihi putaui. Dionyſius autem ita: τὴν μαγειρικὴν διὰ χειρὸς
ἔχων, αἵματι πεφυρμένος ὅλος, ideſt, manu cultrum tenens, totus ſanguine foedatus. Ro-
bortellus autem omittendam eſſe cenſet, quia duo, inquit, admirationem
afferebant militibus, primum telum ſtrictum, deinde ipſe Virginius, qui erat re
ſperſus cruore. Quod ſi addatur dictio, Tenens, ſe non uidere ait, quo mo-
do locum habere poſsit altera dictio, Ipſe; quae alioquin uim magnam ha-
bet in illa periodo. Ad quae dico. Virginium duobus modis caſtris ad-
mirationem attuliſſe. et quod ſtrictum telum teneret, & quod ipſe ſanguine re
ſperſus eſſet. Quod autem ait, ſe non uidere, ut uox, Ipſe, locum habeat, neſcio,
quos oculos habeat. qui non uideant, aliud eſſe Virginium ſtrictum telum te-
nentem, aliud Virginium ipſum, quod multo maius eſt, reſperſum cruore. ne-
que enim Virginius aut cum telo, aut non reſperſus attuliſſet admirationem,
ſed cum ſtrictum teneret cultrum, & ipſe, nedum culter, eſſet reſperſus ſangui-
ne, in ſe tota caſtra conuertit. Haec ſi non uidet, aut uidere non poteſt, non eſt,
quod in tantis ueterum ſcriptorum tenebris ambulet, aut alijs lucem oſtendere
cogitet, quam ipſe intueri prope caecus non poſsit.

EX . LIBRO . VII

IMPLETAS modis ſatyras deſcripto iam ad tibicinem cantu,
motuque congruenti peragebãt. Liuius poſt aliquot annos, qui
ab Satyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere, idem ſci-
licet, id quod omnes tum erãt, ſuorum carminum actor, dicitur,
cum ſaepius reuocatus uocem obtudiſſet, uenia petita puerum
ad canendum ante tibicinem cum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto ma-
gis uigente motu, quia nihil uocis uſus impediebat.] Horum uerborum hunc
eſſe ſenſum putaui. Primum Ludiones ex Etruria accitos ſine carmine ad tibi-
cinis modos ſaltaſſe, poſt uerſus, ſed in conditos, et motus a uoce non abſonos
adiunxiſſe. Liuium autem Andronicum ſeparaſſe primum cantorem a ſalta-
tore, ita ut unus hiſtrio caneret, alius ſaltaret, atque hoc ſimile ei eſſe, quod
dixit Ariſtoteles in poetica, Tragoediam imitationem eſſe, que fieret rhy-
thmo ideſt, ſaltatione, harmonia, et oratione aut coniunctim, aut ſeparatim.
Robortellus autem alio ſpectans inquit Ariſtotelem in eodem libro dixiſſe,
Sophoclem auxiſſe numerum hiſtrionum. cum enim Aeſchylus ante primus
auxiſſet uſque ad duos, Sophocles tertium addidit. ſicque, inquit, tres hiſtrio-
nes primarum, ſecundarum, et tertiarũ partium eſſe coeperunt. et Aeſchylus,
quẽ ſcribit Ariſtoteles inueniſſe λόγον πρωταγωνιστεῖν, inuenit ſermonẽ hiſtrionis pri-
marum partium, Sophocles uero tertiarum. Ego uero reſpondeo neque il-
lum, neque hunc locũ a Robortello, aut a Glareano, qui Robortello aſſentitur,
eſſe intellectũ. priore enim loco de Tragoedia Ariſtotelẽ loqui, in qua Chorus
idem et cantaret, et ſaltaret, hiſtriones autem canerent tantum: quod ex ſe-
quentibus liquet. Liuium loqui de hiſtrionibus Latinis, qui cum antiquitus ij-
dem et ſaltarent, et canerent, Andronici inſtituto utrumque munus diuiſerunt,
ut canticum, quae pars eſt fabulae, alij canerent, alij ſaltarẽt. atque hoc et olim
» factitatum Lucianus tradit in libro de ſaltatione, cum inquit. Olim ijdẽ et can-
» tabant, et ſaltabant. deinde poſteaquã ſaltantiũ ſpiritus odam interrumpebat,
» praeſtare uiſum eſt, alios ipſis ſuccinere. Quod uero de tribus hiſtrionibus ſcri-
bit Ariſtoteles, id eſt tale. Antiquitus Tragoedia ex choris ſolis conſtitit neq;
hiſtriones habuit, inde additi ſunt hiſtriones, qui cũ choro negotiarentur, unus
a Theſpide, alter ab Aeſchylo, tertius a Sophocle. obſeruatũque eſt, ne quarta
» perſona loqueretur. Haec eliciuntur ex Athenaeo lib. XIIII. ubi inquit. Con-
» ſtitit uero et Satyrica tota poeſis antiquitus ex choris, quẽadmodum et tragoe-
» dia eius temporis. itaque neque hiſtriones habuerunt. Item ex Diogene in ui-
» ta Platonis ita ſcribente. Antiquitus in tragoedia ſolus chorus agebat. deinde
» Theſpis hiſtrionem unum, ut chorus interquieſceret, excogitauit, alterum Aeſ-
» chylus, tertium Sophocles. atque ita tragoediam ex pleuerunt. λόγον autem πρωτα-
γωνιστεῖν non eſſe ſermonem primarum partium, ſed prologum, ſatis euidenter Ma-
dius, et Victorius ex ipſo Ariſtotele docuerunt.

EX. LIBRO. XXVI. ET. XXVII

GALERIA iuniorum, quae ſorte praerogatiua erat, Q. Fuluium, & Q. Fabium conſules dixerat. eodem iure uocatae inclinaſſent, ni. Item: Fuluius Romam comitiorum cauſſa acceſſitus; cum comitia conſulibus creandis haberet, praerogatiua centuria iuniorum declarauit T. Manlium. } In priorem locum Glareanus ita ſcripſit: Ego ſane, quid Galeria ſit, non intelligo. Si equitum eſt ordo, fortaſſe a Galero nomen habet. Haec cum ego legiſſem, ſcripſi in hunc modum: Galeria nomen eſt centuriae, ut Veturia. Item: Vt hoc loco in ueteribus libris eſt pro centuria Veturia, ſic infra: Redire in ſuffragium Veturiam iuniorum. item: Veturiam ſeniorum citaret. item: Citatis Veturiae ſenioribus. idque, ut ego cenſeo, recte: eſt enim Veturia centuriae nomen, ut Galeria: cuius meminit libro XXVII, his uerbis. Galeriam iuniorum, quae ſorte praerogatiua erat. Nunc uertit uitio Robortellus, quod ſine ueterum librorum auctoritate pro Centuriae uoce Galeriam, & Veturiā repoſuerim. addit deinde Galeriam tribum, non centuriam eſſe. nam centurias nomine caruiſſe. Ego uero dico, me Veturiam, & Galeriam ex antiquis libris hauſiſſe, atque huius lectionis doctos omnes praeter ipſum adſtipulatores habere. Galeriā autem, & Veturiam tribuum nomina eſſe illa quidem, uerum centuriarū etiam eſſe poſſe. Nam cum ex tribu Galeria centuria praerogatiua eſſet educta, ſiue iuniorū, ſiue ſeniorum, fiebat, ut ipſa centuria nomen tribus adipiſceretur, et Galeria iuniorum, ſiue ſeniorum diceretur. quod erat nihil aliud, quam dicere, centuria praerogatiua iuniorum, aut ſeniorum ex tribu Galeria educta. nam Cicero pro Plancio praerogatiuam centuriam unius tribus partem uocauit. atque idem dico de Veturia, & ceteris. Habent ergo centuriae nomen, cum a tribu, unde educuntur, id accipiant. Quamobrem quod addit, ſe putare, me, cum haec ſcripſi, ſomniaſſe, ſcito, me uehementer gaudere, cum ſomnia mea multo, quam ipſius uigiliae, ſint meliora. neque enim, niſi ipſe uigilans dormiētis ſimilis eſſet, Galeriam, & Veturiam centurias ex Liuiana hiſtoria ſuſtuliſſet. de quibus egregie Nicolaus Grucchius in libris de comitijs diſputauit.

EX. EPITOMA. XLIX

DITI patri ludi ad Terentum ex praecepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno primo Punici belli, quingenteſimo, et altero ab V. C. facti erant. } Ego cum ex ſcriptis libris correxiſſem: Qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo, & altero ab V. C. facti erant: Robortellus ex coniectura ita emendauit: Qui ſexto decimo anno primi Punici belli. improbauit autem uocem illam Centeſimo. quam ego confirmo in hunc modum: Bellum Punicum tertium Marcio, & Manilio conſulibus coeptum eſt anno altero, & ſexcenteſimo ab V. C. ut ſcriptum eſt in hac epitoma. iiſdemque conſulibus quarti ludi ſaeculares ex Liuij ſententia, Cenſorino teſte, & epitoma conſentiente, facti ſunt. ergo quarti ludi anno al-

no altero, & ſexcenteſimo ex Liuij ſententia facti ſunt. at tertij ludi P. Claudio, & L. Iunio conſulibus ex Liuij ſententia, ut ait Cenſorinus, facti fuerant, qui annus in quingenteſimum primum ab V. C. incidit, ergo ludi ſaeculares, de quibus agitur in epitoma, centeſimo ante anno facti erant, ante tertium bellum Punicum, cuius primo anno etiam facti eſſe dicuntur.

EX. EPITOMA. L

P. SCIPIO Aemilianus cum aedilitatem peteret, conſul a populo dictus, quoniam per decem annos fieri minime licebat, legibus ſolutus, & conſul creatus. } Ego, quoniam legem de decem annis non obſeruari, niſi in ijs, qui conſules reficerentur, ſciebam. ea enim caueri, ne quis intra decem annos conſul reficeretur, cumque in ſcriptis libris legi animaduerterem, Per annos, numero Decē omiſſo, non dubitaui, quin germana haec eſſet lectio. praeſertim uero cum Scipionem tum XXXVII annos natum ſcirem, ideſt non dum aetate conſulari praeditum, de qua legibus annalibus eſſet cautum. hanc autem lectionem; cum & librorum, & rationis auctoritate nitatur, tamen Robortellus temere irriſit. Atque hi quidem ſunt mille illi, & ſexcenti Liuij loci, quos me corrupiſſe Robortellus inſimulauit. quoſque primum ille, deinde Glareanus aduerſus me protulit. de quibus aliorum eſto, non noſtri iudicium.

FINIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google